8
1 MF
3

Digitized by Google

DIVI ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI, ET DOCTORIS S. THEOLOGIAE PRÆSTANTISSIMI CHRONICORVM

TERTIA PARS.

QVAE AB INNOCENTIO III. PONT. MAX. vſque ad Pium II. id eſt, ab anno Chriſti 1313. vſque ad annum 1459. res toto fere orbe geſtas exponit, adiectis etiam aliquot doctorum Catholicorum ſententiis, qui ab anno Chriſti 1100. ad ipſius authoris vſque tempora floruerant, præcipuiſq; totius iuris Canonici capitibus, necnon & quorundam Sanctorum, ex Mendicantium præſertim ordinibus geſtis & dictis.



LVGDVNI,
EX OFFICINA IVNTARVM.
M. D. LXXXVII.

Cum Priuilegiis ſummi Pontificis, Cæſareæ Maieſtatis, ac Galliarum, & Hiſpaniarum Regum.

AD USUM
FR. A. BENTIV.
SUB. PO. COMMUN.

8.1 F3

SVMMA PRIVILEGII PONTIFICII.

S^mi Papæ D. Gregorij XIII. priuilegio cautum eſt in fauorem Ioannæ Iuntæ, & eius heredum, ne quis bibliopolarum, ſeu Typographorum in terris, quæ S. R. Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectæ ſunt, intra decennium, à data præſentium computandum hanc CHRONICAM D. ANTONINI abſque ipſius Ioannæ aut eius heredum conſenſu imprimat, aut ab alio impreſſam venalem habeat, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & quingentorum aureorum auri de camera, pro vna videlicet eidem cameræ, & altera medietatibus dictæ Ioannæ, ſeu eius heredibus applicanda. Datum Romæ, die prima Iulij. M. D. LXXXI.

SVMMA PRIVILEGII IMPERATORII.

RODVLPHI II. Romanorum Imper. ſemper Auguſti, publico edicto cautum eſt in fauorem Ioannæ Iuntæ & heredum, ne quis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis & conditionis, ſiue ſit calcographus, vel Bibliopola, ſiue alius quilibet, quacunque Sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, hanc D. ANTONINI CHRONICAM, niſi ipſius Ioannæ Iuntæ aut heredum eius permiſſu intra decennium à prima die editionis computandum excudat, aut excudendam curet, vendat ipſe aut cuiquam diuendendam mandet, aut denique excuſam ab aliis intra eiuſdem Imperij fines vendendam importet, ſeu quouis modo diſtrahat: alioqui ſibi mulctam decem marcharum auri puri irrogatum ſciat, quarum diuidia fiſco Imperiali fraudis vindici, reſidua vero pars ipſi Ioannæ Iuntæ aut eius heredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet, præter librorum amiſsionem, quos per ſe illa vel illi, vel per ſuos, vbicunque locorum nacti fuerint, adiumento magiſtratus loci, vel citra, propria auctoritate ſibi vindicare, inque ſuam poteſtatem redigere poterunt. In cuius rei fidem Cæſarea maieſtas edicto manu ſubſcripſit, & ſigillum apponi iuſsit, vt latius patet in ipſo diplomate. Dato Viennæ die XI. menſis Martij, Anno domini M. D. LXXXIII.

EXTRAICT

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAR *grace & priuilege du Roy il eſt permis à Ieanne Iunti fille de feu Iaques Iunti, d'imprimer ou faire imprimer vn liure en Theologie intitulé* CHRONICA ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI. *Reueu & augmenté de nouueau, auec pluſieurs additions: & faict deffenſe ledict ſeigneur à tous Marchands, Imprimeurs, Libraires ou tous autres de quelque qualité qu'ils ſoyent, de non imprimer, vendre ou diſtribuer en ſes pays, terres & ſeigneuries ledit liure, auec les reuiſions & augmentations, qu'ils y ont faict adiouſter: & ce iuſques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & datte apres que ledit liure ſera paracheué d'imprimer: ſur peine aux contreuenans de confiſcation deſdicts liures & d'amende arbitraire. Et à fin que aucun ne puiſſe pretendre ignorance dudit priuilege, ledit ſeigneur veult & entend que l'extraict d'iceluy eſtant mis au commencement ou à la fin dudit liure, ſerue pour toute notification: car tel eſt ſon plaiſir, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques, & ſans preiudice d'icelles comme plus à plain eſt contenu auſdites lettres patentes dudit priuilege, donnees à Paris le 15. iour de Nouembre 1581. Signees.*

Par le Roy en ſon Conſeil.

Et plus bas.

RAFFIN.

Et ſeellees du grand ſeau en cire iaune à ſimple queuë.

Acheué d'imprimer le ſeizieſme iour de Ianuier. 1587.

SVMMA PRIVILEGII PROREGIS NEAPOLIS.

DON Ioannis de Tuniga priuilegio cautum eſt, in fauorem Ioannæ Iuntæ, ac eius heredum, ne quis intra decennium, à die datæ præſentium computandum hanc CHRONICAM D. ANTONINI cum ſuis additionibus in toto regno Neapolitano imprimat, aut alibi ab alio quouis impreſſam, venalem proponat, ſub pœna amiſsionis eorum librorum deuoluendorum in vtilitatem prædictæ Ioannæ, aut eius heredum: item ſub pœna ducatorum centum, diuidendorum pro tertia parte fiſco, pro tertia parte accuſatori, & pro alia tertia parte dictæ Ioannæ, aut eius heredibus. Datum Neapoli die vltimo Martij. M. D. LXXXII.

DE RELIGIOSIS QVIBVSDAM, ET EORVM SCRIPTIS.

TITVLVS XVIII.

De Hugone de ſancto victore, & ſcriptis eius.

CAPVT PRIMVM.

A.C. 1100. De Hugone de ſancto victore de quo Tritth. in lib. de ſcri. Eccl.& Six. Senen. lib. 4.biblioth.

HVGO de ſancto Victore, canonicus regularis, claruit circa annos domini mille centum. Fuit autem ſingularis in vitæ probitate & ſcientia & ita eruditus in omnibus artibus liberalibus: vt nullus ei ſimilis tempore ſuo haberetur. Sed ad tollendum æquiuocationẽ huius nominis ſciendum, quòd ſeptem fuerunt viri, diuerſis temporibus notabiles hoc nomine inſigniti.

De Hugone Cluniacenſi ſup. par.2.tit 15. cap.18. §.6.

Primus fuit Hugo Abbas Cluniacenſis, qui claruit ſanctitate & miraculis: de quo ſuprà dictum eſt.

De Hugone gratianop.

Secundus fuit Hugo epiſcopus [a] Gratianopolitanus: qui multum cooperatus eſt ad inſtitutionem ordinis Carthuſienſium & fouit: atque habitum ipſum ſuſcepit permanẽs in epiſcopali dignitate ſanctus vir, de quo ſuprà.

Hugo victorianus.

Tertius fuit Hugo de ſancto Victore canonicus regularis Pariſienſis de quo principaliter hic agitur.

Hugo de Folietto.

Quartus fuit Hugo de Folietto etiam canonicus regularis ſancti Petri Corbeenſis, ſingularis vitæ, & nobilitate ſcientiæ & eloquentiæ.

Hugo Canoniſta.

Quintus fuit Hugo, qui primus fuit gloſſator decretorum: ſeu qui lecturam fecit ſupra ea. Aliqui tamen Huguitionem dicunt illum. Hic fuit ſatis rigoroſus in deciſionibus ſuis.

Hugo Carrenſij de quo infrà tit 23.c.12. §.1.&.2.

Sextus fuit Hugo primus Cardinalis ordinis prædicatorum, qui poſtillauit totam Bibliam, & notabilem ac prolixam poſtillam ſeu lecturam fecit præcipuè ſupra Pſalterium & ſuper Lucam cum multiplici expoſitione.

a De hoc ſancto Hugone Gratianopolitano in 2. par. tit.15.cap.22.ex Guigone priore dictum eſt. Miror autem D. Anton Hugonem Eterianum inter iſtos non cõnumerare, qui certè ob variarum doctrinarũ & linguarum Græcè & Latinè peritiam, inter viros claros, qui nomen Hugonis obtinuerunt illo ſæculo locum iure debuit obtinere. Vide Tritthemium de eodem.

A.C. 1100. Hugo Floriacenſis.

A Fuit & ſeptimus Hugo monachus Floriacenſis notabilis vir, & hiſtoriographus, qui hiſtoriam ſcripſit, vnde & aliquando hic allegatur.

Vin.lib.26. cap 47. Hugonis de ſancto Victore ſcripta inſignifora.

Ad Hugonem nunc de ſancto Victore ſtylus eſt vertendus. Hic (vt ait Vinc. ſpe. hiſt. libro xxvi.) inter multa quæ vtiliter ſcripſit, etiam librum de ſacramentis valdè neceſſarium duobus voluminibus comprehenſum edidit. Petente etiam Rege Ludouico explanauit librum Hierarchiæ ſancti Dionyſij martyris multis obſcuritatibus plenum. Scripſit & alia opuſcula plurima, ſcilicet Didaſcalon, libros quinque. Super Eccleſiaſt. xv. homilias. Super lamẽtationes Hieremiæ librũ vnum. Super hierarchiam Dionyſij librum vnum. De arra animæ librũ vnum. De virtute orãdi librum vnum, De inſtitutione nouitiorum librum vnum. De arca Noe libros quinque. De anima Chriſti librum vnum. Super illud, Tota pulchra: librum vnum. De perpetua virginitate beatæ Mariæ librum vnum. Expoſitionum ſuper magnificat librum vnum. Item notulas ſuper quoſdam verſus Pſalmorum & alia plura.

Cant.4.

Mirabilis de ſanctiſſimo ſacramento hiſtoria.

Dicitur autem de eo quòd cùm eſſet infirmatus ad mortem, & ita eſſet ſtomacho alteratus, quòd nullum cibum poterat retinere: mandauit fratribus ſuis, qui ei adſtabant infirmo, vt ſibi afferrent venerabile ſacramentum, ex quo in breui erat ad dominum migraturus. Timentes autem fratres vomitum, & per conſequens irreuerentiam tanti ſacramẽti, & ex parte altera nolentes eum contriſtare in denegando, quod tam conſtanter & deuotè poſtulabat, conſilium inierunt non ſaluciferum: videlicet vt hoſtiam non conſecratam ei afferrent: vt eam euomendo non ſequeretur irreuerentia ſacramenti. Deferentibus igitur eis hoſtiã non conſecratam cum ſolennitate & ceremoniis, qua defertur euchariſtia infirmis, Dei ſpiritu reuelante detexit ſimulationem eorum dicẽs, Quid eſt, quod facere voluiſtis fratres mei? quare me decipere voluiſtis? iſtud non eſt corpus domini mei: ite igitur ſecuri & afferte verum corpus domini mei, quia ſcandalum nullum eueniet domino operante. Qui aduertentes ſe deprehenſos veniam petierunt, & fiduciam ſumentes in eo, qui ei occulta reuelauerat attulerunt ei

A C. 1100.

verum ſacramentum. Qui cernens ſe illud non poſſe ſumere ſtomacho dedignato, ait, Aſcendat filius ad patrem ſuum, & ſeruus ad dominum ſuum, qui fecit illum. Quibus dictis euchariſtia diſparuit ſeu ſpecies illa & ipſe vir ſanctus Deo ſuo reddidit ſpiritum.

Obitus Hugonis admirabilis.

Pulchra Creatoris ex creatura contemplatio ex Hug. lib. de inuiſibilibus Dei.

§. I.

Inuiſibilia Dei tria ſunt.

SVPER illud Apoſtoli ad Rom. j. Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Tria ſunt inuiſibilia Dei, Potentia, ſapientia, & benignitas. Potentiam manifeſtat creaturæ immenſitas, ſapientiam decor, benignitatem vtilitas. Immenſitas creaturarum cõſiſtit in multitudine, & magnitudine. Multitudo in ſimilibus, in diuerſis, in permixtis. Magnitudo eſt in mole, & in ſpatio. Moles eſt in maſſa & pondere. Spatium eſt in longo, lato, alto, & profundo. Decor creaturarum eſt in ſitu & motu, & ſpecie & qualitate. Situs eſt in compoſitione & ordine. Ordo eſt in proprietate, tempore, & loco. Motus eſt quadripartitus: ſcilicet localis, naturalis, animalis & rationalis. Localis eſt ante & retro, dextrorſum & ſiniſtrorſum, ſurſum & deorſum, & circum. Naturalis eſt in incremento & decremento. Animalis eſt in ſenſibus & appetitibus. Rationalis eſt in factis & conſiliis. Species eſt forma viſibilis, quæ oculo diſcernitur, ſicut colores & figuræ corporum. Qualitas eſt proprietas interior, quæ cæteris ſenſibus percipitur, vt melos auditu, dulcor guſtu, fragrantia odoratu, lenitas tactu.

Motus quadruplex.

Vtilitas creaturarũ in quo cõſiſtit.

Vtilitas creaturarum conſtat in grato & apto, commodo & neceſſario. Gratum eſt quod placet, aptum quod cõuenit, commodum quod prodeſt, neceſſarium ſine quo quid eſſe non poteſt. Mundus iſte ſenſibilis, quaſi quidam liber eſt ſcriptus digito Dei, hoc eſt virtute diuina creatus & ſingulæ creaturæ ſunt quaſi figuræ. Compoſitio duo habere debet: aptitudinem & firmitatem, hoc eſt, vt componẽda aptè & competenter coeant: & compoſita firmiter cohæreant. Si vniuerſitatis huius machinam intuitus fueris, inuenies quàm admirabili ratione & ſapientia compoſitio omnium rerum perfecta ſit, & quàm apta, quàm congrua, quàm decora, quàm cunctis partibus ſuis abſoluta. In qua non ſolùm concordiam ſeruant ſimilia: ſed ea etiam quę creante potentia, diuerſa atque repugnãtia adeſſe prodierunt: dictante ſapientia in vnam quodammodo amicitiam & confœderationem conueniunt. Quid enim repugnantius eſſe poteſt aqua & igne? ea tamen in natura eorum ita contemperauit Dei prudentia, vt non ſolùm adinuicem commune ſocietatis vinculum non diſſipent: verum & naſcentibus cunctis, vt ſubſiſtere poſſint, vitale nutrimentum ſubminiſtrent.

Mundus quid. ca. 4.

Conſideratio vniuerſitatis.

Diſſimilia quàm ritè à Deo coagmẽtata.

Corporis humani cõpago mirabilis.

Quid de humani corporis compage loquar, vbi omnium membrorum iuncturę tantam adinuicem ſeruant concordiam, vt nullum omnino inueniri poſſit membrum, cuius officium alteri non videatur præſtare adminiculum? Sic omnis natura ſe diligit, & miro quodam modo plurium diſſimilium in vnum redactorum concordia, vnam in omnibus harmoniam facit. Apta eſt ergò & conueniens omnium rerum compoſitio. Sed quomodo eſt firma, quis non videat? quis non miretur? Ecce cœli, qui ambitu ſuo concludunt omnia, quomodo ſolidi ſunt, & quaſi ex ære fuſiles deſuper circunquaque expanſi? Terra verò in medio, ſuo pondere librata ſemper immobilis perſeuerat; vt cætera in medio fluctuantia hinc ſoliditas cœlorum, illinc terræ ſtabilitas in vnum coerceant & conſtringant: ne citra legitimos terminos diffuſa concordiam diuerſitatis diſrumpant. Ecce quomodo per viſcera telluris intrinſecus tracones aquarum ſparſi, & foris per alueos ad diuerſa loca deducti: intus fatiſcentem ne diſſoluatur conglutinant: & foris ne fatiſcat areſcentem rigant. Ecce quomodo in humani corporis fabrica iuncturas oſſium, vincula neruorum ligant: & medullis intus per tibiarum fiſtulas diffuſis canales etiam venarum vitalem ſanguinem per omne corpus deducunt, ac deinde teneritudinem carnium cutis tegmen inuoluit vt & rigor oſſium intrinſecus corpus ſuſtineat, & pellis munimen foris defendendo cuſtodiat.

A C. 1100

B

Dracones aliij legunt, ſunt autẽ aquarum meatus.

C

Poſt compoſitionem rerum ſequitur, vt diſpoſitionem earum, qualis ſit conſideremus. In cœlo luminaria & ſtellas collocauit, vt ſubiecta omnia illuſtrarent. In aere ventis & nubibus fecit viam, vt agitationibus ſuis diſperſæ pluuiam deorſum funderent. In gremio telluris moles aquarum recipi iuſſit, vt per gurgites ſuos hinc illincque, quo nutus ferret iubentis, diſcurrerent. [b] Quaſdam regiones ditauit vbertate frumentorum vel frugum, quaſdam vinearum, alias olerum, alias pecorum, alias potentibus herbis, alias gemmis precioſis, alias animalibus & beſtiis monſtroſis, alias coloribus variis, alias diuerſarum artium ſtudiis, alias metallorum, alias thymiamatum generibus diuerſis: vt nulla prorſus regio ſit, quæ non aliquid nouum & ſpeciale ab aliis accipere queat. Quæcunque etiam humanis vſibus neceſſaria ſunt in communi hominum frequentia prouidentia creatoris conſtituit. Ea quæ non natura propter neceſſitatem: ſed cupiditas expetit propter ſpeciem: in abditis terrarum finibus abſcondit, vt quem amor

Conſideratio diſpoſitionis rerum c. 5.

D

Nulla eſt regio quæ nõ aliquid nouum ab alia accipere poſſit.

E

[b] *Hoc Virgilius in 1. Georgic. eleganter his verſibus expreſſit.*

Ac prius ignotum ferro quam ſcindimus æquor,
Ventos & varium cœli prædiſcere morem,
Cura ſit, ac patrios cultúſque habitúſque locorum:
Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuſet,
Hic ſegetes, illic veniunt fœlicius vuæ,
Arborei fœtus alibi, atque iniuſſa vireſcunt
Gramina. nonne vides croceos vt Tmolus odores?
F *India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi?*

Et in 2.

Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt,
Fluminibus ſalices craſsiſque paludibus alni
Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montibus orni.
Littora myrtetis lætiſſima, denique apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi.
& quæ ſequuntur.

virtutis

A.C. 1100.

virtutis ab immoderato non caſtigat appetitu, ſaltem laboris tædio victus conquieſcat.

Temporũ diſpoſitio. cap.6.

Quid de diſpoſitione temporum? Ecce poſt noctem venit dies, vt torpentes otio labor exerceat. Poſt diem ſequitur nox, vt feſſos ad refocillandum quies excipiat. Item quemadmodum viciſſitudines dierum & noctium animantia renouauit: ita quatuor anni tempora, ordine ſibi ſuccedentia, totius mundi ſpeciem immutant.

Quatuor anni temporum proprietates.

Primùm per teporem veris quadam innouatione mundus naſcitur. Deinde per feruorem æſtatis, quaſi in iuuentutem roboratur. Poſt hæc ſuperueniente autumno ad maturitatem conB ſcendit. Poſtremò ſuccedente hyeme ad defectum vergit. Idcirco autem ſemper deficit, vt ſemper poſt defectum renouari poſſit: quia niſi prius à ſtatu ſuo deficerent vetera, quaſi illis locum occupantibus non valerent exurgere noua.

Quinque ſenſus exteriores. c.7.

Omnes ſenſus foris intrò veniunt. Solus viſus intus foras exit, & eminus poſita mira præ cæteris percipit agilitate. Benè ergo quaſi ſpeculator quidam eminentiorem locum cunctis obtinuit: vt quæ cæteris ſenſibus superuentura ſunt, ante periculum præuidere poſſit. Poſt hũc auditus & loco & nobilitate ſecundus eſt. Deinde olfactus. Guſtus autem, qui nihil ſentire poteſt niſi quod tangit: meritò velut tardior cæteris ſenſibus in imo recedit. Tactus ſpecialem ſedem non habet, qui ideo vniuerſalis eſt: quia cunctis cooperatur ſenſibus. Vnde & in digitis pollex qui tactum ſignificat, coadunatis in vnũ digitis ſolus omnibus reſpondet: quia ſine tactu nullus ſenſuum eſſe poteſt.

Vide etiam quomodo in humano corpore oſſa intrinſecus collocata ſunt, quatenus robur eorum corpus ſuſtineat. Deinde caro oſſa veſtit, vt duritia eorum mollita excipiat tactum. Ad vltimum pellis carnem induit, vt ſua quodammodo tenacitate ab incommodis foris accidentibus corpus muniat. Sic cortex munit arbores: ſic roſtra & pennæ volucres, ſic ſquammæ piſces.

De motu rerum. c.8.

Vide etiam quomodo in motu locali ſapientia conditoris appareat. Cogita nunc vnde defluentibus aquis ſemper indeficiens vena miniſtratur, vnde motus vẽtorum educitur, quis infatigabilem aſtrorum curſum moderatur, quis ſolem per hyberna deſcendere ſigna præcipit: & ſimilia?

De ſpecie figuriſque rerum. c.9.

Species eſt forma viſibilis. quæ continet duo, ſcilicet figuras & colores. Figuræ autem rerum multis modis apparent mirabiles, aliquando ex magnitudine, aliquando ex paruitate, aliquando quia raræ, aliquando quia pulchræ. Secundum magnitudinem figura attenditur: quando res quælibet ſui generis modum in quantitate excedit.

Miramur parua & magna in eodem genere.

Sic miramur gigantes inter homines, cetum inter piſces, gryphonem inter volucres, elephantem inter quadrupedes, draconem inter ſerpentes. Vide quid magis mireris dentes apri an tineæ, alas gryphis an cyniphis: caput equi an locuſtæ: crura elephantis an culicis: aquilam an formicam: leonem an pulicem: tigridem an teſtudinem. Hic miraris magnitudinẽ: illic paruitatem. Corpus paruum magna ſapientia conditum. Magna ſapientia, cui nulla ſubrepit negligentia, illis dedit oculos, quos vix cum A prehendere poteſt oculus, & in tam exiguis corporibus ſic omnifaria lineamenta naturæ ſuæ congruè diſtribuit, vt nihil videas deeſſe in minimis eorum, quæ natura formauit in magnis.

Monſtroſa & ridicula miramur. c.11.

Rurſus alia idcirco miramur quia monſtruoſa quodammodo ſunt, vel ridicula, quorum quidem plaſmatio, quantum ab humana ratione aliena eſt: tanto leuius humanum animum in admirationem compellere poteſt. Quare crocodilus manducans inferiorem malam non mouet? & quomodo ſalamandra in igne illæſa permanet? Quis dedit hericio ſpinas, & docuit eum, vt B ſe pomis turbine diſcuſſis inuoluat, quibus onuſtus incedens ſtridet quaſi plauſtrum? Formica, hyemis ſuperuenturæ præſcia granis horrea ſua replet. Aranea quoque de viſceribus ſuis laqueos nectit, vt prædam rapiat. [iſti ſunt teſtes ſapientiæ Dei.]

Argumentum diuinæ ſapientiæ eſt vnumquodque ſibi ſimile generare.

Eſt adhuc aliud verum, & euidens diuinæ ſapientiæ argumentum: quod omne genus ſibi ſimile procreat: & in tam multis ſimilitudo vna propagata primæ originis formam non mutat. Hoc quoque mirabile eſt, quòd in vno corpore tot membra conſtituuntur, tot membroC rum formæ, tot loca, tot officia: & cum ſint ita diuerſa in ſe ſingula, inuicem tamen cooperantur omnia.

De rerum variis coloribus c.12.

Poſt figuram ſequitur color. Quid luce pulchrius? quæ cùm non habeat in ſe colorem; omnium tamen rerum colores ipſa quodammodo illuminando colorat. Sol ſicut aurum rutilat, luna pallet quaſi electrum, ſtellarum quædam flammeo aſpectu radiant, quædam luce niuea micant, quædam verò alternatim, nunc roſeum, nunc viridem, nunc candidum fulgorem demõſtrant. Quid de gemmis narrem? Ecce tellus D redimita floribus, quàm iucũdum ſpectaculum præbet, quomodo viſum delectat? quomodo affectum prouocat? Videmus rubentes roſas, candentia lilia, purpureas violas, in quibus omnibus non ſolum pulchritudo, ſed origo quoq; mirabilis eſt, quomodo, ſcilicet, Dei ſapientia de puluere terræ talem producit ſpeciem.

De ſenſibilibus rerum qualitatib. c.13.

Poſt ſpeciem de qualitate rerum diſſerendum eſt. Tam diuerſas Deus qualitates rebus indidit: vt ibi omnis hominis ſenſus ſua oblectamenta inueniat. Quot enim oblectamenta oculorum in diuerſitate colorum monſtraui-E mus: tot oblectamenta aurium in varietate ſonorum inuenimus.

Sermonis vſus.

Inter quæ prima ſunt dulcia ſermonum commercia, quibus homines adinuicem ſuas voluntates communicant, præterita narrant, præſentia indicant, futura nunciant, occulta reuelant, adeo vt ſi his careat vita humana beſtiis comparabilis videatur. Quid autem concentus auium, quid humanæ vocis melos iucundum, quid dulces modulos ſonorum omnium commemorem? Sic eſt de olfactu ac cæteris ſenſibus.

Homo quare factus. c.14.

Deus hominem propter ſe fecit, non quòd F ipſe homine indigeret, ſed vt homini, quia melius dare nihil potuit, ſeipſum fruendum daret, aliam verò creaturam ſic fecit, vt ſubiecta homini eſſet per conditionem, & deſeruiret ad vtilitatem.

Homo medium quiddam.

Homo ergo quaſi in quodam medio collocatus habet ſuprà ſe Deum, ſub ſe mundum: & corpore quidem deorſum mundo coniungitur, ſpiritu autem ſurſum ad Deum ſuble-

A.C. 1100.

uatur. Neceſſe ergo fuit, vt viſibilium conditio ita ordinaretur quatenus homo in eis foris agnoſceret, quale eſſet inuiſibile bonum quod intus quærere deberet, hoc eſt, vt ſub ſe videret quid ſupra ſe appareret. Non igitur decebat, vt rerum viſibilium copia aliqua in parte defectum ſentiret, quæ ob id maximè inſtituta eſt: vt inæſtimabilem æternorum bonorum affluentiam nunciaret: hoc etiam eſt cur illa Deus creare voluit, quæ humanis vſibus non neceſſaria eſſe præuidit. Si enim ſola neceſſaria tribueret, bonus quidem eſſet, ſed diues non eſſet.

Cur Deus creauit nõ neceſſaria.

Diſſimilitudo inter Deum & hominem operantẽ. c.15.

Certè homo cùm multa facere deſiderat, magna facere non poteſt: quia tanto minus prævalet in ſingulis, quanto plura ſunt, per quæ intentionis ſuæ conatus diuidit. Rurſus cùm ad magnitudinem innititur, à multitudine retardatur, quia multis præſtare non ſufficit vires, quas ad vnius rei effectum ſpecialiter effundit. Simili modo minor diligentia decori operis impeditur: quoties ad multitudinem ſolam, ſiue ad magnitudinem perficiendam animus occupatur. Sed in opere Dei, nec multitudo magnitudinem minuit nec magnitudo multitudinem ſtringit, neque ſimul vel multitudo, vel magnitudo pulchritudini officit, nec pulchritudo vtilitatem tollit: ſed ſic facta ſunt omnia, quaſi facta ſint ſingula vt cum vniuerſa aſpexeris, ſingula mireris. Immenſitas creaturarum magis ad eſſentiam, decor verò magis pertinet ad formam: eſſentia verò abſque forma conſiderata informitas eſt.

Quid ad eſſentiam creaturarũ & ad formam pertineat. c. 16.

Quando autem informe eſt: in hoc quidem quod eſt, Deo ſimile eſt: ſed in eo quod forma caret, diſſidet à Deo. Quod ergo formatum eſt magis Deo ſimile eſt, quàm id quod formam non habet. Vnde conſtat, quòd plus euidens ſimulacrum eſt decor creaturarum, qui pertinet ad formam: quàm immenſitas creaturarum, quę ad ſolam ſpectat eſſentiam. Item decor creaturarum propter formam naturalem pertinet ad habitũ, vtilitas verò ad actum: quia creaturæ in hoc vtiles ſunt quòd ſubiectæ homini ſeruiunt & obſequium reddunt. Quod autem ad habitum pertinet: magis proprium eſt & magis certũ, quàm id quod pertinet ad actum, quia habitũ natura indidit, actum verò inſtitutio adiunxit. Simulacrum ergo decoris immenſitatem pariter & vtilitatem in cognitione præcedit: quia in manifeſtatione eſt euidentius. In hoc igitur primum veſtigium contemplationis ponere debemus. Decor creaturarum quatuor complectitur, ſitum, motum, ſpeciem, qualitatem: ſed in his quatuor motum excellentiorem locum habere dubium non eſt, quia viciniora vitæ ſunt mobilia, quàm ea quæ moueri non poſſunt. Motus autem eſt quadripartitus [ſcilicet localis, naturalis, animalis & rationalis.] Sed motus naturalis localem motum ſuperat, quia in naturali motu non ſolùm imago vitæ exprimitur, ſed ipſa quodãmodo vita inchoatur. Rurſus animalis motus tanto naturali præcellit, quanto inſenſibili, id quod ſentit. Poſtremò rationalis cunctis ſuperponitur. Ianua ergo contemplationis homini aperitur, quando ipſe ſe ſua ratione ducente ad ſeipſum cognoſcendum ingreditur.

Creaturæ homini quomodo vtiles.

Decor creaturarum quatuor complectitur.

Ex creatura creator æternus cognoſcitur. c.17.

Si ergo intellectus eſſe non poteſt, niſi intelligens reſtat, vt quem non ſemper intellexiſſe cognoſcimus, non ſemper fuiſſe, ac per hoc aliquando cœpiſſe credamus. Si igitur inuiſibile noſtrum initium habuit, ſupereſt, vt non de præiacenti materia, ſed de nihilo factum ſit. Quod autem nihil eſt, eſſe ſibi dare non poteſt. Et idcirco quicquid initium habuit, dubium nõ eſt, quin ab alio eſſe accepit. Quod autem à ſemetipſo nõ eſt, eſſe aliis dare nõ poteſt. Igitur quiſquis ille eſt, q rebus eſſe contulit, ab alio eſſe nõ accepit. Quod inde quoque liquido comprobatur: quia ſi quicquid eſt, creaturam eſſe credimus: nullum in rebus finem inueniemus. Noſtra ergo nos natura inſtruit, quod creatorem habemus æternum: cui ſuum & proprium eſt, quod ſubſiſtit: quia ſi ab alio eſſe accepiſſet, prima rerum origo veraciter dici non poſſet. Item quod à ſemetipſo eſt, non eſſe non poteſt, quicquid enim à ſeipſo eſt: huic idem eſt eſſe, & id quod eſt. Et conſtat quòd nulla res à ſe ipſa diuidi poteſt aut ſeparari. Cui igitur idem eſt, eſſe, & id quod eſt, neceſſariò ſemper eſt: quia à ſemetipſo ſeparari nihil poteſt. Hanc cognitionem in rationali motu inuenimus [quod ſcilicet creatorẽ æternũ habemus.]

C.A. 1100.

Proprium Dei eſt in ſe ſubſiſtere.

Huic autem cognitioni cæteri motus quoq; atteſtantur. In animali namque motus ſunt ſenſus, & appetitus. Omnis autem naturalis appetitus in rebus explementum inuenit. Conſtat ergo quòd prouidentia præcedit: cuius conſilio hoc tunc cautum eſt, ne quod nunc indigentiis rerum neceſſarium præſidium, deſit. Qui enim appetitus inſtituit, ipſe appetitibus alimenta præparauit. Idem motus naturalis probat. Sicut enim impoſſibile eſt, vt per ſe aliquid de nihilo fiat: ſic omnino impoſſibile eſt, vt per ſe aliquid augmentum ſuſcipiat: hoc eſt, quod ſibi dare non poteſt initiũ, ſibipſi dare non poteſt incrementum. Quicquid enim creſcenti in augmentum venerit, præter id eſſe comprobatur quod per ſe prius ſolùm ſine augmento fuit. Si ergo nihil creſcere poteſt, niſi addatur ei, quod prius non habuit: patet quòd nulla res creſcens per ſe incrementum ſumit. Qui ergo creſcentibus dat incrementum ipſe exiſtentibus dedit initium. Idem motus localis probat. Quaſdam namque creaturas perpetuo motu agitari cernimus: quaſdam verò ſecundum tempus moueri videmus & alias ſic, alias ſic. Et ita licet diſſimiliter res moueantur: nuſquam tamen ordo rerum confunditur. Vnde non eſt dubium quin intus ſit diſpoſitio præſidentis, qui vnus certa lege cuncta moderatur.

Ex quadruplici triũ motu De' probatur. c.18. vide D. Thom. in 1. par. q. 2. ar. 3.

Vnus inquam, nam ſi diuerſa conſilia præſidentium eſſent, ipſi ſe foris curſus rerum abinuicem aliquando diuiderent: nunc autem omnia, cùm ſic concorditer ad vnum finem currunt, profectò indicant, quia vnus eſt fons & origo, vnde procedunt. Sed quia vnum diuerſis modis accipitur: fas non eſt, vt exiſtimemus creatorem rerum aut collectione diuerſorum, aut compoſitione partium, aut ſimilitudine plurium vnum eſſe: cùm illud etiam quod in nobis rationale eſt, horum omnium in ſemetipſo nihil poſſit inuenire. Verè autem vnum eſt, quod eſſentialiter vnum eſt, cui totum eſt vnum eſſe, & ſimplex eſſe quod eſt. Sed adhuc quædam res inueniuntur, quæ verè vnum ſunt: & tamen ſummè vnum non ſunt: ſicut animæ

Deus vnus eſt. c. 19. Thom. in 1. par. q. 11. ar. 3. & 4.

Deus quomodo vnus.

quæ

A.C. 1100.

quæ vnum ſunt eſſentialiter, ſed vnum non ſunt inuariabiliter. Quod autem verè & ſummè vnũ eſt eſſentialiter & inuariabiliter vnum eſt.

Deus non mouetur localiter ibid.

Quod autem Deus mutari non poſſit localiter neque formaliter, ſic oſtendit Hugo. Tribus modis (ait) fit omnis mutabilitas: loco, forma & tempore. Localem autem mutationem facilè à Deo remouemus, ſi eum vbiq; eſſe oſtendimus. Quod enim vbique eſt [in omni loco eſt. Quod autem in omni loco eſt] de loco ad locũ mutari nõ poteſt. Deũ autem vbique eſſe multa ſunt indicia. Primũ ipſa anima noſtra quã & ratio ſimplicem eſſe eſſentiã nõ dubitat & ſenſus per omne quod viuificat corpus diffuſam eſſe probat. Quæcunq; enim animati corporis pars læditur vnus eſt animus, vel ſpiritus ad quẽ ſenſus omnis doloris retorquetur: quod omnino nõ fieret ſi vnus & idem vbique diffuſus nõ eſſet. Si ergo rationalis ſpiritus hominis cùm ſit ſimplex, per omne, quod regit corpus diffunditur: dignũ non eſt vt ille creator ſpiritus qui omnia regit & poſſidet, vno aliquo in loco coarctari, & non omnia potius implere credatur. Nam & ipſi rerum motus qui tam certo & tam rationabili vbique moderamine currunt vitam intrinſecus mouentem eſſe oſtendunt.

Deus probatur eſſe vbique.

Tho. ibid. q.8. art.2. Anima tota in toto & totum in qualibet parte. Th. in 1. par. q. 76. ar. 8.

Differentia inter Deum in mundo vbique diffuſum & animã in corpore poſitam.

Nec tamen vllo modo credẽdum eſt ꝙ ſicut ſpirit⁹ hominis cũ corpore, quod ſenſificat [perſonaliter cõiungitur] ita quoque creator ille ſpiritus cum corpore huius ſenſibilis mundi perſonaliter coniungatur, quia aliter mũdũ implet Deus, aliter anima corpus. Anima implet corpus & cõtinetur quia circũſcriptibilis eſt: Deus implet mundũ, ſed nõ includitur mundo: qa vbiq; præſens, nuſquam cõprehendi poteſt. Præterea cum diuinę virtutis effectus nuſquàm deeſſe cernimus: cur eãdẽ Dei virtutem omnib. ineſſe rebus dubitemus? Si aũt Dei virtus vbiq; eſt, cùm alia non ſit Dei virtus quàm Deus, conſtat quia nuſquam deeſt Deus. Neque enim vt homo ad operandum aliena virtute Deus indiget.

Quod ſi quis fortè quærat quomodo diuina eſſentia quæ ſimplex eſt vbique eſſe poſſit, ſciat quòd aliter ſpiritus ſimplex eſſe dicitur, aliter corpus. Corpus enim propter paruitatem ſimplex dicitur, cùm autem ſpiritus ſimplex dicitur, non paruitas, ſed vnitas ſignificatur. Creator igitur & ſimplex eſt, quia vnus eſt: & vbique eſt, quia Deus eſt. Quia igitur in omni loco eſt, mutari localiter non poteſt.

Quomodo Deus qui ſimplex eſt vbique eſſe poſſit.

Sed neq; formaliter mutari poteſt. Quicquid enim ſecundum formam mutatur, vel ſecũdum augmentum, vel ſecundum diminutionẽ, vel ſecundũ alterationem mutatur: ſed horum omniũ diuina natura nil recipit. [Nõ augetur. Quicqd enim per incrementum creſcit amplius aliquid ſemetipſo accipit. Quicquid aũt præter id quod in ſemetipſo habet, aliquid accipit, aliunde accipiat neceſſe eſt: Creator autẽ rerũ à quo aliquid quod nõ habet accipiat, cùm omne quod exiſtit ab ipſo procedat.] Non poteſt igitur creſcere, qui in ſemetipſo amplius nec recipere poteſt neque minui poteſt. Quicquid enim ſeipſo minus fieri poteſt verè vnum non eſt: quia id quod in ſeparatione ſe diuidit, in coniunctione idem non fuit. Deus igitur, cui totum vnum eſt eſſe quod eſt: nullo modo ſeipſo minor fieri poteſt. neque igitur perfectio poteſt augeri, neque vni-

Deus non poteſt ſecundũ formam mutari. c. 20. Tho. in 1. par. quæ 9. art. 1.

A.C. 1100.

A tas minui. Sed neque ſecundum alterationem Deus mutari poteſt. Nã alteratio corporum fit in tranſmutatione partium & viciſſitudine qualitatum: alteratio ſpirituum per cognitionem & affectum. Secundum affectum mutantur ſpiritus vt nunc triſtes, nunc hilares: ſecundum cognitionem, vt nunc plus nunc minus ſapientes. Duo verò ſunt præcipua quæ affectum operantis mutare ſolent, id eſt, ſiue quia aliquid pœnitendum fecerit in præterito: ſiue quia inordinatum aliquid proponat de futuro. Sed quòd Deus de facto non pœniteat ſatis euiden-
B ter oſtendit immutabilis iſte curſus omnium rerum, qui ſic lege perpetua primæ inſtitutionis modum non deſerit. Quod verò nil inordinatum proponat, rationabilis probat euentus: qui in toto naturæ corpore nuſquàm ſibi contradicit. Semper igitur immutabilis eſt voluntas Dei: quæ nec mutat conſilium de præterito, nec propoſitum de futuro, etiam cognitione immutabilis credendus eſt.

Tribus enim modis mutabilitati ſubiacet humana cognitio: per augmentum, per diminutionem, per viciſſitudinem. Per augmentum
C vt quando diſcimus, quod neſcimus. Per diminutionem vt quando, quod ſcimus obliuiſcimur. Viciſſitudo autem quadripertita eſt, in eſſentia, in forma, in loco, in tempore. In eſſentia, viciſſitudinem patitur humana cognitio, quando nunc hoc nunc illud cogitamus: quia ſimul omnia noſtro ſenſu comprehendere non poſſumus. In forma, vt quando idipſum nunc tale, nunc verò tale attendimus: quia vtrunque ſimul non valemus. In loco, vt quando nũc huc, nunc illuc cogitationem ducimus: quia ſimul vbique cogitatione eſſe non valemus. In tempo-
D re, vt quando nunc præterita, nunc præſentia, nunc futura conſideramus: & quando nunc habitam cognitionem intermittimus, nunc intermiſſam iterum reaſſumimus.

Sic quoq; Trib. modis mutabilitati ſubiacet humana cognitio.

Quomodo autem viciſſitudinem poſſit accipere diuina ſapientia: quæ omnia ſimul & ſemel ſub vno viſionis radio comprehendit. Simúlque omnẽ eſſentiam, omnem formam, omnia loca, omnia tempora: Semel, quia viſionẽ nec intermiſſam recipit: nec habitã intermittit: ſed quod ſemel etiã ſemp eſt: & quod ſemper eſt, totũ eſt. Omnia videt & de omnib⁹ omnia videt: & ſem-
E per & vbique videt. Quemadmodum ſi totum corpus tuum oculus eſſet nec aliud tibi eſſe, & aliud videre eſſet: quacunque res ſe verteret præſens tibi non eſſe non poſſet: & ſub vnius viſionis ictu immobilis permanens comprehenderes quicquid quaquauerſum in conſpectu haberes: immo non niſi ante te cerneres, quicquid circunquaque contra te poſitum haberes: res tranſiret, & viſio ſtaret: & quocunque ſe ſua mobilitate verteret ſtanti non niſi præſens eſſet. Nunc autem quia ex parte vides, mutabiliter vides, & cùm res videnti tranſit, aut vi-
F deri deſinit, aut viſionẽ ſecũ mutabiliter trahit: quod ſi totus eſſes: hic mutabiliter nõ videres. Quicquid igitur ex parte eſt, mutabile eſt: & quicquid ex parte non eſt, immutabile eſt. Deus autem cui idẽ eſt eſſe, viuere & intelligere: cùm per eſſentiam ex parte non ſit: nec per ſapientiam ex parte eſſe poterit: ſcilicet ſicut immutabilis eſt eius eſſentia, ita & eius ſapientia.

Cognitio Dei qualis vide Th. iij. 1. par. q. 14.

Deo quomodo omnia præſentia.

Deus omnino immutabilis.

A.C. 1100.

Deus diligit ſapientiam ſuam non propter opera,ſed opera propter ſapientiam.ibid. cap.22. A

§. II.

QVOD Deus non propter opera ſapientiã ſuam diligat,ſed econtrario,hoc ſic declarat Hugo. Homines ſæpè ſolent diligere ſcientiam ſuã propter opus,non opus propter ſcientiam: ſicut eſt ſcientia agricolendi,texendi,pingẽdi,& huiuſmodi, vbi prorſus peritia iudicatur inutilis: niſi conſequatur in opere fructus vtili- B tatis. Abſit autem, vt credamus, quòd Deus ſapientiam ſuam propter opera quæ per illam fecit,diligat, quin potius Deus omnia opera ſua nõ niſi propter illam amat. Propterea dixit. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui, non in cœlo,non in terra, non in ſole & luna, [& ſtellis,non etiam in angelis,& quæ excellentiſſima ſunt,in creaturis] quia & iſta ſi ſuo modo placita ſint,non tamen niſi in ipſo & per ipſum placere poſſunt. Tanto enim amplius amore ſuo digna ſunt, quanto vicinius ad eius ſimilitudinem accedunt.

Matth.3. & 17.

Beatitudo enim nuſquàm rectius, quàm in C ſummo bono collocatur. Deus igitur ſolus & propriè & principaliter beatus eſt. Beatus autem quòmodo eſſe poteſt, cui idipſum non placet, quod eſt: Si igitur pater & filius & amor patris & filij vnum ſunt, & vnus Deus ſunt: cùm in ſolo Deo vera beatitudo ſit: neceſſe eſt, vt quiſque amet ſeipſum, & ad inuicem quiſque alterum. Neque enim beatitudo veraciter dici poſſet, immo potius ſumma infœlicitas foret: ſi per contrariam voluntatem ſe diuiderent, & per eandem naturam abinuicem ſeparari non poſſent. D Sicut igitur natura vnum ſunt pater & filius & amor patris & filij, ita quoque voluntate & amore vnum non eſſe non poſſunt: nec aliud eſt quod quiſque amat in altero, quàm quod quiſq; amat in ſemetipſo: quia nõ eſt aliud,q̃d quiſq; eſt quàm q̃d alter eſt.

Deus pater & filius & amor patris & filij vnũ ſunt. cap.23.

Quòd pater diligit in filio, hoc idem diligit filius in ſeipſo:& quod amor patris diligit in filio, hoc idem diligit filius in ſeipſo. Hic eſt(inquit)filius meus dilectus,in quo mihi cõplacui: hoc eſt quod mihi de me placet,in ipſo eſt,extra ipſum nõ eſt:quia quod ego ſum ipſe eſt:quia enim aliud,quàm ipſe,nõ ſum, extra ipſum mihi E placere non poſſum. hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. Quicquid mihi placet, in ipſo & per ipſum mihi placet. Ipſe eſt enim ſapiẽtia per quã feci omnia. In ipſo æternaliter diſpoſui quicquid tẽporaliter feci. Et tanto amplius vnum quodque opus meum diligo, quantò perfectius illud primæ diſpoſitioni concordare video. Nolite putare,ꝙ tantum ipſe ſit mediator in reconciliatione hominum, quia per ipſum etiam commendabilis & placita ſit aſpectui meo conditio omniũ creaturarum. In ipſo examino cuncta opera mea quæ facio: & non F amare nequeo quod intueor eſſe ſimile illi,quẽ amo. Solus ille me offendit, qui ab eius ſimilitudine recedit. Si ergo vultis mihi placere, eſtote ei ſimiles, ipſum audite. Et ſi fortè ab eius ſimilitudine malè agendo diſceſſiſtis,ipſum imitando ad ipſum redite. In ipſo datur præceptum vt perſiſtatis, conſilium, vt redeatis.

Hic eſt filius meus dilectus exponitur. c.24.

Deo Patri placẽt omnia quatenus filio ſunt ſimilia.

A.C. 1100.

Homo ex contemplatione debet proficere. cap. 26.

§. III.

QVALITER debeat proficere vita hominis ex contemplatione, oſtendit Hugo, ſic dicens. Quid autem prodeſt nobis ſi in Deo cognoſcamus maieſtatis celſitudinẽ & nullã in nobis inde colligimus vtilitatem? Appareat ergo ꝙ ibi fuimus, appareat, quòd ibi vidimus: ſi ibi vidimus potentiam, apportemus lucem diuini timoris: ſi ſapientiam apportemus lucẽ veritatis: ſi benignitatem, apportemus lucẽ dilectionis. Potẽtia torpentes ad timorẽ excitet, ſapientia ignorantiæ tenebris excæcatos illuminet, benignitas frigidos calore caritatis inflammet.

Tres ergo dies ſunt inuiſibilis lucis,quibus interius ſpiritualis vitæ decurſus diſtinguitur: primus timor, ſecundus veritas, tertius caritas. Primus dies ſolẽ ſuũ habet potẽtiã, ſecundus ſapientiã, tertius benignitatem. Potentia ad patrem, ſapientia ab filium, benignitas ad ſpiritum ſanctũ. [pertinet.] Boni dies iſti qui nũquàm tranſeunt. De illis Propheta ait, In diebus meis inuocabo. Iſtis diebus homines impleri poſſunt, vbi futuris interuenientibus præſentes non tranſeunt: vbi numerus cũ augetur, claritas multiplicatur.

Tres dies lucis.

Pſal.114.

Primũ homines ſub peccato cõſtituti per legẽ increpati ſunt:& cœperunt Deũ timere iudicẽ,quia cognouerunt iniquitatẽ. Ipſum ergo timere hoc iã erat cognoſcere. Iã dies erat,ſed nõdũ clarus,qa peccati adhuc tenebris caligabat. Venit ergo dies veritatis, dies ſalutis, q peccatũ deſtrueret, claritatẽ prioris diei illuminaret,& timorẽ nõ tolleret,ſed in melius cõmutaret. Sed nec dum plena erat claritas, donec adiũgeretur veritati caritas,nã ipſa veritas dicit: Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnẽ veritatem. Ecce tres dies ſunt: dies timoris,qui manifeſtat malum,dies veritatis,qui aufert malũ,dies caritatis,qui reſtituit bonũ. Nunciate ergo de die in diem ſalutare eius. De his dicit Oſeas Propheta: Viuificabit nos poſt duos dies: & in die tertia reſuſcitabit nos.

Hi dies in humano genere cõpleti in nobis compleri debent. c.27.

Ioan.16 Pſal 95. Oſe.6.

Sicut ergo ipſe Chriſtus, vt noſtram in ſe & per ſe ſalutem operaretur, tres dies habere voluit,ita nobis vt noſtram in nobis per ipſum ſalutẽ operemur, tres dies dedit. Ideo enim ſexto die mortuus eſt,ſeptimo die in ſepulchro iacuit, octauo die reſurrexit: vt ſimili modo primum potentia in die ſuo per timorem nos à carnalibus deſideriis foris occidat, deinde ſapientia in die ſuo intus in abſcondito contemplationis ſepeliat, poſtremò benignitas in die ſuo per deſiderium diuini amoris viuificatos exurgere faciat: quia ſextus dies ad laborem, ſeptimus ad requiem: octauus pertinet ad reſurrectionem.

Tres dies noſtri.

De duplici amore & ſpiritualibus manſionibus arcæ. Hug. lib. i. de arca Noe in prologo.

§. IIII.

IDEM Hugo ſic ait in lib. de arca Noe. Erat vnum & verum bonũ hominis plena & perfecta cognitio ſui conditoris: ſed proiectus à facie Domini factus eſt vagus per inordinatã concupiſcen-

Verum hominis bonũ quod.

A.C. 1130.
Gen.4.
Tentatio quęcûque mentem gratia deſtitutam ſubuertit.

cupiſcentiam, profugus per peccatricem conſcientiam. Cuius voci aptè etiã illud ſubiungitur. Quiſquis me inuenerit occidit me: quia mentem diuino deſertam auxilio quæcunq; tentatio impetierit, ſubuertit. Cor ergo hominis, quod prius amori diuino affixũ ſtabile perſtitit, & vnum amando vnũ permanſit; poſtquàm per terrena deſideria defluere cœpit, quaſi in tot diuiſum eſt quot ea ſunt quę concupiſcit. Sicq; fit vt mens quę verum bonum amare neſcit nunquam valeat eſſe ſtabilis: quia deſiderij ſui finem in iis, quę amplectitur, non inueniens dum ſemper deſiderio ſe extendit: ſequens, quod cõſequi non valet, nunquam requieſcit.

Amor Dei & amor mũdi quomodo defferant. ca.1. lib.2. Ioan.2.

Huius mundi amor in principio dulcis eſſe videtur finem amarum habet: amor verò Dei ab amaritudine incipit: ſcilicet vltima eius dulcedine plena ſunt. Omnis nãque homo id eſt carnalis primò bonum vinũ ponit: ſed ſponſus noſter poſtremò. Si Deum amare cupimus primùm eum agnoſcere ſatagamus. Tanta eſt enim ſpecies pulchritudinis eius vt qui potuerit eum videre non poſſit non diligere.

Arca Noe moraliter exponitur. c.4.

Tres manſiones in arca ſignant tres ordines fideliũ, qui ſunt in ſancta eccleſia Dei: quorum primi vtuntur mundo (licitè tamẽ) ſecũdi fugiũt & obliuiſcũtur mundum, tertij iam obliti ſunt mundum & ij ſunt propinqui Deo. Quod in ſuperioribus arca contrahitur: in inferioribus dilatatur: hoc ſignat, quòd in ſancta eccleſia maior eſt numerus carnaliter viuentium, quàm ſpiritualiter, ita vt ſemper quantò perfectiores tantò ſint pauciores. In ſupremo ad vnius cubiti menſurã arca contrahitur, quia Chriſtus caput eccleſiæ ſuæ qui eſt ſanctus ſanctorum per naturam conſimilem inter homines eſt, & per virturem ſingularem ſuper homines eſt.

Quinque ſtatus hominũ per arcæ manſiones deſignati.

Secundum illam ſententiam qua intrinſecus altitudinem arcæ diſtinximus in quinque manſiones eæ ſunt quinque ſtatus, tres præſentis vitæ & duo futuræ. Primus eſt illorum hominum, qui dicuntur carnales, ſecundus illorum, qui animales, tertius ſpiritualium, quartus animarum exutarum à corpore, quintus in anima & corpore reſurgentium qui ſupremus eſt & cubito ſupremo contiguus: quia tũc omnium deſideriorum noſtrorum finem ad vnũ referimus. In hoc quodammodo rationalis anima ſimilitudinem habet creatoris ſui, qa ſicut in mẽte diuina omnium rerum cauſæ æternaliter ſine mutabilitate & diſtrictione temporali ſubſtiterunt: ita etiã in mẽte noſtra præterit, præſentia & futura per cognitionẽ ſimul ſubſiſtunt, ſi ergo per ſtudium meditationis aſſiduæ cor noſtrum inhabitare cœperimus, iam quodammodo temporales eſſe deſtitimus: & quaſi mortui mundo facti, intus cum Deo viuimus. Habeamus ergo rectas vtiles & caſtas cogitationes: quia de tali materia fabricamus arcam noſtram. Iſta ſunt ligna, quæ in aquam miſſa natant: in igne poſita ardent, quia tales cogitationes fluctus carnalium cogitationum deorſum, non premunt: ſed flãma caritatis incendit. Poſtea bituminabis arcam tuam intus & extra. Nullatenus enim in ſecreto conſcientię ſuauiter pauſare poteris: niſi prius malos & extra per manſuetudinẽ tolerare, & intus didiceris per caritatem non odiſſe. Bitumen calidæ naturæ eſt, & naſcitur de terra fulminata: &

Anima noſtra quomodo creatori ſimilis. li.2. c.1.

A caritas oritur in anima diuini iudicij timore percuſſa. Arca diluuij cordis noſtri ſecretum eſt in quo latere debemus à ſtrepitu huius mundi: quia noſtræ cõditionis infirmitas diu nos in ſilentio intimæ contemplationis pauſare non patitur, niſi ab exteriori tumultu ſegregatos.

A.C. 1130.

Gen.6.
Bitumen caritatem ſignificat.
De oſtio & feneſtra ar. c.2.

Oſtium ſignificat exitum per operationem feneſtra exitũ, qui fit per cogitationem. Oſtium deorſum eſt, feneſtra ſurſum: quia actiones ad B corpus pertinẽt, cogitationes ad animam. Hinc eſt quòd per feneſtram aues exierunt: per oſtium homines & beſtiæ. Quod autem per auem anima ſignificatur, & per hominem corpus: habemus in libro Iob. vbi dicitur: Homo naſcitur ad laborem: & auis ad volatũ quoniam ſic nati ſumus in hac vita: vt ſi volumus animam per contemplationem ſubleuare: neceſſe ſit corpus per exercitia laboris atterere. Quod verò oſtium in latere poſitum dicitur: hoc ſignat, quòd nunquam à ſecreto cordis noſtri per operationem, exire debemus ex propoſito intentionis, ſed ex C accidenti occaſione neceſſitatis.

Actionum noſtrarum duo ſunt genera. cap. 3.

§. V.

Quatuor modis per cogitationem eximus. c.4.
Omnis creatura ex ſe vana.
Creaturæ ſunt ex dono creatoris æterna.

De exitu actionis & cogitationis diligenter notat Hugo vbi ſuprà. Actionum aliæ ſunt carnales, id eſt quæ ad vſum corporis pertinent. Aliæ ſpirituales quę pertinent ad inſtructionem mentis. Ad vtraſque boni & mali exeunt. Quatuor modis eximus per contẽplationem. Primus modus eſt quando conſideramus omnem creaturam quid ſit ex ſe, & inuenimus D omnia eſſe vanitatẽ: quia omnis creatura ſicut de nihilo ad eſſe venit: ita etiam quotidiana immutatione indicat, quòd quantũ in ſe eſt, ad nihilũ tendit. Secundus eſt quando cõſideramus, quid ſit ex dono creatoris: & cernimus in ea diuinæ rationis ſimilitudinem: quia ipſa quę pro ſua conditione mutabilitati ſubiacẽt, dum hoc ex beneficio creatoris accipiunt, vt nunquã prorſus eſſe deſinãt: quodammodo opus temporale æterni opificis imitatur ſtabilitatem. Tertius quando conſideramus quomodo vtatur Deus miniſterio creaturarum ad ſua iudicia implenE da, ſiue pro ſua miſericordia, beneficia largiẽdo, ſiue pro merito noſtro, ſupplicia erogando.

Omnis creatura tribus nobis vocibus alloquitur. ſ. accipe, fuge, redde.

In hoc igitur genere contemplationis audimus omnem creaturam tribus vocibus nobis loquentem. Prima vox dicit, Accipe, ſecunda dicit redde, tertia fuge. Accipe beneficium, redde debitum, fuge ſupplicium. Prima vox eſt famulanris, ſecunda admonentis, tertia comminantis. Vox famulantis eſt cœlum, dicit, Miniſtro tibi lucem in die vt vigiles, tenebras in nocte, vt pauſes. Ego ad oblectationem tuam gratas temporum viciſſitudines pario tempore veris, feruoF rem æſtatis, autumni plenitudinem & algorem hyemis. Ego alternanribus incrementis dierũ & noctiũ, ſpacia ſimili ratione diſſimiliter extẽdo: vt & varietas tollat faſtidiũ, & tibi pariat oblectamẽtum.

Aeris vox.

Aer dicit: Vitalem tibi præbeo flatũ, & omne genus auium ad tuũ mitto obſequium. Aqua dicit: Potum tibi præbeo, ſordes purgo, arentia rigo, & diuerſa piſcium genera ad eſum tuum miniſtro. Terra dicit: Ego porto te, ego

A.C. 1130.

te nutrio, pane conforto, vino lætifico, omnis generis fructu oblecto, diuerſis animalibus menſas tuas repleo.

Vox commonentis mundi.

Vox commonentis eſt, mundus dicit: Vide homo quomodo te amauit, qui fecit me propter te, te propter ſe: ſeruio tibi, quia factus ſum propter te: vt & tu ſeruiás illi qui fecit me & te: me propter te, te propter ſe. Si ſentis beneficium redde debitũ, accipe benignitatem, redde caritatem: hoc tribuit & hoc exigit Deus.

Vox comminantis mundi.

Vox comminantis eſt, Ignis dicit, A me combureris. Aqua dicit, In me ſubmergeris. Terra dicit, A me abſorbeberis. Infernus dicit, A me deglutieris: quia omnis creatura ſicut ex conditione ſua homini famulatur: ſic etiam peccatoribus pro malorum meritorum conſcientia comminatur: vt in ſingulis creaturis perpeti metuant, quod ſe metuiſſe cognoſcunt.

Gen. 3. Gen. 7.

Quartus modus eſt, quando in eis cogitamus non infirmitatis naturalis ſubſidium: ſed libidinis oblectamentum. Hoc oculo Eua vidit lignũ & comedit. Qui hoc modo per cognitionem exeunt, ſimiles ſunt coruo, qui non eſt reuerſus: quia dum foris quod malè delectat inueniunt, ad arcam conſcientię redire nolunt. Reliqua verò tria contemplationũ genera in exitu columbæ figurata ſunt, quæ vacua exiuit, ſed vacua nõ rediit: quia foris inuenit, quod intus non habuit: nec tamẽ foris amauit, quod intrò detulit.

Ramus oliuæ quid ſit. c. 5.

Ramus oliuæ virentis bonum mentis affectum demonſtrat: quia ſæpè ſancti viri, quanto magis foris diuina opera aſpiciunt: tanto magis intus in amore conditoris inardeſcunt. In primo ergo materia vanitatis inſpecta, in nobis generat contemptum. In ſecundo ſimulachrum rationis laudem Dei. In tertio inſtrumentum diſpenſationis timorem & amorẽ Dei. In quarto cupiditas, incentiuum libidinis. Hunc ergo exitum caueamus, ne egrediamur temerè. Nemo de conſcientia ſua confidat. Dyna intus virgo, intus caſta, intus columba fuit: ſed quia columba, fuit ſeducta non habens cor, egreſſa foris, colorem pariter cum nomine mutauit. Quæ vi opprimitur, patet quòd non ideo exiit, vt corrumpatur: ſed quia temerè exiit, pudicitiæ ſuæ damna etiam inuita ſuſtinuit. Quod autem ſubiungitur, quod conglutinauit eam ſibi: hoc eſt, coruus cadauer inuenit, & amplius ad arcam redire noluit.

Gen. 34.

Tria genera cogitationum. Cap. 6.

Tres manſiones in arca ſignificant, in arca intellectuali tria genera cogitationum: rectum, vtile & neceſſarium: ſed inter has omnes præcipuè vna eſt neceſſaria .i. caritas: quæ nos Deó coniungit: & ideo in ſupremo arca ad vnum colligitur: vt iam vnum cogitemus, vnum expectemus, vnum deſideremus dominum Ieſum Chriſtum. In prima ergo manſione eſt cognitio, in ſecunda opus, in tertia virtus, in ſupremo premium virtutis dominus Ieſus Chriſtus. Hos gradus habes in pſalmo vbi dicitur: Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me.

Pſal. 118.

De tribus hominum generibus. lib. 4. cap. 8.

§. VI.

DE iis, qui in arca non ſaluantur Hugo in dicto libro. Cõſiderare poſſumus tres ſpecies hominum. [Alios qui intus diluuium habent, & nõ arcã: alios qui & diluuium & arcam habent, ſed in ea non ſunt: alios qui in arca manent.] in diluuio ſine arca ſunt infideles, quos carnis deſideria inuoluunt: qui præter hanc vitam tranſitoriam aliam neſciunt eſſe. In diluuio arcam habent, ſed in ea non manent: qui vitam immutabilem eſſe venturam credere didicerunt: ſed temporalium rerum delectationi animum ſuũ ſubiiciunt. Nam ibi quiſque ſecundum interiorem hominẽ habitare dicitur: vbi cum cogitatione verſatur. Itaque ij qui delectationem cordis ſui in vanitate huius mundi conſtituunt: quamuis arcam fidei habeant, intus tamen naufragi ſunt. Vt taceam cæteros mundi amatores, quot modo literatos cernimus qui chriſtiani vocati volunt: & cum cæteris fidelibus eccleſiam intrant: & de ſacramentis Chriſti participant: in quorum cordibus ſæpius eſt memoria Saturni, & Iouis, & Herculis, Socratis, Platonis, & Ariſtotelis: quàm Chriſti & ſanctorum eius. Nugas poetarum diligunt, & veritatem ſcripturarum negligunt: aut (quod peius eſt) irrident, & contemnunt. Ego eis pronuncio quia in fine eis ſociandi ſunt: quos nunc in cogitationibus ſuis per affectum cordis ſibi coniungunt. Quid illis prodeſt habere fidem: & non manere in fide? Quid illis prodeſt habere nauem integram, & in fluctibus naufragium, non dicam pati, ſed ſponte facere? Quid prodeſt veritatem cognoſcere, & falſitatem diligere? non ſunt tales, qui verè fideles ſunt. Audi qualis vnus eorum fuerit & tales omnes intellige. Lex Dei eius, in corde ipſius. Sola ergo nauis fidei mare tranſit: ſola arca diluuiũ euadit. Quamdiu caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ omnis homo in diluuio eſt: ſed boni in eo ſunt ſicut ij q portãtur à nauibus, mali verò ſicut naufragi, qui voluũtur in fluctibus.

Contra vitos literatos plus æquo vel poeticæ vel philoſophiæ addictos.

Pſal. 36. Gal. 5.

Intelligamus ergo in nobis eſſe quod fugimus, & in nobis eſſe quo fugere debeamus: concupiſcentiam & fidem. Concupiſcentia pertinet ad opera conditionis: fides pertinet ad opera reſtaurationis, quia & illa inordinatè amando per concupiſcentiam defluimus, & iſta piè credendo per fidem ſolidamur. Et idcirco monita diuina toties nobis ſuadent mundũ fugere, non vtique vt extra cœlum & terram exeamus: ſed vt in concupiſcentia mundi non maneamus. Excogitata enim mundi ſpecie naſcitur in corde affectus cõcupiſcentię. Proinde ſi concupiſcentiam mundi volumus declinare: prius eſt neceſſe, vt memoriam huius mundi à cogitatione noſtra excludamus. Nam ſicut oculus paſcitur ex ſpecie: ita animus cogitatione. Fit etiam nõnunquã, vt quod frequẽter cogitamus otioſè, aliquãdo cõcupiſcamus illicitè Reúſq; facti iudicatur q per cõſenſum in cogitatione delectatur. Cæterum quantũ ad res ipſas pertinet: quia omnis creatura Dei bona eſt: nulla res eſt quæ cogitari non poſſit ſine peccato. Ruſúmque ſi prauos affectus attendamus: nulla res eſt in qua peccare non poſſimus cogitando. Nam & de malo benè & de bono malè: de immundo mundè: de mundo immũdè, cogitare poſſumus. Legimus ſanctos viros non ſolum cogitaſſe, ſed & locutos fuiſſe, & ſcripſiſſe de rebus immundis: quod vtique non feciſſent: ſi cogitationes rerum immundarum animam macularent. Nihil

Quæ fugere debeamus & quæ non.

Mundũ fugere quomodo debeamus.

1. Tim. 4. Omnes res & ſine peccato & cum peccato cogitari poſſunt.

A.C. 1130.

intereſt quale ſit illud quod cogitatur: ſed qualis affectus ex ipſa cogitatione generetur: quia cogitatio mentem non polluit, vbi delectatio conſcientiam non corrumpit. Expedit tamen, vt obliuiſcamur mundum: ne fortè dum frequenter de eo cogitamus, ad eius concupiſcentiam inflectamur.

Vnde oriantur cogitationum diſtractiones. ibid.

§. VII.

QVod per opera reſtaurationis minuuntur cogitationes diſtractæ per opera conditionis. Hugo vbi ſ. Satis (vt reor) monſtratum eſt vnde hæc infinita, quam patimur cogitationum noſtrarum diſtractio oriatur: à mundo & concupiſcentia eius, hoc eſt ab operibus conditionis: rurſumque quid ſit illud, per quod colligi poſſunt in vnum cogitationes noſtræ hoc eſt per opera reſtaurationis. Et quia ordo eſſe non poteſt, vbi finis non eſt, ſupereſt vt relictis operibus conditionis, quæramus ordinem cogitationum noſtrarum ibi, vbi finitę ſunt, hoc eſt in operibus reſtaurationis: hoc etenim ſuperius inueſtigare propoſuimus, quiſnam videlicet cogitationum noſtrarum ordo eſſe debeat, quatenus ex eis ſpiritualis domus ſapientiæ in nobis ædificari poſſit. Et quia ex rebus cogitationes veniunt: oportet vt ex ordine rerum ſumatur ordo cogitationum. Deinceps ergo tractare incipiemus de operibus reſtaurationis relictis operibus conditionis: de quibus quaſi de quodam ſubterfluente diluuio egreſſi ſumus, & nunc in opera reſtaurationis quaſi in arcam ingredimur.

Quot ſint opera reſtaurationis c. 9.

Igitur opera reſtaurationis ſunt omnia, quæ ab initio mundi vſque ad finem ſæculi facta ſunt, vel facienda pro reſtauratione hominum. In quibus & res geſtas, & perſonas ipſas per quas, et propter quas, & apud quas geſta ſunt, loca ſimul & tempora, vbi, & quando geſta ſunt conſiderare oportet. In operibus reſtaurationis tribus modis ordo conſideratur, ſecundum locum, ſecundum tempus, ſecundum dignitatem: ſecundum locum, vt quid prope, quid longè geſtum ſit: ſecundum dignitatem, vt quid humilius, quid excellentius ſit: ſecundum tempus, quid prius, quid poſterius geſtum ſit. Hiſtoria longitudinem arcæ metitur: quia in ſerie rerum geſtarum ordo temporis inuenitur. Allegoria latitudinem: quia in participatione ſacramentorum conſtat collectio populorum fidelium. Tropologia altitudinem arcæ metitur: quia in profectu virtutum creſcit dignitas meritorum. Moraliter prima manſio eſt fides, ſecunda ſpes, tertia caritas. Vel ſecundum anagogen, prima manſio eſt cogitatio recta, ſecunda meditatio prouida, tertia contemplatio clara. Vel ſecundum operationem prima manſio eſt ſcientia, ſecunda diſciplina, tertia bonitas. Vel ſecundum ſtatus differentes prima manſio, eſt natura, ſecunda lex ſcripta, tertia gratia.

In operibus reſtaurationis quid conſiderandũ.

Quatuor ſcripturę ſenſus.

Ætates mũdi ſex. Hugo 1. de arcę myſt deſcri. c. 4.

Item in lib. v. de arca Noe ab Adam vſque ad diluuium prima ætas ſeculi eſt: continens annos mille ſexcẽtos annos quinquaginta ſex. Secunda à diluuio vſq; ad Abrahã cõtinet ducentos nonaginta duos. Tertia ab Abrahã vſq; ad Dauid cõtinet annos nogentos quadraginta duos. Quarta à Dauid vſq; ad trãſmigrationem Babylonis continet annos quadringẽtos ſeptuaginta tres. Quinta à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtũ habet annos quingentos octoginta quinq;. Sexta ætas nunc agitur: nulla annorũ ſerie certa: ſed vt ætas decrepita ipſa morte totius ſæculi conſummanda. Sunt adhuc alię differentię, quib. altitudo arcæ diſtinguitur. Prima manſio eſt coniugatorũ, ſecunda continentium, tertia virginum. Prima manſio reptantia, ſecunda ambulantia continet, tertia volatilia.

De commendatione caritatis Hug. in principio lib.

§. VIII.

IDem Hugo in lib. de laudibus caritatis. Quis ſanctorum à principio mundi extitit, qui caritatem nobis aut verbo aut facto non commendauerit? Caritas Abel martyrem fecit, Abrahã de terra ſua eduxit: quia & ille per caritatem innocenter mortem pertulit, & iſte natale ſolum libenter deſeruit: vterque per caritatem terra cœlum commutauit. Cõſideremus quot iam martyres per tormenta ad regnum cœlorum tranſierunt? Qualem ergo in eis vim amoris arſiſſe credimus, quos propter Deũ nec ſibi pepercisse videmus? Conueniamus nunc cor noſtrum: & videamus an acquieſcat nobis omnia que mundi ſunt relinquere, nõ arridere proſperis, non condelectari blandis, non congratulari lætis. Domine imperfectũ meũ viderunt oculi tui. Quã lõgè ab hac nõ dicam perfectione, ſed ab inchoatione perfectionis me video? Et certè hoc parum erat amicis Dei, vt pro amore æternorũ iſta ſpernerent, iſta calcarent: ſed abiectis his omnibus alacriter ad votum currentes, nec minis terreri poterant, nec tormentis. Trahebat eos caritas, nec retrahebat cupiditas, nec terrebat aduerſitas. Currebãt ergo, mundum poſt ſe relinquebant, Deum ante ſe habebant.

Gen. 4.

Omnes ſancti per caritatem cœlũ adierunt.

Pſal. 138.

Cur aduerſis pij homines examinantur.

Sed interpoſita ſunt tormenta, vt interrogarentur, vel quo deſiderio hunc quærerent, vel qua conſtantia illum deſpexiſſent. Interrogata veritas eſt, probata caritas, confuſa iniquitas. Accedunt illi ad pœnas intrepidi: & quantum mentem amor intus vulnerauerat: tantum caro foris vulnera ſua deſpiciebat. O caritas: quomodo illis ſapiebas? q̃ dulcis eis fuiſti? quos tanta propter te ſuſtinere coegiſti? Quibus illos vinculis ad te traxiſti, quos mundo per blandimenta trahente [& per tormenta repellente;] perdere non potuiſti? Cucurrerũt quia tu eos traxiſti; tranſierunt, quia tu eos iuuiſti, [peruenerũt] quia tu eos ſuſcepiſti: quã inextinguibiliter in precordiis eorũ arſiſti: quia nec ꝓbris, nec pręmijs, nec pœnis obrui potuiſtis. Iſta quaſi flumina inũdauerũt, ſed multa flumina & aquę multę caritatem extinguere nõ potuerunt.

Cantic. 8.

Caritas quanti æſtimanda.

O caritas quomodo laudabo te? Si ſaperem te, appretiarem te: ſi ſcirem quanti valeres, pretium appenderem pro te: ſed fortè excedis anguſtias meas, nec inuenire potero pretium tuũ penes me. Dabo tamen quod habeo, & totum quod habeo. Totam domus meæ ſubſtantiam pro

A.C. 1130.

A pro te commutabo & cùm totum dedero, totum quaſi nihil reputabo. Omnes delectationes carnis meę, omnes iucunditates cordis mei, pro te libenter impendam: vt te ſolam poſſidere valeam. Tu ſola mihi carior, tu ſola vtilior, tu ſola ſuauior, tu ſola iucundior amplius delectás, abundantius ſatians, tutius ſaluans, fœlicius conſeruans: aliis etiam annuntiabo de te. Dic mihi, ô cor humanum, quid magis eligis, ſemper gaudere cum hoc ſęculo, an eſſe ſemper cum Deo? Quod plus diligis, hoc potius eligis. Audi ergo, vt aut corrigas dilectionem, & non differas electionem. B Vide quomodo totum tibi eſt dilectio, ipſa electio, ipſe curſus, ipſa peruentio, & máſio & beatitudo. Dilige ergo Deum, elige, curre, apprehende, poſſide, fruere.

Oſe. 14.

Iuſtitia via ad caritatem.

Iam (inquis) elegi: qua via curram, vt perueniam, da ſocios ne oberrem. Rectæ ſunt viæ Domini, & iuſti ambulabunt in eis. Iuſtitia ergo eſt via, & iuſti ſunt qui in ea currunt. Nulla via iuſtitia rectior, nulla ſocietas iuſtorum ſocietate melior, nulla requies Deo trăquillior. Per caritatem cor dilatatur, & corde dilatato via iuſtitiæ curritur.

Charitas via ad Deũ id paulò poſt.

1. Cor. 12.

A caritate omnia præcepta pendent.

C Idem. O bona caritas, quid amplius dicam de te? ducem te dixi in via Dei. Quid ſi teipſam dixerim viam Dei? Adhuc, inquit Apoſtolus, excellentiorem viam vobis demonſtro. Tu es caput viarum rectarum, omnes viæ rectæ ex te exeunt, & in te recurrunt. Nam præceptum Dei viæ ſunt eius, quæ omnia à te pendent, & in te conſiſtunt. Tu es plenitudo iuſtitiæ, perfectio legis, conſummatio virtutis, agnitio veritatis. Via igitur es ô caritas. Qualis via? Super excellens, ſuſcipiens, dirigens & perducens. Cuius via? hominis ad Deum, & via Dei ad homines. D Tu Deum ad hominem deducis, tu hominem ad Deum dirigis: nec niſi per te ad alterutrum tranſire poſſumus. Tu mediatrix es aduerſos concilians, diſiunctos ſocians & diſpares quodammodo coæquans, Deum humilians, homines ſublimans, illum ad ima trahens, nos ad ſumma erigens: ſic tamen vt nec abiecta, ſed pia ſit eius deſcenſio, nec ſuperba, ſed glorioſa noſtra exaltatio. Magnam ergo vim habes caritas: tu ſola Deum trahere potuiſti de cœlo ad terras.

O quàm fortè eſt vinculũ tuum, quo & Deus ligari potuit: & homo ligatus vincula iniquitatis diſrupit. E Neſcio an quid maius in laudem tuam dicere poſſim, quàm vt Deum de cœlo traheres, & hominem de terra ad cœlum eleuares. magna virtus tua, vt per te vſque ad hoc humiliaretur Deus: & vſque ad hoc exaltaretur homo. Conſidero Deum ex fœmina natum, infantem, pannis obſitum, vagientem in cunis ſugentem vbera. Reſpicio poſtea comprehenſum, ligatum, flagellis cæſum, ſpinis coronatum, ſputis illitum, lanceatum, fixum clauis, felle & aceto potatum, illic indigna, hic dira paſſum: & tamen cur vel illa dignaretur, vel illa pateretur: ſi cauſam quærimus: F aliam præter ſolam caritatem non inuenimus.

Caritas cauſſa eſt cur Deus ſit homo.

Caritas Deum vincit.

O caritas quantum potes, ſi tantum inualuiſti erga Deum, quanto magis erga homines: ſed fortaſſis facilius vincis Deum, quàm hominem: quia quo magis beatum, eo magis debitum eſt Deo à te ſuperari. Hoc optimè tu noueras, quæ vt facilius vinceres, prius illum ſuperabas. A Adhuc nos rebelles habuiſti, quando illum tibi obedientem de ſede paternæ maieſtatis vſque ad infima noſtræ mortalitatis ſuſcipienda deſcendere coegiſti. Adduxiſti illum tuis vinculis alligatum, ſagittis tuis vulneratum: vt amplius puderet hominem tibi reſiſtere, cùm te videret etiam in Deum triumphaſſe. Vulneraſti impaſſibilem, ligaſti inſuperabilem, traxiſti incommutabilem, æternum feciſti mortalem. Hæc omnia feciſti, vt [dura] corda noſtra emollires, inſenſibiles affectus compungeres: vt ſe à corpore ſuo reſoluerent, & facilius ea ſagittæ tuæ penetrarent. B Nec incaſſum hoc feciſti. Multi ſic à te ſuperati ſunt, multi iam tibi manus dederunt, multi iam in ſuis præcordiis ſagittas tuás infixas portăt, & altius adhuc eas infigi deſiderant. Delectabiliter enim & ſuauiter vulnerati ſunt: & plagas tuas ſe percepiſſe nec dolent, nec erubeſcunt. O caritas quanta eſt victoria tua, vnum prius vulneraſti, & per illum omnes poſtmodũ ſuperaſti. O caritas (ait idem vbi ſuprà) laudaui te, quãtum potui, neſcio tamen an fortè maius ſit dicere te Deum, an Deum te ſuperaſſe? Quod ſi maius eſt, hoc etiam libẽter & fiducialiter C de te dicam. Deus caritas eſt. Nunquid parum eſt Deum in ſe manentem habere? tantum eſt caritatem poſſidere. Hoc priuilegium ſola caritas habet, vt Deus dicatur, & ſit. Non enim dicitur Deus humilitas eſt, aut patientia: quia cùm omnis virtus donum Dei ſit: nulla præter ſolam caritatem hoc habet: vt non ſolùm donum Dei, ſed & Deus dici poſſit. Reliqua igitur gratiarum dona largitur Deus, etiam iis quos reprobat, ſolam autẽ caritatem, quaſi ſeipſum habens, tantum iis, quos diligit in præmium ſeruat. Caritas igitur eſt fons proprius, D de quo non communicat alienus: quia quicunque illam habet, non iam alienus eſt à Deo: ſed ipſe in Deo, & Deus in eo manet. Sic familiaris eſt Deo caritas, vt ipſe manſionem habere nolit, vbi charitas non fuerit. Si quis (inquit) diligit me [ſermonem meum ſeruabit] & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

A.C. 1130.

Caritas etiam homines ſuperauit.

Idem conſequenter.

Deus caritas eſt. 1. Io. 4.

Sola caritas hoc habet, vt & donum ſit Dei, & Deus.

1. Io. 4.

Ioan. 14.

Animam in qua caritas habitat, ſuperbia nõ inflat, inuidia non deuaſtat, ira non diſſipat, triſtitia mala non vexat, & auaritia non excæcat, gula non inflammat, & luxuria non inquinat, E Semper munda eſt, caſta eſt, quieta eſt. Semper læta, pacifica, benigna. Semper modeſta in aduerſis ſecura, in proſperis temperata, mundum contemnens, Deum diligens, omnium bona amando, ſua faciens, ſua omnibus libenter impartiens. In quo Dei caritas eſt, ſemper ſurſum cor habet, & deſiderium in ſuperna eleuatum. Et ſi quando ambulat, ſi quando ſedet, ſi quando agit, quieſcit, quicquid egerit, cor à Deo non recedit. Tacens Deum cogitat, loquẽs nil præter Deum, & quod ad amorem Dei pertinet, loqui deſiderat, alios ad caritatem exhor F tando ſeipſum inflammat. Caritatem omnibus commendat.

Caritas omnia peccata ex animo pellit.

Quàm dulcis amor Dei, quàm amarus, & quàm impurus amor huius ſæculi non ſolùm voce, ſed & opere quoq; omnibus demonſtrat, deridet huius mundi gloriam, ſollicitudinem arguit. Miratur cæcitatem hominum, qui hæc diligunt, miratur quomodo iamdudum vniuerſa

Caritas Dei ſæculi amorem pellit.

hæc

A.C. 1130.

hæc caduca omnes non contemnunt. Omnibus exiſtimat dulce eſſe, quod ſibi ſapit: & omnibus placere, quod diligit, omnibus manifeſtum, quod cognoſcit: iſtis indiciis caritas ſe prodit. Igitur ô bona caritas quid dignum dicam laudibus tuis? certè poſt tanta priorum præconia nil de te dicere mea paruitas præſumeret: niſi nunquam de te ſatis dici potuiſſet. Illabere igitur nobis dulcis & ſuauis caritas, dilata cor noſtrum, expande deſiderium: amplifica cordis noſtri habitaculum: vt capere poſſit hoſpitem & manſorem Deum.

De tripliçi meditatione, ſcilicet in creaturis, in ſcripturis, & in moribus. Hugo in libro de Arte meditandi.

§. IX.

Meditatio quid ſit & quotuplex.

IDEM Hugo. Meditatio (inquit) eſt frequẽs cogitatio modum & cauſam & rationẽ vniuſcuiuſq; rei inueſtigans. Modum, quid ſit, cauſam quare, rationem quomodo. Tria ſunt genera meditationũ in creaturis, in ſcripturis, in moribus. Primum ſurgit ex admiratione, ſecundum ex lectione, tertium ex circumſpectione. In prima admiratio quæſtionẽ generat, & quæſtio inueſtigationem, inueſtigatio inuentionem. Admiratio eſt diſpoſitionis, & quæſtio cauſæ, inueſtigatio rationis. In lectione autem ſic conſiderandum. Primò lectio ad cognoſcendam veritatem materiam miniſtrat, meditatio coaptat, oratio ſubleuat, operatio componit, contemplatio in ipſa exultat. Bona autem quædam ſunt neceſſitatis: quędam voluntatis. Neceſſitatis ſunt, quæ ſunt in pręcepto & voto. De cęteris ſi quid ſupererogatur, redditur, ſi nihil, non imputatur.

Neceſſitatis bona, quæ ſunt in præcepto & in voto.

Item meditatio in lectione eſt triplicis conſiderationis. Secundum hiſtoriam quando eorum quæ facta ſunt rationem vel quærimus vel admiramur ſuis temporibus, & locis, & modo congruo perfectam. Secundum allegoriam meditatio operatur in diſpoſitione pręcedentium, futurorum ſignificationem attendens in ratione & prudentia coaptatam, ſicut oportuit ad intelligentiam & fidei formam fabricandam. In tropologia meditatio operatur: quem fructum dicta afferat exquirens quid faciendũ inſinuent, vel quid vitandũ, quid ad eruditionem, quid ad exhortationem quid ad conſolationem, quid ad terrorem ſcripturæ lectio proponat, & quid ad intelligentiam virtutis illuminet, quid nutriat affectionem, quid formam viuendi ad iter virtutis edoceat.

Meditatio ſunt tres ſcripturæ ſenſus.

Meditatio morũ triplex.

Meditatio in moribus eſt ſecundum affectus cogitationes & opera. In affectibus eſt cõſiderãdũ vt ſint recti & ſynceri, hoc eſt ad id ad quod debent eſſe & quomodo debẽt eſſe. Itaq; bonus affectus eſt in eo, ad quod debet eſſe, & rectus, & quo debet eſſe ſyncerus. In cogitationibus cõſiderandum vt ſint mundæ & ordinatæ. Mundæ ſunt quando de malis affectionibus non generantur, neque malas generanr affectiones. Ordinatæ quando rationabiliter: hoc eſt tempore ſuo adueniunt: tempore enim non ſuo etiam bona cogitare etiam ſine peccato non eſt: vt in

Mundæ cogitationes quæ. Tempore non ſuo etiam bona cogitare peccatum eſt.

A lectione de oratione: & in oratione de lectione. In operatione conſiderandum eſt primò vt bona intentione fiat. Itaque intentionem oportet eſſe rectam per diſcretionem, & ſimplicem per benignitatem. Secundò in operibus conſiderandum eſt: vt ex recta intentione inchoata cũ perſeueranti feruore ad finem perducantur, vt nec perſeuerantia torpeat, nec amor tepeſcat.

A.C. 1130.

Item meditatio in moribus duplici conſideratione diſcurrit: foris ad famam, intus ad conſcientiam: foris quid expediat & quid deceat. Deceat ad exemplum, & expediat ad meritum.

Meditatio in morib. qualis.

B Nobis ad meritum, proximis ad exemplum. Intus ad conſcientiam, vt ſit munda, [qualis eſt illa] quæ nec de præterito iuſtè accuſatur, nec de præſenti iniuſtè delectatur. Item in moribus meditatio eſt, vt omnes motus cordis deprehendat, vnde veniant, & quò tendant. Motus igitur cordis aliquãdo manifeſtam habent originem, aliquando occultam. Quæ manifeſtè bona eſt, à Deo eſt: quæ autem manifeſtè mala, à diabolo ſiue à carne eſt. Omnes inſpirationes quæ inuiſibiliter ad cor veniunt, ab iſtis procedunt. Quæ autem dubiæ ſunt in origine probantur à fine.

Mot⁹ cordis vnde veniant.

C Et quæ mala ſunt, differunt. Quoniam quæ à carne ſunt, frequentius ſurgunt propter neceſſitatem. Quę verò à diabolo ſępius oriuntur propter rationem. Item meditatio morum, finem & directionem in omni conuerſatione conſiderat. Finis eſt id ad quod tenditur. Directio qua facilius peruenitur, qui directus pergit, citius peruenit. Sunt enim quædam bona, in quibus multum etiam moueri, parum eſt promoueri. Alia compẽdioſo labore fructũ magnum adducunt.

De tribus quæ requirit Dominus ab homine, Hugo Miſſellaneorum lib. 3. tit. 99.

D

§. X.

INDICABO tibi, ô homo, quid ſit bonum (ſcilicet tuũ) & quid Dominus Deus requirat à te, vtique facere iudicium, diligere miſericordiam & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. Hugo idem hoc exponens ſic ait: Quia & Deus trinitas eſt: non niſi trino ſacrificio placari poteſt. Offer ergo iudicium filio, iudici miſericordiam, ſpiritui ſancto charitatẽ, ſolicitudinem paternitati: ſic tamen offer vt non diſcretione munerum vnitatem trinitatis diuidas [neque in participatione donorum trinitatẽ vnitatis confundas] ſed ſingulis ſua & ſimul vni ſingula cohibeas. Primum quidem iudicium faciendum eſt de teipſo, deinde inter tẽ & proximũ tuum poſtremo de proximo tuo. In ęo iudicio, quo iudicas temetipſum, eſſe debes diſtrictus in eo, qui eſt inter te & proximum tuum iuſtus: in eo, in quo proximum pius.

Mich. 6.

E

Iudicium triplex Domini faciendum.

F Teipſum iudica hoc modo. Conſidera diligenter quid facis, & quid non, quid facere debes, & quid non. Poſt hæc adinuicem conferendo, perpende an idem eſt, quod facis, & quod debes. Quod ſi ita inueneris, gaude: ſin autem ſecus eſſe perſpexeris, time & caue. Inter te & proximum tuum hoc modo. Vide quid facias proximo, & quid ipſe faciat tibi. Si tibi facit bonum, & tu illi malum reddis, malus es, ſi tibi ille

Iudicare quomodo nos debeamus.

Inter nos & proximum quomodo iudicandum.

A. C. 1130.

illc malum facit: & tu illi bonum reddis, bonus es. De proximo tuo hoc modo. Vide quid facit. Si certum bonum eſt, paruum magnum & magnum majus exiſtima. Si dubium bonum eſt, alius, bonum verum puta. Si certum malum eſt, magnum paruum, paruum minus cogita. Si dubium malum eſt, bonum puta. Oportet ergo te primum facere iudicium, vt quod rectè diſcernis, opere impleas. Deinde debes diligere miſericordiam: vt bonum quod agis, non ex timore, ſed ex amore facias.

De proximo quomodo iudicandum

B Et vt idem in alio ſermone ait. Non timeas vitia arguere, & punire: quod pertinet ad miſericordiam. Et qui emendat verbere, in quem poteſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina [& tamen peccatum eius quo ab illo læſus eſt aut offenſus dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur, non ſolùm in eo quod dimittit atque orat verum etiam in eo quod corripit & aliquis emendatoria pœna plectit eleemoſynam dat, quia] miſericordiam præſtat: ait Auguſtinus.

Animaduertēdum eſt in delinquētes. Auguſt. in ench. c. 72. Hug. ibid. ut 49.

C Vnde ipſe Hugo ad præſidentes. Videte languidum in manibus veſtris: quem vobis ille miſericors Samaritanus commiſit. Cæterum nondum chriſtus crucifigebatur: & tamen Petrus feruorem ſuum cohibere non potuit: ſed percuſſit ſeruum principis ſacerdotum, nec multitudinem timens nec poteſtatem. Igitur videte quid facitis: Chriſt⁹ adhuc in oculis veſtris crucifigitur, & vos adhuc gladium in vagina habetis: cùm tamen multitudo maior ſit cum vobis quàm cum illis.

Luc. 10. Ioan. 18.

D Quid vos in paſſione Chriſti feciſſetis, qui modò ad percutiendum pigri eſtis? Ipſe quippe dixit, Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Igitur in Chriſtiano Chriſtus occiditur: & in chriſtiano tribulatur. Quid ergo facitis? quid pigri? quid timidi eſtis? Fortè quia non ſtatis ſicut Phinees: idcirco Deum placare non poteſtis vt ceſſet quaſſatio; fortè quia diſcubuiſtis ad ollas Pharaonis, & ſaginam diligitis: Pigrum eſt vobis ſurgere ad bellum, fortè quia lanam diligitis & lac non oues. Idcirco paſcitis voſmetipſos, non oues; & fugitis veniente lupo, quia de ouibus non curatis.

Prælati negligentes taxantur. Matt. 25.

Num. 25.

Ezech. 34.

E Saltem ſi lac ouium comeditis, carnes comedere nolite. Si fructum pro cuſtodia ouium quęritis: ipſas viuas ſeruate. Bonus paſtor etiam carnem ſuam edendam ſuis ouibus dedit, vt eas reficeret: ſed vos non ſolùm mercenarij pretium pro cuſtodia quæritis, ſed ipſas etiam oues lupi facti ad veſtram refectionem paratis. Diligitur miſericordia in deſideriis, in verbis inſtruendo & corrigendo, in ſubſidiis prouidendo proximo in ſuis indigentiis.

Ioan. 10. Chriſtus carnē ſuā edendam ouib. præbet.

F Poſtremum requirit Deus ſolicitum te ambulare cum Deo tuo: ne vel bonum, quod nondum habes, non merearis accipere, vel bonum quod habes, amittas. Solicitè ergo ambula cum Deo tuo: vt diligas ex toto corde, ex tota anima & ex omni mēte tua. In his tribus trinitati in te operanti cooperaris, per illuminantem ſapientiam tibi collucentē rectum diſcernis, per inflammantem caritatem tibi coardentē miſereris: per prouidam verò paternitatem tibi contuentem temeipſum cuſtodis. Per trinitatem ergo cooperando trinitati trinitatis imago efficeris.

Sollicitū ambulare cum Deo. Hug. miſ. ti. 99.

Trinitati operanti cooperamur.

A. C. 1130.

A Qualiter ſapientia attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Hug. hom. 10 ſup. Eccl.

§. XI.

TRanſiui (inquit Salomon) ad contemplandas ſapientiam, errorcſque & ſtultitiam. Hug. Super Eccleſiaſtem. Quid eſt error? Neſcire quod rectum eſt. Quid ſtultitia? ſcire & nō ſequi quod rectum eſt. Quid ſapientia? Cognoſcere & amare bonū. Si fortiter attingit ſapientia à fine vſque ad finem, ergo non eſt defectu opificis dif ferens pulchritudo conditionis. Quare ergo non æquè pulchra ſunt omnia niſi vt magis pulchra ſint ſimul vniuerſa? Nam ſi non eſſent differenter pulchra ſingula, non eſſent pulchra ſimul vniuerſa, quia ſi eſſet vna pulchritudo in ſingulis, quantumlibet excellens illa foret, & cæteris omnibus eminentior: non eſſet omnis pulchritudo in vniuerſis.

Error & ſtultitia quid. Eccle. 2.

Quare omnia nō æquè pulchra.

Igitur ſapientia à fine vſque ad finem, attingit fortiter, quia ſic opera ſua vſque ad fundum rerum perſequitur: vt etiam defectum inferiorum ab vniuerſo & pulchritudine moderetur: vt inde vniuerſitas magis pulchra ſit quod in vniuerſitate quædam aliorum comparatione & reſpectu defectum patiuntur. Nam hoc ipſum quod in quibuſdam eius operibus pulchris, non pulchrum videtur, turpe tamen non eſt, vbi eſt: ſed minus in parte pulchritudinis habet: quia hoc toto pulchrum eſt, ad quod eſt. Ergo ex eo in toto partium maxima eſt, q̄ in partibus differens, & multipliciter variata diſtinctaque omnifaria pulchritudo eſt.

Sapientia à fine vſque ad finem quomodo attingit.

Suauiter aūt omnia diſponit: quia in tā multis tāque diuerſis rerum generibus ſingula quæque ad terminum ſuum promouens nihil vniuerſitatis concordiam pacemque perturbare permittit: ſed ſic vnicuique quod ſuum eſt, tribuit, vt diſſimiliter currentia ad vnum finem conducat: & vt vnius operatio vim effectumq; alterius nō impediat. Malū quidē propriā ſedem nō habet, ſed natura peregrinum à ſuo, in alieno cōmoratur: quia nō eſſet vbi poſſet eſſe malitia, ſi non eam in ſuo pateretur, quæ eam non fecit ſapientia. Non enim ſapientia malitiam fecit, ſed in eo quod fecit, malitiam eſſe permiſit, vt collata malitiæ ſapientia vinceret, & comparata pulchrior appareret. Confert enim ſe & commetitur ſapientia malitiæ in operibus ſuis, & vincit ea vtrinque, vt attingat vſque ad finem. Ideo, n. malitia ad defectum currens ſapientiam nō euadit, quia nō poteſt malitia ipſa quod corrūpat inuenire, niſi in iis, quæ ſapientia creauit. Sapientia verò ꝓpterea malitiā ad prouectū ſurgens tranſcendit: quia non poteſt totum malitia corrumpere, quod ſapientia potuit creare. Currit ergo ſapientia, vt à fine attingat vſque ad finem: tranſcendens malitiam in incorruptis bonis, quò malitia non accedit: & conſequens malitiam in iis, quæ corrupta ſunt, quo malitia non præcedit.

Quomodo ſapientia omnia ſuauiter diſponit.

Malū proprium ſedem non habet. Sapientia non fecit malitiam.

Tam enim ſuauiter omnia etiam non ſuauia diſponit, vt omnia quæ contra voluntatem eius ſe erigunt, neque potenter extinguat, vt non ſint, neque violenter compellat, vt nihil poſ-

Quomodo Deus contra voluntatem ſuam agere permittat.

A.C. 1130.

poſſint:ſed eſſe ſinens,& poſſe annuens currētia contra ſuā voluntatē manifeſtè permittit,& occultè conducit ad implendum ſuam voluntatē. Reſtat nunc maximus ille ſapientiæ excurſus à fine vſq; in finem,qui nullum habet finem ſurſum ſublime contemplationis,& deorſum profundum damnationis. Ad iſtos duos fines vniuérſorum curſum incipiens à medio ſapientia, hincinde ſiue promouendo ſiue deſerendo diſponens, conducit, ſurſum aſcendentibus viam ſternens, iuſtitiam, deorſum deſcendentibus viam relinquens, iniquitatem. Quo cùm ventum fuerit, ſiſtet vniuerſa in finibus ſuis, & in fine ſui nunquam habebunt finem. Et tunc quoque ipſa ſapientia pertingit à fine vſque in finem fortiter vt amplius nunquam vel à retributione iuſtorum deficiat,vel à pœna iniquorū deſiſtat:diſponens omnia ſuauiter,hinc ad gaudium,illinc ad ſupplicium æternum.Sed quæſo, quæ ſuauitas in inferis erit? An ideo ſuauiter, quia ipſa ſuauis permanet quæ diſponit,licet illi ſuaues non ſint,quos diſponit , nec illud ſuaue ſit in quo diſponit? Ipſa diſpoſitio ſuauis eſt, etiam ſi ſuauia non ſint,quæ diſponit.

Finis vniuerſorum duplex,ſurſum vnus, & deorſū alter.

Suauiter Deus etiā inferni cruciatus diſponit.

De quadruplici opere in mundo. Hug. ſup.Eccl.homi.14.

§. XII.

IDEM ſuper Eccleſiaſten.Quatuor ſunt opera quibus omnia tēporalia explicātur.Primū eſt opus Dei,ſecūdum naturæ,tertiū artificis cū natura,quartum ſolius artificis ſine natura. Opus Dei eſt eſſentiam rerum de nihilo creare, materiam rerum in formam diſponere: motum autē rerū ſub certo ordine tēperare. Propterea hæc tria ad opus Dei pertinent : eſſentia rerum, forma & ordo.Hæc autem tria(ſicut poſtea ipſe author atteſtatur de operibus Dei) ſtabilia ſunt nec temporis capiunt mutabilitatem : quia rerum eſſentiæ hoc quod ſunt eſſe nunquam deſinunt:& rerum formę ſecundum primam conditoris ſui inſtitutionem in ſuis generibus perpetuam identitatem cuſtodiunt: & motus rerum primi ordinis nunquam legem trāſcendunt.Neque enim eſſentiæ rerum nihil eſſe : vel formæ rerum aliter eſſe , vel ordo rerum,diſpoſitioque ab initio mutari potuerunt.

Quatuor ſunt quæ in mundo fiant.

Opus Dei quod.

Opera Dei ſunt immutabilia.

Opus itaq; Dei eſt creare,formare,diſponere vniuerſa.Opus naturę eſt initia rerū de occulto ſinu per incrementa producere eademq; turſum marcentia cùm concidunt per defectum, ad occultum ſinum vnde prodierunt reuocare. Opus artificis cum natura eſt, ea quæ oriuntur de terra ſtudio & induſtria adiuuare. Opus ſolius artificis eſt,in ſubiecta rerum materia operari vel diſiuncta componendo,vel coniuncta ſeparando.Tres itaq; opifices ſunt in hoc mundo ſcilicet Deus & natura,&artifex imitans naturā. Sed hi tres valdè diſpari potentia, id quod ad effectum perducunt, efficiunt. Nam Deus in opere ſuo nec naturæ opera indiget , nec artificis imitantis naturam. Operatur enim Deus aliquando ſine natura , aliquando in natura, aliquando ſupra naturam. Nam ſine natura primum fecit ipſam naturam.Cum natura facit ea quæ de natura ſecundum naturā producit.Supra naturā facit quādo in natura pręter curſum naturæ ſolitum & poſſe primum maiori addita potentia aliquid ad effectum perducit. Omne ergo quod natura facit , Deus facit , ſed non omne quod Deus facit etiam natura facit,quia ſine natura naturam facit. Tertio loco ſequuntur opera artificis imitantis naturam , & ipſe quidem aliquando cum Deo operatur ſine natura, aliquando cum natura ſine Deo,aliquando cum Deo ſimul & cum natura:aliquando ſine Deo pariter & ſine natura. Cum Deo operatur, cum opera iuſtitiæ facit. Sine Deo quando opera iniquitatis agit [quoniam peccata à Deo non fiunt,nec per eius cooperationē fieri habet quod fit contra eius volūtatem]Cū natura quādo ſeminibus rerum ac fœtibus propagandis quibus natura incremētum ſubiicit foris induſtriā & ſtudium apponit. Sine natura , quando præterea in ſubiecta materia ſtudium explicat, vt aliquid quodcunq; ad effectum promoueat, in quo natura patitur tantū non operatur, quia materiam operandi præbet,nō operantis effectū exercet.Talia ſunt opera hominum,quæ fiunt ſuper terram:ex quibus multa mortalis vitæ neceſſitas cogit,multa ſuadet cupiditas,multa vanitas operatur.

Opus Dei quod.

Opus naturę quod.

Opus artificis cum natura.

Tres in mundo opifices.

A.C. 1130.

Artifex varijs modis operatur.

Deus non eſt auctor peccati.

Hugo in Eccle.hom.17.ſuper illud Eccleſiaſtis,Omnia fecit Deus bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi hominum,ait idem Hugo.

Eccle.3.

§. XIII.

PROPTEREA ſtultam fecit Deus ſapientiam mundi,quia poſuit mundū in diſputatione hominum,permanēs ipſe occultus donec deficerent diſputantes & quærentes inania.Poſt hęc reuelauit ſe Deus, & exiuit de cœlo,vt inueniretur cum gloriari iam nō poſſit homo, quaſi ipſe ſenſu ſuo & ſapiētia Deū cognouerit,qui in opere Dei ſcrutādo defecerat. Sūt adhuc & aliæ diſputationes in deſiderijs hominū , multiplices nimis & varię:& ex ipſis exurgūt multarū ſtudia vanitatū,Omnis enim homo præfert,quod diligit ipſe & trahuntur corda filiorum hominū in infinitas ſciſſiones vt non conſentiant in vno vnquam,& laudant partem ſuam ſinguli , & in omnibus iis non inuenit homo opus quod operatus eſt Deus ab initio vſque in finem.

Quomodo Deus ſtultam fecit ſapientiam hominis mundi.

Initium namque operum Dei eſt vſus rerum temporalium, finis verò fructus æternorum. Idcirco traditus eſt mundus amatoribus mundi, quia quibus æternorum bonorum dulcedo tollitur,eis carnales datę ſunt delectationes & mundi gaudia expoſita in deſideriorum ſuorum malorum diſſipationē. Inuenimus adhuc & alias diſputationes in iudiciis hominū graues ac multiplices. Accipiunt enim homines vicem Dei violenter,& iudices ſęculi ſe conſtituūt,& diſputant de mundo & operibus Dei,& de prouidentia eius & iudiciis , quibus vniuerſum mundum diſponit.Reprehendunt Deum, quod noxia facit & nemo tamen reprehendit cùm lęditur inimicus eius,cùm ſunt ipſi vniuerſi inimici Dei & aduerſarij veritatis.Multa operatur Deus circa hominem ab initio eius vſq; ad finem eius:& non inuenit homo quo fiāt ſine hęc omnia, donec finę ipſe accipiat:tunc autem intelliget & tunc inueniet quę operatus eſt Deus, in eo ab initio ſuo

Mundus datus eſt carnalib.

Homines temerè de Dei prouidētia iudicant.

A.C. 1130. vſque ad finem ſuum, vel in miſericordia, vel in A iudicio. Interim autem latent omnia.

Deus quare malos tolerat. Et ſæpè Deus malos tolerat & differt pœnam illorum manifeſtam: habet tamen omnis malitia pœnam occultam, & iudicat Deus, & videtur differre iudicium, vel facta hominum nõ attendere omnino ab iis qui non vident niſi ea quæ foris ſunt. Similiter probat Deus iuſtos aliquando, aduerſitatibus & tribulationib. exerceat, & videtur iuſtitia non habere præmiũ apud eum: & tamẽ nũq̃ caret retributione ſua occulta, manifeſta aliquando differtur, vt interrogentur de perſeuerantia conſcientiæ hominum. Hæc eſt ergo afflictio hominum diſputatio eorum aduerſus Deum: quia in eo ꝙ iudiciis ſuis humiliter ſubdi nolunt: non ſolùm eos pœna exterius aduerſitatis & tribulationis moleſtia atterit: ſed multò magis intus furor & impatientia murmurationis affligit.

Deus quare affligit bonos.

Hom. 18.

De multiplici vanitate. Hugo ſuper Eccleſiaſten ſecunda homilia, ait ſuper illud, omnia vanitas. Hug. hom. 1. in Eccle.

Eccle. 1.

§. XIIII.

Vanitas multiplex. VANITAS alia eſt in rebus conditis, alia in operibus humanis, alia in corporibus, alia in mentibus. Prima eſt mutabilitatis: ſecunda curioſitatis, tertia mortalitatis, quarta iniquitatis. Vanitas mutabilitatis duobus modis in rebus conſideratur, ſiue quia inanes ſunt, ſiue quia tranſitoriæ ſunt. In illo vanæ ſunt, quia oſtendunt quod non habent, in iſto tranſitoriæ D ſunt, quia non permanẽt in eo, quod habent. Vanitas cupiditatis in tribus conſtat, ſcilicet in cõcupiſcentia, in oculorũ concupiſcentia carnis & in ſuperbia vitæ. In omnibus enim vanitas eſt. Propterea tam vanum eſt in iis, quæ bona videntur, ſpem ponere: quàm quæ mala putantur formidare. Quid. n. facit concupiſcentia oculorum? Fallaces rerum fucos & lubricos captat aſpectus: oblita ſui foras funditur, ac totam ſe curioſitati dedens circumit omnia, ſi qua forte noua, ſi qua inſolita, ſi qua mira occurrant. Ad omnes rerũ motus altera, ſemper præceps, temeraria, procax, inſtabilis, petulans, impatiens, lubrica, ſæpè vana, ſæpè exultans: & ſæpè inani timore trepidãs, nullam interius radicem habens: ſed ſemper ſuſpecta ad exteriores rerum pendens motus.

Vanitas cupiditatis in quo conſiſtat.

Creatura omnis talis eſt homini quali eſt ipſe illi. Certè omnis creatura talis eſt homini, qualis homo ipſe eſt illi: vt ab iis, quæ foris ſunt, nec bona mens lædi poſſit, nec mala iuuari. Igitur hæc omnia nec ad malum bono, nec ad bonum malo eſſe poſſunt, niſi quantum ipſe animus vel iſta aſpernando proficit, vel deficit peruerſe amando, aut metuendo vanè. Quid prodeſt carnem morituram deliciarum luxu & diuitiarum affluentia contra corruptionem tanto adniſu defendere: cùm nemo ſit qui poſſit eam à corruptione cuſtodire? Nam ſi ſuperbia vitæ ſiue de diuitiis ſiue de dignitatibus gloriari velit, quid vanius eſſe poteſt? Hoc profectò diuitiæ, hoc dignitates ſuis profeſſoribus ſolum conferunt: vt quod in eis plus aliis accipere videntur, inde plus aliis onerati inueniantur: quo certè pro eis acquirendis vel conſeruandis plus ſemper vel labore atterunt vel cura affligunt. Vanitas mortalitatis eſt de qua pſalmus ait: Filij hominum vſquequo graues corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendaciũ? Verè vanitas eſt peccatũ: quia ibi homo quærit quietari, vbi magis inquietatur. Nam in carnis voluptate fugiẽtem delectationem, nec cùm præſens eſt detinere poteſt: nec cũ præterierit reuocare: & ſic procella vanitatis fatigata cõcutitur vt per idipſum quo malè delectata abiit, ſalubriter tandẽ afflicta redire cõpellatur & ſæpè grauis quædam fit lucta B in animo vt dũ ſi in infimis delectari pariter & affligi cõſiderat, magno deſiderio dilecta etiam amore libertatis, ſi fieri poſſit, de ſe cõcupiſcat.

A.C. 1130.

Vanitas eſt peccatum. Pſal. 4. Ibi. Hom. 4.

Hug. ſtatim in prin. lib. de arra animæ.

§. XV.

Hominis & animæ colloquiũ. C LOQVAR ſecreto animæ meæ (ait Hugo iſte in libro de arra animæ.) Sic enim nec mihi timor erit occulta quærere, nec illi pudor vera reſpondere. Dic mihi quæſo anima mea, quid eſt quod ſuper omnia amas & diligis? Ego ſcio, quòd vita tua dilectio eſt: & ſcio quòd ſine dilectione eſſe non potes. Certus ſum ego, ꝙ aut horum, quæ videntur aliquid amas: aut ſi iam poſtpoſuiſti vniuerſa hæc aliud habes, quod præ his omnibus diligas. Anima. Sicut amare non poſſum, quod nunquam vidi: ſic de iis omnibus quæ videntur, nihil adhuc amare potui: & tamen multis iã experimentis didici fallacem D eſſe & fugacem amorem huius ſeculi: quem ſemper vel cùm petit id quod magis elegeram, perdere: vel cùm aliud quod magis placeat ſuperuenerit, cogor commutare. Sic adhuc deſideriis incerta fluctuo, dum nec ſine amore eſſe poſſum, nec verum amorem inuenio.

Res huius mundi amari non poſſunt.

Homo. Gaudeo ſaltem, quòd in amore tẽporalium non figeris: ſed doleo, quòd in amore æternorum nõdum requieſcis. Infœlicior eſſes, ſi de exilio patriam faceres: nunc verò quia in exilio erras: ad viam reuocanda es. Si temporalia iſta, & viſibilia idcirco amari debere exiſtimas: quia E illis quendam ſui generis decorem ineſſe cõſpicaris: cur tei pſam potius non diligis, quæ ſpecie tua omnium viſibilium decorem vincis? Anima: Oculus cuncta videt, ſeipſum non videt: & eo lumine, quo reliqua cernimus: ipſam in qua poſitum eſt lumen, faciem nõ videmus. Ego igitur quia faciem meam qualis ſit contemplari nequeo, facilius in ea quæ foris admiranda videntur, affectum dilectionis meæ extendo: præſertim quia amor nunquam ſolitarius eſſe patitur: & in hoc ipſo iam quodammodo amor eſſe deſinit, ſi in alterum parilitatis conſortem vim delectionis non diffundat.

Anima quare nõ ſe diligat.

F Homo. Non eſt ſolitarius, cum quo eſt Deus nec idcirco vis delectationis extinguitur, ſi à rebus abiectis ac vilibus apetitus eius cohibeatur. Ille magis iniuriam ſibi facit, qui vel inhoneſta vel certè ea, quę amore ſuo digna non ſunt: in ſocietatem dilectionis admittit. Non vis habere anima amorem ſolitarium, noli tamen habere proſtitutum, quære vnicè electum. Amor ignis eſt, & ignis quidem fomentum quærit, vt ardeat.

Amanda non ſunt inhoneſta vel vilia.

Sed

A.C. 1130.

Sed caue ne id iniicias quod fumum potius aut fœtorem miniſtrat. Ea vis amore eſt, vt talem te eſſe neceſſe ſit, quale eſt illud quod amas: & cui, per affectum coniungeris, in ipſius ſimilitudinem ipſa quodammodo dilectionis ſocietate transformaris.

Vis amoris eſt vt tales ſimus qualia illa quæ amamus. Ibid.conſ.

De animæ pulchritudine.

§. XVI.

QVALITER anima poſſit ad verum amorem incitari per multiplicem rationem. Tuam igitur anima pulchritudinem attende, & intellige qualem debeas pulchritudinem diligere. Quod ſi fortè in æterna illa tua viſio per negligentiam obſcurata eſt: & temetipſam vt decet & expedit contemplari non ſufficis: cur ſaltem quid de te exiſtimare debeas, ex iudicio alieno non perpendis? Sponſum habes [ſed neſcis, pulcherrimus eſt] ſed faciem eius non vidiſti: ille te vidit, munera miſit, arram dedit. Si ſpeciem illius videres, non amplius de tua pulchritudine ambigeres. Scires enim quod tam pulcher, tam vnicus, in tuo aſpectu captus non eſſet, ſi eum ſingularis decor & vltra cæteros admirandus non traheret. Quid ergo agis? Si adhuc ſcire non potes, qualis ille ſit qui te diligit conſidera ſaltẽ arram quã dedit. Nobile eſt donum eius: quia nec magnum decuit, vt parua daret: nec pro paruo ſapiens magna dediſſet: magnum igitur eſt, quod tibi dedit: ſed maius eſt quod in te diligit.

Deꝰ quid homini contulit.

Quid tibi dedit ſponſus tuus? reſpice mundum iſtum. Omnis natura ad hunc finem curſum ſuum dirigit, vt obſequiis tuis & vtilitati deſeruiat tuiſque oblectamentis pariter & neceſſitatibus ſecundum affluentiam indeficientem occurrat. Quis illud naturæ præcepit: vt ſic vno conſenſu tibi ſeruiat? Beneficium accipis: & authorẽ eius non agnoſcis, donum in manifeſto eſt largitor occultus? Quicunque ergo ille eſt, multum tibi contulit, qui hoc totum, & tantum tibi dedit. Multum diligendus, qui tantum dare potuit: & qui tantum dare voluit, multum dilexit. Vide ergo quid agis, cum in hoc mundo amari & amare concupiſcis. Totus tibi mundus ſubiectus eſt, & tu non dico totum mundum: ſed neſcio quid, vix aliquam mundi portiunculam in ſocietatem tui amoris admittere non aſpernaris: Certè ſi hęc diligis dilige vt ſubiecta, dilige vt arram ſponſi, vt munera amici vt beneficia domini: ſic tamen, vt ſemper memineris, quid illi debeas: nec iſta pro illo, nec iſta cum illo, ſed iſta propter illum, & per iſta illum & ſupra iſta illum diligas.

Diligenda ſunt dona Dei, ſed non vt Deus.

Caue ô anima ne (quod abſit) non ſponſa, ſed meretrix dicaris, ſi munera dantis, plus quàm amantis affectum diligis. Maiorem caritati eius iniuriam facis, ſi & dona illius accipis, & tamen viciſſitudinem dilectionis non rependis. Aut ſi potes, dona illius reſpue, vel ſi dona illius reſpuere non potes, viciſſitudinem dilectio is repende. Dilige illum, dilige te propter illum, dilige dona illius propter illum, dilige illum vt fruaris illo, dilige te vt diligaris ab illo, dilige in donis illius quod data ſunt ab illo. Illum tibi & te illi. Dilige dona illius ab illo tibi propter te data. Hæc pura & caſta dilectio eſt.

A.C. 1130.

A Anima reſpondet. Cogor rationibus tuis illum ſuper omnia diligere: à quo me video omnia in pignus dilectionis accepiſſe. Ecce igitur ego vnice electum & vnicè dilectum diligo. Sed hanc huius dilectionis meę iniuriam patior: quòd ſolum diligens ſola non amor. Nam hanc dilectionis arram, quam mihi obiicis non dicam cum beſtialibus: ſed cum ipſis beſtiis communem accepi. Quid enim mihi lux ſolis amplius confert quàm reptilibus & vermibus terrę? Omnia ſimiliter viuunt & ſpirant, idem paſtus, idem potus omnium. Homo. Tria ſunt, in quibus id quod monet, inuenias. Diſcerne,

Anima cõqueritur, quod ſolum amãs ſola non amatur.

B quæ dona à ſponſo tuo accepiſti: alia enim communiter, alia ſpecialiter, alia ſingulariter tibi data ſunt. Communiter, quæ omnibus propter te tecum ſeruiunt. Specialiter, quæ multis, nec tamen omnibus propter te tecum conceſſa ſunt. Singulariter quę tibi ſoli ſunt data. Quid igitur? Nũquid ideo te minus diligit, quia tecum quędã dona ſua ſimul omnibus conceſſit? Nunquid fœliciorẽ te feciſſet, ſi tibi ſoli mũdũ dediſſet? Vbi igitur illa grata & vtilis ſocietas humanę cõuerſatiõis? vbi ſolatia? vbi oblectamẽta quib⁹ nũc

Deus ita eſt diligendus, ac ſi ſingulariter omnia dediſſet.

C frueris? Vide igitur, quia & in hoc multũ tibi cõtulit: quòd hæc ad ſolamen tuũ tecum creauit.

Si mũdus iſte, & hæc tibi omnia ſeruiunt, quo modo etiam omnia ad obſequium tuum creata non ſunt? Nunquid pater familiãs panem ſuum ſolus comedit, poculum ſuum bibit, veſtimentis ſuis induitur? totum tamen non immeritò eius dicitur, quicquid habent ij qui per dilectionem vel per ſubiectionem ei famulantur. Siue igitur illa, quæ tibi ſeruiunt: ſiue illa, quæ ſeruientibus neceſſaria ſunt: omnia tibi data ſunt: omnia tibi obſequia impendunt. Nec conturbare debes

Omnia creata ſunt propter ſingulos.

D quod in vſu rerum temporalium eadem bonis & malis eſt participatio. Nec ideo ſimiliter eos à Deo amari exiſtimes; quia his omnibus tecum ſimiliter communicare vides. Nam ſicut beſtiæ non propter ſe, ſed propter hominem creatæ ſunt: ita mali homines non propter ſe, ſed propter bonos viuunt: vt ſocietas illorum, bonorum vitam exerceat: quos & fœlicitate ſua admonent potiora his, & quæ mali communicare non poſſunt bona quærere: & iniquitate ſua cogunt arctius amare virtutem. Poſtremò, vt dum illos diuina gratia deſtitutos vident per quælibet abrupta vitiorum ruere: diſcant

Mali bonorum cauſa creati ſunt.

E quantas pro ſalute debeãt creatori gratias ferre. Similiter ergo bonis ac malis iſta concedi debuerunt, quia aliter boni potiora ſibi ſeruari non crederent, niſi iſta tam malis quàm bonis communia eſſe viderent.

Quare bonis & malis eadem hic ſint bona communia.

Nunc reſtat, vt conſideres vtrùm ne idcirco de ſingulari amore ſponſi tui gloriari non poſſis, quòd ab eo non ſine ſocietate bonorum diligeris. Dixi ſocietatem hominum dono creatoris tibi eſſe conceſſam, vt inde ſolamen viuendi capias: ne quadam ſolitaria & inerti vita deſtituta contabeſcas. Sicut igitur vi-

F ta malorum tibi eſt exercitium, ſic ſolamen eſt vita bonorum: qui certè tales ſunt, quos nec fœlicitatis tuæ participes, nec amoris aſpernari debes habere conſortes. Nam ſi verè bonos diligis, quicquid illis beneficij impenditur: inde caritas, quæ in te eſt: non quaſi de alieno: ſed quaſi de proprio gratulatur.

Quare plus debemus diligere Deũ: quia bonis ſua dona communicauit.

A.C. 1130.

Licet igitur beatum eſſet iſto amore vel ſolã te perfrui: multo beatius eſt in ipſo cum multorum bonorum congratulatione delectari: quia cùm in eos etiam, qui comparticipant affectus dilectionis expãditur: caritatis gaudium & ſuauitatis ampliatur. Spiritualis namque amor tunc melius cuique fit ſingularis, quando omnibus eſt communis, nec participatione plurium minuitur, cuius fructus vnus, & idem totus in ſingulis reperitur. Nihil enim priuilegio ſingularis amoris tui ſocietas bonorum præſcribit: quia ſponſus tuus in omnibus diligit te: quos diligit propter te: ac per hoc ſingulariter diligit te: quia nihil diligit ſine te.

Deus diligit ſingulos in omnibus.

Non autem timeas animũ illius in amorem plurium quaſi per affectũ diſtrahi, & idcirco minorem eſſe ad ſingulos, quod partitus quodammodo & diuiſus videatur in cunctos. Singulis adeſt, quaſi omnibus, quia nec alium nec maiorem dilectionis affectum ſingulis impenderet: ſi abſque cunctorum participatione ſingulos amaret. Ergo omnes vnum vnicè diligant, vt omnes ab vno vnicè diligantur: quia nec alius præter vnum vnicè ab omnibus diligendus eſt: nec alius præter vnum omnes diligere poteſt vnicè. Omnes autem in vno ſe quaſi vnum diligant, vt vnius dilectione vnum fiant.

Amor Dei in omnes bonos qualis.

Iſte amor vnicus eſt, non tamen priuatus: ſolus, nec tamen ſolitarius, participatus, nec diuiſus: communis & ſingularis, cunctorum ſingulus & ſingulorum totus: nec participatione decreſcens, nec vſu deficiens, nec tempore veteraſcẽs, antiquus & nouus, affectu deſiderabilis, experientia dulcis, fructu æternus: iucunditate plenus, reficiens & ſatians: nec vnquam faſtidium generans. O anima mea in hoc quoque prouidit tibi optimus amator tuus: ne nihil eſſet in quo ſingulariter de ipſo gloriari poſſis. In omnibus iis dilexit te, quæ vel communiter tecum omnibus, vel ſpecialiter quibuſdam, vel ſingulariter tibi ſoli tribuit. Cum omnibus rurſum dilexit te, quibus te participatione doni ſui ſociauit. Prę iis omnibus dilexit te, quibus te ſingularis gratiæ dono prætulit. In omni creatura dilecta es, cum omnibus bonis dilecta es[præ omnibus malis dilecta es, & iis etiam bonis qui minus te acceperunt.] Nolo vt parui æſtimes, vel in tantis vel cum talibus te eſſe dilectam: vbi & bonos omnes habeas ſocios: malos verò vt quæ condita ſunt vniuerſa, ſubiectos.

Deus in omnibus & cũ omnibus & præ omnibus animam diligit.

Primùm cogita quòd aliquando non fueris, & vt eſſe inciperes, hoc eius dono acceperis: qui vtique, ſi nihil amplius dediſſet: pro eo tamen ipſe à nobis laudandus & diligendus eſſet. Nunc autem amplius dedit, dedit enim nobis & eſſe & pulchrum eſſe, & viuere vt præcellamus & iis quæ non ſunt per eſſentiam, & iis quæ inordinata & incompoſita ſunt per formam: & quæ inanimata per vitam. Magno debito obligata es anima mea, multum accepiſti, & nihil à te habuiſti, & pro omnibus non habes quod retribuas: niſi tantum vt diligas. Nam quod per dilectionem datum eſt: nec melius, nec decentius quàm per dilectionem rependi poteſt. Nec ideo plus dilexit te quoniam plus diligendum inuenit in te viuere, ſed quia gratuitò plus dilexit te, talem fecit te, vt iam nunc merito plus diligat te. Poſt eſſe, poſt pulchrũ eſſe: poſt viuere

Beneficiũ creationis.

Beneficiũ vitæ ſentientis & ratione viuentis.

A datũ eſt ſentire, datum eſt & diſcernere: ſenſibus foris decorauit, intus ſapientia illuſtrauit: ſenſus dans quaſi exteriorem ornatum, ſapientiam quaſi interiorem habitum: ſenſus quaſi quaſdam gemmas fulgentes appendens exterius: ſapientiam, quaſi naturali pulchritudine faciem vultus tui decorans intus. Talem omnino eſſe decebat, quæ ad cæleſtis regis thalamum introducenda fuerat. Multum gloriari poteras, & multum cuſtodiri debueras, ne tale donum perderes, & tantum decorẽ corrumperes: ne eo amiſſo vel imminuto amplius miſera fieres, quàm eo non accepto vel non perfecto miſera fuiſſes: B ne te cum damno amiſſæ pulchritudinis ſimul torqueret confuſio fœditatis.

Sed vide quid feciſti anima mea dereliquiſti ſponſum tuum: & cum alienis proſtituiſti amorem tuum. Fœdaſti pulchritudinem tuam, diſperdiſti ornatum tuum, oblita es ſponſi tui, & pro tantis beneficiis condignas grates non egiſti. Vt autem te releuaret illuc, vnde ceciderat ipſe deſcendere dignatus eſt, vbi iacebas: & vt iuſtè tibi redderetur, quod perdideras: ipſe dignatus eſt piè pati, quod tolerabas. Deſcendit ergo, ſuſcepit, ſuſtinuit, vicit, reſtaurauit. Deſcen-C dit ad mortalem, ſuſcepit mortalitatem, ſuſtinuit paſſionem, vicit mortem, reſtaurauit hominem: cogita quantum diligat te, qui tanta dignatus eſt facere propter te. Olim cùm non eſſes, dilexit te, vt conderet, poſtea cùm fœda eſſes dilexit te, vt pulchram faceret. Et vt oſtenderet tibi quantum te diligeret: non niſi moriendo à morte te liberare voluit. Nunc autem tam ſyncera caritate te diligit: ac ſi ſemper cum eo permanſiſſes: nec exprobrat tibi reatum; nec improperat beneficium. Et ſi vis deinceps cum eo perſeuerare fideliter, ipſúmque vt decet amare, ac D tuum illi amorem incontaminatum conſeruare volueris: maiora ſe prioribus daturũ promittit.

Anima Deum opificem ſuũ deſeruit.

Beneficiũ redemptionis.

Anima. Iam quodammodo incipio amare culpam meam: ad quam diluendam dum ille caritate trahitur, [ipſa quoque eius caritas mihi deſideranti, & totis cum præcordiis concupiſcentia apperitur.] Mortuus eſt pro me innocens, nihil quod in me amaret inueniens. Quid ergo domine dilexiſti in me, & tantum dilexiſti vt morereris pro me: Quid tale in me inueniſti: pro quo tanta & tam dura ſuſtinere voluiſti? Ampli⁹ mihi vilis eſſe nõ debeo, quę tãtũ placui E Deo, vt mori eligeret pro me, ne perderet me.

Anima res non eſt vilis.

Homo. Et quid ſi cogitare cœperis, quot & quales in comparatione tua abiecti ſunt, qui hanc quæ tibi data eſt gratiam conſequi non potuerunt? Elegit ergo te & prælegit, ſponſus tuus elegit te in omnibus, & aſſumpſit te ex omnibus, & amauit te præ omnibus. Anima. Multum fateor collatum eſt mihi: ſed quæſo te, ſi vt aſſeris ego iam aſſumpta ſum, quid adhuc differor? quoniã ad amplexus ſponſi nondum venire poſſum. Homo. Neſcis quàm fœda prius fuiſti, quàm polluta, quàm diſciſſa & diſſipata: & F quomodo tam cito in illum caſtitatis thalamũ introduci expetis, niſi ſaltem prius cura aliqua & ſtudio exculta [ad priſtinum decorem repareris. Cùm autem præparata & decenter ornata fueris tunc in illum cœleſtis ſponſi thalamum introibis.] pudebit tuæ priſcæ turpitudinis cùm nihil turpe, nihil pudore dignum habebis. Nunquid

Beneficiũ electionis.

A.C. 1130.

Nunquid audiſti quod rex Aſſuerus fecit, quando Vaſta te reginam propter inſolentiam illius repudiauit? Vide quàm multæ electæ ſunt, vt vna eligeretur, illa ſcilicet quæ oculis regis formoſior & ornatior cæteris videretur. miniſtri regis multas elegerunt ad cultum: rex ipſe vnā elegit ad thalamum. Poſuit te ſponſus tuus in triclinio, vbi mulieres ornantur. Caue ergo ne ad excolendam temetipſam negligens ſis.

Eccleſia triclinium propter tres ordines fidelium.

Eccleſia triclinium dicitur, propter tres ordines fidelium. Etiam hoc ad dilectionem pertinere ſcias: quòd habes vnde te ornare poſſis: quæ vtique ex te nihil habes: niſi ab illo acceperis. Primum eſt fons baptiſmi in quo ſordes criminum præteritorum abluis, deinde chriſma & oleum, in cuius vnctione ſpiritu ſancto liniris: poſtea delibuta & vnctione lętitię perfuſa ad menſam venis, & ibi percipis alimentū corporis & ſanguinis Chriſti: quo interius ſaginata atque refecta noxiā illam præteritorum ieiuniorum maciem depellis. Deinde veſtimenta bonorum operum induis. Ad vltimum ſequuntur aromata virtutum, quarum odor ſuaue ſpirans, omnem illum antiquarum ſordium fœtorem fugat. Datur etiam tibi ſpeculum, ſancta ſcriptura: vt ibi videas faciem tuam, ne quid minus, neque aliter quàm deceat, habeat compoſitio ornatus tui. Vide, quàm pia diſpenſatione tibi vbique concurritur. Non habuiſti, & datum eſt tibi, perdidiſti, & reſtauratum eſt tibi.

Sacramenta baptiſmus, Chriſma & Euchariſtia. Chriſti præſentia in Euchariſtia.

Quomodo ſiue magna ſiue parua faciamus Deum laudare debeamus.

Nunquid tibi gratia benè operandi nulla data eſt: Si magna opera facis, miſericorditer ſublimaris: ſi nō facis magna opera fortaſſis ſalubriter humiliaris. Melius nouit ille, quid tibi expedit quàm tu, & ob hoc ſi vis de illo benè ſentire: totum quod ab illo tibi fit, benè fieri intellige. Forte gratiam virtutis non habes, ſed dum vitiorum impulſu concuteris, melius in humilitate ſolidaris. Suauius redolet Deo humilitas infirma quàm virtus elata. Nihil ergo diſpoſitioni illius præiudicare audeas, ſed ſemper cum timore & reuerentia ora eum, vt quomodo ipſe nouit, tibi ſubueniat: ſi qua adhuc mala in te permanſerunt, piè diluat: ſi qua inchoata ſunt bona, benignè perficiat: & ea te qua ipſe voluerit via, ad ſe perducat.

Confeſſio animæ. ibid.

§. XVII.

DVLCEDO vitæ meæ & lumen oculorum meorum, quid retribuam tibi pro omnibus quæ retribuiſti mihi? Vis vt diligam te & quomodo? Tu dediſti mihi domine ſenſum, vt te cognoſcā, vt præ cæteris multis de tuis ſecretis reuelata intelligam: alios coætaneos meos in tenebris ignorantiæ dereliquiſti: & mihi præ illis lumen ſapientiæ infudiſti. Tu dediſti mihi ſenſum capacem, intellectum facilem, memoriam tenacem, linguam diſertam, ſermonē gratū, doctrinam ſuaſibilem, efficaciam in opere, gratiam in cōuerſatione, prouectum in ſtudiis, effectum in cœptis, ſolamen in aduerſis, cautelam in proſperis: & quocunque vertam me, vbique gratia tua & prēmia præceſſit me: & ſępe cum mihi iā ſumptus videbar, ſubitò liberaſti me: quando errabam, reduxiſti me: quando ignorabam docuiſti me: quando peccabam, corripuiſti me: quādo contriſtabar, cōſolatus es me, quando deſperabā cōfortaſti me: quādo cecidi, erexiſti me: quando ſteti, tenuiſti me: quando iui, duxiſti me: quādo veni, ſuſcepiſti me. Hęc omnia mihi feciſti domine Deus meus, & multa alia, de quibus mihi dulce erit ſemper cogitare, ſemper loqui, ſemper gratias agere vt te laudem & amem.

Pſal. 115.

Beneficia homini peculiaria.

Amor Dei ſingularis.

A.C. 1130.

Ecce habes anima mea arram tuam: & in arra tua cognoſcis ſponſum tuum, ſerua te illi intactā, ſerua impollutā. Anima. Verè fateor meritò amor iſte ſingularis dicitur: qui cùm in multos diffūdatur: ita tamē vnicè ſingulos amplexatur. Verè pulchrum & mirificum bonū, quod cōmune eſt omniū, & totum ſingulorum: cunctis pręſidens, ſingulos implens: vbique præſens omniū curam agens: & tamen ſingulis quaſi omnibus prouidēs. Sic certè mihi videtur, cùm eius miſerationes circa me attēdo: quod (ſi fas eſt dicere) quodāmodo nihil aliud agat Deus: niſi vt meę ſaluti prouideat: & ita totum ad cuſtodiā meā occupatum video, quaſi omnium oblitus ſit: & mihi ſoli vacare velit: ſemper ſe pręſentem exhibet, ſemper paratum ſe offert. Quocunque me vertero, non me deſerit: vbicunque fuero, non recedit, quicquid egero, pariter adſiſtit. Hoc igitur conſiderans, timore pariter ingenti & pudore cōfundor: quod illū, cui tam vehementer placere cupio, vbique mihi præſentem & omnia occulta videntem intueor.

Deteſtatur anima ſeipſam.

O quā multa ſunt in me, de quibus corā oculis eius erubeſco: & pro quibus iam magis illi diſplicere timeo: quā pro iis quæ in me laudanda ſunt, ſi qua ſunt, poſſe me placere confido. O maculæ veteres, ô maculæ fœdæ & turpes: quid tā diu hæretis: abite & diſcedite: & ne præſumatis amplius oculos dilecti mei offendere. Nolite fallere voſmetipſos, nō ſemper mecū ipſo adiuuante manebitis: quāuis me adhuc pigritante exterminari non potuiſtis. Prorſus abominor turpitudinē veſtrā. Iamque deinceps etiam ſi poſſem non videri, nollem tamen à vobis infici: quanto magis nunc, quia palàm ipſi ſum, & quia plus certè me contriſtat eius offenſio, quā mea etiam turpitudo. Recedite ergo, in vanū mihi adhæretis amplius, quia & mecum manentes meæ non eſtis: alienas etiam à ſorte mea vos iudico. Habeo aliud exēplar, cui cōformari cupio & ad illud iugiter reſpicio: ac quantum poſſum magis ac ſemper magis exinde ſimilitudinē traho. Ex quo etiam didici, quòd vos exterminare debeo: & qualiter hoc faciam agnoſco.

Homo. Dixiſti dilectionem ſingularem pariter & cōmunem eſſe non poſſe: ſed inde cōprobata eſt amplius mirabilis, quòd demōſtrata eſt cōmunis & ſingularis. Ad extremū modò dubitare cœpiſti an in hac deformitate tuā quam (licet inuita) pateris, ab illo poſſes diligi. Sed ſi te tunc diligere dignatus eſt: quando tota turpis & nihil decoris habens fuiſti: quantò magis nūc diliget te, quando decorari & priſtinam turpitudinem iam deponere cœpiſti: & quāuis quędam adhuc in te videat, quæ tibi non placent, diligit tamen hoc ipſum, quod tu quoque in temetipſa iam odire cœpiſti, quæ illi diſplicent. Non enim tā ſtatū quā propoſitū reſpicit: nec quid ſis, ſed quid velis eſſe attēdit: ſi tamen in quātum potes ſatagis, vt quod eſſe non cœpiſti, eſſe merearis.

Deus non tam ſtatū quàm propoſitum reſpicit. ſigna præſentię Dei in anima.

Anima. Quid eſt illud dulce, quod in eius recordatione aliquando me tangere ſolet & tam

A.C. 1130.

vehementer atq; ſuauiter afficere, vt iã tota quodãmodo à memetipſa abalienari, & neſcio quo abſtrahi incipiã? Exhilaratur cõſcientia, in obliuionem venit omnis præteritorum malorũ memoria, cor illuminatur, deſideria iucundantur: nãq; alibi neſcio vbi me eſſe video, & quaſi quibuſdam amplexib. amoris intus teneor, & neſcio quid illud ſit, & tamen illud ſemper retinere, & nunquam perdere toto anniſu laboro. Luctatur quodãmodo delectabiliter animus, ne recedat, quod ſemper amplecti deſiderat, & quaſi in illo omniũ deſideriorũ finẽ inuenit: ſummẽq; & ineffabiliter exultat, nihil amplius quærens, ſemper ſic eſſe volẽs. Nũquid ille eſt dilect⁹ meus? quęſo dic mihi, vt ſciã ſi ille eſt, vt ſi denuo ad me venerit, obſecrẽ eũ, ne recedat, ſed ſemper permaneat.

Signa præſentię Dei in anima.

Homo. Verè ille eſt dilect⁹ tuus, q viſitat te: ſed venit inuiſibilis, venit occultus, vt tãgat te, non vt videatur à te. Venit nõ vt totũ infundat ſe, ſed vt guſtandũ præbeat ſe, nõ vt impleat deſideriũ, ſed vt trahat affectũ. Primitias quaſdã porrigit ſuæ dilectionis, non plenitudinẽ exhibet perfectæ ſatietatis. Et hoc eſt, quod maximè ad arram deſponſationis tuę pertinet ꝙ ille qui in futuro ſe tibi videndum & perpetuò poſſidendũ dabit: nunc aliquãdo vt quàm dulcis ſit agnoſcas, ideo ſe tibi ad guſtandum præbet: ſimul etiam vt interim de abſentia eius conſoleris, quãdo eius viſitatione ne deficias inceſſanter reficeris. Hęc de ſcriptis magiſtri Hugonis dicta ſufficiant.

Cur Deus ſuæ gratiæ cõſolationem animo infundat.

De Hugone Corbeienſi qui de Folietto dictus eſt, Vin. lib. 27. cap. 18. Tritth. in lib. de ſcript. Eccl.

CAPVT II.

FVIT & alius Hugo, qui dicitur Hugo de Folietto, qui S. Petri Corbeiẽſis aſſeritur fuiſſe canonicus, vt refert Vincentius ſpec. hiſt. lib. 28. c. 18. ſed quo tẽpore fuerit, non exprimit. Hic edidit librum, [a] qui intitulatur de clauſtro animæ, multum notabilem, ex quo hic ponũtur aliqua excerpta. Ex libro primo de clauſtro animæ inquit, Epiſcopi noſtri hodie domos non impares Eccleſiis magnitudine conſtruunt pictos delectantur habere thalamos, veſtiũtur ibi imagines pręcioſis colorũ indumentis pauper autem ſine veſtibus incedit & vacuo vẽtre clamat ad oſtiũ. O mira declaratio! Troianos geſtat paries pictos purpura & auro veſtitos: & Chriſtianis negãtur veteres panni. Hectori clypeus datur auro ſplendens, pauperi verò ad ianuam clamanti nõ porrigitur panis. Et (vt verum fatear) ſpoliãntur pauperes ſæpè, vt veſtiantur lapites. Et infrà. Audire bonum diligenter, & velle fieri, magna pars eſt bonitatis.

Epiſcopi nimis ſumptuoſas domos cõſtruunt. li. 1. cap. 1.

Ibidem.

Ar diabolus per quoſdã de exercitu ſuo clauſtralibus minatur, vt eos terreat: per alios blanditur vt decipiat, per alios promittit, vt peruertat, per alios inſidiatur, vt rapiat. Phyſicam docet, de conſolationibus loquitur, infirmitates diuerſas ſi teneatur religio generari prædicat. Sed quare hoc? non vt mederi velit, ſed vt occidere poſſit. Videt ex ſubtractione ciborũ luxuriç vires minui poſſe, & ideo non tardat minari ægritudinem: timet otiũ perire & ſomnolentiam deſtrui: & ideò laboris intolerantiã & protenſa vigiliarum ſpatia prætendit; abſtinentiam & ieiuniũ damnat, & per iſta naturam carnis deficere adſtruit, & tamen vitium ſuperfluitatis tacet, per quam natura ſuffocatur.

Dæmonis ad religioſos tentamenta c. 2.

Phiſica pro medicinæ ſcientia illo ſæculo nomen tritum.

Sunt autem quatuor diuerſitates rerum, quæ omni homini fugiendæ ſunt, maximè renunciãtibus huic ſeculo habendæ deſpectui. Confert enim pulchritudo delectationem, ornatus affectum, locus opportunitatem diuitiæ effectum. Audiant igitur hæc vt ſibi caueant, qui loculos portant, qui nundinas & fora propter neceſſitatem fratrũ frequentant qui ſæculariũ domos & curias perluſtrant. Deuitẽt ſolarium Berſabeę, biuium Tamar, thalamum Amnon filij Dauid. Deuitent perſonas infames, ſuſpecta hoſpitia: munuſcula dare & accipere: pecuniam plurimam congregare, ne in ipſa laqueus lateat, in quo cum alio pereant. Pudicus oculus ianitor eſt cordis: quicquid indecens nouerit eſſe excludit: impudicus verò quærens quod placet vbique diſcurrit.

Quatuor rerum diuerſitates religioſis fugiendæ cap. 2.

2. Reg. 11. Gen. 38. 2. Reg. 13.

Pudicus oculus eſt ianitor cordis

Solent homines tribus generibus armorum vti, telis videlicet, haſta & gladio. Immiſit vxor Domini ſui oculos ſuos in Ioſeph. Hęc ſunt impudicitię tela quib. vulnerãtur longè poſiti, telis pudicitiam oculorum oppoſuit. Vibratio haſtæ blandientis videlicet ſermo adulterę: huic opponitur cordis munditia: venenata enim colloquia non recipit mundi cordis puritas: Gladius quo confligitur eo minus eſt mollis adulteræ tactus: huic reſtitit per cordis munditiã. Reſpuit enim adulterę tactũ, rupit fimbriã, ne ſerperet cõtagiũ. His igitur modis docet nos Ioſeph, ne per pulchritudinem mulierũ ad delectationẽ trahamur.

Gene. 39 Ioſeph pudicitiæ exemplum.

Veſtium verò ornatum & affectum, qui inde ſubminiſtratur, vilis habitus amor exterminat. Nemo enim, qui verè habet proprij habitus cõtemptum alieno delectatur ornatu. Sed & loci opportunitatem, ne tentationi ſit congrua clauſtri aſſiduitas excludit: qui enim diſcurrunt per alienas domos, qui ſocietate ſæcularium gaudent, qui fori ſpectacula ſequuntur, qui non ad neceſſitatem communem, ſed ad propriam voluntatem ſunt parati, qui cauſas itineris ſui non habent, ſed fingunt: tales, ſicut ſunt faciles ad diſcurrendum, ita forſitan proni ſunt ad ea, quæ loci opportunitas ſubminiſtrat.

Veſtium vilitas ad quid proſit.

De ſecuritate clauſtri & periculis ſeculi. idem.

§. I.

SECVRA eſt clauſtri aſſiduitas, quam cura rei familiaris non turbat, quam non ſolicitant acceſſus hominum. Ibi inter fratres alterius ad alterum habetur diligens cuſtodia, ibi prælatorum ſubiectis diſcreta prouidet ſolertia, ibi ſilentium confabulationibus aufert locum, extinguit iram: ibi diſciplina cæteros motus corporis ſeruire cogit munditiæ: & ſic omnis opportunitas, quæ eſt ad malum, per clauſtri aſſiduitatem excluditur. Per paupertatem verò voluntariam pecuniæ

Clauſtri ſecuritas.

2 *Liber de clauſtro, & ſeparatim & cum reliquis Hugonis Pariſienſi operibus Pariſiis editus ſub nomine Hugonis de S. victore prodiit. Quamquam Trittheimius Vincentium & D. Anton. ſecutus auctorem huius libri hunc Hugonem Corbeienſem faciat.*

A.C. 1120.

pecuniæ affectus exturpatur.

Quomodo promittat diabolus vt peruertat. c. 5.

Quid promittat prudentia mũdi hominibus ipſis.

Contingit quandoque vt qui minus terreri nequeunt, nec blandimentis acquieſcunt, promiſſis citius flectantur muneribus. Prudentia ipſa mundi eſt, quæ promittit, vt peruertat ſcilicet diuitias & honores: alterum cupiditatis eſt, alterum ſuperbiæ. Promittit, ſed nihil dat. Et ſi quãdo recipiunt homines quod promittit non datur illud, ſed emitur. Raptoribus promittit agricolæ ſubſtantiam, oues viduæ, pupilli agros. Fœneratori vicini ſui domum, amplitudinem poſſeſſionis. Militibus promittit inter enſes lucra, inter telorum grandinem, ſub ſpe carceris, ſub mortis periculo. Negotiatoribus vltra mare promittit lucrum: ibi naufragij timor, ibi vento cõmendantur opes & animæ: in vtroq; periculum in vtroque difficilis acquirendi modus. Clauſtralibus verò vagandi licentiam, quã rigor clauſtri abſtulerat repromittit, fabuloſas confeſſiones otioſorum, platearũ applauſus, fori ſpectacula, ciborum affluentiam, veſtis mollitiem, & (vt cuncta cõplectar) libertatem faciẽdi quod placeat.

Superbia vitiũ quã latè pateat cap. 7.

Vltimò loco de ſuperbia, quę inſidiatur, vt rapiat, eſt agendũ. Hæc eſt, quæ ſæculares poſſidet & retinet nouiter conuerſos, vexat & reuocat: iuſtos verò tentat & illudit. In ſæcularibus apparet, in nouiter cõuerſis notatur, in religioſis quoque latet. Elephantis natura talis eſſe dicitur, vt oſſa illius iuncturis careãt, & ideo flectere membra ſua nequeat, ſed ſemper ſtat. Membra ſuperbiæ inflexibilia ſunt: cùm enim ſuperbus loquitur, ſi imponas ei ſilentium non acquieſcit: ſi aliquid operatur & contradicis, non ceſſat, & ſic eius membra flecti nequeunt. Sed qui ſic ſtat, male ſtat. Ad propriam voluntatem quaſi ad arborem, latus inclinat ſuperbus, vt quietem recipiat. Quod enim per diſpoſitionem propriæ voluntatis agimus, hoc quieto ſuſcipimus animo. Si autem aliter ordinatur, pro labore reputatur. Succidatur igitur arbor propriè voluntatis vt cadat, & occidatur beſtia ſuperbiæ. Sed cauendum nobis eſt ne cadens opprimat aliquem. Sic igitur nouiter conuerſis inſidiatur ſuperbia.

Elephanti comparatur ſuperbia.

Propria voluntas eſt quaſi arbor ad quam inclinat ſuperbia.

Religionis commendatio. c. 8.

§. II.

AVDIANT ſæculares quos delectatio temporalium retinet, qui religionis horrent habitum: quàm ſuauis verè ſit religionis cohabitatio. Abundans enim eſt pauperi, mediocri ſufficiens, tolerabilis diuiti, infirmis larga, delicatis compatiens, fortioribus moderata, pœnitentibus miſericors, peruerſis ſeuera, bonis optima. Hæc ſunt nouem religionis beneficia.

Quomodo pauperi abũdans ſit religio cap. 9.

Quidam rebus temporalibus egent, ſed inuiti: & hæc vocari ſolet egeſtas. Egent enim rebus, & egent bona volũtate, qua ditius nihil eſſe poteſt. Quidã de ſæculo veniunt, vt in eccleſia poſſint honorari, qui in ſua domo non niſi contemptibiles eſſe potuerunt. Qui ſi fortè eccleſiam, in qua paupertas amatur, intrauerint: intolerabilem dicũt illius loci conſuetudinem nimiã prælatorum ſeueritatem prętẽdũt: aliqua de fratribus opponunt ſibi quæ cùm pati nolint dicũt q̃ nõ poſſunt, & hoc totũ callidè machinãtes vt ad ditiorem valeant tranſire eccleſiam, qua-

A.C. 1120.

Pauperes in religione prau.

A ſi humiliter rogant à vinculo profeſſionis abſolui, miſcentes blandis aſpera. Minantur enim ſcandalũ, ſi malè diſceſſerint, & iurant ſe in alia eccleſia quietę mentis eſſe poſſe: in ſua nunquã. Reſpondent abbati ſuo libera fronte, accuſant fratres quoſdam criminoſos, quoſdam per ironiam iuſtos vocant. Quos verò iuſtos negare nõ poſſunt inuidentes bono nimium iuſtos appellant. Erubeſcunt genus ſuũ, proprio nomine nolunt appellari. Amant enim nomina dignitatum. Si vocentur abbates, ſi priores, ſi præpoſiti: arridet oculus, hilareſcit facies, & ſic nunciat B animus, quod optet. Huiuſmodi pauperibus non promittit Chriſtus regnum, ſed infernum.

Optimi pauperes in religione qui.

Sunt alij qui ex paupertate venerũt: quib' ſi dentur neceſſaria cõputant eſſe ſuperflua humilitate ſua. Otium vnius diei ſacrilegium eſſe putant: ſaturari vilibus cibis arbitrantur vitium. Nulli æquales eſſe ex debito, cunctis ſeruire ſe exiſtimant, aliquantulum bonas veſtes erubeſcunt habere, & ſi condiret humilitatem diſcretio, vti licitis licitum eſſe dubitarent. Tales ſequuntur Chriſtum pauperem itinere recto: C quia pauperes pauperem, humiles humilem ſequuntur: his dantur temporalia ad neceſſitatem, & promittuntur ad æternitatem cęleſtia.

Mediocri quomodo religio ſufficiat. cap. 10.

Mediocri religio ſufficere debet, quia neceſſaria præbet, dat ſatis, dat gratis: mediocritas eſt via media, quæ ducit ad ciuitatem ſummi regis: à dextris verò & ſiniſtris ſunt egeſtas & diuitiæ, in vna anguſtantur per egeſtatem, in alia errant per ſuperbiam. In pretioſa enim veſte eſt ſuperbia: in pannoſitate verò alienæ rei concupiſcentia.

Religio diuiti tolerabilis. ca. 11. Matth. 11.

Tolerabilis eſt diuiti religio. Iugum enim D meum (inquit) ſuaue eſt. Taurorum ceruices humiliat onus, quod trahitur: ſuperbiã carnis quæ quaſi ex adipe ꝓcedit domat. Sed dicet aliquis, vita Chriſti eſt opprobria pati nihil poſſidere, affligere corpus, mori pro ꝓximo, ſed cui eſt hoc onus leue: audi aut cui, cupio (inquit Paulus) diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Mira res hæc abhorrẽt quotidie ſæculares, & hæc quotidie patiuntur. Timẽt opprobria pati pro Chriſto, pro mundo autẽ patiuntur opprobria ſempiterna, mori pro Chriſto pertimeſcunt, & pro temporali lucro quotidie moriuntur. Nonne leue eſt mori pro proximo, & eſſe cum Chriſto? Spes muneris, laE borem oneris iminuit. Verè onus leue vita Chriſti, quia nec multa portat, nec diu. Religio non acquirit cum cupiditate, nõ poſſidet cũ amore, non dolet, ſi amiſerit. Iugũ autem diaboli grauat & opprimit. Multa enim patitur diuitum ſuperbia. Nouimus diuitum menſas, nouerunt & aliqui veſtrum: proteruitas ibidẽ acquirit ſibi locum nõ ſimplicitas. Quibuſdam ibi datur cibus ſine potu, & ecõuerſo: multi etiam ieiuni ſurgunt à menſa & tamen læti vrbanitate quadam famen ſuam conſolantur. Menſa verò religionis eſt ordinata, ſufficiens, non ſuperflua, F nullus ibi amittit locum cum rubore: quia omnia diſponit humilitas. Ieiunãt milites, vt aliena rapiant, ſcholares vt ſubtiliores fiãt, & nolũt ieiunare, vt audiant. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, Dicit Chriſtus, & ego reficiã vos: & dicit homo deficiã. Cui credã? Credo q a qui potuit hominẽ facere poſſit & reficere. Labor diuitũ grãdis; leuior eſt labor clauſtri &

Philip. 1.

Religio onus leue.

Mundi onus importabile.

Matth. 11.

A.C. 1120.

tamen timetur. Leuius eſt enim pondus tunicæ, quàm loricæ, tutius eſt clauſtrum quàm caſtrum, tutior eſt abbatis obedientia, quàm regis iuſſio, hæc inter gladios mittit, illa periculum vitat: laborant multi, ſed non prodeſt eis. Tolerabilis eſt labor clauſtri: quia mediocritas laborem temperat, nec aufert diuiti niſi ſuperflua, religio qđ nocet, aufert. qđ neceſſe eſt, miniſtrat.

Tutius eſt clauſtrum quàm caſtrum.

Religio quomodo larga infirmis. cap. 12.

§. III.

QVIDAM enim ſunt qui infirmantur ex ſenio, alij verò ex membrorũ læſione: alij ex infirmitate ad tẽpus recedente, alij continuo languore. Sunt autem aliqui quorum ſenectus eſt garrula, iracunda, plena prouerbiis, & fabulis vacans: & licet oculus eorum cæcutiat, licet manus tremebunda ceſſet ab opere, licet officium ſuum pes ignoret, licet totus corpore & animo curuus incedat: tamen cor & lingua non ſeneſcunt. Hi ſunt, qui gloriantur ſe fuiſſe diuites, bella principum ſæcularium, non pacẽ ſanctorum recitant, ad cauſas vocari volunt, quia præterita nouerunt. Tales accuſarent Suſannã ſi velles, & laudarent Iezabel.

Senes mali. Dan. 13.

Sunt & alij, qui cum terram non videant oculis cœlum mente conſiderant qui licet offendãt pedibus, licet corpore nutent, non offendunt tamen lingua, nec nutãt animo, tacent noxia, quod inſtruit narrant, hominem interiorẽ labori ſupponunt, cũ non poſſint exteriorẽ, inſtar orationi, cogitant omnes annos ſuos in amaritudine aīę ſuę, & ideò renouabitur, vt aqlæ iuuentus eorũ. Illorũ verò, qui mẽbrorũ læſionẽ ſiue moleſtiam corporis, ſiue ægritudinẽ patiuntur: quidam ægreferentes conſulunt medicũ, ſi ſtatim nõ conualeſcat iraſcuntur infirmitatis. Dolorem capitis nõ patiuntur benignè, & quomodo pro proximo capitis abſciſſionẽ paterentur? Fagellum timent: & quomodo tormenta ſuſtinerent? Sunt alij qui nõ ſeruiunt carni, ſed volũt vt ſeruiat caro ſpiritui: qui non quærunt medicum niſi Chriſtum, clamantes tantũ: Sana me dñe & ſonabor. Soli portant infirmitatẽ ſuã, quia non inquietant aliquem quærimoniis.

Senes boni. Iſ. 38. Pſal. 102. Hie. 17.

Quatuor ſunt vnde conqueruntur infirmi. ſ. de infirmitate, de medicina, de cibo, de ordine. De infirmitate ideò conqueruntur, quia pondus infirmitatis portant inuiti: alij verò eo ꝙ labori fratrum intereſſe nequeãt. De medicina verò, ꝙ non ſubueniatur eis, vt dicunt fraterna caritate, alij ꝙ diſpendium patiatur eccleſia pro ſalute eorũ. De cibo autẽ, ꝙ non ſufficienter, vel quomodo, vel quando volunt miniſtratur eis: alij verò dolent ꝙ delicata comedant, nihil operantes ꝙ aliquis eis ſeruiat, & ipſi nulli. De ordine autem quidã conqueruntur, imputantes grauitati ordinis infirmitatis ſuę cauſam: & ſic quod benè egerũt, malè perdunt, alij quia à conuentu fratrũ ſeparati delicatius tractẽtur. Si aũt à lectulo fratrũ in choro pſallentiũ voces audierint, pſalmos illos ruminãt, qui clauſtri tędium, benignè ferũt, fœlices eſſe putant, nihil de ordine implere ſe fatentur, ſed (niſi fallor) implent totũ, infirmitatis clauſtro coarctantur, diſciplinantur anxietatum virgis & ſpinis dolorum, ieiunant, vigilãt, laborant, quia cibum, ſomnum, & quietem, infirmitas negat, & tamen ſi paretur lectulus ſuauior ſi cogantur ſine caligis dormire, quaſi aliquid criminale fecerint, in huiuſmodi timẽt vitã finire. Quomodo eſt infirmis larga religio, vt ſi dentur aliis neceſſaria, infirmis plura & delicatiora, quærãtur plura vt ex multis aliquid placeat delicatiora cum guſtauerint, teſciantur ex aliquo.

Quatuor de quibus infirmi cõqueruntur. Boni infirmi in religione totũ officium religionis implent.

Religio eſt delicatis compatiens. c. 13.

§. IIII.

QVOD religio eſt compatiens delicatis: idem Hugo. Quatuor ſunt delicatorum ſpecies, voluntate, vſu, genere, natura. Voluntate delicati ſunt qui cũ groſſiorib. cibis vti poſſunt, nolunt: ſed exquiſita & diuerſa fercula quærentes, reſpondent ventri, & petenti obediunt. Reſpondeo huic & ego, quoniam ſi clamauit, non virga, ſed pane compeſco, mihi ſoli quandoque fercula plura parantur, & multis fratribus vnum dabo, multis vnum, & vni plura? Vſu verò delicati ſunt qui cũ eſſet in ſæculo, ſeruiebãt ventri, in eccleſia verò poſiti vſum ſoliti cibi mutare nolunt, infirmitatem timent corporis, & animæ ſuæ inferunt mortem. Impoſſibilitatis ſuæ vſum vitæ præcedentis fore cauſam teſtantur. Sed vt dici ſolet malus vſus abolendus eſt. Genere delicati ſunt filij nobilium, qui ſicut fuerunt in ſæculo nobiliores dignitate generis: ita in conuentu fratrum ſunt nobiliores proceſſu bonæ operationis. Iactant ſe non eſſe delicatos, humiles ſunt verbo, veſtitu, & opere: nec de parentum ſuorũ dignitate gloriantur: ſed occultant cauſas ſuperbiæ, ne pes eorum labatur in vitiũ: natura verò delicati ſunt, quorum complexio talis eſt, vt pondus laboris, ieiunij, & vigiliarum ferre non valeant, qui etiã cibos exquiſitos faſtidiunt, qui ſibi ſunt oneri, qui calore ſolis diſſoluti citò laſſantur & frigore ſtatim torpeſcũt. Tales etiam de populo quoſdam natura plaſmauit. Omnibus his compatiens eſt religio.

Delicatorum quatuor genera.

Compaſſio tribus modis fit.

Eſt autem vera & falſa compaſſio, vtraque tamen tribus modis fieri ſolet. ſ. ore, corde & opere. Ore fit falſa, quando quis flebilibus verbis tantum dãnum alterius conſolatur. Corde verò quando aliquis qui abundat diuitiis oppreſſu ægritudine vel egeſtate occurrit, & pietate motus affectũ inclinat, tranſiens tamen egenti non ſuccurrit. Hæc cõpaſſio ſterilis eſt, concepit, ſed non peperit. De conceptu enim verę cõpaſſionis naſci ſolet eleemoſyna: ſed, tanquàm venefica mulier partum iugulat auaritia: ne prodeat in lucẽ. Illa quæ ore fit tantũ, adulatoria eſt. Sequitur alia. ſ. tertia, quæ multa tribuit: ſed ideò vt laudatur & plus recipiat. Sũt etiã qui cõpatiuntur ne interficiant ciuem, alij verò fratri ſuo: ſed quia non habent, vnde compaſſionis opera compleant, prælatis quorum eſt prouidere aut impẽdere neceſſaria, qualis ſit & quid poſſit frater ille diligenter intimant, compatiuntur & magiſtro, ne qui præire debeat, deficiat in via, vnde quidam vſus inoleuit, vt aliquem de fratribus abbas ſibi pręponat, cui obediat in agẽda ſui cura: ne rigor plationis frãgat humanã fragilitatẽ. Et hæc eſt cõpaſſio prudẽtiæ. Tria ſunt per quę

apparet

A.C. 1120. Verā compaſſionem tria indicant.

apparet vera compaſſio,ſcilicet occulta beneficia, paupertas & mors.Beneficium enim,ſi impendatur occultè,humanæ laudis fauorem extinguit. Quando autem pauperi miſeretur aliquis, temporalis remouet ſpem retributionis cùm pro proximo mortem pati non renuit, amorem mundi non præponit.

Quomodo religio ſit fortioribus moderata.cap.14.

§. V.

QVOD religio fortiorib. ſit moderata.Hugo.Tenendus eſt in omnibus mod^{9}, quod enim modum excedit, excedit & vires. Modus æqua lance librat onera fortiorũ,ſiue debilium: ne grauentur fortiores,aut debiles ſub onere opprimantur.Tres ſunt ſpecies fortium, ſcientia,corpore,& animo. Scientia fortes ſunt qui licet diligentia,affectu animi careant, licet fortitudo corporis non ſuppetat ipſis,tamen quadam rationabili ſcientia,qua creatoris ſui benignitatem & ſuam negligentiam recognoſcunt,inclinant animi rigorem,& corpus ſuum cogunt ſeruire creatori ſuo: & ſic diſcunt benè amare,quia ſciunt benè operari. Corpore fortes ſunt, quos natura ſolidauit ad tolerandos labores: quorum quidam,quod proſit,operari poſſunt, ſed nolunt: alij poſſunt,& volunt:alij verò plus volunt, quàm poſſunt pati. Qui corpore fortes, animo debiles ſunt, parcunt ſibi, ſeipſos amantes, ſectantur otium,vacant fabulis,fures ſunt,quia communi neceſſitati ſubtrahunt,quod commune fecerant.Mentiuntur autem coram Deo & hominibus, quia quod vouerant reddere poſſunt,ſed nolunt: decipiunt fratres ſuos ignorantes quid poſſunt.

Fortiũ tria genera.

Animo fortes. Tob.1. Iob 1. Gen.12.

Animo ſunt quidam fortes, quidam fortiores, alij fortiſſimi. Fortis Tobias, fortior Iob, fortiſſimus Abraham: Duobus modis probatur fortitudo animi, cupiditate, ſcilicet & carnalitate.Tobias commiſit, Iob amiſit, Abraham dimiſit:hic pecuniam, iſte ſubſtantiam, ille domum,terram & cognationem.Vnus in ſpe alter patienter, alius ſponte. Primus egenti compatiendo,ſecundus perſequentem tolerando,Tertius iubenti obediendo:& ſic non cedunt cupiditati,quæ in tribus conſiſtit, ſcilicet in amore poſſidendi, in dolore amittendi, in coactione deſerendi,ſed ſimiliter expellunt tres tria quiſque ſuum, nec cedunt carnalitati. Non enim plus amauit Tobias filium quàm debuit, Iob de morte filiorum non doluit plus, quàm neceſſe fuit:Abraham verò non tantùm Hiſmaelem,ſed etiam Iſaac Deo obtulit. Fortiſſimus Abraham ſed beatus Laurentius fortiſſimo fortior. Abraham ſua dimiſit,Laurẽtius ſua diſperſit & dedit pauperibus:Abraham ſuum filium Deo obtulit, Laurentius ſeipſum pro filio Dei. Hic ignem parat ſeu portat, colligat filium: ille ad ignem poſitus Chriſtum prædicat, efficitur holocauſtum domino,id eſt totum inſenſum igne Caritatis intus, exterius flamma tribulationis. Hic quia ſit obediens,filium recepit incolumem: ille verò quia perſeuerat in tormentis à Dei filio recepit ſalutem. Sic igitur in tribus his conſiſtit fortitudo totius religionis. Qui enim ſcit, & vult & poteſt benè operari,ſi in hoc modum teneat ſemper perfectus eſt.

Gen.22. Abraham & Laurentij compaſatio.

Fortitudo religionis in quo cõſiſtit.

A.C. 1120.

Quomodo pœnitentibus ſit religio miſericors.cap.15.

§. VI.

QVOD pœnitentibus religio eſt miſericors:idem Hugo. Tribus modis pœnitet homo.Saul ore,Petrus corde, Dauid ore & corde ſimul, pœnituit. Tria commiſit Dauid erga Vriam,perfidiam, homicidium, & adulterium: tamen quia corde pœnituit,audiuit, Dimiſſum eſt tibi peccatum tuum. Ter negauit Petrus, & reſpexit eum Dominus. Tribus modis peccauit Saul: per ſuperbiam, per inobedientiam, & per excuſationem peccati.Superbiæ diaboli,præuaricationis Adæ, excuſationis Euæ particeps efficitur.Adam contra patrẽ,Eua contra filium,diabolus cõtra Spiritum ſanctum peccauit.Hi ſunt tres qui teſtimoniũ dant in cœlo aduerſus Saul. Pater,qui eſt veritas,de mẽdacij excuſatione. Filius,qui eſt patri obediens,de inobedientia. Spiritusſanctus de perſeuerantia peccati teſtimonium profert.Superiori non obediuit Saul, nec pepercit inferiori,ſed ſibi dum populũ ſibi ſubiectum accuſat,dum ſeipſum excuſat, dum præceptum Samuelis recuſat.

1.Reg.15. Mat.26. 2.Reg.11. & 12. Gen.3.

Adam in patrẽ Eua in filiũ peccauit.

Tribus modis pœnitet homo & tribus modis miſeretur Deus. Peccantem expectat & reuocat dono gratiæ, deſperantem conſolatur per ſpem veniæ,pœnitentem roborat ex promiſſis gloriæ. Miſeretur & hõ homini tribus modis. Miſeretur prælatus diſcipulo dum peccantem verbis benignè corrigit, deſperantem ad ſpem per exempla miſericordiæ erigit & correctum poſt commiſſa diligit. Nonnulli cùm aliquem familiarem habeant ſi peccet deſpiciunt:fatentur, quòd non diligunt eum ſicut prius. Peccauit Petrus, ſed Chriſtus eum non deſpexit, immo reſpexit & dilexit.Miſeretur & prælato diſcipulus, dum irato non reſiſtit, magiſtro peccanti non detrahit vel peruerſum patitur. Iratum enim Saul fugiebat Dauid,purgantem in ſpelunca ventrem cùm poſſet occidere non occidit, peruerſumque paſſus eſt,quàm diu vixit.Miſeretur diſcipulus diſcipulo, dum peccanti orando compatitur,aut quando inter ſe & illum ſolùm corripit: aut quando in ſe peccanti benignè dimittit.

Homo homini tribus modis miſeretur.

Matth.26.

1.Reg.19.

Quomodo religio ſit peruerſis ſeuera.cap.16.

§. VII.

QVOD peruerſis religio ſit ſeuera: idem Hugo.Peruerſis religio eſt ſeuera. Seruat honeſtatem ſeueritas, leuitatem caſtigat:timetur ab indoctis. Ipſa eſt decor ſenum, iuuenum virga, prælatorũ perſonas ornat,virtutum ſpeciẽ colorat. Sicut enim rubor myſtus candori faciem gratam reddit aſpicientibus, ſic ſeueritas myſta rectitudini, ſi dulcedine condiatur, vultum religionis decorat. Dulcedo prælati trahit ad pœnitentiam, peccantem diſcipulum ſeueritas

Laus ſeueritatis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A.C. 1120.

ritas corrigit, rectitudo dat legem delinquenti: ſic nec ſeueritas leuitatem patitur, nec dulcedo diſſolutionem, nec rectitudo lineam iuſtitiæ tranſgredi permittit. Ira prælati caſum dat peruerſo, iuſtum verò prouocat ad iram. Duæ ſunt ſpecies peruerſitatis, aperta ſcilicet & occulta.

Duæ peruerſitatis ſpecies. 1.Reg.17. Goliath peruerſorum typus.

Sunt quidam adeò peruerſi, vt quod ipſi malè operantur, apertè defendant: quod autem alij benè faciunt, deteſtantur & impugnant. Incorrigibiles ſunt, Hoc ſolum quod volunt, bonum credunt: obedientiam autem nunquam, aut negligenter implent, humiles fratres prouocant, turbāt ſilentium. Talium figuram geſtabat Philiſtæus ille, qui egreſſus de caſtris Philiſtiim prouocabat filios Iſrael. Cuius magnitudo & armorum diuerſitas moraliter ſtatum peruerſorum ſignat, qui magni ſunt apud ſemetipſos & morū qualitates deſignāt. Peruerſi enim caput caſſi deregunt, dum peruerſæ actionis intentionem laudant. Siniſtrum verò latus obumbrant clypeo, dum ſiniſtram prauæ actionis partem excuſant. Ocreas habent in cruribus, quæ eſt quaſi extrema pars corporis: quia vſque ad finem in obſtinatione perſeuerant. Lorica induuntur, quà totum corpus regitur, quando totam defendunt actionem. Hæ ſpecies armorum ex ære factæ perhibentur, quia quicquid agit peruerſus non humili confeſſione profitetur, nec ratione veritatis: ſed clamoſo ſtrepitu ſæcularis eloquentiæ defendit, & per exempla reproborum confirmat, vnde ſequitur. Et armiger eius antecedebat eum. Hic eſt quilibet reprobꝰ, cuius exempla antecedunt, & ex iis ſumuntur defenſionis arma. Hæc eſt aperta peruerſitas: vnde ſequitur. Stans clamabat aduerſum phalangas Iſrael.

Abſalon occultæ prauitatis ſignum. 2.Reg.15. peruerſis religio debet reſiſtere.

Sunt alij quorum peruerſitas eſt occulta, qui conſilio ſuo fratres commouent ad iram, excitant rixas qui conſilio conſurgere faciunt Abſalon contra Dauid, ideſt ſpirituales filios, contra ſpirituales patres eorum. Vtriſque ſeuera debet eſſe religio, vt apertè peruerſis reſiſtat in faciem, & occultorum conſilia mutent: ſic Dauid Philiſtæi frontem lapide comminuit: ſic Chuſi conſilium Achitophel deſtruxit. Frons Philiſtæi eſt cognitio peruerſitatis. Percutitur ergo Philiſtæus in fronte, quando peruerſitas incipientis agnita, reuerberatur à ſapiente. Chuſi autem interpretatur, ſilentium. Achitophel verò ruina fratris. Deſtruxit ergo cōſilium Chuſi conſilium Achitophel, quia per ſilentium eorum, qui ſunt quaſi ruina fratrum annihilatur conſilium. Hæc duo ad ſeueritatem pertinent ſcilicet rarus ſermo & rigor ſermonis. Rarus enim ſermo concordiam ſeruat, rigor ſermonis corrigit emendanda.

Religio bonis eſt optima. cap. 17.

§. VIII.

QVOD bonis religio eſt optima idem Hugo. Bonos facit rerum diſtributio, meliores mundi renunciatio, optimos cohabitatio. Mundus bonis eſt peſſimus, religio autem & malis eſt optima. Facit enim quandoque de malo bonum, de bono meliorem, de meliori optimum. Quatuor ſunt in religione notanda. Suauis eſt enim, & mitis, quieta, & ſecura. Nec tamen ſic ſuauis eſt, vt non ſit diſcreta: nec ſic mitis vt patiatur iniuſta, nec ſic mente quieta vt non cogitet bonum, nec ſic ſecura, vt Deum non timeat: ſed, vt pro amore humano ab opere bono non deſiſtat.

A.C. 1120. Quatuor ſunt in religione notanda. c. 18.

Religio aſſimilatur mulieri caſtæ.

Aſſimilatur mulieri caſtæ, quæ pulchra eſt in contemplatione, ſapiens in ſui circumſpectione, nobilis, quia libera eſt à peccati ſeruitute, diues hæreditate. Amat luxurioſus ſpecioſam, ſed nō amat caſtam. Sunt enim quidam, qui delicatam ac voluptuoſam credunt religionem fore, expertem laboris, vacantem otio, & ideò habitum religionis indiſcretè capiant. Cùm autem ordinationes & conſuetudines eius aduerſantes carni nouerint: in modum Pharaonis vxorem ſuam reddunt Abrahæ: expellentes eam, vt liberi remaneant in Ægypto. Abiiciunt enim habitum religionis, & in deſideriis ſuæ carnis perſeuerant.

Gen. 12.

Quatuor ſunt in ordinatione religionis conſideranda. cap. 1. lib. 2.

§. IX.

DE ordinatione clauſtri materialis idem Hugo in libro eodem. ij. ſic ait. Quatuor occurrunt conſideranda in ordinatione clauſtri materialis, ſcilicet qui ſint qui teneant ordinem: aut quid teneāt, vbi maneant, & vnde viuant: vt plures ſint, & boni propoſiti, vt cohabitandi ſuppetant ædificia, & victui habeant neceſſaria. Sic tamen in numero diſcretio, in propoſito deuotio, in ædificiis mediocritas: in rebus poſſeſſis frugalitas. Tenenda eſt diſcretio in numero fratrum, vt tot ſimul cohabitent, quæ ordinatè viuere poſſint, ne vel excuſante paucitate irregulariter viuant, vel pro multitudine cohabitantium neceſſitati illorum illicita quærant. Qui enim multos congregant, neceſſe eſt, vt eorum victui multa quærant. Sed dum quærunt plura, exteriorum creſcit cura, Sparguntur per diuerſas regiones eccleſiæ beneficia, ſparguntur & fratres, ſoli inter ſæculares habitāt, nolentes pati fraudem, ſed iudicio contendere parati. Qui verò p cellulas duo vel tres, vel ēt quatuor vel etiā quinque ſimul habitant: clauſtrali non coarctantur lege, loquuntur & quando & cui, & quomodo volūt, & religionis opus paucitatis negligentia corrumpitur. Propoſiti noſtri tenenda eſt inſtitutio, ne vel diſſoluti viuamus in deliciis, aut arduitate propoſiti deſiſtamus ab incepto. Ait enim Ambro. Sunt in nobis, qui habent timorem Domini: ſed non ſecundum ſcientiam, ſtatuentes duriora præcepta quæ nō poſſit humana conditio ſuſtinere. Ædificia fratrum extra cohabitationem ſecularium debent conſtitui, ne ſilentium clauſtri ſeu dormitorij quies, tumultuantis populi ſtrepitu conturbetur, ne dum lingua tacet, reſpondeat cor: vel dum corpus quietem recipit, animus ſit inquietus. Ædificia fratrum non ſuperflua ſint, ſed humilia, non voluptuoſa, ſed honeſta. Vtilis eſt lapis in ſtructura, ſed quid prodeſt celatura, vtile fuit hoc in conſtructione templi

Diſcretio in numero fratrum tenenda, vt neque ſint plures neque pauciores.

Amb. in pſ. 118.

Religiones procul à frequētia populi eſſe debēt. cap. 2.

Aedificia religionū qualia eſſe debeant.

Salomonis

A.C. 1130.

Salomonis.erat enim forma ſignificationis & exempli.Legatur Geneſis, in libro non in pariete. Veſtitur Eua in pariete,&pauper nudus accubat iuxta parietem.Licet hoc,ſi cu i licitum fore debeat illis , qui in vrbibus aut in vicis morantur, ad quos confluit populi frequẽtia: vt ſimplicitas eorum detineatur in delectatiõe picturæ,qui nõ delectantur ſubtilitate ſcripturæ. Nobis autem, qui ſolitudine delectamur, vtilior eſt bos aut equus in agro quam in pariete ſcilicet pictus.

Nota hic imagines in templis pingi ſolita.

Religionũ bona qualia eſſe debent.c.3.

Agros,vineas hortos,pecorum greges, prata, lacus ,fratribus habenda concedimus, quia victui neceſſaria:Decimas verò non recipiant,niſi de illis quos incolunt agris, non villas, non earum reditus , non iura fori,non telonei numos, non tranſeuntium mercatorum,(vt ita dicam)recipiant obolos. Quæ enim iuſtitia eſt,vt ſi vendiderit ouem vidua iure fori nummum reddere compellatur ? Non obtineant iudicis vices,nec more principum militibus dominentur.Quatuor ſunt in rebus poſſeſſis obſeruanda, ſcilicet ne licita iniuſtè acquiramus,ſecundum ne iuſtè acquiſitis illicitè perfruamur, tertium ne multa quamuis licita poſſideamus,quartum ne illicitè licita defendamus.Multum enim poſſidere propinquum eſt cupiditati, & ſic quandoque quod nimium diligitur,malè defendi ſolet.

Quatuor in rebus poſſeſſis obſeruanda.

In cibo ſunt tria conſideranda.cap.4.

Tria in cibo conſideranda ſunt, ſcilicet quid, quantum & quando comedamus. Nemo noſtrum propoſiti abhorreat abſtinentiam, qua de omnibus ciborum generib⁹ ſolũ carnis excluditur vſus,cætera concedit , ac benignè ſubminiſtrat.In his tria ſunt obſeruanda,modus ſcilicet, menſura & numerus. In menſura debet eſſe æqualitas non quantitatis, ſed ſufficientiæ. Quatuor autem dicuntur eſſe menſuræ. Prima eſt auaritiæ ſcilicet nimia parcitas : ſecunda eſt voluptatis,ſcilicet ſuperfluitas: tertia eſt diſpenſationis,ſcilicet benignitas:quarta eſt neceſſitatis ſufficiens æqualitas.Sicut autem mercatores aliquãdo vtuntur duabus falſis menſuris:maiori.ſ. debito pro ſe ad emẽdũ,minori , quaſi iuſto pro aliis ad vẽdendum:ita & aliqui prælati vtuntur pro ſe mẽſura maiori,id eſt ſuperfluitatis:ſed pro ſubditis minori,ſcilicet auaritiæ.De numero ferculorum certa conſideranda eſt ratio ne ſcilicet ſi multis vnum tantũ,hoc alicui ſit ingratũ.Si autem numeroſitatẽ ferculorum cõcedas vitiũ ſuperfluitatis incurras. Modus autem, vt nõ nimis feſtinãter,nec ardẽter,nec turpiter accipias cibũ.

Quatuor ſunt cibi menſuræ.

Quatuor in habitu vitãda.c.5.

In habitu religionis quatuor ſunt vitanda. In vilitate vana gloria & ſimulatio,In precioſitate ſuperbia & delectatio, in paucitate intolerãtia vel deſperatio,in ſuperfluitate amor ſæculi non amor cœli,amor palatij non paradiſi.

De duodecim abuſionibus clauſtri. cap. 8.

§. X.

DE duodecim abuſionibus clauſtri idem in codẽ. His tota religionis ſumma corrũpitur:videlicet prælatus negligens, diſcipul⁹ inobediens,iuuenis otioſus,ſenex obſtinat⁹,monachus curialis,monachus cauſidicus,habitus precioſus,

A cibus exquiſitus,rumor in clauſtro,lis in capitulo,diſſolutio in choro,irreuerentia iuxta altare.

A.C. 1130.

De piæ a... negligẽtib. c. ..

Et circa primum notandum,quòd ſunt quidã qui poſſunt & ſciũt alios regere, ſed nolunt:quidam qui ſciunt &poſſunt,& volunt, quidam qui nec ſciunt, nec poſſunt,nec volunt.Scire , poſſe, & velle caritatis vel ſuperbiæ eſt. Scire,poſſe, & nolle humilitatis eſt,vel inertiæ. Nec ſcire , nec poſſe & velle cupiditatis & ſtultitiæ. Nec ſcire, nec poſſe,nec velle diſcretionis &prudentię.Qui enim ſciunt & poſſunt & volunt preęſſe,ſi velint prodeſſe,caritatis eſt, alioquin ſuperbię.Qui ve-B rò ſciunt & poſſunt,ſed nolunt , humilitatis eſt quòd renuunt,inertię verò cum ſciãt ſi omnino deſiſtunt,ſcilicet cùm ſunt vocati.Qui autem nec ſciunt,nec poſſunt,ſed volunt, cupiditatis eſſe videtur, quòd volunt : ſtultitiæ verò quòd velint, quod neſciunt , nec poſſunt.Illi autem qui neſciunt,nec poſſunt,nec volunt prudenter agunt. Summa enim eſt diſcretio nolle,quod nõ potes, prouidere quod neſcis.Quatuor ex his,quę prędiximus ſcilicet ſtultitia,& inertia,cupiditas & ſuperbia,negligentiam generant:reliqua verò quatuor id eſt,prouidentia,& diſcretio,humilitas & C caritas , ipſam negligentiam,& ſi nutrita fuerit, eliminant.Ad prouidentiam ſi quidem pertinet conſilium,ad diſcretionem iudicium,ad humilitatem,cuſtodia,ad caritatem diligentia.Cõſilium prouidentiæ ſeparat à bonis mala. Iudicium diſcretionis eligit,quæ ſunt meliora. Humilitatis cuſtodia virtutum euitat dãnum.Diligentia periculum.In his negligentia locum nõ habet.Illos verò , qui prouidentię oculos ſtultitiæ caligine coopertos habent,qui ab exercitio boni operis inertes torpent,qui per cupiditatem voluptuoſam diſtrahuntur , & per ſuperbiam humilibus D non condeſcendunt:illos dico negligentia poſſidet,& eorum diſſoluit actiones:per ſtultitiam intrat negligentia,per inertiam manet,cupiditatis deſiderio paſcitur,per ſuperbiam regnat.

Inobedientia ex ſuperbia procedit c.10. Gen.1.

Inobedientiæ morbus ex ſuperbiæ tumore procedit,ſicut ſanies ex vulnere.Hoc morbo primus homo languiuit.Hoc tribus modis mederi ſolet emplaſtro,id eſt exemplo boni operis, vnguento,ſcilicet verbo admonitionis,ferro,diſciplina,ſcilicet correptionis.

De iuuene otioſo,c.11.

De tertia ſcilicet iuuene otioſo. Otium ſtultitiam, labor ſcientiam generat. Labor hominis interioris labor ſcientiæ,labor exterioris exercitium operationis. Scientiæ labor in tria diuidi-E tur,in pueritia labor diſciplinæ,in iuuentute exercitij, in ſenio doctrinę. Eſt alius labor interior ſcilicet cogitationis & meditationis vt ad requiem perueniat contemplationis.

De ſene obſtinato. cap.12.

De quarta ſcilicet ſene obſtinato. Inter abu-

a *Extat inter opera D Auguſt.libellus de duodecim abuſionum gradibus,ad cuius ſimilitudinem Hugo Corbeienſis de duodecim abuſionibus clauſtri hoc loco videtur differere,libet autem propter non diſſimi-F le argumentum illos Auguſtini duodecim abuſionum gradus hic annotare.Primus igitur iuxta illum abuſionis gradus eſt ſapiens & prædicator ſine bonis operibus.2.ſenex ſine religione.3.adoleſcens ſine obedientia.4.diues ſine eleemoſyna.5.fœmina ſine pudicitia. 6.Dominus ſine virtute.7.Chriſtianus contentioſus.8. pauper ſuperbus 9. rex iniquus. 10. epiſcopus negligens.11.plebs ſine diſciplina.12. populus ſine lege.*

ſiones

A.C. 1120.

ſiones ſæculi ſola maior eſt ſenis obſtinatio qui morti proximus mortis aduentum non abhorret: qui quaſi ad oſtiū huius mundi poſitus foris ſpectat: nec tamen præſentis vitæ egreſſum, nec ingreſſum futuræ cōſiderat. Audit nuncios mortis: & credere non vult eis. Caſus mortem nunciat latentem, infirmitas apparentem, ſenectus præſentem: ſed funiculus triplex difficilè rumpitur. Dum enim in mente ſenis per cogitationem à pueritia ſemitam fecerit voluptas in ſermone vanitas, in opere peruerſitas, quid aliud agitur, niſi quod in conſuetudinem quaſi in funem hæc tria contorquentur.

Eccle. 4.

Tres obſtinatorū ſpecies. 2. Para. 33. 1. Reg. 25.

Tres ſunt ſpecies obſtinatorum. Prima eſt eorum, qui ex correptione proficiunt, vt Manaſſes rex Hieruſalem in catenis conſtitutus. Secunda eſt eorum qui ex correptione deteriores fiunt, qui deſignantur per Nabal, qui pueris Dauid cibum negauit, qui ſcilicet verbum Dei purè viuere volentibus non propinant: ſed tonſoribus ouium ſuarum conuiuium parant, id eſt, raptorib' & adulatoribus & huiuſmodi. Nabal emortuum eſt cor, deinde factus eſt quaſi lapis, dum morte perpetua induratur in peccatis. Tertia ſpecies obſtinatorum eſt eorum, qui promittunt emendationem, ſed non faciunt. Ij ſignantur per Pharaonem qui populum Dei promiſit Moyſi dimittere, nec dimiſit. Nec in ſpiritu columbino contritioné quærunt: ſed in voce coruina dilationem quærunt: Quorum terra diuerſis plagis affligitur, nec emolliuntur: ſed ex mali conſuetudine magis indurantur.

Ex. 8.

Plagæ Ægypti moraliter exponuntur. Ex. 7. 8. 9.

Tunc enim dominus aquas in ſanguinem conuertit cùm de rerum cauſis quis carnaliter ſentit. Terra ranas producit cùm in aliquo loquacitas dominatur vana. Cynomia & cyniphes ſunt importuni mentis impetus & canini mores. Mors pecorum mortem deſignat cogitationum, quoniam rationabili intellectu carent. Sexta plaga eſt cùm tument veſicæ & corrumpuntur viſcera, quod fit dum interiora mentis tument odio & ebulliunt ira. Plaga verò grandinis in fructibus, manifeſtam deſignat iniquitatē in operibus. Locuſtæ plaga inſtabilitas eſt animæ: quæ ore ledit, dum detrahit, dat ſaltus, dum ad carnales ſe extendit affectus. Plaga tenebrarū cæcitas eſt animarum. Nouiſſima eſt mors primogenitorum, dum ſcilicet voluntas & intentio corrumpuntur: his plagis affligitur obſtinatio ſenis.

Ibi. 9. Ibi. 10.

Monach' curialis reprobatur. cap. 13. Pſal. 10. Pſal. 25. Pſal. 10. Pſal. 5.

Quinta abuſio clauſtri, eſt monachus curialis. Cùm dicitur monachus curialis, ex adiuncto additur aliquid leuitatis. Ordo clauſtri, & ordo curię diuerſus eſt. Ibi ſedes in inſidiis cum diuitibus: vt interficias innocentem. Hic audis, nō ſedi cum conſilio vanitatis. Ibi pauperum res violenter auferuntur: hic pauperibus ſponte offeruntur. Ibi laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur: hic benedicitur iuſto quoniam ſcuto bonæ voluntatis coronauit eum dominus.

Monach' cauſidicus cap. 14.

Sexta abuſio, monachus cauſidicus. Contingere frequenter ſolet, vt monachi, qui curias frequentant, cauſas audiant, iudicia perquirant, ament decreta conciliorum, non ſecreta myſteriorum, laudari appetunt: quia pro multis loquuntur, coniugia copulant illicita licita diſſoluunt, de incertis iudicant, teſtantur ſæpiſſimè, quod ignorant. Si res ad effectum peruenire non valeat monachus cauſidicus iter parat: vt quod, alibi fieri nō potuit, Romę fiat. Pro principe ergo ſeculari alpiū frigus, Italiæ calores libēter patitur: qui pro magiſtro ſpirituali leuiora forſitan inuitus pateretur. Oneratur chartulis, fultus authoritatibus reuertitur: ponit diem eam ſæ, perſonas inducit, quæ paratæ ſunt iurare, quod eſt, & ſi velis iterum iurent quod non eſt. Quid ergo dicam? Nonne magis amat monachus cauſidicus eſſe ſimul de diſcumbentibus cum Herode quàm in vinculis & carcere teneri B cum Ioanne?

A.C. 1120. Mat. 6.

Habitus prætioſus non decet monachū. c. 15. 1. Th. 2.

Septima, eſt habitus pretioſus. Non in veſtę pretioſa, ait apoſtolus, Qui molitiei mulierum precioſiorem veſtem negat putaſne monacho precioſiorem concedat? Plus amat ſponſus ſponſæ caſtitatem, quàm pretioſam veſtem, plus ſimplicitatem, quàm tortum crinem. Sic immortalis ſponſus plus amat interiorem habitum, quā exteriorem. Molles mollia quærunt elati precioſa, delicati ſpecioſa. Ecce qui mollibus veſtiuntur (ait Chriſtus) in domibus regum ſunt, ſcilicet non in clauſtris.

Matth. 11.

Cibus exquiſitus religioſis prohibitus. cap. 16. 1. Reg. 14. Gene 25. Ezec. 16. 1. Cor. 6. Pſal. 77. Phil. 3. 4. Reg. 25. Ex. 32. Pſal. 140.

C Octaua, eſt cibus exquiſitus, Cùm legas deliquiſſe Ionatham in guſtu mellis: Eſau in edulio lentis, Sodomitas in ſaturitate panis: putaſne ſine periculo eſſe tot carnium ferculis, tot piſcium generibus, tot frixurarū varietatibus delectari? Nonne ſic differt palatium à refectorio, ſicut Ægyptus à deſerto? Eſca ventri & venter eſcis: Deus autem hunc & has deſtruet. Occidit (ait Pſalm.) pingues eorum quorum Deus venter eſt. Deo ventri templum eſt coquina: altare menſa, miniſtri coqui immolatæ pecudes, paratę carnes, fumus incenſorum, odor ſaporum: hæc D in Hieruſalē non conſtruuntur, ſed in Babylone, quia quorum Deus venter eſt, & gloria eorum in confuſione. Ipſe eſt Nabuzardan princeps coquorum qui muros Hieruſalem deſtruxit & facit vaſa templi vaſa palatij.

Rumor in clauſtro. c. 1.

Noua eſt rumor in clauſtro. Affluentiam ciborum comitari ſolet iuundatio verborum ſaturitatem ventris ſequitur leuitas operis & vanitas mentis. Sedit populus mādùcare & bibere & ſurrexerunt ludere nō legere. Pone dominē cuſtodiā ori meo (ait Pſal.) & oſtiū circūſtantiæ labiis meis. Aperitur oſtiū in clauſtro hora conſtituta lectioni, in capitulo confeſſioni, in eccle- E ſia orationi. Clauditur iterum oſtium in clauſtro confabulationi, in capitulo excuſationi: in eccleſia vanæ modulationi. Hoc oſtium ſæpè clauditur nouiter cōuerſis tepidis, & peruerſis, aperitur tamen eis ſiue propter neceſſitatem corporis, vel ad doctrinam ordinis ſeu ad ędificationē mentis, & hoc oſtiū dicitur licentia loquēdi.

Explicatur loci Iob. Iob. 1.

Cauendum eſt tamen, ne hoc pateat oſtium vento venienti à regione deſerti, ne domus quatuor angulis concuſſa ſubuertatur, & filij Iob oppreſſi moriantur. Deſerti regio eſt dęmonum F vel peruerſorum fratrum à Deo, derelicta multitudo, à quibus ventus ſcilicet grauis tentatio irruit, cui à tranquillitate conſcienitam ſubuertit. Quatuor anguli domus ſunt quatuor virtutes. ſcilicet prudentia, tēperantia, fortitudo & iuſtitia, quæ domus vento tētationis quaſſata turbatur. Septem filij ſeptem ſunt virtutes animi, ſcilicet dona Spiritusſancti, quæ à ſuis contrariis feriuntur:

A C. 1120.

vt ſapientia per ſtultitiã, intellectus per hebetudinem, conſiliũ per præcipitationem, fortitudo per timorem, ſcientia per ignorantiam, pietas per duritiam, denique timor domini per ſuperbiam. Sed ab hac ruina puer euadat: qui beato Iob iſta nunciet, id eſt diſcretio mentis, quę cum animo agit, vt quod perdere cœperat pœnitendo conſeruet. Gaudent multi clauſtralium rumorib. exteriorib. ſ. de regibus fabulantur, bella principũ vel cauſas militum narrant: dum pro iis loquuntur, a quibus nõ cognoſcunt, multorũ partes defendũt: pro multis iraſcũtur, pro multis litigant.

Lis in capitulo decima eſt abuſio. c.18. Tria Deus inſtituit in ecclea medicos loca & remedia. Luc.10. Ioan.5.

Decima eſt lis in capitulo. Infirmitati mortalium omnipotens pater benignè prouidens in eccleſiis inſtituit tria, ſcilicet medicos, loca, & remedia. Medici ſunt prælati, loca capitula, modi pœnitentiæ, remedia. Attende in Samaritano prælatum, in ſtabulo capitulum, in infuſione vini & olei, fomentum conſolationis & aſperitatem correctionis. Hæc eſt piſcina compunctionis, in qua ſanatus eſt infirmus poſt commotionẽ veręconfeſſionis: nec tamẽ ſanatur niſi vnus, niſi .n. adſit vnitas, deeſt ſanitas. Qui ergo amat litem, deſtruit vnitatem. Intolerabilis eſt hæc abuſio, vt ibi litiges, vbi teipſum accuſare debes: vt ibi augeatur culpa, vbi deleri poteſt, vt ibi contemnis Chriſti vicariũ, contemnas Chriſtum. Quare contemnis magiſtrum vel prælatum? an neſcis Chriſtum coram Pilato iudicatũ? Tulit crucem pro peccatis tuis non ſuis: & tu virgam renuis? Flagellari non erubuit coram populo, & tu dedignaris ſpoliari corã magiſtro. Accuſatur & tacet, accuſaris & tu litigas? Si in hoc perſeueras ſpiritu, peccas. Hic eſt locus ſpirituiſãcto conſecratus, officina ſpiritusſancti. Noli eſſe in capitulo ſicut ſathan in cœlo, Adam in paradiſo: vnus deſperat, alter excuſat. An neſcis ſathan expulſum à capitulo cœli, Adã à capitulo paradiſi, Iudam à capitulo Chriſti? In capitulo itaque, in quo diſcreti præualet auctoritas prælati nemo niſi iuſſus loquatur, niſi vel proclamet aliquem, vel de ordine quærat, vel culpam ſuam humiliter confiteatur.

Mat.27. Capitulũ quis locus ſit. Iſ.14. Gen.3. Mat.27.

Diſſolutio in choro magna eſt abuſio. c.19. Abuſio in cantu.

Vndecima abuſio clauſtri eſt diſſolutio in choro. In eccleſia cùm ad opus Dei ventum fuerit, humilitatis honeſtas diligentius obſeruetur: ne qui in eccleſia ante conſpectum Dei cõuenimus, deteriores ibidẽ ſimus. Sũt enim quidam, qui mente vagi, attoniti oculis, habitu diſſoluti, plana parietum perſpicientes, perluſtrãt, aliud cantant, aliud cogitant. Sunt etiã alij voce diſſoluti, qui vocis ſuę modulatione gloriantur, aliud cãtant, quod libri habeãt, fortaſſis magis, vt placeant populo, quàm Deo. Habes in poteſtate tua vocem tuam, habeas & animam, frangis vocem, frange & voluntatẽ, ſeruas conſonantiam vocũ, ſerua & concordiam morum: vt per exemplum concordes proximo, per voluntatem Deo, per obedientiam magiſtro.

Species tres ſonorum. Cantus tẽpli moraliter exponitur.

Tres ſunt ſpecies ſonorũ, qui ſcilicet fiũt pulſu, flatu, & cãtu. Ad citharã pulſus, ad organũ flatus, ad vocẽ cãtus. Aſſignat hæc conſonantia ſonorũ, concordię morũ, ſi referatur ad pulſum citharę, manuũ operatio, ad flatum organi mentis deuotio, ad cãtũ vocis ſermonis exhortatio. Noli cãtare cũ Lucifero in cœlo, vel cũ primo homine in paradiſo: ſed in tẽplo cũ Chriſto. In cantu diaboli ſunt tres falſæ voces, & in cantu primi hominis tres diſſonæ & diſcordes. In cantu diaboli prima eſt elationis, ſecũda ſuggeſtionis, tertia deſperationis. In cãtu primi hominis prima vox diſſona eſt delectatio, ſecũda conſenſus, tertia excuſatio. Ex his ſex vocib⁹ conſtãt, diſcordiæ cãtus. Muſica diaboli ab altiori voce cantari cœpit. Inchoauit .n. in cœlo antiphonã elationis dicẽs, [In cœlũ cõſcendã, ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meum. Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimi.] Altius inchoauit quàm debuit, Deſcendens verò de cœlo cantauit antiphonã ſuggeſtionis in paradiſo, & deſperationis in inferno. Differt muſica Chriſti à muſica diaboli. Illa incipit à voce ſublimiori, vt dictum eſt, hæc à voce humiliori: dicens, Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde & inuenietis requiem animabus veſtris. In muſica Chriſti ſunt ſex voces inter ſe cõſonę & cõcordes. Prima eſt humilitas cordis, ſecũda mortificatio carnis, tertia cõpaſſio, quarta cõſolatio, ſeu ſubuẽtio, quinta oratio, ſexta deuotio. Nota concordiã morum inter aſcẽſus & deſcẽſus virtutũ. In his ſex vocibus cantatur canticũ nouum, canticũ charitatis.

Muſica Chriſti à Muſica diaboli differt. Mat. 11.

Irreuerẽtia iuxta altare abuſio 12. ca. 20. Chriſti corpus eſt in altari.

Duodecima & vltima abuſio eſt irreuerentia iuxta altare. De hac (inquit idem Hugo) dicturus accedo, qui me ſolum inter cæteros in hac parte negligentiorem reperio. Qui licet ablutis manibus, lota facie, albis veſtibus indutus accedam ad altare: tamen peruerſus opere, pollutus ore, immũdus corde, Chriſti corpus meis manibus tractare non pertimeſco. Accedo elatus ad humilem, immitis ad mitem, crudelis ad miſericordem: & tamen patitur humilis elatum, mitis iratum, crudelem miſericors. Accedo ſeruus ad dominum non amore, ſed timore, non deuotione, ſed vſu. Accedo ad dominum, cuius percuſſi ſeruum, ad patrem accedo, cuius occidi filium, percuſſi verbo, occidi exemplo. Nec tamen pertimeſco dominum nec reuereor patrem. Manens in turba fratrum turbãs aliquos, & aliquo turbatus, quãdoq; accedo ad pacificũ. Appropinquo etiã talis ad oſculum pacis, qui prius recõciliatus accedere debuiſſem ad oſculum fratris] Coram domino conſiſto ante altare extenſis manibus quaſi cruci affixus, crucem ſimulans & tamẽ non portãs, niſi forſitã latronis: ſed vtinã illi⁹, cui dictum eſt: Hodie mecũ eris in paradiſo.

Luc.23.

Tres ſunt cruces deſperantis, orantis & cõdonãtis. 2.The.2. Prou.8.

Tres ſiquidem ſunt cruces. ſ. latronis deſperantis, ſecũda orantis, tertia Chriſti condonãtis veniã, In vnaquaq; harũ quatuor ſũt dimẽſiões. In cruce mali latronis ſeu diaboli eſt altitudo, qua extollitur ſuper omne quod colitur Deus, profũdũ deſperatio, de qua peccator cũ i profũdũ venerit malorũ, pœnitere cõtemnit, latitudo in carnalib. qui per latã & ſpatioſam viam ſequuntur. longitudo, pertinacia. In cruce aũt boni latronis ſeu cuiuſlibet iuſti profundũ eſt humilitas longitudo, laboris aſſiduitas, altitudo cõtemplatio, latitudo oratio, dilectio quæ complectitur etiam inimicos. Crux verò Chriſti habet profundum timoris, altitudinem ſpei, latitudinem caritatis, longitudinem perſeuerantiæ.

Reprehendit ſacerdotes malè celebrãtes. Ibid.

De malis ſacerdotibus. Accedo (inquit idem Hugo) ad altare vanus, curioſus, voluptati deditus. Sunt etiam multi alij in ſeculo, qui non tantum vani, curioſi, & voluptuoſi: ſed etiam cum ambitione, non cũ deuotione accedunt ad men

A.C. 1110.

ſam,Chriſti: qui etiã non accederent,niſi ſe aliquid recepturos ſperarẽt. Acceſſit ad Ieſum Petrus acceſſit & Iudas,acceſſerũt diſcipuli,acceſſerunt & milites crucifigentes,Accedunt quotidie ad corpus Chriſti religioſi, accedunt & peruerſi ſacerdotes:qui ea quæ offerũtur ad mẽſam Chriſti offerunt in menſa diaboli. Ipſa eſt alea fati,in illa Deum inuocant , in iſta peierant & blaſphemant. Non orationi vacant, ſed luſibus exultant,legem Dei nec ſciunt,nec diſcunt,vacantes otio , comeſſationibuss & ebrietatibus ſtudent,terrenis inhiant,terrena ſapiunt,aſſidui in plateis, in eccleſia rari. Tardi ad inueſtigandum culpam peccatoris, parati ad inquirenda latibula leporis. Velociores ad congregandos canes,quàm ad conuocandos pauperes. Libentius porrigunt panem cani,quàm pauperi. Plures ſeruiunt eis ad menſam , ad miſſam nullus, Famulos aut famulas habere ſecum volunt: ſed clericos habere non poſſunt, quia nolunt. Hi ſunt,quorum thalamus ornatior eſt eccleſia ſua, menſa paratior altari, ſcyphus calice pretioſior, equus carior miſſali,cappa caſula pulchrior,camiſia delicatior alba.

Thren. 4.

Ecce quomodo obſcuratum eſt aurum fuligine peccatorũ, mutatus eſt color optimus decoris & ſanctitatis in fœditatẽ vitiorum. Lapides ſanctuarij diſperſi ſunt in capite omnium platearum: quia dum per vitã mundã & orationem intus eſſe Dei ſemper debuerant,per vitam reprobã foris paſſim vacant.Ecce iam penè nulla ſæcularis eſt actio,quã ſacerdotes Chriſti non adminiſtrẽt,nulla mundi negotia,in quibus miniſtri altaris non ſe occupent , nulla rerum improbitas,qua ſe monaſticus ordo non implicet. Penè nulla illecebroſæ vitę blandities,qua ſe caſtitas ſanctimonialiũ non commaculet.Sanctuarij ergo lapides diſperſi ſunt in plateis, cùm religioſi quique vel quæque , lata mundi itinera ſectantur:ſed in capite omnium platearum diſperguntur:quia & per miniſterium operis,& honorari volunt de imagine ſanctitatis.

Grauis ſacerdotum obiurgatio.

Animæ clauſtrum contemplatio dicitur. cap.1.lib.3.

§.X I.

DE clauſtro animæ & lateribus eius valdè deuota,idem in libro de clauſtro animę. Animæ clauſtrum contemplatio dicitur, in cuius ſinu dum ſe recipit animus , ſola cœleſtia meditatur,ſeparatur à terrenis,&à turba cogitationum carnalium lõgè ponitur , dulces carnis refugit affectus, vagos ſenſuum motus reſtringit,in domino delectatur. Legit in libro vitæ, pro ſilentio pacem tenet , in choro virtutum ſeruat concordiam morum. Huius clauſtri ambitus virtutum columnis decoratur,ſuſtentatur patientiæ baſibus, ac regula iuſtitiæ quadratur, virtutum adiacentibus officinis munitur.Muro boni operis clauſtri ſepta forinſecus ambiuntur, quæ clauſo ſilentij oſtio vagę mentis greſſus prohibent.Ab hoc enim clauſtro egreſſa eſt Dina.

Exponuntur omnia quę ad clauſtrum pertinent moraliter.

Gen.34.

De quatuor lateribus clauſtri.c.2.

In quatuor virtutibus animi , quadratura eſt clauſtri , quæ ſunt contemptus ſui, & contemptus mundi,amor proximi & amor Dei. Ex his A vnum vertitur ad occidentem,aliud ad ſeptemtrionem,tertium ad orientem, quartum ad meridiem. Non eſt quo diuertat animus inter hæc munimina conſtitutus.Non enim ad carnis voluptatem,non ad mundi vanitatem,non ad proximi odium,non ad Dei contemptum.

A.C. 1110.

De quatuor ordinibus columnarum.c.3.

In his quatuor clauſtri lateribus,quatuor ordines columnarum diſponuntur.Ex contemptu enim ſui duodecim columnarum ordo procedit, ſcilicet humiliatio cordis , afflictio carnis, ſermo humilis,abiectio veſtis,cibus tenuis,pondus laboris,amor ſubiectionis,contemptus ho- B noris,laudem fugere , alterius conſilium ſuperferre,ſubditis obedire,de ſe diffidere. Hæ columnæ ſecantur , quando ſerra diſcretionis virtutes à vitiis ſeparantur. Sculpuntur quando ea quæ mens cogitat manus operatur. Sic Salomon in templo cælaturas prominentes feciſſe legitur. Sed poliuntur , quando aduerſitatibus feriuntur.

3.Reg.6.

De hoſpitum domo.c.5.

Luc.15.

Inter ædificij ſpiritualis officinas hoſpitum prior domus occurrit,quę peregrinis patet,hoſpitum domus mens compatiens appellari poteſt. Mens enim hoſpitalitatis officio fungitur, C cùm delinquentium fratrum culpis benignè compatitur. Habet hæc domus miniſtros ſuos, qui hoſpitibus ſeruiant.Pulſanti enim peregrino caritas aperit,intrantem hilaritas recipit, receptum affabilitas detinet,eſurientem collatio paſcit,feſſo humilitas ſeruit,hæc reuertenti filio paterfamilias exoluit.Sic& ſpiritualium patrum pietas , quæ quaſi paterno affectu ſubditis præſidet, delinquentem diſcipulum cùm per pœnitentiam redierit,longè venientem videt compatiendo, occurrit indulgendo:amplectitur familiarem ſibi faciendo,occidit vitulum carnis mor- D tificationem prædicando,chorum ordinat,ſymphoniam tangit , morum concordiam & vnitatem edocẽdo. Inuitat igitur pietas deſperãtem, trahit caritas inuitum, iratum miſericordia pacificat , prædicatio inſtruit , morum concordia facit amicum proximo,humilitas Deo.

Luc.15.

Capitulũ animæ quid ſit.c.6.

De capitulo conſcientiæ.Sicut fratrum, multitudo, vt errata corrigat,ſtatutis horis ad capitulum confluit : ſic etiam mentis ratio cogitationes diuerſas ad ſecretum cordis quandoque conuocat,vt incorrigibiles eiiciat, corripiat inquietas,negligentes emendet,inſtruat ſimplicio- E res , mitiget iracundas , voluptuoſas reſtringat, pigras excitet, conſoletur puſillanimes , doceat indiſcretas. In hoc ſpirituali capitulo abbatis locum poſſidet ratio, conſcientia culpas accuſat, peruerſitas excuſat,ſuperbia reatum defendit,innocentia confitetur,humilitas ſeipſam iudicat:arrogantia verò alienos iudicare non deſinit.More peruerſorum fratrum vitia præceptis contradicunt , more verò ſimplicium virtutes obediunt. Seipſas tamen quandoque virtutes accuſant. Accuſat enim miſericordia iuſtitiam, iuſtitia miſericordiam , humilitas honeſtatem, honeſtas humilitatem:cũ ſcilicet agit miſericors F remiſſius,iuſtus ſeuerius,humilis parcius,honeſtus abundantius : quaſi ad diſciplinam ſuſcipiendã denudantur , quando per confeſſionem vitiorum occulta manifeſtantur.

Virtutes ſeipſas accuſant.

Labor manuũ quid ſpiritualiter ſignificet.c.7.

De labore manuum.Poſt capitulum ad labores manuum fratres egredi ſolent: ſic poſt quietem contemplationis egreditur animus ad

A ad laborem corporeæ neceſſitatis. Egreditur à
A.C. 1110. contemplatione cœleſtium,ad meditationem ſcri pturarũ,& ibi præmiorum amore tractus,& pœnarum timore tactus deſcendit ad ſuorũ memoriam delictorũ: qui dum culpam propriã agnoſcit, alienæ citius ignoſcit:& ideò ad cõpaſſionẽ deſcendit proximorum. Inde verò progreditur ad agendam curam eorum: ſicut cùm aliquis egreditur de thalamo in domum, de domo in porticum, à porticu in vicum, à vico in agrum. In contemplatione quies eſt,in cæteris labor.In meditatione ſcripturæ,laboramus, timentes ne præmia iuſtorum amittamus: in memoria delictorum laborantes gemimus, ne cum damnatis ſimus.In cõpaſſione proximorum labor eſt cordis,in agenda cura eorum,labor eſt operationis.
Ioan.10. Luc.13. Exit animus in hortũ,vt videat hortulanũ Chriſtum,qui plãtat gramina virtutum.Exit & olera irrigare,ideſt fragilitatem carnis lachrymis deplorare.Egreditur ad ficulneam vt ſtercoris cophinum mittat,ideſt memoriam peccati fœtentem reddat.Intrat in vineam,vt ſuccidat ſarmenta,id eſt ſuperfluitatis incrementa.

Refectorium ſpirituale quid ſit.c.8. De refectorio ſpirituali.Interior homo in refectorio ſanctæ meditationis,potatur vino compunctionis, & diuerſis exemplorum ſaginatur ferculis. In hoc tres ponuntur menſæ, videlicet,intellectus ſcripturæ diuinæ, ſcilicet hiſtorialis, myſticus, & moralis. In prima cibus eſt
Cibi ſpirituales comedendi qui. groſſior, in ſecunda ſubtilior, in tertia dulcior: prima paſcit miraculis, ſecunda figuris, tertia verbis.Res miraculorum corroborat fidem,impletio ſpem figurarum,doctrina morum caritatem. Ponuntur itaque menſæ, ponuntur & panes.Affert enim Moyſes cõſperſum,ſcilicet aqua
Ex.12. Ioa 6. 3 Reg. 19. Iſ 1. Rom. 14. Dan.1. Gen. 4. & 22. Num.19. lachrimarum, apoſtoli hordeaceum.ſ. vetus teſtamentum: Helias ſubcinericium ideſt vitam peccatorum.Apponunt miniſtri diuerſa genera vini:Stephanus vinum paſſum,id eſt,dulce. Iſaias vinum aqua miſtum apponit, Paulus olera infirmis,tres pueri legumina ſobrietatis.

Ponuntur & tria genera carnium.Abel agnũ, qui ſignat ſimplicitatem. Abraham arietem ſignantem fortitudinem operis. Ioſuæ vaccam.ſ. lac prædicationis. Poſt carnes apponuntur tres ſpecies piſciũ: ſcilicet de mari,ideſt ſeculares:de flumine doctor,& de ſtagno clauſtrale.Tales tamen apponuntur piſces, qui vt mundi ſint habeant ſquamas aſperę conuerſationis:& pinnulas contemplationis:Cornelius fuit piſcis de ma
Act.10. Act.9. Deut.32. Cibi ſpirituales noxij. Ex.16. ri.Paulus deflumine. Maurus de ſtagno. Oleum de ſaxo duriſſimo profert Moyſes, ideſt, veniam peccatorum per miſericordiam: & mel de petra, ideſt mellifluam Chriſti doctrinam. Sunt & alij cibi Ægypti ſummopere vitandi, quia noxij,vt cepe,allia,porri,& cucumeres cũ carnibus.Hæc ſunt mundanæ delectationes, in quibus animæ infirmitates latent,quæ comeſtæ grauiter inflãt, ventoſitatem generant,cerebrum turbant,oculos grauant,lachrymas prouocant.

Dormitorium ſpirituale quid ſit,cap.9. De dormitorio. Poteſt mentis tranquillitas dormitorium nuncupari: in quo ponitur lectus conſcientiæ,ſubſternitur fœnũ carnis, carpitur ſomnus pacis. Quatuor ſolent inquietare pacis ſomnum,hoſtis,ſeruus,vxor,vicinus.Hoſtis diabolus, ſeruus mundus, vxor caro,vicinus conſanguineus. Iob iacuit in puluere, Samſon in
Iob.7. gremio mulieris, Petrus in profundo carceris,
A Paralyticus in grabato. Excute de te puluere leuitatis,conſurge de gremio mulieris,ideſt voluptatis, ſolue vincula cum Petro cæcitatis: tolle grabatum tuum cum paralytico conturbationis ſeu inquietatis,& requieſces in dormitorio ſancto in lecto conſcientiæ. A.C. 1110. Iud.16. Act.12. Ioan.5.

De oratorio. De dormitorio tranquillæ mentis,transire debemus ad oratorium piæ deuotionis.Cùm igitur oramus adſiſtentes coram ſummi iudicis maieſtate, inſinuemus miſeriam, captemus beneuolentiam, poſtulemus veniam, Oratoriũ ſpirituale quid.c.10.
B vt reſpiciat miſeriam miſericordia, beneuolentiam diligentia, veniam gratia. Ad inſinuationem miſeriæ pertinet memoria oppreſſionis,ad captationem beneuolentiæ memoria relaxationis vel liberationis,ad poſtulationem veniæ memoria iuſtificationis.

Tres ſunt autem quibus opprimimur,captiuitas,carcer & infirmitas.In captiuitate ſunt locus dum in Ægypto ſumus,tempus,quàm diu malè viximus,pondus laboris,quãtitas operis,crudelitas exactoris,pertinacia Pharaonis.De carcere ait pſalm. Sedentes in tenebris & vmbra mor- Per tria opprimimur.
C tis,vinctos in mendicitate & ferro.Sedent in tenebris,qui morantur in ignorantia propriæ fragilitatis,& in vmbra mortis,qui eſt imago futuræ damnationis.In mendacitate ſumus,quia res proximorum quas nõ habemus, deſiderio quaſi mendicantes concupiſcimus. Ferro ligamur, quia duris opprimentibus culpis aggrauamur. Ad infirmitatem pertinent quatuor illa,de quibus Pſalm.ait. Eſurientes & ſitientes anima eorum in ipſis defecit.Eſuriunt & ſitiunt infirmitati contraria,abominãtur & faſtidiunt ſanitati conuenientia.Eſuriunt curioſitatem,ſitiunt vo- Pſ.106.
D luptatem, abominantur virtuoſitatem, & faſtidiunt verbi Dei veritatem.Clamandum eſt ergo ad Deum in oratione:vt de illis dicitur.Clamauerũt ad dñm cùm tribularentur,& eripuit eos. Ibid.

De clauſtro cœleſti. lib.4. cap.29.

§. XII.

E DE clauſtro cœleſti idem in quarto libro. In cœleſti hieruſalem clauſtrum perfectæ beatitudinis ponitur, quod quatuor generalib. officinis munitur.In vno ſiquidem latere ponitur oratorium,in alio cellariũ, in tertio refectorium,in quarto dormitoriũ vt ores,vt abundes, vt reficiatis,vt quieſcere poſſis.Pax ęterna per ſimilitudinem,quaſi oratorium eſſe dicitur: quia qui vincula ſeu carceres huius mũdi euaſerunt, ad illud confugiunt,vt ſaluentur.Cellarium verò abundantiæ ſuauitatis diuinæ ſequitur refectorium ſacietatis æternæ. Sed licet in pace ſis, licet abundes diuitiis,licet fruaris ad libitũ poſ- Huic oratorio perfectio pacis iungitur cellarium ſuauitatis.
F ſeſſis:nihil tamen proderit niſi requieſcas in dormitorio tranquillę mentis. Et nota quòd huius officinæ non diſcooperiuntur ventorũ turbine, non annihilantur vetuſtate: ſed incolumes & integræ permanent ſine fine, vt ſit pax ſine perturbatione,abundantia ſine diminutione, ſacietas ſine faſtidio, quies ſine tædio. Qui ergo ad illud clauſtrum perfectæ beatitudinis peruenire

A. C. 1140. deſiderat, neceſſe eſt, vt adhuc in domo proba- A
tionis manens ordinem prædicti clauſtri diligenter addiſcat.

Domus probationis eſt vita regularis. Domus ſiquidem probationis, eſt vita regularis. In hac domo diſcimus, quid in futura facere debeamus, in hac enim domo habemus Chriſtum magiſtrum nouitiorum. Clauſtrum perfectæ beatitudinis in quadro ponitur, vt ex omni parte firmitas æqualitatis in eo teneatur: ne eleuetur proſperis, ne frāgatur aduerſis, ne de præteritis doleat, ne de futuris aliquid futurum ſiniſtrum poſſe contingere pertimeſcat. In clauſtro illo angeli reſident, vt in eodem æternæ fœlicitatis ordinem conſeruent: diuinæ ſapientiæ lectioni ſtudent. Viriditas pratelli, quod eſt in medio cœleſtis clauſtri, oculos ſupernorum ciuium recreat, & eos ſemper ſua nouitate confortat. Nihil ibi vetuſtū erit, ſed ſemper nouitas ſuæ viriditatis abſque dubio permanebit. B

(Margin: De quadratura clauſtri. c. 30. — De ordine clauſtri cœleſtis. cap. 31.)

Lignum vitæ ſapientia Dei patris. c. 35. In medio pratelli ponitur lignū vitæ, vt vita ſit in amœnitate. Eſt enim vitæ lignum ſapiētia Dei patris. Fructus eius ſalutem conſeruat & vitam præſtat. Ibi erit ſilentium, non quaſi media hora, vt dicit Ioannes in apocalypſi, in cœlo factum, ſcilicet militantis Eccleſiæ, in qua non reperitur perfecta quies mentis, ſed perpetuum ſilentium, non quidem ad laudem Dei, vbi nō ceſſant clamare quotidie ſummæ Trinitati & vnitati, Sanctus, Sanctus, Sāctus Dominus Deus Sabaoth: ſed ſilebit: quia omni deſiderio beatorū impleto, quod quis petat non habebit. Silebit ſi quidem iniquitas, quia abundabit caritas: Nec quicquā ibi deficit vbi vnuſquiſque omnia habentem in ſe habet. Tunc erit Deus omnia in omnibus: & nihil deeſſe poterit, quando abbatis more Dei ſapientia omnibus omnia prouidebit. Hæc omnia ex dicto libro de clauſtro animæ excerpta. C D

(Margin: De ſilētio. c. 36. — Apoc. 8.)

De Richardo ſancti Victoris Pariſienſi Canonico regulari, & ſcriptis eius.

De Richardo de S. victore: de quo Tritt. & Sixtus Sen.

Capitulum III.

Richardus de ſancto Victore. CIRCA idem tempus, vt refert Vincen. in ſpe. hiſto. libr. 28. cap. 58. floruit magiſter Richardus ſancti Victoris Pariſienſis, canonicus regularis, qui in libris & tractatibus varijs Eccleſiæ multa vtilia deſcripſit. Inter quos eminent de ſancta trinitate libri ſeptē, in quibus iudicio meo cunctos, qui ante ipſum de hac materia tractatus multiplices ediderunt: probabili rationum inductione, ſimul & dulcedine quadā ac venuſtate ſermonis exceſſit. Scripſit nihilominus idem Richardus, & de contemplatione pulcherrimum librum de patriarchis intitulatum. Alium quoque de myſtico ſomnio Nabuchodonoſor, de arbore quoque quam ipſe rex vidit librum vnum, & alium de quatuor ventis in mari pugnantibus, alium de exterminatione mali & de promotione boni, alium de officio Eccleſiæ, alium de ſacrificio Abrahę. Et tractatum grandem de illo verbo Eſaię, Omne caput languidū. Et alium ſuper illo verbo, In Die illa nutriet homo vacam boum. Tertium contra Andream, & alium in expoſitione ſacræ ſcripturæ Iudaizantes ſuper illo verbo. Ecce virgo concipiet. Aliū ad nouitios ſuper illo verbo Pſ. Afferte domino filij Dei. Scripſit etiā librū, qui dicitur exceptionū, in quo breuiter cōtinetur diuiſio & materia omniū ſciētiarū: ac ſeries hiſtorię præcedentiū tēporum, & quædā morales expoſitiones ſacræ ſcripturę. Hic autē ſolùm ponuntur quædam excerpta ex libro patriarcharum ipſius. E

(Margin: Libri de S. Trinitate Richardi quales. — Libri Richardi. — Iſa. 1. Id. c. 7. — A. C. 1140. Ibid. Pſal. 28.)

De amore veræ ſapientiæ ex Rich. lib. de præparatione animi ad contemplationem. cap. 1.

(Margin: Pſal. 67.)

§. I.

BENIAMIN adoleſcentulus in mentis exceſſu. Vbi dicit Richardus in libr. de patriarchis. Quis ſit Beniamin iſte multi nouerunt, alij per ſcientiam: alij per experientiam. Qui per doctrinam nouerunt audiunt ſapienter, qui per experientiam didicerunt libenter. Qui enim eum ex experientiæ magiſterio ſemel noſſe potuit, fidēter loquor, ſermo de eo, quamuis prolixus, eum ſatiare non poterit.

De gemino totius boni fonte ratione & affectione c. 3. Omni ſpiritui rationali gemina vis data eſt à patre luminum, ſcilicet ratio qua diſcernimus & affectio qua diligamus, ratio ad veritatē, affectio ad virtutē. Hæ ſunt ſpiritus rationalis geminæ vxores, ex quibus oritur generoſa proles, & regni cœleſtis hæres. Ex ratione oriuntur conſilia recta, ex affectione deſideria ſancta. Eſt itaq; Lia affectio diuinà inſpiratione inflammata ad normā iuſtitiæ ſe cōponens. Rachel verò ratio diuina reuelatione illuminata, in cœleſtis ſapiētiæ contemplatione ſe extollens. Rachel enim videns principium, vel ouis interpretatur. Nam qui de domino in bonitate ſentit, illum, qui eſt principium omnium oculo fidei cernit, ſcilicet & ouis veraciter eſt, ſi in ſimplicitate eum quærit. Omnes ferè coniugium Liæ abhorrent, quia laborioſa, qui tamen in amplexus Rachel multum ſuſpirant, quia iucunda. Sapientiā & multū amare potes, & ea carere: iuſtitiā verò perfectè diligere, hoc eſt iam iuſtū eſſe, & omnino quantò amplius iuſtitiā dilexeris, tantò iuſtior eris.

(Margin: Lia quid ſit. — Rachel quid ſit.)

Quomodo imaginatio ſubſeruiat rationi, ſenſualitas affectioni. c. 5. Habet autem vtraque ancillam ſuam, ſcilicet Lia Zelphā, id eſt, ratio imaginationem, & Rachel Balam, id eſt, affectio ſenſualitatem, quę illam gradientem pręcedit, & huc illucque circūducit: Nam quia Lia lippa eſt, & parum videt, illius manuductione ſequi eam nō pudet. Ratio verò imaginationē ſequitur, quia nunquam ad inuiſibiliū cognitionē aſſurgeret, niſi ei imaginatio rerum viſibilium formam repręſentaret.

De vitio imaginationis & ſenſualitatis. c. 6. Scilicet quoniā imaginatio quæque viſa vel audita ad memoriam reuocat, & quæ ipſa iam enarrando explicauerat eadem iterum & iterum replicare non ceſſat: & ſæpè cùm nulla ei cordis voluntas audiendi aſſenſum præbeat, ipſa tamen, more decrepiti ſenis vel inueteratę anus narrationē ſuā explicat, quaſi nullo audiēte: meritò Bala inueterata dicitur, quæ inueteratorum morem imitatur. Zelpha verò interpretatur os hiās, vinū enim qd ſitit, eſt gaudiū voluptatis, & quantò plus bibit, tātò plus ſitit. Nam ad ſatiandum ſenſualitatis appetitum, totus non ſufficit mundus. Vidimus ergo de ambarum obſequio, & nunc de vtriuſque vitio. Eſt enim Bala garrula, & Zelpha temulenta. Balę enim loquacitatem F

A.C. 1140.

citatem nec ipſa domina ſua compeſcere poteſt,zelphę ſitim dominæ ſuæ copia tanta omnino extinguere non poteſt. Itaque filij Iacob ex Lia ſunt ordinati affectus.

Ordinati affectus ſunt filij Liæ.c.7.

Septenaria igitur Liæ proles ſeptem ſunt virtutes. Siquidem nihil aliud eſt virtus, quàm ordinatus animi affectus,atque etiam moderatus. Ordinatus quidem[quādo ad illud eſt, ad quod eſſe debet]:Moderatus verò dicitur,cùm tantus eſt,quantus eſſe debet.Principales ergo affectus ſunt ſeptē,q̄ ab vna animi affectione alternatim ſurgunt,ſcilicet ſpes,timor,gaudiū, dolor,odiū, amor,&pudor:hi omnes cùm ordinati ſunt,tūc tantum inter filios Iacob computandi ſunt.

Principales affectus ſunt ſeptē.

Quomodo oriatur ordinatus timor. ibid.c.8

§. II.

DE quatuor filiis Liç,ideſt quatuor affectionibus.Igitur (inquit idem Richar.) prima virtutum proles eſt timor,qui naſcitur ex conſideratione proprij ſceleris & potentiæ iudicantis:hic eſt Ruben,ideſt filius viſionis.Quodammodo enim cœcus eſt,qui peccare nō timet,qui futura mala non præuidet, qui nō erubeſcit prauitatē ſuā, nec expaueſcit diuinā potentiā. Hoc primo filio creſcēte ſecundus naſcitur,quia magnum timorem neceſſe eſt vt ſequatur dolor.

Quomodo oriatur dolor. c.9. Pſal.50.

Quantò enim quis vehementius metuit pœnam,quam meruit,tantò magis plangit culpam quam fecit. Et quia cor contritū & humilitatū Deus non deſpicit:ideo filius, qui poſt eum naſcitur Simeon dicitur qui exauditio interpretatur.Oratio enim citius exauditur, quę ex corde prodit cōtrito & humiliato ſcilicet per timorē, contrito per dolorē:Sed beati qui lugent,quoniam ipſi conſolabuntur. Quæ autem conſolatio pœnitēti eſſe poteſt niſi vna ſpes veniæ? Hic eſt tertius filius,qui Leui dicitur, ſcilicet additus vel additio interpretatus: quia duobus illis prioribus prius datis ſuperadditur. Quantò enim quis frequentius & vehemētius de ſuo reatu interno dolore afficitur: tantò certior & ſecurior de indulgentia efficitur:Secundum multitudinem(inquit) dolorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Quomodo oriatur ſpes.c.10. Matt.5. Pſal.93.

Quomodo oriatur amor. c.11. Gene.29.

Et tunc incipit quædam familiaritas inter Deum &animam fieri:eo quòd hæc ſe ſentiat ab illo ſępius viſitari. Et dicit: Nunc copulabitur mihi vir meus. Tūc enim ipſum animæ ſpōſum Deum ſcilicet,veraciter copulamus, cùm ei per verum amorem inhęremus.Immo verò tunc ſibi nos ille connectit, quando nos quibuſdā interius commercijs ad amorem ſuum accendit, & arctius adſtringit.Itaque ſicut poſt creſcentē timorem neceſſariò ſubortus eſt dolor, ſic vtiq; poſt ſpem natam & per quotidiana incrementa proficientem,naſcitur amor.

Quid ſit proprium amoris. c.12. Pſal.33.

Hic eſt quartus filius,ſcilicet Iudas,id eſt confitens.Illa enim eſt vera confeſſio, quæ de caſta dilectione conſurgit[verè vtique & abſque dubio non ſolùm frequenter,ſed etiam indeſinenter domino confiteris, ſi eum perfectè diligis. Benedicam, inquit, dominum in omni tempore] ſemper inquit laus eius in ore meo.Semper quidem laudas, ſi ſemper amas. Nam non amares,ſi non approbares Quid eſt autē appro-

A bare,niſi laudare?Et ipſa laudatio confeſſio eſt: ſed hæc confeſſio laudis eſt.Confeſſionem quoque criminis Iudas agnoſcit:quia & hoc ad honorem Dei pertinet.Et qui veraciter diligit,libenter facit quicquid honori Dei militare cognouerit.Multum enim commēdat bonitatem Dei nō ſolū largitas ſua,ſed & iniquitas noſtra. Si enim magnū eſt nihil promerentibus gratis impendere multa, quale quantūve erit tribuere bona promerentibus mala? O qualis pietas quā nulla noſtra poteſt ſuperare impietas!Alia enim ſunt quę miſericorditer ignoſcit,alia quę affluē- B tet tribuit. Confiteamur ergo illi & mala noſtra à nobis eſſe,vt piè ignoſcat:& bona noſtra ab eo eſſe,vt conſeruet ea & augeat. Hæc Iudas inceſſanter actitat:ne ingratus appareat vel de indulta venia vel de conceſſa gratia: ideoq; hic rectè filius Iudas vocatur: quia verus amor ſemper confitetur.Ecce primi quatuor filij Liæ, ſcilicet timor pœnæ,dolor pœnitētiæ,ſpes veniæ,amor iuſtitiæ:& poſt hæc deſinit parere,quia ſibi ſufficere poſſe exiſtimat, cùm ſe vera bona veraciter amare conſiderat.

A.C. 1140.

Bonitatem Dei commendat iniquitas noſtra.

Ex inuiſibilium amore mens ad cognitionem inuiſibilium inſtigatur.c.13.

C

§. III.

DE Rachel,id eſt ratione,quæ ſuſcepit duos filios ex ancilla ſua Bala,id eſt imaginatione,ſcilicet Dan & Nephtalim,id eſt cōſiderationem futurorū bonorū;& hic eſt Nephtalim.Richar.idē.Nato itaq; Iuda,id eſt bonorum inuiſibiliū deſiderio exurgēte atq; feruente, Rachel incipit amore prolis æſtuare, quia incipit velle cognoſcere.Vbi enim amor,ibi oculus, & libēter aſpicimus,quę multū diligimus.Ergo quātò plus creſcit Iudas:id eſt affectus diligendi,tantò amplius in Rachel feruet deſiderium pariendi, D id eſt ſtudiū cognoſcendi.Sed valdè difficile eſt: immo penè impoſſibile mentē carnalem & adhuc in ſtudijs ſpiritualibus rudem ad inuiſibiliū intelligētiam aſſurgere,& in eis contēplationis oculum figere: Quærēti enim inuiſibilia, nil aliud occurrit,niſi qui cogitare cōſueuit viſibilia ſola.Melius tamen eſt,qualicunq; modo illa cogitare, q̄ obliuioni vel negligentiæ illa tradere. Facit ergo qđ poteſt,& intuetur ea per imaginationem,quę necdum videre valet,per intelligētiæ puritatē.Sicq; Rachel prius habet liberos de E ancilla quā generet de ſeipſa.Suadet enim ratio cōmodius eſſe qualicunq; modo vera bona cogitare,& imaginaria quadā ſaltem pulchritudine ad eorū deſiderium animū attendere: quā in falſis & deceptoriis bonis cogitationem figere.

Prima via contemplationis inuiſibiliū eſt per imaginationem.

Vide quomodo etiam diuinæ ſcripturę huic ſpeculationi alludant,& humanę infirmitati cō deſcendant. Res enim inuiſibiles per rerū viſibilium formas deſcribunt: & earū memoriā per quarumdā concupiſcibilium ſpecierū pulchritudinē mentib. noſtris imprimūt.Hinc eſt quod F nunc terrā lacte & melle manantē promittunt, nūc flores,nunc odores nuncupāt,nūc per cātus hominū cœleſtiū gaudiorū harmoniā deſignāt. Et in Apocalypſi Ioānis cœleſtis Hieruſalē ornatus per aurū & argentū & gēmas pretioſas multipliciter deſcribitur:qđ totū eſt p ſimilitudinē.

Quomodo diuinæ ſcripturæ ſpeculationi infirmorū alludāt. c.14. Apoc 21.

Sed ſciendum, quòd imaginationum alia eſt beſtialis,quando ſcilicet ea quæ paulò antè quā

Imaginationum alia rationalis, alia beſtialis c.15.

A.C. 1140.

vidimus vel fecimus abſque vlla vtilitate & deliberatione huc illucque vaga mente diſcurrimus. Hoc etenim beſtia facere poteſt. Alia verò rationalis: quádo ſcilicet per ea, quę per ſenſum corporeum nouimus, aliquid imaginabiliter fingimus. Verbi gratia. Aurũ & domũ vidimus ſed auream domum nunquam vidimus: auream tamen domum imaginari poſſumus ſi volumus: hoc beſtia nũquam facere poteſt: ſed ſoli rationali creaturę poſſibile eſt. [Huiuſmodi imaginatione ſæpè vtimur: cùm quæ ſint futuræ vitę bona vel mala diligentius rimamur. Nunquid hic ſola mala? nunquid hic ſola bona? Non, ſed permiſta bona & mala. Et ſicut nec ſola bona vel mala, ſic nec ſumma inuenimus. Ibi verò & ſumma & impermiſta bona vel mala eſſe non dubitamus. Quoties igitur ex multis bonis vel malis, quæ hic ſenſus corporeus experitur, quale vel quantum eſſe poſſit illud futuræ vitæ ſummum bonum ſiue malum colligitur: & ex horum imaginatione quædã futurorum imago figuratur: talis vtique imaginatio rationalis eſſe facilè conuincitur: & ad Balam & Rachel pertinere videtur. Ad Balam pertinet inquantum imaginatio eſt: ad Rachel verò inquãtum rationalis. Talis itaque proles & imaginationis eſt per natiuitatem & rationis per adoptionem. Ex Bala namque naſcitur: ſed per Rachel moderatur.

Imaginatio duobus modis accipi poteſt. c.17.

Neminem autem cõturbet, ꝙ matrem & prolem imaginationem appellem: ſed hoc volo eſſe inter matrem & filium: quod eſt inter inſtrumẽtum & actum. Et ſæpè inſtrumentũ & actum vno nomine nuncupamus, ſicut quod videmus & illud quo videmur viſum appellamus. Rationalis imaginatio alia eſt per rationẽ diſpoſita, alia intelligentię permixta. Illa prima vtimur: quando ſecundũ viſibiliũ rerũ cognitã ſpeciem viſibile aliud mente diſponimus, nec tamen ex eo inuiſibile aliquid cogitamus. Iſta verò ſecũda vtimur, quando per viſibiliũ rerũ ſpeciẽ ad inuiſibiliũ cognitionẽ aſcẽdere nitimur. In illa eſt imaginatio non ſine ratione: in iſta intelligẽtia non abſq; imaginatione. Iſti ſunt duo filij Balæ, quorũ primo genitus Dan dicitur, poſterior Nephtalim nominatur. Ad Dã itaq; pertinet ſpecialiter cõſideratio futurorũ malorũ: ad Nephtalim autẽ ſpeculatio futurorũ bonorũ. Dan nihil nouit niſi corporalia, ſed ea tamẽ rimatur, quę ſunt à ſenſu corporeo remota: Nephtalim verò p rerũ viſibiliũ formas ſurgit ad rerũ inuiſibiliũ intelligentiã. Infernalia enim tormenta longè à ſenſu corporeo remota eſſe nõ dubitamus: quia vbi vel qualia ſunt videri nõ poſſumus, ſed tamẽ hæc quoties volumus per miniſteriũ Dan præ oculis cordis habemus. Nemo enim fideliũ cùm infernũ flãmámq; gehẽnę tenebráſq; exteriores in ſcripturis legit hęc figuraliter dicta credit ſe dita veraciter & corporaliter alicubi eſſe non diffidit. Rectè ergo horũ conſiderationẽ ad Dan ſpecialiter iam pertinere diximus: vbi ſola imaginatione opus habemus, quamuis eã in tali negotio nõ ſine rationis diſpoſitione tractemus Sed cùm terrã lacte & melle manantẽ, cœleſtis Hieruſalem muros ex lapidibus pretioſis, portas ex margaritis, plateas ex auro legerit, quis ſani ſenſus homo hæc iuxta literam accipere velit vnde ſtatim ad ſpiritualẽ intelligẽtiam recurrit:

De gemina ſpeculatione. c.18.

Dan primogenitus Balę Nephtalim ſecundo genitus.

A & quid ibi myſticũ contineatur exquirit. Multa tamen & quæ de malorũ tormentis ſcripta ſunt myſticè ſunt accipiẽda. Et multa de futuræ vitæ bonis quãuis corporalia, deſcribãtur ſimpliciter intelligẽda. Illa autẽ conſideratio meditãti facilius occurrit, quę in ſola imaginatione conſiſtit. Nã illa, quæ cum intelligẽtia admiſcetur, quãtò ſubtilior: tantò difficilius inuenitur. Inde eſt ꝙ prior Dan, & Nephtalim poſterior naſcitur.

A.C. 1140.

Prima ſpeculatio facilius occurrit. c.19.

De officio iſtius Dã. Hoc autẽ valde notandũ eſt ꝙ Dan per pręſentiũ rerũ verã imaginationẽ B replẽtat rerũ futurarũ imaginationẽ fictã. Quod abſq; culpa eſt, ſcilicet tormenta malorũ multo aliter, q̃ ſunt per imaginationẽ cernere. Quis enim ea omnino prout ſunt, in hac vita cõtẽplari ſufficiat? Sed quiſq; ea pro arbitrio ſuæ mẽtis nõ qualia ſunt, ſed qualia fingere nouit, figurando ea deſcribit. Vnde fortaſſis hic talis filius Dan, id eſt iudiciũ, vocatur: quia in tali repreſentatione nõ experientię documentũ: ſed ſuę diſcretionis ſequitur arbitriũ. Eſt & huius nominis alia ratio. Sãcti enim viri quoties ſe ſentiũt turpibus cogitationibus pulſari toties ſolent etiã in ipſo C tentationis aditu futura tormenta ante mentis oculos ponere: & per conſiderationẽ pœnæ vlciſcuntur & damnant blandimenta culpæ. Quia ergo per officium Dan illecebroſas cogitationes deprehendimus, arguimus, damnamus, caſtigamus, rectè Dã iudiciũ vocamus. Sed quid de turpibus cogitationibus tantũ loquimur? quando etiam vanas & inutiles cogitationes perfecti viri abominantur, propter id. Væ vobis, qui cogitatis inutile: & multo magis de iis, quæ ſentiunt non ſine quodã illicito affectu. Et quamuis multorum ſit ſeipſos reprehendere de peruerſa operatione, vel praua voluntate: tamen pauci ſunt, D qui ſe reprehẽdant de inordinata cogitatione. Sed quia perfecti viri hoc faciunt, ideo Iacob perfectos deſignãs pręcepit dicẽs: Dan iudicabit populum ſuum, id eſt cogitationes.

Officium Dan.

De officio primæ ſpeculationis. c.20.

Mich.2.

Gen.49.

De Nephtalim ſubdit Richardus. Sicut ad officiũ Dan ſpectat per repreſentationẽ pœnæ reprimere exurgentia vitia: ſic ad Nephtalim pertinet per conſiderationẽ præmiorum inflãmare deſideria bona. Quod duobus modis facere cõſueuit. Vtitur namque aliquãdo comparatione, aliquando tranſlatione. Et comparatione quidẽ E quando ex præſentium bonorum multitudine vel magnitudine, colligit illa futuræ gaudia vitæ, quot vel quanta eſſe poſſunt. Verbi gratia. Inſpecta ſæpè ſolis claritate, conſiderat quanta futura erit lux illa ſpiritualis, ſi tanta tãq; mirabilis eſt iſta lux corporalis. Item multiplicitatẽ bonorũ inuiſibiliũ conijcit ex multitudine bonorũ viſibiliũ. Quot enim ſunt colores, quot odores, quot ſapores? Si tot ſunt deliciæ corporũ, quot erũt deliciæ ſpirituũ. Trãſlatione autẽ [vtitur quãdo] rerũ viſibilium quãlibet deſcriptionẽ transferr ad rerũ inuiſibiliũ ſignificationem. F Verbi gratia, Audit nominari in ſcripturis lucẽ inacceſſibilẽ quęrit quę ſit lux iſta incorporea & inuenit: quia iſta eſt ſapiẽtia. Sicut enim lux corporalis illuminat oculos corporis: ita lux ſapiẽtiæ ſpiritualis oculos mentis. Ex his liquet q̃ rectè ſecundũ vtrãq; interpretationẽ Nephtalim dicatur: quia comparatio vel conuerſio interpretatur. Conuertit enim naturam viſibilum rerũ ad ſpiritualem intelligentiã, [habet tamen huiuſmodi

De ſecunda ſpeculatione, & eius proprietate. c.21.

1.Tim.6.

A.C. 1140.

Quid ſit ſpeciale ſpeculationi ſecūdę c.27.

iuſmodi ſpeculatio aliquid ſingulare & valdè notabile: ſiquidem hæc meditāti facilius occurrit, & audientem dulcius afficit. Eſt planè & promptior in meditatione & affabilior in ſermone.] Vnde per Iacob de Nephtalim dicitur. Nephtalim ſeruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis. Ceruus dicitur propter currendi facilitatem & emiſſus propter currendi auiditatem in meditatione. Eloquia verò pulchritudinis dat: quia per carnalia & corporalia nouit ſpiritualia & inuiſibilia deſcribere: vt illud. Oſculetur me oſculo oris ſui. Et tātò eloquium eius eſt delectabilius; quantò iuxta literam nihil ſonare videtur vt illud. Naſus tuus ſicut turris [Libani quæ reſpicit contra Damaſcum, caput tuum ſicut Carmelus.

Gen.49. Cant.1. Cant.6.

De duob. filiis Zelphæ.c.25.

De duob. filiis Zelphæ: quæ deſignat ſenſualitatē. Richar. Si per Zelphā ſenſualitatē debemus accipere, quàm alia quæſo virtutis prolē poteſt ipſa gignere: niſi vt diſcat & in rebus proſperis tēperanter viuere & in aduerſis patientiā habere? Iſti ſunt Gad & Aſer: rigor videlicet abſtinentiæ, & vigor patientię. Gad naſcitur prior, Aſer poſterior: quia prius eſt vt temperantes ſimus ad bona ꝓpria & ꝓſpera poſtea etiā vt fortes ſimus ad tolerāda mala aliena. Hęc eſt gemina virtutū proles, quā quidē parit Zelpha in dolore: verūtamen ad magnā beatitudinem dominæ ſuæ, hinc eſt ꝙ nato Gad Lia exclamat: Fœliciter. Et iterū Aſer naſcente ait, Hoc pro beatitudine mea. Mea (inquit) nō ſua vnde enim ſenſualitas exterius per carnem atteritur: inde cordis affectio ad integritatem puritatis reparatur.

Gen.30.

De proprietate patiētiæ & abſtinentiæ.c.26.

Quanta enim putas pax cordis eſt: nulla huius mundi oblectamenta cōcupiſcere, nulla eius aduerſa formidare? [Quid enim de huiusmundi oblectamentis concupiſcat: qui oblata delectamenta amore abſtinentiæ recuſat?] Quid illius gaudiū imminuat: qui etiam de illata contumelia, vel qualibet præſſura exultat? Duo enim ſunt ex quibus conſtat gaudium beatitudinis, carere ſcilicet quod nolis & habere quod velis. Fœlicē ſiquidem [dicimus, qui nil patitur quod nolit, & beatum cui ſuppetunt quæ cupit. Iſti ſunt Gad & Aſer: quorum primus calcat mundanam gloriā: alter propter Deū libenter patitur mundi preſſurā. Prius autē ſemper eſt, vt ancilla Rachel redigatur ſub viri poteſtate: ꝗ̄ ancilla ipſius Liæ. Si enim imaginationis euagatio, quę fit per inutiles cogitationes, prius nō reprimatur: abſq; dubio ſēſualitatis appetitus immoderatus minimè tēperatur. Qui igitur vult corporalium voluptatum deſideria tēperare: prius aſſueſcat carnales delicias rarò vel nunquam cogitare. Patet nihilominus, ꝙ de Gad & Aſer abſtinentiæ videlicet & patientiæ vnquam adoptiuos filios Lia faceret; niſi ſororis ſuę Rachel adoptiuam ſobolem aſſiduè cerneret. Quis enim vnquam affectioni cordis poſſet perſuadere mundi huius proſpera contēnere & nulla eius aduerſa formidare: niſi ſuggerentibus Dan & Nephtalim futuræ vitæ tormenta vel præmia frequenter immo penè indeſinenter cogeretur aſpicere? Nunc autem per aſſiduā conſiderationem futurorū malorū facilè ei perſuadetur contēptus præſentium bonorū. Et iterū per iugē contēplationē æternę fœlicitatis inflammatur ad voluntariam tolerantiam preſſuræ temporalis.

Gaudium beatitudinis in quo conſiſtat.

Senſualitas non tēperatur ſi imaginatio non reſtringitur.c.27.

A Per abſtinentiam & patientiam animus fit obediens.c.28.

A.C. 1140.

§. IIII.

POST natos Gad & Aſer contingit Ruben (q vt dictum eſt ſuprà timorem deſignat) exire in agrū, & mandragoras inuenire: id eſt quoſdā fructus odoriferos: quia timor domini ex voluntaria abſtinentia ad omnē obedientiam roboratur. Sed quantus qualiſq; bonæ opinionis odor de ipſo circunquaq; ſpargitur, qui nulla moleſtia nulláq; inopia à ſtudio obedientiæ præpeditur: eæ ſunt mandragorę, quas Ruben inuenit, quas ab ipſo mater eius Lia accipit: quando oblata laus affectū tangit. Tēperatè verò Rachel non mandragoras, ſed mandragorarū partē petit: nā valdè difficile eſt, vt animus, quamuis renitens: ex oblata laude non hilareſcat. Abſente adhuc viro vix Lia partem concedit: ſed in eius aduentu, eius deſiderio vberius accenſa nil ſibi ex eis vlterius reſeruari voluit. Sic nimirum mēs hominis dum ſpirituali dulcedine tāgitur: quicquid prius de humana laude concupierat libēter obliuiſcitur.

Gen 30. Mandragoræ quid ſignific. t. c.29.

B

C In hunc modum mandragorę de poſſeſſione Liæ vtiliter rediguntur ſub poteſtate Rachelis: quia melius Rachel quàm Lia mandragoris nouit vti. Nam quicquid affectus cordis vſurpat ad laudem ſui rectius ſanè ratio torquet ad gloriā Dei. Hoc autem de duarum iſtarum filiis ancillarum retinendum eſt: quòd ex eorum vigilantia conſcientiæ noſtræ ciuitas mirè cuſtoditur: multúmque protegitur. Primogenitus námque Balæ eam componit intrinſecus, primogenitus verò Zelphæ eam munit extrinſecus. Per D Dan reprimuntur mala intus exurgētia, per Gad repelluntur mala exterius exurgentia. Ad Dan pertinet diſciplina cogitationum: ad Gad autem ſpectat diſciplina ſenſuum. Primi eſt ſedare ciuilē diſcordiā, alterius eſt repellere pugnā hoſtilē.

Quomodo virtutibus prædictis muniatur diſciplina cordis & corporis. c.31.

Diſciplina enim corporis ſine diſciplina cordis inutilis eſt: & diſciplina cogitationum, ſine diſciplina ſenſuum obſeruari non poteſt. Adſiſtunt & eis fratres non ſegnes ad auxilia ferenda. Nephtalim intus cum Dan [in ciuium pacę componenda] Aſer exterius cū Gad [in violētia hoſtium expugnanda.] Gad itaquę & Aſer vigilant contra hoſtes: E Dan & Nephtalim ſoliciti ſunt circa ciues. [Hinc ergo Dā minatur: illinc Nephtalim blanditur.] Dan terret minis. Nephtalim fouet ꝓmiſſis: [hic latus vnū protegit: illę alterū defēdit.] Gad certat in dextro, Aſer in ſiniſtro. Quātùm putas Aſer iſte abundat diuitiis ſpiritualiū conſolationum: cuius diuitias quęlibet aduerſitas nō tam minuere ꝗ̄ augere ſolet? Nā quantò durius premitur exterius tātò delectabilius gloriatur interius. Aſer (inquit) pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Gad mentem temperat in proſperis, vt non retrahatur ab amore F ſupernorum.

Diſciplina cordis ſine diſciplina corporis cuſtodiri non poteſt. c. 31 & 32.

Commendatio perfectæ patientiæ. c. 35.

Quomodo oriatur verum gaudium. c. 36.

§. V.

DE quintò filio Lię ſcilicet Iſſachar, ſignāte gaudiū ſpirituale. Richardus. Hoſtib. itaq, fugatis

A.C. 1140. Phil.4. Pſal.30. fugatis:ciuibuſque pacificatis,nil iam obſtat(vt arbitror)quin illa noſtra ciuitas experiatur,quę ſit illa pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum: vel quàm ſit magna multitudo dulcedinis, quam abſcondit Deus timentibus ſe. Eſt enim manna abſconditum, & niſi guſtanti omnino incognitum. Mat 25. Vnde & dicitur, Intra in gaudium domini tui. Hic eſt ille quintus filius Liæ qui ei quinto loco naſcitur. Eſt enim gaudium vt ſuprà diximus:vnus de principalibus affectibus. Pro tali enim prole Lia mandragoras contempſit,vt talem filiũ habere poſſet. Mens enim quæ in laude hominum delectatur:quid ſit internum gaudium experiri non meretur. Rectè autem poſt natiuitatem Gad & Aſer Lia talem filium genuit:quia niſi per abſtinentiam & patientiam ad verum gaudium mens humana nõ pertingit. Oportet ergo eum non ſolùm falſam delectationem: ſed etiam vanam perturbationem excludere,qui vult de veritate gaudere. Hic talis filius Iſſachar merces interpretatur. Quid enim aliud tot tantiſque laboribus quærimus? [Quid, inquam,aliud quàm verum gaudium tá perſeueranti longanimitate expectamus?]

Comparatio interioris & exterioris dulcedinis.c.37.

Huius mercedis toties quaſi quaſdam primitias & arram accipimus:quoties ad illud domini noſtri gaudium internum intram°, & aliqua parte guſtamus. Hanc autem deguſtationem ſcriptura ſancta nunc guſtum nunc ebrietatem vocat, vt q̃ ſit parua vel magna oſtendat: parua quidem ad comparationẽ futuræ beatitudinis: magna autem in comparatione cuiuſlibet mũdanę iucunditatis. O dulcedo miranda,quæ modicum quid de tanto fœlicitatis pelago mentibus inſtillas,mentem tamen quam infundis plenè inebrias. 2.Cor.12. Siue (inquit) in corpore ſiue extra corpus neſcio: Deus ſcit. Pſal.64. Viſitaſti terram (ait Pſal.)& inebriaſti eam. Mare & cætera elementa ſemper in motu ſunt:& ſola terra ſtante cætera ſtare nequeunt.

Quid internum gaudium impedire ſoleat.c.38.

Quid ergo pér terram niſi fixam cordis ſtabilitatẽ debemus accipere? Debet ergo fluctuationem cordis adſtringere,& ad vnius veri gaudij deſiderium cogitationum & affectionum motus colligere:qui ſe cupit vel credit illo verè ſobrietatis poculo inebriandum fore. Viſitaſti (ait)terram non mare fluxibile,& inebriaſti eã. Hæc eſt illa terra, quam Iſſachar vidit & concupiuit. Gen.c.49. Vnde de eo dicitur. Iſſachar aſinus fortis habitans inter terminos vidit requiem quòd eſſet bona,& terram quòd eſſet optima: & habitauit in terminis eius.

Interna dulcedo mentem humiliat. c.39.

Multum ſibi viluerat, qui ſe aſinum reputabat. Multum concupiuit terram,quam vidit:pro qua ad omnem laborem fortis perdurauit. Pęnè autem,non tamen plenè hanc terram morientium deſeruerat: pęnè autem non plenè illam terram viuentium apprehenderat,qui inter terminos habitabat. Quia viliſſimis & pauciſſimis huius vitæ bonis contentus erat. Huius terræ miſeræ extrema tenebat: quia per frequentes mentis exceſſus perennis vitæ bona pręguſtabat:illius beatæ terræ initia tangebat. Satagebat iſtam penitus deſerere,nec poterat:ambiebat in illam totus intrare,nec valebat. Fecit ergo quod potuit,intra terminos habitauit.

A.C. 1140.

Quomodo oriatur in nobis odium vitiorum.c.40.

§. VI.

De ortu Zabulon filij Liæ,& ſignat zelũ ſeu odium peccai & officio eius. Richardus. Hinc eſt quod poſt Iſſachar naſcitur Zabulon:q habitaculum fortitudinis interpretatur. Quid enim per Zabulon niſi odiũ vitiorum intelligimus?odium bonum,odium ordinatum. Hunc in nobis affectum Propheta ordinare cupiebat, cum ait:Iraſcimini &nolite peccare. Pſal.4. Quid eſt enim non peccando iraſci niſi homines vtiliter non ad oculum amando, eorum vitijs indignari?Hunc habere ſe filium idem Propheta ſignificabat:cum ait,Perfecto odio oderam illos. Pſal 138. Rectè ergo poſt Iſſachar(qui merces interpretatur) Zabulõ naſcitur,qui habitaculũ fortitudinis interpretatur,quia poſt deguſtatã æternæ retributionis dulcedinẽ animus contra tentationum argumenta mirabiliter roboratur:ſuaque ſubitò pericula paruipendens, domini iniurias fortiter vlciſcitur:vt patet exemplum in Moyſe mitiſſimo, Ex.32. qui poſt refectionem diuinæ allocutionis in monte,ex zelo contra idololatras fortiter exarſit & eos proſtrauit. Abſque dubio nihil ſic placet Deo,nihil ſic placat Deum,quomodo zelus animarum.

Quàm ſiarum z. ſ.um ani marũ habere. c.41.

O quàm multi multas cęterarum virtutũ proles ex Dei gratia mente conceperunt,& de ſe genuerunt:qui hunc filium habere non potuerũt! Quàm multos hodie videmus ſpiritu pauperes: ſpe gaudentes,caritate feruentes & huiuſmodi, ad zelum tamen animarum nimis tepidos, multumque torpentes! Alij quaſi ob cuſtodiam humilitatis delinquentes increpare non præſumunt: alij ne caritatem fraternam perturbare videantur, peccantes arguere metuunt. Sic & alij alijs adhuc modis, quòd zelare pro domino nolunt, virtutis hoc eſſe fingunt,vel virtutẽ eſſe credunt. Econtrario multi, quod abſque dubio agunt in ſpiritu furoris,agere ſe arbitrantur zelo rectitudinis, & quæ veraciter exequuntur odio hominum exercere ſe putant vel ſimulant odio vitiorum. Sed ſeipſos, quæſo interrogent, vtrùm in veritate diligant,quos quaſi inſtigante Zabulõ tam acerbè caſtigant. Aduertendum igitur, quòd naſcitur Zabulon poſt Iudam & Iſſachar:quia Iudas qui eſt amor iuſtitiæ, debet docere modum correctionis in odio vitiorum:vt ſcilicet fiat in ſpiritu lenitatis:& Iſſachar ſuggerente, qui eſt gaudium, quod fiat cauſa vtilitatis.

Quod ſit officium veri Zelatoris.c.41.

Debet autem Zabulon iſte non ſolùm delinquentes corripere,ſed etiã eos tempore tribulationis contra perſequentes defenſare: alioquin verus zelus nõ eſt,ſi paratior eſt ad feriendũ, q̃ ad protegendũ:vnde & habitaculũ fortitudinis dicit,qa perfectus zelus debet infirmiores cõtra aereas poteſtates doctrina & oratione protegere:& contra mundana pericula vndique munire:& in vtroque non ſolùm infatigabilis: ſed & inſuperabilis perſeuerare: ſemperque debet eſſe paratior ad mala ferenda quàm inferenda:alioquin fruſtrà in littore maris habitare dicitur, in ſtatione nauium: ſi contra maxima mundanæ diſcrimina preſſuræ trepidat, niſi tempeſtatibus diu fatigatos & tandem in littoribus eiectos,

A.C. 1140.

eiectos, blandè excipiat & benignè foueat.

Verus zelatos & cõtra ſæuitiã & contra fraudulẽtiam vigilare debet. c.43.

Sidon venatio interpretatur per quam rectè deceptionum fraudulentia intelligatur. [Satagit ergo Zabulon iſte non ſolùm imbecillos quoſque erigere contra furorem perſequentium: ſed quoſlibet] etiam ſimplices eripere de laqueo venantium, linguæ ſcilicet adulantium, lingua detrahentium, ſeminantium inter fratres diſcordias, eripere ſatagit. Et ſic figit tabernaculum ſuum fortitudinis è regione maris in confinio Sidonis: vt hinc vigilet cõtra inſidias perſequẽtium, illinc cõtra fraudulentiã inſidiãtiũ. Meritò autem Zabulon nato exclamat Lia, Ditauit me dominus dote bona. Ignoro enim an poſſit hac gratia interim maiorem aliquã Deus homini cõferre, quàm vt eius miniſterio peruerſi homines in melius mutentur: vt de filijs diaboli filij Dei efficiantur.

Quale ſit gaudiũ, habere zelũ animarũ. c.44. Gen.30.

Quomodo oriatur ordinatus pudor. c.45.

§. VII.

De ſeptima prole Liæ id eſt Dina: quæ deſignat erubeſcentiam, Richar. Sed nũquid poſt has virtutũ ſoboles ſaltem dabitur cuiuis ſine peccato viuere: vt ſaltem poſt vitiorum odium poſſit ſine vitio eſſe: Immo eos ſæpè per quos Deus aliorum errata corrigere diſponit: ex magnæ pietatis diſpenſatione grauiter cadere permittit: vt ex propria culpa diſcant quàm miſericordes in aliorum correctione eſſe debeant. Sed quantum putas erubeſcũt, cum quali ſe humilitate deiiciunt cùm ſe in id, vnde alios corripiunt, vel fortè in aliquid grauius lapſos conſpiciunt. Hinc eſt quòd poſt Zabulon naſcitur Dina, quia ſæpè nimiũ zelum interueniente culpa ſequitur verecundia: ſed ordinata. Solùm peccatũ erubeſcere eſt ordinatam verecundiã habere.

Quis vel qualis ſit ordinatus pudor. c.46.

Sed qui nondum Zabulon gignere metuit, fruſtrà Dina ſe poſſe gignere credit. Diſce prius peccatum odiſſe, & tunc illud incipies veraciter erubeſcere. Alioquin ſi in peccato deprehenderis, & deprehenſus pudore confunderis: non te credo erubeſcere culpam, ſed infamiam. Habent vtiq; etiã homines peruerſi verecundiã, ſed vtinã bonam, vtinã ordinatã. Peccatũ enim ſi peruerſi perfectè erubeſcerent, non tam facilè cõmitterẽt. Qualis putas pudor eſt erubeſcere paupertatem, & erubeſcere humilitatem? illud non pudet eos erubeſcere ad quod docendum non puduit cœleſtẽ magiſtrũ de cœlo deſcendere. Diſcite à me (inquit) quia mitis ſum & humilis corde. Sed ecõtrario multi magis abominantes, quàm ſectantes humilitatem: multò amplius erubeſcunt habere ſordidã veſtẽ, quàm ſordidam mentem.

Quàm ſit rarum habere verũ pudorẽ. c.47. Quid ſit proprium pudoris. c.48.

Diligenter igitur conſideranti, quàm ſit rarũ vel quàm ſit paucorum humanam verecundiam plenè viciſſe, & ſolam illam, quæ ordinata eſt poſſidere: non erit vnde quis admirari debeat cur talem tam ſero prolem Lia pariat. Ratio, quare naſcitur cõgruè poſt Zabulõ Dina: Dina iudicium iſtud interpretatur. Hoc itaque eſt illud iudicium, quo quiſque à propria conſcientia conuenitur, cõuincitur & condemnatur, & digna cõfuſionis pœna mulctatur. In quo vnus idẽque eſt ille qui iudicat, & ille qui iudicatur. Idem ipſe qui condemnat, & qui condemnatur,

A Non ergo ſine cauſa fuit, quod hoc tale iudiciũ ſcriptura ſacra non ſine demonſtratione nominate voluit. Iſtud enim quod ponitur demonſtrationẽ ſignat. Et quid aliud hęc adiectio quã animum audiẽtis in admirationẽ excitat? Verè iudicium mirabile, in quo quàtò quiſque ſeipſum ardentius diligit, tantò in ſeipſum acrius ſæuit: & quo ſibi parci vehementius cupit, tantò minus ſibi ipſe parcit: quia quo amplius ſuã confuſionem formidat, eo acerbius ſua quemque confuſio vexat. Sed ſi hæc inter cęteras virtutes dignè connumeratur, cur per fœmineum

B & non potius per maſculinum ſexum exprimitur? Sed quis neſciat verecundia quantumlibet honeſta cordis robur quantũ emolliat; & quàm ſæpè fortia opera præpediat: dum animus hominis vltra modum confundi deuitat?

De vtilitate verecundiæ. c.49.

Eſt itaque Dina nõ vir, ſed fœmina, nõ filius, ſed filia. Habet enim, vt ex prædictis apparet. Zabulon impetus vaſtos & ingentes animos: ſed ſciunt tam fœminæ quàm viri tumentes animos blandius alloqui & iratis dulcius blandiri. Valdè ergo opportunum videtur vt poſt Zabulon Dina naſcatur: vt ex ſororis lenitate fratris ſeue-

C ritas temperetur. Quod autẽ pulchra erat Dina: vnde & ad ſui amorem alliciens videntes: ſignat quàm verecundos homines ferè ſemper cæteris carius amplectimur: & inde eſt quod in eis dum verecundiæ modeſtiam modeſtiæque gratiam miramur, Dinæ quodammodo pulchritudine allicimur. Huius rei Sichen ille teſtis eſt: qui ei tã ardenti amore inheſit, vt mallet omnes mares ſuos circumcidere, quàm illam non habere. Gen.34.

Quomodo verecũda mens per ſuperbiam corrumpitur. c.50.

O quàm multi vſq; hodie ſunt qui quod pro Deo facere noluerunt, ſæpè pro amore Dinæ efficere non differunt: & pudendorum ſuper-

D flua, quæ pro Deo amputare debuerant, orta confuſionis occaſione pro euitando verecundię detrimento amputare non tardãt. Sichen ergo egredienti Dinæ occurrit, oppreſſamque corrumpit. Integritatem ergo, quam intus fortaſſis conſeruare potuit, egreſſa amittit. Nam quoniam verecundiæ venuſtas ab omnibus ferè commendatur laudatur, amatur, Dinam egredientem, & intima ſua deſerentem: & quæ eam humiliare cõſueuerat infirmitatis ſuæ memoriam citò obliuiſcentem, ſubitò laudes hominum excipiunt & eam dum fauoribus demul-

Quomodo verecũda mens à ſua rectitudine deiicitur. c.51.

E cent corrumpunt. Verumtamen Dina tunc corruptionis ſuæ damna violentia quadam potius, quàm voluntate patitur cùm blandienti prauæ delectationi quantum poteſt reluctatur. Sed quid eam ſua intima deſerere, & ad exteriora vagari compulit: niſi quòd ſæpè dum infirma noſtra nimis erubeſcimus: vnde fortè alij eaſdẽ infirmitates in ſe ſentiant mirari incipimus? Et videtur nobis quoddam genus ſolatij inueniſſe ſi deprehendamus nos in noſtra ſaltem delectatione vel ſocios habere. Inde fit vt incipiamus aliorum ſtudia curioſius quęrere, nunc

F vultũ, nunc geſtum, nũc habitum circũſpicere, nunc occulta eorum aliorum relatu addiſcere.

Quomodo oporteat intentionem mutare & morum honeſta non deſerere. c.54.

Quod etſi Dinæ fratribus meritò diſplicuit, quia quæ facta ſunt non tam pro Deo quàm pro Dina, nõ tam pro inſtitutione diuina, quàm pro verecũdia humana facta ſunt, ſcilicet ſe circũcidere: malũ tamẽ fuit filijs Iacob iuſtũ ſeueritatis modũ excedere, ſcilicet illos circumciſos occidẽdo.

Qui

A.C. 1140.

Qui ſunt iſtiuſmodi circuncisi, niſi mores non
bona intentione corrupti? Nec tamen in tali-
bus debemus morum honeſta deſtuere: ſed in-
tentionem mutare. Errant vtique errant, qui ab-
iiciunt opera bona, quamuis fortè inchoata ſint
mala intentione. Erratuum ergo ſuorum vlto-
res huiuſmodi quid aliud faciũt: quàm ſuper cir
cumciſos cum Simeone & Leui irruentes violen
ter occidunt? Gladius Simeonis exprobratio eſt,
Gladius Leui exactio eſt. Solet enim Simeon
corruptę me ntì exprobrare vehementer malum
quod fecit: Leui verò ſolet vehementer exigere
bonũ quod fieri oportuit. Quid igitur aliud eſt
eos his modis pugnare, quàm exprobrationis &
exactionis ſimul & mentẽ flagellare? Primo ergo
ordinatur timor: & hic eſt Ruben: deinde dolor
& hic eſt Simeõ: poſtea Leui & Iudas, id eſt ſpes
& amor quos ſequuntur Iſachar & Zabulon: læ-
titia & ira, nouiſſimè Dina id eſt verecundia. Ita
que nihil eſt aliud hos ſeptem ex Lia genuiſſe,
quàm animum affectionis ſuæ motus ordinan-
do dignam virtutum ſobolem de ſe procreaſſe.

Quomodo debeat corrupta mẽs flagellari. c. 57.

Affectus ordinati veraciter ſunt boni. cap. 61.

§. VIII.

De ortu Ioſeph ex Rachel, per quem deſi-
gnatur diſcretionis gratia. Richar. Affe-
ctus autem iſti veraciter tunc creduntur boni:
quando non ſolùm ordinati: ſed etiam mode-
rati ſunt. Sæpè namque cum diſcretionis mo-
deramen excedunt, virtutis nomen amittunt.
Duobus autem modis filius [id eſt Ruben qui ti
morem ordinatum ſignificat] æquitatis menſurã
ſupergreditur: aut quia minus circa aliquid vnũ
extenditur: aut quia innumera vel etiam inutilia
paſſim dilatatur. Cautè ergo circa omnes debet
cuſtodiri meta ſcilicet æquitatis, vt non ſolùm
ſint ordinati: ſed etiam moderati. Timor enim
nimius ſæpè cadit in deſperationem, dolor ni-
mius in amaritudinem, ſpes immoderata in præ
ſumptionem, amor ſuperfluus in adulationem,
lætitia ſuperuacua in diſſolutionem: ita inrẽpe-
rata in furorem. Et ita virtutes in vitia vertun-
tur: ſi per diſcretionem non moderentur.

Duobus modis timor menſuram æquitatis ſupergreditur. c. 62.

Quomodo virtutes in vitia vertuntur. c. 66.

Hic eſt ille Ioſeph, qui ſerò quidem naſcitur,
ſed à patre plus cæteris amatur. Meritò ergo illa
virtus ſingulariter diligitur, ſine qua nulla con-
quiritur, id eſt ſimul acquiritur: nulla conſum-
matur, nulla conſeruatur: ſed vix ſerò talem fi-
lium accipere meremur: quia ad diſcretionis
perfectionem non ſine magno vſu, non niſi per
magna experimenta erudimur. Prius nos opor-
tet in ſingulis virtutibus exerceri: & quid in v-
naquaque poſſimus experiri: quàm poſſimus de
omnibus plenã ſcientiam percipere, & de ſingu
lis ſufficienter iudicare. Multa quidem de diſcre
tione legẽdo multa diſcimus, audiendo multa ex
inſito nobis rationis iudicio: verũtamen nunquã
de hac ad plenum erudimur ſine experientię ma
giſterio. Poſt omnes ſequi oportet, qui de omni-
bus iudicare debet. Sic dum longo vſu virtutum
diſciplina addiſcitur: quandoque mens diu ex-
perta ad plenam morum diſcretionem, perduci-
tur: & quaſi de nato Ioſeph iure lætatur. Ante
huius natiuitatem eius fratres, dum adhuc om-

Quomodo oriatur diſcretio. c. 67.

nia ſine diſcretione agũt, quanto magis vltra
vires ſuas multa præſumunt: tanto ſæpè dete-
rius atque deformius ruunt. Inde eſt ſicut iam
diximus, quòd poſt eos Dina naſcitur: quia fre-
quenter deformem lapſum pudoris confuſio
comitatur. Patet autem ratio cur ancillarum nul
la, nec ipſa quidem Lia, ſed Rachel ſola potuit
talem filium giguere. Si quidem non eſt ſenſua-
litatis, non imaginationis, non denique ipſius ef
fectionis, ſed ſolius rationis eſt diſcernere, ſicut
& intelligere.

A.C. 1140.

Hic eſt ille Ioſeph, qui ſolus inter fratres tu-
nica talari veſtitur: quia ſola illa actio ad cõſum-
mationis talum, debitique finis terminum per-
ducitur: qua per diſcretionis prudentiam mode-
ratur. Hic eſt Ioſeph ille ſomniator: ſomniorúm-
que interpretator: quia vera diſcretio in ipſo ten
tationis articulo inter ipſa ſuggeſtionum phan-
taſmata imminentium malorum inſidias dete-
git: & de futuris periculis cautos reddit. Accuſat
autem fratres ſuos ad patrem ſuum crimine peſ
ſimo: ſcilicet hypocriſi. Vitium enim quod
Deus ſingulariter deteſtatur, hyprocriſis intelli-
gitur. Hæc per Ioſeph detegitur, quando inſi-
dians malum per diſcretionem deprehenditur
& arguitur. Ad officium itaque Ioſeph ſpectat
cura & cuſtodia omnium fratrum ſuorum ad ip
ſum ſpectat diſciplina ſingulorum, ad ipſum di-
ſpoſitio gerendorum & prouidentia futurorum.

De diſcretionis vtilitate vel eius proprietate. c. 68.

Officium veræ diſcretionis c. 70.

De gemina prole rationis. cap. 71.

§. IX.

De ortu Beniamin, qui ſignificat gratiam
contemplationis: Richardus: Sicut autem
per Ioſeph gratiam diſcretionis, ſic per Benia-
min intelligimus gratiam contemplationis. V-
terque de eadem matre naſcitur, quia & Dei co-
gnitio & ſui ex ratione percipitur, Longè poſt
Ioſeph Beniamin giguitur: quia animus qui in
ſui cognitione diu exercitatus: plenéque erudi-
ditus non eſt ad Dei cognitionem non ſuſtolli-
tur. Fruſtráque cordis oculum erigit ad viden-
dum Deum, qui nondum idoneus eſt ad viden-
dum ſeipſum. Præcipuum & principale ſpecu-
lum ad videndum Deum animus rationalis
eſt: qui abſque dubio inuenit ſeipſum ad Dei ſi-
militudinem factum. Hoc itaque ſpeculum non
deſinit verus Ioſeph tenere, & tergere, & indeſi-
nenter inſpicere. Tenere, ne deorſum corruens
terræ per amorem inhæreat. Tergere, ne inaniũ
cogitationum puluere ſordeſcat. Frequenter in-
ſpicere, ne ad inania ſtudia intentionis ſuę ocu-
lum reflectat. Exterſo autem ſpeculo & diu dili-
genter inſpecto: incipit ei quædã diuini luminis
claritas interlucere, & immenſus quidam inſo-
litę viſionis radius oculis eius apparere. Hoc lu
men oculos eius irradiauerat: qui dicebat: Signa
tum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, de-
diſti lætitiam in corde meo. Ex hac igitur viſio-
ne videndi Deum flammam deſiderij concipit
& fiduciam ſumit.

Quomodo per cõtemplationem ſui homo ad cõtemplationẽ Dei erigitur. c. 72.

Pſal. 4.

De contẽplatione, quæ eſt ſupra rationem. c. 74.

Beniamin itaque naſcente, Rachel moritur:
quæ mens ad contemplationem rapta, quantus
ſit humanæ rationis defectus experitur. Si enim
aliqua argumentatione adiri potuiſſet lumen il
lud diuinũ, vtique inacceſſibile non fuiſſet. De-
nique

A.C. 1140.

1. Cor. 12.

nique apoſtolus gloriatur ad illud ſe non quidem eſſe: ſed abſque dubio raptum fuiſſe. Scio (inquit) hominem raptum huiuſmodi vſque ad tertium cœlum. Alia enim eſt dignitas ſpiritus humani, alia angelici, & longè alia excellentior ſpiritus diuini. Ad primum itaque cœlum pertinet cognitio ſui, ad tertium contemplatio Dei.

Triplex Dei viſio.

Poſſumus tamen illam, quæ in hac vita haberi poteſt, Dei cognitionem tribus gradibus diſtinguere: & per tres cœlos diuidere. Aliter quidem videtur Deus per fidem, aliter per rationem, aliter per contemplationem. Prima viſio eſt infra rationem. Secunda ſecundum rationem. Tertia ſupra rationem. Ad primum itaque & ſecundum cœlum homines aſcendere poſſunt, ſed ad aliud quod eſt ſupra rationem niſi per mentis exceſſum ſupra ſe ipſos rapti nunquàm pertingunt.

De eminẽtia ſpiritalium.

Quod autem per Beniamin illud genus, quod ſupra rationem eſt, intelligere debeamus: ex matris eius morte coniicere poſſumus. Magna eſt altitudo ſcientiæ, ſeipſum perfectè agnouiſſe. Mons magnus & altus, plena cognitio rationalis ſpiritus. Omnium mundanarum ſcientiarum cacumina mons iſte tranſcendit, omnem philoſophiam ab alto deſpicit. Quid tale Ariſtoteles, quid Plato, quid tanta philoſophorum turba tale inuenire potuit? Verè ſi ſeipſos plenè cognouiſſent, nunquam idola coluiſſent. Hic defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

Quàm ſit rarum ſpiritales theorias in vſum conuertere. c. 76.

Rarum valdè in hunc montem aſcendere, ſed multo rarius in vertice eius ſtare, & ibi moram facere, rariſſimum autem ibi habitare & mente requieſcere. Quis (inquit) Pſalm. aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Multi in ipſa aſcenſione defecerunt propter nimium laborem aſcendendi: & multi ab eius vertice ocyus deſcenderunt propter laborem ſtandi. Sed fortè iam aſcendiſti, ibi iam ſtare didiciſti: nec hoc ſufficiat tibi: diſce ibi habitare & manſionem facere, & qualicunque mentis euagatione abſtractus illuc ſemper redire, abſque dubio per multum vſum quandoque vertetur tibi in oblectamentum: in tantum vt abſque laboris difficultate poſſis ibi aſſiduus eſſe: quinimò pœna ſit tibi potius alibi, quàm ibi moram aliquam facere. Mira iucunditas in hoc monte ſine labore morari poſſe, Petro atteſtante: qui tanta & tam inſolita ſuauitate allectus exclamat, Bonum eſt nobis hic eſſe. Aſcendere & ſtare eſt virtutis, inhabitare & quieſcere fœlicitatis. Domine (inquit) quis aſcendet? Domine quis ſtabit? Domine quis requieſcet in monte ſancto tuo? Emitte lucem tuam & veritatem [tuam, ipſa me deduxerunt ad montem ſanctum tuum, & ad tabernacula tua. Vides ne quod non niſi veritas in hunc montem deducit & adducit?] Libenter ſequor veritatem: non habeo ſuſpectum talem ducem. Nouit veritas ducere: neſcit veritas ſeducere. Sed quid eſt veritas? Ego ſum (ait Chriſtus) via, veritas & vita: Chriſtum igitur ſequere, ſi non vis errare.

Matt. 17.

Pſal. 23.

Pſal. 14.

Pſal. 42.

Fruſtra nitimur ad ſumma peruenire ſine gratia. c. 77.

Quantum valeat plena cognitio ſui. c. 78.

In huius montis cacumine Ieſus transfiguratur, in ipſo Moyſes cũ Helia videtur & ſine indice vterque cognoſcitur, in ipſo vox patris ad filium auditur. Vis videre Chriſtum tranſfiguratum? vis abſque expoſitore intelligere leges & propheriam? vis audire paterni ſecreti arcanum? Aſcende in montem ipſum. Diſce cognoſcere A teipſum: de cœlo enim deſcendit γνῶθι σεαυτὸν. id eſt, noſce teipſum.

A.C. 1140.

Iuuen. ſat. 11.

Quibus modis ad ſcientiæ altitudinẽ pertingimus. 79.

Quod autem ſine tribus diſcipulis in hunc montem aſcendere noluit: nec plures quàm tres ſecum Chriſtus ducere quæſiuit: fortè in hoc edocemur, quòd ſine triplici ſtudio ad huius cognitionis celſitudines non perducimur: ſcilicet operationis, meditationis & orationis. Multa enim experimur operando, multa inuenimus inueſtigando: multa extorquemus orando. His tribus comitibus ſibi adiunctis, veritas in nobis proficit, & in alta ſe attollit, & eouſque ſe per B quotidiana incrementa exaltat, donec prædicti montis verticem tangat. O quàm multos hodie videmus ſtudioſos in lectione, deſidioſos in opere, tepidos in oratione, pręſumentes tamen montis huius cacumina poſſe apprehendere! Sed quando quæſo apprehendent, qui Chriſtum ducem non habent? Nec enim eos ducit Chriſtus qui non vult aſcendere, niſi cum diſcipulis tribus. Iungat ergo ſtudio lectionis ſtudium operis & orationis [qui Chriſtum quærit habere ducem itineris, ductorem aſcenſionis,] abſque dubio ſine ingenti exercitio, ſine frequenti ſtudio, C ſine ardendi deſiderio, ad perfectam ſcientiæ altitudinem mens non ſubleuatur.

Quomodo multis conatibus noſtris diuina reuelatio occurrat. ca. 80.

Omnis veritas ſine ſcriptura ſuſpecta. cap. 81.

Matt. 18.

2. Cor. 13.

2. Cor. 11.

Multi montis iſtius iam ſe credunt apprehendiſſe ſuprema, cùm conſtet eos eius vix tetigiſſe extrema. Sed & ſi iam exiſtimas te aſcendiſſe ad cor altum: & ipſum videre transfiguratum: quicquid in illo videas, quicquid ab illo audias, non facilè ei credas, niſi ei occurrat Moyſes & Helia. Scimus quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Suſpecta eſt enim mihi omnis veritas, quam non confirmat ſcripturarum authoritas. Nec exemplum in ſua clarificatione D recipio, ſi non ei adſiſtant Moyſes & Helias. [In valle & in montis aſcenſione Chriſtum ſæpè recipio ſine teſte: nunquam autem in montis vertice vel in ſua clarificatione: ſi Chriſtus docet me de rebus exterioribus vel intimis meis, facilè recipio: vt pote in iis, quæ comprobare poſſum proprio experimento: verum vbi ad alta mens ducitur, quando de cæleſtibus quæſtio ventilatur, vbi de profundis rebus agitur: in tantę ſublimitatis vertice non recipio Chriſtum ſine teſte. Nec rata eſſe poterit quælibet veriſimilis reuelatio ſine atteſtatione Moyſi & Helię: ſine ſcripturæ authoritate. Adhibeat ergo ſibi Chriſtus E duo teſtimonia in transfiguratione ſua, ſi vult, vt non ſit mihi ſuſpecta claritatis ſuæ lux illa tam magna & tam inſolita. Pulchrum ſpectaculum valdeq; iucundum cùm in reuelatione veritatis hinc procedit manifeſta ratio: & ad confirmationem reuelationis illinc occurrit tam aperta, quàm figurata locutio. Alioquin ab altitudine diei timebo: verens ne fortè ſeducar à dæmonio meridiano. Vnde enim tot errores? vnde tot hæreſes? niſi quia ſpiritus erroris ſe transfigurat in angelum lucis. Certè vterque ſe transfigurat: & Chriſtus & diabolus. Sed apparent cum Chri F ſto Moyſes & Helias in hoc monte, & apparent in maieſtate, id eſt non in obſcuritate literæ: ſed in claritate ſpiritualis intelligentię.

Quã ſint incomprehenſibilia, quę habentur ex diuina reuelatione. c. 82.

Ecce quàm magna ſunt quæ in hoc monte geruntur: ſed adhuc iis maiora ſunt, quæ ſequuntur. Hoc enim totum diſcipuli ſtantes aſpiciunt nondum in faciem cadunt. Ad tonitruum itaque

A.C. 1140.

que diuinæ vocis auditor cadit: quia ad id quod diuinitus inſpiratur, humani ſenſus capacitas ſuccumbit. Et niſi humanæ ratiocinationis anguſtias deſerat, ad capiendum diuinæ inſpirationis arcanum intelligentiæ ſinum non dilatat. Ibi itaque auditor cadit vbi humana ratio deficit. Ibi Rachel moritur, vbi Beniamin oriatur. Itaque idem (ni fallor) per mortem Rachelis & caſum diſcipulorum figuratur, niſi quod trium in tribus diſcipulis, ſcilicet ſenſus, memoriæ, rationis defectus oſtenditur. Ibi enim ſenſus corporeus, ibi exteriorum memoria, ibique humana ratio intercipitur, vbi mens ſupra ipſam rapta in ſuperna eleuatur. Hic eſt (inquit) filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quid eſt dicere complacui: niſi quomodo placui mihi in memet ipſo: ita placui mihi in filio? An fortè in eo quod dicit mihi complacui, in hoc ſuo beneplacito ſocium ſe habere oſtendit, quia quomodo pater complacet in filio: ſic in filio complacet & Spiritu ſancto? Vel fortè idcirco dicitur, complacui, vt inde detur intelligi quia quomodo pater ſibi complacet in filio, ſic ſibi complacet in Spiritu ſancto. Quid horum rectius dicitur? an potius totum hoc [quam vnum horum ſingulariter intelligitur certum eſt] quia quicquid horum eligitur, vnitatem ſubſtantię in diuerſis perſonis adſtruit, ſi rectè intelligatur.

Explicatur in quo mihi complacui.

Aſcendat ergo homo ad cor altum, ſi vult illa cognoſcere, quæ ſunt ſupra ſenſum humanum. Aſcendat ergo homo per ſemetipſum ſupra ſemetipſum: per cognitionem ſui ad cognitionem Dei. Montis aſcenſio pertinet ad cognitionem ſui: ea quæ ſupra montem geruntur prouehunt ad cognitionem Dei. Illud ad Ioſeph: iſtud ad Beniamin pertinere dubium non eſt. De iſto Beniamin dicitur in Deute. Beniamin amantiſſimus domini habitabit: & tota die quaſi in thalamo commorabitur. Scimus quòd in thalamis ſoleant ſponſus & ſponſa ſimul morari, amoris obſequiis in alterutrum occupari, mutuis amplexibus & caritate alterna confoueri. Mirandæ ergo pulchritudinis & formæ ſingularis (ni fallor) prærogatiua pollet quæcunque ſit illa Beniamin noſtri dilecta, cuius contubernium nunquam faſtidire valet [& à cuius amplexibus nec ad horam abeſſe vellet] Dixi (inquit) ſapientiæ ſoror mea es: & prudentiam vocaui amicam meam. vultis audire, quod non poſſit faſtidire huius dilectæ ſuæ pulchritudinem? Et intrans (inquit) domum meam, conquieſcam cum ea. Eius ſiquidem frequens contubernium ſolet ſanè deſiderium non minuere: ſed augere, & amoris incendium crebrius inflammare. Mirum ergo non eſt cur iſte Beniamin toto die in thalamo commoratur qui talis ſponſę dulcedine fruitur: & inter humeros eius requieſcens, eius amore iugiter delectatur. Quam putas frequentes mentis exceſſus patitur, quàm ſæpè in extaſin raptus ſupra ſeipſum ducitur: dum pulchritudinis eius magnitudine attonitus in eius admiratione ſuſpenditur: & impletur quod de eo legatur, Beniamin adoleſcentibus in mentis exceſſu: Quod ergo Propheta per Rachelis interitũ: quod euãgeliſta deſignat per caſum diſcipulorũ: hoc pſalmiſta exprimit in Beniamin per mẽtis exceſſum.

Illa mens diuinas reuelationes percipit, quæ in intimis ſtate conſueuit ca. 83.

Deu. 33. Quam ſit iucũdum contemplationis gratiam habere. ca. 85.

Prouer. 7. Sapien. 8.

al. 67.

De duobus generibus contemplationum. c. 86.

Poſſumus tamẽ per mortem Rachelis & per exceſſum Beniamin diuerſa contemplationum genera non conuenienter intelligere. Conſtat quippe duo contemplationum genera ſupra rationem eſſe, vt cumque ad Beniamin pertinere. Et primum quidam eſt ſupra rationem, ſed non præter rationem: ſecundum ſupra rationem, & præter rationem. Illa ſanè ſupra rationem ſunt, ſed præter rationem non ſunt: quæ quamuis ratio patitur eſſe: nulla tamen humana ratione inueſtigari aut conuinci poſſunt. Illa autem dicimus & præter rationem & ſupra rationem eſſe: quibus videtur omnis humana ratio contraire: qualia ſunt quæ de trinitatis vnitate credimus: multa quę de corpore Chriſti ĩdubitata fidei authoritate tenemus. Quod enim in vna & ſimplici eſſentia triplex perſona ſit: vel vnum idemque corpus eodem in tempore totum in diuerſis locis eſſe poſſit nulla humana ratio patitur: & huiuſmodi aſſertiõibus omnis abſque dubio ratiocinatio reclamare videtur. Hęc ſunt itaque illa duo contemplationum genera quorum vnum ad mortem Rachel, alterum pertinet ad Beniamin exceſſum. In primo Beniamin interficit matrẽ, vbi omnem ſupergreditur rationem. In ſecũdo etiam ſeipſum excedit, vbi in eo quod ex diuina reuelatione cognoſcit humanæ intelligentiæ modum tranſcendit.

Corpus Chriſti totum codẽ tempore in diuerſis locis eſſe poteſt.

Quid eſt autem Beniamin in Ægyptum deſcendere: niſi ab æternorum contemplatione ad temporalia contemplanda intuitum mentis reuocare: & ab æternitatis luce quaſi de cœli vertice vſque ad mutabilitatis tenebras intelligentię radios deponere: & in tanta alternantium rerum confuſione etiam diuinorum iudiciorum rationẽ perpendere: & ex magna parte penetrare? Et quid eſt, quod Beniamin & Ioſeph conueniunt, & oſcula iugunt: niſi quod meditatio & contemplatio ſæpè inuicem, cum rationis atteſtatione occurrunt. Nam quãtum ad generalem conſiderationem pertinet, ſicut per Beniamin gratia contemplationis: ſic per Ioſeph intelligi valet gratia meditationis. Propriè tamen expreſſius per Beniamin deſignatur intelligentia pura, per Ioſeph prudentia vera. Comprehenſio rerum inuiſibilium pertinet ad intelligentiam pũram: circunſpectio morum ad prudentiam veram. Intelligentiam dicimus puram quæ eſt ſine admixtione imaginationis: prudentiam autem veram ad differentiam eius quæ dicitur prudentia carnis.

Quomodo contẽplatio declinat in meditationem. c. 87.

De D. Bernardo cuius vitam ſuprà titu. 16. cap. 5. fuſiſſimè, nunc verò agitur de ſcriptis eiuſdem de quibus Tritthem. & Sixtus Senen.

CAPITVLVM IIII.

FVIT & Bernardus in eccleſia Dei temporibus illis ſcilicet anno Domini, M.cxxx. lumẽ pręfulgidum & doctor deuotiſſimus. Scripſit autem ipſe Bernardus ea quæ ſubiecta ſunt. De contemptu mundi ad clericos librum vnum. Meditationum librum j. Exhortationum de paſſione & reſurrectione domini librum j. de Diligendo Deum: lib. j. de gradibus humilitatis & ſuperbiæ lib. j. De gratia & libero arbitrio lib. j.

Ad

Ad abbatẽ Colũbenſem de pręcepto & diſpen-
A.C. 1140. ſatione:librũ j. Ad Ciſterſienſes & Cluniacẽſes monachos apologeticum.libr. j. Ad Hugonem de ſancto victore, librum j. Ad Innocentium Papam contra hęreſes Petri Abalardi,lib.j.Ad Eugenium papam de conſideratione,lib.5.Ad milites templi de laude militiæ nouæ,librum j.Super Pſal.Qui habitat.homilias 18. Super Cantica canticorum homilias 83. Super miſſus eſt, homilias 4. Super Magnificat tractatum vnum. Epiſtolas breues ad diuerſos 265.Sermones autem penè innumerabiles, de quibus videlicet ea quæ ſubſcripta ſunt excerpſi.

Expoſitio Euangelici loci,Ecce inquit nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te.

§. I.

Matt.19. Bernar. in ſermo. in hęc verba. BENE Petre & optimè,& non ad inſipientiam tibi.Nam & mundus tranſit & concupiſcẽtia eius & relinquere magis expedit,quàm relinqui.Itẽ quia exultauit vt gygas ad currendã
Pſal. 21. 1.Ioã. 2. Pſal 18. viam,& currentem ſequi non poteras oneratus. Sed nec inutilis commutatio, pro eo qui ſuper omnia eſt:omnia reliquiſſe.Omnia ſanè dixeri,
Quare diuitiæ ſint relinquendæ. non tantũ poſſeſſiones,ſed etiã cupiditates. Et hæc fugiendarum cauſa diuitiarũ præcipua eſt, quod aut vix aut nunquã ſine amore valeãt poſſideri. Limoſum ſiquidẽ & glutinoſum cor humanum,facilè omnibus quę frequẽtat,adhęret. Age ergo relinquere diſponis omnia te quoq; inter relinquenda numerare memẽto:immo maximè & principaliter abnega temetipſum,ſi deſideras ſequi eum qui propter te exinaniuit ſe-
Luc.14. metipſum.Depone illa quinq; iuga boum[quæ
Mat.25. tibi inſipienter emiſti, alioqui ſequi Chriſtũ & venire ad nuptias ſpiritales,quinaria hac preſſ9 corporis ſenſualitate.]non poteris.Sed ſi nouiſſimè veneris & pulſaueris: reſpondebitur tibi deintus, ꝙ non ſit Deo cura de bobus & aſinis.
1.Cor.9. Quis enim dubitet hominẽ iumentis eſſe cõparatum, qui ſibi iuga emerit iumentorũ? Hic quidẽ etiam iumentis ſtolidior eſſe cõuincitur, ꝙ iugo neceſſitatis eorũ ſe ipſe ſponte ſubiecit, quod enim illis eſt natura,huic culpa: dum tanquã vnũ ex his quæ ratione carent ſine ratione degens & ipſe ſub corporeis ſimiliter ſenſibus incuruatur. Sed quid eum iuga boum ſubiiſſe cauſamur? Arguamus magis emiſſe. Illud enim ſtolidatis miſerandæ,hoc extremæ demẽtiæ eſt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua.Vt autẽ mercedẽ pro opere tribuat inauditũ eſt. Omni-
Matt.10. bus(inquit) meretricibus dãtur mercedes,tu au-
Lucæ 10. 1.Tim.5. tem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis. In eo ergo ꝙ dediſti & non accepiſti,factũ eſt in te contrariũ.Planè & in eo qui iuga emit:cõtrarium fieri manifeſtũ eſt. Quid enim iuga emit &iuga boum cui iugũ Chriſti ſuaue gratis offertur?cuius etiam iis qui tulerint copioſa remuneratio eſt?
Ezech.16. Sine iugo quidẽ eſſe non poteſt homo nimirum quia ad laborẽ natus eſt.Sed graue iugũ ſu-
Iob.5. per omnes filios Adæ vtiq; qui ſequuntur eum:
Eccle.40. ſuper illos autẽ qui Chriſtum leue eſt & ſuaue.
Matt.11. Cęterũ quale hoc ipſum eſt eligere potius quinque quàm vnum?Quis enim poteſt ſeruire quinque dominis:nedum quinq; tyrannis & prędo-

A nibus?Siquidẽ oculus meus animam meam depredatur: & diuerſi interdum diuerſa imperãt, A.C. 1140.
Threa.3. forſitan & aduerſa:dum ſcilicet vnuſquiſq; cõmunem geſtit, ſibi præripere ſeruum: & trahit ſua quemque voluptas. Vide excuſationẽ hominis:qui ideo Chriſtum nõ ſequitur: & à nuptiis excuſat ſe:quia iuga boum emerit quinque.

Diuerſis & contrariis vitiis homo ſubiicitur.

§. II.

B QVID ſi illorum laborem & dolorẽ conſideres,& iuga numeres:qui variis vitiis ſeruiunt morum,magis quàm ſenſibus corporum. Erit profectò inuenire iam homines qui multò magis in labore hominũ non ſunt,ſed lõgè amplius aliena ab homine flagella ſuſtineanr, Erit inuenire ementes non modò quinque,ſed pluſquam quinquaginta quinque non planè iuga iumentorum,ſed dæmonum.Cõtendunt ambitio Diuerſa vitia hominẽ impugnãt,
& elatio cordis,altera nidum,altera foueam parat: altera volare iubet,altera repere,cùm neu-
C trum profectò ſit hominis.Auaritia quoq; & appetitus laudis ſibiinuicem aduerſantur:& quod hæc congregat hic diſpergit. Nec minus cõtraria ſunt,quę ſimulatio & puſillanimitas ſuggerunt impudentiæ impatientiæq; clamoribus:& vtraque labor & dolor & afflictio ſpiritus ſunt.
Propria voluntas radix omniũ vitiorum. Hæc autem omnia ex vna radice pullulant proprię voluntatis.Huius enim ſanguiſugę duę ſunt inſatiabiles filiæ clamantes affer affer. Siquidẽ nec animus vanitate,nec corpus aliquando ſatiatur voluptate[vt ſcriptum eſt non ſatiatur ocul9 viſu,nec auris impletur auditu.]Fuge
Prou.30. Eccleſ.1. ſanguiſugã & omnia reliquiſti:hęc enim omnia
D trahit ad ſe.Pone hanc,& iugum tam importabile quàm multiplex abieciſti. Non eſt ad illã crudelis dominus,non eſt tyrannus tã impius & inhumanus ſic vrgens ſeruulum & non parcens:fatigatum magis inſtigat,ſubditum pręmit durius.Nullum mihi onus importabilius,nulla grauior ſarcina.Factus ſum mihi talentũ plumbeum:& reſedit iniquitas ſuper illud.Sed audiã vocem ſolatij quàm loquitur Angelus magni
Zach.5. Matth.11. conſilij.Venite (inquit)ad me omnes qui laboratis &onerati eſtis &ego reficiam vos.Fœlices ſanè illi ſunt qui ſunt exonerati,&Chriſtum ſe-
E quũtur expediti. Quid tu camele gibbum:quid Matth.19.
Ibid. tu pecunioſe loculos proditoris tollis? Non ſic impiè,non ſic ingredieris,arctiſſimum enim foramen acus huiuſmodi ſarcinas non admittit.

Reſpondet his, qui ſanctos fuiſſe diuites cauillantur.

§. III.

SI fortè aliqui ſe excuſent & dicant.Si terrenarum diuitiarum culpabilis eſſet poſſeſſio nunquam Abraham, Iſaac & Iacob tantam in
F diuitiis gratiam obtinuiſſent à domino:aut tantam gratiam conſecuti diuitias nihilominus poſſediſſent. Quid reſpondebimus nouis imitatoribus ſanctorũ veterũ Super altare: domini vitulos imponant,arietes & hircos immolẽt;quia & hæc Abraham fecit. Abſit (inquiunt) quoniam hæc ſtatum vltra non habent vbi veritas reuelata eſt.Quid ſi ipſas quoque ſanctorum di-

A.C. 1140. 1. Cor. 10.

uitias temporales vmbram futurorum fuiſſe dixerimus?in figura ſiquidem eis omnia contigiſſe legimus. Neque dicimus, tanquam ſaluari quis vel hoc tempore nequeat diuitias poſſidendo. Habent euangelia & perfectionis conſilium & infirmitatis remedium. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: hæc perfectio eſt. Populo autem infirmo dicitur. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis[vt cùm defeceritis recipiãt vos in æterna tabernacula.] Hinc eſt ꝙ dotatas & ditatas videmus eccleſias à potẽtibus & diuitibus huius ſeculi. Sed heu ipſa eorũ prouidentia data eſt in occaſionem carnis: & qui ſibi pariter atq; aliis in cœlo tabernacula æterna parare debuerãt, ĩ terra cõiũgũt domũ, ad domũ & agrũ copulãt agro. Quis rapuit ab ore Apoſtolorũ tẽporis huius fiduciæ verbũ. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Ecce enim vt populus ſic ſacerdotes: ſimiliter volũt diuites fieri. Similiter amicis egẽtur & ipſi, vt in aliena ſaltẽ tabernacula recipiãtur, vtpote propria non habentes. Beati enim pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Conſilia euãgelica continen- perfectionem.
Mat.6.
Luc.16.
Mat.19.
Iſa.24.
Mat.5.

Singula hominum genera & laboris & voluptatis aliquid habent.

Habent ſingula hominum genera laboris aliquid & voluptatis. Sed aduertere licet prudentiam aliquorum & mirari quemadmodũ clerici nouo inter hæc artificio diſcernentes, & abinuicem ſequeſtrantes: totum quod delectat eligũt, & amplectũtur: quod moleſtũ eſt, fugiunt & declinant. Cũ militibus nẽpe ſuperbiæ faſtus, amplam familiã, nobiles apparatus, equorũ phaleras, accipitres, aleas & ſimilia queq; frequentãt. Aliqui fortè & dependentes à collo rubricatas muriũ pelles, ornatos thalamos, balnea & omnẽ mollitiẽ atq; gloriã veſtium à mulieribus mutuantur. Caute omnino loricæ põdus & inſomnes in caſtris noctes, incertáq; diſcrimina præliorum: muliebrẽ quoq; verecundiam & diſciplinã aut ſi quid aliud ſexus ille habere laboris cernitur, declinãt. Sudant agricolæ, putant & fodiunt vinitores & qui inter hæc torpẽt otio accedẽte fructuũ tẽpore innouari ſibi horrea iubẽt, & prõptuaria eorũ plena cum illis, vtinã non pro illis. Viuunt tritico, bibunt vuæ ſanguinẽ meraciſſimum. Herbarũ viribus peregrinũ mutuãtur vina ſaporẽ & additur oleũ camino, impinguãtur, dilatãtur adipe frumẽti. Negotiatores circumeũt mare & aridam in labore corporis & vitę periculo, perituras ſibi diuitias cõgregantes: hi verò dulces in terra capiũt ſomnos, ne dicã in ſtratis ſuis laſciuiunt. Erit tamen inuenire in die feſto graues vaſis aureis & argenteis miniſtrorũ dextras, refertas variis opibus mãticas, perticas oneratas, & in ſcriniis tam multiplices loculos: vt ſi menſas adhibueris nummularios putes. Quid fabros aut cæmentarios cæteróſque huiuſmodi operarios neceſſe eſt numerare? Victum ſibi multo labore quærunt, illi madent delitiis, copiis affluunt otioſi. Hor. lib. 1. epiſt. 3.

Hor. lib.1. Epiſt.3.

An non meritò poëta tales ſubſannet.
Ne cum fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum,
Furtiuis nudata coloribus?

Cumque reſurgere cœperint homines in ordine ſuo, vbi putas generatio illa locabitur: Si ad milites fortè diuerterint, exufflabunt eos: eo quòd minime ſecum labores & pericula tulerint. Sic agricolæ, ſic negotiatores & ſinguli A ordines hominũ à finibus ſuis eos arcebunt: vtpote qui in labore hominum non fuerunt.

A.C. 1140.
Iob.10.
Ioan.21.

Quid igitur reſtat: niſi vt quos omnis ordo repellit pariter & accuſat: eum ſortiantur locum, vbi nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat? Petro tertio dictum eſt, Amas me? tertio dictum eſt paſce, nec mulge, vel tonde ſemel additum eſt. Speret ergo gradum miniſtri: qui dominicum gregem paſcere potius quàm tondere ſatagit. Paſcere autem exemplo conuerſationis, verbo prędicationis, fructu orationis: & paſcere ad mandatum Chriſti, vt nemo ſibi B hunc ſumat honorem: ſed qui vocatus fuerit à Deo tanquam Aaron. Qui enim non intrat per hoſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde ille fur eſt & latro atque vtinam vel quęratur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur.

Heb.5.
Ioan.10.
1. Cor. 4.
Ezech. 12.
Daniel.13.
Pſal. 108.

Nemo tamẽ indignetur nobis aut moleſte accipiat, quę dicuntur: neq; enim nunc reuelamus occulta dedecoris: nec parietem fodimus, vt maior abominatio appareat nullam adhuc de fornicatione aliquam fecimus mentionem: quamuis & hæc in multis & multipliciter regnet, qui puritatis authori impuro corde & corpore C miniſtrantes: non verentur ſtare angelum domini qui fecit eos medios & diſperdat. Sed omnino audent agni immaculati ſacras contingere carnes: & intingere in ſãguine ſaluatoris manus nefarias, quibus paulò antè, proh dolor, carnes meretricis contrectauerunt: ſic altaria circumire, ſic frequentare pſalmos cùm & huiuſmodi laus execrabilis, & oratio ſit in peccatum. Sed nec eorum recenſemus ſacrilegia, qui diligunt munera, ſequuntur retributionem, vendunt ſacramenta, iuſtitiam produnt. Quorum guttur D necdum traxit ad laqueum: nec dum præfocauit fauces verbum blaſphemiæ: vox ſacrilega, ſermo nequã. Quid vultis mihi dare & ego vobis eũ tradam? Videmus hæc omnia, ſed quodammodo non videntes, quibus quippè nec flagellum eſt, nec ille comedens zelus.

Corpus Chriſti eſt in eucharistia.
Mat.26.

Aduerſus eos qui indignos promouent ad beneficia indignatur. ibid.

§. IIII.

VIDETE vocationem veſtram fratres, ſi quis vocauerit nos in honorem cleri, cõuenire velim cõſcientias, vt ſecundũ præceptũ E Dñi ad cor ipſum loquar. Huic paruulo & necdũ forſitan nato eccleſiaſtica iã beneficia prouida parentum ſolicitudo parabat. Hunc nos (inquiunt) illi vel illi, tradamus epiſcopo, apud quẽ habemus gratiã, vel cui fortè ſeruimus, vt ditemur de bonis Domini, nec in tot liberos noſtra diuidatur hæreditas. Illũ præpoſit⁹ aut decan⁹, vt ſibi ſuccederet pluſquã materno educauit affectu in deliciis nutriens & delictis. Ille dignus, archidiaconatu, vtpote filius principis magis autem ſi ſit epiſcopi conſobrinus: in quo nimi- F rum tota eſt epiſcopata progenies.

1. Cor. 11.
Eſa.40.
Reprehenduntur parentes, qui filiis beneficia procurãt.

Alius vndique circumit ſedulus explorator, blanditur, obſequitur, ſimulat, diſſimulat, miſeraque ſibi ſuffragia mendicare non erubeſcit: manibus & pedibus repens, ſi quo modo tandem ſeſe ingerere queat in patrimonium Crucifixi & bona domini, quæ ſola ex omnibus hodie inueniuntur expoſita. Nimirũ peregrè profectus eſt, ſed in plenilunio fortè, vt ſua diſtrictè repetat rediturus

Aduerſus eos qui eccleſiæ beneficia iuſtè ambiunt.

A.C. 1140. Quis ea intentione gradus eccleſiaſticos, & miniſteria ſanctuarij quærit: immo quæritur (quæri nempè magis quàm quærere ipſe debuerat) vt ſine curis ſæculi in ſanctimonia cordis & corporis illuminandus accedat ad dominum,& ſuam pariter proximorum operetur ſalutem,orationis ſtudio deditus & verbo prædicationis?Nam ſi eos eo quærit intuitu vel tenet ac vt vitæ neceſſaria habeat,euangelizat vt man ducet:& peruerſo nimis ordine cœleſtibus terrena mercatur.Quàm certè dignius eſt ampliuſque conſentaneum rationi,vt pro carnali victu carnalia opera magis & negotia exerceret:ne fie ret inuerſor rerum, aut inhonoraret miniſteriũ ſpirituale.Sed modico eſt natura contenta: nec multi ſola in his neceſſaria quærunt:quippè minori facilè ſatis obtinenda periculo. Honorari incedere volunt,placere ſtudent hominibus,delectari,ſuperbire:huic ſæculo per omnia confor mari. Ipſi (inquit) regnauerunt & non ex me:
Oſeæ viij. principes extiterunt & non cognoui.

Grauius Eccleſiæ miniſtrorũ increpatio.

§. V.

VÆ væ in domo Dei horrendum videmus. Quid niſi idololatras miniſtrantes, quo-
ibid. Paulò pòſt. rum Deus venter eſt? Nunquid non auaritia eſt idolorum ſeruitus?Vtinam ſaperes miſer
Philip. iij. & intelligeres cum theſauro pecuniæ theſaurum iræ pariter cumulari.Væ væ tibi clerice,mors in
Dol.3. olla,mors in ollis carniũ,mors in huiuſmodi de liciis eſt.Non modò quia ſecus introitum delectationis poſita eſt, cognoſcitur:ſed ob id maximè,quia populi cõſtat eſſe peccata,quæ comedis, Sumptus eccleſiaſticos gratis habere te reputas:
4. Reg.4. cãtãdo(vt ais) tibi prouenire vidẽtur.Sed bonũ erat magis fodere,vel etiã,mẽdicare.Peccata.n. populi comedis:acſi tibi propria minus ſufficere
Oſeæ 4. viderẽtur. Veniẽt,venient ante tribunal Chriſti,
Bona eccleſiæ quibus vſibus non ſint impendenda. audietur populorũ querela grauis,accuſatio dura:quorũ.ſ.vixere ſtipẽdiis, nec diluere peccata: quib.facti ſunt cœci duces& frauduleti mediatores.[Sed eſto ſtudioſè qs&fructuoſè laboret, dignus planè eſt operarius mercede,vt qui altario ſeruit de altario viuat, viuat,inquã de altario vt iuxta eundem Apoſtolum alimenta & quibus tegatur habens,his cõtentus ſit.] De altario(inquit)viuat, non ſuperbiat,non luxurietur:nõ ditetur, non ſibi de bonis eccleſiæ ampla palatia fabricet,mutans quadrata rotundis,nec loculos inde congreget,nec in vanitate nec in ſuperfluitate diſpergat.Non extollat de facultatibus eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut neptes (ne filias dixerim) nuptui tradat.Res.n.pauperũ nõ pauperib.dare,par ſacrilegij crimẽ eſſe dignoſcitur.

Sanè patrimonia pauperum facultates ſunt
De bonis Eccleſiæ vltra victũ & veſtitũ aliquid ſumere ſacrilegium. eccleſiarum, & ſacrilega eis crudelitate ſubripitur,quicquid ſibi miniſtri & diſpenſatores non vtique domini vel poſſeſſores vltra victum & veſtitum accipiunt. Nec enim ordinauit Deus iis,qui euangelio ſeruiunt,de euangelio quærere aut habere delitias vel ornatus, ſed viuere ait Paulus de eo vt videlicet ſint contenti alimenta corporis, non gulæ irritamenta aut incentiua
1.Cor.9. libidinis,&quibus tegantur nõ qui bus ornẽtur

A accipere.Triplex ergo funiculus,qui difficilè rũpitur,miſerum in perniciem trahit,qui impurè A.C. 1140.
intrat,indignè miniſtrat,& fructu abutitur temporali.Quid enim ſi in hoc mũdo floret,&proſperatur in via?Areſcet velociter,& citò decidet 1.Tim.6. Eccleſ.4.
flos fœni & vapor ad modicum parens. Tria cleri cis perniciem afferunt.

Parcitur virgæ,quoniam inuenitur iniquitas eius ad odium cumque impudentia & frontoſitate cor obduxerit, vt non paueat, nec contremiſcat,deſperatio eſt.[Odibilis planè Deo frontoſa temeritas, & impudentia execranda] Pro- Pſal.37. & 35.
B pter quid enim irritauit impius Deum,& exacerbauit dñm peccator:nõ propter fornicatiões, aut inceſt⁹,aut ſacrilegia.Nihil.n.horũ memorat propheta,ſed quia dicit in corde ſuo, nõ requiret.Hoc enim dicere eſt exquiſiturũ non expaueſcere. Hæc autem impietas,ſecundum multitudinem iræ ſuæ non miſeretur Deus, nec quærit,nec arguit,nec flagellat,nec vindicat.Miſerea mur(ait)impio velut in concilio Angelorum & cõgregatione deliberãs,nec eos latuit crudeliorem omni indignatione miſericordiam iudicẽ meditari] qua non diſcat homo facere iuſtitiam
C ſed obdormiſcat miſer& dicat, Oblit⁹ eſt Deus, Pſal.9.
auertit faciem ſuam,ducat in bonis dies ſuos & Eſa.26.
in puncto ad inferna deſcendat.In terra(inquit) Pſal.9. Iob.21.
ſanctorũ iniqua geſſit,id eſt in eccleſiaſticis poſ- Eſa.26.
ſeſſionibus,quæ ſanctorum vſibus fuerunt aſſignatæ,in domo Dei,quam decet ſanctitudo. In clero quippe tanquam in cœlo iniqua gerens quid niſi de miniſterio iudicetur,cœleſte tenet officium,& tanquam angelus aut eligitur, aut reprobatur.

Inuenta autem in angelis prauitas,vt grauius Clerici
iudicetur neceſſe eſt & inexorabilius quã huma peccantes
D na.Age ergo,quoniam iudicium duriſſimum in quare grauius
iis qui præſunt fiet,aſcendat ſuperbia tua ſem- puniẽtur.
per,ſequere regem tuum,omne ſublime videant oculi tui. Feſtina multiplicare præbendas,inde Sap.6.
ad archidiaconatum euola,deinde ad epiſcopa- Pſal.73.
tum adſpira,nec ibi requiem habiturus, quoniã ſicitur ad aſtra.An vt ab altiori gradu grauior ſit caſus.Neque enim ſic paulatim decides:ſed tanquam fulgur in impetu vehementi quaſi alter ſathanas ſubitò in profundum deiici eris.

E

Contra ſuperbiam inuehitur.

§. VI.

Pſal.72.
IN labore hominum non ſunt (inquit)& cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos ſuperbia, diaboli peccatum quo ceciderunt, qui operantur iniquitatem. Hæc eſt quæ diſciplinam non recipit,curari renuit,medelam non ſuſtinet, vlcus peſſimum quod nec ſummis Luc.22.
digitis patitur attrectari.Quid miſeri tantopere flagellum timetis & virgam declinatis? mutatis, Matth. 11.
non effugitis pœnitẽtiam.Nam malum impu-
F nitum eſſe non poteſt. Et quidem in hac die ve- Iob.5.
ſtra,quæ ad pacem vobis,ſi cognouiſſetis & vos.
Tollite (inquit) iugum meum ſuper vos. Sine Eccleſ.40.
iugo eſſe non poſſumus. Homo enim ad laborem naſcitur:ſed graue iugum, ſuper filios Adæ, Gen.3.
vtique qui ſequuntur eum? Nam ſuper eos qui Chriſtum ſequuntur, ſuaue eſt. In ſudore (inquit) vultus tui veſceris pane tuo. Nunquid

A.C. 1140.

non omnes in eo ſententiam laboris excepimus in quo ſine exceptione omnes peccauimus? Fortè aliqui dicant: Quid peccamus, noſtra licitè poſſidemus, & rapinis & furtis abſtinemus? Ego ſanè diuitem illum de quo dominus in euangelio narrat, in nullo horum audio accuſari. Induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplẽdide. Si crudelitatis arguitur: quòd habens ſubſtantiam mundi huius, & videns fratrem ſuum egere, clauſit viſcera ſua ab eo quando hæc diuiti deeſt? quantos videtis & ipſi lazaros eſurientes, nudos, ægrotos & plus de inmentis veſtris, quàm de eorum miſeriis cogitatis! Sed ad tremẽdum Abrahæ immo Dei Abrahæ iudicium veniamus. Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, Lazarus ſimiliter mala.

Omnes ſine exceptione in Adam peccauimus. Luc.16. Ioan.3. Clerici qui non impartiuntur bona pauperib. redarguũtur.

B

Hæccine eſt tota cauſa cruciatuum, quòd in hoc ſæculo bona recepit? ipſa planè, neq; enim ad hoc nos de paradiſo voluptatis animaduerſio diuina eieciſſe videtur, vt alterum hic paradiſum ſibi adinuentio humana pararet. Homo ad laborem natus, ſi ipſe laborem refugit, non facit, ad quod natus eſt, ad quod venit in mundum. Quid reſpondebit ei qui miſit illum, qui inſtituit eum, vt laboret? nunc verò hic conſolatur, tu verò cruciaris. Quid dicemus ad hæc? Si talis eſt finis, & tale iudicium: vt extrema gaudij luctus occupet: nunquid non præferenda ſunt in hoc ſæculo mala bonis? Ceterum non eſt concupiſcentiæ modum ponere neque amator pecuniæ dicet aliquando, ſufficit: neque etiam libidinoſus, ſatiabitur voluptate. Sic & crudelis quiſque ſemper ſanguinem ſitit, & ambitioſus aut humanę laudis cupidus, adeptis dignitatum titulis ſeu fauoribus, nullum exinde remedium, capit: ſed deſiderio æſtuat ampliori. Minus autem inuenit requiei, qui ſibi placere cupit, & putat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit.

Prouer.14. Concupiſcentię nõ licet modum ponere.

C

D

Vidi ego aliquando quinque viros: quid ni phreneticos arbitrer? Primus ſiquidem buccis timentibus marinam maſticabat arenam. Secundus ſulphurio æſtuans lacu exhalantem teterrimum & fœtidiſſimum geſtiebat haurire vaporẽ. Tertius fornaci incubans vehementer accenſæ, micantes ſcintillas hiantibus accipere faucibus lætabatur. Quartus ſupra pinnaculum templi reſidẽs leuioris aurę ſpiritũ aperto ore retrahebat, & ſi minus influere videretur, flabello ſibi ventũ ipſe ciebat: ac ſi totum ſperaret aerem deglutire. Quintus ſeorſum poſitus ridebat cæteros, ipſe quoque ridendus & maximè: quia proprias ſuas carnes & incredibili ſtudio ſugere laborabat: nũc manum, nunc brachium, nũc alias partes, applicans ori. Miſeratus homines cauſamq; miſerię ſciſcitatus à ſingulis, vnam omnibus eſſe reperio validiſſimam vtiq; famen. Tunc macilentiſſimas eorum facies contemplatus, recordabar prophetæ gementis & dicentis. Aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. Quid prosũt hæc vobis inquio? Non ſunt naturales cibi, famen magis prouocant hæc, quàm extinguunt.

Quinque genera hominũ furioſorum.

E

Pſal.101.

Nimirum ad imaginem Dei facta anima rationalis cęteris omnibus occupari poteſt: repleri omnino non poteſt: capacem Dei quicquid Deo minus eſt, non implebit. Inde eſt, quod naturali deſiderio omnes quidem ſummum bonum appetere comprobantur: nullam niſi eo adepto requiem habituri. Sed errant miſeri viam non inuenientes. Et vt ſcriptũ eſt, In circuitu impij ambulant: dum minora bona quærentes illud ſemper deſiderant, quod ſibi vicinius needũ videntur adepti. Vnuſquiſque quod valet trahet in partem, nec aliquando poterit hic circumitus peragrari. Vis peruenire? incipe trãſilire in circumitu ſiquidem ambulas: & quod prope erat cordi tuo: terga vertens ab eo declinas. Hinc eſt quod vociferatur ad te. Reuertere reuertere Sunamitis & reuertere reuertere vt intueamur te. Infructuoſa via eſt & inambulabilis. Facilius peruenies ſpretis omnibus quàm adeptis.

Anima rationalis Dei capax cæteris omnibus occupari poteſt, ſatiari non poteſt.

F

A.C. 1140. Pſal.11. Cant.1.

Hortatur ad Chriſti promptè ſequenda conſilia.

§. VII.

ECce, inquit, nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Quantos mundi ſapientia maledicta ſupplantat: & cõceptum in eis extinguit ſpiritum quem Dominus voluerat vehementer accendi? Noli (inquit) præcipitanter agere, diu delibera, magnum eſt quod proponis, experire quid poſſis, amicos conſule. Hęc ſapientia mũdi, terrena animalis, diabolica, ſalutis inimica, ſuffocatrix vitæ, mater tepiditatis: quæ Deo ſolet vomitum prouocare. Caue tibi ait, vt quid enim? Cum à Deo verbum eſſe non dubites, quid opus eſt deliberatione? Vocat magni conſilij angelus, quid aliena conſilia præſtolaris? Quis fidelior illo vel ſapientior? Deduc me domine & deducar. Fortior eſto: & inualeſce. Ab ore putei gehennæ eripior: & inducias petam, & cunctabor exire ſi fortè interim fiat aliquid? Abſcõdi ignem in ſinu meo, & exuſto iam latere & iam ſanie defluente, diu deliberandũ eſt, an excutiã illum? Magnũ eſt, omnino quod offertur, ſed vtiq; libẽtius, & feſtinãtius ſuſcipiendũ, & obuiis manibus arripiendũ cum feruore & hilaritate. Probet autem ſeipſum qui de propria virtute præſumit: nã diuina quidem omnino probata eſt. Amicos conſulat: qui non legit. Inimici hominis domeſtici eius. Quid frequentat euangelium, qui euangelio non obedit? Sine (inquit) mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sequitur, Vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione cùm ſederit filius hominis, ſedebitis & vos ſuper ſedes, iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Quę eſt hæc noua regeneratio?

Vana argumentaque mundani homines tyronibus religionis proponũt. Friuola argumenta diluuntur. Non deliberandum cum amicis de ingreſſu religionis. Mat.10. Mat.8.

Non illa ſcilicet, quæ fit ex ſanguinibus & voluntate viri, nec illa quę ex aqua & ſpiritu ſancto: ſed corporis futura reformatio. Homo nimirum ex anima & corpore cõſtans, totus ſimul cecidit, ſed totus ſimul reſurgere non poteſt: dignum eſt, vt ea portio, quę videtur potior, reparetur prior: hæc eſt anima. Prior ergo reficiatur, quæ prior corruit, præſertim eo quòd ab eius culpa corporis pœna prodierit. Hinc eſt quòd ſaluator primum animabus aduenit tollere, vtiq; prius peccata mundi, non moleſtias carnis, quod in ſeipſo manifeſtius docuit, pœnis omnibus corpus exponens, animam autem immunem prorſus à peccato cuſtodiens. Non ſic hodie non ſic filij hominum, ſed animæ curam negligunt, curam autem carnis perficiunt in omni deſiderio, dantes operã eius valetudini, immo etiam voluptati. De ſchola Hippocratis & Epicuri didicerunt hæc. Tempus hoc animabus non corporibus eſt aſſignatũ: dies ſalutis vtique, non voluptatis. At nemo (inquiunt)

Chriſtus venit prius tollere peccata mundi quàm carnis moleſtias.

(inquiunt)carnem ſuam odio habuit verum eſt: A.C. 1140. ſed zelum habens abſque ſcientia dum profeſ-ſe feſtinat inuenitur obeſſe, cum enim iudiciũ carnis ex anima pendeat, nil poteſt carni vtilius quàm ſalus animæ prouideri vt videlicet in tempore ſit reſpectus illius, & ſocia paſſionis fœlicitatis quoque conſortium mereatur. Vnde apoſtolus. Phil. 3. Saluatorem(inquit) expectamus[dominũ noſtrũ qui reformabit corpus humilitatis noſtrę configuratum corpori claritatis ſuę.] Requieſce in hac ſpe caro miſera. Qui propter animam venit, pro te quoque venturus eſt. In regeneratione(inquit)cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis &c. Mat. 19. Fœlix regeneratio quando enim renaſcar ad ſeſſionẽ miſer homo natus ad laborẽ. [Seminatur enim corpus animale, reſurget ſpirituale. Seminatur in ignominia ſurget in gloria vbi iam tũc mors victoria tua: ſi quidem & tu inimica deſtrueris.] Corpus enim reſurrectionis iam non moritur, & iam non erit amplius neque luctus neque clamor, ſed nec vllus dolor, quoniam priora tranſierunt. Fœlices lachrymę, quas benigna manus conditoris abſterget: & beati oculi qui in talibus liqueſieri potius elegerunt, quàm eleuari in ſuperbiam, quàm omne ſublime videre, quàm auaritiæ & petulantiæ famulari.

Corpus glorioſum quale. Sedebit igitur corpus immortalitatis & impaſſibilitatis gemina quadam fœlicitate dotatũ liberum ab omni neceſſitate, & ab omni cõcupiſcentia alienum, immune ab omni corruptione, plenum gratia configuratum denique claritati corporis Christi. 1. Cor. 15. Rom. 6. Ap. 21. Scala, qua ad Deum aſcendimus, tres habet gradus, ſcilicet ſobriè viuere, quoad nos, iuſtè quoad proximum, piè quoad Deum. Tit. 2. Latera huius ſcalę vilitas & aſperitas: innixta baſibus, id eſt, duobus lignis crucis: deſuper etiam coercenda, ſcilicet ſpe gloriæ & voluptatis æternæ.[Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Ac ſi dicat pro confuſione veſtra duplici duplex vos nihilominus remuneratio manet, ſublimitatis & delectationis. In ſedibus enim quies imperturbata eſt: in iudicio dignitatis eminentia commẽdatur.] Quis verò ſæcularis honor excogitari poteſt: qui non prorſus in tanta ſublimitatis cõparatione vileſcat? Nõ vnius ſi quidem ciuitatis aut populi ſeu regionis vnius, ſed vniuerſitatis iudices habent præſidere cum Chriſto: nec ſolũ homines, ſed ipſos angelos iudicabũt. Sed eſto, multa tibi annorum curricula reſtant, adoleſcens es vſq; in ſenectã victurus & ſenium, quid neceſſe habes amittere tempora tanta: perdere lucra tanta? Tempore nil pretioſius. Nihil tempore pretioſius, ſed heu hodie nil vilius ęſtimatur. [An putas ô homo bienij tantũ aut triennij tempus ab omnipotẽte Deo poſſe recõpenſari? Computa quid diebus ſingulis acquirere valeas certus quidem], apud Deum nullum omnino bonum irremunerarũ. Et ſicut nec capillum de corpore, ſic nec momentum de tempore periturum.

Sequitur: Et omnis qui reliquerit patrẽ aut matrẽ &c. Quid inſanię eſt, ꝙ cunctantur homines relinquere ſimpla pro centuplis? vbi eſt cupidus, vbi eſt ambitioſus? Quid ad fidele negotiũ, & nũdinas quęſtuoſiſſimas, auaritia intepuit & obdormiuit humana? Cui id Iudęo negates ô homo, cui ſacrilego dare quicquid habes cũctaris pro cẽtuplo? Sed execrabilis eſt tibi manus domini, vt ab eo nullã cõmutationẽ accipere acqeſcas [Sed quomodo poſſũt hęc fieri, inepè hoc qd paulò antè cõmemoraui. Tollite iugũ meũ ſuper vos & inuenietis requiẽ. Mat. 11. Nouerat hoc & ille, qui ei loquebatur in Pſalmis: Psal. 93. Nũquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborẽ in pręcepto?] An non fictus in pręcepto labor, onus leue, ſuaue iugũ: crux inũcta? vbi ſcilicet Chriſtus morte mulctatur, cruce turpatur, quis ſuorũ delicias ſiue gloriã ſuſtinere valeat nedũ quærere audeat? B Sanè vt ſpiritualis exercitij & curę cordis indiciũ euidẽs eſt contẽptus exteriorũ; ſic eorũ ſollicitudo ſignũ eſt certũ mentis incultæ. De ſtercore boũ lapidatus eſt piger(ait ſapiens) qui Eccl. 22. Chriſtum lucri facere negligit corde vacuo & deſerto foras cogitur euagari. Væ væ miſero ſordidũ ſtercoratur ornari putatur. Phil. 3. Bos erat Paulus qui omnia hæc arbitrabatur vt ſtercora: vt Chriſtũ lucrifaceret triturans in area domini. Nemo ſanę mentis minorẽ credat eſſe in virtutibus, ꝙ in vitiis delectationẽ, [præſertim cum ſit Deus virtutum totius veræ iucunditatis fons, lætitiæ & exultationis origo.] C Neq; enim carni vel mũdo vel diabolo; ſed Chriſto ſeruire regnare eſt. Pſal. 118. Delectatio non minor in virtutibus quàm in vitiis. In via(inquit)teſtimoniorũ tuorũm delectatus ſum ſicut in omnibus diuitiis. Quid erit in patria ſi tanta eſt delectationis copia in via? Nã & apoſtolus non in ſpe ſolũ: ſed etiam in tribulationibus docuit delectari. Rom. 5.

Calumnia eorum qui dicunt centuplum non accepiſſe Apoſtatas & reſponſio. Sed audiui(ait homo qui perditionis ſuę occaſionẽ quærit, & vt vulgò dicitur feſtũcã quærit, vnde ſibi eruat oculũ) audiui inquit de illo & de illo, qui reliquerãt omnia & ad vomitũ ſunt reuerſi quomodo iſti acceperunt cẽtuplũ? Sunt D quidẽ loculi nõ ſolum pecuniæ; ſed etiã ꝓpriæ voluntatis. Scrutentur proinde vias ſuas & ſtudia ſua, qui ꝓmiſſam centupli gratiã ſibi deeſſe cauſatur. Nec dubiũ quin inueniat angulũ & diuerſoriũ reclinatoriũq; nõ filij hominis: ſed aut ſoueã vulpis aut volucris nidũ. Magis autẽ perfectus obſecro, relinquat omnia, nihil ſibi retineat, ne modicũ fermẽtũ totã maſſam corrũpat & ſolũ ſequatur Chriſtũ: 1. Cor. 5. iactans cogitatum ſuum in eo enutriendus ab eo & proculdubio centuplũ recepturus. Nemo ergo cum ſe viderit nõ omnia reliquiſſe centuplũ nõ accepiſſe miretur. Pretioſa ſiquidẽ diuina cõſolatio eſt, nec omnino E tribuitur admittẽtibus alienã. Gen. 27. Infœlix tu Eſau, ꝗ dixiſti: Nũ vnã tantũ benedictionẽ habes pater? quantò melius diceres cũ ꝓpheta. Pſ. 26. Vnã petij à domino hanc requirã. Indignus enim cœleſti benedictiõe cõuincitur: q eã dubio quęrit affectu duplici petit intentione. Cuius ergo dilectiſſimi ad alias cõſolatiões mẽs inhiat: & nõ penitꝰ renuit in caducis & trãſitoriis cõſolari: & ipſe ſibi ꝓfecto cœleſtis ſubtrahit gratiã cõſolationis. Porrò adhuc ſecularis quiſpiã dicit. Oſtẽde mihi iſtud cẽtuplũ. Reſpondeo. Mãna abſconditũ eſt, nomẽ nouũ eſt, quod nemo ſcit, niſi ꝗ accipit. Apoc. 2. An nõ F omnia poſſidet: cui omnia cooperãtur in bonũ? An nõ cẽtuplũ habet omniũ: ꝗ impletur ſpiritu ſancto ꝗ habet in pectore Chriſtũ? Pſal. 30. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine: quã abſcõdiſti timẽtibus te! Centuplũ quod promiſit Chriſtus quid ſit. Hoc ergo cẽtuplũ eſt adoptio filiorũ, libertas & primitię ſpiritus, delicię caritatis, gloria conſciẽtiæ, regnũ Dei: quod intra nos eſt. Non vtiq; eſca & potus, ſed iuſtitia, pax, gau-

A.C. 1146.

diũ in ſpirituſancto. Hæc eſt virtus ex alto, quæ Andreã fecit crucẽ amplecti, Laurentium ridere carnificẽ, Stephanũ in morte pro lapidantibus genua flectere ad orationem. Hæc gratia deuotionis, & vnctio docens de omnibus: quam expertus nouit, quam inexpertus ignorat.

Lamentatur eos, qui neglecta ſui cognitione aliena inquirunt. c. 1.

§. VIII.

Ber in lib. medit ſiue de anima.

BERNARDVS in libro meditationũ. Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt: alios inſpiciunt & ſeipſos deſerunt: Deum quærunt per iſta exteriora deſerentes ſua interiora quibus interior eſt Deus. Idcirco ab exterioribus redeam ad interiora, & ab interioribus ad ſuperiora aſcendã, adhærẽdo ſic veritati per cognitionẽ. Nã ab illa defluendo per amorẽ amando, ſcilicet vanitatẽ: ꝑ illa homo vanitati ſimilis factus eſt. Et quid vanius q̃ diligere vanitatẽ? & quid nequius, ꝙ cõtẽnere veritatẽ? Itaq; appetitus vanitatis eſt contẽpus veritatis: & contẽptus veritatis, cauſa eſt noſtræ cæcitatis. Vnde quia iniqui non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ ſenſum, quãtum autem in cognitione mei proficio, tantũ ad cognitionem Dei accedo.

Rom. 1.

Tria ſunt in nobis, memoria, intellectus & voluntas.

Secundũ interiorẽ hominẽ tria in mẽte mea inuenio: per quæ Deũ recolo, cõſpicio & cõcupiſco. Sunt autẽ hæc tria memoria, intelligentia, voluntas ſeu amor. Per memoriã reminiſcor, per intellectũ intueor, per voluntatẽ amplector. Cùm Dei reminiſcor in memoria mea eũ inuenio, & in eo delector. Intelligẽtia intueor, quid ſit Deus in ſeipſo, quid in angelis, quid in ſanctis, quid in hominibus, quid in creaturis. In ſeipſo eſt incõprehẽſibilis, quia principiũ & finis. Ex me intelligo, q̃ incõprehenſibilis ſit Deus, quoniã me intelligere nõ poſſum, quẽ ipſe fecit. In angelis eſt deſiderabilis, quia in eũ deſiderat proſpicere. In ſanctis eſt delectabilis, quia in eo aſſidue fœlices lætantur. In creaturis eſt mirabilis, quia omnia potenter creat, ſapiẽter gubernat, benignè diſpẽſat. In hominibus eſt amabilis: quia eorum eſt Deus & ipſi ſunt populus eius & ipſe in eis habitat tãquã in tẽplo ſuo. Diligere eũ verè debemus, quoniã ipſe prior dilexit nos, & ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã ipſe nos fecit, quod nulli alij creaturæ donare voluit. Oportet ergo id quod ad imaginem eſt, cum imagine conuenire.

Deus qualis in ſe & rebus omnibus.

Ioan. 4.
Gen. 1.

Repreſentemus ergo in nobis imaginẽ eius, in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore caritatis. Teneamus eũ in memoria, portemus in cõſcientia, & vbiq; præſentẽ veneremur. Beata ſiquidẽ anima eſt: apud quã Deus requiẽ inuenit. Beata quæ dicere poteſt. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Negare ſiquidẽ requiẽ cœli ei nõ poterit. Cur ergo nos deſerimus & in his exterioribus Deũ quærimus: qui apud nos eſt: ſi nos apud ipſum eſſe velimus.

Eccl. 24.

De miſeria hominis & examinatione extremi Iudicii. c. 2.

Ecõtrario ſecundũ exteriorẽ hominẽ de parẽtibus illis venio, qui me ante fecerũt dãnatum, q̃ natũ. Miſeri miſerũ in huius lucis memoriã induxerũt. Ad illos verò feſtino, qui morte corporis hinc exierũt. Cùm eorũ ſepulchra cõſpicio nihil inuenio in eis niſi cinerẽ & vermẽ, fœtorẽ & horrorẽ. Quod ego ſum, illi fuerũt: & q̃d ipſi ſunt, ego ero. Plorãs & eiulãs traditus ſum huius mundi exilio: & ecce morior plenus iniquitatibus & abominationibus. Iamiamq; præſentabor ante diſtrictũ iudicem de operibus meis rationẽ redditurus. Væ mihi miſero, cùm venerit dies illa iudicij: & aperti fuerũt libri in quibus omnes mei actus & cogitationes recitabuntur præſente domino. Tunc demiſſo capite præ confuſionẽ malæ conſcientiæ ſtabo coram domino trepidus & anxius, cùm de me dicetur; Ecce homo & opera eius. Quadam namq; vi diuina fiet, vt vnuſquiſq; opera ſua bona vel mala cuncta in memoriã reuocentur: & mentis intuitu mira celeritate cernãtur: vt accuſet vel excuſet ſcientiã conſcientia: ita ſimul & omnes & ſinguli iudicentur.

A.C. 1140

Iudicium faciet geſtorum quiſque ſuorum,
Cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt.

Qui enim nunc confiteri erubeſcimus tunc manifeſtabitur omnibus: & quicquid hic diſſimulãdo calcauimus: totũ illic vindex flãma cõburet.

Ignis vbique ferox ruptis pugnabit habenis.

Quantoq; nos diutius expectat Deus vt emendemus tanto diſtrictius iudicabit, ſi neglexerimus.

De dignitate animæ. c. 3.

O anima inſignita Dei imagine, decorata eius ſimilitudine, deſponſata fide, dotata ſpiritu, redempta ſanguine, cum angelis capax beatitudinis, particeps rationis, quid tibi cum carne? Si diligenter cõſideres quid per os & nares cæteroſq; corporis meatus egrediatur: vilius ſterquilinium nuquã vidiſti. Si ſingulas eius miſerias enumerare velis: quàm ſit onerata peccatis, irretita vitiis, pruriens cõcupiſcentijs, occupata paſſionibus, polluta illuſionibus, plenã omni confuſione & ignominia inuenies. Attende homo quid fuiſti ante ortum & quid es ab ortu vſq; ad occaſum, atque quid eris poſt hanc vitam.

Fama, fauor populi, ſenior inuentus, opeſque
Surripuere tibi noſcere, tu quid homo.

Nihil enim aliud eſt homo, q̃ ſperma fœtidum, ſaccus ſtercorum, cibus vermium.

Poſt hominem vermis poſt vermem fœtor & horror:
Sic in non hominem vertitur omnis homo.

De præmio patriæ cœleſtis. c. 4.

§. IX.

Pſal. 86.

O ciuitas cœleſtis: manſio ſecura, patria fertilis & ampla, totum continens, quod delectat. Populus ſine murmure. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. Ibi.

Pax, pietas, bonitas, lux, virtus, ſplendor, honeſtas,
Gaudia, lætitiæ, dulcedo, vita perennis:
Gloria laus, requies, amor & concordia dulcis.

Quæ ergo nos angit veſania, vitiorũ ſitire abſynthiũ, huius mundi ſequi naufragiũ, vitæ labẽtis pati infortuniũ, impiæ tyrãnidis ferre dominiũ, & nõ magis cõuolare ad angelorũ ſocietatẽ, ſanctorum ſplendorẽ, regis potentis honorem, ſupernæ gloriæ decorem?

Quis ad gaudium beatorum idoneus.

Sed ad hæc omnia quis idoneus? Profectò verus pœnitẽs, bonus obediẽs, amabilis ſocius, fidelis ſeruus. Verus pœnitens, ſemper in labore & dolore dolet de præteritis: & laborat pro futuris cauendis, ſic cõmiſſa plangit vt non cõmittat plangenda. Bonus obediẽs dat ſuum velle & ſuum nolle, vt poſſit dicere. Paratum cor meum

A.C. 1140.

meum Deus:paratum cor meum. Amabilis ſocius omnibus eſt officioſus, & nulli oneroſus: domini ſeruus, proximi ſocius, mundi dominus. Fidelis ſeruus eſt in contẽplatione Dei, & cuſtodia ſui. Sed tu intelligẽs ad te cuſtodiendũ nunquã ſufficere poſſe tuã induſtriã, adhibe tamẽ tecũ omnẽ diligẽtiã; & implora diuinã clemẽtiã atq; angelicã exora tutelam: Ieſum Chriſtũ ſicut ſignaculũ pone ſuper cor tuũ. Cùm enim Chriſtus cordis oſtiũ cuſtodit, & eſt oſtiarius vt per illum ingrediantur, & egrediantur omnes familiæ cordis: conſequenter adſunt millia millium angelorũ ad fores exteriorũ ſenſuum excubantiũ: nec alienigena audet irrũpere illas terribiles acies, propter oſtiarij reuerentiam & angelorũ cuſtodiam.

Pſal. 107.

Quomodo homo debet ſe examinare. c. 5.

Integritatis tuæ curioſus explorator, vitam tuam quotidiana diſcuſſione examina. Attende diligenter quãtum proficis vel quantũ deficis, qualis ſis in moribus, qualis in affectibus. Stude cognoſcere te, quia multo melior es & laudabilior, ſi teipſum cognoueris, q̃ ſi te neglecto cognoſceres curſus ſyderũ, vires herbarum complexiones hominum, naturas animalium.

Quod homo debet eſſe attentus pſalmodiæ. c. 6.

Cùm ad orandum vel pſallendum eccleſiam intraueris, fluctuantium cogitationũ tumultum exterius relinque, curam exteriorum penitus obliuiſcere, vt ſoli Deo poſſis vacare. Intende illi, qui intendit tibi. Audi illum loquentem tibi, vt exaudiat te loquentem ſibi, ſingula verba diligẽter attendas, Non ꝙ ego iſta faciam dico: ſed ꝙ facere vellem, & non feciſſe me pœnitet, & non facere piget. O q̃ fœlix eſſes ſi ſpiritualibus oculis intueri poſſes ſemper quomodo præueniunt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuẽculatũ tympaniſtriatũ. Videres proculdubio qua cura, quove tripudio interſunt cantantibus, adſiſtunt orantibus, adſunt meditãtibus, ſuperſunt quieſcẽtibus, prouidentibus & procurantibus proſunt, diligunt conciues ſuos, eiſque congaudent, confortant, inſtruut, protegunt, prouidentque omnibus. Ipſi enim deſiderant aduẽtũ noſtrum: quoniam ipſi de nobis expectant ruinas reſtaurari ciuitatis ſuę: diligenter quærũt & libenter audiunt bona de nobis, ſolliciti diſcurrũt medij inter nos & Deum noſtrum, noſtros gemitus ad Deum fideliſſimè deportantes. Exultare eos facimus, quãdo ad pœnitẽtiã reuerſi fuimus: feſtinemus ergo quantũ in nobis eſt eorũ implere lętitiam. Vę tibi qui reuerti deſideras ad vomitum, redire ad lutum. Putaſne placatos habebis eos in iudicio quos tanto & tam ſperato priuare vis gaudio?

Pſal 67.

Angelorũ erga homines ſolicitudines.

Orandum eſt ſemper & in omni loco.

Vbicunque fueris, intra temetipſum ora: ſi lõgè fueris ab oratorio, noli quęrere locũ: quoniã ipſe locus es. Sicut autẽ nullũ momentũ eſt quo homo nõ vtatur vel fruatur Dei bonitate & miſericordia, ſic nullum debet eſſe momentum quo eum non habeat præſentem in memoria. Noli vilipendere orationem tuam, quoniam ille ad quẽ oras, non vilipendit eam, ſed ante q̃ egrediatur de ore tuo, ſcribi eam iubet in libro ſuo, & vnum ex duobus indubitanter ſperare debemus, quoniã dabit nobis, quod petimus, aut quod nobis nouerit eſſe vtilius. Cogita ergo de Deo quicquid melius potes, & de te quicquid deterius potes. Omne tempus in quo de Deo non cogitas, hoc te computa perdidiſſe.

A Vaca ergo & vbicunque fueris tuus eſto. Noli te rebus tradere, ſed cõmendare. Quocunque in loco cõſiſtis, aliquid ſalutare in animo verſa, animum colligens tecum habita, & in latitudine cordis tui deambulans, ibi cœnaculum grande, ſtratum Chriſto exhibe.

Accuſat ſe quod orationi parũ vacet. c. 7.

Nihil aliud me docet ſcriptura, niſi religionẽ amare, veritatem ſeruare, & charitatem habere. Ego autem miſer & miſerabilis citius curro ad lectionem, quàm ad orationem, libentius volo legere, quàm miſſas audire. Expectat me aliquis B volens de ſua neceſſitate mihi loqui: ego verò librum accipio, quem ille vel ille habere vellet: & legendo in eo amitto caritatis fructum, pietatis affectum, compunctionis fletum, miſſarum vtilitatem, & cæleſtium contemplationem. Nihil tamen in hac vita dulcius ſumitur, auidius ſentitur nihil, nihil ſic mentem ab amore mundi ſeparat, & contra tentationes roborat quam gratia contemplationis.

Quomodo ſe debet vnuſquiſq; cõſiderare. c. 12.

Si me non inſpicio, meipſum neſcio: ſi autem inſpicio, tolerare me non poſſum: tanta in me confuſione digna inuenio, & quantò ſæpius & ſubtiliꝰ me diſcutio tãtò plures abominationes C in angulis cordis mei reperio. Porrò diabolus (quẽ nõ video, & ita nõ poſſum ſatis cauere ab eo) laqueos mihi abſcondit, viſcu ponit, ſcilicet amorẽ poſſeſſionis, affectũ cognationis, cupiditatẽ honoris, voluptatẽ carnis quibus ſcilicet anima inuiſcatur ne pennis contemplationis per plateas ſupernę Sion volare non poſſit. Heu mihi, quia vndique tela volant, quocunque me vertam nulla ſecuritas eſt, & quæ mulcent & quæ contriſtant, omnia timeo, & eſuries, & refectio, & ſomnus & vigiliæ labor & quies militant cõtra me. Magis autem illud malum timeo, quod D facio in abſcondito, quàm quod in aperto. Malum namque quod nullus videt, nemo reprehẽdit, & vbi non timetur reprehenſor, ibi ſecurus accedit tentator.

De inimicis hominis. c. 14.

Caro hominis vnde ſit & quid pariat. c. 15.

Caro mea de luto eſt, & ideo lutoſas & voluptuoſas cogitationes habeo: vanas & curioſas de mũdo, amaras & malitioſas à diabolo: qui multum confidit in adiutorio carnis, quia magis nocet domeſticus hoſtis. Illa verò ad ſubuerſionẽ meam fœdus cum eo iniję: vt puta de peccato nata, in peccato nutrita: murmurat aſſiduè, impatiens eſt diſciplinę. Hac vtitur tortuoſus ſerpens, E cui nullũ aliud deſideriũ, nullũ negotiũ, nullum ſtudiũ, niſi animas perdere. Et caro quæ data eſt nobis in adiutoriũ, fit nobis in ruinã, & in ſcandalum. Da itaque operam internæ lectioni, vt legas & intelligas temetipſum: & vt legas vt diligas Deum, vt vincas mundum & omnem inimicum: quatenus labor tuus conuertatur in requiem, luctus in gaudium, & poſt tenebras huius vitę videas ortũ ſurgentis auroræ. Euigila tandem euigila miſerabilis anima, et ſi nõ amore ſaltem timore. Cogita ſaltem cruciatum, quẽ iamiam paſſura es in morte. Certè nulla crux F durior quàm mors: ad quam quotidie tu feſtinas & non attendis. Vide quomodo te mors crucifigit, corpus rigeſcit, crura diſtenduntur, manus & brachia decidunt, pectus anhelat, ceruix langueſcit, labia ſpumant, oculi ſtupeſcunt, facies exudat, vultus horreſcit, & velut teſta palleſcit. Iſta crux manet in te. Neſcio vtrùm in lectulo molli, an in cruce rigida ſuauius

Nulla crux durior quã mors.

Deſcriptio hominis morituri.

[A.C. 1140.] moriatur. Nunquid crux citius dolorem abſcindit? Quæ videmus & ſentimus leuia ſunt ad ea, quæ intus anima iam prægustat. Nam ſenſus quã citò recedit, animã ſuã mors ſemper comitatur.

Quæ ſit cauſa diligendi Deum. Bernar. lib. de diligendo Deo.

§. X.

IDEM Bernardus in libro de diligendo Deo. Vultis audire à me quare, & quomodo diligendus ſit Deus? Et ego. Cauſa diligendi Deum Deus eſt. Modus ſine modo diligere. Ob duplicem cauſam ſiquidem dixerim Deum eſſe diligẽdum propter ſeipſum: ſiue quia nihil iuſtius, ſiue quia nihil diligi poteſt fructuoſius. Duplicem quidem parit ſenſum cùm quæritur de Deo cur diligendus ſit. Dubitari namq; poteſt, quo ſuo merito: an quo noſtro ſit commodè diligendus. Ergo ſi Dei meritum quæratur: illud eſt præcipuũ: quia ipſe prior dilexit nos dignus planè vt redametur, præſertim ſi aduertatur, quis, quos quantumque amauerit? [Qui enim. [Pſal.15.] Num is cui omnis ſpiritus confitetur, Deus meus & tu quoniam bonorũ meorum nõ eges. Quibus autem tanta puritas exhibetur? Cum adhuc, inquit, inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo] [Rom.5.] Dilexit ergo Deus & gratis & inimicos? Sed quãtum? Sic Deus dilexit mundum: vt filiũ ſuum vnigenitum [Io.c.3.] daret. Et Paulus. Qui proprio ait, filio non peper [Roma.8.] cit: ſed pro nobis tradidit illum.

[Bern. in li. de vita ſolitaria.] Idem Bernardus in epiſtola ad Carthuſienſes ſeu fratres de monte Dei quod idem eſt. Quoniam & laudatores & detractores ſemper eſtis habituri, ſicut & dominus, laudatores præterite, & bonum quod in vobis amãt, in eis amate. Detractores diſſimulate: & pro eis orate. Et obliti quæ retro ſunt prætermiſſis ſcandalis, quę iuxta iter vobis à dextris & à ſiniſtris poſita ſunt in anteriora vos extendite. [Laudatores & detractores religioſi ſemper habituri ſunt.] Caue ſerue Dei ne, quoſcunque imitari non vis: damnare videaris. Qui enim perfectè examinando ſemetipſum intelligit: ſuo peccato nullius peccatum exiſtimat par eſſe: quod non ſicut ſuum intelligat intelligit. Nolo ergo, vt nuſquã arbitreris ſolem communem lucere, niſi in cella tua: nuſquam operari gratiam Dei, niſi in cõſcientia tua. An ſolitariorum Deus tantum? Immo & omnium. Miſeretur enim omnium Deus, & nihil odit corũ quæ fecit. Malo te cogitare vbique ſerenum eſſe niſi in cella tua: & peiꝰ de te, quã de aliquo ęſtimare. [Non ſunt iudicandi peiores illi, qui ea, quæ nos facimus nõ faciũt. Sapien. 11.]

Exerce autem teipſum ad pietatem, quam qui non habet, in vanum accepit animam ſuam, id eſt fruſtrà viuit, vel omnino non viuit, dum non viuit ea vita, propter quam vt in ea viueret accepit animam ſuam. [Pietas quid ſit.] Pietas enim hæc eſt iugis Dei memoria, continua actionis intentio ad eius intelligentiam & indefeſſa affectio ad eius amorẽ, vt nulla Dei ſeruum vnquam inueniat non dicam dies ſed hora: niſi in exercitij labore ac etiã proficiendi ſtudio: vel in experientiæ dulcedine & fruendi gaudio. Hanc qui non habet in conſcientia non exhibet in vita, nõ exercet in cella, non ſolitarius, ſed ſolus dicendus eſt. Verè enim ſolus eſt, cum quo Deus nõ eſt. Cum quo Deus eſt nunquam minus eſt ſolus, quàm cùm ſolus eſt. [Verè ſolus eſt qui cũ Deo non eſt.] Tunc enim liberè fruitur gaudio ſuo. Tunc ipſe ſuis eſt ad fruendũ Deo in ſe, & ſe in Deo. Tunc in luce veritatis vltro ſibi patet pura conſciẽtia, libereque ſe infundit affecta de Deo me-

A moria: & vel illuminat intellectus, & bono ſuo fruitur affectus: vel liberè ſeipſum deflet humanæ fragilitatis defectus. Et infrà. Sicut dicit propheta. Si conuerteris, conuertere, id eſt perfectæ conuerſionis culmen apprehende. [A.C. 1140.] Nulli enim in eodem ſtatu diu ſtare conceditur. Seruo enim Dei aut proficiendum eſt ſemper: aut deficiendum: aut ſurſum nititur, aut in inferiora vrgetur. [Nulli in eodem ſtatu diu ſtare conceditur.] Ab omnibus autem vobis perfectio, licet vniformis exigitur. Si ergo incipis, incipe perfectè. Et ſi iam in profectu es: & hoc ipſum perfectè age, Et ſi iam aliquid perfectionis atti-

B giſti, teipſum in teipſo metire. Et dic cum apoſtolo. Non quòd iam perfectus ſim: ſequor autem ſi forte comprehendam, in quod & cõprehenſus ſum. Et addidit. Quotquot perfecti ſumus hoc ſapiamus. [Phil.3.] In quo apertè declarat, quia perfecta eorum quæ retro ſunt obliuio & perfecta in anteriora extenſio: ipſa eſt hominis in hac vita perfectio, [Perfectio religionis in quo cõſiſtat.] Et huius perfectionis perfectio ibi erit: vbi perfecta erit brauij ſupernæ vocationis comprehenſio.

Hoc autem modo ſicut ſtella differt à ſtella in claritate: ſic cella à cella in conuerſatione: in- [Tripex religioſorũ ſtatus.]

C cipientium ſcilicet, proficientium, & perfectorum. Incipientium ſtatus poteſt dici animalis, proficientium rationalis, perfectorum ſpiritualis. Sunt enim quidam animales: qui per ſe nec ratione aguntur, nec affectu trahuntur, & tamẽ vel authoritate permoti, vel doctrina commoti, vel exemplo prouocati approbant bonum vbi inueniunt: & quaſi cæci, ſed ad manũ tracti, ſequuntur, hoc eſt imitantur. Sunt alij rationales, qui per rationis iudicium & naturalis ſcientiæ diſcretionem, habent & cognitionem boni & appetitum: ſed nondum habent affectum. Sunt

D & alij ſpirituales, id eſt perfecti, qui ſpiritu Dei aguntur, affectu trahuntur, & ſapit eis bonum. Primus ſtatus circa corpus ſe habet, ſcilicet ad bene regendum & coercendum ipſum. Secũdus autem circa animum ſe exercet, ſcilicet circa profectum virtutum, & Dei cognitionem. Tertius verò niſi in Deo requiem non habet.

Horum ſinguli ſicut habẽt certam proficiẽdi rationem: ſic & certam in genere ſuo perfectiõis ſuæ menſuram. Initium enim boni in conuerſatione animali perfecta obedientia eſt Profectus ſubijcere corpus ſuum & in ſeruitutẽ redigere. [Obediẽtia perfecta initiũ bonæ cõuerſationis.]

E Perfectio verò vſu boni cõſuetudinẽ in delectatiõnẽ vertiſſe. Initium rationalis eſt intelligere, quę in doctrina fidei apponũtur. Profectus talia præparare, qualia apponuntur. Perfectio cùm in affectũ mentis tranſit iudiciũ rationis. Perfectio verò hominis rationalis eſt initium ſtatus ſpiritualis, Profectus eius reuelata facie gloriam domini contemplari. Perfectio verò in eandem imaginem transformari à claritate in claritatem tã quã à domini ſpiritu. Animalem diſcretũ, nouitium, prudentẽ, inſipientẽ ſapientẽ, ſcilicet in ſoculis ſuis, in cella cõſiſtere diu impoſſibile eſt. Fiat

F ergo ſtultꝰ, vt ſit ſapiẽs: & hęc eiꝰ ſit oĩs diſcretio.

Diſcernere enim eſt patris ſpiritualis, aliorũ autẽ ſcilicet ſubditorũ eſt obedite. Scit quicũq; habet ſenſum Chriſti, quantũ chriſtianę pietati expediat, aliqua diei hora paſſionis ipſius ac redẽptionis attẽtius colligere beneficia ad fruẽdũ ſuauiter in conſcientia, & recõdẽdum fideliter in memoria: quod eſt mãducare ſpiritualiter corpꝰ Chriſti & bibere Deinde certis horis certę lectioni [Diſcretio eſt ſuperiorum, obedientia ſubditorũ. Qualis debeat eſſe lectio.]

A.C. 1140.

lectioni vacandum eſt.Fortuita enim & varia lectio & quaſi à caſu reperta non ædificat:ſed reddit animum inſtabilem,& admiſſa leuiter,leuius recedit à memoria.Sed certis ingeniis immorádum eſt:& aſſueſaciendus eſt animus.Quo enim ſpititu ſcripturæ factæ ſunt,eo ſpiritu legi deſiderant:ipſo etiam intelligendæ ſunt. Nnnquam ingredieris in ſensũ Pauli,donec vſu bonæ intentionis in lectione eius & ſtudio aſſiduæ meditationis ſpiritum imbiberis, nunquam intelliges Dauid donec ipſa experientia ipſorum pſalmorum affectus indueris, ſicque de reliquis. Et in omni ſcriptuta tantum diſtat ſtudium à lectione B quantum amicitia ab hoſpitio, ſocialis affectio à fortuita ſalutatione.

Scripturæ quo ſpiritu factæ ſunt eo legi deſiderant.

Sed & de quotidiana lectione aliquid quotidie in ventrem memoriæ demittédum eſt,quod fidelius digeratur:& ſurſum reuocatum crebrius ruminetur:quod propoſito conueniat:quod intentioni proficiat:quod animum detineat, vt aliena cogitare non libeat. Hauriendus eſt ſæpè de lectionis ſerie affectus.Formanda eſt oratio, quæ lectionem interrumpat, nec tamen impediat.Si verè in lectione Deum quærit, qui legit, omnia quæ legir ei cooperantur in bonum: & C captiuatur legétis ſenſus:& in ſeruitutem redigit omnem intellectum in obſequium Chriſti.Si verò in aliud declinat ſenſus legentis omnia trahit poſt ſeipſum. Nihil tam ſanctum, tam pium inuenit in ſcripturis:quod per vanam gloriam, ſeu per diſtortum ſenſum,ſeu per prauum intellectum non applicet vel ſuę malitię vel vanitati.

Aliquid quoudie memoriæ mandandum.

Quatuor ſunt conſideranda prælatis & epiſcopis.Bern.lib.2.de conſid.

§. XI.

IDEM Bernardus libro de conſideratione ad Eugenium Papam docet ei eſſe quatuor conſiderationes habendas. Prima de ſe. Secunda de iis, qui ſunt ſub ſe,vt ſubditi in genere orantes Chriſtiani & in ſpecie Romani. Tertia de iis, qui ſunt circa ſe:vt cardinales,conſiliarij,familia ſua.Quarta de iis,qui ſunt ſupra ſe,ſcilicet de magnitudine Dei & de angelis & gloria.A te(inquit Bernardus)inchoet conſideratio tua ne fruſtrà extédaris in alia te neglecto.Adiiciens quod ſi neglexeris ſe incides in cor durum & perditionem & inſenſibilitatem.Dicit ergo,Ab his ſanè E cupio tibi pacem,non cum his.Nil tam fixum animo,quod neglectu & tempore nó obſoleſcat: Vulneri vetuſto & neglecto callus obducitur:& eo inſanabile,quo inſenſibile ſit:denique dolor continuus & acerbus diuturnus eſſe non patitur.Nam ſi nó aliunde extunditur,neceſſe eſt vt cedat vel ſibi.Enimuero citò aut de remedio cóſolationem recipiet,aut de aſſiduitate ſtuporem. Quid enim nó inuertat cóſuetudo?Quid nó aſſiduitate duretur?Quid non vſui cedat? Primum F tibi importabile videbitur aliquid proceſſu temporis,ſi aſſueſcas iudicabis non adeo graue,paulò pòſt & leue ſenties, paulò pòſt & delectabit: ita paulatim in cordis duriciam itur.Hinc prorſus,hinc tibi timui & timeo ſemper ne dilato remedio dolorem non ſuſtinés,periculo te irreuocabiliter deſperatus immergas.Vereor, inquam,

Berna.li.1. de conſiderat.

Dolor cótinuus & acerbus diuturnus eſſe non poteſt.

Conſuetu dinis vis.

A ne in mediis occupationibus (quoniam multæ ſunt,dum diffidis finem, frótem dures,& ita ſenſim teipſum quodammodo ſenſu priues,iuſti vtiliſque doloris.Multò prudentius te illis ſubtrahas,vel ad tempus: quàm patiare trahi ab ipſis & certè paulatim duci, quo tu non vis.Quæris quo?Ad cor durum.Nec pergas quærere quid illud ſit, ſi non expauiſti: tuum eſt hoc.Solum enim eſt cor durum,quod ſemetipsũ nó exhorret: quia nec ſentit. Quid me interrogas? Interroga Pharaonem.Quid eſt ergo cor durum?Ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate B mollitur,nec mouetur precibus,minis nó cedit: flagellis duratur. Ingratum eſt ad beneficia: ad conſilia infidum,ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia,impauidum ad pericula,inhumanũ ad humana,temerariũ ad diuina,præteritorũ obliuiſcens,prçſentium negligens,futura nó prouidens.Ipſum eſt,cui præteritorum præter ſolas iniurias nihil omnino non præterit: præſentium nihil percipit:futurorũ nulla niſi fortè ad vlciſcédũ proſpectio ſeu præparatio eſt. Et vt in breui cũcta horribilis mali mala complectár, ipſum eſt quod nec Deum timet,nec hominem re- C ueretur.En quò trahere te habent occupationes hæ maledictæ:ſi tamen pergis, vt cœpiſti, dare ita te totum illis,nil tui tibi relinquens.

Quid maximè ſit prælatus penimeſcendum.

Cor durũ quale ſit.

Quæſo ergo te quale eſt iſtud de mane vſque ad veſperam litigare:atque litigantes audire? & quaſi non ſufficiat diei malitia ſua: non ſunt liberæ noctes,Dies diei eructat lites, & nox nocti indicat malitiam.Magna virtus patientiæ,ſed nó hanc tibi ad iſta optauerim.Interdum impatientem eſſe probabilius.Tu ne approbes illorum patientiam,quibus Paulus dicebat. Libenter fertis inſipientes cum ſitis ipſi ſapientes?Niſi fallor ironia erat & non laus.Non bona patientia: cũ D poſſis eſſe liber,ſeruum te permittere fieri.Nolo diſſimules ſeruitutem,in quam certè indies,dum neſcis,redigeris.Hebetari cordis indiciũ eſt,propriam nó ſentire cótinuam vexationem.Vexatio dat intellectum auditui:ait quidá.Verũ eſt:ſi nimia non fuerit.Nam ſi ſit,nó planè intellectum dat,ſed cótemptum.Denique impius cum venerit in profundum malorum:cótemnit. Expergiſcere ergo:& peſſimæ ſeruitutis iugum nó tátum caue,ſed etiam horre.An ideo nó iugum(aliàs ſeruus)quia non vni ſeruis ſed omnibus? Nec mihi nunc opponas apoſtoli vocem qua ait.Cùm eſ- E ſem liber ex omnibus omnium me ſeruum feci. Longè eſt illud à te.Nunquid hac ille ſeruitute hominib.inſeruiebat in acquiſitione turpis quęſtus?Nunquid ad eum de toto orbe confluebant ambitioſi,auari, ſimoniaci,ſacrilegi,concubinarij, inceſtuoſi, & quæque iſtiuſmodi monſtra hominum:vt ipſius apoſtolica authoritate, vel obtinerent honores eccleſiaſticos vel retinerent? Ergo ſeruum ſe fecit homo, cui viuere Chriſtus erat, & mori lucrum: vt ſcilicet plures lucri- F faceret Chriſto, non vt lucra augeret auaritię. Audias apoſtolum dicentem.Pretio (inquit)magno empti eſtis: nolite effici ſerui hominum.

Execratur litigantes.

2. Cor. 11.

Iſaiæ 28. Prou.18.

1.Cor.9.

1.Cor.7.

Quid ſeruilius indigniuſque præſertim ſummo pontifici,quam non dico omni die,ſed pene omni hora inſudate talibus rebus & pro talibus? Deniq; quádo oramus:quando docemus populos:quádo ædificamus eccleſiá:quando meditamur

Iuſtiniani leges non Chriſti Pótificem tractare nefas eſt.

A.C. 1140. Pſal.18.

mur in lege:Et quid quotidie perſtrepunt in palatio leges,ſed Iuſtiniani,non Domini.Iuſtè ne etiam iſtud : Tu videtis. Nam certè lex Domini immaculata conuertens animas.Hæ autem non tam leges quàm lites ſunt & cauillationes ſubuertentes iudicium.Tu ergo paſtor & epiſcopus animarum : qua mente obſecro ſuſtines coram te ſemper ſilere illam,garrire autem iſtas? Fallor ſi non mouet tibi ſcrupulum peruerſitas hæc. Puto,quod & interdum compellat clamare ad dominum cum Propheta. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes:ſed non vt lex tua.I ergo, & te aude liberum profiteri ſub tam graui mole inconuenientiæ huius: & cui fas non ſit ceruicem ſubducere.Nam ſi potes & non vis : multò magis ſeruus es huius ipſius tam peruerſæ voluntatis tuæ. Nam & ſi coacta ſeruitus miſerabilior: ſed affectata miſerior eſt.

Pſal.118.

Et quid me vis facere , inquis ? Vt tibi ab his occupationibus parcas. Impoſſibile fortaſſis eſſe reſpondebis,faciliúſque cathedræ vale dicere poſſe.Rectè hoc,ſi rumpere & non magis interrumpere iſta hortarer. Audi ergo quid arguam, Quidve ſuadeam. Si quod viuis & ſapis totum das actioni,conſiderationi autem nihil:laudo te in hoc non laudo.Certè nec ipſi actioni expedit conſideratione non præueniri. Si autem totus vis omnium eſſe, inſtar illius qui omnibus omnia factus eſt,laudo humanitatẽ: ſed ſi plena ſit, quomodo autem plena te excluſo ? Et tu homo es ergo vt plena ſit&integra humanitas:colligat & te intra ſe ſinus,qui omnes recipit. Alioquin quid tibi prodeſt ſi vniuerſos lucreris , te vnum perdens?Quamobrem cum te omnes habeant, &tu eſto ex habentib.vnus.Sapientibus & inſipientibus debitor es, & ſoli negas te tibi?Clericus & laicus iuſtus & impius,omnes pariter participant te:omnes de fonte publico bibunt pectore tuo:& tu ſeorſum ſitiens ſtabis?Si maledictus eſt,qui partem ſuam facit deteriorem, quid ille qui ſe penitus reddit expertem? Memento proinde,non dico ſæpè,ſed vel interdum reddere teipſum tibi. Vtere tu quoq; te inter multos, aut certè poſt multos.Audi Paulum apoſtolum, quid de huiuſmodi ſentiat.Ad ingnominiam(inquit)vobis dico: contemptibiliores qui ſunt in eccleſia:illos conſtituite ad iudicandum. Itaque ſecundum apoſtolum,indignè tibi vſurpas,tu apoſtolicus officium vile gradum contemptibilium.Vnde &dicebat epiſcopus epiſcopum inſtruens:Nemo militans Deo , implicat ſe negotiis ſecularibus.

2.Cor.11. Matt.16. 1.Cor.vj. 2.Timo.2.

Circa quæ conſideratio ſui verſari debeat. lib.2.de conſ.

§. XII.

CONSIDERATIO igitur tua ſeu circa te in tria diuiditur,ſcilicet vt cõſideres,quid, quis , & qualis ſis. Quid in natura, verbi gratia homo,quis in perſona,qualis in moribus ſeu vita.Conſideranti igitur tibi quòd homo ſic ſcilicet animal ratióale mortale: ſis, enim definitur, is tibi inde fructus occurrit,vt & mortale,quod in te eſt,rationale humiliet:& rurſum rationale mortale confortet.Deinde quis ſis:& de quo ſis factus aduertẽdum.Quid ni erubeſcas minimus A inueniri in magnis?qui te recordaris in minimis magnum extitiſſe? Blanditur cathedra,ſpecula eſt.Inde namque ſuperintendis ſonans tibi epiſcopi nomine non dominum ſed officium.Quãdo autem libet gloriari,vbi otiari non licet?Non enim eſt locus otio,vbi ſedula vrget omnium eccleſiarum ſolicitudo. Domabis quidem lupos: ſed ouibus non dominaberis. Paſcendas vtique non premendas ſuſcepiſti. Tertiò conſiderandum eſt tibi qualis ſis.Simia enim in tecto rex fatuus in ſolio ſedens. Et nunc audi canticum meum,minus quidem ſuaue,ſed ſalutare. Mon- B ſtroſa quidem res eſt gradus ſummus,& animus infimus,Sedes prima&vita ima, Lingua magniloqua & manus otioſa,Sermo multus & fructus nullus,vultus grauis & actus leuis,ingens authoritas & nutans inſtabilitas.Admoue ſpeculum, fœdus ſe in eo vultus agnoſcat tu tuum gaude diſſimilem inueniri.Redeundo ad primum conſideranti tibi quid ſis nihilominus conſiderandum eſt quid eras prius , immo quid es modò. Vt quid enim deſinas intueri,quod eſſe non deſiſtis. Adhuc enim es,quod eras,ſcilicet homo. Denique quod natus es, illud reiectum non eſt, C ſed hoc adiectum. Conſidera ergo maximè, quod maximè es,ſcilicet hominem,& quod natus es,nec modò quod natus,ſed & qualis natus oportet attendas. Dele fucum fugacis honoris huius,& malè coloratæ nitorem gloriæ:vt nudè nudum conſideres,quia nudus egreſſus es de vtero matris tuæ. Nunquid infulatus , nunquid micans gemmis,aut floridus ſericis,aut coronatus pinnis,aut ſuffarcinatus metallis: Sed ſi cuncta hæc velut nubes matutinales velociter tranſeuntes,& citò pertranſituras diſſipes & exuffles à facie conſiderationis tuæ, occurret tibi homo D nudus & pauper,miſer & miſerabilis: & Homo dolẽs quod homo ſit:erubeſcẽs quod nudus ſit: plorans quod natus ſit:murmurans quod homo natus ſit ad laborem & non ad honorem.Homo natus de muliere,& ob hoc cum reatu:breui viuens tempore,& ob hoc cum metu , repletur multis miſeriis,& ob hoc cum fletu.

A.C. 1140.

Monſtroſa res eſt gradus ſummus, & animus infimus.

Humanæ naturæ conſideratio Iob 1.

Iob 5. & 14.

Salubris copula,vt cogitans te ſummum pontificem,attendas pariter & viliſſimum cinerẽm non fuiſſe,ſed eſſe.Hæc te ſanè conſideratio tenet in te,nec à te auolare ſinit. In te conſiſtito nec infra te deiici ſinas,non attolli ſupra,non e- E uadere in longius: non extendi in latius, Tene medium,ſi non vis perdere modum , Locus medius tutus eſt.Medium ſedes modi:& modus,virtus.Omnem extra modum manſionem ſapiens exilium reputat, Propterea non eſt illi habitare in longo,quod vltra modum ſit:ſed nec in lato, quod extra ſit , nec in alto quod ſupra ſit : nec inimo , quod infra ſit. Denique longitudo exterminium habere ſolet:& dilatatio ſciſſuram, & altitudo ruinam , & profundum abſorptionem. Longum dico , cùm ſibi quis longiorem promittit vitam. Qui enim longa F ſibi metitur tempora, ingreditur iter exterminij : etiam in præſenti à ſe exulans per obliuionem,in alia etiam per inanem ſolicitudinem migrans ſæcula. In latum nimis ſe extendit : cùm in ſuperfluum animus diſtenditur. Animi autem immoderata extenſio attenuationem facit:& attenuatio nimia ſciſſionem facit: multis enim,vt laceretur curis , talis animus neceſſe eſt.

Salubris conſideratio vt quis hominem ſe & prælatum conſideret.

Tenendũ eſt mediũ.

Quatuor dimenſiones altitudo, latitudo,lõgitudo & profũdũ vitioſa ſunt.

A.C. 1140. eſt. In altum nimis aſcendit dum quis de ſe plus præſumit. Alta autem præſumptio, quid niſi ruinoſa præcipitatio eſt? In profundum ſine modo deſcendit, cum ſe plus quàm debet animus deiicit. Et hæc puſillanimitatis deiectio, quid niſi deſperata quædam abſorptio eſt? In hanc fortis nõ deiicietur. Prudens longioris vitæ non abducetur incerto. Modeſtus moderabitur, curas temperabit ſuperfluas, non deerit neceſſariis. Iuſtus altiora ſe non præſumet, ſed dicet: Si iuſtus fuero, non leuabo caput.

Quatuor virtutes vitia dimentionum curant.

Iob 10.

Vigilanter etiam diſcerne qualis ex te, & qualis ſis dono Dei: & non ſit in ſpiritu tuo dolus. Erit autem hoc ſi fideliter partiens, tua tibi, & quæ ſunt Dei Deo ſine fraude reſignes. Conſiderando qualis ſis, etiam qualis fueris recogitãdum tibi eſt. Conferenda ſunt priora poſterioribus. Profeceris ne in virtute, in ſapientia, in ſuauitate morum an ab his fortè (quod abſit) defeceris. Patientior ne ſis, an impatientior, inſolẽtior, an humilior, exorabilior an difficilior. Latus tibi patet campus in hoc genere conſiderationis. Oportet, vt innoteſcat zelus tuus, clementia tua, diſcretio quoque moderatrix vtriuſque. Solent enim diſcretionis oculo caligante, alterutrum ſibi præripere loca, terminos occupare. Porro caliginis duæ ſunt cauſę ira & mollior affectus. Is iudicij cenſuram eneruat, illa præcipitat. Turbatus enim prę ira oculus clementer nil intuetur: ſuffuſus etiam quadã muliebri mollitie animus rectum non videt. Non eris innocens ſi punias eum cui parcendum eſt, aut parcas ei qui puniendus eſt.

Conſideratio optima de no bis.

Diſcretio neceſſaria.

Ira & mollities affectus cauſę cœcitatis.

In tribulationibus quoque qualem te inueneris nolo diſſimules. Si conſtantem in tuis, condolentem in alienis, gaude. Magnus, qui incidens in aduerſa, non excidit vel parum à ſapientia. Nec minor cui præſens fœlicitas ſi arriſerit non irriſerit: quamuis facilius inueneris, qui ſapientiam tenuerunt in contraria ſibi fortuna, quàm qui in propitia nõ perdiderunt. Quamquàm verò ſapiens rectè hortetur, ſapientiam ſcribi in otio, cauendum eſt tamen & in otio otium. Fugienda eſt enim otioſitas mater nugarum, nouerca virtutum. Inter ſeculares nugæ ſunt nugæ in ore ſacerdotis blaſphemiæ. Interdum ſi incidant ferendæ fortaſſis, referendæ verò nunquam. Verbum ſcurrile nõ ſufficiet peregrinari ab ore: ſed & ab aure procul relegãdum eſt. Fœdè ab cachinnos moueris, fœdius moues. Porro detrahere, vel detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit, non facilè dixerim. Eſt & aliud vitium, cuius ſi te immunem ſentis, inter omnes, quos noui, qui cathedras aſcendunt, ſedebis me iudice ſolitarius, quia ſingulariter leuaſti te ſupra te, ſcilicet facilitas credulitatis. Hinc pro nihilo iræ multę, inde innocentium frequens addictio, inde præiudicia in abſente.[a] Quis in perſona vt in papatu, ibi de virtutibus quæ debent eſſe in Papa: & quomodo imitator ſanctiſſimorum virorum eſſe debeat. Et quia de his etiam ex verbis Bernardi in iſto libro de conſideratione plenè habetur in tertia parte in titulo de ſummis pontificibus, ideo hic iſtud omittitur.

In tribulationibus quales nos eſſe conuenit.

Eccleſ. 38.

Otiumfugiendum

Nugæ fugiendæ.

Detrahere vel detrahentẽ audire æquale.

Thren. 3.

Facilitas credulitatis vitium commune prælatis.

Io 3. par. ſum. tit. 22. ca. 1. §. 2.

a *Quoniam Proteſtantium nonnulli dum ignaris perſuadere conantur, pontificem Romanum eſſe Antichriſtum, in eam rem impudentiſſimè producunt quædam S. Bernardi verba à tali mente alieniſſima, licet in 2. parte tit. 16. cap. 5 § . 8. nos quædam annotauerimus, ex D. Bernar. quibus apertè Pontificem Romanum ſummum eſſe Eccleſiæ paſtorem declarauit, hoc loco tamen ea etiam adiungere viſum eſt, quæ de Pontificis Romani perſona ipſe ad ſuum ſcripſit Eugenium, vt ex tanto ſui ſæculi oraculo, quid de Romano Pontifice ſit ſentiendum omnes intelligant. Ait ergo: Age ergo indagemus quis ſis, quam geras pro tempore perſonam in Eccleſia Dei. Quis es? ſacerdos magnus, ſummus Pontifici, Tu princeps epiſcoporum, hæres Apoſtolorum, primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petr', vnctione Chriſtus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues commiſſæ ſunt. Sunt quidem & alij cœli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tantò glorioſius, quantò differentius præ illis nomen hæreditaſti. Habent illi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos, tibi vniuerſi crediti, vni vnus. Nec modo ouium ſed & paſtorum tu vnus omnium paſtor, vnde id quæris probem? ex verbo Domini. Cui enim non dico epiſcoporum, ſed neque Apoſtolorum ſic abſolutè & indiſcretè totæ commiſſæ ſunt oues? Si me amas Petre, Paſce oues meas. Quas? illius vel illius ciuitatis populos aut regionis aut certi regni. O ues meas, inquit. Cui nõ planum non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes? Nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil. Et certè præſentes cæteri & condiſcipuli erant, cùm committens vni vnitatem omnibus commendaret, in vno grege, & vno paſtore, ſecundum illud vna eſt columba mea, formoſa mea. Vbi vnitas, ibi perfectio, reliqui numeri perfectionem non habent, ſed diuiſionem. Inde eſt quod alij ſinguli ſingulas ſortiti ſunt plebes, ſcientes ſacramentum. Denique Iacobus, qui videbatur columna Eccleſiæ, vna contentus eſt Hieroſolyma. Petro vniuerſitatem cedens. Pulchrè verò poſitus eſt ibi ſuſcipere ſemen defuncti fratris, vbi occiſus eſt ille. Porrò cedente Domini fratre, quis ſe alter ingerat Petri prærogatiuæ? Ergo iuxta Canones tuos alij in partem ſollicitudinis, tu in plenitudinem poteſtatis vocatus es. Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus, tua extenditur, & in eos, qui poteſtatem acceperunt. Nónne ſi cauſa extiterit, tu epiſcopo cœlum claudere, tu ipſum ab epiſcopatu deponere, etiam & tradere Sathanæ potes? Stat ergo inconcuſſum priuilegium tuum, tibi tam in datis clauibus & ouibus commendatis. Hæc ille, & multa alia, quæ ipſam Rom. Pont. auctoritatem & primatum ſtabiliunt atque confirmant.*

A.C. 1140.

Romanus Pontifex quis & quãtos ſit D. Berna. ſententia.

Mat. 16. Ioa. 21. Heb. 5.

Petro omnes oues Chriſti ſunt commiſſæ.

Cant. 4.

Romanus Pontifex quibus eſt deb. Bern. ca. 3.

§. XIII.

NVNC ad ea, quæ ſub te ſunt conſideratio intendenda eſt. Sapientibus & inſipientibus debitor ſum. Ipſum nomen debitoris memento potius ſeruienti congruere, quam dominanti. [Ergo ſi te agnoſcis ſapientibus & inſipiẽtibus non dominatorem, ſed debitorem & nullum genus inſipientiæ, infidelitate inſipientius eſt, debitor es] non tantum fidelibus, ſed etiam infidelibus. Intereſt proinde tua operam dare, vt increduli conuertantur ad fidem, conuerſi non auertantur, auerſi reuertantur, peruerſi ordinentur ad rectitudinem, ſubuerſi ad veritatẽ reuocen

A. C. 1140. Eſech. 3.

portunè importunè. Clama ne ceſſes. Si dura frōtē ſunt: indura & tu econtrà tuam. Nihil tam durum, quod duriori non cedat. Dedi inquit dominus) frontem tuam duriorem frontibus eorum.

Quales eſſe debeant domeſtici Pontificis.

§. XIIII.

Lib. 4 de conſideratione.

DE conſideratione eorum qui ſunt circa te. Veniam (inquit Bern.) ad collaterales tuos qui tibi intimi ſunt. Quamobrem ſi boni ſunt, tibi potiſſimum, ſi mali, æquè plus tibi. Ne te dixeris ſanum, latera dolentē, id eſt, ne bonū dixeris, malis innitentem. Aut ſi bonus ſis, quem fructū afferre poteſt bonitas tui ſolius. Sed nec tuta tibi bonitas tua obſeſſa malis, ſicut nec ſanitas vicino ſerpente. Siue autem leuent, ſiue grauent, cui potius imputandum eſt, quàm tibi, qui tales aut elegiſti, aut admiſiſti? Sed nec poteſtatem habent, niſi quam tu eis tribueris vel permiſeris. Tibi ergo imputa, quicquid pateris ab eo, qui ſine te nihil poteſt facere. Igitur nō inconſideratè eligendi ſiue colligendi ſunt in opus miniſterij huius. Tuum eſt eos vndecunq; euocare exēplo Moyſi, non iuuenes ſed ſenes, non tā ętate quàm moribus. An non de toto orbe eligendi ſunt orbem iudicaturi? Sanè huic negotio non ſe ingerat rogans. Conſilio, non prece agēdum eſt. Porrò is à quo rogaris ſuſpectus tibi ſit. Qui autem ipſe rogat pro ſe, iam iudicatus eſt. Clericum curiam frequentantem, qui non ſit de curia, ad id genus ambientium, pertinere noris. Adulantem & ad cuiuſque placitum loquentem, vnum de rogantibus puta, etiam ſi nihil rogauerit.

Quales eligēte conueniat cōſiliarios.

Viri callidi & doloſi proprium eſſe ſolet tunc apprehendere humilitatē, cùm aliquid obtinere voluerit. Verboſum adoleſcentem & ſtudentem eloquētiæ cùm ſapientiæ ſit inanis, nō aliud quàm iuſtitiæ hoſtem repures. Viros probatos oportet aſſumere, nō probandos. Non in monaſteriis ſpe meliorandi omnes recipimus, at curia bonos facilius recipere, quàm facere conſueuit. Tracta ante factum, quia poſt factum ſera retractatio eſt. Itaque non volentes, neque currentes aſſume, ſed cunctantes, ſed renuentes etiam coge illos & compelle intrare. In talibus requieſcet ſpiritus tuus, qui ſcilicet nō ſint attritæ frontis: ſed verecundi & timorati qui præter Deum nihil timeant, nihilque ſperent niſi à Deo. Qui etiam aduētantium non manus, ſed neceſſitates attendāt. Qui ſtent viriliter pro afflictis: & iudicent in æquitate pro manſuetis terrę. Qui ſint compoſiti ad mores, parati ad obediētiam, manſueti ad patientiam, ſubiecti ad diſciplinam &c. De conditionibus & virtutibus cardinalium & legatorum vide quæ habes in tertia parte, titulo de cardinalibus.

Adoleſcēs verboſus non ſapiēs hoſtis iuſtitiæ.

Quare in monaſteriis omnes ſunt recipiendi nō in curia.

De Cardinalibus in 3 par ſum. tit. 21. c. 1. & 2.

De compoſitione rei familiaris, quæ pertinet ad conſideratiō eorū, quæ ſunt circa ſe. Bern. O Iſrael quàm magna eſt Domus Dei & ingens locus poſſeſſionis eius! Vacuum prorſus à ſollicitudine rerum minimarum ac vilium oportet eſſe animum, tam magnis & tam multis intentum. Oportet ingenium rectum, cautum, vigilem, firmum, amplum eſſe. Procurandus eſt, qui pro te molat. Pro te inquam non tecum. Quædam enim per temetipſum facies, quædam per te

De compoſitione rei familiaris.

Ber. ibid. Bar. 3.

A & alios ſimul, quædam per alios & abſq; te. Sub quo ſcilicet vltimo genere agenda domus tuæ locanda cenſuerim. Per alium igitur illa facies: cui tria neceſſaria ſunt: ſcilicet vt ſit fidelis, ne fraudet: prudens, ne fraudetur, tertium eſt authoritas, qua poſſit diſponere quæque prout ſcit & vult: hoc eſt conſtituatur ſuper familiam, poſſit mutare miniſtros, & transferre miniſteria ad quos & quando voluerit, & nullum patiatur contradictorem. Præſit omnibus, vt omnibus proſit, & de omnibus clandeſtinas & ſuſurratas delationes non recipias aduerſus eum. Et hanc B velim tibi conſtituere regulam generalē, vt omnem, qui palam veretur dicere, quod in aure locutus eſt, ſuſpectum habeas, quòd ſi te iudicante dicendum coram ille noluerit, delatorem iudices non accuſatorem. Itaque vnus omnibus facienda iniungat, & omnes vni reſpondeant, tu illi habeas fidem, vacans tibi & eccleſiæ Dei. Si quo minus aut fidelis aut prudens inueniatur, fideli potius committendum. E duobus enim hoc tutius. Quamquam ſi idoneus non reperitur minus fidelem ſuſtinere potius tibi conſulo, quàm te emergere labyrintho huic. Memento C ſaluatorem Iudam œconomum habuiſſe.

A.C. 1140. Tria ſunt neceſſaria diſpēſatori ſeu œconomo.

Nō ſunt admittendi delatores & ſuſurrones.

Non conuenit epiſcopo rei ſuæ familiaris cura.

Quid epiſcopo turpius, quā incumbere ſupellectili & ſubſtantiolæ ſuæ, ſcrutari omnia ſciſcitari de ſingulis, morderi ſuſpicionibus, moueri ad quæque perdita vel neglecta: de minutis & quadrantibus exigere rationem? Quotidianas expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio & continua dominici gregis detrimenta neſcimus. De pretio eſcarum & numero panum quotidiana cum miniſtris eſt diſcuſſio, rara admodum cum preſbyteris collatio celebratur de peccatis populorum. Cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam: perit anima, & non eſt qui reputet. D

De diſpoſitione familiæ propriæ Bern. Nolo autem, vt vitia domus tuæ vltimus ſcias. Alius temporalia diſpenſet, non tu, de diſciplina tu prouide, illud nemini credas. Plurima neſcies, multa diſſimules, nonnulla obliuiſcaris. Si inſolentior coram te vel ſermo inſonuerit: vel habitus apparuerit: manus tua ſit ſuper huiuſmodi, tu vlciſcere iniuriā tuā. Impunitos auſum parit: auſus exceſſū. Domū epiſcopi decet ſanctitudo. In vultu, habitu, inceſſu eorum qui circa te ſunt: nihil impudicū vel indecens reſidere patiaris. Diſcant à te coepiſcopi tui comatulos pueros E & cōptos adoleſcentes ſecum non habere. Noli faciem tuam ad eos hilarem oſtendere. Nec tamen auſteritatem tibi ſuadeo, ſed grauitatem. Igitur nec ſeuerius, nec diſſolutius. Quid hac mediocritate gratius? Ament te domeſtici tui, ſi nō, facito, vt timeant.

Diſciplina domeſtica qualis eſſe debet.

Hortatur eum ad rerum diuinarum conſiderationes.

§. XV.

F

QVARTA conſideratio ſcilicet eorum quę ſunt ſupra ſe. Quæ dicta ſunt (inquit Bernardus) in ſuperioribus: non ſolùm conſiderandā, ſed agenda docent, at quod modo dicturi ſumus, ſola in conſideratione verſabitur, quę enim ſupra te ſunt (de quibus modò) non actu indigent, ſed tantum inſpectu. Totieſque tua

Ber. li. 5. de conſid.

A.C. 1140.

mens peregrinatur: quoties ab illis rebus ad iſta deflectitur inferiora & viſibilia, ſiue intuenda ad notitiam, ſiue appetenda ad vſum, ſiue pro officio diſponenda vel actitanda. Sublimior autem iſte præſentium ac dignior eſt vſus rerum: cum ſcilicet inuiſibilia Dei per eā quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Hac ſcala ciues non egēt, ſed exules. Licet autem quæ ſuprà ſunt, non verbo doceātur, ſed ſpiritu reuelentur: tamen quod ſermo non explicat, conſideratio quærat, oratio expetat, vita mereatur, puritas aſſequatur.

Rom.1. Cœleſtia arcana nō verbo docentur, ſed ſpiritu reuelantur.

Hæc autem tribus modis quaſi totidem viis inueſtiganda ſunt, ſcilicet opinione, fide & intellectu. Intellectus rationi innititur, opinio veriſimilitudini, fides authoritati. Habent prima duo certam veritatem, ſed fides clauſam & inuolutam, intellectus nudam & manifeſtam. Opinio verò certi nihil habens, verum per veriſimilia quærit potius quàm apprehēdit. Et ſciendum quòd opinio, ſi aſſertionem habet temeraria eſt: fides ſi habet hæſitationem, infirma eſt: intellectus ſi ſignata fidei tentet irrumpere, effractor reputatur & ſcrutator maieſtatis. Fides igitur ambiguum non habet. Ecce affectus noſtri iacent mole corporea prægrauati: & luto hærentibus deſideriis, ſola interim arida & tenuis conſideratio præuolat, & tamen ex tantillo, quod iam datur, libet exclamare. Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ. Quid ſi totam ſe anima colligat: & reductis affectibus è cunctis locis, quibus captiui tenentur, timendo quę non oportet, amando quæ non decet, dolendo vanè, gaudendo vanius, cum his incat tota voluntate & libertate volatum, pulſet impetu ſpiritus, & in pinguedine gratiæ illabatur? Nónne cùm cœperit circumire illas manſiones lucidas, & ſinum illum Abrahæ curioſius perſcrutari, inſtabit cum propheta dicens. Vnam petij à domino, hanc requiram vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Deus trinus & vnus eſt. Quomodo autem pluralitas in hac vnitate, & ipſa vnitas in hac pluralitate? Scrutari hoc temeritas eſt, credere pietas, noſſe vita æterna.

Tribus modis diuina conſideranda.

Intellectu opinionis fidei.

Pſal.25.

Pſal.26.

Ponit autem Bernardus nouem vnitates, ſed iſta omnes excedit. Et prima vnitas collectiua: vt cùm lapides multi faciunt vnum aceruum. Secūda dicitur conſtitutiua, vt cùm multa membra vnum corpus, vel multæ partes vnum totum. Tertia eſt coniugatiua, qua vir & mulier dicuntur vna caro. Quarta dicitur natiua, qua anima & caro dicitur vnus homo. Eſt quinta vnitas poteſtatiua, qua homo virtutis non inſtabilis, non diſſimilis, ſed vnus ſibimet nititur inueniri: Eſt ſexta vnitas, quæ dicitur conſentanea: qua per caritatem multorum hominum fit cor vnum & anima vna in domino. Septima eſt vnitas votiua, cùm ſcilicet homo votis omnibus Deo adhærens vnus ſpiritus dicitur cum eo. Eſt octaua vnitas dignatiua: qua limus noſter à Dei verbo in vnam aſſumptus eſt perſonam. Eſt vltima vnitas trinitatis, qua tres perſonæ ſunt vna ſubſtantia. Secundo loco illa præcellit qua econuerſo tres ſubſtantiæ ſub vna perſona ſunt in Chriſto, ſcilicet Deitas, anima & caro. Bonus eſt itaque dominus animæ quærenti eum.

Nouem modi quibus aliquid vnum dicitur.

Thren.3.

Quid ergo eſt Deus? Quod ad vniuerſum ſpectat finis. Quod ad electionem, ſalus. Quod ad

Quid ſit Deus.

A ſe, ipſe nouit: Quid eſt Deus? [voluntas omnipotens, beneuolētiſſima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, ſumma beatitudo, creans mentes ad ſe participandum, viuificans ad ſentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, iuſtificans ad promerendum, accendens ad Zelum, fœcundans ad fructum, dirigens ad æquitatem, formans ad beneuolentiam, moderans ad ſapientiam, roborans ad virtutem, viſitans ad conſolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad immortalitatem, implēs ad fœlicitatem, circundans ad ſecuritatem] Non

B minus pœna peruerſorum, quàm gloria humiliū. Eſt enim rationabilis quædam æquitatis directio inconuertibilis atq; indeclinabilis, quippe attingens vbiq; [cui illiſa omnis prauitas, conturbetur neceſſe eſt] Quid eſt Deus? Longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum. Longitudo propter æternitatem interminabilem. Latitudo, propter caritatē immenſurabilē. Sublimitas propter maieſtatē inattingibilem. Profundum propter ſapientiā inſcrutabilem. Hęc ſancti ſecundū Apoſtolum comprehendunt, eſto & tu ſanctus, vt poſſis comprehendere cum omnibus ſanctis.

Eph.3

C Sanctum facit duplex affectio ſancta, videlicet timor domini ſanctus, & ſanctus amor. Et timor quidem ſublimi & profundo, amor longo latóq; reſpondet. Quid enim tam timendum quàm poteſtas, cui non potes reſiſtere, quàm ſapiētia cui non potes abſcondi? Quid iterum tam amabile, quàm ipſe amor quo amas, & quo amaris? Amabiliorem tamen iuncta æternitas facit, quæ dum nō excidit foras mittit ſuſpicionem. Ama igitur perſeueranter, & habes lōgitudinem, dilata amorem tuum vſq; ad inimicos, & habebis latitudinem. Hæc quatuor habes apud te, ſi ſtupes, ſi pa-

Quæ ſanctū fa... hom

D ues, ſi ferues, ſi ſuſtines. Stupenda planè ſublimitas maieſtatis, pauenda abyſſus iudiciorum Dei. Feruorem exigit caritas, perſeuerantiam ſuſtinendi æternitas. Æternitatis enim quandam imaginem perſeuerantia præ ſe fert. Denique ſola eſt, cui æternitas redditur. Et in his aduerte quatuor contemplationis ſpecies. Prima & maxima eſt admiratio maieſtatis, quæ requirit cor purgatum. Secunda eſt inſpectio iudiciorum Dei, quæ ſunt abyſſus multa. Tertia eſt recordatio beneficiorum Dei, quæ ne dimittat ingratum

Contemplationis quatuor ſpecies.

Pſal.144.

E ſollicitat memorātem ad amorem benefactoris. De talibus dicitur. Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabūt. Quarta eſt meditatio promiſſorum: quæ ea quæ retro ſunt obliuiſcens, in ſola expectatione requieſcit.

De incarnatione Dei.

§. XVI.

IDEM Bernardus ſuper miſſus eſt. Porro Deū huiuſmodi decebat natiuitas, qua non niſi de

F virgine naſceretur. Talis congruebat & virgini partus, vt non pareret niſi Deum. Proinde factor hominum, vt homo fieret, naſciturus de homine: talem ſibi debuit ex omnibus eligere, imo condere matrem: qualem & ſe decere ſciebat & ſibi nouerat placituram. Voluit itaq; eſſe virginem: de qua immaculata immaculatus procederet & omniū maculas purgaturus. Voluit & humilem, de qua mitis & humilis corde prodiret,

Bernar. hom.2. ſuper miſſus eſt ſiue de laudibus virginis matris.

Deus qua revoluerit habere matrem.

A.C. 1140.

prodiret:harum in ſe virtutum neceſſarium om- A
nibus ſaluberrimúmque exemplum oſtenſurus.
Dedit ergo virgini partũ,qui ei iam antè & vir-
ginitatis inſpirauerat votum,& humilitatis prę-
rogauerat meritum. Vt igitur,quæ ſanctum ſan-
ctorum conceptura erat pariter & paritura ſan-
cta eſſet corpore, accepit donum virginitatis:
vt eſſet & mente humilitatis. His nimirum vir-
go regia gemmis ornata virtutum, geminóque
mentis pariter & corporis decore præfulgida:
ſpecie ſua & pulchritudine ſua in cœleſtibus
cognita: cœli ciuium in ſe prouocauit aſpectũ
ita vt & regis animum in ſui concupiſcentiam B
inclinaret & cœleſtem nunciũ de ſupernis edu-
ceret. Vnde euangeliſta commemorat angelum
à Deo deſtinatum ad virginem: id eſt ab excel-
ſo ad humilem, à domino ad ancillam, à crea-
tore ad creaturam. Quanta dignatio Dei? Quan-
ta virginis excellentia?

Virgo Maria votum virginitatis conceperat. Idē tra Aug. in lib. de ſancta virgin cap.4 & Thom. in 3. part. quæſt. 28. ar.4.

Et infra. O admirandam & omni honore di-
gniſſimam virginem, ô fœminam ſingulariter
venerandam ſuper omnes fœminas admirabi-
lem, parentum reparatricem, poſterorum viuifi-
catricem! Miſſus eſt Angelus ad virginem carne,
virginem mẽte, virginem profeſſione, virginem C
de qua ait Apoſtolus: mente & corpore ſanctam.
Nec nouiter nec fortuitu inuentam, ſed à ſæcu-
lo electam, ab altiſſimo præcognitã & ſibi præ-
paratam, ab angelis ſeruatam, à patribus præſi-
gnatam, à prophetis promiſſam. Scrutare ſcri-
pturas, & proba, quæ dico. Quid rogo virga Aa-
ron florida, nec humectata portẽdebat, niſi ipſã
concipientem quamuis virum non cognoſcen-
tem? Huius magni miraculi maius myſterium
Eſaias ediſſerit dicens. Egredietur virga de radi-
ce Ieſſe: & flos de radice eius aſcendet virgam:
virginem, florem, virginis partum intelligens. D
Nullum autem eſt inconueniens diuerſis rebus
diuerſis ex cauſis Chriſtum figurari. Et in virga
quidem potentiam, in flore fragrantiam, in fru-
ctu autem ſaporis dulcedinem, in frondibus ſe-
dulam eius intelligi protectionem & filij & ma-
tris. Vide quàm ſtupendum ſit hoc vnum de vir-
gine & in virgine factum miraculum: quod tot
miracula præuenerunt, tot oracula promiſerũt.
Quod Moyſi monſtratum in rubo & igne. Aa-
ron in virga & flore, Gedeoni in vellere & rore:
hoc apertè Salomon præuidit in forti muliere
& pretio eius: apertius Hieremias præcinit de E
fœmina & viro: apertiſſimè Eſaias declarauit de
virgine & Deo.

Laudes beatæ virginis. 1. Cor. 7. Scripturæ loca de beata virgine. Num. 17. Iſa. 11. Ex. 3. Num. 17. Iud. 6. Prou. 31. Hier. 31. Iſ. 7.

Audiamus quæ reſpondit Dei mater quæ eli-
gebatur. Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecundũ
verbum tuum. Fiat eſt deſiderij ſignum, non du-
bitationis indicium. Et per hoc magis intelli-
genda eſt exprimere affectum deſiderãtis: quàm
effectum requirere more dubitantis: quamuis
nil obſtat intelligi fiat, verbum eſſe orantis. Ne-
mo quippe orat, niſi quod credit & ſperat. Hoc
vtiq; prudens virgo intellexit: quod præueniẽti
ſe muneri gratuitæ promiſſionis, iunxit meritũ F
ſuæ orationis. Fiat inquiens, ſecundum verbum
tuum. Fiat mihi de verbo ſecundũ verbũ tuum.
verbum quod erat in principio apud Deum, fiat
caro de carne mea ſecundũ verbum tuum. Fiat
mihi obſecro verbũ non prolatũ quod tranſeat,
ſed conceptũ quod maneat, carne ſcilicet indu-
tum non aere. Fiat mihi non tantũ audibile au-
ribus, ſed viſibile oculis, palpabile manibus, ge-
ſtabile humeris. Nec fiat mihi verbum ſcriptum
& mutum: ſed incarnatum & viuum. Hoc eſt nõ
mutis figuris mortuis in pellibus exaratum, ſed
in forma humana meis caſtis viſceribus viua-
citer impreſſum, & hoc non mortui calami de-
pictione, ſed Spiritus ſancti operatione. Eo mo-
do fiat mihi quo nemini autè factũ eſt, nemini
poſt me faciendũ eſt. Fiat generaliter omni mun-
do, ſed mihi fiat ſpecialiter ſecundũ verbũ tuũ.

Fiat mihi ſecundum verbum tuũ, exponitur. hom. 4.

De incarnatione Chriſti per Patriarchas prænunciata & expectata. Bern. ſup. Cant. ſer. 2.

§. XVII.

IDEM Bernardus ſuper Cantica ſermone ſe-
cundo ait. Ardorem deſiderij patrum ſuſpi-
rantium Chriſti in carne præſentiam frequen-
tiſſimè cogitans compungor, & confundor in
memetipſo, & nunc vix contineo lachrymas, ita
pudet teporis torporiſque miſerabilium tempo-
rum horum. Cui namque noſtrum tantum in-
gerat gaudium gratię huius exhibitio, quantum
veteribus ſanctis accenderat deſiderium promiſ-
ſio? Ecce enim, quàm multi in hac eius quę pro-
ximè celebranda eſt natiuitate gaudebunt: ſed
vtinam de natiuitate, non de vanitate. Illorũ er-
go deſiderium flagrãs & piæ expectationis affe-
ctum ſpirat mihi vox iſta. Oſculetur me oſculo Cant. 1.
oris ſui. Senſerat nimirum in ſpiritu, quiſquis
tunc ſpiritualis eſſe poterat: quanta foret gratia
diffuſa in labiis illis: & propterea loquens in de- Pſal. 44.
ſiderio animæ, aiebat: Oſculetur me oſculo oris
ſui. Nimirum cupiens omnibus modis tãtę ſua-
uitatis participio non fraudari. Dicebat enim
perfectus quiſque: Quo mihi oro hæc ſemi-
uerbia prophetarum? Ipſę potius ſpecioſus præ
filiis hominum, ipſe me oſculetur oſculo oris
ſui. Non audio iam Moyſen, Impeditioris ſiqui- Exo. 4.
dem linguæ factus eſt mihi. Eſaię labia immun-
da ſunt, Hieremias neſcit loqui, quia puer eſt, & Eſa. 6.
prophetæ omnes elingues ſunt. Ipſe ipſe quem Hiere. 1.
loquuntur, ipſe loquatur, et oſculetur me obſcu-
lo oris ſui. Non in eis iam aut per eos loquatur Pſal. 17.
mihi, quoniam tenebroſa aqua in nubibus aeris,
ſed ipſe me obſculetur oſculo oris ſui: cuius gra-
tioſa præſentia, et admirandæ fluenta doctrinę,
fiãt in me fons aquæ ſaliẽtis in vitã ęternã. Quę Io. 4.
vnxit pater oleo lætitiæ præ conſortib. ſuis, niſi Pſal. 44.
quid nũ ex ipſo mihi vberior infunditur gratia: Heb. 4.
ſi tamen me dignetur oſculari oſculo oris ſui?
Cuius vtique ſermo viuus & efficax oſcu lum
mihi eſt, non quidem coniunctio labiorum, quę
interdum pacem mentitur animarum: ſed planè
infuſio gaudiorum, reuelatio ſecretorum: mi-
ra quædam & quodammodo indiſcreta com- 1. Cor. 6.
mixtio ſuperni luminis & illuminatæ mentis.
Adhærens quippe Deo vnus ſpiritus eſt. Meritò
proinde viſiones & ſomnia non recipio, figu-
ras & ænigmata nolo, ipſas quoque angelicas
ſpecies faſtidio, quippe & ipſos longè ſuperat
meus Chriſtus ſpecie ſua & pulchritudine ſua.
Non ergo alium ſiue Angelum, ſiue hominem,
ſed ipſum peto oſculari me oſculo oris ſui. Nec
ſanè præſumo me oſculatum iri ab ore eius,

Oſculum quo ſpõſa vult oſculari Chriſtum quale.

A.C. 1140. enim hoc aſſumpti hominis vnicæ fœlicitatis & prærogatiuę ſingularis) ſed humilius ab oſculo oris ſui peto me oſculari: quod commune vtique eſt multorum, qui dicere poſſunt. Et nos (Ioan.1.) de plenitudine eius accepimus. Intendite. Sit os (Os oſculãs os oſculatum & oſculum quid.) oſculans verbum aſſumens, oſculatum, caro quę aſſumitur, oſculũ verò, quod pariter ab oſculante, & oſculato perficitur: perſona ipſa ex vtroq; compacta: mediator Dei & hominum homo (1.Tim.3.) Chriſtus Ieſus. Hac ergo ratione ſanctorum nemo dicere præſumebat. Oſculetur me ore ſuo, ſed tantum oſculo oris ſui, ipſi ſeruantes ſanè prærogatiuam iſtam. Cui ſingulariter ſemélque B os verbi impreſſum tũc eſt, cũ ſe ei corporaliter plenitudo omnis diuinitatis indulſit. Fœlix oſculum ac ſtupenda dignatione mirabile, in quo non os ori imprimitur: ſed Deus homini vnitur. Et ibi quidem contactus labiorum quemdam complexum ſignificat animorum: hic autem confœderatio naturarum diuinis humana (Eph.2.) componit, quæ in terris ſunt, & quæ in cœlis pacificant: Ipſe enim eſt pax noſtra, qui facit vtra- (Eccl.15.) que vnum. Ad hoc igitur oſculum ſanctus quiſque antiqui tẽporis ſuſpirabat, eo quòd iucun- (Col.2.) ditatem & exultationẽ theſaurizari ſuper ipſum C & theſauros omnis ſapientiæ & ſcientiæ in ipſo (Ioan.1.) abſconditos præſentiret: cuperétque & ipſe de (Hiere. 29.) plenitudine eius accipere.

Sentio, placet vobis, quod dicitur: ſed accipi- (Amos.3.) te & alium ſenſum. Non latuit ſanctos, & ante ſaluatoris aduentum Deum ſuper mortalium genus cogitare cogitationes pacis. Nec enim faceret verbum ſuper terram, quod non reuelaret ſeruis ſuis Prophetis. Erat tamen verbum iſtud abſconditum à multis. Fuit namque in illo tempore rara fides in terris & tenuis admodum ſpes in pluribus eorum, qui expectabãt redemptio- D nem Iſrael. (Luc. 1.) Qui verò præſciebant: ipſi & prædicebant Chriſtum in carne venturum, & cum (Quid per Chriſtum mundo allatum ſit.) ipſo pacem. Vnde & quidam eorum. Et pax (inquit) erit in terra noſtra cùm venerit. Immò per ipſum Chriſtum Dei gratiam homines recuperaturos cum omni fiducia ſicut diuinitus acce- (Ioa.1.) perant prędicabant. Quod & præcurſor domini Ioannes ſuo tempore impletum eſſe agnouit & perhibuit. Gratia (inquit) & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, & ita verũ eſſe omnis nunc Chriſtianus populus experitur. Cæterũ illis prę nunciantibus pacẽ moram autẽ faciente autho E (Pſal.7.) re pacis nutabat, populi fides: dum nõ erat, qui redimeret: neq; qui ſaluum faceret. Itaq; cauſa- (Iſa.11. Luc.1.) bantur homines moras, ꝙ ille toties nunciatus necdũ veniret princeps pacis, ſicut locutus fuerat per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt prophetarum eius, & ſuſpectas habentes promiſſiones ſignum promiſſę reconciliationis, quod eſt oſculum, flagitabant: ac ſi nunciis pacis vnuſquiq; de populo reſponderet. Quouſque tollitis animas (Ioa.10.) noſtras? Iam olim prædicitis pacem, & nõ venit, promittitis bona, & adhuc turbatio. Ecce hoc (Hiere.8.) ipſum multifariè multiſq; modis & angeli pa- F tribus & patres noſtri nuntiauerũt nobis dicen (Ezech. 13.) tes, Pax, pax, & non eſt pax. Si mihi vult eſſe perſuaſum Deus, quod de ſuæ beneplacito voluntatis tam crebra iam legatione ſpondet nec exhibet, oſculetur me oſculo oris ſui: ſicq; in ſigno pacis faciat de pace ſecurum. Nam verbis iam quomodo credam? Opus eſt magis opere verba firmari. Probet veridicos ſuos nuntios Deus, ſi tamen nuncij eius ſunt, & ſequatur eos ipſe vt (A.C. 1140.) ſæpius promiſerunt: quia ſine ipſo poſſunt facere nihil. (Ioan.3.) Miſit puerum, tulit baculum: & necdũ eſt vox nec vita. Non ſurgo, nõ ſuſcitor, non excutior de puluere, nõ reſpiro in ſpẽ, ſi nõ prophe- (4. Reg. 4.) ta ipſe deſcendat & oſculetur me oſculo oris ſui.

Huc accedit, quòd is qui noſtrum ſe profite- (1.Tim.2.) tur mediatorem ad Deum Dei filius eſt, & Deus (Pſal.143.) eſt. Et quid eſt homo, vt innoteſcat ei? aut filius (Mediator hominum Deus eſt.) hominis vt reputet eum? Quæ mihi fiducia vt tantæ me audeã credere maieſtati? Vnde inquã terra aut cinis præſumo Deum habere curam mei? Ad hæc, diligit patrem ſuum: me verò opus (Pſal.15.) non habet: bonorum meorum non eget. Vnde ergo conſtabit mihi, ꝙ mediator meus in patre nequaquam ſit? Tamen ſi verè, vt dicitis, decreuit miſereri Deus, cogitátq; vt complacitior ſit adhuc: ſtatuat teſtamentum pacis, & fœdus perpetuum feriat mihi in oſculo oris ſui. Vt quæ procedunt de labiis ſuis non faciat irrita, exinaniat ſe, humiliet ſe, inclinet ſe, & oſculetur me oſculo oris ſui. Vt ex æquo partibus congruens, mediator neutri ſuſpectus ſit: Deus, filius Dei, homo fiat, filius hominis fiat: & certum me reddat in hoc oſculo oris ſui. Securus ſuſcipio mediatorem Dei filium, quẽ agnoſco & meum. Minimè planè iam mihi ſuſpectus erit. Frater enim (Gen.37.) & caro mea eſt. (Gen.2.) Puto enim ſpernere me iam non poterit os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Ita ergo vetus querela ſacroſanctũ oſculum, id eſt incarnãdi verbi Dei myſteriũ flagitabat: dum longa & moleſta expectatione fatigata, fides deficeret: & infidelis populus aduerſus promiſſa Dei victus tædio murmuraret. Adinuentio mea eſt, ſi nõ hoc idẽ & vos recognoſcitis de ſcriptu- (Eſaię 27.) ris. Inde erant querulæ illæ & plenæ murmuræ voces. Manda remãda, expecta reexpecta, modicum ibi modicũ ibi. Inde anxiæ & plenæ pietate (Ezech. 36.) preces. Da mercedem domine ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur. Inde blãdæ (Abac.2.) illæ & plenæ cõſolatione promiſſiones. Ecce apparebit dominus, & non mentietur. Si morã fecerit expecta eum: quia veniens veniet, & nõ tardabit. Sic itaq; & plebs murmurabãt: & fides nutabat, & angeli pacis amarè flebãt iuxta vaticiniũ prophetę. Ne ergo vniuerſum genus humanum moram faciẽte Chriſto deſperatione peri- (Eſaię 33.) ret: dum ſe contemni ſuſpicaretur infirma mortalitas: ſuæq; recõciliationis cum Deo de gratia toties repromiſſa diffideret: ſancti qui de ſpiritu certi erant certitudinem de carnis pręſentia exoptabant: ac ſignum reformandæ pacis propter puſillanimes & incredulos omni inſtantia requirebant. O radix Ieſſe, qui ſtas in ſignum po- (Luc.10.) pulorum, quàm multi prophetę & reges voluerunt videre te & non viderunt? (Pſal.91. Luc.2. Pſal.9.) Fœlix tamen ex omnibus Simeon cuius ſenectus in miſericordia vberi. Is nempe exultauit vt videret deſiderij ſignum, & vidit: & gauiſus eſt, acceptóque oſculo pacis in pace dimittitur, ante tamen apertè pro- (Mat.2.) nuncians Ieſum eſſe natum in ſignum: cui con- (Luc.2.) tradicendum erat. Omnino ita fuit. Contradictum eſt, exorto ſigno pacis, ſed ab iis, qui oderunt pacem: vt Herodes & omnis Hieroſolyma turbata cum eo. Fœlices paſtores, qui ſigni huius viſione digni habiti ſunt. Sed cuius rei ſignũ datum eſt ab Angelo? Indulgentiæ, gratiæ & pacis

A.C. 1140. pacis cuius nõ erit finis. Et infrà. Sermo finiẽdus eſt, ſed vt quod in eo diſputatum eſt, breui recolligam ſumma, patet hoc ſanctum oſculum duabus ex cauſis neceſſariò indultum mundo, vt ſcilicet infirmis faceret fidem, & deſiderio ſatiſfaceret perfectorum. Porro ipſum oſculum non eſſe aliud, quàm mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum Ieſum.

De oſculo pedis manus & oris domini. Idem in ſermone tertio.

§. XVIII.

HODIE legimus in libro experientiæ. Conuertimini ad voſmetipſos, & attendat vnuſquiſque conſcientiam ſuam ſuper ijs quæ dicenda ſunt. Explorare velim, ſi cui vnquam veſtrum ex ſententia dicere datum eſt, Oſculetur me oſculo oris ſui. Non eſt enim cuiuſuis hominũ ex affectu hoc dicere, ſed ſi quis ex ore Chriſti ſpirituale oſculũ vel ſemel acceperit: hoc proprium experimentũ profectò ſollicitat & repetit libens. Ego arbitror neminẽ ſcire poſſe quid Apo.2. Can 4. ſit: niſi qui accepit. Eſt quippe mãna abſcõditũ, Pſal.50. & ſolus qui edit, adhuc eſurit. Eſt & fons ſignatus, cui nõ communicat alienus. Audi expertum Quantum ſit oſculari Chriſti pedes. quomodo adhuc requirit. Redde mihi (inquit) lætitiam ſalutaris tui. Minimè igitur ſibi hoc arroget mei ſimilis, anima onerata peccatis, ſuæq; carnis adhuc obnoxia paſſionibus, quæ ſuauitatem ſpiritus needum ſenſerit, internorũ ignara atque inexperta penitus gaudiorum. Oſtendo tamen ei, quæ huiuſmodi eſt, locum in ſalutari ſibi congruentem. Non temerè aſſurgat ad os sereniſſimi ſponſi, ſed ad pedes ſeueriſſimi domini, mecum pauida iaceat, & cum publicano terram tremens nõ cælum aſpiciat: ne cõfuſa in luminaribus cæli, tenebris aſſueta facies opprimatur à gloria. Non tibi ô quæcunque talis es Luc.7. anima, non tibi locus ille vilis & deſpicabilis videatur, vbi ſancta peccatrix peccata depoſuit: induit ſanctitatem. Miraris quanam arte id potuerit, vel quibus obtinuerit meritis? Paucis accipe. Fleuit amarè, & de intimis viſceribus longa ſuſpiria trahens, ſalutaribus intra ſe ſucceſſa Pſal.147. ſingultibus felleos humores euomuit. Cœleſtis Heb.4. medicus celerrimè ſubuenit, quia velociter currit ſermo eius. Nunquid non potiò eſt ſermo Dei? Denique viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus: compagum quoque & medullarũ, & diſcretor cogitationum cordis. Huius ergo beatæ pœnitentis exemplo proſternere tu ô miſera vt deſinas eſſe miſera. Proſternere in terrã & tu, amplectere pedes, placa oſculis, riga lachrymis, quibus tamen nõ illum tu laues, ſed te. Non antè audeas vultũ ſuſtollere, quàm audias & ipſa: Dimittuntur Duo pedes Chriſti miſericordia & iudicium. tibi peccata tua.

Et nota quòd non in iſto ſermone 3. ſed in 6. declarat, qui ſunt duo pedes eius ſpirituales, qui bus diſcurrit per mentes hominum & manet, ſecundum illud: Adorabimus in loco vbi ſtete- Pſal.131. runt pedes eius. Videlicet miſericordia & iudi- Pſal.7. cium ſeu iuſtitia. His inquam pedibus deuotas Actor.10. perambulat mentes, inceſſanter luſtrans ſcrutanſq; renes & corda fideliũ. His pertrãſit certè

A & nunc benefaciendo & ſanãdo omnes oppreſſos à diabolo, ſcilicet ſpiritualiter & inuiſibiliter. Ex pede iudicij diuini ſeu iuſtitiæ imprimitur veſtigium timoris, ex pede miſericordiæ veſtigiũ ſpei. Si enim (inquit) dolore peccati, & iudicij timore compungeris, veritatis iudiciiq́ue Vtrumque pedem Chriſti oſculari cõuenit. veſtigio labia impreſſiſti. Quod ſi dolorem timoremq; diuinæ intuitu bonitatis, & ſpe cõſequẽdæ indulgentiæ temperas, etiã miſericordiæ pedem amplecti te noueris. Alioquin alterum ſine altero oſculari non expedit, quia recordatio ſolius iudicij in baratrũ deſperationis præcipitat, B & miſericordię fallax aſſertio generat ſecuritatẽ.

Idem in ſermone. 3. Sumpto itaque ad pedes primo oſculo, nec ſic quidem præſumes ſtatim ad oſculum oris aſſurgere, ſed erit tibi gradus ad ipſum medium quoddã aliud oſculũ, quod ſecũdo loco ad manum accipies, de quo & talem ac- Manus oſculũ quid ſit. cipe rationẽ. Si dixerit mihi Ieſus: Dimittuntur tibi peccata tua, niſi ego peccare deſiero, quid Nihil poſſumus facere ſine Chriſto. proderit? Si rurſus pedes meos, quos lauerã, maculauero, nunquid aliquid lauiſſe valebit? Qui ergo dedit volũtatẽ pœnitẽdi, opus eſt, vt addat & cõtinendi virtutẽ, ne iterum pœnitenda cõmit- C tam, fiantque nouiſſima mea peiora prioribus. Luc.11. Vę enim mihi etiam pœnitenti, ſi ſubtraxerit manũ ſtatim, ſine quo nihil poſſum facere. Nihil Matt.3. inquã quia nec pœnitere, nec continere. Paueo & quod iudex intentat arbori non facienti fructum bonũ. Fateor pro huiuſmodi non ſum cõtentus priori gratia quia iam malorum ſum pœnitens, niſi & ſecundam accepero, vt videlicet Matt.3. dignos faciam fructus pœnitentiæ, & deinceps non reuertar ad vomitum. Hoc ergo mihi reſtat prius petendũ & accipiendum, quàm præſumã 2. Pet.2. altiora & ſacratiora cõtingere. Nolo repẽtè fieri Eccleſ.3. D ſummus, paulatim proficere volo. Citius placas eum, ſi menſuram tuam ſeruaueris, & altiora te nõ quæſieris. Longus ſaltus & arduus eſt de pede ad os, ſed nec acceſſus conueniens. Quid enim recenti adhuc reſperſus puluere, ora ſacra continges? Per manũ tibi tranſitus ſit, illa prius te tergat, illa prius te erigat. Quomodo erigat? Dando vnde præſumas. Quid iſtud? Decor continentiæ & fructus dignæ pœnitentiæ, quæ ſunt opera pietatis. Sanè accipiendo donum oſcu- Pſal.111. lare manũ. Hoc eſt, non tibi, ſed nomini eius da gloriam. Da ſemel, da iterum, tum pro condona- E tis criminibus, tum pro collatis virtutibus.

Idem in ſermone ſeptimo de oſculo manuum De oſculo manuum ex ſerm.9. ait. Non manum, ſed manus oſtendo, proprijſq; diſtinguo vocabulis. Latitudo vna, altera fortitudo dicatur, quod & tribuat affluenter, & defendat potenter, quod dederit. Vtramque profectò oſculabitur qui ingratus non fuerit: Deum vtique bonorum omnium ſicut largitorẽ, ſic & De oſculo oris ex ſer. 3. conſeruatorem recognoſcens & confitens. Iam tandem in oſculis duobus diuinæ dignationis geminum habens experimentum: forſan non cõ- F funderis præſumere ſanctiora. Quãtum quidem creſcis in gratiam, tantũ in fiduciam dilataris. Pſal.94. Hæc via, hic ordo. Primò ad pedes procidamus & ploremus corã domino qui fecit nos, ea quæ fecimus nos. Secundò manum quærimus ſubleuantis, & roborantis genua diſſoluta. Poſtremò cùm iſta multis precibus obtinemus & lachrymis: tum demum audemus, forſan ad ipſum os gloriæ caput attollere (pauens & tremens dico)

A.C. 1140.

Pſal.26.

non ſolùm ſpeculandum,ſed etiam oſculãdum. Tibi domine Ieſu tibi meritò dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuã domine requiram.Poſt oſculum igitur pedum peccata mihi remittendo & poſt oſculum manuum bene viuendi gratiam indulgendo:quid reſtat ô bone domine,niſi vt iam in plenitudine lucis, in feruore ſpiritus,ad oris quoque oſculum dignãter admittẽs,adimpleas me lætitia cum vultu tuo? In primo ſanè oſculo primordia dedicantur noſtræ conuerſionis,ſecundum autem proficientibus indulgetur,porro tertium experitur ſola & rara perfectio.Ab hoc ſolo quod vltimò poſitũ eſt,ſumpſit exordium ſcriptura, quam tractare ſuſcepimus,& ipſius cauſa reliqua duo adiuncta ſunt.Cur enim,cùm ſufficere poterat dixiſſe ſimpliciter,oſculetur me,præter moram tamen vſumque loquendi,diſtinctè & ſignanter,adiecit oſculo oris ſui: niſi vt oſtenderet ipſum quod petebat,oſculum ſummum eſſe, & non ſolum? Nónne denique ita inuicem loquimur? Oſculare me,vel da mihi oſculum:& nemo addit, ore tuo vel oſculo oris tui? Et ſic de proditore Iuda dicitur:Oſculatus eſt eũ. Sunt ergo hi tres animarum affectus ſiue profectus expertis duntaxat ſatis noti & manifeſti,cùm aut de actis malis indulgentiam,aut de bonis agendis gratiam,aut etiam ipſius indultoris & benefactoris ſui præſentiam,eo quidem modo, quo in corpore fragili poſſibile eſt, intueri obtinet. Et in hominibus quidem ita eſſe videmus,ſeruos videlicet offenſorum dominorũ oſculari ſolere pedes,cùm ab eis veniam petunt:& pauperes diuitum manus cum ab eis munus accipiunt.

Pſal.33.

De triplici profectu animę qui fit per oſculum pedis, manus & oris domini. ſer.4.

Mat.26.

Deus eſt incorporeus. Io.4. Pſal.93. Pſal. 144. Iſ.66.

Verum quia ſpiritus eſt Deus & nullis ſimplex illa ſubſtantia membris eſt diſtincta corporeis,erit forſitan qui nullatenus de illo recipiat tale aliquid. Sed de his hæc ſcriptura teſtatur. Nam & os habere dicit,quo docet hominẽ ſciẽtiam:& manum habet,quam aperit dando eſcã omni carni:& pedes habet,quorum terra ſcabellum eſt.Hæc inquam, habet Deus per effectum non per naturã.Omnibus omnia eſt, qui omnia adminiſtrat, nec quicquã eſt omnium propriè. Nam quod in ſe eſt, lucem habitat inacceſſibilem,& pax eius exuperat omnem ſenſum, & ſapientię eius non eſt numerus, & magnitudinis eius non eſt finis, nec poteſt eum homo videre, vt viuat.Non quòd longè ab vnoquoq; ſit, qui eſſe omnium eſt, ſine quo omnia nihil, ſed vt tu plus mireris,& nil eo prçſentius,& nil eo incomprehenſibilius. Quid nempè, vnicuique præſentius quàm eſſe ſuum? Quid cuique tamẽ tam incomprehenſibilius, quàm eſſe omnium? Sanè eſſe omnium dixerim Deum,non quia ſint illa,quod eſt ille,ſed quia ex ipſo,& cum ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia. Eſſe eſt ergo omnium,quæ facta ſunt,ipſe factor eorum, ſed cauſale,non materiale. Tali proinde modo dignatur illa maieſtas ſuis eſſe creaturis,omnibus quidẽ ꝙ ſunt, animantibus autem, quòd & viuunt.Porrò ratione vtentibus lux,rectè viuentibus virtus,vincentibus gloria.

Membra Dei quomodo intelligãtur. 1.Tim.6. Phil.4. Pſal.146. Ex.33.

Deus quomodo eſt eſſe omnium. Actor.17. Rom.11.

Deus nulla re indiget.

Et in his omnibus creandis,gubernandis,adminiſtrãdis,mouendis,promouẽdis,innouãdis, formãdis, nullis corporeis indiget inſtrumẽtis, qui omnia ſolo verbo & corpora creauit & ſpiritus. Animæ corporibus & corporeis egent

A ſenſibus: per quæ ſibiinuicem innoteſcant & valeant. At non ita omnipotens, cui de ſola voluntate celer ſuppetit ſufficientia tam creandis rebus quàm ordinandis prout voluerit. Valet cui vult, quantum vult & abſque corporalium officio obſequióue membrorum. [Quid ad intuenda quæ condidit ipſe, putas ſibi corpori requirat ſenſus adiutorium? Nihil omniũ omnino latet,aut effugit lucem vbique præſentem.] Nec ſolùm vniuerſa neſcit ſine corpore, ſed & innoteſcit mundis corde ſine corpore.

De corporibus angelorum. ſer.5.

Cæterùm angelica corpora vtrùm ipſis ſpiritibus naturalia ſint ſicut hominibus ſua, & ſint animalia vt homines,ſed immortalia quod nõdum ſunt homines. Porrò ipſa corpora mutent & verſent in forma & ſpecie,quam volunt quãdo apparere volunt,denſantes & ſolidantes, ea quantũ volunt, cùm tamen in ſui veritate præ ſubtilitate naturæ atque ſubſtantiæ ſuæ impalpabilia ſint:& noſtris omnino inatingibilia viſibus,an verò ſimplici ſpirituali ſubſtantia ſubſiſtentes,corpora cùm opus eſt ſumant,rurſuſq; expleto opere, ponant in eandẽ,de qua ſumpta ſunt materiam diſſoluenda, nolo à me hoc requiratis. Videntur patres de huiuſmodi diuerſa ſentire: nec mihi perſpicuũ eſt vnde alterũ doceant,& neſcire me fateor. Illud autem ſcitote, nullũ creatorũ ſpirituũ, per ſe noſtris mentibus applicari, vt videlicet nullo mediãte noſtri ſiue corporis inſtrumẽto, ita nobis immiſceatur vel infũdatur,qno eius participatione docti ſiue doctiores,boni ſiue meliores efficiamur.Nullus angelorũ,nulla animarũ hoc modo mihi capabilis eſt,nullius ego ſum capax,nec ipſi angeli ſe ita alterutrũ capiũt. Sequeſtretur proinde prærogatiua hæc ſummo atque incircunſcripto ſpiritui,qui ſolus docet angelum vel hominem ſciẽtiam.Inſtrumentum non quærit noſtræ corporeæ auris,ſicut nec ſibi oris. Per ſe infunditur, per ſe innoteſcit, purus capitur à puris, ſolus nullius indiget: ſolus & ſibi & omnibus de ſola omnipotenti voluntate ſufficiens.

Angelus nullus ſine me[dio] homini infunditur.

Solus Deus animæ infunditur.

Deus operatur per creaturas imperans nõ mendicans.

Operatur tamen immenſa & innumera per ſubiectam creaturam ſiue corporalem, ſiue ſpiritualem, ſed quaſi imperans non quaſi mendicans.En verbi gratia:quòd linguam meam corporalẽ aſſumit nunc in opus ſuum,docere videlicet vos,cùm per ſe abſque dubio facilius ſuauiúſque id poſſet,profectò indulgentia eſt, non indigentia.In profectu ſi quidem veſtro meritũ quærit mihi,non ſibi ſolatium. Idipſum ſapere opus eſt omni homini operanti bonum, ne fortè in ſe de bonis Domini, & non in domino glorietur.

De mirabili per carnem hominis Dei diſpenſatione. ſer.6.

Ille quidem attingebat à fine vſque in finem fortiter,ſed diſponens omnia ſuauiter non ſentiebatur ab omnibus. Et gaudebant de bonis domini,& dominum Sabaoth(eo quòd cum trãquillitate indicaret omnia) omnino neſciebant. Ab ipſo erant,ſed non cum ipſo. Per ipſum viuebant,ſed non ipſi.Ex ipſo ſapiebant, ſed nõ ipſum,alienati,ingrati,inſenſati. Hinc demum factum eſt,vt quòd erant quòd viuebant, quòd ſapiebant,non authori attribuerent: ſed naturæ adſcriberent,aut certè(quod inſipientius eſt)fortunæ:propriæ quoque induſtriæ & virtuti multi multa arrogabant. Quanta ſibi vſurparunt ſeductorij ſpiritus? quanta ſoli & lunæ data ſunt?

ſunt? quanta terris & aquis attributa? quanta
A.C. manu factis fabrilibusq́; mortalium operibus?
1140. Herbis, arbuſtis, minutiſſimiſque ſeminibus pro
Pſal. 18. numinibus deferebatur. Quorum dominus mi-
ſeratus errores, de monte vmbroſo & condenſo
dignanter egrediens, in ſole poſuit tabernaculũ
ſuum. Obtulit carnem ſapientibus carnem, per
quam diſcerent ſapere ſpiritum. Nam dum in
carne & per carnem facit opera non carnis, ſed
Dei, naturæ vtique imperans, ſuperanſque fortu
nam, ſtultam faciens ſapientiam hominum, dæ-
monumq́ue debellans tyrannidem, manifeſtè
indicat ſe eſſe, per quem eadem & ante fiebant,
quando fiebant. In carne, inquam, & per carnem
potenter ac patenter operatus mira, locutus ſa-
lubria, paſſus indigna: euidenter oſtendit, quia
ipſe ſit qui potenter, ſed inuiſibiliter ſęcula con-
didiſſet, ſapienter regeret, benignè protegeret.
Denique dum euangelizat ingratis, ſigna præ-
bet infidelibus, pro ſuis crucifixoribus orat,
nónne liquidè ſeipſum eſſe declarat, qui cum pa
tre ſuo quotidie ſolem ſuum oriri facit ſuper bo
nos & malos & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos? En
aperit os carnis ſuæ docens in monte diſcipu-
Mat 5. los, qui in ſilentio in cœleſtibus angelos docet.
En ad tactũ corporeę manus curatur lepra, fu-
gatur cæcitas, Auditus reparatur, lingua muta
exoluitur, diſcipulus propè merſus erigitur. En
ſecus corporales pedes iacens ac pœnitens au-
Matt. 5. dit peccatrix: Remittũtur tibi peccata tua, & re-
Abac. 3. cognoſcit eum de quo ex multis antè ſæculis
ſcriptum legerat, egrediatur diabolus ante pe-
des eius.

De amore ardenti quo anima diligit Deum. Satis de duobus oſculis dictum eſſe reor, vi-
deamus, & de tertio. Oſculetur (inquit) me oſcu-
lo oris ſui. Quis dicitur ſpõſa? Quæ ſponſa? ani-
ma ſitiens Deum. Sed pono diuerſas affectiones
Eccl. 7. vt ea quæ proprię ſponſæ congruit, diſtinctius
eluceſcat. Si ſeruus eſt, timet à facie domini. Si
mercenarius, ſperat de manu domini, ſi diſcipu-
lus, aurem parat, & cor dat magiſtro. Si filius,
Amoris excellentia. honorat patrem. Quæ verò oſculum poſtulat,
amat. Excellit in naturæ donis affectio huius a-
moris, præſertim cùm ad ſuum recurrit princi-
pium, quod eſt Deus. Neque ſunt inuenta æquè
dulcia nomina quibus verbi animæque dulces
adinuicem exprimerentur affectus, quemadmo
dũ ſponſus & ſponſa: quippe quibus omnia cõ-
Gen. 2. munia ſunt, nil propriũ, nil à ſe diuiſum habẽti-
Eph. 5. bus. Vna vtriuſque hæreditas, vna domus, vna
menſa, vnus torus, vna etiam caro. Denique pro
pter hanc relinquet homo patrem & matrem,
& adhærebit vxori ſuæ. Et ſunt duo in carne v-
na, ſcilicet diuinitas & humanitas in vno homi-
ne. Si ergo amare ſpõſis ſpecialiter principali-
terq́; conueniat, nõ immeritò ſpõſæ nomine cẽ-
ſetur anima quę amat. Amat autẽ, quæ oſculũ pe
tit. Non petit libertatem, non mercedem, non
hæreditatem, non denique doctrinam, ſed oſcu-
lum more planè caſtiſſimæ ſponſæ, ac ſacrum
ſpirantis amorem, nec omnino valentis flam-
mam diſſimulare, quam patitur. Nõ facit proœ-
mium, non captat beneuolentiam, ſed ex abun-
dantia cordis repentè prorumpens: nudè fron-
toſeque ſatis. Oſculetur me (ait) oſculo oris ſui.
Pſal. 72. An non tibi quaſi manifeſtè dicere videtur.
Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſu-
per terram? Amat profectò caſtè, quæ ipſum,

A quem amat quærit, non aliud quicquam ipſius.
Amat ſanctè, quia non in concupiſcentia carnis, A.C.
ſed in puritate ſpiritus. Amat ardenter, quæ ita 1140.
proprio inebriatur amore: vt maieſtatem nõ co- Pſal. 103.
gitet. Quid enim? reſpicit terram, & facit eam
tremere: & iſta ſe ab eo poſtulat oſculari. Ebria
ne eſt? Ebria prorſus, [& fortè tũc cùm ad iſta p-
rupit exierat de cella vinaria, quæ ſe poſtmodũ Cant. 1. & 2.
introductam gloriatur.] Nam & Dauid de qui-
buſdam ait. Inebriabuntur ab vbertate domus Pſal. 35.
tuæ. O domine quanta eſt vis amoris, quanta in
ſpiritu libertatis fiducia. Verecundè tamen non
B ad ipſum ſponſum ſermonem dirigitur, ſed ad
alios tanquã de abſente. Oſculetur me (inquit)
&c. Itaque per domeſticos & intimos acceſſus
ad intima quæritur, ambitur ad deſideratum.
Quinam illi? Credimus angelos ſanctos ad-
ſtare orantibus, offerre Deo preces & vota Angeli adſtant orantibus.
hominum, vbi tamen leuari putas manus aſ-
pexerint ſine ira & diſceptatione: vt patet in
Tobiæ exemplo. Quod etiam oſtendit Pſal. di- To. 12.
cens: Præuenerunt principes coniuncti pſallen- Pſal. 67.
tibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum,
ſcilicet deuotè orantibus.

C

Quomodo per oſculum oris Dei ſignificatur Spiritus ſanctus. Idem in ſermone 8.

§. XIX.

HODIE ſicut heſterna promiſſione tenetis
de ſummo, id eſt oris oſculo diſputare pro-
poſitum eſt. Audite attentius, quod ſapit ſua-
uius, & guſtatur rarius, & intelligitur difficilius.
Mihi videtur (vt paulò altius inchoem) ineffabi-
le quoddam atque inexpertum omni creaturæ
D oſculum deſignaſſe, qui ait: Nemo nouit filium Ioan. 10.
niſi pater, & nemo patrem niſi filius, aut cui vo-
luerit filius reuelare. Pater enim diligit filium, &
ſingulari dilectione amplectitur, ſummus ęqua-
lem, æternus coæternum, vnus vnicum. Sed ta-
men non minori ipſe dilectione vel affectione
à filio adſtringitur, quippe pro cuius amore &
moritur, ipſo atteſtante, qui ait: Vt ſciant omnes Ioan. 14.
quia diligo patrem, ſurgite eamus. Haud dubiũ
quin ad paſſionem. Illa itaque mutua gignentis
genitiq́ue cognitio pariter & dilectio, quid niſi
ſuauiſſimum oſculum eſt, ſed ſecretiſſimum? Ego
E pro certo ad tantum & tam ſacrum diuini amo-
ris arcanum, ne ipſam quidem angelicam arbi-
tror admitti creaturã. Etenim Paulo hoc ipſum
ſapiẽte, pax illa exuperat omnem etiam angeli- Phil. 4.
cum ſenſum. Vnde nec iſta (q̃q̃ multum præſu-
mẽs) audet dicere. Oſculetur me oſculo ore ſuo;
ſoli, ſcilicet referens patri: ſed aliquid minus po
ſtulans: Oſculetur me (inquit) oſculo oris ſui. Vi
dete nouam ſponſam nonum oſculum accipiẽ-
tẽ, non tamen ab ore, ſed ab oſculo oris. Inſuf- Ioan. 20.
flauit (inquit) eis, haud dubiũ quin Ieſus apoſto
lis, id eſt, primitiuæ Eccleſiæ, & dixit, Accipite
F ſpiritum ſanctum. Oſculum profectò fuit. Quid?
Corporeus ille flatus? Non, ſed inuiſibilis ſpiri- Spiritus ſanctus tanquam verum oſculum à patre filioque procedit.
tus, qui propterea in illo dominico flatu da-
tus eſt, vt per hoc intelligeretur, & ab ipſo pari-
ter tanquam à patre procedere, tanquam verè
oſculum, quod oſculanti, & oſculato commu-
ne eſt. Itaque ſufficit ſponſæ, ſi oſculetur à ſpõſi
oſculo, etiã ſi nõ oſculetur ab ore. Nec enim exi-

A.C. 1140. guũ quid aut vile putat, oſculari ab oſculo, quod non eſt aliud niſi infundi ſpiritusſanćto. Nempè ſi rećtè pater oſculans filius oſculatus accipitur, non erit ab re ſpiritum ſanćtum oſculum intelligi: vt qui patris filijq; imperturbabilis pax ſit: glutem firmum, indiuiduus amor, indiuiſibilis vnitas. De ipſo igitur audet ſponſa, ipſumque infundi ſibi fidenter ſub nomine oſculi petit. Tenet enim aliquid, vnde non deſit, & occaſio præſumendi. Dicens enim filius. Nemo nouit filiũ, niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, adiecit: Aut cui voluerit filius reuelare. Nõ autẽ diffidit ſponſa, quin ſibi velit ſi cui voluerit. Petit ergo audaćter dari ſibi oſculum, hoc eſt ſpiritumſanćtum: in quo ſibi & filius reueletur & pater. Alter enim ſine altero nequaquam innoteſcit. Vnde eſt illud. Qui videt me: vidit & patrẽ meum. Denique qui ſequuntur agnum dicuntur in Apocalypſi habere nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis, quod eſt de vtriuſque notitia gloriari.

Ioan.10. Io.14. Apoca.14.

Sed dicit aliquis. Ergo ſpiritusſanćti cognitio nõ eſt neceſſaria, vt cum dixerit eſſe vitam æternam noſſe & patrem & filium, & de ſpirtuſanćto tacuerit. Eſt vtiq;, ſed vbi pater & filius perfećtè agnoſcitur, vtriuſq; bonitas, quæ eſt ſpiritus ſanćtus quomodo ignoratur? Neque enim homo homini integrè innoteſcit quàmdiu latet, vtrũ nam bonæ an malæ volũtatis ſit. Quãquam & cùm dićtum eſt. Hæc eſt vita ęterna vt cognoſcant te Deum verũ & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ, profećtò ſi miſſio illa beneplacitũ tam patris benignè mittẽtis quàm filij vountariè obedientis demonſtrat, non omnino tacitum eſt de ſpirituſanćto, vbi tantæ vtriuſque gratiæ mẽtio fać̃ta eſt. Vtriuſque ſiquidem amor & benignitas ſpiritus ſanćtus eſt. Trinæ igitur huius agnitionis infundi ſibi gratiam, quantum quidẽ capi in carne mortali poteſt, ſponſa petit, cùm oſculum petit. Petit autẽ à filio, quia filij eſt, cui voluit reuelare. Reuelat autem filius ſeipſum cui vult reuelare, reuelat & patrẽ, reuelat autẽ ſine dubio per oſculũ: hoc eſt per ſpiritum ſanćtum, teſte apoſtolo qui ait: Nobis autẽ reuelauit per ſpiritumſanćtum ſuum. At verò dãdo ſpiritum, per quem reuelat, etiam ipſum reuelat.

Spiritus ſanćtus cognoſcitur cum Patre & filio. Matt.11. 1.Cor.11.

Porrò reuelatio, quę fit per ſpiritum ſanćtũ, non ſolùm illuſtrat ad agnitionem, ſed etiã accendit ad amorem, dicente Paulo, Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanćtũ q datus eſt nobis. Et ideo forſan de ijs, q cognoſcentes Deũ nõ ſicut Deũ glorificauerunt: nõ legitur ꝙ ſpiritu ſanćto reuelante cognoſcerent, quia cùm cognouerũt non amauerũt. Sic quippe habes, Deus enim reuelauit eis, nec adiunćtũ eſt, per ſpiritum ſanćtum. Vos quoque, vt cautè in arcanis ſenſibus pedem figatis, mementote ſemper ꝙ ſapiens ait. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. In ſpiritu ambulate in illis, non in proprio ſenſu. Dоćtrina ſpiritus non curioſitatem acuit, ſed caritatem accendit. Meritò proinde ſponſa, quẽ diligit anima ſua inquirens, nõ ſe ſuæ carnis ſenſibus credit, non curioſitatis humanę ratiocinijs inanibus acquieſcit, ſed petit oſculum, id eſt, ſpiritum ſanćtum inuocat, per quem accipiat ſimul & ſcientiæ guſtum & gratiæ condimentum.

Reuelatio quæ fit per ſpiritũ ſanćtum incendit ad amorẽ. Ro.5. Rom.1. Eccl.3. Dоćtrina Spiritus ſanćti caritatẽ incendit.

Sanè in oſculo iſto nec error locum habet, nec tepor. Quamobrem gratiæ geminæ ſacro ſanćti oſculi ſuſcipiendæ paret è regione duo labia ſua: quæ ſponſa eſt, ſcilicet intelligentię rationem & ſapientiæ voluntatem, vt de pleno oſculo glorians mereatur audire id. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis propterea benedixit te Deus in æternum.

A.C. 1140. Pſal.4.

Idem Bernardus in apologetico contra ſuperfluos ornatus Eccleſiarum.

§. XX.

OMITTO oratoriorum immenſas altitudines, immoderatas longitudines, ſuperuacuas latitudines, ſumptuoſas depolitiones, curioſas depićtiones, qui dum in ſe orãtium retorquent aſpećtum, impediunt & affećtum, & mihi quodam modo repreſentanr antiquum Iudęorum ritum. Sed eſto fiant hæc ad honorem Dei. Illud autem monachus interrogo monachos, quod in gentilibus gentilis arguebat. Dicite (ait ille) pontifices in ſacro quid facit aurum? Ego autem dico, Dicite pauperes. Non enim attendo verſum: ſed ſenſum. Dicite inquam pauperes (ſi tamen pauperes) in ſacro quid facit aurum?

Bern.in apol.ad Guil.abb. Perſ.ſat.2.

Et quidem alia cauſa eſt epiſcoporũ, alia monachorum. Scimus namque quòd illi ſapientibus & inſipientibus debitores cùm ſint, carnalis populi deuotionem, quia ſpiritualibus nõ poſſunt, corporalibus excitãt ornamentis. Nos autẽ qui iam de populo exiuimus, qui mundi quæq; pretioſa ac ſpecioſa pro Chriſto reliquimus, qui omnia pulchrè lucẽtia, canore mulcentia, ſuaue olentia, dulce ſapientia, taćtu placẽtia, cũćta deniq; oblećtamenta corporea arbitrati ſumus, vt ſtercora, vt Chriſtũ lucrifaciamus, quorũ quęſo deuotionem in his excitare intendimus? quem vnquam ex his frućtum requirimus? Stultorum admirationem, an ſimplicium oblećtationem? An fortè quoniam commixti ſumus inter gẽtes, didicimus opera eorum, & ſeruimus adhuc ſculptilibus eorum? Et vt apertè loquar, an tantum facit hoc auaritia, quę eſt idolorũ ſeruitus: & nõ requirimus frućtum, ſed datum? Tali quadam arte ſpargitur æs, vt multiplicetur, expenditur vt augeatur, & effuſio copiã parit. Ipſo quippe viſu ſumptuoſarum, ſed mirandarum vanitarũ accẽduntur homines magiſque ad offerẽdum, quàm ad orandum. Sic opes opibus hauriũtur, ſic pecunia pecuniam trahit, quia neſcio quo pacto vbi amplius diuitiarũ cernitur, ibi offertur libẽtius. Auro tećtis reliquiis ſignantur oculi, & loculi aperiuntur. Oſtenditur pulcherrima forma ſanćti vel ſanćtæ alicuius, & ex eo creditur ſanćtior, quo coloratior. Currunt homines ad oſculandum, inuitantur ad donandum, & magis mirantur pulchra, quàm venerantur ſacra. Ponuntur deinde in Eccleſia gemmatæ non coronæ, ſed rotæ lapadibus circũſeptæ, ſed non minus fulgẽtes inſertis lapidibus. Cernimus & pro candelabris arbores quaſdã erećtas, multo æris pondere, miro artificis opere fabricatas. Quid putas in his omnibus ipſis quęritur pœnitentiũ com-

Pontifices id eſt Eccleſiæ ſeculares ornamentis pretiosis vti iure poſſunt. Phil.3. Pſal.105. Col 3.

A.C. 1200.

compunctio: an intuentium admiratio? O vanitas vanitatum! Fulget eccleſia in parietibus & in pauperibus eget. Suos lapides induit auro, & ſuos pauperes filios nudos deſerit: De ſumptibus egenorum ſeruitur oculis diuitum. Inueniũt curioſi, quo delectentur, & non inueniunt miſeri pauperes Chriſti, quo ſuſtententur.

Sanctorũ Imagines venerandæ non homoſculpendæ.

Idem, Vt quid ſaltem ſanctorum imagines nõ reueremur: quibus vtique hoc ipſum, quod pedibus cõculcatur ſcatet pauimẽtum. Sæpè ſpuitur in ore angeli, ſæpè alicuius ſanctorum facies calcibus tunditur tranſeuntium, etſi non ſacris his imaginibus, cur vel non parcitur puris coloribus? cur decoras quod mox fœdãdum eſt? Cur depingis, quod neceſſe & cõculcari? Niſi fortè & hic aduerſus memoratũ poetæ verſiculũ propheticus ille reſpondeat. Domine dilexi decorẽ domus tuæ & locũ habitationis gloriæ tuę. Aſſentio. (Pſal. 25.) Patiamur & hæc fieri in eccleſia qa etſi noxia ſunt vanis & auaris: non tamen ſimplicibus & deuotis. Cęterum in clauſtris corã legentibus fratribus quid facit illa ridicula monſtroſitas, mira quædam deformis formoſitas, ac formoſa deformitas? Quid ibi immundæ ſimiæ? Quid feri leones? Quid monſtroſi centauri? Quid ſemihomines? Quid maculoſę tigrides? Quid milites pugnantes? Quid venatores tubicinantes? Videas ſub vno capite multa corpora & rurſum ſub vno corpore multa capita. Cernitur hinc in quadrupede cauda ſerpentis illinc in piſce caput quadrupedis. Ibi beſtia præfert equum capram trahens retro dimidiam [hic cornutum animal equũ geſtat poſterius] Tam multa deniq, tãq; mira diuerſarũ formarũ apparet vbiq; varietas: vt magis libeat legere in marmoribus, q̃ in codicibus, totamque diem occupare ſingula iſta mirando, quòd in lege Dei meditando. Pro Deo ſi non pudet ineptiarũ cur non piget expenſarũ.

Nota picturas quę reprehenduntur in templis & clauſtris.

De Helinando hiſtoriographo, qui & Helmandus à Tritemio dicitur.

CAPIT. V.

FVit & circa annos domini M.cc. in territorio Beluacenſi quidam nomine Helinandus. Frigidimontis monachus vir religioſus & facundia diſertus, qui & illos verſus de morte in vulgari noſtro, vt teſtatur Vincen. ſpe. hiſt. lib. 30. c. 108. qui publicè leguntur, tam eleganter & vtiliter, vt luce clarius patet, compoſuit. Et etiam chronica diligenter ab initio mundi vſque ad tempus ſuum in maximo quodam volumine digeſſit. Et hoc quidem opus ita diſſipatum eſt & diſperſum, vt nuſquã totum reperiatur. Fertur enim ꝙ idem Helinandus cuidam familiari ſuo ſcilicet bonæ memorię Garino Syluanectenſi epiſcopo: quoſdam eiuſdẽ operis quaterniones accommodauerit: ſicque ſiue per obliuionem, ſiue per negligentiam, ſiue alia de cauſa penitus amiſerit: vnde & in pluribus locis huius operis allegatur liber eius. Sripſit & alia opuſcula & ſermones aliquos optimos, vnde & quæ nunc notantur hic excerpta ſunt.

Vin.l.29.c.108.

In chronicis lib. 8. Helinandus. Errores (inquit) philoſophorum de ingreſſu animarum ad corpora, & regreſſu à corporibus, & de locis inferorum latius expoſui, vt melius intellecti

A facilius caueantur. Itaque de oraculo Apollinis ex quo Macrobius errorẽ ſuum nititur cõfirmare, ſcilicet de cælo deſcendit γνῶθι σεαυτόν. ſermonem in conuentu fratrum edidiſſe me memini in hunc modum.

Macrob. l. 1. in ſom. Scip. c. 9.

Legitur in lib. Iob. 5. ca. Viſitans ſpeciem tuã non peccabis. Sermo opportunus eſt optimus. (Prou. 15.) Quid eſt ſermo opportunus. Sermo opportunus eſt tempori loco & perſonæ accommodatus, iuxta illud ſapientis. Nil tam cognitum ſapientiæ quàm locis & temporibus ſermones aptare. Tempus de quo loquimur, tempus viſitationis eſt.

Sermo opportunus quis.

B Locus in quo cogregamur, ad hoc inſtitutus eſt. Perſonæ ad quas loquimur viſitatores ſunt & viſitandi. O tu quiſquis es viſitator aliorum ſi temetipſum prius viſitaueris, poſtea proximum viſitando non peccabis. Nam in teipſo poteris legere, quomodo aliorum debeas errata iudicare. Et reuera quid iuſtius, quid conuenientius, q̃ vt ſpirituales medici, qui ſpiritualiter infirmos viſitant, prius ſeipſos viſitare ſtudeant & de ſtatu ſuo interrogent, venaſque pulſatiles affectionum pulſent? ne fortè contingat illis nondũ viſitatis & iam viſitantibus, ideſt, nondum correptis, & iam alios corripiẽtibus

C audire hoc prouerbium ab infirmis ſubmurmurantibus. Medice cura teipſum. (Lu. 4.)

De illo oraculo Apollinis: γνῶθι σεαυτὸν id eſt, noſce teipſum. Vin. l. 23. c. 109.

§. I.

OLIM apud Delphos (ait Helinandus) ſcriptum fuiſſe legitur in vetuſtiſſimo tripode Apollinis famoſiſſimum illud oraculum datũ conſulẽti, quomodo ad beatitudinẽ perueniret: γνῶθι σεαυτόν, id eſt noſce teipſum. Huius autẽ

D ſententiæ non credendum Apollinem fuiſſe authorem vel inuentorem: ſed potius furem. Furatus eſt enim eam de præſenti loco. Idẽ eſt enim noſſe ſeipſum, quod ſuam ſpeciem viſitare. Aut certè de illo loco cantici cãticorum. Niſi cognoueris te ô pulchra inter mulieres: egredere & abi poſt veſtigia gregũ tuorũ. Hanc ſententiã, vel potius hoc furtum Apollinis, ſatyricus noſter Iuuenalis diuinam & cœleſtem ſententiam appellat propter ſummam vtilitatem, quæ in ea continetur. Ait enim.

Apollo furatus eſt hãc ſuam ſententiã. Iob 5. Cant. 1. Satyra. 11.

E *Chræſo Lydorum regi Apollinem conſulenti, qua ratione ad beatitudinem perueniret, ſic reſponſum eſſe Xenophon ſcribit lib. 7. κύρου παιδείας.*
σεαυτὸν γιγνώσκων εὐδαίμων Κροῖσε περάσεις. id eſt,
Si teipſum noris fælix es Cræſe futurus.

De hoc oraculo cùm multi tam Græci quàm Latini multa ſcripſerint, iuuat hoc loco deferre quid de eo ſcripſerit Marcus Tullius in 1. Tuſcul. Et nimirum hanc vim habet præceptum Apollinis, quo monet, vt ſe quiſque cognoſcat, non enim credo id præcipit vt

F *membra noſtra, aut ſtaturam figuramue noſcamus, neque nos corpora ſumus, neque ego tibi dicens, hæc corpori tuo dico. Cum igitur noſce te, dicit, hoc dicit, noſce animum tuum. Nam corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum, ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. Hunc igitur noſſe, niſi diuinum eſſet, non eſſet hoc acrioris cuiuſdam animi præceptum, ita vt tributum Deo ſit.*

Illum

Illum ego iure
Deſpiciam, qui ſcit quantum ſublimior Atlas
Omnibus in Libya ſit montibus, hic tamen idem A.C. 1100.
Ignoret quantum ferrata diſtet ab arca
Sacculus, e cælo deſcendit γνῶθι σεαυτόν.

Quod eſt dicere, Stulta ſcientia eſt, & inſipiens ſapientia ſuperuacua noſcere, neceſſariis ignorātis. Quid enim prodeſt homini ſcire metiri mundum: & neſcire ſeipſum? Abſque hac ſcientia nihil mortalibus eſt vtile, nihil hominibus ſalutare. Hæc in primis neceſſaria eſt, & ſi ſola ſit ſufficit. Docet enim homines timere Deum, cauere peccatum, diligere proximum, terrena deſpicere & amare cæleſtia. Dico autem illum mendaciſſimum ſpiritum hoc reſpondiſſe non docendi ſtudio, ſed fallendi animo. Sic enim putauit ſe perſuadere poſſe hominibus, vt crederent ſe ortos ex genere Deorum, quos fuiſſe homines audiebant: vt ita prouocaret eos ad contentionem mutuam, & ambitionem honoris, dominandique libidinem, ſub velamine libertatis. Denique ſapientes Gręciæ de hoc oraculo conſulti à regibus: nil aliud reſpondebant, niſi quod homini cognoſcendum erat ſe eſſe de genere Deorum.

Noſcere ſeipſum homini vtiliſſimū.

Philoſophi hoc dictum malè interpretati ſunt.

Lib. 1. c. 9.

Hinc & Macrobius ſuper ſomnium Scipionis, animas dicit lapſas de cœlo in corpora: & hanc eſſe perfectam animæ ſapiētiam, dum corpore vtitur, vt vnde orta ſit recognoſcat. Sic enim putat eam virtutes ipſas conſcientia nobilitatis induere, quibus poſt corpus euecta eo vnde deſcenderat, reportetur. Sed hæc expoſitio omnem peccandi licentiam vulgò ſuggerebat ſecundum ciuilem theologiam: quando illos videbantur imitari, quorum infinita facinora & flagitia præſentari in theatris audiebant.

Dęmones proferunt veritatem non ſpōte, ſed inuiti.

Cæterum dęmones plerunque proferunt veritatem, & benè conſulunt hominibus non ſpōte, ſed inuiti & neceſſitate coacti, videlicet à poteſtatibus ſuperiorum ſanctorum, vel angelorū, vel Dei: ſicut legimus de illo dæmone in dęmoniaco habitante: & ſermone ab eo prolato: quē beata Brigida interrogauit dicens: Dic mihi verbum domini. Cui ſubitò reſpondit diabolus per obſeſſam audiente populo, Brigida time dominum & timeberis ab omnibus. Ama Deum, & amaberis ab omnidus. Nunquid diabolus timoris & amoris Dei poteſt eſſe publicus & voluntarius prædicator? ſed coactus hæc dicebat & inuitus. Similiter quoties in euangeliis vel legendis ſanctorū legitur diabolum aliquod verbum protuliſſe ſalutis, coactus credendis eſt hoc feciſſe. Nec ſolùm in ſcripturis ſanctis: ſed & in hiſtoriis gentilium, leguntur talia. Sic ergo credendum eſt Apollinem reſpondiſſe non ſponte, ſed inuitè, quod ſciebat hominibus futurum vtile. Aut ſponte protuliſſe verbum ambiguum, quod non putabat in bonam partem, id eſt in argumentum humilitatis aſſumendum.

De vera expoſitione & propria dicti verbi.

§. II.

Vinc. ibid. cap. 110.

SED iam videamus (ait Helinandus) vtilitatem ſermonis prophetici & verè diuini, non Delphici. Viſitans (inquit Iob) ſpeciem tuam nō peccabis. Duplex eſt enim ſpecies hominis, quia duplex eſt ipſe homo, iuxta teſtimoniū apoſtoli dicentis. Et ſi is qui foris eſt noſter homo corrumpitur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. Exterior homo corpus: interior animus. In exteriori autem ſpecie quatuor ſunt viſitanda, id eſt frequentius meditanda, vilitas ſcilicet materiæ, dignitas formæ, pœnalitas vitæ, neceſſitas ruinæ. De prima eſt id Gene. Formauit Deus hominem de limo terræ. De ſecunda id Ouidij.

A.C. 1100. Iob. 5. 2. Cor. 4.

Quatuor ſunt in exteriore homine viſitanda.

Gene. c. 2. Metamor. 1.

B
Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram:
Os homini ſublime dedit cœlumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

De tertia id Iob. Homo ad laborem naſcitur & auis ad volatum. De quarta id Gene. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Hinc eſt illud Ber. dictū.

Iob. 5. Gen. 3. In med. c. 3.

Vnde ſuperbit homo: cuius conceptio culpa,
Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori?

Quæ latius explicat ſatyricus ille Perſius dicēs: Sat. 3.

Diſciteque ô miſeri & cauſas cognoſcite rerum:
Quid ſumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
C *Quis datus: aut metæ quam mollis flexus & vnde.*

Hæc autem conſideratio quadripartitum parit fructum, vtilitatem ſui, deſiderium cæleſtis regni, charitatem proximi, & timorem iudicij. Primū procedit de vilitate materiæ, ſcilicet conſiderata. Secundum de dignitate formæ meditata. Tertium de pœnalitate vitæ ruminata. Quartum de neceſſitate ruinæ examinata. Homo quidē natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſeriis, corporis ſcilicet & animæ. Idcirco oculos ad cœlum erectos habemus vt contēpta terra cœlum deſideremus, & vt Deum præ
D omnibus diligamus, qui nos in tam eleganti forma compoſuit: & inter cætera animalia ſic ſpeciem humanam nobilitauit. Idcirco Plato egit naturę gratias, quod homo natus eſſet. Erāt aliquando fratres ſimul in auditorio colloquētes; Cumque aliquis ad ſocios diceret ſe nihil aſpicere, vnde non ædificaretur, quidam ſatis promtus ad loquendum ait, Quid tibi confert ad ædificationem bufo? Et ille ſtatim, inquit: Certè multum, quia cùm nihil meruiſſem, quare me Deus magis hominem crearet quàm bufonem: quoties bufonem video, hoc beneficium à Deo gratuitum ad mentem refero, & ei gratias ago,
E quod mihi nihil meritò tam execrabilem formam non tribuit, ſed ſpeciem pulcherrimam & figuram regiam dedit. Deinde & hoc mihi confert bufonis viſio, quod quoties eum video formam tam horridum, natura tam ſæuum, greſſu tam pigrum, veneno tam noxium, homini tam inimicum, valdè formido ne aſſimilatus ei in moribus pectore & ventre repens, aliquando (quod auertat à me Deus) tradar huiuſmodi peſſimis vermibus deuorandus, non his terrenis, qui cito conteruntur, ſed his terribilibus in ge-
F henna & de gehenna viuentibus, qui nunquam moriuntur. Hoc igitur ſapientiſſimo fratris reſponſo confuſus obiurgator obticuit. Sola ergo humanę formæ dignitas, vt cætera in hominem beneficia diuina reticeantur, magna in nobis eſt diuinæ dilectionis occaſio.

Fructus ſuæ conſiderationis ſui ipſius quadruplex.

Iob. 14.

Plato egit naturæ gratias quod ſe hominem feciſſet.

Bufonis contēplatio quid proſit.

Formę humanæ dignitas eſt diuinæ dilectionis occaſio.

Pœnalitas autem vitę, quę omnibus communis eſt: magnam cauſam continet fraternæ charitatis. Nam (vt diſertiſſimè ait quidam) cùm calamitas ſit querela & fœlicitas ſit ſuperbia: niſi

mutuo

A.C. 1100.

mutuo miſeri eſſemus, olim alius alteri eſſet faſtidioſus. Stultiſſimus autem eſt, cui mortis neceſſitas timorem non infert iudicij: cum ſcriptum ſit. Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Hæc de exteriori ſpecie dicta ſunt.

Heb. 9.

Duplex hominis ſpecies interior c. III.

De interiori hominis ſpecie nunc videamus. Hæc duplex eſt: naturalis ſcilicet & arbitraria, ait idem Helinandus. Naturalis generalis eſt omnium, arbitraria propria ſingulorum. Naturalis attenditur ſecundum conditionem, arbitraria ſecundum voluntatem. In naturali quatuor attendenda ſunt, quòd anima rationalis eſt, quòd immortalis, quòd inuiſibilis, quòd illocalis. Prima conſideratio prohibet hominem à luxuria, ſecunda ab auaritia, tertia à iactantia, quarta ab inuidia: & à qualibet fratris iniuria. Inter omnia monſtra huius mundi nihil mihi videtur monſtruoſius, quàm quòd in quibuſdam humanis corporibus brutos videmus animos & affectus præcellere beſtiales. Ariſtoteles enim & Saluſtius homines gulæ & libidini deditos, non inter homines: ſed inter animalia bruta, dicunt numerandos. Quid hic dicunt homines Chriſtiani nomine, & vita iumentini, qui in ſuo ſtercore computreſcunt? Rationis autem triplex eſt officium, diſcernere, reprobare, & eligere. Diſcernere inter contraria, reprobare peiora, eligere meliora. Primum officium naturaliter habent dæmones, ſecundo & tertio priuantur, non naturaliter quidem, ſed voluntariè. Igitur dæmonibus non hominibus connumerandi ſunt, qui ſcienter eligentes mala & reſpuentes bona illo ſe propheticæ pallio maledictionis obuoluũt. Væ qui dicunt malum bonum & bonum malum &c.

Quatuor conſiderãda in interiori hominis ſpecie naturali.

Ari. li. 3. eti. c. 9. Sal. in Cat.

Rationis triplex officium.

Iſaiæ 5.

Immortalis animus ab auaritia auocat.

Secunda conſideratio nos debet abſtinere facere ab auaritia. Nihil enim longius à ratione, D quàm hominem, qui animo immortalitatis eſt: eodem animo mortalia immortaliter concupiſcere: cum omnino neceſſe ſit concupita in proximo à concupiſcente relinqui.

Iactantia quomodo fugienda. Matt. 6.

Tertia conſideratio nobis perſuadere debet fugiendam eſſe iactantiam & omnem elationem & laudis amorem. Nam quòd animus noſter inuiſibilis eſt, magno argumento nobis eſt, omnia à nobis rectè facta vel dicta inuiſibiliter, quantum in nobis eſt: & in abſcondito eſſe facienda vel dicenda, vt pater noſter, qui videt in abſcondito, reddat nobis. Alioquin grandis E revera abuſio eſt: & ferè magicis adæquanda præſtigiis, authorem abſconditum & inuiſibilem in ſuis rectè factis vel dictis, periactanciæ, vitium ad humanos oculos foras expompari. Huic vitio efficaciſſimum & celerrimum remedium eſt, ſi mens noſtra frequentius viſitet mala ſua, quam bona.

Caritas, quomodo rationi excitanda.

Quarta verò viſitatio, id eſt conſideratio interioris hominis, ſcilicet quomodo anima illocaliter totum corpus vegetet: ſeque ſingulis illius partibus totam donat nullũ à ſentiendi munere relinquens expertem: nonne mirabilis eſt quædam ad fraternã incitatio & perſuaſio caritatẽ: Sic enim Apoſtolus pulcherrimo demonſtrauit exemplo, omne corpus quantælibet congregationis vno & eodem ſpiritu debere vegetari: cum dicit: Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, ſiue gloriatur vnum membrum congaudent omnia membra. Quid

1. Cor. 12.

A hic dicunt detractores & inuidi qui omnem fratris honorem ſuam inhonorationem reputant: ſuæ demptum æſtimantes gloriæ, quicquid alienæ ceſſit: cum potius econtrario exiſtimare debuiſſent ſuæ gloriæ additum, quicquid alienæ ceſſiſſet? Quid æmularis pro me: ait Moyſes? Quis det, vt omnes propheten? O infœliciſſimos omnium mortalium, qui de ſola proximorum proſperantur miſeria, & quibus ſola proſperitas fratrum aduerſatur! Hic eſt ille oculus nequam. Et vt Æſopo vel Aniano credas: videbis qui ſibi alterum oculum velit erui, dum proximus eius priuetur vtroque. B Et hæc de naturali ſpecie hominis interioris diximus. De alia ſpecie quam arbitrariam vocamus videamus.

A.C. 1100.

Num. 11.

Æſ. in fab.

Species hominis arbitraria in quo cõſiſtat. c. 112.

Hæc (inquit Helinandus) in hominis arbitrio conſtituitur. Idcirco & arbitraria nuncupatur: quia ſecundum arbitrij voluntatem attenditur, Itaque pulchritudo eius conſiſtit in duobus, ſcilicet in volendo: quod velle Deum ſcimus, & in nolendo, quod Deum nolle non dubitamus. Nam (vt ait quidam ſanctus) voluntas Dei regula eſt ad quam vtique, voluntatem noſtram corrigere, & dirigere debemus. Denique pulchritudo animæ ſanctitas eſt. C Sanctitas autem eſt affectio ſancta: & in ſancto propoſito conſtans & firma. Hæc autem eſt gemina, videlicet odium ſanctum: & amor ſanctus: odium mali, & boni deſiderium. Et malum quidem nihil eſt, niſi peccatum & peccati occaſio, bonum verò nil eſt, niſi Deus & Dei imitatio. Prima itaque duo ſemper fugienda ſunt: Secunda verò amplectenda. In his duabus affectionibus conſiſtit cordis munditia, vnde dicitur. Oculi tui columbarum. Columba quidem auis eſt valdè timoroſa & amoroſa nimis. Hinc eſt illud poëticũ. Tumidiſſima turba columbæ. Duo igitur oculi columbarum nihil aliud ſunt quàm ſanctus timor & ſanctus amor. Hæc de illo ſermone noſtro excerpta ſufficiant ad probandum quod Apollinis oraculum à Macrobio & aliis quibuſdam philoſophis malè ſit intellectum.

Voluntas Dei regula eſt.

Pulchritudo animæ in quo cõſiſtat.

Can. 1. & 4.

Columbæ oculi quid ſignificet.

Homo quomodo cognoſci poteſt. c. 113.

De hoc etiam oraculo epiſtolam quandam ſcripſiſſe me memini ad Drogenem canonicum cuius partem in hoc loco inſerere curaui. Cognitio, inquam hominis in eiſdem conſiſtit, in quibus & compoſitio. Compoſitio autem in duobus vel potius ex duobus, anima ſcilicet & E corpore. Cognitio verò animæ habetur ex ſuo exemplari ad cuius imaginem & ſimilitudinem facta eſt. Vt ergo conuincamus Apollinem fallacem prius cognoſcendus eſt Deus: quàm homo: naturaliter enim prius eſt ἡ ἰδέα quę τὸ εἶδος, prius ſigillum, quàm ſigillatum, exemplar, quã opus exemplatum. Deus ſpiritus eſt: & anima ſimiliter: Deus ſimplex eſt, & anima: Deus im-

Deus prius cognoſci poteſt quã anima.

Decet animę noſtrę cõmunia.

a *Quãuis apud Platonem in Parmenide (à quo nomen τῆς ἰδέας maximè illuſtratum eſt) & Ariſt. in 1. Eth. cap. 6. (qua eas omni niſu labefactare conatus eſt) ἡ ἰδέα, καὶ τὸ εἶδος pro eodem ſumantur, nempe pro* F *eo quod eſt τῶν γινομένων παράδειγμα, id eſt exemplar eorum quæ fiunt, vt ait Iuſt. in paræn. ad gentes: Helinandus tamen hoc loco τὴν ἰδέαν pro forma ſeu exemplari, τὸ εἶδος verò pro eo quod iuxta formam illam ſeu exemplar compoſitum & efformatum eſt vſurpauit. De Ideis autem præter Alcinoum Plotinum & alios accuratè & piè diſſerit D. Thom. in 1. par. quæ. 15.*

Brutorum anima incorporea licet mortalis.

mor-

A.C. 1200.

mortalis eſt & anima, inuiſibilis eſt Deus, & anima inuiſibilis: Deus vnus eſt in ſubſtantia, & trinus in perſonis, & anima vna eſt in ſubſtantia & trina in potentiis: Deus ſubſtantialiter totus eſt vbique, anima non quidem vbique, ſed in corpore ſuo per ſingulas partes tota diffunditur. Poſtremò Deus rationalis eſt, vel potius ratio: anima ſimiliter rationalis eſt. Ecce habes ſeptem ſimilitudines animæ ad Deum: quarum primæ ſex etiam brutorum animabus conueniunt. Non enim ſpiritus brutorum, ſicut quidã mentiuntur corporeus eſt, quamuis ſit mortalis, ſed incorporeus. Sola autem ſeptem ſimilitudo appropriatur animæ humanæ omni, ſed nõ ſoli.

Thom. 1. par. q. 76. art. 8.

Verum primarum ſex proprietatum, cognitio multum ei vtilitatis affert. Per hoc enim, quod anima humana cognoſcit ſe ſpiritum eſſe, cognoſcere poteſt & aliam vitam ſpirituum à vita carnis ſeparatam. Per hoc etiam poteſt cognoſcere ſe magis ſecundum ſpiritum quam ſecundum carnem ambulare debere iuxta id: Spiritu ambulate & deſideria carnis non perficietis &c. In hoc autem quod ſimplex eſt demonſtratur, quod ſimpliciter ambulare debet, & omnem fugere ſimulationem. Per hoc quod immortalis eſt cognoſcere poteſt mortalia fugienda ſibi gaudia, & immortalia ſemper appetenda & eadem ratione mortalia nõ debere ſupplicia metui, ſed immortalia.

Fructus quos ex ſui cognitione anima poteſt elicere. Gal. 5.

Per hoc autẽ quod inuiſibilis eſt, cognoſcere poteſt, quod omne bonum quod agit in hoc ſæculo: quantum in ſe eſt debet facere in aſcondito. Per hoc autem quod vna eſt in ſubſtantia, ſcire debet quoniam ei ſemper retinenda eſt vna & eadem forma innocentiæ & iuſtitiæ: quia ſtultus vt luna mutatur. Per hoc autem quod trina eſt in potentiis: innuitur ei, quod ſingularem non appetat poteſtatem.

De quatuor animæ ſimilitudinibus. c. 114. Eccleſ. 27.

Sed & alius altior intellectus in hoc ternario demonſtratur. Ternarius enim numerus eſt habens ligaturam. Nam binarius, qui ſine medio eſt: ſine vinculo eſt, & ideo diuiſionem ſignificat. Ternarius autem, quia medium habet concordiæ & coniunctionis eſt ſignum. Eſt enim imparium numerorum primus, & totus impar: vnde quaſi totus concordia. Nam quælibet eius pars inter duas reliquas media eſt. Quare non immeritò ſignat indiuiduam trinitatis eſt ſubſtantiam: & operationem inſeparabilem & indiſſolubilem caritatem. Et quoniam omnis numerus impar vinculo quodam mediationis ligatus eſt, par imparem numerum pacem & concordiam puto ſignificaſſe vatem Mantuanum cum dixit. Numero Deus impare gaudet, quod idem eſt ac ſi diceret. Deus pacem diligit ac dilectionem: quia ipſe pax & dilectio eſt. Igitur anima per tres ſuas potentias ſibi tam firmiter, tam naturaliter cohęrentes admonetur omnem diuiſionem & ſchiſma fugere & ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. Per hoc autem, quod membris omnibus ſe totam ex æquo communicat: admonetur homo omni ſuo proximo, id eſt omni homini debitæ humanitatis obſequiũ pro ſuis viribus communicare debere. iuxta id. Omni petenti te tribue.

Eccle. 27. Ternarij numeri ſignificatio. Æglo. 8. Epheſ. 4. Luc. 7.

Poſtremo rationalis eſt anima ſicut & Deus, niſi quod Deus non tam rationalis, quàm ratio ipſa dicendus eſt. Vnde Seneca. Deus (inquit) to-

In prolo. quæſt. natu.

A tus eſt ratio. Per hanc autem ſimilitudinem admonetur homo non appetenda fugere, & fugienda non appetere: ſed inter vtraque rationis oculo diſcernere, & de diſcretis meliora eligere. Inutiliter enim præcedit diſcretio inter bonum & malum & bonum & melius, vel malum & peius: niſi melioris electio & peioris reprobatio ſubſequatur. Sic & inutiliter voluntas elegit, quę prius eligenda ratio non probauit. Electionem autem ſine diſcretione habent iumenta, & diſcretionem ſine electione habẽt dæmonia. Hoc eſt enim in infernum deſcendere viuentem, id B eſt peccare ſcientẽ. Hoc eſt apertis oculis cadere ſicut, Balaam cadebat: & illa quæ dicebat, Video meliora, probóque: deteriora ſequor. Denique ſicut in trinitate, quæ Deus eſt: duę perſonæ procedunt ab vna, ſic in trinitate potentiarum animæ iraſcibilitas & concupiſcibilitas ſemper ex ratione debent procedere: vt nihil fugiat illa, nihil appetat iſta: niſi quod ratio fugiendum appetendumve dictauerit. Nam ſine ratione nihil aliud eſt iſta vel illa quàm furor & inſania. Igitur quod eſt chamus aſino, frenum equo, auriga currui, domitor leoni: hoc eſt ratio iræ & amori. C Proinde neceſſe eſt vtramque ferri in præcipitium, niſi vtrique præbeat ratio ducatum. Et hęc dicta ſufficiãt de cognitione interioris hominis.

A.C. 1200. Nume. 22. Medea. 7. metamorph. Ira & appetitus ſine ratione nihil fugere vel appetere debeat.

Corporis humani cognitio in materia & forma conſiſtit. c. 115.

§. III.

CORPORIS humani cognitio in duobus eſt, in materia ſcilicet & forma. Complexio-D nem autem medicis relinquo. Materia eius de luto, vel cœno eſt: de cœlo verò forma. Vnde vnus ex ſeptem Machabeis ait. E cœlo iſta poſſideo. Formauit igitur Deus hominem de limo terræ. Formato ergo homine iuſſit illius formam in cœlũ reſpicere, vt ſciret in cœlo formatorem ſuum habitare. Ex his autem duobus trahit homo neceſſitatem duplicem: de forma, vt ſanctus ſit: de materia, vt humilis ſit. Hæc autem forma humana inter omnes formas animalium ab ipſa mundi creatione, licet ſemper excelleret: tamen & ex incarnatione verbi & forma hominis à E Deo aſſumpti longè maioris dignitatis excellentiam acquiſiuit. Neque enim fruſtrà iſtam caritatem, qua dilexit nos Deus nimiam appellauit apoſtolus: ſed pro certo intellexit quod tantum beneficium ſicut nulla mundanæ iuſtitiæ magnitudo promereri poterat: ſic nulla ponderare æſtimatio vel æſtimare ponderatio poterit. Melius enim æſtimat deuotio noſtra quàm ratiocinatio: gratiarum actio, quàm diſputatio. Faciliuſque comparat paupertas, ſpiritus quàm quilibet diuitiarum aceruus.

2. Mach. 7. Gen. 2. Ex conſideratione corporis, quem fructum habere homo poteſt. Eph. 2.

Ante incarnationem verbi ſimilis erat Deo F ſola hominis forma interior: ſed ab incarnatione verbi Dei, facta eſt forma Dei iſta quoque forma hominis exterior. Igitur ad omnem ſerpentis ſuggeſtionem cogitare debemus huius formæ duplicis vnitam dignitatem: & mox pudebit nos vel turpe aliquid cogitaſſe. Dignior eſt. n. forma vtraque, quàm vt tam turpi beſtiæ conformetur. Sanè verò de vtraque dici poteſt, immo

Ante incarnationem homo ſimilis erat Deo forma interiori: ſed poſt exteriori.

etiam

etiam debet id egregium dictum.

A.C. 1100. *Non facit ad mores tam bona forma malos.*

Alioquin quid paſſurum putas ſupplicij, qui dehoneſtauit formam Dei?

Poteſt autem humani corporis cognitio alia colligi ratione. Tria quidem in humano corpore conſideranda ſunt, origo ſordida, vita miſera, mors neceſſaria, id eſt, ex neceſſitate contingens. Homo enim noſter exterior de immundo ſemine cõceptus eſt: ad laborem natus velit nolit moriturus. Clamat nobis certiſſima mors, ſed hora mortis incertiſſima. Mortem enim conſtat ſemper ad omnium pendere oculos: & ideo ſemper habendam ab hominibus præ oculis, ſempérque meditandam ſicut ſcriptum eſt. Memorare nouiſſima tua. In huius autem meditatione Plato & Pythagoras & Baſilius noſter Chriſtianorum philoſophus ſapientiam poſuerunt.

(Tria in humano corpore cõſideranda. — Eccleſ. 7.)

Ad hęc autem tria poteſt referri illa definitio hominis à quodam ſapiente reſponſa quærenti quid eſt homo? Vile (inquit) ſperma vas ſtercorum, eſca vermium. Vile ſperma, fuit in conceptu, vas ſtercorum in reliquo vitæ curſu, cibus vermium erit in occaſu. Ego autem dico, non ſolùm poſt mortem, ſed etiam ante mortem eſca vermium eſt omnis homo. Quamuis enim veſtem mutet & remutet, nõ tamen omnibus modis carere poteſt morſibus tinearum, vel publicum, vel aliorum huiuſmodi. Quid ergo profuit Neroni, quòd nullam veſtem bis induit? aut Hilarioni quid obfuit, ꝙ cilicium nunquam mutanit? Locus iſte fabulam expoſcit. Audi ergo fabulam veruntamen non fabulã, ſed rem geſtam de tuo Helinando. Philippus Beluacēſis epiſcopus hoſpitatus eſt aliquando apud nos, non vt quidam, deuorationis cauſa, ſed deuotionis. Iam enim ordinis noſtri communis hoſpitalitas plures inuenit, qui eam deuorent, quàm ſingularis ſanctitas, qui eam honorent. Præcepit autem mihi præfatus epiſcopus, vt cum facerem miſſam matutinalem audire. Ad quem cum die craſtina prima iam cantata veniſſem, inueni eum adhuc dormientem, & nullus de familia ſua vel ex familiaribus ſuis eum excitare præſumebat. Ego autem acceſſi propius, & quaſi iocando excitaui eum dicens. Iamdiu eſt, quòd paſſeres ſurrexerunt ad benedicendum domino, & adhuc pontifices noſtri ſtertunt in cubili ſuo? Ad quam vocem expergefactus ille & confuſus, indignanter aduerſum me, quòd tam liberè eum arguiſſem, ſtomachans ait. Vade hinc miſer, & interfice pediculos tuos. Ego autem motum illius conuertens in iocum continuò reſpondi. Vide tu pater, ne vermes tui te interficiant, ego enim vermes meos iam interfeci. Scito ergo hanc eſſe differentiam inter vermes pauperum & vermes diuitum, vermes diuitum diuites occidunt, vermes pauperum à pauperibus occiduntur. Lege Machabæorum & Ioſephi & Actuum apoſtolorum libros, & inuenies reges potentiſſimos Anthiochum, Herodem & Agrippam à vermibus conſumptos: qua ratione ſimul & authoritate oppreſſus ille obmutuit.

(Pſal. in Prędone. De miſeria hominis, c. 116. — Hominis definitio quatenus corpore conſtat. — Homo ante mortẽ eſca eſt vermium. — De Philippo Beluacenſ. Epiſco. — 2. Mach. 9. Act. 12. Ioſep. lib. 17. Ant. c. 9.)

Hæc de cognitione ſui ſcripſi (inquit Helinandus) ne putetur vera cognitio hominis haberi poſſe ex ſubdola ſpiritus immundi ſententia, ſed de ſola ſpiritusſancti doctrina ſalutari.

(De cognitione ſui & animabus poſt mortem apparentibus. c. 117.)

A Si autem de eadem cognitione perfectiorem tractatum cupis agnoſcere, lege moralia beati Gregorij de ipſo ſancti ſpiritus ore profuſa teſte Petro diacono, qui columbam vidit ad aurem Gregorij verba, quæ ſcriberet ſuggerentem. Lege quoque pulcherrimum librum beati Bernardi de conſideratione ad Eugenium papam, ex cuius nobiliſſimo ſtylo & ſententiis ferè pluſquam humanis poteris agnoſcere non ſolùm, quid ſit homo, ſed etiam quid ſit Deus: poteriſque intelligere authorem illius libri ſapientiorem fuiſſe ipſo Apolline, eloquentiorem

(A.C. 1100. Moralia D. Gregorij ore Spiritus ſancti profuſa ſuprà tit. 13. c. 1. ante §. ex Diac. l. 4. cap. 69. B. Bernardi laudes.)

B Demoſthene, ſubtiliorem Ariſtotele, moraliorem Socrate, diſcretiorem Platone. Hæc dicta ſunt pro eo quod Macrobius ad probandas animas è cœlo lapſas, inducit authoritatem reſponſi delphici, γνῶθι σεαυτόν. Et hanc eſſe hominis agnitionem ſui dicit, ſi ęxordia prima reſpexerit, vt ex conſcientia ſuæ nobilis originis virtutes induat: quibus vnde deſcenderat, eo reaſcendat. Eodem loco accipienda eſt Virgilij authoritas de heroibus, quos apud inferos relegauit, quos dicit noſſe ſolem ſuum & ſua ſydera, qui etiam res leuiores, quas vi-

C ui exercuerant, eos poſt mortem exercere teſtatur dicens. Æneid. 6.

Quæ gratia currum

Armorúmque fuit viuis, quæ cura nitentes

Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

Huius autem falſitas opinionis, vel opinio falſitatis, inde, niſi fallor, ſumpſit initium, quòd animæ defunctorum peccatorum ſuorum pœnas luentes: multæ apparere ſolent in eo habitu, in quo prius vixerant, id eſt ruſtici in ruſticano, milites in militari, ſicut vulgus aſſerere ſolet de familia Hellequini de qua Henricus Aure-

(Animæ defunctorũ in eo habitu apparent, in quo vixerant.)

D lianenſis epiſcopus noſtri Beluacenſis epiſcopi frater referre ſolebat rem valdè mirabilẽ, quam ipſe audierat ab illo qui viderat, ſcilicet Ioanne Aurelianenſis eccleſiæ canonico. Dicebat enim Ioannes iſte loquens de hac re ad præfatum epiſcopum.

Burchardus archidiaconus cognomento de Piſaco, iturus erat Romam. Rogauit autem me vt quendam clericum Natalem nomine domus meæ œconomum ei ſocium darem, quia cautus erat in rei familiaris cuſtodia, bonus diſpenſator, & prudens & fidelis, quod rariſſimè in di-

(De Burchardo quodam Archidiacono & familia Sellequini. cap. 118.)

E ſpenſatoribus inuenitur. Volebat autem idem Burchardus hũc habere ſocium itineris ſui, non tam quòd eum diligeret, quàm quia pecuniæ ſuæ vt auariſſimus valdè timeret. Ego autem tam nobili perſonæ, & archidiacono meo non potui negare. Præcepi ergo Natali clerico, vt cum eo iret, & ei tanquam mihi in omnibus obediret. Quod ille inuitus annuit, timens mores Burchardi, cuius auaritiam non ignorabat. Inieramus autem fœdus quoddam ſecretiſſimum ego & Natalis, quòd alter ex duobus nobis, qui prius moreretur, intra dies triginta, ſi

F poſſet ad ſocium ſuum rediret, nihil ei in apparitione ſua terroris incutiens, ſed blandè illum cõmonefaciens, & de ſtatu ſuo certificans. cùm autem iam propè Romam eſſet, accidit quodam die, vt præfatus Burchardus cum Natali clerico rationem poneret de quotidianis expenſis, & de magna ſumma minutatim ſingulos nummos & obolos exigeret, quo & in quos

(Natalis quidam clericus mortuus apparet.)

A.C. 1200.

A viſus abiiſſent. Natalis autem, qui tam minutas rationes reddere mihi non conſueuerat, quippe cui ego tanquam mihi credebam: iratus aduerſus virum nobilem ſordidiſſimæ prouidentiæ cùm in reddenda ratione deficeret, ſe (quod auditu quoque horrendum eſt) dæmonibus commendauit. Eodem autem die cùm quandã aquã tranſuadarent, ſcilicet Burchardus & Natalis, idem Natalis ſubmerſus eſt.

Natalis quidã clericus poſt mortem apparet.

Sequenti verò nocte proxima cùm in lecto meo quieſcerem vigilans & coram me lumen fulgeret in lampade, quia in nocte ſemper conſueui tenebras horreſcere, ecce Natalis clericus meus ante me adſtitit, cappa indutus pluuiali, ſicut mihi videbatur, pulcherrima, coloris plumbei. Ego autem nihil omnino territus, & eum optime recognoſcens, cœpi quaſi gratulans de tam maturo eius reditu tranſalpino, ad eum dicere. Natalis benè veneritis. Nunquid iam rediit archidiaconus? Non, inquit, domine, ſed ego ſolus redij iuxta conſtitutum. Mortuus ſum enim. Nolite timere. Ego quidem nullum timorem vobis inferam, ſed precor, vt ſuccurratis mihi. Ego enim in magnis tormentis ſum. Cur inquam? Satis honeſtè vixiſti apud me. Domine (inquit) verum eſt. Benè (inquit) mihi eſſet, niſi hodie ſubita præuentus ira me dæmonibus commendaſſem. Rogo autem vos, vt quoſcunque poteritis moneatis, vt hoc nunquam faciant. Qui enim ſe commendat dæmonibus, dat eis poteſtatem ſuper ſe, ſicut & ego miſerrimus feci, vnde poteſtatem habuerunt ſuper me, vt me ſtatim ſubmergerent. Et propter hoc ſolùm torqueor. Nam benè confeſſus eram de omnibus peccatis meis, & in nullum recideram. Tunc ego. Quomodo inquam tam pulchram cappam habetis, ſi eſtis in tormentis? Domine (inquit) hæc cappa quæ vobis tam pulchra videtur, ponderoſior eſt mihi & grauior, quàm turris Parmenſis, ſi mihi ſuperpoſita eſſet. Pulchritudo autem iſta eſt ſpes veniæ, quàm habeo propter confeſſionem, quam feci, ſi tamen mihi ſuccurratur. Cui ego, Certè inquam vobis ſuccurram, quantum potero. Sed obſecro, vt dicatis mihi, an eſtis deputatus in illa militia quam dicunt Hellequini. Et ille. Non domine, militia enim illa iam non vadit, ſed nuper ire deſiit: quia pœnitentiam ſuam peregit. Corruptè autem dictus eſt Hellequinus pro Carliquinus. Fuit enim Carolus quintus, qui peccatorum ſuorum longam egit pœnitentiam, & nuper tandem per interceſſionem beati Dionyſij liberatus eſt. Sed rogo vos, vt miſereamini mei: Et hæc dicens cum fletu euanuit.

In eos qui ſe cacodæmonibus deuouent.

Hellequinum militia quid fuerit.

Hæc idcirco dixi (inquit Helinandus) vt per hoc eluceſcat, vnde ſumpſit exordium Virgilianus error de animabus defunctorum, quos heroas appellat dicens eos habere eandem curam equorum, curruum, & amorum poſt mortem, quam habebant dum viuebant, de qua re certiſſimum referebat exemplum patruus meus Hellebandus Henrici quondam Remenſis archiepiſcopi cubicularius, dicebat enim: Dominus meus archiepiſcopus mittebat me apud Atrebatum, dum autem quadam die circa meridiem quoddã nemus appropinquaſſemus, ego & famulus meus qui me præcedebat celerius

Aliud ſimile exẽplũ cap. 119.

de Hellebando qui in nemore ſpectra equorum & hominum vidit.

A.C. 1200.

equitans, vt mihi præpararet hoſpitium audiuit ille tumultum magnum in nemore & quaſi multiplices & varios equorum fremitus, armorum ſonitus, & velut voces multitudinis impetu proruẽtis in bellu. Expauefactus ergo ipſe & equus eius, continuo regreſſus eſt ad me. A quo cùm quærerem, quare reuerteretur, reſpondit: Equus meus nec fuſte nec calcaribus etiam cogi poteſt vt procedat, ego etiam ipſe adeò territus ſum, vt omnino procedere nõ audeam. Mira enim vidi, & audiui. Nemus enim iſtud dæmonibus, & defunctorum animabus plenum eſt. Audiui autem

B eos clamare & dicere. Iam habemus præpoſitũ de Area, in proximo habebimus archiepiſcopũ Remenſem. Ad quod ego reſpondi. Signum crucis in frontibus imprimamus, & ſecuri procedamus. Cùm ergo proceſſiſſem, & ad nemus perueniſſem, iam in breui proceſſerant: & tamen voces quaſdam confuſas audiui, & fragores armorum, & equorum fremitus, ſed nec vmbras videre, nec voces intelligere potui. Cùm autem rediiſſemus, iam inuenimus epiſcopum in extremis, nec poſt has voces quindecim diebus ſuper uixit. vnde conijcitur ab illis ſpiritibus raptus, à quibus auditum fuerat eum rapiendum.

Signo crucis ſe illi muniunt.

C Hinc apparet quales equi ſunt illi, ſuper quos aliquando animæ defunctorum videntur equitare. Sunt enim dæmones ſe in equos transformantes, equorum ſeſſores ſunt animæ miſerrimæ peccatis oneratæ, tanquam armis quibuſdam & clypeis onuſtæ [ſed re vera proprijs ſceleribus in formis talibus onuſtæ] iuxta id propheticum. Deſcenderunt in infernum cum armis ſuis, id eſt, cum membris ſuis, quæ fecerunt in vita arma iniquitatis peccato, nolentes ea facere arma iuſtitiæ Deo. Certum eſt enim equum animal eſſe ſuperbum & contumax contentionis & belli cupidum, feruentem ad coitum, & in

Equi ſunt dæmones & equites animæ.

Ezech. 32.

D libidine præpotentẽ. Dæmones igitur in equos transformati, oſtendunt ſeſſores ſuos talibus ſceleribus ſe oblectaſſe.

Equus dæmonis figura.

Talis equus erat ille, quem monſtrauit Carbonarius comiti cuidam Niuernẽſi. Erat enim carbonarius iſte vir pauper in ſæculo, ſed diues in Deo, religioſus & timens Dominum, ob quod familiaris erat etiam prædicto comiti. Hic dum nocte quadam vigilaret, & cuſtodiret foueam ſuam carbonificam acriter incenſam: ecce quædam fœmina nuda currens apparuit,

De quodã carbonario & equo qui ei apparuit. c. 110.

E & poſt eam eques quidam equo nigro inſidens euaginato gladio velociter equitans, vt fugientem apprehenderet mulierem, quæ dum fugiẽs foſſam circumiret comprehẽſa eſt ab eo, & perfoſſa gladio, & ſtatim facta quaſi mortua: quam ille proiecit in ignem, & exuſtam rurſus extraxit & poſuit ante ſe ſuper equum & abiit. Hęc autẽ viſio pluribus noctibus illi oſtenſa eſt. Cùm ergo quadam die de huiuſmodi viſione tam frequenti nimis anxius cogitaret, ſic cogitabundus

F & triſtis obuiauit comiti. Miratus comes traxit eum ad partem, & ſecretè quæſiuit ab eo, quid haberet, dicens. Si quis tibi fecit iniuriam, vel moleſtiam aliquam ne celaueris à me, ego enim te benè vindicabo. Et ſi in egeſtate es, ego tibi ſuccurram. Qui reſpondit: Nihil neceſſe habeo: de nullo conqueror, ſed hoc & hoc vidi, & vtinam vos vidiſſetis. Certè (inquit comes) tecum vadam, & videbo viſionẽ hanc magnam.

Igitur

A.C. 1100.

Igitur comes confitetur omnia peccata ſua, mutat habitum, & aſſumit ſecum carbonatium. Abiitque cum eo ſolus in ſyluam. Et eum vigilarent: circa mediam noctem audiuit quendam buccinantem fortiter, & ſignauit ſe per totum. Et ecce miſera illa mulier accurrens nuda ſicut prius cœpit foſſam fugiens circumire: quam ille eques inſequens & comprehendens gladio peremit, & in ignem proiecit, & iterum reſumpſit. Qua ſuper equum ante ſe poſita cùm fugere vellet, comes adiurauit eum in nomine domini, vt ſtaret, & diceret, quis eſſet, & cur hęc faceret. Tunc ille ſubſiſtens ait. Ego ſum veſter ille miles. Et hæc eſt mulier illa nobilis vxor illius militis, quem pro amore meo interfecit, vt licentius meo concubitu frueretur, & frequentius. Et in hoc peccato mortui ſumus, niſi quòd heu ſero in ipſa morte pœnituimus, nunc tale tormentum patitur, quòd ſingulis noctibus à me interficitur & comburitur. Tantum enim dolorem patitur in ictu gladij, quo eam ferio, quãtum nullus vnquam in morte ſua paſſus eſt, & multo maiorem in combuſtione. Ad quem comes. Quis eſt (inquit) ille equus, ſuper quem ſedetis? Reſpondit ille: diabolus eſt, qui nos ineffabili vexatione torquet. Poſſétne vobis (ait comes) aliquis ſuccurrere? Poſſet inquit, ſi vos faceretis in cunctis congregationibus, quæ vobis ſubiectæ ſunt orare pro nobis, & à presbyteris miſſas celebrari, & pſalmos à clericis decantari.

Matiſconenſis comes à dæmone raptus.

Talis equus erat ille ſuper quem aſcendit infœlix ille comes Matiſconenſis, de quo refert Petrus Abbas Cluniacenſis in libro miraculorum, quod cùm quadam die ſolenni ille Matiſcone in proprio palatio reſideret multis militibus diuerſi ordinis conſtipatus: repente ignotus homo inſidens equo, per hoſtium palatij ingreſſus, cunctis videntibus & admirantibus vſque ad ipſum peruenit dicens ſe velle ei colloqui, imperans ei vt ſurgeret, & ſe ſequeretur. Qui inuiſibili potentiæ non valens reſiſtere ſurrexit, & vſque ad oſtium domus proceſſit, vbi equum paratum inuenit, quem iuſſit ſtatim aſcendere. Cuius habenas ille accipiẽs, qui propter illum venerat, velociſſimo curſu per aëra cunctis aſpicientibus ferre cœpit. Ille autem miſerabiliter clamans. Succurrite ciues, ſuccurrite, totam ciuitatem commouit. Omnes autem eum currentẽ per aera conſpexerunt, quamdiu naturali oculorum acie potuerunt. Sic tandem ſubtractus viſibus hominum factus eſt æternus ſocius dæmoniorum.

Quomodo libido extingui poſſit. cap. 142.

§. IIII.

IDEM de fomentis libidinis ſubtrahendis. Vis extinguere libidinem? Pone inimicitias inter te & mulierem. Sufficiat tibi à ſerpente deceptam te hactenus decepiſſe. Noli dare ſanguiſugæ ſanguinem ad ſugẽdum, ſed auelle eam à cute velit nolit, etiam ſemiplenam. Vis extinguere libidinem? Amoue ligna de igne, etſi ſtridet incendium. Quæ ſunt (inquis) ligna quæ non ſunt ſtruenda in ignem huiuſmodi homi-

Gen. 3.

A nis rixoſi? Innumerabilia quidem ſunt, pauca tamen ex eis, quibus & cætera poſſis cognoſcere dinumerabo. Iſta ſunt ergo.

A.C. 1100. Fomenta libidinis quæ ſint.

Otia, ſegnities, ſomnus, caro, fœmina, vinum,
Proſperitas, ludus, carmina, forma, puer.

De primo habes.

Otia corpus alunt, animus quàm paſcitur illis.

Et Lucanus.

Ouid. l. 1. de Ponto.

-Variam dant otia mentem.

Et quidam de noſtris. In deſideriis eſt omnis otioſus. Et regula illa Benedicti ait. Otioſitas ruina eſt animæ. Et quidam de fratribus. Nunquam te inueniat Diabolus otioſum.

Luc. l. 4. Prou. 13. iuxta 70. inter

B De ſecundo habes verſus.

Segnities. Ou. l. 1. de rem. Amo.

Quæritur, Aegiſtus quare ſit factus adulter,
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

De tertio eſt illud apud Catonis Ethica.

Somnus l. 1.

Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto,
Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat.

Denique illa prima duo ſemper iſtud tertium comitantur. Nemo enim poteſt eſſe ſomnolentus: quin ſit otioſius & deſidioſus.

De quartò ait Apoſtolus. Bonum eſt nõ manducare carnem, & caro non prodeſt quicquam.

Cato. Rom. 14. Ioan. 16.

C De quinto, quia infinita ſunt exempla, ſufficit ponere etymologiam nominis. Mulier (inquit Varro) dicitur à mollitie, quaſi mollier. Iſtud mollier intelligendum eſt dupliciter, id eſt actiuè & paſſiuè, tanquam ſi diceretur mollibilis, id eſt, facilis ad molliendum, vt cito molliat & cito molliatur. nolo autem te ignorare, quòd malleus etiam dicitur à molliendo: eo quòd ferrum molliat. Vnde Hieronimus.

Fœmina. Mulieris etymo. Epiſt. 47. l. 1. de rap.

Ferreas mentes ipſa libido domat.

Et Claudianus:

D *Ferrea laſciuis molleſcunt corda ſagittis.*

Vides ergo quomodo conueniant rationes etymologiarum cum rationibus naturarum? Quid non mollit malleus? Quid non mollit mulier? Mulier igitur eſt malleus. Verè mulier malleus eſt vniuerſæ terræ per quam Diabolus & mollit & malleat vniuerſam terram. Quomodo nõ cauiſti tibi ab hoc malleo? Nónne ille eſt malleus qui tui maſſam corporis vſq; ad plumbeas exterminauit vel extenuauit laminas? immò etiam qui aſſiduè cudendo ſuper te ſuam de te fecit incudem? Si ergo vis fugere ab hoc malleo, exi de fornace ferrea Babylonis: niſi fortè

Mulier eſt malleus.

E tam magni & tam grauis mallei tunſiones aſſiduas non formidas qui cõtra proprietates aliorũ malleorũ nihil glutinare põt, ſoluere nihil nouit, ſed cuncta confringit, omnia cõminuit, diſſoluit vniuerſa. Redi ergo, redi ad crucem domini baiulãdam, & noli partem tuam ponere cum pilato, qui malleator interpretatur. Tranſeamus autem ad cætera vitiorum irritamenta.

De vino quod poſui poſt fœminam eſt illud apoſtoli. Vino in quo eſt luxuria nolite inebriari. Poeta.

De vino & proſperitate. cap. 143.

Et Venus in vinis, ignis in igne furit.

F Vnde Hieronymus eleganter ait. Vinum in adoleſcentia bibere eſt oleum camino addere, & gladium veneno.

Ephe. 5. Cato. Hier. ep. 22. ad Euſt.

De proſperitate legis apud Ouidium.

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis:
Non facile eſt æqua commoda mente capi.

Proſperitas quid. Ouid. 2. de arte.

Vnde Auguſt. de Salomone. Secundę res, quę ſapientum animos fatigant, plus obfuerunt Salo-

Libr. de ciuit. ca. 10.

moni:quam profuerit ipſa ſapientia etiam tunc laudabilis:& nunc longè lateque memorabilis. Et ipſe Salomon in Prouer.ait:Proſperitas ſtultorum eos perdet.vnde & Iuuenalis.

A.C. 1200. Prou.1.

Sat.6.

Prima peregrinos obcœna pecunia mores
Intulit,& turpi fregerunt ſacula luxu.
Diuitiæ molles.

Aduerſitas retrahit à peccato.

Sicut autem proſperitas attrahit ad peccatum: ſic plerũque aduerſitas retrahit à peccato. Hinc & Greg. Aliquando nos mundus retraxit à Deo, nunc autem tot calamitatibus plenus eſt,vt nos mittat ad Deum.

Oſe.2.

B Ecce enim dominus ſicut promiſerat per prophetam.Sepiui vias tuas ſpinis, vt ſemitas tuas non inuenires,& poſt amatores tuos nõ curreres.Quomodo ergo nõ dicis,Vadã & ad virum meum priorem reuertar, quia benè mihi tunc erat melius quàm nunc? Quare non conuenis diabolum de conuentione,quam tecũ iniit:&de fœdere quod tecũ percuſſit,& propo nis ei hanc diſiunctiuam. Aut mihi da diuitias & voluptates quas mihi pepigiſti te daturum,ſi tibi ſeruirem, aut ibo ad talem dominum, qui eas mihi dabit,& non ſolùm ad ſatietatem, ſed etiam ad cumulum. C O quam conuenientiſſimè hæc ei proponeres!iſta enim promittit non ſolùm tibi, ſed cuilibet eius dominio ſubmittere ſe volenti. iuxta illud eiuſdem:Hæc omnia tibi dabo ſi cadens in terram adoraueris me.Ecce tu cadens in terram adoraſti: & adorans cecidiſti. Aliter enim non adoratur niſi cadendo, cui nõ ſeruitur, niſi peccando. At quod tibi promiſerat non dedit. Mentitus eſt ergo. Quid,putabas eum vera poſſe dicere? Num ipſe Mendax eſt &pater eius,& ab initio in veritate non ſtetit? Quomodo huius domini fœdifragi,exactoris ſæuiſſimi intolerabilem toleras ſeruitutem? D Miror tamen vehemẽter,vnde tibi ſuppetãt ſeruitutis expẽſç.

Mat.4. Dæmon adorator cadendo in peccatum.

Seruitus Dæmonis intoleranda.

Ioan.8.

Iuuen.

Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem,
Non habes vnde tuum paſcas furibunde furorem.

Conſidera enim,quod ex quo huic domino ſeruire cœpiſti nunquam tibi proſperè ceſſit: ſed receſſit omnis proſperitas ,ſucceſſit aduerſitas, acceſſit calamitas,infœlicitas quoq;modũexceſſit.Nunc collige breuiter quã infœlix ei ſeruias.

Pauper,egenus,inops,pallens,exanguis,inanis.
Aere,cibo,requie,frigore,peſte,fame.

O oneroſa ſeruitus!o amara ſubiectio!ſeruire ſcilicet & egere,famulari & tribulari,humiliari& E cõculcari.Deus bone,quid amari⁹:quid oneroſius paupertate plena peccatis & peccatis plenis pauperie? Audi ergo conſilium meum,& falle eum qui te fefellit,mentire ei,qui tibi mentitus eſt. Deſine ei ſeruire , qui non ſolum ſicut promiſerat tibi non ſeruit , ſed etiam contra te ſæuit, ſic ars deluditur arte.

Diabolo mentiendum.

Cat. diſt.

Sequitur de ludo , in quo nomine ait Helinandus intelligo omnem iocum. Eſt autem omnis iocus fomes libidinis,vnde & Venus dicitur iocoſa.de qua ſic ludit ille ſuus familiaris.

De ludo, carmine, forma & puero.c.144.

Non ſolet in mœſtos illa venire toros.

F Poſt ludum poſui carmina,in quo omne melos muſicum comprehendo:ſiue fiat inſtrumento, ſiue humana voce.vnde Iſaias.Cithara, & lyra, & tympanum,& tibia,& vinum in conuiuiis veſtris,& opus domini,non reſpicitis. Quomodo enim opus domini,ideſt veritatis reſpiciatur: à quibus tot opera vanitatis non ſolùm aſpiciuntur:ſed etiam exercentur: Et Ouidius.

Ouid.

Carmen.

Iſa.5.

A *Multis pro forma vox ſua lena fuit.*

Aiunt philoſophi nihil potentius eſſe ad eneruandum animum, quàm lenocinium melodiæ. Vnde & quidam dæmones illa capiuntur.Sicut dicitur de Saule arreptitio, & Dauid chariſta: ſcilicet quòd ille melius ſe habebat,quando Dauid pſallebat.Et ab Apolline Delphico inuenti ſunt ludi muſici. Et ille optimus muſicus & theologus,& poeta & chariſta Orpheus ſuam libidinem citharizando proſecutus eſt vſque ad infernum.In huius rei verum argumentum accipe,quod difficile inuenitur aliquis leuis vocis & grauis vitæ : quippe cum vocis leuitas cantum deſideret , at vitæ grauitas planctum.vidi infinitos tam viros quàm fœminas tanto peioris vitæ quantò melioris vocis. Sed noſtris parcam temporibus. Nemo prodeat in medium: de quo ait Suetonius in libro de vitis Cæſarum quod àdeo delectabatur in cantando : vt nec in repentino terræ motu ante cantare deſiſteret: quam cœpta finiret. Refert etiam eum multoties ſupinum iacere ſolere:& pectori ſuo plumbeam laminam ſuperponere:cauſa videlicet vocis conſeruandæ & abſtinere à pomis & cibis officientibus : & nunquam aliquem aduocare: niſi aut per aliũ,aut voce ſubmiſſa. Vnde dictũ eſt illud apud Iuuenalem, Vox blanda & nequã digitos habet.Ecce inuenimus hominem vocis blandiſſimæ & vitæ peſſimæ. Et quoniam exemplorum ſuperabundat copia pergamus ad alia.

A.C. 1200.

1.R.g.16.

Vix inuenitur aliquis leuis vocis, & grauis vitæ.

Nero muſicæ deditus vir peſſim⁹,Suet. in Nero. c.20.

Iuu.Sat.6.

Forma

Sequitur de forma,quam ſemper duo pericula comitantur:& illa eadem,quæ & vocem blandam:ſcilicet ſuperbia & laſciuia. vnde Ouidius in libro faſtorum.

Faſtus ineſt pulchris,ſequiturque ſuperbia formam.

Lib.1.faſt.

Et Iuuenalis. *Rara eſt concordia formæ,*
Atque pudicitiæ.

Sat 10.

Et iterum Ouidius.

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Ep.9.

Nec damno dona naturæ,ſed curioſitatem & vanitatem:quas indiuiduas & quaſi etiam naturales ſecum ducunt comites.

Sequitur de puero:quem etiam peccati fomitem appellaui,ſcilicet ea conſideratione,qua & mulierem.Quantum enim periculi ſexus affert in muliere tantum ętas in puero.De illo ait Varro ſic.Mulier quaſi mollier.De iſto puero.Naſo inquit.Eſt ętas mollis.De illa Virgilius.Varium &mutabile ſẽper Fœmina.De iſto Horatius.Cęreus in vitium flecti.Periculoſa.n.eſt ætas pueri, periculoſior ſocietas,periculoſiſſima verò familiaritas.Vnde legitur in vitis patrum non habẽdam eſſe familiaritatem cum fœmina & puero, et additur vel hæretico.Hæc itaque omnia ſunt incitamenta vitiorum,hæc ſunt irritamenta voluptatis et tormenta caſtitatis,hoc oleo,hac ſtupa,hac pice,his malleolis incenditur fornax Babylonis.Vis ergo fugere voluptatis incendium fuge prædicta ,vt eius fomentum.

Puer.

In 4.Æn.

In art.

Vide ſuprà tit.11. c. 11. ante §.1.

Totus mundus laqueis peccati plenus.c.145.

§. V.

SED quo fugies à facie iſtorum? Totumcircumſpice mundum. Vbique diabolus hamum

mum peccati aliquo fomite delectationis ineſcat. Fugiendus eſt ergo mundus,vt eius concu- A.C. 1200.
piſcentiæ fugiantur. Alioquin ſi in mũdo remanere volueris,nec abſciſſis manibus,nec truncatis pedibus, nec effoſſis oculis, eo quòd ſcandalizauerint te,ſcandalo non carebis. Quærendus eſt ergo locus non tam corporibus,quàm moribus ſaluber.[vbi corporeorum ſenſuum non carentes officiis, illorum ſcandalis careamus]
Clauſtrũ locus tutus. Et quis locus ad hoc idoneus, niſi clauſtrum & ſolitudo, vbi pax includitur, honeſtas clauditur, excluditur voluptas, ſecluditur libido. de quo loco ſcriptum eſt, Melius eſt ſedere
Prou.21. in angulo domatis quàm cum muliere litigioſa vel rixoſa. Angulus eſt concors habitatio clauſtralium, in qua ipſi clauſtrales de diuerſis generibus hominum,tanquam de diuerſis partibus concurrentes & habitantes vnius moris in domo [& vnitatis] vnitatem ſpiritus ſeruantes in vinculo pacis,fœlici diſcunt experientia illud:
Pſal.133. Ecce,quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum &c. Mulier verò litigioſa,vel ad literam,omnis mulier eſt,vel ipſa caro,vel vita muliebris,vel ſocietas cum amatoribus mollis & muliebris vitæ. Quodlibet horum ſemper rixam mouet ſpiritualibus viris. O quàm conuenienter Rixandis,vt dicitur, appellata eſt illa
Rixoaldus nomẽ dęmonis. captiua muliercula,quæ te captiuũ trahit. Ipſa enim diabolus eſt qui dicitur Rixoaldus,quia ſemper rixam alit. Nam & hoc nomen legitur proprium cuiuſdam dæmonis eſſe.

Reuocat fratrem ſuum ad religionẽ. 1.Pet.5. Fuge ergo,frater dilectiſſime,fuge rixam,quã tibi mouet Rixoaldus iſte & redi ad clauſtrum tuum locum pacis & quietis: amatorem ſilentij,rixęque perſecutorem. Redi frater redi à mũdano circumitu:in quo impij ambulant, quem leo ſemper rugiens circumit quærens quẽ deuoret. Redi ad clauſtralem tetragonum, vbi mirabiliter fabricante prudentia: columnæ iuſtitiæ ſuper baſes fortitudines cemento temperãtiæ firmiſſimè ſolidatæ,ſpei epiſtylia infatigabiliter ſuſtinentes,& per interualla diſcretionis ſeriatim diſpoſitæ caritatis latera id eſt latitudinem in humilitatis angulo[lineaIiter conſummantes & ab eiſdem incipientes vitæ ordinatiſſimæ] pulcherrimam ſtabiliunt quadraturam,
Planctus amici lapſi à ſtatu religionis c.234. arridente in medio tetragoni ad cumulum decoris prato diuinarũ ſcripturarum lamentationes & vę de carmine nihil ad te. Carmen enim debetur illis,quorum in cordibus cantatur domino:pſallitur ſpiritu,mente iubilatur: & quorum operatio Chriſto citharizat,organizat cogitatio,pſalterizat oratio,deuotio lyrizat. Nihil
Pſal.136. enim tibi & carmini. Non eſt enim tibi cantare canticum domini in terra aliena. Nihil tibi & aue,qui non mutas nomen Euæ. Nihil tibi & ſalue qui non ſaluas commendata dum mandata non ſeruas:dum non paras te ad iudicium: non comparas auxilium aduocari tui Chriſti:ſed ſaluatori tuo crucem reparas ſecundam:mortiſque tibi præparas ſecundæ cruciatum. Nil tibi & vale:qui non viuis niſi malè: qui valere non affectas dum pœnitere detractas. Tu ergo anima mea,fratri meo expectanti modicum in ſæculo nimium in peccato,manda remanda lamentiones & væ. Perluſtrata namque cum omni ſolicitudine materiæ præſentis tota multitudine:nil inuenire potui,quod mitterem pro carmine:ſed

A plenus amaritudine, plenus anxietate, quod ſcripſi ſcripſi:ſalus non ſano miſſa nugatoria eſt: A.C. 1140.
Miſſa verò inuito ſuperflua. Denique quid prodeſt alicui ſalus deſtinata vlla,cui nulla ſalus grata? Planè fruſtrà ſalutatur,à quo ſalus non optatur. Quis dabit aquam capiti meo aut oculis meis fontem lachrymarum:vt copioſè lugeã Hiere.9.
dignum fratris mei interitum? Iuſtus ſiquidem Hier.12.
tu es domine, ſi diſputem tecum,verumtamen iuſta loquar ad te: non tanquam diſputans tecum,ſed tanquam computans tecum, quæ meB
eum ſupputo ac fratri meo imputo. Adhuc enim frater meus mendicat ſiliquas porcorum in regione illa,in qua fames oritur,nec moritur vbi egeſtas incipit,nec deficit. Nec recordatur infœlix quanti non ſolum filij,ſed & mercenarij in domo patris ſui abundent: ipſe verò nec Luc.15.
dolore cõuincitur,nec rubore cõfunditur,quod fame pereat,quòd ſiti torreat, & labore fatigetur,& ſeruitute præmatur. Et ô quàm facili tranſitu hæc omnia tranſiret & duobus tantũ paſſibus à tam graui exilio reſiliret: quorum primo reuerteretur ad ſe,ad te verò pater altero cõuerC
teretur. Iuſſiſti mihi vt non ſolùm eum,ſed & quemlibet proximum meum diligam quantum meipſum:ſed quis mihi proximior fratre meo. Nuſquam ego totus ſum, vbi abeſt frater meus dimidiũ eſt animæ meæ. Nonne ergo iubes te ô domine diligi in tota anima? Quomodo ergo tota anima mea te diliget,[niſi vtraque eius medietas te diligat? Nõ enim benè diligeris ad medietatem. Vt ergo te totus diligam, fac oro vt te diligat & frater meus.]

De tribus clariſſimis viris ſua ætate præſtantiſſimis Petro comeſtore,Petro Lõbardo & Gratiano:vide opera ipſorum.

Gratianus, Petrus Lõbardus & Petrus Comeſtor viri ſua ætate præſtantiſſimi.

D

CAPITVLVM VI.

CIRCA iſta tempora fuerunt tres ſolennes viri valdè ſtudioſi qui compoſuerunt libros multum vtiles eccleſiæ Dei,ſcilicet Gratianus monachus Claſſenſis,qui compoſuit decretum,& magiſter Petrus Lombardus epiſcopus Pariſienſis, qui compilauit librum ſententiarum: & Petrus qui dictus eſt Comeſtor: qui fecit hiſtoriam ſcholaſticam. Et à quibuſdam prædicatur in populis,quòd fuerunt Germani ex adulterio nati. E
Quorum mater cùm in extremis peccatum ſuũ confiteretur, & confeſſor redargueret crimen perpetratum adulterij,quia valdè graue eſſet & ideo multum deberet dolere, & pœnitentiam agere,reſpondit illa: Pater ſcio,quod adulterium peccatum magnum eſt: ſed conſiderans quantum bonum ſecutum eſt:cum iſti filij ſint lumina magna in eccleſia:ego non valeo pœnitere. Et confeſſor ad eam. Quod tui filij ſint notabiles viri,& opera vtilia fecerunt eccleſię Dei non ex te, ſed ex dono Dei eſt:ex te autem adulterium crimen magnum, & de hoc doleas, & ſi F
non habes illum dolorem:quantum exigit tantum peccatum:de hoc tamen doleas,quod non potes dolere.

Sed de hoc poteſt dici id. Exempla ponimus Ariſt.l.1.
non quod ita ſint, ſed vt ſentiant addiſcentes. prior.c.39.
Non enim reperitur authenticum, immo nec fuerunt contemporanei, & ſi vicini tempore. Gratianus enim fuit ante alios duos. Nam vt

A.C. 1100. Gratianus & Magiſter non fuerunt cõtẽporanei, ſed vicini. De Gratiano & libro. Libri decretorum. vide nouũ decretũ iuſſu Greg. editum.

dicit Hugo in gloſ.2.quæſt.6.§. Forma appellationis. Gratianus librum decretorum edidit. Alexandro tertio Papa tunc legente Bononiæ in theologia,& Iacobo in legibus, qui Alexander creatus fuit Papa anno domini milleſimo.150. Magiſter autẽ, Petrus Lombardus, qui fecit librum ſententiarum, fuit quidem tempore Frederici primi imperatoris & eiuſdẽ Alexãdri Papæ,ſed nõ Germanus eius.nec de more eſt,duos germanos eodẽ nomine vocari, ſcilicet Petrus. Compoſuit igitur decretum vir venerabilis Gratianus monachus in ciuitate Bononiæ, vt dicitur,quem librum intitulauit, Concordiam diſcordantium canonum,librum vtique plurimũ vtilem ad prædicandum,ſermocinandum,& cõſulendum, præcipuè in foro conſcientiæ & eſt fundamentum iuris canonici. Quamuis prius aliqui fecerunt compilationes canonum, vt Idorus & Iuo Carnotenſis,tamẽ alijs reiectis hoc ſolùm eſt in vſu.Et incipit,Humanũ genus duobus regitur, naturali videlicet iure & moribus. Primus gloſſator eius ſeu commentator fuit Hugo ſeu Huguitio. Secundus, qui gloſſauit fuit Ioannes Teutonicus,&iſta eſt gloſſa communis in textu,Apparatum autem nobilẽ ſuper ipſum ſine textu fecit archidiaconus, qui dicitur roſarium decreti.

Expoſitores decretorum primi.

Totius libri decretorum ſumma.

§. I.

Diuiſio libri decretorum.

QVANTVM autem ad materiam & formã, liber idem diuiditur in tres partes. Quarũ prima continet centum & vnam diſtinctiones, & quælibet habet ſua capitula & paragraphos. Secunda continet trigintaſex cauſas, quarum quælibet continet quæſtiones plures, habentes capitula & paragraphos. Sed & in huiuſmodi ſecundæ partis quæſtione tertia.trigeſimæ tertiæ cauſæ,continetur tractatus de pœnitentia,habens ſeptem diſtinctiones. Tertia pars continet quinque diſtinctiones, & intitulatur de conſecratione.

Quid in prima parte decreti habeatur, quæ continet diſtinctiones.

In prima parte agitur de diuerſis iuribus ſcilicet naturali,ciuili,canonico & conſuetudine. & de origine eorum,& adinuicem comparatione,& de conditione legis,cauſa,effectu,firmitate,& abrogatione: vſque ad diſtinctionem 15. Exinde vſque ad 25.de conciliis generalibus & particularibus,& de doctrinis authenticis Eccleſiæ poſt vetus & nouum teſtamentum, ſcilicet decretis,decretalibus,epiſtolis, & opuſculis ſanctorum doctorũ,ac de apocryphis & dubiis. Item de ordinibus & dignitatibus eccleſiæ, & officiis eorum & examinatione ordinandorum.

A vigeſima quinta diſtinctione vſq; ad quinquageſimam excluſiuè [agitur] de conditionibus virtuoſis quas debent habere clerici: quas deſcribit apoſtolus infrà Timot.3.ibi, Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine, vnius vxoris virum,ſobrium, prudentem, ornatum pudicum, hoſpitalem doctorem, non vinolentum, non percuſſorem,ſed modeſtum,non cupidum,non litigioſum, domus ſuæ benè præpoſitum, non neophytum.Et ſuper verbo:Sine crimine,ponit quadruplicem acceptionem criminis, ibi quæ ſint mortalia & quæ venialia per exempla declarat.Super verbo,Vnius vxoris virum,agit de cõtinentia clericorum varia inter Græcos & Latinos,quia Græci etiam in ſacris vtuntur matrimonio contracto ante ordines ſacros ſuſceptos, non autem Latini hoc poſſunt facere. Sed nec Græcis nec Latinis licet cõtrahere in ſacris.Sobrium:ibi de abſtinentia clericorum in cibis,& de ludo prohibito.Prudentẽ,ibi de peritia ſciẽtiarum ſecularium, & verùm ſit licitu ſtudere in eis,& de peritia ſecularium negotiorum,

A.C. 1100. Græcis nõ licet in ſacris contrahere matrimonium.

In diſtinctione quinquageſima de lapſis & diſpenſationibus & quibuſdam irregularitatibus,vt homicidij,bigamiæ, ſolenniter pœnitẽtium. In 51. diſtinctione. de curialibus. In diſtinctione 52.de ordinatis per ſaltum. In diſtinct. 53. de obligatis ad ratiocinia. In diſtinctione 54.de ſeruis non ordinandis. In diſtinct.55.de corpore vitiatis. In diſt.56.de illegitimis. In diſt.57.de baptizatis in infirmitate. In diſt.58.de religioſis non ordinandis ſine con ſenſu ſuperioris ſui. Quod non ſunt aſſumendi ad ordinem vel dignitates eccleſiæ niſi idonei, & benè exercitati in clero.diſt.59.& 60. & 61.& 62.In 63.quòd laici non habẽt intereſſe electionem clericorum. A 63.vſque ad 74.diſtinc.à quibus debeant epiſcopi conſecrari,& archiepiſcopi & alij clerici ordinari.Et de clericis peregrinis & de literis eorum teſtimonialibus. In 74. diſtinc.quòd muti non ordinentur. A 75.vſque ad 81.de temporibus ordinationum,& ætate ordinandorum,& loco ordinationum, & de electione ſummi pontificis.A 81.vſque 91.diſtin. iterum tractat de virtutibus illis, quas notat apoſtolus ad Timo.de quibus ſuprà dixit: ſed ſecundum aliam expoſitionem.In 91.& 92.& 93. diſtin.de diuinis officijs à clericis dicendis. A 93.vſque ad finem.diſtin. de obedientia inferiorum ad ſuperiores,& quòd laici nil habent diſponere de eccleſiaſticis rebus,& de palio archiepiſcoporum.

1 Tim.3.

Secundæ partis decretorum ſumma,quæ continet cauſas.

§. II.

SECVNDA pars principalis decreti, vt dictum eſt continet cauſas 36.Et in prima agitur de ſimonia,quæ committitur pro ſpiritualibus,ſcilicet pro ordinibus & alijs ſacramentis,vel pro eccleſijs,præbendis vel dignitatibus & pro ingreſſu monaſteriorum,& de pœna eorum & incidenter de ſacramentis hæreticorum ſcilicet vtrùm ſint vera.Et habet ſeptem,quæſtiones, & in principio ponit caſum, vnde dictæ quæſtiones eliciuntur,& ſic fit in principio omnium aliarum cauſarum.In prima quæſtione quæritur, vtrùm ſit peccatum emere ſpiritualia. Et dicendum quòd ſic,quia peccatum ſimoniæ quod grauiter punitur: quia in ordinibus & beneficijs priuantur eis,& vſu eorum,& dicuntur hæretici largè tamen.Vnde et ibi de ſacramentis hæreticorum vtrùm ſint vera.Et dicendum quod ſic, in forma Eccleſiæ confecta, ſed carent effectu, ſcilicet gratiæ in ſcienter ſuſcipientibus ab eis. In ſecunda quæritur,an pro ingreſſu monaſterij poſſit pecunia exigi. Et dicẽdum quòd nõ:quia ſimonia.In tertia an ſit ſimoniacũ emere præhendas

Prima cauſa agit de Simonia. Prima cauſa quid cõtineat.

Simonia graue peccatum & hæreſis, ſed largè.

Sacramenta hæreticorum an vera.

A.C. 1200.

bendas Eccleſiæ. Et dicẽdum quòd ſic. In quarta verùm is vt ſimoniacus cenſeatur, pro quo eo ignorante, propter ingreſſum eius in monaſterium, vel recipiendo ordinem, vel beneficium datur pecunia ordinatori, vel collatori à cõſanguineis, vel amicis. Et dicendum quòd ſic, & ibi de ignorantia diffuſè, quando imputatur ad peccatũ. In quinta quæritur, an liceat ei tenere ecclesiam, vel vti ordine, quẽ paterna pecunia recepit eo neſciente. Et dicendum quòd nõ abſq; diſpenſatione. In ſexta an ordinati à ſimoniaco, ignorantes eum talem, ſint ſuſpenſi ab ordinibus ſuis. Et dicendum quòd ſic. In ſeptima virũ renuntiãs hæreſi vel ſimoniæ, ſit recipiendus in ordine ſuo vel beneficio. Et dicendum quòd ſic ex diſpenſatione. Et ibi prolixè de cauſa diſpenſationis.a

Secunda cauſa tractat de ordine iudiciario.

Secũda cauſa tractat de ordine iudiciario, & habet octo quæſtiones, & in prima quæritur an in notorijs requiritur ordo iudiciarius [& dicẽdum, ſic.] Secundò quæritur an ſpoliatus ſit iudicandus, antequã reſtituatur [& dicendu, non.] Tertiò qua pœna feriatur deficiens in accuſatione vel teſtificatione [& reſpondendum Talione] Quartò de numero teſtiũ [& dicendũ duos ſuffuere.] Quintò de purgatione in cauſa infamiæ. Sextò de appellationibus. Septimò an laici ſint admittendi in accuſatione clericorum, & quales [& dicendum non, de iure nouo.] Octauò an in ſcriptis debet fieri accuſatio. Sic.

Tertia de iudicijs.

Tertia cauſa etiam agit de iudicijs. Et primò quæritur an teſtitutio ſit faciẽda generaliter omnibus expoliatis. [Sic, niſi in caſibus. Nã infamatus, Apoſtata, iuſtè ſpoliatꝰ, præciſus & ſuſpectus non eſt reſtituendus.] Secundò de inducijs dandis, an ante reſtitutionem vel ante vocationem [Ad arbitrium iudicis.] Tertiò quanto tempore ſint dandæ [dicendum idem.] Quartò an infames ſint admittendi ad accuſationem. [Non niſi contra ſui ſimiles.] Quintò an teſtes ſint producendi de domo accuſatorum & an inimici ſint audiendi. Non. Sextò an extra prouinciam ſit reus producendus in iudicium. Non. Septimò ſi iudex ſit malus, & eodem crimine irretitus, an poſſit licitè iudicare, & an teneat ſententia eius. Sic. ab Eccleſia tolleratus. Octauò an epiſcopus poteſt ab vno ſolùm iudicari & condemnari. [Non, niſi à duodecim epiſcopis, reſeruata ſententia ſummo Pontifici.] Nono an accuſatores vel teſtes poſſint vocem accuſationis vel teſtificationis ferre in abſentem. Non. Decimò an deficiẽtes in primo capite ſint audiendi in ſequentibus. Non. Vndecimò an accuſato liceat accuſationẽ vertere in accuſatorẽ. non, niſi in maioribus criminibus.

Quarta cauſa agit de teſtibus.

Quarta cauſa etiam tractat de iudicialibus & præcipuè de teſtibus. Et primò, quòd excommunicati non admittuntur ad accuſationem vel teſtimonium, nec Iudæi, nec pagani. Secũda & tertia quæſtione habetur, qui repellũtur ab accuſatione vel teſtificatione [& reſpõdetur] quia mul-

a *Quoniam D. Anton. quæſtionibus quæ in cauſis proponuntur doctè ſuo more reſponderat, aliis verò non plenè ſatisfecerat, nos ne hic aliquid lector deſideraret, ſupplere ab eodem prætermiſſa conati ſumus, per ea quæ in principio noui decreti in ſumma eiuſdem habentur.*

A ta genera perſonarum. Quartò non poteſt quis ſimul eſſe accuſator, iudex, vel teſtis. Quintò quòd ſtatuto termino vocatus ad iudicium non veniẽs ex contumacia excõmunicatur [niſi iuſtã abſentiæ cauſam probauerit.] Sextò, quòd qui deficit in accuſatione epiſcoporum non admittitur ad accuſationem niſi in cauſa propria.

Quinta de iudicialibus.

Quinta cauſa de iudicialibus. Et primò de facientibus libellos famoſos, qua pœna puniantur. [Anathemate.] Secundò quoties quis ſit vocandus ad cauſam, antequam condemnetur per ſententiam. [Non tantùm ſemel: ſed bis.] B Tertiò, an per procuratorem cauſam ſuam agere quis valeat qui non poteſt per ſeipſum. non, niſi ſit perſona illuſtris. Cauſam verò iniuriarum ciuilem ſic. Quartò an abſque ſynodali audientia epiſcopus poſſit dãnari, & ſine conſenſu Papæ. Non. Quintò, quòd non eſt iudicandus inimicus eius, qui ex zelo iuſtitiæ crimẽ alterius indicat in iudicio vel extra. Sextò, quòd calumnioſè accuſans ſuſtinet pœnam talionis, quam ſcilicet merebatur accuſatus, & conuictus.

Sexta etiã de iiſdem agit.

Sexta cauſa etiam de iudicialibus. Et primò C an crimine irretiti, vel infames admittantur ad accuſationẽ [& reſpõdetur, ꝙ nõ, & ꝙ criminoſi prohibentur ab accuſatione, & quòd non debẽt fieri detractiones, præcipuè erga prælatos ſuos. Secundò ſi epiſcopus voluerit accuſationem vertere in accuſatorem, an ſit ſimplici eius aſſertioni credendum? Et dicitur, quòd non. Tertiò, quòd non licet expetere iudiciũ archiepiſcopi alterius prouinciæ. Quartò quando iudices prouinciæ in iudicio diſcordant, cuius ſit iudicium expetendum. [Archiepiſcorum & epiſcoporum vicinæ Prouinciæ.] Quintò. quòd deficiente acD cuſatore reus non eſt cogendus ad probationẽ ſuæ innocẽtiæ: & hoc niſi adhuc laboraret infamia, quia cogitur ad purgationem.

Septima de renunciatione & ſubſtitutione prælatorum.

Septima cauſa habet in prima quæſtione, quòd nullus viuente epiſcopo poteſt ſuperordinari, niſi ille culpa ſua fuiſſet depoſitus. Et quicunque alius ſubintrat, eſt intruſus & latro, & debet expelli. Et de diuerſis cauſis tranſitus ab vnius Eccleſiæ poſſeſſione ad aliam licita & illicita. Et an tempore perſecutionis liceat paſtori deſerere gregem ſuum. Secunda quæſtio continet, quòd qui renunciaE uit ſua ſponte eccleſiæ, non poteſt eam repetere.

Octaua de epiſcoporum ordinatione.

Octaua cauſa habet quinque quæſtiones. Et prima continet, quòd non licet epiſcopo ſibi eligere ſucceſſorem, nec alteri prælato Eccleſiæ. Secunda, quòd amicorum patrocinia per preces, & alios modos non debent præualere in electionibus. Tertia an ſit cenſendus ſimoniacus, qui poſt electionem iurat canonicis quædam obſeruare, nam ante electionem hoc agere eſſet ſimoniacum. [Sic, ſi pactum ſuper hoc præceſſit.] Quarta an liceat clericis ab F epiſcopo ſuo vel alijs prælatis ſuis criminoſis, ab obedientia eius diſcedere ante ſententiam latam contra eum. Et dicitur quòd non. Quinta, quòd epiſcopo vocato à Papa, accuſato non licet diſcedere, & ad eccleſiam ſuã reuerti abſq; literis apoſtolicis.

Nona de eadem re.

Nona cauſa habet tres quæſtiones. Et in prima habetur, quòd eorum, qui ſunt ordinati ab

A.C. 1100.

excommunicatis hæreticis, ordinatio non poteſt haberi rata, ita quòd exequantur officia ordinum ſuorum abſque diſpenſatione Papæ. Secundò quòd non licet epiſcopo, archiepiſcopo, primati, vel patriarchæ ordinare clericos alterius epiſcopatus ſine literis proprij epiſcopi. Tertiò, ꝙ archiepiſcopus clericos ſuffraganei ſui illo inconſulto condemnare, vel condẽnatos abſoluere ſine conſenſu eius non poteſt, niſi efficeretur de foro illius ratione delicti ibi perpetrati. Et ꝙ facta Papæ ſolùm Deum iudicem habent.

Decima de iuriſdictione epiſcopi.

Decima cauſa habet tres quæſtiones, quarum prima continet, quòd omnes eccleſiæ & loca pia ſunt ſub gubernatione epiſcopi & bona earum. Et quòd ipſi per ſingulos annos debent viſitare eccleſias ſuarum diœceſum, & perquirere de conuerſatione clericorum, & quomodo ſe habeant circa ſacramenta, & diuina officia, non tamen grauare eccleſias expenſis nimiis, & quod ipſius & clericorum ſunt oblationes, non laicorum. Secunda continet, quòd quamuis facultates eccleſiæ dicãtur eſſe in poteſtate Epiſcopi, hoc eſt intelligendum quantum ad diſpenſationem debitam, non quantum ad diſtrahendum, dilapidandum, vel vſurpandum. Tertia quid epiſcopus poſſit petere annuatim nomine cathedratici, in quo ſtatur conſuetudini locorum.

Vndecima item de iudicialibus agit.

Vndecima cauſa ad iudicialia pertinẽs habet tres quæſtiones, quarum prima multa continet. Et primò & principaliter, quòd clerici in cauſis criminalibus, & etiã ciuilibus non ſunt trahendi ad iudices ſęculares, ſed eccleſiaſticos, ſicut & laici iudicandi ſunt à iudicibus ſuis ſęcularibus non eccleſiaſticis, & hoc niſi in cauſis ſpiritualibus, vt matrimonialibus, & cauſis eccleſiaſticis, vt vſuris, ſacrilegiis, & huiuſmodi, ibi de conſpirationibus & cõiurationibus. Secundò quæritur, qua pœna ſit dignus, qui trahit clericum ad iudicium ſæculare. Excommunicatione. Tertia quæſtio multa continet, & primò ꝙ excommunicati debent ab omnibus euitari, ſcilicet, cũ ſunt denunciati vel notoriè excommunicati, & publicatione, ſcilicet quo ad Deum, per peccatũ mortale, & quo ad homines per ſententiam hominis vel canonis. Quod ſententia excommunicationis maioris etiam iniuſta eſt timenda & ſeruanda. Et participans cum huiuſmodi poteſt excommunicari, & pro quibus cauſis poteſt ferri excõmunicatio maior. Item quòd infamię falſę ſunt patienter ferendæ, & tamen cum manſuetudine oſtendere & probare debet innocẽtiam ſuam iniuſtè infamatus. Item quòd ſententia aliquando eſt iniuſta ex animo tantum, aliquando ex cauſa, aliquando ex ordine, aliquando ex his omnibus, & quid agendum in ſingulis horum. Item quomodo corrumpitur veritas iudicij, odio, amore, cupiditate & timore. Quod iniuſta ſententia ligat proferẽtem, quo ad Deum. Deinde de ſententia præcepti & obediẽtia, & in quibus obediendum eſt. Quæ perſonę poſſunt participare cum excommunicatis abſq; hoc quòd incurrant minorem excommunicationem.

Duodecima agit de clericis.

Duodecima cauſa eſt de clericis præcipuè ſęcularibus, & habet quinque quæſtiones. Quarũ prima eſt, vtrùm clerici poſſint habere propriũ. Et dicendum quòd ſic. Arguit tamen Gratianus pro & contrà prolixè, & determinat, ſed non plenè. Secunda quòd res eccleſiæ immobiles non poſſunt alienari niſi certis caſibus, & cum certa ſolẽnitate, aliàs non valet alienatio. Et mobiles vt fructus & obligationes, quomodo debent diſtribui in quatuor partes. Tertia quid fieri debeat de rebus, quas clerici acquirunt poſt ordinationem ſuã in eccleſiis, vtrùm ſcilicet poſſint de eis dare & legare ad placitum. Nõ, niſi eccleſiæ. Quarta eſt, ſi de ſuis, ſcilicet patrimonialibus, vel per induſtriam acquiſitis, & de bonis eccleſiæ, aliquid emerint vel acquiſierint, quomodo ſit de eo diſponendum. Partim Eccleſiæ, partim hæredibus ſunt relinquenda. Quintò vtrùm liceat clericis condere teſtamentũ. Et dicendum quòd ſic, de rebus propriis: non autem de rebus eccleſiæ. Et ab inteſtato ſuccedunt propinqui in rebus propriis clericorum.

Decima tertia agit de decimis.

Decimatertia cauſa habet duas quæſtiones. Quarum in prima quæritur, cui eccleſiæ debeant dari decimæ, an eccleſiæ vbi ſunt ſitę poſſeſſiones, an vbi audiuntur diuina, & recipiuntur ſacramẽta. Et in qua quis debeat ſepeliri, cũ ſcilicet non elegit ſepulturam, nam ſi elegit, in illa ſepelitur. Secundò quæritur an ius percipiendi decimas, & ſepeliendi poſſit præſcriptione tolli, [Sic]. Vbi adnectitur materia de ſepulturis, vbi magis eligenda, & quòd non debet pro ea pecunia exigi, & legata pro ſalute animę non debent differri ad faciendum ea, & de ſuffragiis mortuorum, quæ ſint, & quot modis fiant, & de variis officiis pro eis. Et quòd non ſunt lugendi mortui, ſcilicet inordinatè. Et an ſciant mortui quæ hic fiunt.

Decimaquarta de vſuris.

Decimaquarta cauſa potiſſimùm eſt de vſuris, & habet ſex quæſtiones, In prima quæritur, an clericis licet repetere ſua in iudicio, & dicendum quòd ſic. Secundò, an clerici vel canonici vel religioſi alicuius eccleſiæ poſſint recipi in teſtes in huiuſmodi cauſis, & dicendum quòd ſic. Tertiò quæritur, vtrùm emolumentum temporale recipere pro mortuo, ſit vſura, & dicendum quòd ſic. Quartò, quòd nulli licet clerico, vel laico vſuras exigere, nec turpia lucra ſectari. Quintò, an ex vſuris poſſint fieri eleemoſinæ, & dicendum, quòd ſi inueniuntur ij à quibus ſunt extortæ, vel hæredes, non, ſed illis ſunt reddendæ, ſed ſi non inueniuntur, tunc de eis faciendæ ſunt eleemoſinę. Sed de aliis malèacquiſitis, vbi ſcilicet non competit repetitio, faciendæ ſunt eleemoſynæ. Sextò quæritur an vſurarij poſſint agere verè pœnitentiam non reſtituendo. Et dicendum quòd non, ſi poſſunt reſtituere. Et idem de aliis malè ablatis.

Decima quinta de his quæ fiunt abſq; iudicio rationis.

Decimaquinta cauſa habet octo quæſtiones. In quarum prima quæritur, an quæ fiunt mente omnino alienata, imputentur ad culpam: & dicendum quòd nõ, vt quę fiunt à furioſis, phreneticis, pueris non habentibus vſum rationis. Et ibi multa pulchra quomodo peccatum non ſit abſque conſenſu voluntatis directo vel indirecto. Secundò quæritur, an pro officio aduocationis vel procurationis liceat clericis aliquid exigere: & dicendum, quòd ſic, in cauſis eccleſiaſticis, quia in ſæcularibus non licet aduocare illis, niſi pro aliquibus. Tertiò vtrùm ex mulieris confeſſione de fornicatione contra clericum poſſit ipſe condemnari: & dicendum quòd non, tum quia non creditur ſocio turpitudinis in iudicio in huiuſmodi, tũ quia mulier non admittitur

A.C. 1100.

mittitur in cauſa criminali contra clericos, niſi in exceptis criminibus. Quartò vtrùm diebus dominicis, & præcipuis feſtis cauſæ ſint ventilandæ: & dicendum quòd non, nec valeret proceſſus in iudicio ordinario. Quintò vtrùm, ſit indicenda purgatio accuſato de crimine quod non probant ſufficienter accuſator & teſtes, & dicendum, quòd ſi adhuc laborat infamia indicenda eſt ei purgatio per iuramentum, aliàs nó. Sextò an confeſſio accuſati de crimine cùm negat, ſit cruciatibus extorquenda. Et definitur, quòd cùm præcedit infamia, & iudex habet ſufficientia ad huiuſmodi indicia, poteſt, aliàs non. Septimò vtrùm epiſcopus abſq; ſynodali audientia valeat ſacerdotem condemnare, & dicendum quòd olim non, nunc verò poteſt ſolus condemnare & priuare beneficiis, vt haber conſuetudo, ſed non deponere ſolemniter. Octauò, an ſacerdos propter peccatum, quod commiſit ante ordinationem, poſtea in iudicio vocatus & conuictus de eo, vel ſponte confeſſus in iure poſſit deponi ſeu priuari officiis & beneficiis. & dicẽdum quòd ſi eſt tale peccatum, quod inducit depoſitionem, vt inceſtus, adulterium manifeſtum, ſimonia, homicidium, ſodomiticum peccatum & huiuſmodi, vtique poteſt deponi, & puniri, niſi cum eo fuerit diſpenſatum per eum, qui poteſt.

Decimaſexta de monachis officiis ecclesiaſticis deputatis.

Decimaſexta cauſa habet ſeptem quæſtiones In quarum prima quæritur vtrùm monachi poſſint celebrare officia populis, & ſacramenta miniſtrare, prædicare & huiuſmodi. Et dic quòd nó, niſi ſint curati, vel habeãt hoc ex priuilegio, vel licentia Epiſcoporum & ſuorum Abbatum, & curam habentes & beneficia ſæcularia, obſeruare debent regulas ſuas, & quòd decimæ ab omnibus ſunt ſoluendæ. Secundò quæritur ſi monachi habeant capellas, an capellani ſint inſtituendi in eis ab epiſcopo, an à monachis, & dicendum, quòd ſi pleno iure pertineant ad monachos, ab eis inſtituentur, aliter ab epiſcopo, vel ſecundum pacta & conſuetudinem. Tertiò an iura eccleſiarum præſcriptione tollantur, & dicẽdum quòd ſic, vbi diffuſe de præſcriptionibus, & tempore earum. Quartò quæritur an monaſteria poſſint pręſcribere contra eccleſias. Et dicendum quòd ſic, ſed ſpatio quadraginta annorum, ſicut eccleſiæ contra ipſa, & non minori tempore. Quintò an rectores eccleſiarum vel monaſteriorum authoritate propria poſſint capere, quæ debentur eis, & dicendum quòd non, ſed authoritate iudicis. Sextò an ſi quis authoritate ſua, quæ ſibi debentur, vſurpat, & non per officium iudicis repoſcit, cadat à cauſa, vel quomodo puniatur [Sic.] Septima quæſtio continet, quòd nullus clericus, Prælatus, Abbas, vel Epiſcopus debet recipere eccleſiam de manu laicorum etiam principum, cùm de talibus non habeant poteſtatem diſponendi. Et ibi de decimis ſoluendis etiam perſonarum, ſcilicet ex lucris. Ibi etiam de patronis, quid ſpectet ad eos, quia defendere bona earum non capere, vel alienare eis congruit.

Decima ſeptima cauſa de voto & ſacrilegio.

Decimaſeptima cauſa eſt de voto & ſacrilegio & habet quatuor quæſtiones. Quarum prima eſt, vtrùm liceat diſcedere à voto præcipuè religionis, & dicendum quòd non ſine diſpenſatione. Secunda eſt, vtrùm Eccleſia vel beneficiũ ſit reddendũ ei, qui libera volũtate renũciauit vt intraret religionẽ, & dicendũ ꝙ non, ſecus ſi non reſignauit & ante profeſſionẽ egreditur religionẽ. Tertiò ſi ſe & ſua dedit monaſterio, an liceat Abbati dare ei licentiam ad ſeculum redire. Et dicendum quòd non poſt profeſſionem. Sed nec etiam ante profeſſionem expreſſam, ſi intrauit animo perſeuerandi ad finem, quia nec tali licet egredi. Cogere tamen non poteſt Abbas ad remanendum. Sed ſi intrauit animo probandi, poteſt exire, ſi non eſt profeſſus. Quartò an tali qui dedit ſe & ſua, recedenti à monaſterio ſint reddenda ſua. Et dicendum quòd non. Poſſet tamen hoc fieri ad tollendum ſcandalum ſi dubitaretur de machinatione alicuius mali contra monaſterium per illum. Ibi etiam agitur diffuſe de ſacrilegio triplici, videlicet erga res eccleſiæ, vel erga loca ſacra religioſa, violando immunitatem earum, vel erga perſonas eccleſiaſticas, iniiciendo manus in eas violentas, & de pœnis horum ſacrilegorum.

Decima octaua cauſa de monachis ad dignitates eccleſiaſticas promotis.

Decimaoctaua cauſa eſt de monachis, & habet duas quæſtiones. Prima continet, quòd ſi religioſus fiat Epiſcopus, quicquid acquiſiuit antequam eſſet Epiſcopus, pertinet ad monaſterium. Quod autem acquiſiuit poſtea, ſiue per induſtriam, ſiue per ſucceſſionem hęreditariam, eſt eccleſiæ ſuæ cathedralis. Secunda quæſtio eſt, an in monaſteriis ſit eligendus Abbas per Epiſcopum, an per capitulum ſeu monachos, & dicendum quòd per monachos, [poſt eligendus, ab Epiſcopo verò ordinandus] ibi quales debẽt eſſe abbates, qui eliguntur, nec debet præponi monachis aliquis, niſi de conſenſu Epiſcopi, nec fieri debet manaſteriũ duplex, ſcilicet virorum & mulierum, nec propè adinuicem eſſe debent monaſteria virorum & mulierum, nec ſumere domeſticitatem vel ſæpè accedere, nec ſola ad locutorium venire fœminæ & canonicæ regulares, Et quòd Epiſcopus poteſt ſibi ſubiecta monaſteria viſitare cùm viderit expedire: ſed ſine grauamine, & monaſteria antiqua & conſueta ſeruitia Epiſcopo, vel eccleſiis non negare.

Decima nona cauſa agit de religioſis.

Decimanona cauſa habet tres quæſtiones de religioſis. Et prima, an Epiſcopus debeat permittere clericum dimittere eccleſiam ſuam, & ingredi monaſterium: & dicendum quòd ſic. Secundò an ſi noluerit Epiſcopus tali dare licentiam eo inuito poſſit intrare religionem, & dicendum quòd ſic, nec vacat beneficium illud ante profeſſionem, niſi ille renunciet. Tertiò vtrum ex ſtatu canonicorum regularium poſſit tranſire ad ſtatum monachorum. Non ſine licentia ſui ſuperioris, ibi, quòd monachi poſt profeſſionem non poſſunt facere teſtamentum.

Vigeſima cauſa item de religioſis.

Vigeſima cauſa habet quatuor quæſtiones de religioſis. Et primò quæritur, an traditi mares vel fœminæ monaſteriis à parentibus ante ætatem adultam, poſtea adulti teneantur remanere. Et dicendum quòd non, ſi nolunt remanere: vbi autem remanere vellent, non poſſunt à parentibus inuiti extrahi adulti facti. Ibi de multiplici velo, & de conſecratione virginum. Secundò ſi pueri intrent monaſterium inuitis parentibus, an poſſint ab eis extrahi: Et definitur quòd ſic authoritate tamen ſuperioris, non per violentiam. Sed adultus intrans monaſterium non poteſt à quoquam extrahi, etſi contra voluntatem

A.C. 1300.

luntatem parentum intrauerit. Tertiò an inuitus poſitus in monaſterio à parentibus vel aliis teneatur remanere. Et dicendum, quod non. Quartò quæritur an liceat monacho de vno monaſterio tranſire ad aliud. Et dicẽdum quod ſic,ſi eſt ſtrictius ,petita tamen licentia, etiam ſi non obtenta à prælato ſuo : ad æquale verò vel minus ſtrictum tranſire n on poteſt ſine diſpenſatione Papæ.

Vigeſima prima agit de clericis ſecularibus.

Vigeſima prima cauſa eſt de clericis ſæcularibus, quæ habet quinque quæſtiones. Et primò quæritur vtrùm clerici poſſint intitulari in duabus eccleſiis ſimul. Et dicendum, quòd non,ſi ſunt curatæ,& non vnitæ,niſi ex diſpenſatione Papæ, vel vna earum ſit data in commendam: ſed commenda non durat, niſi per ſex menſes, niſi per Papam fiat. Secunda quæſtio, vtrùm poſſit tranſire beneficiatus de vna eccleſia ad aliam & dicendum quòd non,propria authoritate, & certis modis. Ibi & de conductitiis preſbyteris. Tertia eſt, quòd non debent eſſe procuratores ſæcularium negotiorum clerici. Quarta quæſtio eſt,quòd clericis non licet vti fulgidis veſtibus & vano ornatu. Quinta an clerico ab epiſcopo correpto liceat confugere ad iudicem ſæcularem. Et dicendum quòd non.

Vigeſima ſecunda cauſa de iuramentis & periuriis.

Vigeſima ſecunda cauſa eſt de iuramentis, mendacibus, & periuriis : quæ habet quinque quæſtiones. Prima eſt, vtrùm ſit licitum iurare,& dicendum quod ſic,cum ſit debito modo ſcilicet in neceſſitate,cùm veritate,& grauitate. Et an liceat vti iuramento infidelium[Sic]. Secundò vtrùm ſit periurus, qui iurat falſum, quod credit eſſe verum. Et dicendum quod nõ, & ibi de octo generibus mendaciorum:& de locutionibus ſanctorum,quæ videntur mendaces & non ſunt,& de ſimulatione. Tertiò an liceat ſubdito recedere ab obedientia prælati propter peccatum graue ab eo perpetratum : & dicendum quòd non,antequam ſententia proferatur contra eum,ſcilicet priuationis. Quartò quæritur, an promiſſio etiam iuramento firmata ſit ſemper ſeruanda:& dicendum quod ſic:ſi eſt licita:ſecus ſi illicita, vel inde ſequeretur maius inconueniens. Quintò, an debet quis eum cogere ad iurandum,quem credit peieraturum. Et dicendum quod non:niſi iudex ex officio,cùm debet dari iuramentum. Et multa ibi de iuramento & de forma fidelitatis,qua iuratur : & de iuramento clericorum.

Vigeſima tertia de vindictis & punitionibus.

Vigeſimatertia eſt de vindictis ſeu punitionibus,quæ habet octo quæſtiones. Et prima eſt, vtrùm militare ſeu bellare ſit peccatum : & dicendum quod non de ſe,cùm ſit debitis modis & intentione debita. Secunda,quod bellum dicatur iuſtum,[Quod fit edicto ſuperioris repetendarum rerum,aut propulſandarum iniuriarum cauſa] & quomodo Iſraelitæ iuſta bella gerebant. Tertia eſt,an iniuria ſit propulſanda nõ ſolum à ſe, debito modo defendendo : ſed etiam à ſociis:& dicendum quod ſic, cum debitis circunſtantiis. Quarta eſt, vtrùm mali ſint corrigendi & puniendi per ſuperiores ſuos, an dimittendi impuniti:& dicendum,quod ſic:niſi ex hoc ſequatur maius ſcandalum in populo,vt cum multitudo delinquit vel princeps. Et iſtam materiam multum diffuſè proſequitur arguens pro &cõtra.&inſerens materiam,præſcientiæ:&

A.C. 1300.

A prædeſtinationis: propter quæ non debet dimitti correctio malorum. Quinta quæſtio eſt,vtrùm liceat iudici & habenti poteſtatem huiuſmodi,occidere reos,cũ perpetrãt morte digna. Et dicendum quòd ſic:ibi &de homicidio diffuſè. Sexta an mali ſint cogendi ad bonum per pœnas:& dicendum quòd ſic vt timore pœnarum deſiſtendo à malis aſſueſaciant ſe ad bona, & inde voluntariè poſtea benè agant. Septima,an hæretici ſint expoliandi rebus ſuis & eccleſiis: Et dicendum quòd ſic,ſed non authoritate propria,ſed Papę,vel eccleſiæ &ſuperiorum. Octa- B ua,an clericis etiam epiſcopis liceat authoritate propria,vel Papæ,vel Imperatoris mouere arma,& eſſe in bellis : & dicendum quòd ſic authoritate ſuperioris: non tamen ad bellandum; ſed ad exhortandum in iuſto bello & de ſacramentis prouidendum.

Cauſa vigeſima quarta agit de hæreticis & ſchiſmaticis.

Vigeſima quarta cauſa eſt de hæreticis & ſchiſmaticis,quæ continet tres quæſtiones. Et prima eſt vtrùm hęreticus poſſit excommunicare alium,vel priuare,& ſententiare,aut vti officiis ſuis. Et dicendum quòd non cùm hoc con- C ſtat. Secunda quæſtio an poſt mortem quis poſſet excommunicari. Et dicendum quòd non:ſed poteſt declarari fuiſſe hæreticus:& ſic excõmunicari, id eſt declarari fuiſſe excommunicatus. Tertia an pro peccato vnius,tota familia vel alter ſit pro eo excommunicanda. Et dicendum quòd non niſi participaret,in crimine propter ꝙ excõmunicatus quis eſt. Ibi de maledictione, quæ fit duobus modis:& quid ſit hæreſis,et quare Deus hęreſes permittit,et de numero hęreſum.

Vigeſima quinta de priuilegiis eccleſiarum.

Vigeſimaquinta eſt de priuilegiis eccleſiarũ, quę habet duas queſtiões. Et prima eſt,an clerici baptiſmatis eccleſię vigore priuilegiorũ ſuorũ D decimas ſuæ diœceſis valeãt ſibi vẽdicare. Et dicendum quòd ſic,et quòd Papa poteſt concedere priuilegia alicui contra ius commune,inſtitutum ab aliis pontificibus ſummis:et interpretatio eorum ad Papam ſpectat. Secunda quæſtio eſt,quod antiquioribus priuilegiis non derogatur per ſequentia,niſi faciant mẽtionem de eis.

Vigeſima ſexta de ſortilegiis.

Vigeſima ſexta cauſa de ſortilegiis,quę habet ſeptem quæſtiones. Et in prima declaratur, qui dicantur ſortilegi:ſed largius aliquando ſumitur ſortilegium pro omni genere ſuperſtitionum. Secundò quæritur an ſit peccatum. Et di- E cẽdũ,quòd ſic. In veteri tamẽ teſtamẽto licitum fuit vti ſorte diuinatoria, id eſt, conſultoria. In nouo,licet vti diuiſoria in diuiſione terrenarũ rerum et dignitatum temporalium:vt fit in ſeruitiis officiorum. ſed hoc non licet in dignitatibus eccleſiaſticis: ſed per electionem faciendæ ſunt. Diuinatoria ſors prohibetur omnino. Conſultoria aliquando permittitur. Tertiò et quartò ſimul quæritur à quibus cœpit genus diuinationis. A Perſis:et quę ſunt genera diuinationũ, quæ omnia ſunt prohibita. Quinta continet, quod ſortilegi et diuini ſunt excommunicãdi, ſi non ceſſauerint à tali vitio admoniti. Ibi de F mulieribus quæ dicuntur ire de nocte,vel mutari in alias creaturas, quod non eſt credendum: et de maleficiis. Sextũ quæritur,an excommunicatus ab epiſcopo poſſit abſolui ab alio eo inconſulto. Et dicendum quod non,niſi in articulo mortis,vel à ſuperiore ſuo,vt Papa,vel ſucceſſore. Septimò,an in ægritudine ad mortem ſit infirmis

A.C. 1100.

A infirmis imponenda ſatisfactio confitentibus cis. Et dicendum, quòd non: ſed ſolùm innoteſcenda. Et quòd potius debet confeſſor in imponenda pœnitentia excedere in miſericordia, quàm in ſeueritate. Et ibi de incantationibus & obſeruantiis dierum prohibitis.

Vigeſima ſeptima de matrimonio.

Impedimenta matrimonij. & primũ Votum.

Vigeſimaſeptima cauſa cum ſequentibus omnes ſunt de materia matrimonij. Et iſta quidem vigeſimaſeptima habet duas quæſtiones. quarum prima eſt, an coniugium poſſit eſſe inter vouentes, id eſt vtrùm vouens caſtitatem ſeu religionem poſſit contrahere matrimoniũ. B Et dicendum quòd non. Vbi diſtinguendum de voto, quia ſolemne, quod eſt per profeſſionem, impedit & dirimit matrimonium etiam cõſummatum, ſed ſi ſit ſimplex, impedit, ſed nõ dirimit. Secunda quæſtio eſt an deſponſatione facta cum vna perſona, poſſit altera alteri nubere. Et dicendum quòd non, niſi in quibuſdam caſibus, & vbi alter alterum vellet abſoluere. Et hoc de deſponſatione per verba de futuro non addita copula carnali. Si tamen contrahit cum alio vel alia de præſenti cũ ſecunda habet remanere, iniuncta ei pœnitentia de fide mentita: C & alter eſt liber ad contrahendum cum alia. Sed ſi deſponſatio facta eſſet per verba de præſenti, nullo caſu poteſt cùm alia contrahere, niſi probetur impedimentum dirimens, vt conſanguinitatis, voti ſolemnis, & huiuſmodi.

Secũdum impedimentum I. gamẽ.

Vigeſimæ octauæ cauſæ quæſtiones. An ſit matrimoniũ inter infideles.

Vigeſimaoctaua habet tres quæſtiones. Prima eſt, an coniugium ſit inter infideles. Et dicendum quòd ſic, ſed non eſt ratũ in infidelibus non baptizatis, vt Iudæis & paganis. Vnde ſi alter infidelium, vt Iudæus vel paganus vxoratus conuertatur ad fidem Chriſti: & alter non D velit conuerti, nec cohabitare cum conuerſo ad fidem, niſi cùm blaſphemia creatoris, tunc poteſt conuerſus contrahere cum alia, ſed ſi velit cohabitare cum eo quietè, non debet dimittere. Sed hoc pertinet ad ſecundam quæſtionem, qua quæritur an liceat infideli viuente vxore aliam ducere. Et dicendum quod non, etiam vtroque manente in infidelitate. Tertiò quæritur, an ſit cenſendus bigamus, qui ante baptiſmum habuit vnam & poſt baptiſmum aliam etiam virgines. Et dicendum, quòd ſic.

Vigeſimæ nonæ quæſtionis ſumma.

Tertium impedimentum Error.

Vigeſimanona eſt de errore coniugij. E Et habet duas quæſtiones. Et primò quæritur, an inter errantes circa perſonam, putantes vnam pro alia erga ſumendam in matrimonium, ſit coniugium, & contractum de præſenti poſſit diſſolui. Et dicendum, quòd error poteſt eſſe duplex: vnõ modo circa eſſentiam perſonæ: puta quia intendit contrahere cum Berta, & ſibi præſentatur alia, puta Martina, quam credit eſſe Bertam: & talis error impedit matrimonium & diſſoluit: niſi poſtea ſcita veritate acquieſcat. Alio modo poteſt eſſe error circa qualitatem perſonæ: F puta quia intendit cum diuite contrahere: & illa eſt paupercula: cum virgine, & illa eſt corrupta: cum ſana, & ipſa eſt infirma. Et talis error non tollit coniugium. Secunda quæſtio eſt, de errore ſeruilis conditionis, an ſcilicet contrahens liber cum ſerua, quam credit liberam, teneat matrimonium. Et dicendum quod non: niſi poſtquam ſciuerit, ſit contentus: ſed ſi ſciuiſſet fuiſſe ſeruam ipſe exiſtens liber, tenet. Similiter ſi vterque eſt ſeruus, quamuis alter neſciret eſſe ſeruum alterum, teneret. Serui enim poſſunt contrahere adinuicem matrimonium: nec domini eorum poſſunt diſſoluere, etiam ſi diuerſos dominos habeant.

Quis error matrimonium impedit.

Quartum impedimẽtum Cõditio.

A.C. 1140.

Trigeſimæ quæſtionis capita.

Quintum impedimẽtum cognatio ſpiritualis.

Trigeſima cauſa agit de cognatione ſpirituali & legali inquantum impedit, & dirimit matrimonium, quæ habet quinque quæſtiones. Et primò quæritur an tenens ad baptiſmum filiũ proprium poſſit petere vel reddere debitum vxori ſuæ, ex qua illum filiũ habuit. Quod ideo B quæritur, quia ibi contrahitur cognatio ſpiritualis: non ſolum in tenente: ſed etiam in coniuge eius: quæ cognatio ſpiritualis impedit & dirimit. Et dicendum quod ſi hoc ſit in neceſſitate propter periculum ſcilicet mortis, cùm alius non ſit, qui hoc poſſit peragere, non impeditur ab exigendo vel reddendo: ſimiliter ſi ex inaduertentia: ſed etiam ſi ex malitia hoc faceret, ad diſſoluendum matrimonium non propterea diſſoluitur, nec quo ad vinculũ, nec quo ad debitum: ſed iniungenda eſt ei pœnitentia magna de huiuſmodi exceſſu. Et idem dicendũ C de ſacramento confirmationis, quia ibi contrahitur cognatio ſpiritualis, ſicut in baptiſmo. Et non ſolùm quo ad tenentem ad baptiſmum, vel confirmationem: ſed etiam quo ad dantem baptiſmum vel confirmationem contrahitur cognatio ſpiritualis, non autem quo ad dantem alia ſacramenta. Secundò quæritur an infantes poſſint contrahere ſponſalia: & dicendum quòd non ante ſeptennium ita quòd obligent: ſed poſt ſeptennium tenent ſcilicet de futuro. Contractum autem matrimonium per verba de præſenti ante ætatem legitimam: ſcilicet duodecim D annorum in fœmina, quatuordecim in maſculo: habet vim ſponſalium de futuro, niſi ſit valdè propinquum tali ætati: vel malitia ſuppleat ætatem. Tertiò quæritur an filij adoptiui vel ſpirituales poſſint contrahere cum filiabus naturalibus alicuius eiuſdem perſonæ. Et dicendum quod non, dum durat adoptio, quo ad adoptiuos & quantum ad filios ſpirituales, ille vel illa, ſpiritualis filius vel filia ſcilicet tentus ad baptiſmum vel confirmationem ab aliquo non [a] poteſt contrahere cum filiis naturalibus, vel filiabus ipſius, qui tenuit, ſed fratres vel ſorores E carnales illius tenti in baptiſmo, vel confirmatione benè poſſunt contrahere cum filiis naturalibus tenentis. Quartò quæritur, an compater poſſit contrahere cum commatre ſua mortuo viro eius. Et dicendum quod nõn, quia eſt ibi impedimentũ cognationis ſpiritualis, quod dirimit matrimonium. Et idem etiam dicendũ inter tenentem ad baptiſmum vel confirmationem, & tentum, quia eſt ibi paternitas & filiatio ſpiritualis. Quintò quæritur, an teneat matrimo-

F a *Concilium tamen Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 2. de reformatione matrimonij, ad maiorem matrimonij libertatem ſtatuit, vt ad ſummum duo vnus & vna baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, inter quos & baptizatum ipſum, & baptizati patrem & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahatur.*

Cognatio ſpiritualis in baptiſmo vt cõtrahatur.

nium

nium clandeſtinum. Et dicendum eſt quòd ſic.[a] Sed hoc omnino prohibetur, quia in iudicio cùm non poſſit probari, non iudicaretur matrimonium, quod tamen eſt.

A.C. 1400.

Trigeſimæ primæ cauſę ſumma.

Trigeſima prima cauſa eſt de impedimento criminis, & habet tres quæſtiones. Primò quæritur an poſſit ducere in vxorem, quæ prius polluta eſt in adulterio per ipſum. Et dicendum quod ſic, niſi machinati eſſent in mortem viri vel vxoris quibus tunc coniuncti erant, cum effectu ſcilicet morte ſecuta, vel niſi dederit fidem adulter promittendo eam ducere in vxorem mortuo viro. Ibi etiam quod ſecunda matrimonia non ſunt prohibita, nec in quantocumque numero, dummodo fiant mortuo priori coniuge. Secūdò quæritur, vtrùm mulier ſit inuita tradenda nuptui, & dicendum quod non. Idem de viro, & ſi violentia abſoluta fieret, vel quę cadere poſſet in conſtantem virùm, non teneret matrimonium. Tertiò quęritur, an ſponſalia poſſunt frangi, & dicendum quòd non, ſi ſponſus & ſponſa conſenſerunt, aliàs ſic: vel niſi ſe inuicem abſoluerint, aut caſus contingat, quo valeant diſſolui, aliàs punire debent frangentem.

Sextum impedimentum, crimen.

Septimū impedimentum, vis.

Sponſalia an frangi poſſunt.

Cauſa trigeſima ſecunda.

Trigeſima ſecunda eſt de multis materiis circa matrimonium quæ habet octo quæſtiones. Et primò quæritur, an liceat ducere meretricē in vxorem. Et dicendum quòd ſic, ſi velit caſtè viuere: aliàs vxorem ductam etiam virginem poſtea adulterantem, & permanentem in adulterio, debet vir dimittere, ſcilicet quo ad debitum coniugale, & hoc maximè ſi ſperat per hoc eam corrigendam. Idem de vxore erga virum perſeuerantem in adulterio. Secundò quæritur de ea quæ ducitur in vxorem cauſa delectationis venereę non procreationis filiorum, ſit ne verè vxor: Et dicendum quòd ſic, dummodo non fiant pacta contra ſubſtantialia matrimonij. Ibi de actu coniugali: & de procurantibus aborſum. Tertiò quæritur cuius magis ſit ſequendum arbitrium ſeu voluntas in nubendo: an liberti aui aut originarij patris ſerui: & dicendum quòd magis aui, quàm patris. Quartò quæritur, an viuente vxore ſterili liceat viro ex ancilla, vel alia muliere quærere filios & habere, ſcilicet carnaliter eā cognoſcendo. Et dicendum, quòd non. Et ibi declaratur quomodo licitè aliquibus patribus veteris teſtamenti licuit habere plures vxores. Et quod ſimplex fornicario eſt prohibita. Quintò quæritur, an virginitas poſſit per abſolutam violentiam alicui auferri, & dicendum quod non. Tamē violentata talis inter virgines non poteſt conſecrari. Et quod multipliciter violatur caſtitas etiā ſine commixtione. Sextò an adulter poſſit adulteram dimittere, ſcilicet quo ad torum, ſeu actum coniugalem, vel quo ad cohabitationem. Et dicendum quòd non, quia ſunt paris

Licet meretricem in vxorē ducere.

In noui decretiſūma ad hanc quæſtionem negatiuè reſpondetur.

Virginitas per abſolutam violentiā tolli non poteſt.

a *De matrimonio clandeſtino ſic idem Conc. cap. 1. de refor. matrim. definiuit. Qui aliter quàm præſente parocho vel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabūt: eos ſancta ſynodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos aut nullos eſſe decernit, eos præſenti decreto irritos facit & annullat. Quare autem ſanctiſſimum hoc decretum à Trid. Syn. editum ſit vide infrà cap. 9. §. 3.*

A conditionis in hoc. Septimò, an altero adulterante poſſit continens alteram ducere. Et dicendum quòd non, neque in coniugium, nec cum alia commiſceri, ſed continere oportet, vel illam ſibi reconciliare. Ibi de gradibus ſeu ſpeciebus luxuriæ & de grauitate ſodomiæ. Ibi de inceſtu. Et quòd contrahitur affinitas per fornicarium coitum, qui impedit & dirimit. Octauò quæritur an liceat adulterium, vel fornicationem, vel aliud malum perpetrare: vt infidelem ad fidem trahat. Et dicendum quòd non aliquo modo.

A.C. 1400.

B Trigeſima tertia cauſa eſt de impotentia coeundi, qua habet quinque quæſtiones. Prima vtrùm propter talem impotentiam, vel ex frigiditate, vel maleficio: vel alia indiſpoſitione naturali, ſit ſeparandum matrimonium & diuortium faciendum. Et dicendum, quod poſtquàm fuerit legitimè probatum, poteſt fieri diuortium, & alter non habens impedimentum huiuſmodi, poteſt alteri copulari. Secundò quæritur ſi ſine iudicio eccleſię fuerit ſeparatio quo ad torum, vel quo ad vinculum ſi ſit impedimentum dirimens: an ſit cogendus vir vel mulier ad coniugem dimiſſum recipiendum: & dicendum quòd ſic: niſi ſit notorium factum, vel conuictus in iudicio de cauſa iuſta huiuſmodi. Ibi de vxoricidio & pecunia eius. Et quare pro mortali datur pœnitētia ſeptennis. Tertia quæſtio eſt de pœnitentia, de qua tractabitur poſt omnes cauſas §. ſequētis. Quarta eſt verum poſſit vel exigi vel reddi debitum coniugale temporibus feſtis, vel ieiuniis. Et dicendum quòd ſic: dummodo non in contemptum: abſtinere autem in huiuſmodi dicto tempore conſilium eſt: in caſu, quod vterque conſentiant, & non aliter.

C

Cauſa trigeſimatertia.

Octauum impedimētum ſit fertè coire nequibis.

D Ibi de nuptiis non celebrandis tempore prohibito ab eccleſia. Quinta quæſtio eſt an poſſit vouere alter coniugum ſine conſenſu alterius coniugis. Et dicendum, quòd quantum ad votum caſtitatis non, ſed quantum ad vota abſtinentiæ vel peregrinationis non multum longè poteſt vir vouere ſine conſenſu vxoris: ſed vxor non poteſt ſine conſenſu viri.

Trigeſima quarta cauſa.

Trigeſima quarta cauſa habet duas quæſtiones. Prima eſt an ſit rea adulterij, quæ viuente viro alteri nupſit. Secunda eſt, an redeunte viro mulier ſit cogenda redire ad primum. Ad vtramque reſpondetur per vnum capitu. Et dicendum eſt quo ad primam, ſi credebat virum mortuum, vt pote, quia iuerat in exercitium, & fuit ſibi dictum ibi eum fuiſſe occiſum, quia & multi occiſi ſunt: & diu ſtetit, quod non audiuit contrarium: non reputatur adultera, ſi alteri nupſit, ſed nunquam debet alter coniugum alteri copulari, niſi habeat certam notitiam de morte coniugis. Ad ſecundum diffinitur, quia ſi innocenter fecit habens iuſtam cauſam credendi mortem coniugis, reuertente coniuge cūm non eſſet mortuus, debet redire ad primum & dimittere ſecundum, aliter extunc iudicatur adultera. Cum autē neſciens coniugem mortuum nubit alteri adulterium eſt, nec eſt matrimonium nec tenet: & ibi de inceſtu per ſcientiam vel ignorantiam & pœna eius.

E

Mulier credens probabiliter virū mortuum & nubens non eſt adultera.

Mulier quæ ſic nupſit ad virum reuertentē redire debet.

F

Trigeſimaquinta eſt de cōſanguinitate & affinitate: in qua eſt impedimentum etiam dirimēs contractū, & conſummatū, & habet quæſtiones decem. Prima eſt, an liceat vxorem ducere ex propria

Cauſa 35. Nonum & decimū impedimētum eſt cognatio & affinitas.

propria cognatione. Et dicendum eſt, quòd non nec conſanguineas, ſecus fuit in veteri teſtamento. Secunda eſt an liceat contrahere cum affinibus, id eſt conſanguineis vxoris ſuæ, ea mortua. Et dicendum quòd non. Tertia vſque ad quem gradum conſanguinitatis vel affinitatis prohibetur cōtrahi matrimoniū. Et dicendum ſecundum quod hic dicitur, vſq; ad ſextum gradū incluſiue. Sed hoc eſt abrogatum per decretalem, extra de cōſang. & affin. c. ſi. Et ibi determinatur vſque ad quartum gradum incluſiuè, & hoc eſt tenendum. Quartò quare vſque ad ſeptimum gradum prohibeatur. Et dicendum, ꝙ per reſpectum ad ſex ætates mundi: nunc autem vſq; ad quatuor, per reſpectū, ad quatuor elementa, ex quibus homo conſiſtit. Et quia de facili poſſunt huiuſmodi gradus mēte teneri, plures autē difficulter. Quintò quæritur, quomodo gradus huiuſmodi ſunt cōputandi. Et dicēdum, ꝙ aliter ſecundum leges, quæ reſpiciunt ad ſucceſſionē, aliter ſecundum canones, qui reſpiciunt ad coniunctionem carnalem. Sexta quæritur, quib. accuſantibus vel teſtificantibus ſunt ſeparāda matrimonia de facto conſanguineorum & affiniū: [Propinquis & vicinis.] Et de iuramento exigendo ab eis, & de forma illius iuramenti ibi habetur, ſcilicet vtrùm iuramento vnius ſtandum eſt. Septima quæſtio, an reputētur legitimi filij nati de matrimonio inceſtuoſo. Et dicendum ꝙ nō, ſi hoc impedimentū ſciebant, aliàs ſic. Octauo quæritur vſque ad quem gradum, poteſt fieri diſpenſatio. Et dicendum, ꝙ in primo non poteſt in tertio & quarto poteſt, & ſolùm per Papam, de ſecundo eſt magis dubium. Sed videtur, quòd poſſit diſpēſare ex magna cauſa. Nono quęritur, an cum fraude teſtium vel ignorantia eorum eccleſia decepta, id eſt iudex aliquos coniuges ſeparauerit, probata conſanguinitate eorum vel alio impedimento dirimente, & ſeparati illi contraxerint alia cōiugia: poſtea inuenta fraude, & deceptione ſint reintegranda priora coniugia. Et dicendum ꝙ ſic, ſi clarè reperitur veritas. Decimò quæritur, an ſoboles ſuſcepta ex ſecundis nuptiis poſſit conſanguineis prioris viri matrimonio copulari. Et vtrùm affinitas deleatur mortuo vno coniugum in ſuperſtite. Et dicendum ad vtramque quæſtionem, quòd non.

A.C. 1200.

Vſque ad quartum gradum cognatio extēditur.

Vſque ad quem gradum poteſt fieri diſpēſatio.

Trigeſima ſexta & vltima cauſa eſt de raptu, & habet duas quæſtiones. Prima eſt vtrùm qui mulierem oppreſſit carnaliter ignorante patre dicatur raptor. Et dicendum quòd ſic. Secunda eſt vtrùm rapta raptori poſſit nubere aſſentiente patre. Et dicendum quòd ſic, ſi ipſa conſentiat. Et dicitur raptus, cum fœmina per vim & contra voluntatem, vel ipſius puellæ tantùm, vel parentum tantū, vel contra voluntatē vtriuſque ſcilicet ſuam & parentū educitur de domo, vt in vxorē habeatur. Et in prima quæſtiōe ponitur pœna raptoris, & ſpecies luxuriæ quinq;.

Trigeſima ſexta de raptu.

Raptus quid ſit.

Tractatus de pœnitentia ſumma.

§. III.

TRACTATVS de pœnitentia ponitur pro tertia quæſtione trigeſimę tertię cauſæ, qui tractatus habet 7. diſt. In quarum prima quæritur vtrùm peccatum ſola contritione deleatur: vel an ſit neceſſaria ſacramētalis cōfeſſio.

A Arguit autem pro & contrà valdè diffuſè proſequens cū multis dictis ſanctorū notabilibus, & exēplis ſcripturæ, nec determinat, ſed relinquit iudicio lectoris, quid malit tenendum, cū vtraque opinio haberet, tunc peritos viros. Sed dicenda ſunt duo. Primum quòd contritione ſola dimittitur peccatū, quæ eſſe nō poteſt ſine vero propoſito ſaltem confeſſionis ſacramentalis. Secundum eſt, quòd confeſſio vocalis, qui ſit ſacerdoti, eſt neceſſaria ad remiſſionem peccati, quando poteſt haberi copia eius: ſaltem ſemel

B in anno, vel cum eſt in periculo vel ſi habet cōmunionem accipere ſecundum Thomam.

A.C. 1200.

Contritione ſola dimittitur peccatum. Confeſſio vocalis eſt neceſſaria. Thom. in 4.d.15.9.5. a.1.q.1.

In ſecunda diſtinctione, quęritur, vtrùm caritas ſemel habita poſſit amitti. Arguit prolixè pro & contrà per authoritates & exempla ſcripturæ. Et concludit ꝙ vtique poteſt amitti. ſ. caritas, prout eſt in viatoribus, non illa quæ eſt in comprehenſoribus. Et quia angeli aliqui ante confirmationē eorum eā amiſerunt: & Adam, & Moyſes, & Aaron, & Dauid, valdè perfecti viri.

Caritas ſemel habita perdi poteſt. Gen 3. Nu 10. 3.Reg. 11.

In tertia diſtinctione quæritur, an verè pœnitens

C tens poſſit pœnitentiam maculare poſtea peccando. Et an quis poſſit pœnitere vere de peccatis, vt habeat remiſſionem eorū, vno retento, de quo non pœnitet. Arguit diffuſè pro & contra, tandem reſpondet ad primum, ꝙ vera pœnitentia non tollit, quin poſtea poſſit recidiuare, & quin recidiuans fuerit verè pœnitēs. Ad ſecundum dicendum, ꝙ nullo modo poteſt quis verè pœnitere, & habere remiſſionem alicuius peccati, niſi de omnibus pœniteat, ſcilicet mortali

D bus, nam de venialibus ſecus.

Poteſtquis verè pœnitens recidere in peccatum.

In quarta diſtinctione quæritur, an peccata ſemel dimiſſa per veram pœnitentiam, redeant ad animam per ſequentem culpam mortalem. Arguit pro & contra diffuſè, & ponit circa hoc duplicem opinionē, aliis hoc aſſerentib. aliis negantibus. Sed ſecundum Tho. & alios non redeunt vtique, nec quo ad culpam nec quoad pœnā ſed dicuntur redire propter affectum cuiuſdam aggrauationis, quam habet ſequens culpa propter ingratitudinē. Et ibi de libro vitæ, quomo-

E do quis inſcribitur, & quomodo deleatur dupliciter.

Peccata non redeunt per ſequentem culpam. In 3. p. 88. a.1.

In quinta diſtinctione declaratur, quomodo quis debeat dolere & confiteri non ſolùm de peccatis, ſed etiam de circunſtantiis eorum. Et quæ dicatur falſa pœnitentia.

In ſexta diſtinctione oſtenditur, cui debeat quis confiteri. Et dicēdum, quòd non ſolū bono ſacerdoti: ſed & perito, ſcienti diſcernere peccata, & diligenter interrogare: non hæretico, ſed fideli, & proprio ſacerdoti. In ſeptima & vltima

F quæritur de pœnitentibus in extremis, & dubitatur vtrùm ſit vera pœnitentia. Et quamuis vera & ſaluans eſſe poſſit: multæ tamen præſumptiones habentur in contrarium, & præcipuè quia non videtur, quod amore, ſed timore ſerui li moueatur, qui non ſufficit ad ſalutem.

Tertiæ partis decreti ſumma.

§. IIII.

TERTIA pars principalis agit de ſacramentis quibuſdā & pertinentibus ad diuinum cultum, intitulatur de conſecratione, continens quinque diſtinctiones, quarum prima agitur de conſecratione altarium &

A.C. 1400. eccleſiarum,& de earum reconſiliatione, de miſſis,& quibuſdam pertinentibus admiſſam,& auditione eius,& de oblationibus ad altare:et orationibus. In ſecunda diſtinctione agitur de ſacramento euchariſtiæ, quo ad materiam debitã & quoad formam & quo ad vſum & frequentationem, et quo ad veritatem ſacramenti. Et de affectu eius, et de conuerſione, quæ ibi fit panis & vini in corpus et ſanguinem Chriſti, quod probat per multa exempla.

In tertia diſtinctione agitur de feſtis celebrãdis: & ieiuniis obſeruandis, de aqua benedicta et de paſchate reſurrectionis celebrãdo die dñico.

In quarta de baptiſmo, & eius effectu valdè diffuſe, & de forma eius & de ſacramentalibus eius, id eſt exorciſmo & cathechiſmo. Et de tempore dilationis, quo ad conferendum infidelibus adultis, de tenentibus ad baptiſmum et inſtructione baptizandorum, de gratia Dei, quid operetur in homine, quæ confertur in baptiſmo, et quomodo Adam erat creat⁹ immortalis.

In quinta et vltima agitur de ſacramento confirmationis, quod omnes debent ſumere baptizati, et quod ſolùm per epiſcopos datur, & quomodo. Exinde de quadrageſimę ieiunio obſeruando, et de diſcretione ſeruanda in ieiuniis et vigiliis et [illegible]ionibus, et ſuperfluitate aliorum vitanda. [illegible] capitula vltima duo ſunt de ſpiritu ſancto, quod procedit à patre et filio.

De Scriptis Magiſtri Petri Lombardi, ex Vinc. lib. 29. ca. 1. vide Tritthemium de eodem. & Sixtum Senenſem lib. 3. Biblioth. ſanctæ.

CAP. VII.

Hæc ex Vinc. l. 29. cap. 1. MAGISTER Petrus Lombardus anno domini. 1150. vel circa pontificante Alexandro tertio in vrbe, et Frederico primo imperante claruit epiſcopus Pariſiẽſis exiſtens. Hic maiores gloſſas pſalterij, et epiſtolarum Pauli ſimiliter, ex multorum dictis collegit et ordinauit. Nam quã eſſet inter Francię magiſtros opinatiſſimus: gloſſaturã epiſtolarum, et pſalterij ab Anſelmo per gloſſulas interlineares marginaleſque diſtinctã, et poſtea à Gilberto continuatiuè productam, latius et apertius explicuit, multaque de dictis ſanctorum addidit. Idem etiam ſermones quoſdam vtiles compoſuit.

Libri Sententiarum laudes. Sed quod magnificentius eſt, ipſe librum ſententiarum, qui nunc publicè legitur in ſcholis, laborioſum certè opus, ex multorum ſanctorũ patrum dictis vtiliter compilauit. Quod autem Mag. in 1. d. 5. lib. 6. Ioachim abbas eũ reprehendit, de eo quod dixerat in principio ſentẽtiarũ, libri: ꝙ pater et filius et ſpirituſſanctus erat quædam ſumma res ſeu eſſentia, qua fruendum eſt, reprobatus eſt Ioachim, et ſententia Petri confirmata, extrà de In con. lateran. c. 2. ſum. tri. et fi. catho. damnamus. Materia autem quæ continetur in lib. ſententiarum hic breuiter ponitur.

Summa primi libri ſententiarum.

§. I.

LIBER autem ſententiarum diuiditur in quatuor libros, et quilibet eorum in diſtinctiones, et quælibet diſtinctio in capita. Et in prima diſtinctione quæ habetur poſt prologũ tractatur de iis, qui conueniunt creatori et creaturis rationalibus, ſ. de fruendo et vtendo. Et in primo libro per totum agitur de diuinis perſonis, quibus ſolis fruendum eſt ab hominibus et angelis, ipſe Deus etiam ſe fruitur. Et de diuinis agendo, primò ponit de diuinæ eſſentiæ vnitate quę per rationes naturales probatur. Et de trinitate perſonarum, quæ habentur ex ſcripturis veteris et noui teſtamenti et oſtenditur etiam per imaginem in homine, et per veſtigium in omnibus creatis. Deinde de quibuſdam locutionib. obſcuris, quę dicuntur de Deo: quomodo ſunt ſanè intelligendæ. De generatione æterna filij. De proceſſione æterna ſpiritusſancti à patre et filio et de miſſione eius viſibili et inuiſibili ad nos. Deinde de æternitate Dei et ſimplicitate et inmutabilitate eius. Poſtea de nominib. quę dicũtur de Deo æternaliter et tẽporaliter, et per ſe et per relationem ad aliud. De proprietatibus et notionibus, quibus diſtinguuntur diuinæ perſonę pater et filius et ſpirituſſanctus, vt generare gigni, ſpirare, & ſpirari, & huiuſmodi. Quomodo de eo dicatur imago, principium, et ſapientia. De attributis diuinis perſonis, vt potentia, ſapientia, bonitas. De ſcientia Dei, et de prouidentia, de ſapientia, et prædeſtinatione, et præſcientia Dei. Et quomodo omnia dicãtur eſſe in Deo et Deus eſſe in omnibus creaturis. De reprobatione & obduratione hominũ. De omnipotẽtia Dei et voluntate Dei, de voluntate beneplaciti, et de voluntate ſigni, quæ diſtinguuntur in præcepta, prohibitiones, et conſilia.

A.C. 1200. Diſt. 1. & 3. Diſt. 4. & 5. Diſt. 6. 7. & 8. Diſt. 10. 11. 12. & 16. Diſt. 19. & 20. Diſt. 22. & 23. Diſt. 26. Diſt 34. Diſt. 35. & 36. & 37. Diſt. 41. & 42.

Secundi libri ſententiarum ſumma.

§. II.

IN ſecundo, tertio & quarto libro agitur de rebus, quibus vtendum eſt. Et in ſecundo quidem agitur de creatione mundi, primò in genere, ſecundò in ſpecie, videlicet de creatione Angelorum omnium, deinde de lapſu aliquorum, poſtea de confirmatione bonorum, & diſtinctione eorum per ordines, & de officiis eorum, & de operibus factis in ſex primis diebus. De creatione ſeu formatione primorum parentum, & quales fuerunt in ſtatu innocentiæ, & quales fuiſſent geniti ab eis in tali ſtatu. Poſtea de lapſu eorum, & per quid, in quid, & quomodo, & punitione eorum. De libertate arbitrij varia in diuerſis ſtatibus. De gratia Dei præueniente & ſubſequente, & de ea operante & cooperante. Et quid operetur in nobis gratia, & quid liberum arbitrium in bonis ſimul cum ea, & in malis ſine ea. De virtutibus, quomodo ſe habeant cum gratia, & quid operentur in nobis. De peccato originali, quomodo trahatur à primis parentibus, & ex parentibus proximis in filios. Quomodo etſi deleatur in baptiſmo, reatu, & quo ad pœnam ei debitam, remanet tamen actu, id eſt ad fomitem ſeu inclinationem ad peccata. Quod Deus creat animam immaculatam, & creando infundit, et in ipſa infuſione in corpus inquinatum, ex ſui conceptione anima cõtrahit maculã originalis. Verũ illud

à diſt. 1. vſque ad 16. à diſt. 16. vſque ad 21. à diſt 21. vſque ad 26. Diſt. 26. Diſt. 27. Diſt. 31.

A. C. 1150. illud Adæ peccatum fuerit grauiſſimum omniũ peccatorum,& an de eo habuerit remiſſionem. Diſt.34. Poſtea de peccato actuali,quòd perpetratur voluntate hominum propria.De differẽtia eorum, quia aliqua ſunt peccata tantum,aliqua peccata & cauſa peccati,aliqua peccata & cauſa peccati Diſt. 37. & pœna peccati. Quod actus mali inquantum actus, ſunt à Deo, inquantum mali, ſunt à voluntate hominis.De voluntate,& fine ſeu intentione hominis in actibus ſuis. De actibus infidelium, & quomodo peccatum dicatur voluntarium.De ſeptem vitiis capitalibus breuiſſimè. Et quomodo ſuperbia dicatur radix omnium malorum & etiam cupiditas,& de ſex ſpeciebus peccati in ſpiritumſanctum.

Tertij libri ſententiarum argumentum.

§. III.

IN tertio libro agitur vſque ad medietatem quaſi de incarnatione verbi.Exinde de virtu- Diſt.1. tibus & mandatis Dei.Et primò quidem de ipſa incarnatione quare magis a Filio, quàm à Patre Diſt.2. vel Spirituſancto. Et de modo illius vnionis deitatis cum humanitate. Et quia vnio deitatis cum carne fuit mediante anima tunc creata. Et de illa carne, quomodo ſine peccato fuit concepta opere Spirituſſancti.Et quare huiuſmodi conceptio magis attribuitur Spirituiſan- Diſt.4. cto,quàm Patri vel Filio. Quod in illa incarnatione perſona non aſſumpſit perſonam, nec na- Diſt.5. tura naturam,nec natura perſonam,ſed perſona Diſt.6. filij Dei naturam, ſcilicet humanam aſſumpſit. De diuerſis opinionibus circa hoc, quæ reprobantur,cùm dicitur,Deus eſt homo,vel Deus factus eſt homo,& quid ſit tenendũ & dicendum. Diſt.9. Quomodo Chriſtus dicitur prędeſtinatus.Quomodo debet adorari, vtrùm latriæ adoratione, Diſt.10. an duliæ.De gemina Chriſti natiuitate,& quòd Chriſtus non potuit peccare inquãtum homo. De ſapientia & ſcientia eius & virtutibus. De paſſione eius,& propaſſione, timore & triſtitia eius.De oratione eius & voluntate eius diuina & humana, rationabili & ſenſuali.De merito Chriſti. De cauſa paſſionis Chriſti,& effectu,& vtilitate eius,& traditione eius.An in morte eſt ſeparata anima à corpore,&certum eſt quòd ita. Et an triduo mortis fuit homo: & dicendum quòd non.An Chriſtus habuit fidem, ſpem,& caritatem.

Diſt.23. Deinde agitur de virtutibus,ſcilicet de fide quid ſit,& quot modis dicatur,de actu eius vario,& de fide informi,de fide antiquorum,de fi- Diſt.27. de ſimplicium.Deinde de ſpe quid ſit,& vbi habeatur. Diſt.28. Poſtea de caritate quid ſit, & de modo diligendi Deũ. Et quæ ſint ex caritate diligenda quo ordine, videlicet Deus, animus proprius, proximus,& corpus proprium.De gradibus caritatis,&cui potius vel prius eſt ſubueniendum. Et quid eſt melius,an diligere amicos,an inimi- Diſt.33. cos.Et vtrùm caritas ſemel habita poſſit amitti.

Deinde de quatuor virtutibus cardinalibus ſcilicet prudentia,iuſtitia,fortitudine,& temperantia,breuiſſimè tamen tangit per vnam au- Diſt.34. thoritatem.

De ſeptem donis ſpirituſſancti,an ſint virtutes & vtrùm in patria,& an in Chriſto fuerint. A.C. 1152. Et dicendum, quòd ſic,ſed alio modo, ꝙ nunc in hominibus. De diuerſis ſpeciebus timoris. Quomodo dona differant adinuicem. Quomodo omnes virtutes ſunt connexę adinuicem. Diſt.37. De decem mandatis,quomodo cõtineantur in duobus,ſcilicet dilectione Dei & proximi. De octo ſpeciebus mendacij. Et ſatis diffusè de mendacio, iuramento,& periurio.De differentia legis veteris & euangelicæ adinuicem.

Quarti lib. ſententiarum ſumma.

§. IIII.

IN quarto libro agitur de ſacramentis, & poſtea de vltima reſurrectione, de præmiis beatorum, & pœnis malorum. Et primò quid Diſt.1. ſit ſacramentum,& quid ſignum,poſtea de diffe- De baptiſmo. rentia ſacramentorum veteris & noui teſtamenti,& præcipuè de circuncisione,quòd erat præcipuum ſacramentum in veteri lege,& de inſtitutione eius,& cauſa,& effectu,& modo. Deinde de baptiſmo,& differentia baptiſmi Ioannis & de baptiſmo Chriſti & affectu baptiſmi Ioan- Diſt.2. nis.Deinde de baptiſmo Chriſti,de materia eius & de forma .ſ. quibus verbis baptiſma detur & de inſtitutione eius & cauſa,& de triplici genere baptiſmi.ſ.fluminis,flaminis, & ſanguinis. De diuerſis modis accipiendi ipſum,ſcilicet fictè Diſt.5. vel nõ fictè.De effectu baptiſmi.De poteſtate baptizandi interius,id eſt,tollendi peccata, vtrùm Chriſtus potuerit eã dare hominibus.Et dicitur quòd non authoritatiuè:ſed benè miniſterialiter.Sed nec ipſe Chriſtus inquantum homo eam habuit,ſed per excellentiam:vt ſcilicet meritum eius operetur in remiſſionem peccatorum.Et vt in nomine Ieſu daretur, non in nomine alterius datum eſt. Quod in vteris non debent paruuli baptizari. Et de catechiſmo & exorciſmo.

De ſacramento cõfirmationis. Diſt.7. Deinde de ſacramento confirmationis,quod ſolum ab epiſcopis dari poteſt,& quis ſit effectus,& quòd non debet iterari.

De Euchariſtia. di.8. De ſacramẽto euchariſtiæ, & primò de figura eius in veteri teſtamento,ſcilicet mãna, & agno paſchali,& aliis.De forma conficiendi, de inſtitutione eius,et quare in pane et vino. De diuerſis modis ſumendi. ſ. ſacramentaliter tantum, ſpiritualiter tantùm et ſacramentaliter et ſpiritualiter ſimul. Et quòd in eo aliquid eſt ſacramentum,id eſt,ſpecies viſibiles panis et vini:aliquid res et ſacramentum, id eſt,ſignum rei ſacræ, id eſt caro Chriſti propria & ſanguis: aliquid tantùm res,ſcilicet myſtica eius caro effectus ſacramenti. De locutionibus obſcuris circa hoc ſacramentum,quomodo ſint ſanè intelligendæ. De modo conuerſionis panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti, & quare ſub duplici ſpecie datur. De accidentibus ibi remanentibus, quomodo ibi ſint. De cauſa inſtitutionis eius. Et quòd non ſolùm mali ſacerdotes: ſed etiam hæretici hoc conficiunt,ſi eccleſiæ ſeruant formam.Et quid ſit hæreſis.

De ſacramento pœnitentiæ. diſt.14. Deinde de ſacramento pœnitentiæ, vnde dicatur, & quid ſit, & quotuplex, quia ſolennis, publica & priuata. De effectu pœnitentiæ ſcilicet remiſſione peccatorum.Quod de vno non poteſt pœnitentiam quis agere ſine aliis,ſcilicet

A.C. 1200.

quo ad mortalia ſecus de venialibus. De duplici cauſa flagellorum Dei in vita iſta. De generibus varijs eleemoſynarum, ſcilicet ſeptem operibus miſericordię ſpiritualibus, & ſeptem corporalibus. Et ibi diffuſe de eleemoſyna quomodo fienda, & vtilitate eius. De tribus partibus pœnitentiæ, ſcilicet contritione, cõfeſſione & ſatisfactione. Et ibi quæ ſit vera ſatisfactio, & quæ falſa. Et de partibus eius, ſcilicet oratione, ieiunio & eleemoſyna notant ibi doctores. Et ꝙ reſtitutio alienorum eſt præambulũ ad ipſam ſatisfactionem. Et de venialibus peccatis, ꝙ non ſunt contemnenda. Vtrùm ſine cõfeſſione per ſolam contritionẽ deleantur peccata mortalia. Arguit pro & cõtra, & dimittit quæſtionem inſolutam. Sed dicendum, ꝙ dimittuntur per contritionem ſolam, quæ non eſt vera ſine propoſito confitẽdi. Sed tamen poſtea tenetur confiteri tẽpore congruo, aliàs tunc peccaret mortaliter. De clauibus eccleſiæ & vſu clauium, & quomodo dicantur ſacerdotes peccata ſoluere & ligare. De maculis animæ per peccata, quid ſint. Et ꝙ mali ſacerdotes poſſunt ſoluere & ligare ſicut boni. De pœnitentibus in extremis, quid ſit agendũ cum eis. De purgatorio, & iis, quæ ibi per pœnas purgantur. De pœna ſacerdotis reuelantis confeſſionẽ. Et de confeſſione generali quid operetur. Vtrum peccata dimiſſa redeant per ſequentem culpam, & dicendum quòd non.

Tres pœnitentiæ partes dist. 16.

De purgatorio. dist. 21.

De ſacramento extremæ vnctionis dist. 23.

De ſacramento extremæ vnctionis, quomodo fuit inſtitutum, & quis effectus eius, & quòd poteſt iterari.

De ſacramento ordinis dist. 24.

De ſacramento ordinis. Quod ordines ſunt ſeptem, & quare ſeptem. & qui ſunt, videlicet oſtiarius, lector, exorciſta, acolytus, ſubdiaconus, diaconus & presbyter. Corona ſeu prima tonſura eſt præambulum ad ordines. Quæ ſint officia ſingulorum ordinum. Et quòd Chriſtus exercuit figuram actus omnium ordinũ aliquo modo. Quid ſit ordo. Et qui dicuntur ſacri. Et quid ſignificet raſura & tonſura. De epiſcopis & officiis eorum. De quadruplici genere eorum, ſuper quos eſt Papa. De ordinatis ab hæreticis vel ſimoniacis. Et de vitio ſimoniæ quot modis committatur, & de pœna eius.

De ſacramento matrimonij. dist. 26.

De ſacramento coniugij. De inſtitutione & cauſa eius, quando contractum eſt ſecundũ pręceptum, & quando ſecundũ indulgentiam. Cuius rei ſit ſacrum ſignum coniugium. Quæ ſint conſideranda in coniugio. De coniugio quid efficiat illud, quia conſenſus animorum expreſſus per verba vel alia ſufficientia ſigna. Quod ſpõſa poteſt & ſponſus ante copulã ſine alterius coniugis conſenſu intrare monaſterium. Quod poſt copulam non poſſunt intrare monaſterium ſine conſenſu alterius & certis limitationibus. Quod conſenſus de futuro etiam iuramento firmatus non efficit matrimonium. Quæ ſint de ſubſtantia coniugij, & quæ ad decorem, & in quid intelligatur ille conſenſus coniugum inuicem, an de cohabitatione, an in carnalem copulam, vel quid. Et quare mulier formata eſt de coſta viri. Quod non eſt conſenſus legitimus vbi coactio, & ibi de vario modo coactionis.

Impedimenta matrimonij. dist. 30.

De impedimento erroris, qui tamen eſt multiplex, nec omnis error impedit. De tribus bonis coniugij. De coniugio Mariæ & Ioſeph. De cauſa finali coniugij. De diuortio coniugij. De procurantibus aborſum. De iis quæ excuſant actum coniugalem à peccato, ſcilicet fides, proles & ſacramentum. De redditione debiti coniugalis, & continentia communi conſenſu ſeruanda. Quibus temporibus non ſunt nuptiæ celebrandæ. De diuerſis legibus coniugij, & de comparatione coniugij Abrahę virginitati Ioannis. Vtrùm licuerit habere plures vxores alicui eodem tempore. Et reſpondetur quòd iis, cum quibus fuit à ſpiritu ſancto diſpenſatum, & non aliter. De perſonis legitimis ad coniugium. Et de frigidis & maleficiatis quomodo & quando ſunt ſeparandi. De furioſis contrahentibus. De iis qui cognouerunt conſanguineam vxoris. Quod vxor non poteſt dimitti propter infirmitatẽ. De dimiſſiõe mariti vel vxoris ꝓpter fornicationẽ, & de recõciliatione eorũ. De cõiugio ſeruorũ quomodo teneat & quãdo. De ætate cõtrahentiũ. Quod in ſacris ordinibus conſtituti non poſſunt contrahere. De interfectoribus vxorum ſuarum. De votis & votorum differentia. De coniugatis aliis, viuentibus viris, credentibus eos mortuos. De diſpari cultu, ſcilicet fidelis cum infideli. Quibus peccatis poſſit vxor dimitti, & quibus non. Vtrùm coniugium ſit inter infideles, & vtique, ſed non ratum: quin in aliquo caſu poſſit diſſolui: vt cùm vnus eorum conuertitur, & alter infidelis permanens non vult cohabitare cum eo, vel niſi cum contumelia creatoris. De cognatione carnali, ſeu conſanguinitate, quæ impediebat vſque ad ſextum gradum, nunc autem vſque ad quartum. De gradibus affinitatis, & quomodo prohibeantur ab iis. Quibus teſtibus dirimuntur matrimonia in iudicio. De multiplici ſpecie luxuriæ, ſcilicet fornicatione, adulterio, inceſtu, raptu, & huiuſmodi. De cognatione ſpirituali, quę impedit & dirimit matrimonium in tribus gradibus. De copula ſpiritualium filiorum, vel adoptiuorum vel naturaliũ, quomodo vel quando impediatur matrimonium. De ſecundis nuptiis, vtrùm poſſunt, ſcilicet iterari. Et dicitur quòd ſic mortuo primo coniuge.

Matrimonium inter infideles diſſolui põteſt.

De reſurrectione. dist. 43.

De reſurrectione mortuorũ & iudicij conditione. De libris tunc aperiendis conſcientiarum. De voce tubæ. De hora aduentus. De iis, qui tunc viui reperientur. De ætate & ſtatura reſurgentium & qualitate eorum. Quomodo malorum animæ & dæmones crucientur in igne inferni ſine cõſumptione eorũ. De diuerſis receptaculis mortuorũ poſt mortẽ. Ibi de purgatione mortuorũ & pœnis & ſuffragiis eorum.

Sancti audiunt preces inuocantiũ eos. dist. 45.

Quod ſancti & angeli audiunt & cognoſcunt orationes inuocantium eos. Quod ſuffragia non iuuant eos, qui ſunt in inferno. De occulto iudicio Dei. De iuſtitia & miſericordia, quomodo reperiuntur in omni iudicio Dei. De ſententia iudicij. Et de quatuor ordinibus iudicandorum. De ordine iudicij, & miniſterio ibi Angelorum. De forma iudicis. De differentia præmiorum in cœlo: an maior erit beatitudo ſanctorum poſt iudicium & an mali in inferno peccabunt, an animæ damnatorum notitiam habent de iis, quæ hic fiunt. De Lazaro & diuite epulone. Et quomodo vident boni damnatos & econtrario, quamuis damnatorum pœna non augeatur, nec minuatur gloria bonorum.

De

A.C. 1100.

De Petro Comeſtore hiſtoriæ ſcholaſticæ auctore. Vinc.li. 29.cap.1.

CAP. VIII.

CIRCA idem tempus(inquit Vincen. ſpecu.hiſto.lib.xxx.exiſtimo floruiſſe magiſtrum Petrum qui dicitur Comeſtor.anno Domini. M. cl. vel circa.Hic hiſtoriam ſcholaſticam compoſuit:partem videlicet hiſtorialem veteris & noui teſtamenti breuiter & vtiliter proſequens: videlicet libros legales ſeu Moyſi quinque, libros Ioſue & Iudicum,iiij.libros Regum,cum Paralipomenon,& Machabæorum libros. Hiſtorias Ruth, Tobiæ,Iudith,Eſdræ,& Neemiæ:& viſiones Danielis.Et in nouo teſtamento hiſtorias euangeliorum & actuum apoſtolorum & aliqua obſcurè dicta exponit in dictis libris , & ſuperficiales diſſonantias ad concordiam reducit.Inſuper & quædam incidentia de geſtis gẽtilium ex libris Ioſephi Iudęi & quorundam gẽtilium hiſtorias ſcribentiũ locis cõgruis inſeruit.De libris ſapiẽtialib.& ꝓphetis,ſeu ꝓphetiis , aut de epiſtolis apoſtolorũ vel apocalypſis nẽ ſe intromittit.Et incipit liber ille:Imperatoriæ maieſtatis.Nõnulla opuſcula alia etiã edidit.Et hos ſequentes verſus in laudem virginis elaganter compoſuit.

Petri Comeſtoris de B virgine carmẽ.

Si fieri poſſet quot arenæ pului's & vndæ,
Vndarum guttæ,roſa,gemmæ,lilia,flammæ,
Aethera cælicolæ,nix,grando,ſexus vterque,
Ventorum, pennæ volucrum, pecuũm genus omne,
Syluarum rami,frondes,auium quoque pennæ,
Gramina,ros,ſtellæ,piſces,angues, & ariſtæ,
Et lapides,montes conualles,terra, dr. cones,
Linguæ cunctaſorent minime deorome e poſſent
Quæ ſit vel quanta virgo regina Maria.
Quæ tua ſit p.e as,nec litera,nec dabit ætas.

Duodecimo ſæculo viri fuerũt doctrina celeberrimi.

a Si quis bene aduertat in iſto centenario annorum poſt mille & centum annos dominicæ incarnationis eccleſia multũ illuminata eſt in doctrinis.Nam in doctrina ſuaui ſpiritus copioſe & deuotè locuti ſunt & libros ediderunt ſanctus Bernardus,Hugo de ſancto Victore, & Richardus de ſancto Victore,& Hugo de Folietto & poſt eos Helinãdus,omnes hi religioſi & famoſi in ſanctitate. In doctrina verò morali & theologica floruerunt hi tres,Gratianus monachus,qui compilauit decretum,fundamentum, iuris canonici , Petrus Lombardus epiſcopus Pariſienſis,qui compoſuit librum ſentẽtiarum, ſummam theologię,& Petrus Comeſtor, qui edidit hiſtoriam ſcholaſticam.Et in ſequenti centenario,ideſt poſt mille ducentos annos à Chriſto floruerunt,qui dederunt perfectionem doctrinæ eccleſiaſticæ theologiæ &iuris canonici, ſcilicet Innocentius 3.& Greg.9, qui compilauit decretales.Et Innocentius quartus,qui dilucidauit per ſcriptum:& Hoſtienſis Raymundus, per ſummas ſuas, & Albertus magnus & beatus Thomas,& Alexander de Ales & Bonauentura,qui ſubtiliter ſpeculantes fecerunt ſcripta ſuper librum ſententiarum : nil dimittentes intactum addentes ſummas ſuas. Sed dolendum eſt nimis , quia cum tantum laborauerint in enucleando ſcripturas & elucidando antiquorum doctrinam,vix repetitur,qui velit in labores eorum introire,& libros eorum aperire. Et propterea ductus eſt populus meus captiuus, quia non habuit ſcientiam : ſed nec conſcientiam,quæ ſine ſcientia bona eſſe non poteſt. Iſa.5.

A.C. 1100.

Sæculo decimo tertio doctrina eccleſiaſtica tam theologiæ quam iuris canonici ſuã perfectionem eſt aſſecuta.

Scholaſtica theologia commendatur.

a Duodecimo ſæculo Theologia ſcholaſtica per Petrum Lombardum & Ba:du um & alios fundatur, propter ſubtiles Græcorum contra Latinos diſputationes de Trinitate,de proceſſione Spiritus ſancti, Berengarianos & Petrobuſianos de ſacramentis Porretanum & Abailardum, Theologis miſ e ntes Philoſophiam,vt ſubtiliter quæſtiones illæ deciderentur & amputarẽtur:Geneb in Chron.vide etiã Six. Se lib.3. Bibliot.metho.23.Per hanc ſcholaſticam theologiã hæretici ſumopere deteſtantur & dãnant:ob idſcilicet maximè,quia ex hac vna ad dubia fidei noſtro ſæculo inter ipſos controuerſa clarè & eu:d nter diſcutienda, certiora & copioſora nobis ſuppeditantur argumenta, quã ex auctoribus antiquioribus,Huius porro Theologiæ Scholaſticæ contra hæreticos defenſionem multi Catholici ſuſceperũt,& præſertim Staple.in Apologia recentioris Eccleſiæ, qui ſic concludit:Nemini obſcurũ iam eſſe arbitror,Eccleſiã Chriſti adeo ſimilẽ ſibi eſſe, adeo vnã ac eamdẽ,quantũ ad veritatis ipſius viã, ac fidei ſinceram doctrinam ſpectat, vt nulla eius ætas, nulla ſucceſſio altera potior haberi debeat. Non enim ad certa tempora ſed ad perpetuum quoddam tẽpus. ſine aliquo,in eru:llo d uina,quæ audiuimus verba ſe porri unt.Quodque de Eccleſiæ firmitate fide ac robore in ſcripturis prædicatur , non minus ad poſteriores Eccleſiæ annos,ac ætates,quã ad priores pertinet.Antiquitati quidem certe multum defertur , ſed Eccleſiæ conſenſus à quocunque ille tempore petatur eandem vim habet hæc ille.

De libris decretalium & diſtinctione earum.

Libri decretalium auctor & ſumma.

CAP. IX.

LIBER decretalium diuiſus in quinque libros,& per titulos quilibet liber diſtinctus:cõpilatus eſt per Raymundum ordinis Prędicatorum,magiſtrum in iure peritiſſimum ex iuſſione Gregorij noni:& ab eo approbatus. Et continet in ſe decretales epiſtolas deſtinatas ad diuerſas perſonas ſciſcitantes Romanos pontificeſ ad declarationem dubiorum ſuper diuerſis materiis.Ac etiam quædam ſtatuta in conciliis generalibus ſub Alexandro 3.& ſub Innocentio 3.Aliquando etiam in principio titulorum ponuntur dicta alicuius doctoris,vt Auguſtini & Hieronymi , vel alicuius concilij aut pontificis: ſed hoc rarò.

Pontifices ex quorũ ſcriptis decretales con ſcriptæ ſunt.

Omnes igitur decretales,quæ ibi cõtinentur, communiter ſunt iſtorum octo pontificum ſcilicet Alexandri 3.Clementis 3. Lucij 3.Vrbani 3.Cœleſtini 3.Innocentij 3. Honorij 3.& Gregorij 9.qui fuerunt ab anno domini.M.c.vſque ad annum domini.M.cc.xxx. ſecundum dictum ordinem poſitum ſuccedentes ſibiinuicem. Et pro maiori parte ſunt Innocentij 3.multæ quoque Alexandri 3.& Gregorij 9. Summa decretaliũ lib.1.

Et in primo libro tractatur de iure canonico & de electione,& de ordinibus ſacris,& qualitate ordinandorum,& de officiis eccleſiæ & iudicum varietate. Item 2.

In ſecundo libro de iudiciis & iuramentis pertinentibus ad forum contentioſum. Item 3.

In tertio libro de honeſtate & conuerſatione

A.C. clericorum,& de beneficiis eccleſiaſticis,prębendis,& de diuerſis contractibus.De votis,de teſtamétis,de decimis,de ſepulturis & religioſis.De baptiſmo,Euchariſtia,& officijs diuinis. De cēſibus & multis alijs.

tem 4. In quarto libro de matrimonijs & impedimentis eius per totum.

In quinto libro ſcilicet de accuſationibus, & de diuerſis vitijs Eccleſiaſticis,de hæreſi, ſimonia,homicidio,quo ad irregularitatem,de adulterijs,de raptoribus,de furtis,ſalſarijs, & ſortilegijs,de maleficijs,de priuilegijs & exceſſibus prælatorum,de iniurijs,de pœnitentia,& de excommunicatione.

Decretales morales Alexandri Papæ 3. extrà de reſcriptis. Alexander epiſcopo Rauennati.ca.ſi quando.

§. I.

Is ad quē ſcriptum Papæ dirigitur debet ei parere,vel cauſam reddere cur non poſſit.lib. 1.tit 3. cap.3.

SIQVANDO aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animū tuum exaſperare videntur,turbari non debes.Et infrà. Qualitatem negotij pro quo tibi ſcribitur diligenter conſiderans,aut mandatū noſtrū reuerenter adimpleas, aut per literas, quare adimplere non poſſis, rationabilē cauſam pretendas,quia patienter ſuſtinebimus,ſi non feceris, quod praua fuerit nobis inſinuatione ſuggeſtum.

Epiſcopus prolatam ab ordinario ſcatentiam ſeruare debet neque illā inconſulto pferente relaxare lib.1. tit,31. c.3.

Idē de officio iudicis ordinarij epiſcopo Florentino.ca.cum ab eccleſiarum,ſic ſcribit. Cum ab Eccleſiarum prælatis eccleſiaſtica ſententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet & firma conſiſtere,& vſque ad ſatisfactionē dignam inuiolabiliter obſeruari. Quapropter mandamus quatenus, ſi quādo plebanus ſancti Pācratij,in clericos vel laicos parochianos ſuos interdicti vel excōmunicationis ſentētias rationabiliter tulerit,ipſā facias inuiolabiliter obſeruari,& eam ſine congrua ſatisfactione, & abſq; eiuſdem plebani conſcientia non relaxes.

Feſtorum principiū & finis ſecundum conſuetudinem regionis debet attēdi.lib.2.tit. 9.c.2.

De ferijs Alexander.extra de ferijs.c.2. Quoniā in parte & infrà. Licet ſcriptū ſit de veſpera ad veſperā celebrabitis ſabbata veſtra,feſtorū tamen principium & finis iuxta eorum qualitatē & regionum conſuetudinem diuerſarum debet attendi;& ſicut magnitudo diei exigit, prius incipere & tardius terminari.

Emptor vēditionem minus dimidię iuſti precii partis poteſt reſcindere. lib.3 tit. 17 c.3.

In ti.de emptio,& ven.cum dilecti.Alexāder. In arbitrio eſt emptoris,ſi velit ſupplere iuſtum pretium,aut venditionē reſcindere, cùm res minus dimidia iuſti pretij comparatur.

Ne ſæculares aliquid exigant à clero.l.3.ti. 49.c. 4.ex Conc lat. ti.1.c.19. Gen.47.

Idem de immunitate eccleſiarum in concilio Lateranenſi, Nouimus (alias Non minus) & infrà.In diuerſis mundi partibus conſules ciuitatum,& rectores,necnon & alij, qui poteſtatem habere videntur,tot onera frequenter imponūt Eccleſijs,vt deterioris conditionis factū ſub eis ſacerdotium videatur,quàm ſub Pharaone fuerit,qui diuinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem omnibus alijs ſeruituti ſubiectis, ſacerdotes ſuos & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit,& de publico eis alimoniā miniſtrauit;iſti verò onera ſua ferè vniuerſa imponunt eccleſijs,& tot angarijs eas agunt [vt illud A eis quod Hieremias deplorat, cōpetere videatur, Princeps prouinciarū facta eſt ſub tributo. A.C. 1100. Thre.1.
Siue quidem foſſata,ſiue expeditiones, ſiue quæ libet alia ſibi arbitrentur agenda, de bonis Eccleſiarum,& clericorum & pauperū Chriſti vſibus deputatis,cuncta volunt ferè compilari.]Et infrà. Quo circa ſub diſtrictione anathematis ſeuerius prohibemus ne de cætero talia præſumant attentare niſi epiſcopus & clerus tantam neceſſitatem vel vtilitatem aſpexerint,vt abſq; vlla coactione ad releuandas cōmunes vtilitates vel neceſſitates,vbi laicorum non ſuppetunt facultates, B ſubſidia per Eccleſias exiſtimauerint conferenda.Si autem de cætero iſta cōſules aut alij talia commiſerint & cōmoniti deſiſtere noluerint, tam ipſi quàm fautores eorum excommunicationi ſe nouerint ſubiacere:nec communicationi fidelium reddantur,quouſque ſatisfactionem fecerint competentem.

Excōmunicantur magiſtratus,qui eccleſiæ bona inuadunt.

Et nota quòd Innocētius 3.eod.tit.in ca.aduerſus conſules ad iſtam conſtitutionem addidit, quòd propter imprudentiam quorundam, Romanus pontifex prius cōſulatur,antequam poſſit aliquid dari in ſubſidium cōmunitati alicui vel rectori. C

Rom.Pontif. prius conſulendus eſt, quàm aliquid à clero conferatur.Cōc. lat.c.46.

Idem Alexander 3.de ſponſa.c.de illis.ait:De illis qui præſtito iuramento promittunt ſe aliquas mulieres ducturos,& poſtea eis incognitis dimittūt terrā ſe ad alias partes trāsferētes,hoc volumus tibi innoteſcere, quòd liberū erit mulieribus illis,ſi non eſt amplius in facto proceſſum,ad alia ſe vota transferre, recepta tamen de periurio pœnitentia, ſi per eas ſteterit, quominus matrimonium fuerit conſummatum.

& 10.c.3.& infrà. Sponſ, cuius ſponſus remota loca petiit, nubere alteri poteſt li. 4.tit.1.c. 4.

Idem eo.ti.cum locum. Cum locum non habeat conſenſus,vbi metus vel coactio intercesſit:neceſſe eſt,vt vbi aſſenſus cuiuſquam requiri D tur,coactionis materia repellatur: Matrimoniū autem ſolo conſenſu contrahitur. (Quod intelligitur de conſenſu expreſſo per verba vel alia ſufficienter exprimentia conſenſum. Sequitur in textu.Er vbi de ipſo quæriturplena debet ſecuritate ille gaudere,cuius eſt animus indagandus,ne per timorem dicat ſibi placere quod odit,& ſequatur exitus, qui de inuitis ſolet nuptijs prouenire. Quo circa mādamus,quatenus puellam,de cuius matrimonio quæſtio ventilatur,in domo,in qua nihil eam timere oporteat, E facias eam honeſtè retineri,donec prædicta cauſa terminata fuerit:& ſententia ſine cōtradictione cuiuſque valeat erecutioni mandari.

Puella, cui violenter conſenſus extorquetur in tuto loco collocetur.ib.c.14.

Idem Alexander 3.eo.ti.veniens.2.Veniēs ad nos Guilielmus ſua nobis relatione monſtrauit, quòd in domo ſua mulierē quādam recepit, de qua prolem habuit,& cui fidem corā pluribus præſtitit,quòd eam duceret in vxorem. Interim autem cùm apud domum vicini ſui pernoctaſſet:eius filia nocte illa ſecum cōcubuit, quos pater puellæ ſimul in vno lecto inueniēs,ipſum F eam per verba de præſenti deſponſare coegit.Ideòque mandamus,quatenus ſi inueneris,quod primam poſt fidem præſtitā,cognouerit, ipſum cum ea facias remanere,alioquin ſecundæ (niſi metu coactus, qui poſſit cadere in conſtantem virum,eam deſponſauerit)adhærere facias,vt vxori.Idem de clande.ſponſa.cap. quod nobis. Quod nobis,& infrà.Si matrimonia ita occultè contrahuntur, quòd exinde legitima probatio non

Sponſalia de futuro perſponſalia de præſenti ſoluūtur,niſi per metū qui cadere poſſit in conſtantem virum contracta ſint, ib.c.15.

Qui matrimonium clandeſti

A.C. 1100. num oc cultè con traxerunt non ſunt cogendi ad coha bitationẽ. li 4.tit.3. c 2. Iure igitur omnino hæc matri monia irri ta eſſe Co. Trid. decreuit.

non appareat,ij qui ea contrahunt, ab eccleſia non ſunt compellẽdi aliquatenus. Verumſi perſonæ contrahentiũ hoc voluerint publicare,niſi cauſa rationabilis impediat, ab Eccleſia recipienda ſunt & comprobanda, tanquam à principio in conſpectu Eccleſię contracta.

Et dicit gloſ.ſuper id rationabilis cauſa.puta conſanguinitatis,vel alterius impedimenti dirimentis.Et ſi vnus coniugum hoc aſſerat,& alter neget ſe cõtraxiſſe,ille qui hoc aſſerit,habet hoc probare:vt dicitur ca.1.eo.ti.ſecundũ Tho.& ſi non probat,non creditur ei. Vnde negans non cogitur ad proſequendum matrimonium, per eccleſiam,ſed quo ad conſcientiam,ſi verum eſt nullus eorum poteſt cum alio contrahere. Et ſi contrahit quicunque illorum,ſiue qui aſſerebat ſiue qui negabat ſtat in continuo adulterio.

Non poteſt quis cum illa contrahere, quam cognouit vxore viua ſima. biua ta iut in mort m vir. l.4 tit 7 c 3. Ibi 2.tit. 8 c.2.

Idem extra,de eo, qui duxit in matrimoniũ quam polluit per adulterium.ca.ſuper hoc. Super hoc,quod quęſiuiſti,an liceat alicui cum ea contrahere matrimonium, quam vxore ſua viuente ſibi de facto matrimonio copulauit: taliter reſpondemus, quòd ſi adulter eſt in mortẽ vxoris aliquid machinata(gloſſ.ita ſcilicet quòd ſequatur effectus mortis)ſiue fidem dedit: ſiue non,quòd ea mortua hanc eſſet ducturus, ſecundũ canones ab eius cõſortio prohibetur, & hæc prohibitio perpetuò eſt ſeruanda.

Sed & ſi ſolùm contraxiſſet cum ea,& carnaliter non cognouiſſet viuente prima, nec prius nec poſtea eam habere in vxorem poſſet, vt dicit Greg.9.cap.ſi.eo.tit.Sed ſi quis contrahit de facto viuente prima vxore cum ſecundá ipſa ſecunda ignorante ſemper,quòd aliam habeat vxorem,mortua prima vxore, ne reportet lucrum ex dolo ſuo, non poteſt ſeparari ab ea niſi ipſa peteret diuortium ſciẽs factum poſtea, vt dicitur cap.1.eo.ti.

Leproſi cõtrahere poſſunt, & ſibi inuicẽ reddere de bitum te nentur. Ib. 8 tit.2.c.7. 1.Cor.6.

Idem de coniugio leproſorum ca.quoniam. ait: Leproſi, ſi continere nolunt, & aliquam quæ ſibi nubere velit,inueniant, liberum eſt eis ad matrimonium conuolare. Quod ſi virum ſiue vxorem leproſum fieri contigerit, & infirmus à ſana carnale debitum exigat,generali prę cepto apoſtoli,quod exigitur,eſt ſoluẽdum, cui præcepto nulla in hoc caſu exceptio inuenitur. Et quamuis lepra ſuperueniens ſoluat ſponſaliá de futuro,vt dicitur eo.ti.ca.finali, non tamen ſoluit contractum de præſenti,etſi non ſit conſummatum.

Compaternitas quæ cunque nõ dirim t co putatos li. 4 tit.11. c 2

Idem de cogna.ſpi.ait.in cap.ſi vir. Siue ex ignorantia, ſiue ex malitia vir vel mulier filium ſuum de ſacro fonte leuauerit, non ſunt abinuicem ſeparandi,nec alter alteri debet debitum ſubtrahere,niſi ad continentiam obſeruandam poſſent induci, quia ſi ex ignorantia id factum eſt,ignorantia eos excuſare videtur,ſi ex malitia eis ſua fraus non debet patrocinari, nec dolus.

Iudæi vel Saraceni ad fidem con uerſi ſua bona non amit tant Con. cil.later. c. 26.

Idem de Iudęis & Saracenis in cap.Iudęi.dicit:Si qui Iudæi vel Saraceni, Deo inſpirante ſe ad fidem conuerterint Chriſtianam, à poſſeſſionibus ſuis nullátenus excludantur, cum melioris conditionis eſſe oporteat conuerſos ad fidẽ, quàm anteq̃ fidem acceperãt habebantur. Si autem ſecus factum fuerit, iniungimus ſub pœna excõmunicationis principibus & poteſtatibus locorũ, vt portionẽ hæreditatis & bono-

A rum ſuorum ex integro eis faciãt exhiberi. gloſ. vbi intelligit & bene hoc de illis bonis & poſſeſſionibus, quæ non fuerunt acquiſita ex vſuris,quia talia oporteret reſtituere.

A.C. 1100.

Attendenda ſunt... à iudice in ſententia ferẽda. Ib. l.5.tit. 12.c 6.

Idem de homicidio.cap.ſicut dignum.[Sicut dignum,& infra. Sanè cùm vir diſcretus exiſtas plenius noſti, quòd in exceſſibus ſingulorũ,nõ ſolùm quantitas,& qualitas delicti,ſed ętas,ſciẽtia,ſexus atque conditio delinquentis,ſunt attẽdenda,& non ſolum ſecundum prædicta,ſed ſecundum locum & tempus quo delictum committitur vnicuique pœnitentia debet indici, cũ B idem exceſſus magis ſit in vno quàm in alio puniendus.]Vbi agitur de iis,qui aliquo modo operati ſunt ad occiſionem ſancti Thomæ Cantuarienſi,& expoliatione bonorum, quomodo variè ſunt puniendi.

Vſurariis & communio & ſepultura negáda.

Idem de vſuris.ait:capit.3. Quia in omnibus ferè locis ita crimẽ vſurarum inoleuĩt,vt multi alijs negotijs prætermiſſis,quaſi licitè vſuras exerceant,& qualiter vtriuſque teſtamenti pagina condemnentur,nequaquam attendant. Ideo conſtituimus, vt vſurarij manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec Chri-C ſtianam ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam, ſed nec oblationem eorum quiſquam accipiat.

Concil lateran.ſub eo. c 25 & n 5. Decret.tit. 19.

Non licet quempiam inducere ad vſuras exercẽdas etiam pro pio opere. ib c.4. Ib. c 6. & 10 & conc. ex eodem. c.2. part.2.

idem eod. titul.cap. ſuper eo.ait. Cùm vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam fieri nõ videmus, quia cùm ſacra ſcriptura prohibeat pro alicuius vita mentiri: multo magis prohibendus eſt quis,ne pro redimenda vita captiui vſurarum crimine inuoluatur.

Idem eo.ti cap.in ciuitate. In ciuitate tua dicis ſæpè contingere quòd quidam piper ſeu cinD namomũ,vel alias merces cõparant, quæ tũc vltra quinque libras non valent, & promittunt per publicum inſtrumentum ſe illis à quibus eas accipiunt merces,ſex libras ſtatuto termino ſoluturos.Licet autem contractus iſte ex forma non poſſit cenſeri nomine vſurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt,niſi dubium ſit merces illas plus minuſve ſolutionis tẽpore valituras.Et ideo ciues tui ſaluti ſuæ benè conſulerent,ſi à tali contractu ceſſarent.

Vſura eſt plus iuſto pretio rẽ védere,

Idem de adulte.in cap.tua.Vir,qui ob adulterium vxoris denegauit ei debitum licitè: ſi poE ſtea adulteretur ipſe,cùm paria crimina mutua compenſatione deleantur,ſuæ vxoris nequit cõſortium declinare, id eſt, non poteſt debitum denegare.

Vir adulter vxorem adulteram recipere debet. ibi.tit. 16 c 7

Pœna Sodomitarũ. ib.tit. 31.c. 4.

Idem de exceſ.prælá.cap.clerici. Qui illa incontinentia quę eſt contra naturam,deprehenſi fuerint laborare,ſi clerici ſunt,deijciantur à clero,vel ad agendum pœnitentiam in arctis monaſterijs detrudantur,ſi laici excommunicationi ſubdantur.

Clericus pro magno crimine deponi debet.ib. tit. 37. c.6.

Alexander extra depœnis.ca.tuæ.ait:Clerici in latrocinijs,vel aliis magnis ſceleribus depreF henſi,à ſuis ordinibus degradati, debent in arctis monaſterijs detrudi ad pœnitentiam peragendam.gloſ.ſuper deprehenſi,ſcilicet per confeſſionem,vel conuicti,notoriè.

Ib.tit.18.c. 5.

Idem de pœn.& re.ca.quòd quidá.dicit quòd ſi aliqui eorũ,qui volunt cõfiteri, aſſerunt ſe nõ poſſe à peccatis abſtinere, debet recipi eorum

confeſſio & exhiberi eis conſilium. Nota quòd non dicit quòd debeant abſolui.

A.C. 1180.

Lucij tertij decreta.

§. II.

Clericus de omni crimine coram eccleſiaſtico iudice conueniri debet. lib.2 tit.2. cap.8.

LVCIVS Papa tertius extra de iudiciis.cap. clerici.Clerici.& infrà. Cùm imperator dicat quòd leges non dedignantur ſacros canones imitari,in quibus generaliter traditur, vt de omni crimine clericus debeat coram eccleſiaſtico iudice conueniri:non debet in hac parte canonibus ex aliqua conſuetudine præiudicium generari.

Pœna eorum qui filios oppreſſerunt. lib.5.tit.10. cap.5.

Lucius tertius de his qui occiderunt filios. ait cap. vltimo. De infantibus, qui reperiuntur mortui cum patre & matre: & non apparet vtrùm à matre vel à patre oppreſſus ſit ipſe, vel ſuffocatus, vel propria morte defunctus, non debent inde ſecuri eſſe parentes, nec etiam ſine pœna.Sed tamen conſideratio debet eſſe pietatis, vbi non voluntas, ſed euentus mortis cauſa fuerit. Si autem eos non latet ipſos fuiſſe interfectores,ſcire debent ſe grauiter deliquiſſe.Quidam autem pœnitentiam trium annorum iudicant eſſe debere:quorum vnum peragant in pane & aqua.

Malefactores eccleſiarum in vtroque foro conueniri poſſunt.l.2.tit. 2.c.8.

Idem de foro competenti. cap. cum ſit generale.Cum ſit generale,vt actor forum rei ſequatur,& infrà. Verùm quoniam iudices ſæculares in exhibenda iuſtitia perſonis eccleſiaſticis ſæpè in iudicio ſunt remiſſi, in fauorem eccleſiæ eſt introductū vt malefactores ſuos,qui ſacrilegi ſunt cenſendi, venerabilium locorum rectores poſſint ſub quo maluerint iudice conuenire.

Qui iurauit cum aliqua contrahere,potius moneri debet, quàm cōpelli.lib.4. tit.1.c.17. & c.10. Concordātia duorū decretorū.

Idem extra de ſponſalibus.cap.requiſiuit.Requiſiuit à nobis tua fraternitas,qua cẽſura compelli debeat, quæ iuriſiurandi religione neglecta nubere renuit, cui ſe nupturam iuramento interpoſito firmauit. Ad quod reſpondendum, quòd cùm libera debeant eſſe matrimonia,monenda eſt potius, quàm cogẽda,cùm coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.

Sed quia eodem titulo.Alexander ſuprà cap. ex literis.dicere videtur contrarium dicit,quòd talis prius debet admoneri.Et ſi non acquieſcat, tunc cogi per cenſuram eccleſiaſticam,ideò gloſſa ibidem concordat vtrumque. Dicit enim quòd iſtud Alexandri, eſt de rigore iuris, illud Lucij ex miſericordia, ne inde deterius contingat,ſi omnino cogeretur,vel intelligitur, quòd debet cogi per cenſuram, vt de nolente fiat volens,& ſic conditionaliter eſt cogendus,ſed non finaliter, ſi perdurat in renitendo, [vel poteſt dici quòd ille qui iurauit compelli poteſt,vt iuramentum ſeruet,licet nondum ſit tranſgreſſus, quia poſt tranſgreſſionem contrahendo cum alia per verba de præſenti non poſſet vlterius compelli, cum iam fortius vinculum ſuperuenerit:] Non ſolùm enim eccleſia poteſt punire peccata commiſſa: ſed etiam impedire ne fiant, & prohibere.vt 33.quæſt.4.ipſa pietas. Excommunicatio enim medicina eſt animæ in ſe. 24. quæſt.3.corripiantur [& hoc quidem ius commune eſt, caſus tamen eſſe poteſt, vbi] ex cauſa non compellitur finaliter, vt dicit can. requiſiuit.cùm maius malum ſequeretur. Vel monen-

A da magis quàm cogenda, id eſt prius monenda,poſtea non acquieſcens cogenda.

A.C. 1100

Hæreticus de ſacramentis eccleſiæ malè ſentiēs excommunicatur. l.5 tit.7.c. 9.

Idem Lucius tertius de hæreticis. ca.ad abolendam.Ad abolendam, & infrà:Vniuerſos, qui ſacramento corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmate, ſeu peccatorum confeſſione,aut matrimonio, vel aliis eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentire aut docere non metuunt, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat & obſeruat,& generaliter quoſcunque eadem Romana eccleſia,vel ſinguli epiſcopi per diœceſes ſuas cum conſilio clericorum,
B vel clerici ipſi ſede vacante cum conſilio (ſi oportuerit) vicinorum epiſcoporum,hæreticos iudicauerint,vinculo perpetui anathematis innodamus.Et infrà. Præſenti nihilominus ordinatione ſancimus,vt quicunque fuerit manifeſte in hæreſi deprehenſus, ſi clericus eſt, vel cuiuſcunque religionis obrumbratione fucatus totius eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudetur.

Clerici hæretici depoſiti brachio ſæculari ſunt tradendi.

Et ſic omni officio & beneficio ſpoliatus eccleſiaſtico, ſæcularis relinquatur arbitrio poteſtatis,animaduerſione debita puniendus:niſi continuò poſt deprehenſionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem, ſponte recurrere, & errorem
C ſuum ad arbitrium epiſcopi regionis publicè conſenſerit abiurare,& ſatisfactionem congruã exhibere.Laicus autem niſi (prout dictum eſt) abiurata hæreſi & ſatisfactione exhibita,confeſtim ad fidem confugerit orthodoxam, ſecularis iudicis relinquatur arbitrio debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem. Et infrà. Illos quoq, qui poſt abiurationem erroris, vel poſtquam ſe (vt diximus) proprij antiſtitis examinationem purgauerint, deprehẽſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſæculari iudicio ſine vlla penitus audientia decernimus relinquendos. Et infrà. Statuimus inſuper,vt co-

Laici i[illegible]

Et [illegible] ſi in hæreſim.

Principes ſæculares iurare debent eccleſiā contra hæreticos adiuuaros.

D mites,barones, rectores, & conſules ciuitatum & aliorum locorum, iuxta cōmonitionem epiſcoporum præſtito corporaliter iuramento promittãt,quòd fideliter & efficaciter, cùm ab eis fuerint requiſiti, Eccleſiam contra hæreticos & eorum complices adiuuabunt bona fide iuxta officium & poſſe ſuum.Si verò id obſeruare no luerint honore quem obtinent ſpolientur:& ad alios nullatenus aſſumantur, eis nihilominus excommunicationis vinculo ligandis, & terris ipſorum interdicto eccleſiæ ſupponendis.Ciuitas autem, quæ his ſtatutis duxerit reſiſtendum
E vel cōtra commonitionem epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes, aliarum careat commercio ciuitatum,& epiſcopali ſe nouerit dignitate priuandum.Si qui verò fuerint qui à lege diœceſanæ iuriſdictionis exempti ſoli ſubiaceant ſedis apoſtolicæ poteſtati:nihilominus in iis quæ ſunt contra hæreticos inſtituta, epiſcoporum ſubeant iudicium: & eis in hac parte tanquam à ſede apoſtolica delegatis (non obſtantibus libertatis ſuæ priuilegiis)obſequantur.

Sufficit illis qui pro aliquo purgando exhibent iuramentum eſſe bonæ famæ. lib.5.tit.34. cap 9.

Idem de purgat.cano.in can, conſtitutus ait. Sanè in purgationibus faciendis cùm ſatis ſit il-
F lis,qui pro purgando exhibent iuramentum,ſecundum propriam conſcientiam & opinionem iurare, quòd purgandus à crimine ſit immunis (id eſt,quòd non commiſit illud) vel quòd bonum exhibuit iuramentum, ſi purgatores ab Eccleſia tollerentur & ſint bonæ famæ in ſuis ordinibus

A.C. 1100.

ordinibus miniſtrantes,nec in iudicio pro crimine condemnari proculdubio ſunt abſque vllius indagine admittendi. Et in ca.præcedenti dicit quòd debent eſſe quinque vel ſeptem compurgatores ſui ordinis.

Decreta Clementis 3.

§. III.

CLEMENS tertius de ſponſali.ca.in præſentia. In præſentia ait,noſtra quæſiuiſti, quid agendum ſit de mulieribus, qui viros ſuos cauſa captiuitatis vel peregrinationis abſentes, vltra ſeptennium præſtolatæ fuerint:nec certificari poſſunt de vita,vel de morte eorum , licet ſuper hoc ſolicitudinem adhibuerint diligentem,& pro fragilitate carnis ſeu iuuenili ætate nequeunt continere,petentes aliis matrimonio copulari. Reſpondemus quod quantocunque annorum numero ita remaneant,viuentibus viris ſuis non poſſunt ad aliorum conſortium canonicè conuolare,nec authoritate eccleſiæ permittas contrahere donec certum nuncium recipiant de morte virorum. Et vt dicit glo.per iſtud ca.annullatur lex illa.ff.de diuor.l. vxores, quæ dicit expectandum per quinquennium.

Vxor de morte mariti minus certa non poteſt contrahere. li. 4.tit.1.c.19.

Idem eo.tit.ca.ſequenti.Inter opera caritatis non minimum eſt errantē ab erroris ſui ſemita reuocare.Et infra.Statuimus:vt omnis , qui publicas mulieres de lupanari extraxerint,& duxerint in vxores:quod agunt in remiſſionem peccatorum,proficiat,quod ſecūdum glo.intelligitur ſi meretricari deſiſtant.

Matrimonium contractum cum peccatrice ad[illegible] in remiſſionem peccatorū proficit. Ib.c.10.

Idem de deſpon. impu. duo pueri.poſt caſus poſitos ſic reſpondet.Impediente puerili ætate inter Gulielmū & Gulielmā matrimonium non fuit.Et licet idem poſtquam illa nupſit alij , potuerit aliam ducere in vxorem , tamen quia dictus Gulielmus duxit vxorem S. conſobrinam mulieris eiuſdem , ſiue eā cognouerit ſiue non: non debet tamen Gulielmus cum eadem S. propter publicæ honeſtatis iuſtitiam , remanere,nec ad primam habere regreſſum : quia alteri fuit legitimè copulata.Et infrà , cùm verò vir ſit caput mulieris, & ipſe Gulielmus dicat ſe non cognouiſſe prius S. ſupradictam : aliam ſi voluerit poterit ducere in vxorem , & S.viro legitimo copulari.Poſt ſeparationem verò matrimonij pro vitando populi ſcandalo , vtrique ad tempus eſt pœnitentia iniungenda.Si verò legitimè conſtaret ipſam S.ab eo ſiue pòſt ſiue antè cognitam extitiſſe : neutri viuente altero dabitur licentia contrahendi. Remanebit ergo Gulielma cum marito,impoſita pœnitentia ipſi marito ad tempus : qui pro ſola opinione ſua Gulielmam iudicio eccleſiæ non requiſito reliquit.

Sponſalia contracta [illegible] minore ſeptennio per cohabitationē poſt ſeptenniū conualeſcunt,& publicæ honeſtatis impedimētum inducunt.lib.4. tit.2.ca.11.

Et dicit,ibi gloſ.ſuper verbo,Neutri dabitur: quòd hæc pœna imponitur, vel propter ſcandalum ſecutum , vel potius propter delictum vtriuſque propter ſponſalia, quæ præceſſerant inter eos.Et ſic orta erat publicæ honeſtatis iuſtitia vnde non poterant Gulielmus & Stephana vlterius carnaliter coniūgi:tamen ſi contraherent tales quibus hic prohibetur contrahere propter exceſſum commiſſum,nihilominus teneret matrimonium. Dicit etiam gloſ. quòd ſine iudicio eccleſiæ nullus debet dimittere vxorem ſuam:cùm hæc ſit pœna,quæ nulli eſt inferenda niſi per iudicem,ſcilicet quo ad vinculum.

A.C. 1100.

Idem de Iudæ. & Sara.ca. quod olim.Nos omnes illos excommunicationi ſupponimus, qui iam amplius cum Saracenis mercimonia habuerint,per ſe vel per alios nauibus ſeu quocunque alio ingenio eis aliqua rerum ſubſidia ſeu conſilia,quamdiu inter nos & illos guerra durauerit,duxerunt impendenda.

Nulli licet dimittere vxorem ſuam ſine iudicio Eccleſiæ.

Excōmunicati ſunt qui cum ſarracenis belli tempore aliquod commercium habent. li. 5.tit.6.c.12.

Inno.eod. tit.in ca. ad liberandum.idem ſtatuit,ſed ſolùm deportantibus illuc ferrum vel ligamina : vel qui galeas vendunt,& à tali excommunicatione nō debent abſolui,niſi quod inde lucrati ſunt,& tantundem de ſuo dederint in ſubſidium terræ ſanctæ. Et efficiuntur ſerui capientium eos:& bona eorum debent confiſcari. Sed per extrauagantes Nicolai & Clementis idem ſtatutum eſt contra portantes etiā quæcunque mercimonia & victualia ad eos,& qui mittunt & qui permittūt extrahi de portubus ſuis,& qui exercent aliquod officium in talibus nauibus vel galeis , & abſolutio horum Papæ reſeruatur.

Excōmunicantur qui ad eos ferrum & alia deferunt. ibid. c.17.

Idem de maledicis ait in c.innotuit.Quia nobis per literas retuliſti quòd N.clericus multis coram adſtantibus,verba quædam in depreſſionem officij & beneficij noſtri protulit, ipſum à temeritate ſua compeſcas, vt pœna illius alijs terrorem incutiat : ne de cætero contra Romanam Eccleſiam in talia verba prorumpat.

Maledicēs Papæ puniendus eſt.li.5. tit. 26.ca.14.

Idem de ſententia excommunicationis.cum non ab homine.ait:Qui in excommunicationis edictum incidit , licet denunciatus non ſit,debes ab eo abſtinere : niſi forte id tibi ſoli pateret.In quo caſu ipſum tantummodo priuatim euitabis,quamdiu ab eccleſia toleratur.

Vitandus eſt excommunicat' pro violēta manus iniectione etiam non denunciatus.l. 5.tit. 26.c.14.

Vrbani 3.decreta.

§. IIII.

VRBANVS tertius extra de conditionibus appoſitis etc.ca. ſuper eo. Super eo quod poſtulaſti:verùm ille,qui in quandam mulierem conſenſit:ſi pater eius ſuum præſtaret aſſenſum, ſit ad conſummandum matrimonium compellendus.Reſpondemus,quòd cùm conſenſus liber dici non poſſit:qui in alieno arbitrio reſeruatur : ac conditionē ipſam canonica non improbent inſtituta:niſi voluntas patris poſtmodum intercedat , nequaquam cogendus eſt ad matrimonium contrahendum. Nam licet Alexāder Papa reſponderit(ſcilicet eo.ti.c.de illis) quod ſponſalia interpoſita conditione contracta ipſa non impleta ſi conſenſus de præſenti intercedat,vel carnalis copula ſubſequatur diſſolui non debent:ſed firmiter obſeruari: nequaquam eſt noſtræ definitioni aduerſum:cum huiuſmodi conſenſus non ſit de præſenti habendus, licet per verba de præſenti euidentius exprimatur:qui in alieno arbitrio non habito,ſed habendo conſiſtit.

Contrahens matrimoniū cum conditione ante ipſius euentum illud conſummare non compellitur. li. 4.tit.5.c.5.

De vſuris ait ca.conſuluit:Conſuluit nos deuotio tua,an in iudicio animarū quaſi vſurarius debeat iudicari,qui non aliàs mutuo traditurus eo propoſito pecuniam mutuo credit vt licet omni conuentione ceſſante : plus tamen ſorte recipiat

Mutuans vt vltra ſortem aliquid recipiat,in foro animæ tenetur ad reſtituendum,ſi eſt aliquid cō ſecutus.li.5.tit.19.c.10.

A.C. 1100.

A recipiat.Et verùm eodem reatu criminis inuol-
uatur; qui(vt vulgò dicitur) non aliter parabo-
lam iuramenti concedit: donec (quamuis ſine
exactione emolumentum aliquod inde perci-
piat.Et an negotiator pœna conſimili debeat
condemnari,qui merces ſuas longè maiori pre-
tio diſtrahit:ſi ad ſolutionem faciendam proli-
xi temporis dilatio prorogetur, quàm ſi ei in-
continenti pretium perſoluatur. Verum quia
quid in his caſibus tenendum ſit ex euangelio
Lucæ manifeſtè colligitur:in quo dicitur: Mu-
Luc, 6.
B tuum date, nihil inde ſperantes,& huiuſmodi
homines pro intentione lucri, quam habent:
Exod, 22.
cum omnis vſura & ſuperabũdantia prohibea-
tur in lege iudicandi ſunt malè agere:& ad ea
quæ taliter fuerunt adepti, reſtituenda in ani-
marum iudicio ſunt efficaciter inducendi.

Decreta Cæleſtini 3.

§. V.

Inceſtuoſus matrimonium contrahere non debet, ſed ſi contrahit tenet. l. 4. tit. 13. ca. 4.

CÆLESTINVS tertius, de eo qui cogno.
C conſan.vxo.ait.cap.transmiſſæ.Transmiſ-
ſæ nobis tuæ literæ demonſtrarunt, quod v-
xore ſua defuncta,filia eius,priuignam videlicet
propriam, carnali copula cognouit: poſtmo-
dum aliam accipiens in vxorem, cum priuigna
publicè tanquam canis ad vomitum rediens il-
licitam rem committere non expauit. Quia ve-
rò ſuper his conſilium requiſiſti,præſenti pagi-
na reſpondemus, quòd legitimæ vxori cohabi-
tans, & neceſſaria ſubminiſtrans, non cogno-
ſcat eam,quamdiu vixerit,niſi ab ea fuerit requi
D ſitus,& tunc ad ipſam non ſine graui cordis do
lore accedat,qui etiam pro inceſtu & adulterio,
donec cum ea permanſerit: iuxta moderamen
tui arbitrij pœnitẽtiam agens poſtmodum ſi ſu
peruixerit perpetuò ſine ſpe cõiugi permanebit.

Inceſtuoſi contrahere cum aliis non debent
in pœnam, niſi ex diſpenſatione, quod fit cum
timetur de incontinentia.eo.tit.c.tuę.

Prælatus inferior epiſcopo non poteſt eccleſiam ſuam alteri vnire ſine epiſcopi conſenſu. li. 5. tit. 31. ca. 8.

Idem de exceſ.præla.ait, ſicut vnire. Sicut v-
nire epiſcopatus, ac ſubiicere poteſtati alienæ,
ad ſummum pontificem pertinere dignoſcitur,
ita epiſcopi eſt eccleſiarum ſuæ diœceſis vnio
& ſubiectio earundem.

Duella & pugnationes vulgares ſunt prohibitę. lb. tit 35. c. 1.

E Idem de purga.vul.c.1.Verùm ſuper eccleſia-
rum poſſeſſionibus duella debeant ſuſtineri.
Reſpondendum duximus, quod in eo caſu vel
in aliis etiã hoc nõ debes aliquatenus tolerare.

Per verbũ ſtatuo vel præcipio definitiua ſententia ferri poteſt. lb. tit. 40. ca 15.

Idem de verb.ſigni.c.in iis.In iis quæ ambi-
guitatem continent. Et infrà: Cùm quidam ar-
chiepiſcopus in cauſa quadam, quæ agitabatur
coram eo,poſt cognitionem cauſæ in prolatio-
ne ſententiæ non fuit vſus verbis conſuetis,vi-
delicet talem partem condemno vel talem ab-
ſoluo: ſed pronunciauit ita ſtatuo & præcipio:
interrogatus eſt Papa verùm ſententia teneat.
F Reſpondit:Attendentes, quod hoc verbum ſta-
tuo rem perfectam ſignificat, & cum effectu
non verbotenus accipitur.Item ſecundum Gre
gorium quod præcipitur,imperatur:& quod im
peratur,neceſſe eſt fieri:& aliquando ſi non fiat
pœnam habet. Conſiderantes nihilominus,
quod non debet aliquis conſiderare verba:ſed
voluntatem: cum non intentio verbis:ſed ver-
ba intentioni debeant deſeruire, interpreta-

A mur procuratoribus vtriuſque partis præſenti-
bus,& definimus, quod præfati archiepiſcopi
verba tali forma prolata perpetuò valituræ ſen-
tentiæ obtineant firmitatem.

A.C. 1500.

Decreta Honorij tertij.

§. VI.

Iudex poteſt & debet ſe interponere pro tranſactione, inter partes facienda præterquã cum iura nõ permittunt. li. 1. ti. 36. c. fin.

HONORIVS tertius extra de tranſa.ct
ca.ex parte.Ex parte tua.& infra. Poteris
B ad componendum interponere partes tuas:&
interdum ſeueritati aliquid detrahere:prout ſta
tu imperij,& excedentium multitudine proui-
da de liberatione penſatis,videris expedire: ex-
ceptis nimirum caſibus,qui compoſitionis ſeu
diſpenſationis remedium non admittunt:vt po-
te coniugij ſacramentum:quod cùm non ſolùm
apud Latinos & Græcos, ſed etiam apud fideles
& infideles exiſtat:a ſeueritate canonica contrà
illud recedere non licebit.In iis verò, ſuper qui
bus ius non inuenitur expreſſum, procedas æ-
quitate ſeruata,ſemper in humaniorem partem
C declinando:ſecundum quod perſonas & cauſas
loca & tempora videris poſtulare.

Si feſtum natiuitatis ſexta feria occurrer licet carnes comedere. lib. 3. tit. 46. c. 3.

Idem Honorius tertius de obſeruat.ieiu.c.ex
plicati.Qui nec voto,nec regulari obſeruantia
ſunt adſtricti in ſexta feria,ſi feſtum natiuitatis
dominicæ die ipſo venire contigerit, propter
feſti excellentiam carnibus vti poſſunt ſecun-
dum conſuetudinem eccleſiæ generalis.Nec ta-
men ij reprehendendi ſunt qui ob deuotionem
voluerint abſtinere.

li. 5. tit. 6. c. 13.

Iudæi Nutrices nec ſeruos Chriſtianos habere debent lib 5. tit. 6. c. 13.

Idẽ de Iudæis &Saracenis.ca.& ſi Iudęos.ait.
D Inhibemus diſtrictè,ne Iudæi habeant nutrices
vel ſeruientes Chriſtianos,ne filij liberæ filiis
famulentur ancillæ:ſed tanquam ſerui à domi-
no reprobati,in cuius mortem nequiter coniu-
rarunt, ſe ſaltem per effectum operis recogno-
ſcant ſeruos illorum,quos Chriſti mors liberos
& illos ſeruos effecit.

lb. ti. 9. c 5. Apoſtatæ incarcerari poſſunt, vt habitũ reaſſumãt lb. ti. 9. c. 5. lb. ti. 12. c. 23.

Idem de apoſtatis.ca.à nobis. A nobis expe-
tiit tua fraternitas edoceri,quid de apoſtatis ſit
agendum,cùm in cuſtodia detinentur, qui mi-
nis vel blanditiis nullatenus poſſunt induci,vt
abiectum habitum reaſſumant. Ad quod tibi
E breuiter reſpondemus: quòd tales(ſi volueris)
poteris ſub graui cuſtodia carcerare, ita quòd
ſolummodo vita miſera ſibi ſeruetur, donec à
ſuæ præſumptionis nequitia reſipiſcant.

Homicidium caſuale ei qui dedit operam rei licitæ non attribuitur. ibi. tit. 12. c 23. lb. ti 21. c. 3.

Idem de homicidio ait.ca. Ioannes. Ioannes
ſacerdos humili nobis inſinuatione monſtrauit
quòd cum pulſaret campanas,vt ſigno dato po-
pulus conueniret ad diuina:cadens tintinnabu-
lũ percuſſit puerũ corã eo qui cum vulnus eſſet
lætale deceſſit.Nos igitur attẽdentes quòd dicto
ſacerdoti qui dabat operam rei licitæ,nihil po-
tuit imputari ſi caſus omnes fortuitos non præ
uidit:diſcretioni veſtræ mandamus, ſi conſtite
F rit ita eſſe dictum ſacerdotem ſacerdotale offi-
cium exequi permittatis.

Sors eſt in electioni. prohibita t. 21. c 3.

Idem de ſortile.ca.fina.Sortium vſum in ele-
ctionibus perpetua damnamus prohibitione.
quod intelligitur de electionibus eccleſiaſticis,
nam in ſecularibus dignitatibus & officiis fit
contrarium communiter.

Idem de iniur.& dam.ca.olim.ait:Olim ſcri-
bentibus nobis epiſcopo Mutinenſi,vt poteſta-
tem-

tem conſiliarios, & populum ciuitatis Florentinæ ad ſatisfaciendum de damnis & iniuriis irrogatis epiſcopo & eccleſiis ſuis Fæſulanis cenſura eccleſiaſtica coarctaret, idem reſtes lite non conteſtata recipit: quare nos eius proceſſu penitus reuocato, commune Florentinum, quia banniuerat epiſcopum Fæſulanum contra Deũ & eccleſiaſticam libertatem, propter iniuriam banni, expenſas, & damna tali occaſione ſecuta taxatione iuramento præmiſſo in mille libris vſualis monetæ prædicto epiſcopo ſententialiter duximus condemnandum.

A.C. 1200.

Sæcularis poteſtas quæ cleri cum in exilium miſit grauiter mulcta punitur. lib. 5. tit. 36 c. 5.

Idem de pœn. & re. c. penul. ait: Noſtrò poſtulaſti reſponſo certificari, vtrùm per tuam prouinciam poſſis concedere remiſſionis literas generales. Reſpondemus quòd per tuam prouinciam potes huiuſmodi concedere literas, ita tamen quòd ſtatutum concilij generalis non excedas. De decretalibus Innocentij iij. infrà lib 5. tit 26. ca. 2. habetur.

Archiepiſcopus per ſuam prouinciam poteſt aliquas indulgentias concedere lib tit. 38. c. 15.

Gregorij noni decreta.

§. VII.

GREGORIVS nonus in tit. de maledicis. ponit pœnitentiam ſatis duram contrà blaſphemãtes Deum & ſanctos in ca. ſtatuimus.

Idem Gregor. 9. de foro compe. ſignificaſti. ait: Licet priuatorum conſenſus eum qui iuriſdictioni præeſſe dignoſcitur, ſuum poſſit iudicem conſtituere: clerici tamen in iudicem non ſuum (niſi fortè perſona ſit eccleſiaſtica: & epiſcopi diœceſani voluntas accedat) conſentire non poſſunt.

Clerici nõ poſſunt aliquem non ſuum iudicem ſibi conſtituere. li. 2. tit. 2. c. 18.

Idem de cohabi. cle. & mu. ca. quæſitum. Quęſitum eſt de clericis in fornicationem prolapſis ſi eorum ſit officium priuſquam pœnituerint audiendum. Verum & ſi quemlibet pro mortali peccato, quo ad ſeipſum, cõſtet eſſe ſuſpenſum, non debet tamen in officiis euitari, quia quantum ad alios etiam in caſu propoſito ſuſpenſus non eſt: niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, ſeu per confeſſionem factam in iure: aut per euidentiam facti, quæ tergiuerſatione aliqua non poſſit celari.

Clericus concubinarius in officiis vitandus nõ eſt, niſi ſit notori. lib. 3. tit. 2. c. fin.

Idem de ſpon. & matri. ca. is qui. Is, qui dedit fidem mulieri ſuper matrimonio contrahendo carnali copula ſubſecuta & ſi in facie eccleſiæ ducat aliam & cognoſcat, ad primam redire tenetur: quia licet præſumptum primum matrimonium videatur, contrà præſumptionem tamen huiuſmodi probatio non eſt admittenda. Ex quo ſequitur, quòd nec verum, nec aliquod cenſetur matrimonium, quod de facto eſt poſtmodum ſubſecutum.

Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per carnalem copulam ſubſecutã li. 4. tit. 1. ca. 30

Idem eo. ti. ca. vlti. Adoleſcens qui deſponſatam ſibi per verba de futuro, licet ſæpe niſus fuerit, carnaliter non cognoſcens, cum alia poſtmodum per verba de præſenti contraxit: non primam, cum qua nec verum fuit matrimonium ex forma contractus, nec præſumptum, cum conatus non habuiſſet effectum, ſed ſecundam debet habere vxorem.

Niſus ad copulam non facit ſponſã tranſire in matrimonium. lib. c. 32.

Idem de condi. appo. c. vlt. Si conditiones contra ſubſtantiam coniugij inſerãtur: puta ſi alter dicat alteri, contraho tecum ſi generationem prolis euites, vel donec inueniam aliam honore vel facultatibus digniorem, aut ſi pro

Conditio turpis vel impoſſibilis matrimonio appoſita nulla habetur li. 4. tit. 5. c. 7.

A quæſtu te adulterandam tradas: matrimonialis contractus, quantumcuque ſit fauorabilis, caret effectu: licet aliæ conditiones appoſitæ in matrimonio: ſi turpes fuerint aut impoſſibiles: debeát propter eius fauorem pro non adiectis haberi.

A.C. 1200.

Idem Greg. de deli. puerorum. c. j. ſic ait: Pueris grandiuſculis peccatum nolunt attribuere quidam, niſi ab annis quatuordecim cum pubeſcere cœperint. quod meritò crederemus, ſi nulla eſſent peccata niſi quí membris genitalibus admittuntur. Quis verò audeat affirmare furta, mendacia, periuria, & huiuſmodi, non eſſe

Impuberes delinquẽtes minus puniendi quã adulti. li. 5. tit. 23. c. 1.

B peccata? At his plena eſt puerilis ætas: quamuis in eis, non ita vt in maioribus puniẽda videatur.

Idem de cle. excom. mi. in c. apoſtolicæ. ait: Quia tempore ſuſpenſionis ignari celebratis diuina, vos reddit ignorantia probabilis excuſatos. Cæterũ ſi forte ignorãtia craſſa & ſupina aut erronea fuerit propter quod diſpẽſationis gratia egeatis de benignitate apoſtolica indulgem*.

Suſpenſus vel excommunicatus ignorãter nulla indiget diſpenſatione de irregularitate. lib. tit. 27. c. 9.

Idem de pœn. & remiſ. ca. vlti. Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum permittimus epiſcopis, & aliis ſuperioribus, nec non minoribus, prælatis exemptis: vt etiam

C præter ſuperioris ſui licentiam, prouidum & diſcretum ſibi poſſint eligere confeſſorem.

De beato Thoma de Aquino Doctore præſtantiſſimo & ſcriptis eius.

CAP. XI.

RIGANS a montes de ſuperioribus ſuis, de fructu operum tuorum ſatiabitur terra. Pſalm. 103. Cùm mandatum fuiſſet beato Thomæ à prælatis

Epiſcopi & alij poſſunt ſibi eligere confeſſarium. li 5. tit. 38. ca 16.

D ſuis: vt ſe ad magiſterium præpararet libris ſententiarum

a *Quamuis ſi ratio temporis habeatur, D. Thomas Aquinas Theologiæ ſcholaſticæ facile princeps, cui ad plenam abſolutam que totius tam diuinæ quàm humanæ eruditionis gloriam ſolus deſuit linguarum & eloquentiæ vſus, quem crimini illius ſæculi neglexere, Sixt. Sen. lib. 4. Biblioth. in hoc titulo, qui duodecim ſæculi doctorum ſententias & documenta complectitur, inſeri non debuiſſet: tamen D. Anton. amore D. Thomæ & quidem meritiſſimè inflammatus per prolepſim quamdam hiſtoriam hoc in loco, quo præ*-

E *ſtantiſſimorum doctorum dicta intexuit, huius præſtantiſſimi doctoris mentionem fecit. ipſiuſque ſcripta memoriæ mandauit. Quod certè non immeritò ab eo factum eſt, cum D. Thomas à multis temporibus parem non habuerit: nam propter ſuam ſingularem pietatem & ſanctitatem in ſanctorum numerum à Ioanne 22. relatus eſt, vt infrà tit. 23. cap. 7. §. 4. recenſetur, & propter eximiam eruditionem doctoris Eccleſiæ publica totius Eccleſiæ congratulatione a Pio 5. honorem & dignitatem noſtro ſæculo eſt adeptus. de hoc multi ſcripſerunt. D. Antoninus frã tit. 19. cap. 13. §. 1. & tit. 21. cap. 10. ante §. 1. & tit. 23. cap. 7. per totum, & Ioan. 22.*

D. Thomas omniũ theologorum Scholaſticorum coryphæus.

F *in Bulla Canonizationis, & Anton. P. Zamenus & Ioannes bazolin. 4. de viris illuſtribus ordinis prædicat. & Sur. tom. 2. & Ioannes Demetrius Cydonius græcè eius vitam deſcripſit, qui etiam primam & ſecundam partem eius Theologiæ & lib. 4. aduerſus gentes græcè vertit. Denique Sixtus Sen. in Biblioth. vide etiam Aug. Humæum in epiſtola D. Thomæ ſummæ à Plantino aditæ præpoſita.*

A.C. 1260.

in procedendo. Diſtinguit enim quemlibet horum librorum per quæſtiones. Nam prima pars habet quæſtiones, prima ſecundę quæſtiones, ſecunda ſecundę quæſtiones, tertia pars quæſtiones. Quælibet autem harum quæſtionum habet articulos plures vel pauciores. Et in quolibet articulo ſic proceditur. Primò ponit argumenta contra veritatem materiæ. Et communiter tria ponit: aliquando etiam plura argumenta. Exinde inducit authoritatem vnam vel rationem irrefragabilem continentem veritatem materiæ. Tertiò declarat materiam plenè, & dicitur illud corpus quæſtionis. Quartò reſpondet ad argumenta ipſa ſoluendo. Quia ipſa ſumma maioris eſt authoritatis & magis allegatur: ideo materias eius magis diſtinxi. De aliis libris eius ſolùm nominando referam.

D. Thomas in lib. ſententiarum quid ſcripſerit, & alia eius opera.

§. II.

IDEM doctor fecit ſuper quatuor libros ſententiarum ſcripta quatuor: Primũ, ſecundũ, tertium, & quartum multum prolixum. Opus horum ſtylo diſertum, intellectu profundum, intelligentia clarum & nouis articulis dilatatum: cumque poſt tres annos ſui magiſterij rediiſſet in Italiam, tempore Vrbani Papæ exiſtẽs Romæ ſcripſit iterum ſuper primum ſententiarum: ſicut teſtatur in chronico ſuo Dominus frater Ptolemęus epiſcopus Corſellanus: qui ex diſcipulis eius fuit, & auditor: aſſerens ſe vidiſſe illud in conuentu Lucano: quod nunc non inuenitur: quia clam ablatum fuiſſe creditur: & ideo non fuit multiplicatum.

Summa contra gẽtiles opus D. Thomæ eximiam.

Scripſit & librum qui intitulatur, ſumma contra gentiles: quem in quatuor libros diſtinxit in vno tamen volumine. Eſt autem opus hoc ſtylo diſertum, & rationum nouitate & ſubtilitate profundum. In quo opere dum ſcriberet: frequenter inuentus eſt ſic ab exterioribus ſenſibus abſtractus vt videretur totaliter in diuinis abſorptus. Nec videatur alicui abſurdum quòd ſanctus doctor tam in ſcriptis, quàm in ſumma ſępius, vbi ſæpius ad propoſitum venit vtatur ſcientiis ſæcularibus, & verbis ethnicorum philoſophorũ, cùm ab eodẽ intellectu diuino ſubſtantia omniũ ſcientiarum prodeat, à quo diuinæ ſcientiæ veritates emanant: cui omnes ſcientiæ iure ſubſeruiunt, vt ancillæ dominæ.

D. Thomas cur vtatur philoſophorũ teſtimoniis.

Cathena aurea D. Thomæ opus inſigne.

Scripſit inſuper ad mandatum Vrbani Papæ quarti, opus inſigne ſuper quatuor euangelia miro contextum ordine: ex dictis & authoritatibus ſanctorum doctorum. Ex quibus ſic vniuſcuiuſque euangeliſtarum quatuor continuauit hiſtoriã: vt quaſi è doctoribus videatur eſſe lectu-

a *D. Thomas quatuor inter ſe implacabiliter prægnantia indiſſolubili pacis fœdere coniunxiſſe dicitur, videlicet copiam, breuitatem, facilitatem ac ſecuritatem, quas nulli vnquam litterarum profeſſori, vel antè vel pòſt eum contigit ſimul potuiſſe connectere, Sixt. Sen. ibid.*

A.C. 1260.

A ra. Fertur quoque feciſſe expoſitionem ſuper euangelica dominicalia totius anni, quæ vix aut rariſſimè inuenitur. Ego credo me vidiſſe, ſed talem, quod vt mihi videtur, eſt excerpta ex prædicto opere ſuper euangelia quatuor.

Officium corporis Chriſti eſt opuſc. 57.

Mandante quoque eodem Vrbano, compoſuit totum officium tam diurnum quàm nocturnum feſti corporis Chriſti, ac etiam miſſæ. Scripſit quoque poſtillam ſuper euangelium Ioannis, maximè ſuper 5. ca. ſtylo proprio. Reſiduum dicitur deportaſſe frater Reginaldus ſocius eius ipſo legente, quod poſtmodum idem doctor

B correxit: & approbauit. Scripſit etiam poſtillam ſuper epiſtolas Pauli ad Romanos, ad Corinthios, ad Hebreos vſque xj. capitulum. & ſuper alias epiſtolas Pauli reportatæ ſunt per prædictum Reginaldum ſocium eius poſt ipſum legentem: quas idem doctor fertur poſtea correxiſſe.

Reportaſſe eſt ex ipſius ore excepiſſe.

S S. Petrus & Paulus D. Thomam inſtruunt.

Scripſit poſtillam ſuper Iſaiam, quæ rarò inuenitur. In cuius expoſitione, cùm in quodam paſſu textus difficilis anxiaretur, poſt orationes & lachrymas, ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, qui eum de illo textu inſtruxerunt, me-

C ruit viſionem. Scripſit ſuper Iob ad literam, quod nullus doctor prius attentauerat. Nam Gregorius magnus in moralibus expoſitionem fecerat moralem potius, quàm literalem pulcherrimam. Nicolaus de lyra poſt eum expoſuit, ab ipſo multa furatus: & aliter contra eum impingens, ſed ſine ratione. Scripſit etiam ſuper Hieremiam & Threnos, & ſuper Cantica canticorum, multum tamen breuiter & ad literam. Circa finem vitæ ſcripſit ſuper tres nocturnos pſalterij. Frater Reginaldus dicitur reportaſſe ipſo legente poſtillam, quæ incipit: In omni opere

D dedit confeſſionem. Lecturam quoque ſuper Matthæum quæ defectiua eſt, dicitur reportaſſe frater Petrus de Hadria. Idem ſuper librum de anima primum frater Reginaldus reportauit.

Quæſtiones diſputatæ opus varium & multiplex.

Scripſit etiam idem doctor non parua volumina quæſtionum de diuerſis materiis, per diuerſos articulos, diſtinguens & proſequens & elucidans veritatem: quæ intitulantur, quæſtiones de veritate. Item quæſtiones de potentia Dei. Item quæſtiones de anima. Itẽ quæſtiones de virtutibus. Item quæſtiones de malo. Item quæſtiones de ſpiritualibus creaturis. Item ſcripſit duodecim quodlibeta diſputata.

Commentaria eiuſdem ſuper Ariſtot.

E Scripſit etiam ſuper philoſophiam Ariſtotelis, ſuper libros Phyſicorum, ſuper Metaphyſicam, ſuper tres libros de cœlo & mundo, ſuper librum de generatione & corruptione, ſuper libros duos meteororum, ſuper ſecundum & tertium de anima, ſuper librum de ſenſu & ſenſato, ſuper librum de memoria & reminiſcentia, Super librum ethicorum, Super quatuor libros politicorum, Super librum de cauſis & propoſitionibus Procli, ſuper librum primum & ſecundum poſteriorum, & ſuper librum perihermenias.

Opuſcula B. Thomæ.

F Scripſit etiam idem doctor diuerſos tractatus & libellos ad inſtantiam diuerſarum perſonarum, quæ ei immittebant dubia, & ipſe eis de veritate dabat reſponſa, qui tractatus recollecti in vnius voluminis corpus, efficiunt ipſum ſatis magnum & intitulantur communiter opuſcula Beati Thomæ. Sunt autem numero circiter

citciter a quadraginta,quorum nomina & prin- A
A.C. 1260. cipia in ſequentibus ſubnectuntur. Et quia v-
Opuſcula D. Thomæ. nus non dependet ab alio,poſſunt ad beneplacitum ordinari in vno volumine. Sunt ergo hi
tractatus.De principiis naturæ ad fratrem Syl-
Eſt opuſc. 31. ueſtrum, qui incipit. Quoniam quidem poteſt
Opuſ.37. eſſe,licet non ſit.Tractatus de quatuor oppoſi-
Opuſc.29. tis,qui incipit.Quoniam quatuor ſunt oppoſitiones.Tractatus de principio indiuiduationis,
qui incipit.Quoniam duæ ſunt in homine po-
Opuſc.36. tentiæ.Tractatus de natura inſtantis,ſeu de in-
Opuſc.14 ſtantibus: qui incipit, Quoniam omnem. Tractatus de verbo ſeu natura verbi, qui incipit.
Ad intellectum huius nominis, quod dicitur
verbum.Tractatus de natura verbi intellectus,
Opuſc.15. qui incipit. Quoniam circa naturam verbi intellectus,ſine quo imago trinitatis non inueni-
Opuſc.34. tur in homine expreſſa. Tractatus de motibus
naturalibus corporis ſeu de operationibus &
actionibus occultis naturæ ad quemdam militem,qui incipit.Quoniam in quibuſdam natu-
Opuſc. 35. ralibus corporibus. Tractatus de motu cordis
ad magiſtrum Philipum,qui incipit.Quoniam
Opuſc.30. omne quod mouetur. Tractatus de quidditate C
entium ſeu de ente & eſſentia, ad fratres & ſocios,qui incipit.Quia paruus error in principio
Opuſc.39. Tractatus de fallaciis:ad quoſdam nobiles artiſtas:qui incipit. Quoniam logica eſt rationalis
Opuſc.15. ſcientia.Tractatus de angelis ſeu de ſubſtantiis
ſeparatis ad fratrem Reginaldum. Qui incipit.
Opuſc. 16. Quia ſacris angelorum ſolemniis.Tractatus cõtra errores Auerroiſtarum de vnitate intellectus:
qui incipit. Sicut omnes homines naturaliter
Opuſc.25. ſcire deſiderant. Tractatus de ſortibus, vtrùm
ſortibus ſit vtendum,ad Dominum Iacobum de
Burgo:& incipit.Poſtulauit à me veſtra dilectio. D
Opuſ. 26. Tractatus de iudiciis aſtrorum, vtrùm liceat vti
eis:ad fratrem Reginaldum,qui incipit.Quia pe-
Opuſc.21. tiſti,vt ſcriberẽ.Tractatus de regimine Iudæorũ
ad duciſſam Brabantiæ;qui incipit.Excellentiæ
Opuſc.10. veſtrę recepi literas.Tractatus reſponſionum ad
quadraginta duos articulos ad magiſtrum ordi-
Opuſc.32. nis,qui incipit.Reuerendo in Chriſto patri.Tractatus in quo continetur reſponſio ad multos
articulos ad fratrem Gerardum lectorem Biſuntinum:qui incipit Cariſſimo ſibi in Chriſto fra- E
Opuſc. 11. tri. Tractatus in quo continetur reſponſio ad
triginta ſex articulos,ad lectorem Venetum:qui
Opuſc. 1. incipit lectis literis veſtris inueni.Tractatus ad
Vrbanum Papam contra errorem Græcorum:
qui incipit.Libellum ab excellentia veſtra mihi
Opuſc.20. exhibitum.Tractatus de regimine principum,
Opuſ. 40. ad regem Cypri, qui incipit. Cogitanti mihi,
quid offerrem regiæ celſitudini. Tractatus de
propoſitionibus modalibus, qui incipit.Quia
propoſitio modalis. Tractatus de æternitate
mundi,vtrùm ſcilicet poſſit eſſe ab æterno, qui F
incipit.Suppoſito ſecundum catholicam fidem.

a *Quæ nunc D. Thomæ nomine circumferuntur opuſcula numero ſunt ſeptuaginta,quæ vno volumine comprehenduntur.Porro illud opuſculum quod paulo poſt de ve bo ſeu natura verbi inſcribitur, nunc de differentia diuini & humani verbi titulum habet.*

Tractatus continens expoſitionẽ ſymboli,Credo, qui incipit. Primum, quod eſt neceſſarium A.C. 1260.
Chriſtiano.Tractatus continens expoſitionem
ſalutationis angelicæ,ſcilicet, Aue Maria,qui in Opuſc. 8. Opuſc.5.
cipit.In ſalutatione iſta continentur tria.Tractatus continens expoſitionem orationis dominicę.Pater noſter,qui incipit.Inter alias orationes Opuſ.4.
dominica oratio.Tractatus de articulis fidei & Opuſc.3.
eccleſiæ ſacramentis,ad archiepiſcopum Panor Opuſc 8.
mitanum, qui incipit. Poſtulauit a me dilectio
veſtra. Tractatus,in quo continetur breuis de-
claratio quorundam articulorum, quos impu- Opuſc.6.
gnant Græci,Armeni,& Saraceni, ad cantorem
Antiochenum:qui incipit: Beatus Petrus apo-
ſtolus.Tractatus continens expoſitionem, primæ decretalis.De ſum.trini.& fide ca. qui inci-
pit.Saluator noſter.Tractatus continens,expo- Opuſc. 23.
ſitionem ſecundæ decretalis:de ſum. trini. & fi- Opuſc.24.
de catho.ſcilicet illius: damnamus & reprobamus, qui incipit. Expoſita forma.Tractatus de
perfectione vitæ ſpiritualis:qui incipit.Quoniã Opuſc. 18.
quidam perfectionis ignari.Tractatus de forma
abſolutionis ſacramentalis in confeſſione: ad Opuſ.22.
magiſtrum ordinis:qui incipit.Perlecto libello.
Tractatus de mixtione elementorum ad magi- Opuſc. 33.
ſtrum Philippum: qui incipit. Dubium apud
multos ſolet eſſe.Tractatus continens expoſitio
nem libri Boethij de hebdomadib. qui incipit. Opuſc.6
Præcurre prior in domum tuam. Tractatus ſuper librũ Boethij de trinitate:qui incipit.Ab initio natiuitatis meæ inueſtigabo.Tractatus cõ Opuſc.70.
tinens expoſitionem librorum Dionyſij de diuinis nominibus.Tractatus contra impugnan- Opuſc. 19.
tes religionem præcipuè mendicantium:videlicet Gulielmum de ſancto amore & ſequaces e- Pſal.82.
ius:qui incipit.Quoniam ecce inimici tui Deus
ſonuerunt.Tractatus de perfectione Chriſtianæ
religionis,qui incipit.Chriſtianæ religionis pro Opuſc.2.
poſitum.Tractatus, qui intitulatur compendiũ
theologiæ,ad fratrem Reginaldum qui incipit.
Æterni patris verbum. Tractatus de præceptis, Opuſc. 7.
quòd lex amoris fuit homini neceſſaria:qui incipit.Tria ſunt homini neceſſaria. Tractatus de
fato,qui incipit.Quæritur de fato.Et ex his pa- Opuſc.28.
tet,quòd poſtillę ſuper Geneſim &Eccleſiaſtem,
quas vidi ſibi intitulatas,& cõpendium quoddã theologiæ,quod incipit.Theologicæ facultatis,quod etiam beato Thomę aliqui intitulant,
non ſunt eius: cùm non connumerentur inter
iſtos ſupradictos. Compendium enim, quod
beatus Thomas edidit, de quo ſuprà facta eſt
mentio,aliter incipit,& eſt multo breuius,& de
paucis tractat.Sed illud quod incipit. Theologicæ,de omnibus pene breuiſſimè tractat materiis theologiæ.De diuinis.De creaturis, angelis
& hominibus & aliis rebus creatis,De incarnatione,De peccatis,De virtutibus,gratia, & donis,& præceptis & conſiliis,ſacramentis & finali iudicio, Antichriſto, reſurrectione vltima,&
gloria,& pœnis alterius vitæ,ſed breui volumine.Sed nec Alberti magni eſt,vt alij quidam dicunt:ſed cuiuſdam alterius doctiſſimi viri, qui
dictus eſt frater Thomas.De vita autem & ſanctitate & miraculis ipſius beati Thomæ tracta- Inf.tit. 23.
tur in vltimo titulo huius tertij voluminis. c.7.

TITVLVS

A.C. 12..

TITVLVS iſte 19. continet geſta ſummorum pontificum & imperatorum qui fuerunt à tempore Innocentij tertij incluſiuè (qui factus eſt Papa anno domini M.ccvij. vſque ad tempus Alexandri quarti incluſiuè, ſcilicet vſque ad annum. M.cclx. in quo tempore fuerunt ſucceſſiuè iſti pontifices ſummi: Innocentius tertius, Honorius tertius, Gregorius nonus, Cæleſtinus quartus, Innocētius 4. Alexander 4. & Vrbanus quartus. Et imperatores iſti: Otho quartus, qui fuit priuatus deinde imperio, Henricus 5. Fredericus 2. qui fuit priuatus deinde imperio. Et vacauit imperium per annos multos poſtea. Continet etiam multa de Tartaris, & quomodo cœpit regnum eorum, qui ſe rebellarunt regi Indiæ, & de moribus eorum, & bellis eorum. De ſancto Ludouico rege Franciæ, qui cruce aſſumpta cum maximo exercitu perrexit ad terram ſanctam recuperandam. Et de ſancto Thoma Cātuarienſi Archiepiſcopo, & ſancto Eadmūdo, & ſancta Maria de ognes, & quibuſdam ſanctis fœminis.

De Innocentio 3. Papa qui Lotharius antè appellatus eſt, & ſcriptis eius.

CAP. I.

Innocentius 3. Pon. max. 178. ſedit an. 18. m. 6. d. 9. A.C. 1198.

QVIA interpoſitus eſt præcedens titulus nunc reuertendo ad hiſtoriam eſt ſciendum, quòd poſtquam Cæleſtinus appoſitus eſt ad patres ſuos anno ab incarnatione [a] M.207. Ab initio autem mundi ſecundum minorem computationem quinquies M.161. Secundum autem maiorem ſexies M.406. aſſumptus eſt canonicè ad ſummū pontificatus apicem Innocentius 3. qui prius Lotharius dicebatur, natione Campanus, patria Anagninus, patre Transimundo, de comitibus Signiæ. Qui ſedit annis 18. menſibus tribus, diebus 23.

Innocētij 3. encomia.

Hic ſecundum Ioan. de col. quantum fuerit glorioſus pontifex opera eius teſtimonium perhibent, quæ ſi quis omnia vellet ſtylo comprehendere, magnū volumen efficerent. In primis cùm ſupra omnia exoſam haberet venalitatem, cogitauit qualiter illam poſſet à Romana curia extirpare. Vnde ſtatim fecit edictum, vt nullus officialium curiæ ſuæ quicquam ab aliquo exigeret præter ſolos ſcriptores & bullatores, quibus etiam cerrum modum præfixit, diſtrictè præcipiens, vt ſinguli ſuum officium gratis impenderent. Fecir præterea oſtiarios à notariorum cameris amoueri, vt liber ad eos pateret

Innocentius oſor venalitatis.

A acceſſus. Erat autem intra Lateranenſe palatiū menſa, ſuper quam ponebàtur vaſa aurea & argentea, multuſque theſaurus, quam ille ſolertiſſimus pontifex fecit illico de toto palatio amoueri. Ædificauit præterea à fundamentis illud nobile hoſpitale ſancti ſpiritus in ſtrata publica iuxta Tiberim, quod quantis dotauerit iocalibus, quantis ditauerit poſſeſſionibus, quantis decorauerit ędificijs, per ſe ſatis apparet. In quo hoſpitali ſtationem ſolēnem inſtituit dominica prima per octauas Epiphaniæ: vbi magnus vndique confluebat populus ad videndum ſudarium ſaluatoris, quod tunc cum magna deuotione & ſolennitate à baſilica Petri deferebatur, & ad audiendū ſermonē exhortatorium ad opera pietatis, quem ibidem ſummus pontifex facerę conſueuerat.

A.C. 1198.

Hoſpitale S. Spiritus ab Innocētio 3. conditum.

Iocale, id eſt monile ſic etiam vocat, ornamenta templi pretioſiſſima.

B

Inſuper vniuerſis vrbis Eccleſijs dedit vnam libram argenti, vt inde calices fierent. Præterea cùm ſuo tēpore fames inualuiſſet, ſtatim de Anaguia vbi erat, ad vrbem redijt, & cœpit indigentibus neceſſaria miniſtrare. Ordinauit enim hic ſanctiſſimus paſtor, vt pauperes verecundi, qui publicè mendicare erubeſcebāt, pecuniam per ſingulas ſeptimanas occultè ad eorum ſuſtentationem reciperent. Illis verò qui publicè mendicabant, ſingulis diebus panem ad ſufficiētiam omnibus aduenientibus tribuebat. Quorum tanta erat promiſcui ſexus multitudo, vt octo millium numerum excederēt. Et ſic almificus ille pontifex populū à famis peſte liberauit.

C

Eius in pauperes liberalitas.

Quomodo Eccleſiæ patrimonium Marchualdo expulſo recuperarit. Conſentit his Naucl gen. 42. vol. 2. & Blondus, & alij.

D

§. I.

PRAETEREA ſtatim poſt ſuam electionē cœpit intendere ad recuperandum patrimonium Romanæ Eccleſiæ, quod imperator Henricus in vita occupauerat poſt mortem familiares eius inter ſe diuidendo vſurpauerant. Nam primò duos cardinales legatos miſit in Marchiam contra Marchualdum, qui eam tyrannicè detinebat. Erat autem hic Marchualdus ſeneſcalchus generalis imperij, dux Rauennę & Marchio Romandiolæ, vir ingenioſus & ſubdolus, quem inter omnes familiares imperator Henricus habuerat intimiorem, & illum executorem fecerat ſui teſtamenti. Promittebat autem idem Marchualdus domino Papæ, quòd ſi eū in gratiam ſuam admittere dignaretur, ipſe amplius Romanam Eccleſiam exaltaret, quàm vnquàm fuiſſet exaltata à tempore Conſtantini: cùm teſtamentum illud redundaret ad ingentem Romanæ Eccleſiæ gloriam & honorem. Sed cùm eius malitiam dominus Papa valdè haberet ſuſpectam, eius promiſſiones ſpreuit, vnde & legati excommunicauerunt eum, & omnes qui in Marchia in aliquo ſibi obedirent. Qui videns ſe Marchiam contra Romanam Eccleſiam retinere non poſſe, obtulit Papæ pecuniam copioſam annuum cēſum promittens, ſi recepta fidelitate terram ei concederet. Quod cùm facere nollet,

Conſentit his Nau. ge. 42. vol. 2.

E

Marchualdus quis fuerit.

F

Marchoaldus excōmunicatur.

[a] *Onuph. ad annum 1198. creationem huius Pontificis refert. cui conſentit Gene. quam eſſe factam dicit ipſe die obitus Cæleſtini 3. 6. Idus Ianuarij. Huius porro doctiſſimi & religioſiſſimi Pontificis præter eos, qui Romanorum Pontificum vitas ſcripſerunt, Tritthem. in lib. de ſcriptor. Eccleſ. Sixtus Sene. in Biblioth. Blond. dec. 2 lib. 6. Naucl. generat. 40. & alij fuſè copioſéque meminerunt.*

A.C. 1199.

relicta Marchia ſe in regnum Apuliæ recepit. A Reducta eſt ergo Marchia ad dominium Romanę Eccleſię, videlicet Ancona, Firmium, Æſium, Camerinum, Fanum, Auximum, Senogallia, Piſaurum, cum omnibus diœceſibus ſuis.

Conradus dux Spoletanus Pontifici terras quas ab Eccleſia Romana vſurpauerat reſtituit.

Conradus autem dux Spoleti, & comes Aſſiſij audiens Marchualdum ex Marchia depulſum, quia ſciebat terram, quam poſſidebat ad Romanam Eccleſiam pertinere, diuerſis vijs tẽtauit, ſi poſſet cum voluntate domini Papæ dictam terrã retinere. Obtulit enim ei incontinẽti decem millia libratum, & annuum cẽſum libratum argenti, & obſequium ducentorum B militum. Pro ſecuritate autem horum promiſſorum volebat dare duos ſuos filios obſides. Licet autem dominus Papa conditionem iſtam ſatis vtilem reputaret, tamen quia multi ſcandalizabantur, eo quòd videretur Theutonicos in Italia fouere, qui crudeli tyrannide vniuerſum Italiæ populum premebant, in fauorem libertatis declinans non acceptauit oblata. Dictus autem Conradus videns quòd non proficeret, ſe ad mandatum eius reddidit, & omnes munitiones & Rochas domino Papę reſignauit, ac de ipſius mandato, quia eius mora ſuſpecta videbatur, in C Alemanniam remeauit.

Rochæ, id eſt, rupes.

Patrimonium B. Petri Pontifex recuperat.

Poſt hoc patrimonium, beati Petri, totum hexarchatum Rauẽnæ, terram comitiſſæ Matildis ad dominium Romanæ Eccleſiæ induxit, tum à Theutonicis, qui illud occupauerãt, tũ à ciuitatibus, quæ illud detinebãt[illud ſingulari ſua diligentia & prudentia recipiens.]Quia verò longum eſſet explicare per ſingula, quàm diligens & ſtudioſus fuerit ad defenſandum bona Eccleſię, & perdita recuperandum, ſufficit de multis pauca retuliſſe.

Imperatrix Conſtantia ad Romanũ Põtif. nũcios mittit. Sicilia & Apulia erant Romanæ Eccleſiæ.

Imperatrix autem Conſtantia hunc tam ſan- D ctum & tam cordatum põtificem Romæ præſidere intelligens, ſtatim ad illum ſolennes nuncios miſit, poſtulans vt regnum Siciliæ, ducatũ Apuliæ, Capuæ principatũ cum ſuis adiacentijs concedere dignaretur ſibi & filio ſuo, ſecũdum formam quã prædeceſſores eius cõceſſerant prędeceſſoribus regni ipſius. Sed ipſe ſagaciſſimus pontifex diligenter attendens, quòd priuilegiũ conceſſionis indultum primò ab Hadriano, & poſtea à Clemente renouatum ſuper quatuor capitulis videlicet de electionib[9], legationibus, appellationibus & concilijs, derogabat non ſo- E lùm Apoſtolicæ dignitati, ſed etiam Eccleſiaſticæ authoritati remãdauit imperatrici, quòd illis capitulis renunciaret omnino: cumque illa non eſſet & aliter conceſſutus, tentauit illa eius propoſitum muneribus immutare. Quod cùm efficere nequiuiſſet, miſſis ſolennibus nuncijs obtinuerunt conceſſionis priuilegium innouari, capitulis illis omnino ſublatis.

Pontifex in Germaniam legatos mittit cauſa aſſerendæ libertatis eccleſiaſticę.

Idem verò pijſſimus pontifex conſiderans quòd per detentionem Salernitani archiepiſcopi, qui adhuc per Philippum imparatoris Henrici germanum in Alemannia detinebatur ca- F ptiuus, detraheretur Apoſtolicæ dignitati, ſtatim Sutrinum epiſcopum natione Theutonicũ, & abbatem ſancti Anaſtaſij in Theutoniã deſtinauit, ſcribẽs prælatis eccleſiarũ, vt detentores eorũ, ſcilicet archiepiſcopi Salernitani, & aliorũ prçlatorũ monerent, & ſi neceſſe eſſet per excõmunicationẽ cõpellerent, vt illos dimitterent abſolutos, comminando principibus vniuerſis, quòd niſi ad hoc darent operam efficacem, totã Alemanniam ſupponeret interdicto. Illi verò in Theutoniam venientes, inuenerunt iam dictum Philippum à quibuſdam principibus electum in regem. Qui audiẽs Papæ legatos in Alemanniam veniſſe, accedens ad eos de facto ſe fecit abſolui occultè non manifeſtè, Excommunicauerat enim Cæleſtinus prædeceſſor Innocẽtij dictum Philippum ducem Sueuię. Quia dum eſſet dux Tuſciæ occupauerat patrimonium beati Petri. Quam etiam ſententiam publicari fecerat in curia ipſius Henrici.

Schiſma in imperio Romano primum, de quo Abbas vrſpergenſis & Robertus Abbas montis. & Nauclerus & Blondus. dec. 2. l. 6.

§. II.

[a] POST modicum prædictus Philippus fecit ſe coronari & inungi non Aquiſgrani, ſed Moguntiæ, & non à Colonienſi archiepiſcopo, ſed a Tarentaſiẽſi quia nullus epiſcoorpũ Theutoniæ id facere attentauit: ſed nec aliquis epiſcoporum, qui in illa coronatione fuerunt præſentes, pontificalibus indui præſumpſerunt præter ſolum Sutrinum epiſcopum qui ad aliud fuerat deſtinatus. Quam ob cauſam cùm ad præſentiam ſummi põtificis rediiſſet, veritate comperta fecit eum extra ſuum epiſcopatum vſque ad finem vitæ ſuæ manere. Coloniẽſis autẽ archiepiſcopus, & quidam alij principes tam eccleſiaſtici quàm ſæculares, videntes ſe in electione Philippi fuiſſe contemptos adinuicem congregati apud Aquiſgranum Othonem filium quondam Henrici ducis Saxoniæ in imperatorem vnanimiter elegerunt, quẽ archiepiſcopus Colonienſis apud Aquiſgranum ſolenniter coronauit. Et ſic facta eſt diuiſio in imperio longo tempore duratura. Nam Othoni adhæſerũt Colonienſis archiepiſcopus & omnes eius ſuffraganei, & multi alij epiſcopi Theutoniæ, Preterea & dux Liuoniæ & dux Limburgę & comes Palatinus Rheni & Lãtgrauius Turingiæ. Philippo verò reliqua terra cũ cęteris principib[9] Alemãnię ſe ſubmiſit, Etiam rex Franciæ Philippo confœderatus eſt, maximè cùm audiſſet regem Anglorum Richardum Othoni fauere. Cui etiã Othoni comes Flandriæ adherebat.

Innocẽtus autẽ Papa memor iniuriarũ ac pſecutionũ, quas pdeceſſores huius Philippi Eccleſię Romanæ intulerãt tẽporibus retroactis, ſe ei totaliter oppoſuit. Nõ enim poterat obliuiſci

Innocentius cur potius Othoni quàm Philippo faueat.

[a] *An. Ch. 1198. pridie Cal. Octob obijt imperator Henricus 5. in eius locũ, in ſchiſmate facti ſunt Cæſar Philippus Friderici imperatoris filius, rex Romanorũ, qui regnauit an. 9. m. 2. d. 11. creatus ex duce Sueuiæ 8. Id. Mart. An. 1199. Et Cæſar Otho Hẽrici Saxoniæ ducis filius creatus in ſchiſmate contra Philippum regem menſe Martio eodem anno, ex duce Saxoniæ regnauit & imperauit an. 20. m. 10. & dies aliquot. De his Ioannes villanus Abbas Vrſperg. Ioan. Cuſpin. Aemyl. lib. 6.*

qualiter

A.C. 1199. Innocentius cur potius Othoni quàm Philippo faueat. Hic Henricus ſanctus fuit Ro. huius nominis ſex et quartus imperator. vide ſup. tit. 17. c. 1. ante § 1. & c. 6. ante §. 1. Fridericus Ænobarbus de quo ſupr. tit. eo. c. 9.

qualiter Henricus, qui primus de genere regum Sueuiæ imperator extitit, fœlicis recordationis Paſcalem Papam cum multis cardinalibus, & Romanorum nobilibus captiuauit. Inſuper & Fridericus ipſius Philippi pater contra Alexandrum Papã diu ſchiſma nutriuit, ac fouit. Qualiter etiam Henricus ipſe imperator defunctus frater dicti Philippi ſe habuerit circa interfectionem ſanctæ memoriæ Leodienſis epiſcopi, quem prius ipſe coegerat exultate. Multa præterea tamen per præceſſores ſuos, tum per enim Romanæ eccleſiæ ac eius familiaribus fuerant illata. Vnde ipſe Innocentius reprobata electione ipſius Philippi, vtpote excommunicati & Romanæ eccleſiæ perſecutoris: Othoni totaliter adhæſit ac prælatis Alemanniȩ præcipiendo mandauit, vt Othoni tanquam vero Alemanniæ regi fauer :nt: & Philippo tanquam excommunicato & e clesiæ perſecutori ſe oponerent. Hoc idem ciuitatibus Longobardiæ, & communitatibus perſuaſit.

Bellum inter Philippum & Othonem imperatores.

Rebus autem ſic ſe habentibus, cum Philippus revera in Alemannia maiorem ſequelam haberet, congregato ſuorum exercitu hoſtiliter terram Lantgrauij Thuringiæ, qui author promotionis fuerat Othonis ingreſſus eſt: atque quandam ipſius ciuitatem obſedit. Quod poſtquam Otho audiuit, ſumpto ſecum duce Bohemiæ (nondum etenim rex erat) & iis qui ſibi adhærebant, in auxilium Lantgrauij properauit. Cuius aduentum Philippus reformidans, ſoluta obſidione aufugit. Rex autem Otho cum ſuo exercitu terras Philippi ac ſuorum ſequacium inuadens caſtra plurima cepit.

Pa Brigcõtentio & rixa. Innocentius Franciæ & Angliæ reges componere nititur. Treuga .i. induciæ. Gallorum in regnũ hieroſolymitanum expeditio vide infrà. c. 2. ante §. 1.

Interea Innocentius Papa audiens de briga regum ſcilicet Franciæ & Angliæ, conſiderans quot damna Chriſtianorum populo prouenirent: maximè terræ orientali, ad cuius liberationem totis viribus intendebat, Dominum Petrum Capuanum diaconum cardinalem ad reformandam inter duos reges pacem, legatum miſit in Franciam. Qui veniens pacem quidem reformare non potuit, ſed ab ipſis per quinque annos treugas firmauit. Iniunxerat etenim Dominus Papa huic legato, vt exhortaretur & induceret principes, ac populũ regni Francorum ad ſubſidium terræ ſanctæ. In quo negotio adeo diuina gratia operante profecit, quod innumera tam peditum quàm militum multitudo ad verbum exhortationis ipſius ſignum crucis ſuſcepit in obſequium Crucifixi. Inter quos principales fuerunt Theobaldus comes Trecenſis, Ludouicus comes Bleſenſis, Balduinus comes Flandrenſis & Hannoniæ, comes ſancti Pauli Sueſſionenſis & Trecenſis epiſcopi.

Sup. §. 1. Marchualdus Siciliã occupare nititur. Diffidare .i. bellũ indicere. Mors Cõſtantiæ imperatricis

Circa idem tempus Marchualdus de quo ſuprà dictum eſt: qui expulſus à dominio Marchiȩ in regnum Siciliæ ſe receperat, excluſo puero ſcilicet Friderico illud occupare nitebatur. Quod poſtquam Conſtantia imperatrix mater pueri cognouit, diffidauit eundem: & per literas mandauit vniuerſis, vt eum tanquam hoſtem regis & regni euitarent. Eo facto Conſtantia dicta defuncta eſt. Quȩ cùm in extremis ageret dominum Papam Innocentium pueri regni baiulum & tutorem conſtituit, quoniam ad eum de iure ſpectaret tanquam ad Dominum principalem. Cuius audita morte Dominus Papa ſtatim Dominum Gregorium ſanctæ Ma in porticu diaconum cardinalem legatum in Siciliam deſtinauit: vt ibi vices ſuas gerens de regni negotiis diſponeret & ordinaret.

A.C. 1199. Pont. max. regni Siciliæ Dominus principalis.

Marchualdus autem poſt mortem Conſtantiæ regreſſus in regnum, ad occupandum illud totis viribus intendebat, prætendens, quod ex teſtamento imperatoris ipſe debebat eſſe baiulus regis & regni. Inſtabat itaque, vt dictam malitiam duceret ad effectum. Et licet quoſdam viribus ſuperaſſet: alios verò fraudibus decepiſſet non tamen potuit præualere: cum Dominus Innocentius ſummus põtifex obſtaculum ſibi opponeret in omnibus viis ſuis. Sperans autem Marchualdus, quod ipſum poſſet inclinare promiſſis, per Conradum archiepiſcopum Maguntinum & ſæpè per alios fecit ſecretè & cautè tẽtate, vtrùm poſſet oblatiõe munerum mitigari, promittens, quòd ſi ſolummodo ab eius impedimento ceſſaret, quamuis ſibi nullum præſtaret auxilium: ſtatim daret illi viginti millia vnciarum auri. Et poſtquam obtinuiſſet Pannormum tantundem ſibi exhiberet: & ligiam ſibi ſeu fidelitatem præſtaret, duplicaret cenſum, & multiplicaret obſequia: quæ Romani pontifices de regno Siciliæ habere conſueuerant. Nec debebat obſtare, quòd ſummus pontifex regem infantulum in ſuam curam ſuſceperat: quia ſicut ille firmiter aſſerebat, puer ille qui Fridericus dicebatur, nec imperatoris Henrici nec Conſtãtiæ filius fuerat: ſed ſuppoſitus partus, quod teſtibus adſtruere promittebat. Summus autem pontifex tantam eius iniquitatem attendens promiſſiones & oblationes ipſius execrabiles iudicauit.

Baiulus .i. procurator. Marchualdus regnũ Siciliæ obtinere nititur.

Colonia à rege Philippo obſidetur & capitur.

§. III.

Colonia à rege Philippo obſidetur & capitur.

ANNO Domini Milleſimo. ccvj. dum Otho cum Philippo in Alemannia contenderent, Otho deſerentibus & deficientibus ſuis cum de pari cum Philippo contendere non poſſet, intra Coloniam, quæ ſola illi fauebat, ſe recepit, quam Philippus cum ſuis obſidione vallauit. Sed animoſè contra eum egredientibus ciuibus ad bellum, à Philippo victi repelluntur. Vnde cum amodo Philippo reſiſtere deſperarent, expulſo Othone ſe ei tradiderunt. Sequenti anno pridie Calendas Martij fuit eclipſis ſolis particularis hora diei quinta. Quo etiam anno menſe Decembri tanta propter frequentes pluuias fuit aquarum inundatio fluuialium: quanta ab hominibus illius temporis nunquam viſa vel à præceſſoribus eſt audita in Francia. Nam & pontes fregit, domos euertit: & infinita damna intulit.

Mors imperatoris Philippi.

Anno autem domini. M. ccviij. Philippus qui ſe regem Alemanniæ nominabat, cùm pacificè totam Alemanniam poſſideret: ac nullum ibi penitus haberet obſtaculum, atque iam ad intrandum in Italiam ſe magnificè præpararet dolo à quodam comite occiſus eſt. Cuius morte audita eius vxor filia Iſacij Conſtantinopolitani

A.C 1208.

O.ho imperator coronatur.

A.C.1209. 5.Id.Oct.

litani [im]peratoris dolori ſuccumbés moritur[a]. Poſt mortem igitur huius Philippi ducis Sueuiæ Innocentius Papa Othonem imperatorem coronauit cõtra voluntatem Philippi regis Frácorum, & contradicentibus pro magna parte Romanis, multis etiam ex imperij magnatibus, & in die ſuæ coronationis Romæ factæ dominus Papa ab eo exegit, & recepit iuſiurandum de patrimonio beati Petri cuſtodiendo: & contra quoſlibet ipſum defendendo. Contra quod cito venit hoſtiliter inuadens terras eccleſiæ, & plura caſtra & ciuitates eius vſurpás. Et cùm ad admonitioné Innocentij Papæ ab huiuſmodi non ceſſaret, ſed magis ac magis Eccleſiam perſequeretur, Papa de communi conſilio prælatorũ ipſum excómunicauit, & pertinacé ab imperio depoſuit, vt periurũ & perſecutoré Eccleſiæ, mádás vt nullus deinceps cũ imperatoré nominaret, nec ei obediret, & principes Alemanniæ à fidelitate eius abſoluit. De hoc tamen plenius dicetur in ca. de imperatoribus.

De Albigenſibus hæreticis Innocentii tertii decreto debellatis. Æmy. lib. 6. vita D. Dominici & alii.

De hoc Petro monacho hiſtoria Albigenſium c.1.5.& 6. conuerſa à Sorbino. Petrus de Caſtro trucidatur hoc c.9 ex litteris Innocentii 3. Hic legatus vocatur Milo in eadem hiſtoria c.10.

Eo tempore cœpit crux prædicari in Francia, in partibus Toloſanis [b] contra Albigenſes hæreticos de mandato domini Innocentij Papæ. Et primò Petrus monachus de caſtro nouo miſſus fuit legatus à Papa qui comitem Toloſanum excommunicaret tanquam fautorem hæreticorum. Lata eſt igitur ſententia contra eum, licet comes illi mortem publicè comminaretur. Legato autem de villa ſancti Ægidij recedéte, ſecuti ſunt illũ duo comitis armigeri: atque non longè à flumine illum inuenientes, vnus ex illis lanceam in latus eius infixit. Qui vulnere mortis accepto verſo capite illum reſpexit, dixitque illi pluries repetendo, Dominus indulgeat tibi frater mi: & ego tibi indulgeo. Quo dicto expirauit.

His auditis dominus Papa miſit in Franciam legatum Gualonem ſanctæ Mariæ in porticu diaconum Cardinalem iuriſperitum, & magnę prudentiæ virum, & fidei Chriſtianæ maximũ zelatorem, mandás regi & vniuerſis regni principibus, vt tanquam veri Catholici, & fideles, ac fidei defenſores, terras Toloſanorum, Albigenſium, & Narbonenſium, aliaſque ciuitates, quas fidei Chriſtianæ impugnatores & ſubuerſores occupauerant, in remiſſioné peccatorum expugnarent. Miſſi quoque ſunt ab Innocentio cum ipſo legato abbates duodecim ordinis Ciſterſiéſis qui tunc florebant vitę ſanctitate ac ſcientia, qui Crucem contra Albigenſes prædicarent, concedés plenariam peccatorum remiſſionem crucem aſſumentibus, & contra hæreticos belligetantibus, etiam ſi in via mori cõtigiſſet ante bellum poſt crucem aſſumptam.

Didaci Oxonienſis, epiſcopi de hæreticorum cõuerſione conſilium ibid. c.5. & lib.1. de vita d. Dom. c.6. Infra tit. 13. c.1.

Applicantes igitur ad locum determinatum conuenerunt in vnum tractantes quomodo id cuius gratiam miſſi fuerant; commodius exequeretur. Superuenit auté ex Hiſpania Didacus Oxoniéſis epiſcopus vir ſanctitatis eximiæ, qui in ſocium ſecum duxerat beatum Dominicum fundatorem poſtea ordinis Prædicatorum. De quo infrà dicetur. Ipſum ergo accerſiunt, & eũ ſuper hoc conſulunt, ſcilicet de modo tenendo ad confutandum dictos. Nec enim latebat eos, quin dictus Didacus eſſet ſanctitatis præcipuæ zelator fidei, rectitudinis æmulator. Eius autem fuit hoc Deo inſpiráte conſiliũ, vt reiecta pompa ſuperflui apparatus, & remiſſa varia ſupellectili, quam ſecum adduxerant, in paupertate voluntaria Chriſtum pauperem prædicarent: vt ſic perfectam edocentes ſanctitatem [quam hęretici illi prætendebant exterius] ex auſteritate & nuditate & veris virtutibus & mundi cótemptu poſſent deceptos ab eis ad viá reducere veritatis. Sicque factum eſt.

De militibus cruce ſignatis contra Albigenſes, de quibus eadem hiſt. c.15. & 16.

§. IIII.

Biterræ à cruce ſignatis capiuntur. Ibid. c.18. Item Carcaſſona ib. c.19.

CERNENS autem ſummus pontifex hæreticos ipſos duræ ceruicis eſſe, nec eos verbis poſſe emolliri: decreuit antequam vineam domini demolirentur, infructuoſos palmites materiali gladio amputare. Cruce igitur ſignati Franci, & aliarum prouinciarum milites de ordinatione Papæ contra Albigenſes hæreticos iter arripiunt. Eiſque comes adiungitur Toloſanus, quem dominus Papa reductum per legatum abſoluerat. Et primo eorum aduentu Biterræ a fidelibus capiuntur, omnéſque pariter trucidãtur. Quorum numerus vſque ad ſeptendecim millia fuiſſe narratur. Poſt hæc Carcaſſona à fidelibus obſidione vallatur. Qua capta Rogerius quidam, qui in ciuitaté illa caput erat hæreticorũ & princeps captus arctæ cuſtodiæ mancipatur.

Simon comes Montis fortis dux belli eligitur c.21.

Comes Montis fortis quis.

His duabus vrbibus expugnatis cum iá maiores exercitus ad reditum anhælarent, vno omnium communi conſenſu Simon comes Montisfortis toti regioni acquiſitæ pariter & acquirendæ præficitur. Erat enim vir elegantis formę fide præclarus, armis ſtrenuus, genere nobilis, prudentia magnus, ingenio perſpicax, largus, magnificus, affabilis, fidei Catholicæ defenſor, & hæreticorum acerrimus impugnator. Hic ex eo tempore, quo Gallorum principes ad expugnandos hæreticos in terra Albigenſium venerunt: nunquam niſi ſemel in Galliam reuerſus eſt:

Albigéſes hæretici & à proteſtantibus diuerſi.

a *Philippus occiſus eſt Bambergæ ab Othone de Vitiliſpach comite Palatino, 10 Cal. Iul. An. C. 1208. quo mortuo Otho 4. coronatus & conſecratus Romæ eſt imperator ab Innocentio 3. 5. Idus Octob. A.C. 1209. ex Onuph.*

b *Albigenſes (quos D. Anton. in 4. par. ſum. tit. 11. cap. 7. Albanenſes vocat) habuerunt multos errores ab his quos noſtri ſaculi hæretici ſequuntur longè diuerſos, quos inuenies in hiſtoria Albig. cap 2. Cern. Luxẽburgium, Cæſarium, Prateolum & Sandorũ. & infrà cap. 4. §. 6. Ponebãt enim cum Manichæis duo principia malum & bonum. i. Deum & Diabolum corporum reſurrectionem negabant, baptiſmum abijciebant, animas migrare de corpore in corpus aſſerebant & multa huiuſmodi. Quæ cum noſtri ſæculi hæretici ſicuti & nos tanquam blaſphema & impia longè reijciant, non eſt quod defendant latitantem ſuam Eccleſiam, & à Pontificum Romanorum tyrannide oppreſſam calumnientur, cum eorũ ſuaſu & conſilio Albigenſiũ ſecta extincta ſunt. Nam Rom. Pontifices Albigenſes & religione & armis debellantes fugitiuã ipſorũ Eccleſiã ſunt perſecuti, neceſſe eſt eos vt quoſdam alios, ſic & hos errores Albigẽſiũ ſequi quos cùm, ſicuti & nos, deteſtẽtur, nõ eſt, quod ſibi à Romanis Põtificibus vim vllã factã eſſe cõquerãtur.*

A.C. 1209.

eſt,ſed in ſeruitio domini indefeſſè vſque in finem perſeuerans,in eadem prouincia pro Chriſto animã ponere meruit.Fuit autem Dominus cum eo,qui omnia opera eius dirigebat per manus eius hæreticos expugnando. Eratque cum eo vir ille mirabilis beatus Dominicus, inſtitutor poſtea ordinis Prædicatoru,qui valde familiaris ei erat.

De ſancto Dominico. Dominici vita.l.1.c.6.

Abbates ergo illi duodecim à Papa deſtinati ad prædicandu, & epiſcopi,& archiepiſcopi & alij in partibus illis prælati, ſequẽtes cõſiliũ Didaci Oxoniẽſis epiſcopi remiſſis ad loca ſua ſarcinis tẽporaliũ,cũ quibus venerãt,cœperut ſinguli euangelicam paupertatem amplecti, pedites diſcurrere,ac ſtrenuè veram fidem verbo & opere prædicare,habentes ſuper ſe quaſi totius negotij ducem Didacum præfatum epiſcopum. Quod videntes & inuidentes hæretici cœperũt & ipſi ex aduerſo importunius prædicare. Sed & comes Montis fortis Simõ præfatus princeps exercitus fidelium,gladio materiali cõtra ipſos hæreticos & eorũ ſequaces viriliter dimicabat,

Minerba à cruce ſignatis capitur. hiſt.Alb. gen.c.47.

vnde & Minerbram municipium cœperunt, vbi multi hæreticorum capti ſunt,& multi interfecti.Cumque captis daretur optio,vt quicunq; hæreſim abiuraret,libet recederet, centum octoginta ex eis obſtinati in peccato potius comburi, quàm hæreſim abiurare elegerunt, quod & factum eſt.

Duo miracula fidem Chriſtianam approbantia.lib. 1.vitæ D. Domin.c.6.

Sed & veritas fidei noſtræ ibi per euidens miraculum comprobata eſt.Vt enim refert Vincen.ſpec.hiſt.li.30.ex geſtis comitis Montisfortis & hiſtoria beati Dominici. Cùm apud fanũ Iouis quoddam caſtrũ,frequenter inter Catholicos & hæreticos diſputationum conflictus fierent,ad quas vtriuſque ſexus populi multitudo confluebat,factum eſt ex edicto vt die quadam fieret ſolennis diſputatio ſub iudicibus deputatis.Et cùm altercatione verborum diu protracta hæretici ſubtili calliditate diabolica,etſi rationibus & authoritatibus ſufficienter confutati, vt murenula de manibus ſtringentium elaberẽtur, decretũ eſt,vt ab vtraque parte ſcripto præſentari deberet ipſa aſſertio fidei,quam docebant.Scriptis autem diuerſis à catholicis in libellos redactis diligenter, & mutua collatione diſcuſſis,libellus, quem ſcripſerat beatus Dominicus vnus ex præſentibus diſputantibus cõmuniter commendatur,& præ cæteris pręſentandus decernitur. Coram igitur omni multitudine libelli vtriuſque partis,ſcilicet beati Dominici & hæreticorum in medium proferuntur,& iudicibus inter ſe diſcrepantibus,hæc tãdem fuit communis ſentẽtia,vt vtrumq; libellũ in flammas ignis iacerent & quem contingeret ab igne non comburi,ille veram fidem proculdubio contineret. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus.Accenſus eſt in publico magnus ignis,libelli proiiciuntur in medium, libellus

Libellus fidem Catholicã cõtinens in ignem ter iniectus euaſit illæſus. Dan.3.

partis hæreticæ ſtatim comburitur libellus verò ſerui Dei Dominici non ſolum ab igne non læditur,verum ab igne foris proſilijt in longinquum.Secundoque iniectus ac tertio,ęque prodiit incombuſtus.Vnde canit eccleſia. Ter in ignem libellus traditus,ter exiuit illęſus penitus Et ſic error hæreticorum vincitur & fides Catholicorũ extollitur.Et ſic quod diuina potentia in tribus pueris geſtum cognouimus in fornace Babylonis:hoc renouatum videmus in libello incombuſto beati Dominici,ad confirmãdam veritatem fidei, & demonſtrandam ſancti cuius erat ſanctitatem.

Hoc miraculum habet hiſt. Albig.c.8.

Simile quiddam legitur contigiſſe in alio loco.Cùm enim ipſe beatus pater cum quibuſdã hæreticis de quadam hæreſi diſputaſſet, ac rationes eius in ſcriptis redactas hæreticis tradidiſſet ad reſpondendum ſuper eis,nocte ſequẽti congregati ad ignem hæretici cœperunt legere dixeruntque adinuicem.Proijciamus in ignẽ & videamus quid accidat inde.Nam ſi non cõburatur,vera vtique oſtendetur doctrina iſta, ſin autẽ,fallax.Proijcitur charta & poſt modicũ reſilit incõbuſta. Dixitque vnus cæteris durior, Proijciatur iterũ, & experiemur diligẽtius veritatẽ.Proiicitur ſecũdò,& tertiò,& reſilit incõbuſta.Nec conuerti & credere voluerunt, ſed ſtrictiſſimo iuramento ſe ligarunt nemini miraculum pandere.Sed vnus eorum, qui iam aliquã diſpoſitionem habebat ad conuerſionem compunctus,& ad fidem reuerſus eſt, & alijs manifeſtauit prodigium tantum.

Didacus epiſcopus Oxoniẽſis moritur. bi.l.c.7.& vita D. Dom.l.1.c.6.

Permanſit autem ipſe beatus pater annis decem in illis partibus in prędicationis officio,& hæreſis extirpatione, alijs ad propria redeuntibus,Et Didaco epiſcopo præfato iam defuncto, qui prius ceſſionem poſtulauerat à Papa Innocentio epiſcopatus ſui, vt ſe totum daret prædicationi contra hæreticos, ſed non obtinuerat. Cumque quidam fideles nobiles filias ſuas traderent ipſis hæreticis erudiendas in perfidia,vt vel ſic victum, quem aliundè habere non poterant, conſequerentur, deliberat Dei ſeruus Dominicus ſeipſum venundare, vt pretio ſui illis ſubueniretur,ne peritẽ in animã ſaluatoris noſtri & redemptoris imitatus exemplum.Quod vtique feciſſet,ſed Deus qui ad maiora eum elegerat,aliter miſerię illorum prouidit.Hæc tamen per anticipationem dicta ſunt. Nam plenius de eo ſuo loco dicetur.Sub hoc ergo Inno.3.anno.domini, 1210.cœperunt duo ordines mendicantium Prædicatorum ſcilicet, quorum pater fuit beatus Dominicus,& minorum,quorum pater fuit beatus Franciſcus. De quibus infrà.

Prædicatorum & Minorum ordo inſtitutus.

Bellum inter Mediolanenſes & Cremonenſes acerrimum narratur infrà tit.23.& 24.per totum.

§. V.

ANNO domini. 1213. bellum acerrimum inter Cremonenſes & Mediolanenſes cõmiſſum eſt.In ipſo autem feſto Pentecoſtes cũ vtraque pars eſſet in campo, & Cremonenſes propter diei ſolennitatem in craſtinum pugnã vellent differri,Mediolanenſes cum ſe ſuperiores viderent,noluerunt. Quapropter iuſto Dei iudicio victi atq; fugati,multos & equites & pedites amiſerunt.Inſuper eodem anno dicti Mediolanenſes cùm Papiam vrbem obſediſſent, erumpentibus ciuibus atque viriliter obſeſſores aggredientibus,denuo victi ſunt, atque fugati. Sic igitur eodem anno Mediolanenſes bis prælio victi ſunt, domino vindicante in eos hæreſes varias, quibus eo tempore ciuitas illa erat infecta,& fauorem,quem Othoni depoſito, & excõmunicato ab Innocẽtio Papa impẽdebat.

Mediolanenſes eodem anno bis victi.

A.C. 1213.

Anglia & Hibernia ſummo Pontifici fiunt vectigales.

A Eodem anno,[a] qui fuit Ioannis Anglorum regis duodecimus. Idem rex ſponte de conſilio ſuorum principum obtulit, ac liberè conceſſit Deo & Apoſtolis eius ſanctiſſimis Petro & Paulo & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ domino Papæ Innocentio tertio totum Angliæ regnum & Hyberniæ pariter cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis. Et fecit ac iurauit homagium pro dictis regnis dicto Innocentio Papæ, vt illa de cætero, vt feudatarius ab ipſo papa & ſucceſſoribus eius teneret. Statuitque, vt pro omni ſeruitio dictorum regnorum, ſaluo per omnia denario beati Petri, Romana eccleſia annuatim mille marchas perciperet, ſeptingentas pro regno Angliæ, & trecentas pro regno Hyberniæ.

Præter denarium D. Petri Angli Rom Pót. ſoluere quid tenantur.

B Eodem anno vir ſtrenuus comes Simon de Monteforti, qui contra hæreticos de Albigeſio bella domini viriliter gerebat, cùm multas ciuitates & oppida expugnaſſet, contra eos non ſine magno miraculo multas victorias obtulit. Ad vltimum rex Aragonum, & comes ſancti Ægidij, & comes Defdes cum infinita multitudine illum intra caſtrum, quod Murellum dicitur obſederunt. Qui cum cerneret ſe diu ob defectum victualium tenere Caſtrum nō poſſe, cùm non haberet niſi ducentos & quadraginta milites, ac armatos pedites quingentos, ſpem ſuam ponens in domino, inuocata ſpiritusſancti gratia, fiducialiter caſtro egreſſus ad eos, non timuit tantam & tā ferocē multitudinem aggredi. Qui poſt modicam reſiſtentiam fugientes ferè ad ſeptemdecim milia de exercitu eorum eo prælio perierunt, ſed de fidelium populo non niſi octo peregrini ceciderūt. Hunc Simonem comitem Monrisfortis propter ſingularem in bellis virtutem atque proſperitatem, comitem fortem vocabant. Qui cùm eſſet in bellis ſtrenuiſſimus, tot negotiis implicatus, quotidie tamen miſſam & omnes horas canonicas audiebat.

Comitis de monte forti res geſtæ quæ continet hiſt. Alb. præcipuè autem de Murelli obſidione agit. 125. & 126. & 127.

Comes de monte forti quotidie miſſam audiebat.

D Eodem anno Gaufridus Syluanectenſis epiſcopus tam ætate quàm corpulentiæ pondere ſe inhabilem ad onus officij epiſcopatus ſentiens quod iam per triginta annos laudabiliter exercuerat, impetrata licentia à papa epiſcopatui renunciauit, ſéque ad monaſterium Caroli loci contulit. Quo in loco ieiuniis & orationibus vacans vitam finiuit. Huius ſecutus eſt exemplum Gaufridus, vir ſanctiſſimus, Meldēſis epiſcopus qui de ſummi pontificis licentia epiſcopatui cedens, in monaſterio ſancti Victoris Pariſienſis diuinæ contemplationi ſe arctius mancipauit.

Epiſcopus Syluanectenſis cedit epiſcopatui. Item Meldenſis.

a *Hoc item Blondus habet dec. 2. lib. 6. de quo etiam ſic ſcribit Polyd. virg. lib. 15. hiſtor. Angl. Ioannes Angliæ rex ob ſacerdotes ab Eccleſiis vi probibitos, aut expulſos à Pontifice Romano excommunicatus, non ante abſoluitur, quàm diadema capiti ademptum Pandulpho ſedis Apoſtolicæ legato tradidiſſet, nunquam id aut hæredes, niſi à pontifice Romano accepturi. Addit Naucl. Gen. 41. Neque id quidem nouum, cum longè ante hoc Adulphus primus monarcha & Anglorum rex, idem regnū Leoni 4. Romanæque Eccleſiæ vectigale fecerit. Poſt quem Henricus rex, ob necem S. Thomæ Cantuarienſis idem regnum pro ſe & ſuis ſucceſſoribus à ſede Apoſtolica in feudum recognouit, vide D. Anton. in 2. par. tit. 16. cap. 2. §. 1. & quæ nos ibidem annotauimus. Hic porrò Ioannes ſine terra cognomen habuit.*

Qui inter alia ſanctitatis opera quibus viriliter inſiſtebat, abſtinentiam inauditam obſeruans ſingulis annis in quadrageſima & in aduentu ter in ſeptimana ſolum comedebat. In aliis autem temporibus ſemper ieiunans, ad ſui macerationem tam amara tam inſipida comedebat atque bibebat, vt vix ab aliis non ſolùm comedi, ſed, nec guſtari potuiſſent.

A.C. 1213.

Concilium generale lateranenſe ſub Innocentio 3.

§. VI.

HIc glorioſus pontifex Inno. 3. Anno Domini. 1215. celebrauit cōcilium generale. Romæ in eccleſia Lateranēſi, inquo interfuerūt 1300. epiſcopi,[a] & in eo editæ ſunt conſtitutiones plurimæ valdè vtiles ſaluti animarum. Sicut de confeſſione & communione annualiter ab omnibus fidelib. facienda ſeu ſumenda: & multis aliis, quæ in corpore habentur decretalium. Ibi etiā in concilio tractatū eſt de recuperatione terræ ſanctæ & ſubſidio ad huiuſmodi opus. Multas quoque decretales epiſtolas edidit iſte Innocentius ad diuerſos, reſpōdēdo multis inquiſitionibus & dubiis: etiam variis materiis & caſibus moralibus, ſacramentalibus, & iudicialibus. Et pro maiori parte decretalium liber eſt ex Innocentij huius conſtitutionibus, & decretalibus epiſtolis.

Concilio lateranē. multæ res vtiles ſunt conſtitutę. Hoc decretū eſt celeberrimū quod incipit, Omnis vtriuſque ſexus. de Pœnit & remiſſ. quod habes infrà. §. 8.

C Ipſe in concilio illo reprobauit errores Ioachim abbatis, & cuiuſdam Almarici, vt expreſſas hæreſes, quia tamen ipſe Ioachim epiſtolam dictauit, cui manu propria ſe ſubſcripſit, in qua fatetur tenere ſe fidē, quā tenet Romana eccleſia, ac etiā mandauit omnia ſcripta ſua præſentanda apoſtolicæ ſedi ab ea corrigenda, vel approbāda, ideo ipſe nō iudicatur hæreticus: licet errauerit. Et error & confutatio eius ponitur in textu: vt hic patebit. Primò igitur Innocēti⁹ ponit quæ credēda & tenēda ſunt à cūctis fidelib. de ſanctiſſima trinitate & de diuinis proprietatibus de myſterio incarnationis, de ſacramentis

In conc. lat. c. 1.

a *Epiſcopos pro prælatis iuſque ſuffragii ferendi in concilio habentibus vſurpauit D. Ant. Porrò hoc concilium duodecimum generale cenſetur, quod omniū, quæ vnquā fuerunt in vniuerſa Eccleſia celeberrimum extitit. præter Romanum Pontificem, qui concilio præfuit, ex quatuor orbis terrarum nobiliſſimis patriarchis, duo interfuere, Byzantiorum ſcilicet Hieroſolymitanorum, Antiochenſis excuſatione morbi vſus, ſacerdotes legatos ſanctos viros miſit, & Alexandrinus ab Aegyptiis vetitus ipſe proficiſci, è ſuis oratores miſit. Quadringenti epiſcopi ſeptuaginta archiepiſcopi, tum Græci tum Latini monachorum ſacri patres duodecim, primores ſacrorum cœnobiorum octingenti conſedere, neſcio an omnis memoria celeberrimum fuerit concilium. Oratores Cæſaris Latinorum Friderici, ſimul oratores Græcorum Augusti, ac legati regum omnium principumque nominis noſtri. Aemil. lib. 6. cui conſentit Blon. lib. 6. dec. 2. in fine. Plat. in vita Innoc. Naucl. gener. 41. Sur. tom. 3. Conc. Gene. in Chron. Quæ igitur illo tam celebri concilio definita ſunt & conſtituta, illa ſine inſigni perfidia vel contemnere vel in dubium vocare non poſſumus: nec debemus ſi ſalui eſſe cupimus.*

eccleſię

Eccleſiæ,& creaturis.extra de ſum.tri.& fi.cath. ca.1.ſic dicens.

A.C. 1215.

De fide Catholica in con.later.c.1.& l.1.c.1.ti.1. Decretalium. Deus vnus in eſſentia & trinus in perſonis.

Firmiter credimus & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt Deus verus,æternus,immenſus,incommutabilis,omnipotens, & ineffabilis Pater & Filius & Spiritus ſanctus, tres quidem perſonæ,ſed vna eſſentia ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino.Pater à nullo,Filius à Patre ſolo,& Spiritus ſanctus ab vtroque pariter abſque initio ſemper ac ſine fine.Pater generans,Filius naſcens,Spiritus ſanctus ab vtroque procedens, conſubſtanriales,& coæquales,& coomnipotẽtes & coæterni.

De operibus S.Trinitatis.

Vnum vniuerſorum principium,creator omnium viſibilium & inuiſibilium,ſpiritualium & corporalium:qui ſua omnipotẽti virtute ſimul ab initio temporis vtramque de nihilo cõdidit creaturam,ſpiritualem & corporalem: angelicã videlicet & mundanam, ac deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutã.Diabolus enim & alij dæmones à Deo quidem natura creati ſunt boni, & ipſi per ſe facti ſunt mali.Homo verò diaboli ſuggeſtione peccauit.

Scriptura diuina.

Hæc ſancta Trinitas ſecundum commumem eſſentiam indiuidua,& ſecundum perſonales proprietates diſcreta:per Moyſen & ſanctos prophetas alioſque famulos ſuos iuxta ordinatiſſimã diſpoſitionem temporum doctrinam humano generi tribuit ſalutarem.Et tandem vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus à tota Trinitate cõmuniter incarnatus,ex Maria ſemper virgine Spiritus ſancti cooperatione conceptus,verus homo factus ex anima rationali & humana carne compoſitus,vna in duabus naturis perſona,viam vitæ manifeſtius demonſtrauit. Qui cùm ſecundũ diuinitatem ſit immortalis & impaſſibilis,idem ipſe ſecundum humanitatem factus eſt paſſibilis & mortalis. Qui etiam pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus, & mortuus deſcendit ad inferos, reſurrexit à mortuis,& aſcẽdit in cœlum,ſed deſcendit in anima & reſurrexit in carne,aſcenditque pariter in vtroque venturuſq; in fine ſæculi,iudicaturus viuos & mortuos,& redditurus ſingulis ſecundum opera ſua tam reprobis quàm electis,qui omnes cum ſuis proprijs corporibus reſurgent,quę nunc geſtãt, vt recipiant ſecundum opera ſua ſiue bona fuerint ſiue mala,illi cum diabolo perpetuam pœnam, & iſti cũ Chriſto gloriam ſempiternam.

De Christo. — Extremũ iudicium.

Ecclesiæ vnitas. Euchariſtia.

Vna verò eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia,extra quam nullus omnino ſaluatur,in qua idem ipſe ſacerdos eſt & ſacrificium Ieſus Chriſtus,cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, a tranſubſtãtiatis pane in corpus,& vino in ſanguinem poteſtate diuina,vt ad perficiendũ myſterium vnitatis,accipiamus ipſi de ſuo, quod ipſe accepit de noſtro. Et hoc vtique ſacramẽtum nemo poteſt conficere niſi ſacerdos,qui ritè fuerit ordinatus ſecundum claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis,eorumque ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

Claues Eccleſiæ.

Baptiſmus.

Sacramentum verò baptiſmi,quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis: videlicet Patris & Filij & Spiritus ſancti conſecratur in aqua, tam paruulis quàm adultis in forma Eccleſiæ à quocunque ritè collatum proficit ad ſalutem.Et ſi poſt baptiſmi ſuſceptionem,quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram poteſt ſemper pœnitentiam reparari. Non ſolùm autem virgines & continentes,verum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

Pœnitentia.

Tranſubſtantiationis vocabulum non eſt nouum.

a *Ex hoc loco tranſſubſtantiationis vocabulum huius ſacroſancti concilij,auctoritate eſt approbatum. Quod non ita nouum videri debet,ſicut hæretici exiſtimant.Nam in primis Græci conuerſionem, quæ fit in ſacramento vocant* μεταποίησιν καὶ μεταςοιχείωσιν καὶ μετάςασιν. *Greg.Nyſſenus in oratione Catbethetica, Enthym.pan.par.2.tit. 21. Chryſ.in liturg. Deum viſibilia ait in corpus Chriſti* μεταβαλλὰν *& Damaſc.in lib.4.de orthod.fide.c.14.& multi alij.hæc autem verba tranſſubſtãtiationis nomini æquipollẽt. Deinde latini ab Apoſtolorum temporibus vſi ſunt voce mutationis, cõuerſionis, & tranſelementationis, quæ planè trãſſubſtantiationem noſtrã ſonãt vt Cypr. in ſerm. de cœna. Panis hic non effigie, ſed natura mutatus, & panem & vinum in carnẽ & ſanguinem Domini mutari & conuerti, panem omnipotentia Dei factum carnem:& ſexcẽta huiuſmodi, quæ habet Gaetanus in probatione Euchar.Caniſ. in opere Catech.& alij doctores Catholici & nos ſuprà in 2.parte ti.9.poſt D.Anto.& ſæpè aliàs notauimus.*

A.C. 1215.

Ioachim Abbas damnatur & Petrus Lombardus defenditur.Ibid.c.2.& l.1. decretal.tit.1.ca.2.

§. VII.

IDEM in eodem concilio: Damnamus ergo & reprobamus libellum ſeu tractatum,quẽ abbas Ioachim edidit contra magiſtrum Petrũ Lombardum de vnitate ſeu eſſentia trinitatis, appellans ipſum hæreticum & inſanũ,pro eo quod in ſuis ſententijs dixit.Quoniam quædam ſumma res eſt Pater & filius & ſpiritus ſãctus,& illa non eſt generans, nec genita,nec procedẽs.Vnde aſſerit,quòd ille non tam Trinitatem, quàm quaternitatem adſtruebat in Deo, videlicet tres perſonas,& illam communem eſſentiam quaſi quartam manifeſtè proteſtans, quòd nulla res eſt,quę ſit Pater,& filius, & ſpiritus ſanctus:nec eſt ſubſtantia,nec natura, nec eſſentia, quamuis concedat,quòd Pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt vna eſſentia,vna ſubſtantia, vnaque natura,verum vnitate huiuſmodi non verã & propriam:ſed quaſi collectinam & ſimilitudinariã eſſe fatetur,quemadmodum dicuntur multi homines vnus populus,& multi fideles vna eccleſia,iuxta illud,Multitudinis credentium erat cor vnum & anima.& illud,Qui adhæret Deo,vnus ſpiritus eſt cum eo.

Act.4. 1.Cor.6.

Ad hanc autem ſuam ſententiam adſtruendã illud potiſſimum verbum inducit, quod Chriſtus de fidelibus dicit in euangelio. Volo pater,vt ſint vnũ in nobis: ſicut & nos vnum ſumus,vt ſint confirmati in vnum.Nos autem ſacro & vniuerſali approbante concilio,credimus & confitemur vnà cum Petro, quòd vna quædam ſumma res eſt, incomprehẽſibilis quidem & ineffabilis,quæ veraciter eſt pater & filius &

Ioan.17. Petri lombardi ſententia approbatur.

ſpiritus

A.C. 1215.

ſpiritus ſanctus, tres ſimul perſonæ ac ſingulatim quælibet earumdem, & ideo in Deo ſolummodo Trinitas eſt, non quaternitas: quia quælibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſētia, ſeu natura diuina quæ ſola eſt vniuerſorum principium: præter quod aliud inueniri non poteſt. Et illa res non eſt generās, neque genita, neque procedens, ſed eſt Pater, qui generat & filius qui gignitur, & ſpiritus ſanctus qui procedit, vt diſtinctiones ſint in pſonis & vnitas in natura. Licet igitur alius ſit pater, alius filius, alius Spiritus ſanctus, nō tamē aliud, ſed id qđ eſt pater, eſt filius, & ſpiritus ſanctus, idē omnino, vt ſecundū Orthodoxam & catholicam fidem cōſubſtantiales eſſe credantur. Pater enim ab æterno filium generando, ſuam ſubſtātiam dedit ei. Iuxta quod ipſe teſtatur. Pater quod dedit mihi, maius omnibus eſt. At dici non poteſt, quòd partem ſubſtantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipſe ſibi cùm ſubſtātia patris indiuiſibilis ſit, vtpote ſimplex omnino. Sed nec dici poteſt, quòd Pater in filiū tranſtulerit ſubſtantiam ſuā generādo, quaſi ſic dederit eā filio, ꝙ nō retinuerit eā ſibi, alioquin deſiſſet eſſe ſubſtātia.

Vna ſubſtantia patris & filij & ſpiritus ſancti.

Ioan. 10.

Patet ergo, quòd ſine vlla diminutione filius naſcendo ſubſtantiam patris accepit, & ita Pater & filius habent eandem ſubſtantiam, & ſic eadem res eſt Pater & filius nec non Spiritus ſanctus ab vtroque procedens.

Filius non eſt αὐτόθεος.

Ad authoritatem autem quā Ioachim inducebat, vnde fundabat ſuū errorē malè intelligēdo: reſpōdet Innoc. ibi dicens. Cùm ergo veritas ꝓ fidelibus orat dicens ad patrē: Volo vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut nos vnum ſumus. Hoc nomen vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio caritatis in gratia, pro perſonis verò diuinis, vt attendatur identitatis vnitas in natura. Quemadmodū veritas alibi ait, Eſtote & vos perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Ac ſi diceret manifeſtius: Eſtote perfecti vos perfectione gratiæ & ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt perfectione naturæ. Vtrique videlicet ſuo modo, quia inter Creatorem & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo dari, quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda. In dicto autem c. damnamus. In fine dicitur: Reprobamus etiam & cōdemnamus peruerſiſſimum dogma impij Almarici, cuius mētem ſic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica cenſenda ſit, quàm inſana. Quæ fuerit huius doctrina & error, in textu ibi non ponitur.

Reſpondet Pontifex Abatis Ioachim cauillationibus.

Ioan. 17.

Mat. 5.

Sed Ioan. de col. poſt Vin. ſpe. hiſto. eam exprimit ſic. Cùm diebus illis floreret ſtudium literarum Pariſijs, illucque de toto orbe ſcholaribus confluentibus, non ſolum propter loci amœnitatem, & bonorum omnium affluentiam, ſed etiam propter liberalitatem, & ſpecialem prærogatiuā, quam impendebat eis rex Philippus, & eius pater ante ipſū: illic in ſacra facultate ſtudebat quidā Almaricus de territorio Carnotēſi, villa qui dicitur Bena oriundus, qui ſemper ſuum habuit & in artibus liberalibus & in ſacta facultate diſcendi atque docendi modum, & opinionem priuatam, ac iudicium ſeparatum Hic auſus eſt cōſtanter affirmare, quod quilibet tenetur credere ſe eſſe membrū Chriſti, & hoc vnum eſſe de articulis fidei, ſine qua non poteſt

Almarici errores. Vinc. l. 29. c. 107.

Ingenium proprium hæreticorum.

Hoc idem proteſtantes aſſerc-

A homo ſaluari. Omnibus ergo Catholicis in hoc ei contradicentibus, ad ſummum pontificem coactus acceſſit Innocentium. Qui audita eius propoſitione, & vniuerſitatis ſcholarium contradictione contra eum ſententiauit. Reuerſus ergo Pariſios, compellitur ore confiteri, quòd cōtrarium ſentiret dictæ opinionis. Ideo inquā ore, quia nunquam corde diſceſſit. Itaque tædio & indignatione affectus (vt dicitur) ægrotauit, ac in lecto decumbens in breui deceſſit.

A.C. 1215. rant, dum fide ſua ſpeciali ſe ſaluos iam eſſe prædicant.

Poſt cuius mortem eius venenoſa doctrina quidam infecti ſurrexerunt, qui, plus quàm oportet ſapientes, ad exufflandum Chriſtum & B noui teſtamenti ſacramenta, inauditos errores & adinuentiones diabolicas confinxerunt. Inter cætera verò impudenter aſſerere conabātur, quòd Patris poteſtas durauit, quādiu viguit lex Moſaica. Et quia ſcriptum eſt, Nouis ſuperuenientibus abijcietis vetera, poſtquam Chriſtus venit, abſoluta dicebant omnia veteris teſtamenti ſacramenta, & viguit illa lex vſque ad illud tempus, quo prædicabant talia. Illo ergo tempore dicebant noua ſacramenta finem habere, & ſpiritus ſancti tempora incepiſſe. Ideoque confeſſionem, baptiſmum, Euchari- C ſtiam, & alia ſacramenta, ſine quibus non eſt ſalus, locum de cætero non habere, ſed vnumquēque per gratiam ſanctiſpiritus tantum interius ſine aliquo exteriori actu inſpiratam poſſe ſaluari. Caritatis quoque virtutem ſic ampliabār, vt id quod aliàs peccatum eſſet, ſi fieret in caritate, iam illud non eſſe peccatum ſecūdum eos. Vnde & ſtupra, & adulteria, & cæteras corporis voluptates in nomine caritatis perpetrabant. Mulieribuſque cum quibus peccabant, & ſimplicibus, quos decipiebant, impunitatem promittebant, Deum tantùmodo bonū, & nō iuſtū D prędicantes. Huius fama cùm ad Petrum Pariſienſem epiſcopum, & fratrem Guerinum regis Philippi conſiliarium perueniſſet, occultè miſerunt Radulphu de Namurtio clericum qui huius ſectæ viros diligenter inquireret. Hic ad ſingulos aſtutè accedebat, & de illorum ſecta ſe eſſe fingebat. Illique ſecreta ſua ei reuelabāt. Itaq; plures huius ſectæ ſacerdotes clerici & laici vtriuſque ſexus detecti, & capti Pariſios ſunt adducti. Ibique congregato concilio conuicti & condemnati atque ab ordinibus ſuis degrada E ti, traditi curiæ ſæculari iuſſu regis extra portam in campellis cremati ſunt. Mulieribus autem ac ſimplicibus, qui per maiores decepti fuerant, pepercerunt. Hæreſiarcha verò Almaricus, licet iam fuiſſet (vt putabatur) in pace eccleſię ſepultus, quia tamen conſtitit ſectam illam ab ipſo originem habuiſſe: ab vniuerſo concilio condemnatus eſt, & excōmunicatus, ac de ſacro cœmiterio eiectus. Eiuſq́, cinis & oſſa per ſterquilinia ſunt diſperſa.

Leuit. 26.

Sectatorū Almarici errores quorū quidam ſunt eis cōmunes cū noſtris hæreticis, alij verò minimè.

Hæretici apud Pariſios cremātur.

F De confeſſione quotannis facienda, & Euchariſtia in paſchate recipienda. ibi. c. 21. & lib. 5. decret. tit. 38. c. 12.

§. VIII.

IDEM Innocentius in concilio generali præfato circa ſacramenta confeſſionis & communionis ſic ſtatuit, nec fortè vnquam fuit facta in aliquo

A.C. 1215.

aliquo conſilio tam ſalubris conſtitutio. Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia peccata ſua ſolus ſaltem ſemel in anno confiteatur proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam pro viribus ſtudeat adimplere: ſuſcipiens reuerenter ad minus in paſcha euchariſtiæ ſacramentum, niſi fortè de proprij ſacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum, alioquin & viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in eccleſiis publicetur, ne quiſquam ex ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat: Si quis autem alieno ſacerdoti peccata ſua voluerit iuſta de cauſa confiteri, licentiam prius poſtulet, & obtineat à proprio ſacerdote: cum aliter ille non poſſit illum ſoluere vel ligare.

De confeſſione quotannis facienda & Euchariſtia in Paſcha recipienda. Ibid. ca. 21. & lib. 5. decret. tit. 38. cap. 12.

Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, vt more periti medici vinum & oleum ſuperinfundat vulnerib. ſauciati, diligenter inquires & peccatorum circunſtantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, quale ei debeat præbere cõſilium: & cuiuſmodi remedium adhibere diuerſis experimentis vtendo ad ſanandum ægrotũ. Caueat autẽ omnino ne ſigno, vel verbo alio quouis modo prodat peccatorem aliquatenus: ſed ſi indiguerit prudentiori conſilio: illud abſque vlla expreſſione perſonæ cautè requirat. Quoniã qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum.

Sacerdos ſit diſcretus. Luc. 10. — *Pœna reuelantis confeſſionem.*

Idem Inno. in eodem cõcilio, quoad infirmorum viſitationem exigẽdam à medicis, extra de pœni. & remiſ. cum infirmitas ſic ſtatuit. Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente dño languido, quẽ ſanauerat: Vade & noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat, præſenti decreto ſtatuimus, & diſtrictè præcipimus medicis corporũ, vt cũ eos ad infirmos vocari cõtingerit, ipſos ante omnia moneãt & inducãt, vt medicos aduocẽt animarũ, vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remediũ ſalubrius procedatur, cũ ceſſante cauſa ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia cauſam huic dedit edicto quòd quidam in ęgritudinis lecto iacentes cùm eis à medicis ſuadetur, vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis autem medicorum huiuſmodi noſtræ conſtitutionis tranſgreſſor fuerit poſtquam per prælatos locorum fuerit promulgata, tãdiu ab eccleſiæ ingreſſu arceatur, donec de tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit cõpetẽter. Cæterũ cũ anima multò pretioſior ſit corpore, ſub interminatione anathematis phibemus, ne quis medicorũ pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, qđ in periculũ aĩæ conuertatur.

Quod infirmi prius prouideãt aiæ quàm corpori. Ib. c. 22. & dec. eod. tit. c. 13. Ioan. 5. — *Nihil contra animæ ſalutẽ à medicis præſcribendũ.*

Idem Innocentius concilio generali quoad prælatos prouidet dicens eo. tit. Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat, animarum permittimus epiſcopis, & aliis ſuperiorib. necnon minoribus prælatis exemptis, vt etiam præter ſuperioris ſui licentiã prouidum & diſcretũ

Prælati poſſunt eligere confeſſarios. decr. tit. 38. c. 16. Supra hoc decretum Gregorio 9. retribuitũ eſt.

A ſibi poſſint eligere confeſſorem. Nota quòd iſtę decretales hic poſitæ requirunt magnam declarationem de quibus diffuſè habes in 3. par. in tit. de ſacramentis. &c. de ſacramento pœnitent.

A.C. 1215.

Verba conſecrationis, quæ non extant in euangelio à Chriſto fuere prolata. lib. 3. Decret. tit. 41. c. 6.

§. IX.

B

IDem Innocentius quæſitus à Lugdunenſi epiſcopo de forma conſecrationis ſanguinis Chriſti, quia nullus euangeliſtarum ponit talem formam ex integro & illa verba, Æterni & Myſterium fidei, in euangeliis non habentur, ſed nec quòd Chriſtus tunc eleuauerit oculos ad cœlum, vnde ergo talia verba poſita ſunt in forma, qua nunc eccleſia vtitur? Rñ. & habetur extrà de cele. miſ. cũ marthæ & dicit. Sanè multa tam de verbis, quàm de factis dominicis in- C uenimus ab euangeliſtis omiſſa, quæ apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo, vel facto expreſſiſſe leguntur, quod probat. Nã Paulus in actibus apoſtolorum, ſic ait: Meminiſſe nos oportet verbi domini Ieſu Chriſti, qui dixit: Beatius eſt dare, q̃ accipere. *Act. 20.* Hæc nullus quatuor euangeliſtarũ deſcripſit. Nullus etiam eorum expreſſit, quod Paulus de Chriſto ad Corynt. ſcribens, ait: Viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul, Deinde viſus eſt Iacobo. *1. Cor. 15.* Ipſi etiam euangeliſtæ inter ſe mu- D tuo ſuppleuiſſe leguntur, quæ ab eorum aliquo vel aliquib. ſunt omiſſa. Credimus igitur, quòd formã verborum ſicut in canone reperitur etiã à Chriſto apoſtoli, & ab ipſis apoſtolis eorum receperint ſucceſſores. Dicit Innocentius, quia Euãgeliſtæ non intenderunt ponere propriã formã conſecrationis, ſed ſolùm narrare factũ conſecrationis per quædã verba, vt patet etiã de baptiſmo Mat. vlti. Vnde & cum Chriſtus eleuauerit oculos ad cœlũ in reſuſcitatione Lazari: *Ioan. 11.* multò magis credendum eſt hoc feciſſe in confectio- E ne huius ſacramenti, quod maius erat.

Sic ergo intelligendum eſt. Hic eſt calix ſanguinis mei ſcilicet contentiuus, noui & æterni teſtamenti confirmatiuus, teſtamenti, ideſt promiſſionis: noui, ideſt non veteris animalium ſanguine dedicati, ſed ſanguine Chriſti. Et æterni, ideſt non de temporalibus, ſed de æternis bonis facti. Myſterium fidei, ideſt qui ſanguis eſt myſterium, ideſt ſacrum ſecretum fidei, quod ſcilicet fide tenetur, ſcilicet ſub ſpecie vini aliud, quàm cernitur ibi creditur eſſe ſcilicet ſanguis F Chriſti, Et ſicut creditur, ibi eſt, ſcilicet ſanguis Chriſti realiter. Dicit etiam ibidem, quòd aqua quæ miſcetur vino in calice conſecrando, conuertitur in vinum, quod ipſa conſecratione tranſſubſtantiatur in ſanguinem Chriſti. Miſtio autem ipſius aquæ cum vino, ſignat populum electorum Chriſto vniri per caritatẽ, aqua enim ſignat populum. Idem dicit ibidem, quòd cum in orationibus aliquorum ſanctorum dicatur. Sicut ſanctis tuis prodeſt, vel proficit ad gloriã, ita nobis prodeſſe perficias. Non ſic eſt intelligendum, quòd oblatio ſacrificij, vel oratio proſit beatis ad aliquod ſuffragium, ſicut nobis & iis qui ſunt in purgatorio, cum omnia eis ſuppetant

Expoſitio verborum conſecrationis ſanguinis. — *In ſacramento altaris aqua cum vino tranſſubſtantiatur in ſanguinem.* — *Miſſa quo modo proſit ſanctis in cœlo beatis.*

A.C. 1215.
1.Ioan.5.

ſancti,de qua Ioã.in canonica prima fidelibus: Vos vnctionem,quã accepiſtis ab eo,maneat in vobis.& poſt paululum:Vnctio docet vos de omnibus,ideſt gratia ſpirituſſancti.Secunda eſt exterior & viſibilis,de qua Iaco.5.dicitur,Infirmatur aliquis in vobis:inducat præſbyteros eccleſiæ& orent ſuper eum vngentes oleo [in nomine Domini , & oratio fidei ſaluabit infirmum & alleuiabit eum Dñs,& ſi in peccatis ſit remittentur ei.]

Vnctio viſibilis duplex.

Secundò nota ꝙ vnctio viſibilis ſpiritualis eſt duplex. Vna quæ eſt ſacramentum, & alia quæ non eſt ſacramentum,ſed quoddam ſacramentale.Harum prima iterum eſt duplex. Vna quæ dicitur extremę vnctionis:quæ fit oleo cóſecrato ab epiſcopo,à ſacerdote:cum certa forma verborũ,ſcilicet.Per iſtam vnctioné & manus noſtrę impoſitionem remittat tibi Deus quicquid peccaſti p viſum.Secúda dicitur cõfirmatióis vel chriſmatis,& datur ſolũ ab epiſcopis cum certa forma verborum,ſcilicet,Conſigno te ſigno crucis & confirmo te chriſmate ſalutis , in nomine Patris,& Filij & Spiritus ſancti. &c. Et ſolũ frõs inúgitur chriſmate,quod eſt oleum mixtú cum balſamo conſecratum ab epiſcopo, & oleum ſignat nitorem & puritatem conſcientiæ,quę cor exhilarat,& balſamus ſignat odoré bonę famę, quæ duo debét eſſe in confirmato. Vtraq; eſt de per ſe vnum ſacramentum Eccleſiæ. Et agit,vel auget ſi dignè ſumitur ſine dubio , quod ſignat, ſcilicet gratiam Spiritus ſancti, quæ eſt vnctio inuiſibilis.

Duplex ſacramentũ vnctionis.

Vnctio quæ eſt ſacramentale duplex.

Tertiò nota,quòd eſt alia vnctio ſacra viſibilis,quæ eſt ſacramentale,non ſacramentum: diſponens non conferens gratiam.Et hæc iterum eſt duplex.Vna quæ fit chriſmate: & hæc fit epiſcopis in conſecratione eorum. Corona enim capitis chriſmate inungitur ab vno ex tribus conſecrantibus cum certa forma verborum. Caput eius inungitur propter authoritatem & dignitaté,tamen etiã ad oſtendendum ꝙ repræſentat perſonam Chriſti,qui eſt caput eccleſiæ, qui ait : Spiritus domini ſuper me eo quòd vnxit me. Inungitur etiam caput , quod mentem deſignat & chriſma caritatem : quia in mente debet diligere Deú ex toto corde & ex tota anima& ex omnibus virib.ſuis,& proximum ſicut ſeipſum. Chriſmate etiam inũgitur baptizatus, ſed in vertice à ſacerdote : quæ vnctio eſt ſacramentale:non ſacramentũ.Et ſignat ꝙ debet eſſe paratus,omni petenti de fide reddere rationem ſcilicet in generali.Vertex enim capitis ſignat ſuperiorem partem animæ.Hoc etiam chriſmate inunguntur vaſa ſacra,vt calix & patena,altaria & templa & aqua baptiſmi.Alia eſt vnctio exterior ſacramẽtalis,qua inunguntur manus ſacerdotis in ſua ordinatione cum certa forma : quæ quãuis non ſit de ſubſtantia ordinationis: tamé ſi omittatur,ſupplenda eſt. Et ſignat opera pietatis quæ debet habere ſacerdos præ cæteris. Et ſimiliter manus epiſcopi eo oleo inunguntur in conſecratione ſua & eadem ſignat.

Luc.4.

Quid ſignificat vnctioquę fit in baptiſmo.

Vnctio ſacerdotis non eſt de ſubſtantia ſacramenti.

Cur pueri inunguntur in pectore.

Itẽ hoc oleo,quod dicitur oleum cathecumenorum,& eſt idem oleum cum oleo ſancto infirmorum , inunguntur baptizandi in pectore & in ſcapulis. Ideo in pectore ad ſignandum , ꝙ inunctione ſpirituſſancti abiiciat errorem & ignorantiã.In ſcapulis verò , vt per ipſam gratiã

A excutiat Chriſtianus effectus torporé & negligentiam:exercens & portãs ſuauiter onera bonarum operationũ.Hoc etiam oleo inungũtur altaria conſecranda.Hoc etiã oleo ſancto inunguntur imperator & reges,ſed in brachio ſeu humero,ad ſignandum principatũ,in cuius vſu debet eſſe oleum clementiæ & miſericordiæ.In veteri autem teſtamento fiebant inunctiones ſacerdotum,quæ erãt ſacramenta veteris legis,ſed ſignantia tantũ,non conferentia gratiã. Fiebat etiam inunctio olei prophetis & principibus ſeu

A.C. 1215.

Cur imperatores inunguntur.

Ex.29.

B regibus.Vnde & Heliſæus in propheram inunctus eſt ab Helia.Et Iehu in regẽ Iſrael inunctus eſt,& Aſael in regem Syriæ:& Dauid à Samuel inũctus eſt in regé ſuper omné Iſrael & Salomõ à Sadoch ſacerdote:vt patet in libris Regum.

3.Reg.19.
1.Reg. 16.
3.Reg.2.

Paganus ad fidem conuerſus habens plures vxores , adhærebit primæ, & ſi eam repudiauerit , & aliam ſuperinduxerit hanc relinquet , & primæ adhærebit. lib.4.tit.16.c.8.

C

§. XII.

CIRCA ſacramentum matrimonij in decretali,gaudemus,extra de diuor. Inn. ait. Quia pagani circa plures inſimul fœminas affectum diuidunt coniugalem,vtrùm poſt conuerſioné omnes,vel quam ex omnibus valeant retinere,nó immeritò dubitatur.Et infrà. Verum abſonum hoc videtur,& inimicú fidei Chriſtianæ,cùm ab initio vna coſta in vnam fœminam ſit conuerſa,& ſcriptura diuina teſtetur: ꝙ propter hoc relinquet homo patré & matré : & adhærebit vxori ſuæ,& erũt duo in carne vna.Nõ dixit tres vel plures,ſed duo. Nec dixit vxorib. ſed vxori.Et infrà.Nec vlli vnquã licuit inſimul plures vxores habere:niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum : qui mos quandoq; interdum etiã fas céſetur:per qué ſicut Iacob à mendacio, Iſraelitæ à furto,& Samſon ab homicidio:ſic & patriarchæ & alij viri iuſti , qui plures ſimul legũtur habuiſſe vxores, ab adulterio excuſantur. Sanè hęc veridica ſententia probatur etiã de teſtimonio veritatis in euangelio. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem , & aliam duxerit mœchatur. Si ergo vxore dimiſſa duci alia de iure non poteſt , fortius & ipſa retenta.Per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque ſexu (cum non ad imparia iudicentur)circa matrimonium reprobandam.

1.Cor.7.
D
Gen.27.
Ex.12
Iud.16.
Mat.19.
Luc.10.
E

Qui autem ſecúdum ritum ſuum legitimam repudiauit vxoré,cum tale repudium veritas in euangelio reprobauerit,nunquam ea viuente licitè poterit aliam etiam ad fidem Chriſti conuerſus habere:niſi poſt conuerſionem ipſius illa renuat cohabitare cũ ipſo:aut etiã ſi cóſentiat,nõ tamẽ abſq;cõtumelia creatoris:vel vt eũ pertrahat ad mortale peccatum.In quo caſu reſtitutionem petenti,quamuis de iniuſta ſpoliatione cõſtaret,reſtitutio negaretur, quia ſecúdũ Apoſtolú frater aut ſoror nõ eſt huiuſmodi ſubiectus ſeruituti. Quod ſi cõuerſũ ad fidẽ, & illa conuerſa eum ſequatur,antequam propter prædictas cauſas legitimã ille ducat vxorem eã recipere cõpelletur.Ex quib.patet reſpóſio ad quę ſitum.

Poſt repudium non licet aliã ſuperinducere.
F
Gen.2.

A.C. 1215.

ſitū.Quia qui plures habuit ſimul vxores,cōuerſus non poteſt niſi vnam habere ex illis. Et non niſi primā,ſi illa vult cohabitare cum eo modo prædicto, aliàs liber eſt,quoad aliquam aliarū.

De gradibus conſanguinitatis & affinitatis matrimonium impedientib. Conc. later.c.10.& l.4.decret. tit.14.c. 8.

De gradibus autem conſanguinitatis & affinitatis prohibitis ad matrimonium contrahendum,nota,quòd vbi ſecundū antiqua iura prohibiti erant ſex gradus,Innocētius iſte corrigēs antiqua iura illa,abſtulit duos gradus,& ſic remanet prohibitio contrahendi matrimonium vſque ad quartum gradum conſanguinitatis & affinitatis incluſiuè. Vnde in concilio generali B reſidens ſic ait.Extra de conſang.& affin.c.pen.

Mutatio legum ex cauſa fieri poteſt.

Non debet reprehenſibile iudicari,ſi ſecundū varietatem temporum quandoq; ſtatuta varietur humana, præſertim cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit,quoniā & ipſe Deus ex iis, quæ in veteri teſtamento ſtatuerat,nonnulla mutauit in nouo.Cùm ergo prohibitionē de coniugio in ſecundo & tertio affinitatis genere minimè cōtrahendo,& de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptiis cognationi viri non copulanda prioris,& difficultatem frequenter inducant,& C aliquando periculum pariant animarum,vt ceſſante prohibitione ceſſet effectus, cōſtitutiones ſuper hoc editas ſacri approbatione concilij reuocantes:pręſenti conſtitutione decernimus,vt ſic contrahentes de cætero liberè copulentur.

Abolitio affinitatis ſecundi & tertij generis.

Abolitio impedimēti quinti, ſexti & ſeptimi gradus cōſanguinitatis. 1. Cor. 7.

Prohibitio quoq, copulæ coniugalis quartū conſanguinitatis & affinitatis gradum non excedat,quoniā in vlterioribus gradibus iam non poteſt abſq; graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari.Quaternarius enim D numerus bene congruit prohibitioni coniugij corporalis.De quo dicit Apoſtolus,quòd vir nō habet poteſtatē corporis ſui,ſed mulier,& econuerſo, quia quatuor ſunt humores in corpore, quod & conſtat ex quatuor elemētis.Cùm ergo vſq; ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulę ſit reſtricta,eam ita volumus eſſe perpetuam, non obſtantibus conſtitutionibus ſuper hoc dudum editis,vel ab aliis vel à nobis, vt ſi qui contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerint copulari, nulla longinquitate defen- E datur annorum,cum diuturnitas temporis peccatum non minuat,ſed augeat, tantóq; ſunt grauiora crimina, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam.

Decedenti in excommunicatione quantumcunque contrito non eſt communicandum,nec pro eo orandum,lib. 5.decret.tit.39.c.28.

§. XIII.

F

DE materia excōmunicationis idem Inno. extra de ſent.excom.à nobis. ij. §.nos igitur.Sic ait.Iudicium Dei veritati, quæ nō fallit, nec fallitur,ſemper innititur,iudicium autē Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur,quam & fallere ſæpè contingit & fallit propter quod contingit interdum,vt qui ligatus eſt apud Deū, apud Eccleſiam ſit ſolutus,& qui liber eſt apud Deum,eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus.Vinculum ergo,quo peccator ligatus eſt apud Deū, in culpæ remiſſione diſſoluitur,ſcilicet per con-

Vnde fit vt liber ante Deum ſit legatus in eccleſia & contra.

A.C. 1215. Ioan.11.

A tritionem,illud autē quo ligatus eſt apud eccleſiam,cum ſententia remittitur, relaxatur, quod in ſuſcitatione Lazari euangeliū manifeſtat:quē dominus prius ſuſcitauit, & apoſtolis poſtmodum præcepit ſoluere ſuſcitatum.Vnde quantūcunque ſe quis iuramento præſtito, ꝙ eccleſiæ mandato pareret, humiliare curauerit: quantacumq; pœnitentiæ ſigna præceſſerint: ſi tamen morte præuentus non potuerit abſolutionis beneficium obtinere,quāuis abſolutus apud Deū fuiſſe credatur, nōdū tamen habendus eſt apud B eccleſiā abſolutus,poteſt tamē,& debet ei eccleſiæ beneficio ſubueniri: vt ſi de ipſius viuentis pœnitētia eccleſiæ per euidētia ſigna cōſtiterit: defuncto etiā abſolutiōis beneficiū impēdatur.

Mortuo qui viuēs ſignū contritionis dedit eſt abſolutio impendenda. Mat.16.

Nec obſtat quòd eccleſiæ legitur attributa poteſtas ligandi & ſoluendi homines ſuper terram:tanquā non poſſit ſoluere & ligare ſub terra iam ſepultos.Et quod legitur.Cui non communicauimus viuo nec cōmunicandū eſt mortuo: cum etſi nō fuerit cōmunicatū,cōmunicandum tamē illi fuiſſet:quē non contēptus religionis, C ſed articulus neceſſitatis impediuit, & in certis caſib.à canonib.denotatis legitur eccleſia ligaſſe mortuos & ſoluiſſe legatos. Et ſubdit,ꝙ talis eſt abſoluendum ab eo, à quo regulariter cùm viueret,ille fuerat abſoluendus,ſiue à Papa, ſiue à diœceſano,ſiue alio.Et infrà. Abſolutiōis verò forma ſeruetur. ſ. vt fiat cum pſal.pœnitentiali: & tā oratione dominica quā alia conſueta.Hæredes quoque ipſius ad ſatisfaciendum,pro ipſo ſi monitione præmiſſa noluerint, per cenſuram D eccleſiaſticam compellantur.

Detinens clericū in cuſtodia eſt excommunicatus. ibi .c. 29.

In ſequenti ca.quod incipit,nuper.Innocentius tria dicit.Primum eſt ꝙ detinens in cuſtodia publica, vel priuata clericum etiam abſque alia læſione perſonæ eſt excōmunicat⁹: quia per hoc fit ei violentia.Secundum eſt de participante cùm excōmunicato maiori excōmunicatione, quia aut talis participat in crimine illo,propter quod eſt excōmunicatus,aut participat in aliis, quàm in crimine illo puta in loquela,in cibo,& huiuſmodi. Et ſi quidem participat in crimine, E dando ſcilicet ſibi conſilium,auxilium vel fauorem:incidit in eandem ſentētiam cum illo. Nec debet vel poteſt, niſi ab eo à quo & ille primus poterat abſolui,& etiā cum iuramento. Sed participando in aliis loquela, & huiuſmodi,poteſt abſolui à ſimplici ſacerdote, qui poteſt audire confeſſionem eius:quia minorem excōmunicationem incurrit,& ſine iuramento.Et hoc intelligendo cùm participat in caſu nō conceſſo, nō in caſu permiſſo,nō incurrit peccatum, nec excommunicationem.Tertium eſt,ꝙ vbi excōmunicatus maiori excōmunicatione ex iuſta cauſa F non poteſt accedere ad eū,qui poteſt eum abſoluere,puta quia infirmus eſt grauiter,vel quia immineret ei periculū propter inimicitias & huiuſmodi,poteſt abſolui ab alio,imponēdo ei, ꝙ cū poterit præſentet ei,ad quem ſpectat abſolutio.

Qui participat cum excommunicato quomodo ſit excommunicat⁹.

Excōmunicatus quando poteſt abſolui ab alio, quā à proprio iudice.

Imperium non præeſt ſacerdotio,ſed ſubeſt & ei obedire tenetur. lib. 1. decr.tit. 33.c.6.Vide infrà cap.2.§.3.

§. XIIII.

DE dignitate eccleſiaſtica præcipuè pontificali,quòd omnem temporalem excedit,

&

A.C. 1215.

& ei ſubiicitur, oſtendit pulchrè Inno. ſcribens Conſtantinopolitano imperatori, qui tempore ipſius Innocentij factus ex Francis ſe ſubiecit Romanæ eccleſiæ: cum patriarcha Conſtantinopolitano & gente illa, extra de maio. & obe. ſolitę. ait: Solitę benignitatis affectu. Et infrà. Mirata eſt imperialis ſublimitas q̃ te niſi fuimus in literis noſtris increpare. Huic autem tuæ admirationi non cauſam, ſed occaſionem præbuit q̃ legiſti beatum Petrum apoſtolorum principem ſic ſcripſiſſe. Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquã ab eo miſſis ad vindictã malefactorũ, laudẽ verò bonorũ. Et infrà reſpondet declarando auctoritatẽ, quia Apoſtolus hæc ſcripſit ſubditis ſuis: & eos ad humilitatis meritũ prouocabat: nec intẽdebat ſacerdotib. iugũ imponere ſubiectionis, quo ad dominos temporales. Nam cùm dicat, omni humanæ creaturæ: ſequeretur quòd etiam ſeruis oporteret eſſe ſacerdotes ſubiectos. Et cũ ſubdat, regi quaſi præcellenti: non negamus (inquit) quòd præcellat imperator in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo ſuſcipiunt temporalia, ſed pontifex in ſpiritualibus antecellit, quæ tantò ſunt temporalibus digniora: quantò anima præfertur corpori. Licet non ſimpliciter dictũ ſit: Subditi eſtote, ſed additum, Propter Deum, nec purè ſit ſcriptũ Regi præcellenti: ſed tanquã præcellẽti: forſitan non ſine cauſa illud tanquã vel quaſi. Quod autem ſequitur, Ad vindictam malefactorũ, laudẽ verò bonorum: intelligendum non eſt q̃ rex, vel imperator ſuper bonos & malos gladij acceperit poteſtatem: ſed in eos ſolummodo, qui vtentes gladio, eius ſunt iuriſdictioni commiſſi.

1. Pet. 2.

Quibus imperator præcellat.

Et infrà. Potuiſſes autem prærogatiuam ſacerdotij ex eo intelligere potius, quod dictum eſt non à quolibet, ſed à Deo, non regi, ſed ſacerdoti: nec de regia ſtirpe, ſed ſacerdotali proſapia deſcendenti: de ſacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot. ſ. Hieremiæ. Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas & diſſipes & ædifices & plantes. Præterea noſſe debueras quòd fecit Deus duo luminaria magna in firmamẽto cœli: ſolẽ ſcilicet, in poteſtatẽ diei: & lunã in poteſtatẽ noctis. Vtrunque magnũ, ſed alterum maius. Ad firmamentum igitur cœli, ideſt vniuerſalis eccleſiæ fecit Deus duo luminaria, ideſt duas inſtituit dignitates quæ ſunt pontificalis authoritas & regalis poteſtas. Sed illa quę præeſt dieb. ideſt ſpiritualibus maior eſt: quæ præeſt noctibus ideſt carnalibus minor, vt quanta eſt inter ſolem & lunam tanta inter pontifices & reges differentia cognoſcatur. Hęc autem ſi prudẽter attenderet imperatoria celſitudo nõ faceret aut permitteret Conſtantinopolitanum patriarcham magnum quidem & honorabile membrũ eccleſiæ, iuxta ſcabellum pedum tuorum in ſiniſtra parte ſedere: cum alij reges & principes archiepiſcopis & epiſcopis ſuis ſicut debent reuerenter aſſurgant: & eis iuxta ſe venerabilem ſedem aſſignent. Nos autem etſi non increpando ſcripſerimus: potuiſſemus tamen rationabiliter increpare. Et infrà. Nobis autem in beato Petro ſunt oues Chriſti commiſſę, dicente domino: Paſce oues meas, non diſtinguendo inter has oues & alias, vt alienũ à ſuo demõſtraret ouili, qui Petrũ & ſucceſſores eius magiſtros non

Iure diuino ſacerdotes ſunt ſupra reges.

Hiere. 1.

Gen. 1.

Pſal. 135.

Romano Pontifici in B. Petri ſunt oues Chriſti cõmiſſæ.

Io. 21.

A recognoſceret & paſtores: vt illud nouiſſimum omittamus quod dixit ad Petrũ. Quodcunq; ligaueris ſuper terrã erit ligatum & in cœlis, nihil excipiens qui dicit, quodcunq;. Et in fine. Vtrũ tibi iuſta ſuggeſſerimus & honeſta, tua ſolicitudo diſcernat, cum non niſi ad vtilitatem eccleſię & terræ Hieroſolymorum ſubſidium nos te meminerimus inuitaſſe.

A.C. 1215.

Alienus eſt à Chriſti grege qui non cognoſcit Petrũ Paſtorem.

Mat. 16.

Quilibet laicus poteſt ab Eccleſiaſtico iudice iudicari, in periurio maximè & pace fracta. lib. 2. dec. tit. 1. c. 13.

B

§. XV.

QVOD laicus ratione peccati mortalis, & maximè periurij & pacis fractę poteſt conueniri ſub iudice eccleſiaſtico. Hoc pulchrè oſtendit Innoc. ſic ſcribens pręlatis per Franciam cõſtitutis. extra de iudiciis. nouit. Nouit ille qui nihil ignorat. Et infrà. Non putet aliquis, quòd iuriſdictionem illuſtris regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cùm ipſe nec velit, nec debeat noſtram iuriſdictionem aliquatenus impedire. Sed cùm dominus in euangelio dicat: Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuũ, ſi te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos, vt in ore duorum aut trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit dic Eccleſiæ: Si autem Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus publicanus, & rex Angliæ ſit paratus ſufficienter oſtendere, quòd rex Franciæ peccat in ipſum, & ipſe circa eum in correptione proceſſerit ſecundum regulam euangelicam, & tandem quia nullo modo profecit dixit Eccleſiæ. Quomodo ergo nos qui ſumus ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ ſuperna diſpoſitione vocati, mandatum diuinum poſſumus nõ exaudire, vt nõ procedamus ſecundum formã ipſius? niſi forſan ipſe coram nobis, vel legato noſtro ſufficientem in contrarium oſtendat rationem.

C

Mat. 18.

D

Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudicium, niſi fortè iuri cõmuni per ſpeciale priuilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum: ſcilicet decernere de peccato: cuius ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura: quam in quẽlibet exercere poſſumus, & debemus. Non igitur iniurioſum ſibi debet regia dignitas reputare, ſi ſuper hoc apoſtolico iudicio ſe committat: cùm Valentianus inclytus imperator ſuffraganeis Mediolanẽſis eccleſiæ dixiſſe legatur. Talem in pontificali ſedẽ conſtituere procuretis: cui & nos, qui gubernamus imperium, ſyncerè noſtra capita ſubmittamus, & eius monita, cùm tanquam homines deliquerimus, ſuſcipiamus neceſſariò velut medicamenta curantis. Nec ſic humillimũ illud omittamus, quod Theodoſius imperator conſtituit, & Carolus innouauit: de cuius genere rex ipſe noſcitur deſcendiſſe, videlicet quòd habens cauſam in iudicio ſeculari poſſet recurrere, & appellare ad iudicem eccleſiaſticum, vt epiſcopum. Et quamuis iſtud hodie nõ teneat, tamen oſtenditur ex hoc ſtatuto reuerentia, quam habebant illi imperatores ad epiſcopos.

Pontifex nõ vult ciuiles cauſas dirimere.

E

F

Theodoſij & Caroli magni lege quiſq; poterat a d epiſcopum appellare. vide hanc legem ſuprà. tit. 14. c. 4. §. 2.

Et infrà. Nullus, qui ſit ſanę mentis ignorat, quin ad noſtrum officium ſpectet de quocunq; mortali peccato corripere quemlibet Chriſtia-

A.C. 1215. D cum.

num,& ſi correptionem noſtram contempſerit, per diſciplinam eccleſiaſticam coercere. Sed forſitan dicetur, quod aliter cum regibus, aliter cū aliis eſt agendum. Cæterum ſcriptum nouimus in diuina lege. Ita magnū iudicabis, vt paruum: nec erit apud te acceptio perſonarum. Licet autē ſuper quolibet crimine, aut peccato procedere valeamus, vt peccatorem reuocemus à vitio ad virtutem, præcipuè tamen cùm contra pacem peccatur, quæ eſt vinculum caritatis. Poſtremò cùm inter reges ipſos reformata fuerint pacis fœdera: & vtrinq; proprio pręſtito iuramēto firmata: tamen quæ ſeruata vſq; ad præfixū non fuerint: nunquid nō poterimus de iuramenti religione cognoſcere, quod ad iudicium eccleſiæ non eſt dubium pertinere, vt rupta pacis fœdera reformentur. Ne igitur tantam diſcordiam videamur ſub diſſimulatione fouere, prædicto legato dedimus in præceptis, vt niſi ipſe rex vel ſolidam pacem cum prædicto rege reformet, vel treugas ineat competētes: vel ſaltem humiliter patiatur vt idē abbas & archiepiſcopus Bituricenſis de plano cognoſcant, vtrùm iuſta fuerit querimonia, quam contra eum proponit coram eccleſia rex Anglorū, vel eius exceptio ſit legitima, quā contra eum ſuis duxit literis exprimendam: iuxta formam ſibi datam à nobis procedere non omittat.

De plano. i. ſine ſtrepitu iudiciorū. gl. 10.

De exactionibus pecuniariis à clericis non exigendis. Concil. lat. c. 46. & li. 3. Decret. tit. 49. c. 7.

§. XVI.

IDEM Inno. in concilio generali de immu. eccle. aduerſus. ait. Aduerſus conſules & rectores ciuitatum, & alios, qui eccleſias & viros eccleſiaſticos taleis ſeu collectis & exactionibus aliis aggrauare nituntur: volens immunitati eccleſiaſticæ Lateranenſe concilium prouidere, præſumptionem huiuſmodi ſub anathematis diſtinctione prohibuit: tranſgreſſores & fautores eorum excommunicationi ſubiacere præcepit, donec ſatisfactionem impendant competētem. Verùm ſi quando epiſcopus fortè cū clericis ſimul tantā neceſſitatē vel vtilitatem proſpexerint, vt abſque vlla coactione ad releuandas neceſſitates, & vtilitates cōmunes, vbi laicorū nō ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias duxerint conferenda, prædicti laici deuotè & humiliter recipiant cum gratiarum actione. Propter imprudentiam tamen quorūdā Romanum Pontificē prius conſulant, cuius eſt vtilitatibus cōmunibus prouidere. Quia verò nec ſic quorūdam malitia contra Dei eccleſiam conquieuit, adiicimus vt conſtitutiones & ſententiæ, quæ à talibus, vel de ipſorū mandato fuerint promulgatę, inanes & irritæ habeantur, nullo vnquam tēpore valituræ. Cæterū quia ſua fraus & dolus alicui patrocinari non debēt, nullus vano (aliàs vario) decipiatur errore, vt infrà tēpus regiminis ſuſtineat anathema, quaſi poſt illud non ſit ad ſatisfactionis debitum compellendus. Nam & ipſum, qui ſatisfacere recuſauerit, & ſucceſſorem ipſius, niſi ſatisfecerit intra mēſem, manere decernimus eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfecerit cōpetenter, cum ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

Volūtaria contributio per Rom. Pōt approbanda. Cenſura etiam in ſucceſſorem tranſit niſi ſatisfecerit.

Et nota quòd conſtitutio Lateranenſis concilij, quæ hic allegatur in iſta decretali aduerſus. ponitur eo. tit. in c. non minus, quæ eſt Alexādri Papæ tertij: in qua fertur ſententia excommunicationis contra tales imponentes collectas eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis, & fautores, niſi poſtquam ſuper hoc fuerint admoniti deſiſtant.

A.C. 1215. *Ibid. c. 4. vide ſuprà tit. 18. c. 9. § 1.*

Iudæis certus habitus aſsignandus. Con. later. c. 68. & lib. 5. dec. tit. 6. c. 15.

§. XVII.

DE Iudæis & Saracenis idem Inn. in concilio generali extrà de Iudæ. & ſara. c. in nōnullis, ſic ait. Statuimus, vt Iudæi & ſaraceni vtriuſque ſexus in omni Chriſtianorum prouincia, & omni tempore, qualitate habitus publicè ab aliis populis diſtinguantur. Multa ſtatuit cōtra hæreticos, & de modo procedēdi contra eos extra de hære. c. excommunicamus.

Contra vſurarios idem extra de vſur. c. quia fruſtrà. Quia fruſtrà inuocat legis auxilium is qui committit in legem, ſtatuit, quòd vſurarius petens in iudiciis vſuras ſolutas ab eo, ſibi reſtitui, non audiatur, niſi ipſe reſtituat vſuras receptas.

Item in c. Michael, quòd hæredes vſurarij debent compelli ad reſtitutionem vſurarum.

Non audiatur vſurarius repetens vſuras, niſi prius reſtituat ablatas. l. 5. decr. tit. 19. c. 14.

Idem extra de baptiſ. licet. ait. Licet Græcos diebus noſtris ad obedientiam apoſtolicæ ſedis reuertentes, fouere & honorare velimus: mores ac ritus eorum, inquātum cū Deo poſſumus ſuſtinendo: in iis tamen illis deferre nec volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarū: & eccleſiaſticæ derogant honeſtati. Vnde cōſequenter ſtatuitur ibi: quod Græci qui baptizatos à Latinis rebaptiſant: excommunicati deponantur. Et ex hoc apparet quòd Græci iam erant reuerſi ad fidem, ſed poſtea ad vomitum ſui erroris redierunt.

Conc. lat. c. 4. & l. 5. decret. tit. 42. c. 6. Baptizatos à latinis Græci rebaptizare non deben-

De Othone imperatore & bellis eius, de quo ſuprà c. 1. §. 2. Abbas item Vrſper. Ioan. Cuſp. Ioan. villanus & alij.

CAP. II.

CIRCA idem tempus quo aſſumpt9 eſt Innocentius ad ſummum præſulatum cū per mortē Henrici ſexti vacaret imperiū, principes Alemannię & electores imperij nō concordarunt in electione imperatoris: ſed aliqui elegerunt Philippum fratrem Henrici ſexti, alij verò Othonē ducem. Innocentius autem tertius reprobata electione Philippi, cui fauebat Philippus rex Frāciæ, quia excommunicatus & perſecutor eccleſiæ, approbauit electionem Othonis, cui etiā adhæſit rex Angliæ Richardus. Et cum Philippus haberet maiorem ſequelā quàm Otho, & iam cogitaret intrare Italiam, occiſus eſt. Poſt cuius mortē Innocentius & ſi contra voluntatem Philippi regis Francorum, & aliorum ex magnatibus Romanis: coronam dedit imperij Othoni anno domini 1209. Ab initio verò mundi ſecundum breuiorem computationem 5172. Secundum maiorem verò anno 6408. Huius tamen pater dux Saxoniæ de crimine læſæ maieſtatis ab imperatore Friderico conuictus & vniuerſorum principum imperij iudicio condemnatus à ducatu ipſo eiectus eſt.

Schiſma in imperio Romano, de quo ſuprà cap. 1. § 2.

Otho quartus imperator Ro. ab Innocentio coronatur.

Poſtquam

A.C. 1204. Grauis in vrbe tumultus. Naucletus gen.41. & Blond.l.6. decr.2.

Poſtquàm autem dictus Otho præſtito iuramento Papæ de cuſtodiendo patrimonio beati Petri & defendendo, coronatus eſt Romæ à Papa, ipſa die coronationis ſuæ cùm Romani quamdam ex conſuetudine peterent, qui ex debito illis imperator die coronationis ſuę dare tenetur, in populo tumultus atque murmuratio exoritur. Cùmque Theutonici Romanos clamantes proteruè & ceruicoſè reprimerent, grauis diſcordia exoritur. Vnde ad arma vociferantes bellum inter Romanos & Theutonicos exurgit, in quo imperator multa damna paſſus eſt. Nam multi ex ſua gente etiam de maioribus ſunt occiſi. Et cùm de damnis reſarciendis imperator poſtea cum Romanis ageret quærelā, dixit ſe mille centum equos præter alia amiſiſſe. Igitur poſt coronationem ex vrbe diſcedens, ſicut dudum animo conceperat caſtra & munitiones, que de iure Romanæ Eccleſiæ & beati Petri erant hoſtiliter inuadens occupauit. Quod cùm ad notitiam Innocentij deueniſſet, ad illum ſolennes nuntios miſit petens, vt à tanta violentia reſiliret, & ea quæ occupauerat, reſignaret. Qui non ſolùm ille facere noluit, immo prioribus malis peiora accumulans faciebat rom. pietas expoliari. Vnde meritò contra ipſum tanquam periurum & eccleſiaſticorum bonorum vſurpatorem prouocatus, eum Papa de fratrum ſuorum conſilio excommunicauit, mandans omnibus & ſingulis ne quis eum imperatorem nominaret, nec ei obediret & omnes principes Alemanni à fidelitate eius abſoluit. Vnde ex hoc receſſerunt ab eo Lantgrauius Thuringiæ, & dux Auſtriæ & rex Bohemiæ, ſed & archiepiſcopus Moguntinus & Treuerenſis multique alij tam Eccleſiaſticæ quàm ſæculares perſonæ.

Tumultus Romæ exoritur.

Otho inuadit iura Eccleſiæ.

Otho ab Innocentio excommunicatur A.C. 1210. & imperio priuatur A.C. 1212.

Continuatio belli ſacri & Noua Gallorum in terram expeditio. Contin. lib. 2. cap. 20. & alij vide ſuprà c. 1. §. 2.

§. I.

DE quibuſdam geſtis circa imperium Conſtantinopolitanum. Circa annum domini. 1207. pontificante Innocentio & imperio ſeſſo, ad ſuccurſum Hieroſolymitanæ prouinciæ exhortatione Papæ tam in Italia, quàm in Gallia magnus fiebat apparatus. Comites autem Galliarum in hoc negotio Theobaldum comitem Campaniç, qui ſe ad iter huius peregrinationis magnificè præparauerat, ſolum ducem inſtituerunt. Sed eo vniuerſæ carnis viam ingreſſo, prædicti principes de regis Francorū conſilio Bonifacium marchionem Montisferrati loco eius ducem Chriſtiani exercitus fecerunt. Cui & ex magna parte pecuniam tradiderunt quam pro ſubſidio terræ ſanctæ memoratus Theobaldus congregauerat. His ordinatis ſuos nuncios in Italiam deſtinarunt ad ducem & populum Venetorum, vt ab eis ſibi conducerent nauigia opportuna. Propter ea enim, quæ præceſſerant non videbatur eis terreſtri itinere pergendum. Nimis enim habebant ſuſpectum innatum in Latinos odium

Blond. l.6. decr.2. Onuph in faſto cōm.

A Græcorum. Tractatum eſt igitur inter eos ſocietate pariter ineunda. Et poſt ſub certis ſ[...]ctis conuenerunt & conſtituto tempore cruce ſignatorum exercitus ad partes Venetiarum acceſſit, qui tam multus & tam fortis erat, vt non ſolum crederetur per eos regnum Hieroſolymorum recuperari, verum etiam & Ægyptiorum regnum occupari poſſe. Vnde inter eos ſtatutū eſt, vt pars validior in Syriam nauigaret, cæteri tenderent in Ægyptum, vt Alexandriam expugnarēt, aut Soldanum, ne in Syriam deſcenderet, impedirent, ſicque cum minori
B difficultate terra ſancta liberaretur de manibus paganorum.

A.C. 1204. Galli & Veneti in ſacro bello ſocii [...]

Cùm autem Venetijs hęc agerentur, Alexius filius Iſaacij imperatoris Conſtantinopolitani, qui ab Alexio patruo ſuo fuerat carceri mancipatus, ad eos de cōſilio Philippi ſororij ſui (qui ſe regem Alemanniæ nominabat) venit petens vt eorum auxilio [in ſuo ſtatu] reponeretur, eis multa promittens. Sed vt hęc hiſtoria ad liquidum legentibus pateat, ad ſuperiora eſt aliquātulum recurrendum. Sciendum igitur, quòd poſtquam Andronicus imperij Conſtantinopolitani
C adminiſtrationem ſibi vſurpauit & Alexij filij imperatoris Emanuelis curam & tutelam ſuſcepit, regnādi cupiditate illectus, hunc Alexium in mari proiectum extinxit & ſeptem annis apud Græcos imperij faſces tenuit. Tandem Choream qui & Iſaacius dictus eſt fauore populi, qui tyrannidem Andronici ferre non poterat, ipſum cepit, atque propter immenſa ſcelera, quæ perpetrauerat, ad ſtipitem ligatum ſagittari fecit, & poſt eum Conſtantinopoli imperauit. Hic habebat fratrem quemdam Alexiū nomine, qui in armis erat valde ſtrenuus ſed i-
D niquus. Huic Iſaacius magnam partem imperij gubernandam commiſerat, ac illi præter ſolam coronam imperij totius contulerat poteſtatem. Qui, vt malignus ambitionis ſtimulo ductus regni principibus per munera ſibi conciliatis, ipſum fratrem ſuum imperatorem nihil de fratris ſui fide dubitantem cepit, atque de imperij dignitate depoſitum oculis priuauit, & Alexium filium eius carceri mancipauit: coronamque imperij nequiter vſurpauit.

Alexius Imperatoris Conſtantinopolitani filius Venetias venit.

Andronicus imperij Conſtantinopolitani vſurpator circa An. Ch. 1183. Nicetas Aconiates hæc habet ex quo Onuph. in faſtis.

Iſaacius imper. Conſtant.

Sed Deo diſponente ipſe Alexius de carcere
E euadens, in Italiam ad vrbem & ad Papam ſe contulit, coram quo multis adſtantibus Romanis de crudelitate in patrem commiſſa querimonias poſuit, ſedis Apoſtolicæ auxilium implorans. Deinde ex Italia ad prædictum Philippum, qui ſororem ſuam habebat vxorem in Alemanniam properauit. Cum quo deliberato cō ſilio ſic effecit, vt ocyus Philippus nūcios ſuos ad principes exercitus Chriſtiani, qui iam Venetijs congregati erant ad transfretandum in ſub ſidiū terræ ſanctæ miſerit, qui eis lachrymabiliter cauſam patris & filij proponerent, petens vt
F qa pater ſuus, & ipſe fuerant nequiter ſpoliati, cum eo ad recuperandum imperium Conſtantinopolitanum nauigarent, promittens eis, ꝙ tam in ſubſidium terræ ſanctæ, quàm in expenſis magnificè reſponderet ac triginta millia marcarum argenti, quas Venetis pro naulo dare conuenerant, ſe eiſdem ſoluturum promittebat: Spondebatque Græcorum eccleſiam pro poſſe ſuo ſacroſanctæ Romanæ Eccleſię

A.C. 1187. Alexius 3. Imper. Con. A C. 1195.

Imperator Conſtan. Eccleſiam Conſtantinopolitanam ſe Romanæ Eccleſiæ ſubditurum pollicetur.

A.C. 1204.

ſubdere & vnire. His igitur auditis de conſenſu Romani pontificis vocato puero Alexio, & iuramento ab eo corporaliter recepto, quòd promiſſa nunciorum impleret, ad recuperandum imperium eorum patrocinium & auxilium promiſerunt.

Claſſis latinorũ Conſtantinopoli in nauigat. Vin. l. 29. c. 90. hæc ex parte habet, & alij.

§. II.

HIs igitur promiſſionibus ex vtraque parte ſolenniter iuramento vallatis, & omnibus quæ ad nauigandum neceſſaria videbantur aptatis, naues ſoluunt, & contra conſuetum temporis ordinem ad ciuitatem Conſtantinopolitanam proſperè peruenerunt. Sed non improuiſus illorum videbatur aduentus. Nam pręter pedites plus quàm ſexaginta millia equitum Conſtantinopoli eo tempore ſunt reperta. Nihilominus Latini noſtri ſpem ſuam ponentes in domino, deſcendentes è nauibus terra mariq́ue Conſtantinopolim obſederunt. Tyrannus autem ille ac incubator imperij, qui commiſſo in fratrem parricidio, faſces imperij diutina incubatione polluerat, ita vniuerſorum ciuium mentes contra Latinos armauerat, vt non aliter contra eos & eorum dominium obſtarent, quàm ſi cōtra eos populus adueniſſet infidelis, qui loca ſancta pollueret, & religionem proponeret Chriſtianam euellere. Sępè igitur per nuncios, immo per ipſum imperatoris filium, à ciuibus cauſam ipſius eorum aduentus poſtulantes audiri, nec petitionis modum explanare valuerunt, ſed quoties à terra vel mari ſermones mouebant toties recipiebant tela pro verbis. Octaua igitur obſidionis die tyrannus ille cum ſexaginta millibus armatorum egrediens ad dimicandum contra Latinos acies ordinauit. Latini verò & Franci licet pro reſpectu Græcorum pauciſſimi viderentur, cum lætitia tamen prælium expectabant. Quorum ille attendens conſtantiam, etiam ignominioſè ſuos reduxit in vrbem: at die ſequenti relicta vrbe, vxore, ac parua prole, fugam aggreditur.

Græci latinos adoriuntur, ſed cum ipſorum ignominia ſe recipiunt.

Quod poſtquam Græcorum proceres compererunt, ſolenni in palatio congregato conciliò exulis Alexij, quem Franci reduxerant electio celebratur, ſeu potius reſtitutio ablati declaratur. Manè igitur facto, copioſa Græcorum nobilium turba ad Latinorum caſtra procedit, atque cum infinito gaudio ſuum electum intra vrbem introducunt, & cum multa ſolennitate in eccleſia ſanctæ Sophiæ coronatur. His peractis, ad ſolutionem promiſſorum nouus proſilijt imperator, & promiſſis rebus accumulat victualia pro ſeruitio domini profutura. Promiſit Frãcis intra annum ducenta millia marcarum ſoluere, & Venetis ſumptibus ſuis ſatisfacere ſolum prolongat in annum. Seq́; iuramento conſtringit, quòd in ſubſidium terræ ſanctæ erigere debeat regale vexillũ, & in paſſagio Martij vna cum Latinis & Francis ad ſeruitium domini cum quantis millibus poterit armatorum illuc perget. Et ſub eadem promiſſione concludit, quòd eam reuerentiam præſtare debeat Romano pontifici, quam anteceſſores ſui imperatores Catholici Romanis pontificibus impendiſſent. Et ſuper omnia promiſit toto tempore vitæ ſuæ ſuis ſumptibus & expenſis quingentos milites in terra ſancta tenere in ſeruitium redemptoris.

Alexius 3. imperio exactus eſt. A.C. 1203. 13. Cal. Aug. & in eius locũ.

Paſſagium tranſitus eſt ſeu cōmoda nauigatio.

Alexij imperatoris promiſſa, tenet quæ eſt de præſtanda Romano Pōtifici obedientia.

Sic igitur Alexio imperatore cum patre ſuo Iſaacio per Latinos ad imperium Conſtantinopolitanum reſtituto, ad imperatoris inſtantiam, ne inter Latinos & Græcos rixa aut ſcandalum oriretur, exeuntes ciuitatem ex aduerſo interiacente portu caſtra ſua Latini poſuerunt. Poſtquàm autem Latini egreſſi ſunt ex vrbe, ex innato in Latinos odio ipſe imperator Alexius vna cum patre, & Patriarcha Græcorum ſubductus perfidia, contra eos incepit machinari, à quibus tot beneficia perfidus & ingratus paulò antè receperat, & periurus & mēdax, tot incurrit periuria quot in Latinos pręſtiterat iuramenta. Inſuper perfidiæ adiiciens ſuæ contra eos prælia meditatur incaſſum. Nam nauigio, quod illuc ipſum adduxerat & ſublimauerat ad coronam procurauit incendia. Sed Deo volente voto ſuo fraudatur, fitq́ue pars ſua per cũcta deterior. Græci aũt videntes, quòd de cætero Alexius, quem vehementer oderant, ex eo quòd Latinos ad occupandam Gręciam de Italia adduxerat de Latinorum patrocinio ſperare non poterat, quorum timore ei debitum imperij honorem reſtituerant, duce Marchulpho (alias Murzulpho) qui eidem ſanguine proximus erat, ipſum captum carceri manciparunt.

Is patriarcha Ioannes Camaterus dictus eſt.

Alexius in carcerem coniicitur & ducas Murzulphus Imperator ac reg[illegible] A.C. 1104.

Quo facto acclamante clero & Græcorum populo, ipſe proditor contra Latinos prælia inſtituit, vrbem armis & propugnaculis muniit: atque iterũm terra mariq́ue Latinos tentat euertere perfidus imperator, eos tamen ſemper domino protegente. Nam cùm ſæpè aut per ſe aut per alios egrederetur ad bellũ, ſemper confuſus victuſq́ue receſſit. Semel autem intempeſtæ noctis ſilentio, Latinorum nauigia flammis aggreditur. Sexdecim autem illorum naues incenſus velis in altum expaſſis flante fortiter auſtro in Latinorum naues immiſit. Sed domino operante cum multo labore noſtrorum naues in altum directæ cuſtodiuntur indemnes. Sicq́ue cùm Latinos proditor ille terra mariq́ue ſępius lædere tentaſſet, quod ſperabat obtinere non potuit. Poſtremùm ad latinorum caſtra legatos fictæ pacis dirigit perfidus ille incubator imperij, per quos poſtulauit & obtinuit cũ Venetorum duce colloquium. Cumq́ue illi dux magnanimus obieciſſet, quòd nulla cum eo poſſet eſſe pacis ſecuritas, qui dominum ſuum iniquè carceri mancipaſſet: cui etiam imperium abſtuliſſet quare eidem dux conſuluit, vt eo dimiſſo bona fide, ab eo veniã precaretur humiliter aſſerens ꝙ quicquid iuuenis cōtra Latinos fecerat, ſi rediret ad annũ omnia ætati, lapſuiq́ue conſilij imputaretur cumq́ue quid reſponderet duci, ſtupidus non haberet, enomuit tamen, & obedientiam Romanę eccleſiæ & ſubuentionem terræ ſanctæ quam Alexius iuramento firmauerat, adeo refutauit vt vitã amittere præeligeret & Græciã ſubuerti, ꝗ ꝙ Romanis pontificibus orientalis eccleſia ſubderetur. Sequēti autē die dominũ ſuũ Alexiũ, quē Latinus exercitus Cōſtãtinopolim reduxerat, ſuffocauit in carcere, aſſerēs eũ ſibi vitã laqueo extorſiſſe.

Imperatoris Græci fraudes. Hic præſtãtiſſimus dux Henricus Dãdulus dictus eſt.

Impius imperator terræ ſanctæ ſubuenire et Romano Pōtifici ſubiſſe renuit.

Conſtan-

A.C. 1204.

Conſtantinopolim latinus exercitus obſidet & capit. Vin. l. 29. c. 91. Contin. belli ſacri ibid. Naucl. gen. 41. & alii.

§. III.

Conſtantinopoli noſtri potiuntur.

MORTVO igitur Alexio imperatore tota hyeme Latinus exercitus circa ciuitatem caſtra tenuerunt, terra marique vrbem obſidentes. Secundo igitur Idus Aprilis Chriſtianorum exercitus ex parte maris ciuitatem aggreditur; atque duæ eorũ naues, quæ adinuicẽ colligatæ erãt, primũ ad murũ appropinquãtes, ſcalas applicuerunt. Et aſcendentibus noſtris & occupantibus murum, Græcorum multitudo relictis mœnibus fugiunt. Latini autem poſtquam ex ea parte murum obtinuerunt, ſtrictis gladijs deſcendentes ad terrã, ſpectante populo portas aperiunt, ac a ciuitas capitur populoſa, & terga dantibus Græcis fortiſſima & munitiſſima palatia relinquũtur, totaq; ciuitas in momẽto obtinetur. Diripitur igitur equorũ innumera multitudo, auri, & argenti ſericorum; & pretioſarum veſtium, & gemmarum, & omnium eorum, quæ ab hominibus inter diuitias computantur, tanta in ea inæſtimabilis abundãtia reperitur, vt nũquam tanta videretur poſſidere Latinitas. Et quia admodum pauca Latinis negauerant, cuncta eis diuino iudicio reliquerunt.

Inſolentia nimia latinorum in vrbe regia.

Quidam autem ex eis nec ætati, aut religio-A ni, aut ſexui pepercerunt: ſed fornicationes & adulteria in oculis omnium exercentes non ſolùm maritatas & viduas, ſed etiam matronas & virgines ac Deo dicatas exponebant ſpurcitijs ganeonũ. Nec ſufficiebat eis imperiales exhaurire diuitias, ac maiorum diripere ſpolia pariter & minorum, niſi ad eccleſiarum theſauros extenderent manus, tabulas argenteas de altaribus deponentes, & violatis ſacrarijs cruces, iconas & reliqua Eccleſiarum ornamenta rapiebant. Reddidit ergo Deus Græcis iuſtè quæ aliquando iniuſtè Latinis intulerant. Hæc eſt B enim ciuitas, quæ ſpurciſſimo gentium ritu contra Latinos auſa eſt cum infidelibus amicitias firmare ferales. Hæc eſt, quæ in odium Apoſtolici culminis, Apoſtolorum principis nomen audire non poterat. Hæc eſt, quæ Chriſtũ ſolùm didicerat honorare picturis, & inter ritus nefandos, quos ſibi ſpreta ſcripturarum authoritate confinxerat etiam lauacri ſalutaris plerumque facere præſumebat iterando facturam. Hæc eſt, quæ Latinos omnes non hominum nomine, ſed canum nuncupare non verebatur, quorum ſanguinem fundere inter C merita deputabat. Hæc & huiuſmodi deliramẽta, quæ vix literis explicari poſſunt, aut verbis: expletis iniquitatibus eorum, quæ ipſum dominum ad nauſeam prouocauerant, diuina iuſtitia Latinorum miniſterio digna vltione percuſſit.

Quare Cõſtantinopolis capta.

Franci igitur ciuitate Conſtantinopoli ſubacta, vt dictum eſt, ſimul cum Venetis ad electionem imperatoris vnanimiter proceſſerunt. Electi ſunt igitur ad hanc faciendam viri venerabiles, ſcilicet, Sueſſionenſis, Trecẽſis ac Bethleemitanus epiſcopi, & cum eis Achonenſis D electus cum abbate Lucedij, & vna cum ſex nobilibus Venetorum. Qui oratione præmiſſa, ac Spiritus ſancti gratia inuocata, Balduinum Flandriæ comitem vnanimiter & concorditer elegerunt. Et in ſequenti dominica, qua cantatur Iubilate, cum ingenti honore atque tripudio more etiam ſuo applaudentibus Græcis ad honorem Dei & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in eccleſia ſanctæ Sophiæ coronatus eſt. Interfuerunt autem huic coronationi incolæ terræ ſanctæ militares perſonæ. Quorum præ omnibus erat ineſtimabile gaudium: non aliter quàm ſi ſancta ciuitas Hieroſolymitana erepta eſſet de E manibus infidelium.

Balduinus Comes Flandriæ qui decimum ſuffragijs imperator Conſtantinopolitanus eligitur 17. Cal. Iunii. A.C. 1204.

Vt autem Veneti, qui fuerant in capienda vrbe laborum participes, pariter & honoris conſortes exiſterent, placuit omnibus vt de choro Venetiarũ aſſumeretur vir idoneus, qui præficeretur eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Patriarcha. Electus eſt igitur quidam domini Papæ ſubdiaconus, cuius confirmationem per proprios nuncios à domino Papa Innocentio humiliter poſtularunt. Quam electionem dominus Papa in publico conſiſtorio reuocauit & F caſſauit, cùm videretur contra canonicam regulam celebrata, aſſerens quòd laicis quantumcumque religioſis, nulla diſponendi de rebus Eccleſiaſticis ſit attributa facultas. Aſſerens inſuper, quòd Venetiarum clerici, qui ſe canonicos electos ſanctæ Sophiæ appellabant, in eadem Eccleſia ius non habent eligendi, cùm neque per Papã, neq; per delegatos fuerint inſti-

Hic Patriarcha Thomas Mandocenus eſt dictus Innocentius 3. electionem Patriarchę Conſtantinopolitani à laicis factam reuocauit.

Conſtantinopolis à latinis quomodo capta.

a Galli Venetique Conſtantinopolim vrbem hi mari, illi terra per duodeſeptuaginta dies variatis prælijs oppugnarunt. Et licet magna Græci à peregrinis terrã oppugnantibus incommoda acceperint, muro tamen Veneti in portum verſo ſuperne de ſummis malis rateiſque, ſicut alias expugnatũ priores vrbẽ potiti ſunt, tyrannuſque noctis vmbra tectus cum pellicibus, vxore, & theſauro fugiens euaſit. Ciues verò hinc ad capti ab hoſte muri voces, inde tyrãni fuga vno atque eodem tempore ſunt exterriti. Sed d inde ingenium neceſſitate conuocatos in ſolennem pompam ſacerdotes, ſecuti inermes & Crucibus, iconibuſque ad fidem comparandam præmiſſis, tenentes murum armatos veniam ſupplices orauerunt, qua facillimè impetrata portis vbique patentibus latini nominis multitudo vndiq; eſt ingreſſa. Blon. Capta eſt pridie idus April. A.C. 1204. Onuph. Iam verò hanc rem totam ad procurandam vnionem Græcorum & latinorum iam ab initio fuiſſe inſtitutam non modo paſſim hiſtorici latini (vt D. Anto. ſup. §. 1.) ſed etiam Græci velint nollent memoriæ prodiderunt. Ait enim Laonicus Chalcõdylas, quamuis latini nominis & Eccleſiæ Romanæ hoſtis rerum Turcicarum li. 1. ob cauſam diſſidij, quod propter religionem inter Græcos & Romanos erat, Occidentalium plurimi adiunctis ſibi Venetis pontifice maximo ſic inſtigãte, claſſe magna decreuerũt aduerſus Græcos proficiſci. Appellentes igitur Byzantium vrbem eam vi ceperunt. hoc ergo à Domino mirabili benignitate factũ eſſe contendimus, vt quoniã Græci nolebant Romanam Eccleſiam velut matrem ſuam honore ac caritate debita proſequi, ſaltem Dei voluntatẽ eã eſſe cognoſcerent, vi & armis ad officiũ coacti. Latini autem præfuerunt Conſtantinopoli ad annos ferè ſexaginta. Et quoniam Græci nec ſic quidẽ diuinæ voluntati ceſſerunt; iam demum in manus Turcarum venerunt. Sand. lib. 7. de viſib. Mon.

A C. 1212.

Eccleſia Græcorũ latinæ vnitur & ſubditur.

Corinthũ & Cretam quæ nunc Candia dicitur capiunt. Veneti.

inſtituti. Verum tamen ad preces imperatoris dictus dominus Papa prædictum ſubdiaconum ſua authoritate propria elegit, & electum confirmauit. Cùm autẽ Latini iã pro maiori parte Conſtantinopolitanum obtinuiſſent imperiũ, & in omnibus res eis proſperè ſucceſſiſſent, terror eorum vt fulgur de cœlo cecidit, nõ ſolũ in Græcos, ſed etiam in Paganos. Balduinus autẽ præfatus imperator Conſtantinopolitanus ex comite in Francia rex factus ſub quo vnita eſt eccleſia Græcorum cum eccleſia Latinorum & ſubdita ei, imperauit [a] per annos quinque vel circa. Quo mortuo tenuit dictum imperiũ germanus eius dictus Henricus annis. 11.

Anno autem domini. 1202. 30. Maij in Syria fuit terræmotus terribilis, in quo magna pars Achonis cum palatio regis corruit, multique ibi perierunt. Sed & Tytus penè tota ſubuerſa eſt, & maxima pars Tripoleos ruit, & plebs plurima ſuffocatur. Circa annũ domini. 1207. Veneti ceperunt Corinthum, & inſulam Cretam quę aliàs dicitur Candia & dominati ſunt eius plenè vſque in hodiernum diem & dominantur. De quo genere hominum dicit Apoſtolus ad Titum eorum epiſcopum. Cretenſes, ſemper mẽdaces malę beſtię, ventres pigri, vt dicit quidam eorum poeta.

Tit. 3.

Epimenides.

Memmellinus rex Saracenorum à Chriſtianis victus Vinc. lib. 30. c. 2.

§. IIII.

Pueror ũ motus in Turcas. Naucl. ge. 41. Vin. ib. c. 5.

Arſacidæ alias Aſſaſſimi dicũtur.

CIRCA annum domini. 1212. quidam rex potẽtiſſimus Saracenorũ, Mẽmellinus nomine ſecundum Vincen. & Io. de col. cum innumerabili multitudine Paganorum ad expugnandas terras Chriſtianorum Hiſpaniã intrauit: cui rex Caſtellæ fide armatus in domino gerens fiduciam viriliter cum ſuis occurrit, pugnaque commiſſa illum vſque ad interneccionem vicit atque fugauit. In quo bello fuerunt milites ſtrenui de regno Francorum & Teutonicorum. Interfuit etiam miles ſtrenuus Petrus rex Aragonum. Rex autem Hiſpaniæ hac glorioſa potitus victoria, miſit ad vrbem Romanam lanceam & vexillum regis Memmellini, quæ lõgo tempore in eccleſia beati Petri in loco eminẽti ſuſpenſa fuit.

Eodem anno pueri parui de regno Francorũ vſque ad numerum viginti millium crucem acceperunt, dicentes ſe velle ire in ſubſidium terræ ſanctæ. Qui turmatim diuiſi per diuerſos portus acceſſerunt. Nam alij Maſſiliam, alij Brunduſium, alij Genuam peruenientes [a] inanes & vacui redierunt. Ferebatur autem, quòd Vetulus de monte, qui Arſacidas à pueritia nutrire conſueuerat duos clericos Ciſmarinos longo tempore in carcere detinuerat. Qui cùm eſſent homines valdè literati, & eos cõperiſſet in necromantia inſtructiſſimos, aſſeruit ſe nunquam illos dimiſſurum, niſi pueros regni Francorum illi ducere affirmarent. Ab ijs ergo affirmantur prædicti pueri quibuſdam falſis viſionibus, ſeu oſtenſionibus, ac promiſſionibus inducti, vt, ſcilicet crucem acciperent, & per eos terra ſancta liberaretur.

A.C. 1212.

A quibus ſunt decepti pueri.

Nouum inter Francos & anglos bellum. Aemil. l. 9.

Et eodem anno, ſcilicet 1212. licet prius rex Franciæ & rex Angliæ pacem adinuicem feciſſent, paulò pòſt diabolo inſtigante inter eos denuo briga & guerra reincepta eſt. Vnum rex Frãcorum de voluntate baronum ſuorum, & principum in Angliam transfretare diſpoſuit. Cauſa autẽ tranſeundi erat, vt Ioannem Anglorum regẽ qui nepotem ſuum propriũ Arturum Britanniæ ducem (vt dicebatur) occiderat, & [b] alia grauia multa commiſerat, pœnæ condignę ſubiiceret, ſoluſque Ferrandus comes Flandrenſis regi domino ſuo auxiliũ denegauit, ex eo quòd procurante Reginaldo comite Bolonienſi iam regi Anglię confœderatus erat.

Rex Francus in Angliam ire parans in Flandros mouet V. n. ib. c. 6.

Anno autem 1213. ab incarnatione, rex Frãcorum nauibus vndecunque congregatis, de transfretãdo in Angliam deliberauit, Itaque cõgregato apud Boloniam ſuo exercitu, inde tranſiuit apud Grauaringas (alias Grauelinas) quæ villa in finibus Flandriæ ſuprà mare ſita eſt, ad quem locum tota claſſis eius ſecuta eſt eum. Ibi ex condicto Ferrandus comes Flandriæ expectatus eſt. Qui nec venit nec in aliquo ſatisfecit licet dies illa ad ſatisfaciẽdũ de omnibus retroactis ad eius petitionẽ fuerit ei à rege aſſignata. Vnde rex iratus dimiſſo propoſito in Angliam transfretandi, cum omni apparatu bellico diuertit in Flandriam. In cuius primo aduentu cepit Caſellum & Ipram & totam terram vſque ad Brugas. Claſſis autem ſecuta eſt regem vſq; ad portum, qui eſt non longè à Brugis, nomine Dam. Sed cùm nollet in vanum tempus circa Brugas conſumere, relictis aliquibus ad cuſtodiã nauium, ipſe ad obſidendũ Gandauũ profectus eſt. Cùm autẽ rex totis viribus Gandauũ impugnaret, Reginaldus comes Boloniæ, qui erat cõfœderatus regi Anglorũ, & domino ſuo regi Frãcorũ rebellauerat, & Guilielmus comes

Multas Ferrandi Flandriæ comitis vrbes capiũt franci.

a *Imperium Balduini flandri non fuiſſe quinque annorum ſatis declarat Blon. lib 6. dec. 2. qui eum annũ tantũ eũ imperaſſe ſcripſiſſet, in quo quicquid terra & mari Iſaacius & Alexius imperatores tenuerãt, excepta Adrianopoli occupauerat adiecit, ſed perturbauit tantos ſucceſſus breui ſubſecuta Balduini imperatoris mors. Genebrardus item eum tantum annum vnum ſcripſit imperaſſe. Onuph. verò ex Niceta Græco Balduinum tenuiſſe tantũ imperiũ ſcripſit m. 11. Quo in prælio intercẽpto fuit interregnũ in oriente an. 1. m. 4. & poſtea Henricus eius frater. 2. ex latinis orientis imperator imperauit an. 9. & menſes aliquot, creatus 19 Cal. Septemb. A.C. 1206.*

a *Quidam tamen ad propria non redierunt. Siquidem ad mare venientes plerique à Pyratis doloſe manibus ducti, quaſi ad Hieruſalem ducerentur, aut in mari ſubmerſi ſunt, aut Saracenis venditi. Naucl. gen. 41.*

b *Sextum iam annum ſacrorum beneficiorum & epiſcoporum & patrum monachorum vectigalia per coactores ſuos Ioannes rex Angliæ exigebat, iiſque militem alebat, nobiliſſimos ac ſanctiſſimos quoſque ſacerdotes, põtifices, Patres, exegerat. Extorres ſedibus ſuis Angli Patres, inopeſque ad Francũ ſe contulere. Auguſtus conuentum in Sueſſionibus habet. Proceres in eam ſententiam ibant, vt Anglia claſſe peteretur, piã accedere cauſam patrum è ſedibus ſuis deturbatorum domum reſtituendorum. Aemyl. lib. 6*

Sal-

Saliſberienſis: qui cognominatus eſt longa ſpa-
A.C. 1204. Francorũ claſſis ab Anglis diſſipatur. ta, ex Anglia venientes vna cum comite Ferrando, qui illorum præſciuerat aduentum, ſubitò irruentes portum, in quo naues Francorum erant, inuaſerunt: omneſque ferè naues quæ per littus diſperſæ erant: aut igne cõbuſſerunt, aut ceperunt paucis euadentibus. Tantus fuerat in mari bellicus apparatus, vt in ea Francorum claſſe mille ſeptingentæ naues fuiſſe dicantur. Horum autem audito aduentu, ex obſidiõe Gãdaui ſoluta ſubitò hoſtibus ſuperueniens, ipſos vſque ad eorum naues multis captis atque occiſis fugauit. Deinde rediens acceptis à Brugis, Gandauo, Inſula, & Duaco obſidibus in Franciam rediit. Sed ij poſt modicum tempus datis triginta millibus marcarũ ſuos obſides acceperunt. Inſulam autem totaliter propter infidelitatem ciuium diruit, ſed & Caſellum, pro magna parte euertit. Duacum verò caſtrum optimè munitum ſub ſua cuſtodia reſeruauit.

Ioannes autem Anglorum rex, poſt quàm regnum ſuum Romanæ eccleſiæ feudatarium,
Supra ca. 1. § 5. Ioannes Rex Anglorum in Aquitaniã venit Vin. li. 30. c. 8. fecit, vt ſuprà dictum eſt: in Aquitaniam magna cum militia transfretauit, atque Rupellæ applicuit. Vbi cum moram faceret, plenè comiti Marchiæ & aliis baronibus Aquitaniæ, qui contrà eum cum rege Francorum confœderati erant, reconciliatus eſt: quorum auxilio fretus ciuitatem Andegauenſem & caſtrum quod bellũ forte dicitur, occupauit. Cùm autem quidam de militia ſua trans Ligerim prædatum iuiſſent, Robertus comes Drocarum incautè occurrens illis, ab eis captus eſt cum quatuordecim militibus.

Aliud inter Anglum & Francum bellum. Aemyl. ibid. Vin. l. 30. ca. 52.

§. V.

ANNO domini. M. ccxiiij. rex Anglorum Ioannes vrbem Andegauenſem, quam occupauerat, muro ex vtraque parte vſque ad Meduanam alias Medianem fluuium vallare cœpit & cum fauentibus ſibi Pictauenſibus & Aquitanis facilè terras, quas rex Franciæ occupauerat, ſe recuperare poſſe præſumebat. Vnde caſtrum illud quod Rupes monachi dicitur, obſedit: atque omnibus viribus oppidum id cœpit impugnare. Quo audito Ludouicus regis Francorum primogenitus, patre in partibus Flandriæ occupato, congregatum contra Anglicos mouit exercitum eo animo, vt aut obſidionem ſolueret, aut cum eis prælio decertaret. Cuius
Ioannes rex Angliæ Ludouicum regis filium fugit. audito aduentu, rex Angliæ adeo raptim obſidionem ſoluit, vt omnibus iis, quæ ad obſidionem parauerat relictis ac predæ expoſitis aufugerit. Cuius veſtigia ſecutus Ludouicus vrbem Andegauenſium, quam Ioannes rex circumſepſerat muris in poteſtatem ſuam redegit. Deinde omnes munitiones, quas priori anno rex Angliæ occupauerat, expugnauit.

Otho imperator dictus cõtra Philippũ regem exercitum cõgregat Vin. li. 30. c. 53. Ipſo autem anno Ioanne rege Angliæ turpiter ex Pictauia fugato, Otho dictus imperator, ſed à Papa excommunicatus, & depoſitus, pecunia à rege Angliæ & Flandrenſibus conductus fuit in auxilium eorum. Vnde magnum & fortiſſimum exercitum in Bolonia, & in oppido quod Valentianę dicitur, contra Philippum regem Francorum congregauit. In quo quidem A.C. 1214
exercitu fuerunt comites Ferrandus Flandriæ, Reginaldus Boloniæ, Gulielmus dux Brabantię cuius filiam idem Otho habebat vxorem. Fuerunt præterea & multi alij barones & comites ex Alemannia & Brabãtia & Flandria. Hi omnes habebant in animo ex ea parte regnum Francorum hoſtiliter inuadere. Rex autem Francorum Philippus, qui conſilia illorum præſenſerat, illico & ipſe id reſiduum militiæ, quod regnum B adminiſtrare poterat (nam magna pars eo tempore cum filio Ludouico tunc in Pictauia erat) congregans acceſſit. Qui de Perona caſtro egreſſus, terram Flandrenſis comitis intrauit, omniaque cæde & incendio deuaſtans, vſque ad vrbem Tornacum peruenit. Quam vrbem priori anno Flandrenſes occupauerant. Sed Otho exercitum mouens à loco, in quo rex Francorum erat, per ſex milliaria diſtantia caſtra conſtituit. Rex autem Francorum timens, ne hoſtes Inſulam occuparent, vt illuc properaret, mouit exercitum. Qui cùm ad quemdam locum ſatis C eminentem perueniſſet, cognouit ab exploratoribus Othonem, qui illum ſequebatur, non longè ab eo loco eſſe. Vnde rex coactus eſt in eo loco conſiſtere: atque ad prælium acies ordinare.

Omnibus igitur, quæ videbantur neceſſaria præparatis ad bellum: rex ſuam ſpem in domino ponens: contra hoſtes pugnaturus progreditur. Cumque ad pontem qui de bouinis dicitur perueniſſet, hoſtium acies apparuerunt. Et cùm ad arma clamatum eſſet, rex Francorum quamdam eccleſiam, quæ in eodem loco fundata erat, ingreditur: & poſt aliqualem orationem D quam cum multa deuotione in conſpectu domini fuderat, ad ſuos egreſſus: hæc breuiter ſuis equum aſcenſurus alacri vultu & rệgio animo dixit. Rex francię contra Othonem ſe ad prælium parat Ibi. c. 54.

Otho, qui ſe imperatorem nominat, cum ſuis à Domino Papa excommunicatus eſt, tanquam hoſtis & perſecutor eccleſiæ: & pecunia quæ illi miniſtratur in ſtipendia, de bonis eccleſiarum & pauperum lachrymis eſt violenter exhauſta, Nos verò Chriſtiani ſumus, & communione eccleſiæ fruentes, & quamuis peccatores, tamen eccleſiæ catholicæ conſentimus: & eius E iura quantum poſſumus conſeruamus. Vnde de Dei miſericordia, & eius auxilio debemus confidere: & præſumere, quòd nobis licet peccatoribus dabit hac die de hoſtibus ſuis & noſtris victoriam. Oratio Philippi ſe ad prælium parantis, vbi oſtendit quanta ſit excommunicationis vis. c. 55.

Graue inter Francos & Anglos prælium, in quo victus fuit Otho imperator excommunicatus. Vinc. c. 56. Aemyl. ibid.

F §. VI.

POSTQVAM autem rex finem dicendi fecit, centum quinquaginta milites expeditiſſimos miſit: qui aduenientes hoſtes prouocarent ad bellum. Volebat enim prudentiſſimus princeps, vt ſui, qui in prima fronte pugnaturi erant, motos hoſtes inuenirent: vt illorum cuneos, qui fortiſſimi nunciabantur facilius penetrarent

A.C. 1214.

trarent. Itaque pugna ardentibus animis ab vtraque parte incœpta, mirabili virtute pugnatur: vbi multi hinc inde ceciderunt. Cumque diu ancipiti & dubio belli euentu pugnaſſent, poſtremò Francorum virtus indefeſſa præualuit: atque Othonis acies, quæ ea die in ea parte, qua rex Francorum erat, pugnauerat: cum magna Theutonicorum ſtrage repulſa eſt. Ipſeque Otho magno in diſcrimine fuit. Nam miles quidam, qui ad cuſtodiam regis ea die erat deputatus, Gerardus ſcropha nuncupatus: cultellum in pectus eius infixit: ſed armorum denſitate eum lædere non valuit. Qui ictum geminans cum eum iterum totis viribus peteret: tracto violenter fræno caput equus eleuare coactus eſt, vnde cultellus mira fortitudine impulſus, in caput equi deſcendens per oculum exiuit. Quo accepto vulnere equus illum ſtimulante ſeſſore fugę beneficio euaſit. Quo viſo rex dixit. Hodie faciem eius amplius non videbitis. Nihilominus tamen & poſt Othonis fugam, diu etiam acriter à ſuis pugnatum eſt: adeo vt duo comites, qui in acie Othonis ea die contra Francos pugnauerāt, ſcilicet Herardus de hoſtemale, miles ſtrenuiſſimus, & Gerardus de andegodes, omnibus ſuis ferè occiſis, ipſi ad vltimum equis eorum occiſis à Francis viui capti ſunt. Quibus captis reliqui relicto curru illo mirabili in quo erat aquila inſigne imperij, bello omiſſo fugerunt.

Othonis graue periculum Vinc. c. 58.

Fœliciſſima Philippi de Othone Anglis & Flandrenſibus victoria

Comes Bolnoiæ capitur. c. 59.

Comitis Bolooiæ acies.

Porro comes Boloniæ ab ipſo belli initio, vſque in finem, cum iis qui in acie eius fuerant, indefeſſè pugnauit: nec poterat è campo fugari: fecerat enim ea die ex peditibus viris fortiſſimis in modum ſcuti triangularam aciem in qua erat ad modum portæ aditus, ex quo emittebantur pugnantes, & fugientes recipiebantur, & feſſi recreati poſtmodum reiterabant bellum. Hac arte diu ipſe Francos die illa infeſtauit. Itaque cæteris fugientibus, ipſe campo euelli non poterat. Demum multitudine oppreſſus cæteris ferè omnibus occiſis ipſe capitur. Igitur rex Francorum occiſis aut fugatis hoſtibus potitus eſt victoria datoque ſigno receptui acies reuocantur, atque ad caſtra cum gaudio reuertuntur. Capti ſunt autem in eo prælio quinque comites: inter quos fuerunt authores belli ſcilicet Flandrenſis Ferrandus, & Bolonienſis Reginaldus. Inſuper capti ſunt viginti quinque nobiles vexillorum gaudentes inſigniis, qui omnes carceribus mancipari diuerſis in locis per regnum fidæ cuſtodiæ ſunt traditi.

Comes autem Saliſberiæ regis Anglorum frater à rege Philippo traditur Roberto drocarum comiti, vt rex Angliæ filium ipſius comitis, quem captum ſuperius diximus pro illo reſtituere cogeretur: ſed ille carnis ſuæ oblitus, noluit extraneum captum commutare pro fratre. Poſt id bellum rex Francorum Pictauenſes, qui ſe ſemper ſibi oppoſuerant, aggreſſus: multis calamitatibus affecit. Rex autem Anglorum Ioannes qui tunc in ea regione erat hoc tanto accepto incommodo cum ſe regi Francorum de cętero poſſe reſiſtere deſperaret, ad pacis tractatus ſe contulit. Vnde miſſo ad regem Ranulpho comite Leuceſtriæ, vna cum legato Domini Papæ Roberto de treuga tractare cœpit. Ad quorum petitionē rex per quinque

Comes Saliſberiæ captus. c. 63. Inter Anglum & Francum Induciæ ſunt. Supr §. 4.

A annos treugas fecit cū eo. Sicque Pariſios rediit,

C.A. 1260.

Anno autem Domini. 1316. venit in Franciam legatus Gualo ſancti Martini in montibus preſbyter cardinalis, ab apoſtolica ſede deſtinatus, qui audiens quòd Ludouicus filius primogenitus regis Francorum Philippi cum multa militia ſe pararet ad tranſeundum in Angliā contra regem eius, monuit, vt hoc nullo modo auderet. Sed & Philippo patri ſuo ſuaſit, vt hoc idem filio diſſuaderet, denuncias illi excommunicationis ſententiā, quæ iam in concilio Lateranenſi lata fuerat in omnes regi Angliæ ad-B uerſantes. Cùm autem nihil comminando proficeret, nauigauit in Angliam compoſiturus pacem inter regem Angliæ, & barones eius.

Nec multo poſt Ludouicus præfatus anno ætatis ſuæ vigeſimo nono acceptis à baronibus Angliæ obſidibus, cum Gallorum exercitu trāſfretauit in Angliam. Qui ab illis, qui eum euocauerant, alacriter & honorificè ſuſceptus, fidelitatem & homagia ab eis ſuſcepit. Legatus autem apoſtolicæ ſedis, feruenter & animoſè ſtabat pro rege Angliæ: gladium Petri (quē ſolum habuit) euaginans. Nam illorum terras, qui Lu-C douico adhæſerant, interdicto ſuppoſuit: & illum excommunicauit. Inter hæc autem Ioannes rex Anglorum moritur: cui ſucceſſit Henricus filius eius, qui erat annorum decem. Qui mortuo patre à Gualone apoſtolicæ ſedis legato inunctus & coronatus eſt. Quo facto Anglorum nobiles, qui à patre animo & voluntate receſſerant mediante Domini Papæ legato, relicto Ludouico ad obedientiam noui regis redierunt.

Ludouicus Philippi filius copias ducit in Angliam. Vin. c. 78.

Henricus 3. Angliæ rex regnauit an. 56.

D

Honorius 3. Pont. max. 179. ſed. an. 10. m. 8. A.C. 1216.

CAP. III.

POST innumera opera egregia virtutum Innocentij, inter quæ etiam edidit tres libellos, Primum de miſeria conditionis humanæ, Secundum de miſſa, Tertium ſuper Pſalmos pœnitentiales, Demum beato fine quieuit: cui ſucceſſit in apice Pontificatus Honorius tertius, in numero E pontificum ſummorum. clxxiiij, natione Romanus, de Sabellis, qui erat ſanctorum Ioannis & Pauli preſbyter cardinalis, & Centius vocabatur: & ſedē accepit anno Domini. M. ccxvj. ab initio verò mundi quinquies milleſimo. clxxix. ſecundum autem maiorem computationem anno ſexies milleſimo. ccccxiiij. Qui ſedit annis. x. & menſibus. ij.

Innocentij tertij opera. vide Tritthem.

De hoc Honorio præter Platinam agit Blōd. li. 7. dec. 2. Nau. gen. 41. & alij.

Hic in principio ſui præſulatus ad requiſitionē beati patris Dominici confirmauit ordinem Prædicatorum: quem ipſe fundauerat. Nam ipſe pater Dominicus cum acceſſiſſet ad Lateranen-F ſe concilium cum Fulcone Toloſano epiſcopo, qui pro ſuæ merito ſanctitatis ab eodem tenero diligebatur affectu, ſummum pontificem Innocentium cum eo adiit: atque ordinem qui Prędicatorum diceretur & eſſet confirmari ſibi ſuiſque ſequacibus poſtulauit: At ille ad poſtulationem huius præ nouitate rei viſus eſt aliquantulum primitus ſe difficilem exhibere.

Honorius 3 prædicatorum inſtitutum quomodo confirmauit. hæc habentur in vita D. Dominici li. 1. c. 12. & inferius tit. 23. c. 4. §. 3.

Quid

A.C. 1217.

Quod tamen ſine nutu Dei minimè factum eſt, vt nimirum in reuelatione ſequenti cognoſceret vicarius Ieſu Chriſti, quam neceſſarium id eſſet vniuerſali eccleſiæ,cui præſidebat,ad quod vir Dei diuinitus inſpiratus adſpirat.Sicut enim à pleriſque fide dignis compertum eſt,quadam nocte,Deo ſibi reuelante,videbat ſummus antiſtes in ſomnis, quod Lateranenſis eccleſia ſuis compagibus reſoluta,grauem ſubitò minaretur ruinam. Quod dum tremens ſimul & mœrens aſpiceret,ex aduerſo videbat virum Dei Dominicum occurrere: humeriſque ſuppoſitis caſuram illam totam fabricam ſuſtentare.Cuius viſionis nouitatem admirans, & ſignificationem prudenter intelligens:ſine vllo dilationis obſtaculo viri Dei ad ſe reuertentis commendauit propoſitum,& petitionem hilariter acceptauit. Conſiderauit enim vir ſapiens, Spiritusſancto ſuggerente à beato Dominico cum ordine ſuo eccleſiam non materialem,ſed ſpiritualem, fidelium, illius exemplis pariter & doctrinis eſſe ſuſtentandam. Hortatus eſt igitur eum pontifex ſummus,vt ad fratres ſuos rediret, & pari voto cum illis aliquam regulam approbatam eligerent,ſuper quam inchoandi ordinis promotionem firmaret,& ſic ad ipſum reuertens confirmationem ad libitum reportaret.

Viſio Innocentij de religione D. Dominici.

Reuerſus igitur vir Dei Dominicus poſt celebratum concilium ad fratres ſuos Toloſam,verbum ſummi pontificis eis patefecit. Erant autem fratres numero citciter ſexdecim.Qui mox inuocato ſancto ſpiritu regulam beati Auguſtini doctoris & prædicatoris egregij,ipſi re & nomine prædicatores futuri elegerunt. Inſuper & quaſdam vitæ arctioris conſuetudines per formam ſibi conſtitutionum obſeruandas ſtatuerunt.Et ne prædicationis (cui ſummopere inſiſtere intendebant)impediretur officium:propoſuerunt extunc terrenas poſſeſſiones, & reditus annales prorſus abiicere.Quod poſtmodum in primo capitulo generali Bononiæ celebrato,affectu pariter & effectu per conſtitutionem inuiolabilem perpetuò fuit executioni mandatum. Quo facto iterum beatus vir accedens ad curiam Innocentio interea defuncto:& Honorio ſublimato, confirmationem ipſius ordinis ſub regula Auguſtini & conſtitutionibus additis ab ipſo Honorio reportauit. Et ab eodem Honorio regula fratrum minorum dicitur approbata,& ordo ille confirmatus.

Prædicatores regulã B. Auguſtini addũt & quibuſdã conſtitutionibus obſeruãt.

Dicit tamen Io. de coll. quòd tempore Innocentij iij.beatus Franciſcus de Aſſiſio oriundus poſt ſuam ad Deum perfectam conuerſionem cernens accreſcere fratrum & filiorum ſuorum numerum,regulam breui ſermone conſcripſit, interpoſitis in ea ſacri Euangelij verbis, ad cuius perfectionem feruentiſſimo anhelabat. Deſiderans autem,quæ ſcripſerat à ſummo pontifice confirmari,vndecim,quos habuit fratres ſecum aſſumpſit,&cum illis ipſe duodecimus Romam pertexit.Quibus Papa Innocentius de regula obſeruanda conſenſum dedit: & de pœnitentia prædicanda mandatum, & cum gaudio illos dimiſit.Verùm autem ipſe tunc confirmauerit,an tantum promiſerit, quod poſtea Honorius compleuit, certum non eſt. Hic etiam Honorius Papa Fridericum. ij. filium Henrici.vj. quem iam per plures annos,à principibus Alemaniæ electum imperatorem, ad preces eorum confirmauerat Innocentius iij. venientem ad vrbem cum magna militia & apparatu inunxit, & coronam imperij ei dedit anno Domini. M. ccxx.Qui receptus à clero & populo cum magna gloria cum multa & magna beneficia recepiſſet ab eccleſia Romana (nã velut à matre ab infantia educatus fuerat ſub rutela eius in regno Apuliæ & poſtea ſublimatus imperio)licet in principio ſui imperij viſus fuerit facere aliqua bona& ſtatuta in fauoré eccleſiæ: poſtea vt ingratus & perfidus,vt nouercã perſecutus eſt eã vſque in finem vitæ ſuæ, multa mala & damna inferens.Propter quæ ab ipſo Honorio excommunicatus eſt,& demum depoſitus ab imperio vt plenè dicetur in ſequen.c.Hic Honorius fecit plures decretales:quæ tamen ſunt magis iudiciales, quàm morales, & ideo nil de eis refero. Huius etiam pontificatus tempore anno ſcilicet Domini.M.ccxx.beatus Dominicus migrauit Bononiæ ad dominum, vt plenius infra dicetur.

Innocentius 3. regulam S. Franciſci approbauit & Honorius eã firmauit.

A.C. 1218.

Fridericus ſecundus imperator coronatur.

Mors S. Dominici, de qua infra ut 24. ca.4.§.14.

Continuatio belli ſacri & maximè quæ in imperio Conſtantinopolitano ſub Papa Honorio euenerunt de quibus Naucl.gener.41. & Blon.li.7.de.2.

§. I.

SVBSEQVENTER hic deſcribuntur quæ geſta ſunt in oriente in terra ſancta pro Damiata per Chriſtianos cruce ſignatos tempore huius Honorij Papæ, ſed prius de imperatore Conſtantinopolitano breuiter & de bello inter regem Francorum Ludouicum & Ioannem regem Anglorum: & de Simone Montisfortis pugnante contra hæreticos.Anno primo Honorij defuncto imperatore Conſtantinopolitano Henrico fideli ſine liberis: comes Antiſiodorenſis Petrus vocatus electus imperator Conſtantinopolitanus acceptans venit ad vrbem: & coronam imperij ipſius ab Honorio ſuſcepit in eccleſiã ſancti Laurétij extra vrbem. Nono autem die ſuæ inunctionis ſeu conſecrationis,ipſe imperator ab vrbe receſſit cùm vxore & quatuor filiabus. Habebat autem ſecum imperator citciter.clx.milites & plurimos ſeruientes. Cui recedenti datus eſt à Domino Papa legatus de latere ſuo Ioannes de Columna cardinalis,cui apud Brunduſium claſſis Venetorum occurrit: qui illum recipientes tranſito ipſo loco,qui gulphur Venetiæ dicitur ciuitatem Dyrrachium obſederunt. Iurauerat autem ipſe imperator Venetis,qui dicebant illam ciuitatem eis ablatam violenter, ipſis reſignare: ſi ei à Domino copia præſtaretur.

Nauc. gen.41.

Petrus ex comite Antiſiodorenſi 3. ex Latinis Romanorum Oriẽtis imper. imperauit an.5. A.C. 1216.

Igitur pluribus diebus inutiliter in obſidione conſumptis,non ſine ſuorum diſpendio,ob ſidionem ſoluit imperator:atque verſus Conſtãtinopolim terreſtre iter cum Domino legato aggreditur. Sequebatur autem imperatorem dux Dyrrachij ciuitatis nomine Theodorus cum exercitu ſuo, nunc à latere, nunc à tergo imperatoris exercitum infeſtando. Sed cùm ei à Latinis viriliter reſiſteretur,& illis apertè nocère

Imperator Dyrrachium obſidet, ſed fruſtrà. Blõ.l.7.de. 2.ſed paulò aliter.

A.C. 1217.

Theodori comitis Dyrrachini in noſtros dolus & proditio.

cere non poſſet:ad dolos & aſtutiam ſe conuertit.Nam miſſus nũciis loquitur cum legato:atque pacem ſe cum imperatore velle facere aſſerit:ſibique ac ſuis ſecurum promittit conductũ & forum rerum venalium competenti pretio ſe exhibiturum exercitui ſpondet:ſed ne à Latinis ſui paterentur aliquam iniuriam,petit, vt arma deponant. Igitur firmatis per iuramentum & oſculum pacis pactis, ſuadente legato arma deponunt.Quæ depoſita hoſtibus committuntur. Quo facto Theodorus congregata ſuorum manu Latinos proditor aggreditur: & pro ſui voluntate diſponit.Nam inermes quid contra armatos valent?Capitur imperator Petrus atque legatus.Capti ſunt etiàm Theſſalonicenſes archiepiſcopus & Gulielmus ſacri Cæſaris comes & cum eis nobiles plurimi:qui omnibus bonis ſpoliati per diuerſos carceres retruduntur.

Francorũ geſta in Anglia Æmyl.l.6.

Eodem tempore Thomas comes Parcenſis (aliàs Particenſis)qui cum Ludouico in Angliã transfretauerat:apud quamdam Angliæ ciuitatem ab Anglicis occiſus eſt. Quo audito Ludouicus qui tunc Deuoram obſidebat, incenſis machinis ſe cum ſuo exercitu Londoniam recepit: atque patri ſuo Philippo ſcripſit in Franciam, qualiter Anglis illum deſerentibus cum ſuis in graui diſcrimine apud Londoniam remanſiſſet:quare acceleraret ſibi auxilium deſtinare.Qui audita neceſſitate filij,congregato nobilium regni exercitu mittebat ad filium.Quorum aduentum,cum præſciuiſſent Anglici,congregata nauium multitudine aduenientibus Francis occurrunt,conſertoque prælio ab vtraque in parte pugnatur.Ad poſtremum multitudine & peritia pugnandi in mari præſtantibus Anglis, vertuntur Franci in fugam: in qua & multi capiuntur nobiles,reliquis pene omnibus interfectis:præter paucos, qui fugæ beneficio euaſerunt, Quod iuſto Dei iudicio apparet Ludouico contigiſſe: quia contra prohibitionem Domini legati hoc bellum inchoauit. Poſt hanc igitur victoriam præcluſo mari, cum ad Ludouicum,nec victualium copia,nec exercitus ex Francia venire poſſet:Londoniarum ciuitas famis inopia cœpit intolerabiliter laborare.Vnde de pace,pro qua legatus efficaciter laborabat tractatum eſt.Demum eo ita volente,ſic concluſum eſt: vt Ludouicus regis Francorum filius cum ſuis omnibus remearet in Franciam: prius tamen præſtito iuramento: vt apoſtolicæ ſedis ſtaret mandato. Et ſic.iiij. Calen. Octobris in Franciam eſt reuerſus cum ſuis.

Angli ſrancis in mari ſuperiores.

Franci cur ab Anglis victi.

Continuatio belli contra Albigenſes.

Eodem quoque anno vxor Simonis comitis Montisfortis,qui adhuc contra hæreticos fidei inimicos in partibus Toloſanis bella gerebat pro Eccleſia venit in Franciam auxilium à rege & baronibus petitura. Nam Toloſanus comes adiuuante illum rege Aragonum fautore hæreticorum ita comitem cum ſuis arctauerat:vt vix illi valeret reſiſtere.Hæretici enim occupauerãt multa caſtra, quæ cum multis laboribus idem comes cum fidelium adiutorio ceperat. Et niſi cito illi à fidelibus auxilium mitteretur,cogebatur quę adhuc tenebat,infidelib[9] reſignare.Itaque deuo crux cõtra hęreticos in illis partibus prædicatur: multique ex hoc nobiles & ignobiles zelo fidei ducti cruce ſignantur.Pugnante autem prædicto comite cum ſuis contra hæreticos

Hiſtoria Albi.c.27. & vita D. Dom.li.1. c.11.

A.C. 1218.

A Rex Aragonum in bello occiſus eſt, vt præuiderat & prędixerat beatus Dominicus cuidam religioſo ſibi familiari.

Ibi.c.155.

Simonis Mõtisfortis & Guidonis eius filij pro fide interitus.

Paulò pòſt prædictus religionis Chriſtianæ zelator & defenſor comes Simon migrauit ad Dominum:cuius etiam mors beato Dominico reuelata eſt ſub viſione arboris vaſtæ: in cuius ramis aues quieſcebant,& ſubtus beſtiæ paſcebantur exciſæ.Talis autem fuit occaſus comitis Montisfortis;ſcilicet Simonis prędicti.Cum anno Domini.1218.ipſe cum multis de regno Frãciæ & Theutoniæ, qui crucẽ aſſumpſerant contra Albigenſes hęreticos ciuitatem Toloſanam, B quia hæreticos fouebat cum eis errans,obſidione vallaſſet,& quadam die murum ciuitatis circumiret,lapide ab interiori petraria emiſſa percutitur.Qui ſemiuiuus ad tabernaculum ſuum deportatus,in craſtino Ioannis baptiſtæ natiuitatis mortuus eſt pro defenſione fidei.Poſtea anno Domini M.ccxx.comes Guid.Montisfortis, filius dicti Simonis memoria digni,non multum diſſimilis patri in zelo fidei,ad expugnandos hæreticos,dolo comitis ſancti Egidij in partibus Toloſanis occiſus eſt in quodam caſtro,

Ib.c.165.

C quod fideles contra hæreticos pugnando occupauerant.Quo audito,frater eius caſtrum obſedit prædictum:nam quia oppidani cauſa mortis illius iuuenis fuerãt, iurauit ſe ab obſidione illius caſtri non receſſurum, niſi eo oppugnato. Sed poſtmodum auxilio deſtitutus,coactus eſt ſoluta obſidione recedere. Quo abeunte hæretici reſumptis animis omnia ferè caſtra,quæ fideles patris eius auxilio occupauerant, expugnauerunt.

Ludouicus regis francorũ filius in hæreticos bellum gerit. Ex Vinc.li. 30.c 79.

D Ludouicus filius regis Francorum cum copioſo exercitu cruce ſignatorum contra hæreticos Toloſanos proceſſit,& caſtrum hæreticorum,quod Mirmanda dicitur,expugnauit & vrbem Toloſanam obſidione vallat,& cum fortiter impugnaret proditione aliquorum & ſuis corruptis pecunia impeditus receſſit.Poſt quod hæretici contra fideles audaciores facti ceperunt plura caſtra.

Continuatio belli ſacri. de qua Bion.dec. 2.li.7.Naugen.41.& Paul. Æmyl. lib.6.

Expirauit finita eſt & terminata.

Anno autẽ Domini.1218.treuga,quæ erat inter Chriſtianos & ſaracenos expirauit vnde exercitus Chriſtianorum, qui poſt Lateranenſe concilium fuerat congregatus, aſſumptis armis E ſe ad bella contra crucis hoſtes potenter inferenda parare cœpit.Erant autem in eorum exercitu reges Vngariæ, Hieruſalem, & Cypri cum multitudine copioſa principum & baronum.Inter quos erant duces Auſtriæ & Bauatię cum militia Theutonicorũ, Rex autem Hieroſolymorum tunc erat Ioannes nomine, qui ex duce Viennenſi in Francia, electus fuerat rex Hieruſalem prioribus annis,vir vtique ſtrenuus in armis,& deuotus:ex ſtirpe progenitus illius excellentiſſimi viri Gothifredi Bullioni primi regis Hieroſolymorum,poſtquam eam cœpit de manibus infidelium:cui Conradi quondam

Ioannes rex hieroſolymorũ.

F marchionis filia deſponſatur, & ambo apud Tyrum coronantur.Procedentes igitur Chriſtiani ad eam partem, vbi dicebatur ſaracenorum eſſe multitudo, eo animo ibant,vt pugnarent cum eis.Sed illi,vt eorum aduentum per exploratores cognouerunt,formidantes cum tam copioſo exercitu vires ſuas experiri,tollentes tẽntoria ſua fugerunt,noſtri verò abſque contradictione

Saraceni noſtri fugant.

A.C. 1217.

Rex Vngariæ à terra ſancta recedit Vin.ib. c.81.

ctione ingreſſi ſunt Galilæam prouinciam, multa damna hoſtibus inferentes, indéque Achonem reuerſus eſt exercitus chriſtianorum.

Eodem anno tranſacta hyeme exercitus Chriſtianorum contra infideles arma ſumere cœpit, ſed peccatis eorum exigentibus, quadrifariè exercitus diuiſus eſt, nam rex Vngariæ cum magno Chriſtianorum damno ad propria reuerſus eſt, & magnam partem peregrinorum cum galeis, & apparatu bellico ſecum traxit. Quam ob cauſam cum à Patriarcha fuiſſet admonitus ſuper hoc, nec propter iſtud tamen à ſuo peruerſo propoſito reſiliret, idem patriarcha in eum, & in omnes qui eum ſequebantur, excommunicationis ſententiam promulgauit. Quædam verò peregrinorum portio, aut timore, aut deliciis delniti, nullo modo potuerunt adduci, vt cum aliis Achonenſem vrbem egrederentur. Rex verò Hieruſalem, & dux Auſtriæ cum militia ſancti Ioannis quoddam caſtrum in Cæſarea Paleſtinæ viriliter firmauerunt, nec ab opere potuerunt auerti, licet hoſtium ſæpè nunciaretur aduentus.

Caſtrum Peregrinorum conſtructum. ItemCaſtrum nouum. ib.c. 82.

Templarij verò vna cum domino Gualtero de annenſiis Elias de Ananiis, & militia hoſpitalitatis Teutonicorum cum quibuſdam aliis, licet paucis auxiliantibus, peregrinis caſtrum filij Dei, quod olim deſtructum fuerat, reædificare aggreſſi ſunt. Quod quidem caſtrum inter Cæſaream & Caipham promõtorium ſitum eſt. Cum autem fundamenta murorum cum multo labore foderent, murus quidam antiquus & ſpiſſus apparuit, quem inſtrumentis ferreis effodientes, quaſdam monetas aureas in magna copia repererunt, cuius inſcriptio ſeu figura modernis erat ignota. Hoc etiam anno fuit ventus in Francia vehementiſſimus, qui multas eccleſias & infinitas domos euertit.

Germani ad expeditionem ſacram excitati, c.83.

Eodem tempore menſe Martij applicare cœperunt naues peregrinorum ad portum Achonenſem maximè Teutonicorum. Excitata enim fuit Colonienſis & Treuerenſis prouincia in obſequium ſaluatoris, per ſigna quæ apparuerunt in cœlo. Menſe autem Maij præparatis galeis, & nauibus, Ioannes præfatus rex Hieruſalem cum Patriarcha, & peregrinis, & Duce Auſtriæ & multitudine Chriſtianorum copioſa proſpero vento ad portum Damiatæ peruenit, vbi antequam ad terram deſcenderent, per triduum ſunt morati, expectabant enim hos, quos rex exercitui præfecerat. Hanc vrbem Paganorum noſtri expugnare cæteris omiſſis proponebant, dicebant enim (vt verum erat) quòd ſi dicta ciuitas capi poſſet, de facili cum Dei adiutorio non ſolum terram ſanctam recuperare poterant, ſed etiam de Leui Ægypti regionem occupare. Itaque antequam capitanei venirent, Chriſtiani inuitis paganis deſcenderunt in terram, atque ex parte maris obſederunt ciuitatem.

Damiatã noſtri obſident.

Frãcorum in ſacro bello duces.c.84.

Eodem tempore Petrus Pariſienſis, Gualterus Heduenſis, & Iordanus Lexouienſis epiſcopi: Henricus etiam comes Niuernẽſis cum aliis magnatibus Francis, iter tranſmarinum arripiunt: atq; circa feſtum Simonis & Iudę applicant Damiatam cũ cæteris fidelibus caſtra coniungentes, & ad ciuitatis expugnationem fideliter laborant.

A.C. 1219.

A In obſidione Damiatæ noſtri & tempeſtate & peſte vexantur, ſed diuinitus adiuuantur. Vin. ibid.cap.35.

§. II.

CVM autem ciuitas vndique rotaretur, in vigilia beati Andreæ facta eſt in mari horribilis, atq; ſæua tempeſtas. Nam intumeſcẽtes & exereſcẽtes fluctus caſtra fidelium occuparũt B quare & nauium & victualium damna non modica pertulerũt. Durauitque hæc tempeſtas per tres dies. Fuit prætereà in exercitu mortalitas valdè magna, multique ex diuerſis infirmitatib. ad dominum migrauerunt. Et hæc peſtilẽtia vſque ad feſtum beatæ Agathæ graſſata eſt. Quibus diebus pater miſericordiarũ, & Deus totius conſolationis, in ſuos fideles reſpiciẽs animauit eos, vt aſſumptis armis fluuium trãſirent: atque cum Soldano Babyloniæ, qui ex alia parte fluminis tentoria ſua fixerat fortunam belli experirentur. Qui cùm iam ſe ad tranſitum pararent C immiſit Deus timorem in hoſtes: adeo vt dimiſſis caſtris omni commoditate rerum refertis, media nocte fugerent. Quorum fugam quidam apoſtata Chriſtianus, qui diu cum infidelibus militauerat, videns ante auroram ad caſtra Chriſtianorum veniens nunciauit Soldanum relictis caſtris fugiſſe. Quo audito fideles certatim nullo obſiſtente tranſeuntes fluuium caſtra hoſtiũ occuparunt: vbi victualia inuenerunt infinita. Die autem ſequenti cum totus tranſiſſet exercitus, in gyrum ciuitas eſt obſeſſa.

2.Cor.1.

Soldani Babylonię noſtri caſtris potiũtur.

D Dum igitur Chriſtiani eſſẽt in obſidione Damiatæ, atque illam vndique fortiter impugnarent, & de die in diem fidelium multiplicaretur exercitus, & vires in immenſum augerentur. Corradinus filius Saphadini congregato ſuorum exercitu venit in Syriam, & in Hieruſalem atq; habito ſuorũ conſilio deſtruxit Hieruſalẽ funditus intus foriſq; prætet templũ domini, & turrim Dauid. Hoc ideo feciſſe credũtur pagani ne Chriſtiani poſt captionẽ Damiatæ aliquam munitionem mediterraneam haberẽt, & tenerẽt in regno Hieroſolimitano. Deſperabãt.n.capta ciuitate regnũ Hieroſolymitanũ poſſe defendi. E De ſepulchro domini glorioſo deſtruendo conſilium habuerunt Saraceni, & per literas conminati ſunt: quas ad ſolatium iis, qui intra Damiatam tenebantur incluſi, direxerunt.

Hieroſolyma à Corradino capitur. cap. 86.

Deleta igitur Hieruſalem anno domini 1219.

a *A ſepulchro Domini noſtri Ieſu Chriſti violando ſceleſtas Corradinus continuit manus, cauſam verò ſepulchri templiq; intacti, quã nonnulli afferunt, delatæ tãtiſper Chriſtianæ religionis venerationi omittimus,* F *magiſq; credimus, Surianos, Aethyopas, Armenios, Georgianos, & alios Aſiæ Chriſtianos Hieroſolymã incolẽtes, & alios Chriſtianos multos numero & ſubditos aliis Aſiæ & Aphricæ principib. ea loca dirui cõmuniq; ꝓhibuiſſe, eorũq; deſiderio ſic ſaracenos vel inuitos acquieuiſſe. Blon. lib. 7. dec. 2. Nota hic obiter multos populos Aſiæ & Aphricæ principibus ſubditos Chriſtianam colere religionem, quorũ nonnulli cum Ramana Eccleſia communicare qui apud eos peregrinantur offendunt. vide Geneb. in 4. Chronol.*

A.C. 1218. Caſtrum peregrinorum diruitur.

Corradinus cum ſuo exercitu caſtrum Cæſarienſe quod anno præcedenti rex Hieruſalem vna cum Hoſpitalariis reædificauerat, obſedit, atque poſt aliquot dies defenſoribus remiſſe id defendentibus,expugnauit. Verum ij qui intra caſtrum erant(quia egreſſus illis per mare patebat) euaſerunt.Deſtructo autem illo,caſtrum filij Dei,quod à templariis reędificatum diximus, obſidione vallauit,atq; fortiter impugnare cœpit,ſed Templariis qui intus erāt viriliter ſe defendentibus,cùm nihil proficeret,ab obſidione receſſit,atque Damaſcum ſe recepit,vbi cùm eſſet,tum per literas, tum per nuncios orientales Turcas atque Saracenos ſolicitabat: vt dum Chriſtiani in obſidione Damiatæ eſſent occupati:ipſi Achonenſem vrbem obſiderent:quia aut ipſam caperent,aut ob illam defendēdam Chriſtianorum exercitum ab obſidione Damiatæ reuocarent: ſed illi Deo volente variis diſcordiis & inteſtinis contentionibus occupati, illi auxilium ferre nequiuerunt.

Liber inuentus de ſtatu Hieroſolymitani regni. 92.

Illis diebus cum Chriſtianus exercitus in expugnatione Damiatæ omnibus viribus inſiſteret: quidam liber oblatus eſt domino Pelagio legato arabicè ſcriptus, cuius author Iudæum, vel Chriſtianum ,vel Saracenum ſe eſſe negabat.Quiſquis autem ille fuerit, prædixit tamen mala, quæ Salahadinus populo Chriſtiano in Syria intulit,maximè victoriam,quā habuit de Chriſtianis, quando cepit regem & ſanctam ciuitatem cum cætero regno.Prædicebat etiā deſtructionem hortorum,& palmeti Damiatę,quę illis diebus per Chriſtianos facta eſt,& dicebat eam à Chriſtianis eſſe capiendā. Salahadini autem nomen non ponit,ſed per nigros oculos & vexilla crocea illum oſtendit.Prædicebat etiam liber ille quemdam regem Nubianorum Chriſtianum in breui Mecham ciuitatem,vbi eſt Machometi ſepulchrum debere deſtruere:& ipſius Machometi oſſa diſpergere.

Grauis & in vrbe & in Caſtris Saracenorum fames & peſtilentia. Vinc. 16. c.87.

Interea ciuitate Damiata longa obſidione ferri, fame, & peſtilentia afflicta, contra Soldanum & maiores, qui ciuitati præerant, vulgus murmurabat, dicebátque ſe vltra incommoda obſidionis tolerare non poſſe, & ideo Chriſtianis vrbem eſſe tradendam. Soldanus autem de die in diem variis promiſſionibus ipſos à deditione retrahebat,mandauitque ſuis,qui intus erant,intrinſecus portas obſtrui,ne ciues qui fame,& peſte laborabant ad Chriſtianos tranſirēt & ciuitatis miſerias nunciarent. Et non ſolùm intus fame laborabatur,verumetiam in Saracenorum caſtris,quę non longè à noſtris diſtabāt, famis acerbitas inualuerat. Nilus enim fluuius, qui poſt feſtū beati Ioannis Baptiſtæ ſolet inundare vſque ad exaltationem ſanctę crucis,& Ægypti irrigare planitiem:eo anno more ſuo non aſcendit ad ſignum, quod ſolent ponere Ægyptij,ſed magnam partem terræ diſcoopertam & ſiccam reliquit,quæ nec arari, nec ſeminari potuit illo anno, quare Soldanus futuram timens cariſtiam vna cum Corradino fratre ſuo rege Ægypti ſub his pactis pacem obtulit Chriſtianis,vt,ſcilicet crucem, quæ olim capta fuerat in victoria Salahadini cum ciuitate ſancta Hieruſalem & omnibus captiuis, qui per Ægyptum & regnum Damaſci viui poterant reperiri,inſuper & ſumptus ad reparandos muros Hieruſalem

Nilus quo tempore Ægyptū inundat.

Cariſtiam ideſt inopiam frumenti & caritatem.

Pax Chriſtianis oblata,ſed non recepta.

A redderet eis,& totum regnum Hieroſolymitanum,quod antea Chriſtiani tenuerant reſtitueret ex integro pręter Cruchum & Montemregalem, quæ ſunt duo caſtra vrbi Hieruſalem vicina,quæ ſeptem habent in circuitu munitiones, per quæ mercatores Saracenorum & peregrini eorum Mecham tēdentes,tranſire ſolent. Volebat Soldanus totum hoc agere, dummodo Chriſtiani ab impugnatione Damiatæ deſiſterent, & ſoluta obſidione in Syriam copias ſuas reducerent.

A.C. 1218.

Diſſidiū inter noſtros.

B Hæc pacta acceptanda eſſe omnino & Chriſtianis valdè vtilia cenſebat rex Hieruſalem, & omnes nobiles Gallicorum. In hoc etiam concordabāt comes Lenceſtriæ ex Anglia,& Theutonicorum capitanei. Sed dominus legatus cum epiſcopis & archiepiſcopis & dominis Hoſpitalariorum & templariorum, cum omnibus aliis Italiæ capitaneis & multis aliis viris prudentibus huic compoſitioni ſe òpponebant,rationabiliter oſtendentes ante omnia capiendam eſſe Damiatam.

Damiata à noſtris capitur. Vinc.c.88.

Cum autem Soldanus iam de pace deſperaret, C clam de nocte magnam peditum multitudinem miſit in ciuitatem,de quibus nonnulli à noſtris capti,& occiſi ſunt. Proxima autem ſecunda feria poſt feſtum omnium ſanctorum, quidam ex noſtris mandante legato cauſa explorandi, ad quandam ciuitatis portam miſſi ſunt. Qui cum eſſent in numero ſatis magno, protecti clypeis ad portam accedunt. Cum autem neminem circa portam, vel ſuprà viderent appoſitis in muro ſcalis mœnia aſcēdunt.Quo facto intra vrbem deſcendentes portum aperiunt, atque intromiſſis ſociis paucos occurrentes D Saracenos occidunt. Ad quorum tumultum reliquus excitatus exercitus raptis armis abſque pugna & Chriſtianorum damno in oculis Soldani ciuitatem ceperunt. Capta eſt autem iſta ciuitas Damiata anno domini 1219. No. Nouembris. Soldanus autem videns vrbem à Chriſtianis occupatam, cum ſuis defendere non audebat, ſed ingenti terrore concuſſus ſua caſtra combuſſit, atque cum ſuo receſſit exercitu.

E

Deſcribitur Damiatæ captæ miſerabilis conditio & ſtatus,Vinc. ibi.cap.89.

§. III.

CHRISTIANIS autem Damiatam intrantib.in ipſo ingreſſu occurrit intolerabilis fœtor ex cadaueribus mortuorum,qui præ multitudine à ſuis non potuerant ſepeliri. Erat autem aſpicere miſerabiles homines ſimul & mulieres, & paruulos fame tabidos,quibus, & domus,& plateæ plenæ erant. Nam nec mortuos viui ſepelire poterant, ſed mortui viuos fœtoribus occidebant. F Mortui autem ſunt in ciuitate intra viginti menſes,quibus ciuitas fuit obſeſſa, tum fame,tum peſtilentia:promiſcui ſexus vltra ſeptuaginta millia paganorum.Reperti ſunt autem viui in ciuitate ad tria millia armatorum. Inter quos(mirabile dictu)vix centum remanſerunt incolumes,qui poſſent ciuitatē defendere. Ex quibus quadringētos nobiliores,& ditiores vtriuſque

A.C. 1219.

vtriuſq; ſexus ad redemptionem captiuorũ Chriſtianorum, qui à Sarracenis hactenus capti fuerant, reſeruarunt, alios verò Chriſtianis mercatoribus vendiderunt, exceptis paruulis, quos Achonẽſis epiſcopus baptizauit, quibus de ſuo omnia neceſſaria longo tempore miniſtrauit.

Perlæ, i. vniones.

In ciuitate autem inuenta ſunt victualia pauca, ſed aurum, argentum, lapides præcioſi, panni aurei, & ſerici, perlæ, & aliæ diuitiæ infinitę, quę omnia ſub anathemate terribili in medium ſunt delata, atq; per miniſterium bonorum hominum inter exercitum ſunt diuiſa adeo æqualiter, vt omnes etiã mulierculæ pauperes, & pueri de eis ſecundum rationem participauerunt. Legatus autem de voluntate & conſilio maiorum de exercitu, ciuitatis dominium cum ſuis pertinentiis & appendiciis regno Hieroſolymorum in perpetuum contulit poſſidendum.

Præda omnibus æqualiter diuiſa. ca. 90.

Rex Hieruſalem Damiatæ Dominus deſignatur.

Hæc ciuitas ſub Almarico rege à Græcis & Latinis obſeſſa eſt, ſed nihil proficientes receſſerunt. Poſtmodum autem, ab Almarico rege, quando deſcẽdit in Ægyptum in vanum impugnata eſt, vt ſuprà patuit. Macho maria, ideſt, locus orationis Saracenorum, quæ mirabilis erat, & 150. columnis marmoreis ſuſtenrabatur, ac ſeptẽ incircũitu habebat porticus, in eccleſiã glorioſæ virginis Mariæ commutata eſt, eliminatã ſpurcitia rituum Saracenorum. In qua quatuor altaria principaliter fundata ſunt. Turres autem quæ erãt in circuitu ciuitatis, datæ ſunt in cuſtodiam illis regulis quorum bellatores in exercitu fuerant. Quarum, vnam, quæ Romanæ Eccleſiæ fuerat aſſignata, ſub qua erat porta, quæ dicebatur Babylonis, legatus voluit, quòd Romana diceretur.

De Damaſio oppugnata ſup. lit. 17. c. 8. § 5.

Machomaria, ideſt, baſilica Saracenorũ in templũ Virginis commutatur.

Poſt ordinationem igitur ciuitatis, Chriſtianus populus habito diligenti conſilio, in feſto beati Clementis armatis quibuſdã galeis exploratores miſerunt per fluuiũ: mandantes, vt quãtum commodè poſſent, per fluuium aſcenderẽt, atq; vtramq; fluuij ripam explorarent. Qui paululum aſcendentes, ad vrbem, quæ Tanneos dicitur, peruenerunt, quæ ad inſtar Damiatæ ſuper ripam fluminis ſitã eſt. Qui cum neminem in turribus viderent, vltra modum admirantes, ad vrbem cum nauibus aſcendentes acceſſerunt. Et cùm nullos defenſores viderent in muris intrauerunt ciuitatem: atque illam totaliter vacuam repererũt. Habitatores enim audita captione Damiatæ, nimio terrore perculſi, deſperantes ſe ciuitatem poſſe defendere, relicta ciuitate fugerant ad tutiora loca ſe transferentes. Diſtat autem hæc ciuitas à Damiata per vnam dietam. Redeuntes autem Damiatam exploratores nunciauerunt, quæ inuenerant, teſtati ſe nunquam fortius caſtrum in plano poſitum vidiſſe. Habebat autem ſeptem turres in circuitu murorum fortiſſimas & duplici muro cum foſſato latiſſimo circundata erat. Hæc eſt Tanneos cuius nomen propheta Dauid cecinit in Pſalm. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Tanneos. Hæc eſt Tanis latinè, Tanneos Græcè, in qua dicitur lapidatus Hieremias Propheta.

Tannis ciuitas à noſtris tentatur & capitur c. 91.

Tanneos vrbs à noſtris capitur.

Pſal. 77.

Eodem anno per vniuerſum orbem diuulgatum eſt, qualiter Latini vi armorum potentiſſimam Ægypti vrbem Damiatam expugnaſſent. Quo audito rex Georgianorum potentiſſimus

Georgiani populi ad rem Chriſtianã propagandã noſtrorũ exemplo incitãtur c. 93.

A congregata ſuorum nobilium multitudine, dixit ſibi, & ſuis valdè verecundum eſſe: ꝙ Latinorum populus ex vltimis occidentis finibus, per tot maris diſcrimina venientes tam nobilem, ciuitatẽ tam potentem vi armorũ expugnaſſent: niſi ipſi quibus propter loci propinquitatẽ longè erat facilius Damaſcũ, vel alium locum nominatiſſimum contra crucis hoſtes expugnarent. Sunt aut Georgiani Chriſti cultores, Græcorum ritus per omnia obſeruantes, vt hiſtoriæ tradũt, B Perſis vicinij & eorum dominium vſque ad Caſpios montes extenditur. Homines ſunt bellicoſi, & vſum armorũ habentes: ſed & vxores eorũ in bellis ſtrenuiſſimæ ac pugnaciſſimæ ſunt. Horum regio antiquitus in ſpiritualib. patriarchę Antiocheno ſubdita fuit. Sed cum propter guerrarũ diſcrimina ab eo viſitari nõ poſſent: conſtituit eis vniuerſalem vicarium, qui catholicus, ideſt, vniuerſalis appellatur, & vſque in hodiernum diem Georgianis & Armenis præeſt. Sunt autem in Georgiana regione archiepiſcopatus & epiſcopatus octodecim. Eodẽ anno mortuus eſt Soldanus Iconij, quem propter dilectionem C ad Chriſtianos ac familiaritatem cum eis aliqui exiſtimauerunt baptiſmum ſuſcepiſſe. Nã adeo de eis confidebat: vt non niſi Chriſtianos, & maximè Latinos pro cuſtodia corporis ſui habere voluerit.

A.C. 1219.

Georgiani qui.

Soldani Iconij mors.

Eodem anno Conradinus rex Damaſci expugnauit Saphet caſtrum munitiſſimum: quod nõ longè ab Achone ſub Templariorum cuſtodia tenebatur. Eodem tempore Tartari (vt dicetur infrà) cum magnam partem orientis ſuo ſubiugaſſent imperio, Georgiam intrauerunt. Qua ferè D vſque ad internecionem vaſtata aggreſſi ſunt eam orientis regionem, quę maior Armenia vocatur.

Conradinus Saphet expugnat. c. 94.

Infrà c. 8. §. 9. & 10.

Sequenti anno 1221. ab incarnatione, diabolo ſuadente inter legatum domini Papæ Pelagium, & regem Hieroſolymorum grauis controuerſia orta eſt, nam legatus vniuerſorum ſibi exercituum vſurpabat dominium: & omnes ab illo dependere videbantur, inſuper & Damiatæ vrbis captionem ſibi attribuere moliebatur. Quam ob cauſam creditur Ioannes rex caſtra fidelium reliquiſſe, feſtinans in Syriam, ad ſui ex- E cuſationẽ multas prætendens cauſas, verũtamẽ reditũ in proximo promittebat. Quib. dieb. multę naues victualibus plenæ ex diuerſis regionibus fidelium Damiatam applicuerunt, & alię naues in quibus erant, Mediolanẽſis & Treuerẽſis Archiepiſcopi, Fauentinus & Rheginus epiſcopi & nuncij Imperatoris Friderici deferentes eius literas cum aureis bullis, eius in breui annunciantes aduentum. Poſtea venit Brixiẽſis epiſcopus, & cum eo de Italia militia copioſa. Legatus autem domini Papæ attendens tantum populũ ad Dei obſequium congregatum, dolebat ꝙ tempus tam inutiliter conſumebatur, vidẽs autem F ꝙ ad progrediendum in negotio nulla eſſet iuſta excuſatio, cõgregatis maioribus ipſe primò contra Soldanum progreſſum ſuadebat, qui caſtra ſua poſuerat ſuper Nilum itinere vnius diei à Damiata. Militares autem manus huic exhortationi contradicebant, dicentes debere regem, qui in proximo venturus erat expectari, cùm nõ eſſet in exercitu aliquis, cui vellent obedire. Sed Pelagius legatus non obſtante contradictione

Grauis inter noſtros diſcordia.

Subſidia ad noſtros veniunt.

A.C. 1219. ſu p. 9. 2.

militaris exercitus, omnino iudicabat procedendum. Mouebatur ad hoc zelo, quem habebat ad dilatationem Chriſtiani nominis. Inſuper & liber ille, de quo ſuprà retulimus, ipſum inducebat, in quo continebatur, quòd Machometi ſexcenteſimus erat annus, quo ſecundum Saracenorum prophetias lex & gens deberet extirpari, & ꝙ de Hiſpania veniret, qui ſuperſtitionem illam aboleret. Et ideo legatus, qui de Hiſpania erat, illum librum veriſſimum exiſtimabat. Prætetea epiſcopus publice prędicabat, quòd Dauid rex vtriuſq; Indiæ ad chriſtianorum auxilium feſtinabat Saracenos impugnaturus, Adducebatq; ſecum ferociſſimas nationes, quæ more beluino homines deuorarent. Sed abſq; rege, vt dictum eſt, militaris manus de Damiata educi non poterat. Vnde legatus videns, ꝙ ſine præſentia regis negotium procedere non valebat, ſolennes ad eum direxit legatos, deprecás, vt compatiendo exercitui chriſtiano eccleſiæ Romanę ſe filium demonſtraret, & ad exercitum qui tanto eum deſiderabat affectu rediret. Rex verò, vt erat homo ſapiens, quamuis reputaret indignú, vt in eius præſentia militaris res per ſacerdotes adminiſtraretur, attamen eius volens voluntati ſatisfacere, & Romanæ Eccleſiæ obedire mandatis, collectis iis Chriſtianis, qui in Syria remanſerant, reuerſus eſt Damiatam. Quo cùm veniſſet, legati conſilium de procedendo diſſuadebat omnino, dicens quòd ſi eo tempore populus chriſtianus procederet, nec per terram, nec per aquam Chriſtiano populo à Damiata poterat ſubueniri, maximè cum tempus inſtaret, quo Nilus fluuius inúdaret. Legatus autem moleſtè nimis ferens ea, quæ à domino rege prudenter & conſultè dicebantur, excómunicabat omnes generaliter illius turbatores. Videns autem rex animum legati ab eo propoſito remoueri non poſſe, licet inuitus obtulit ſe cum iis, qui ſua caſtra ſequebantur, ex quo ita iudicabat legatus Romanæ Eccleſiæ profecturum.

Legati Romani Pontificis zelus, ſed forte parum conſideratus.

Regis Hieroſolymitani erga Romaná Eccleſiam obſeruantia.

Chriſtianorum aduerſus Saracenos infauſta expeditio.

§. IIII.

IGITVR deliberato progreſſu, dominus rex Ioannes totius Chriſtiani exercitus ductor ac capitaneus conſtitutus, fecit per vrbem generaliter præconizari, vt in feſto apoſtolorum Petri & Pauli omnes, qui ferre arma poterant, extra ciuitatem egreſſi, vexilum Eccleſiæ Romanæ, ac ſuum contra hoſtes fidei ſequerétur, ſecum pro duobus menſibus victualia deportantes. Die igitur aſſignata populus chriſtianus, quaſi vir vnus è ciuitate egreſſus, ſpe futuræ mercedis animatus, iter contra Soldanum arripuit, cautè & ordinatè progrediens. Erant autem in eo Dei viuentis exercitu ſeptuaginta millia armatorum. qui omnes erant ad bella promptiſſimi.

Soldanus autem, quamuis innumerá ſecum tam peditum quàm equitum multitudinem haberet, conſiderans Latinorum fortitudinem, timuit illis occurrere, ſed ſuorum diuiſis copiis, viarum aditus, per quas noſtri tranſierant, occupauit, adeóq; vias obſtruxit, vt ad chriſtianorum exercitum nec victualia ex ciuitate deferri poterát, nec qui ad ciuitatis cuſtodiam remanſerant (quorum adhuc magna erat multitudo) exercitui poterant ſubuenire. Stetit itaq; aliquot diebus quaſi immotus exercitus, vnde & victualia cœperunt eis deficere: & inde horrenda fames in exercitu ſæuiebat. Acceſſit prçterea ad maloru cumulum, quòd Nilus fluuius more ſolito per Ægyptum ſe incipiebat extendere: & iam aquæ vſque ad locum, in quo chriſtiana erát agmina, peruenerant, adeò vt vſq; ad pedum cauillas in cœno aquarum paluſtrium ambularét. Vnde accidebat, quòd ex multa aquarum humiditate reſiduum victualium deperiret. Videntes itaq; ſe vltra non poſſe progredi, nec ibi ſine euidenti periculo remanere, deliberauerút verſus vrbem ſi poſſent remeare. Itaq; intempeſtæ noctis ſilentio caſtra mouerunt. Sed quidam de exercitu ex prouincia Alemanniæ in ipſo receſſu ſua caſtra cremarunt, quorum ignem videntes hoſtes, ac (vt erat) noſtrorum ad vrbem reditum exiſtimantes, arreptis armis noſtros inſequuntur, ac viarum aditus obſtruentes illis fugam negebát, factúmque eſt, peccatis noſtris exigentibus, vt in eo loco concluderetur exercitus, in quo vſque ad genua excreſcentibus aquis ſtarent, qui tum ex fuga, cum ex fame quaſi immobiles facti aggredientibus eos vndique hoſtibus reſiſtere non valebant: qua de re multi illa die perierunt.

Soldanus in magnas difficultates hoſtiú adducit exercitú.

A.C. 1219.

Mirabile dictu cum iam ab infidelibus quaſi capti tenetentur: Soldanus ad regem & legatum miſſis nuntiis de concordia tractare cœpit. Et poſt multas vtriuſq; partis allegationes, deinde in hunc modú compoſuerunt: vt Chriſtiani vrbem Damiatam quam Saracenis abſtulerant, reſtituerent, & Soldanus pro ſe ac populo ſuo pro octo annis treugas daret, & partem crucis dominicæ, quam Salahadinus ab Hieroſolymis aſportauerat, redderet. Præterea vtriuſque populi captiuos tam Chriſtiani, quàm Saraceni redderent. Soldanus autem dum hæc tractarentur, noſtrorum calamitatibus compatiens, cùm audiſſet illos famæ miſerabili affici quadam naturali compaſſione permotus abundanter victui neceſſaria, quouſque redirent Damiatam, gratis maximè pauperibus fecit exhiberi.

Mirabilis Saracenorum in noſtros clementia.

Pacta inita inter Soldanum & Chriſtianos.

Seditio inter noſtros ob Damiatæ redditionem exorta.

§. V.

II verò, qui apud Damiatam ad cuſtodiam vrbis remanſerant, audito ſuorum miſerabili caſu, ſe in lamenta dederunt. Sed poſtquam apud illos compertum eſt, quòd cum Saracenis de reddenda vrbe, quam Saraceni tot laboribus & periculis acquiſierant erat compoſitum, grauis inter illos diſcordia orta eſt. Nam Veneti, Genuenſes, Piſani, Siculi, ac alij imperij nobiles, conſiderantes quanta vtilitas Chriſtianitati & maximè Italiæ ex illa vrbe capta accreſcebat, ipſam reddere infidelibus denegabant, & ad ſe illam defendendam omnibus poſtpoſitis periculis præparabant. Sed orientales chriſtiani cum militia templi, & hoſpitalis, & alij nobiles qui de regno Francorum ibi erant, fratrum calamitatibus compatientes, ipſam reſtituere Saracenis

A.C. 1223. compatientes, ipſam reſtituere Saracenis iuxta promiſſa legat & regis omnino volebant. Adeo autem inter illos hæc contentio creuit, vt qui vrbem nolebant reddi arreptis armis omnia palatia quæ ab alijs tenebantur expugnauerint, ac vrbem totam in ſuam redegerint poteſtatem. Quod poſtquam noſtri, qui quaſi captiui tenebantur, audierunt, miſſis ad vrbem ſolennibus nuncijs denuntiauerunt ijs, qui ciuitatem occupauerant, vt niſi quàm citiſſimè ſecundum pacta, quæ inter eos & Saracenos inita erant, Damiatam redderent, ipſi Achonenſem vrbem traderent Saracenis. Hoc audito timuerūt valdè. Nam plerique ex eis & domos & vxores & familias habebant Achone, quare habito inter ſe conſilio omnino deliberauerunt vrbem reddere & exercitum, qui tot vexebatur tribulationibus liberare.

Chriſtiani Damiatā Saracenis relinquūt. Præconizatum eſt ergo per vrbem, vt omnes qui in vrbe erant Chriſtiani in vigilia natiuitatis beatæ Mariæ ex vrbe migrarent. Ad quam vocem tantus clamor plangentium ortus eſt, vt vſque ad aliquot milliaria audiretur. Igitur die ſtatuta cum vniuerſa ſupellectili exeuntes vrbem, iuxta fluuium tentoria ſua collocarunt. Cùm autem naues, quæ erant in portu, ad portandum tantam multitudinem cum eorum ſupellectili non ſufficerent, ſupplicauerunt Soldano, vt eos qui remanſerant cum ſecuro conductu faceret reduci Palæſtinam. Qui petitioni libenter annuēs, filio ſuo pro obſide dato ſeptuaginta millia promiſcui ſexus vſque ad Achonem per deſertum arenoſum deduci cum cum multa ſecuritate mandauit. Inſuper ijs, qui res ſuas nec per mare, nec per terram, tunc deferre poterant, ad illas poſtmodum reuehendas vnius anni ſpacium conceſſerat. Sicque in die natiuitatis beatæ Mariæ perfidus ille Saracenorum populus Damiatam, quam amiſerat recepit in ſuam. Chriſtiani verò in diem tertiū aſcendentes naues multo dolore affecti in Syriam redierunt.

A.C. 1223. Anno ſequenti Henricus comes Niuernenſis in Francia vir magnanimus, & eccleſiaſticorum iurium conſeruator, fidei clypeus, hæreticorum perſecutor, iuſtitiæ cultor, veneno, vt dicitur, ſibi dato migrauit ad dominum.

Ioannes rex Hieroſolymitanus Romā venit. Rex Hieroſolymitanus Ioannes prēfatus anno domini. 1223 ex amiſſione Damiatæ & Chriſtianorum in oriēte tribulatione dolens compoſito vt poterat ciuitatum ſtatu quas tenebat in Syria cum ſatis modica comitiua transfretauit ad partes occidētales à Romana eccleſia & principibus Chriſtianorū petiturus auxilium. Veniens igitur Romam à Papa Honorio gratioſè receptus eſt, & vt poſſet habere adiutorium, quod poſtulabat, ad preces eius & aliquorum ſibi reconciliauit Honorius Papa Fridericum imperatorem promittentem reſtituere terras Eccleſiæ, & in recompenſationem iniuriæ factæ Eccleſiæ ſibi promiſit accedere ad terram ſanctam cum copijs ſuis ad recuperationem ipſius ſignum crucis à Papa ſuſcipiens. Inſuper & Ioannis regis Hieroſolymitani filiam vnicam duxit vxorem, Qui (vt infra dicetur) nec ad terram ſanctā acceſſit, & à perſecutione eccleſiæ non ceſſauit, & vxorem illam malè tractauit, ac etiam regē Hieroſolymitanum ſocerum

Friderici imperatoris ocſidia vide infrà c.4.§ 1.

ſuum. Eodē anno ipſe rex Hieroſolymitanus in Hiſpaniam limina Iacobi Apoſtoli viſitaturus acceſſit, ibique filiam regis Galiciæ vxorem accepit. Exinde tráſfretauit in Angliam, vbi tum à rege, tum à baronibus multa ei donaria in ſubſidium terræ ſanctæ conferuntur. A.C. 1223. Rex hieroſolymitanus Compoſtellā adit.

De morte Philippi regis Francorum, cuius geſta recenſentur. Aemyl. l.6. Vin.ib.c.125.

§. VI.

POST hæc de regno Franciæ & morte Philippi regis eius, & Ludouico filio eius, & actib9 aliqua referuntur ex hiſto. Io. de col. In diebus illis cometes magnus apparuit verſus regnum Franciæ radios ſuos dirigēs, fortè Philippi regis ſignās tranſitū. Ipſo enim anno cùm eſſet apud Meduntā ſui regni caſtrum ad extremum vitæ veniens ſuum inter cætera condens teſtamentum, regi Hieroſolymitano Ioanni centum millia Pariſienſium aureorum in ſubſidium terræ ſanctæ legauit, totidem Templarijs, & totidem Hoſpitalarijs. Vir certè mirabilis fuit, & omni memoria dignus. Cui poſt Carolū magnū vix aliquis ſimilis potuit inueniri ex regibus Franciæ. Fuit autē hic Philippus forma venuſtus, corpore decens, facie lætus, colore rubeus, fide Catholicus, munificentia largus, cōſilio prouidus, dicti tenax, in iudicijs velox & rectus, in rebus bellicis experiētiſſimus & fortunatiſſimus. nā Anglicos ex regno Francorum multis prælijs victos expulit, atque totam terram, quā reges Anglorum in regno Frācorum poſſederant, occupauit, ſcilicet comitatum Veromāduenſem Bellimōtenſem, Pontinenſem, Alenconienſem, Cenomanēſem, Turonenſem, Andegauenſem, & Pictauenſem, Inſuper & ducatum vniuerſum Northmanniæ, quod à tempore Rollonis per trecentos & quindecim annos ſub dominio Northmannorum ducum, & Anglorum regum fuerat, ſub ditionem regni Francorum reduxit. Othonē Romanorum imperatorem, ſed tamen depoſitum bello grauiſſimo profligauit. Aquitaniæ maximam partem ſubiugauit, & demū à morte ipſe ſuperatus eſt, ſepultus honorificè in eccleſia beati Dionyſij. Philippi francorū regis obitus. Eiuſdem laudes & geſta. Angli ex poſſeſſione Galliæ deturbati.

Succeſſit autem ei in regno Ludouicus filius eius anno ætatis ſuæ. 37. Qui 8. idus Auguſti vna cum Blācha vxore ſua ſancta muliere Remis ab archiepiſcopo Remenſi ſolenniter coronatus eſt. In qua coronatione interfuit Ioannes rex Hieroſolymitanus, & principum & baronū multitudo copioſa. Ludouicus 8. rex frācorum 59. creatus an. 1223. regnauit an. 3. & dies aliquot Onuph.

Anno autē domini. 1224. rex Francorū. Ludouicus menſe Maij apud Pariſios ſolenne cōcilium celebrauit, in quo legatus apoſtolicæ ſedis ab Honorio Papa deſtinatus ad prædicādū crucē cōtra hæreticos interfuit. Poſt conciliū autē Ludouicus congregato ſuorū exercitu contra regni rebelles egreditur, & Turonos venit. Inde moto exercitu quoddā caſtrū municiſſimū quod pro rege Anglorū tenebatur, expugnauit, quo expugnato verſus ſanctū Ioannē Angeliacū acies dirigit. Abbas autē & Burgēſes audito eius aduētu pacificè caſtrū reddut, ei ligā exhibētes & fidelitatē. Rex autē munito caſtro Rupellam obſidet, cui cùm oppidani aliquandiu virili- Aem. l.7. de eo agit. Cōcilium Pariſienſe. Vin. l.1. Hoc caſtrum Niortum ab Aemyl. dicitur Liga. i. obſequium. Rupellam rex Ludoicus capit.

A.C. 1224.

viriliter reſtitiſſent, deſperantes ad poſtremum à rege Anglorum poſſe habere ſuccurſum, ſaluis rebus atque perſonis fidelitate iurata illi caſtrũ ipſum nobiliſſimum reſignarunt. Quorum exemplum ſecuti Lemouicenſes & Petragoricenſes cæteręque vrbes, quæ circa Garunnam fluuium erant, regi fidelitatem promiſerunt.

Pſeudebaldinus Fladriæ comitatum occupat.

Anno ſequenti venit quidã in Flandriam, qui ſe pro certo Balduinum quondam comitẽ Flandriæ & Conſtantinopolitanum imperatorem fingebat, aſſerens ſe de carcere Blanchorum occulte miraculoſeq́; liberatũ. Erat autem ſermone facundus, corpore procerus, in reſponſis valdè circumſpectus, in rebus bellicis & alijs agendis valdè prudens. Quem videntes quàm plurimi, ſigna illius principis in eo deprehẽdẽtes, necnon & multa ab eo audientes & vera eſſe recognoſcentes, eum tanquam verum dominum ſuum illum recognouerunt, atque filiam eiuſdẽ Balduini Flandriæ comitiſſam, quam habebãt valdè exoſam ex tota Flandria eiecerunt. Comitiſſa autem iam quaſi omni Flandria amiſſa ad regem Francorum dominum ſuum ſe contulit deprecans vt ſuum illi reſtitueret comitatum, quem ſibi homo vilis & ignotus fraudulenter abſtulerat. Rex autem comitiſſæ compatiens cùm eſſet apud Peronam oppidum, dictũ pſeudoBalduinũ data ſecuritate ad ſe vocauit. Qui cum magna hominum comitiua ad regem acceſſit perſonaliter, vbi cùm eſſet rex in præſentia domini legati Papæ, tum ipſe, tum alij multa ab eo petierunt, videlicet, quis ornauerat eum in militem, vbi fecerat homagiũ patri ſuo Philippo, & vbi fuerint nuptiæ celebratæ, & à quo ſollennizatæ inter ipſum & vxorem eius. Ad quę quaſi indignans coram omnibus reſpondere noluit. Tunc verè rex comperiens illum ob lucrum hoc fingere, mandauit illi, vt intra triduum ex omni regno ſuo egrederetur, dans illi, vt promiſerat conductum atque licentiam redeundi. Qui apud Valentianas rediens à multis, qui illum ſequebãtur deſeritur, & poſt infra dictum caſtrum capitur, ſed à plebe protinus liberatur. Fit ergo per Flandriam hoſtilis vaſtatio. Demum ipſe de fraude ſua conſcius clam fugit cum paucis, ſed tamen à quodam millite capitur captus comitiſſæ traditur Flandrenſi quæ diuerſis pœnis ipſum crucians, tandem illum patibulo ſuſpendi fecit.

Pſeudobaldoinus deprehenditur.

Henricus anglorum rex ſde rege Galliæ in concilio ſuorũ conqueritur.

Dum hæc in regno Francorum geruntur rex Anglorum Henricus omnium prælatorum ac principum ſui regni concilio congregato, coram illis expoſuit, qualiter rex Francorum iniuſtè ea, quæ prędeceſſores ſui reges in regno Francorum iuſtè, longo tempore poſſederant, maximè in Aquitania occupauerat. vnde petebat ad illa recuperanda, vt ſibi auxilium præſtarent. Qui regi ſuo compatientes vnanimiter inter ſe tam clerici quàm laici decreuerunt, & fideliter promiſerunt pro regni honore ac cõſeruatione decimam quintam partẽ omnium bonorum mobilium ſe ei daturos. Ex qua pecunia (quæ quaſi infinita fuit) trecentarum nauium claſſem armatam cũ fratre ſuo Richardo iuuene apud Burdegalam Aquitaniæ vrbem miſit Qui veniens ſanctum Macarium caſtrum obſidetur, & expugnat, quo expugnato vniuerſam regionem cæde & incendijs moleſtare cœpit,

Anglorum in ſiãcos bellicus apparatus.

A.C. 1224.

Inſuper & Riolam villam populoſiſſimam obſedit. Sed oppidani qui de regis Francorum auxilio pręſumebant, viriliter ſe defendunt. Ad quorum auxilium rex Francorum Ludouicus Mareſchallum ſuum cum multitudine militum deſtinauit. Quorum audito aduentu Richardus ſoluta obſidione illis ad Orinem fluuium, vt Gallorum tranſitum impediret, occurrit. Galli verò reſiſtentibus Anglis, vlterius non valentes tranſire, Liuolum, caſtrum circa fluuium obſeſſum expugnauit.

Albigenſes ſuam hæreſim abiurant.

§. VI.

ANNO autem præcedenti ſcilicet ab incarnatione. 1223. comes Toloſanus Raimundus, qui erat fautor & defenſor hæreticorum, & alij Albigenſes miſſis Romam ad Papam legatis ſpondent ſe Romanæ Eccleſiæ velle ſtare mandatis, quare Honorius Papa mandauit Narbonenſi archiepiſcopo, vt dictum comitem cũ ſuis adhærentibus audiret, ac omnia ſibi ſcripto referret. Qui conuocatis totius prouinciæ epiſcopis atque prælatis, ipſis præſentibus iuramentum ipſius comitis, quòd ſtaret Eccleſiæ Romanę mandatis recepit, cepit & poſt eum ab omnibus alijs baronibus, qui de fauore hęreticorum erant ſuſpecti. Quibus iuramentis ſuſceptis, mandauit ſub virtute pręſtiti iuramenti quòd terras ſuas ſecuras & Romanæ Eccleſiæ obedientes redderet, clericis redditus ſuos integros reſtituerent, illiſque pro illatis damnis viginti quinque marcas auri darent, quam pecuniæ quãtitatem intra tres annos conſignarent, & quòd de hæreticis confeſſis, vel conuictis iuſtitiam facerent, & pro poſſe eorum hæreticam prauitatem ab illa prouincia extirparet.

Nota conditiones quibus hæretici in Eccleſiam recipiuntur.

Anno domini. 1226. circa aſcenſionem domini præfatus rex Ludouicus cum exercitu cruce ſignatorum apud Bituriges conueniunt, inde per Niuerum & Lugdunum tranſeuntes Aueniomem peruenerũt. Ipſe autem rex Ludouicus cum plurimis regni ſui prælatis & principibus anno præcedenti per manum Romani legati cardinalis ſignum crucis acceperat contra hæreticos Albigenſes. Hi autem hęretici condemnabãt nuptias, & comedẽtes carnes, & in multis alijs articulis errabant. Quibus hęreticis fauentes Auenionenſes per ſeptẽ annos rebelles Romanæ Eccleſiæ, & excõmunicati mãſerãt. Attamen contra pacta regi tranſitum negãtes, armati occurrũt, vnde rex indignatus ciuitatẽ obſeſſam tribus mẽſibus oppugnat. In cuius obſidione vir Catholicus Guido comes ſancti Pauli lapide petrariæ percuſſus moritur ex cuius morte rex ad oppugnandum ciuitatẽ magis animatur, quãuis peſtilẽtia ſæua eius exercitũ diminuiſſet, nã plus q̃ duo millia hominũ ibi mortua ſunt inter quos Lemouicenſis epiſcopus deceſſit, vnde multi ſuadebant ab obſidione recedendum, ſed rex iuramento firmauerat, ſe non receſſurũ, niſi expugnata ciuitate. Ciues verò videntes regis magnanimitatem atque conſtantiam, datis ducentis obſidibus iurant ſe ſtaturos ſanctæ Eccleſiæ mandatis. Iuramento ita præſtito, mandante

Ludouicus rex in Albigeoſes quiſidẽ ſtegerãt mouet. Aemyl. lib. 7. Vin. lib. cod. c. 124.

Albigenſium errores de quibus vide hiſt. Albig. c. 1. & quæ ſuprà annotauimus. c. 1. §. 3.

Aueniones hęretici fauẽs à Ludouico rege obſidentur.

A.C. 1226.

Auenio regi Francorum deditur & diruitur.

mandanti legato foſſata, quæ circa ciuitatem fecerant ciues, replentur, trecenta cum ſuis turribus palatia diruuntur, muri funditus deſtruūtur, quibus omnibus cõpletis villa ab excõmunicatione ſoluitur. Rex autē inde amoto exercitu ciuitates, caſtra, ac fortalitia per totá prouinciá vſque ad Toloſam ad quatuor leucas in ſuam redegit poteſtatem. Sed in exercitu durante peſte, rex dimiſſo Humberto de belloioco ad tuitionem regionis: ad redeundū iter aggreditur, ſed in itinere comes Namurmenſis & Remenſis archiepiſcopus moriuntur, & ipſe rex in ipſa via infirmatus, apud Montpēlierium in octauis

Ludouici Francorū regis mors.

omnium ſanctorū moritur anno domini. 1226. Vir verè Catholicus & fidelis, qui nunquá carnem ſuam niſi cum vxore ſua dicitur inquinaſſe. Cuius corpus ad ſepeliendum ad Eccleſiam ſancti Dionyſij tráſfertur. Quo anno etiam Papa Honorius moritur.

Infra. cap. 9.

Sanctus Ludouicus Francorum rex 40 creatus an. 1226. regnauit an. 43. m. 9. d. 19.

In hæreticos mouet

Præfato Ludouico regi ſucceſſit in regno Ludouicus filius eius ſanctus, vt dicetur infra de ipſo. Hic in principio regni ſui contra præfatos Albigenſes hæreticos, qui fracto iuramento redierant ad vomitum, militiam magnam deſtinauit, cui exercitui præfuit Guilliermus de Cluniaco. Profecto eo comes quidam qui eis fauebat, cùm videret ſe non poſſe reſiſtere regi Francorum, ſe ſuaque in ditionem poſuit regis, & denuo mandatis Eccleſiæ ſtare iurauit. Sed more ſolito fidem frangens, caſtrum, quod Saracenū dicitur, quod rex Ludouicus muniérat, obſedit, obſeſſumque varijs modis impugnat. Sed Simon Bituricenſis archiepiſcopus qui illis diebus Bituricéſis diœceſim viſitabat, audiens ab hæreticis vrgeri dictum caſtrum, atque ob defectum victualium pene ab extremū deductum

Epiſcopus Bituricéſis contra hæreticos arma ſumit.

zelo fidei accenſus, accerſito Henrico nepote ſuo; qui tunc primum cum quibuſdam regni Franciæ baronibus rediens in illas partes applicuerat, collecta etiam militum & quorundam aliorum aliquali multitudine, conuocatis etiam vicinis epiſcopis cum fideli populo, qui illum ſequi voluerunt, in auxilium obſeſſorum properauit, atque inter caſtrū, & comitis exercitū medium poſuit, & illis pro túc, vt potuit miniſtrauit auxilium in victualibus prouidendo. Demum cùm videret negotium vires ſuas excedere cùm obſidionem ſoluere non poſſet triſtis & dolens receſſit.

Academia Pariſienſis diſſoluitur Vin. c. 187.

Circa illud tēpus facta eſt Pariſijs inter ſcholares & ciues diſſenſio, adeoque proceſſit, vt ad tempus ſtudium illud ac multitudo mirabilis ſcholarium, quę ex omni plaga qui ſub cœlo eſt ibidem confluxerant, recederent, quorum alij Remos, alij Andegauos, alij Aurelianum, alij in Angliam, alij in Longobardiam apud Bononiam migrarunt.

Gregorius nonus Pont. max. 180. ſedit an. 14. m. 5. d. 3. A.C. 1227. de quo præter Platinam ſcribunt Blond. lib. 7. dec. 2. Naucl. gen. 41. & alij.

CAP. IIII.

HONORIO tertio ex hac luce ſubtracto, creatus eſt canonicè pontifex ſummus Gregorius huius nominis nonus & in numero Apoſtolicorum 185. de Anagnia ciuitate Campaniæ oriundus, qui prius dictus eſt Vgolinus, & fuit in ſede Petri annis. 14. vir vtique venerabilis vitæ & multæ prudentię ac ſcientiæ. Inchoauit autem ſuum Papatum anno domini 1216. Ab initio autem mūdi quinquies milleſimo, 5189. & ſecundum maiorem numerum anno ſexies milleſimo. 404. Hic ſanctorum catalogo ſolēniter adſcripſit fundatores ordinum mendicantium, ſcilicet beatum Dominicum in cuius exequijs ſe reperit, cùm eſſet legatus in Bononia, non ignorans ſanctam eius in domino conuerſationem, & beatum Franciſcum, quem tenerè diligebat in cardinalatu conſtitutus promotor ordinis eius, & qui prænuntiauerat ipſum ad papatum promouendum. Hic etiam decretales epiſtolas diuerſis deſtinatas, & ordinata in concilijs vniuerſalibus ab Alexandro tertio, vſque ad tempus ſuum, quæ diſperſæ erant in diuerſis voluminibus, & aliqua extrauagantia redigi fecit in vnum volumen diſtinctum, in quinque libros, & ſub diuerſis titulis, per ſanctum virū & in iure peritiſſimum magiſtrum Raymundū de Pennaforti, Cathalaunum fratrē ordinis prædicatorum, tunc ſuū capellanum & ſecretariū expeditorem cauſarum pauperum, & ipſum mādauit obſeruari. Pro maiori autem parte, vt de ſe patet, ſunt Innocentij. 3. ſunt & multæ Alexandri. 3. & aliquæ Honorij 3. aliquæ etiam Lucij: Vrbani Clementis & Cæleſtini 3. qui fuerunt poſt Alexandrum. 3. & ante Innocentium. 3. Vltimæ verò in ſingulis titulis decretales ſunt ipſius Gregorij. 9. quæ ſunt breues, ſed multum ſubſtantiales. Aliquando verò in principio titulorum ponuntur aliqua ſtatuta conciliorum & dicta doctorum, ſed pauca. Et ſuper his decretalibus factæ ſunt infinitæ lecturæ, vt Innocentij quarti, Oſtienſis, Ioannis Andreę quæ ſunt maioris authoritatis. Exinde etiam Ioannis de lignano, Petri de Ancharano, Antonij de butrio, Abbatis ſiculi, Fráciſci Zabareli, Ioānis de Imola, & multæ aliæ gloſſæ, tamen illæ quæ per textum declarantur à doctoribus ſunt Bernardi.

A.C. 1227.

Dominicus & Franciſcus in ſanctos referuntur.

Gregorius 9. libri Decretalium auctor.

Liber decre alium à quibus excerptus.

Hunc Gregorium continuè quaſi perſecutus eſt Fridericus ſecundus. Nam cùm in principio ſui pontificatus, cum exhortatus fuiſſet, vt iuriſdictionem Eccleſiæ, ſcilicet inueſtituras pōtificum, & collationes beneficiorum non vſurparet, terras plurimas Eccleſiæ reſtitueret, clericos taleis non grauaret, cenſum debitum de feudis redderet, ille ſuperbia & auaritia plenus necnon & alijs vitijs, vt plenius in c. ſequēti dicetur, non ſe in aliquo emendauit, ſed continuè perſecutionibus eccleſiæ & ſcelerib⁹ ſuis maiora addidit. Propter quod Gregorius eum excōmunicauit iterum & de nouo, quod & fecerat Honorius. Inſuper maledictus ille Fridericus multos Saracenos qui habitabant in mōtibus & in locis ſyluеſtribus, vt magis teneret homines regni ſui ſub timore & ſubiectione fecit eos de locis exire cū promiſſionibus magnis, & poſuit eos in Apulia in quadā ciuitate antiqua túc deſerta & deſolata, quæ olim fuerat in colligatione cū Romanis, ſed deſtructa à Samnitibus, id eſt, Beneuentanis, quæ tunc vocabatur Luceria, nunc dicitur Nuceria Saracenorum. Reficientes igitur dictam ciuitatem multiplicati

Fridericus ſecundus Pontificis Romani hoſtis Blond. de. 2. lib. 2. Naucl. ge. 41. infra c. 6.

Saracenorum amicitias captat.

A.C. 1227.

ſunt vſque ad viginti millia hominũ expeditorum ad pugnam. Hi diſcurrentes per Apuliam aliquando intulerunt multa damna.

Ioannis regis Hieruſalem pro Friderico ſtudio ipſe Pontifici eſt recōciliatus. Naucl.ib.Blon.& alij.

§. I.

CVM autem Ioannes rex Hieruſalem, amiſſa Damiata, & Hieruſalem deſtructa à Soldano, veniſſet ad Gregorium Papam pro adiutorio & terra ſancta recuperanda, & inueniſſet eum ſatis afflictum & moleſtatum à Friderico imperatore: quæſiuit ipſum Fridericum reconciliare Papæ oſtendens magnam vtilitatẽ, inde ſequendam Eccleſiæ in recuperatione terræ ſanctæ eum Fridericus eſſet multum potens in terra & mari, vt pote quia imperator & rex Siciliæ & valdè famoſus in orbe. Cui demum Pontifex acquieuit; promittente ipſo Friderico terras Eccleſiæ reſtituere, & iura eius non perturbare: ac etiam in ſatisfactionem geſtorum contra Eccleſiam, pergere in ſubſidium terræ ſanctæ cum magnis copiis. Quod & iurauit: ac etiam defendere eum contra inſolentiam Romanorum & moleſtias. Propter quod Gregorius ſignum crucis eius pectori vel humeris affixit aſſignans ei terminum, intra quem præparatis ad huiuſmodi neceſſariis iter aſſumeret vltra mare: & ad magis amicitiam confouendam & reconciliationem firmandam, ipſe Gregorius dedit Friderico in vxorem filiam vnicam dicti regis Hieruſalem de beneplacito eius: cùm defuncta iam eſſet vxor prima ipſius Friderici. Et de Brenna fecit eam ad vrbem adduci, vbi cum magna ſolẽnitate celebratę ſunt nuptię, ex qua filium habuit nomine Iordanum: qui tamen citò vitam finiuit.

Fridericus cruce ſignatur.

Interea Papa Gregorius cum omni vigilantia & ſolertia præparata claſſe ex multis nationibus hominum requiſiuit imperatorem ſuper promiſſione facta de trāsfretādo in ſubſidiũ terræ ſanctæ. Qui facta & ipſe ſua copioſa præparatione, cũ legato apoſtolicę ſedis, quem Papa præfecit expeditioni terreſtri & maritimæ, ex Brunduſio ciuitate Apuliæ per mare iter aſſumpſerunt. Et cùm nauigaſſent non multum, imperator, vt infidelis & ſubdolus, clam ſeceſſit ab aliis galeis & nauibus, reuerſus cum ſuis in Apuliam eſt cum magno ſcandalo & damno Chriſtianitatis. Propter quod Papa cum curia tota indignatus contra eum, vt periurum & proditorem, iterum eũ excōmunicauit. Cauſam autẽ huius ſuæ reuerſionis, & non proſecutionis itineri vltra marini, allegabat ipſe imperator cum ſuis, ad excuſandas excuſationes in peccatis, fuiſſe ex eo, quod perceperat ſummum Pontificem conueniſſe cum Ioanne rege Hieruſalem in hoc, quod ipſo imperatore moram trahẽte in partibus Syriæ, Ioannes rex Hieruſalem cum adiutorio Papæ regnum Apuliæ & Siciliæ ipſi Friderico faceret rebellare. Alij verò cauſam huius aſſignabant, quia iam imperator receptis literis cũ nuntiis & magnis muneribus à Soldano Babyloniæ clam cum eo conuenerat impedire tranſitum Chriſtianorum ad partes illas, quos multum Saraceni timebant propter multitudinem, fortitudinẽ, & induſtriã eorum. Quo facto, Soldanus promittebat ſe daturum regnum Hieroſolimitanum ſine bello & ſanguinis effuſione. Quæ [a] cauſa vtrq; ſatis manifeſta eſt ex iis, quæ poſtea ſecuta ſunt.

Fridericus ſacræ expeditionis deſertor.

Hæc cauſa priore verior eſt vt docet Blond.& Naucl.

A.C. 1234.

Poſt hæc anno domini. 1234. Fridericus præfatus præparatis magnis copijs iter arripuit per ſe ad terram ſanctam ſine requiſione Papæ, vel licentia eius, & magis, vt creditur, ad capiẽdum regnum Hieroſolymitanũ ſibi promiſſum à Soldano, quàm ob zelum fidei, vel vtilitatem

Fridericus ad terram ſanctã ſine licẽtia Papæ profectus.

a *Vt omnibus conſtet hanc vnam fuiſſe deſertæ ſacræ à Friderico militiæ cauſam, quam D. Anton. poſtremò retulit, primam verò, qua Fridericus homo ſubdolus vtebatur, omnino falſam, & ab amicis eius confictam, viſum eſt & hic addere ea quæ ſunt apud Blondum, dec. 2. lib. 7. Ait ergo, Vel planè exactum erat, cùm expectatus requiſituſque Fridericus, ægritudinem ſimulans in Sicilia ſe continuit. Malo enim vir animo mala mente, quod poſtea reſcitum eſt nuncios expectauit à Sultano Babyloniæ redituros, cum quo fœdera rei Chriſtianæ perniciosiſſima inierat, quibus etiam reſpondebat fœderibus cædes per eam inuictam moram in Chriſtianos milites Brunduſij deſidentes. Nam ſuperuenientia æſtatis cauma ita occidentales milites, præſertim Germanos, grauiſſimis afflixerunt morbis, quorum accerbitate multi, in queis Langrauius fuit interiere. Ad cuius necis nuncium Fridericus ex inſperato Brunduſium aduolauit, ditiſſimique principis equos aurum, arma, argentum & lautiſſimam ſupellectilem diripuit. Tunc vt facta prædæ contentiones declinaret, ad 3. Id. Aug. cum omni claſſe Brunduſio ſoluit, ſed cæteri ad deſtinatum Acconem curſum contendunt. Fridericus noctu cum triremi dilapſus Brunduſium eſt reuerſus. At Gregorius Pontifex cum primum intellexit Fridericum omiſſa nauigatione in Italiam reuertiſſe, malignum hominem confirmatis prædeceſſoris ſui Honorii promulgationibus, quantis potuit maledictionibus proſecutus eſt, ad quas illico eſt ſecutus vxoris Friderici Ioannis Hieroſolymæ regis filiæ obitus, & paulò pòſt Fridericus in Syriam nauigare intendens Reinaldum quendam Theutonicum conſtituens regni Siciliæ adminiſtratorem illi apertè iuſſit, vt Pontificem eccleſiaſticoſque quibus poſſet modis opprimeret, iſque ſuo quod aperta dicebat fronte Domino ſatisfacturus & Marchiã Anconitanam cum exercitu eſt ingreſſus & montem niulmi Maceratamque occupauit. Hæc ille. Aemyl. item ſic de eo ſcribit. Abbas Vrſpergenſis eius temporis æqualis hiſtorias ſuas claudit laudibus Friderici fama frequentior & ſenſus prope omnium conſpirans eũ damnat. Satis conſtat, quod & Vrſpergenſis non diſſimulat, etiam antequam in Syriam contenderet, Auguſtum principes vrbis Romæ vi os, inter quos & fragipanes numerat euocaſſe, eorumque agros de illis emiſſe, perſolutioneque facta rurſus eoſdem illis reddidiſſe, velut beneficiarios ſacramento fidelitatis ſeruandæ exacto, eorumque opera exactum vrbe Pontificem. vide etiam Nauclerum gener. 41. qui cum planè ex Blondo ea quæ retulimus produxiſſet, Pontificem maximum tunc ſolum ad Siciliam & Apuliam inuadendam animæ adieciſſe ſcribit, cum eum in regem Hieroſolymitanum coronatum, & inducias cum Saracenis feciſſe intellexit.*

Fridericì impetatoris mala mens.

Chri-

A.C. 1229.

Chriſtianorum. Cuius rei ſignum fuit, quia poſtquam applicuit Acram præmiſit ſeneſchallum ſuum cum parte exercitus ſui: qui non attendit ad pugnandum contra Saracenos, ſed contra Chriſtianos. Vnde cùm reuerterentur Chriſtiani peregrini cum magna præda quam tulerant à Saracenis & cum multis captiuis: dictus ſeneſchallus obuians eis bellum cum ipſis geſſit, multos ex fidelibus interficiens, plures captiuos faciens, & prædam de manibus eorum eripiens. Quod totum dicitur feciſſe propter compoſitionem factam cum Soldano. Vnde ſæpe adinuicem mittebant nuncios, & literas, & magna encœnia. Et in ciuitate Acra voluit deſtruere templum Templariis, & plura caſtra fecit eis auferri.

Friderici in terra ſancta geſta planè impia.

Miſit ergo exinde imperator ad Gregorium Papam oratores ſuos, poſtulans inſtanter, vt eum deberet abſoluere ab excommunicatione cùm impleuiſſet iuramẽtum ſuum in eundo ad terram ſanctam. Sed Papa omnino recuſauit, cùm iam ſibi innotuiſſet à venientibus ex Syria & à patriarcha Hieroſolymitano, & magiſtro templi & hoſpitalis, & pluribus: quòd nullum beneficium imperator Chriſtianis impendebat neque conferebat cum Dominis prælatis & baronibus fidelibus: nec intendebat recuperationi terræ ſanctæ, ſed tractatum faciebat cum Soldano & Saracenis. Qui tractatus concordatus fuit per hunc modum: quia Soldanus reſtituit quietè ciuitatem Hieruſalem imperatori excepto templo Domini: quod voluit vt remaneret Saracenis, vt in eo clamaretur la la la, & Machometh inuocaretur. Cui rei conſenſit imperator in defectum Templariorum. Tradiditque ſibi totum regnum Hieroſolymitanum exceptis quibuſdam caſtris fortiſſimis. Huic paci & concordiæ non aſſenſit legatus Domini Papæ cardinalis, nec patriarcha Hieroſolymitanus, nec Templarij, nec Hoſpitalarij, neque alij barones & Domini in Syria nec capitanei peregrinorum: quia omnibus eis viſa eſt pax fraudulenta, & in damnum, & erubeſcentiam Chriſtianorum, & impedimentum conquæſtus terræ ſanctæ. Imperator tamen hoc non curando perrexit cum baronibus ſuis, & cum magiſtro manſionis Alemannorum ad capiendam poſſeſſionem Hieruſalem, & ibi fecit ſe coronari in regem Hieruſalem in medio quadrageſimæ, anno Domini. 1229. mittens poſt modum diuerſos oratores ad ſignificandum Papæ, regi Franciæ, & aliis regibus & principibus Chriſtianitatis, quomodo coronam ſuſceperat regni Hieroſolymitani.

Inter Fridericum & Soldanum quibus conditionibus pax inita.

Fridericus hieroſolymæ rex coronatur.

Aduerſus Saracenos Chriſtiani proficiſcuntur & pugnant, ſed infœliciter.

Cont. belli ſacri lib. 3. cap. 15. Aemyl. lib. 7.

§. II.

CVM autem fratres Prædicatores & Minores, vocati ad hoc à Papa Gregorio exhortatione ſua & prædicatione de regno Franciæ & aliis regionibus barones & quaſi infinitum populum ad transfretandum in ſubſidium terræ ſanctæ congregaſſent: ac ad præparationem

A eorum quatuor annorum ſpatium Papa dediſſet, demum iter aſſumentes Achonem per mare nauigantes applicuerunt. Inter quos fuerunt magis famoſi & principaliores Petrus comes Britanniæ, Henricus comes de Laro, Almaricus (aliàs Aimericus) comes de Monteforti, Richardus frater regis Angliæ, Anſelmus de Inſula, & alij: Omnium autem caput & ductor erat Theobaldus comes Campaniæ: qui ex ſucceſſione patrui iam erat factus Nauarræ rex. Hi ergo poſt pauſationem per aliquot dies, ne tempus tererent otioſi, deliberare cœperunt, quomodo Saracenos offenderent vel aliquam munitionem

A.C. 1239.

Petrus comes Britāniæ Saracenos vincit.

B eorum expugnarent. Inter hæc comes Britanniæ Petrus communi neglecto conſilio, quibuſdam ſibi adhærentibus egrediens, expugnatis aliquibus municipiis maximam prædam hominum, & animaliũ ſecum traxit. Videntes verò reliqui, quòd tam proſperè comiti Petro ceſſerat, eius exemplo prouocati ſimile quid attentare voluerunt. Igitur ordinatis copiis de mane vrbem egredientes, cum tota die & nocte ſequenti equitaſſent: in locis ſabuloſis ſe inuenerunt non lõgè à Gaza ciuitate. Erat in Gaza tunc multitu-

C do Saracenorum, qui Chriſtianorum per exploratores præſcientes aduentum inſidiis poſitis noſtros aggreſſi ſunt: ad quorum primum impetum licet aliquantulum reſtitiſſent ad poſtremum famæ, vigiliis, & laſſitudine feſſi ceſſerunt. Factumque eſt, vt omnes aut occiſi, aut capti ſint. Comite Henrico vel occiſo, & comes Montisfortis cum multis nobilibus captus eſt. Poſt hæc comes Richardus frater regis Angliæ cum magna comitiua ſuperueniens Achonę inueniens turbatum exercitum ex illo infortunio, vi-

Saraceni noſtros vincunt.

D dens ſe non poſſe proficere contra Saracenos, treugam fecit cum eis per annos octo.

Gregorius Pontifex contra Fridericum ſuos incitat.

§. III.

PAPA verò Gregorius audita nequitia imperatoris & doloſa pace cum Soldano inita, vltra ſententiam excommunicationis latam cõtra eum ordinauit, vt rex Hieruſalem Ioannes, qui tunc erat in Longobardia, cum exercitu ec-

E cleſiæ in regnum Apuliæ, cum gentibus armorum intraret, & vt homines regni illius Friderico rebellarent operam daret: quod & factum eſt: & ex hoc plures ciuitates & caſtra à ſubiectione imperatoris ſe ſubtraxerunt. Cùm verò hęc nunciata ei fuiſſent: quàm citiſſime receſſit de partibus Syriæ: relinquens ibi loco ſui ſeneſchallum ſuum cùm multis ex copiis ſuis. Qui ſeneſchallus ad aliud non vacabat, niſi ad ſuſcitandum prælia contra barones Chriſticolas Syriæ, vt occuparet ciuitates eorum & caſtra, quæ

F anteceſſores eorum cum multo ſudore & ſanguinis effuſione ſibi acquiſierant, à Saracenis iniuſtè poſſidentibus auferentes. Et ſpeciale prælium gerens cùm Henrico rege Cypri, & baronibus fidelibus Syriæ eos debellauit. Sed paulò poſt ipſe ſuperatus apud Cyprum amiſit in modico tempore, quaſi totum regnum Hieroſolymitanum. Et Saraceni abſtulerunt de manibus eius

Seneſcalli Friderici improbitas quæ rem Chriſtianam in Syria perdidit.

A.C. 1236.

eius propter diſſenſiones, quæ erant inter ipſum ſeneſchallum & barones Chriſtianorum & Saracenos.

Regnum ſacrum Saraceni Friderico tollunt. Friderici aduerſus Rom. Pontificẽ impia facinora.

Fridericus autem imperator cum duabus galeis reuerſus in regnum Apuliæ: cœpit recuperare ciuitates ſibi rebellantes eis redeuntibus ad obedientiam eius. Miſit inſuper in Alemanniam pro Conrado filio ſuo, & pro duce Auſtriæ, vt cum multitudine exercitus ad eum accederent. Et cum ipſis aduenientibus regnum Apuliæ, quod in magna parte ſibi rebellauerat, recuperauit. Quin etiam & patrimonium beati Petri, ac ducatum Spoletanum, marchiam Anconitanam, ciuitatem Beneuentanam, quæ omnia ſunt de iure pleno eccleſiæ hoſtiliter inuadens cum Saracenis de Nuceria adductis, & vſurpans ſibi occupauit.

Gregorij contra Fridericum ſupplicationes inſtituit.

Gregorius autem Papa cùm iam cerneret, quaſi ſe obſeſſum in vrbe ab imperatore, aliquibus ex Romanis nobilibus pecunia ab imperatore corruptis ſibi adhærentibus: zelo fidei accenſus, & potentia virtutis Dei confortatus, eductis capitibus apoſtolorum Petri & Pauli de eccleſia Lateranenſi: & manibus propriis in tabernaculo ea geſtans, cum ieiuniis & orationibus proceſſiones fecit ſolemnes cum Cardinalibus, archiepiſcopis & epiſcopis aliiſque eccleſiarum prælatis & curia tota omnes principales eccleſias vrbis viſitans. Ex quare meritis apoſtolorũ commotus totus populus ad compunctionem, & deuotionem, retraxit ſe ab eo, quod iam decreuerat: ſcilicet fauore præſtando imperatori contra Papam, & totum affectum ſuum direxit in defenſionem Papæ & ſacro ſanctæ eccleſiæ contra imperatorem, ad quos etiam magis animandos Papa conceſſit indulgentiam plenariam laborantibus pro defenſione eccleſiæ.

Diuinitus de manu Friderici Gregorius liberatur.

Quamobrem imperator, qui ſe quàm citiſſimè ſperabat ingreſſurum Romam ad capiendum Papam, ſua ſpe fruſtratus eſt. Prædicta etenim nouitate intellecta & reuolutione animi Romanorum: timens animoſitatem eorum, non eſt auſus vltra progredi: ſed in Apuliam remeauit. Sicque Papa liberatus eſt de ore leonis: afflictus tamen & anguſtiatus ex terris eccleſiæ ab eo vſurpatis: ac etiam ex magnis perſecutionibus, quas inferebat per Tuſciam & Longobardiam contra omnes fideles inhærentes parti eccleſiæ.

Pontifex conciliũ generale conuocat.

In ea igitur tempeſtate eccleſia ſita, decreuit pius & deuotus pontifex concilium conuocare in vrbe generale. Et ob hoc duos cardinales legatos deſtinauit in Franciam, ſcilicet Dominũ Iacobum epiſcopum Præneſtinum: & Dominum Odonem epiſcopum Portuenſem ad requirendum auxilium à rege Franciæ, & à rege Angliæ contra Fridericum oppreſſorem eccleſiæ: & ad ſolicitandum prælatos dictorum locorum de acceſſu ad concilium. Ad hortatum commoti ſunt omnes præſidentes eccleſiarum vltra montani ad veniendum ad dictum concilium, & fulminandum contra impium imperatorem. Et reuertentes cum multis epiſcopis, abbatibus, & prælatis aliis applicuerunt & in Niſſam Prouinciæ vnus poſt alium. Et quia per Longobardiam & Tuſciam tranſire non poterant, quia Fridericus fecerat loca tranſitus cum gentibus armorum occupari, ad impediendum tranſitum, ideo mandauit Papa Gregorius

A.C. 1239.

Genuenſes prælatos Eccleſiæ vehendos Romam ſuſcipiunt.

A Genuenſibus, vt in nauibus eorum deberent ſuſcipere cardinales cum aliis prælatis & conducere ad vrbem ad expenſas eccleſiæ. Quod fuit executioni mandatum. Vnde quam citiſſimè armarunt galeas & alia lignamina maiora & minora numero quadraginta quorum conductor erat Dominus Gulielmus de Briacis Genuenſis.

Fridericus Piſanos contra prælatos concitat.

Non dormiebat malignus hoſtis eccleſiæ Fridericus: ſed his auditis ſubitò quaſdam galeas armatas deſtinauit è Rhegio ad portum Piſanum: mandans Piſanis, qui ei fauebant, vt & B alias ipſi armarent. Miſerat etenim cum galeis filium ſuum quemdam: ſed illegitimum dictum Entium, ad hoc, vt dictos cardinales & prælatos nauigiis Genuenſium vectos caperent. Quadraginta igitur galeis benè armatis, quarum director erat Dominus Vgolinus Piſanus, percipientes iter Genuenſium nauigiorum, progreſſi ſunt contra eos inter portum Piſanum & Corſicam inſulam. Cardinales autem hoc audientes, rogarunt conductorem eorum, vt declinaret ab occurſu eorum per altius mare ne prælium cum illis iniret, cùm eſſent inimici multo plures & C melius prouiſi. Sed conductor dictus Guiliermus Briacus, re & nomine parui ſenſus & modicæ prudentiæ ſuperbia ductus ne videretur Piſanos timere illos prælatos audire noluit: ſed bellum cum Piſanis ſuſcepit. Quod vtique durum & mortiferum fuit: ſed in paruo tempore ſuccubuere naues Genuenſium ſuperatæ à Piſanis, Vnde ipſis captis multi ibi occiſi ſunt & multi capti: & inter cæteros, cardinales, legati, & complures alij prælati eccleſiarum captiui ducti ſunt in Apuliam ad imperatorem: qui in diuerſis carceribus collocatos diu tenuit eos: v D bi & plures mortui ſunt ex eis ex ſqualore carceris, & aliis incommoditatibus.

Cardinales & prælati capiuntur qui à Friderico impie tractantur.

Liberauit autem prælatos qui erant ex Francia ad requiſionem regis Franciæ & comminationem, ſi non relaxaret prælatos de regno ſuo. Abbates etenim Cluniacenſis, Ciſtertienſis, Clarauallenſis, archiepiſcopus Rothomagenſis de Francia in mari nauigantes vt ad concilium venirent capti ſunt. Biſuntinus archiepiſcopus in mari ſubmerſus eſt cum multis aliis. Ipſe autem imperator timens potentiam Francorum, eos qui in vita remanſerũt, de carcere liberauit. E Multi ex aliis prælatis fame & incommodis in carcere migrauerunt. Et propter tale ſcœlus Piſani excommunicati denuntiati ſunt, & interdicti. Et ex hoc ſecutum eſt primum prælium, inter Genuenſes & Piſanos, in quo iuſto Dei iudicio Piſani à Genuenſibus deuicti ſunt. Circa ea tempora ſcilicet anno Domini. 1240. poſt natale D. Ioannis vſque ad exaltationem ſanctæ crucis fuit ſiccitas magna: vnde & vina ita fortia, vt ſine aqua bibi non poſſent. Eo tempore vt refert Vincen. ſpecu. hiſto. Apud Cremonam facta eſt tẽpeſtas maxima, ceciditq; lapis grandinis in quo erat crux & imago ſaluatoris expreſſa: de F ſuperque literis aureis ſcriptũ: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. ceciditque in monaſterio ſancti Gabrielis: & de aqua in quã liquefactus eſt lapis ille glaciei, inunxerunt monachi ibi oculos cuiuſdam fratris cæcutientis, & viſum clarè recepit.

Origo belli inter Genuenſes & Piſanos. vide ti. 20. cap. 5 §. 13.

Vin. li. 30. c. 138.

Lapis de cœlo lapſus mirabilis.

Italiæ

A.C. 1239.

Italicæ ciuitates ſuo imperatori defi- ciunt, ab eo grauiter affliguntur.

§. IIII.

INSVPER poſtquam imperator receſſit ab obſidione vrbis, de qua dictum eſt ſuprà, audito, quòd ciuitates Mediolani, Papiæ, & Bononiæ, & aliæ plures Longobardiæ & Romandiolæ quæ ſibi adhæſerant, rebellaſſent ab eo: & ad deuotionem eccleſiæ rediiſſent, cum magnis copiis illuc profectus eſt, bella plurima mouens contra terras partem eccleſiæ ſequentes & adiuuantes. Demum Mediolanenſes cum omni conatu ſuo, & legati Domini Papæ & totius colligationis Longobardiæ, quæ eccleſiæ adhærebat: bellum inierunt cum imperatore in loco dicto Curia noua. Et poſt magnum adinuicé conflictũ, Mediolanenſes cum eorũ ſequacibus ſuperati, & victi ſunt ab exercitu imperatoris: vnde magnum damnum eis ſecutum eſt: multis eorum interfectis & plurimis captis cum carrocio ſuo: vbi etiam captus eſt Poteſtas Mediolanenſis, qui filius erat ducis Venetiarum, & multi alij nobiles de Mediolano, & ciuitatibus aliis Longobardiæ. Quibus omnibus captiuis ductis in Apuliam dictum Poteſtatem, fecit imperator ſuſpendi ſuper vnam turrim, quę erat in littore maris. Aliquos diuerſis cruciatibus tortos fecit perimi, alios in carceribus macerari. Et ex hac victoria recuperauit ſtatum ſuum & dominium tyrannicum Longobardiæ amiſſum.

Poteſtas Mediolanenſis id eſt princeps totiꝰ ciuitatis dux in bello captus & ſuſpenſus.

Exinde cum ſex milibus armatorum Brixiam obſidens, vbi erant Guelfi, & Gibellini, & Florentini in adiutorium imperatoris, poſtremo cum pactis in deditionem accepit: & ſimiliter omnes alias ciuitates Longobardiæ exceptis Bononia & Parma: ex quibus proſperis ſucceſſibus elatus eſt in ſuperbiam imperator maximam: malis peiora addens contra eccleſiam. Nauicula autem Petri fluctibus quatiebatur in Italia valdè humiliata. Quæ omnia acciderunt anno Domini. 1237. Et propter hoc Gregorius tantis malis afflictus, ex dolore in ægritudinem incidit: ex qua appoſitus eſt ad patres ſuos Romæ decedens anno domini. 1240.

Gregorius 9. moritur.

Capita quædam decretalium, quorum Gregorius nouus auctor eſt.

§. V.

Suprà ante § 1.

Conſtitutio futura proſpicit & non præterita li. 1. decret. tit. 2. c. 13.

VT dictum eſt ſuprà, præfatus Gregorius nonus edidit multas conſtitutiones & decretales epiſtolas multum notabiles, quæ vltimò ponuntur in ſingulis titulis decretalium, ex quibus aliquas magis communes & morales ponemus. Vnde de conſt. c. fi. ſic ait. Quoniam conſtitutio apoſtolicæ ſedis omnes aſtringit, & nihil debet obſcurum, vel ambiguum continere, declaramus conſtitutionem, quam nuper ſuper præferendis in perceptione portionis maioribus & conſuetis ſeruitiis à maioribus exhibendis edidimus: non ad præterita, ſed ad futura tantum extendi: cum leges & conſtitutiones certum ſit futuris dare formam negotiis: non ad præterita facta trahi: niſi nominatim in eis de præteritis caueatur.

A.C. 1240.

Conſuetudo non derogat iuri naturali, nec diuino, nec poſitiuo, niſi ſit rationabilis & præſcripta. Ib. tit. 4. c. 11.

Idem extra de conſuetu. ca. fi. Cùm tanto ſint grauiora peccata, quanto infœlicem animam detinent diutius alligatam: nemo ſanæ mentis intelligit naturali iuri, cuius tranſgreſſio periculum ſalutis inducit: quacunque conſuetudine (quæ dicenda eſt verius in hac parte corruptela) poſſe aliquatenus derogari. Licet etiam longeuæ conſuetudinis non ſit vilis authoritas, non tamen eſt vſque adeo valitura: vt vel iuri poſitiuo valeat derogare niſi fuerit rationabilis & legitimè præſcripta. Hæc ibi. Sed de materia conſuetudinis, quæ prolixa eſt & difficilis, vide in j. parte. ti. de lege conſuetudinis.

Is cui cõmittitur nudũ miniſterium nõ poteſt vices ſuas alteri committere. ib. ti. 29. c. 43.

Idem de offi. iudi. delega. c. vlti. in fi. Cæterum ſalua legatorum apoſtolicæ ſedis authoritate, nulli cui commiſſum fuerit prædicare crucem, excommunicare vel abſoluere aliquos, diſpenſare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat hæc de cætero aliis demandare, quia non ſibi iuriſdictio: ſed certum miniſterium potius committitur in hac parte.

Durant legati ſtatuta etiam legatione finita. Ib. ti. 30. c. 10.

Idem extra de offi. lega. c. vlt. ait. Nemini dubium volumus eſſe: quin legatorum apoſtolicæ ſedis ſtatuta, edita in prouincia ſibi commiſſa, durent tanquam perpetua licet eandem poſtmodum ſint egreſſi. Secus autem ſi cauſas duxerint aliquibus delegandas, cum iuriſdictio iſtorum expiret: ſi ante illorum diſceſſum horum citatio non præceſſit.

Pactio in ſpiritualibus vel turpis vel impoſſibilis non valet. Ib. tit. 35. c. 8.

Idem extra de pactis. c. vlt. Pactiones factæ à vobis (vt audiuimus) pro quibuſdam ſpiritualibus obtinendis cum in huiuſmodi omnis pactio, omniſque conuentio debeat omnino ceſſare, nullius penitus ſunt momenti. Quod etiam de aliis eſt dicendum, quæ obſeruatæ vergunt in animæ detrimentum. Nam etiam iuxta legitimas ſanctiones, pactum turpe, vel rei turpis vel impoſſibilis de iure, vel de facto, nullam obligationem inducit.

Compromiſſum finitur morte compromittentiũ. Ib. ti. 43. c. 14.

Idem Grego. extra de arbi. c. vlt. ait. Compromiſſum, non extenditur in compromittentis hęredes, ſi de ipſis non caueatur ibidem.

Clerici nõ poſſunt ſibi deligere iudicẽ li. 2. dec. ti. 2. c. 18.

Idem extra de foro compe. ait. c. ſignificaſti. Licet priuatorum conſenſus eum qui præeſſe iuriſdictioni dignoſcitur ſuum poſſit iudicem conſtituere: clerici tamen in iudicem non ſuum niſi fortè ſit perſona eccleſiaſtica, & epiſcopi diœceſani voluntas accedat, conſentire non poſſunt.

Laici cuiuſcunque conditionis ſint prædicare nõ debẽt. li. 5. tit. 7. c. 14.

Idem Greg. ix. extra de hære. ſicut in vno corpore. Sicut in vno corpore. & infrà. Cum igitur nonnulli laici prædicari præſumant, vt verendum nimis exiſtat, ne vitia ſub ſpecie virtutum occultè ſubintrent: nos attendentes, quod doctorum ordo in eccleſia Dei eſt quaſi præcipuꝰ, mandamus quatenus cum Dominus alios dederit apoſtolos, alios prophetas, alios doctores: interdicas laicis vniuerſis, cuiuſcunque ordinis cenſeantur vſurpare officium prædicandi.

Hæretici excommunicãtur quocũque nomine cenſeãtur ib. c. 15.

Idem de hære. c. ſequen. ait. Excommunicamus & anathematizamus vniuerſos hæreticos, catharos, patharenos, pauperes de Lugduno, paſſaginos, Toſſepinos, arnoldiſtas, ſpleroniſtas, & alios quibuſcunque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diuerſas: ſed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt

in id

A.C. 1241.

in id ipſum. Damnati verò per eccleſiam ſeculari relinquantur iudicio animaduerſione debita puniendi: clericis prius à ſuis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi redire voluerint ad agendam pœnitentiam condignam: in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus hæreticos ſimiliter iudicamus.

Iniuria cõpenſanda eſt. ibi. tit. 36. c. 9.

Idem extra de iniuriis & dam. c. vlt. ait. Si culpa tua datum eſt damnum vel iniuria irrogata, ſeu aliis irrogantibus fortè opem tuliſti aut hoc imperitia tua ſeu negligentia euenerit: ſuper iis iure ſatisfacere te oportet: nec ignorantia te excuſat, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel iacturam. Quod ſi animalia tua nocuiſſe proponas, nihilominus ad ſatisfactionem teneris: niſi dando ea paſſis damnum velis liberare teipſum: quod tamen ad liberationem non proficit, ſi fera animalia, vel quæ nocere conſueuerunt fuiſſent: & quam debueras non curaſti diligentiam adhibere. Sanè licet, qui occaſionem damni dat, damnum videatur dediſſe: ſecus eſt tamen in illo dicendum: qui vt non accideret de contingentibus nil omiſit.

Ibi. tit. 19. c. 19. Qui recipit aliquid vltra ſortẽ etiamſi periculum ſuſcipiat eſt vſurarius. Ibi. ti. 19. c. 19. Excuſatur ab vſura iuſto pretio vendens.

Idem Grego. extra de vſu. c. vlti. Nauiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, pro eo quod ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem vſurarius eſt cenſendus. Ille quoque qui dat decem ſolidos, vt alio tempore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur, quæ licet tunc plus valeant, verùm plus minus ſolutionis tempore ſint valituræ veriſimiliter dubitatur, non debet ex hoc vſurarius reputari. Ratione etiam huius dubij excuſatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt amplius quam tunc valeant in conſtituto termino recipiat pro eodem: ſi tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus.

Cæleſtinus 4. Pont. max. 181. ſed. di. 17. A.C. 1241. Vinc. li. 30. ca. 138.

§. VI.

GREGORIO igitur viam vniuerſæ carnis ingreſſo, cardinales conuenientes in vnum elegerunt in pontificem ſummum dominum Gaufridum de Mediolano, qui erat epiſcopus Sabinenſis & Cæleſtinus quartus eſt nuncupatus. Et quia ſenex erat & infirmus, non niſi 18. diebus quibus vixit, eccleſiam Dei valuit gubernare. Eo defuncto c vacauit ſedes menſibus xxij. Cauſa huius tam prolixæ vacationis dicitur fuiſſe, quia imperator operam dabat cum cardinalibus, qui pauci erant, vt non crearetur Papa niſi ad voluntatem ſuam: quam ob rem diſſentio erat inter cardinales. Quia enim imperator multum afflixerat eccleſiam & præualuerat, non audebant aliqui ex eis facere, quod imperatori diſpliceret: & tamen in adimplendo voluntatem eius conuenire non poterant. Et ob hoc legitur inſtitutas fuiſſe octauas natiuitatis virginis Mariæ, quia votum fecerunt cardinales: vt ſi eis præſtaretur gratia vnitatis & concordiæ in ipſa electione, prout oportebat, ipſas octauas mandarẽt celebrari per orbem. Quod ſecutum eſt concordia habita & voto impleto.

A.C. 1241.

Aem. li. 7.

Eodem tempore Alexius & Anaſtaſius Græcorum principes collecta ſuorum manu valida & (vt dicitur) cum infidelibus inita ſocietate cõtra Latinos: Conſtantinopolitanum imperium plurimum infeſtare cœperunt. Vnde Balduinus ſecundus hæres imperij prædicti de conſilio principum & prælatorum dicti imperij Latinorum, ad regem Francorum Ludouicum poſtea canonizatum conſanguineum ſuum: venit ab eo auxilium petiturus. Ioanne de Brenna rege Hieroſolymitano viro ſtrenuo ac fideli, ſocero ſuo, dicti imperij gubernatore & tutore relicto pro eo. Sed pro dictis negotiis eo tardante, interea Ioannes prædictus de medio ſublatus eſt. Quo mortuo Cõſtantinopolitana ciuitas & imperij ipſius ſtatus, ita per incurſus hoſtium arctatus eſt, vt ipſi ciuitati obſidio pararetur. Propter quod proceres incluſi, cogente inopia coronam domini noſtri Ieſu Chriſti ſpineam, ciuibus mercatoribus Venetorum ſub maxima quantitate pecuniæ mutuata eis, pignori tradiderunt cum pacto ſcilicet, quod ſi intra certum tempus & breue non redimerent ipſam coronam reſtituendo dictam pecuniam, pignus ipſum caderet in commiſſum: corona Venetis remanẽte, & pecunia Conſtantinopolitanis quaſi vt pretium.

Balduinus 2. ex latinis orientis imperator 5. imperauit an. 33.

Corona Chriſti ſpinea Venetis oppignorata.

Interea poſtquam Balduinus applicuit ad regem Franciæ expoſita calamitate ciuitatis & neceſſitate, rex & regina mater eius Blancha deuotiſſima mulier compatientes ciuitati Conſtantinopoli, & Latinis habitantibus in ea magnam pecuniæ quantitatem Balduino contulerunt, ſtipendiarios etiam milites adiungunt & ſtrenuos bellatores, cum quibus ſe contra hoſtes viriliter defenſaret. At Balduinus non ingratus tanti muneris, cernensque deuotionem matris & filij erga Deum, & dictum imperium, venerabilem illum theſaurum ſcilicet coronam ſpineam, quæ Conſtantinopoli à longæuis ante temporibus ad ſtabilimentum conſeruata fuerat: quæ totius imperij titulus erat & gloria ſpiritualis, gratis & liberè eis conceſſit, quæ pro ſummo munere accipientes cum percepiſſent Venetis pignoratam ac obligatam, ſtatim miſſis nuntiis Venetias ac pecunia tota pro qua erat pignorata ſoluta, in vigilia beati Laurentij cum multa ſolemnitate Pariſiis eſt recepta & in capella regis honorificè collocata.

c *Vacauit ſedes viginti & vno menſibus. Plat. an. 1. m. 8. diſt. 15. Onuph. Cenſuere enim, qui tum auctoritate in Eccleſia Dei valebant neminem in Pontificem eligendum eſſe donec Cardinales à Friderico in carcere detinerentur. Plat. in Caleſtino 4.*

a *Poſt Balduinum primum & Henricum eius fratrem, de quibus cap. 2. §. 3. diximus, Petrus ex Comite Antiſiodorenſi 3. ex latinis Orientis imperator imperauit annos. 5. An. Ch. 1216. Poſt quem Robertus eius filius 4. ex latinis Orientis imperator imperauit an. plus minus ſeptem A.C. 1221. poſt quem Balduinus 2. ex latinis Orientis imperator 5. imperauit an. 33. A.C. 1228. Ex Niceta Chomate Onuph.*

A.C. 1244.

Innocentius quartus Pontifex Maximus 182. ſed.an. 11. menſ. 5. die. 14. A.C. 1243. de quo præter Plat. Blon. lib. 7. decre. 2.

CAP. V.

Coelestino quarto rebus humanis exempto, poſt longam (vt dictum eſt) vacationem electus eſt dominus Otho (aliàs Synebaldus) de Fliſco Genuenſis & dictus eſt Innocentius quartus, prius Anagniæ pontifex, anno domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio. Ab initio verò mundi quinquies milleſimo ducenteſimo tertio. ſed ſecundum aliam opinionē ſexies milleſimo quadringenteſimo octauo. In numero pontificū, centeſimo octuageſimo tertio, ſeditq; in cathedra Petri annis vndecim, menſibus tribus. Ad hunc autem gradum promotus eſt cooperatione cuiuſdam magni amici ipſius Friderici, qui ad hoc laborauit intendens ponere pacem inter imperatorem & Eccleſiam. Cùm autem electio huius nota facta eſſet Friderico, & cum magno gaudio, eo quòd inter Cardinales erat magnus eius amicus, imperator ipſe Fridericus turbatus eſt valdè id audiens. Admirantibus autem ſuper triſtitia eius baronibus & familiaribus. Nolite (inquit) admirari, quia de iſta tali electione conditionem noſtram minuimus. Nam vbi cardinalis erat noſter amicus, factus Papa erit noſter inimicus.

Nauci. gener. 42.

Pōtifex mutatur in alium.

Innocētij ad Fridericū legatio & eius obduratio.

Creatus ergo Papa miſit tres Cardinales ad imperatorem, rogans ea quæ pacis erant, mandánſque, quòd paratus erat eum abſoluere, dummodo vellet, quod iuſtum erat, & debitum facere, recognitionis ſui erroris & efficiendæ concordiæ deſiderij ſignum fore, dicens, ſi prælatos, quos ceperat, venientes ad concilium, & in carceribus impiè detinebat, laxaret. Noluit ille quicquam facere, ſed obduratus omnes aditus viarum, per quos ad vrbem diuerſis partibus quiſque potuiſſet accedere, occupauit, & cuſtodias poſuit vt nullus ſine ſua licentia illuc applicare valeret. Penè enim totam Italiam ſibi tyrannicè ſubiugatam tenebat. Hoc perpendens Papa Innocentius ſéque quaſi obſeſſum in vrbe, clanculo ordinem dedit cum ſuis conſanguineis Genuenſibus, quòd armare facerent viginti galeas, in quibus ipſe cum Cardinalibus, & aliis prælatis Eccleſiæ de Roma Genuam transfretaret. Quo facto dominus Innocentius cum curia ſua Genuam applicuerunt incolumes. Et poſt paucos dies inde profectus eſt Lugdunum Galliæ. Ibi autem ſtatuit concilium generale celebrari, miſſis per orbem nunciis, vt omnes Epiſcopi, Abbates, & alij prælati ad concilium Lugdunenſe venirent. Ad quod etiam concilium deuotiſſimus Ludouicus rex Franciæ aduenit, offerens ſe & ſuum regnum ad defenſionem ſanctæ Eccleſiæ & ipſius Papæ contra Fridericum Imperatorem, & quemlibet alium Eccleſiæ inimicum. Dictus rex Ludouicus paulò ante apud Pontiſaram vſque ad

Innocentius Lugdunum venit, & concilium cogit.

A.C. 1244.

S. Ludouicus æger ſanatur. Vin.l. 30. c. 141.

A mortem infirmatus eſt, adeo, vt amiſſis omnibus ſenſibus corporis multi iudicarent eum eſſe defunctum. Vt autem rediit ab illa eeſtaſi, crucem tranſmarinam inſtanter petiit, & accepit, ideo ad eius ſuggeſtionem prædicto concilio Lugdunenſi celebrato crux tranſmarina prædicata eſt. Et ob hoc miſſo legato à latere Cardinali domino Othone epiſcopo Sabinenſi, plurimos in Franciam veniens verbo exhortationis nobiles & alios armauit. Fecit ergo Innocentius Papa in concilio citari Imperatorem, vt ſe perſonaliter præſentaret, & de B obiectis ſibi criminibus reſponderet. Qui comparere noluit, ſed miſit ſuos oratores & procuratores, videlicet Epiſcopum Straſburgēſem de Alemannia, fratrem Hugonem magiſtrum manſionis ſanctæ Mariæ Theutonicorum, & magiſtrum Petrum de vineis, de regno clericum valdè literarum & eloquentiſſimum. Hi in concilio exiſtentes, excuſarunt Imperatorem, quòd infirmitate detentus perſonaliter non acceſſiſſet, ſupplicantes Papæ, vt dignaretur ei parcere & ad miſericordiam eum recipere, paratum & offerentem ſe ad reſtituendum bona, & iura vſurpata Eccleſiæ. Et quòd infra annum o- C peraretur cum Soldano, vt reſtitueret terram ſanctam Chriſticolis. Ex quo tacitè innuebatur, quòd de voluntate eius Soldanus occupauerat, & tenebat terram ſanctam. Sed Papa cum concilio attento, quòd pluries Eccleſiam deceperat in ſuis promiſſis, cum etiam non apparerent argumenta veræ pœnitentiæ & ſatiſfactionis non dimittendo prælatos, quos captiuos tenebat, non credidit eis, etſi mandatum oſtenderent per bullam auream ad prædicta ipſum obligandi. Vnde in ipſo concilio ſolenniter protulit ſententiam contra eum condemnationis & priuationis Imperij & regno- D rum eius, per hæc verba quæ habentur extra de ſentent. & re iudic. ad apoſtolicæ. lib. 6. & in §. ſequenti ponuntur.

Fridericus ad concilium citatur.

Innocentij 4. in Fridericum ſententia, in Sex. decret. lib. 2. tit. 14. cap. 2.

§. I.

Licet, vt dicitur in dicto cap. ad apoſtolicæ, ſic apud eum (ſcilicet Imperatorem) E pro pace monitis paternis & precum curaremus inſiſtere lenitate ſcilicet promittendo ei ſi in aliquo contra iuſtitiam Eccleſia eum læſiſſet ſatisfacere ad miſericordiam recipere, ſententias relaxare, ſi vellet debitum ſuum facere. Idem tamen Imperator (vt ibi dicitur) Pharaonis imitatus duritiam, & obturans more aſpidis aureas ſuas, preces huiuſmodi & monita elata obſtinatione ac obſtinata elatione deſpexit. Propter quod non valentes abſque graui offenſa Chriſti eius iniquitates amplius tolerare, cogimur vrgente nos conſcientia, iuſtè animaduertere in eundem. F

Ex. 6. & 7. Pſal. 57.

Friderici quatuor ſcelera.

Et vt ad præſens de cæteris eius ſceleribus taceamus quatuor grauiſſima (quæ nulla poſſunt tergiuerſatione celari) commiſit. Peiera-

A.C. 1246.

uit enim multoties pacem quondam inter Eccleſiam & Imperium refotmatam temerè violando. Perpetrauit ſacrilegium, capi faciens Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac aliarum Eccleſiarum prælatos, & clericos religioſos, & ſeculares ad concilium venientes, quod prædeceſſor noſter duxerat conuocandum. De hæreſi quoque non dubiis & leuibus, ſed difficilibus & euidentibus argumentis ſuſpectus habetur. Præter hæc regnum Siciliæ (quod eſt ſpeciale patrimonium beati Petri: & idem princeps ab apoſtolica ſede tenebat in feudum) iam ad tantam in clericis & laicis exinanitionem, ſeruitutémque redegit, quòd eis penè penitus nihil habentibus, & omnibus exinde fere probis eiectis, illos qui remanſerunt ibidem, ſub ſeruili quadam conditione viuere, ac Romanam Eccleſiam, cuius ſunt homines principaliter & vaſalli, offendere multipliciter & hoſtiliter impugnare compellit. Poſſet etiam merito reprehendi, quod mille quidem fartorum annuam penſionem (in qua pro eodem regno ipſi Romanæ Eccleſiæ renetur) per nouem annos & amplius ſoluere prætermiſit. Nos itaque ſuper præmiſſis & compluribus aliis eius nefandis exceſſibus, cum fratribus noſtris, & ſancto concilio deliberatione præhabita diligenti, cum Ieſu Chriſti vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobíſque in beati Petri perſona ſit dictum. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, memoratum principem qui ſe Imperio & regnis omníque honore & dignitate reddidir tam indignum, quíque propter ſuas iniquitates à Deo, ne regnet vel imperet eſt abiectus, ſuis ligatum peccatis & abiectum omnique honore & dignitate priuatum à Domino oſtendimus, denunciamus & nihilominus ſententiando priuamus: omnes, qui ei iuramento fidelitatis tenentur aſtricti, à iuramento huiuſmodi abſoluentes, authoritate apoſtolica firmiter inhibendo, ne quiſquam de cætero ſibi tanquam Imperatori vel regi pareat, vel intendat, decernendo quoſlibet, qui deinceps ei velut Imperatori vel regi conſilium vel auxilium præſtiterinr ſeu fauorem ipſo facto excommunicationis vinculo ſubiacere. Illi autem ad quos in eodem imperio Imperatoris ſpectat electio, eligant liberè ſucceſſorem. De præfato autem Siciliæ regno prouidere curabimus cum eorumdem fratrum noſtrorum conſilio ſicut viderimus expedire.

Fartorum .i. monetæ genus gloſſ. ibid.

Mat. 16.

Fridericus depoſitus fuit.

pſal. 140.

Imperator autem olim Fridericus his auditis, magis ac magis furore accenſus contra Eccleſiam ſæuiebat, & per orbem direxit epiſtolam eleganter ornatam, & à Petro de vineis dictatam regibus & principibus aliis ad excuſandas excuſationes in peccatis, conquerendo de dicta ſententia contra eum lata iniuſtè, cum tamen manifeſta eſſent orbi opera eius maligna, & euentus rerum poſtmodum indicauit iuſtum proceſſum contra eum factum, cum diuino iudicio malè finierit vitam ſuam excommunicatus, & à proprio filio ſuo acceleratus ad mortem, vt dicetur infrà. Sed & omnes filij eius ac progenies eradicata eſt in breui.

Mors Friderici indicat iuſtam fuiſſe in eũ latam ſententiam vide infrà c. 6. §. 4. & c. 7 §. 6. & tit. 20. c. 2. §. 5.

A.C. 1246.

Hortatu Pontificis noui Imperatoris fit electio.

§. I.

INNOCENTIVS autem [a] poſt ſententiam prædictam ſcripſit electoribus Imperij, vt ſine mora procederẽt ad electionem noui Imperatoris. Quod & factum eſt. Nam elegerũt Lanrgrauium Thuringiæ in regem Alemanniæ. Quo intra breuiſſimum tempus defuncto, iterum ad electionem cõuenientes elegerunt Guilielmum comitem Hollandiæ qui cum Chunrado filio Friderici: qui prius ad patris voluntatem factus fuerat Alemanniæ viceimperator, aliqua bella fecit, ſed nõ multò poſt à Phryſonibus, quibus mouerat bellum occiſus eſt. Vnde vterque horum benedictione caruit imperiali, deditque papa indulgentiam plenariam, ſicut pergentibus ad terram ſanctam, bellantibus contra Fridericũ & ſuos vnde magna pars Alemanniæ rebellans adhæſit eccleſiæ & nouo imperatori.

Præfatus autem Innocentius fecit notabilẽ apparatum ſuper decretalibus: breuem quidem & ideo obſcurum: ſed fœcundum & magnæ authoritatis apud canoniſtas, & iuriſtas pene ſuper omnes alias lecturas. Huius etiam ſunt plures conſtitutiones & decretales in li. 6. Hic ſanctorum catologo adſcripſit beatum Petrum ordinis prædicatorum martyrio coronatum, quẽ inquiſitorem ipſe fecerat in partibus Longobardiæ contra hæreticos, de quo infrà dicetur. Hic etiam fecit plures Cardinales viros egregios de diuerſis mundi partibus, & inter cæteros Hugonem primum Cardinalem ordinis prædicatorum, virum vtique magnarum virtutum & valdè literatum, qui totam bibliam poſtillauit, & ſuper pſalterium copioſum fecit commentum multipliciter exponendo, & primus concordantias bibliæ inuenit.

Opera Innocentij quarti vide Trith.

Poſt concilium autem celebratum, Innocentius miſit legatum in Italiam, qui vtroq; gladio cum Friderico pugnaret. Qui Parmam veniens contra Fridericum acriter procedebat Parmenſibus ſibi ad votum fauentibus. Vnde motus Imperator, qui in Longobardiam tranſierat, cum magno apparatu, dictã vrbem Parmenſem in qua erat legatus cum copiis ſuis contra Fridericum obſidione vallauit. Cúmque aliquandiu ibi ſteriſſet in obſidione, erumpentes ij, qui intra vrbem obſidebantur, Imperatoris olim caſtra inuadunt, atque diuinitus animati omnia proſternunt atque diripiunt. Quorum ſubito aduentu perterriti ij, qui in exercitu erãt

Vide de eodem infrà tit. 25. cap. 11. §. 1. & 2.

a *A.C.1245.11.Cal. Iul. in Concilio Lugdunenſi ab Innocentio Papa 4. Imperium Friderico 2. Auguſto abrogatum eſt, & in eius locũ in ſchiſmate electus eſt Cæſar Henricus 8. rex Romanorum ex Lantgrauio Haſſio & Toringiæ qui regnauit annum 1. Quo mortuo A.C.1246. Cæſar Guilielmus rex Romanorũ ex comite Hollandiæ, Zelandiæ & Phryſiæ à Germaniæ principibus contra Fridericum & Chunradum eius filius eſt appellatus regnauit plus minus an. 9. Onuph. ex Ioan. Villano, Ioanne Cuſpiniano, auctore vitarum Pontificum & aliis.*

Friderici

A.C. 1257.

Friderici: fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. In eo facto omnem bellicum apparatū Fridericus amiſit. Multi autem de exercitu imperatoris capti ſunt, & plurimi occiſi. Inter quos Taddæus iudex imperatoris olim & conſiliarius occiſus eſt. Quo incommodo accepto, verecundia & confuſione indutus in Apuliam ſe recepit.

Miſsio Pontificis ad Tartaros. Vin. lib. 31. cap. 2. Naucl. Gen. 42. & alij.

§. III.

EA tempeſtate cum Tartari ferè totum mundum, maximè orientales & aquilonares prouincias tribularent, dominus Papa Innocentius de fratrum ſuorum conſilio, ad illos tartaros ſuos nuncios deſtinauit, ſcilicet fratrē Anſelmum de ordine prædicatorum cum tribus fratribus ſui ordinis cum literis apoſtolicis, in quibus hortabatur eos: vt ab hominum ſtrage deſiſterent, & fidei Chriſtianę reciperent ſacramenta. Miſſus etiam fuit à Papa ad Tartaros frater Ioannes de plano Carpini, & frater Benedictus Polonus ordinis minorum. Qui frater Anſelmus domini Papæ literis acceptis: cum laboribus plurimis & periculis magnis multis pertranſitis prouinciis anno domini 1257. circa finem menſis Maij peruenit in Perſidem, vbi tunc erat pars exercitus Tartarorum ſub Baiothnoi principe. Qui cùm audiſſet nuncios Papæ ad ſe veniſſe, mitè gauiſus eſt. Cumque per nuncium inquiſitus foret frater Anſelmus, ad quid Papa miſiſſet eum, reſpondit: Audiuit dominus Papa, quòd gens quędam barbara, quæ dicitur Tartarorum, de finib. orientalibus iamdudum exiuit, & multas regiones bellando ſuo ſubiugauit imperio: inter quas contra ius gentium ſæuiēs ſtragem horribilem fecerit. Quare idem dominus Papa eis & maximè Chriſtianis compatiens, de fratrum ſuorum cardinalium conſilio nos qui eius fideles & ſubditi ſumus, miſit ad primum exercitum Tartarorum: vt ex parte ipſius, qui eſt Chriſtianorum dominus, illorum exhortaremur principem, vt ab hominum ſtrage maximè Chriſtianorum ceſſaret ac de perpetratis flagitiis pœnitentiā agat, ſicut tenor ipſarū literarū manifeſtat legentib. Rogamus ergo eum per vos, qui nuncij eius eſtis, ex quo ore tenus eidem veſtro principi loqui non poſſumus, vt literas domini noſtri Papæ recipiat, & ſiue per nuncios, ſiue per ſe, ſiue per literas domino Papę reſpondeat.

Hunc Anſelmū alii Anſerlinū nominât. de Tartaris intrà cap. 8. §. 17. & 20. fusè agitur. Hunc Baiothnoi ab aliis Batum vocari ait Gen. hæc habet Vi. li. 31. c. 40.

Papa eſt Chriſtianorū Dominus, & iis omnibus proſpicit.

Tartari autem, qui ab eorum principe ad fratres erāt miſſi inter cætera quæ à fratribus cum multa cautela petierant, inquirebant vtrum Franci adhuc in Syriam transfretaſſent. Audierant etenim à Græcis mercatoribus, qualiter rex Francorum inter Chriſtianos potentiſſimus cum magno Chriſtianorum exercitu contra Saracenos transfretare deberet in Syriam. Timebant etenim valdè duces Tartarorum ne terras eis ſubiectas Chriſtianorum impugnaret exercitus, ſcilicet Alapiam vel Turciam.

Tartari de francorū aduētu interrogant. c. 41.

Poſt multa demum verba petierunt nuncij Tartarorum, vt in præſentatione literarū domini Papæ, ipſum principem, cui literæ præſentari A deberent, fratres adorarent, tanquam Dei filium regnantem ſuper terram cum trina genuflexione. Quo audito frater Anſelmus, cum ſociis ſuis deliberato cōſilio, potius elegerunt mori, quàm ſic adorando genua flectere coram Baiothnoi. Et hoc propter honorem tum vniuerſalis Eccleſiæ conſeruandum, tum propter Georgianorum & Armenorum, & Græcorum atq; Perſarum & Turcorum omniúmque orientalium nationum ſcandalum euitandū, ne ſcilicet per huiuſmodi reuerentiam, quaſi per ſignum ſubiectionis atq; B tributi quandoq; Tartaris à Chriſtianis impendendi, occaſio & materia exultationis omnibus Eccleſiæ inimicis per partes orientales diuulgaretur. [& ne Chriſtianis ab eis captiuatis ſpes liberationis quandoq; ſuperuenturæ per Romanam Eccleſiam penitus auferretur] Vnde Baiothnoi indignatus contra eos mortis ſententiā protulerat, niſi quidem eius principes obſtitiſſent, & quædam de eius vxoribus quæ mortem fratrum eſſe contra ius gentium perſuaſit. Quare ira eius emollita ſententiam de morte fratrum reuocauit.

A.C. 1257. Nuncij tificis Tartarorum principem adorare nolunt. c. 42.

C Cùm præfatus frater Anſelmus negaſſet eos velle facere talē adorationem, addidit vt refert Vincen. ſpe. hiſto. Ne fortè (quod abſit) materia diſſenſionis & occaſio malignandi in reſpōſionibus noſtris à domino veſtro, vel etiam ab aliis valeat reperiri: quia fortaſsè ſuperbiam ac rigorē inflexibilem auribus eius, vel aliorum verba noſtra videbuntur innuere, hoc etiā per vos ſignificamus ei, ꝙ omnem reuerentiam parati ſumus ei exhibere, quam decet nos Dei ſacerdotes, & viros religioſos, & nuncios domini Papæ, ſalua Chriſtianæ religionis dignitate, & obſeruata in D omnibus Eccleſiæ libertate. Illā quoq; reuerentiam, quam maioribus noſtris & principibus & regibus facere conſueuimus, quam etiā nos docet ſcriptura dicēs. Magnati humilia caput tuū, parati ſumus domino veſtro facere propter bonum pacis, vnitatis, & cōcordiæ. Illā verò, quam petitis, omnino reſpuim⁹, tanquā ignominioſā Chriſtianæ religioni, mortémq; quamcunque voluerit dominus veſter nobis inferre, potius eligimus ſuſtinere. Si autem (quod dominus Papa, & omnes Chriſtiani quam plurimum exoptarent) dominus veſter Baiothnoi vellet Chriſtianus fieri, non ſolùm ante ipſum genua flecteE remus: verum ante vos omnes parati eſſemus non ſolùm ipſius plantas: ſed & omnium veſtrum etiam minorum oſculari propter Deum. Quod illi vt audierunt ſuper admonitione illa plurimum indignati ſunt: & perturbati cū impetu & furore vehementi reſponderunt. Monetis nos, quòd Chriſtiani fiamus, ſimuſque canes ſicut & vos? Nónne pater veſter eſt canis, & vos omnes canes eſtis? Ad hæc frater Anſelmus reſpondere penitus non poterat, impeditus rugitibus ac clamoribus proteruis eorum, ac fremitibus.

Principes infideles quomodo ſint venerandi & quomodo non. Vinc. ib. c. 43.

F Cum ergo Baiothoni ſententiam protuliſſet mortis in illos, non timēs ſanguinem Innocentem effundere contra conſuetudinem, & ius omnium gentium: quę permittit nuncios ſeu oratores ingredi & egredi liberè ac ſecurè. Quidam tamē ex cōſiliariis variè ſuper hoc loquebātur. Dicebant enim aliqui, Non interficiamus, niſi duos, alios duos remittamus ad Papam, Alij di-

Tartari de nece fratribus inferenda deliberāt. c. 44.

A C. 1257.

dicebanr. Exorietur vnus eorum, videlicet principalis nuncius papę: eiuſque pellem plenam paleis per nuncios ſocios ſuos remirtamus ad dominum ſuum. Alij autem. Duo tantum ex eis fuſtigati per totum exercitum ducantur: deinde occidanrur. Alij verò duo quouſque veniãt Frãci eos ſubſequentes reſeruentur. Porrò aliqui dicebanr ex illis. Nobiſcum eos ducamus in exercitum, vt ibi multitudinem, & poteſtatem noſtram intueantur: & facientibus machinis hoſtiũ noſtrorum ante illas ponantur: ſicque non à nobis, ſed à machinis interfici arbitrentur. Ar verò ſentẽtia Baiothnoi pręualebat, vt ſcilicer capitali ſẽtẽtia plecterẽtur omnes illi, qui contumaces fuerant in proſtratione, & adorarione ſibi faciẽda. Tandem, Deo ordinante qui diſſipat cogitationes malignorum, vna de ſex vxorib. Baiothnoi, quæ erat antiquior, & quidam etiam, qui ſuper nuncios aduenientes curam habebãt, omnibus modis, quibus poterant reſiſtebant ſententiæ de nece fratrum. Illa ſiquidem vxor eius taliter perorabat: Si nuncios iſtos occideris omnium qui te tale quid feciſſe audierint, odium & horrorem incurres. Dona & xenia quoque, quæ tibi à magnis hominibus ex diuerſis & longinquis regionibus mirtũtur, amittes. Nuncios quoq; tuos, quos ad magnos principes mittis, iuſto freti iudicio deſtruent, & occidenr ſine vlla miſeratione. Ille quoq;, qui nunciorum aduentitium curã habebat, Baiothnoi ſic dicebat: Noſti, ſi recolis, quãtũ mihi iratus fuerit Chaã ſuper occiſione cuiuſdã nuncij; cuius cor à viſceribus extractum ad incutiendum terrorẽ aliis nunciis aduenientibus, & omnibus aliis auditutis, in equi mei pectorali per totũ exercitũ tuum me publicè portare feciſti. Si ergo nuncios iſtos occidere mihi iuſſeris, non occidã, ſed à te fugiã, & innocentiam meam conſeruans feſtinabo quã citiſſimè ad Chaam, & de morte iſtorum in plena curia tanquam maleficum & homicidam inauditum, accuſabo te, atque conuincam. His ſermonibus emolitus & confractus Baiothnoi cor ſuum fellitum & turbulentum paulatim ſedauit.

Quomodo fratres à morte fuerunt liberati.

Denique poſt moram ſolito longiorem reuerſi barones ad fratres interrogauerunt, quem modum adorationis ſoliti erant facere maioribus ſuis; ex quo non valebanr ſeruare morem ſuum, & quam reuerentiam facerẽt domino Baiothnoi, ſi ad præſentiam eius accederent. Tunc frater Anſelmus capitium ſuum paulatim à capite ſubtrahens: & parum caput inclinans air. Hic eſt modus reuerentiæ, quam noſtris maioribus exhibemus, hanc Baiothnoi exhibebimus, & nullam aliam quantauis conſtricti violentia exhibere proponimus. Iterum quæſierunr, quis eſſet modus ſecundum quem Deum Chriſtiani adorant. At ille reſpondir: Multis modis, alij etenim in terram proſtrati, alij flexis in tertam genibus, alij alio & alio modo. Sed multi ac diuerſi de longè venientes dominum veſtrum adorant venerantes: ipſius tyrannizatione perterriti, eiuſque ſerui facti & ſclaui. Ar verò Dñs Papa, & omnes Chriſtiani tyrannizationem non metuunt: nec ab eis ex ratione poteſtis hanc adorationem exigere, nec quòd præcepit Cham illis demandare: qui ei nulla iuriſdictione vel dominarione ſubiecti ſunt. Et cum præ-

Tartari reuerentiam à fratribus exhibendam principi poſtulant. c. 45.

Sclaui. i. mancipia.

A ſati Baiothnoi nuncij dicerent fratribus. Cum vos Chriſtiani adoretis ligna & lapides, ideſt in lignis & lapidibus ſculptas cruces, quare adorare dedignamini Baiorhnoi: quem filius Dei Chaã, vt ſeipſum præcepit adorari? Ad hæc reſpondit frater Anſelmus. Ligna & lapides nõ adorant Chriſtiani, ſed ſignum crucis impreſſum in eis propter dominum noſtrum Ieſum Chriſtum repræſentatum in tali ſigno. Dominũ autem veſtrum adorare non poſſumus, quantacunque paſſione cruciatuum nobis propoſita.

A.C. 1257. Quę nobis obiiciunt hæretici, obiiciebãt & Tartari.

B Reuerſis nunciis ad dominum ſuum Biothnoi, & referentibus dicta eorum, per eos remandauit, vt cum literis Papæ proficiſcerentur ad Cham regem, & dominatotem omnium Tartarorum, videbitiſque (inquiunt) quanta ſir eius potentia, quanta gloria, & diuitię infinitæ. Quibus reſpondit frater Anſelmus quòd cum dominus Papa non miſerit eos ad Cham, ſed ad primum, quem inuenirent dominum ac ducem exercitus Tarrarorum, idcirco ne faceret contra commiſſionem domini ſui, nolebat illuc ire, ſed præſentia domini eorũ, quem ptimum omnium inuenerat, contentus erat, & C literas domini Papæ (inquit) paratus ſum vobis oſtendere: & ſi placuerit recipere conſignare. At illi nuncij iterum inquiunt. Qua fronte vos Chriſtiani omnes audetis dicere, quod Papa ſit omni homine maior dignitate? Quis vnquam audiuit, quod Papa veſter tot & tanta regna ſibi acquiſierit, quot & quanta filius Dei Chaam Deo concedente accepit? Quis vnquam tam longè latéque audiuit nomen Papæ veſtri dilatari in orbe terrarum, ſicut nomen Chaam vbique diffunditur? D Chaam ergo eſt maior Papa veſtro, & omni homine in potentia, gloria & diuitiis. Cúmque frater Anſelmus reſpondiſſet Papam eſſe maiorem Chaam, & omni homine propter poteſtatem traditam à Chriſto Petro, & ſucceſſoribus eius in ligando & ſoluendo animas, illi clamare cœperunt, vt animalia bruta, & tumultuoſas voces effundere, & impedire locutiones eius.

Fratres ad Cham ire recuſant. c. 46.

Quomodo Papa omni homine maior.

Denique nuncij illius domini reuerſi ad ipſum, poſt aliquam moram iterum acceſſerunt ad fratres ex parte ipſius domini Baiothnoi, E mandanres vt literas Domini Papæ eis aſſignarent, quas ipſi ad eum deferrent. Quibus literis perlectis coram eo, & mediantibus interpretibus expoſitis in Tartarico: eiſque retentis cum bulla, miſir idem Baiothnoi quendam ſcribam ſibi multum familiarem, vt diceret fratribus, quod duo ex illis irent cum vno, quem eis darent, ſecuro conductore, qui deferrent literas Chaam, vt viderent gloriam, & magnificentiam eius: quas referrenr domino Papæ & ab eo reſponſionẽ expectatent literarũ. Quod cũ frater Anſelmus recuſaret vt prius, ſcriba ille verbis adulatoriis quærebat inducete fratres ad F adorationem Baiothnoi reprehendẽs etiam eos de duritia eorum. Tunc frater Anſelmus Putabam (inquit) vt audieram à multis, quod à Tartaris libenter veritas audiretur, ſed vt video, iam corruit in plateis, & non ingreditur ad eos: nec ab eis diligitur, nec veretur.

Mat. 16. Literas PG ii. Mat. Baiothnoi accipit. c. 47.

Cùm frater Anſelmus cum ſociis rogarenr vt ſi placeret Baiothnoi, daret literas reſponſales domino Papæ, vt licentiati reuerterentur ad

Tartari variis tergiuerſationibus fratres deludunt. c. 48.

A.C. 1259. ad eum,qui miſerat illos promittebat quidem hoc facere. Et venientes fratres ad curiam pro expeditione vſque ad nonã expectãtes in ardore ſolis ſine aliquo vmbraculo in Iunio & Iulio menſe pluribus diebus reuertebantur ieiuni ad tentorium ſuum,& vacui,illuſi ab eis, & vt viles reputati,indigni reſponſione, & vt canes à Tartaris æſtimati ſunt.

Diutius in caſtris detinentur. c.49. Sicque tenuit eos Baiothnoi in exercitu ſuo per nouẽ ſeptimanas ter in eo tẽpore mandãs eos occidi,domino varijs modis non permittẽte,humiliter & patienter eis omnia pro Chriſto ſufferentibus. Et cùm licentiam iam dediſſet in feſto Ioannis Baptiſtæ die ſequenti tertia licentiam reuocauit,dicens ſe expectare à Chaam filio Dei nuntium quemdam magnum virum, qui ſuper totam Georgiam mandatum imperandi acceperat, mandatumque nouum afferebat ab ipſo Chaam,per totum orbem tranſmittendum, quod volebat fratribus intimare, vt reſcriptum eius Papæ deferrent. vt creditur faciens expectare illum magnum dominum, vt cum eo de morte eorum tractaret. Fratres autem eius tyrannidi reſiſtere non valentes, patiẽter adhuc per tres hebdomadas perſtiterunt, panem arctum,& aquam breuem pro ſuſtentatione vix ad ſufficientiam habentes, & præ defectu panis vſque ad veſperam quandoque ieiunantes caprinum & vaccinum lac & aliquando iumentinum comedebant, aquam puram frequentius bibebant & quandoque pro magna pittancia mixta cũ acetoſo lacte, nulla de vino facta mentione.

Pittanciæ. i. obſonio.

Fratres diſceſſionem procurant & impetrant,c.50.

§. IIII.

PORRO frater Anſelmus per moram illam quam illic contrahebat,cogitãs de facili pro fectionem maris propter ineptitudinem hyemalis temporis futuri ſe poſſe amittere, perrexit ad quemdam magnum conſiliarium curiæ rogans vt pro fratribus apud Baiothnoi preces interponere vellet, quatenus eis licentiam recedendi concedere vellet, & xenia etiam quædam illi conſiliario promiſit, ſi ad hoc ipſum E adiuuaret. Ille igitur ad Baiothnoi accedens ac bona verba & preces pro fratribus interponens literas Papæ tranſmittendas,vt iamdudum fuerat ordinatum de mandato Baiothnoi fieri pręcepit: ac nuncijs ordinatis, qui literas Baiothnoi & Chaam ad Papam transferrent, licentiam recedendi fratribus impetrauit. Porro literis factis,& eis ad iter capiendum præparatis: ecce in ipſa die qua fratres exituri erant de exercitu, prædictus magnus vir Auguta nomine ſuperuenit cũ auũculo Soldani Alapię & fratre Soldani Moſoal quæ olim Niniue vocabatur. F Illi quoq; duo Augutã comitantes de Chaã veniebant,cui pro nepotibus ſuis homagium fecerãt,cumque compluribus donis & xenijs honorauerant,ac tributarij eiuſdem effecti fuerãt. Itaque ante præſentiam Baiothnoi peruenerunt atque dona plurima obtulerunt, ipſumq; cum trina genuflexione & capitum in terram

A allifione ſecundum mandatum Chaam adorauerunt. Itaque Baiothnoi & omnes conſiliarij eius de aduentu Augutæ, & comitum eius ſupra modum exultantes, feſtum & gaudimonium ſecundum morem ſuum in lactis iumentini potationibus, & in cantibus, vel potius vlulatibus eidem fecerunt. Tartaros quoque vicinos cum vxoribus ad augmentum ſolennitatis vocantes negotium fratrum & expeditionem eorum poſtpoſuerunt. Poſt ſeptem igitur dies,quibus vacarunt potationibus & vlulatibus ſuis, octaua ſequenti in die beati Iaco- B bi cum literis & nuncijs Baiothnoi literiſque Chaam quas vocant literas Dei ad papam trãſmittendis,fratribus liberè & abſolutè licentia recedendi conceſſa eſt. Fuerunt autem per annum in eorum dominio ad ipſos eundo,& cum ipſis morando,& inde reuertẽdo. Et frater quidẽ Anſelmus in via illa tota moratus eſt per annos tres& ſeptẽ mẽſes antequã ad Papã rediret. Frater Alexãder & frater Albertus fuerũt cũ eo annos tres. Frater Simon per duos annos & aliquot ſeptimanas. Sunt autem vt dicunt,ab Achone vſque ad exercitum Tartarorum in Per- C ſide dietæ quinquaginta nouem.

Tartari lætitia inſolent. Dieta.i.iter vnius diei.

Exemplar literarum à Tartaro miſſarum plenum inſolentia Barbarica c.51.

§. V.

EXEMPLVM autem literæ quæ à Baiothnoi ad dominum Papam miſſa eſt tale eſt. D Hoc eſt diſpoſitione diuina ipſius Chaam trãſmiſſum Baiothnoi verbum. Papa ita ſcias. Tui nuncij venerunt, tuas literas attulerunt. Tui nuncij maxima verba dixerunt, neſcimus vtrùm iniunxeris eis ita loqui aut à ſemetipſis dixerunt. Et in literis taliter ſcripſeras. Homines multos occiditis,interimitis,& perditis. Præceptũ Dei ſtabile & ſtatutũ eius,qui totius faciem orbis continet ad nos ſic eſt. Quicunque ſtatutum audierint ſuper propriam terram, aquam, & patrimonium ſedeant, & ei qui faciem totius orbis continet, virtutem tradant. E Quicunque autem præceptum & ſtatutum non audierint: ſed aliter fecerint, illi deleantur & perdantur. Nunc ſuper hoc iſtud ſtatutum & præceptum ad vos tranſmittimus. Si vultis ſuper terram veſtram aquam & patrimonium ſedere opera vt tu Papa ipſe in propria perſona ad nos venias, & ad eum qui faciem totius orbis continet,accedas. Et ſi tu præceptum Dei ſtabile, & illius, qui faciem totius terræ continet non audieris, illud nos neſcimus Deus ſcit. Oportet, vt antequam venias nuntios præmittas, & nobis ſignifices, ſi F venies an non, ſi velis nobiſcum componere, aut inimicus eſſe & reſponſionem præcepti cito ad nos tranſmittas. Iſtud præceptum per manus Aybeg & Sargys miſimus: mẽſe Iulii.20.die lunationis. In territorio ſitiens caſtri ſcripſimus.

Litteræ Chaam ad Baiothnoi miſſæ.c.52.

Hoc autem eſt exemplum literarum Chaam ad Baiothnoi,quas Tartari vocant literas Dei,

A.C. 1259. Hoc præceptum Dei viui Cingiſcham filius A Dei dulcis & venerabilis dicit, Quia Deus excelſus ſuper omnia,ipſe Deus immortalis ; & ſuper terram Cingiſcham ſolus dominus. Volumus iſtud ad audientiam omnium in omnem locum peruenire prouincijs nobis obedientibus, & prouincijs nobis rebellantibus. Oportet ergo te,ô Baiothnoi, vt excites eos & notifices eis,quia hoc eſt mandatum Dei viui & immortalis. Inceſſanterque innoteſcas eis ſuper hoc petitionem tuam & innoteſcas in omni loco hoc meum mandatum, vbicunque nuncius poterit deuenire. Et quicunque B contradixerit tibi,venabitur, & terra eius vaſtabitur, & certifico te quia omnis qui non audierit te,erit ſurdus. Et quicunque viderit hoc meum mandatum,& non fecerit, erit cæcus. Et quicunque fecerit ſecundum iſtud meũ iudicium cognoſcens pacem & non facit eam erit claudus. Hæc mea ordinatio perueniat ad notitiam cuiuſcunque ignorantis & ſcientis. Quicunque ergo audierit & non obſeruauerit,deſtruetur,morietur, & perdetur. Et quicunque iſtud proſecutus fuerit & voluerit, ſaluabitur & honorabitur. De his Tartaris C dicetur plenè ante capitulum de ſancto Ludouico rege Franciæ, quando & quomodo habuerunt initium & dilatauerunt regnum ſuum.

De Friderico imperatore Eccleſiæ perſecutore de quo Iaoñnes villanus, Ioannes Cuſpinianus collenucius & varia Chronica.

CAP. VI.

De hoc Hērico 5. vide ſuprà tit.17.c.6.

QVIA de Friderico ſecundo imperatore multa dicta ſunt videlicet quãtas perſecutiones, & malæ fecit eccleſiæ ſub pontificatu Honorij tertij & Gregorij.9.& Innocentij quarti, vt plenius innoteſcat malitia eius & ingratitudo erga Eccleſiam, & quàm iuſtè condemnatus ſit ab ea, hic eius ortum progreſſum & exitum plenius notabimus. Hic ſiquidem filius E fuit Henrici 6.imperatoris qui Henricus filius fuerat primi Friderici imperatoris, qui etiam magnas perſecutiones Eccleſiæ intulerat & Alexandro 3.gubernatori eius. Hunc ergo Henricum imperatorem Clemens 3. de Alemannia euocauit, vt Romam veniens bellum moueret contra Tancredum filium alterius Tancredi, & nepotem per lineam fœmininam Roberti Guiſchardi, qui Tancredus tunc erat rex Apuliæ & Siciliæ, ſed ſenſum debitum non reddebat Eccleſiæ, & dignitates epiſcoparuum & abbatiarum regni conferebat, cui volebat, F contra ius & in dedecus Eccleſiæ. Quęſiuit ergo dictus Clemens Papa auferre regnum Tancredo, vnde & ordinauit cum archiepiſcopo Panormitano,vt Cõſtantia ſoror regis Guillielmi & hæres Siciliæ,quæ monialis erat in monaſterio Pãnormitano monaſterium egredere tur cùm iam eſſet ætatis quinquaginta annorũ diſpenſando ſecum, vt contrahere poſſet matrimonium. Et dictus archiepiſcopus Panormitanus procurauit, vt clam Romam ipſa Cõſtantia accederet, quod & fecit ibique deſponſata & coniugata fuit Henrico imperatori, ex qua non multò poſt filium ſuſcepit Fridericũ 2. de quo intendimus.

Fridericꝰ natales nõ ſ..s legitimi. Reuerſa igitur in Siciliam grauida cùm multi dubitarent de vero eius conceptu cùm ita eſſet antiquã propinqua partui fecit papilionem extendere in medio cuiuſdã plateæ Panormi, & edictum poſuit,vt ſi qua mulier vellet accedere & intrare papilionem cùm eſſet paritura, liberè intraret,vt tolleretur omnis ſuſpicio de vero partu eius. Natus eſt ergo Fridericus iſte ex moniali iam quinquagenaria.

Homini imperatoris perfidia. Cùm autem Henricus deſponſando illam accepiſſet in dotem regnum Apuliæ & Siciliæ de voluntate Eccleſiæ, ipſe dedit debitum cenſum,& intrans in regnum totum ſibi acquiſiuit deuictis contrarijs. Guilielmum autem filium Tancredi, qui regnabat in Apulia & Sicilia pro patre ſuo iam defuncto, fraudulenter decepit, nam tractans cum eo de pace eum capi fecit,& ipſum cum tribus ſororibus ſuis miſit captos in Alemanniam,excæcans illum,& eunuchizãs,ne ex eo filij naſci poſſent. Quo facto de facili totum regnum obtinuit, diſperſis aduerſarijs eius hincinde.Et cùm Eccleſia ei tanta beneficia contuliſſet, vt ingratiſſimus non ſolùm cenſum denegabat,ſed iura Eccleſiæ perturbabatur, diſponendo de dignitatibus ad placitum,& prælatos perſequendo,& aliquos occidendo.Propter quod Innocentius 3.excommunicauit eum,& excommunicatus deceſſit. Remanſitque ex eo filius Fridericus 2.paruulus D cum Conſtantia matre ſua rex Siciliæ & Apuliæ : & paulò pòſt,ipſa regina Conſtantia decedens dimiſit filium ſuum puerum ſub tutela Eccleſiæ & gubernatione regni. Innocentius autem tutelam ſuſcepit, & fideliter regnum ſibi ſeruauit. *Fridericus ſubtutela Eccleſiæ relinquitur.* Cùm autem adhuc Henricus vniueret,fecit Fridericum filium etſi paruulum coronari in regem Alemanniæ. Poſtmodum Othone,qui poſt Henricum de voluntate Papæ Innocentii factus fuerat imperator imperio priuato ab eo, quia & ipſe Eccleſiam Dei perſequebatur[a],Alemanniæ principes & electores in vnum conuenientes de conſilio Philippi regis Francorum vno conſenſu Fridericum 2.Siciliæ regẽ filium Henrici 6.imperatorem elegerunt,per ſolennes nuncios Papam Innocentium deprecantes, vt eius electionem cõfirmaret. Qui licet ad hoc ſatis inclinaretur, tamen quia Romana Eccleſia ſemper cum multa deliberatione & grauitate in ſimilibus conſueuit incedere, aliquanto tempore diſſimulauit potiſſimum,quia progeniem illam de Sueuia plurimum ſciebat Romanæ Eccleſiæ fuiſſe damnoſam,ad vltimum votis illorum aſſenſit. *Romanæ Eccleſiæ in deliberando maturitas.* Poſt confirmationem ſuam inde diſcedens Ge-

a *A.C.1219.Cæſar Fridericus Henrici 5.Imperatoris filius 13.ex Germanis Romanorum imperator in ſchiſmate primum contra Othonem rex Romanorũ eſt appellatus Idibus decembris & poſt Othonis mortem A.C.1218.iterum electus regnauit & imperauit an. 32.m.7.d.17.*

nuam

A. C. 1220.

nuam peruenit. Vbi cum magno gaudio & honore à Genuenſibus receptus eſt ſtudio & adiutorio Bonifacij comitis Montisferrati. Habuit in ſuo tranſitu per Longobardiam fauorem & adiutorium omnium ciuitatum, exceptis Mediolanenſibus, qui progeniem Friderici primi aui huius exoſam valde habebant ex eo quod ciuitates eorum funditus deſtruxerat. Tranſiensque Alpes Alemanniam introiuit, venitque Conſtantiã. Cuius aduentum ſciens Otho, cum ſua gente ſequebatur eum iamque ad prædictam vrbem miſerat quoſdam de familiaribus ſuis, cum ea die ipſe ad illam venire diſponeret. Veniens ergo Otho à ciuibus Friderico fauentibus repulſus eſt. Qui recedens venit ad quoddam oppidum quod Briſac dicitur, ſed omnibus iam partes Friderici defendentibus ingredi non eſt permiſſus. Videns ergo Fridericus, quod fauor & amicitia regis Francorum Philippi ad obtinendum imperium plurimum eſſet ſibi neceſſaria mediante Metenſi epiſcopo hoc tractante, apud Vallem coloris inter Fridericum regem Romanorum, & Philippum regem Francorum concilium celebratum eſt. Cui tamẽ Philippus infirmitate grauatus non interfuit, ſed Ludouicus filius eius primo genitus cum regni Francorum principibus. Poſt multa autem quæ ibi inter eos tractata ſunt, demum percuſſerunt amicitiæ fœdus perpetuum, ſicut fuerat inter prædeceſſores eorum.

Bellum inter Othonem & Fridericum imperatores.

Concilium pro Principum conuentu.

Inter Fridericũ & regem Frãcorum fœdus initũ.

Friderici res in imperio planè horrendæ enarrantur.

§. I.

Fridericus imperator coronatur.

ANNO autem domini 1220. Fridericus qui in imperatorem fuerat electus ab electoribus & confirmatus ab Innocẽtio cum magna militia principum Alemanniæ & Italię Romã pro corona imperij venit; qui ab Honorio Papa clero & populo Romano cum multa gloria ſuſceptus eſt & in eccleſia ſancti Petri inunctus et coronatus. Qui licet in principio viſus eſt eccleſiam honorare & aliquas conſtitutiones in fauorem fidei edere poſt vt ingratiſſimus eccleſiam quę eum vt filium educauerat & in regem Sicilię & in imperatorem promouerat toto tẽpore vitę ſuę perſecutus eſt, vt patuit & patebit infrà. Hic itaque Fridericus fuit magni ſenſus naturalis, ſatis peritus in literis ſecularibus, magnanimus et multum verſatus in vniuerſalibus rebus mundi; doctus in pluribus idiomatibus, ſcilicet lingua latina literali, & vulgari, gręca gallica & Saracenica; liberalis & magnificus, ſed multis vitijs irretitus. Superbia, à qua ſumpſit initium omnis perditio; auaritia quæ radix eſt omnium malorum, ex qua vſurpabat bona & iura Eccleſiarum, luxuria, quæ brutalem hominem facit. Diuerſis ſpeciebus libidinis immerſus, concubinas plures habebat, & alias turpitudines exercebat. nec aliquid prætermiſit, qui omni voluptate frueretur, vitam tenens Epicuream, & quaſi non exiſtimans fore aliam vitam. Inimicus ex hoc clericorum & religioſorum, cõtrarium prædicantium. Multas Eccleſias & monaſteria deſtruxit in Apuliæ regno & Siciliæ, induratus vt Pharao etiam in flagellis, vt non audiret monita pontificum. Fecit autem multa magnifica ædificia penè per omnes ciuitates nobiles Apuliæ regni, & Siciliæ. Opulentum & validiſſimũ caſtrũ ſeu arcẽ quæ dicitur Capuana in Neapoli, & turres mirabiles duas in flumine iuxta Capuam Caſtrum Pratenſe, & arcem ſancti Miniatis. hic ex prima vxore habuit duos filios legitimos ſcilicet Henricum & Corandum quos elegi fecit in imperatores ipſo viuente, primo Henricum, & eo mortuo Conradum. Habuit ex ſecunda vxore prima defuncta filium nomine Iordanum, quæ vxor ſecunda fuit filia Ioannis regis Hieroſolymitani. Sed non multo tempore Iordanus ille ſuperuixit. Ex concubina autem habuit tres mulieris nominatos, Fridericum primogenitum filium illegitimum, quem fecit regem Antiochiæ. Manfredum, quem fecit principem Tarenti, qui ſe fecit regem poſteà Siciliæ. Et Renzum, quem fecit regem Sardiniæ.

Lingua latinam literalem vocat, communem linguam latinam eſt vulgarem Italicam.

Eccl. 10.
1. Tim. 6.

Friderici ædificia.

Eius filij.

Cum autem in principio ſui imperij oſtendiſſet affectionem & deuotionẽ ad Eccleſiam, poſtmodum eam momordit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffudit, vſurpãs iura Eccleſiæ, pontifices & archiepiſcopos ponẽs in Eccleſiis modo ſuo, & inſtitutos à Papa expellens, collectas ab Eccleſijs exigens, partialitatibus Italiã implens, quæ diu permanſerunt in ciuitatibus: & vna pars aliam conabatur expellere & extinguere. Pars illa, quæ imperatori contra Eccleſiam adhærebat, dicebatur Gibellinorum, quæ verò Eccleſiam ſequebatur & iuuabat, dicebatur Guelphorum, & quandoque vna quandoque alia præualebat. Admonitus autem ab Honorio Papa & cum permaneret in ſua malitia, excommunicatus eſt ab eo. Sed Gregorius 9. ſuccedens Honorio cum obſtinatus in ſuperbia perſeueraret hoſtis Eccleſiæ confirmans ſententiam Honorij iterum cũ Eccleſiæ communione priuauit. Ad preces autẽ Ioannis Hieroſolymitani regis, qui tunc venerat de oriẽtalibus partib⁹, depreſſus à Saracenis ad occidentales, vt ſubſidiũ reciperet pro recuperatione terræ ſanctæ, Gregorius nonus Fridericũ abſoluit ab excõmunicatione, & ſibi & Eccleſiæ reconciliatum eo promittente reſtituere terram & iura Eccleſiæ & ad ſatiſfactionẽ perpetratorũ malorum pergere cum magnis copijs ad conquirẽdum terram ſanctam. Et mortua eius vxore prima data eſt Friderico imperatori filia ipſius regis Ioannis in vxorem. Quam de longinquis partibus Romam fecit adduci, ibi nuptijs celebratis, ex qua cito filium habuit, ſed cito defunctus eſt.

Hic dictus eſt ſuprà Enrius vt ab Vrſo.

Guelphi & Gibellini Italiæ factiones

Et quia ipſe Fridericus totus erat lubricus, non contentus vxore, clam violauit quamdam puellam: quæ erat in ſocietate imperatricis vxoris ſuæ neptis eius. Quod cum percepiſſet vxor prædicta patri ſuo Ioanni nunciauit. Ioannes autem turbatus contra eum conqueſtus eſt cum dolore arguens eum. Sed imperator ægrè ferens, verberauit vxorem & mitti fecit in carcerem. Et vt dicebatur ei cito abſtulit vitam. Et Ioannem ipſum, qui erat in partibus Apuliæ pro Eccleſia ad præparandas gentes & ne-

Friderici incontinentia.

Crudelitas.

[A.C. 1238.] ceſſaria pro expeditione cruce ſignatorum: recedere iuſſit de partibus Apuliæ. Eorum autem quæ promiſit cum iuramento nil obſeruauit. [Perfidia.] Sed iter inchoans per mare cum Chriſtianis & legato Apoſtolico, ſubitò retroceſſit reuertens in Apuliam in magnum diſpendium fidelium. Poſt aliquod tempus cum magna claſſe per ſe præparata, ſine requiſitione Papæ profectus eſt in terram ſanctam, & potius in diſturbiū, quàm [diſturbiū. .dānum.] in adiutoriū fuit Chriſtianis bellatoribus ibi. Habebat enim ſecretam intelligentiam & amicitiam cum Soldano, & ſibiinuicem munera magna mittebant. Et Soldanus promiſit ei dare regnum Hieroſolymitanū, ſi ſibi cōtrarius non eſſet, in pugna contra Chriſtianos, quòd & fecit, & collata ſibi Hieroſolyma Fridericus ibi ſe fecit coronari in regem Hieruſalem vt diffuſius dictum eſt ſuprà. Et cùm eo manente in Syria rebellaſſent ſibi ciuitates plurimæ in regno & in Longobardia reuerſus cito eas recuperauit. Et exinde veniens prope Romam quæſiuit capere Gregorium Papam, adiutus fauore aliquorum Romanorum. Sed domino operante liberatus eſt ab obſidione eius.

[Fridericus in Cardinales impius ſup.c.4.§.3] Et cùm Papa concilium generale celebrare in vrbe diſpoſuiſſet, & propter hoc deſtinaſſet Cardinales legatos in Franciam & alios prælatos, ad inducendum clericos ad cōcilium: Fridericus in reuerſione eos & alios clericos cepit [Fridericus excommunicatur.] per mare tranſeuntes in lignis Genuenſium, & in carceribus poſuit, vt dictū eſt ſuprà plenius propter quæ mala Gregorius excommunicauit Fridericū. Dum autē vacauit eccleſia per mortē Gregorij mēſibus, plurib[us] interea iſte peſſimus Frideric[us] perſequebatur omnes ciuitates & cōmunitates tenētes partē Eccleſiæ, & infeſtabat pro poſſe. Ingreſſuſq; Romandiolā, quæ eſt de iure Eccleſiæ omnes ciuitates eius cepit, excepta Fauentia quæ cùm ei reſtitiſſet, tandem obſeſſam per ſeptem menſes deficientibus victualibus in deditionem accepit. Deficiente autem pecunia imperatori, poſt pignorationem iocalium ſuorum & vaſorū argenti & auri, vt haberent milites ſtipendia ſua fieri fecit monetam de corio, inſignitam ſua imagine & ſubſcriptione, quæ aureum valeret, edictum ponens in exercitu ſuo quòd quicunque præſentaret talem monetam theſaurario ſuo, acciperet pro ea monetam auream quæ dicitur Auguſtanus (ſicut nunc ducatus, vel florenus moneta aurea) cuius ſculptura erat ex vno latere facies imperatoris, ex alia aquila, & valor eius erat floreni & quarti. & in illa obſidione de illa moneta prouidebatur ſtipendiarijs, certificatis quòd pro ea præſentata reciperent auguſtanum aureum. Et ſic fuit eis obſeruatum.

[Henricus patrē Fridericum arguēs ab eo crudeliter necatur. Obiit autem Cōſontiæ in Calabris. A.C.1235. On.] Eo tempore cùm Hēricus, primogenitus Friderici, dolens de perſecutione, quam faciebat eccleſiæ pluries patrem filialiter & humiliter arguere de iniuſta perſecutione indignatus ille vt ſuperbiſſimus & eum deſpiciens, vt hoſtē nō filium exiſtimās, procurauit falſos accuſatores contra eum, qui eum denunciarent proditorē & ad petitionem eccleſiæ quærere rebellionem ciuitatum & ſibi adhærentium contra eum. Propter quod ſiue verum eſſet ſiue confictum, Fridericus fecit eū capi cum duobus filijs eius & in carcere in Apulia poni vbi & mortui ſunt. [A.C 1230] Et poſt mortem huius Henrici miſit Manfredū filium ſuum illegitimum in Alemanniam mandans principibus illis vt loco Henrici regē Romanorum eligerent Chunradum ſecundò genitum ſuum. [Petrus de vineis à Friderico oculis priuatur.] Poſt hęc etiam Fridericus ſapientiſſimum virum, & eloquētiſſimum magiſtrum Petrum de vineis de proditione ſibi delatum (quę creditur ſibi falſò crimen impoſitum ex inuidia ab ęmulis ſuis quia magnum locum tenebat in curia) eū viſu priuauit ſine erutione organorū, ac in carcerē retrudi fecit, vbi in breui mortuus eſt. Et vt dicitur ab aliquibus ipſe ſibiipſi vitam extorſit. Quod iuſto Dei iudicio factum videtur, vt quia ad complacendum ei, multa fecerat [Nota.] contra eccleſiam ei fauendo & excuſando eum: fuit condemnatus ab illo, pro quo Deum offenderat & Eccleſiam.

[Gallia antiquum Pōtificum perfugiū. ſup. cap.5. ante.1.§.] Poſt tranſitum Gregorij noni & Cæleſtini electus eſt in pontificem Innocentius 4. Genuēſis, quem Fridericus quæſiuit capere: ſed manus eius euaſit pergens Genuam, & exinde Lugdunum, a vbi generale cōcilium celebrans excommunicauit ipſum Fridericum & regno Siciliæ & imperio priuauit propter multa ſcelera eius vt dictum eſt ſuprà. Anno autem domini. 1238. fuit Eclipſis ſolis quaſi totius circa horam [Ecclipſis ſolis.] nonam die. 6. Iunij. Vnde aerita obſcuratus eſt, vt quaſi nox appareret. Vnde multi cauſam i- [Iudicium vocat aſtrologiam iudiciariam falſam.] gnotantes exterriti huiuſmodi caſu ad pœnitētiam redierunt. Secundum autem iudicium (quod tamen frequenter eſt falſum) deſignauit mortem Gregorij 9. & oppreſſionem Eccleſiæ per Fridericum.

Fridericus poſt excommunicationem furens graues turbas tota Italia & pręſertim Florentiæ excitat.

§. II.

Poſt depoſitionem Friderici ab imperio, auxit ipſe ſæuitiam ſuam contra fauentes Eccleſiæ per ciuitates Longobardiæ & Tuſciæ. Vnde pro ſui ſecuritate in ciuitatibus, vbi erant partes voluit habere ab eis obſides, & de Guelphis & de Gibellinis, quos detineri voluit in caſtro ſeu arce ſancti Miniatis Altedeſco. Qui cùm aduueniſſent Gibellinos liberos dimiſit in domū ſuā Guelphos retinuit, qui erāt in magna calamitate. Et īter cæteros Gibellinos, q[ui] ſcilicet fauebāt imperatori etiā ſic depoſito, erat familia Florētiæ quę dicebatur Vbertorū, cū quibuſdā aliis familiis vt Thebaldianorū, Capōſachorū,

a *Hoc eſt decimum tertium generale Conciliū, in quo fuit etiam actum de recuperanda terra ſancta D. Ludouico Frācorum rege conſtituto duce illius expeditionis. Ruber item Pileus & Purpura in eo Cōcilio primum conceſſa ſunt Cardinalibus, vt admonerentur ſe ſemper paratos eſſe debere, ſanguinem pro Chriſtiana religione fundere. Illis etiam conceſſum ferre rubrum galerum & vehi equo in vrbe Gag. l. 7. & Aemil 7. Sic Cardinalatus inſignia ſunt recentiſſima, ſed dignitas & origo antiquiſſima, vt aliàs nos de annotauimus.*

Charta-

A.C. 1245.

Chartanorum,& Brunelleſchorum, & aliis pluribus.Sed partis Guelphæ defenſatricis eccleſię erant familiæ dictæ Bagnenſes & Pulci & Maghalotti,& Donati & Biſdomini, & familia quæ dicitur de Pactiis & Adimari, & plures aliæ familiæ adhærebant aliæ Guelphis,& aliæ Gibellinis. Perſuaſit autem Fridericus Gibellinis per ſuos ſecretos nuncios:vt eiicerent Guelphos de ciuitate: & in ea re adiutorium ipſe præſtaret.

Cœperunt ergo Gibellini per diuerſa loca ciuitatis Florentiæ inſurgere contra Guelphos: rixas facere & ſeditiones. Et cùm per aliquot dies Guelphi viriliter reſiſterent:demum percipientes,quòd Fridericus miſiſſet filium ſuum illegitimum cum mille ſexcentis militibus Teutonicis in adiutorium Gibellinorum, videntes ſe tantæ potentiæ non poſſe reſiſtere: cum iam illi miſſi à Friderico ciuitatem intraſſent, terga verterunt. Et egreſſi de ciuitate Florentia Guelphi cœperunt caſtrum Montiſuarchij, alij ex eis caſtrum Caprariæ & alia loca. Et illic ſe collocantes ſæpè monebãt bellum Gibellinis, exeuntes & appropinquantes ciuitati ad damna inferenda. Gibellini,qui remanſerant in dominio ciuitatis, ordinauerunt regimen prout eis eſt viſum. Et in vituperium & exterminium Guelphorum deſtruxerunt & ad terram deiecerunt trigintaquinque palatia & turres eorum. Inter quæ exterminatum eſt palatium valdè nobile Toſingorum,quod erat in foro veteri.Altitudo eius erat nonaginta brachiorum, & vna turris ei coniuncta alta brachiorum centum & triginta.Et ex hoc geſto cœperunt Florentiæ iſtum modum ſeruare:vt cum bellaret vna pars contra aliam, illa, quæ præualebat & remanebat in ciuitate,deſtruebat vel comburebat habitationes expulſorum.Et cùm eodem anno Guelphos,qui erant in Monteuarchio, aggreſſi fuiſſent Teutonici miſſi à Friderico,conſerto duro prælio Guelphi Teutonicos debellarunt & fugarunt eos,multis occiſis & plurimis captis.

Guelphi Florentia expelluntur à Gibellinis.

Anno domini. 1248. Fridericus obſedit Parmam(quæ tenebat cum eccleſia.)Et erat ibi legatus Papæ qui fabricauerat contra eum baſtiam quaſi alteram ciuitatem cum domibus & turribus.Et cum iam pluribus menſibus duraſſet obſidio iurauerat Fridericus non receſſurum ſe quouſque eam obtineret,& de propinquo ſperabat eam capere: cùm ſciret per exploratores iam illis intus victualia deficere. Sed Deo ſuper bis reſiſtente, cum vna dierum Fridericus cum ſuis familiaribus ad recreationem iret cum canibus venatum,nil timens de Parmenſibus,ſed exiſtimans eos vt victos:Parmemſes hoc ſcientes cum omni ſuorum conatu egreſſi ſunt magno impetu è ciuitate: pergentes ad baſtiam illam contra hoſtes qui imptæparati & inordinati manebant ſine capite vt ebrij fuga ſuæ ſaluti prouiderunt,cum tamen eſſent in triplo plures quàm Permamſes. Cœperunt ergo Permamſes baſtiam occiſis & captis multis ex inimicis. In qua baſtia(quæ Victoria dicebatur) non ſolum victualia:ſed & magnas ibi diuitias inuenerunt & vaſa argentea Friderici, ac etiam coronam eius imperialem.Quæ omnia in ciuitatem aſportantes,baſtiam illam diruerunt,& combuſſerũt. Corona autem illa dicitur reſeruata, & adhuc

Fridericus obſidet Parmam. Baſtiam.i. arcem,ſeu propugnaculum Fridericus cõtra Parmam conſtruit.

Fridericus à Parmenſibus profligatur.

A.C. 1245.

A eſſe in ſacriſtia eccleſiæ Parmenſis ob memoriam triumphi.Fridericus autem audita profligatione ſuorum:& ipſe timens Cremonam ſe contulir. Recedens autem Fridericus dę partibus Longobardiæ reliquit ibi filium ſuum illegitimum Renzum regem Sardiniæ vicarium ſuum. Et ingreſſus Tuſciam, quamuis Gibellini, qui ſuam partem tenebant,dominarentur tunc Florentiæ, noluit Florentiam intrare,ex eo quod deditus auguriis perceperat ſe Florentiæ eſſe moriturum.Sed non intellexit,quia de alia Florentia locutus eſt diabolus:vt moris ſui eſt homines decipere ſub locutionibus æquiuocis.

Fridericus deditus auguriis.

B Et quia Guelphi plures ex nobilioribus in caſtro Caprariæ reſidentiam faciebant, expulſi de Florentia,& caſtrum illud tenebant: miſit Fridericus ex gentibus ſuis ad obſidendum dictum caſtrum Caprariæ. Quod eis impugnantibus fortiter,cùm qui intra erant,quia deficientibus victualibus non poterant ſe tenere, cum pactis tractarent ſe inimicis tradere: & ipſi parati eſſent,quę petebant concedere:vnus cerdo,qui in prætorio fuerat in magiſtratu Florentiæ indi-

C gnatus:quia vocatus non fuerat ad illud concilium, & tractatum: ſignificauit inimicis, quòd caſtrum illud ſe non amplius poterat defendere.Quod hoſtes ſentientes, nullum pactum voluerunt cum eis facere. Et illi demum ad voluntatem Friderici ſe ſubiecerunt caſtrum reddentes.Guelphi autem, qui ibi erant præſentati ſunt Friderico: qui in Fucecchio tunc reſidebat. Inter quos principaliores erant comes Rodulphus de Capraria, & Dominus Rainerius de Buondelmontibus miles Florentinus. Ipſos igitur Fridericus captiuos duxit in Apuliam ſe-

Caſtrum Caprariæ à Friderico captũ.

Friderici in Guelphos immanitas.

D cum:quibus ad inſtantiam Gibellinorum oculos fecit erui cum multi eſſent & de nobilioribus familiis Florentinorum,& demum in mare proiici:excepto domino Rainerio,quem tamen oculis priuauit.Sed poſtea reuertentibus Guelphis Florentiam,vt dicetur infrà,recognitus cerdo ille: qui occaſio fuerat tanti mali lapidatus fuit ab omni populo: & per ciuitatem a pueris tractus hinc inde per plateas & vias, proiectus demum fuit in foſſatum.

Poſt hæc Renzus filius Friderici vicarius generalis eius,dimiſſus in partibus Longobardiæ:

E perrexit cum copiis Bononiam:vbi erat Dominus legatus cum gentibus eccleſiæ, & cœpit bellum mouere contra eam.Bononienſes verò cum ſuis armigeris exierunt contra hoſtes, & viriliter decertantes eos debellarunt:& multis occiſis,ac plurimis captiuatis: inter alios cœperunt & ipſum Renzum filium Friderici: quem miſerunt in caueam ferream,ibique miſerabiliter vitam ſuam finiuit.

Renzus Friderici filius à Bononienſibus capitur.

Magna in vrbe Florentia perturbatio & reipubl.mutatio ex Ioanne Villano.

F

§. III.

INTEREA cum potentia Friderici paulatim minueretur:& Gibellini,qui dominabantur Florentiæ,imponerent onera grauia & importabilia collectarum populo:& Guelphi de ciuitate expulſi diſperſi per comitatum multa fortalia,& caſtra tenentes ſæpè bellum mouerent contra

A.C. 1227.

ſunt vſque ad viginti millia hominũ expeditorum ad pugnam. Hi diſcurrentes per Apuliam aliquando intulerunt multa damna.

Ioannis regis Hieruſalem pro Friderico ſtudio ipſe Pontifici eſt recõciliatus. Naucl. ib. Blon. & alij.

§. I.

CVM autem Ioannes rex Hieruſalem, amiſſa Damiata, & Hieruſalem deſtructa à Soldano, veniſſet ad Gregorium Papam pro adiutorio & terra ſancta recuperanda, & inueniſſet eum ſatis afflictum & moleſtatum à Friderico imperatore: quæſiuit ipſum Fridericum reconciliare Papæ oſtendens magnam vtilitatẽ, inde ſequendam Eccleſiæ in recuperatione terræ ſanctæ cum Fridericus eſſet multum potens in terra & mari, vt pote quia imperator & rex Siciliæ & valdè famoſus in orbe. Cui demum Pontifex acquieuit; promittente ipſo Friderico terras Eccleſiæ reſtituere, & iura eius non perturbare: ac etiam in ſatisfactionem geſtorum contra Eccleſiam, pergere in ſubſidium terræ ſanctæ cum magnis copiis. Quod & iurauit: ac etiam defendere eum contra inſolentiam Romanorum & moleſtias. Propter quod Gregorius ſignum crucis eius pectori vel humeris affixit aſſignans ei terminum, intra quem præparatis ad huiuſmodi neceſſariis iter aſſumeret vltra mare: & ad magis amicitiam confouendam & reconciliationem firmandam, ipſe Gregorius dedit Friderico in vxorem filiam vnicam dicti regis Hieruſalem de beneplacito eius: cùm defuncta iam eſſet vxor prima ipſius Friderici. Et de Brenna fecit eam ad vrbem adduci, vbi cum magna ſolẽnitate celebratę ſunt nuptię, ex qua filium habuit nomine Iordanum: qui tamen cito vitam finiuit.

Fridericus cruce ſignatur.

Interea Papa Gregorius cum omni vigilantia & ſolertia præparata claſſe ex multis nationibus hominum requiſiuit imperatorem ſuper promiſſione facta de trãsfretãdo in ſubſidiũ terræ ſanctæ. Qui facta & ipſe ſua copioſa præparatione, cũ legato apoſtolicę ſedis, quem Papa præfecit expeditioni terreſtri & maritimæ, ex Brunduſio ciuitate Apuliæ per mare iter aſſumpſerunt. Et cùm nauigaſſent nõn multum, imperator, vt infidelis & ſubdolus, clam receſſit ab aliis galeis & nauibus, reuerſus cum ſuis in Apuliam eſt cum magno ſcandalo & damno Chriſtianitatis. Propter quod Papa cum curia tota indignatus contra eum, vt periurum & proditorem, iterum eũ excõmunicauit. Cauſam autẽ huius ſuæ reuerſionis, & non proſecutionis itineri vltra marini, allegabat ipſe imperator cum ſuis, ad excuſandas excuſationes in peccatis, fuiſſe ex eo, quod perceperat ſummum Pontificem conueniſſe cum Ioanne rege Hieruſalem in hoc, quod ipſo imperatore moram trahẽte in partibus Syriæ, Ioannes rex Hieruſalem cum adiutorio Papæ regnum Apuliæ & Siciliæ ipſi Friderico faceret rebellare. Alij verò cauſam huius aſſignabant, quia iam imperator receptis literis cũ nunriis & magnis muneribus à Soldano Babyloniæ clam cum eo conuenerat impedire tranſitum Chriſtianorum ad partes illas, quos multum Saraceni timebant propter multitudinem, fortitudinẽ, & induſtriã eorum. Quo facto, Soldanus promittebat ſe daturum regnum Hieroſolimitanum ſine bello & ſanguinis effuſione. Quæ [a] cauſa vtiq; ſatis manifeſta eſt ex iis, quæ poſtea ſecuta ſunt.

Fridericus ſacræ expeditionis deſertor.

Hæc cauſa priore verior eſt vt docet Blond. & Naucl.

A.C. 1234.

Poſt hæc anno domini. 1234. Fridericus præfatus præparatis magnis copijs iter arripuit per ſe ad terram ſanctam ſine requiſitione Papæ, vel licentia eius, & magis, vt creditur, ad capiẽdum regnum Hieroſolymitanũ ſibi promiſſum à Soldano, quàm ob zelum fidei, vel vtilitatem

Fridericus ad terram ſanctã ſine licẽtia Papæ profectus.

B

a *Vt omnibus conſtet hanc vnam fuiſſe deſertæ ſacræ à Friderico militiæ cauſam, quam D. Anton. poſtremò retulit, primam verò, qua Fridericus homo ſubdolus vtebatur, omnino falſam, & ab amicis eius confictam, viſum eſt & hic addere ea quæ ſunt apud Blondum, dec. 2. lib. 7. Ait ergo, Vel planè exactum erat, cùm expectatus requiſituſque Fridericus, ægritudinem ſimulans in Sicilia ſe continuit. Malo enim vir animo mala mente, quod poſtea reſcitum eſt nuncios expectauit à Sultano Babyloniæ redituros, cum quo fœdera rei Chriſtianæ pernicioſiſſima inierat, quibus etiam* C *reſpondebat fœtoribus cædes per eam inuictam moram in Chriſtianos milites Brunduſij dependentes. Nam ſuperuenientia æſtatis caumata occidentales milites, præſertim Germanos, grauiſſimis afflixerunt morbis, quorum acerbitate multi, in queis Langrauius fuit interiere. Ad cuius necis nuncium Fridericus ex inſperato Brunduſium aduolauit, ditiſſimique principis equos aurum, arma, argentum & lautiſſimam ſupellectilem diripuit. Tunc vt facta præda contentiones declinaret, ad 3. Id. Aug. cum omni claſſe Brunduſio ſoluit, ſed cæteri ad deſtinatum Acconem curſum contendunt. Fridericus nocte cum triremi dilapſus Brun*D *duſium eſt reuerſus. At Gregorius Pontifex cum primum intellexit Fridericum omiſſa nauigatione in Italiam reuertiſſe, malignum hominem confirmatis prædeceſſoris ſui Honorii promulgationibus, quantis potuit maledictionibus proſecutus eſt, ad quas illico eſt ſecutus vxoris Friderici Ioannis Hieroſolymæ regis filiæ obitus, & paulò pòſt Fridericus in Syriam nauigare intendens Reinaldum quendam Theutonicum conſtituens regni Siciliæ adminiſtratorem illi apertè iuſſit, vt Pontificem eccleſiaſticoſque quibus poſſet modis opprimeret, iſque ſuo quod aperta dicebat fronte Domino ſatisfacturus & Marchiã Anconitanam cum exercitu eſt ingreſſus & montem niulmi Macerata mque occupauit. Hæc ille. Æmyl. item* E *ſic de eo ſcribit. Abbas Vrſpergenſis eius temporis æqualis hiſtorias ſuas claudit laudibus Friderici famæ frequentior & ſenſus prope omnium conſpirans eũ damnat. Satis conſtat, quod & Vrſpergenſis non diſſimulat, etiam antequam in Syriam contenderet, Auguſtum principes vrbis Romæ vi os, inter quos & fragipanes numerat euocaſſe, eorumque agros de illis emiſſe, perſolutioneque facta rurſus eoſdem illis reddidiſſe, velut beneficiarios ſacramento fidelitatis ſeruandæ exacto, eorumque opera exactum vrbe Ponti-* F *ficem. vide etiam Nauclerum gener. 41. qui cum planè ex Blondo ea quæ retulimus produxiſſet, Pontificem maximum tunc ſolum ad Siciliam & Apuliam inuadendam animæ adieciſſe ſcribit, cum eum in regem Hieroſolymitanum coronatum, & inducias cum Saracenis feciſſe intellexit.*

Friderici imperatoris mala mens.

Chri-

A.C. 1224.

Chriſtianorum. Cuius rei ſignum fuit, quia poſtquam applicuit Acram præmiſit ſeneſchallum ſuum cum parte exercitus ſui: qui non attendit ad pugnandum contra Saracenos, ſed contra Chriſtianos. Vnde cùm reuerterentur Chriſtiani peregrini cum magna præda quam tulerant à Saracenis & cum multis captiuis: dictus ſeneſchallus obuians eis bellum cum ipſis geſſit, multos ex fidelibus interficiens, plures captiuos faciens, & prædam de manibus eorum eripiens. Quod totum dicitur feciſſe propter compoſitionem factam cum Soldano. Vnde ſæpè adinuicem mittebant nuncios, & literas, & magna encœnia. Et in ciuitate Acra voluit deſtruere templum Templariis, & plura caſtra fecit eis auferri.

Friderici iniecta ſupeſta geſta planè impia.

Miſit ergo exinde imperator ad Gregorium Papam oratores ſuos, poſtulans inſtanter, vt eum deberet abſoluere ab excommunicatione cùm impleuiſſet iuramẽtum ſuum in eundo ad terram ſanctam. Sed Papa omnino recuſauit, cùm iam ſibi innotuiſſet à venientibus ex Syria & à patriarcha Hieroſolymitano, & magiſtro templi & hoſpitalis, & pluribus: quòd nullum beneficium imperator Chriſtianis impendebat neque conferebat cum Dominis prælatis & baronibus fidelibus: nec intendebat recuperationi terræ ſanctæ, ſed tractatum faciebat cum Soldano & Saracenis. Qui tractatus concordatus fuit per hunc modum: quia Soldanus reſtituit quietè ciuitatem Hieruſalem imperatori excepto templo Domini: quod voluit vt remaneret Saracenis, vt in eo clamaretur la la la, & Machometh inuocaretur. Cui rei conſenſit imperator in defectum Templariorum. Tradiditque ſibi totum regnum Hieroſolymitanum exceptis quibuſdam caſtris fortiſſimis. Huic paci & concordię non aſſenſit legatus Domini Papæ cardinalis, nec patriarcha Hieroſolymitanus, nec Templarij, nec Hoſpitalarij, neque alij barones & Domini in Syria nec capitanei peregrinorum: quia omnibus eis viſa eſt pax fraudulenta, & in damnum, & erubeſcentiam Chriſtianorum, & impedimentum conquæſtus terræ ſanctæ. Imperator tamen hoc non curando perrexit cum baronibus ſuis, & cum magiſtro manſionis Alemannorum ad capiendam poſſeſſionem Hieruſalem, & ibi fecit ſe coronari in regem Hieruſalem in medio quadrageſimæ, anno Domini. 1225. mittens poſt modum diuerſos oratores ad ſignificandum Papæ, regi Franciæ, & aliis regibus & principibus Chriſtianitatis, quomodo coronam ſuſceperat regni Hieroſolymitani.

Inter Fridericum & Soldanum quibus conditionibus pax inita

Fridericus hieroſolymę rex coronatur.

Aduerſus Saracenos Chriſtiani proficiſcuntur & pugnant, ſed infœliciter.

Cont. belli ſacri lib. 3. cap. 15. Aemyl. lib. 7.

§. II.

CVM autem fratres Prædicatores & Minores, vocati ad hoc à Papa Gregorio exhortatione ſua & prædicatione de regno Franciæ & aliis regionibus barones & quaſi infinitum populum ad transfretandum in ſubſidium terrę ſanctæ congregaſſent: ac ad præparationem

A eorum quatuor annorum ſpatium Papa dediſſet, demum iter aſſumentes Achonem per mare nauigantes applicuerunt. Inter quos fuerunt magis famoſi & principaliores Petrus comes Britanniæ, Henricus comes de Laro, Almaricus (aliàs Aimericus) comes de Monteforti, Richardus frater regis Angliæ, Anſelmus de Inſula, & alij: Omnium autem caput & ductor erat Theobaldus comes Campaniæ: qui ex ſucceſſione patrui iam erat factus Nauarræ rex. Hi ergo poſt pauſationem per aliquot dies, ne tempus tererent otioſi, deliberare cœperunt, quomodo Saracenos offenderent vel aliquam munitionem

A.C. 1240.

Petrus comes Britãnię ſaracenos vincit.

B eorum expugnarent. Inter hæc comes Britannię Petrus communi neglecto conſilio, quibuſdam ſibi adhærentibus egrediens, expugnatis aliquibus municipiis maximam prædam hominum, & animaliũ ſecum traxit. Videntes verò reliqui, quòd tam proſperè comiti Petro ceſſerat, eius exemplo prouocati ſimile quid attentare voluerunt. Igitur ordinatis copiis de mane vrbem egredientes, cum tota die & nocte ſequenti equitaſſent: in locis ſabuloſis ſe inuenerunt non lõgè à Gaza ciuitate. Erat in Gaza tunc multitu-

C do Saracenorum, qui Chriſtianorum per exploratores præſcientes aduentum inſidiis politis noſtros aggreſſi ſunt: ad quorum primum impetum licet aliquantulum reſtitiſſent ad poſtremum famæ, vigiliis, & laſſitudine feſſi ceſſerunt. Factumque eſt, vt omnes aut occiſi, aut capti ſint. Comite Henrico vel occiſo, & comes Montisfortis cum multis nobilibus captus eſt. Poſt hæc comes Richardus frater regis Angliæ cum magna comitiua ſuperueniens Achonę inueniens turbatum exercitũ ex illo infortunio, vi-

D dens ſe non poſſe proficere contra Saracenos, treugam fecit cum eis per annos octo.

Saraceni noſtros vincunt.

Gregorius Pontifex contra Fridericum ſuos incitat.

§. III.

PAPA verò Gregorius audita nequitia imperatoris & doloſa pace cum Soldano inita, vltra ſententiam excommunicationis latam cõtra eum ordinauit, vt rex Hieruſalem Ioannes,

E qui tunc erat in Longobardia, cum exercitu eccleſiæ in regnum Apuliæ, cum gentibus armorum intraret, & vt homines regni illius Friderico rebellarent operam daret: quod & factum eſt: & ex hoc plures ciuitates & caſtra à ſubiectione imperatoris ſe ſubtraxerunt. Cum verò hęc nunciata ei fuiſſent: quàm citiſſime receſſit de partibus Syriæ: relinquens ibi loco ſui ſeneſchallum ſuum cùm multis ex copiis ſuis. Qui ſeneſchallus ad aliud non vacabat, niſi ad ſuſcitandum prælia contra barones Chriſticolas Syriæ, vt occuparet ciuitates eorum & caſtra, quæ

F anteceſſores eorum cum multo ſudore & ſanguinis effuſione ſibi acquiſierant, à Saracenis iniuſtè poſſidentibus auferentes. Et ſpeciale prę lium gerens cùm Henrico rege Cypri, & baronibus fidelibus Syriæ eos debellauit. Sed paulò poſt ipſe ſuperatus apud Cyprum amiſit in modico tempore, quaſi totum regnum Hieroſolymitanum. Et Saraceni abſtulerunt de manibus eius

Seneſcalli Frid. improbitas quæ rem Chriſtiã in Syria perdidit.

A.C. 1236.

eius propter diſſenſiones,quę erant inter ipſum ſeneſchallum & barones Chriſtianorum & Saracenos.

Regnum ſacrum Saraceni Friderico tollunt. Friderici aduerſus Rom. Pōtificē impia facinora.

Fridericus autem imperator cum duabus galeis reuerſus in regnum Apuliæ: cœpit recuperare ciuitates ſibi rebellantes eis redeuntibus ad obedientiam eius.Miſit inſuper in Alemanniam pro Conrado filio ſuo, & pro duce Auſtrię,vt cum multitudine exercitus ad eum accederent. Et cum ipſis aduenientibus regnum Apuliæ,quod in magna parte ſibi rebellauerat, recuperauit.Quin etiam & patrimonium beati Petri, ac ducatum Spoletanum, marchiam Anconitanam, ciuitatem Beneuentanam, quæ omnia ſunt de iure pleno eccleſiæ hoſtiliter inuadens cum Saracenis de Nuceria adductis,& vſurpans ſibi occupauit.

Gregorij contra Fridericum ſupplicationes inſtituit.

Gregorius autem Papa cùm iam cerneret, quaſi ſe obſeſſum in vrbe ab imperatore,aliquibus ex Romanis nobilibus pecunia ab imperatore corruptis ſibi adhærentibus: zelo fidei accenſus,& potentia virtutis Dei confortatus, eductis capitibus apoſtolorum Petri & Pauli de eccleſia Lateranenſi:& manibus propriis in tabernaculo ea geſtans,cum ieiuniis & orationibus proceſſiones fecit ſolemnes cum Cardinalibus,archiepiſcopis & epiſcopis aliiſque eccleſiarum prælatis & curia tota omnes principales eccleſias vrbis viſitans.Ex quare meritis apoſtolorũ commotus totus populus ad compunctionem,& deuotionem,retraxit ſe ab eo,quod iam decreuerat:ſcilicet fauore præſtando imperatori contra Papam,& totum affectum ſuum direxit in defenſionem Papæ & ſacro ſanctæ eccleſiæ contra imperatorem, ad quos etiam magis animandos Papa conceſſit indulgentiam plenariam laborantibus pro defenſione eccleſiæ.

Diuinitus de manu Friderici Gregorius liberatur.

Quamobrem imperator, qui ſe quàm citiſſimè ſperabat ingreſſurum Romam ad capiendum Papam,ſua ſpe fruſtratus eſt. Prædicta etenim nouitate intellecta & reuolutione animi Romanorum: timens animoſitatem eorum, non eſt auſus vltra progredi:ſed in Apuliam remeauit. Sicque Papa liberatus eſt de ore leonis:afflictus tamen & anguſtiatus ex terris eccleſiæ ab eo vſurpatis: ac etiam ex magnis perſecutionibus, quas inferebat per Tuſciam & Longobardiam contra omnes fideles inhærentes parti eccleſiæ.

Pontifex conciliũ generale conuocat.

In ea igitur tempeſtate eccleſia ſita, decreuit pius & deuotus pontifex concilium conuocare in vrbe generale.Et ob hoc duos cardinales legatos deſtinauit in Franciam, ſcilicet Dominũ Iacobum epiſcopum Præneſtinum: & Dominum Odonem epiſcopum Portuenſem ad requirendum auxilium à rege Franciæ,& à rege Angliæ contra Fridericum oppreſſorem eccleſiæ:& ad ſolicitandum prælatos dictorum locorum de acceſſu ad concilium. Ad hortatum commoti ſunt omnes præſidentes eccleſiarum vltra montani ad veniendum ad dictum concilium,& fulminandum contra impium imperatorem.Et reuertentes cum multis epiſcopis,abbatibus,& prælatis aliis applicuerunt & in Niſſam Prouinciæ vnus poſt alium. Et quia per Longobardiam & Tuſciam tranſire non poterant,quia Fridericus fecerat loca tranſitus cum gentibus armorum occupari, ad impediendum tranſitum,ideo mandauit Papa Gregorius

A.C. 1239.

Genuenſes prælatos Eccleſiæ vehendos Romam ſuſcipiunt.

A Genuenſibus, vt in nauibus eorum deberent ſuſcipere cardinales cum aliis prælatis & conducere ad vrbem ad expenſas eccleſiæ. Quod fuit executioni mandatum.Vnde quàm citiſſimè armarunt galeas & alia lignamina maiora & minora numero quadraginta quorum conductor erat Dominus Gulielmus de Briacis Genuenſis.

Fridericus Piſanos contra prælatos concitat.

Non dormiebat malignus hoſtis eccleſiæ Fridericus: ſed his auditis ſubitò quaſdam galeas armatas deſtinauit è Rhegio ad portum Piſanum: mandans Piſanis,qui ei fauebant,vt & B alias ipſi armarent. Miſerat etenim cum galeis filium ſuum quemdam:ſed illegitimum dictum Entium,ad hoc,vt dictos cardinales & prælatos nauigiis Genuenſium vectos caperent.Quadraginta igitur galeis benè armatis,quarum director erat Dominus Vgolinus Piſanus, percipientes iter Genuenſium nauigiorum,progreſſi ſunt contra eos inter portum Piſanum & Corſicam inſulam.Cardinales autem hoc audientes, rogarunt conductorem eorum,vt declinaret ab occurſu eorum per altius mare ne prælium cum illis iniret, cùm eſſent inimici multo plures & C melius prouiſi. Sed conductor dictus Guiliermus Briacus,re & nomine parui ſenſus & modicæ prudentiæ ſuperbia ductus ne videretur Piſanos timere illos prælatos audire noluit: ſed bellum cum Piſanis ſuſcepit. Quod vtique durum & mortiferum fuit: ſed in paruo tempore ſuccubuere naues Genuenſium ſuperatæ à Piſanis, Vnde ipſis captis multi ibi occiſi ſunt & multi capti:& inter cæteros, cardinales, legati, & complures alij prælati eccleſiarum captiui ducti ſunt in Apuliam ad imperatorem: qui in D diuerſis carceribus collocatos diu tenuit eos:vbi & plures mortui ſunt ex eis ex ſqualore carceris,& aliis incommoditatibus.

Cardinales & prælati capiuntur qui à Friderico impie tractantur.

Liberauit autem prælatos qui erant ex Francia ad requiſitionem regis Franciæ & comminationem,ſi non relaxaret prælatos de regno ſuo. Abbates etenim Cluniacenſis, Ciſtertienſis, Claraualleníis,archiepiſcopus Rothomagenſis de Francia in mari nauigantes vt ad concilium venirent capti ſunt. Biſuntinus archiepiſcopus in mari ſubmerſus eſt cum multis aliis. Ipſe autem imperator timens potentiam Francorum, eos qui in vita remanſerũt, de carcere liberauit. E Multi ex aliis prælatis fame & incommodis in carcere migrauerunt.Et propter tale ſcelus Piſani excommunicati denuntiati ſunt,& interdicti.Et ex hoc ſecutum eſt primum prælium, inter Genuenſes & Piſanos,in quo iuſto Dei iudicio Piſani à Genuenſibus deuicti ſunt. Circa ea tempora ſcilicet anno Domini.1240. poſt natale D.Ioannis vſque ad exaltationem ſanctæ crucis fuit ſiccitas magna:vnde & vina ita fortia.vt ſine aqua bibi non poſſent. Eo tempore vt refert Vincen.ſpecu.hiſto. Apud Cremonam facta eſt tēpeſtas maxima, ceciditq; lapis grandinis in quo erat crux&imago ſaluatoris expreſſa:deſuperque literis aureis ſcriptũ:Ieſus Nazarenus F rex Iudæorum.ceciditque in monaſterio ſancti Gabrielis:& de aqua in quã liquefactus eſt lapis ille glaciei,inunxerunt monachi ibi oculos cuiuſdam fratris cæcutientis, & viſum clarè recepit.

Origo belli inter Genuenſes & Piſanos. Vide ti.10. cap.5 §.13.

Vin.li.30. c.138.

Lapis de cœlo lapſus mira b.lit.

Italiæ

A.C. 1239.

Italicæ ciuitates ſuo imperatori deficiunt, ab eo grauiter affliguntur.

§. IIII.

INSVPER poſtquam imperator receſſit ab obſidione vrbis, de qua dictum eſt ſuprà, audito, quòd ciuitates Mediolani, Papiæ, & Bononiæ, & aliæ plures Longobardiæ & Romandiolæ quæ ſibi adhæſerant, rebellaſſent ab eo: & ad deuotionem eccleſiæ rediiſſent, cum magnis copiis illuc profectus eſt, bella plurima mouens contra terras partem eccleſiæ ſequentes & adiuuantes. Demum Mediolanenſes cum omni conatu ſuo, & legati Domini Papæ & totius colligationis Longobardiæ, quæ eccleſiæ adhærebat: bellum inierunt cum imperatore in loco dicto Curia noua. Et poſt magnum adinuicē conflictū, Mediolanenſes cum eorū ſequacibus ſuperati, & victi ſunt ab exercitu imperatoris: vnde magnum damnum eis ſecutum eſt: multis eorum interfectis & plurimis captis cum carrocio ſuo: vbi etiam captus eſt Poteſtas Mediolanenſis, qui filius erat ducis Venetiarum, & multi alij nobiles de Mediolano, & ciuitatibus aliis Longobardiæ. Quibus omnibus captiuis ductis in Apuliam dictum Poteſtatem, fecit imperator ſuſpendi ſuper vnam turrim, quę erat in littore maris. Aliquos diuerſis cruciatibus tortos fecit perimi, alios in carceribus macerari. Et ex hac victoria recuperauit ſtatum ſuum & dominium tyrannicum Longobardiæ amiſſum.

Poteſtas Mediolanenſis id eſt princeps totius ciuitatis dux in bello captus & ſuſpenſus.

Exinde cum ſex milibus armatorum Brixiam obſidens, vbi erant Guelfi, & Gibellini, & Florentini in adiutorium imperatoris, poſtremo cum pactis in deditionem accepit: & ſimiliter omnes alias ciuitates Longobardiæ exceptis Bononia & Parma: ex quibus proſperis ſucceſſibus elatus eſt in ſuperbiam imperator maximam: malis peiora addens contra eccleſiam. Nauicula autem Petri fluctibus quatiebatur in Italia valdè humiliata. Quæ omnia acciderunt anno Domini. 1237. Et propter hoc Gregorius tantis malis afflictus, ex dolore in ægritudinem incidit: ex qua appoſitus eſt ad patres ſuos Romæ decedens anno domini. 1240.

Gregorius 9. moritur.

Capita quædam decretalium, quorum Gregorius nouus auctor eſt.

§. V.

Suprà ante § 1. Conſtitutio futura proſpicit & non pręterita li. 1. decret. tit. 2. c. 13.

VT dictum eſt ſuprà, præfatus Gregorius nonus edidit multas conſtitutiones & decretales epiſtolas multum notabiles, quæ vltimò ponuntur in ſingulis titulis decretalium, ex quibus aliquas magis communes & morales ponemus. Vnde de conſt. c. fi. ſic ait. Quoniam conſtitutio apoſtolicæ ſedis omnes aſtringit, & nihil debet obſcurum, vel ambiguum continere, declaramus conſtitutionem, quam nuper ſuper præferendis in perceptione portionis maioribus & conſuetis ſeruitiis à maioribus exhibendis edidimus: non ad prætetita, ſed ad futura tantum extendi: cum leges & conſtitutiones certum ſit futuris dare formam negotiis: non

A ad præterita facta trahi: niſi nominatim in eis de præteritis caueatur. A.C. 1240.

Conſuetudo non derogat iuri naturali, nec diuino, nec poſitiuo, niſi ſit rationabilis & præſcripta. lb. tit. 4. c. 11.

Idem extra de conſuetu. ca. fi. Cùm tanto ſint grauiora peccata, quanto infœlicem animam detinent diutius alligatam: nemo ſanæ mentis intelligit naturali iuri, cuius tranſgreſſio periculum ſalutis inducit: quacunque conſuetudine (quæ dicenda eſt verius in hac parte corruptela) poſſe aliquatenus derogari. Licet etiam longeuæ conſuetudinis non ſit vilis authoritas, non tamen eſt vſque adeo valitura: vt vel iuri

B poſitiuo valeat derogare niſi fuerit rationabilis & legitimè præſcripta. Hæc ibi. Sed de materia conſuetudinis, quæ prolixa eſt & difficilis, vide in j. parte. ti. de lege conſuetudinis.

Is cui cōmittitur nudū miniſterium nō poteſt vices ſuas alteri committere. ib. ti. 29. c. 43.

Idem de offi. iudi. delega. c. vlti. in fi. Cæterum ſalua legatorum apoſtolicæ ſedis authoritate, nulli cui commiſſum fuerit prædicare crucem, excommunicare vel abſoluere aliquos, diſpenſare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat hæc de cætero aliis demandare, quia non ſibi iuriſdictio: ſed certum miniſterium potius committitur in hac parte.

Durant legati ſtatuta etiam legatione finita. lb. ti. 30. c. 10.

C Idem extra de offi. lega. c. vlt. ait. Nemini dubium volumus eſſe: quin legatorum apoſtolicæ ſedis ſtatuta, edita in prouincia ſibi commiſſa, durent tanquam perpetua licet eandem poſtmodum ſint egreſſi. Secus autem ſi cauſas duxerint aliquibus delegandas, cum iuriſdictio iſtorum expiret: ſi ante illorum diſceſſum horum citatio non præceſſit.

Pactio in ſpiritualibus vel turpis vel impoſſibilis non valet. lb. tit. 35. c. 8.

Idem extra de pactis. c. vlt. Pactiones factæ à vobis (vt audiuimus) pro quibuſdam ſpiritualibus obtinendis cum in huiuſmodi omnis pactio, omniſque conuentio debeat omnino ceſ-

D ſare, nullius penitus ſunt momenti. Quod etiam de aliis eſt dicendum, quæ obſeruatæ vergunt in animæ detrimentum. Nam etiam iuxta legitimas ſanctiones, pactum turpe, vel rei turpis vel impoſſibilis de iure, vel de facto, nullam obligationem inducit.

Compromiſſum finitur morte cōpromittentiū. lb. ti. 43. c. 14.

Idem Grego. extra de arbi. c. vlt. ait. Compromiſſum, non extenditur in compromittentis hęredes, ſi de ipſis non caueatur ibidem.

Clerici nō poſſunt ſibi deligere iudicē li. 2. dec. ti. 2. c. 18.

Idem extra de foro compe. ait. c. ſignificaſti. Licet priuatorum conſenſus eum qui præeſſe iuriſdictioni dignoſcitur ſuum poſſit iudicem

E conſtituere: clerici tamen in iudicem non ſuum niſi fortè ſit perſona eccleſiaſtica, & epiſcopi diœceſani voluntas accedat, conſentire non poſſunt.

Laici cuiuſcunque conditionis ſint prædicare nō debēt. li. 5 tit. 7. c. 14.

Idem Greg. ix. extra de hære. ſicut in vno corpore. Sicut in vno corpore. & infrà. Cum igitur nonnulli laici prædicari præſumant, vt verendum nimis exiſtat, ne vitia ſub ſpecie virtutum occultè ſubintrent: nos attendentes, quod doctorum ordo in eccleſia Dei eſt quaſi præcipuus, mandamus quatenus cum Dominus alios dederit apoſtolos, alios prophetas, alios doctores: interdicas laicis vniuerſis, cuiuſcunque ordinis

F cenſeantur vſurpare officium prædicandi.

Hæretici excommunicātur quocūque nomine cenſeātur ib. c. 15.

Idem de hære. c. ſequen. ait. Excommunicamus & anathematizamus vniuerſos hæreticos, catharos, patharenos, pauperes de Lugduno, paſſaginos, Toſſepinos, arnoldiſtas, ſpleroniſtas, & alios quibuſcunque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diuerſas: ſed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt

in id

A.C. 1241. in id ipſum, Damnati verò per eccleſiam ſeculari relinquantur iudicio animaduerſione debita puniendi: clericis prius à ſuis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi redire voluerint ad agendam pœnitentiam condignam: in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus hæreticos ſimiliter iudicamus.

Iniuria cō penſanda eſt. ibi. tit. 36. c. 9. Idem extra de iniuriis & dam. c. vlt. ait. Si culpa tua datum eſt damnum vel iniuria irrogata, ſeu aliis irrogantibus fortè opem tuliſti aut hoc imperitia tua ſeu negligentia euenerit: ſuper iis iure ſatisfacere te oportet: nec ignorantia te excuſat, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel iacturam. Quod ſi animalia tua nocuiſſe proponas, nihilominus ad ſatisfactionem teneris: niſi dando ea paſſis damnum velis liberare teipſum: quod tamen ad liberationem non proficit, ſi fera animalia, vel quæ nocere conſueuerunt fuiſſent: & quam debueras non curaſti diligentiam adhibere. Sanè licet, qui occaſionem damni dat, damnum videatur dediſſe: ſecus eſt tamen in illo dicendum: qui vt non accideret de contingentibus nil omiſit.

Ibi. tit. 19. c. 19. Qui recipit aliquid vltra ſortē etiamſi periculum ſuſcipiat eſt vſurarius. Ibi. ti. 19. c. 19. Excuſatur ab vſura iuſto pretio vendens. Idem Grego. extra de vſu. c. vlti. Nauiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, pro eo quod ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem vſurarius eſt cenſendus. Ille quoque qui dat decem ſolidos, vt alio tempore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur, quæ licet tunc plus valeant, vtrùm plus minus ſolutionis tempore ſint valituræ veriſimiliter dubitatur, non debet ex hoc vſurarius reputari. Ratione etiam huius dubij excuſatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt amplius quam tunc valeant in conſtituto termino recipiat pro eodem: ſi tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus.

Cæleſtinus 4. Pont. max. 181. ſed. di. 17. A.C. 1241. Vinc. li. 30. ca. 138.

§. VI.

GREGORIO igitur viam vniuerſæ carnis ingreſſo, cardinales conuenientes in vnum elegerunt in pontificem ſummum dominum Gaufridum de Mediolano, qui erat epiſcopus Sabinenſis & Cæleſtinus quartus eſt nuncupatus. Et quia ſenex erat & infirmus, non niſi 18. diebus quibus vixit, eccleſiam Dei valuit gubernare. Eo defuncto c vacauit ſedes menſibus xxij. Cauſa huius tam prolixæ vacationis dicitur fuiſſe, quia imperator operam dabat cum cardinalibus, qui pauci erant, vt non crearetur Papa niſi ad voluntatem ſuam: quam ob rem diſſentio erat inter cardinales. Quia enim imperator multum afflixerat eccleſiam & præualuerat, non audebant aliqui ex eis facere, quod A imperatori diſpliceret: & tamen in adimplendo voluntatem eius conuenire non poterant. Et ob hoc legitur inſtitutas fuiſſe octauas natiuitatis virginis Mariæ, quia votum fecerunt cardinales: vt ſi eis præſtaretur gratia vnitatis & concordiæ in ipſa electione, prout oportebat, ipſas octauas mandarēt celebrari per orbem. Quod ſecutum eſt concordia habita & voto impleto. A.C. 1241. Aem. li. 7.

Eodem tempore Alexius & Anaſtaſius Græcorum principes collecta ſuorum manu valida & (vt dicitur) cum infidelibus inita ſocietate cōtra Latinos: Conſtantinopolitanum imperium B plurimum infeſtare cœperunt. Vnde Balduinus a ſecundus hæres imperij prædicti de conſilio principum & prælatorum dicti imperij Latinorum, ad regem Francorum Ludouicum poſtea canonizatum conſanguineum ſuum: venit ab eo auxilium petiturus. Ioanne de Brenna rege Hieroſolymitano viro ſtrenuo ac fideli, ſocero ſuo, dicti imperij gubernatore & tutore relicto pro eo. Sed pro dictis negotiis eo tardante, interea Ioannes prædictus de medio ſublatus eſt. Quo mortuo Cōſtantinopolitana ciuitas & imperij ipſius ſtatus, ita per incurſus hoſtium C arctatus eſt, vt ipſi ciuitati obſidio pararetur. Propter quod proceres incluſi, cogente inopia coronam domini noſtri Ieſu Chriſti ſpineam, ciuibus mercatoribus Venetorum ſub maxima quantitate pecuniæ mutuata eis, pignori tradiderunt cum pacto ſcilicet, quod ſi intra certum tempus & breue non redimerent ipſam coronam reſtituendo dictam pecuniam, pignus ipſum caderet in commiſſum: corona Venetis remanēte, & pecunia Conſtantinopolitanis quaſi vt pretium. Balduinus 2. ex latinis orientis imperator 5. imperauit an. 33. Corona Chriſti ſpinea Venetis oppignorata.

D Interea poſtquam Balduinus applicuit ad regem Franciæ expoſita calamitate ciuitatis & neceſſitate, rex & regina mater eius Blancha deuotiſſima mulier compatientes ciuitati Conſtantinopoli, & Latinis habitantibus in ea magnam pecuniæ quantitatem Balduino conferunt, ſtipendiarios etiam milites adiungunt & ſtrenuos bellatores, cum quibus ſe contra hoſtes viriliter defenſaret. At Balduinus non ingratus tanti muneris, cernenſque deuotionem matris & filij erga Deum, & dictum imperium, venerabilem illum theſaurum ſcilicet coronam ſpineam, quæ Conſtantinopoli à longęuis ante temporibus ad ſtabilimentum conſeruata fuerat: E quæ totius imperij titulus erat & gloria ſpiritualis, gratis & liberè eis conceſſit, quę pro ſummo munere accipientes cum percepiſſent Venetis pignoratam ac obligatam, ſtatim miſſis nuntiis Venetias ac pecunia tota pro qua erat pignorata ſoluta, in vigilia beati Laurentij cum multa ſolemnitate Pariſiis eſt recepta & in cappella regis honorificè collocata.

c *Vacauit ſedes viginti & vno menſibus. Plat. an. 1. m. 8. diſt. 15. Onuph. Cenſuere enim, qui tum auctoritate in Eccleſia* Dei *valebant neminem in Pontificem eligendum eſſe donec Cardinales à Friderico in carcere detinerentur. Plat. in Caleſtino 4.*

F a *Poſt Balduinum primum & Henricum eius fratrem, de quibus cap. 2. §. 3. diximus, Petrus ex Comite Antiſiodorenſi 3. ex latinis Orientis imperator imperauit annos. 5. An. Ch. 1216. Poſt quem Robertus eius filius 4. ex latinis Orientis imperator imperauit an. plus minus ſeptem A.C. 1221. poſt quem Balduinus 2. ex latinis Orientis imperator 5. imperauit an. 33. A.C. 1228. Ex Niceta Chomate Onuph.*

A.C. 1244.

Innocentius quartus Pontifex Maximus 182. ſed.an. 11. menſ. 5. die. 14. A.C. 1243. de quo præter Plat. Blon. lib.7. decre.2.

CAP. V.

COELESTINO quarto rebus humanis exempto, poſt longam (vt dictum eſt) vacationem electus eſt dominus Otho (aliàs Synebaldus) de Fliſco Genuenſis & dictus eſt Innocentius quartus, prius Anagniæ pontifex, anno domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio. Ab initio verò mundi quinquies milleſimo ducenteſimo tertio. ſed ſecundum aliam opinionē ſexies milleſimo quadringenteſimo octauo. In numero pontificū, centeſimooctuageſimo tertio, ſeditq; in cathedra Petri annis vndecim, menſibus tribus. Ad hunc autem gradum promotus eſt cooperatione cuiuſdam magni amici ipſius Friderici, qui ad hoc laborauit intendens ponere pacem inter imperatorem & Eccleſiam. Cùm autem electio huius nota facta eſſet Friderico, & cum magno gaudio, eo quòd inter Cardinales erat magnus eius amicus, imperator ipſe Fridericus turbatus eſt valdè id audiens. Admirantibus autem ſuper triſtitia eius baronibus & familiaribus. Nolite (inquit) admirari, quia de iſta tali electione conditionem noſtram minuimus. Nam vbi cardinalis erat noſter amicus, factus Papa erit noſter inimicus.

Nauel. gener.42.

Pōtifex mutatur in alium.

Innocētij ad Fridericū legatio & eius obduratio.

Creatus ergo Papa miſit tres Cardinales ad imperatorem, rogans ea quæ pacis erant, mandánſque, quòd paratus erat eum abſoluere, dummodo vellet, quod iuſtum erat, & debitum facere, recognitionis ſui erroris & efficiendæ concordiæ deſiderij ſignum fore, dicens, ſi prælatos, quos ceperat, venientes ad concilium, & in carceribus impiè detinebat, laxaret. Noluit ille quicquam facere, ſed obduratus omnes aditus viarum, per quos ad vrbem diuerſis partibus quiſque potuiſſet accedere, occupauit, & cuſtodias poſuit vt nullus ſine ſua licentia illuc applicare valeret. Penè enim totam Italiam ſibi tyrannicè ſubiugatam tenebat. Hoc perpendens Papa Innocentius ſéque quaſi obſeſſum in vrbe, clanculo ordinem dedit cum ſuis conſanguineis Genuenſibus, quòd armare facerent viginti galeas, in quibus ipſe cum Cardinalibus, & aliis prælatis Eccleſiæ de Roma Genuam transfretaret. Quo facto dominus Innocentius cum curia ſua Genuam applicuerunt incolumes. Et poſt paucos dies inde profectus eſt Lugdunum Galliæ. Ibi autem ſtatuit concilium generale celebrari, miſſis per orbem nunciis, vt omnes Epiſcopi, Abbates, & alij prælati ad concilium Lugdunenſe venirent. Ad quod etiam concilium deuotiſſimus Ludouicus rex Franciæ aduenit, offerens ſe & ſuum regnum ad defenſionem ſanctæ Eccleſiæ & ipſius Papæ contra Fridericum Imperatorem, & quemlibet alium Eccleſiæ inimicum. Dictus rex Ludouicus paulò ante apud Pontiſatam vſque ad

Innocentius Lugdunum venit, & concilium cogit. A.C.1244.

S. Ludouicus æger ſanatur. Vinc.l.30.c.141.

A mortem infirmatus eſt, adeo, vt amiſſis omnibus ſenſibus corporis multi iudicarent eum eſſe defunctum. Vt autem rediit ab illa ecſtaſi, crucem tranſmarinam inſtanter petiit, & accepit, ideo ad eius ſuggeſtionem prædicto concilio Lugdunenſi celebrato crux tranſmarina prædicata eſt. Et ob hoc miſſo legato à latere Cardinali domino Othone epiſcopo Sabinenſi, plurimos in Franciam veniens verbo exhortationis nobiles & alios armauit. Fecit ergo Innocentius Papa in concilio citari Imperatorem, vt ſe perſonaliter præſentaret, & de

Fridericus ad conciliū citatus.

B obiectis ſibi criminibus reſponderet. Qui comparere noluit, ſed miſit ſuos oratores & procuratores, videlicet Epiſcopum Straſburgēſem de Alemannia, fratrem Hugonem magiſtrum manſionis ſanctæ Mariæ Theutonicorum, & magiſtrum Petrum de vineis, de regno clericum valdè literarum & eloquentiſſimum. Hi in concilio exiſtentes, excuſarunt Imperatorem, quòd infirmitate detentus perſonaliter non acceſſiſſet, ſupplicantes Papæ, vt dignaretur ei parcere & ad miſericordiam eum recipere, paratum & offerentem ſe ad reſtituendum bona, & iura vſurpata Eccleſiæ. Et quòd infra annum o-

C peraretur cum Soldano, vt reſtitueret terram ſanctam Chriſticolis. Ex quo tacitè innuebatur, quòd de voluntate eius Soldanus occupauerat, & tenebat terram ſanctam. Sed Papa cum concilio attento, quòd pluries Eccleſiam deceperat in ſuis promiſſis, cum etiam non apparerent argumenta veræ pœnitentiæ & ſatiſfactionis non dimittendo prælatos, quos captiuos tenebat, non credidit eis, etſi mandatum oſtenderent per bullam auream ad prædicta ipſum obligandi. Vnde in ipſo concilio ſolenniter protulit ſententiam contra eum condemnationis & priuationis Imperij & regnorum eius, per hæc verba quæ habentur extra de

D ſentent. & re iudic. ad apoſtolicæ. lib.6. & in §. ſequenti ponuntur.

Innocentij 4. in Fridericum ſententia, in Sex. decret. lib.2. tit.14. cap. 2.

§. I.

LICET, vt dicitur in dicto cap. ad apoſtolicæ, ſic apud eum (ſcilicet Imperatorem)

E pro pace monitis paternis & precum curaremus inſiſtere lenitate ſcilicet promittendo ei ſi in aliquo contra iuſtitiam Eccleſia eum læſiſſet ſatisfacere ad miſericordiam recipere, ſententias relaxare, ſi vellet debitum ſuum facere. Idem tamen Imperator (vt ibi dicitur) Pharaonis imitatus duritiam, & obturans more aſpidis aureas ſuas, preces huiuſmodi & monita elata obſtinatione ac obſtinata elatione deſpexit. Propter quod non valentes abſque graui offenſa Chriſti eius iniquitates amplius tolerare, cogimur vrgente nos conſcientia, iuſtè

Ex.6.&.7. Pſal.57.

F animaduertere in eundem.

Friderici quatuor ſcelera.

Et vt ad præſens de cæteris eius ſceleribus taceamus quatuor grauiſſima (quæ nulla poſſunt tergiuerſatione celari) commiſit. Peiera-

A.C. 1257.

Friderici:fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt.In eo fa-
cto omnem bellicum apparatũ Fridericus ami-
ſit.Multi autem de exercitu imperatoris capti
ſunt,& plurimi occiſi. Inter quos Taddæus iu-
dex imperatoris olim & conſiliarius occiſus eſt.
Quo incommodo accepto, verecundia & con-
fuſione indutus in Apuliam ſe recepit.

Miſſio Pontificis ad Tartaros. Vin.lib.31.cap.2. Naucl. Gen. 42. & alij.

§. III.

EA tempeſtate cum Tartari ferè totum mun
dum, maximè orientales & aquilonares
prouincias tribularent,dominus Papa Innocen
tius de fratrum ſuorum conſilio,ad illos tarta-
ros ſuos nuncios deſtinauit,ſcilicet fratrẽ Anſel
mum de ordine prædicatorum cum tribus fra-
tribus ſui ordinis cum literis apoſtolicis,in qui
bus hortabatur eos:vt ab hominum ſtrage de-
ſiſterent, & fidei Chriſtianę reciperent ſacra-
menta.Miſſus etiam fuit à Papa ad Tartaros fra-
ter Ioannes de plano Carpini,& frater Benedi-
ctus Polonus ordinis minorum. Qui frater An-
ſelmus domini Papæ literis acceptis: cum la-
boribus plurimis & periculis magnis multis
pertranſitis prouinciis anno domini 1257.circa
finem menſis Maij peruenit in Perſidem, vbi
tunc erat pars exercitus Tartarorum ſub Ba-
iothnoi principe.Qui cùm audiſſet nuncios Pa-
pæ ad ſe veniſſe,mirè gauiſus eſt.Cumque per
nuncium inquiſitus foret frater Anſelmus, ad
quid Papa miſiſſet eum,reſpondit:Audiuit do-
minus Papa, quòd gens quędam barbara,quæ
dicitur Tartarorum,de finib. orientalibus iam-
dudum exiuit,& multas regiones bellando ſuo
ſubiugauit imperio:inter quas contra ius gen-
tium ſæuiẽs ſtragem horribilem fecerit. Quare
idem dominus Papa eis & maximè Chriſtianis
compatiens, de fratrum ſuorum cardinalium
conſilio nos qui eius fideles & ſubditi ſumus,
miſit ad primum exercitum Tartarorum: vt ex
parte ipſius, qui eſt Chriſtianorum dominus,
illorum exhortaremur principem,vt ab homi-
num ſtrage maximè Chriſtianorum ceſſaret ac
de perpetratis flagitiis pœnitentiã agat, ſicut
tenor ipſarũ literarũ manifeſtat legentib.Roga-
mus ergo eum per vos, qui nuncij eius eſtis, ex
quo ore tenus eidem veſtro principi loqui non
poſſumus,vt literas domini noſtri Papæ reci-
piat,& ſiue per nuncios,ſiue per ſe, ſiue per lite
ras domino Papę reſpondeat.

Hunc Anſelmũ alii Anſelinũ nominãt. de Tartaris infrà cap.8.§.17. & 20.fusè agitur.

Hunc Baiothnoi ab aliis Batum vocari ait Gen. hæc habet Vi. li 31.c.40.

Papa eſt Chriſtianorũ Dominus, & iis omnibus proſpicit.

Tartari autem,qui ab eorum principe ad fra-
tres erãt miſſi inter cætera quæ à fratribus cum
multa cautela petierant, inquirebant vtrum
Franci adhuc in Syriam transfretaſſent. Audie-
rant etenim à Græcis mercatoribus, qualiter
rex Francorum inter Chriſtianos potentiſſimus
cum magno Chriſtianorum exercitu contra
Saracenos transfretare deberet in Syriam. Ti-
mebant etenim valdè duces Tartarorum ne
terras eis ſubiectas Chriſtianorum impugnaret
exercitus,ſcilicet Alapiam vel Turciam.

Tartari de Francorũ aduẽtu interrogant. c.41.

Poſt multa demum verba petierunt nuncij
Tartarorum,vt in præſentatione literarũ domi-
ni Papæ,ipſum principem,cui literæ præſentari

A.C. 1257.

A deberent,fratres adorarent,tanquam Dei filium
regnantem ſuper terram cum trina genuflexio-
ne.Quo audito frater Anſelmus,cum ſociis ſuis
deliberato cõſilio, potius elegerunt mori,quàm
ſic adorando genua flectere coram Baiothnoi.
Et hoc propter honorem tum vniuerſalis Eccle
ſiæ conſeruandum,tum propter Georgianorum
& Armenorum, & Græcorum atq; Perſarum &
Turcorum omniúmque orientalium nationum
ſcandalum euitandũ,ne ſcilicet per huiuſmodi
reuerentiam,quaſi per ſignum ſubiectionis atq;
B tributi quandoq; Tartaris à Chriſtianis impen-
dendi,occaſio & materia exultationis omnibus
Eccleſiæ inimicis per partes orientales diuulga-
retur. [& ne Chriſtianis ab eis captiuatis ſpes
liberationis quandoq; ſuperuenturæ per Roma
nam Eccleſiam penitus auferretur] Vnde Ba-
iothnoi indignatus contra eos mortis ſententiã
protulerat, niſi quidem eius principes obſtitiſ-
ſent, & quædam de eius vxoribus quæ mortem
fratrum eſſe contra ius gentium perſuaſit.Qua-
re ira eius emollita ſententiam de morte fra-
trum reuocauit.

Nuncij Pontificis Tartarorum principem adorare nolunt. c. 42.

C Cùm præfatus frater Anſelmus negaſſet eos
velle facere talẽ adorationem, addidit vt refert
Vincen.ſpe.hiſto.Ne fortè (quod abſit) materia
diſſenſionis & occaſio malignandi in reſpõſio-
nibus noſtris à domino veſtro,vel etiam ab aliis
valeat reperiri:quia fortaſſe ſuperbiam ac rigorẽ
inflexibilem autibus eius,vel aliorum verba no
ſtra videbuntur innuere,hoc etiã per vos ſigni-
ficamus ei,ꝙ omnem reuerentiam parati ſumus
ei exhibere, quam decet nos Dei ſacerdotes, &
viros religioſos,& nuncios domini Papæ, ſalua
Chriſtianæ religionis dignitate, & obſeruata in
D omnibus Eccleſiæ libertate.Illã quoq; reueren-
tiam,quam maioribus noſtris & principibus &
regibus facere conſueuimus,quam etiã nos do-
cet ſcriptura dicẽs. Magnati humilia caput tuũ,
parati ſumus domino veſtro facere propter bo-
num pacis,vnitatis,& cõcordiæ.Illã verò,quam
petitis,omnino reſpuim⁹, tanquã ignominioſã
Chriſtianæ religioni, mortémq; quamcunque
voluerit dominus veſter nobis inferre, potius
eligimus ſuſtinere. Si autem(quod dominus Pa
pa,& omnes Chriſtiani quam plurimum exo-
ptarent)dominus veſter Baiothnoi vellet Chri-
E ſtianus fieri,non ſolùm ante ipſum genua flecte-
remus: verum ante vos omnes parati eſſemus
non ſolùm ipſius plantas:ſed & omnium ve-
ſtrum etiam minorum oſculari propter Deum.
Quod illi vt audierunt ſuper admonitione illa
plurimum indignati ſunt: & perturbati cũ impe
tu & furore vehementi reſponderunt. Monetis
nos,quòd Chriſtiani fiamus,ſimuſque canes ſi-
cut & vos? Nónne pater veſter eſt canis,& vos
omnes canes eſtis?Ad hæc frater Anſelmus re-
ſpondere penitus non poterat,impeditus rugiti
bus ac clamoribus proteruis eorum,ac fremi-
tibus.

Principes infideles quomodo ſint venerandi & quomodo non.Vinc. ib.c 43.

F Cum ergo Baiothoni ſententiam protuliſſet
mortis in illos,non timẽs ſanguinem Innocen-
tem effundere contra conſuetudinem,& ius om
nium gentium:quę permittit nuncios ſeu orato
res ingredi & egredi liberè ac ſecurè. Quidam
tamẽ ex cõſiliariis variè ſuper hoc loquebãtur.
Dicebant enim aliqui, Non interficiamus, niſi
duos, alios duos remittamus ad Papam, Alij

Tartari de nece fratribus inferenda deliberãt. c.44.

A C. 1257.

dicebant. Exorietur vnus eorum, videlicet principalis nuncius papę: eiuſque pellem plenam paleis per nuncios ſocios ſuos remittamus ad dominum ſuum. Alij autem. Duo tantum ex eis fuſtigati per totum exercitum ducantur: deinde occidantur. Alij verò duo quouſque veniāt Frāci eos ſubſequentes reſeruentur. Porrò aliqui dicebant ex illis. Nobiſcum eos ducamus in exercitum, vt ibi multitudinem, & poteſtatem noſtram intueantur: & facientibus machinis hoſtiū noſtrorum ante illas ponantur: ſicque non à nobis, ſed à machinis interfici arbitrentur. At verò ſentētia Baiothnoi pręualebat, vt ſcilicet capitali ſenētia plecterētur omnes illi, qui contumaces fuerant in proſtratione, & adoratione ſibi faciēda. Tandem, Deo ordinante qui diſſipat cogitationes malignorum, vna de ſex vxorib. Baiothnoi, quæ erat antiquior, & quidam etiam, qui ſuper nuncios aduenientes curam habebāt, omnibus modis, quibus poterant reſiſtebant ſententiæ de nece fratrum. Illa ſiquidem vxor eius taliter perorabat: Si nuncios iſtos occideris omnium qui te tale quid feciſſe audierint, odium & horrorem incurres. Dona & xenia quoque, quæ tibi à magnis hominibus ex diuerſis & longinquis regionibus mittūtur, amittes. Nuncios quoq; tuos, quos ad magnos principes mittis, iuſto freti iudicio deſtruent, & occident ſine vlla miſeratione. Ille quoq;, qui nunciorum aduentitium curā habebat, Baiothnoi ſic dicebat: Noſti, ſi recolis, quātū mihi iratus fuerit Chaā ſuper occiſione cuiuſdā nuncij; cuius cor à viſceribus extractum ad incutiendum terrorē aliis nunciis aduenientibus, & omnibus aliis audituris, in equi mei pectorali per totū exercitū tuum me publicè portare feciſti. Si ergo nuncios iſtos occidere mihi iuſſeris, non occidā, ſed à te fugiā, & innocentiam meam conſeruans feſtinabo quā citiſſimè ad Chaam, & de morte iſtorum in plena curia tanquam maleficum & homicidam inauditum, accuſabo te, atque conuincam. His ſermonibus emolitus & confractus Baiothnoi cor ſuum fellitum & turbulentum paulatim ſedauit.

Quomodo hiſtiatres à morte fuerunt liberati.

Denique poſt moram ſolito longiorem reuerſi barones ad fratres interrogauerunt, quem modum adorationis ſoliti erant facere maioribus ſuis; ex quo non valebant ſeruare morem ſuum, & quam reuerentiam facerēt domino Baiothnoi, ſi ad præſentiam eius accederent. Tunc frater Anſelmus capitium ſuum paulatim à capite ſubtrahens: & parum caput inclinans ait. Hic eſt modus reuerentiæ, quam noſtris maioribus exhibemus, hanc Baiothnoi exhibebimus, & nullam aliam quantauis conſtricti violentia exhibere proponimus. Iterum quæſierunt, quis eſſet modus ſecundum quem Deum Chriſtiani adorant. At ille reſpondit: Multis modis, alij etenim in terram proſtrati, alij flexis in terram genibus, alij alio & alio modo. Sed multi ac diuerſi de longè venientes dominum veſtrum adorant venerantes: ipſius tyrannizatione perterriti, eiuſque ſerui facti & ſclaui. At verò Dñs Papa, & omnes Chriſtiani tyrannizationem non metuunt: nec ab eis ex ratione poteſtis hanc adorationem exigere, nec quòd præcepit Cham illis demandare: qui ei nulla iuriſdictione vel dominatione ſubiecti ſunt. Et cum præ-

Tartari reuerentiam à fratribus exhibendam principi poſtulaot. c. 45.

Sclaui. i. mancipia.

A fati Baiothnoi nuncij dicerent fratribus. Cum vos Chriſtiani adoretis ligna & lapides, id eſt in lignis & lapidibus ſculptas cruces, quare adorare dedignamini Baiothnoi: quem filius Dei Chaā, vt ſeipſum præcepit adorari? Ad hæc reſpondit frater Anſelmus. Ligna & lapides nō adorant Chriſtiani, ſed ſignum crucis impreſſum in eis propter dominum noſtrum Ieſum Chriſtum repræſentatum in tali ſigno. Dominū autem veſtrum adorare non poſſumus, quantacunque paſſione cruciatuum nobis propoſita.

A.C. 1257. Quę nobis obiiciunt hæretici, ebiiciebāt & Tartari.

B Reuerſis nunciis ad dominum ſuum Biothnoi, & referentibus dicta eorum, per eos remandauit, vt cum literis Papæ proficiſcerentur ad Cham regem, & dominatorem omnium Tartarorum, videbitiſque (inquiunt) quanta ſit eius potentia, quanta gloria, & diuitię infinitæ. Quibus reſpondit frater Anſelmus quòd cum dominus Papa non miſerit eos ad Cham, ſed ad primum, quem inuenirent dominum ac ducem exercitus Tartarorum, idcirco ne faceret contra commiſſionem domini ſui, nolebat illuc ire, ſed præſentia domini eorū, quem primum omnium inuenerat, contentus erat, & literas domini Papæ (inquit) paratus ſum vobis oſtendere: & ſi placuerit recipere conſignare. At illi nuncij iterum inquiunt. Qua fronte vos Chriſtiani omnes audetis dicere, quod Papa ſit omni homine maior dignitate? Quis vnquam audiuit, quod Papa veſter tot & tanta regna ſibi acquiſierit, quot & quanta filius Dei Chaam Deo concedente accepit? Quis vnquam tam longè lateque audiuit nomen Papæ veſtri dilatari in orbe terrarum, ſicut nomen Chaam vbique diffunditur? Chaam ergo eſt maior Papa veſtro, & omni homine in potentia, gloria & diuitiis. Cúmque frater Anſelmus reſpondiſſet Papam eſſe maiorem Chaam, & omni homine propter poteſtatem traditam à Chriſto Petro, & ſucceſſoribus eius in ligando & ſoluendo animas, illi clamare cœperunt, vt animalia bruta, & tumultuoſas voces effundere, & impedire locutiones eius.

Fratres ad Cham ire recuſant. c. 46.

Quomodo Papa omni homine maior.

Denique nuncij illius domini reuerſi ad ipſum, poſt aliquam moram iterum acceſſerunt ad fratres ex parte ipſius domini Baiothnoi, mandantes vt literas Domini Papæ eis aſſignarent, quas ipſi ad eum deferrent. Quibus literis perlectis coram eo, & mediantibus interpretibus expoſitis in Tartarico: eiſque retentis cum bulla, miſit idem Baiothnoi quendam ſcribam ſibi multum familiarem, vt diceret fratribus, quod duo ex illis irent cum vno, quem eis darent, ſecuro conductore, qui deferrent literas Chaam, vt viderent gloriam, & magnificentiam eius: quas referrent domino Papæ & ab eo reſponſionē expectarent literarū. Quod cū frater Anſelmus recuſaret vt prius, ſcriba ille verbis adulatoriis quærebat inducere fratres ad adorationem Baiothnoi reprehendēs etiam eos de duritia eorum. Tunc frater Anſelmus Putabam (inquit) vt audieram à multis, quod à Tartaris libenter veritas audiretur, ſed vt video, iam corruit in plateis, & non ingreditur ad eos: nec ab eis diligitur, nec veretur.

Mat. 16. Literas Pōti. Max. Baiothnoi accipit. c. 47.

Cùm frater Anſelmus cum ſociis rogaterent vt ſi placeret Baiothnoi, daret literas reſponſales domino Papæ, vt licentiati reuerterentur ad

Tartari variis tergiuerſationibus fratres deludunt. c. 48.

A.C. 1259. ad eum,qui miſerat illos promittebat quidem hoc facere.Et venientes fratres ad curiam pro expeditione vſque ad nonã expectãtes in ardore ſolis ſine aliquo vmbraculo in Junio & Iulio menſe pluribus diebus reuertebantur ieiuni ad tentorium ſuum,& vacui,illuſi ab eis, & vt viles reputati,indigni reſponſione, & vt canes à Tartaris æſtimati ſunt.

Diutius in caſtris detinentur. c.49. Sicque tenuit eos Baiothnoi in exercitu ſuo per nouẽ ſeptimanas ter in eo tẽpore mandãs eos occidi,domino varijs modis non permittẽte,humiliter & patienter eis omnia pro Christo ſufferentibus. Et cùm licentiam iam dediſſet in feſto Ioannis Baptiſtæ die ſequenti tertia licentiam reuocauit,dicens ſe expectare à Chaam filio Dei nuntium quemdam magnum virum, qui ſuper totam Georgiam mandatum imperandi acceperat, mandatumque nouum afferebat ab ipſo Chaam,per totum orbem tranſmit-
1250. tendum, quod volebat fratribus intimare, vt reſcriptum eius Papæ deferrent. vt creditur faciens expectare illum magnum dominum, vt cum eo de morte eorum tractaret. Fratres autem eius tyrannidi reſiſtere non valentes, patiẽter adhuc per tres hebdomadas perſtiterunt, C panem arctum,& aquam breuem pro ſuſtentatione vix ad ſufficientiam habentes, & præ defectu panis vſque ad veſperam quandoque ieiunantes caprinum & vaccinum lac & aliquando iumentinum comedebant, aquam puram frequentius bibebant & quandoque pro magna pittancia mixta cũ acetoſo lacte, nulla de vino facta mentione.

Pittanciæ, i. obſonio.

Fratres diſceſſionem procurant & impetrant,c.50.

§. IIII.

PORRO frater Anſelmus per moram illam quam illic contrahebat,cogitãs de facili profectionem maris propter ineptitudinem hyemalis temporis futuri ſe poſſe amittere, perrexit ad quemdam magnum conſiliarium curiæ rogans vt pro fratribus apud Baiothnoi preces interponere vellet, quatenus eis licentiam recedendi concedere vellet, & xenia etiam quædam illi conſiliario promiſit, ſi ad hoc ipſum E adiuuaret.Ille igitur ad Baiothnoi accedens ac bona verba & preces pro fratribus interponens literas Papæ tranſmittendas,vt iamdudum fuerat ordinatum de mandato Baiothnoi fieri præcepit: ac nuncijs ordinatis, qui literas Baiothnoi & Chaam ad Papam transferrent, licentiam recedendi fratribus impetrauit. Porro literis factis,& eis ad iter capiendum præparatis: ecce in ipſa die qua fratres exituri erant de exercitu, prædictus magnus vir Auguta nomine ſuperuenit cũ auũculo Soldani Alapię & fratre Soldani Moſoal quæ olim Niniue vocabatur. F Illi quoq; duo Augutã comitantes de Chaã veniebant,cui pro nepotibus ſuis homagium fecerãt,cumque compluribus donis & xenijs honorauerant,ac tributarij eiuſdem effecti fuerãt. Itaque ante præſentiam Baiothnoi peruenerunt atque dona plurima obtulerunt, ipſumq; cum trina genuflexione & capitum in terram

A alliſione ſecundum mandatum Chaam adorauerunt.Itaque Baiothnoi & omnes conſiliarij eius de aduentu Augutæ, & comitum eius ſupra modum exultantes, feſtum & gaudimoniumſecundum morem ſuum in lactis iumentini potationibus, & in cantibus, vel potius vlulatibus eidem fecerunt. Tartaros quoque vicinos cum vxoribus ad augmentum ſolennitatis vocantes negotium fratrum & expeditionem eorum poſtpoſuerunt. Poſt ſeptem igitur dies,quibus vacarunt potationibus & vlulatibus ſuis, octaua ſequenti in die beati Iaco-
B bi cum literis & nuncijs Baiothnoi literiſque Chaam quas vocant literas Dei ad papam trãſmittendis,fratribus liberè & abſolutè licentia recedendi conceſſa eſt. Fuerunt autem per annum in eorum dominio ad ipſos eundo,& cum ipſis morando,& inde reuertẽdo. Et frater quidẽ Anſelmus in via illa tota moratus eſt per annos tres& ſeptẽ mẽſes antequã ad Papã rediret. Frater Alexãder & frater Albertus fuerũt cũ eo annos tres.Frater Simon per duos annos & aliquot ſeptimanas.Sunt autem vt dicunt,ab Achone vſque ad exercitum Tartarorum in Perſide dietæ quinquaginta nouem.

A.C. 1259.

Tartari lætitia inſolens.

Dieta,i.iter vnius diei.

Exemplar literarum à Tartaro miſſarum plenum inſolentia Barbarica c.51.

§. V.

EXEMPLUM autem literæ quæ à Baiothnoi ad dominum Papam miſſa eſt tale eſt.
D Hoc eſt diſpoſitione diuina ipſius Chaam trãſmiſſum Baiothnoi verbum.Papa ita ſcias. Tui nuncij venerunt, tuas literas attulerunt. Tui nuncij maxima verba dixerunt, neſcimus vtrùm iniunxeris eis ita loqui aut à ſemetipſis dixerunt. Et in literis taliter ſcripſeras. Homines multos occiditis,interimitis,& perditis. Præceptũ Dei ſtabile & ſtatutũ eius,qui totius faciem orbis continet ad nos ſic eſt.Quicunque ſtatutum audierint ſuper propriam terram, aquam, & patrimonium ſedeant, & ei qui faciem totius orbis continet, virtutem tradant. Quicunque autem præceptum & ſtatutum non audierint: ſed aliter fecerint, illi deleantur & perdantur. Nunc ſuper hoc iſtud ſtatutum & præceptum ad vos tranſmittimus. Si vultis ſuper terram veſtram aquam & patrimonium ſedere opera vt tu Papa ipſe in propria perſona ad nos venias, & ad eum qui faciem totius orbis continet,accedas. Et ſi tu præceptum Dei ſtabile, & illius, qui faciem totius terræ continet non audieris, illud nos neſcimus Deus ſcit.Oportet, vt antequam venias nuntios præmittas, & nobis ſignifices, ſi venies an non, ſi velis nobiſcum componere, aut inimicus eſſe & reſponſionem præcepti cito ad nos tranſmittas. Iſtud præceptum per manus Aybeg & Sargys miſimus: mẽſe Iulii.20.die lunationis. In territorio ſitiens caſtri ſcripſimus.

Litteræ Chaam ad Baiothnoi miſſæ.c.52.

Hoc autem eſt exemplum literarum Chaam ad Baiothnoi,quas Tartari vocant literas Dei,

A.C. 1259.

Hoc præceptum Dei viui Cingiſcham filius Dei dulcis & venerabilis dicit; Quia Deus excelſus ſuper omnia,ipſe Deus immortalis, & ſuper terram Cingiſcham ſolus dominus. Volumus iſtud ad audientiam omnium in omnem locum peruenire prouincijs nobis obedientibus, & prouincijs nobis rebellantibus. Oportet ergo te,ô Baiothnoi, vt excites eos & notifices eis,quia hoc eſt mandatum Dei viui & immortalis. Inceſſanterque innoteſcas eis ſuper hoc petitionem tuam & innoteſcas in omni loco hoc meum mandatum, vbicunque nuncius poterit deuenire. Et quicunque contradixerit tibi,venabitur, & terra eius vaſtabitur, & certifico te quia omnis qui non audierit te,erit ſurdus. Et quicunque viderit hoc meum mandatum,& non fecerit, erit cæcus. Et quicunque fecerit ſecundum iſtud meũ iudicium cognoſcens pacem & non facit eam erit claudus. Hæc mea ordinatio perueniat ad notitiam cuiuſcunque ignorantis & ſcientis. Quicunque ergo audierit & non obſeruauerit,deſtruetur,morietur, & perdetur. Et quicunque iſtud proſecutus fuerit & voluerit, ſaluabitur & honorabitur, De his Tartaris dicetur plenè ante capitulum de ſancto Ludouico rege Franciæ, quando & quomodo habuerunt initium & dilatauerunt regnum ſuum.

De Friderico imperatore Eccleſiæ perſecutore de quo Ioãnnes villanus, Ioannes Cuſpinianus collenucius & varia Chronica.

CAP. VI.

De hoc Hẽrico 5. vide ſuprà tit.17.c.6.

QVIA de Friderico ſecundo imperatore multa dicta ſunt videlicet quãtas perſecutiones, & malæ fecit eccleſiæ ſub pontificatu Honorij tertij & Gregorij.9.& Innocentij quarti, vt plenius innoteſcat malitia eius & ingratitudo erga Eccleſiam, & quàm iuſtè condemnatus ſit ab ea, hic eius ortum progreſſum & exitum plenius notabimus. Hic ſiquidem filius fuit Henrici 6.imperatoris qui Henricus filius fuerat primi Friderici imperatoris, qui etiam magnas perſecutiones Eccleſiæ intulerat & Alexandro 3.gubernatori eius. Hunc ergo Henricum imperatorem Clemens 3. de Alemannia euocauit, vt Romam veniens bellum moueret contra Tancredum filium alterius Tancredi, & nepotem per lineam fœmininam Roberti Guiſchardi, qui Tancredus tunc erat rex Apuliæ & Siciliæ, ſed ſenſum debitum non reddebat Eccleſiæ, & dignitates epiſcopatuum & abbatiarum regni conferebat, cui volebat, contra ius & in dedecus Eccleſiæ. Quęſiuit ergo dictus Clemens Papa auferre regnum Tancredo, vnde & ordinauit cum archiepiſcopo Panormitano,vt Cõſtanria ſoror regis Guilielmi & hæres Siciliæ,quæ monialis erat in monaſterio Panormitano monaſterium egrederetur cùm iam eſſet ætatis quinquaginta annorũ

A diſpenſando ſecum, vt contrahere poſſet matrimonium. Et dictus archiepiſcopus Pannormitanus procurauit, vt clam Romam ipſa Cõſtantia accederet, quod & fecit ibique deſponſata & coniugata fuit Henrico imperatori, ex qua non multo poſt filium ſuſcepit Fridericũ 2. de quo intendimus.

Fridericus natales nõ ſ[illegible] legitimi.

Reuerſa igitur in Siciliam grauida cùm multi dubitarent de vero eius conceptu cùm ita eſſet antiqua propinqua partui fecit papilionem extendere in medio cuiuſdã plateæ Pannormi, & edictum poſuit,vt ſi qua mulier vellet accedere & intrare papilionem cùm eſſet paritura, B liberè intraret,vt tolleretur omnis ſuſpicio de vero partu eius. Natus eſt ergo Fridericus iſte ex moniali iam quinquagenaria.

Homini imperatoris perfidia.

Cùm autem Henricus deſponſando illam accepiſſet in dotem regnum Apuliæ & Siciliæ de voluntate Eccleſiæ, ipſe dedit debitum cenſum,& intrans in regnum totum ſibi acquiſiuit deuictis contrarijs. Guilielmum autem filium Tancredi, qui regnabat in Apulia & Sicilia pro parte ſuo iam defuncto, fraudulenter decepit, nam tractans cum eo de pace eum capi fe- C cit,& ipſum cum tribus ſororibus ſuis miſit captos in Alemanniam,excæcans illum,& eunuchizãs,ne ex eo filij naſci poſſent. Quo facto de facili totum regnum obtinuit, diſperſis aduerſarijs eius hincinde. Et cùm Eccleſia ei tanta beneficia contuliſſet, vt ingratiſſimus non ſolùm cenſum denegabat,ſed iura Eccleſiæ perturbabatur, diſponendo de dignitatibus ad placitum,& prælatos perſequendo,& aliquos occidendo. Propter quod Innocentius 3. excommunicauit eũm,& excommunicatus deceſſit. Remanſitque ex eo filius Fridericus 2.paruulus D cum Conſtantia matre ſua rex Siciliæ & Apuliæ: & paulò pòſt,ipſa regina Conſtantia decedens dimiſit filium ſuum puerum ſub tutela Eccleſiæ & gubernatione regni. Innocentius autem tutelam ſuſcepit, & fideliter regnum ſibi ſeruauit. Cùm autem adhuc Henricus vniueret, fecit Fridericum filium etſi paruulum coronari in regem Alemanniæ. Poſtmodum Othone,qui poſt Henricum de voluntate Papæ Innocentii factus fuerat imperator imperio priuato ab eo, quia & ipſe Eccleſiam Dei perſequebatur[a],Alemanniæ principes E & electores in vnum conuenientes de conſilio Philippi regis Francorum vno conſenſu Fridericum 2.Siciliæ regẽ filium Henrici 6.imperatorem elegerunt,per ſolennes nuncios Papam Innocentium deprecantes, vt eius electionem cõfirmaret. Qui licet ad hoc ſatis inclinaretur, tamen quia Romana Eccleſia ſemper cum multa deliberatione & grauitate in ſimilibus conſueuit incedere, aliquanto tempore diſſimulauit potiſſimum,quia progeniem illam de Sueuia plurimum ſciebat Romanæ Eccleſiæ fuiſſe damnoſam,ad vltimum votis illorum aſſenſit. F Poſt confirmationem ſuam inde diſcedens Ge-

Fridericus ſubtrahitur Eccleſiæ relinquitur.

Romanæ Eccleſiæ in deliberando maturitas.

a *A.C.1219.Cæſar Fridericus Henrici 5.Imperatoris filius 13.ex Germanis Romanorum imperator in ſchiſmate primum contra Othonem rex Romanorũ eſt appellatus Idibus decembris & poſt Othonis mortem A.C.1218.iterum electus regnauit & imperauit an. 32.m.7.d.17.*

nuam

A.C. 1220.

niam peruenit. Vbi cum magno gaudio & A honore à Genuenſibus receptus eſt ſtudio & adiutorio Bonifacij comitis Montisferrati. Habuit in ſuo tranſitu per Longobardiam fauorem & adiutorium omnium ciuitatum, exceptis Mediolanenſibus, qui progeniem Friderici primi aui huius exoſam valde habebant ex eo quòd ciuitates eorum funditus deſtruxerat. Tranſiensque Alpes Alemanniam introiuit, venitque Conſtantiã. Cuius aduentum ſciens Otho, cum ſua gente ſequebatur eum iamque ad prędictam vrbem miſerat quoſdam de familiaribus ſuis, cum ea die ipſe ad illam venire diſponeret. Veniens ergo Otho à ciuibus Friderico fauentibus repulſus eſt. Qui recedens venit ad quoddam oppidum quod Briſac dicitur, ſed omnibus iam partes Friderici defendentibus ingredi non eſt permiſſus. Videns ergo Fridericus, quòd fauor & amicitia regis Francorum Philippi ad obtinendum imperium plurimum eſſet ſibi neceſſaria mediante Metenſi epiſcopo hoc tractante, apud Vallem coloris inter Fridericum regem Romanorum, & Philippum regem Francorum concilium celebratum eſt. Cui tamẽ Philippus infirmitate grauatus non interfuit, ſed Ludouicus filius eius primo genitus cum regni Francorum principibus. Poſt multa autem quæ ibi inter eos tractata ſunt, demum percuſſerunt amicitiæ fœdus perpetuum, ſicut fuerat inter prædeceſſores eorum.

Bellum inter Othonem & Fridericum imperatores.

Concilium pro Principum conuentu.

Inter Fridericũ & regem Francorum fœdus initũ.

Friderici res in imperio planè horrendæ enarrantur.

§. I.

Fridericus imperator coronatur.

ANNO autem domini 1220. Fridericus qui in imperatorem fuerat electus ab electoribus & confirmatus ab Innocẽtio cum magna militia principum Alemanniæ & Italię Romã pro corona imperij venit; qui ab Honorio Papa clero & populo Romano cum multa gloria ſuſceptus eſt & in eccleſia ſancti Petri inunctus et coronatus. Qui licet in principio viſus eſt eccleſiam honorare & aliquas conſtitutiones in fauorem fidei edere poſt vt ingratiſſimus eccleſiam quę eum vt filium educauerat & in regem Siciliç & in imperatorem promouerat toto tẽpore vitę ſuę perſecutus eſt, vt patuit & patebit infrà. Hic itaque Fridericus fuit magni ſenſus naturalis, ſatis peritus in literis ſecularibus, magnanimus et multum verſatus in vniuerſalibus rebus mundi; doctus in pluribus idiomatibus, ſcilicet lingua latina literali, & vulgari, gręca gallica & Saracenica; liberalis & magnificus, ſed multis vitijs irretitus. Superbia, à qua ſumpſit initium omnis perditio; auaritia quæ radix eſt omnium malorum, ex qua vſurpabat bona & iura Eccleſiarum, luxuria, quæ brutalem hominem facit. Diuerſis ſpeciebus libidinis immerſus, concubinas plures habebat, & alias turpitudines exercebat. nec aliquid prætermiſit, qui omni voluptate frueretur, vitam tenens Epicuream, & quaſi non exiſtimans fore aliam vitam. Inimicus ex hoc clericorum & religioſorum, cõ-

Linguam latinam literalem vocat, communem linguam latinam eſt vulgarem Italicam.

Eccl. 10. 1. Tim. 6.

A.C. 1220.

A tratrium prædicantium. Multas Eccleſias & monaſteria deſtruxit in Apuliæ regno & Siciliæ, induratus vt Pharao etiam in flagellis, vt non audiret monita pontificum. Fecit autem multa magnifica ædificia penè per omnes ciuitates nobiles Apuliæ regni, & Siciliæ. Opulentum & validiſſimũ caſtrũ ſeu arcẽ quæ dicitur Capuana in Neapoli, & turres mirabiles duas in flumine iuxta Capuam Caſtrum Pratenſe, & arcem ſancti Miniatis. hic ex prima vxore habuit duos filios legitimos ſcilicet Henricum & Corandum quos elegi fecit in imperatores ipſo B viuente, primo Henricum, & eo mortuo Conradum. Habuit ex ſecunda vxore prima defuncta filium nomine Iordanum, quæ vxor ſecunda fuit filia Ioannis regis Hieroſolymitani. Sed non multo tempore Iordanus ille ſuperuixit. Ex concubina autem habuit tres mulierum nominatos, Fridericum primogenitum ſuum illegitimum, quem fecit regem Antiochiæ. Manfredum, quem fecit principem Tarenti, qui ſe fecit regem poſtea Siciliæ. Et Renzum, quem fecit regem Sardiniæ.

Friderici ædificia.

Eius filij.

Cùm autem in principio ſui imperij oſtendiſſet C affectionem & deuotionẽ ad Eccleſiam, poſtmodum eam momordit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffudit, vſurpãs iura Eccleſiæ, pontifices & archiepiſcopos põnes in Eccleſiis modo ſuo, & inſtitutos à Papa expellens, collectas ab Eccleſijs exigens, partialitatibus Italiã implens, quæ diu permanſerunt in ciuitatibus: & vna pars aliam conabatur expellere & extinguere. Pars illa, quæ imperatori contra Eccleſiam adhærebat, dicebatur Gibellinorum, quæ verò Eccleſiam ſequebatur & iuuabat, dicebatur Guelphorum, & quandoque vna D quandoque alia præualebat. Admonitus autem ab Honorio Papa & cùm permaneret in ſua malitia, excommunicatus eſt ab eo. Sed Gregorius 9. ſuccedens Honorio cùm obſtinatus in ſuperbia perſeueraret hoſtis Eccleſiæ confirmans ſententiam Honorij iterum cũ Eccleſiæ communione priuauit. Ad preces autẽ Ioannis Hieroſolymitani regis, qui tunc venerat de oriẽtalibus partib9, depreſſus à Saracenis ad occidentales, vt ſubſidiũ reciperet pro recuperatione terræ ſanctæ, Gregorius nonus Fridericũ abſoluit ab excõmunicatione, & ſibi & E Eccleſiæ reconciliatum eo promittente reſtituere terram & iura Eccleſiæ & ad ſatiſfactionẽ perpetratorũ malorum pergere cum magnis copijs ad conquirendum terram ſanctam. Et mortua eius vxore prima data eſt Friderico imperatori filia ipſius regis Ioannis in vxorem. Quam de longinquis partibus Romam fecit adduci, ibi nuptijs celebratis, ex qua cito filium habuit, ſed cito defunctus eſt.

Hic dictus eſt ſupra Encius vt ab Odo.

Guelphi & Gibellini Italiæ factiones

Friderici incontinentia.

Et quia ipſe Fridericus totus erat lubricus, non contentus vxore, clam violauit quamdam puellam: quæ erat in ſocietate imperatricis v- F xoris ſuæ neptis eius. Quod cùm percepiſſet vxor prædicta patri ſuo Ioanni nunciauit. Ioannes autem turbatus contra eum conqueſtus eſt cum dolore arguens eum. Sed imperator ægrè ferens, verberauit vxorem & mitti fecit in carcerem. Et vt dicebatur ei cito abſtulit vitam. Et Ioannem ipſum, qui erat in partibus Apuliæ pro Eccleſia ad præparandas gentes & ne-

Crudelitas.

A.C. 1238. ceſſaria pro expeditione cruce ſignatorum: recedere iuſſit de partibus Apuliæ. Eorum autem quæ promiſit cum iuramento nil obſeruauit. Perfidia. Sed iter inchoans per mare cum Chriſtianis & legato Apoſtolico, ſubitò retroceſſit reuertens in Apuliam in magnum diſpendium fidelium. Poſt aliquod tempus cum magna claſſe per ſe præparata, ſine requiſitione Papæ profectus eſt in terram ſanctam, & potius in diſturbiũ, quàm in adiutoriũ fuit Chriſtianis bellatoribus ibi. diſturbiũ. dãnum. Habebat enim ſecretam intelligentiam & amicitiam cum Soldano, & ſibiinuicem munera magna mittebant. Et Soldanus promiſit ei dare regnum Hieroſolymitanũ, ſi ſibi cõtrarius non eſſet, in pugna contra Chriſtianos, quòd & fecit, & collata ſibi Hieroſolyma Fridericus ibi ſe fecit coronari in regem Hieruſalem vt diffuſius dictum eſt ſuprà. Et cùm eo manente in Syria rebellaſſent ſibi ciuitates plurimæ in regno & in Longobardia reuerſus cito eas recuperauit. Et exinde veniens prope Romam quæſiuit capere Gregorium Papam, adiutus fauore aliquorum Romanorum. Sed domino operante liberatus eſt ab obſidione eius.

Fridericus in Cardinales impius ſup. c. 4. §. 3. Et cùm Papa concilium generale celebrare in vrbe diſpoſuiſſet, & propter hoc deſtinaſſet Cardinales legatos in Franciam & alios prælatos, ad inducendum clericos ad cõcilium: Fridericus excommunicatur. Fridericus in reuerſione eos & alios clericos cepit per mare tranſeuntes in lignis Genuenſium, & in carceribus poſuit, vt dictũ eſt ſuprà plenius propter quæ mala Gregorius excommunicauit Fridericũ. Dum autẽ vacauit eccleſia per mortẽ Gregorij mẽſibus, plurib⁹ interea iſte peſſimus Frideric⁹ perſequebatur omnes ciuitates & cõmunitates tenẽtes partẽ Eccleſiæ, & infeſtabat pro poſſe. Ingreſſuſq; Romandiolã, quæ eſt de iure Eccleſiæ omnes ciuitates eius cepit, excepta Fauentia quæ cùm ei reſtitiſſet, tandem obſeſſam per ſeptem menſes deficientibus victualibus in deditionem accepit. Deficiente autem pecunia imperatori, poſt pignorationem iocalium ſuorum & vaſorũ argenti & auri, vt haberent milites ſtipendia ſua fieri fecit monetam de corio, inſignitam ſua imagine & ſubſcriptione, quæ aureum valeret, edictum ponens in exercitu ſuo quòd quicunque præſentaret talem monetam theſaurario ſuo, acciperet pro ea monetam auream quæ dicitur Auguſtanus (ſicut nunc ducatus, vel florenus moneta aurea) cuius ſculptura erat ex vno latere facies imperatoris, ex alia aquila, & valor eius erat floreni & quarti. & in illa obſidione de illa moneta prouidebatur ſtipendiarijs, certificatis quòd pro ea præſentata reciperent auguſtanum aureum. Et ſic fuit cis obſeruatum.

Henricus patrẽ Fridericum arguẽs ab eo crudeliter necatur. Obiit autem Cõſontiæ in Calabria. A.C. 1235. On. Eo tempore cùm Hẽricus, primogenitus Friderici, dolens de perſecutione, quam faciebat eccleſiæ pluries patrem filialiter & humiliter arguere de iniuſta perſecutione indignatus ille vt ſuperbiſſimus & eum deſpiciens, vt hoſtẽ nõ filium exiſtimãs, procurauit falſos accuſatores contra eum, qui eum denunciarent prodirorẽ & ad petitionem eccleſiæ quærere rebellionem ciuitatum & ſibi adhærentium contra eum. Propter quod ſiue verum eſſet ſiue confictum, Fridericus fecit eũ capi cum duobus filijs eius

A & in carcere in Apulia poni vbi & mortui ſunt. A.C 1230 Et poſt mortem huius Henrici miſit Manfredũ filium ſuum illegitimum in Alemanniam mandans principibus illis vt loco Henrici regẽ Romanorum eligerent Chunradum ſecundò genitum ſuum. Poſt hęc etiam Fridericus ſapientiſſimum virum; & eloquẽtiſſimum magiſtrum Petrum de vineis de proditione ſibi delatum (ꝙ creditur ſibi falſò crimen impoſitum ex inuidia ab ęmulis ſuis quia magnum locum tenebat in curia) eũ viſu priuauit ſine erutione organorũ, ac in carcerẽ retrudi fecit, vbi in breui mortuus B eſt. Et vt dicitur ab aliquibus ipſe ſibi ipſi vitam extorſit. Quod iuſto Dei iudicio factum videtur, vt quia ad complacendum ei, multa fecerat contra eccleſiam ei fauendo & excuſando eum: fuit condemnatus ab illo, pro quo Deum offenderat & Eccleſiam. Pettus de vineis à Friderico oculis priuatur. Nota.

Poſt tranſitum Gregorij noni & Cæleſtini electus eſt in pontificem Innocentius 4. Genuẽſis, quem Fridericus quæſiuit capere: ſed manus eius euaſit pergens Genuam, & exinde Lugdunum, a vbi generale cõcilium celebrans excommunicauit ipſum Fridericum & regno Sici C liæ & imperio priuauit propter multa ſcelera eius vt dictum eſt ſuprà. Anno autem domini. 1238. fuit Eclipſis ſolis quaſi totius circa horam nonam die. 6. Iunij. Vnde aerita obſcuratus eſt, vt quaſi nox appareret. Vnde multi cauſam ignorantes exterriti huiuſmodi caſu ad pœnitẽtiam redierunt. Secundum autem iudicium (quod tamen frequenter eſt falſum) deſignauit mortem Gregorii 9. & oppreſſionem Eccleſiæ per Fridericum. Gallia antiquum Põtificum perfugiũ. ſup. cap. 5. ante. i. 5. Ecclipſis ſolis. Iudicium vocat aſtrologiam iudiciariam falſam.

Fridericus poſt excommunicationem furens graues turbas tota Italia & pręſertim Florentiæ excitat.

§. II.

D POST depoſitionem Friderici ab imperio, auxit ipſe ſæuitiam ſuam contra fauentes Eccleſiæ per ciuitates Longobardiæ & Tuſciæ. Vnde pro ſui ſecuritate in ciuitatibus, vbi erant partes voluit habere ab eis obſides, & de Guelphis & de Gibellinis, quos detineri voluit in caſtro ſeu arce ſancti Miniatis Altedeſco. Qui E cùm aduenissent Gibellinos liberos dimiſit in domũ ſuã Guelphos retinuit, qui ęrãt in magna calamitate. Et ĩter cæteros Gibellinos, q ſcilicet fauebãt imperatori etiã ſic depoſito, erat familia Florẽtiæ quę dicebatur Vbertorũ, cũ quibuſdã aliis familiis vt Thebaldianorũ, Capõſachorũ,

a *Hoc eſt decimum tertium generale Conciliũ, in quo fuit etiam actum de recuperanda terra ſancta D. Ludouico Frãcorum rege conſtituto duce illius expeditionis. Ruber item Pileus & Purpura in eo Cõcilio primum conceſſa ſunt Cardinalibus, vt admonerentur ſe ſemper paratos eſſe debere, ſanguinem pro Chriſtiana religione fundere. Illis etiam conceſſum ferre rubrum galerum & vehi equo in vrbe Gag. l. 7. & Aemil. 7. Sic Cardinalatus inſignia ſunt recentiſſima, ſed dignitas & origo antiquiſſima, vt aliàs nos de annotauimus.* F

Charta-

A.C. 1245.

Chartanorum,& Brunelleſchiorum, & aliis plu ribus.Sed partis Guelphæ defenſatricis eccleſię erant familiæ dictæ Bagnenſes & Pulci & Maghalotti,& Donati & Biſdomini, & familia quæ dicitur de Pactiis & Adimari, & plures aliæ familiæ adhærebant aliæ Guelphis,& aliæ Gibellinis. Perſuaſit autem Fridericus Gibellinis per ſuos ſecretos nuncios:vt eiicerent Guelphos de ciuitate: & in ea re adiutorium ipſe præſtaret.

Cœperunt ergo Gibellini per diuerſa loca ciuitatis Florentiæ inſurgere contra Guelphos: rixas facere & ſeditiones. Et cùm per aliquot dies Guelphi viriliter reſiſterent:demum percipientes,quòd Fridericus miſiſſet filium ſuum illegitimum cum mille ſexcentis militibus Teutonicis in adiutorium Gibellinorum, videntes ſe tantæ potentiæ non poſſe reſiſtere: cum iam illi miſſi à Friderico ciuitatem intraſſent, terga verterunt. Et egreſſi de ciuitate Florentia Guelphi cœperunt caſtrum Montiſuarchij, alij ex eis caſtrum Caprariæ & alia loca. Et illic ſe collocantes ſæpè monebāt bellum Gibellinis, exeuntes & appropinquantes ciuitati ad damna inferenda. Gibellini,qui reman ſerant in dominio ciuitatis, ordinauerunt regimen prout eis eſt viſum. Et in vituperium & exterminium Guelphorum deſtruxerunt & ad terram deiecerunt trigintaquinque palatia & turres eorum. Inter quæ exterminatum eſt palatium valdè nobile Toſingorum,quod erat in foro veteri. Altitudo eius erat nonaginta brachiorum, & vna turris ei coniuncta alta brachiorum centum & triginta.Et ex hoc geſto cœperunt Florentiæ iſtum modum ſeruare:vt cum bellaret vna pars contra aliam, illa, quæ præualebat & remanebat in ciuitate,deſtruebat vel comburebat habitationes expulſorum.Et cùm eodem anno Guelphos,qui erant in Monteuarchio, aggreſſi fuiſſent Teutonici miſſi à Friderico,conſerto duro prælio Guelphi Teutonicos debellarunt & fugarunt eos,multis occiſis & plurimis captis.

Guelphi Florentia expelluntur à Gibellinis.

Anno domini. 1248. Fridericus obſedit Parmam(quæ tenebat cum eccleſia.)Et erat ibi legatus Papæ qu i fabricauerat contra eum baſtiam quaſi alteram ciuitatem cum domibus & turribus.Et cum iam pluribus menſibus duraſſet obſidio iurauerat Fridericus non receſſurum ſe quouſque eam obtineret,& de propinquo ſperabat eam capere: cùm ſciret per exploratores iam illis intus victualia deficere. Sed Deo ſuperbis reſiſtente, cum vna dierum Fridericus cum ſuis familiaribus ad recreationem iret cum canibus venatum,nil timens de Parmenſibus,ſed exiſtimans eos vt victos:Parmenſes hoc ſcientes cum omni ſuorum conatu egreſſi ſunt magno impetu è ciuitate: pergentes ad baſtiam illam contra hoſtes qui impræparati & inordinati manebant ſine capite vt ebrij fuga ſuæ ſaluti prouiderunt,cum tamen eſſent in triplo plures quàm Permanſes. Cœperunt ergo Permanſes baſtiam occiſis & captis multis ex inimicis. In qua baſtia(quæ Victoria dicebatur) non ſolum victualia:ſed & magnas ibi diuitias inuenerunt & vaſa argentea Friderici, ac etiam coronam eius imperialem.Quæ omnia in ciuitatem aſportantes,baſtiam illam diruerunt,& combuſſerūt. Corona autem illa dicitur reſeruata, & adhuc

Fridericus obſidet Parmam. Baſtiam.i. arcem,ſeu propugnaculum Fridericus cōtra Parmam conſtruit.

Fridericus à Parmenſibus profligatur.

A.C. 1245.

A eſſe in ſacriſtia eccleſiæ Parmenſis ob memoriam triumphi.Fridericus autem audita profligatione ſuorum:& ipſe timens Cremonam ſe contulit. Recedens autem Fridericus dę partibus Longobardiæ reliquit ibi filium ſuum illegitimum Renzum regem Sardiniæ vicarium ſuum. Et ingreſſus Tuſciam, quamuis Gibellini, qui ſuam partem tenebant,dominarentur tunc Florentiæ, noluit Florentiam intrare,ex eo quod deditus auguriis perceperat ſe Florentiæ eſſe moriturum.Sed non intellexit,quia de alia Florentia locutus eſt diabolus:vt moris ſui eſt homines decipere ſub locutionibus æquiuocis.

Fridericus deditus auguriis.

B Et quia Guelphi plures ex nobilioribus in caſtro Caprariæ reſidentiam faciebant, expulſi de Florentia,& caſtrum illud tenebant: miſit Fridericus ex gentibus ſuis ad obſidendum dictum caſtrum Caprariæ. Quod eis impugnantibus fortiter,cùm qui intra erant,quia deficientibus victualibus non poterant ſe tenere, cum pactis tractarent ſe inimicis tradere: & ipſi parati eſſent,quę petebant concedere:vnus cerdo,qui in prætorio fuerat in magiſtratu Florentiæ indi-
C gnatus:quia vocatus non fuerat ad illud concilium, & tractatum: ſignificauit inimicis, quòd caſtrum illud ſe non amplius poterat defendere.Quod hoſtes ſentientes, nullum pactum voluerunt cum eis facere. Et illi demum ad voluntatem Friderici ſe ſubiecerunt caſtrum reddentes.Guelphi autem, qui ibi erant præſentati ſunt Friderico: qui in Fucechio tunc reſidebat. Inter quos principaliores erant comes Rodulphus de Capraria, & Dominus Rainerius de Buondelmontibus miles Florentinus. Ipſos i-
D gitur Fridericus captiuos duxit in Apuliam ſecum:quibus ad inſtantiam Gibellinorum oculos fecit erui cum multi eſſent & de nobilioribus familiis Florentinorum,& demum in mare proiici:excepto domino Rainerio,quem tamen oculis priuauit.Sed poſtea reuertentibus Guelphis Florentiam,vt dicetur infrà,recognitus cerdo ille: qui occaſio fuerat tanti mali lapidatus fuit ab omni populo: & per ciuitatem a pueris tractus hincinde per plateas & vias, proiectus demum fuit in foſſatum.

Caſtrum Caprariæ à Friderico captū.

Friderici in Guelphos immanitas.

Poſt hæc Renzus filius Friderici vicarius generalis eius,dimiſſus in partibus Longobardiæ:
E perrexit cum copiis Bononiam:vbi erat Dominus legatus cum gentibus eccleſiæ, & cœpit bellum mouere contra eam.Bononienſes verò cum ſuis armigeris exierunt contra hoſtes, & viriliter decertantes eos debellarunt:& multis occiſis,ac plurimis captiuatis: inter alios cœperunt & ipſum Renzum filium Friderici: quem miſerunt in caueam ferream,ibiquę miſerabiliter vitam ſuam finiuit.

Renzus Friderici filius à Bononienſibus capitur.

Magna in vrbe Florentia perturbatio & reipubl.mutatio ex Ioanne Villano.

F

§. III.

INTEREA cum potentia Friderici paulatim minueretur:& Gibellini,qui dominabantur Florentiæ,imponerent onera grauia & importabilia collectarum populo:& Guelphi de ciuitate expulſi diſperſi per comitatum multa fortalia,& caſtra tenentes ſæpè bellum mouerent contra

A.C. 1250.

contra ciuitatem, familia etiam Vbertorum quæ erat nobilior ex Gibellinis, tyrannidem exerceret in populo multi ciues bonæ æquitatis zelatores reipublicæ, & vitæ ciuilis, conuenerunt adinuicem,& armati reſidebant in domibus prope ſanctum Laurentium. Et ibi conſtituerunt triginta ſex viros, vt capita populi: & ablata omni ptãte ei, qui dicebatur Poteſtas & omnib⁹ aliis officialibus,qui tũc eſsẽt in ciuitate:ediderunt certa ſtatuta quibus populus regeretur.Et elegerunt in capitaneum populi dominum Robertum de Luca. Hic fuit primus Capitaneus in Florentia. Creauerunt & duodecim ciues,quos vocarunt Anxianos: duos in quolibet ſexto ciuitatis(tunc etenim ciuitas diuidebatur per ſex ſexta) qui gubernabant populum, & erant in concilio cum capitaneo. inſtituto Ii congregabantur in domibus iuxta abbatiam Florentinam ad ordinandum,quę incumbebãt, ſed ſinguli in domibus ſuis dormiebant & comedebant.

Noua rei. Florentinæ inſtitutio.

Tunc etiam fieri fecerunt viginti vexilla cum cæteris inſigniis: quæ dederunt viginti viris habitantibus in diuerſis partibus ciuitatis, vt quilibet cùm oporteret, armatus cum ſubditis illi vexillifero cum capitaneo occurreret in agendis. Et hæc acta ſunt anno Domini. 1250. Sed poſtmodum ciuitate diuiſa per quatuor quarteria, amotis quatuor ex dictis viginti remanſerunt ſexdecim qui dicuntur & adhuc ſunt vexilliferi ſocietatis,quatuor in quolibet quarterio:& inſignia ſua antiqua retinent. Comitatum etiam ordinarunt diſtinguentes in nonaginta & ſex plebanatus.Tũc etiã cœpit ędificari palatium iuxta ſanctum Apollinarem,quod dicitur Poteſtatis, quia ibi habitat. Fuit etiam ordinatum, & executioni mandatum: vt turres omnes,quæ plurimæ erant per ciuitatem altè per centum & viginti brachia aliquæ: omnes reducerentur ad altitudinem quinquaginta brachiorum:& quod menſuram excedebat, diminutum fuit.

Quarteria .i.vrbis regiones.

Plebanatus ſunt parœciæ in qua plebani.i.parochi reſident.

Friderici olim imperatoris mors teterrima ex Ioanne Villano Ptolomæo Lucenſi,Blon.li.7.dec.2.

§. IIII.

ANNO autem prædicto ſcilicet. 1250. cum eſſet Fridericus in quadam ciuitate in confinibus Abrutij in Apulia,quę ciuitas dicitur Firenczíola;infirmatus eſt ad mortem iuxta augurium de eo prælatum:quod ipſe non intellexit interpretatus Florentiam pro Firenziola. Ibi cum eo aderat filius eius illegitimus Manfredus iniquus,ſicut & pater ſuus,vt patet ex facto: cupiens habere theſaurum eius nec non & dominium Apuliæ,& Siciliæ, qui timens ne fortè euadens,vel condens teſtamentum aliud diſponeret de regno Siciliæ:conſilium ſumens cum camerario Friderici: ac ei promittens magna munera,& Dominium aliquorum locorum, cõuenit cum eo,& ipſe Manfredus ſuper os patris poſuit ceruical,& ita ſuffocauit eum, & miſerabiliter mortuus eſt tam potens & diues Dominus excommunicatus,priuatus imperio, & omni regno ſine aliquo ſacramento,& ſigno pœnitentiæ.Sicque iudex æquitatis Deus vindicauit viduam diu clamantem,ad ſe, ſcilicet eccleſiam:vt vindicaret tam de aduerſario ſuo, ſicut & in aliis eccleſię perſecutoribus egit.

Hoc oppidum ferè nũc Oui. nominat.

Fridericus à Manfredo filio ſuo ſuffocatur. Luc.18. Nota diligenter Eccleſiæ perſecutor.

A.C. 1250.

Quo mortuo Manfredus arrepto theſauro eius,& dominio vſurpato regni Siciliæ; corpus Friderici deferri fecit in Siciliam ad eccleſiam Montisregalis,quæ eſt ſupra Panormum faciendo ei honorabiles exequias: & ſi in eccleſia ſepeliri non poſſet vel loco ſacro,quia excommunicatus deceſſit.Cum autem in ſepultura eius diuerſi diuerſa epitaphia dicerent ſculpenda in marmoribus exprimentia magnalia eius: quidam clericus Aretinus compoſuit iſtos tres verſus quos placuit Manfredo & Baronibus in ſculptura deſcribi.videlicet.

Si probitas,ſenſus,virtutum gratia,cenſus,
Nobilitas,orti,poſſent reſiſtere morti:
Non foret extinctus Fridericus qui iacet intus.

Epitaphiũ Friderici.

Et ad intuendum magis malitiam & ſæuitiam Friderici, ſciendum, quòd paulò antequã infirmaretur miſerat Fridericus in Tuſciam, mandans vt omnes obſides Guelphorum ad eum perſonaliter mitterentur,vt eos morti traderet. Sed cùm eſſent in itinere maritimo,ſignificatum eſt & diuulgatum de morte eius propter quod cuſtodes,qui eos ducebant,ſibiipſis timentes liberos eos dimiſerunt. Qui in Campiliã applicuerunt, & inde Florentiã ſunt reuerſi,& ad alias ciuitates Tuſcię pauperes & egeni.

Eadem nocte,qua mortuus eſt Fridericus: defunctus eſt etiam(qui erat Poteſtas in Florentia pro eo)vocatus Dominus Rainerius. Dormiente enim eo in lecto ſuo,teſtudo quędam,quę erat ſuper cameram eius ruens oppreſſit eum, quaſi prognoſticum,quod cito deberet deficere dominium eius Florentiæ, & ita euenit. Nam poſt paucos dies populus Florentinus audita morte Friderici & attenta tyrannide nobilium ex Gibellinis,introduxerunt in ciuitatem Guelphos proſcriptos facta pace inter Guelphos & Gibellinos.Mortuo Friderico & reuertente Innocentio iiij. ex Francia ad vrbem pars Guelphorum, quæ ſcilicet erat pro eccleſia cœpit exaltari.

D. Rainerij Poteſtatis Florentinæ obit⁹.

Guelphi Gibellinis expulſis Florentiæ dominantur.

Anno autem ſequenti Florentini proceſſerũt hoſtiliter contra Piſtorienſes ſibi rebelles, & bellum ineuntes cum eis in monte combolino, debellauerũt ipſos Piſtorięſes:multis ex eis captis,& non paucis interemptis.Et quia nobilioribus ex Gibellinis non erat gratum regimen ciuitatis per populum,eo quòd magis videbatur fauere Guelphis,quàm eis, imo principales ex Gibellinis noluerunt ſequi populum in mouendo Piſtorienſibus prælium:& quia etiam ibi notabilem partem habebant, propter quod reuerſus populus cum victoria habens ſuſpectos Gibellinos: emiſerunt de Florentia capita ſeu principales Gibellinorum. Et remanſit pars Guelpha cum populo ad regendum mutando inſigna:quia vbi Gibellini habent pro inſignio communitatis lilium albumin campo rubeo,fecerunt ipſi lilium rubeum in campo albo.

Florentini in Piſtonenſes mouent.A.C. 1250.

Chunradus Friderici filius Siciliæ regnum inuadit:ex Ioãne Villano Cuſpiniano autore vitarum Pontificũ,& alij.

§. V.

CHVNRADVS autem filius legitimus Friderici,vt audiuit mortem patris certioratus

A.C. 1250. tus ſubito cum magno apparatu de Alemannia recedens:in regnum Apulię & Sicilię,iter ſuum dirigebat ad regnum poſſidendum, Manfredus autem ſe interea fecerat vicarium generalem regni,quaſi ipſum fratri reſeruans,& omnes ciuitates eius poſſidebat exceptis Neapoli & Capua,quę rebellãtes eccleſiæ ſe dederant.Et ſimiliter multæ ciuitates in Tuſcia & Longobardia. Chunradus autem non per terram,ſed per mare (vt tutius & expeditius perueniret in Apuliam) per Marchiam Taruiſinam: adiutus à Venetis tranſiuit in regnum. Manfredus autem, quamuis multum in re contriſtatus eſſet de aduentu fratris: quaſi magis ad eum Dominium ſpectaret,quod ipſe poſſidere intendebat:tamen ſimulans dolorem animi,fratrem ſuum ſuſcepit cum magno honore,gaudio,& ſolemnitate.Et quàm citiſſimè Chunradus profectus eſt in prælium contra Neapolim:& longa obſidione fatigatam in deditionem accepit: pactis initis cum eis vt perſonæ & ciuitas immunes eſſent à morte & deſtructione: quæ tamen non ſeruauit,ſed muros ciuitatis diruit, & fortalitia eius. Et idem Capuæ fecit, poſtquam eam recuperauit, & in breui totum regnum ſub Dominio ſuo recepit: ſibi rebelles & eccleſiæ inhærentes perſequens mores patris imitatus in inimicitia eccleſiæ, non ſolùm laicos:ſed & religioſos exterminans non ſibi fauentes in malo,eccleſias deſtruens,epiſcopatus & alias dignitates eccleſiæ ad libitum concedens.

Neapolim capit & diruit.

Infirmatus eſt autem , & ſi non grauiter, ſed Manfredus ambitione ductus , & cupiditate regnandi,adauxit infirmitatem,& ad mortem vſque perduxit,medicis magna & multa promittens,vt in clyſtere venenum ponerent.Ex qua re ille de medio ſublatus eſt , excommunicatus & impœnitens. Reliquit autem filium paruulum Chunradinum vocatum:quem ſuſceperat ex vxore ſua filia ducis Sueuiæ in Alemannia.Igitur mortuo Conrado,Innocentius Papa regnum intrauit,& multæ ciuitates ſe rebellantes eccleſiæ adhęſerunt.Sed cum paulò poſt ſequeretur tranſitus Innocentij. iiij.qui Neapoli infirmatus,ibi ſepultus eſt anno Domini.1252.

Chunradus Neapoli A.C. 1254. miſerabiliter moritur.

Manfredus autem qui ſe faciebat vicarium & baiulum regni , vires reſumens & audaciam ex morte pótificis,& multo magis ex diutina vacatione apoſtolicæ ſedis , quaſi per biennium, pene totius ciuitates regni rebelles reaſſumpſit & per Italiam diſcurrens Gibellinos partes imperij tenentes , ſibi conglutinauit in Tuſcia & Longobardia,Guelphos perſequens.Inſuper patricida & fratricida, quæſiuit etiam fraudulenter nepoticida fieri ſcilicet Chunradini. Qui cùm à matre in Alemannia cum magna diligentia cuſtodiretur,miſit ſolemnes oratores Manfredus ad eum viſitandum. Mater autem eius cauta oſtendit eis pro Conradino filio ſuo alium coætaneum, eius pretioſis veſtibus indutum.Gui cùm inter cætera encœnia obtuliſſent confectiones,ſed venenatas:puer ille partem accepit & comedit,qui poſtea ex veneno illo mortuus eſt. Reuerſi autem oratores exiſtimantes Conradinum mortuum ex veneno illo,ſic nunciauerunt in regno. Et leuato luctu magno de morte eius Manfredus ſibi vſurpauit dominium regni,de quo infra plenius dicetur.

Innocentius 4. moritur.

Manfredus fratris filium occidere tentat.

Cõfectiones ſunt deliciæ ciborum & tragemata.

A De geſtis Florentinorum : hæc habet etiã Blond.li.7.dec.2. ex Ioanne Villano Chronicorum Florentinorum auctore. A.C. 1251.

§. VI.

PRÆTEREA de geſtis per Florentinos ſecundum chronica, ſciendum , quòd anno Domini.1251.Domini de Vbaldinis congregata ſecum multitudine Gibellinorum,& Romandiolorum,profecti ſunt contra caſtrum Sennicum vt caperetur illud:Sed Florentini occurrentes eis cum ſuis copiis debellauerunt dictos Vbaldinos cum detrimento multo eorum. Eodem anno Gibellini exulantes à Florentia, cum adiutorio Teutonicorum armigerorum rebellare fecerunt caſtrum montaionis vallis Arni: quod erat Florentinorum , & ipſum cœperunt. Sed Florentini hoc audientes , ſubitò profecti ſunt ad obſidendum dictum caſtrum , & profligati ſunt à Gibellinis.

B

A.C. 1252.

C Iterum autem Florentini cum maiori copia & auxilio etiam Lucenſium reuerſi ſunt : & caſtrum illud obſederunt menſe Ianuarij:cum niues terram occuparent.Sed & Senenſes & Piſani,qui tenebant partem Gibellinorum cum magno populo ſuperuenerunt in adiutorium obſeſſorum. Tunc dimiſſis diligentibus cuſtodibus ad continuandum obſidionem , reliqui equites & pedites Florentini viriliter proceſſerunt contra Piſanos & Senenſes, qui caſtrametati erant iuxta abbatiam cultus boni , vt cum eis decertarent.Qui timentes audaciam eorum, D terga verterunt cum confuſione & damno rerum ſuarum. Poſtea homines caſtri ſe dediderunt Florentinis,qui captiui ducti ſunt Florentiam,& caſtrum illud dirutum.

Florentinorum de Senenſibus victoria.

Anno autem Domini.1252. Florentini profecti ſunt hoſtiliter contra Piſtorienſes:& deuaſtatione facta in circuitu ciuitatis , obſederunt caſtrum eorum ſcilicet Tyzanum. Audito autem quòd Piſani cum adiutorio Senenſium debellauerant Lucenſes iuxta montoporium , & plurimos ex Lucenſibus captiuos ducebant cum magna præda.Florentini poſtquam in deditionem E acceperunt dictum caſtrum cum certis pactis: immediatè profecti ſunt contra Piſanos & Senenſes:& inuenientes eos iuxta caſtrum Pontis eræ,irruerunt ſuper eos.Et poſt conflictum durum adinuicem Florentini præualuerunt,& Lucenſes,qui captiui ducebantur liberati, ligauerunt eos,qui ſe ceperant.Perſecutique ſunt eos vſque prope Piſas ad tria milliaria,occiſis vel captis ex Piſanis & Senenſibus tribus millibus:inter quos etiam captiuus ductus eſt Poteſtas Piſanorum,qui de vrbe erat.

Alia Florentinorum victoria.

F Eo tempore ędificatus eſt pons ſuper Arnum fluuium,qui dicitur ſanctæ trinitatis: quia eſt iuxta dictam eccleſiã ſeu monaſterium Valliſumbroſæ:multum ad hoc operante Liamberto de Freſcoballis:qui cum ſuis diues erat & potens. Et ante per quindecim annos fuerat ædificatus pons,qui dicitur Rubaconte , ſic denominatus ab eo,qui tunc erat Poteſtas in Florentia,qui dicebatur Dominus Rubaconte de Mediolano. Tunc etiam viæ ciuitatis lapidibus ſtratæ ſunt: vnde

Pons ſupra Arnũ ædificatur.

Florentina ciuitas ornatur.

A.C. 1252.

vnde ciuitas ornatior & ſanior reddita eſt.

Eo tempore, dum Florentini proceſſerunt contra Piſanos & Senenſes, vt dictum eſt, comes Guidus Nouellus de familia comitum Guidorum, cum Gibellinis ingreſſi ſunt in caſtrum Fighinioienſe: quod erat benè munitum & rebellare fecerunt. Vnde Florentini reuerſi cum victoria, ſine dilatione proceſſerunt ad dictum caſtrum: & cum machinis & aliis modis obſidentes multum arctabant eos, qui intus erant, propter quod ſe eis ſubdiderunt: pactis initis vt ſaluæ perſonæ eſſent comitis, & aduenarum & ſubſtantiæ hominum: & Gibellini, qui ibi erant Florentiam accederent, vt Guelphi in dicto caſtro quietius permanerent. Sed caſtro obtendo recedente dicto comite fides pactionis ſeruata non eſt eis, ſed deprædatis omnibus caſtrum Lucenſium eſt dirutum, & poſt tempora reædificatum. Cum autem Florentini oppugnarent Fighinium, Senenſes congregato exercitu proceſſerant contra caſtrum Montiſalcini obſidentes ipſum, quod caſtrum erat commendatum Florentinis. Sed ipſi expediti de caſtro fighinio iã obtento: profecti ſunt ad ſuccurrendum Montiſalcinenſibus. Et applicantes ad locum certamen inierunt cum Senenſibus, & profligarunt eos multis occiſis & aliis captis. Reuerſi ſunt vndique cum victoria Florentiam. Tunc etenim populus zelans pro bono reipub. perſonaliter proficiſcebantur ad bellum, alij equites, alij pedites, & viriliter vſque ad mortem deſudabant. Et tunc ciuitas fœlicitate temporali conſtituta, cœpit cudere monetam auream. ſcilicet florenos ex auro: quæ ptius vtebatur argentea & fiebat de auro perfecto viginti quatuor caratorum, Quorum octo erant ponderis vnius vnciæ & adhuc vſus perſeuerat.

Florenos cudũt Florentini.

In eodem tempore Florentini hoſtiliter inuaſerunt Piſtorium, & ita obſidione vallarunt: vt nullus egredi vel ingredi valeret. Qui cũ non expectarent alicũde ſuccurſum: ſe illis tradiderunt cum pacto quòd Guelphos dictæ ciuitatis, qui exules erant reducerent liberè ad habitandum. Ad inſtantiam etenim eorum bellum mouebant contra eos, & cum hoc etiam addito vt Florentini facerent vnum fortalitium ad dictam portam quæ eſt verſus Florentiam, quod eſſet in cuſtodiam Florentinorum. Quod & ſeruatum eſt, licet cum diſplicentia Piſtorienſium non parua. Ipſum tamen fortalitium poſtea fuit dirutum, vt dicetur infrà, quando Florentini fuerunt deuicti à Senenſibus iuxta montem apertum: tunc enim Gibellini reuerſi ſunt in Piſtorium. Videntes autem Florentini quia tempus eos iuuenerat: exinde proceſſerunt contra Senenſes deuaſtantes comitatum eorum & ad Montem alcinum progredientes eis colligatum, cum neceſſariis abandanter munierunt. Et captis quibuſdam caſtris Senenſium reuerſi ſunt Florentiam.

Florenti- ni Piſtorio domi nantur. Infrà c.6. §.4.

Florentini de variis hoſtibus eodem anno triumphant, iidem auctores.

§. VII.

ANNO autem Domini. 1253 communitas Florẽtinorũ hoſtiliter proceſſit cõtra

A.C. 1253.

A Senenſes, caſtra metati & obſidionem facientes in Monteregio. Sed Senenſes timentes illud caſtrum amittere, conſenſerunt iis, quæ Florentini ab eis poſtulabant. Et facta eſt pax inter eos, Senenſibus de concordia conſentientibus: vt caſtrum Montiſalcini Florentinis remaneret quod olim eorum fuerat. Recedentes ergo de comitatu Senenſi, obſidentes caſtrum Podibonzi Florẽtini ipſum cũ pactis certis in deditionẽ acceperunt: & poſtea caſtrum Variæ, quod erat familiæ, quę dicitur Squacia lupi. Poſt hoc profecti contra ciuitatem Volateranam, quam
B tenebant Gibellini intendentes ſolum deuaſtationem facere in comitatu eius, & reuerti ciuitatem: etenim illam ſciebant fortiſſimam, & non de facili obtinendam. Cumque Florentini diſcurrerent verſus ciuitatem deuaſtando quæ occurrebant: Volaterrani videntes eos appropinquare portis ciuitatis: omnes eius habitatores cum magna audacia egreſſi contra hoſtes, ſed ſine ordine & capite irruerunt in eos damna plurima inferentes. Florentini autẽ viriliter reſiſtentes, & certantes cum Vola-
C terranis, cùm præualerent, Volaterrani cœperunt ad ciuitatem reuerti: & cum mixti eſſent Florentini cum Volaterranis inſequentes continuò eos, qui erant in portis videntes ſuos fugere, & ipſi fugam arripuerunt: ceperunt ergo portas. Qui cùm intrarent omnes, ciues nullam fecere reſiſtentiam: ſed epiſcopus cum clero venit obuiam eis cum crucibus honorificè recipientes eos. Et mulieres crinibus ſolutis erant clamãtes ad eos pacem & miſericordiam. Propter quę intrantes ciuitatem, non permiſerunt qui principales erant, vt in ea fieret aliqua
D prædatio vel maleficium: ſed emiſſis Gibellinis ordinauerunt ciuitatem, prout viſum eſt eis expedire.

Florentini Volaterras capiunt.

His peractis copiæ in Piſanos traductæ ſunt Piſani in tanto Florentinorum ſucceſſu pugnæ fortunam minimè experiendam rati, ſeſe mœnibus continebant. Miſſiſque in caſtra oratoribus pacem popoſcerunt. Datæ ſunt eis conditiones duræ pro pace conficienda: vt ſcilicet Florentini immunes eſſent à Gabellis maritimis & terreſtribus a Piſanis pro mercimoniis ipſorum. Et quod non mouerent bellum Piſani contra eos, nec auxilium ferrent
E inimicis eorum. Et alterum horum conferrent Florentinis: videlicet caſtrum ripæ factæ aut Plombinum, quæ terræ erant tunc de Dominio Piſanorum, ac etiam obſides darent quinquaginta viros notabiles ex Piſanis: qui Florentiæ reſiderent. In his omnibus, amaro animo conſenſerunt. Sed non multo poſt Piſani pacis fœdera fregerunt. Hæc per multa & egregia mirabili fœlicitatẽ vna æſtate à Florentinorum populo geſta ſunt, adeo vt is annus fuerit annus victoriarum nuncupatus. Reuerſique, ſunt Florentiam cum triumpho mirabili.
F Et palatium Dominorum cœpit ædificari: nam antea habitabant Anziani in priuatis domibus ſuis. Itaque foris & domi eodem anno maieſtas populi exaltata eſt.

Piſani & Florentini fœdus ineunt.

De

> A.C. 1254.

De Alexandro quarto & bello aſpero Venetorũ & Genuenſium: & bellis aliorũ.

CAP. VII.

> Alexander quartus Pont. Max 183. ſed. a 6 m 5 d 5. A C 1254. de quo præter Platinā Blondus li. 7. dec. 2. Nauc. gen. 42 et alij Chron.

INNOCENTIO quarto ad dominũ euocato, a vacauit ſedes apoſtolica per biennium Cardinalibus adinuicem non concordantib. in electione. Demum canonicè ad ſummũ pontificij gradum vocatus eſt Alexander quartus natione Campanus, patria Anagninus, anno dñi 1254. Ab initio autem mundi quinquies. 1217. ſecun- B dum alium numerum ſexies. 1454. Fuitque in numero Pontificum. 184. & ſedit annis ſex. Huius tempore principes electores imperij de electione imperatoris contendentes bifariam ſe diuiſerunt, & aliqui vnum, alij alterum imperatorem elegerunt: propter quod nullus eorum fuit confirmatus.

> Venetorũ & Genuenſiũ diſſidia.

Huius tempore anno, ſcilicet domini 1256. in ciuitate Acra in partibus Syriæ facta eſt contentio non modica inter Genuenſes & Venetos: quia quælibet harum communitatum quærebat eſſe maior: & cupiebat habere quamdam ciuitatem ab infidelibus ereptam per chriſticolas. Indeque multa mala proceſſerunt. In ea autem altercatione Veneti Genuenſibus succubuerunt. Sed poſt duos annos immediatè, cum Genuenſes cũ claſſe ſua, in qua erāt galeæ quinquaginta & naues quatuor, ſe reperirent iuxta dictam ciuitatem Acram, bellum gerentes naualc cum Venetis: qui & ipſi erant cum copiis ſuis: demum Genuenſes à Venetis ſuperati & victi ſunt: captis viginti quatuor galeis Genuenſium, & interfectis vltra mille ſeptingentos ex eis. Deſtruxerunt inſuper Veneti ſtratam quandam in dicta ciuitate Acra, quæ dicebatur Genuenſium: ac etiam vnam turrim eorum pul- D chram quæ dicebatur Lamongoia, de quibus lapidibus Venetias vſque aſportarunt.

b Anno autem ſequenti ciuitas Cōſtantinopolitana, quæ prius fuerat ablata à græcis per Gallos & Venetos, & eã poſſederant annis quinquaginta nouem imperantibus ibi Latinis præcipuè Gallis: auxilio Genuenſium, qui & galeas & naues dederant Græcis in deſpectum Venetorum ad Græcos ipſos reducta eſt per Michae- C lem Pallalochum (rectius Palæologum) Græcum qui imperium reaſſumpſit expulſis inde Franciſcis, & Venetis & aliis latinis. Et exinde in poſterum Græci imperauerunt vſque ad annum domini 1452. pontificante Nicolao quinto, quando à turcis Conſtantinopolis capta eſt & poſſeſſa: decapitatis imperatore Græcorum & aliis baronibus: vt dicetur tempore ſuo. Dictus autem Michael Palæologus, nõ ingratus beneficij Genuenſibus magnum theſaurum cõtulit, ac etiam ciuitatem Peræ ſatis propinquam, non confidens nec de eis, nec de aliis Latinis, quòd Conſtantinopolim habitarent.

> Cõſtātinopolitanũ imperium latinis adimitur. Vide infrà tit. 22. c. ante §. 1. & §. 14.
>
> Gulielmus de ſancto Amore mēdicantium religioſorũ hoſtis. infrà tit. 23. c. 12. ante §. 1.

Huius etiam Alexandri tempore inſurrexerunt quidam doctores Pariſiis contra mendicantes, magnam perſecutionem contra eos mouentes: dogmatizantes, quòd ſaluari non poſſent homines in tali ſtatu: quorum princeps fuit quidam Gulielmus de ſancto Amore doctor Pariſienſis: magnæ ſcientiæ & opinionis in vniuerſitate. Qui etiam auſi ſunt libellos edere cum multis articulis, nitentes ſuam falſam doctrinam probare rationibus variis: ſed ſophiſticis, ac authoritatibus ſanctorum & canonum, malè intelligentes eas. Cum igitur ad ſummum pontificem Alexandrum quartum delata eſſet que- E rela à Pariſienſibus, & aſſignatis rationibus petere reprobatio ſtatus mendicantium, tanquam non valentium ſaluari in eo ſtatu: vocati ſunt prælati & magiſtri ordinis mendicantium, vt reſponderent, & præcipuè beatus Thomas & Albertus magnus. Qui ad nihilum deduxerunt vt friuolas & falſas rationes eorum confundentes & oſtendentes eos de falſa doctrina ſua reprobandos & puniendos cum ſtatum ab eccleſia approbatum, & perutilem eccleſiæ Dei ipſi vt præſumptuoſi condemnarent, fortè moti magis liuore inuidiæ: cùm tunc maximè florerent ordines mendicantium in vita, ſcientia, & fama: quàm zelo Caritatis. Beatus quoque Thomas ſuper his fecit libellum, qui intitulatur contra impugnantes religionem, qui ſatis vulgò reperitur: in quo deſtruit per rationes effices

> Mendicantiũ de ſuis detractoribus triũph⁹ D. Thom. contra impugnātes religionē ſcribit. Opuſc. 19.

a *Poſt mortem Innocētij 4. ſedem Romanam per biennium vacaſſe alij minimè tradunt. Nam Onuph. eam dies tredecim tantum vacaſſe ſcribit: Genes. verò ait vacat ſedes non quidem annos 2. vt quidam putant, ſed dies tres, vel vt alij vnum.*

b *A.C. 1260. mēſe ſeptēbr. cū imperator Balduinus præualentibus Græcorū armis ingentem exercitū ad Boſphori fauces obieciſſet per eius abſentiā à Michaele Palæologo proditione Conſtantinopolis recepta eſt atque ita dum externam vim Balduinus formidaret, domeſtica oppreſſus eſt. Michael enim Palæologus nobiliſſimo ſtemmate apud Græcos ortus vehementis ſpiritus vir, cùm tutor à Theodoro duca Græco imperatore paruulis filijs Ioanni et Theodoro relictus eſſet eiuſdem tutelæ prætextu imperium infeſtare cœpit atque Gulielmum Achaiæ principatu primum ſpoliauit, inde Byzantium, vt dixi, proditione occupauit, pueros tutelæ ſuæ commēdatos interfecit, ipſeque ſibi & poſteris imperium, quod per annos 22. tenuit occupauit. Onuph. in comm. in Faſtos. Cæterum Balduinus ſacroſanctæ paſſionis domini monumenta, in quibus ſertum ſpineum, vt ſocerum re nummaria, bellumque Græ- F cum iuuaret, Venetis grandi pecunia accepta velut oppigneraiuit, hoc ſanctum nomen luit rex Francus, hæc pietas vt ſancto regi venerationem inter nos ad- A didit: ita apud Græcos latinorum inuidiam auxit: quod quæ monumenta ſanctitas ſua tot deinceps ſeculis intacta inuiolataque ſeruaſſet, quorumque nullum commercium ſit, ea loco moueantur, è templis aſportentur, pignori dentur, pretio addicantur tam procul transferantur. Aemyl. lib. 7. Quare qui erā Conſtantinopoli vetuſta origine Græci, odioſum pridem, vt eſt gentis natura, nomen latinum inde conſtituerunt eiicere. Inita itaque coniuratione de recipienda vrbe Palæologus eſt admonitus, qui cum exercitu aduenìens refractà à cõiuratis porta nocte cõcubia e admiſſus. Balduinus verò imperator & Pantaleo Iuſtinianus Patriarcha B nauigio de repente cum ſuis omnibus & rapta ſuppellectili ad Euripum ſe recepere. Blon. lib. 8. decret. 2. Ex his perſpicitur Conſtantinopolitanum imperium ob neglectam religionem amiſſum à Gallis fuiſſe, quod antea ipſi dum pietatis maximè & religioni ſtudent paulò antè acquiſierant.*

A.C. 1258.

ces omnia argumenta aduerſariorum. Alexander igitur Papa comperta veritate, commendauit & exultauit dictos ordines mendicantium priuilegiis amplificando, & inimicos eorum deprimendo, & præcipuè illum Guilielmum, quem à magiſterio depoſuit & quacunque dignitate. Tunc temporis Albertus magnus, maximus philoſophus & theologus ordinis prædicatorum Pariſiis à legendo inſignis habetur, & beatus Thomas, qui fuit diſcipulus eius cœpit celebris haberi. Et Bonauentura etiam ordinis minorum eo tempore in ſcientia & ſanctitate plurimum effulſit, prius miniſter generalis ipſius ordinis, & poſtea Cardinalis.

Albertus magn', D. Thomas doctor Angelicus & D. Bonauentura clarent.

Manfredi nothi Friderici geſta nequiſsima.

§. I.

DE Manfredo filio illegitimo Friderici videndum, qui tempore Alexandri multum ſtatum ſuum magnificauit. Hic igitur callidus & perfidus, attendens quòd Chunradus frater filium ſuum ſub cuſtodia matris hæredem regni reliquerat moriens, curam autem tuendi adminiſtrandiq; regni conſanguineis vxoris, quos è Germania adduxerat, delegauerat, quouſque adoleſceret horum in manibus arces, arma, & poteſtatem ſummam in regno poſuerat, intelligénſque hæc omnia contra eum prouiſa, confeſtim conuertit ingenium ſuum ad dolos. Nam quia Romanus Pontifex Innocentius perſecutione Friderici & poſtea Chunradi exagitatus cū adhuc viueret excommunicauerat eos, ac etiam Manfredum ipſum eorum ſequacem, ei reconciliatus eſt poſt mortem Chunradi Manfredi ipſe partéſq; apoſtolicæ ſedis præferés, adeo gratam operam ei exhibuit, vt non ſolum in principatu Salernitano à patre collato confirmaretur, verū & aliis titulis & dignitatib. augeretur. Vnde Pōtifex Manfredi fauore ſubleuatus, fines regni intrauit & in breui deiectis Chunradini tutoribus cuncta in ſuum nutum poteſtatémq; ſuſcepit.

Manfredi filij Friderici dolus.

Cęterum non multo poſt Manfredus obortis aduerſus pontificem diſcordijs (vt refert Leonardus in hiſtoria Florentina) manifeſtè diſſentiens, Nuceriæ copias parare ac bellum contra Eccleſiam mouere conſtituit. Nec Pontifex ipſe ſegnius militem contrahere & conatum omnem adhibere ſatagebat. Sed inter hunc belli apparatum Innocentius moritur, vt dictum eſt. Ex cuius morte & diutina vacatione ſedis vires ſuas Manfredus multū extendit, adeo ꝙ Alexander creatus Papa diffiſus regni negotiis excederet finibus, ac ſe Anagniam cum omni curialium turba reciperet. Miſſus autem legatus aduerſus eum Octauianus Romanæ eccleſiæ cardinalis & quamquàm prævalidis copiis, inſigniq́ue rerum omnium apparatu vſque adeo tamen inferior bello fuit: vt magnam de ſe apud multos ſuſpicionem relinqueret: ne ſtudio partiū quo ex genere inficiebatur (erat enim Vbaldinæ gentis, quę imperio fauebat) Manfredo faueret.

Suprà c.3. ante §.1.

Denique ſub hoc legato ſiue ſpōte ſua cedente: ſiue per vim pulſo pleraſque regni partes occupauit Manfredus: potéſque inde factus ſuo iā nomine regnare cœpit. Huius igitur ſucceſſum deiectionémque pontificis Piſani ac Senenſes, cæteríque per Hetruriam huius factionis adeo lætis percipiebant animis, vt præ gaudio exultare triumphareque viderentur, impetúque ſuſciperent rerum nouandarum. Ea re ſequentis anni initio, Piſani ſpreto fœdere cum Florentinis ſociiſque nuper inito in agrum Lucenſem intulerunt arma, lateq; circa Aſerium (aliàs Anſerim) fluuium omnia depopulauerunt: quędam etiā caſtra expugnare adorti ſunt. Ad huius rei nuncium Florentini & Lucenſes in armis fuerunt. Coniunctiſque vna copiis ad hoſtem profecti ſignis collatis dimicarunt. Prælium quidem atrox fuit, ſed tandem impares viribus Piſani in fugā vertſitur, captis ex eis ad tria millia: cæſi autem permulti, complures etiam dum fugerent, vorticibus abſorpti perierunt. Victores tranſuecto Anſeri Piſis copias admouerunt, omniáque circa vrbem igne ferróque vaſtantes, ad iniquiſſimam Piſanos commouerunt pacem. Supra illa enim, quæ in priori fœdere conuenerant, Mutronem (aliàs Mutronium) oppidum cum libero maris littore, aliáque quamplurima caſtella multúmque agri dimittere ſunt coacti, & immunitatem Florentinis. Illud etiam victis expreſſum, vt ponderibus & menſuris more Florentino Piſani vterentur. Per hunc modum immaturus Piſanorum impetus repreſſus eſt.

Manfred' regnum Neapolitanum occupat. A.C.1255.

A.C. 1258. *A.C.1256.* *Piſ arces vincūt Florentini.*

Fama tamen Manfredi indies creſcebat multáque Senenſes moliri machinaríque ferebantur. Qui rumor cum increbreſceret, timētes Florentini, ne Bonitium à ſe deficeret: præſertim cum incolæ oppidi illius partes omnino diuerſas præ ſe ferrent, ſubitaneo profecti milite nullo aliquid ſuſpicante Bonitium occuparunt; & parte murorum deiecta in poteſtatē continuerunt. Per hæc ipſa tempora Aretini ob eaſdem ſuſpiciones commoti arma corripuerunt. Egreſſíque omnibus copiis Cortonam finitimam vrbem, quæ per ſucceſſum Manfredi minimè quietura credebatur, expugnare adoriuntur. Vrbs autem erat arduo ſitu & defenſorum plena, ſed tantus fuit impetus, támque audax Aretinorum cœptum, vt pluribus ſimul locis intra mœnia penetraretur. Inde pugna per vrbem commiſſa, facilè Cortonenſes ſuperati ſunt, abiectiſque tandem armis ſeſe tradiderunt. Aretini Arcem in ſumma vrbis parte munitam prædiis confirmauerunt, mœnia ab inferiori parte in quibuſdam locis diruerunt, quo rebellandi facultatem Cortonenſibus adimerent.

Bonitium Florentini capiunt. *Aretini Cortonā diripiunt.*

De ſeditione facta Florentiæ inter ciues

§. II.

INTEREA vt ſcribit Leonardus vbi ſuprà dum hæc & Florentinis ſociiſque aduerſus ſuſpiciones Manfredi prouiderentur, inteſtina intra vrbē oritur ſeditio. Ea quippe pars quæ ſub Friderico plurimum potuerat, ſucceſſu Manfredi elata, ſeſe in ſpem iam attollere cœpit, iampridem infenſa populo, tum ob partium ſtudia, tum quòd reductis aduerſariis ſe à repub. excluſam

Seditio in ciuitate Florētina oritur.

A.C. 1258. excluſam dolebat. Itaque indignatione ſaucia, in ſpem elacta, compellare, inuicem cohortari, & liberius commouere, ne vlterius diutius ea contumelia perferatur, aſſiſtere homines illius factionis, captare rumores, ac ſeſe indies magis erigere. Hęc cum ſuſpicionem populi augerent, magiſtratus ex eo numero principales quoſdam ad ſe vocat, qui præcepta contemnentes ſeſe ſuis ædibus continebant, nec magiſtratui parebant vocanti. Præcipui inter hos erant Vberti, genus per ea tempora longè potentiſſimum. Id cum maximè contumax appareret, populares, quorum in manibus reſpublica erat, adiuncta ſibi nobilitatis ea parte, quæ ſuo dudum beneficio in vrbem redierat, corripiunt arma, ac facto agmine ad expugnandas Vbertorum ædes pergunt. Illi imprſidem hæc præuidentes ſeſe ad prælium comparauerant non ſolũ armatorũ globo verum ſaxis ex ſuperioribus ædium locis impetum populi arcentes. Sed aduerſus tantam multitudinem populi fruſtrà conati, demum franguntur, alij cæſi, alij pulſi, alij capti, de quibus eſt poſtea ſumptum ſupplicium. Ex hoc cæterarum quoque familiarum homines illius factionis, populares etiam permulti diuerſarum partium ſtudio infecti, omnes denique, qui aut ipſi, aut ſui multum ſub Friderico potuerant, vrbe tunc eiecti, Senas, quòd per idem tempus ea ciuitas partium illarum fautrix habebatur populariter confugerunt. Nec erat dubium, quòd Senenſibus ex fœdere, quod triennio ante cum Florentinis initum fuerat, recipere exules non liceret.

Florentini de Senen ſib. quærũtur.

Itaque ciuitas aliquamdiu ſuſpenſa, vbi Senas eos conueniſſe eos audiuit, oratores mittere ſtatuit, qui iniuriam quererentur. Miſſi autem ſunt duo periti iuris, vt ſi de fœdere diſceptandum foret, ius ciuitatis tutarentur, hi Senas profecti, cum magiſtratum populúmque adiiſſent, vt fœdus recitarunt, & poſtularunt vt exules ſecundum conuenta pellerentur. Senenſes verò tum gratia exulum, qui ambiendo rogandóque multos flectebant, tum Manfredi fiducia, reperire exceptiones, ac demorari exules trahere denique rem in longum pergebant. Quod vbi à Florentinis compertum eſt ſatis, bellum illis inducitur.

Exulum Flerẽtinorum legati ad Manfredum mittuntur.

. At exules quando tantam belli molem ſua cauſa imminere cernebant, ad Manfredum conuerſi reſpicere regem atque opem illius popoſcere. Quod etſi apertè crebro per literas fecerant, tamen quia parum momenti in literis ſuſpicabant fore, legatos mittere placuit. Princeps huius legationis fuiſſe traditur eques Florentinus ex familia Vbertorum. Farinatæ illi nomen erat, & alij ex diuerſis familiis. Iiſque communi omnium exulum conſenſu permiſſum eſt, vt quæ in rem putarent fore, dicenda apud regem agendáque curarent. Profecti igitur magnis itineribus ad loca tandem, vbi rex erat, peruenerunt. Qui poſtquam illis dicendi tempus datum eſt, prolixam & ornatam ad regem fecerunt orationem quam ſcribit Leonardus in ſupradicto libro ſecundo, concludentes in ſua oratione, quòd vetuſti fidíque amici ſui, qui nuper in patria florentes, patri ſcilicet Friderico, domuíque ſuæ per omnia bella obſecuti fuiſſent, nunc à communi

A bus inimicis eiecti, ſcilicet Florentinis opem rogabant ſibi ferri. Quæ cum dixiſſent, ad pedes regios ſupplices obuoluuntur. A.C. 1258.

Manfred' Florẽtinis exulib. malè reſpondet.

Rex aſſurgere iuſſos paucis illos verbis conſolatur, & ſeſe de conſilio ſuorum ad ea, quæ poſtulabant reſponſurum pollicetur. Expectantibus legatis res in longum protrahebatur. Cauſa huius incerta erat, ſiue quia Manfredo ſuſpecta foret tanta eorum affectio ad partem, ex quo viuebat Contadinus, nepos legitimus Friderici, qui ſperabatur, cùm adoleuiſ-
B ſet, bellum moturus ad recuperandum regnum ab ipſo Manfredo vſurpatum: Siue etiam, quia iam in regno longo certamine fatigatus quietem amaret, ſiue quacunque alia de cauſa. Tandem inſtantibus legatis, per præfectum reſpondet ſe etſi multis rebus ſimul impediatur, tamen ob veterem amicitiam, Alemannorum equitatum illis ſub vno vexillo daturum. Quod poſtquam legati accepere ſeorſum, vt fit, eis conſultandi gratia in vnum coactis, eorum pleriquè auxilij paruitatem ſeu ridiculum exiſtimantes, abeundum è veſtigio,
C nec quicquam ab ingrato rege ſuſcipiendum cenſebant. At Farinata, quem diximus fuiſſe inter legatos præcipuum, vir prudens, & alti animi nullum id conſilium eſſe ait. Nuſquam enim indignationi concedendum, vbi vtilitas perquiratur. Det modo ſuorum aliquos, & vexillum mittat. Nos profectò in eum locum deducemus, vt regi, ſi modo vlla regiæ dignitatis tuendæ cura ſit, maiora mittere auxilia neceſſitas inſtigabit. Traductis celeriter omnibus in eam ſententiam, læto vultu ſibi, quæ ex offerret placere, gratóque animo illa acci-
D pere reſpondent, regi mox ampliſſimis verbis gratias agunt. Sicque profecti inde cum Germanis equitibus Senas rediere.

Dum hæc ab exulibus geruntur, Florentini iam parato exercitu fines Senenſium ingreſſi cuncta depopulantur, quædam etiam caſtella parum munita expugnant, tandem peragrata cũ regione cũ obuiã nuſquã prodiret hoſtis, ad ipſa prope Senarum mœnia admotis copiis caſtra non longè ab vrbe poſuerunt. Senenſes autem quia militibus non abundabant, ſeſe mœnibus continebant, leuia duntaxat prælia promptiſſi-
E mis vtrinque peditum, equitumque prodeuntibus inter caſtra & portam, crebro committebãtur. Interea cum iam applicuiſſent Germani cum exulibus Florentinis, inuitatos benignè Germanos hilariori conuiuio, largaque vini copia, cuius gens illa appetentiſſima eſt, longè perfundunt. Hinc dedita opera repente ad arma diſcurritur exules ipſi in primis armantur, atque magnum aliquod præclarumque facinus ea die in hoſtem edi poſſe pro ſe quiſque iactat. conuenerunt omnes ad portam caſtris appoſitam. Qua mox patefacta, repente, iam olim ca-
F lentes ſuo Germani vino ipſi agmine, nec expectatis quidem vllis acerrimè ruunt, latique ferociter in hoſtem, non ſolum primam ſtationem turbarunt: verum etiam munimenta caſtrorum tranſgreſſi, maiorem pro numero procellam, fugamq; primò impetu edidere. Nam & improuiſa fuit eruptio, & tantam audaciam non ſine maiori conſilio ſuſpicabantur eſſe. Itaque totis caſtris trepidatum eſt: & fœda quibuſdam locis

Florẽtinorũ de Germanis victoria.

A.C. 1260.

fuga incepta. Tandē vbi paucitas in medio multorum perſpicua fuit, nec alij eadem alacritate ſequebantur, conuerſi in Germanos alij vndiq; circumueniunt: alij Senenſibus exulibúſque oppoſiti, quot ſequebātur, ad portas facilè repellūt. Sed ex Germanis nemo euaſit. Omnes cum aliquamdiu reſtitiſſent, ad vnum oppreſſi ſunt. Vexillúmque regis, quod ſecum attulerant, à Florentinis captum pro antiquo gentis odio & pro exaltatione victoriæ omni dedecore afficitur, tractúmque per contumeliam ſuſpenſum eſt. Morati autem aliquot dies, cùm iam nemo amplius obuiam prodiret, Florentiam reuerſi ſunt.

Noua exulum & Senenſium aduerſus Florentinos expeditio ex Leonardo Aretino ex quo Blondus lib. 7. dec. 2.

§. III.

EODEM anno cùm adhuc maior pars æſtatis ſupereſſet, exules & Senenſes ad Manfredum legatione iterum miſſa, caſum Germanorum & contumeliam hoſtium enarrando, animum regis maximè incendendo, maiori iam fiducia auxilia poſtularūt. Rex autem Iordanum ex ſuis ducibus cum magnis copiis in Hetruriā miſit. Quorum aduentu ſubleuati Senenſes & exulum animi, quàm maximas iterum copias parant. Piſanos & alias ſuarum partium ciuitates auxilia rogant. Cōueniunt omnes copiæ Senis, equites Germani bellaces viri ad mille quingentos peditum in gentes copię. Prętere a Senenſiū, Florentinorum exulum, euocatorumq; magnus equitū numerus. Hoc apparatu quàm celerrimé in diſcrimen pugnæ rē adducere cupiebant, veriti ne ſi longius protraheretur bellum, auxilia regis (quibus tres duntaxat menſes in Hetruria præſcriptum erat) re infecta diſcederēt. Oppidū eſt Alcinum trans vrbem Senarum diuerſiſſima regione à Florentino agro. Idq; quia amicúm fœderatúmq; Florentini erat populi obſidere Senenſes parant atque oppugnare, publicéq; ad id oppidum expeditio indicitur.

Hæc eo conſilio fiebant, vt Florentini procul domo exire, ac in ſociorum periculis auxilium ferre cogerentur, Florentini iam inde ab initio intuentes hunc apparatum, & ipſi ſe cōpararāt. & ſociis amiciſque vt præſto eſſent edixerant. Quid tandem agendum eſſet, varia inter ciues diſceptatio erat. Alij exeūdum cum totis copiis, & opem impigrè ſociis ferendam, alij ſubſiſtendum in præſentia cenſebant, ferre tā procul domo auxilium periculoſiſſimum arbitrabantur. Ea rurſus ſententia quemadmodum tutior, ita minus ſpecioſa videbatur. Peritis tamen rei militaris magis placebat, at contra magiſtratus ad exeundum pronior erat. Inclinabat autem ad id cōſilium tantum falſa proditionis ſpe. Nam viri quidam fictè cōpoſiti, in ipſa diſceptatione rei ab exulibus ſubmiſſi, quàm occultiſſimè Florentiā profecti, cū ſe recentes à Senis grandia quędam afferre dixiſſent, cæterū taciturnitate opus eſſe, tandem iureiurando, ne in plures efferant interpoſito, magiſtratibus pandunt eſſe com-

Proditio veneficiū falſa decipit Florentinos.

A plures Senenſes ciues, eóſque apprimè nobiles, quibus diſplicet bellum ac diſcordia ciuitatum. Cæterum omnem eius rei culpam penes vnum Prouincianum Saluani eſſe, eúmque iam ſeſe non pro ciue, ſed pro domino gerere, fauere exulibus ac bellum nutrire, vt per eam occaſionem dominari aliis poſſit: eiúſque arrogantiam intolerabilem amplius pati non velle. Itaque coniuraſſe contra illum egregios quoſdam, quorum ſigilla & literas attuliſſent pro fide, eáque de cauſa miſſos, vt edicerent, ſi appropinquent B Florentini, & opem ferre velint, ſe arma capturos, & Prouincianum ipſum, exuléſq; opprimere haud cunctaturos. Fore autem tempus patrandę rei, quòd per ſpeciem opis ſociis ferendæ, quibus obſidio paratur, circa vllam ſuſpicionem aduentare cum exercitu poſſint.

Prouincianus Saluani Senenſis potētię fuit inter conciues. poſſes.: Bl.

Ad hæc cum pleraq; de ſecretiori mente hoſtium falſa veris miſcuiſſent, ac ſigilla quædam oſtentaſſent, homines plebeios & bellicarum artium ignaros (quales plerumque in magiſtratu eſſe ſolent) tāta ſpe extollunt, vt nec ſaniora conſilia audire vellent, ſed aduocata protinus conC cione exeundum totis copiis, & opitulandum ſociis pronunciarent. Hęc populus multitudóq; gratis excipiebat animis. At illuſtres viri, & rei militaris periti, quorum tunc magna in ciuitate copia erat, vt periculoſam & inutilem profectionem improbabant. Itaq; variè primum inter ſe de conſilij temeritate conqueſti, tandem vna cunctorum ſententia placuit, magiſtratum adire, apertè quid ipſi de tota re ſentirent exprimere. Pro cunctis omnium conſenſu verba fecit Teglarius (aliàs Segianus) Aldobrandi filius Adimar (aliàs Aldimarus) vir diſcretus & maD gnæ per id tempus authoritatis, qui cum cœtų nobilium cùm ad magiſtratum venit, in hunc modum locutus eſt.

Teglarij oratio pręclara, quæ hanc diſſuadet expeditionē. Nota.

Nec excuſare quidem libet, nec aut verecundia aut ignauia deterreri: ſi patriæ caritate adducti, & inuocati conſilium exhibemus. Cùm enim vel mortem pro illa ſubeunda leges imperent, quis leuitatem pudoris, ſi prodeſſe videat, extimeſcat? Vobis quoque, fortiſſimi præſides, non ingratum eſſe debet, quicquid ſincera voluntate offertur. Quippe communis vtilitas in medio iacet. Nemo autem vſq; adeo ignarus rerum vnquam fuit, quin eidem longè plura E ignota, quàm ab eo cognita eſſent. Itaque ſi ædificandum eſt aliquid, fabros & architectos, ſi nauigandum, gubernatores in conſilium adhibemus. In bello tanto illud diligentius agendū, quanto periculum vertitur in illo maius. Nam aliarum rerum omnium leuiſſima (vt ita dixerim) iactura eſt, quoniam malefacta tolli emendaríque poſſunt, belli verò errata, præter æternum dedecus, mortes & vulnera ac euerſiones rerum ſubſequuntur. Ea malorum extrema, nec tolli, nec emendari vnquam poſſunt. Quo maF turius à vobis conſulendum eſt: & huius rei, qui experimentum quoddam habent, diligentius audiendi. Quid ergo? dicet quiſpiam, Tu rei militaris peritiam, & bellorum artem profiteris? Nihil loquor ipſe, quamquam dura temporum conditio, & electio quondam familiæ noſtræ, me quoque diutius, quàm vellem, arma tractare, & multa variis in locis experiri coegerunt, ſed ſunt in hoc cœtu præſtantiſſimi viri, quos videtis

A.C. 1259.

videtis,ab adoleſcentia ſua in armis verſati.Hos & vſu doctos, & experientia callentes patriæ caritas impellit, ne in graui periculo conticeſcant.Et quoniam prolixum nimis eſſet ſingulos, me vno pro vniuerſis verba facere iuſſerunt.Conuenere Senis hoſtium copię, & Alcinum oppidum obſidere parant. Vos exire, & totis viribus auxilium ferre cogitatis, altus nempe animus,& audax cœptum.Nam quid aliud dici poteſt, tam valido hoſte circumſtrepente?Sed videndum eſt(dicam equidem audacter, quod patriæ caritas dicendum ſuadet) ne plus audaciæ,quàm prudentiæ id conſilium habeat.Nam ſi abſque profectione illuc noſtra ſociorum ſalus tuta eſſe non poteſt, nihil noui afferimus. Cedāt dignitati & fidei pericula noſtra & pro ſociorum ſalute deuoti in prælium ruamus, ſinautem oppidum illud citra profectionem noſtram ſeruari poſſe conſtat, & has vrbanas copias abſque magno diſcrimine illuc duci non poſſe, tutam ſecuritatem periculoſæ ferociæ cenſemus præferendam.

Summa illius orationis verbis D.Antonini expreſſa.

Verum abbreuiando orationem, quam proſequitur Leonardus vbi ſuprà aſſignauit iſte multiplicem rationem, quòd non eſſet cum copijs illuc eundum. Primò quidem quia caſtrum id Alcinum erat ita benè munitum, & victualibus, & altitudine ſitus, & alijs circunſtantijs, quòd per ſe poterat ſuſtinere obſidionem ad tempus: quæ longa eſſe non poterat, quia iam diuulgatum erat Germanos à rege miſſos non vltra trimeſtre manere iuſſos,cuius temporis iam medietas tranſierat,& illis cedentibus multi alij ex hoſtibus abirent. Secundò quia exponebant ſe periculis & cædibus ſine cauſa.Nam cùm hoſtes multas commoditates ibi haberent ex caſtris vicinis & refugia:ipſi verò cum difficultate & victualia & alia neceſſaria habebāt,cùm etiā hyems ſuperueniret:ſed & ipſi hoſtes præconfuſione prioris pugnæ,in qua victi fuere, & deſperatione vlterioris auxilij,ſi ſuccūberent,effecti erant audaciores & ferociores. Tertiò, quia egreſſis ipſis copiis de ciuitate, poſſent hoſtes ad ciuitatem ſuam vacuam ſe conuertere: & multa inferre grauamina.Quartò, quia cùm in ciuitate Florentiæ exules adhuc haberent plures amicos & ſuæ factionis,ſi remanerent illi in ciuitate,poſſent aliquid mali machinari: ſi ſecum ducerent poſſent proditoriè hoſtibus adhęrere.

Iam verba Leonardi ſequuntur.

Teglarius igitur nobileſque viri qui cum eo erant ita monuerunt:Magiſtratus autem non ęquis auribus hanc orationem audiuit, vtpote quæ imprudentiam eius arguere videbatur. At fortè magiſtratum tunc temporis cum alijs gerebat quidam Expeditus nomine, vir ferox & proteruus,quales nonnunquam immodica libertas ferre ſolet.Is iampridem recta monentem vix ſuſtinebat.At mox, vt finis dicendi ab eo eſt factus,vultu ac geſtu maiorem in modum commotus. Quid tu(inquit) Teglari quæris? Num te metus iam fœdauit? Etenim magiſtratus non pauorem tuum,ſed dignitatem Florentini populi intuebitur.Tibi ſi præ metu torpet animus vacationem militiæ damus. Ad hæc Teglarius, nec ſe vacationem poſtulare inquit, nec ſi vltro concedatur,ea vti velle, ſe quæ meliora putauerit ſincera fide,quemadmodum de-

Contētio Expediti cōtra Teglarium.

A.C. 1260.

buerit pro patria monuiſſe, quacunque tamen populus iuerit,ſe ſecurum impigrè, quin ſe pro certo habere,eum,qui tam inſolenter verba iactet,nunquam eo proceſſurum in prælio, quo ipſe procedet.Frementibus dehinc alijs & ſententiam defendere parantibus,magiſtratus mulcta ſtatuit,ſi quis amplius ſuper ea re diſceptaret. Et iuuabat ſanè magiſtratus temeritatem populus ferus, ac multis victoriis ſuperbus,ne hoſtem formidare videretur.

Florentini contra hoſtes pergunt.

Exploſa itaque meliori ſententia profectio ab obſtinatis paratur, amici certiores facti auxilia rogantur. Tutiuſque viſum eſt magnam partem eorum educere,qui in ciuitate erant alterius factionis, ne relicti occaſionem rerum nouandarum in ea nanciſcerentur. Poſtquam igitur conuenerunt ſocij & cuncta neceſſaria ad iter fuere parata profecti ex vrbe agrum Senenſem ingrediuntur. Ibi Aretinorum copiæ magno equitum peditumq; numero ſe illis cōiunxerunt.Sed antequam domo proficiſcerentur Aretini, cunctos aduerſæ factionis homines è ciuitate pepulerūt. Illud etiam ab eis prouiſum eſt ne quamdiu exercitus eorum abeſſet, pluſquam vna porta in vrbe aperiretur. Florentini igitur cum Aretinis, & Lucenſibus cæteriſque ſociis iuxta fluuium Arbiam quatuor ferè millibus paſſuum à Senis ex ea parte qua ad Aretium iter eſt, conſederunt: intentis maximè ducibus,an quiſque ciuilis motus ſecundum traditam ſpem in vrbe Senarum oriretur.Senenſes primo aduentu copias intra vrbē continebant.

Alia exulum Florētinorum fraus.

Mox verò, vt quidam è caſtris ſtudio partium ad exules transfugit, atque illorum hortatu, vt magis acceleretur pugna in concionem ductus, Diſcordiam ciuium trepidationemque,vt ab exulibus doctus erat,cuncta exaugens nunciauit: confeſtim magno ardore ab armatis ſimulque inermibus pugna depoſcitur.Cùm ergo ſtatuiſſent fortunam prelij experiri Iordanus, quem à rege Senas miſſum ſupra oſtendimus quia Senenſibus rei bellicę perfectus fuerat,clauſis portis,ne quid efferri poſſet,aciem intra mœnia ſtruxit ſilentio ac cętera quæ agenda erant ſine tumultu aliquo præparauit. Vbi verò cuncta ſatis compoſita videbantur, nec quicquā præter proficiſcendi ſignum expectaretur, volens vrbanam multitudinem,quæ pugnatura erat cohortari, conuocatam in vnum allocutus eſt per hunc modum: Ardor flagitatæ pugnæ,ó Senenſes,nulla cohortatione vobis in prælium ituris opus eſſe oſtendit, attamen vnumquemque veſtrum velim reputare ſecum quibus de rebus certamen ſit hodie futurum. Sic enim quanta vincendi neceſſitas incumbat vobis intelligetis.Non ſolum enim de fama & gloria (quamquàm iſta fortibus viris vel ipſa per ſe ingentiſſima ſint) ſed de patria, de libertate, de coniugibus & liberis veſtris, de boniſque omnibus, vtrum in veſtra vel hoſtiū poteſtate futura ſint paulò pòſt dimicaturi eſtis. Ea quippe omnia cùm pugnare cœperitis,in medio iacere campo putandum eſt,eorum futura qui fortius vibrauerunt gladios. Cæterum ſpem optimam ac firmiſſimam debetis concipere. Habetis hoſtes in veſtibulo penè vrbis,veſtro potius quàm

A.C. 1260. ſuo cõſilio perductos, de quorum trepidatione ac diſcordia modo à trãsfugis audiſtis. Eos improuidos, imparatóſque, vobis affatim ſtructis atque paratis inſigni, ni fallor, ſtrage occidendos tradam. Ite igitur mecum fauſto pede, ac vti dignum eſt maioribus veſtris, vtque patriæ huius dulciſſimæ caritas exigit pugnatote.

Inter Senenſes & Florentinos pugna conſeritur, & Florentini turpiter vincuntur: iidem.

§. IIII.

HIs dictis aperiri portam iubet. Prima acies Germanorum equitum fuit. His effuſiſſimo curſu in hoſtem deferri, & quantum tumultuatiè poſſent, turbare præceptũ erat. Poſt hos Senenſes equites cum exulibus Florentinis ſequebantur. Peditum multitudo ſub vexillis per eminentiora loca colleſque mixta ferè equitibus ſecũdæ aciei contẽdebat. Conſpecti è caſtris Germani equites dubitationem primò & tumultum excitarunt, ſegnius tamen quàm nemo ferè de tota eo die pugna, ſed leuia magis prælia, vt inter propinquos hoſtes oriri ſolet, ſuſpicabatur fore. At poſtquam pedites ſequi, aliamque ſuper aliam aciem properare cernunt, cognito hoſtium conſilio vbique trepidatur, præcipuus tamen apud duces pauor, qui ſecretorum conſcij fraudẽ intelligebãt. Et iam hoſtis aderat infeſtus neq; inſtruere aciẽ, neq; affari militem duces poterãt: Cœco incertóque tumultu cuncta miſcebãtur. Germani ferociter in primam ſtationem adnecti, magnam primo impetu procellam edidere, & fuga inde fieri cœpta, turbaſſentq́ue latius niſi Florentini equites obuiam progreſſi, impetum Germanorum egregiè ſuſtinuiſſent. Eorum concurſum æquata pugna adiuuabant fortiſſimi peditum, vt in tumultuaria re equitibus permixti, Stetitque id certamen, quo ad Senenſium exulúmque ac mox peditum ſuperuenit acies. Tunc pluribus ſimul locis pugnari cœpit, meliori tamen ſpe Senenſes pugnabant. Reſiſtebatur tamen à Florentinis, nec pauciora inferebantur vulnera quàm recipiebantur, donec transfugia fieri cœpta ſunt. Ea primum Florentinos turbarunt. Nam plerique aduerſæ factionis, quos ſecum adduxerant, à ſuorum acie ad hoſtes transfugerunt. Tantúmque valuit rabies & certamen partium vt patriæ decus dignitatémque prodere hoſtibus mallent, quàm ſibi ciues inuiſos præeſſe. Præcipuè tamẽ in ea pugna ſcelus vnius Buccę Abbatis emicuit. Is natus ex familia nobili diuerſarũ in repub. partium propè ſigniferũ aſtabat, qui erat ex familia nobili Pactiorũ. Bucca igitur inſigni aliquo facinore exulibus gratificari cupiẽs, ſigniferum aggreſſus ictu improuiſo manum, qua tenebat vexillũ abſcidit, vexillúmq; ipſum, quod non ſequebatur, hoſtis è ciue factus proſtrauit. Eo caſu turbata acie cùm nec quibus fidere, nec à quibus cauere oporteret agnoſcerent fugam equites arripiunt: nec ferè poſt hæc alicubi pugnatum niſi ad ſigna. Circa currus igitur, vbi ve-

Bucca ab-batis graue facinus.

A xilla populi Florentini ferebantur, fit maxima pugna, diúque reuerſi ex fuga plurimi ad vexilla pugnabant, ne caperẽtur, donec corona circundati ab hoſtium copiis ad vnum omnes interfecti ſunt. Supra tria millia hominum occiſa in illa pugna referũtur. Captiui ad quatuor millia ex fuga retracti. Caſtris & omni apparatu Senenſes potiti, cùm finem perſequendi feciſſent, ſpoliis hoſtium prælatis & longo agmine captiuorum in vrbem copias reduxere.

Hæc vbi Florentiæ audita ſunt, horror ac metus ciuitatem peruaſit, publicè mœſtitia, priuatim per ſingulas domos luctus, vtq; eſt ad malũ B procliuior ſuſpicio, viui ſimulq́ue mortui complorabantur. Mulieres in publicum diffuſæ filios aliæ, aliæ parentes fratréſque velut præſenti funere clamitabãt. Redeuntiũ verò fœdi vultus ac triſtis oculorũ deiectio, nec eos q in acie cecidiſſent, ſed viuos ſe redeũtes lugẽdos monebãt. Illos enim functos fato præſtanti mortis genere, ꝓ patria interiſſe, ſe ludibrio aduerſariorũ ſeruatos. His querelis cùm demum finem feciſſent, circunſpicere ſeſe ac intueri reliquam fortunam cœpere. Venturoſque exules C cum victore exercitu, ac victoria crudeliter vſuros nemo ambigebat. His rationibus relinquere vrbem ac demigrare tutius viſum eſt. Inde mœror renouari cœptus, patriam, penates ac cætera, quæ hominibus cariſſima ſunt, vno tempore cunctis relinquentibus. Migrauerunt omnes, qui ſtudio ita inſignes erant, vt aduẽtante victore exercitu tutos ſe fore deſperarent. Maxima pars eorum Lucę multi etiam Bononiæ vtraque in vrbe hoſpitaliter amicéque recepti conſtitere.

A.C. 1260.

Deſcriptio luctus publici.

Florentini patriam deſeruot.

Plebs autem incerta needum lõga poſſeſſio- D ne alterutri addicta parti, ad victores ſemper nutabat, nec minus ciues ſuos exules putabat, quàm qui intra mœnia tenebantur. Ciues autem nuper pulſos regredi in vrbem, vt maximum aduerſarijs, ſic mullum plebi periculum afferebat. Nec vrbis in poteſtate hoſtium, ſed in manus ciuium redire videbatur. Ea de cauſa plebs, multitudoque nec obſidionem pati nec famem cæteráque incommoda volebat. Exules igitur paucis diebus ad ſectionem prædæ intermiſſis magnis equitum peditumq́ue copiis Florentiam profecti nullo penitus E obſiſtente apertis portis vrbem intrarunt. 15. Ca. Octobris. Quarta autem die Septembris pugnatum eſt apud Arbiam fluuiũ. anno domini. 1260. Ex hoc ciuitas ſtatum mutauit, finemq́ue habuit potentia populi, qui per decem annos poſt mortem Friderici rempub. glorioſe gubernauerat. Poteſtas intra vrbem Guidoni comiti data eſt, & Iordanus rei bellicæ pręerat.

Per idem tempus omnes ciues qui in vrbe remanſerant, fidem promittere coacti in Manfredi nomen iurauere. Bona ciuium, qui migrauerant, publicata ſunt & domos turréſque eorum F in vrbe euerſæ ſunt, & gratię ad Manfredum legatis miſſis redditæ ſunt. Aretini autem reuerſi in ciuitatem eos qui remãſerant in ciuitate aduerſæ factionis, expulerunt. Et licet expulſi à Senenſibus & Florentinis exulibus, qui reuerſi erant, adiutorium haberent vt intrare poſſent tamen qui intra erant viriliter reſtiterunt.

A.C. 1260.

Florentini de euertenda Florentia deliberant.

§. V.

CVM autem Iordanus ex ordinatione regis cito redire deberet in Apuliam, ante illius diſceſſum principibus in vnũ coactis communi ſententia de ſtatu Hetruriæ, deque partiũ ſtudio conſultare decreuerunt. Conuentus ad eam rem Emporij indictus eſt qui locus inter ciuitates medius habetur. Eo cùm legationes ſingularum ciuitatum ac principes eius factionis magna frequentia conueniſſent, propoſita eſt voluntas regis de reditu Iordani. Vnde quid agendum pro ſalute partium prouidendũmve ſit, tractare cœperunt. Dictæque variæ ſententiæ pro cuiuſque animo atque voluntate. Vna tamen vox omniũ erat nulla ex re tantum ſuis partibus quantum à Florentia periculum imminere. Eam vrbem caput aduerſæ factionis in Hetruria eſſe, & ciues qui pulſi ſunt nunquam quieturos, plebémque magis eis aſſentire. Quare ſi partes ſuas ſaluas eſſe vellent, & omni tempore ſuperiores fore, ſi filios liberare periculis cuperent, Florentiam tollerent atque delerent, eius enim caſu & ruina penitus obrui aduerſam in Hetruria factionem. Hæc Piſanorum Senenſiũq; legati, Hæc cæteri quotquot aderant in conuentu fremebant. Viciſſétque tandem ea ſententia, niſi vnus Farinata, ſcilicet contra omnium impetum reſtitiſſet. Hoc vno ciue patria ſtetit. Hic enim aſſurgens graui & indignanti vultu cum de his rebus dicere ſe velle ſignificaret, expectatione pro viri dignitate facta, ſic locutus eſt.

Oratio Farinatæ, qua euaſionem Florentiæ diſſuadet.

Nunquam putaui fore poſt Arbienſem pugnam ac præclaram illam de hoſte victoriam, me vt vitæ meæ pœniteret. At iam pœnitet, & quòd non in ipſa pugna oppetierim doleo. Nihil adeo humanarum rerũ ſtabile eſt, & quæ plerumque læta crederis mœrorem ſubinferant. Nec viciſſe planè, vt videtur, ſatis eſt, ſed refert pluris quibuſcum viceris. Iniuriam ab hoſte quàm à ſocio æquiori perferimus animo. Nec quidem nunc patriæ caſum deploro, illa enim (vtcunque tandem res ſint) me ſuperſtitem nunquam tolletur, ſed eorum ſentẽtiis, qui ante me dixerunt indignor, ſcilicet ad hoc cõuocati eſtis, vt tollenda an relinquenda ſit Florentia conſultare deberetis, an non potius, quẽadmodum illa cum cæteris ſtet ac duret in partibus cogitare? Non didici rhetorum artes, nec verborum ornamenta, vt ij, qui ante me dixerũt ſed (quemadmodum habet vulgare prouerbiũ) vt ſapio, ita loquor. Dicam igitur apertè, quod ſentio. Ego non vrbem meam ſolum verum etiam meipſum ac meos ciues miſeros nimium abiectóſque putarem, ſi de illa tollenda vel relinquenda ſtatuere vobis liceret. Sed certè non licet, nec quicquam tale arbitrij veſtri eſt. Nam & nos æquo iure in fœdus venimus, & fœdus ipſum non pro euerſione ciuitatum, ſed pro conſeruatione ictũ eſt. Itaque ſententiæ veſtræ neſcio magis vaniſſimę an acerbiſſimę ſint. Vtrunque certè cũ ea cẽſeant, quæ nõ ſunt in veſtra poteſtate, & ad nihil vltra ꝓficiãt, q̃ vt acer-A bitatem animi contra ſocios oſtendant. Probabilius erat vetuſta odia ſimultatéſque amittere, nec ſub alio prætextu alienam cladem euerſionémque perquirere. Nunquam enim non malè conſulit, qui odio conſulit, nec qui nocere ſocio cupit, vtilitatem cõmunẽ proſequitur. Sed quæſo q̃d iã oderitis? Vrbem ne, At quid mali vnquã mœnia tectaque fecerunt? An homines? Nos qui intus ſumus an eiectos? Si nos noſter hic error eſt, quia cum hoſtibus ita coiuimus, quaſi cum ſocijs, veſtrum autem ſcelus, quia amicitiam ſimulâtes cùm animus eſſet hoſtilis, fœdus no- B biſcum iniſtis. Si eiectos: quid vrbem perſequimini? Non enim mœnia pro illis ſtant, ſed contra illos, nec eos circundant, ſed arcent. Itaque cùm de illa euertenda cogitatis nõ aduerſus hoſtes ſed aduerſus ſocios cogitatis. Caputeſt (inquiunt) aduerſæ factionis. Erat puto, cùm illi vrbem tenebant, at nunc tenentibus nobis quid magis aduerſę factionis eſt, quàm noſtrarum partium caput? Nam muri (inquit) & turres perinde ſunt, vt ij à quibus tenentur, ipſi pro ſe nihil ſentiũt. At populus multitudoque vrbana cum diuerſa factione magis C ſentit. Quid igitur proximo apud Arbiam prælio, cùm magna pars ciuium ad nos transfugiẽs in illos arma conuertit, ſatis ne oſtendit magis nobiſcum, quàm cum aduerſariis ſentire? Quid quòd ipſi aduerſarij ſponte ſua deſeruerunt vrbem? nonne ſatis indicio eſt eos multitudini vrbanæ diffiſos quam noſtrarum partiũ fautricẽ ſciebãt, migrandi conſiliũ aſſumpſiſſe? Denique ſit ſuſpecta multitudo, quamquàm eſt noſtra, ſed ſit ſuſpecta, nunquid & nos qui vicimus ſuſpecti aut obiecti ſumus? Et hoc veſtrum remedium eſt, vt vrbs (ne quid grauius dicam) nulli D Hetruſcarum poſtrema ob hanc ſuſpicionem tollatur. Quis vnquam hoc modo conſuluit? Quis tantam acerbitatem, etſi animo concepiſſet verbis patefacere auſus eſt? Veſtræ ſcilicet ſtabunt vrbes, noſtra ruetur. Et vos in veſtro florebitis, nobis autem qui vnà vicimus hoc præmiũ erit, vt pro exilio tunc perpeſſo nunc euerſionẽ patriæ omnino acerbiorẽ exilio patiamur. Per Deum immortalẽ quiſquã veſtrum ſic me abiectum putauit, vt hæc non dicam aſſenſurus vobis, ſed æquo animo fuerim auditurus. Nempè quòd nuper arma aduerſus illã tuli: at ego ini- E micos meos perſecutus ſum, patriam verò ſemper dilexi. An igitur, quam aduerſarij ſeruabãt, ego nunc perdam? Et futura ſęcula illos patrię conſeruatores, me euerſorẽ nominabũt? Quid hoc infamius dici aut cogitari poteſt? Quid magis puſillanimum quàm metu hoſtium tua delere? Denique quid ego verbis moror? Erũpat tãdem digna vox. Ego quamdiu vnus è Florentino nomine ſuperfuero numquã patiar neque permittam patriam meã tolli. Et ſi millies mori liceret, millies pro ea me morti offerrem.

C.A. 1260.

Pulchrum contra oppugnantes Florentiã dilemma.

Probatur vrbs non delenda.

Finis orationis.

Ea cùm dixiſſet, è conſilio ſe proripuit. Per- F culit omnium animos. Farinatæ oratio, & authoritas eius commouit plurimos. Conſtabat enim inter ſtudia illarum partium, neminem vnum præſtantiorem eſſe virum. Verebanturque omnes, ne indignatio eius aliquid communi cauſæ detrimenti afferret. Itaque ſuppreſſa ſtatim huius rei mentio eſt, datáq; opera quibuſdã

A.C. 1260. Farinata qualis.

grauioribus, vt lenienda re mitibus verbis in conſenſum reducerent. Fuit vir excelſi animi, & altiora ſemper intuentis in aduerſarios tamen acerbior, quàm ciuilis modeſtia poſtulabat. In hoc autem periculo patriæ ſummè laudandus niſi ipſe idem cauſa, vt in id periculum deduceretur, fuiſſet. Contentione ergo, quia partium videbatur exitio futura, omiſſa, præter domeſticum comitatum ad mille equites inſuper mercede conductos communi ciuitatum impenſa alere ſtatuerunt. Iiſque copijs Nouellus, qui ſuprà, præficitur Iordano ad regem remeante. Nouellus autem cum copijs equitum & peditum Lucenſium fines ingreditur qui erant diuerſæ factionis & in qua ciuitate Florentini exules, ſcilicet Guelphi recepti fuerant, & circunferendo bello aliqua eorum caſtella ceperunt. Fugechium obſederunt, ſed imbribus ſuperuenientibus obſidio diſſoluta eſt.

Cùm autem Conrandini oratores iam miſſi eſſent ad pontificem Alexandrum, & iam coniunctio quædam inita aduerſus Manfredum. Lucenſes, exuleſque Florentini miſerunt oratores ad Corandinũ filium Chunradi, ſcilicet Simonem Donatum, & Bonacurſum Adimarem equites. Qui cùm applicuiſſent in Alemanniam videntes adhuc eum in puerili ætate, vnde nondum ad talia aptum: reuerſi ſunt pleni ingenti ſpe, ſed rebus vacui.

A.C. 1257. Florentini cum Lucenſibus dimicant.

Sequenti anno Florentini exules, qui erat Lucæ, cum copijs ſuis nocturno & improuiſo impetu occuparunt Signiam. Sed cũ exercitus eorum, qui in Florentia erant, illuc potenter fuiſſet profectus, conterriti illi, quæ occupauerant ſua ſponte reliquerunt. Nouellus autẽ cũ Piſanorum & Germanorum mercede conductorum & aliorum copijs, cùm iam ſegetes matureſcerent, Lucenſiũq; fines ingreſſi forent, & agros deuaſtarent, egreſſi Lucẽſes cum exulibus Florentinis prælium commiſerunt, ſed ſuperati ſunt à Nouello cum ſuis multis occiſis & alijs captis, in quibus fœda & crudelia exercuerunt. Poſt quod omnia ferè Lucenſium caſtella in deditionem hoſtibus accepit. Lucẽſes ergo nimis debilitati cœperunt cum hoſtibus de pace tractare. Quæ & demum ſecuta eſt hoc fœdere, vt Florentinos exules expellerent & in ſocietatem æquo iure cum alijs ciuitatibus intrarent, eiſque captiui redderentur Lucenſes, ac etiam caſtella eorum ablata. Et quia res ſecretè tractata erat, mox inſperato abire iuſſi exules per ꝓximum Apenninũ iugum cum coniugibus & liberis Bononiam migrauerunt.

Fœdus inter Florentinos & Lucenſes.

Per idem tempus Aretini longo & duro bello fatigati ab exulibus ſuis, cum adiutorio Florentinorum & Senenſium inito conſilio, ijs qui intra erant ſponte egreſſis, cùm reſiſtere non poſſent, alij intrauerunt diuerſæ factionis & in ea recepti, vt alias Hetruriæ ciuitates, ſub nutu Manfredi tenuerunt. Magno igitur numero exules Bononiæ conuenerunt.

Aretini recipiunt Gibellinos.

Interea ciuitas Mutina proxima inteſtinis ſeditionibus iactabatur. Duæ partes vtraque armata alteram pellere nitebatur, ſcilicet Guelphorum & Gibellinorum. Exules igitur Florentini ab ea factione, quæ idem ſentiebat, ſcilicet Guelphorum accerſiti, cùm impigrè auxilium attuliſſent, aduerſam factionẽ vrbe pepulerũt.

A.C. 1260.

A Pulſorũ præda à Mutinẽſibus illis conceſſa eſt, vnde qui pauperes erant ditati ſunt. Permouit eadem ſeditio & Regium finitimã vrbem. Erat in his vir procero corpore, nec minus audacia manuque præcellens Caſcham vulgo appellatus, qui erat factionis Gibellinorum. Hic ſæpè in aduerſarios delatus, admiranda fortitudinis facinora edebat, multis ab eo occiſis contritiſque cæteros formido agitabat. Vocati igitur à Reginis Hetruſci exules, vt nuper Mutinẽſibus ita & Reginis ſuarum partium hominibus auxilium attulere, & pugna in foro atroci com-B miſſa, vnus Caſcham plurimum reſiſtebat. Eodem vno ſtabat aduerſa factio, nec foro cedebat. Denique Hetruſci delectos ex ſuis fortiſſimos iuuenes in eum mittunt. Cumque alios, qui eum ſequebantur ſubmouiſſent, ac ipſe viribus ferox longè à ſuis pugnaret conglobati in eum iuuenes latera mucronibus exugunt & cõfectum vulneribus proſternunt. Illoque occiſo, ſtatim aduerſa factio Regio pellitur. Florentinos autem vt Mutinenſium, ita & nunc Reginorum præda ditauit. Dux Hetruſcorum ad Reginum fuit Foreſius Adimar (alias Aldimarius) qui etiam dicitur principalis fuiſſe in pro-C ſtratione Caſcham. In Hetruria ergo omnia fermè loca Manfredo parebant. Aduerſa pontifici factio Gibellinorum vbique dominabatur.

De rebus Vngaricis & Bohemicis.

§. VI.

ANNO autem domini. 1260. (vt de partibus remotioribus aliquid tãgamus) cùm longa D & magna controuerſia eſſet inter regem Vngariæ & regem Bohemiæ propter quaſdam terras quæ erant in confinibus vtriuſque regni, quas quilibet eorum dicebat ad ſe pertinere, rex Vngariæ ingreſſus eſt in regnũ Bohemiæ in bellũ contra regem eius cum octaginta millibus hominũ equitum de diuerſis nationibus, Vngarijs, Cumanis, Græcis, Alemannis pro maiori parte infidelibus. Rex autem Bohemiæ non timens occurrit cum centum millibus hominum equitum. Qualiſcunque eſſet equus in eo reſidens dicebatur equiſter. Sed inter eos erant ſeptem E millia cooperta malleis ferreis. Bello autem inito in finibus regni Bohemiæ ex multitudine & diſcurſu equorum impetu currentium, tantum puluis eſt ex terra eleuatus in ſublime, vt aer fieret obſcurus, quaſi nox eſſet, nec alter alterum cognoſcere poſſet: tandem rege Vngariꝗ vulnerato grauiter fugam arripuerunt. Et in fuga tranſeuntibus eis quoddam fluuium quatuordecim millia, & vltra Vngarorum ſubmerſa ſunt. Poſt quã victoriã requiſitus Rex Bohemię ab Vngaris de pace, annuit certis modis & vt fœdera pacis ſolidius manerent adinuicem con-F traxerunt matrimonia.

Azolinus à Mediolanẽſibus capitur & necatur. Hic dicitur Ecelinus, a Bl. l. 8. Dec. 2. qui de eo agit fuſiſſimè.

Eodem etiam tempore quidam Azolinus nomine, ex quodam caſtro Taruiſino dicto Romano oriundus, ex infima cõditione, per tyrãnidẽ & violẽtiam acquiſiuit magnum dominium, ſcilicet totam Marchiam Taruiſinam, & Paduam & magnam partẽ Longobardiæ & infeſtus fuit multum Hetruſcis alios occidẽdo, alios oculis pri-

A.C. 1202.

priuando, aliquos vſque ad mendicitatem bonis ſpoliando. Cùm ergo iſte cum mille quingentis militibus proficiſceretur verſus Mediolanum, vt ipſum caperet: Mediolanenſes cum eo præliantes profligauerunt eum: & vulnerantes capienteſque in carcerem poſuerunt: vbi & mortuus eſt. Huic fuerat ex diuinatione pronunciatum, quod mori debebat apud caſtrum Paduæ quod dicitur Baſtianum: vnde ſibi cauebat illuc ingredi. Cùm autem vulneratus deferretur ad dictum caſtrum: interrogauit de nomine caſtri: cui cùm diceretur, quòd vocaretur Caſtiano: tunc ille mortuum ſe iudicans inquit, Caſtiano & Baſtiano idem ſunt: & mortuus eſt. Fuerat hic peſſimus homo & crudeliſſimus tyrannus ſuper omnes alios. Hic comburi fecit duodecim millia Paduanorum in diuerſis locis ciuitatis: fecit & alia multa mala: datus in flagellum Dei propter peccata illius regionis. Qui tandem à paucioribus copiis, quam eſſent ſuæ deuictus eſt: & exercitu eius diſperſo hincinde defecit dominium tyrannicum eius cum tota progenie.

Ecelini crudelitas.

De geſtis Tartarorum & eorum bellis: & quomodo tandem ad fidem noſtram conuerſi ſunt. Vinc. lib. 29. ca. 69. hæc ſumpta ſunt, ſed ex Haitone Armenio, plurima de Tartariis his conſentientia habet Gene. hæc habet etiam Blon. li. 7. decr. 2. & Aemyl. lib. 7. aliqua de his etiam Niceph. Gregoras lib. 3. de geſtis Roma. & alij.

CAP. VIII.

Tartarorum geſta.

Qvia dictum eſt ſupra, quòd Innocentius iiij. miſit fratres prædicatores & minores aliquos ad Tartaros ad exhortandum eos ad fidem Chriſti: & ne ita graſſarentur in homines: ideo pro pleniori declaratione hui⁹ generis ad ſuperiora tempora reuertendo: de ipſis Tartaris & motibus eorum, & de Armenis, Georgianis. & Turcis, quomodo eos ſibi ſubdiderunt, videndum, eſt. Anno Domini. 1202. ſecũdum quoſdam Tartari, poſt occiſionem domini ſui exierunt in populorum deſtructionem. Ii enim prius adhuc in terra ſua videlicet Tartaria, quæ affinis eſt Indię reſidentes, contra regem Dauid Dominum ſuum videlicet preſbyteri Ioannis quondam dominatoris & imperatoris Indiæ filium conſpirauerunt: eumque doloſè machinando interfecerunt. Antea ſiquidem ab antiquo Tartaria Indiæ regi fuerat ſubiecta: eique pacificè & quietè debita vſque ad tempus illud exoluerat tributa. Cumque prædictus rex ab eis tributum ſolitum expeteret: pręcipiens inſuper, vt in armis, vel in angaria aliqua deſeruirent: illi ſuper aggrauatione nimia Domini ſui conquerentes, inierunt pluries conſilium vtrùm ei ſimpliciter obedirent, an ei prout poſſent obuiarent. Tandem vnus eorum nomine Cingiſcham (rectius Tam-Guiſcam) qui ſagatior & antiquior videbatur dedit conſilium vt mandato regis contradicerent & omnes vnanimiter in eum exurgerent:

A cũque ac ſuos, quos inuenire poſſent occiderēt. A.C. 1202.

Ad executionem (inquit) tanti facti oportet, vt omnes in vnum vnanimiter congregemur, & vnus de quinque ſuper alios quatuor ex omnibus quinariis eligatur: qui quaternio nũcupetur eiuſque præcepto in omnibus obediatur ab illis & qui non obedierit occidatur. Similiter etiam ſuper nouem ſit decimus, & ſuper nouemdecim vigeſimus: & ſic vſque ad mille: & etiam vſque ad millies millia: denique vſque ad infinitum aſcendendo. Tandem vnus omnes ſuper excellens B tanquam Dominus & Chaam (aliàs Can) ideſt imperator vel rex habeatur, cui omnes vſque ad mortem per omnia obedire teneantur. Omnes autem conſilium hoc concorditer approbantes ipſum in Dominum ſibi cum ſucceſſoribus ſuis elegerunt: eique prædictam obedientiam in perpetuum ſe ſeruaturos promiſerunt, & vſque hodie ſeruauerunt.

Tartari dominiũ preſbyteri Ioannis excutiunt.

Hic igitur electus altera die conuocatis omnibus in monte altum aſcendit: eoſque exhortans, ait: Scitis, quòd vſque nunc tria in vobis peccata ſemper inundauerunt, videlicet menda C cium, furtum, & adulterium. Nunc ergo ne vindicante Deo in executione huius facti, vel aliis in poſterum impediamur: de cætero nos omnes à prædictis abſtinere ipſi promittamus: ita quòd ſi quis in aliquod eorum prolapſus fuerit, ſine vlla miſericordia occidatur. Quod cùm omnes ſe obſeruaturos in perpetuum promiſiſſent, licet iam iniquitas mentita ſit ſibi: præcepit omnes illos in armis paratos congregari: eoſque in duas acies diuiſos vna die à duabus partibus æqualiter à medio terræ diſtantibus terram Domini ſui Dauid ingredi, ac velociter eam percur D rentes, nulli parcere ſexui, vel ætati. Illi ergo cauſa ſeruitutis excutiendæ triumphique obtinendi quam plurimũ animati, de terra ſua exeuntes arcubus & ſagittis, clauiſque ſiue fuſtibus tanquam armis ſuis potioribus præmuniti quorum maxima pars erant pedites, minor in bobus equitantes, minima verò in aſinis & iumentis ac pullis equorum conſidentes: Domini ſui terram, à duabus partibus ſimul inuaſerunt: eamque totaliter effuſione ſanguinis intinxerunt.

Chaam Tartarorum Dominus à ſuis extorquet obedientiam.

Rex autem Dauid aduentum eorum audiens improuiſè, nec vllatenus valens reſiſtere: cùm E ab vna parte exercitus effugere vellet, ab altera præuentus eſt & oppreſſus: tandemque cum tota familia ſua præter vnicam ſuam filiam membratim detruncatus. quam videlicet filiam ſuperſtitem prædictus Cingiſcham ſibi vxorem accepit, & de ea, vt dicitur, filios genuit.

Rex Dauid à Tartaris occiditur.

Rabbanta verò monachus Chriſtianus, ſed tamen Neſtorianus: quia viuente Dauid rege fuerat ei familiaris, & quandoque fortaſſè conſiliarius, poſt mortem ipſius Dauid à filia eius vxore Cingiſcham tandē eſt euocatus. Et eadem occaſione antiquę patris ſui amicitiæ, & quia Chriſtianus erat conſiliarius ac pœnitentiarius F eius factus eſt. Tartaris quoque familiaris eſt effectus, ipſa duntaxat viuente, Cingiſcham permittente. Vt autem illa mortua eſt, factus eſt idem monachus Tartaris extraneus, ab eis elongatus. Iſte autem Rabbanta, tum mediante regis Dauid filia, tum etiam mediante curiæ frequentia, multa de conſiliis & factis Tartarorum nouerat: multaque diuinando eis reuelabat: propter

Rabbanta monachus Dauid, deinde filiæ eius cõſiliarius. c. 70.

A.C. 1204. propter quæ nimirum ab ipſis eſt magnus reputatus,& ſanctus vocitatus. Poſtea verò in Armeniam maiorem tranſiit:ibique in Tauris ciuitate aliquod tempus latuit. Sed, ſicut poſtea diligenti inquiſitione per fratres prædicatores(qui de mandato Papæ ad Tartaros ibant: & ad ipſum Rabbantam literas deportabant facta, inuentum eſt, quia mercator erat,& vſurarius,atque hæreticus,fideique catholicæ & orthodoxę inimicus. Licet eam confiteretur ore tenus,latebras tamen libenter quærebat:nec vnquam comedens ab aliquo de fratribus ſe videri permittebat,talis ſemper vixit:taliſque moriens ſicut vixerat ad infernum deſcendit.

Apoſtatæ monachi mors horrenda.

Tartarorum ſtatura & effigies ac mores. cap. 71.

§. I.

SVNT autem Tartari homines turpiſſimi quoniam vt plurimum parui, Oculos habent groſſos & prominentes multum coopertos palpebris:ita quòd valdè parua eſt apertura in eis. Latas habent facies latoſque frontes: naſóſque latos. Sunt autem imberbes, excepto quòd in ſuperiori labio & in mento raros habet pilos & quaſi volatiles. Graciles ſunt in cingulo generaliter omnes,exceptis paucis. Omneſque ferè ſunt ſtaturæ mediocris. Raſuram faciunt prope verticis ſummitatem: quæ deſcendit inferius per tempora ab vſque ad aurem. Sedétque raſura illa ſuper caput eorum ad ferri equini modum. Raduntur iterum à parte poſteriori:& longos habent capillos ac tricas retro iuxta aures. Talem etiam raſuram habent omnes illi, qui cum eis ſunt, vt Armenij, Saraceni & alij:ſed facies eorum diſſimiles ſunt faciebus Tartarorum.

Studia eorundem. Ipſi porrò tartari leues & agiles ſunt complurimum,ac benè equitantes: A pueritia quippè diſcunt equitare, currendo poſt armenta equorum & aliorum animalium. Cúmque maiores effecti ſunt,cum patribus ſuis in bellis quaſi continuè equitant, nullúſque illorum pedes vadit,ſed omnes etiam minimi garciones equis aut bobus inſident:quia breuiſſimas tibias habent. Incompoſito itaque gradu incedunt:& pedites ire diu nequeunt. Mulieres eorum turpiſſimæ ſunt,& equitant ſicut & viri. Equos autem habent qui non ferrantur,nec hordeo vtuntur, multúmque ſunt diſciplinabiles ac magni laboris,& caſtrati ſunt,& nates fiſſas habent. Præterea Tartari modò interrogatiuo clamoſo loquuntur gutture,rabido & horribili. Cantantes mugiunt vt tauri,vel vlulant, vt lupi. Voces inarticulatas in cantando proferunt, & hanc cantilenam, alai, alai, communiter ac frequentiſſimè canunt. Turpiſſimè bibentes caput quatiunt,& quod bibunt velut equi in guttura traiiciunt. In tentoriis ſemper habitant, & non in villis vel vrbibus. Paſtores enim pecorum rurales ſunt,ac gregibus ouium & caprarum armentiſque boum & camelorum & equorum ſuperabundant. In hyeme manere cõſueuerũt in planitie, in æſtate verò paſcuorum vbertatem ſequuntur in mõtibus. In luctationibus delectantur & in ſagittationibus, tanquam in ſuis potiſſimis gaudimoniis & exercitationibus. Chriſtianis autem debiliores ſunt in corporibus. Venatores quidem mirabiles ſunt,& ordinati ac ferrati ad venandum pergunt, ita quod animalia venatitia fugando coram ſe ducunt, Deniq; concludendo ea,quaſi de ſeipſis choream vnam faciunt,& tunc ſagittando vndique interficiunt, & capiunt. Viliſſimè comedunt,panem non habent nec curant, menſalibus non vtuntur nec manutergiis,edúntque manibus illotis.

Garciones id eſt pueri.

De religione tartarorum c. 72.

Vnum quidem Deũ Tartari credunt,ipſúmq; omnium eſſe tam viſibilium quam inuiſibilium factorem, & tam bonorum in hoc mũdo quàm pœnarum eſſe datorem, nec tamen orationibus vel laudibus vel aliquo ritu ipſum colunt, Nihilominus etiam habent idola quædam de filtro ad imaginem hominis facta, quæ ponunt ex vtraque oſtij tentorij parte, & quiddam de filtro in modum vberum fœminæ ſubter illa, eáque credunt pecorum ſuorum cuſtodes eſſe, ac beneficium pullorum & lactis eis præſtare. Alij verò de pannis ſericis faciunt,illáque multum honorant. Quidam ea ponunt in pulchro curru cooperto ante oſtium tentorij,& quicunque in curru illo aliquid furatur ſine vlla miſeratione occiditur. Cùm autem idola huiuſmodi facere volunt, omnes maiores dominę, quæ ſunt in ſtatione veniunt, eáque cum reuerentia faciunt. Deinde ouem interficiunt,eámque manducant,& oſſa eius igne cõburunt. Cum etiã aliquis puer infirmatur, prædicto modo faciunt idolum,& ligant ſuper eius lectum. Duces quoque millenarij ac centenarij ſemper habent hircum in medio ſuæ ſtationis, & Idolis prædictis offerunt primum & lac omnis iumenti, ac pecoris. Sed & quando primo bibere vel comedere incipiunt, primitus eis de cibariis ſuis,vel de potu offerunt. Cúmque beſtiam aliquam interficiunt,offerunt cor eius idolo, quod eſt in curru in aliquo ſchypho, & vſque in mane dimittunt, tunc quoque de præſentia idoli auferunt illud ac decoquunt, & ipſum manducant. Primò etiam Imperatori factum idolum ante ſtationem honorificè ponunt,cui multa munera offerunt:Sed & equos ei ſolent offerre,quos nullus audet vſque ad mortem aſcendere. Alia quoque animalia eidem offerunt, quæ occidunt ad manducandum,& nullum ex oſſibus eorũ confringunt,ſed igne comburunt. Huic etiam idolo ad meridiem tanquam Deo ſe inclinant, & aliquos nobiles inclinare faciunt,qui ſeipſis reddiderunt. Vnde Michaelem magnum Ducem Tuſciæ occiderunt,cum nollet ſe imagini Cingiſcam inclinare. Solem etiam ac Lunam,&ignẽ & aquam & terram venerantur & adorant, primitias eis potus ac ciborum offerentes, mane ſcilicet potiſſimum, antequam comedant vel bibant.

De legibus ac ſtatutis Tartarorum. cap. 73.

§. II.

STATVTVM eſt autem inter Tartaros & à Cingiſcham primo eorum Domino confirmatum,vt quicunque in ſuperbiam erectus authoritate

A.C. 1202. thoritate propria ſine principum electione voluerit imperator eſſe, occidatur ſine vlla miſeratione. Propter hoc & vnus de principibus nomine Ciungam, nepos ipſius Cingiſcham, occiſus eſt ante electionem ipſius: quia regnare volebat non electus. Aliud quoque ſtatutum habent quòd omnem terram ſibi debeant ſubiugare: nec cum aliqua gente pacem habere, niſi ſubdatur eis: quouſque veniat tempus interfectionis ipſorum. Annis octoginta debent pugnare, & octodecim tantummodo regnare. Poſt hæc, vt ipſi dicunt, ab alia natione debent vinci (vt vaticinatum eſt eis) neſciunt tamen, quæ illa ſit, & qui euadere poterunt legem illam tenere debent, quam tenent illi, qui bello eos deuincent.

Tartari vaticinationibus dediti. Ipſi quoque Tartari diuinationibus, auguriis, aruſpiciis, veneficiis, & incantationibus multum intendunt: & cum illis à demonibus reſpondeatur, Deũ ſibi loqui credunt. Eſt etiam ſtatutũ Cingiſcham illius primi: quòd per millenarios, centenarios ac decanos eorum exercitus debeat ordinari. Porro edictum generale Chaam, eſt vt vbicunque capiantur à Tartaris, vel à ſeruis eorundem mulieres, quantęcunque ſint ab eis teneantur: eiſque pro ſua voluntate abutantur, eaſdem in ſeruitutem perpetuam ſi voluerint reſeruâtes. De equis quoque tale eſt edictum. Chaam generale. Quicunque Tartarus equum rapere potuerit, vndecunque & vbicunque inuenerit, & cuiuſcunque ſit, ipſe verus poſſeſſor illius habeatur, dum tamen Tartari non ſit. Porro de viatoribus tale eſt edictum generale ipſius. Quicunque inquit Tartarus ſeu Tartari ſeruus aliquem in via inuenerit, dum tamen non ſit mercator: habens bullam Tartaricam: ille inuentoris vel excipientis eum ſit ſeruus perpetuus, & habeatur, etiam ſi ſit Tartari ſeruus, donec à Domino ſuo repetatur. Sunt autem duo genera Tartarorum diuerſa quidem habentia idiomata, ſed vnicam legem & ritum, ſicut Franci & Teutonici.

Impietas Tartarorum & arrogantia. cap. 74.

§. III.

TANTÆ verò impietatis & arrogantiæ ſunt, vt Dominum ſuum Chaam filium Dei appellent: & ipſum loco Dei ſuper terram venerentur & adorent: dicentes factoque oſtendentes illud in eis eſſe impletum. Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Pſal. 113. Nam & ipſe Chaam ſe filium Dei appellat: & in litteris ſuis ſub hoc nomine mandat omnibus. Eius ſubditi, videlicet Tartari, de mandato ipſius principes ſuos Baiothnoi & Batho violenter ab omnibus nunciis ad ipſos venientibus faciunt adorari cum triplici genu flexione, triplici quoque capitum ſuorum, in terram alliſione.

Superbia & ſtultitia. Denique ſupra modum gloriantes, & ad totius mundi dominium in breui ſe venturos præſumentes adeo deſipiunt: vt maiorem domino ſuo Chaam neminem in mundo eſſe credant: vel etiam nominari Papam, vel alium maiorem ſuſtineant, Omnes homines, qui in mundo ſunt veluti pecudes reputant, ſeque ſolos omnibus præferentes, Papam & omnes Chriſtianos canes appellantes. Ipſos etiam idololatras eſſe af-

A firmant, quia ligna & lapides, ideſt quia ſignum crucis in lignis & lapidibus impreſſum vel inſculptum adorant. A.C. 1202.

Superſtitio. Somnia verò obſeruant, & maleficis artibus intendunt. Habentque magos ſecum, vel diuinos, per quos à dęmonibus in idolis habitantibus ſibi reſponſa dari petunt. Deumque ſibi (vt dictum eſt) loqui credunt quem ſcilicet Deum Intogo [aliâs Itoga] nominant: & ipſum Comani Chaam appellant: quem mirabiliter reuerentur ac timent, eique multas oblationes atB que primitias ciborum & potuum offerunt, ac ſecundum eius reſponſum vniuerſa faciunt. Solẽ eſſe patrem lunæ eo quòd lumen à ſole recipiat dicunt, omniaque per ignem purificari credunt. Dies ac menſes, maximeque lunationes & annos & tempora obſeruant. Nullius diei vel temporis abſtinentia inter illos obſeruatur; nullaq; dies cęteris dignior, vel celebrior reputatur.

Inhumanitas. Ad cæterorum hominum ſocietatem incommunicabiles & inamicabiles ſunt: vt etiam cum eis colloquium habere dedignentur: & in ludis & vbique præferri volunt. Vnde cum in eorum C exercitu duo Chriſtiani Georgiani ab ipſis inuitati cum duobus Tartaris luctarentur cauſa ludi: & duo Tartari abſque vlla læſione corporum à Georgianis ad terram eſſent ſubmiſſi: alij Tartari de eorum proſtratione ſupra modum indignati frementes in Georgianos illos irruerunt, ita quod eorum, vnicuique brachium vnum extorquendo confregerunt.

Tartarorum cupiditas & auaritia. c 75. Tanta verò cupiditas in eis exardeſcit, vt ſi aliquid, quod ſibi placeat videant, ſtatim aut nimia importunitate extorqueant, aut violenter auferant ab illo cuius eſt, velit nolit. Pecu-D nias ſuas committunt ad vſuram, ita quod accipiunt de decem denariis vnum ad vſuram per menſem: poſt primum inde iterum decennariũ de quolibet decennario decimato per vſuram accipiunt vnum denarium. Itaque miles quidã in Georgia de quingentis hyperperis, à Tartaris acceptis & per annos quinque retentis, coactus fuit eis reddere ſeptem millia pro vſuris. Hyperperæ monetę genus. Quædam etiam domina Tartarica pro quinquaginta ouibus, quas cuidam commiſerat, & ille per ſeptem annos tenuerat, petiit, ab illo pro vſuris illarum ouium hyperpera ſeptem millia quę oE mnia ille coactus eſt ſoluere pro vſura.

Prætetea ſuper tributarios ſuos aggrauant onus exactionis: vt in terra Anagh, magni videlicet cuiuſdam terræ baronis, primò ſiquidem Chaam ſuum habet tributum ad minus quindecim drachmas ſeu aſperos: qui benè valent triginta ſtirelinguos, ſecundò Dominus ſpecialis, tertiò Domini prouincialis, quartò nuncij ſolennes, quintò frequentes, quæ fiunt ab eis encæniorum præſentationes: poſt hæc etiam nuncij ſuperuenientes cum equorum angariis quibus prouidetur in expenſis. Præterea de quolibet ruſtico laborante accipiunt aſperos tres & F de quolibet boue tres & de ſex pecoribus tres, & munera quidem benè accipiunt, & ſequuntur retributiones: quia pro nullo dato alicui aliquid retribuũt vel etiam gratis reddunt: quin potius quæcunque illis dantur, ea ſibi deberi tanquam omnium Dominis arbitrantur. Itaque manus eorum ſemper ad accipiendum eſt porrecta: ſed ad dandum collecta. Qui cum infinitis Eccli. 4. Delectantur gregibus.

A.C. 1202. nitis abundet gregibus pecorum & armentorũ multumq́ue in eis nutriendis & multiplicandis delectentur; quia gaudium onagrorum paſcua gregum: (Iſ. 32.) præ nimia tamen tenacitate auaritiæ vix aut nunquam comedunt animal ſanum aut viuum: ſed quando mortuum eſt: ſtatimve moriturum vel mutilatum, aut aliqua moleſtia conſimili afflictum. Denique cum abundent tabernacula ipſorum manum egeno & pauperi non porrigunt. Hoc tamen ſolùm laudabile quo ad quid habent, quod vbicunque in prandio vel cœna aliquis eis ſuperuenerit [libẽter illud quo veſcuntur ei communicant, ac volentem ſecum comedere] non excludunt.

Tartarorum inſolentia & luxuria. c. 77.

Sic autem in malitia ſua effrænati ſunt vt nullatenus ſe debere vel poſſe refrænari putent à deſtructione, quam cœperunt. Exemplumq́ue tale de ſeipſis non verentur ponere. Nos (inquiunt) ſumus quaſi ſagitta de manu ſagittantis emiſſa: quæ nunquam deſiſtit: donec obſtaculum eam repellens & confringens inueniat. Super multitudine quoque gentis ſuæ gloriantur: & nullam gentem eis poſſe reſiſtere aſſerunt, per hoc exemplum, quod in medio proponunt. Nos ſumus, aiunt, vt fluuius magnus aquarum multarum, qui pro ſua profunditate nimia tranſuadari nequit, cuius impetus inundans abſorbet quęcunque inuenit: licet à paruo fonte oriatur, & à pluribus riuulis deriuetur.

Garciones minimi. i. pediſequi & aſſeclæ.

Cæterum etiam minimi garciones eorum accipiunt & rapiunt mulieres per ciuitates eis ſubiectas: ſcilicet Georgiæ, Turciæ, Perſidis, Armeniæ maioris & minoris, exceptis etiam illis, quæ prouidentur à comitatibus ipſis. Iidem quoque garciones eorum ac nuncij quoſcunque equitãtes ibidem inuenerint: ſi equitaturis indigent, faciunt illos de equis deſcendere, & ducunt eos, quo voluerint. Oculos incontinentes penitus habent Tartari, plenos inceſſabilis delicti. Omnibus pecudibus ſe indifferenter commiſcent: ſicut & Saraceni. nam in illis ſemper viguit ſodomiæ peccatum, & in Tartaris etiam eſt diffuſum. Præterea vxores ſibi Tartari accipiunt quotquot volunt & ſuſtentare poſſunt, nulluſq́ue conſanguinitatis vel affinitatis gradus in eis obſeruatur.

Tartarorum coniugia.

Nam vxor Tartari, cum mortua fuerit, ille omnes eius ſorores vel filias, ſi ſibi placeant, ſigillatim vel ſimul in vxores accipit. Perſonæ tres tantum ab eorum excluduntur matrimonio, ſcilicet mater filia, ſoror: & omnes alias perſonas ſibi vel vxoribus quas habent vel habuerunt aliter attinentes liberè accipiunt vxores: Cumq́ue Tartarus vxorem accepit, non reputat eam vxorem, donec ab ipſo conceperit ac pepererit: vnde ſi ſterilis ſit, ipſe ſi vult eã dimittit. Item maritus dotem pro vxore non recipit: donec illa ei puerum peperit: ſimiliter nec mulier à patre vel à matre donec peperit.

Tartarorum crudelitas ac fallacia c. 78.

Crudeles adeo ſunt, vt nec ſenes reuereantur, nec puerorum miſereantur. Effuſio ſanguinis apud eos tanquam effuſio aquę reputatur, humanorũ quoque corporum proſtratio tanquam ſtercorum coaceruatio computatur. Nec ſolùm in vnam gentem, ſed etiam Chriſtianorum & omnium aliorum hominum exardeſcunt extinctionem. Carnes humanas deuorant, vt leones, tam aſſas igni quàm elixas, & hoc quandoque cauſa neceſſitatis, & quandoquę cauſa delectationis: A quandoque cauſa terroris & horroris incutiendi populis hoc audituris. A.C. 1202. Itaque in occiſione hominum exultantes gloriantur, & in multitudine occiſorum anima eorum mirabiliter delectatur. Ii etiam in Perſide cum cepiſſent vrbem quamdam ſitam in pede montis Caſpiorum, qui Driabaldin vocabatur: omnibus eius habitatoribus decapitatis: aures rebellium ſibi iam mortuorum abſciderunt: duoſq́ue ſummarios eiſdem auribus in aceto poſitis oneratos ad Chaam tranſmiſerunt. Itaque de rupibus homi- B nes præcipitant: alioſq́ue colla ponendo ſuper lapides excerebrant, alioſq́ue lapidibus ipſum terendo collum occidunt. (Summarios vocat iumenta ſarcinaria.) Intrantes domos homines etiam timore mortis abſconditos infixo cultello in corde occidunt: & ſanguine eorum adhuc de vulneribus effluente, comedunt, ſedẽt, & bibunt dicentes, iterum percutientes. Ecce modo iacetis hic vos inimici noſtri.

Multa quoque in eis eſt doloſitas, fallaciaq́ue ac mendacitas. quando etenim ante munitionẽ aliquam obſidentes longo tempore ſtant, blande loquuntur obſeſſis, multaq́ue illis promittũt C vt ſe in manus eorum tradant, & ſi quidem illi ſe tradiderint eis, dicunt illis. Exite ad nos, vt ſecundum morem noſtrum numeremus vos. Cumq́ue ad eos exeunt, quos comperiunt eſſe artifices, ſibi reſeruant: alios verò omnes, præter illos quos ſibi pro ſeruis retinere volunt, cum lapidibus ſuper lapides excerebrant. In bellis etiam quocunque capiunt, occidunt: niſi forte aliquos reſeruare velint vt illos in ſeruitute ſemper teneant. Occidendos autem per centenarios diuidunt: vt cum bipenni ab eis interficiantur. Ipſi verò diuidunt hos per captiuos: & vnicuique D ſeruo ad interficiendum dant decem vel plures vel pauciores, ſecundum quod maioribus placet. Denique ſi aliquid promiſerint illis, qui ſe reddiderunt, nihil obſeruant: ſed quaſcunque poſſunt occaſiones contra eos quærunt & opponunt. Hoc itaque in eis ſemper oportet attendere quòd ſæpius fraudulentia doloq́ue magis pugnant, quòd fortitudine.

Tartarorum immundicia & cibi. ca. 78.

§. IIII.

PORRO in victu ſunt homines immundiſſi- E mi atque ſpurciſſimi. Neque enim menſalibus & manutergiis vtuntur, nec panem habent vel curant: ſed quidam ipſum etiam comedere dedignantur. Olera quoque vel legumina non habent, nec aliquid aliud, quàm carnes, vt comedant. De quibus etiam tam paucas manducant: quòd aliæ nationes vix inde viuere poſſent. Porro omne carnium genus præter quàm mulæ (quia non gignit) comedunt, & hoc turpiſſimè. (Brodium .i. ius.) Turpiter namq́ue tangentes pinguia, digitos ſuos labunt: & ocreis ſuis tergunt. Solent tamẽ maiores habere aliquos panniculos quibus ad vltimum tergunt. Manus comeſturi non lauant F nec poſtea ſcutellas: & ſi aliquando eas brodio carnium abluunt, iterum loturã cum carnibus in ollam reponunt. Aliter etiam non lauant ollas, vel cochlearia, vel alia huiuſmodi vaſa. In carnibus autem equinis plus delectantur, quàm in aliis. Glires ſeu mures edunt, & catos libentiſſimè comedũt. Vinum ardentiſſimè bibunt, quando habere poſſunt, Lacte iumentino (quod ipſi

Camous

A.C. 1225. Sup. §. 3.

Camous vocant) quotidie ſicut homines cæteri forti vino ſe inebriãt cum Calẽdas celebrãt, aut feſtiuitates faciunt ventrium ſuorum, cantui, vel potius vlulatui, atque potationibus vacant: & quamdiu potationes huiuſmodi durant nulli negatio intendunt, nullũque nuntium expediunt. Carnes etiam humanas vt dictum eſt, deuorant vt leones, aſſas igni & elixas comedentes. Cũq; capiunt aliquem ſibi contrarium & inimicum valdè, cõueniunt in vnum locũ comeſturi eũ in vltionẽ rebellionis ſibi factæ, ſanguinẽ eius aui dè ſugẽtes, velut ſanguiſugæ infernales. Deniq; cùm eis victualia deficerẽt in obſidione. ſ. cuiuſdam vrbis Cimorum, de decem hominibus accipiebatur vnus ad manducandum. Pediculos etiam comedunt, vxor viri, & amicus amici, à capite vel aliunde extrahentes illos, atque dicẽtes, Vtinam, ſic poſſimus facere de inimicis domini mei. Apud ipſos autem eſt peccatum magnum, ſi aliquid de cibo vel potu perire permittunt: ideóque oſſa, niſi prius extrahatur medulla, dari canibus non permittunt.

Capelli. i. Mitra. i. pileus.

Habitus autem eorum communis & ſolẽnis eſt talis. Capellos habent omnes cuiuſcunque coloris ſint qui non ſunt profundi in ſe, ſed quaſi laicorum mitræ ſuper capita iacent plani. In poſteriori verò parte extentã habent caudã ad vnius palmæ longitudinem, & latitudinem tantundem. Et etiam in cauda dilatantur aliquantulum, Oræ capellorum ipſorũ in anteriori parte & in lateribus habent quamdam extra reflexionem ad groſſitudinem digiti: ſed non in parte poſteriori, Duæ quoque ligaturę, in eiſdẽ oris ſuprà aures inſutæ ſunt, quibus ſub mento colligatis, capellũ inhetere capiti faciũt: ac ne vẽto vel aliquo alio euellatur, infigũt vel imprimũt: ſuper has quoq; ligaturas duæ ſunt ligulæ paruulę volatiles ad decorẽ. Huiuſmodi ergo forma capellorũ eſt Tartaris, & omnib. quotquot ſunt cũ eis.

Habitus autem Tartaris, quo totum corpus eorum ſuperinduitur exceptis brachiis: in pluribus eſt nigri coloris. In latere ſiniſtro antequã induatur, diuiſus eſt & apertus: ab vmbilico & ſuprà in anteriori parte æqualiter à latere ad latus ſe extendens, & inferius vltra genua non deſcendens. In parte poſteriori deſcendit plus aliquantulum, quàm in anteriori non extẽſus vltra coſtas vel dilatatus, & vſq; ad humeros retro ſuper extẽſus. Duab ligulis latitudinis triũ digitorum inſutis ſuper humeros poſteriori parti, & inferius rectè deſcendentibus, partiq; anteriori per vinculũ à latere in latus ſe æqualiter extendẽtes inſuuntur. Ab ipſo autem indumẽto nec brachia, nec latera, nec pect⁹, nec aliqua anterior pars ab vmbilico & ſuprà exceptis duabus ligulis ſunt cooperta. Quidam etiam ipſorũ ſupra diſpoſitionem prædictam in duobus lateribus habent fiſſuram. Hæc eſt forma ſpecialis indumenti, quo à cæteris hominibus diſcernuntur Tartari.

Arma ipſorum.

Armati ſunt autem coriis ſuppoſitis laminis ferreis coniunctis: laminiſq; vel corio brachia cooperiunt ſuperius, ſed non inferius. Cũ autẽ ſagittas arcuatarij iaciunt: dextrum brachium à tota armatura exuunt, factoque tractu reinduũt Gladios paruos habent, vt Saraceni: longitudinis vnius brachij vnius inciſionis ſeu cæſuræ. Cultellis neſciunt pugnare nec portant illos apertè. Non vtuntur ſcutis, paucißimi quoque vtuntur lanceis: cùm autem vtuntur eis à latere percutiunt, ex ipſis autem vinculo in ſummitate lanceæ ligato, & in brachio ipſam portant. Quidam autem habẽt vncos in fine lancearum. Super omnia verò vtuntur arcubus, & ſagittis ac curſu equorum. A.C. 1225.

Tartaricus bellandi mos. cap. 80.

§. V.

IN bellis autem aſtutiſſimi ſunt. Quia iam per octoginta annos & amplius cum cæteris gentibus (vt dicitur) dimicauerunt. Licet enim ſuperius dictum ſit, quòd anno domini. 1202. iuxta quoſdam de terra ſua egreſſi ſunt quidam tamen dicunt, ꝙ citius exierunt & fortaſſis ante exitum vltimum multis iam annis pugnauerant: in quibus domini ſui terram & alias propinquas regiones vaſtauerant: ita ꝙ à terra ſua non ex toto receſſerunt. Cùm autem ad bellum ire volunt, curſores præmittunt: qui ſecundum nihil præter filtra ſua deferunt: & ij quidem nihil rapiunt: domos non comburunt, beſtias non occidunt, ſed homines tantum vulnerant, aut perimunt ſi poſſunt, vel ſaltem in fugam mittunt, nihilominus tamen principes exercitus ex omni parte mittunt prędones, & poſt hæc ad inueniẽdũ homines & iumenta mittunt alios qui valdè ſunt ad quęrẽdum ſagaces. (Sup. ante §. 1.)

Cùm autem vident hoſtes, vadunt ad eos & vnuſquiſque iacit tres ſagittas vel quatuor contra ſibi oppoſitos: & ſi ſuperare non poſſunt eos regrediuntur ad ſuos. Hoc autem in fraudem faciunt: vt aduerſarij ſequantur illos ad loca, in quibus inſidias poſuerunt. Tunc enim illos circundant & vulnerant, & occidunt. Porrò ſi magnum contra ſe exercitum vident: aliquando per vnam dietam vel per duas ab eo diuertunt: aliamq; terræ partẽ inuadunt, & homines interficiunt: terramq; vaſtantes deſtruunt: & ſi nec hoc quidẽ facere poſſunt, ad decẽ vel duodecim dietas retrocedunt. Aliquando etiam in loco tuto morantur, donec aduerſariorum exercitus ſeparetur: & tunc furtim veniunt, ſubitoque totã terram depopulantes irruunt. Denique ſicut dictum eſt ſupra non tàm viribus pugnant, quàm dolo & fallacia. Cùm itaque volunt ad pugnam accedere, acies ordinant, ducéſque vel principes bellum non intrant: ſed à longe contra ſtant: iuxta ſe verò pueros & mulieres in equis habent. Et aliquando etiam ſuper equos ponunt imagines hominum: vt credatur eſſe multitudo magna bellantium. Contra faciem hoſtium vnam aciem captiuorum ſuorum tranſmittunt, & alias fortiorum hominum acies ad dextram & ad ſiniſtram mittunt vt illas aduerſarij non videant. Sicque illos circundant & in medium colligũt, & ex omni parte pugnare incipiunt. Si fortè aduerſarij fortiter pugnant, faciunt eis viam vt fugiant. Móxque vbi fugiẽtes ab inuicem ſeparati ſunt inſequũtur illos, pluréſque tunc in fuga q̃ in bello poſſunt occidi. Itaque nunquam libenter congrediuntur, ſi aliud poſſunt, ſed homines equóſque ſagittantes vulnerant & occidunt. Cúmque tam homines quàm equi debilitati ſunt ſagittis, tunc facilè congrediuntur cũ eis, & ſic de facili poſſunt eos ſuperare. Cum au-

(Tartari regiones quomodo inuadant. c. 81.)

A.C. 1250.

tem inuadere pergunt aliquam regionem, in A vnum ordinem procedentes autem faciem ſuã occupant terræ latitudinem: & ſitum in quo poſitus eſt vnuſquiſque tenet: nec ad dextram vel ad ſiniſtram diuertere partem audet. Itaq; regionem illam ingreſſuri & accepturi omnes de nocte ad montes circum adiacentes aſcendunt, & mane facto curſarios ad planiciem (de quibus ſuprà dictum eſt) præmittunt. Illi verò de planicie curſarios euitare nitentes, fugiunt, & ad montes circumiacentes aſcendunt, & ibi ſe ſaluare poſſe credentes, ſtatim occidun tur à Tartaris ibidem latentibus, & ad ipſos deſcendibus. B Itaque qui volunt regiones ſuas ab illorum inuaſione ſeruare, debent contra illos homines ad pugnam, priuſquam ipſi per terram incipiant diffundi, mittere. Poſtquam enim ſpargi per aliquam terrã incipiunt, nullus iam congruè de terra illa poteſt alteri auxilium præbere: quoniam ipſi cateruatim homines quærunt & occidunt. Et ſiquidem ſe in caſtris includunt, Tartari tria vel quatuor millia hominũ, aut plures contra munitionem, qui eam obſideant ponunt, ibique nihilominus per terram ad hominum occiſionem ſe diffidunt.

Curſarios .i. anteambulones.

Tartari eos qui munitionibus ſe includunt nihil faciunt.

C Tales etiam qui ſe munitionibus includunt, porcos ſuos incarceratos eſſe dicunt: magiſq; de talibus, quàm de aliis ſecuri ſunt & gaudent, quia iam illos eſſe ſuos aſſerunt. Cum autem inimicis ad pugnam occurrunt, primis currentibus terminos, vltra quos non gradiantur, imponunt, ſimiliter faciunt ſecundis ac tertiis, omnibúſque aliis. Iterúmque quando refugiunt, termini ſunt eis poſiti, vltra quos nullatenus fugiant. Cùm enim aduerſariorum fortitudini ſe præualere poſſe non credunt, ante illos fugiunt, & quaſi ſe ab illis fugari faciunt. Cúmque illi armati Tartaros inermes diu inſecuti fuerint ac præ grauitate armorum & viæ longitudine laſ- D ſati, iam non amplius ſequi potuerunt, tunc Tartari ſuper recentes equos aſcendentes ſe ſuper illos conuertunt, & in eos capiendo & occidendo inſiliunt. Aliquando etiam fugiendo cedunt eis, vt eis locum inter ipſos intrantibus faciant. Ipſiq; ſe diſpergunt, & dilatant, vt ita diſperſi ad ſibilum vel clamorem vnius eorũ in vnum congregati, hoſtes vndique circuncingant & conterant. In omnibus autem terris quas deſtruunt Tartari, ſemper ſequitur fames.

Modus vrbium expugnandarum .cap. 82.

E

§. VI.

PORRO cum aliquam munitionem obſident, vndiq; illam, ne quis ingredi vel egredi poſſit, circundant, fortiſſiméque machinis & ſagittis impugnant, nec die nec nocte à prælio ceſſant: vt illi qui ſunt in munitione non quieſcant. Ipſi tamẽ Tartari viciſſim quieſcunt, quia ne nimis fatigẽtur, acies diuidunt, ita ꝙ vna ſuccedit alteri in pugna. Proiiciunt etiam ignẽ græcum, & pinguedinẽ hominum, quos occidunt, liquæfactam ſuper domos proiiciunt; & vbicũ- F que ſuper illam pinguedinem venit ignis: ardet velut inextinguibilis: extingui tamen poteſt vini aut ceruiſiæ ſuper effuſione, & ſi ſuper carnem ceciderit extinguitur manus cõfricatione: cum autem hoc modo præualere non poſſunt,

Ignis Græcus quomodo extingui poſſit.

A introitum munitionis, vel fontes, aut etiam flumina obſtruunt: vel fluuium deriuando, illam ſubmergunt, alioquin munitionẽ ſuffodiunt, & armati ſub terra ingrediuntur. Vna pars cum omnib. vltrá munitionẽ pugnat, altera verò pars ignẽ apponit; vt comburatur. Si verò nec ſic præualent ante munitionem ſedent, ſuamq; munitionẽ contra illã faciunt, ne grauẽtur ab illis fortaſſis iaculis aut ſagittis: & aliquando ſtant ante munitionem per multa tẽpora ſcilicet per duodecim annos & amplius, ſicut vidit frater Io. de plano Carpi in Alania. B Porrò quandoque cum obſidentes caſtrum vel vrbem, habitantib. in ea ſe præualere non poſſe non vident: longè ab illa fugiunt, & aliquãtulũ latitant. Cúmque obſeſſi eos longè receſſiſſe, vel etiam omnino à finibus illis abſceſſiſſe credunt: tunc quaſi ſecuri munitionem aperiũt: ac illi ſtatim in eos irruũt vrbémq; vel caſtrum accipiunt. Ciuitatẽ etenim centum portarũ in Perſide, quæ vocatur Sapahã, nõ ſua virtute, ſed aquarũ inũdatione, quas illuc deriuari fecerant, ceperunt. Sic quoque multas terras plus fraudulentia vel ingenio, quàm viribus ceperunt, quas aliquando deſtruunt.

A.C. 1250.

Ciuitas centum portarum in Perſide.

Vt autem ſuperius iam dictum eſt, blandè lo- C quuntur obſeſſis, multáq; fallaciter, vt in eorũ manus ſe tradant, promittunt eis. Cum illi ſe reddiderint, vel capti fuerint, omnes occidunt exceptis artificibus, quos ad opera ſua reſeruãt. vel ſiquos alios retinent, pro ſeruis acceptant. Nobilibus & honeſtis hominibus nũquam parcunt. Et ſi fortè aliquos caſu reſeruantur ex illis, nec prece nec pretio vlteri⁹ de captiuitate exire permittunt, occidendos autem, vt ſuprà dictum eſt, per centenarios diuidunt. Cúmque homines de obſeſſo caſtro tanquam ſibi repugnantes occiderint in ſignum victoriæ ac gloriæ certitudinis occiſorum habendæ atque ad terrorem cæte- D ris hominibus incutiendum, vnum ex illis quaſi millenarium in aliquem locum excelſum & eminentem erigũt capite ſubuerſo pedibus erectis aliis hominibus occiſis iacentibus in terra proſtratis. Itaque cum cepiſſent, vt dictum eſt, Driabaldin ciuitatem in Perſidie, ad ſuæ crudelitatis oſtenſionem, & audituris incutiendum timorẽ omnibus habitatoribus illius decapitatis, aures rebellium ſibi iam mortuorum abſciderunt: duoſque ſummarios oneratos auribus in aceto poſitis ad Chaam tranſmiſerunt. Denique cum nullis hominibus pacem faciunt, niſi eis ſubiiciantur: ſicut antiquum Cingiſcham apud eos E præceptum habetur.

Quomodo erga deditos & captiuos ſe gerunt c. 83.

Sup. §. 3.

Sup. §. 3.

Hæc ſunt quæ ab illis petunt, qui eis ſe ſubiiciunt, videlicet, vt cum eis contra omnem hominem in exercitum vadant, & vt de omnibus tã de hominibus, quàm de aliis rebus decimam illis reddant. Vidit etiam frater Ioannes de plano Carpi ſupradictus; ſcilicet de ordine fratrum minorum, quendam in Ruſſia Saracenum ex parte Chaam miſſum: qui de decem pueris vnum petebat, ſecúmque ducebat. Similiter & ducebat viros, qui vxoribus carebant, & mulieres, quæ F viros non habent. Præcipiebat nihilominus, vt vnuſquiſque quantumcumque etiã paruus puer dici vnius, vel quantumcũmq; pauper ſiue mendicus, pro tributo ſolueret vnam pellem vrſi albi vel nigri. Principes autem eis ſubiecti, cum ad illos veniunt, habentur, vt aliæ viles perſonæ

Conditiones quas victores ſubditis proponũt.

nec

A.C. 1250.

nec vllum ab eis honorem recipiunt. Oportet etiam vt eis munera magna præſentent: præcipuè ducibus & vxoribus eorum, & officialibus millenariis & centenariis, quoniam etiam non ſolùm ipſi, ſed eorum quoque ſerui valdè importunè petunt ab eis & à nuntiis quando mittuntur ad ipſos. Aliquibus inueniunt occaſiones, vt eos occidant:& aliquos veneno vel potionibus perimunt, vt ipſi ſoli in terra dominium habeant:Itaque quos ſub tyrannide ſua redigũt conſtringunt,& atterunt:terribilibus oculis intuentes, ac dentibus ea frementes in eos quos ſubiugare non poſſunt.

Quomodo ſeruis vtantur.cap.84.

§. VII.

TVRCOS & Galmanos[aliàs Salimanos] ideſt Salmanos & Camanos & etiam Tartaros ſeruos ſuos & Chriſtianos ad ſe de diuerſis locis adductos,quos in bellis mediante gladio acquiſierunt, ſclauos ſuos faciunt: quos & nudos,& in penuria victus extrema pene ſpiritũ exhalantes verberant & affligunt,prout volunt, eoſque etiam ſine cauſa ſi eis placet, occidunt. Ritus autem Chriſtianos, & quaſlibet ſectas, & quorumlibet hominum cultus ſecurè ac liberè obſeruari permittunt inter ſe, & vbicunque etiam dominãtur:nec curant de quorumlibet hominum conſuetudinibus, dummodo ſicut ipſi præcipiunt in omnibus eiſdem ſeruiatur. Itaque Machometi lex in eorum exercitu à Saracenis quotidie quinquies palam omnibus audientibus proclamatur:&etiam per omnes ciuitates in quibus ipſi Saraceni habitant ſub dominio eorum.Sunt etiam mulieres plurimæ inter eos captiuæ. Nã præter artifices operum, quos ſibi vtiles exiſtimant, & ideo de ciuitatibus captis illos in perpetuam ſeruitutem ſibi reſeruant:mulieres quoq;iuuenculas virgines,aut coniugatas captas ſibi focarias faciunt: eaſque in nuditate & extrema famis penuria ſeruire cogunt.Hominum quoque decimas,vt dictum eſt,accipiunt: & ipſos in ſeruitutem rediguut.Decẽ enim pueros computant,& vnum accipiunt:& de puellis idem faciunt,quos omnes ducunt in terrã ſuam &in ſeruitutem tenent perpetuam.Quidã etiam iuuenes vnum de ſclauis ſuis eligũt:vt in tumulo ipſorũ viuus ponatur cum eis:quãdo in morte ſepeliendi ſunt.Denique ſubiectis ſuis adeo odioſi ſunt:vt etiam multi qui cum eis in exercitu ſunt,ſi haberent fiduciam,quòd noſtri non eos occiderent: ex omni parte contra illos pugnarent:ſicut ipſimet fratri Ioanni dixerunt.

Tartaricarum mulierum ornatus.c.85

Tartaræ autem mulieres turpiſſimæ ſunt. Vxoratæ quidem omnes ſuper capita ſua deferunt caniſtrum longitudinis vnius pedis, ac ferè dimidij vndique rotundum,& in parte ſuperiori latiorem coopertum ornatúmque vndiq; ſetico vel ſemita atque margaritis&monilibus circundatum, oculis pauonum infixis deſuper ad decorem.Habent etiã fræna falerata,& inargentata,& inaurata,atque in pectoralibus campanulas infixas magnum emittentes ſonitum ad gloriam earum & decorem,palafredos equitant magnos & pingues.Habent cambucas de corio diuerſis coloribus depicto cũ auro multo

Palafredi ſunt alturcones.

A inſerto ex vtroque equi latere dependentes.Virgines autem& non vxoratæ de facili diſcerni non poſſunt à viris, quoniam in omnibus maximè in habitu ac geſtu vniformes ſunt illis.Vxores autem magnorum baronum omnes indutæ ſunt ſamitis vel purpureis deauratis, ſicut & mariti earum. Communiter autẽ aliæ mulieres bocherano ſtricto ſub ſingulo multis plicis ſumptuoſis operato &inſuto omnes veſtiuntur, quod ante in ſe totum vnum continuũ eſt poſtquam indutũ eſt in ſiniſtro latere cum quatuor B vel quinque nodulis clauditur vel firmatur.

Habent etiam alia indumẽta de panno lineo albo cõmuniter omnesTartaræ quo ſe induunt deſuper in tempore pluuiali, vel etiam hyemali.Et viri quidem earum exceptis ſagittis omnino nihil operantur,ſed exercentes ſe ad ſagittandum venantur, & inter ſe luctantur. De gregibus etiam aliquantulum habent curam, equos valdè cuſtodiunt, immo etiam rerum omnium maximi conſeruatores. Porrò mulieres operã diuerſa faciunt, operantes ſcilicet pellicea, veſtes,calceos,ocreas& omnia,quę de corio fiunt. C Currus etiam ducunt & reparant,camelos onerant, & aliquæ ſicut viri ſagittant, femoralibus etiam vtuntur, ſicut & viri. Sunt etiam velociſſimæ, & in omnibus operibus ſunt ſtrenuæ. Virgines & omnes mulieres cùm equitant pharetras & arcus portant,in equis quoque,ſicut & viri agiliter currunt, vt vtræque in equitando multum laborare poſſunt.

A.C. 1250.

Opera virorum & mulierũ.

Cùm aliquis eorum ad mortem infirmatur, haſta vna in eius ſtatione erigitur,& circa illam filtrum nigrum circumuoluitur,& extũc nullus audet intrare terminos ſtationis illius. Cùmq; D fuerit mortuus, ſi de minoribus eſt, occultè in campo ſepelitur cum vno tentorio ſuo ſedendo in medio eius. Ponúntque menſas ante illum, & alueolum carnibus plenum, & lactis iumentini ſcyphum, ſepelitur etiam cum eo iumẽtum vnum cum pullo & equus cum ſella & freno. Alium autem equum comedunt, & ſtramine corium eius implẽtes ſuper duo ligna vel quatuor in alto ponunt,quę omnia faciunt pro mortuo, vt habeat tentoriũ & iumentũ in alio mũdo de quo ſcilicet iumento lac habere poſſit,& equos ſibi multiplicare,in quibus tũc valeat equitare. Oſſáque illius equi quem comedunt,pro anima E eius comburunt, vnde ſæpè conueniunt mulieres ad oſſa comburenda pro animabus ipſorum mortuorum.

Opinio Tartarorum de mortuis.

Si verò diues & magnus homo fuit Tartarus, qui moritur,cum habitu pretioſiſſimo ſepelitur, ac remotiꝰ cum omnibus in abſcondito loco,ne habitu ſuo ſpolietur,amici quoq; ipſius equum eius à capite incipientes vſque ad caudam excorient,& extendunt, & palea implent corium, vt dictũ eſt,& carnes equi pro anima illius comedunt,& planctum ſuper mortuo quidam per triginta dies,quidam plus, quidam minus faciunt. F Magni quoq; barones vt dictum eſt antequam moriantur,vnum ſibi de ſclauis ſuis eligunt,quẽ ſigno quodam ſuo ſignantes,quãdo moriuntur, viuum poni ſecum in tumulo ſuo faciunt.

Sunt & alij Tartari quidam inter alios Chriſtiani quidem,ſed peſſimi,quorum filij cum patres ſeneſcere vident, ac tædio ſenectutis aggrauari,dant eis comedere pinguia quędam,vt cau-

Chriſtiani inter Tartaros nonnulli, ſed peſſimi.

A.C. 1230.

das arietum & huiuſmodi, quibus oppreſſis de facili valeant ſuffocari. Cúmque ſic mortui fuerint, corpora eorum comburunt, ac puluerem eorum colligentes quaſi pretioſum quidam cuſtodiunt, indéque quotidie quando comedunt. cibaria ſua de hoc puluere aſpergunt.

Proſequitur hiſtoriam Tartarorum. c. 87. de his etiã Cromerus lib. 7. hiſt. Polon.

§. VIII.

REGE Dauid cum omnibus ſuis necato, vt prædictum eſt, à Tartaris, Cingiſcam, cęteríque Tartari de perpetratis ſupra modum gloriantes flagitiis, in tantam amentiæ exarſerunt ſuperbiam, vt inſtigante diabolo conciperent animo, ſicut domini ſui terram, ita totum paulatim mundum ſubiugare dominio ſuo. Animati namq; ſuper obtéta victoria de Indis, Deo permittente, regiſq; Dauid & populi ſui exigẽtibus peccatis, iuuenibus fortibus ac bellicoſis viris ſecum retentis, & in ſeruitutem ſuam redactis, circumadiacentes regiones cœperunt paulatim inuadere & expugnare, tandémq; ſuo dominio penitus ſubiugare, Sicq; qui à principio pauperes, & abiecti ſclaui, & tributarij erant, terrá regis Indiæ inuaſerũt ſuperordinãte Dei iudicio, multorum populorum peccatis exigentibus, in auro & argento & poſſeſſionibus animalium ac multitudine ſeruientium diuites facti ac ferè ſuper omnia colla orientalium nationum domini effecti ſunt, ita vt ferè ab occaſu vſque ad ortum ſolis, & ab ortu ſolis vſq; ad mare mediterraneũ dilatati ſint, & innumerabilia regna ſuo dominio ſubiecerint. In omnibus autẽ terris, quæ ab eis deſtruuntur, ſtatim fames valida ſequitur, ſicut poſtea per exempla manifeſtabitur. Plurimis itaq; terris in ſeruitutem eorum redactis, quędã viriliter reſtiterunt eis, videlicet India magna, & quædam magna pars Alanorum, & quædam pars Scytharum, & gens Ruſſorum. Quamdam enim ciuitatem eorum Tartari obſederunt, ſed ei præualere non potuerunt.

Sup. ante. §. 1.

Et re vera Tartari non parum timidi ſunt erga illos, qui eis fortiter reſiſtunt, nec vnquam inſiliunt in homines conſtantes, ſeque viriliter defendentes atque repugnantes: ſed virtus eorum eſt contra fugientes, atque ſuper omnes populos timẽt Francos. Sic.n. ipſi & omnes trãſmarino largo vocabulo nominãt omnes Chriſtianos. Vnde fratres prædicatores miſſi à Papa ad eos cũ veniſſent in exercitum eorum, timuerũt ipſi Tartari valdè: dicebántque per exercitum quòd Franci veniebant, qui ſequentes fratres in media Turcia erant. Denique vbi poteſtatem habent, Francos in ſolidis idest ſtipendiis recipi prohibent. Quantum verò oderint Tartaros Saraceni, & Georgiani, & Armeni cęteríque populi qui eis tributarij ſeruiunt: nulli dubium eſt, fratribuſq; prædictis ipſimet eorum afflictione & miſeria conſtricti retulerunt, quòd vt dictum eſt: ſunt inhumaniſſimi.

Tartari ſunt timidi.

Itaque poſt victoriam, vt prædictum eſt: ſuperbiæ ceruicem erigentes, ac de totius mundi ſubiectione præſumentes: ad Coraſminos tranſmiſerunt primos nuncios, tanquam ad ſibi propinquiores, arroganter eis mandantes, quatenus Cingiſcham, & eius exercitui humiliter obedirent, eique ſeruitium perpetuum cum tributo impenderent. At verò Coraſmini ſuper mandatione ſibi facta quàm plurimum indignati: prædictos nuncios omnes fecerunt interfici. Tartari ergo ſuper illorum occiſione ſupra modum indignati & conturbati, congregata multitudine magna Tartarorum, eorumque qui eis voluntarij vel inuiti ſe coniunxerant, terrã Coraſminorum inuaſerunt: quotquot inuenire potuerunt, ex eis gladio proſternẽtes, omniſque alios tanquam exules & profugos de finibus illis penitus effugantes.

In Coraſminos irruũt. c. 88.

Itaque Coraſmini perſecutionem eorum declinantes fugerunt: & in fines Perſidis, maximéque in ciuitatem Georgiæ, Tripolim effugerunt. Vbi etiam ſeptem millia hominum occiderunt. Poſtmodum verò cum in fines illos Tartari ſuperuenirent: iterum Coraſmini fugientes ad tempus in terra Soldani Turciæ latitarunt. Poſtea verò à Soldano Babyloniæ domino Ægypti inuitati atque conducti in regnum Hieroſolymitanum venientes & Chriſtianos debellantes ante Gazam ciuitatem magnam Francorum multitudinem domino permittente proſtrauerunt: & glorioſum domini noſtri ſepulchrum deſtruxerunt, atque intra ſacra ciuitatem Chriſtianos quãplurimos occiderunt, quod factum eſt anno domini. 1244. ſicut infrà dicetur in loco ſuo. Qui. ſ. Coraſmini, poſtquã Deo permittente tantum facinus & impietatẽ commiſerunt, tandem ipſi domino diſponente iam ferè omnes ad nihilum redacti ſunt.

Coraſmini a Tartaris fugati in Georgiam irruunt.

Quia verò de montibus Caſpiis hic facta eſt mentio, hoc vnum quod in dubium mihi venit inſerere volo. Cùm enim dicant hiſtoriæ noſtrę ſcholaſticæ, quòd Alexander magnus rex Macedonũ oratione impetrauit à domino incluſionem Iudæorum intra montes Caſpios: ipſoſque circa finem mundi prædicant exituros, fratres noſtri ſcilicet ordinis prædicatorũ qui in Georgiæ ciuitate Tripheliq; prope montes Caſpios eſt, vbi per ſeptẽ annos cõmorati ſunt: diligẽter à Georgianis, & à Perſis, etiam à Iudæis de incluſione [a] illa inquiſierunt: & dicunt omnes etiam ipſi Iudæi, quòd nihil penitus inde ſciunt, nec vnquam iſtud in ſuis hiſtoriis inuenerunt. Hoc autem ſcriptum habẽt tantũmodo. quòd Alexander ille quoſdam homines immũdos & horribiles prope mõtes Caſpios habitãtes: qui alios homines & etiã ſeinuicẽ comedebãt: intra mõtes illos habitare coegit: & etiam ibi portas extrui fecit: quæ videlicet adhuc portę Alexandri dictę ſunt. Vnamq; illarum Tartari confregerunt. Cęterum de recluſione hominum in montib. illis nihil aliud veritatis reperitur in locis illis.

Intra montes Caſpios Iudæos eſſe fabuloſum. c. 89.

Mag. in hiſt. ſcholaſt. c. 5.

Alexandri portæ.

a *Ex his apparet fabuloſum eſſe tam id quod D. Anton. ſuprà in 1. par. tit. 4. c. 1. §. 10. de Iudæis clauſis intra montes Caſpios retulit, quàm quod Eldad Danius in libro de Iudæis fluuio ſabbatico in Aethiopia clauſis à Genebrardo latinè editum memoriæ mandauit. Certè ipſe Genebrardus in ſua Chronologia hoc de Iudæis fluuio ſabbatico clauſis tanquam fabulam recenſuit vt nos etiam ſuprà notauimus, & Ludouicus viues lib. 3 de veritate fidei Chriſtianæ id tanquam commentum deridet, quod Iudæi intra montes Caſpios ſuæ gentis homines commiſiſcantur.*

Georgiani

A.C. 1235.

Georgioni noſtrorum exemplo ad ſacram militiam excitantur: Vin.l.30.c.93.

A

§. IX.

Sup. c.3.§. 2.& 3.

CVM fama exiiſſet in vniuerſam terram Damiatam fuiſſe acquiſitam à Chriſtianis vt ſuprà diximus, licet eum parum tenuerint, quia cùm Chriſtiani poſtea fuiſſent ſuperati à Turcis,& multi & principaliores fuiſſent capti, pro redemptione oportuit eos reſtituere Damiatam audientes hoc Georgiani literas miſerunt ad Catholicos, qui erant in terra ſancta dicentes quòd excitata erat gens illa Georgianorum rubore. Vnde & rex eorum conuocans principes ſuos decreuerat, & iurauerat ſe obſeſſurum aliquam ciuitatem famoſam Saracenorum, allegans ſibi verecundum eſſe, quòd Franci de transmarinis partibus & vltimis terræ finibus venientes per mare ſpatioſum periculis plenũ tam munitam ciuitatem obſidione longa obtinuiſſent:niſi & ipſi,quibus erat facilius Perſidẽ impugnare, Damaſcum vel alium locum nominatum virtute caperent armorum. Sunt autem iſti Georgiani cultores Chriſti,ritum habentes Græcorum, Perſidis vicini,longo terrarum tractu à terra promiſſionis diſtantes, quorum dominium extenditur vſque ad Caſpios montes. Bellicoſi ſunt homines,habentes raſuram in capite,clerici rotundam,laici quadratam. Mulieres eorum equeſtris ordinis doctæ ſunt ad prælium. Homines iſti quando ordinatis aciebus ſunt aggreſſuri pugillarem cucurbitam vino plenam puro velociter ebibunt,& ſtatim aduerſarios ſuos viriliter inuadunt.

B

Georgiani quales.

C

Aſſiſini noſtros curaut occidos vide ſup. tit 17. c.9.§ 6.

Coputandum autem eſſe non dubitamus inter beneficia tutoris noſtri Ieſu Chriſti quòd à ſicariis perſecutorum maiores noſtros defendit in obſidione Damiatæ. Vſitatum ſiquidem habebant Aſſyſini & eorum præceptor vetulus de montanis cultellos emittere contra Chriſtianos,ad intercipiendum vitam eorum qui negotium Chriſtianitatis propenſius procurabant. Nam in treugarum tempore filium Tripolitani comitis, adoleſcentem ſpectabilem in Eccleſia beatæ Mariæ virginis apud Tortoſam ante altare procumbentem,nequiter occiderunt.Vnde militia templi non ceſſauit eos perſequi pro tã violenta & irreligioſa occiſione, donec humiliarent eos vſque ad ſeruitutem. Tria nãq; byzantiorũ millia annuatim Tẽplariis perſoluũt.

D

E

Eiuſdem obſidionis tempore Leuo rex Armeniæ defunctus eſt in terra ſua,mortuus quoque eſt Soldanus Iconij, qui creditur baptizatus fuiſſe, qui tantæ benignitatis erat in Chriſtianos,vt guerram habẽs cum Saracenis & ſolũſ iuberet Chriſtianos, quos inuenit vinculatos in munitionibus,quas expugnauit, & in optione eorum poneret,vtrùm vellent in patriã ſuam redire, an acceptis ab eo ſolidis ſub ipſo potius eligerent militare. Idem Chriſtianos adeo familiares habebat,vt cuſtodes corporis ſui conſtitueret eos,licet pater eius à quodam Græco fuerit interfectus. Manutenuit etiam Miralim filium Salahadini exhæredatum contra filios Saphadini quantum Caliphas permittebat de Baldach Papa ſuæ gentis.

Soldanus Iconij moritur.

F

Papa pro ſacrarum præſide hic ſumitur

Anno autem ab incarnatione domini 1221. vt refert Vincen.ſpe.hiſto.li.30. Tartari Georgiam intrauerũt eamque veſtare cœperũt. Quidam verò magnus baro Georgiæ cùm vxore ſua & filio ad montes Caſpios cauſa ſaluationis acceſſit.At in via illa tres magni Tartari latebant, capiendorum cauſa inuicem ſpoliorum confœderati. Cúmque per illa confinia vagarẽtur, explorantes an poſſent aliquid inuenire,vnus eorum veſtigia militis ac ſuorum in via deprehendit.Inſecutus ergo veſtigia, baronẽ illum cum vxore & filio rebuſque viuum apprehendit, & omnes cum rebus ſuis ad ſocios,ſicut condixerant inter ſe introduxit. Cumque de partitione concordaſſent vt vnus haberet Baronem,alius filium,alius aurum & vxorem pro cõmuni venderent: ille qui pro parte ſua puerum habere debuit,recuſauit dicens:Nunquid iſte puer, qui quaſi vnus caniculus eſt, pars mea erit, quẽ me etiam nutrire oportebit?Abſit. Tandem aliter in hoc concordauerunt,quòd pater & filius occiderentur,& aurum in communi partiretur,& mulier venderetur,quod & factum eſt. Illaque mulier,quæ coram ſe maritum & filium occidi pariter vidit,poſtea in Georgia monialis effecta monaſticam geſſit vitam.

A.C. 1235. Tartari Georgicũ populum populantur.c.95. lib.30.

Quia verò Tartari in ſignũ victoriæ & gloriæ & numeri occiſorum certitudinis habendæ, vnum de mille occiſis quaſi millenarium capite ſubuerſo ac pedibus erectis in locum eminentem erigere conſueuerant, in vaſtatione Tripolis Georgiæ ciuitatis pro habenda certitudine de ſuis occiſis ſeptem homines ibi pedibus erectis capitibus ſuppoſitis in ſeptem eminentibus locis diuerſis infixerunt. Sed & parum ante Tartarorum aduentum in eadem ciuitate occiſi fuerãt à Coraſminus (vt dictum eſt ſuprà) ſeptem millia hominum & poſtquam ibi facta eſt occiſio,ſecuta eſt fames inaudita.

Tartari ſignum victoriæ quod erigant.

Hæc autem terra,videlicet Georgia, ab antiquis temporibus Antiocheno patriarchatui erat ſubiecta cum Armenia & Cappadocia ſiue Turcia.Accidit autem in Turcia tantam fuiſſe guerram,quòd Georgiani non potuerunt tranſire per Turciam in Antiochiã, cauſa viſitationis & confirmationis,& aliorum, quæ immediatè pertinent ad patriarcham. Habito igitur inter ſe conſilio, miſerunt nuncios ſuos per mare Conſtantinopolim,& inde Antiochiam,poſtulantes à Patriarcha,vt eis vnum catholicum, ſcilicet vniuerſalem epiſcopum concederet,qui eis loco patriarchæ exiſteret. Tunc patriarcha miſit eis ampullam Chriſmatis dicẽs, vt de illo de ſeptimo anno in ſeptimum annum Catholicus chriſma paululum, ſcilicet immiſcẽdo de ipſo cum oleo nouo conficerent,& ad hoc omnes epiſcopi cõuenirent,quod & fecerunt vſque nunc. Et illud chriſma miſſum ab Antiochia in Georgiam(vt dicitur) reſeruatur adhuc.Cum eodem chriſmate miſit patriarcha literas cuidã archiepiſcopo,continentes,vt ille quem ipſi eligerent communiter & canonicè poteſtatem haberet cõfirmandi Catholicos, & ita factum eſt.Quoniam ergo ſic eis fecit patriarcha dederunt ei Georgiani centum caſalia.

Georgiani patriarchæ Antiochiæ ſubditi.c. 95.

Poſt hæc accidit,quòd patriarcha Hieroſolymitanus depauperatus, venit ad patriarcham Antiochenum,& conquerens & oſtendẽs ei ſuã pau-

Patriarcha Hieroſolymitanus in Georgia reditus habet.

A.C. 1235. paupertatem. Tunc Antiochenus patriarcha A Ecclesiæ dedit Hieroſolymitanæ, & fratribus de ſepulchro centum illa caſalia, quæ ſibi Georgiani dederant antea. Itaque illa caſalia modo tenet archidiaconus ſepulchri domini ex parte Hieroſolymitani patriarchæ & capituli de ſepulchro in Georgiam miſſus. Illáque poſſidens à Tartaris, ſicut alij quàm plurimum eſt impetitus. Sunt autem in Georgia tam epiſcopatus quàm archiepiſcopatus octo decim. Sed catholicus id eſt, vniuerſalis epiſcopus chriſmales co epiſcopos facit, & illis mediãtibus chriſma ceteraq; ſacramenta vendit. Mulierem ſterilem, B quia ſterilis eſt, à marito mediante pecunia ſeparat. Monachi quoque & abbates Georgiani apertè ſunt ſimoniaci & vſurarij. Itaque cancellaria Georgiæ à monachis emitur & publicè poſſidetur.

In Georgia epiſcopatus quot ſint.

Tartari Armeniam vaſtant. c. 97.

§. X.

POST Georgiam intrauerunt Tartari maiorem Armeniam, & eam vaſtauerunt, ſibique ſubiecerunt. In Armenia eſt ciuitas nobiliſſima C qui Am vocatur, vbi ſunt mille eccleſiæ, ac centies mille familiæ ſeu domus inhabitatæ, quam Tartari ceperunt in duodecim diebus. Eſt etiam ibi prope eam mõs Arath: vbi requieuit arca Noe & in pede montis eſt prima ciuitas, quam ædificauit idem Noe, & vocatur hęc ciuitas Landume. Circa illam defluit fluuius Arathoſi, qui fluit per medium Mongam, vbi ſunt in hyeme Tartari, vſque in mare Sarmaticum. Eſt autem mons ille Arath excelſiſſimus, nec vnquam illuc aſcendiſſe dicitur homo ad cacumen eius niſi monachus vnus. Ille ſiquidem, D vt dicitur, quodam deuotionis ardore commotus propter arcam Noe, quæ ibi requieuit, multotiens illic aſcendere conatibus, quibus potuit attentauit. Cumque aliquam montis partem aſcenderet, & membra corporis fatigata quieti daret, ſemper poſt quietem euigilans ad pedem montis ſe inueniebat. Tandem Deus eius affectui condeſcendens, & votum eius & orationẽ exaudiens: per angelum ſuum eum monuit, vt ſemel aſcenderet, ita tamen quòd de cætero aſcendere amplius non attentaret. Tunc ergo ſecurus aſcendit & poſtea deſcendens inde ſecum E ex arca vnum aſſerem detulit. Tunc in montis pede monaſterium ædificauit, in quo eundem aſſerem quaſi pro reliquiis collocauit.

Am ciuitas Armeniæ nobiliſſima.

Armenorum ritus. c. 98.

Armeni ſiquidẽ in ſabbato Paſchæ comedũt oua, & caſeũ in veſpere: dicunt enim quòd Chriſtus reſurrexit in veſpere ſabbati. Item poſt paſcha comedunt carnes per omnes ſextas ferias, quæ ſunt ſeptem vſque ad Pẽtecoſten. Diem natalis domini neſciunt, nullaque feſta vel vigilias cuſtodiunt, nec quatuor tempora nouerunt. Per totam quadrageſimam non celebrant niſi die F ſabbati vel dominica, quia dicunt hominem ieiunium frangere, quotiens celebrat. Propter hanc etiam cauſam in ſextis feriis non celebrãt ne ſcilicet ieiunium frangant. Diebus autem quibus carnes comedunt, celebrant, quia tunc non ieiunant. Multa verò ieiunia faciunt. In ſeptimana ante ſeptuageſimam, quia dicitur ieiunium ſancti Sargij à ſecunda feria vſque ad ſabbatum ieiunare incipiunt. Et in ſabbato & in dominica carnes comedunt, Idem in hebdomada ſequenti faciunt. In quarta & ſexta feriis oleum & piſces non comedunt, nec vinum bibũt, nec etiam per totam quadrageſimam. Pluſque peccare qui in quadrageſima comedit piſces vel oleum aut vinum bibit, aſſerũt quàm illum qui ad lupanar vadit. Porro in ſeptimana ante quadrageſimam ita ſtrictè ieiunant, quòd in ſecunda feria penitus abſtinent, in die martis aliquid, ſine tamen oleo & vino, manducant; & in die mercurij omnino nihil, & in ſabbato comedũt carnes. Et hoc quidem ieiunium faciunt maiores. Infantes autem duorum menſium ſacramẽto communicant, & quoſlibet indifferenter. A.C. 1236.

In ſacrificio aquam non apponunt. In lepore, & vrſo, & corniculis & huiuſmodi ſicut Græci Iudaizãt. Et in calicibus vitreis & ligneis celebrant. Quidam etiam celebrãt ſine paramẽtis ſine veſtibus ſacerdotalibus omnino, quidam autem cum infula, quidam cum diacono & ſubdiacono. Si aliquod feſtum in ſabbato vel dominica eueniat: commemorationem faciunt tãtum: ſed nullum (vt dictum eſt) celebrãt feſtum. De purgatorio nihil credunt, ſed & ſi vxor alicuius hominis adulterauit, ſtatim ei epiſcopus dat licentiam accipiendi alteram, quod & facit. Monachi quoque, & abbates, & epiſcopi potationibus vacant, etiam, plus quàm laici. Sunt etiam monachi ac preſbyteri, publici vſurarij & ſimoniaci, multi quoque illorum ſacerdotes diuinationibus vacant ex inſpectione granorũ & huiuſmodi. Dicunt q;, quòd vxor ſacerdotis eo mortuo nõ poteſt de cætero maritari. Præterea nullo modo cõcedere volunt, ꝙ Chriſtus duas naturas habuit ſcilicet diuinã & humanã, quod eſt hæreſis damnata. Dicunt etiam Georgiani, quòd in articulis triginta diſcordant Armeni ipſi à fide Catholica. Tantumque odium inter Georgianos & Armenios exiſtit: quòd Georgianus dicit: Si quis noſtrum habeat ſpinam in pede fixam, tranſiens ante Armenorum eccleſiam debet ſpinam ſuſtinere, nec ſe ad pedem ſuum euellendi cauſa inclinare, ne per hoc videatur ante Armenorum eccleſiam ab omnibus Chriſtianis vilipendendam ſe inclinare.

Armeniorũ hæreſes ex Guid. Carmelita.

Georgiani & Armenij quantũ differant.

De Papa Roiſſole. Vin. l. 30. c. 139.

§. XI.

VT refert Vincen. ſpe. hiſt. lib. 30. anno domini. 1240. videlicet anno ſecundo, antequam Turciam Tartari deſtruxerunt, quidã Turcomannus in regno Turciæ contra Soldanum ſe extulit, ac per duos ferè menſes & dimidium debachationẽ ſuã exercuit. Hic Papa Roiſſole vocabatur & baiulationem habebat ſuper quatuor caſalia. Qui cùm quodam die equitaret per campos ſuper iumẽtum ſuum pulchrum quidã ruſticus ei pedeſter occurrit, eiulans & clamãs: quia lupus rapuerat, & in ſiluam detulerat filiũ eius. O, inquit Ruſticus, audi me homo & adiuua miſerum, & faciam te diuitem hominem vel ſi malueris Soldanum. Cui Papa Roiſſole audita cauſa, & accepto de promiſſione iuramento, lupum inſecutus ei abſtulit puerum, & ad patrem reportauit. Ruſticus ergo puerum viuum lætanter

A.C. 1240.

lætanter recipiens, Papæ Roiſſole dixit, elige tibi quod vis de duobus promiſſis. Ille reſpondit. Quis es tu qui mihi ſic incunctanter promittis hæc? Et ille. Ego ſum (inquit) qui de nocte vado cum dominabus, quæ Nymphæ vocantur, & ſum nuncius Dei, & quicquid tibi dixero eueniet. Tunc ille. Satis (inquit) diues ſum, ſed fac me Soldanum. Et ruſticus ait. Vade ſtatim ad parentes tuos, quia magnę es parentelæ, & congregatis omnibus in vnum dic quòd nuncius Dei apparuerit tibi, dicens Deum velle te eſſe Soldanum. Quod cùm feciſſet, cœpit multa circa ſe caſalia inuadere atque deſtruere, omnibuſque cum quibus præliabatur præualere.

Cúmque domum quamdam Armenorum, quaſi caſtellum obſideret, omnes ſuos pro poſſe animauit, vt viriliter pugnarent, nihilque mali timerent: quia nullus ibi moreretur, neque vulneraretur. Hac igitur confidentia caſtrum aſſilierunt. Et illi de caſtro octo de ſe expugnantibus occiderunt, & quàm plures alios vulnerauerunt, alij verò pugnantes, ſcilicet occiſorum fratres atque parentes de morte eorum dolentes, dixerunt Papæ Roiſſole. Quare ſic nos decepiſti & noſtros [morieris & tu ſicut & illi. Ille verò iurabat, quia ſic Dei nũcius ei dixerat. Diabolus inquiunt fuit, qui ſic te decepit.] Tunc ille ſub terfugium amentiæ ſuę quærens, & non inueniens, dicebat. O Deus quid facis? an dormis? Loquar (inquit) omnibus adſtantibus vobis Deo craſtina die & dicam ei cur mihi & vobis tale quid permiſit accidere.

De ipſius ac ſuorum deſtructio ne.c.140.

Craſtina verò die cõtra Armenos prædictos aſſultũ fecit, & p medias ſcapulas perforatus ad mortẽ, ſe abſcondi præcepit, ita quòd videri nõ poſſit quando mortuus eſſet, nihilominus quoque conſolatus eſt ſuos dicens ꝙ nõ propter ipſum à propoſito, quod ceperant deſiſterẽt, ſed viriliter inſiſterent, quia victoriam & dominiũ, ſicut Deus ei mandauerat de omnibus obtinerent. Dixit etiam quòd cùm foret mortuus, iret loqui cum Deo ſuper iis, quę acciderant rationem quæſiturus. Quemdam etiã præ cæteris ſibi dilectum de genere ſuo priuſquã moreretur, conſtituit vt præeſſet loco ſui, eique obedirent vt ſibi, quia Turciæ dominium obtinerent, ſi in propoſito & opere incepto permanerent. Ille igitur inſtitutus in opere cœpto perſiſtebat, & congregara ſecum trium millium hominum multitudine omnes ſibi reſiſtentes occidebat & deſtruebat. Denique in terra vaſtatione tantam ſibi multitudinem pugnatorum congregauit: & ita in breui à Turcis reueritus eſt: quod ei liberè Gazariam, dum tamen pax eſſet de cętero firma inter eos dare voluit Soldanus.

Latini ſeu Franci Papam Roiſſole deſtruunt.

Tunc trecenti Latini ſeu Franci audientes Turcię deſtructionem fieri per iſtos conuenerunt in vnum ad locum vbi erant iſti congregati atque in illos exilientes eos deſtruxerunt. Omnibus enim Turcis à bello fugientibus nec bellum intrare audentibus vnicus tantum Latinus mortuus fuit ibi, plures autem vulnerati. Sic igitur habita de Papa Roiſſole victoria per Latinos, præcepit Soldanus trecenta millia ſolidanorum eis dari, quę omnia retinuerunt ipſi Turci. Si quidem etiam Admiraldi ſiue Baiuli Turciæ participant furtis, quæ in ea fieri conſueuerunt, pactum quoque de habenda ſecuritate cũ furibus faciunt. Tunc Latini quæſierunt ſtipẽdia à Baiulis Soldani. Quibuſdam verò ſoluere recuſantibus dixit vnus. Iuſtũ eſt, vt vobis ſtipẽdia ſoluamus, quia nos & capita noſtra per vos habemus, Si quidem altera die cùm Papa Roiſſole veniret ad caſtrũ noſtrũ, omneſq; recepti eſſemus in tutiori loco, & cũ vndecim millib⁹ pugnatorũ ille videntibus oculis noſtris venit, ad burgũ, & ibi accepit victualia quãtũ voluit, nec ſaltẽ vnus, qui cõtra illos exiret ex noſtris fuit. Quoniam ergo vos Franci deuiciſtis eos ante quos comparere non audebamus, iuſtum eſt, vt vobis ſtipendia perſoluamus. Itaque non exercuit Papa Roiſſole tyrãnidem ſuam plus quàm per duos menſes & dimidium, & tamen Turci per vices duodecim fuerunt vaſtati per eum, erantque duodecim millia lancearum.

Tartari contra Turcos digladiãtur.c.141.

§. XII.

PORRO Tartari pluries terram Turciæ inuaſerunt, antequam illam contererent atq; deſtruerẽt. Nam Soldanus per viginti annos cũ eis verſus fines Qualat habuit guerras, ita tamẽ ꝙ nõ omnes barones Tartarorum, ſed vnus tantum vel duo inſurgebant. Tandẽ audientes, ꝙ à Papa Roiſſole tali modo & cum tã paucis quaſi cepiſſet victoriam de Turcis obtinere, animati, quàm plurimum ex debilitate Turcorum, in anno ſequenti Turciam integrè inuaſere.

Contingit autem in antecedenti anno deſtructionis eius duo millia mulierum de Aſſeron iuiſſe ad Balnea, quæ per tres leucas à ciuitate eadẽ ſunt remota. Cùm igitur in balneis eſſent, & exercitum Tartarorum ſibi ſuperuenire viderent nec effugere poſſent cogitauerunt vt ſe Baiothnoi totique ſuo exercitui ſeruitutas offerrent perpetuo. Venientes igitur obuiam cum tympanis, & lyris, & diuerſis muſicis inſtrumẽtis, quæ multæ illarum ſecum habebant, cantantes coram Baiothnoi ſe illi ſuoque exercitui obtulerunt. Nec ſic tamen ferocitatem animi eius mitigare potuerunt, ſed omnes ibi ſtatim præcepit occidi.

Mulieres ſeſe dedẽtes Tartaris trucidãtur.

Accidit autem parum ante deſtructionẽ Turcorum quòd prope Semanſar quidam pauper Christianus peregrinus, Theutonicus à latronibus vulneratus, debilis & infirmus mendicans à Turquemannis quærebat ſuſtentationẽ, tandem in extremam infirmitatem cadens ſpiritũ domino cõmendauit in quodã caſali expirans. Illi verò Turquemanni in quodã fumario ſepelierunt eum. At in ſubſequẽti nocte & pluribus alijs noctibus luminaria viſa ſunt ſuper eũ mãgna: pluraque ibi miracula à domino ſunt oſtenſa. Multiſque admirantibus ac ſtupentibus, Cadrus quidam homo diabolicus nitebatur admirantes compeſcere dicens adſtantibus. Nõ credatis, quòd ille fuiſſet Chriſtianus. Erat enim natione Saracenus, ſed fortè à Saracenis deuiauerat & amodo vt Saracenus viuere proponebat. Ideoque pro illo tanquam pro Saraceno, Deus per eum talia operatur.

Chriſtianus in Turcia mortuus miracula operatur.

Erat quidem illud Turciæ regnum nobiliſſimum & opulentiſſimum, ibique ciuitates ferè centum erant exceptis caſtris, villis & caſalibus. Ibique Melodeme, qui fuit, vt dicitur, patria ſan

De nobilitate ac magnitudine regni Turquię.c.142.

A.C. 1240.

ibant cauſa præceptum audiendi. Quibus ait Sadadinus. Ecce Gaiaſadinus Dominus veſter, atque Soldanus: ipſum ergò conducite, & in ſede ſua ſtatuite. Quod & fecerunt in Dodonam idest domum Soldani eum ducentes, & in ſede eius ſtatuentes. Itaque ſtatim audito, quòd Gaiaſadinus eſſet in ſede Soldani: venerunt omnes Admiraldi eidem inclinati, pedemque eius oſculari. Ipſe verò Frācos, qui eum in ſede ſua po ſuerant, pedem eius oſculari non permittebat: ſed manum ſuam porrigebat. Cumque timeret ne Admiraldi coniungerent ſe fratribus ſuis, & occideretur ab eis, cum non eſſet hæres legitimus. Dixit ei Sadadinus: Eſto ſecurus quia ſic faciam de illis, vt te eos timere non oporteat. Fecit ergo eos cum matre occidi ambos. Poſtea verò Sadadinus occidit Soldanos omnes præter tres. Voluitque ipſe eſſe Soldanus, & chordam pro Soldano ſtrangulando portauit, cum qua inuentus eſt: atque in malitia ſua præuentus à quodam Admiraldo, Mergedach nomine qui fuerat Chriſtianus. Huius ergo comperta fidelitate, & illius falſitate, occiſus eſt Sadadinus, & in eius loco Mergedach ſubſtitutus eſt.

Francorum contra Tartaros geſta. Vinc. 16. ca. 146.

§. XIIII.

PRÆTEREA (vt ait Vinc. ſpec. hiſt. vbi ſuprà) contra Tartaros longo tempore Turcos, vt dictum eſt, impugnantes, Franci tantummodo trecenti perrexerunt: & bis eos confregerunt, vnaque die. Poſt horam etiam nonam quēdam eis montem in quo erant, abſtulerunt. Contigit autem in præcedenti anno Turciæ deſtructionis, vt capti eſſent duo Franci apud Arſengam à Tartaris: quorum vnus vocabatur Guilielmus de Brunduſio, alter verò Raimundus Guaſco (Omnes Latinos enim Tartari vocant Francos) Cumque tenerentur captiui: quidam Tartarorum, qui audierant, quòd Franci fortes bellatores erant, ſuggeſſerunt cæteris maioribus, vt illi duo pugnarent inter ſe, quia modum pugnandi eorum libenter aſpicerent: congaudentes eorum interfectioni de manibus eorum faciendæ. Itaque de communi maiorum aſſenſu, factum eſt, vt inter ſe pugnarent illi duo Franci equis & armaturis, prout fieri potuit, conuenientet præparatis. Cum autem armarentur, & præpararentur, inter ſe ſunt locuti, quòd ſiue ſic ſiue ſic de neceſſitate, & ſine dilatione oportet eos mori: ideoque quod Tartari ſperabant eos de ſe inuicem facturos, ipſimet pariter facerent de Tartaris. Hoc itaque communi conſenſu firmauerunt inter ſe Dei miſericordiam ſibi adfuturam inuocantes: ac fortaſſis ſibi inuicem de peccatis ſuis confitentes. Præparati ergo ad prælium, alter alteri cominus congrediens: & quaſi in comparem ſuum inſiliens: in Tartaros irruerunt: primo quidem lanceis, poſtea gladiis eos confodientes, ac detruncantes. Itaque quindecim ex eis interfecerunt, & alios triginta grauiter vulneratos antequam ab illis interfecti fuiſſent, ibidem reliquerunt. Propter hæc & his ſimilia Francos ſiue Latinos ſeu Chriſtianos præcipuè timent Tartari, & ſimiliter etiam Turci.

Duorum Francorũ facinus memoratu dignũ.

A Vnde cum in Arſenga Francus quidam Placentinus occidiſſet quemdam Turcum: hac de cauſa mareſcallus exercitus capi & ſuſpendi præcepit illum Placentinum. Quo audito omnes Frāci in vnum conuenerunt: & firmauerunt inter ſe quòd ſi ſuſpenderetur Francus, omnes irruerent in mortem Turcorum. Hoc cùm audiſſent Turci, nihil amplius ſunt auſi facere. Erant autem tunc ibi ad ſexaginta millia Turci, Franci autem ſeptingenti. Aliàs quoque cum totidem vtrobique congregati eſſent, Turci voluerunt im ponere Francis, vt caſtrum, quod dicitur Semeſach munirent. Vnde Franci contra illos tunc B inſurgere voluerūt, quia ſe tam viles reputabāt.

A.C. 1240.

Anno itaque domini. 1242. Tartari omnes ptimam Turciæ ciuitatem inuaſerunt, & deſtruxerunt. Siquidem antea vt dictum eſt per viginti annos regnum illud impugnauerant, ita tamen quòd vnus eorum baro, vel duo contra illud inſurgebant. Omnes autem ſimul per viginti dies Arſeron obſederunt. Eſt autem Arſeron (vt dicitur) terra Hus: in qua Iob ſanctus quondam dicitur habitaſſe, & in ea regnaſſe. Cùmque ciuitatis illius habitatores à Tartaris obſeſſi ſuccurſum à Domino ſuo Soldano, prout neceſſe erat, non haberent, nec aduerſus Tartarorum C multitudinem tantam præualere poſſent: cogitauerunt Tartaris ciuitatem reddere eo pacto: vt nulli eorum aliquam læſionem vel mortem inferrent: ſed vt ſeruos ſuos tenerent, & ſclauos, atque ſaluarent. Ad hoc autem offerendum & firmandum miſerunt eis Saana, ideſt, ciuitatis Baliuum. Itaque Tartari peritioni eorum annuerunt, & ſecundum modum ſuum iurauerunt, omnia petita promittentes ſe ſeruaturos. Intrantes autem vrbem confœderationem præfatam ſubitò ruperunt: omneſque ciuitatis habitatores occiderunt. Et ſic quoque fraudulentam pacem & confœderationem habitatoribus Arſen-D gæ ciuitatis fecerunt, & poſt introitum in eam, omnes habitatores occiderunt. Habitatores autem Sanaſtc non occiderunt: quoniam illis obuiam claues ciuitatis offerentes ad eos exierunt. Totam tamen ciuitatem deprædati ſunt, & iuuenes ac iuuenculas & complures mulieres rapiētes cum eis coierunt. Quæ tamen omnia prius nullatenus ſe facturos promiſerunt atque iurauerant.

De deſtructione quarundā Turciæ ciuitatum c. 147.

Cum autem Gazariam, quæ alio nomine dicitur Cæſarea Cappadociæ obſiderent: duo Franci, qui erant in vrbis illius præſidio: dixerunt, quòd ſi plures ſecum Francos habuiſſent, E ſemper à Tartaris in illo prælio eos defendiſſent, nec eorum vllas machinas vel impugnationes timuiſſent. At verò miſeri Turci, quia viles & effœminati ſunt, vltro ſe illis reddiderunt. Venientes autem Tartari ante dictam vrbem petierunt tantummodo omnia animalia ciuitatis ſibi reddi: & iuramentum fidelitatis præſtari. Tunc Turci quaſi iam ſecuri de eorum promiſſis, exierunt ad illos cauſa fidelitatis confirmandæ. Illorum autem qui exierunt Tartari centum millia vel ſecundum alios trecēta millia occide-F runt. Cumque iam eſſent intra vrbem, quam ceperant, audientes dici, quòd rex Armeniæ minoris veniebat in ſuccurſum Cæſareæ: cum tamē paucos, & quaſi nullos contra Tartarorum multitudinem poſſet habere bellatores: nocte tamen fugerunt, quæcunque lucrati fuerant exportantes

Cæſarea Cappadociæ à Tartaris capta.

A.C. 1242.

portantes:poſtea tamen redierunt, cum audierunt illum regem non venturum.

De vaſtatione Hungariæ & Poloniæ per Tartaros.c.149.ex hiſt.Fran.

§. XV.

ANno quoque Domini. 1241. Tartari vaſtauerũt Poloniam & Vngariam cum principe ſuo nomine Batone. Poſt deſtructionem quippe Coraſminorum rex Tartarorum Cingiſcham eumdem Batonem ducem cum exercitu in partes Aquilonis miſerat vbi ſuper mare ponticum Ruſſiam,Gazariam,Sugdaniã(alias Sogdianam)Guelriam,Ziquiam,Alaniã,Poloniam, cæteraque regna,quæ omnibus computatis erãt triginta vt vtramque Comanam acquiſierat.De nibue Vngariam etiam pro magna parte deſtruxerat,& vſque ad fines proſiliuit Teutoniæ.Cũque Vngariam ingreſſurus dæmonibus immolaret,conſulens eos vtrùm illuc tranſire auderet: à dæmone in idolo habitante reſponſum eſt.Vade ſecurè; quia tres ſpiritus ante faciem tuam præibunt:à facie quorum aduerſarij tui non poterunt tibi reſiſtere. Quod & factum eſt. Spiritus illi tres fuerunt ſpiritus diſcordiæ, & ſpiritus incredulitatis, & ſpiritus timoris. Hi ſunt tres ſpiritus immundi in modum ranarum vt dicitur in Apocalpſi. Siquidem & ex ipſis Tartaris,qui Poloniam & Vngariam inuaſerunt, plures ibi interfecti fuerunt:& ſi Vngari non fugiſſent,ſed viriliter reſtitiſſent, Tartari confuſi de finibus eorum exiuiſſent. Omnes ſiquidem tantum timorem habebant,quòd fugere vnanimiter attentabant.At ipſe Bato dux eorum euaginato gladio,in faciem eis reſtitit & dixit.Nolite fugere, quia ſi fugitis, nullus veſtrum euadet à morte. Et ſi quidem mori debemus,omnes ſimul moriamur. Nam profectò futurum eſt, vt prędixit nobis rex noſter Cingiſcham:quòd interfici debeamus:& ſi nunc tempus eſt, ſuſtineamus.Sic igitur animati remanſerunt, & Vngariam in parte deſtruxerunt.

Tartari Vngariam ingrediuntur. *Apoca.*

Porro fratres ordinis Ciſtercienſis in quodã monaſterio ſuo Vngariæ cum quibus erant fratres prædicatores & fratres minores eiſdem reſtiterunt viriliter plus quam per ſex menſes,nullam impugnationem eorum metuentes:in Tartaris quippe vigor & fortitudo deficit:cùm eis aliquis viriliter reſiſtit.Tanta verò poſt illam debacchionem fames inualuiſſe dicitur in Vngaria:vt homines viui comederent corpora mortuorum.Canes etiam & catos comedebant: & quicquid tale inuenire potuerunt.

Religioſi Tartaris reſiſtunt.

Denique anno Domini.1243.Tartari Turcos contriuerunt:& vſque ad Sanaſte terram vaſtauerunt,& etiam vſque ad ciuitatem regiam Iconium:& vltra curſores ſuos tranſmiſerunt.

Tartari Turcos inuaſerũt.

Cum autem aggreſſuri eſſent Turcos in planitie iuxta Harſar,Boiothnoi præmiſit fratrem ſuum cum quadraginta millibus bellatorum: videlicet de quolibet decanatu exercitus extractis tribus, qui fecerunt quadraginta millium numerum.Et ſiquidem exercitus iſte victus fuiſſet,Baiothnoi cum altera parte multitudinis illos inſecutus fuiſſet.Nec mirum, ſi ſuccubuerũt Turci,quia Soldanus ebrius fuerat in nocte prę-

A cedenti,& adhuc vino æſtuabat,quando primi bellatores fuerunt deuicti. Sed nec in vnum erat eius exercitus,& circa nonam fuit congreſſus. Ipſe quoque Soldanus cum vxore ſua & puero per tres leucas à primis congredientibus erat remotus.

A.C. 1241.

Sciendum quoque quòd Georgiani & Armeni ſcilicet Anaam papa,& Saniſcam, cui Turci antea Charim combuſſerant: victoriam prælij Tartaris contra illos contulerunt.Cumque Turcis contritis,Soldanus ipſe fugiſſet, ac tentoria
B præ timore reliquiſſet:Tartari tamen timentes aliquos in illis tentoriis latere:non auſi ſunt intrare illa.Sed ab hora nona & per totam noctẽ, ac per vnum diem integrum permanſerunt ab eis intacta.Circumibant enim & ſtabant ante, nec vſque ad noctem poſt prædictam diem ſubſequentem auſi ſunt ea inuadere. Habebat autem Soldanus quadraginta millia bigarum onerarum loricis exceptis ſcalis & vaſis argenteis ad bibendum miræ magnitudinis: quæ omnia fugiens Tartaros,amiſit,relinquens ibi omnia. Habebat etiam circa tria millia ſummariorum
C ſupellectilibus ſuis oneratorum, cameloſque trecentos byzantiis aureis ſpiſſis & latis ad palmæ latitudinem onuſtos: quorum vnum quodque valebat centum byzantinos. Habebat & trecentos ſummarios Soldanis oneratos, quorũ quilibet portabat quadraginta millia ſoldanorum.Erant etiam ibi tres ſcalæ in quarum vna erat ſex gradus,in alia quatuor:in alia tres.Erãt que duæ primæ argenteæ,tertia verò aurea. Porro vas argenteum,videlicet concha quædam,in qua fundebatur vinum, de quo bibebat Soldanus cum ſuis, quæ erat magnitudinis duorum
D modiorum, vel amplius. Vaſa quoque aurea & argentea diuerſimodè fabricata in tanta multitudine,quod implebatur ex eis domus vna.Fertur autem,quod theſaurus imperatoris Manuelis in Turcia perditus fuit ac remanſit ibi: vbi fuerunt mille currus auro & argento onerati. Præterea Soldanus Babilonis apud Catheperte decem millia hominum perdidit cum ſpoliis eorum maximumque theſaurum. Et hæc omnia remanſerunt in Turcia.Fuit ruſticus quidam in Turcia habens ſeptemdecim millia animalium groſſorum,vt camelorum & huiuſmodi,quæ omnia obtulit Soldano,& ipſum Soldanum hæ-
E redem ſuum fecit.Cæterum valorem Turciæ,vt dicitur,nemo poſſet ſufficienter æſtimare.Et dicebatur Soldanus habere quadraginta millia lancearum in exercitu ſuo,quarum ferra ſeu cuſpides erant ex auro.

De Coterino quodam qui Turciæ regnum inuaſit. cap.151.

§. XVI.

POst Turciæ igitur deſtructionem ſic à Tartaris factam,vt refert Vincen.ſpe. hiſto. vbi ſuprà quidam Turcomannus ex magna Turciæ parentela:quem vocabant Coterinum, de conſilio Admiraldorum eleuare ſe voluit in Soldanum.Et vt haberet acceſſum ad illud, ad quod inſtigatus fuerat & monitus:matrem ſuam affligens atque percutiens increpabat:eo quod publicè,non diceret confitendo,cuius hominis filius

A.C. 1242.

lius eſſet,& quis eum genuiſſet. Itaque tandem A illa ſicut fuerat à filio edocta, coram omnibus, qui ex induſtria ad hoc erant congregati in locum,ad teſtificandum quòd audierant dicebat. Scito quia genuit te pater iſtius Soldani. Quo dicto,Coterinus exclamat,omnibuſque dicebat: Auditis, quid mater mea dicit: Vos omnes ſuper hoc inuoco, vt ſitis mihi teſtes. Hac itaque doloſitate inuenta,ſe in populo exaltabat dicens.Soldanus frater meus iners ac muliebris eſt,nec dignus terram tenere: quoniam à Tartaris victus eſt:propterea volo Soldanus eſſe,tanquam præpotens hæres terræ.Sic igitur occaſionem dominandi inuenit & trecenta caſalia B vbi habitabant Chriſtiani: circa Iconium deſtruxit.Illique de Iconio iam ordinauerant Iconium ei reddere intra tres dies, niſi citius captus fuiſſet.Verum cùm intraturus eſſet Candelous:illud videlicet nobile caſtrum,vbi erat theſaurus Soldani,& inibi tanquam Dominus eſſet recipiendus,per induſtriam, & procurationem Domini de Lambro aſtutè captus eſt,atque ſuſpenſus,& etiam frater eius.Erant autem iam cum eo viginti millia hominum: eiuſdemque C debacchatio durauit circa tres menſes.

Denique Turci poſtquam à Tartaris fuerunt vaſtati,eiſque ſubiecti,adeo illorum iugo depreſſi ſunt atque debilitati: vt licet in numero ſint multi:tamen quaſi nulli ſint in vigore belli.Vnde à multis creditur,quòd ſi rex Franciæ Ludouicus mare tranſiens recto tramite iuiſſet in Turciam: liberè & abſque vlla contradictione reddidiſſent ei terram.

Turcorũ potentia valdè creuit.

Adde,quia hoc fuit in illo tempore: Sed in proceſſu ita Turci multiplicati ſunt in Dominio,diuitiis & numero: vt frequenter infeſtent D Chriſtianos, & vicinos eis ſcilicet Vngaros & Polonos. Et aliquando ſuperant,aliquando ſuperantur in bellis à Chriſtianis.

Et quamuis anno Domini. M. cccc. vel circa fuerit rex Turcorum dictus Amurath deuictus cum innumerabili exercitu à [a] Tamburlano principe Tartarorum & captus & occiſus,tamẽ anno.1454.ita nepos illius Amurath,id eſt filius filij adhuc iuuenis vocatus Maumeth creuit in potentia,audacia,& exercitibus,vt ceperit Conſtantinopolim,interfecto imperatore eius cũ baronibus,& regionem circumiacentem ſibi ſubiugauerit:ſed de his infrà loco ſuo. E

Infr ti.22. cap 13.

Deſcriptio terræ Tartarorum: Vinc. li. 31. cap.3. ex Ioanne de Plancarpio.

§. XVII.

De qualitate terræ ſeu regionis Tartariæ: quæ aliter dicitur Mongal,prout deſcripſit frater Ioan.de plano ordinis minorum:qui cum fratre Benedicto Polono eiuſdem ordinis miſſus fuit ab Innocentio iiij.ad Tartaros,quan F

a *De Tamburlano pluribus agit D.Anton.tit.22. c.3. §. 37. nóſque ibidem de eo plura annotauimus. Cæterum is Iouio Egnatio,& aliis de Turcis ſcribentibus credimus memorabili illo prælio quod ad Stellam montem geſtum eſt,non Amurathem,ſed Baiazethem viuum cepit, ipſumque non interfecit,ſed eo pro ſcabello,dum equum aſcenderet,vſus eſt.*

do miſſi ſunt frater Anſelmus cum ſociis ordinis prædicatorum:prout dictum eſt ſuprà.Et refert Vincen.ſpe.hiſt.libr.xxxi. Dicit ergo. Eſt in partibus orientis terra,quæ Mongal ſeu Tartaria dicitur,in ea ſcilicet parte ſita,in qua oriens aquiloni coniungi creditur.Ab oriente quidem habet terram Leytaotum &etiam Solangorum, A meridie verò terram Saracenorum. Inter orientem & meridiem terram Hunnorum ſeu Heiulorum.Ab occidente terram Naymanorum.Ab aquilone verò circumdatur oceano. In parte aliqua nimium eſt montuoſa,& aliqua cāpeſtris, ſed ferè tota admixta glarea plurimum arenoſa nec eſt in centeſima parte fructuoſa. Neque etenim poteſt fructum portare niſi aquis fluuialibus irrigetur,quæ ibi ſunt rariſſimæ: vnde nec villę,nec aliquę ciuitates ibi reperiuntur, excepta vna,quæ Trachurim appellatur,& ſatis bona eſſe dicitur.Nos quidem illam non vidimus, ſed ad dimidiam dietam, prope fuimus cum apud Syram Ordan (quę curia maior imperatoris eorum eſt)eſſemus.Licet autem aliàs infructifera ſit terra illa,tamen alendis pecoribus eſt apta.In aliqua eius parte ſunt aliquę ſyluę modicæ, alia verò ſine lignis eſt omnino. Itaque tam imperator quàm principes & omnes alij ſedent & omnia cibaria ſua decoquunt ad focum boum & equorum ſtercoribus igne facto.

A.C. 1242. Sup.cap.5. §.3.

Aëris tempeties qualis.

Ipſe quoque aer eſt ibi inordinatus mirabiliter:In media ſiquidem æſtate fiunt ibi tonitrua magna & fulgura:ex quibus plurimi occiduntur homines. Eodem quoque tempore cadunt ibi niues maximè.Sunt & ibi venti frigidiſſimi tam magni, vt aliquando vix poſſint equitare homines.Vnde cum ante Ordan eſſemus(ſic enim apud eos ſtationes imperatoris, & principum nuncupantur)præ ventorum magnitudine in terra iacebamus proſtrati:& videre propter pulueris magnitudinem non poteramus. Nunquam ibi pluit hyeme,ſed frequenter in æſtate, & tam modicum,vt vix poſſint aliquando puluerem & radices graminum madefacere. Ibi quoque cadit ſæpè grando. In æſtate etiam calor magnus,& repente maximum frigus.

Mongalorum contra Cythaos prælia.ca.9.

Mongali,quędam gens eſt Tartarorum in illis partibus ſic nominata.Hi ſe contra Cythaos ad prælium parauerunt:& caſtra mouentes terram eorum intrauerunt.Quod audiens imperator Cythaorum venit cum exercitu ſuo cōtra illos,& commiſſum eſt prælium durum: in quo Mongali ſunt deuicti omneſque nobiles, qui erant in exercitu,præter ſeptem occiſi ſunt. Vnde cum illis volentibus impugnare aliquam regionem minatur aliquis ſtragem adhuc reſpondent.Olim etiam occiſi non niſi ſeptem remanſimus,& tamen creuimus in multitudinem magnam,ideoque non terremur talibus. Chungis autem & alij qui remanſerunt, reuerſi ſunt in terram ſuã fugientes.Cumq; quieuiſſet aliquantulum,præparauit ſe rurſus ad prælium,& proceſſit contra terram Huyrorum. Iſti ſunt homines Chriſtiani de ſecta Neſtorianorum:& eos etiam Mongali deuicerunt,& literam eorum acceperunt: prius etenim ſcripturam non habebant.Nunc autem eandem Mongalorum literam appellant.

Huyri sũt Chriſtiani,ſed Neſtoriani.

Idem contra terram Sauphur, & contra terram Caraitarum & contra terram Vidirath proceſſit quas omnes bello deuicit.Deinde conuocatis

catis

A.C. 1243. Exinde proceſſerunt contra Sarguith: cuius ciues exierunt obuiã eis ſe ſibi tradẽtes ſponte: vnde ciuitatem illam non deſtruxerunt: ſed multos ex eis occiderunt, alios inde tranſtulerũt acceptiſque ſpoliis aliis hominibus ciuitatem illam impleuerunt. Poſt hæc contra ciuitatem Ornam perrexerunt. Hęc ciuitas erat nimis populoſa & diuitiis copioſa. Erant enim plures ibi Chriſtiani, videlicet Gazari, & Ruthení, & Alani & alij necnon Saraceni atque Saracenorum ciuitatis dominium. Eſt etiam poſita ſuper quendam magnum fluuium: & eſt quaſi portus habens maximum forum. Cumque Tartari non poſſent eos aliter vincere: fluuium, qui per vrbẽ currebat, præciderunt, & illã cum hominibus & rebus ſubmerſerunt. Quo facto cõtra Ruſſiam perrexerũt, & magnã ſtragẽ in ea fecerunt: ciuitates & caſtra deſtruxerunt, & homines occiderũt. Chaoniã Ruſſiæ metropolim diu obſederunt, & tandem ceperunt: & ciues eius occiderunt: vnde quando per terram illam tranſiebamus, innumerabilia capita & oſſa hominũ mortuorũ iacentia per campum inueniebamus. Fuerat enim ciuitas valdè magna & populoſa, & nunc quaſi ad nihilum eſt redacta: vix enim ibi domus remanſerunt ducentæ, quarum etiam habitatores tenentur in magna ſeruitute.

Sup. §. 15. Porrò de Ruſſia, & Comania Tartari contra Vngaros & Polonos & Bohemos proceſſerunt, ibique plures ex eis interfecti ſunt, vt dictum eſt ſuprà. Inde reuertentes in terram Morduanorum qui ſunt pagani, eos bello vicerunt. Inde contra Bileros, id eſt, Bulgariam magnam profecti ſunt, & eam omnino deſtruxerunt. Hinc ad aquilonem adhuc contra Baſcareos, id eſt, Vngariam magnam proceſſerunt, & illos etiam deuicerunt. Hinc amplius ad aquilonem pergẽtes ad Paroſitas venerunt: qui paruos habentes ſtomachos & os paruum, non manducant, ſed carnes decoquunt: quibus decoctis ſe ſuper ollã ponunt, & fumum recipiunt, & de hoc ſolo reficiuntur. Vel ſi aliquid manducãt: hoc valdè modicum eſt. Inde ad Samogedos venerunt, qui de venationibus viuunt: & tabernacula veſteſque tantum habent de pellibus beſtiarum. Inde ad quamdam terram ſuper oceanum applicuerunt vbi ſunt quædam monſtra, homines ſcilicet habentes formam humanã, ſed pedes bouinos: & caput quidem humanum, ſed faciem caninam: qui duo verba loquebantur, vt homines, tertio latrabant vt canes.

De legatione Cyrpodã ducis c. 18. Eodem tempore miſit Ochodai Chaam Cyrpodam ducem cũ exercitu contra Chergis ad meridiem: & illos ſuperauit. Ii pagani ſunt, quorum conſuetudo talis eſt, vt cum alicuius pater moritur: præ dolore quaſi vnam corrigiam in ſignum lamenti ab aure vſque ad aurem de facie ſua leuent. His deuictis Cyrpodam contra Armenos iuit ad meridiem cum ſuis. Qui tranſeũtes per deſertum inuenerunt quędam monſtra effigiem humanam habentia: qui non niſi vnũ brachium cũ manu in medio pectoris, & vnum pedem habebant, & duo cum vno arcu ſagittabant: adeóque fortiter currebant, quòd equi eos ſequi nõ poterãt. Currebãt autẽ ſuper vnũ pedẽ ſaltãdo: & cũ eſſent fatigati taliter eundo, ibant ſuper manum, ſe tanquã in circulo reuoluendo. Et cũ ſic feſſi eſſent, currebant modo priori. S. pe-

A de illo. Hos Iſidorus cyclopedes appellat. Et ex iis Tartari plures occiderunt, & vt dixerunt nobis clerici Ruteni aliqui, ex iis nuncij ad imperatorẽ venerunt Tartarorum, vt poſſent habere pacem cũ eo. Poſtea in Armeniã deuenerũt, quã bello deuicerunt & Georgiæ partem. Alia pars venit ad mãdatum imperatoris, & dant tributũ. Denique procedentes vlterius debellando deuenerunt ad terram Soldani Alapiæ, & nunc illam terram poſſident. Indeq; contra exercitus terrã Caliphæ Balſas perrexit, quã etiã ſibi ſubdidit B & tributarium ſibi fecit Soldanũ: & quolibet anno mittit nuncios ad Caliphãm, vt ad eum veniat. Qui cum tributo munera magna mittit, & vt eum ſupportet, rogat. Sup. c. 5. §. 3.

Minorum ad Tartaros iter, ex Vinc. c. 19.

§. XX.

VT ſuprà dictum eſt dominus Innoc. 4. miſit ad Tartaros non ſolùm fratres Prædicatores, de quibus ſuprà fecimus mentionẽ: C ſed etiam fratres Minores: quorũ principalis fuit frater Ioannes quidam: qui primò acceſſit ad regem Bohemię ad habendum informationem de itinere: qui honorificè tractauit eos. Deinde ad regem Ruſſię et regem Polonię & poſtea ad ducem Cracouiæ: & eos omnes humaniſſimè tractauerunt & eis abundanter prouiderunt. Oportuit enim eos portare multam pecuniam, quia omnes Tartari per quos tranſibant quærebant ab eis munera: aliàs non benè videbantur ab eis nec ſeruiebant. Tranſierunt autem loca multum periculoſa: Et prima ciuitas dominij Tartarorũ D ad quam peruenerunt dicebatur Coriuzant & ducti ſunt & præſentati ad ducem ciuitatis: qui dominus eſt omnium qui ſunt poſiti in cuſtodiã contra occidẽtales populos: ne fortè ſubito ex improuiſo veniant aliqui ſuper illos. Et iſte dicitur habere ſub ſe ſeptingenta millia armatorum. Et dux inquiri fecit de eã aduentus eorũ; & quæ munera vellẽt ei dare. Qui reſponderũt ſe à papa deſtinatos pro pace habẽda cũ eis: & quod efficiantur Chriſtiani hortatur, & literas habebant domini papæ imperatori eorum præſentandas. Et quamuis papa non miſiſſet munera, quia nõ erat certus, an applicarent: tamen de datis eis E ad victum honorarent eum muneribus.

Hic autem miſit eos ad ducem dictum Bathi, multum ab eo loco diſtantem. Hic erat principalior dominus ſuper alios poſt imperatorẽ Tartarorum, cui literas papę præſentarunt, datis prius muneribus. Et facta eſt interpretatio literarũ in litera Ruthenica, Saracenica & Tartarica. Et cibaria data eis fuerunt aliquantulum milij cocti in vna ſcutellã, & ſemel tantum. Qui demum miſit eos ad imperatoris ciuitatem. Et cũ eſſent debiles per viam, quæ fuit longa & periculoſa F comederunt milium cum aqua tantum, & ad bibendum niuem in caldaria liquefactam tẽpore quadrageſimę coacti ſunt. Tãdem peruenerũt ad Cuynch imperatorẽ nouiter electũ. Is cũ magna ſolennitate et feſto poſitus eſt in thronoregali: flectentibus omnibus genua ei ſubditis. Minores ad Tartaros peruenientes quid egerint. c. 21.

Anno igitur domini. 1246 Cuynch, qui & Gog Chaam, id eſt, imperator vel rex ſublimatus eſt in regno Tartarorum. Omnes enim barones

A.C. 1244.

Imperatoris tartarorum creandi modus c.32.

ſuper ſedē auream eum poſuerunt, & coram eo gladium poſuerunt, dicentes: Volumus atque rogamus, & præcipimus; vt domineris nobis omnibus. At ille dixit eis. Si vultis me regnare ſuper vos: nunquid parati eſtis vnuſquiſque quod vobis dixero facere, quemcunque vocauero venire, quocunque voluero pergere, quemcumque occidi præcepero occidere? Reſponderunt: Vtique. Ergo (inquit) oris mei ſermo de cætero gladius meus erit. Omneſque ei communiter cōſenſerunt. Poſt hoc autem filtrum quoddam ſtatuerunt in terram, ipſúmq; rurſum deſuper ſedere fecerunt, dicentes vide ſurſum & agnoſce Deū, ac reſpice filtrum, in quo ſedes deorſum, ſi benè regnum tuum rexeris, ſi largus fueris, ſi iuſtitiam dilexeris, ac principes tuos ſecundū vniuſcuiuſque dignitatem honoraueris: magnificus regnabis totúſq; mundus tuæ ſubſternetur ditioni & quicquid deſiderabit cor tuum, dabit tibi Deus. Si autem econtrario feceris, miſer & abiectus eris, adeóque pauper vt nec tibi permittatur filtrum, in quo ſedes.

Hoc dicto barones vxorem Gog, id eſt Imperatoris cum ipſo ſuper filtrum ſedere fecerunt. Sícque ambos ſedentes a terra vſque in aera leuauerunt, atque Imperatorem & Imperatricem omnium Tartarorum voce publica & clamoſa eos proteſtati ſunt. Poſtea multitudinem infinitam auri & argenti, lapides precioſos, & quæcunque remanſerant à Chagadagam coram Imperatore nouo apportari fecerunt, éique dominium plenarium ſuper omnia illa dederunt. Ipſe verò prout placuit vnicuique principi diſtribuit, ſibique reſiduum reſeruari præcepit. Deinde bibere cœperunt, & vt moris eſt eorum, vſque ad veſperam continuè potationibus intenderunt. Poſt hæc carnes coctæ in cineribus ſine ſale venerant: & inter quatuor vel quinque homines vnum membrum ſiue fruſtrum miniſtri dederunt. Intra tentorium verò Cham, id eſt Imperatoris dederunt carnes ac brodium cum ſale pro ſalſa. Sícque faciunt cunctis, quando celebrant conuiuia.

Mores regis Tartarorum. c. 33.

Tartarorū imperator Cuiochhabebat clericos Christianos. Naucl. generat. 42.

Hic autem Imperator quādo ſublimatus eſt, videbatur eſſe annorum quadraginta vel circa, mediocris ſtaturæ, prudēs nimis, aſtutus valdè, multúmque ſerioſus, & grauis in moribus, nec vnquam videbat eum homo ridere: nec aliquam leuitatem facere. Dicebant etiam nobis firmiter aſſerendo Chriſtiani, qui erant de familia eius, & continuè morabantur cum eo, quòd fieri debebat Chriſtianus, cuius ſignum erat, ꝙ clericos Chriſtianos tenebat, & eis expenſas faciebat. Habebat etiam iſte Imperator Cuynch capellam Chriſtianorum ante maius tentorium, vbi cantabant clerici publicè & apertè, ac pulſabant ad horas, vt cæteri Chriſtiani ſecundum mores Græcorum quantacunque ſit ibi multitudo Tartarorum, vel etiam aliorum hominum, hoc tamen non faciebant alij duces eorum. Eſt autem mos Imperatoris illius, vt nunquam proprio ore loquatur cum extraneo, quantumcunque ſit magnus, ſed audit & reſpōdet per interpoſitam perſonam. Et quodcunque negotium proponunt, vel reſponſionem Imperatoris audiunt, illi qui ſub eo ſunt quantumcunque ſint magni, flexis genibus vſque ad finem verborum

A.C. 1244. Sup. §. 5.

A perſiſtunt. Nec alicui de aliquo negotio loqui licitum eſt de conſuetudine, poſtquam ab Imperatore definitum eſt.

Cuynch contra Chriſtianos dimicare decernit.

Habebat autem prædictus Imperator procuratorem, notarios, & protonotarios, atque ſcriptores, omnéſque officiales in negotiis tam publicis quàm priuatis exceptis aduocatis. Nam ſine litium vel iudiciorum ſtrepitu omnia ſecundum arbitrium imperatoris fiunt, alij quoque principes Tartarorum, quo ad illa quæ pertinent ad eos, idem faciunt.

Hoc autē nouerint vniuerſi: quia nobis tunc B exiſtentibus in ſolenni curia, iam ex pluribus annis indicta, idem Cuynch Imperator de nouo electus cum omnibus principibus ſuis erexit vexillum contra Eccleſiam Dei, ac contra Romanum Imperium. & cōtra omnia regna Chriſtianorum, & populos occidētis, niſi fortaſſe (quod abſit) facerent ea, quæ domino Papæ mandabat, atque potentibus, & omnibus Chriſtianorum populis, videlicet vt ipſi ſubdantur eis. Nam excepta Chriſtianitate, nulla eſt terra in orbe quā timeant, & ideo contra nos ſe præparant ad pugnam. Huius ſiquidē Imperatoris pater Othodai C necatus fuerat veneno, & ob hoc a bellis quieuerant tempore pauco. Intentio autem eorum eſt totum ſibi ſubiicere mundum: ſicut à Cingiſcam habent mandatum. Vnde & ipſe imperator in literis ſuis ita ſcribit. Dei fortitudo omnium hominum imperator. In ſuperſcriptione quoque ſigilli eius eſt hoc. Deus in cœlo & Cuynch Chaam ſuper terram: Dei fortitudo omnium hominum imperatoris ſigillum. Vbi ſciendum quòd nomen Chaam eſt hic appellatiuum ſonatq́ue rex, vel imperator ſiue magnificus. Sed hoc Tartari ſingulariter attribuunt D domino ſuo nomen eius proprium reticēdo. Ipſe quoque gloriatur ſe eſſe filium Dei, ſeq́ue ſic ab hominibus appellari. Idem autem ſonat Cuynch: quod & Gog ſecundum aliam linguam. Eſt itaque nomen imperatoris proprium Gog, & nomen fratris eius Magog. Siquidem per Ezechielē dominus Gog & Magog aduentum prædixit: eorumq́ue interitum ſe facturum promittit per eumdem. Ipſi quoque Tartari propriè loquendo ſe vocant Mongali: quod verbum fortaſſe conſonat Moſoch.

Chaam quid ſignificet. c. 34. Cuinch quid ſibi velit. Ezech. 39.

Hic itaque Cuynch ſecum habet exercitus E quinque ſuo dominio ſeruientes: per quos expugnat omnes ſibi contrarios ac rebelles. In finibus autem Perſidis habet principem nomine Baiothnoi: qui totam terram Saracenorum et chriſtianorū vſque ad mare mediterraneum et prope Antiochiam & vltra duas dietas eius dominio ſubiugauit: ita quod à capite Perſidis vſque ad mare jam ei quatuordecim regna acquiſiuit: Eſt autē Baioth propriū nomen: Noi verò ſonat dignitatem. Eſt. n. dux quidā Tartarorum nomine Corenſan verſus chriſtianos occidentis: qui habet ſub ſe armatorū ſexcenta millia.

Bathoth quis. Legati Chriſtianorum Cuinch præſentantur. c. 35.

Porrò Bathoth eſt alius princeps Tartarorū maximus: ſuis quidem benignus: in pugna crudeliſſimus: qui habet in exercitu ſuo ſexcenta millia pugnatorum: centum ſcilicet ſexaginta Tartarorū: reſiduum tā Chriſtianorum quā aliarum diuerſarū ſectarū. De quinque exercitibus, quos ſecum habet Cuynch, vt dictum eſt, nemo poteſt facilè comprehendere numerum cuiuſli-

bet

A. C. 1146. bet illorum exercituum. In illo autem loco, vbi poſitus fuerat imperator in throno, vocari ſumus coram ipſo & prius ſcrutati an haberemus apud nos aliquos cultellos, & protonotarius Cuynch ſcripſit nomina ipſorum legatorum & nomina mittentium: & alta voce recitauit ea coram imperatore & principibus. Receptisque nunciis de diuerſis partibus miſſis tot donaria ei præſentata ſunt à nunciis in ſamitis, purpuris, baldachinis ac ſingulis ſericis cũ auro præparatis pellib. etiam nobilib. & aliis pretioſis, quod erãt quaſi infinita. Et ſimiliter camelos, equos, mulos oneratos, quingẽtos currus plenos auro & argento, & ſericis in vnũ cumulũ redactos ſibi à diuerſis dominicis præſentatos: imperator cum baronibus ſuis ſibi inuicem diuiſerunt.

Legati ex Tartaria reuertuntur. c. 38.

Demum imperator poſt multa recepit literas Papæ, & eis dedit reſponſales. Expectabátque ꝙ fratres peterent aliquos Tartaros mitti cum eis ad papam. Sed propterea petere noluerunt timentes, ne Tartari venientes cum eis, & videntes contentiones & bella, quæ ſunt inter Chriſtianos, reuertentes illa referrent imperatori: vnde magis animarentur ad veniendum contra Chriſtianos. Tum etiam ne explorarent terras Chriſtianorum. Tum etiam verentes, ne ipſi nuncij occiderentur à Chriſtianis: in quorum vindictam magis Tartari accẽderentur contra fideles. Receptis igitur literis iter arripuerunt cum multo labore, de nocte iacentes in niue ſuper terram. Et applicantes ad terras Chriſtianorum recepti ſunt cum magno gaudio, tãquam à morte ſuſcitati, & per Ruſſiam, Poloniam, & Bohemiam tranſeũtes magno in honore habiti ſunt. Frater Anſelmus ordinis prædicatorum cum ſociis miſſus fuerat à Papa ad primum principem Tartarorum, ſcilicet Baiothnoi. Quod & fecit & literas reſponſales Papæ reportauit, vt dictum eſt ſuprà.

Vin. l. 31. cap. 90. cui conſentiunt Aemyl. lib. 7. & vita D. Ludouici à Ioanne de Ionuille ſcripta.

§. XXI.

Tartarorũ literæ ad diuum Ludouicum regem frãcorum miſſæ. Sup. c. 5.

CVM rex Franciæ ſanctus Ludouicus: de quo habetur in ca. ſequenti, aſſumpta cruce iter tranſmarinum arripuiſſet cum magnis copiis & multorum principum ſocietate in Syriam, & iam applicuiſſet in Cyprum inſulam: venerũt, ad regẽ Ludouicum quidam nuncij miſſi à viro magno Ercaltay nomine, de gente Tartarorum anno domini. 1248. qui ei apud Nicoziã commoranti literas eiuſdem magnatis præſentauerunt. Ibique præſens aderat frater Andreas de Locinmel ordinis prædicatorum, qui maiorem ex illis nunciis nomine Dauid nouerat, vt pote quem viderat in exercitu Tartarorum. Literas autem ſibi præſentatas in lingua Perſica, & literis Arabicis in Latinum transferri fecit earúmque tranſcriptum ſub ſigillo ſuo clauſum matri ſuæ reginæ Blanchæ deuotiſſimę mulieri in Franciã miſit.[a] Nunciabatur autẽ per literas illas quod rex magnus Tartarorum, qui dicitur Chaam: circa tres annos completos à die Epiphanię proximè pręterita factus erat per Dei gratiã Chriſtianus & tam ipſe quàm alij magnates plurimi, & maxima pars populi & exercitus eorum ſacrum baptiſma ſuſceperant, fidem catholicam profitentes.

Rex tartarorum factus chriſtianus. A.C. 1254.

Dictus etiã Ercaltay iam per annos aliquot ante ſuſceperat baptiſmum, et fidem chriſtianam. E Et nunc veniebat miſſus à dicto rege Chaam cũ maxima multitudine bellatorum. Et erat eius intentio fidem chriſtianam promouere & corroborare & omnium crucem adorantium vtilitatem & liberationem procurare: omnéſque aduerſarios crucis expugnare. Multum verò deſiderabat regi Francorũ eſſe beneuolus & amicus. Audierat enim de ipſo quòd applicare deberet in Cyprum. Dicebant etiam iidem nuncij ſe credere quòd dictus Ercaltay circa proximũ paſcha ciuitatem Baldach obſidere deberet: in qua Caliphas (qui eſt vt papa Saracenorum) reſidet, & F Baldach eſt ciuitas vbi eſt corpus Machometi, & colitur. His et alijs tam per literas quàm per nuncios intellectis, rex gauiſus nuncios honorificè ſuſceptos perendinare, eiſque liberaliter neceſſaria miniſtrari fecit. In die autem natalis domini cum rege fuerunt in miſſa in Eccleſia: &

Machometi cadauer eſt in ciuitate Baldach.

A a *A.C. 1254. Chaam rex Tartarorum Chriſtianus factus eſt, Onuph. Tartariique quidam ad Lugdunenſe Concilium venerunt Innocentio 4. Pontifice, qui domi Chriſtianam religionem edocti tum ſacro baptiſmate imbuuntur: Matt. Gene. viri enim ſancti concionatores ab Innocentio ad Tartaros Lugduno miſſi, cuius rei gratia inerant, conſecuti fuerant. Sed cùm Tartarus miſſurum ſe ad Pontificem Innocentium oratores oſtenderet, etiam atque etiam concionatores diſſuadebant, quod multa vidiſſent Tartari contra atque viri ſancti viſi fuerant collaudandis noſtræ religionis, hominibus iactaſſe ſpoſpondiſſeque. B Cypri quoque nõnulla vera pietatis exempla contemplari potuere: inſula duos habebat archiepiſcopos latinum Græcúmque, latinum imperante Græco, Græcum quod parere nollet ſuum vertere coactum: Epiſcopis Græcis ab Archiepiſcopo latino re diuina facienda interdictum ad huc nobilitatis veteris Cypriæ veteris bonam partem loco impiorum ab Archiepiſcopo haberi. Diſtractam inſulam aliorum aliter de re ſacra, iuréque Pontificio ſentientium contentione, nullam formam conſentientis germanæque pietatis. Aemyl. lib. 7. Ex quibus liquidò conſtat Pontificis Romani ſtudium operámque ſemper fuiſſe religionem Chriſtianam longè latéque propagare, & quaſcunque nationes immanitate C barbaras ad Chriſti cultum humaniſſimum pertrahere, nihilque aliud obſtat quo minus feræ gentes vel Chriſtiano gregi adiungãtur, vel ſemel adiunctæ perſeuerent niſi noſtrorum hominum de religione diſſidia & contentiones. Quod planè indicant litterarum Elcathay extrema verba. Magnificentia, ait ille, ſua præcipit, quòd in lege Dei non ſit differentia inter Græcum, Latinum, Armenium, Neſtorianum, Iacobinum, & omnes qui adorant crucem. Nam hoc vult & deſiderat cum Apoſtolo Paulo, vt idipſum omnes ſapiamus, idipſum omnes dicamus. & nulla in nobis ſint ſchiſmata. Rom. 12. 15. & 1. Cor. 1. quod vtinam ille faciat, qui motus eſt, vt filios Dei, qui ſunt diſper D ſi, congregaret in vnum. Ioan. 12.*

A.C. 1248.

& ad prandium in curia: Similiter in Epiphania cùm eo ad miſſam erant: & ſicut videbatur benè ſe habebant: ac more Chriſtianorum ſe gerebant.

Exemplar epiſtolæ Ercaltay ad S. Ludouicum. c. 91.

Hoc eſt exemplar literarum, quas miſit Ercaltay princeps ille Tartarorum ad regem Ludouicum, & iubente ipſo regè Ludouico tranſlatę ſunt in latinum de verbo ad verbum. Per potentiam Dei excelſi, miſſi à rege terræ Chaã verba Ercaltay regi magno multarũ prouinciarũ propugnatori ſtrenuo orbis, gladio Chriſtianitatis victoriæ, religionis apoſtolicæ defenſori, legis euangelicæ filio, regi Francorũ. Adaugeat Deus dominium ſuum, conſeruet illi regnum ſuũ annis plurimis, & impleat voluntates ſuas, in lege & in mundo, nunc & in futurum, per veritatem diuinæ potentiæ conductricis hominũ & omnium Prophetarum & apoſtolorum amen. Centũ millia ſalutum & benedictionum. Et hoc rogo, vt recipiat benedictiones iſtas, vt ſint grandes apud ipſum. Faciat autem Deus, vt videã regem hunc magnificum, qui applicuit. Creator autẽ excelſus faciat occurſum noſtrũ in Caritate, & facere faciat, vt cõgregemur in vnum. Poſt autem hanc ſalutationem nouerit, quòd in hac epiſtola non eſt intẽtio noſtra, niſi vtilitas Chriſtianitatis & corroboratio manꝰ Chriſtianorũ. Et peto à Deo, vt det victoriã exercitibus Chriſtianorum, & triumphet eos de aduerſatiis ſuis contemnentibus crucem. Ex parte autem regis ſublimis, ſublimet eum Deus de præſentia Cyochaym, augeat Deus magnificentiam ſuam. Venimus cum poteſtate & mandato, vt omnes Chriſtiani ſint liberi à ſeruitute, & tributo, & angariis, & pedagiis, & conſimilibus: & ſint in honore & reuerentia & nullus tangat poſſeſſiones eorum. Et Eccleſiæ deſtructæ reædificentur, & tabulæ pulſentur. Et non audeat aliquis prohibere, vt orent corde quieto, & animo libenti pro regno noſtro. Miſimus autem huc per fidelem noſtrum virum venerabilem Sabeldi Mõſtrat Dauid, & par Marcum, vt annuntient iſtos bonos rumores, & quæ ſunt circa nos dicent ore ad os. Filius autem recipiat verba eorum, vt credat eis, & in literis ſuis, rex terræ augeatur.

Inter Chriſtianos nulla debet eſſe differẽtia, id eſt non ſint in nobis ſciſmata.

Magnificentia ſua ita præcipit, quòd in lege Dei non ſit differentia inter Græcum, Latinum, Armenium, Neſtorianum, & Iacobinum, & omnes qui adorant Crucem. Omnes enim vnum ſunt apud nos. Et ſic petimus vt rex magnificus non diuidat inter ipſos, ſed ſit eius pietas ſuper omnes Chriſtianos: duretque eius pietas & clementia. Hucuſque exemplar epiſtolæ: quæ miſſa eſt regi Francorũ in Cyprũ à Ercaltay principe Tartarorum, cui ſatis conſonant & aliæ quædã literæ, quæ paulò antè dicto regi à rege Cypri, & comite Ioppenſi fuerant præſentatæ, quarum etiam tranſcriptum vna cum tranſcripto dictarum literarũ Ercaltay, tranſmiſit venerabilis legatus Innocentio Papæ. 4.

Sũma literarum Coneſtabuli Armeniæ. c. 92.

Scripſit autem illas literas regi Cypri Coneſtabularius Armeniæ referens inter cætera in literis ipſis, quòd Chaã rex Tartarorum & omnes ſui facti erant Chriſtiani, & ꝙ haberẽt Eccleſias & percutiunt campanas, ita quòd euntes ad dominum ſuum Chaam primò oportet ire ad Eccleſiam, & ſalutare dominum Ieſum, & poſtea ire & ſalutare Chaam. Et quia peccatis noſtris exigẽtib. (inquit ille Coneſtabularius Armeniç) non habebat Chriſtus, qui nomen ſuum prædicet in illis regionibus, ipſemet pro ſeipſo prædicauit & pręedicat ſanctiſſimis ſuis virtutibus, ita quòd gentes illarum regionum nunc credunt in Chriſtum. Et ꝙ in terra Indiæ, quam conuertit beatus Thomas apoſtolus, erat quidam rex Chriſtianus qui cùm multũ infeſtaretur à Saracenis circunſtantium regionum Tartari defenderunt eum, & præualuit contra eos: multaque millia capiens venundedit pro ſclauis.

A.C. 1248

Chriſtus prædicat per ſuas virtutes in Tartaria.

S. Rex de quibus Tartarorum nuncios interrogauerit.

Quæſiuit autem rex Francorum de multis à nũciis Ercaltay, & quãdo rex cepiſſet baptiſmũ; & qua occaſione veniſſent ad eum, & quomodo ſciuerant de aduentu ſui ad partes illas. Qui reſponderunt à Saldano Miſſulæ, ſcilicet cuiuſdã ciuitatis, quæ olim dicebatur Niniue fuerant miſſæ quædam literæ ad magnum regem Chaã quas receperat à Saldano Babyloniæ, in quibus Saldanus Babyloniæ faciebat mentionem de aduentu & applicatione regis Francorum, mendaciter aſſerendo, quòd ſexaginta Francorum naues per violentiam ceperat: & in Ægyptum deduxerat, per id oſtendere volens, quòd idem Miſſulæ, id eſt Niniues Soldanus in aduentu regis Francorum non deberet confidere. Hac igitur occaſione Ercaltay audito regis Francorum aduentu, nuncios miſit ad eum, qui denunciarẽt ei in hoc eſſe propoſitum Tartarorum: vt in æſtate proxima occiderent Caliphã. Rogabatq́; regem, vt Ægyptum impugnaret, ne dictus Caliphas ab Ægyptiis in aliquo iuuari poſſet. Dixerunt etiam dicti nuncij ſuper hoc interrogati, quòd Saldanus Miſſulæ, id eſt, Niniues fuerat filius Chriſtiani, & quòd multum diligebat Chriſtianos: nec in aliquo legi Machometi obediret, & credebatur, quòd ſi tempus & opportunitatem haberet, fieret Chriſtianus.

Summi Pontificis nomen apud Tartaros celebre.

Dicebant etiam, quòd ſummi pontificis nomen apud Tartaros iam celebre eſſet, & quòd propoſitum Tartarorum erat Caliphã impugnare, & iniuriam domino Ieſu Chriſto illatam vindicare.

S. Rex ad Tartaros legatos mittit. ca. 94.

Tandem rex Francorum habuit conſiliũ, vt ad regẽ Tartarorũ, & ad Ercaltay principem nũcios ſuos cum literis & iocalibus mitteret, ita ꝙ aliqui eorum, qui ab eo mitterentur, à Ercaltay ad eum redirent: alij vlterius vſq; ad Chaam regem Tartarorum procederent. Significantibus autẽ Tartarorum nunciis, quòd rex Chaam valdè carum & gratum haberet, de ſcarleto tentorium ſeu capellam, rex Ludouicus hoc fieri fecit valdè ſpecioſum, in quo etiam erant affixa per picturam ſeu texturam, ea quæ dominus geſſit in corpore ſuo pro nobis ad deuotionem fidei excitandam, & etiam de ligno viuificę crucis Chriſti.

S. Ludouicus ad Chaam ſacellum mittit.

Omnes Chriſtiani tenentur obedire Papæ.

Sed & dominus Odo Cardinalis legatus etiã literas deſtinauit ipſi regi Tartarorum Chaam denuncians, quòd ſacroſancta mater eccleſia eos libenter, vt filios cariſſimos reciperet, audiens gratulabundam eorum conuerſionem ad fidem, dummodo vellent fidem orthodoxam firmiter tenere, & eam confiteri matrem omnium eccleſiarum, papam quoque præſidentem vicarium Ieſu Chriſti eſſe, & quòd eidem vicario cuncti, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, debent obedire. Fuerunt autem nuncij miſſi ad

regem

A.C. 1248.

regem Tartarorum prædictus frater Andreas, cum duobus aliis fratribus ordinis Prædicatorũ, & duobus clericis & duobus ſeruientibus regis. Quid autẽ egerint, & quãdo reuerſi fuerint non inuenio.

Miracula in Chriſti cruce facta. Vin.lib. 31.cap.53.

§. XXII.

ANNO domini. 1247. menſe Iunij vt refert Vincen.ſpe.hiſt.li.32. accidit hoc triplex miraculum apud Iconium in partibus Syriç in loco cõmuni, vbi erat crux ſculpta in quodam palatio. Quidam ioculator ibi ſtabat, & in facie omnium adſtantium cum vrſo ludebat. Vrſus autem leuato crure ſuper crucem prope ipſum exiſtentem minxit, ſtatimque videntibus omnibus expirauit. Cúmque Chriſtiani adſtantes ſuper id, quod acciderat Deum laudarent, quidam Saracenus indignatus eſt valdè, quòd ibi ſuper miraculo facto Chriſtum extollebant, idemque accedẽs in impetu tanquã in contẽptũ ipſius Crucis & Chriſtianorum manu Crucem percuſſit: ſtatimque brachiũ eius cum tota manu, qua illam percuſſerat, exaruit.

Iterum Saracenus quidã alius ebrietati vacãs illamque Chriſtianorum admirationem & laudem vilipendens, quaſi furioſus à potatione ſurrexit, & in cõtemptum Chriſtianitatis mingere volens ſuper crucẽ morte ſubitanea percuſſus eſt. Sicque Chriſtianorũ multitudine Deũ magnificante ſuper tribus miraculis ibi oſtenſis, quidam Græcus inſpiratione diuina inflammatus acceſſit ad Baliuum ciuitatis, rogans vt locũ illum immundum & abominabilẽ ei venderet: in quo ad honorem Dei & ſanctæ crucis eccleſiam ædificaret. Pro quo etiam ſi ſibi concederet, promiſit, quòd viginti duo millia ſoldanorum Soldano daret. At verò Baldinus Turcorũ epiſcopus, cùm audiret, quòd ſic locum illum appeteret Chriſtianus, impediuit quibus potuit modis omnibus.

Aegypti deſcriptio Vin.c.57.

a In Ægypto ſunt Alexandria ciuitas portus Saracenorum, & Babylon noua ſiue Cayrus domina ciuitatum, & Damiata totius regni clauis & oſtium. Dicitur autem Babylon noua ad differentiã aliarũ. Tres enim fuere Babyloniæ. Prima in qua regnauit Nabuchodonoſor rex Chaldæorũ, ſita ſuper Chobar fluuium, quæ capta & deſtructa fuit à Cyro rege Perſarũ & Dario, interfecto rege eius Balthaſar, & nũquam fuit reædificata. Secunda in qua regnauit rex Ægypti Pharao, & iſta etiã deſtructa & deſerta, vt prior. Tertia eſt quæ eſt prope Cadrum ſeu Cayrum, in qua fuit olim regia ſedes & horrea Ioſeph.

Babyloniæ tres. Dan.5.

Babylon igitur iſta tertia & Cadrus ſeu Cayrus, ſunt duç ciuitates intermedia tertia parte vnius leucæ, Cadrũ ſolo muro firmiſſimè munitum inhabitant Chriſtiani, Iudçi, & Saraceni, Deumque ſuum colunt, ac leges pro velle ſuo cuſtodiunt. Circa hanc vrbem ſunt pomœria multa & optima.

Prope eſt arbor balſami cuius cortex inciditur tempore maturitatis in fine Maij. Incisionibus autem eius vaſa vitrea ſupponũtur: in quibus guttæ ſtillantes recipiuntur, atque in eiſdẽ vaſis per dimidium annum in ſtercore ſeu fimo columbino reconduntur, & ita defçcantur. a Saraceni verò aquam fontis, cuius hortus balſami irrigatur multum venerantur, & inde ſingulis annis abluuntur.

Babylonis deſcriptio c.58.

Alexãdria eſt ciuitas Soldani Babylonis, aliquantulũ à Nilo diſtãs, nec aquã dulcẽ niſi per meatus cõductitios habens: in cuius portu ſita eſt turris, in qua de nocte accẽditur ignis, vt videatur portus à nauigãtib⁹. In hac vrbe ſunt plures Eccleſiç Chriſtianorũ inter quas eſt eccleſia beati Marci & capella in qua ſcripſit euangelium ſuum vltra illud, quod Romæ ſcripſerat. Ibi eſt locus ſepulturæ eius, vnde Veneti furati ſunt corpus eius, vt ſuprà habitum eſt. Ibi eſt ſedes patriarchalis. Ibique bis pariunt oues & caprç. Piſa & legumina & huiuſmodi à feſto beati Martini colliguntur vſque ad mẽſem Martij. A Babylone noua itur ad Damiatã verſus orientẽ: quæ diſtat ab ea tribus dietis & itur ad Alexandriam verſus occidentem, quæ diſtat à Babylone tribus dietis per terram, ſex per aquam. Porro vſque ad Damiatam ſunt ſeptem dietæ à monte Sinai, & à Damiata vſque Tannisvna dicta. Sita eſt Damiata inter mare & flumẽ Nili, vbi etiã in mare decurrit maior pars Nili.

De Alexãdria. Vid. Pinifi l.b. 5.c.5.

Damiata c.57.

a *Aegypti ideo hoc loco credo D. Anton. poſt Vincentium deſcriptionem facere, quod rex ſanctus, de qua cap. ſequenti, Aegyptum maximè Chriſto ſubijcecere tentauerit, vt inde facilius terram ſanctam inuadere, & Deo volente retinere poſſet. Cæterum quamuis non deſint qui Cayrum celeberrimam Aegypti vrbẽ Babylonem olim nominatam putãt, Paulus Iouius li. hiſt. ſui temp. 18. Memphis dictam fuiſſe ſcribit, Memphis, dicens, vaſto ambitu tres ingentes vrbes complectitur, ſed hæ raris inter ſe iunctis ædificijs vnam efficiunt: quarum frequentiſſimam hodie nouum Cayrum appellant. Eam longitudinem ſex milliaria ſecundum Nilum amnem protenditur, & ab Nilo paſſus mille paribus ſemper interuallis diſtat: latitudo eius decem ſtadia non excedit. Extant ibi tria Chriſtianorum templa diuerſis in locis, quorum vnũ multo aliis venerabilius exiſtimatur, propter Cryptæ famam vbi Maria virgo ſæuitiem Herodis fugiens cũ infante Deo Chriſto latuerit. Alia Barbaræ virgini & Georgio equiti, diuis apud eas gentes celeberrimis nuncupata ſunt. Cayrum nouum continuatis prope ædificijs Bulachum ſequitur. Id oppidum in vrbis effigiẽ altioribus tectis ſuperbũ Nilo adiacet. Eo cuncta nauigia quæ aduerſo amne ſubuehuntur applicant, cæterum mercatorum concurſus nouo in Cayro celebratur. Paulò ſupra Bulachum Cayrum vetus occurrit, quod pariter nouo Cayro intercedentibus ædificijs interuallo viginti ſtadiorum annectitur, & præterfluenti Nilo imminet, plurima mediocris ſtructuræ ædificia vtranque ripam obtinent: hæc ille. & multa alia quæ ad illuſtrandum hunc D. Antonini locum aliquantulum faciunt.*

a *Balſamum vni Iudææ conceſſum ex Plin. li. 12. cap. 26. nec alibi vſquam viſum, quàm in Hiericho, in Aegyptum tranſlatum eſt. Ioſeph. Ben. Gorion lib. 4. cap. 22. vbi creſcere dicitur rigatum fonte qui virgini & filio eius ſcaturiit, non aquæ alterius irrigatione diligenti Aegyptiorum cuſtodia. Iouius. Gene. hinc D. Anton. aſſerit meritò fontem hunc à Saracenis honori eſſe & venerationi.*

A.C. 1248. cum multis baronibus iter tranſmarinum arripuit. Et cum eo ex ciuitate Pariſijs exierunt venerabilis Odo Tuſculanus epiſcopus Cardinalis legatus Apoſtolicæ ſedis & duo fratres germani eiuſdem regis ſcilicet dominus Robertus Attrebatenſis, dominus Carolus Andegauenſis comes, & multi alij regni barones.[a] Veniénſque ad aquas mortuas, vbi claſſem ſuam parari fecerat in feſto beati Bartholomæi intrauit mare. Recedenſque a portu nauigans duce domino paulò ante feſtum beati Matthæi in Cyprum apud Immotium applicuit. Sed quia galeæ ſuæ ac cætera claſſis cũ balliſtarijs ac peditibus ſuis nondum aduenerant, propter hyemis inſtantiá in Cypro vſque ad Paſchale tempus expectauit. Quo medio tempore rex & omnes nobiles illius regni contra Saracenos crucis ſignaculum acceperunt.

Vide etiã continuationẽ ſacri.lib. 4.cap.1.

A.C.1249

Eodem tempore Soldanus Babyloniæ: qui ad inuadendas Chriſtianorum terras magnum exercitum congregauerat, audito de aduentu regis Francorum conſilium ſuum reuocauit, & in Ægyptum rediens, Alexandriam & Damiatam vrbes victualibus & bellatoribus muniri præcepit. Eadem autem hyeme multi de exercitu Francorum graſſante epidimia defuncti ſunt, ſcilicet epiſcopus Bellouacenſis & comes Montisfortis, & comes Vindocinenſis, Guilielmus de mellato: & Guilielmus de Barris, & alij comites & populares, quorum æſtimatur numerus vſque ad ducentos quadraginta.

Peſtis in Chriſtianorum exercitu mira magis q̃ funeſta ſup.c 8. § 21. Aemyl.

Et eo tempore cùm rex eſſet in Cypro recepit literas à principe magno Tartarorum Cicaltay de conuerſione ad fidem imperatoris Tartarorum, vt dictum eſt ſupra in vltimis. §. capituli præcedentis.

Rex Armeniæ ad regem Franciæ legatos mittit. Vin.c.96.

Dum etiam eſſet rex in Cypro, rex Armeniæ audito eius aduentu ſolennes nuncios cum regalibus encœnijs ad eum miſit ſe offerens eius voluntati quos ille prout decuit honorabiliter recepit. Cum autem rex audiſſet inter dictum regem & Antiochenum principem eſſe diſcordiam, quæ plurimum Chriſtianitati eſſet damnoſa ad vtrumque ipſorum miſit nuncios egitque cum eis vt inter ſe treugam per duos annos facerẽt. Miſitque principi Antiochiæ ſexcentos balliſtarios propter Turcomanos, qui eius fines grauiter infeſtabant.

Soldanus Babyloniæ homines ad necandum regẽ dirigit.

Ijs diebus capti ſunt quidam, qui cõfeſſi ſunt ſe & alios plures miſſos à Soldano Babyloniæ: vt quocunque modo poſſent regẽ & eius principes veneni maleficio enecarẽt. Audierat enim Soldanus Babyloniæ eius aduentum in Cyprũ, vnde ſibi & ſuo regno vehementer timebat. Et ob hanc cauſam niſus eſt omnibus modis Alapiæ Soldanum (qui ſibi inimicabatur) reconciliare, qui eius agnoſcens verſutias ipſius promiſſiones contemnebat. Ob quorum etiam concordiam Caliphas Baldacẽſis, & Senex de monte nuncios ſuos ad vtroſque deſtinauerant, ſed minimè potuerunt, quod petebant, obtinere. Quare indignatus Soldanus Babyloniæ vrbem Chamelæ, quæ Soldani erat Alapiæ, per gentes ſuas fecit obſideri, & ipſe Damaſcum ſe cõtulit. Soldanus autem Alapiæ muniens vrbem obſeſſam, collecto exercitu properabat, vt obſidionem ſolueret. Sed Caliphæ nuncij inſtabant, vt inter ſe pacem componerent, proponẽtes eis pericula, quę inſtabant genti Saracenorum ex eorum diſcordia propter exercitum Chriſtianorum, qui per regem Francorum potentiſſimum congregabatur in Cypro. Sed ille verbum pacis nullatenus admittere voluit, quãdiu in eius terra Babylonicus moraretur exercitus, ſed aſſerebat proculdubio die ſequenti ſe cum eis pugnaturum. Vnde dicti nuncij conſiderantes, quantum eſſet periculum, ſi duo potentiſſimi exercitus inter ſe committerent bellum tantum apud duces exercitus inſtiterunt, quòd Babylonicus exercitus obſidione ſoluta ad propria remearet.

Diſcordia inter Soldanum Babyloniæ & Alapiæ. Vin.c.95.

A.C. 1248.

Inter hæc autem magiſter Militiæ templi & Mareſcallus hoſpitalis ſcripſerunt regi Francorum, quòd Soldanus Babyloniæ cum magno exercitu erat in Damaſco, vnde timebãt, ne Ioppẽ vel Cæſaream vellet obſidere. Poſt hoc nõ multis diebus elapſis, notificauit iterum idem magiſter dicto regi per literas quòd Soldanus Babyloniæ per quemdam ſuum Admiraldum fecerat eum requiri, vt de intentione domini regis eum certificaret, quia libenter Soldanus cũ eo pacem habere vellet. Quod rex valdè moleſtè tulit, ex eo q̃ publicè dicebatur, quòd Soldanus dictum Admiraldum ad dicti magiſtri petitionem ad eum miſerat. Quare mandauit eidem magiſtro, ne tales nuncios de cætero abſque ſuo mandato ſpecialiter reciperet, aut colloquium de cætero cum eis habere præſumeret: præſertim, quia Turci ex hoc ipſo poterant præſumere, quòd ideo apud Chriſtianos talia tractarentur: quia Frãcorum regem viribus inferiorem exiſtimarent.

S. Rex cũ Soldano Babyloniæ nullam pacem habere vult. Æmyl.

Interea miſit dominus rex patriarcham Hieroſolymitanum, & epiſcopum Sueſſionẽſem & Cõneſtabularium ſuum in Achonem pro vaſis marinarijs conducendis & ſedanda diſcordia, quæ inter Balliuum regni Cypri, & Venetos erat exorta. Sed & inter Piſanos & Genuenſes etiam valdè periculoſa interuenit diſſentio. Igitur qui venerant, domino adiuuante ad tempus his ſopitis diſſentionibus, cõduxerũt nauigia ſufficiẽtia ad populum adducendũ, qui proſpera vſi tẽpeſtate ad portum Immotij venerũt in Cyprũ.

S. Rex diſcordias ſedat. Vin.c. 96.

Vin.c.97.

Superuenerunt etiam galeæ & naues de inſulis,[a] qui per diuerſa hyemauerant loca, in quibus erat populus cruce ſignatorum valde magnus, qui ex diuerſis regionibus regem fuerat ſecutus. Itaque die ſabbati poſt Aſcenſionem domini, poſtquam dominus rex cum omni exercitu nauem aſcenderat, publicatum eſt, quòd verſus Ægyptum dirigerent greſſum ſuum ad Damiatam vrbem Dei adiutorio obſidendam. Dãtes igitur vela vẽtis, verſus Ægyptũ curſum

Chriſtianus exercitus ex Cypro ſoluit A.C.1249.

a Sanctus rex cum vxore cum duobus fratribus Roberto & Carolo ac vtriuſq; vxoribus, & Odone legato Romano Maſſiliam petiit: Nauẽ conſcẽdit 8. Cal. Sept. qui dies eius memoriæ in numerum diuorum relati conſecratus eſt. Aemyl.

a Quos ſubſequi regem primo tempore oportuerat ſegniter domo ſoluere ac hyeme opprimente in inſulas alij alias diſſipati, ne initio quidem veris. ſed æſtate appetente aſſuerit, & Guilielmus villa genere Francus, idem Achaiæ princeps, cum claſſe Peloponeſiaca venit, quod ea pars Græciæ in latinorum fide foret. Simul affuit Robertus dux Burgundiæ cum ſua nobilitatis manu ſatis magna. Idem.

A.C. 1249.

dirigebant:ſed ventis agitati contrarijs iactati ſunt prope Paphũ Cypri vrbẽ,ſed cũ nõ potuiſſent ibi applicare redire Immotium,vnde receſſerant ſunt coacti,vbi aliquot ſteterunt diebus. Quo tempore applicuerunt illuc dux Burgundiæ & princeps Achaiæ,qui in partibus Romaniæ remanſerant. Poſtremò aptatis omnibus iterum ſe mari exponentes, proſpero vſi ſunt vento, dieque ſequenti apparuit illis terra Ægypti,& poſt paululum ciuitas Damiata Anchorantes igitur vaſa aliquandiu ſteterunt immoti. Videbãt enim littora tam equitum quàm peditum Saracenorum plena. Inſuper & Nili oſtium nauibus refertum ad noſtrorum tranſitum impediendum.

Anchorare, id eſt, iacere anchoras.

Noſtri in Aegyptũ intrant.

Sequenti igitur mane Chriſtianis intrantibus in vaſis paruis quę in inſula Cypri fabricata fuerant,armati appropinquauerunt ad terram; ac protecti clypeis quidam in aquam deſcenderunt atque hoſtes viriliter iuuadentes repulerunt à ripa,adeo vt reliquæ naues ſine difficultate applicantes ad terram, hoſtes qui defendere littora conabantur multis occiſis & vulneratis fugauerint. In hoc quidem conflictu aliqui de maioribus eorum ceciderunt, videlicet Damiatæ capitaneus & duo alij Admiraldi. Soldanus autem Ægypti ibi præſens non extitit,quia in quodam loco, qui à Damiata per vnam dietam diſtabat graui languebat infirmitate. Chriſtiani autẽ tota die illa in loco in quo pugnauerant ſteterunt, ſequenti verò die arma & bellicos apparatus deponentes, ciuitati appropinquauerunt.

Vinc.c.98.

Saraceni Damiatam noſtris ſpõte dimittunt.

Cúmq; rex cũ cæteris principibus de modo obſidendi vrbem tractarent,Saraceni qui erant in vrbe, diuina virtute perterriti, tam equites quàm pedites deſperantes ciuitatem illam contra noſtros poſſe defendere, clam illa nocte relicta ciuitate fugerunt, atque ignem in multis locis vrbis ponentes,vt vrbem Chriſtianis inutilem relinquerent,dimiſerunt. Quo percepto noſtri primò mirati ſunt hoſtium fugã, & quòd ſine aſſultu ciuitatem relinquerent.Quare dolũ in fuga exiſtimantes noluerunt ſtatim fugientes ſequi,nec vrbem introire: ſed motis caſtris tranſierunt pontem,quem de nauibus fabricauerant Saraceni. Quo facto dominus rex electis quibuſdam de exercitu expeditiſſimis mandauit,vt vrbem ingrederentur.Ipſe verò armari fecit exercitum,vt ſi intra vrbem locatæ eſſent inſidiæ aduerſus noſtros,citius poſſet iis, quos pręmiſerat,exercitus maior ſubuenire. Intrantes igitur noſtri in vrbem & eam totaliter vacuã inuenientes, regi & legato nunciauerunt, qui lætati ac domino gratias referentes vrbem ingreſſi ſunt.In qua pręter illa,quæ ab igne conſumpta fuerant,multa victualia inuenerũt, multa præterea,quæ ad cæteros vſus exercitui proderant.

Itaque extincto igne atque emundata vrbe, dominus legatus cum patriarcha Hieroſolymitano Machomeriam reconciliauit,atque redditis ibi de conceſſis beneficiis domino Deo gratiarum actionibus,ibi præſente rege in honorẽ beatiſſimæ virginis miſſa celebrata eſt. Capta eſt ciuitas Damiata ſecundo à Chriſtianis duce Francorum rege illuſtriſſimo Ludouico anno domini 1249.die octaua poſt feſtum Trinitatis.Manſitque ibi dominus rex cum toto exercitu per totam illam æſtatẽ. Non enim ei conſulebatur,quòd ad vlteriora procederet contra hoſtes propter fluuium, qui illo tempore debebat inundare:quia aliàs Chriſtianus exercitus in illis partibus irreparabile damnum ab aquis inundantibus fuerat paſſus. Eodem anno circa feſtum Ioannis Bap. dominus Alphõſus comes Pictauienſis,frater domini regis Ludouici iter tranſmarinum aggreſſus,cum multitudine bellatorum applicuit Damiatam.

Machomeria id eſt, Machometi phanũ.

A.C. 1249.

Vide ſup. c.3.§.4.

Noſtri in Saracenos pergunt. Vin. ibid.c.99.

§. II.

TRANSCVRSA æſtate dominus rex illuſtris Ludouicus de conſilio ſuorum præparato tam nauali,quàm terreſtri exercitu vigeſimo die Nouembris contra hoſtes Crucis Damiata egreſſus eſt,atque non longè à villa quadam quæ Maſſera dicitur contra Agarenorum caſtra & ipſe caſtra locauit, & qualiter bellum diſponeret cum ſuis magna maturitate tractabat.Fiebant interim inter noſtros & hoſtes quotidie quaſi leuia pręlia,ex quibus ſemper noſtri fugatis hoſtibus ſuperiores reddebantur. Quibus diebus Soldanus miſerrimã finiuit vitam. Sed in infirmitate poſitus ſcripſerat filio,qui tũc temporis ad conducenda auxilia ad orientem profectus fuerat, vt omni mora poſtpoſita rediret inÆgyptũ:Moriẽs ergo totius exercitus curã necnon &Ægypti dominium cõmiſerat cuidam de Admiraldis viro ſtrenuo & fideliſſimo nomine Farcadino.

Soldani mors.

. Rex igitur cum ſuis cùm confligere contra hoſtes deliberaſſet omnino, non tamen ad eos patebat acceſſus propter quoddam brachium fluminis Nili quod inter vtrumque erat exercitum:qui propter aquarum profunditatem in loco illo non erat vadabilis.Cùmque aliquandiu ibi ſtetiſſet exercitus, ac multis modis trãſitum tentaſſent,nec illis pro tunc ad eos pateret acceſſus, per quemdam captiuum noſtris capitaneis notificatum eſt, quòd quidam locus erat non longe à noſtris caſtris, in quo ſine periculo fluuius poterat tranſuadari. Igitur die carniſpriuij ſequentes conductorem, venerunt ad locũ,atq; ordinatis ſecundũ rei militaris diſciplinã aciebus,in Dei nomine flumẽ trãſire cœperunt,non tamen ſine difficultate:nam in aliquo loco equos natare oportebat. Attamẽ ſine dãno totus tranſiuit exercitus. Poſtquã noſtri tranſito fluuio,iã ſine difficultate manus cũ hoſtibus conſerere poterant, verſus caſtra eorũ iter arripiunt,omnia igne & ferro cõſumentes. Nam effractis quibuſdam caſalibus, quæ ſupra Nilum fluuium ſita erãt,nec ætati nec ſexui pepercerũt. Progredienteſq́ue vltra cum parte exercitus,cũ Saracenis,qui noſtris viriliter occurrerunt,conflictũ habuerunt. Quibus in fugam verſis,multos ex illis occiderunt, inter quos & illorum capitaneus occubuit. Cùm autem de hoſtibus iam plenam habere ſe victoriam crederent:acies noſtrorum ſe inconſultè diuidentes,vniuerſam illam regionẽ luſtrare cœperunt.

Noſtri flumen tranſeunt. A.C.1250.

Sara-

A. C. 1250.

Saraceni autem perpendentes de illorum in conſulto proceſſu, videntes noſtrorum acies hincinde diſperſas, reſumptis viribus irruerunt in noſtros tanta inſtantia, vt pene in fugam verterentur. Reſiſtebant tamen, vt poterant: cùm vndique ab hoſtibus premerentur, & de eis fieret ſtrages horribilis: maximè nobilium & baronum, qui vexillum regium ſequebantur. Inter quos Dominus Attrebatenſis comes Domini regis frater ibidem, vt creditur, occiſus eſt. Nam ab illa die nunquam comparuit vlterius. Durauitque vſque ad horam nonam conflictus & Chriſtianorum ſtrages. Circa veſperam noſtri, vt poterant, ſimul coeuntes, ac receptui canentes, ſe ad quemdam locum etiam inuitis hoſtibus reducentes caſtra locauerunt. Quieſcentes autem aliquot diebus inuenerunt ſe maxima recepiſſe damna in hominibus & in equis: qui ex magna parte perierant. Nihilominus tamen cùm ſe ad reſiſtendum hoſtibus pararent, ſubitò hoſtes fidei, qui ex victoria animoſiores effecti erant tanto impetu noſtrorum caſtra aggreſſi ſunt, vt pene ab eis caſtra expugnarentur. Tamen noſtri, cùm ſic ab hoſtibus premerentur: vndique eruptione facta hoſtes aggreſſi repulerunt magna illorũ multitudine interfecta.

Noſtri à Saracenis grauiter vexantur.

Cùm autem Deo ſic permittente noſtrorum ita attenuatus eſſet exercitus, & illis balliſtarum ſubſidium, optimum armorum genus contra Saracenos, totaliter defeciſſet: non videbatur vltra procedendum, ſed erat quorundam conſilium quòd antequam Soldani filius rediret: qui cum infinita illius gentis multitudine in proximo aduentare dicebatur, Damiatam noſtrorum copiæ quæ ſupererant, remearent. Sed Gallicana militia indignum ducens dare hoſtibus terga, vltra procedendum cenſebat.[a]

Hoſtes noſtris infeſti redduntur. Vin c.100.

Cũque ſuper hoc diſceptaretur, nec quid eligendum eſſet deliberarent, ſubitò cum illa multitudine Soldani filius ſuperuenit. Qui audiens noſtros ſuperiori bello attenuatos habito ſuorum conſilio a noſtros aggredi ſtatuit. Noſtrorũ autem de die in diem deteriorabatur conditio, atque illis irata diuinitate omnia in contrariũ ſuccedebant. Nam peſtis aſtra illorum cinuaſit tam in hominibus, quàm in equis, ita vt non ſolùm diminutus, ſed conſumptus videretur exercitus.

Peſtilentia in noſtris deſæuit.

Accedebat autem ad miſeriarum cumulum, quòd tanta erat in caſtris fames: vt homines inferioris manus non poſſent ſuſtentari.

Carauellæ nauigij genus.

Nam paulò ante hoſtes, qui cum galeis eorum & vaſis aliis flumen occupauerant: duas carauellas ſucceſſiuè ceperant, noſtris omnibus qui eas conducebant interfectis.

His igitur incõmodis arctatos intolerabilis neceſſitas coegit illos (ſi Deus permiſiſſet) Damiatam afflictum exercitum reducere. Quinta igitur die Aprilis cùm eſſent in itinere redeundi, Soldanus cum omni illa ſua multitudine noſtros aggreditur. Qui infirmitatibus, fame, laſſitudine, diminuti, minimè valentes reſiſtere omnes, permiſſione diuina in manus hoſtium inciderunt. Adeo plaga illa generalis extitit: vt de

A illa priori multitudine vix pauci euaderent, qui non occiderentur gladiis, aut impiorum vinculis alligarẽtur.[a] Sed & pius ille & illuſtris rex Ludouicus Francorum cum duobus fratribus ſuis Carolo & Alphonſo captus in manus hoſtium deuenit. Itaque per terram nemo penitus euaſit: ſed omnes capti ſunt, & carceribus mancipati non ſine ſtrage noſtrorum infinita. Sed ij, qui per fluuium, verſus Damiatam reuertebantur: quorum maxima pars ęgrotantium & debiliũ erat, aut capti, aut occiſi, aut ignibus combuſti B ſunt. Nam Saraceni in primo aggreſſu, ignem in galeis noſtris poſuerunt.

A. C. 1250.

Fœdus cũ Soldano initur. Vin.c.101.

Poſtera verò die, cùm Dominus rex in carcere teneretur, & ab infidelibus ſatis humanè tractaretur, Soldanꝰ illum de treugis requiri fecit, petens vt ſtatim Damiatam vrbem redderet. Quòd ſi non fieret, tam eum quàm ſuos omnes, quos tenebat captiuos, gladio interimeret. Ad vltimum inter eos pactis interuenientibus ita concluſum eſt: vt Dominus rex Damiatam Soldano reſtitueret, cum omnibus rebus ibi inuentis. Inſuper & octo millia byzantiorum C Saracenorum pro damnis & impenſis, quas Soldanus fecerat. Ipſe verò Soldanus pro parte ſua debebat dictum regem cum omnibus Chriſtianis, quos ceperant Saraceni à tempore, quo exercitus Chriſtianorum intrauerat Ægyptum relaxare. Inſuper & omnes alios captiuos Chriſtianos vndecunque eſſent ſub poteſtate Saracenorum à tempore quo Imperator Fridericus ſecundus cum illis fecit treugam.

Ad ſeruandum igitur ea hincinde præſtitis iuramẽtis, cum Soldanus cùm ſuis iam ad ſuam recipiendam vrbem Damiatam veniret, idem D Soldanus coniurantibus contra eum ſuis, in via occiſus eſt: atque cum eo multitudo magna ſuorum, qui illum defendere auſi fuerant, cum eo pariter interierunt. Interfecto igitur Soldano, ij qui in ea coniuratione principales fuerant, armati ad regis tentorium venerunt: cum auſteritate verborum, petentes, vt iuxta pacta, quę cum Soldano firmauerat ſine mora Damiata illis redderetur. Rex igitur, cùm de retinenda Damiata omnino deſperaret, & maximè cùm ſi non redderet, ſibi & tot probis viris certus inſtaret interitus: habito ſuorum conſilio, pacta, quæ viuo Soldano firmauerat de reddenda ciuitate E cùm dictis Admiraldis firmauit. Itaque ſtatuta die ciuitatẽ Admiraldi receperunt. Qua recepta ſtatim dominum regem, ac fratres ſuos, deinde omnes alios barones regni Franciæ & Cypri, & Hieruſalem liberauerunt.

Damiata Saracenis redditur.

Et hic [b] notandum, quod cũ Soldanus à rege

a *Cum ingentibus copiis repente ſuperueniens Melaxala noſtris ſe oſtendit: Franci pugnam poſcebant vt aut virtute vincerent, aut cum gloria caderẽt, hoſtis pugnandi aquæ loco copiam non fecit. Aemyl.*

a *Rex grauiter laborans primum contra mali vim viribus animi pugnare, deinde ſuperari poterat, rex ſanctus nauicula ſecundo flumine Damiatam clam ferri, antequam hoſtes fluminis potentes fierent, vtque ſibi conſuleret, procerum magna pars hortabatur incolumi rege rem francicam incolumen, facili* F *quamtalibet ceterum iactura, Negauit ſe ſuos deſertu rum, ſeque cum ſuis quamcumque Deus daret ſubiturum fortunam. Aemyl. lib. 7.*

b *Non mirum eſt ſanctum regem adeo negationis fidei verbum exhorruiſſe: ferunt enim illum à puero à matre ſic fuiſſe inſtitutum, vt in animum induceret, malle emori, quàm ſcelus concipere. Amyl. lib. 7.*

A.C. 1250.

exegiſſet iuramentum pro pactis obſeruandis ſub tali forma, quòd in caſu, quo illa non ſeruaret, intelligeretur fidem Chriſti abnegaſſe, nunquam rex acquieſcere tali formæ iuramenti voluit, etiam, ſi Soldanus minaretur ei interitum. Et cum religioſi & periti viri, qui erant in conſilio ſuo, ei conſulerent, ac ſuaderent, quòd licitè poterat eo modo iurare ſine peccato aliquo, reſpondit eis quod ita horrebat verbum abnegationis fidei, quod nullo modo pateretur mens eius talia dicere. Per alium demum modum ab eo recepit Soldanus iuramentum, in quo oſtenditur deuotio regis & conſtantia ad fidem Chriſti.

Sanctus rex abnegationis Chriſti verbum quantum exhorreſcat.

Rex Sanctus Aegyptum dimittit. Vinc. cap. 102.

§. III.

HIs igitur ritè peractis Dominus rex cum reſiduo exercitu de Aegypto receſſit, dimiſit tamen quoſdam, qui cæteros captiuos qui per Ægyptum tenebantur reciperent & ad rerum cuſtodiam, quas in Ægypto dimiſerant. Nam deficientibus nauibus, multa ſunt coacti Chriſtiani dimittere, ſcilicet machinas, arma, & equos, & aliquos bellicos apparatus. Sed infidelis populus & profanus contra id venientes, quod promiſerant: & ſecundum profeſſionis ſuæ ſuperſtitionem iuramento firmauerant: de captiuis reddendis nullatenus ſeruauerunt. Nam de captiuis Chriſtianis, qui pluſquã quindecim millia erant, non reſtituerunt nunciis regis niſi quadringentos: de cæteris rebus nihil penitus reſtituere voluerunt: quinimmo eis (quod deteſtabilius fuit) quoſdam electos iuuenes Chriſtianos, deducentibus ad victimam, & eis proponentibus, vt aut fidem negarent, aut eorum gladiis interirent, multi imbecilles & fragiles legem illam abominabilem Machometi profitendo, fidem negarunt. Cæteri & athletę fortiſſimi in confeſſione verę fidei perſiſtentes, coronam martyrij percipere meruerunt.

Chriſtiani iuuenes aut ad legem Machometi aut ad mortẽ adigũtur.

Rex [a] autem Francorum poſt initas & firmatas treugas cum Saracenis, cum ſperaret Chriſtianos in iis ciuitatibus, quas tenebant in Syria ſecurè remanſuros, de reditu ſuo in occidentem ordinare cœpit. Sed maior pars militiæ templi, hoſpitalis, & baronum, qui conditiones temporum, & patriæ illius magis nouerant, aſſerebant, poſt receſſum eius Saracenos nullo modo pacta de treugis ſeruaturos, cum in eius præſentia contra iuramenta ſua venientes, dictas treugas iam fregiſſent: nec ſecundum pacta liberaſſent captiuos: nec res in Ægypto dimiſſas reſtituere voluiſſent. Quare concludebant rege recendente terras illas ac ciuitates & munitiones quas in regno Hieruſalem, adhuc Chriſtiani tenebant, cum euidenti periculo remanerę: maxime cùm in ſtatu tam debili poſt acceptum in Ægypto incommodum Chriſtianorum conditio remaneret. Aſſerebant enim regi iam iterum dari occaſionem accepta damni reparandi, cùm inter paganos diſcordia magna vigeret. Nam poſt receſſum Chriſtianorum de Ægypto, Soldanus de Alapia contra Ægyptos bella inſtaurans, Damaſcum ciuitatem nobilem iam ceperat, ac in Ægyptum cum ſuis iam parabat deſcendere: vt regionem illam, quæ ſine rectore tunc eſſe videbatur, ſuæ ſubiiceret ditioni. His igitur rex auditis: contra ſuorum conſilium deliberauit ſuum retardare reditum, & in Syria per ſpatium aliquod remanere. Sed duos germanos ſuos ſcilicet Carolum, & Alphonſum remiſit in Franciam ad cuſtodiam regni. Acta ſunt hæc anno Domini a Milleſimo ducenteſimo quinquaſimo, regni verò eius anno. xxiiij.

Rex quamuis vrgeretur in patriam redire noluit, donec Syriæ res ſtabiliret.

a Rex Sidonem, Cæſaream, Ioppenque reſtituit circummiſſiſque oratoribus cuiuſcunque nationis num apud Barbaros in ſeruitute habebantur, eos gregatim ducenos treceno ſque redimebat.

Remanſit itaque rex pro tunc in Syria, nec otioſus. Nam munitiones & caſtra multa in Syria inſtaurauit muris, & victualibus muniuit. Timebatur enim ne Turci in Syriam deſcenderent. Volens autem pater miſericordiarum Deus in ſancto ſuo mirabilem oſtendere pugilem fidei ipſum regem tradidit in manibus impiorum vt mirabilior appareret patientia, fides, & caritas eius. Cùm enim per nauim propinquam facilè euadere potuiſſet, ſpontaneè tamen ſe reddidit, vt occaſione ſui ſuum populum liberaret. Dum autem liberatus à carcere in Syria manſit, multos Saracenos ad fidẽ Chriſti cõuertit, Chriſtianos redimi fecit: Et hoc cùm circa Sidonẽ multa corpora Chriſtianorum occiſorum inueniſſet iam fœtida, & partim à beſtiis lacerata: hæc propriis manibus cum aliquorum de ſuis adiutorio: qui vix illorum fœtorem ſuſtinere poterant, recollegit, & tradidit eccleſiaſticæ ſepulturæ humiliter & deuotè.

Regis ſancti in Syria facta.

Quinque annis in Oriẽte mãſit, nullo ſanctitatis munere omiſſo: vita eius etiam Barbaris miraculo erat: compluresque quod armis extorquere nulla vis potuerat, voluntate ſacra lauatione imbuti ſunt. Initio igitur ſponte, poſtea precibus Pontificum Maximorum in oriente remanſit, totum nomen Chriſtianum incitaturos ſe prædicantium vt omniũ piorum arma in Syriã ferrentur Franci ductu militatura. Sed Chriſtus nullum verè ſuum militem, nullum ducem præter francum inuenit.

Rex ſuis ipſe manibus mortuos ſepelit.

Demum audita morte matris: de conſilio ſuorum redire in Franciam diſpoſuit. Et dum eſſet in mari, tertia nocte prope diluculum ad rupem, ſeu terræ linguam, nauis deferens regem bina impulſione tam fortiter eſt colliſa, quod à nautis & aliis ſubmergenda protinus crederetur. Tanta igitur concuſſione perterriti, & excitati ſacerdotes & alij ſanctum regem inuenerunt coram ſancto corpore Chriſti orantem: Et fuit omniũ firma fides quod eius meritis & precibus omnipotens Deus eos à periculo mortis liberaſſet.

S. Rex ante Chriſti corpus orans nauim à colliſione liberauit.

a Hic deſinit Vincentij ſpeculum hiſtoriale. Nam reliqua quæ vel in hoc titulo vel in 23. & 24. ex Vincentio præferuntur ante hæc tempora acciderunt omnia. Cæterum cùm Vincentij exemplaria in libris enumerandis varient, non mirum eſt nos à D. Antonino in librorum numero recenſendo diſſentire, vtpote qui eo Vincentij codice vſi fuerimus, qui ſemper vno minus, quàm D. Antonini codex librorum numerum computare ſoleat.

Vitæ

A.C. 1243.

Vitæ diui Ludouici Francorum regis ſuccincta narratio.

§. IIII.

Vide infr. tit. 20. c. 8. §. 2.

SED vt de ſancta conuerſatione eius aliqua referamus, propter quæ meritò ſedes apoſtolica per Bonifacium octauum ſanctorum catalogo eum adſcripſit ſeu canonizauit, ſciendũ quòd vt dicitur in eius hiſtoria, hic diuina ſe protegente gratia nunquam ſenſiſſe letalis criminis contagium perhibetur: vt aptè valeat id

Eccl. 44.

de eo dici: Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi in tanta dignitate, honore, & opulentia. Prouidentia verò matris, & procerum, ne tam nobile regnum ſucceſſione careret, vxorem duxit. De qua ſuſceptam ſobolem generoſam, vir ſanctus ſtuduit educare ad amorem Dei, & contemptum mundi: & cognitionem ſui ſalutaribus monitis & exemplis.

Tob. 1. Pia regis ad filios monita.

Et quando ſibi ſecretò vacare poterat: eos perſonaliter viſitans, & de eorum profectu requirens, velut alter Tobias dabat eis monita ſalutis docens eos ſuper omnia Deum diligere, & à vitiis iugiter abſtinere. Serta quoque de roſis aut alios capellos eos portare in ſextis feriis, prohibebat, ob reuerentiam coronæ ſpineæ Domini ſaluatoris capiti eius impoſitę. Et quia ſciebat quòd in deliciis caſtitas, in diuitiis pietas, & in honoribus ſolet humilitas periclitari, ideò ſobrietati animum dedit miſericordiæ & humilitati. Ab inſidiis mundi, carnis, & diaboli, ſe cuſtodiens: & exemplo apoſtoli corpus ſuum caſtigans multipliciter ſpiritui ſeruire cogebat. Multo enim tempore cilicio vtebatur ad carnem, & quandoque propter debilitatem corporis nimiam hoc dimittebat ad inſtantiam proprij confeſſoris: & tunc volebat, quòd idem confeſſor in recompenſationem huius pro qualibet die quadraginta ſolidos Pariſiẽſes ſecretò pauperibus erogaret. Ieiunabat itaque omni tempore ſextis feriis, & maximè in aduentu & quadrageſima & iis diebus à fructibus & piſcibus abſtinebat, laboribus, vigiliis, & orationibus, & aliis ſecretis abſtinentiis ſe affligens.

1 Cor. 9. D. Ludouicus cilicium portabat.

S. Regis humilitas. 2 Reg. 6.

Omnium virtutum decor humilitas adeo refulgebat in eo, vt quanto maior erat, velut alter Dauid tanto humilius ſe gerebat: & coram Deo in oculis ſuis vilior apparebat. Quolibet ſabbato conſueuerat in loco ſecretiſſimo quorundam pauperum abluere pedes propriis manibus, & deinde extergere: ac proprio ore oſculari: ſimiliter in manibus ſingulorum certam pecuniam tribuendo. Plures etiam centum & viginti pauperes in curia ſua omni die reficiebantur abundè & in vigiliis ſolemnibus, ac quibuſdam certis diebus per annum ducentis pauperibus, antequam ipſe comederet, manu propria fercula miniſtrabat. Ipſe enim in prandio ſemper, & in cœna prope ſe tres ſenes de cibis appoſitis caritatiuè nutriebat. Et aliquando ſcutellas, & cibos ſuos, quos Chriſti pauperes manibus contrectauerant, præcipuè offas quas libenter comedebat, vt iterum inde guſtaret, ante ſe eas portari præcepit: Chriſtum pauperem in ſuis pauperibus venerando, de quorum reliquiis ſic comedere non horrebat.

Eius in pauperes benignitas.

Veſtis eius qualis Scarletum .i. purpura vel holoſericum.

Scarleto ſeu bruneto, vel viridi, vel alia veſte

A.C. 1250.

A pompoſa vti nolebat, nec pellibus pretio nimium ſumptuoſis, maximè poſtquam de partibus tranſmarinis rediit prima vice. Dilatationes fidei ardenti deſiderio cupiebat, vnde tanquam zelator fidei, cum concilium fuit celebratum Lugduni per Innocẽtium quartum contra Fridericum ſecundum imperatorem, viſitans Papam obtulit ſe & regnum in adiutorium eccleſiæ & ſui contra ipſum imperatorem, & omnes aduerſarios eccleſiæ.

Edictum eius in blaſphemos.

Hic etiam fieri fecit edictum contra blaſphemantes nomen Domini vel virginis glorioſæ, adiiciens pœnam igniti cauterij in fronte huius

B tranſgreſſoris imprimendi. Et cùm ſemel quidam ſecundum ſæculum generoſus, in hoc vitium lapſus fuiſſet denunciatus in iudicio: multique pro eo apud regem intercederent, vt pœna illa in alteram commutaretur argenta nobilitate eius, nequaquam acquieuit dicens, Ego pro gratia reputarem mihi, vt tale ſignum in fronte mea poneretur, dummodo tantum ſcelus de regno meo extirparetur.

Duella lege diuina prohibita Deut. 6. Mat. 4.

Duella nunquam permiſit: cum hoc ſit prohibitum lege diuina, & non ſit aliud, quàm tentare Deũ. Viſitans hoſpitale quoddam leproſum quemdam horribiliter facie deturpatum vidit,

C cui ſeruiuit, porrigens ei cibum manibus ſuis.

Eius res poſt peregrinationem geſtę A.C. 1254. Iob. 31.

Reuerſus autem de Syria in Franciam ineffabili gaudio eſt receptus. Et ex tunc feruentius proficiens de virtute in virtutem, ad omnimodam vitæ perfectionem peruenit. Et cùm ab infancia ſecum creuerit miſeratio, ex tunc euidentius ſuper afflictos pauperes pia geſtans viſcera neceſſitatibus omnium, prout commodè poterat, ſuccurrit. Tunc enim cœpit fundare hoſpitales domos pauperum religioſorum, ædificare monaſteria, & in diuerſis regni partibus indigentibus annuatim pecunias erogare. Multos conuentus prædicatorum & minorum funda-

D uit ex toto. Poſt certum tempus illuſtris rex Ludouicus zelo fidei accenſus reuerſus eſt in Syriam contra inimicos crucis Chriſti cũ maximo apparatu. Sed [a] paulò poſt infirmatus ad mortem omnibus ſacramentis eccleſiæ deuotè aſſumptis: ſuum ſuo Domino ſpiritum commendauit. Relatum eſt autem corpus eius Pariſios, atque cum ſummo honore ſepultum miraculis coruſcans.

Mors S. Ludouici.

Paſtores Franciæ ad ſacrum bellum incitantur à Dæmone. Aemy. lib. 7. Blon. lib. 7. dec. 2. Contin. Bell. ſacri lib. 4. cap. 9. A.C. 1254.

E

§. V.

NEc omittenda eſt mira deceptio diaboli, poſtquam fideles fuerunt per Saracenos in Ægypto debellati, vt dictum eſt. Nam anno ſequenti neſcitur, quo ludibrio decepti omnes

a *De morte D. Ludouici pluribus agitur infrà*

F *tit. 20. cap. 1. §. 12. Obiit autem D. Ludouicus apud Tunetum in Aphrica An. Ch. 1270. Octa. Calen. Septem. regnauit an. 43. m. 9. d. 19. Corpus eius in Gallias relatum ad S. Dionyſium conditum eſt, quem Bonifacius papa. 8. in Diuorum numerum retulit. A.C. 1294. infrà tit. 20. cap. 8. §. 2.*

ferè

A.C. 1270.

fere paſtores de Francia adinuicem congregantur: ac duce quodam, quem magiſtrum eorum vocabant: dicebant per angelum illis eſſe reuelatum quòd promiſſionis terra de paganorum manibus debebat liberari in proximo. Qui in magnam multitudinem coeuntes ſub ſpecie ſeruoris, & zeli iuſtitiæ, maximè clericos perſequebantur & religioſos: qui eorum facinoribus & peruerſis actibus contradicebant. Nam matrimonia coniungebant & diſiungebant ad libitum, peccata commiſſa, & etiam committenda dimittebant. Et quidam eorum ad modum epiſcoporum annulos portabant, qui benedictionem populo dabant. Pro confictis autem miraculis aperiebant eccleſias, campanas pulſabant, dicentes ſe angelicas habere viſiones, & ſupernorum ciuium colloquiis frui. Vnde cum illis à clero contradiceretur, in eos, tanquam in malefactores deſæuiebant, & illos vſque ad ſanguinem perſequebantur. Nam Aurelianis Carnuti, & per alia loca, qua habebant tranſitum plures clericos & laicos occiderunt contradicentes eis. Magiſter autem eorum, cum ad Bituriges veniſſet cum ſua multitudine paſtorum, primò Iudæos perſequi fecit, eos bonis omnibus ſpoliando, & libros illorum comburendo. Cúque ibi plura enormia perpetraſſet, receſſit. Quo recedente, perſecuti ſunt eum ciues, atque inter villam nouam & Mortemar illum inuenientes cum multis ex ſuis occiderunt. Quo mortuo, cæteri huc illucque diſperſi ſunt: multis etiam ex eis occiſis. Aliqui etiam eorum propter maleficia, quæ perpetrauerant ſunt ſuſpenſi, & ſic eorum conuenticula euanuerunt.

Paſtores illi trucidantur. Mortemar. mortuum mare.

Vita B. Edmundi, quem alij Eadmundum vocant ex Vinc. Specu. li. 31. hiſt. c. 67. & ſequentibus primariam hiſtoriam ex diuerſis MS cod. edidit Sur. tom. 6. quæ huic planè conſentit.

CAP. X.

SANCTVS Edmundus Cantuarienſis archiepiſcopus anno Domini. 1247. fuit ab Innocentio quarto canonizatus: qui non multo ante ad Dominum migrauerat: vir vtrique miræ ſanctitatis & magnæ ſapientiæ. Hic vt refert Vinc. ſpec. hiſto. lib. xxxi. ex geſtis eius: ex Abendonia Angliæ villa originem duxit. In cuius carne florida virginitatis florem illibatum perpetuo Deus permanſurum edocuit, qui eum ſupra morem communiter naſcentium fœlicibus auſpiciis ex ſuæ matris vtero ſegregauit. Egreſſus enim de cella ſuæ natiuitatis ita mundus & immunis à communi corruptionis humanæ contagio apparuit, velut ſi mox in ſindone mundiſſima, nullam contraxiſſet maculam continens de contento. Hunc igitur mater in baptiſmo Edmundum tanquam à mundicia nuncupandum cenſuit. Mater ipſa Mabilia vocabatur: pàter autem Eduardus: qui de conſenſu coniugis ſæculo valefecit poſt tres filios ex ea ſuſceptos: & in quodam monaſterio ſub habitu regulari vitam fœliciter conſummauit.

A Mater verò Edmundi virtute non inferior cogitationi fœmineæ maſculinum animum inſeruit, & in ſæculo nõ ſæculariter viuens, carnis illecebras à ſe viriliter penitus amputauit. Vigilias monachorum Abendoniæ ferè ſingulis noctibus frequentare conſueuerat, & [contra carnis cõflictus] armis militiæ, cõtinẽtię cõgruis ſe induit, cilicio videlicet aſpero ad carnem contecta, loricam ferream ſuperpoſuit vt indumentum piloſum premente ferro plus pungeret carnem ipſam. Intra loricam verò duæ laminę B ferreæ erant ad maius ſupplicium, quarum mater moriens duos filios fecit hæredes Edmundum videlicet ac Robertum. Ab his ergo pueritiæ primordiis Edmundus tam religioſè nutriebatur materna ſolicitudine, vt ex tunc ab ea informaretur ieiuniis & orationibus adultus inſiſtere. Huic mater, vt ſextas vltro ferias in pane & aqua ieiunaret, dedit & promiſit munuſcula, vt parſimoniæ ſalutaris obſeruantias in eius animi horto, arte ſancta plantaret.

A.C. 1270. Vita parentum Edmundi.

Cùm autem mitteret eum & fratrem ſuum pariſios, vt liberalibus imbuerentur ſtudiis: mo- C dicam pecuniæ ſummam dedit eis dicens. Si maternam, vt bonos decet filios, iuſſionem ſeruaueritis, confidite in Domino, quod in omnibus ipſe prouiſor munificus vobis erit. Duo quoque dedit eis cilicia, præcipiens eis, vt ſuper nudo ſe eis veſtirent bis in hebdomada aut ter. Timebat enim, ne poſt quam annos diſcretionis attingerent, per decliua vitiorum & abrupta voluptatis, incederent. Ideoque rudes in arte bellandi familiariter erudiuit. Ipſa etiam Edmundo, quem velut ſanctitatis eius pręſcia cæteris plus dilexit, dum ſtuderet Pariſiis cum D pannis ſuis lineis cilicium etiam mittere conſueuit. [Merito namque præ cæteris eum dilexit, qui nunquam piã matrem verbis aut operibus offendit.] Ita namque tam Deo quàm matri ſuæ placere ſtuduit: quòd omnem à ſe leuitatem reſecans, omnino à choreis aliiſque ludicris ſeu ſpectaculis ſe ſubtraxit. Diebus quoque dominicis & feſtis iuxta monita matris, antequam comederet, vnum pſalterium ex integro pſallere conſueuit.

Mittitur Parhos ſtudendi cauſa. c. 2. vit. Ed. apud Sur. & Vinc. c. 68.

Et quoniam amantiſſimus Domini totis viſceribus authorem vitæ diligere ſtuduit: ipſe in forma puerili puero ſe voluit demonſtrare. Cùm E enim pratum quoddam ſpaciandi cauſa cæteris coætaneis inuitantibus conſenſiſſet ingredi; ab ipſorum tamen comitatu, ſe celerius ſeparauit: ne conſcientiæ ſuæ puritatem vel nugis puerilibus, vel otioſis ſermonibus contingeret maculari. Dum igitur incederet ſolitarius ſacris meditationibus intentus, apparuit illi puer candore niueo nitidus, & colore roſeo rubicundus qui velut à ſummo cœli cardine delapſus, ſubito ſic eum prius allocutus eſt officioſiſſimè ſalutando. Salue dilecte mi, qui cùm audiſſet, vt puer in ſermone ignoti pueri miratus eſt. Quem F cùm ille pauefactum & hęſitantem conſpiceret ipſum alloquens quæſiuit, an ei vel tenuiter notus eſſet. Ille ſimplicitatis columbinæ ſimplici ſermone reſpondens. Nullam (inquit) teneo notitiam tui, neque vt puto tu mei. Adiecit puer. Quomodo ſum tibi ita incognitus, præſertim cùm in ſcholis ad latus tuum ſedeam, & vbicunque fueris, ſociatus tibi fuerim? Deinde addidit.

Cant. 1.

In

A.C. 1240. In faciem meam aſpice, & quid in mea fronte ſcriptum ſit aduerte, ſedulus toto corde. Quod cum feciſſet ſcriptum legit in ea literis cœleſtibus Ieſus Nazarenus rex iudæorum Qui ſtatim quod viderat ei retulit, & ab ipſo protinus audiuit. Hoc eſt nomen meum quod memoriale ſit tibi in deſiderio animæ. His dictis puer ille (in quem deſiderant angeli proſpicere) diſparuit.

Ioan. 19. 1. Pet. 1.

Matre autem eius morti ex infirmitate appropinquanti vocatus eſt ab ea benedictionem vltimam percepturus. Qua ſuper eum edita; cũ ad memoriã reduxiſſet abſentes fratres, exorauit matrem humiliter, vt ipſos quoque benediceret. Ad quem illa. In te (ait) ô fili noueris omnes fratres tuos benedici. Nec enim latuit matrem, quis quantuſue in poſterum eſſet futurus.

Mater eius moriens eū benè precatur. c. 4. Vin. c. 69.

Edmundi & Socij viſio: cap. 5.

§. I.

QVADAM die cum verſus Abendoniam cùm quodam ſocio iter ageret, vidit cãpũ auibus fuligine nigrioribus plenum. Qui cum ſocio miratus eſt de tanta & tali auium multitudine: & ait ſocio. Sta à via ſemotus, & ſigno crucis muni te, & ne timeas: videbimꝰ quid prætendat viſio iſta tanta auium Viderunt ergo poſtea quòd aues illæ corpus quoddam nigerrimum, nec hominis nec vllius animalis effigie diſtinctum in aera ſubuexerunt, nec vltra comparuit talis auium multitudo. Et Edmundus ſocio dixit: Aues illæ dæmones erant, qui deferebant animam vnius, qui defunctus eſt modò in villa iſta, cui appropinquamus, ad loca tartarea: quæ apparuit in forma tam turpi, quia imaginem, ad quam facta erat deformauit peccatis, dum viueret.

Vbi autem ſanctus Edmundus annos adoleſcentię attigit, carnis dilicias non tantummodo fugit, ſed etiam exhorruit. Vnde carnem ſuã nulla vnquam polluit immunditia, ſed in eo permanſit vſque ad obitum virginitas incorrupta. Nam de cõſilio cuiuſdam ſacerdotis perpetuam virginitatem, coram beatæ virginis voués imagine: eidẽ ſe virgini velut dominę commendauit & copulauit perenniter velut ſponſæ, atque in ſignum irrefragabilis fœderis eam annullo ſuo ſubarrauit nouo more. Annullo, inquam, quem ad hoc fecit, digitum ipſius imaginis inſigniuit. Et vt eidem dominæ cariſſimæ iugiter impenderet ſalutationis obſequium, in eodem annulo, ſculptum erat illud aue angelicum. Vt autem in ea ſponſa ſua fœderis inter eos initi recordaretur, & ſponſum dignaretur agnoſcere, qui eam in ſua deſponſauerat imagine: in annulo, cum quo poſt mortem more pontificali ſepultus extitit, inuentum fuit ſculptum cunctis videntibus atque mirantibus illud aue, ac per hoc, & in manu pontificis, & in digito imaginis præcipuum prælucet teſtimonium rei veraciter geſtæ.

Annulo ſibi deſpondet B. virgin. Vinc. c. 6.

Quo autem hoſtis antiquus eum videbat quotidie magis proficere, eo magis ex inuidia ſtudebat pectoris eius pacem perturbare. Vnde quãdam puellam hoſpitæ ſuæ filiam in eius excitauit exidium. Nam impudicos in eum oculos iaciens, animum commouere tentauit ſignis, nutibus ac ſuſpiriis. Sed cum per talia nihil proficeret, apertis cum eo verbis cœpit agere: & multis modis ad amplexus illicitos prouocare. Quã ille vt peſtem fugiens ſæpè corripuit. Sed nec illa à virulento propoſito ſe retraxit. Illa velut altera Ægyptia pro illicitis inſtabat, & ille velut alter Ioſeph ſtuprum recuſabat. Tandem importunitatis pertæſus ſecum habito conſilio melius cogitauit: vt ſeruans continentiam illius, incontinentiæ ſalubrius prouideret. Puellæ, ergo ſolicitanti tempus aſſignat veniendi ad locum, in quo ſtudio ſolus vacare conſueuit. Illã ſperans ſe voti compotem fieri, aſſignato tempore audacter aduenit: quam ingreſſam, & quibuſdam ſuperioribus veſtibus ſpoliatam ad mandatum eius corripuit: virgiſque flexibilibus, quas ad hoc adaptauerat, in dorſo optimè flagellauit: vt ſic cui colligata erat in corde, ſtultitiam ipſam diſciplinę ſolueret virga. Fugit illum, quę diu fuerat inſequuta, et vexatio dedit intellectum, & gratiam appoſuit, ita quòd poſtea puella vt aſſeruit, nunquã tentationẽ talẽ tolerauit, ſed hoc exemplum admirandum non imitandum, ne quis inducatur in tentationem.

Turpiſſimus Satan inſidiatur caſtitati eius. c. 8. Vi. c. 71.

Gen. 39. Impudicã puellam verberibus fœdit.

Prou. 22.

Iſ. 28.

Quędam alia matrona de eo tentata mittebat ei munuſcula ſub ſpecie deuotionis. Sed ille vt cautus & pudicus interrogauit, an hoc ageret de conſenſu coniugis; & illa cùm negatiuè reſponderet: dixit ſanctus vir, hoc ei nullo modo licere. & ſic euaſit manus eius.

Mulierem coniugatã quomodo à ſe repulerit.

Decurſis adoleſcentię annis: non contentus iam ciliciis vti communibus à pueritia aſſuetis: nouo iam genere cilicij carnem ſuam, non tam domare, quàm torquere ſtuduit nouo modo: quem modum & antiquiorib. ſanctis incognitũ & modernis credimus inexpertum.

Quomodo vir factus carnẽ ſuã acrius caſtigarit. c. 9. Vin. c. 72.

Habebat ſiquidem cilicium, nec filis quidẽ ſubtilibus textoris arte compoſitum: ſed ex chordulis artificioſe connexis pariter & coniunctis inſtar retis denſiſſimi intricatum: quod in connexione ſua denſo ordine continebat nodulos tam intolerabiles: quàm (vt ita loquar) ſine numero numeroſos. Quę connodatio cilicij nodos additę carni impreſſit arctius, & cruciauit grauius ſui corporis artus. Et ſic domeſtico tormento corpore ſuperato, martir in pace factus, de ſe triumphum nobilem reportauit. Vt autem idem cilicium ſtringeretur fortius & continuata compunxione caro maius ſuſtineret ſupplicium, fune groſſiori de pilis equinis triplicato cõſtrinxit illud deſuper in hunc modum Funis ille à ſcapulis per corpus circunductus, vſque ad renes deſcendebat, multis inuolucris mediantibus: & tam ſtrictè ligabatur inferius, quòd corpus & pręcipuè ſpinam dorſi curuare vix potuit, vel ſemetipum erigere incuruatus, manuum verò & colli nuda, quæ videlicet propter homines diebus cruciare non poterat: noctibus coram Deo cilicio contegebat. Addidit & cilicina fœmoralia & caligas cilicinas, quib. vtebatur aſſiduò cum lorica, quam ſibi mater reliquerat. In aduentu quoque et quadrageſima indumentũ quoddam portauit plumbeũ, corium, quoddam nihilominus durum induens & nodoſum.

A. C. 1240.

Edmundi magiſtri artium pia opera. c. 10. Vinc. 73.

§. II.

A Factvs autem magiſter artium, præter morem tunc legētium, miſſam & horas canonicas quotidie priuſquam legeret audire conſueuit. Quæ ſcilicet religioſa conſuetudo etiam ſuis ſcholaribus profuit quos vt ſecū miſſas audire conſueſcerent ſic induxit. Pius autem humiliſque magiſter, cùm vnum de ſuis auditorib. ęgrum & egentem decumbere didiciſſet: in domum ſuam eum portari fecit: & qualibet nocte per quinque ferè hebdomadas ante ipſum iacuīt, eique in vrinali, & cæteris infirmis neceſſariis miniſtrauit. Et quamuis hoc fraternæ compaſſionis grauaretur onere, legebat tamen, & diſputabat quotidie. Frequenter autem, vrinale de manū decumbentis excidens integrum remanebat meritis proculdubio obſequentis. Alter ex ſcholaribus ſuis morbum patiens in brachio oſtendendum ei cenſuit, vt ſancto viro: cui dicente: Sanet te Deus gratia ſua, ſanitatem recepit. Quem tamē morbum magiſter ipſe in brachio ſuo excipiens, fortè, quia petierat eum in ſe trāſferri, paulò pòſt & ipſe curatus eſt.

Miniſtrat pauperi ſcholaſtico.

Quomodo ad Theologiæ ſtudiū ſe contulerit. c. 11. Vin. c. 74.

Tranſactis autem ſex annis, quibus egregię rexerat in artibus, adhuc ſociis ſuis legens arithmeticam ſeu geometriam: apparentē ſibi in ſomnis agnouit matrem ſuam, & dicentem: Fili quid legis? Et quæ ſunt illæ figuræ, quibus vacas tam ſtudioſè? Quo reſpondente: Talia lego, oſtenſis videlicet protractionibus, quæ fiunt in arte illa. Mox dexteram manum eius illa arripuit: & in ea tres circulos pinxit his nominibus. Pater, & filius & ſpiritusſanctus, & per ordinem ſingulos ſingulis, nominibus inſigniuit, & ait. Fili chariſſimè talibus figuris, & non aliis de cætero intēde. Qui voce matris edoctus, ſeſe ad theologiæ ſtudium tranſtulit: intelligens nimirum, quòd ſanctæ trinitatis cognitio theologicæ conſummatio facultatis, & origo exiſtit. Et qui prius cùm in artibus legeret, mane miſſas audire conſueuerat, nunc ad religionis augmentum media nocte matutinas in Eccleſia ſancti Mederici Pariſiis audiebat. Poſt matutinas verò in orationibus cum lachrymis coram altari beatæ virginis vſque ad diem conſueuit perſiſtere, & ita deinde nulla corporis quiete interueniente ad ſcholas cum cæteris conuenire. Hora ſimiliter veſpertina ob ſimilē cauſam ad Eccleſiā procedebat. In qua. ſ. Eccleſia rariſſimè vel nūquā ſedere viſ' eſt.

Quē cùm boni nominis epiſcopus Eboracēſis theologiæ ſtudio percepiſſet inſiſtere cogitauit & voluit ei propriis ſumptibus prouidere. Quod ille audiens renuit: nec voluit ſibi ea fieri: verens ne monaſterium ex eius prouiſione contingeret onerari. Siquidem & ipſe pſalteriū gloſſatum & duodecim prophetas & decretales epiſtolas habebat: quæ omnia vendidit, prętiúmque ſcholarib. pauperibus erogauit. Et mirantibus ſociis quòd contra morem omniū ſtudētium codices ſibi neceſſarios diſtraheret, vni eorum de hoc ipſo percūctanti ſerio ſic dicebat. Stulte, omnia pro Chriſto, ſtudentes perfectioni debemus vendere, ac pro eius amore pauperibus erogare.

Quātus in Theologia euaſerit. ca. 12. Vin. ca. 75.

Tanta verò auiditate ſacras amplectebatur literas, q̃ noctes pene ducebat inſomnes, & in breui ſpatio temporis ita profecit, q̃ cathedram magiſtralē aſcēdit licet inuit'. Erat autē prędicator egregi', diſputator acutiſſim', lector ꝓpius. Frequenter multi & magni viri, qui ad eū audiē dū in ſcholis confluebāt, inter legendū à lachrymis ſe continere nō valentes: libros claudebant. Mel ſiquidē & lac ſub lingua habebat, multiq; exierunt de ſcholis eius doctores eximij, ſanctitatis etiam eius veſtigia ſecuti: multi etiam beneficiis ſe exonerantes religioni ſe dederunt.

A. C. 1240.

De Trinitate quomodo verba fecerit.

Quadam die diſputaturus de trinitate cathedram aſcendit, & dū diſcipulos expectans quæſtionem in animo volueret: in ſomnū reſolutus huiuſmodi viſionem cernere meruit. Columba de ſupernis volauit ad ſe deferens celeriter mirificum corpus Chriſti, quod quaſi ſacram communionem tribuens poſuit in ore ſuo, & ſic ad ſuperiora celerius reuolauit. Expergefactus ergo ſupra humanū ingeniū excellētiſſimè diſputauit: & pſpicaciſſimè de beata trinitate diſſeruit.

In prædicatione quoq; mira ei gratia inerat & ignitum eius eloquium quantūcunq; frigidos efficaciter accēdebat. Vnde & comes Saliſberiæ qui longo tempore ſine confeſſione & communione ſteterat de his non curans, ad præmonita eius conuerſus eſt.

Cùm autem populo prædicaret, Crucem dominicam manu propria tenebat aſſiduè: quam frequenter intuens ſolebat nunc amariſſimè flere, nunc honeſtiſſimè ſubridere. Flebat autem, vt dicere conſueuerat, quòd cum plures eſſent verbi auditores, pauci tamen factores exiſterent: cùm tamen Chriſti paſſionem haberent præ oculis, & exempla ſanctorum eius non deeſſent innumera. Ridebat verò, cùm crucem pio cōſpiceret oculo, recolens beneficia, quæ per eā prouenerant toti mundo. Habebat autem pro conſuetudine quolibet die vel nocte dominicę paſſionis inſignia meditando recolere, & in eis ſuauiſſimè delectando illis medullitus inherere.

Affectus eius erga crucē Dominicam cap. 76.

Quadam igitur feſtiua die multis occupationibus & curis fatigatus cùm præuidere nō poſſet lectionem chriſtianam, ſequentem noctem in vigilijs expendit ferè totam: vnde circa aurorā irrūpente ſomno eius occurrit memorię quòd nulla die illius hora meditatus fuerat, ſicut ei de more erat dominicam paſſionem. Timens verò ne grauem capitis dolorem incurreret: ſi antequam ad eccleſiam iret, & ad ſcholas non dormiret: legit potius aliquātulum quieſcere, ac ſolitā contemplationem in ſpe gratię Dei tunc interrumpere. Cùm ergo ſe inclinaſſet ad lectulum apparuit ei hoſtis antiquus multum terribilem habens & tetrum vultum: vnde territus dexterā ſuam manum leuauit, vt ſibi faceret ſignum crucis: quam dęmon apprehenſam impediuit ne faceret. Ipſe verò confiſus in domino, quaſi ambidexter ſiniſtram erexit, vt ſibi crucis ſignaculum imprimeret: ſed diabolus ea etiā apprehenſa, quaſi ſaccus grauiſſimus cecidit ſuper eum. Tunc deficientibus ſibi viribus corporis, orauit in ſpiritu ad dominum, vt ſua virtute ſequientem contereret hoſtem. Sicque dęmon ab eo auulſus ſubitò cecidit inter lectum & parietem proximum in momento. Surgens igitur celeriter, & ſic proſtratum cernens dęmonem: confortatus in fide, ipſum cœpit aggredi dęmonem velut

Dæmonis horrenda viſio.

A.C. 1240.

velut hoſtem, cumq́ue per horribile guttur eius arripuit & illud ſtringendo fortiter ei dixit. Adiuro te per aſperſionem Chriſti ſanguinis, vt dicere mihi non omittas quid ſit illud, per quod valeam tibi plus nocere: & te à meis vexationibus coercere. Et diabolus ad eum, per eum quẽ nunc nominaſti. Et ſic diabolus victus diſparuit ſe victum dolens ab eo, quem ſuis vincendum viribus exiſtimauit.

Singularis viri ſancti abſtinentia. c. 14. Vin. c. 77.

§. III.

HIc ſanctus abſtinentiam illibatam ab infantia ſeruauit, vt ſcilicet in verbo, cibo, potu, ſomno cæteriſque rebus mundanis, in quantum virtus patitur humana. Solo pane cõtentus & aqua ſextis feriis per totum annum abſtinuit & aliquamdo panem tantum ſumens nullum penitus liquorem guſtauit. Vnde nonnunquam fiſſa eius labia videbantur, velut humoris indigens hians terra. Pilis quoque capitis fluentibus & barbę dicebant hoc phyſici ex humoris penuria prouenire. Groſſis vtens cibariis, quo cibus vel potus pretioſior aut delicatior erat, eo minus de eo ſumebat: Nolebat, vt ſibi quiſquam diceret, quid ſibi in prandio eſſet apponendum, imo ſi cibum coram eo poſitum quis multum laudaret, comedere nolebat: eo quòd lautum nouerat. Omni ſecunda feria & quarta, & in ſeptuageſima ſemper à carnibus abſtinebat: nec tamen propter hęc diſputare vel legere dimiſit, niſi alia impeditus neceſſaria ratione.

Phyſici id eſt medici

Initiatus ſacerdotio auxit dotibus.

Poſt quàm verò ad ſacerdotij gradum aſcendit ad quem inuitus venit, ſicut & ad ordines pręcedentes: tunc duras leges, quas in carnis ſuę pręiudicium ſtatuerat, efficere ſtuduit duriores. Rariſſimè bis in die comedere conſueuerat, & id cum ad hoc eum aliorum iucunda ſocietas inuitabat. Denique tantùm ſibi rigorem indixerat abſtinentię, quòd nonnulli ſuorum credebant eum capitis inſaniam vel mortẽ incurſurũ. Orationi ſedulus incumbebat, & nuda ſolo genua infigebat. Vnde nonnunquam vi colliſionis erumpens ſanguis genu reſperſit alterum, aliud verò quaſi ſemper gibboſum & calloſum erat. Singulis diebus à capite vſque ad pedes mẽbra crucifixi ſingula adorabat. Per dies ſingulos tria cantabat paria horarum ſcilicet canonicas, de Spiritusſancto & de beata virgine cum officio defunctorum: Raro poſt matutinas dormiuit non minus id obſeruans hyeme q̃ ęſtate. Lectulũ quidem habuit ſatis honeſtè ſtratum, nec tamen in lecto iacuit, ſed in ſcabello ſuppedaneo, nonnunquàm in terra ipſa, aliquando ad lectũ caput pendulum inclinauit. Linteamina coopertoriũ vel culcitram non habuit: ſed cappa ſua, vel ſcapulari, ſeu certè pallio ſe contexit.

Deveſtitu et moribus ipſius. c. 78.

Veſtimenta habebat griſea, nec abiecta plurimum, nec multum pretioſa. Detractores perſequebatur detractionis vitium abhorrens, nec ijs vnquàm vel ad modicum commodauit auditum vnicum tantùm beneficium eccleſiaſticum quamquàm plura forent ſibi oblata, nunquam tenere voluit, niſi cum onere reſidentię: quòd quoties lectionibus vacare diſpoſuit, ſolebat nullius expectato conſilio reſignare. Suſcepit denique in nobili eccleſia Saliſberię cum canonica dignitatem theſaurarij, ad quam eum inuitauit epiſcopus. Ventilationibus cauſarum, ſeu placitis intereſſe noluit, & vt à cauſarum cognitionibus eximeretur, literas apoſtolicas impetrauit. Pecuniam non dico tangere, ſed nec videre dignum cenſuit: niſi eam quam propriis manibus pauperibus erogauit. Cellaria & alias officinas dedignabatur ingredi, inconueniens hoc eſſe iudicans ſui nominis honeſtati. Rerum ſuarum audire computum ſibi credidit inhoneſtum. Plus extendebat, quàm habebat in reditibus, vnde ęre alieno ſemper erat obligatus.

A ſeruientibus ſuis carnis exigebat munditiã. Nunquàm familię ſuę in ira moleſtus fuit, etiam cùm delinqueret: nec vllis omnino aliis, quoniam ſatagebat ſolicitus iugiter ſeruare pacem cordis. Quod ſibi fuit in facultatibus proprium commune facere ſtuduit piis vſibus egenorum: nullus ab eius ianuis receſſit vacuus. De libris procedebat lectio, et ad iconem beatę virginis, quam ante ſe habebat referebatur oratio. Tantum reuerentię ſacrę ſcripturę detulit: quòd quoties bibliam ſuam aperuit: prius eam oſculando honorauit. Appetitum inanis glorię quæ viris virtutum importunam ſe multipliciter ingerit, ſub quadam ſimplicitatis cautella, & modo mirabili elidere conſueuit.

Crucẽ in ſuis regionibus prædicat. c. 15. Vin. c. 79.

Et quoniàm eũ crucis amatorem apoſtolicus nouerat, legationem crucis ei cum grandi priuilegio commiſit. Qui quãuis põteſtatem accepiſſet procurationes ab eccleſiis recipiendi hac poteſtate nõ vtens gratis euangelium prædicabat: propter quod & Deus dignatus eſt in ipſo itinere pro cruce numeroſis miraculis honorare eum & decorare. Itaque Dũ verbum crucis apud villam Leuceſtrię populo proponeret, acceſſit iuuenis quidam iuuenilibus oblectamentis irretitus, vt ſibi vir ſanctus manibus ſuis crucem daret exorans. Quem mulier quędam volens à propoſito retrahere, per pallium arripuit, ſed non impunè: mox enim manus eius contracta dedit ei intelligere non eſſe licitum à tam pio propoſito aliquem reuocare. Quę vindictam in ſe ſentiens cùm clamorem emitteret prę dolore: hoc audiens vir Dei quęſiuit ab ea, an de manu ſua vellet crucem aſſumere: qua reſpondente ſe vtique velle, dum ſanctus vir ei crucem humeris impoſuit, illa ſanitati omnino reſtituta eſt.

Mulier quæ iuuenem à cruce accipiẽda reuocabat fit contracta.

Similiter in alia villa cùm ad prædicationẽ eius quidam iuuenis crucem poſtulaſſet & amaſia eius teneret eum, vt à propoſito abſtraheret, lumen oculorum amiſit. Sed ſancto viro orante pro ea pœnitente illuminata eſt.

Miracula viri ſancti.

Cùm etiam apud ciuitatem Vigorniæ ad prędicationem ſuam conueniſſet maxima multitudo: cœpit inter prædicationis primordia ſubitò nubes horrida diffundi, & pluuiam cum turbine comminari. Videns vir ſanctus auditorum animos concuſſos eſſe ad diffugium extenta manu oppoſuit impetui turbinis ſignaculum viuificæ crucis dicens, Pręcipio tibi malignè ſpiritus cũ hac commotione longè abſcedere nec adſtantẽ populum ab auditu prędicationis impedire. Quo dicto ſtatim diſceſſit ſpiritus procellarum & nubes lucida obumbrans eis affuit, in circuitu verò pluuia cum tempeſtate valida diſtillauit.

Aliud miraculũ. Vin. c. 80.

A.C. 1240.

Miracula quædam in ſe ipſo patrata. c. 16.

Præterea cum eiuſdem legationis officio fun geretur in multa gratia, quadam nocte in ſua biblia ſtudebat cum candela, & cùm fatigatus vigiliis irruenti ſomno nequiret obſiſtere, contigit ipſo dormiente candelam ſuper libri literam cadere, & ſic diutius ardere. Qui euigilans ſtupuit, & pro biblia, quam maximè diligebat pro prædicatione, ſuſpirauit, & eleuans candelam exufflauit fauillam, quę ſuper librum remanſerat, nulla tamen ignis lęſio ſuper bibliam apparebat. Cùm etiam in pede eum contigiſſet apoſtemate grauari, quod medici anthracem vocant, facto ſigno crucis ſuper ipſum mul toties, ſanitatem illico recepit & liberum greſſum. Sed & cilicium eius vetuſtate conſumptum penè ſuper ignem poſitum, remanſit illæſum & incombuſtum.

Anthrax, i. carbunculus.

Fit Epiſcopus Cantuarienſis, ſed renitens. c. 17. Vinc. c. 81.

§. IIII.

VACANTE autem ſede archiepiſcopali Cantuariæ: in archiepiſcopum canonicè dictæ eccleſiæ eſt electus. Ad quem ſolemnes nuncij cùm ad ipſum fuiſſent deſtinati, ipſam electionem non acceptauit, clamitans ſe indignum, ac dicens. Ego ſum vermis & non homo. Nec tanti meriti, nec tantæ literaturæ ſum, vt creditis, & mundus in hoc deceptus eſt, & vos erratis. Epiſcopus Saliſberiæ eius diœceſanus audito hoc, ei mandat in virtute obedientiæ, vt aſſentiat, nec cito acquieuit. Aſſerunt illum plurimi mortaliter peccare, niſi obediat, præcauendumque eſſe, ne Deum offendat. Talis (inquiunt) poſſet poni loco tui, per quem eccleſia Cantuarienſis læſionem non modicam poſſet pati. Victus tandem pre cibus & non minus ratione conuictus, aſſenſum præbuit, dicens, Nouit ille, qui nihil ignorat, quòd niſi crederem me peccaturum mortaliter, electioni de me factæ nullatenus aſſentirem.

Pſal. 21.

Eius Archiepiſcopi opera. c. 18. Vinc. c. 82.

Paſtor igitur in Dei eccleſia factus, in omnibus magis ac magis enituit virtutibus. Superioribus reuerentiam exhibebat, & obedientiam, paribus concordiam & pacem, inferioribus diſciplinam. Humilitas in eo primatū tenuit. Cùm clerici ſui mane miſſam non audiſſent aliquo præpediti negotio, quod eo oportuit agi tempore, ipſemet procedente die miſſam conſueuit eis perſonaliter celebrare. Iter verò agēs, ſi quis peccata ſua vellet ei confiteri, quamuis paupertimus, deſcendens illico confitenti audientiam præbuit, confeſſor exiſtens affabilis & deuotus. Nec repellebat eum propter inęqualitatem temporis, ſeu etiam propter vicinitatem ſui hoſpitij. [Non induebatur purpura & veſte pretioſa tunicam habens albam vel griſeam.] Verum vt frons ſua cæteris conueniret, ſuperiores veſtes honeſtas habuit, ſed non ſtudio vanitatis. Semper ſibi durus & rigidus, aliis verò compatiens & benignus.

Audiebat confeſſiones.

In miſſæ ſacrificio quomodo ſe geſſit.

In altaris officio totus erat in lachrymis, ita ſe gerens ac ſi exutus eſſet hominem, ac velut in carne dominicam geri cerneret paſſionem. Reuerendiſſimè tractauit omnia eccleſiaſtica ſacramenta, ita vt mentes intuentium prouocaret ad deuotionem, Sexum fœmineum ob honorem beatæ virginis, & ſuam ad eam deuotionem ſemper honorauit, ac religioſè coluit. Per hoc autem, nec in cogitatione, nec aliter ſemetipſum tenuiter maculauit. Puellas ita pauperculas de ſuis facultatibus adiuuabat, vt traderentur ad nuptias, & in his piis operibus expen debat pecuniarias pœnas pro delictis impoſitas legitimè.

A.C. 1240.

Munera in corruptela.

Manus excutiebat ab omni munere, acceptores munerum deteſtans in poteſtate poſitos, vnde & dicebat quòd prendere & pendere non differrent niſi in vna litera. Ex quo innuitur, quòd proximus eſt ſuſpendio, qui munera liben ter accipit: niſi accipiat ea bono modo. Per dona ſiquidem quæ nec accepta ſunt, ſecundum Deum: corrupta eſt Chriſtianitas.

Ob defenſionem eccleſiaſticæ libertatis multas habuit tribulationes. c. 19. Vinc. c. 83.

Et quoniam acceptus erat Deo, neceſſe fuit, vt eum fornax tentationis decoqueret igne ſuo. Volens enim athleta Dei ſe totū pro ſalutē animarum & libertatibus eccleſiæ ſuorū more prędeceſſorum exponere, contradictiones multas patiebatur à regni maioribus, & à rege. Ipſum etiam Cantuarienſe collegiū, quod eum ad apicem tantæ dignitatis vocauerat, eidē in propoſito ſuo, proh dolor, obuiabat. Cúmque familiares eius aduerſitates ſuas plangerent, ac de ſuis dolerent iniuriis, voces eorū querulas compeſcuit ac redarguit dicens. Sicut cùm ęgrotanti filio poculum propinatur amarum, dicit mater, ad ſanitatem hoc ebibe, ita hæc omnia quę vobis offeruntur aduerſa ad ſalutem cupimus epotare.

Quales in ſuos aduerſarios fuerit.

In ipſos autem, qui eum acrius inſequebātur, & in eum atrociores fuerant, ſummam exercebāt miſericordiam, quoties veniā poſtulabant. Eos quoq;, quos aperte ſuos ſciuit eſſe perſecutores, ad pacis paſſim recepit oſculum, & familiaritates alias. Suis verò redarguētibus eū ſuper huiuſmodi & dicentibus, Domine hæc remiſſa māſuetudo animi veſtri, exemplum prębet aliis in vos inſurgendi, reſpondit. Sinite. An neſcitis, quia dominus noſter mortem ſibi inferentibus non ſolùm non reſtitit, ſed etiam pro eis ſuppliciter interceſſit? Certè ſi oculos capitis mihi eruerent, vel vtrunque truncarent brachium, eos nullatenus minùs diligerem, nec minus hilarem exhiberem animum ſiue vultum.

Matth. 26.

S. Edmundus paſtoris officiū exercere non valēs Anglia ceſſit.

Quia verò debitum paſtoris officium, quamquam ad eccleſiæ liberationem manus eius extenſa eſſet, exercere nō potuit, tactus dolore cordis intrinſecus, & quaſi pro aliorum reatibus à ſe pœnas exigens, ſemetipſum extra regnum Angliæ relegauit. Hac autem in hoc cōſideratione ducebatur, quòd ſi totam ſeueritatem eccleſiaſticam expenderet in rebelles, eam forſitan legatus in irritum duceret, & nihilominus regem, alióſq; ſibi in ira moleſtos ad deteriora, & magis grauia prouocaret. Si verò præſens exiſtens eorum errata non conaretur corrigere videretur ea quaſi per quandam diſſimulationis tolerantiam approbare.

Ea quæ ante eius diſceſſum geſſit miracula c. 20. c. Vin. 84.

Tunc temporis autem quoſdam infirmos miraculoſè ſanauit, duos febricitantes, & alium in genibus infirmum. Beatus etiā Thomas martyr, qui fuerat inibi archiepiſcopus, antequam Edmundus exiret Angliā apparuit ei, & ad agēdum viriliter monitis eum familiaribus animauit.

Quo

A.C. 1240.

Quo viſo beatus vir pedem martyris nitebatur ad os ducere: ſed beatus Thomas, ne oſcularetur prohibuit ei ſubtrahens pedem ſuum: propter quod ille fleuit & ingemuit. Cui ſanctus Thomas; Cur fles inquit? Pro eo reſpondit, quòd indignitas mea non patitur, quòd os meum oſculetur pedes tuos ſanctiſſimos. Ad qué martyr, Pro hac repulſa nolo te flere, quoniam tempus appropinquat, quo me oſculaberis in ore. In procinctu quoque itineris poſitus, vt egrederetur de terra: cum religioſis ſecreto contulit, eiſque cauſam reuelauit ſui receſſus ab Anglia.

Venit ad monaſterium Pontiniacum c.21. Vin. c.85.

Clam igitur & quaſi fugiens ſanctus vir egreditur ab Anglia, & mari tranſito ad Pontiniacum monaſterium peruenit ducéte cum domino via recta. Nouerat ibi eſſe commune refugium omnium de regno Angliæ exulantiũ pro iuſtitia prælatorum. Præſcius quoque futurorum locum prædeceſſorum ſuorum aſylum ingreditur, & ipſorum veſtigia ſequens, ſuper hoc quòd Deus illuc eũ aduexerat, nõ modicè gratulatur. Ante oculos ſiquidem cernebat, qualiter beatus Thomas ibidem ante tẽpus ſui martyrij cum patiẽtia per ſex annos expectauit brauium ſui curſus. Et quomodo famoſus ille Stephanus de Languetona cum pluribus ſuis ſuffraganeis ſimiliter per annos plurimos ſui palmam certaminis præſtolatus eſt inibi. Pontifex ergo Edmundus Pontiniacum ingreſſus cum honore ſuſcipitur, lectionibus & orationibus vacans, & populis propinquis quandoque prædicans.

Prælatos ex Anglia exulare nõ eſt nouũ.

Stephanus de Languetona pro pietate exul.

Eo autem infirmato, & ſole ibidem ſatis ferueſcente inde recedens, quendam prioratum, cui Solciacum nomen erat adiit. Dolentibus autem Pontiniacenſibus quòd ſubtraheretur eis ipſius præſentia conſolatus eſt eos dicẽs. Reuertar huc in ſequenti feſto beati Edmundi regis martyris. Quod vtique ſine prophetico ſpiritu non protulit, ſicut euentus ſubſequens comprobauit. Ea quidem die ad Pontiniacum corpus eius eſt delatum. Sic impleuit mortuus quod promiſerat viuus paruo poſt tempore moriturus.

Cùm ergo cerneret ſibi imminere nouiſſimũ diem afferri ſibi iuſſit dominicum corpus. Extẽdenſque dexteram ad ipſum ſacramentum cùm fuiſſet allatũ ait cũ fiducia. Tu es domine in quẽ credidi, quem prædicaui, quem docui veraciter. Tu mihi teſtis es, quòd aliud in terra poſitus, q̃ te nõ quæſiui: ſicut tu ſcis, quòd nihil niſi volo quod tu vis domine. Itaque fiat voluntas tua, quia omnia poſita ſunt in tua voluntate. Poſt perceptionem Euchariſtiæ tota die illa ita erat iucundus & hilaris, ac ſi eſſet ab omni ægritudine liber & immunis. Tandem extrema inũctione recepta, nullum certum mortis indicium prętulit, non gemitus edidit vel ſuſpiria aliqua, nec lecto decubuit, ſed ſedit, vel caput ſuum ſuper manũ ſuam reclinauit. Demum prætioſam reſolutus eſt in mortem. 16. Cal. Decemb.

Sanctus vir quomodo Chriſti corpus ritè compellat.

Corpus igitur ſerui Dei in feretro ponitur, vt ad Pontiniacum, vbi ſe ſepeliendũ cum ſumma deuotione deuouerat, referatur. Euiſceratur vt talibus fieri ſolet, interior pars corporis, quæ in quadam eccleſia beati Iacobi tumulata fulget miraculis & virtutibus glorioſis. Corpus reſiduũ pro more lotũ, veſtibus ſacris induitur & cum honore maximo & reuerentia populi ad Pontiniacum defertur. Sicque in die beati Edmundi martyris corpus ſacrum inibi eſt collocatum. Paratoque ei ſepulchro decenti intra ſeptem dies nihil corruptionis apparuit vel mali odoris in illo ſpacio, ſed iacebat corpus in medio eccleſiæ quaſi roſeo colore perfuſum facie reuelata.

Sepulturæ honore decoratur c.22. Vin. c.85.

A.C. 1240.

Monachus autem quidam dicti monaſterij, qui ſacriſta erat, & cuſtodiæ corporis tunc inſiſtebat, in feretro poſiti, deſiderans ſummopere aliquid de ſanctis reliquiis ei' obtinere, appropians quæſiuit annulũ de manu defuncti accipere, & alium loco ipſius digito ſubrogare, & omni conatu attractans extrahere de digito eius minime valuit. Demum acclinatus auribus iacentis corporis demiſſa voce quaſi viuentem alloqui cœpit dicens. Pater ſancte peccaui, quia à te licentiam non petij, & tamen quod tuum eſt, temerè mihi vendicare quæſiui. Sed quia id ad honorem tuum facere diſpono, & ad ſalutẽ fidelium, ignoſce confitenti, & petenti munus concede poſtulatum. His dictis ad manum põtificis defuncti acceſſit, & vbi annulum contigit, cum ſummâ facilitate non extractum, ſed prolapſum potius cum ingenti lætitia ſecum tulit. Qui inter alia ſacra illius eccleſiæ repoſitus multis ad ſanitatem profecit infirmis.

De monacho qui ei annulum voluit ſubripere c. 23. Vin. c. 87.

Sequenti die cùm iactata eſſet terra ſuper corpus & opertum, ferè per octo dies ceſſauerunt miracula fieri quę cœperant. Super quo plurimum contriſtati fratres conferebant adinuicẽ, quæ cauſa eſſet ceſſationis miraculorum. Et ecce quidam Hermannus nomine ait, adueniens ſe viſionem claram vidiſſe, videlicet ſanctum patrem Edmundum pluries quaſi iratum. Et cum interrogaſſet, cur quod cœperat in miraculis opus non perficeret, reſpondit ſanctus. Cùm defoſſus ſim depreſſas manus erigere non valeo, nec manus attollere ad Deum ſic grauatus, nec pro ægrotis aduenientibus exorare. Omnes ergo hac viſione permoti dederũt gloriam Deo, & illico totam terram quam iecerant ſuper corpus ſancti remouerunt. Et tunc virtutes & miracula redierunt.

Poſt tres menſes ab eius ſepultura conuenerunt fratres, vt corpus ſancti in eminentiori loco collocarẽt, & inuenerunt corpus totũ integrum; ac etiam membra eius contractantes flexibilia quæ ſolent rigeſcere in defunctis. Et ad maiorem ſui meriti declarationem cœci vident, claudi ambulant, detumeſcunt hydropici, ſurdi audiunt, muti loquũtur, paralytici in membris conſolidantur, à dæmonibus obſeſſi liberantur, aperiuntur carceres, vincula ſoluuntur, febricitantes ſanantur, alij laborantes inſania captis, alij morbo fiſtulæ liberantur, alij hernioſi, alij gibboſi, nonnulli calculoſi ſeu puſtulis tabefacti, alij à ſerpentibus vulnerati, alij deſperati, alij ſuffocationi proximi. Sicque Deus mirificauit ſanctum ſuum ex omni penè genere languorum, colendumque præbuit vniuerſis.

Tranſlatio corporis S. Edmundi. Vin. c. 88.

Miracula quæ ad eius ſepulchrum patrantur.

Obiit S. Edmundus A.Ch. 1240. & colitur die 19. Nouẽ.

A.C. 1229.

A De S.Elizabeth regis Vngarię filia, Lanthgrauia Heſſię, de qua fuſè habes apud Sur.to.6.ex Iacobo Montano. Cęterum hęc ex Vin.lib.30.ca.136.ſumpta ſunt.

CAP. XI.

CIRCA annos domini.1230.ſancta Elizabeth, vt refert Vinc.ſpe.hiſt. lib.31.in Alemannia clatuit, quam Papa Gregorius nonus canonizauit propter vitę ſanctitatem, & miraculorum coruſcationem. Hæc filia regis Vngariæ vxor Lanthgrauij Thuringiæ ab adoleſcentia ſua ſtuduit religioni, votum ſuum & actiones in Deum dirigens tam in rebus ludicris quàm in ſerioſis. Hæc vitiorum extirpatrix, virtutum plantatrix fuit, ſchola morum, exemplũ patientiæ, ſpeculum innocentię. Facta verò nubilis multas perſecutiones eſt paſſa à ſponſi cõſiliarijs, & à proximis ſuis, ab eis vtriſque contẽpta. Sed cùm dominũ exoraſſet, contra ſpem omniũ ipſum ſponſum ſuũ in omnibus habuit triſtitiæ conſolatorem occultũ. Qui etiam cùm circa temporalia neceſſitati ſuorum principatuum intenderet, in ſecreto tamen timorem Dei habens, beatæ Elizabeth ad omnia exercẽda, quæ ad opus Dei ſpectant, liberam conceſſit facultatẽ, eam ad ſalutem animæ promouendo.

B

Caſtitatis votum emi.

Denique de manu magiſtri Conradi de Maburg [aliàs de Marpurge] griſeam tunicam induit, & habitus ſuſceptione caſtitatis votum ſolennizauit. Vixitque in penuria. in abſtinẽtia & humilitate, multa quoq; ab hominibus patiẽter tolerando incommoda: diuinæ contemplationi orationi & operibus miſericordiæ intenta.

C

Chriſtus ei apparet.

Ipſe quoque dulcis Paraclerus Ieſus, facie ad faciem ei apparens eã confortabat multitudine ſanctorũ comitatus, ſicut ſereniſſimus eius vultus ingẽs gaudiũ ſæpè cùm iaceret in ecſtaſi rapta, repræſentabat, & ipſa etiã quibuſdã religioſis poſtea referebat. vnde & aliquando dulciter in eius præſentia ridebat, & in eius abſceſſu flebat: videntibus ancillis eius, ſicut ab eis poſtmodum requiſita, & precibus earũ victa referebat.

D

Quadam die dum more ſolito oculis, manibus, & corde in cœlum ſuſpenſis, contẽplationi intenderet, tam abſorpta erat in ſpiritu, vt flamma vel ſcintilla veſtiunculas eius attingens læderet enormiter ac deformaret ea non aduertente, donec aliqua ex ancillis rediẽs, odorem ignis ſentiens olfactu, extinguens ſuffocaret. At illa clamore puellæ correpta, ad ſe rediẽs panniculos viles, & abiectos manibus propriis aſſuens, iacturam prout potuit reſtaurauit.

E

Ab ancillis etiam pauperibus & ignobilibus domina vocari nolebat, ſed eas ad latus ſuum ſedere, & de ſcutella ſua comedere faciebat, fila trahebat, vaſa coquinaria mundabat, hoſpitale pauperũ conſtruxit. Et ſi quid bonum vel delectabile quandoque habuit, ori proprio ſubtrahens, pauperibus in eius hoſpitio manentibus miniſtrabat. eoſque balneabat, & lectos eorum ſternebat, eoſque regebat. Monoculum, cæcum, & ſcabioſum puerulum ſecum habebat, quem etiam ad requiſita naturæ ſæpius deportabat. Inter innumera miracula, quę Deus per eã oſtendit ſexdecim mortuos potenter ſuſcitauit, cæcũ natum illuminauit. 14. Cal. Decembris ad dominum migrauit. In die autem tranſlationis ſacri corporis eius poſtquam in capſa plumbea fuit repoſitum de terra ſublatum, proxima die aperto loculo pro oſtenſione reliquiarum, repertum, eſt oleum mirifici odoris de corpore eius emanaſſe: quod hodie etiam inſpicientibus patet. Nam guttæ tanquam roris ſuper gramen ſtant, & diſtillant, eiſque decidentibus vel abſterſis aliæ paulatim renaſcuntur.

A.C. 1231.

Obitus S. Elizabeth colitur die 9. Nouẽ.

Habuit ſancta iſta multas à Deo reuelationes. Et inter cætera legitur, quòd dum ipſa Elizabeth quadam vice in ſpiritu eſſet rapta, vidit in loco valdè remoto quoddam ſepulchrum multo lumine circumfuſum, & quaſi ſpeciem mulieris in eo, quam circunſtabat multitudo maxima angelorum. Et poſt puſillum de ſepulchro erecta eſt, & in ſublime cum illa multitudine aſtantium eleuata. Et ecce in occurſum eius vir quidam de cœlis admirabilis & glorioſus adueniit, portans in dextera Crucis vexillum, & cum eo infinita millia angelorum. Sicque alacriter ſuſcipientes cum magno concentu eam in cœlum deduxerunt. Poſt modicum temporis Elizabeth angelum cũ quo loquebatur, de prędicta viſione interrogauit, qui ait: Oſtenſum eſt tibi in hac viſione, quomodo domina virgo Maria aſſumpta eſt in cœlum in anima & corpore. Dicit autem in eiſdem reuelationibus, vt refert Iacobus de Viora. quòd reuelatum eſt ei, quòd poſt quadraginta dies tranſitus ſui à corpore, corpus reſuſcitatum, anima redeunte ad ipſum, aſſumptum eſt in cœlum. Ac etiam ipſa beata Maria mater domini, ſibi ſuper hoc interroganti reuelauit, ſe de hoc ſeculo emigraſſe poſt annum ab aſcenſione filij ſui in cœlum, & tanto plus quantũ tẽporis eſt inter aſcenſionẽ qui fuit illo die duodecimo Maij, vel circa, & aſſumptionẽ ipſius beatæ Marię qui eſt. 15. Augu. Et quòd omnes apoſtoli ſe inuenerũt pſentes in morte eius & honorifice ſepulturæ tradiderũt, & poſtea quadrageſimo die à morte reſuſcitata in cœlũ aſcenderit. Et cùm interrogaſſet ſancta, vtrũ hoc deberet manifeſtare alijs: reſponſum fuit, nec carnalibus & infidelilibus manifeſtandum, nec ſpiritualibus & deuotis occultandum.

Reuelationes S. Elizabethæ.

De aſſumptione B. virginis quid ſentiendum.

Quod aſſumpta ſit beata Maria in anima & corpore, ſatis cõmuniter creditur, & dicitur à doctoribus. Quod autẽ poſt annum & menſes tres migrauerit, opinio cõmunis eſt in cõtrariũ, ſcilicet quòd duodecim annis ſuperuixerit, poſt aſcenſionem Chriſti. An etiam quadrageſimo die corpus eius viuificatum fuerit, & aſſumptũ in cœlũ, an antè omnino eſt ignotum, & à doctoribus non inſinuatum. Vnde in huiuſmodi licet vnicuique in ſuo ſenſu abundare, & opinari.

F

a *De aſſumptione B. Mariæ in.1.par tit.6.c.3. §.1.& in 4.par.ſum.tit.15. D. Anton. egit qui corpore & animo aſſumptam ſcribit, cui conſen iunt doctores quamplurimi tam Græci, quàm latini, quos citat Caniſ.lib.5.de Maria virgini c.4.& c.3. Apoſtoloſq; omnes ſiue ſine miraculo ſiue cũ miraculo eius funeri interfuiſſe, & ei piam operam impendiſſe, maximè ex D. Dionyſ.cap.3. de diuinis nominibus. teſtimonio, multorumque aliorum confirmat. Eam denique multos annos Chriſto ſuperuixiſſe & ad ætatem ferè decrepitam perueniſſe demonſtrat. c.1.*

narl,

A.C. 1230.

De his quę Eccleſia non de finiuit opinari licet.

Prophetæ aliquando quomodo decipiā tur.

nati, quod ſibi magis videtur conſonum rationi in iis, quæ eccleſia nõ determinauit. Nec per hoc detrahitur ſanctitati Elizabeth ſi non credatur, quia & ſancti viri prophetæ aliquando credunt à Deo ſibi aliqua reuelari ſpiritu prophetiæ quæ ex phantaſia ſua trahunt in viſionibus ſuis, vt patet in Nathan propheta.

De quibuſdam ſanctis mulieribus, & pręcipuè de Maria de Ognies. 2. Reg. 7.

CAP. XII.

Vin. l. 30 c. 10.

ANno domini milleſimo 213. vt refert Vincen. ſpe. hiſt. 31. ex dictis Magiſtri Iacobi de Vitriaco, floruerunt in epiſcopatu Leodienſi in Frãcia quędã ſanctiſſimæ mulieres magnarum virtutũ, & multi feruoris ad Deum, & ſuper omnes quædam dicta Maria de Ognies cuius vitam diffuſè ſcripſit præfatus magiſter Iacobus.

Iacobus de vitriaco huius vitæ auctor quis fuerit vide Tritthem. in l. de ſcri ptor. Eccl.

Is autem Iacobus prius in villa quæ eſt prope Pariſios, & dicitur Argentolium fuit presbyter parochialis, poſtmodum ſæcularem vitam relinquens, in monaſterio de Ognies factus eſt canonicus regularis. Cuius itidem parœcię ſen-C ra cùm ei commiſſa eſſet, eidem Mariæ in eadẽ parœcia conuerſanti propter vitæ ipſius ſanctitatem valde familiaris effectus eſt. Cui etiam illa (vt refert) ſpecialem gratiam orationibus ſuis impetrauit. Vnde & ipſe crucem contra Albigenſes in Francia prædicans, eloquij ſuauitate multos atq; innumerabiles ad ſignũ crucis accipiẽdũ ꝓuocauit. Poſtea verò fact⁹ eſt epiſcopus Achonenſis & inde tranſlatus authoritate apoſtolica factus eſt epiſcopus Tuſculanus ſedis Apoſtolicæ Cardinalis. Tandem ex vita præſenti migrans fecit corpus ſuum apud Ognies deferri, & in eadem eccleſia in quodam ſepulchro, in quo filia eius ſpiritualis ſancta mulier condita fuerat, ſepeliri.

Hæc ſunt in prologo operis quem cum vita huius S. mulieris edidit Sur. tom. 3. & in Vin. c. 11.

Hic etiam magiſter Iacobus vnum aliud volumen confecit, in quo multa de naturis rerũ & ꝓcipuè de mirabilibus, quæ in trãſmarinis partibus reperiuntur, inſeruit. Sed & cum vita prædictæ beatę Mariæ de ſanctis mulieribus, quæ tempore ſuo in partibus Leodienſium abundabant, multa bona deſcripſit, & earum detractores acriter reprehendit, & venerabili epiſcopo Toloſano Fulconi loquens, ita dicit.

Pater ſancte, paſtor Toloſane noſti quia cùm venires ad partes noſtras te narrante audiui, ꝙ reliqueras Ægyptum in partibus tuis & tranſiens per deſertũ terram promiſſionis in partibus Leodij inueniſti. Cùm enim in partibus tuis multos de noſtris cruce ſignatos contra hęreticos fide feruentes, in tribulatione miram patientiam habentes, in operibus miſericordię abundantes cognouiſſes: immo, ſicut mihi dixiſti cùm audires quaſdã mulieres magis pro vno veniali peccato lugentes, quàm homines in partibus tuis pro mille mortalibus, mirareris: veniens ad partes noſtras, ſicut audiſti, ſic vidiſti: immo & pluſquam audiſti. Vidiſti enim, & gauiſus es in hortis liliorum domini multarum ſanctarum virginum cateruas in diuerſis locis, quæ ſpretis carnalibus illecebris, & contemptis pro amore Chriſti mundi diuitiis in paupertatis humilitate ſponſo cœleſti adhærẽtes labore

A manuum tenuem victum quęrebant: & licet parentes earum diuitiis multis abundarent, ipſæ tamen obliuiſcentes populum ſuum, & domũ patris ſui, malebant anguſtias paupertatis ſuſtinere, quàm malè acquiſitis diuitiis abundare, vel inter pompoſos ſæculares cum periculo remanere. Vidiſti & gauiſus es ſanctas, & Deo ſeruientes matronas, quanto zelo pudicitiam iuuencularum conſeruarẽt, & eas in honeſto propoſito, vt ſolum cœleſtem ſponſum deſiderarẽt quàm ſalutaribus monitis inſtruerent: vidiſti ipſas viduas in ieiuniis, orationibus, & vigiliis, Pſal. 44.

B & laboribus manuum domino ſeruientes. Vidiſti & gauiſus es ſanctas mulieres in matrimonio Deo ſeruientes filios ſuos in timore domini erudientes, honeſtas nuptias & thorum immaculatum cuſtodientes, ad tempus orationi vacantes, & poſt in idipſum cum timore domini reuertentes, ne tentarentur à ſathana: multas etiam de conſenſu maritorum à licitis amplexibus abſtinentes. Heb. 13.

De illis qui detrahunt illis. c. 12.

Vidiſti & miratus es, immo & valdè contriſtatus, quoſdam impudicos, & totius religionis inimicos homines prædictarum mulierum reli-C gionem malitioſè infamantes, & canina rabie contra mores ſibi contrarios oblatrantes. Et cũ non haberent amplius, quid facerent, nomina contra eas fingebant, ſicut Iudæi Chriſtum Samaritanũ, Chriſtianos verò Galileos appellabant. Nec mirũ: Ægyptij enim abominantur oues, & homines tenebroſi & malitioſi innocẽtiũ ſimplicitatẽ derident inter epulas & potus inter ebrietates & crapulas vitam abſtinentiũ lacerãt. Ipſæ autẽ mirabili patientia opprobria ſuſtinuerunt, & perſecutiones frequenter ad memoriam reducentes id euangelicum. Si me

Ioan. 8.

Leodium capitur & diripitur.

D perſecuti ſunt, & vos perſequentur.

Ioan. 15. Matt. 7.

Sed quoniam ſcriptum eſt: A fructibus eorũ cognoſcetis eos, ꝙ verè Deo adhęſerint, in deuaſtatiõe ciuitatis Leodiẽſis ſatis cõpertũ eſt. Quę enim ad eccleſiã confugere nõ poterãt, in flumẽ ſe proiecerunt:[a] & magis ſic eligẽtes mori, ꝙ dãnũ caſtitatis vel virginitatis incurrere. Quædã etiã in ſtercorarias ſentinas proſilientes, malebant extingui fœtore quàm ſpoliari virginitate. Itaque clemens ſponſus ſponſis ſuis, dignatus eſt prouidere, quòd in tanta multitudine non eſt

E inuenta aliqua, quæ mortem corporis, vel detrimentum incurreret caſtitatis. Cùm autem vna illarum ſanctarum mulierum periculoſè laboraret in flumine, duo ex hoſtibus cum nauicula

a *Sæpè obſeruauit D. Anton. ex c. duæ ſunt. 19. q. 2. duos eſſe leges: communem vnam, priuatam alteram. legẽ itaque communi, quam ex D. Aug. lib. 1. de ciu. c. 17. & ſequentibus, 23. q. 5. cap. ſi non licet, videre eſt, pudicitiæ ſuæ conſeruandæ cauſſa vel in fluuiũ vel in cloacam ſeſe coniicere nequaquam fas eſſe cenſendũ eſt; cùm, vt ait D. Aug. c. 20. eiuſdẽ libri & ha-*F *betur eodem ca. Dec. eti in canonicis ſanctiſque libris nobis nuſquam diuinitus præceptum permiſſumue reperiri poteſt, vt vel ipſius adipiſcendæ immortalitatis vel ipſius mali cauendi euitandiue cauſa nobiſmetipſis necẽ inferamus, lege tamẽ priuata Spiritus ſancti id licere quandoq; non negandũ eſt, vt de quibuſdã virginib. eccleſiaſtica tradit hiſtoria, & refert idẽ Aug. in eodẽ lib. c. 26. Sicut & eueniſſe eſt credibile his, cũ præſertim nulla harum, vt ait auctor, perierit.*

A.C. 1230. ad eam venientes eam in nauim traxerunt, vt ei turpiter cōmiſcerentur. Sed quid eſſet actura caſta inter lenones, agna inter lupos, colūba inter accipitres cogitabat. Maluit iterum fluuio ſubmergi, quàm corrumpi, à nauique proſilijt inter vndas. Dumque nauis ex impetu ſalientis mergeretur, ſimul illi duo merſi perierūt: illa verò per Dei gratiam ſine damno corporis & animæ obſequente fluuio ad ripam peruenit.

Virgines paupertatem profeſſæ in ſumma te rum penuria non egent. Mirandiſq; plus mirāda ſuccedūt. Cùm diuturna & intolerabilis fames per triennium in regno Franciæ & in magna imperij parte adeo inualuiſſet, vt homines paſſim per villas & agros fame morerentur, illi etiā, qui prius diuites fuerant, publicè mendicare & fame perire cogerentur, non eſt inuenta in tāta multitudine ſanctarū mulierū in toto Leodiēſi epiſcopatu (licet omnia pro Chriſto reliquiſſent) aliqua quæ vel fame moreretur, vel publicè mendicare cogeretur.

Quanta fuerit harum virginum præſtantia & rerum diuinarum vbertas.

§. I.

Mulieres reuelant peccata occulta nō confeſſa. SED iam ad perſonas ſingulares & ſingularia miracula deſcendamus. Teſtem enim inuoco ſanctitatem tuam. Oculis enim vidiſti mirabilem Dei operationem, & in diuerſis perſonis diuiſiones gratiarum. Aliqua enim à domino, re certiſſimè probante, tantam gratiam accepit, vt peccata hominum, quæ per veram confeſſionem detecta non erant, in multis perſonis perciperet & dum multis peccata oblita nuntiaret, multos ad confeſſionem inuitans cauſa ſalutis eorum poſt Deum extitit. Aliquas etiam vidiſti mulieres tam ſpeciali & mirabili amoris in Deum affectione reſolutas, vt præ deſiderio languerent, nec à lecto per multos annos niſi rarò ſurgere poſſent, nullam aliā cauſam infirmitatis habentes niſi illam, cuius deſiderio animæ earum liquefactæ & cum domino ſuauiter quieſcentes quantò magis ſpiritu confortabantur, tantò magis corpore infirmabantur. Clamantes corde licet præ verecundia ore diſſimularent: Fulcite me floribus, ſtipare me malis, quia amore langueo.

Aliæ Chriſti amore languebant.

Alicuius etiam mirabiliter & ſenſibiliter, dum anima præ amoris magnitudine liquefieret, genæ corporales attenuatæ reſoluebantur. Multis etiam ex fauo ſpiritualis dulcedinis ex corde redundabat mellis ſapor ſenſibiliter in ore, dulces lachrymas eliciens & mentem in deuotione conſeruans. Quædam etiam tantam gratiam lachrymarum perceperant, vt quoties Deus erat in corde per cogitationem lachrymarum riuulus fluebat ab oculis per deuotionem, ita vt lachrymarū veſtigia in genis ex conſuetudine fluendi apparerent, quæ tamen caput non euacuabant, ſed quadam plenitudine mentem refouebant & ſpiritum ſuaui vnctione decorabant & dulcorabant, corpus etiam mirabiliter recreabant, & tanto fluminis

Cant. 1.

A impetu totam Dei ciuitatem lætificabant. Aliæ verò extra ſe tanta ſpiritus ebrietate rapiebātur quòd in ipſo beato ſilētio ferè per totum diem quieſcentes, dum erat rex in accubitu ſuo non erat eis vox, neque ſenſus ad aliqua exteriora. Pax enim Dei, ita exuperabat & ſepeliebat ſenſus earum quòd ad nullum clamorem euigilare poterant, nullam penitus corporalem læſionem etiam ſi vehementer impugnarentur, ſentirent. Aliquām enim vidi, quæ ferè triginta annis tāto zelo à ſponſo ſuo in clauſtro cuſtodiebatur, quòd extra clauſtrum nullus ei poſſet eſſe egreſſus, etiam ſi mille homines eam per manus trahere niterentur, multoties enim exire conabatur, quibuſdam etiam eam trahentibus, ſed fruſtrà quia citius rumperetur. Vidi aliam quæ extra ſe frequenter quandoque viginti vicibus in die raperetur, quę etiam me præſente pluſquàm ſepties vt credo rapta eſt. In quocunque verò inueniebatur ſtatu, in eo donec reuerteretur, immobilis permanebat, nec tamen quantumcumque inclinaretur familiari eā ſpiritu ſuſtentāte cadebat. Manus eius quandoque in aere dependebant immobiles ſecundum diſpoſitionē in qua inuenta fuerat. Quæ dum ad ſe reuerteretur, tanto gaudio replebatur, quòd reliquit cogitationis diem feſtum agentibus, gaudium interius plauſu corporali cogebatur oſtendere, ſicut Dauid coram arca ſaltando: iuxta illud. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

A.C. 1230. Pſal. 45.

Raptus earumdem.

B

Mira virginis ecſtaſis & raptus.

C

Pſ. 75.

Quædam verò in perceptione illius panis qui de cœlo deſcendit, non ſolum refectionem in corde: ſed dulcem ſuper mel & fauum, ſenſibilemque conſolationem percipiebat in ore dum carnes veri agni à faucibus cordis, quæ D replebant, ad fauces corporis mirabili ſapore redundabant. Quædam autem tanto deſiderio poſt odorem tanti ſacramenti currebant, quòd nullo modo diu carere eo ſuſtinebant nullam conſolationem, vel requiem ſuſcipientes, ſed penitus languore deficientes niſi de ſuauitate cibi illius animæ earum frequenter vegetarentur. Erubeſcant hæretici infideles, qui cibi huius ſuauitatem, nec fide, nec corde percipiunt. Noui autem quandam inter ſanctas mulieres, quæ dum vehementer veri agni carnibus refici deſideraret, verus ipſe agnus non diutius eam E languere ſuſtinens, ſeipſum illi obtulit, & ſic refecta conualuit.

1 Reg. 6. Pſ. 83. Ioan. 6.

Euchariſtię vis mirabilis.

Vidi etiam aliam, circa quam tam mirabiliter operatus eſt Deus, quòd cùm diu mortua iacuiſſet, antequam corpus eius in terra ſepeliretur, anima ad corpus reuertenre reuixit: & à domino obtinuit, vt in hoc ſæculo viuens in corpore purgatorium ſuſtineret. vnde longo tēpore ita miſerabiliter à domino afflicta eſt, vt quandoque ſe volueret in igne, quandoque in hyeme in aqua glaciali diu moraretur, quandoque in ſepulchra mortuorū intrare cogebatur. Tandem in tanta pace peracta pœnitentia F vixit, & tanta à domino gratiam promeruit: vt multoties rapta in ſpiritu animas defunctorum vſque ad purgatorium, vel per purgatoriū, ſine aliqua ſui læſione vſque ad ſuperna regna aſcendere conſpiceret.

Hæc eſt Chriſtina mirabilis cuius vitā ſcripſit Thomas Cantipratenſis.

Maria

A C. 12,2.

Mariæ cognomento de ognies vita, & primo De eius pueritia.vi-tæ.c.i. Vinc.c.16.

§. II.

INTER cæteras ſanctas mulieres, illius temporis & loci, fuit quædam iuuencula omnes excellens vocata Maria, vita & nomine gratioſa in epiſcopatu Leodienſi & villa quæ dicitur Niuella. Quæ mediocribus orta parentibus, licet diuitiis & multis bonis temporalibus abundaret: nunquam tamen animum eius bona tranſitoria ab annis puerilibus illexerunt. Ita enim ex vtero ferè proiecta eſt in dominum, quòd nunquam vel raro, ſicut mos eſt puellarum, cum ludentibus ſe miſcuit. Frequenter verò adhuc in pueritia ante lectum, nocte genua flectebat & quaſdam orationes, quaſi primitias vitæ domino offerebat. Adeo in ea ab infantia cum ea creuit miſeratio & pietas: & quaſi naturali affectione religionem diligebat: quòd cùm Ciſterſienſis ordinis fratres aliquando ante domum patris ſui pertranſirent, ipſa ſuſpiciens & admirans religionis habitum, furtiuè eos ſequebatur. Et cùm non haberet, quid faceret amplius, pedes ſuos conuerſorum, vel monachorum paſſibus præ deſiderio infigebat. Cùm autem parentes eius more ſæcularium veſtibus eam delicatis & cultis ornare voluiſſent, ipſa contriſtata reſpuebat.

De ei⁹ coniugio.c.2. Fœlicibus eius actib. inuidentes parentes ipſi cùm eſſet annorum quatuordecim cuidam iuueni Ioãni nomine matrimonio coniunxerunt. Tunc verò à parentibus remota, in tantum feruore accenſa eſt, tantaque pugna corporis exceſſum caſtigabat: quòd frequenter cum magna parte noctis propriis manibus laboraſſet poſt laborem diutiſſimè orabat. Reſiduum verò noctis, quoties ei licebat, ſuper furtiuos aſſeres, quos in extremitate lectuli abſconderat, cum modico ſomno tranſibat. Et quia poteſtatem corporis proprij non habebat apertè, cordam aſperrimam, qua vehementer ſtringebatur, ſub camiſia clam portabat. Nec hoc dixerim, vt exceſſum commendem, ſed vt feruorem oſtendam. In his autem, & multis aliis, quę priuilegio gratiæ operata eſt, diſcretus lector attendat, quòd paucorum priuilegia legem communem non faciunt. Quæ ergo quoſdam ſanctos ex familiari conſilio Spiritusſancti feciſſe legimus, admiremur potius quàm imitemur.

Hoc habetur.16 q.1. c.hinc etiã eſt.

De mariti eius cõuerſione & vt renũciãtes omnibus caſtè viuerint. c. 3. Vin. c.17. Cùm autem multo tempore cum marito ſuo in coniugio vixiſſet, reſpexit dominus humilitatẽ ancillæ ſuæ & exaudiuit lachrymas ſupplicantis, Nam quam prius habuit vxorem: inſpiratus eſt Ioannes vt haberet commendatam. Caſto caſtam dominus commendauit ancillam vt in ſolatio haberet cuſtodẽ, & vt liberius Deo ſeruiret: fidelem reliquit ei prouiſorem. In ignẽ ergo non ardentem ſeſe pro domino abiicientes, leproſis quibuſdam iuxta Niuellam, in loco qui dicitur Villembroch: pro domino aliquo tẽpore ſeruierunt.

De contẽptu & perſecutione conſanguĩ neorũ.c.4. Videbant hoc dæmones & inuidebant ſæculares & conſanguinei, & dentibus contra eos fremebant, & quos prius venerabant diuites poſtea contemnebant, & irridebant pauperes.

A.C. 1250. De compũctione ei⁹ c.5. Vinc. c.18. Dum autem quadam die præuenta & viſitata à domino, beneficia, quæ in carne humana aſſumpta humano generi exhibuit, conſideraret tantam compunctionis gratiam, tantámque lachrymarum copiam, torculari crucis expreſſam in paſſione ipſa inuenit; quòd veſtigia eius per Eccleſiã lachrymæ eius deſuper pauimentum copioſè defluentes oſtendebant. vnde longo tempore poſt hanc viſitationem nec crucis imaginem intueri, nec alios loquentes audire poterat de paſſione Chriſti: quin ex defectu cordis in ecſtaſim laberetur. Vnde vt dolorem aliqualiter temperaret & fluuiũ lachrymarum cohiberet, relicta humanitate ad Chriſti diuinitatem & maieſtatẽ, animum attollebat, vt in eius impaſſibilitate reperiret conſolationem. Sed vnde fluminis impetum reſtringere conabatur inde mirabiliter maior lachrymarum impetus oriebatur. Nam cùm attenderet, quantus fuit, qui tam vilia & abiecta pro nobis ſuſtinuit, rurſus dolor renouabatur, nouis cor eius lachrymis, & eius anima dulci compunctione liquabatur.

Sacerdoti cuidã gratiã lachrymarũ impetrat. Vi. c.19. Quadam die ante paraſceuen, cùm iam imminente Chriſti paſſione maiori lachrymarum imbre cum ſuſpiriis & ſingultibus ſe domino mactare inchoaſſet, quidam de ſacerdotibus Eccleſię, vt oraret cum ſilentio, & lachrimas cohiberet, quaſi blandè increpando hortabatur. Illa verò ſicut verecunda ſemper erat, & omnibus columbina ſimplicitate obedire ſatagebat: impoſſibilitatis ſuæ conſcia, egreſſa ab Eccleſia in loco ſecreto ab omnibus remoto ſe totaliter abſcondit. Impetrauitque à domino cũ lachrymis, vt prædicto ſacerdoti oſtenderet, ꝙ non eſt in homine lachrymarum impetum retinere, quia flante ſpiritu vehementi fluunt aquæ. Cùm igitur ſacerdos ille eodem die miſſam celebraret, aperuit Deus & non fuit, qui clauderet: emiſit aquas, & ſubuerterunt terram. Pſal. 115. Tanto enim lachrymarum diluuio ſubmerſus eſt ſpiritus eius, quòd pene ſuffocatus eſt. Quantóque magis impetum reprimere conabatur tanto magis lachrymarum imbre non ſolum ipſe ſed liber & linteamina altaris rigabantur. Quid ergo ageret ille improuidus ancillę Chriſti increpator per experientiam didicit cum rubore quod prius per humilitatem, & compaſſionẽ cognoſcere noluit. Et poſt multos ſingultus, & multa inordinatè, & cum interruptione pronuncians à naufragio vix euaſit, & qui vidit & cognouit teſtimonium perhibuit. Tunc non longo poſt tempore ancilla Chriſti reuertens, miro modo ac ſi præſens fuiſſet, quæcunque acciderant, ſacerdoti impropetando retulit. Nunc (inquit) per experientiam didiciſti, quia non eſt in poteſtate hominis cohibere ſpiritum. Dum verò compaſſionis affectu poſt longa ieiunia poſt multas vigilias, poſt tantarum lachrymarum inundationes quæreretur, vtrùm exinanito (vt fieri ſolet) capite, aliquam ſentiret læſionem vel dolorem. Hæ (inquit) lachrymæ ſunt refectio mea, hæ ſunt panes mihi die ac nocte: quæ caput non affligunt, ſed paſcunt; mentem nullo dolore torquent, ſed animam quadam ſerenitate exhilarant, dum ſcilicet non per violentiam extorquentur, ſed ſponte à Deo propinantur.

De

A.C. 1230.

De confeſsione eius. cap. 6. Vinc.c.20.

§. III.

DEVM teſtem inuoco, nunquam in tota eius vita & conuerſatione, vel vnũ potui percipere mortale peccatum. Et à modicis & venialibus ita ſibi cauebat, quòd plerumque per quindecim dies nec vna cogitatio inordinata potuiſſet reperiri in corde ſuo. Et quoniam bonarum mentium eſt, ibi culpam agnoſcere vbi culpa non eſt, ſacerdotum pedibus aduoluta, quædam cum lachrymis ſe accuſando confitebatur, in quibus à riſu vix abſtinere valebamus: veluti quædam puerilia, quæ in pueritia ſua ſe otioſè dixiſſe recolendo dolebat. *Greg. ad Aug.c.10.*

Et cùm in quadam grauiſſima infirmitate ſua vſa fuiſſet vino & carnibus ex neceſſitate ad reſtaurationem naturæ; ſanata quieſcere non valuit mens eius, donec delicias illas corporis ad tempus exhibitas magna poſtea & vltra ſolitũ abſtinentia recompenſaret. *De eius pœnitẽtia. cap.7.*

Tanta verò ieiunandi gratia Chriſti ancilla præcellebat: quòd diebus illis, quibus ad recreationem corpuſculi eam ad cœnam tanquam ad medicinam accedere oportebat: ſemel & modicum in die in æſtate ad veſperam, in hyeme prima hora noctis panem nigrum & aſperrimum, de quo vix canes comedere poterant, longo tempore comedit: ita quòd præ nimia aſperitate & duritia fauces eius lacerabantur interius: & ex vulneribus ſanguis eliciebatur: quem ſanguinis Chriſti memoria dulcem reddebat. *De eius ieiuniis.c.8. Vin.c.41.*

Quadam die dum corpus reficeret comedendo, vidit hoſtem antiquum inuidia tabeſcentem. Et cùm non haberet ampliùs quid faceret, inſultabat ei dicens. Ecce, ô guloſa, nimis reples te. Ipſa verò inimici fraudes cognoſcens qui libenter, quam timoratam ſciebat perturbare nitebatur, vt in nimia abſtinẽtia deficeret, tanto magis eum deridendo manducare conabatur, quanto ſerpens venenoſus inuidia magis inde torquebatur. Ieiunauit autem tribus annis continuis in pane & aqua à feſto crucis vſque ad paſcha: nullum tamen inde valetudinis corporis vel operis manuum detrimentum ſuſtinebat. Cùm autem in cellula ſua infra eccleſiam in veſpere vel in nocte corpuſculum pane & aqua reficeret: à principio benedictionis vſque ad gratias: quoſdam ex angelis ſobrię cœnæ adſiſtentes coram ea per lucidam ſcalam aſcendentes & deſcendentes vidit: ex quorum viſione tantam habuit conſolationem, quòd omnem ſaporis ſuauitatem ſpiritualis refectio ſuperabat.

Sanctus autẽ euãgeliſta Ioannes, quem miro diligebat affectu, dum ipſa cibum caperet ad menſam eius aliquando veniebat in cuius pręſentia ex affectu deuotionis appetitus ſenſibilis ita euacuabatur, quòd modicum ſibi vix capere poterat, & in fortitudine cibi illius quandoque: vndecim ſcilicet diebus, aliquando ab aſcenſione domini vſque ad aduentum Spiritusſancti nihil manducans ieiunabat, nec minus potens erat laboris in vltimo die, quàm in primo. Nec ſi vellet iis diebus comedere potuiſſet, donec ſenſualitas, quæ à Spiritu quaſi abſorpta erat, ad ſe ipſam rediret. Aliquando in ſuaui & beato ſilentio trigintaquinque diebus cum domino ſuauiter requieſcens, nullo corporali eſt vſa cibo, nullumque verbum, per dies aliquot proferre poterat, niſi iſtud ſolùmmodo: Volo corpus dñi noſtri Ieſu Chriſti, Quo recepto, in ſilentio ſuo ſingulis dieb. cũ domino permanebat. Tandem poſt quinque hebdomadas ad ſe reuertens, aperuit os ſuum: & mirantibus circumſtantibus locuta eſt, cibúmque corporalem recepit. *S. Ioannes Euangeliſta comedenti adeſt. c.22.*

A.C. 1230.

Quantò autem magis corpus eius ieiuniis macerabatur, tanto ſpiritus liberior pingueſcebat orationibus. Et dum operaretur manibus & digiti eius apprehenderent fuſum: pſalterium ante ſe poſitum habebat, ex quo pſalmos domino ſuauiter eructabat, iiſque ſeu clauis ne cor ſuum diuagaretur, domino copulabat. *De precibus eius.c.9.Vin.c.23.*

Cùm autem quadam die eſſet in cella ſua iuxta Eccleſiam de Oegnies vidit multitudinem manuum ante ſe ſupplicantium. Tunc illa ad Eccleſiam, quaſi ad tabernaculum, vt Deum conſuleret, recurrens: rogauit dominum, vt eam quid ſibi vellent manus illæ ſignificare, certificaret. Cui reſponſum eſt à domino, quòd defunctorum animæ erant quę torquebantur in purgatorio, & orationum ſuarum poſtulabant ſuffragia: quibus quaſi pretioſo vnguento dolores earum mulcebantur. *Animæ in purgatorio viuorũ preces deſiderant.*

Ipſa enim aliquando pręe dulcedine cõtemplationis ſolitas orationes intermittebat, quandoque etiam nec os aperire valebat nec de alio quàm de Deo cogitare. Per diem & noctem millies & centies flectendo genua beatam virginem ſalutabat. Et hoc mirabile & inauditum deuotionis officium per dies quadraginta continuabat. Primò ſine intermiſſione in ſpiritu vehemẽti ſexcentis vicibus genua flectebat. Secũdò totum pſalterium ſuper pedes ſtando legens per ſingulos pſalmos flexis genibus ſalutationem angelicam offerebat: Tertiò auſtro flante vehementius trecentis vicibus per ſingulas flectiones virga diſciplinali ſe percutiendo Deo & beatæ virgini prolixo martirio ſeipſam immolabat: tribus autem vltimis percuſſionibus ad condimentum aliarum ſanguinem copioſum eliciebat. Tãdem verò quinquageſies flexis ſimpliciter genib. ſacrificiũ conſummabat. Hoc autem non humana virtute, ſed angelico præſidio eã ſuſtentante & ſubleuãte peragebat. Virtus autem orationum eius quanta eſſet experti ſunt non ſolùm homines ad ſuccurſum, ſed & dęmones ad cruciatum: quos adeo perurgebat: quòd ad eam precum ſuarum coacti incendio venire compellebantur. *Orationes eius quięte cap.24.*

Quandoque verò cum poſt vigilias multas & orationes in lectulo ſuo requieſceret, ſub variis ſpeciebus apparebat ei diabolus ſuper eã frendens & eã maledicens. Malo tuo (aiebat impius) requieſcas, nobiſcũ in inferno quietem habeas. Non minus enim quiete tua torqueor, q̃ labore tuo & orationib. crucior. Illa verò ſubridens facto ſigno crucis, eum recedere compellebat. Aliquando pro defuncti cuiuſdam anima preces Domino offerebat, & dictum eſt ei. Ne effundas pro eo orationem, quia reprobatus eſt à Deo. Vulnere enim letali tranſfixus miſerabiliter *Magna eius in dæmones poteſtas. De his quę noctu circa eam gerebantur c.25. Pro damnato nõ eſt orandum.*

A.C. 1230. biliter mortuus eſt in torneamento, & æternis incendiis deputatus.

De eius veſtibus & habitu corporis. c.11.& Vinc.c.26. Quæ Chriſtum intrinſecus induerat, de ornatu exteriori nō curabat. Veſtibus tamē medio cribus vtebatur, non linea camiſia iuxta carnē, ſed ſacro cilicino aſpero, qui lingua publica dicitur ſtamigna. Tunicam laneam albam cum eiuſdem coloris ſimplici palleo, abſque pellium coniunctione, vel aliqua fodetatura, pro indumento habebat. Harum veſtiū ſimplicitate contenta, quę intrinſecus ardebat, nullum frigus exterius ſentiebat. Nec igne materiali, quo frigus in hyeme arcetur, indigebat: ſed miro modo cùm hyems aſperior glaciali frigore aquas conſtringeret, ſicut ipſa ſpiritu feruebat, ſic exterius in corpore, maximè dum oraret caleſcebat, adeo ſcilicet vt ſudore eius aromatico aliquando veſtimenta eius redolerent.

De eius ſilentio. c.22. Quietum ſilentium diligebat, adeo quòd aliquo tempore feſto ſanctæ crucis vſque ad paſcha nullum ferè verbum proferendo, ſilentium tenuit. Cuiuſmodi ſilentium ita dominus acceptauit, quòd ſpirituſancto reuelāte propter hoc ſuper omnia abſque purgatorio euolaret ad cœlum, à domino obtinuit.

De compoſitione vultus & corporis. c.13. & Vinc.c.27. Cordis eius gaudium vultus ſerenitas latere non ſinebat. Miro autem moderamine cordis grauitatem, vultus hilaritatem, mentíſque iucunditatem, verecundæ faciei ſimplicitate aliquatenus temperabat. Vultúque in terram demiſſo, tardo maturóque greſſu humiliter in omnibus incedebat. Adeo autem ex plenitudine cordis eius in facie illius ſpiritusſancti gratia reſultabat, quòd multi ex eius aſpectu ſolo ſpiritualiter refecti, ad deuotionem & lachrymas prouocabantur.

Accidit, vt quadā die vir benignus quidam, & perſonarum religioſarum amicus, Guido cameracenſis eccleſiæ cantor, cauſa viſitandi eam à via ſua diuerteret, quidam verò ex ſociis eius, qui nondum cognouerat experientia, quantum piis mentibus bonorum viſitatio & familiaritas conferat, ſancti deuotique viri laborem quaſi deridens, ait: Pro Deo Domine cantor, quid quæritis? Quare viam veſtram fruſtrà deſeritis? Nunquid muſcas volatiles, & papiliones cum pueris ſequi & apprehendere vultis: Ille autem vt mitis corde & patiens, propoſitum iter propter hoc non dimiſit: ſed Chriſti ancillam, ex cuius præſentia non modicam acceperat conſolationem, adiit. Cùm autem ille loqueretur, ſocius eius tædio affectus in expectando venit ad ipſum cantorem admoniturus eū, vt feſtinaret. Cumque fortè in vultum ancillæ Chriſti oculos figeret, ſubito & mirabiliter immutatus in tantam lachrymarum copiam reſolutus eſt: quòd vix longo tempore poſt à loco & eius præſentia potuit amoueri. Tunc cantor, licet ille præ verecundia latere vellet, attendens & cognoſcens euent ūrei gaudens, & ſociū ſuū verſa vice irridēs ait. Eamus, quid hic ſtamus: fortè papiliones fugare vultis. Ille verò poſt multa ſuſpiria & lachrymas, vix tandem inde auelli potuit: dicens. Ignoſce mihi: quia quid prius dicerem, penitus ignorabam. Nunc autem in hac ſancta muliere virtutem Dei expertus ſum.

Quidam ſolo aſpectu vultus eius compūgitur.

Cùm quodam tempore corpuſculum ſuum feruore ſpiritus iam amplius ſuſtinere non poſſet, decidit in ęgritudinem magnam. Adeo enim pius pater, filiam ſuam, quam diligebat, flagello diſciplinæ ſubdidit, quòd membra corporis eius mirabiliter torquebantur. Nam quaſi in circulum brachia præ dolore agitabantur, & manibus pectus tundere cogebatur. Et cùm ad tempus paululum quieſceret vis infirmitatis, tunc reuerſa ad ſe gratias agebat Domino. Reuerſaque eſt ad ieiunia, & alias auſteritates ſolitas, & fortitudinem à Domino obtinuit tantam, vt tertiam partem laborum eius etiam fortes homines vix ſuſtinere valerent.

A.C. 30. De infirmitate eius.c.28.

De Spiritus ſancti gratia ſeptiformi: & primò de ſpiritu timoris. lib.2. vitæ. ca.2.& Vinc.c.29.

§. IIII.

OMNI ſeptiformi dono ſpiritus almi iſta ſancta mulier plena erat. Erat quidem ei timor caſtus in corde, tanquam faſcia pectoralis, quæ cogitationes conſtringeret in corde: in ore tanquam frenum, quod linguam reprimeret: in opere ſtimulus, ne pigritia torperet [in omnibus regula ne modum excederet.] Timor iſte tanquam ſcopa purgabat cor à duplicitate, os à falſitate, opera ab omni vanitate. Nunquam verbum ſæculare, ab eius ore memini me audiſſe. Vix vnam clauſulam loquendo dicebat, quin Chriſtum quaſi condimentum frequenter intereſeret. Adeo timor Domini ſanctus mentem eius occupauerat, quòd cum eſſet apud Vilembroth, tantum herbas, quæ non ſeminantur, & alia etiam ſponte naſcentia frequenter colligi faciebat: vt inde ſibi pulmentum faceret, & hoc ideo timens ne forte captum à beſtia, id eſt eleemoſynas, quas domibus leproſorum raptores & fœneratores dare ſolent manducaret.

Nota opera timoris Domini. Pſal.18.

Paupertati

Tantum ex ſpiritu timoris amorem conceperat paupertatis, quod etiam neceſſaria vix retinere volebat. Vnde quadam die fugere voluit, vt inter extraneos & ignotos ignota & deſpecta oſtiatim mendicaret, & vix ab hoc retineri potuit. Ex abundanti humilitate quantum in ſe fuit, latere appetebat. Vnde cùm ſe occultare non poſſet, Domino eam manifeſtante fugiebat aliquando ad vicina rura, vel dumeta. Aliquando cùm quæreremus vtrùm ex laudibus humanis, vel diuinis reuelationibus aliquam ſaltem titillationem inanis gloriæ ſentiret: Reſpectu (inquit) veræ gloriæ, quam deſidero, nil eſt, vel reputari poteſt, omnis humana gloriatio. Omnem itaque mundanam gloriam, omnemque humanæ laudis vanitatem præ dulcedine æternorum bonorum non ſolùm non admittebat, ſed cum quadam cordis abominatione reſpuebat.

De ſpiritu pietatis.ca.3.Vinc.cap.30.

§. V.

NON ſolum autem per ſpiritum timoris ab omni ſpecie mali abſtinebat: ſed & ſpiritu pietatis ad omne bonum prona erat. Pietas

A.C. 1230.

tas enim ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quę nunc eſt, & futuræ. Satagebat igitur pro poſſe ſuo omnia miſericordiæ opera ex abundanti pietate adimplere, & ſuper omnia infirmis adſiſtere, & defunctorum obitui & ſepulturæ intereſſe conſueuerat, vbi multa de cœleſtibus Domino reuelante ſunt ei intimata.

Quadam die cùm quædam ſoror de Oegnies in extremis laboraret, illa cùm eſſet in cellula ſua percepit multitudinem dęmonum rugientium circa lectum ſororis infirmæ. Cumque iam pro ea fieret commendatio animæ, quam credebant iam mortuam, tunc illa manſuetæ grauitatis & maturæ verecundiæ quaſi oblita ad lectum cucurrit: & immundis ſpiritibus ſe opponens non ſolùm præcibus eos oppugnabat: ſed etiam pallio ſuo tanquam muſcas eos abigebat. Cùm verò impij illi terribiliter reſiſtere, & tanquam ſuam animam ſororis vendicare vellent: tunc illa amplius ferre non ſuſtinens clamabat ad Chriſtum ſuum, ſanguinem Chriſti, quem pro animabus noſtris effudit, mortemque crucifixi inceſſanter inuocabat. Cùm autem rugientes illi præparati ad eſcam multis calumniis illam impeterent, ipſa tandem fiduciam à ſpiritu ſancto concipiens reſpõdit. Domine pro hac anima ego fideiubeo, licet enim peccauerit, tamen peccata confeſſa eſt. Quod ſi fortè aliquid per negligentiam, vel ignorantiam in ea remanſit, licet loqui non poſſit, adhuc tamen correctionis tempus ei reliquiſti. Tandem victis & confuſis dæmonibus, & ſanctis angelis aduenientibus: illa Deo laudem reddens ad ſe reuerſa quieuit. Reſumptoque pallio, quòd in pugna proiecerat ad cellam ſuam cum verecũdia fugiẽs, oſtio clauſo latuit.

Pœnæ cuiuſdam animæ in purgatorio poſitæ.

Non multo poſt tempore in feſto apoſtolorum Petri & Pauli cùm pro anima deuotè ſupplicaret, & de ſtatu eius pro qua fideiuſſerat ſolicita eſſet, oſtendit ei beatus Petrus eam in purgatorio grauiter afflictam. Reuelauit autem ei beatus Petrus & pœnas & cauſas pœnarum. Vehementi enim calore torquebatur: eo quòd mundum & voluptates ſæculi nimis ardenter amaſſet. Aliquando verò frigore maximo cruciabatur, eo quod pigra ad bonum fuiſſet, & maximè quia filios ſuos propriamque familiam nimis negligenter correxiſſet. [Siti præterea nimis vehementer] anxiebatur, eo quod in vita ſua nimis vacaſſet potationibus. Nuditatis etiam, eo quòd ſuperflua fuiſſet in veſtibus maximum ſuſtinebat incommodum: Tunc pia Chriſti ancilla, ſicut tota pietatis viſceribus affluebat, maximè circa illos, qui in purgatorio cruciabantur, non ſolùm ſuis orationibus contenta [eſt, ſed illi] multa etiam ab aliis ſuffragia orationum, & miſſarum procurabat.

Viduæ pię defunctæ funus admirabile c. 31.

Alia vice cùm religioſa quædam vidua, quę diu in ſancta viduitate domino ſeruierat & filias ſuas in ſancto propoſito virginitatis ſponſo cœleſti integras cuſtodiebat: in extremis apud Vilembroth laboraret, vidit beatam virginem viduæ aſſiſtentem: quæ quaſi quodam flabello euentando eam feruorem caloris, quo torquebatur, miſericorditer temperabat. Cùm autem eius anima iam de corpore egredi vellet, nulla turba dæmonum inſidiantium orationum inſtantia diſcedere voluit: donec clauiger æthereus cum vexillo crucifixi confuſos illos eiecit. Cumque vidua illa iam defuncta eſſet, vidit ancilla Chriſti beatam virginem cum multitudine cœleſtium puellarum pſallentium, Deumque laudantium quaſi in duos choros diuiſarum circa eius corpus verſari. Cùm autem ſacerdos more debito exequias defunctæ perſolueret; tunc ſummus ſacerdos cum ſanctorum multitudine officium, vt ei videbatur complebat, & mirabiliter eccleſiæ militanti eccleſia triumphans reſpondebat. Cum autem ſepulturæ corpus eius traditum eſſet, vidit ancilla Chriſti animam eius, eo quod in ſæculo iſto non erat benè purgata ad plenum, in purgatorio, quod ei deerat conſummare. Nam maritus eius mercator fuerat, & quædam more mercatorum per fraudem acquiſierat. Quoſdam etiam de familia ducis Louanij hoſpitio receperat, qui de iniuſtè acquiſitis multa in domo ſua expendebant. Et quia de huiuſmodi non perfectè reſtitutionem fecerat, dicebat ſe adhuc in purgatorio detineri. Quod cùm nunciatum fuiſſet virgini ſuæ filiæ, deuotæ Margaritæ de Vuillembroth multas orationes pro ea fieri fecit, & pro poſſe reſtituit: vnde non multo poſt anima dictę viduæ vitro purior, niue candidior, ſole ſplendidior, apparuit ancillæ Chriſti, cùm iam ad æternas epulas inuitata aſcenderet: & quaſi librũ vitę, vt videbatur, in manibus tenens ſummi magiſtri facta ſcholaris legebat.

Nota ad mercatores hæc ſpectantia.

Eius in ſalute animę procurãda ſtudium. c. 33.

Sed cùm pium ſit corporum morbi ſubuenire, longe tamen & incomparabilior maius eſt animarum ſanitati curam impendere [nullum enim ſacrificium tam placet Deo, quàm zelus animarum.] Hæc vtique ſemper læta, ſemper hilaris, ſemper in cordis iubilo permanebat, niſi quãdo periculũ vel lapſus animarũ mentẽ eius perturbauit in hoc loco (vt eius pace loquar) modum non habebat, dolebat deſolata, lugebat anxia, cibum non capiebat, ſomnum ab oculis ſuis abigebat, more parturientis plerũq; clamabat.

Monachi indiſcretio. c. 34.

Accidit aliquando, quòd quidam monachus Ciſtercienſis tantum zelum innocentiæ & puritatis, licet non ſecundũ ſcientiã haberet: quòd quaſi ad ſtatum primi parentis ex feruore ſpiritus venire nitebatur. Cumque diu labore plurimo, ſed caſſo ſeſe affligendo in abſtinentia, & vigiliis, & orationibus, & lachrymis primum ſtatum recuperare non valeret innocentiæ: primò quidem decidit in tædium & accediam. Volebat enim cibaria ſumere, ſed nullam ſenſibilem delectationem dum manducaret, ſentire. Studebat primos ſenſualitatis motus non ſolùm reprimere, ſed etiam extinguere. Studebat etiam ſine veniali peccato, vitam ſuam in perfecta puritate cuſtodire. Cùm autem dæmonio meridiano inſtigante aſpiraret ad impoſſibile, nec ad id quo tendebat, poſſet aliquo modo peruenire, tandem in foueam deſperationis [præ triſtitia] lapſus eſt, adeo quòd in ſtatu corruptionis, in quo erat, ſe nullo modo ſalutem conſequi ſperaret, vt pote quia ſine venialibus eſſe non poterat, quę mortalia exiſtimabat: vnde nec corpus Chriſti aliquando etiam in diebus, in quibus ſtatutum eſt in ordine illo, volebat recipere. Cùm autem pius & bonorum omnium amator abbas, id cognouiſſet, ad ancillam Chriſti monachum illum fecit adduci. Illa dum pro

monacho

A.C. 1230.

monacho lachrymoſis ſuſpiriis domino ſupplicaret, mirum in modum ante miſſæ introitum cum diceret monachus, Confiteor, & pro eo ipſa inſtantius oraret, quaſi nigri lapilli ad ſingula verba confeſſionis ex ore monachi cadere videbantur. Tunc illa percipiens in hoc, quòd obſtinatio deſperationis, & nigredo triſtitiæ & doloris, monachum reliquiſſent, gratias Deo retulit. Monachus autem poſt miſſam, quaſi de longinqua regione ad ſe reuerſus, corpꝰ Chriſti recepit, & ſumpta ſalutari medicina perfectè conualuit.

De Spiritu ſcientiæ. cap. 4. Vincentius c. trigeſimoquinto.

1. Io. 2.

§. VI.

QVONIAM autẽ fugiendo mala, per dominum timoris, & faciendo bona per ſpiritũ pietatis, neceſſaria eſt cautela & circumſpectio diſcretionis, pater luminũ, cuius vnctio docet
C nos de omnibus, ſpiritu ſcientiæ filiam ſuam illuminauit, vt. ſ. ſciret quid & quemadmodum eſſet agendum vel vitandum, vt ſic omne ſacrificiũ ſuum ſale condiret. Mala enim ſunt vicina bonis, & plerumque dum vitamus vnum vitium, labimur in contrarium. Sancta ergo & deuota Chriſti ancilla, cum dulcius & ſuauius, quaſi vnus ſpiritus facta cum Deo amoris glutino adhæreret, audito extraneorum aduentu, ne forte aliquem ſcandalizaret à ſuaui illa contẽplationis iucunditate, ab amplexibus ſponſi ſui, vim ſibimet inferens ſpiritum ſuum cum tanto dolore auelle-
D bat, quòd quaſi ruptis viſceribus ſanguinem purum in magna quãtitate euomebat, vel conſpuebat, malens hoc affligi martyrio, quàm fratrum & maximè peregrinorum pacem turbare. Quandoque tamen cum ſpiritu ſancto reuelante aliquorum licet longè exiſtentium prænouiſſet aduentum, ad rura vel ad propinqua nemora fugit, vixque per totum diem poteramus reperire latitantem. Quandoque propter aliquorum indigentium vtilitatem, nullo niſi ſpiritu ſancto incitante, cogebatur ſomnum ſuum diſrumpere.
E Vade, aiebat, quia non curioſè, ſed cauſa neceſſitatis expectat te aliquis.

Erga hoſpites & peregre aduenientes eius benignitas.

Diſcretio ipſius erga ſeipſã.

Licet autem quantum ad proximos non tantum bonos, ſed etiam dyſcolos mira diſcretione ſcientiæ cuſtodiret pacem, ſibi tamen ſoli valdè indiſcreta, ſeipſam nimis abiiciẽs & ſupra modũ affligens nobis aliquando videbatur, ipſa tamen circa ſe tantò diſcretior erat, quantò nihil de ſe niſi à ſpiritu ſancto familiariter edocta facere præſumebat. Non enim vnum diem ſine cibi refectione præterire auderet, niſi ſe abſorpta ſenſualitate ſupra ſe raptã eſſe cognoſceret certiſſimè. Aliquãdo tamen, vt pacẽ, coadſiſtentiũ con-
F ſeruaret, in tali ſtatu aliquid capere tentauit, & nihil penitus capere potuit, ſed præ dolore pene defecit.

Quantum peccata ſit abominata c. 36.

Accidit aliquando, quòd cauſa viſitandi aliquos ſibi familiares cum maneret apud Oegnies iuiſſet apud Villembroth. In reditu autem ſuo per medium Niuellæ tranſiens, reduxit poſt hæc ad memoriam peccata & abominationes,

A quæ in illa villa faciunt ſæculares frequenter, tantámque indignationem concepit in corde ſuo, quòd præ dolore cœpit clamare: quæſitoque cultello ab ancilla ſua, cùm extra villam eſſet, voluit cutem à pedibus ſuis [reſecare: eo quòd loca tranſierat, in quibus creatorem ſuum miſeri homines tot iniuriis prouocant tot flagitiis exaſperant. Cúmque non ſolum in mente, ſed (quod mirabilius eſt) ſenſibiliter doleret in pedibus, quibus prædicta calcauerat, vix tandem cum multoties pedes ad ter-
B ram colliſiſſet, potuit quieſcere. Pertinet etiam ad domum ſcientiæ cognitio & abominatio peccatorum, & inde dolere, propter quod dicitur Qui addit ſcientiam, addit & dolorem.

Eccleſ. 1.

Erga ſacras cõciones quomodo affecta fuerit.

Adeo autem fideles prædicatores & paſtores [animarum] diligebat, qui diſſeminant verbi Dei ſcientiam, quòd pedes eorum poſt prædicationis laborem mira affectione conſtringens, & ipſis inuitis oſculari optabat, vel præ nimia anxietate cum ſe ſubtraherent, clamabat. multis autem lachrymoſis ſuſpiriis, multíſque orationibus & ieiuniis à domino inſtantiſſimè po-
C ſtulando obtinuit, vt meritum & officium prædicationis, quod in ſe exercere non poterat, in aliqua alia perſona ei dominus recompenſaret, & vt ſibi Deus pro magno munere vnum prædicatorem daret: Quo dato [ſanctæ mulieris] precibus cor eius præparabat, virtutem corporis in laborem conferebat, verba miniſtrabat, greſſus dirigebat, gratiam, & fructum auditoribus ancillæ ſuæ meritis præbebat. Nam pro ipſo ſingulis diebus, dum eſſet in laborem prædicandi, domino & beatæ Mariæ dicendo, Aue maria, centies ſupplicabat, ſicut prædicante Hilario Martinus orabat.

De ſpiritu fortitudinis. cap. 5. Vincentius capite trigeſimooctauo.

§. VII.

ET quoniam parum prodeſt per ſpiritum timoris mala vitare, per ſpiritum pietatis bona agere, per ſpiritum ſcientiæ in omnibus di-
E ſcretionem habere, & in medio nationis prauæ & peruerſæ rectè conuerſari: nec ab aliis decipi verbis vel exemplis, niſi etiam [per fortitudinẽ] malis imminentibus reſiſtamus, bona per patientiam conſeruemus, per conſtantiam vſque in finem perſeueremus, & per longanimitatem vitæ æternæ præmium expectemus, pater miſericordiarum quarto lapide pretioſo ſcilicet fortitudine filiam ſuam exornauit, & contra omnia aduerſa præmuniuit, vt nec aduerſitatis impulſu frangeretur, nec proſperitatis blandimento eleuaretur. Aliquando cùm præ dolore paralyſis clamaret: & pectus ſuum tundere cogere-
F tur: quidam familiaris eius ipſi compatiens in quodam loco latebat, & pro ipſa domino ſupplicabat. Tunc ipſa infirmitatẽ precibus illius minui ſentiens. Vade (ait ancillæ ſuæ) & dic homini illi, vt ceſſet orare pro me, nam orationum eius medicina, diſciplinæ meæ dum melius habeo, incurro detrimentum.

Non vult ſibi minui paralyſis dolorem.

Non ſolùm autem per ſpiritum fortitudinis habe-

A. C. 1230.

Ab illecebris carnis quantū abſtinuerit.

habebat potentiam reſiſtendi aduerſis, ſed etiā omnibus carnalibus illecebris abſtinēdi: adeo quippe corpus ſuum iuuēcula illa rympaniſtria quaſi inter duo crucis ligna extendendo deficcauerat, quod nunquā per plures annos primos etiam libidinis motus contra ſe exurgere ſenſerat. Ex quo etiam tantam fiduciam inter homines habebat, quòd omnes ſibi ſimiles ex abundantia innocentiæ ſuæ exiſtimabat. Vnde cùm quidam familiaris eius amicus, ex nimio ſpiritualis affectionis exceſſu manum eius aliquando ſtringeret, licet caſto animo nil turpe cogitaret, ſenſit tamen, tanquam homo ex illa nimia vicinitate primos motus ſibi inſurgere. Cúmq; illa prorſus hoc ignoraret, audiuit vocē de excelſo, ſcilicet, Noli me tangere, nec tamen intellexit, quid ſignificaret. Deus enim mitis noſtris infirmitatibus compatiens, noluit illum coram ſancta muliere confundere verecundia. Volebat autem tanquam zelotes caſtitatem amicæ ſuæ cuſtodire & illum propter imminentia pericula caſtigare. Vnde cum illa diceret. Audiui (inquit) nunc quandam vocem, & quid ſignificet ignoro, ſcilicet. Noli me tangere. Ille autem, quid eſſet intelligens, ſibi de cætero diligentius cauit, & domino qui infirmitatem eius detegere noluit, gratias agens receſſit.

De ſpiritu conſilij. cap. 6. Vincentius capite trigeſimonono.

§. VII.

PER ſpiritum autem conſilij nihil inordinatum, nihil præcipitanter egit, ſed omnia diligenter, & prouidè, & cum deliberatione faciens, licet familiari conſilio ſpiritusſancti interius vteretur, licet diuinis ſcripturis ſufficienter inſtrueretur, præ nimia tamen humilitatis abundantia, ne ſapiens in oculis ſuis videretur, aliorum conſiliis propriè voluntati renuncians ſeipſam deuotè ſubiicere non dedignabatur. Multi de familiaribus amicis eius, qui diuinam eius prudentiam experti frequenter erant, nihil ardui ſine eius conſilio attentabant. Quod enim humana ratione ſcire non poterat, præmiſſa oratione inſpirata diuinitus ſciebat.

A nobiliū ſeruitio abſtinēdum.

Vnde cùm quidam eius amicus, qui mediocritate ſua contentus, tantò ſecurius, quantò ab oculis hominum abſtractus & à pompa ſæculari remotus Deo in humilitate ſeruiebat, à quodam nobili inquireretur, vt magiſter eius eſſet, & ei equos, veſtes, & alia multa bona prouideret, mulierem ſanctam cōſuluit, quid ei agendum eſſet, illa præmiſſa oratione reſpondit. Vidi vobis in hoc facto equum magnum præparari, qui verſus infernum hinniebat, & dæmonum exercitus applaudebat. Manete ergo, ſecundum conſilium meum in vocatione, qua vocati eſtis, ne per ambitionem & ſæculi pompam locum detis diabolo.

Actori ſua ipſius vitia detegūtur. c. 40.

Cùm verbum Dei licet indignus laicis & ſimplicibus prædicare inciperem, & necdum exercitium ſeu conſuetudinem faciendi ſermonem ad populum haberem, ſemper mihi metuens, ne ſermone imperfecto deficerem, multa mihi vndecunq; colligebam, multíſq; congregatis quicquid in mēte habebā, proferre volebam. Cúmq; tanta prodigalitate meipſum confunderem, ad me poſt ſermonem reuertens, quaſi quoddam mentis tædium in eo, quòd multa inordinatè & incompoſitè mihi dixiſſe videbar, incurrebam. Cúmque huiuſmodi triſtitia ancilla Chriſti me depreſſum aſpiceret, ego præ verecundia cauſam reuelare recuſabam. Et quod miſerabilius erat, cum aliquis tanquam benè & ſubtiliter dicerem, libenter auſcultaret, & ſicut mos eſt poſt ſermonem commendaret, in hoc aliquam conſolationem recipiebam. Ipſa intelligens triplex vulnus tentationum, quibus ſauciatus in mente eram, ad ſe me vocans mirabiliter aperuit. Vidi (inquit) quaſi ſimilitudinem hominis nebuloſi, ſuperfluitate capillorum cooperti, quædam verò meretrix ſubornata quaſi quibuſdam radiis ſplendida eum blandè intuendo circumibat, facto autem pluries circulo vnum de radiis ſuis verſus eum proiiciens, partem tenebrarum effugabat. Ex qua parabola intellexi, quòd capillata ſuperfluitas triſtitiam miniſtrabat mihi, meretrix verò ſubornata, id eſt elatio radiis adulationis mirabile mihi ſolatium conferebat.

De ſpiritu intellectus ca. 7. Vin. cap 41.

His ornata monilibus filia Hieruſalem, his ſanctiſpiritus donis illuſtrata, corde purificato per donum intellectus in cœleſtibus conuerſabatur. Relegatis enim à ſe formis ſenſibilibus, vniformes & inuariabiles ſuper cœleſtium ſpecies quanto ſummæ, ſimplici & inuariabili maieſtati magis accedebāt, tanto eius in animo purius reſultabant. Cū autē ſubtilis & attenuatus ſpiritus incendio pij amoris concrematus tamquam virgula fumi ex aromatibus ſuper cœleſtia penetraret, & quaſi per quoſdam gradus in regione viuorum perambulans, per vicos & plateas quærebat, quem diligebat, nunc ſanctarum virginum liliis delectatus, nunc ſanctorum martyrum roſis odoriferis recreatus, aliquando in apoſtolorū ſenatu venerabiliter receptus, quandoque angelorum cœtibus ſociatus, cum omnia paradiſi loca lætanti animo perambulaſſet, paulatim cum omnia perrrāſiſſet inueniebat, quem ardenter deſiderabat anima eius, & ibi deinde perfectè requieſcebat. *Cant. 5.*

Longè poſita, quomodo viderit.

Cùm autem librum vitæ vicinius inſpiceret multa per ſpiritum intellectus in eo percipiebat: quæ tandem ad ſe reuerſa prophetico ſpiritu prænunciabat. Intelligere enim eſt, intus legere, ſpiritualia ſcilicet & cœleſtia, non ſuperficialiter, ſed ſubtiliter penetrare per notitiā eorum. Vnde & trib. annis antequā homines cruce ſignarētur cōtra hæreticos Prouinciales, dixit quòd viderat cruces ſuper hominum multitudinem de cœlo deſcendentes copioſè. Et cùm ſancti martyres ab hæreticis fuerunt occiſi, etſi in longinquis partibus ab habitatione ſanctæ, vidit ſanctos angelos congratulantes, & animas interfectorum abſque aliquo purgatorio ad cœlum euolantes.

Hæretici Prouinciales ſunt Albigēſes quod in Narbonenſi prouincia ſint verſati.

Vidit etiam ad quēdam qui crucē acceperat, ſed adhuc iter non arripuerat, cum iaceret infirmus in extremis, turbam dæmonum quaſi rugientium & ad eſcam paratorum, accedere: multa crimina calumniosè ei imponendo: ſed vt vidit, quædam crux lucida deſcendens ſuper eum, protegebat

A.C. 1230.

protegebat ipſum vndique: eáque orante pro ipſo liberatus eſt ab inſidiis diaboli. Et licet homo ille peregrinationem illam non perfeciſſet morte præuentus, tamen magna pars purgatorij pœnarum ei dimiſſa eſt, eo quòd per eum non ſtetit, quin perficeret, & ſic ſanctæ reuelatum eſt.

Sacerdotibus miſſã celebrantibus angeli cooperantur.

Cum ſacerdotes miſſas dignè & deuotè celebrarent, videbat ſanctos angelos gaudentes & ſacerdotibus cum magna hilaritate cooperantes, & eoſdem ſacerdotes vultu benigno intuebantur, eóſque deuotiſſimè venerabantur. Item cùm quidam ſacerdos in præſentia eius miſſam celebraret pro ea, illa nihil ſciente ab eo, finita miſſa dixit ſacerdoti, quòd illa miſſa fuiſſet ſua: quia viderat columbam pulcherrimam ſuper caput ipſius ſacerdotis deſcendentem, quæ quaſi volitando alas ſuas ad eam extendebat.

De ſpiritu ſapientiæ. cap. 8. Vincentius capite quadrageſimo tertio.

§. IX.

Sapientiæ etymon.

MELLIFLVO ſapientiæ dono cor eius medulitus afficiebatur. Sapientia enim dicitur à ſapore, quaſi ſapida ſcientia. Ita impleuit eam Deus ſpiritu ſapientiæ & intellectus quòd cor eius ſemper afficiebatur ad diuina verba, quæ dulcorabantur, & omnia opera eius ſuauitate ſpiritualis vnctionis impinguabantur, mitis corde, dulcis ore, ſuauis opere, ebria caritate.

Aliquando cùm in lecto ſuo per tres dies iacuiſſet: & cum ſponſo Chriſto ſuauiter quieuiſſet: præ nimiæ iucunditatis dulcedine dies illi adeo furtiuè labebantur, quòd vix per vnum momentum ſibi iacuiſſe videbatur.

Aliquando quaſi inter brachia amplexando Chriſtum ſtringebat, atque vt ſe ei amplius oſtenderet, cùm lachrymis obſecrabat. Aliquando per tres dies, vel plures, vt ſibi videbatur, eundem quaſi paruulum inter vbera commorãtem ſtringebat, & ſeſe, vt non videretur ab aliis, occultabat. Aliquando cum eo tanquam cum puero oſculando ludebat. Aliquando tanquam agnum manſuetum iuxta gremium, quandoque quaſi columbam ad ſolatium piæ filiæ ſuæ pius filius virginis ſe oſtendebat, quandoque quaſi aries ſtellam habens lucidã in fronte circumiẽs Eccleſiam fideles ſuos, vt ei videbatur, viſitabat.

Chriſtus diuerſis modis ab ea viſus.

In diuerſis autem ſolennitatibus Deus, quaſi configuratus ſolemnitati ſuæ ſe ei oſtendebat. Nam in natiuitate apparebat vt puer, vbera matris lambens, vel in cunabulis vagiens, & tunc ad eũ afficiebatur, vt paruulũ: ſecundũ oſtenſionum varietates habens varios affectionum guſtus & ſapores. In feſto autem purificationis videbat beatam virginem offerentem filium in templo, & Simeonem in vlnis eum recipientem, & in huiuſmodi viſione non minus exultabat gaudio, quàm ſi præſens fuiſſet. Et cùm cereus diu extinctus fuiſſet in proceſſione, ſubitò lumen Claritatis clariſſimum Deo accendente recepit. In paſſione autem, dominus aliquando in cruce apparebat, ſed raro: quia præ dolore vix ſuſtinere ſe poterat. Cùm appropinquaret aliqua magna ſolemnitas, aliquando octo diebus ante gaudium ſentiebat. Quando autem alicuius ſancti feſtum imminebat, ſanctus ille feſtum ſuum nunciabat. In die enim ſuo veniẽs cùm ſociorum cœleſtium multitudine eã viſitabat. Nullo quoque nunciante diſtinguebat palato cordis dies feſtos à non feſtis, eo quòd dulcius ei ſapiebant in mente dies ſolemnes, quàm ſimplices.

A.C. 1230. Alia eius rei exẽpla cap. 44.

Bernard' ei apparet c. 45.

Apparuit ei aliquando beatus Bernardus ordinis Siſtercienſium pater & lucerna, quaſi alatus, & alas ſuas circa eam extendebat. Cúmque ipſa diu ſediſſet cum eo in cancello Eccleſię, & illa cuiuſmodi eſſent hæ alæ interrogaſſet, reſpondit, quòd ipſe velut aquila ſublimi volatu ſubtilia & ſublimia diuinæ ſcripturæ attigerat & multa de arcanis cœleſtibus Deus ei reuelauerat.

Corpus Chriſti eſt in Euchariſtia.

Aliquando vidit quemdam ſacerdotem cum lachrymis deuotè celebrantem, viſumque eſt ei, quòd columba quædam ſuper humerum ſacerdotis deſcenderet, & quòd fons clariſſimus de eius humero ſcaturiret. Aliquando filium virginis quaſi puerum cum maxima claritate circa pixidẽ in qua reponitur corpus domini videbat.

Hæc ſunt eiuſdem libri. & Vin. ca. 37. Baptiſm'.

Cũ etiã quidam puer ipſa præſente ad oſtiũ eccleſię cathechizaretur: vidit im nundũ ſpiritũ à paruulo cum magna confuſione recedentem. Et cum ipſa puerum de ſacro fonte leuaret, vidit ſpiritumſanctum in animam pueri deſcendere, & ſanctorum angelorum multitudinem circa renatum.

Frequenter dum ſacerdos eleuaret hoſtiam conſecratam, vidit in ſpiritu ſpeciem pueri pulchri, & circa eum multitudinem angelorum. Et ſumpta communione ab idoneo, videbat dominum remanentem, in anima ſacerdotis, & claritate illuſtrantem. Sed in anima mali ſacerdotis videbat dominum cum indignatione recedentem, & in tenebris illam animam remanentem. In collatione extremæ vnctionis videbat aliquando dominum præſentem: qui infirmum miſericorditer corroborabat, dæmones expellebat, animam purgabat.

Morbus ipſius. 10. Vincentius capite quadrageſimo octauo.

§. X.

A feſto autem annunciationis beatæ Mariæ vſque ad feſtum Ioannis Baptiſtæ infirma permanſit, cùm migratura eſſet. Et in hoc tanto ſpacio non niſi vndecies cibum, & in modica quãtitate percepit: gaudens ſemper & diẽ nuptialem tranſitus ſui cum exultatione expectans.

De cantu eius ante mortem. cap. 11.

Et appropinquante mortis tempore, cœpit alta voce clara cantare: nec ceſſauit ſpacio trium dierum & noctium Deum laudare, dulciſſimam cantilenam Deo & angelis, beatæ Mariæ & aliis ſanctis de diuinis ſcripturis rythmicè, & dulci modulatione contexere. Vnus autem de ſeraphin, vt videbatur ſibi, alas ſupra pectus eius

A.C. 1230.

expandebat: quo miniſtrante, inſpirabatur ei A carnem abſque omni difficultate. Vocem & conſonantiam modulationis homines tantum audiebant, pauca autem intelligebant. Dicebat autem inter alia multa: quòd à lumine ſanctæ trinitatis angeli intelligentiam haberent, à lumine corporis Chriſti glorificati ſancti in animabus fructum haberent & exultationem. Beatam Mariam corpore glorificatam, firmiter aſſerebat, & corpora ſanctorum, qui cum Chriſto ſurrexerunt etiam glorificata. Dixit etiam, quòd ſpiritusſanctus de proximò eccleſiam viſitaret, & co B pioſius ſolito per vniuerſam eccleſiam operatores ſanctos ad fructum animarum mitteret, & mundum maxima ex parte illuminaret. Quod vtique per prædicatores & minores impletum fuit. Dixit etiam, quòd ſanctum paulum, dominus dedit in munere beato Stephano, quem in roſarium paradiſi ducebat in ſua lapidatione.

De morte ipſius. c. 12. & 13. Vin. c. 49 & 50.

Apparuerunt ei in infirmitate ſua Chriſtus, beata Maria, ſanctus Petrus apoſtolus, angeli ſancti, qui eam conſolabantur. Et cùm nec odorem cibi corporalis ſuſtinere poſſet: communionem tamen facilè ſumebat. Per quinquaginta & C tres dies ante mortem nil manducauit. Lumen tamen ſolis ſuſtinuit, nec vnquam contra claritatem lucis oculos clauſit. Cœpitque in hora mortis ſubmiſſa voce cantare. Quam pulcher es rex noſter domine. Et apparente ei diabolo cœpit aliquantulum pauere, ſed reſumpta fiducia facto ſigno crucis repulit eum dicens. Vade retro ſathana. Quo recedente cantans alleluia in dño obdormiuit anno dñi. 1213. ætatis ſuæ. 36.

Habet eſt in ſuo mar tyr. Ioan. Mol. 23. Iun.

Vrbanus. 4. Pont. max. 184. ſed. a. 3. m. 1. d. 3. A.C. 1261. de quo multa Onuph. in Plat. D Blon. lib. 8. dec. 2. Naucl. gen. 43.

CAP. XIII.

Sedes Vacauit mẽ. 3. d. 3. Onuph.

POSTQVAM Alexander. iiij. de hac luce ſubtractus eſt, elapſis quinque menſibus poſt vacationem ſedis apoſtolicæ, concordantibus cardinalib. vrbis & orbis canonicæ electus eſt ad ſummum præſulatum Vrbanus. 4. anno domini. 1261. in ciuitate Viterbij, vbi curia reſidebat: & in numero pontificum 184. Et ſedit annis trib. Hic etſi infimæ conditionis fuit ſecundum ſæculi vanitatem, quia filius pauperculi reſarcientis ſotulares in Frãcia, nobiliſſimus tamẽ ſapientia & virtutibus, ex quibus ad cardinalatum aſſumptus eſt, & inde ad apicẽ pontificatus anno ab initio mundi quinquies. 1223. ſecundum minorem numerum. Secundum maiorem ſexies. 1460. Reperit hic eccleſiam multum deiectam in temporalibus, & perturbatam.

Sotulares .i. calceos Manfred' regnũ Siciliæ inuaſit A.C. 1255.

Nam Manfredus illegitimusfilius ſecundi Friderici regnũ Siciliæ & Apuliæ ſibi vſurpauerat contra voluntatẽ, & prohibitionem eccleſiæ, & in patrimonium ſancti Petri tranſmiſerat de Nuceria Saracenorum, quæ eſt in Apulia, Saracenos ad occupandum regionẽ illã. Sed cõtra eos F Vrbanus papa crucem prædicare inſtituit: & cruce ſignatos contra illos mittens pepulit eos de partibus illis. Et licet illi redirent in Apuliam profligati, Manfredus tamen perſecutionem contra eccleſiam continuabat, vacans ipſe deliciis & luxuriis, vt Epicurus, concubinas multiplicans, nil oſtentans Chriſtianæ religionis, demum contemnens eccleſiam ſuam cùm in profundum peccatorum deueniſſet. Sed Deus iudex iuſtus & patiens, non diu permiſit ipſum in malitia ſua proſperare. Mala enim morte animæ & corporis ipſum proſtrauit. Hanc igitur humiliationem eccleſię Vrbanus attendens, cupiens eam de tanta oppreſſione eruere, ac fideles, qui vt adhærentes eccleſiæ expulſi erant de ciuitatib. ſuis [in ſuas ſedes reducere] ordinauit cógregationẽ fieri cardinaliũ, & omniũ prælatorũ, qui in curia tũc erant, ac ſapientũ & religioſorũ virorũ, publicè exponens calamitatẽ eccleſiæ & tyrannidem, & perſecutionẽ Manfredi, qui cum omni ſua progenie, cui collata fuerant tot & tanta beneficia, ſemper conati ſunt ſibi Eccleſiam ſubiugare, & ſtatum eius ad nihilum deducere: remedium ſubiiciens, quod ſibi videbatur neceſſariò adhibendum ad liberationem eius, vbi eis placeret, & aſſenſum præberent, videlicet vt Carolum fratrem Ludouici ſancti regis Francorum euocaret ex Gallia, eique conferret regnum Apuliæ & Siciliæ: qui erat vir ſapiẽs ſtrenuus in armis, & valdè famoſus: inſtituendo etiam eum vexiliferum eccleſiæ, vt bello cum Manfredo congrediẽs dictum regnum vi armorum ab eo auferret.a Huic conſilio & ſententiæ omnes fauent.

Manfredi hoſtis Eccleſiæ vita & mors horrenda.

A.C. 1261.

Carolus Comes Prouinciæ D Ludouici frater, rex Siciliæ & Apuliæ deſignatur Æmil. l. 7. Blo. dec. 2. l. 7. & alij. A.C. 1265.

Quo peracto, Vrbanus deſtinauit Simonem Cardinalem, in Franciam ad præſentandam, Carolo collationem regni ſibi factam per papam, Cardinales, & alios præſidentes Eccleſiæ. Carolus autem receptis literis apoſtolicis voluit ſuper hoc habere conſilium à rege Francorum Ludouico ſancto comite Artenſi (aliàs Arteſienſi) & comite Alenconij fratribus ſuis, & aliis principalioribus regni. Qui omnes in vnũ conuenerunt, & perſuaſerunt, vt ad honorẽ Dei & ſacroſanctæ Eccleſiæ obſequium & exaltationem, electionem de ſe factam, & vocationem ad dictum regnum Siciliæ acceptaret, & ſe ad huius rei executionem præpararet. Ad quod efficiendum ipſe Ludouicus rex promiſit adiutorium gentium, & pecuniarum, ac etiam alij proceres regni Franciæ.

Muliebre ingenium dominandi auidũ hæc mulier Beatrix vocabatur.

Vxor autem eius filia minor aliis comitis Raymundi Beringherij, qua mediante Carolus E ex ſucceſſione hæreditaria recepit comitatum Prouinciæ, audita electione facta in maritum ſuum comitem in regem Siciliæ, vt conſequeretur reginæ nomen & rem, omnia iocalia ſua ſubpignorauit, ac etiam milites plurimos Franciæ & Prouinciæ ad hoc requiſiuit, vt operarentur. Æmulabatur enim dicta vxor Caroli tres ſorores ſuas maiores ætate; quæ omnes reginæ erant: vt pote regibus deſponſatę: ipſa autem deſponſata fuerat Carolo tunc

a *Carolus Ludouici 9. al. 7. francorum regis filius S. Ludouici frater rex 11. vtriuſque Siciliæ à Clemẽte papa 4. contra Manfredum regem creatus eſt A.C. 1265. 4. Cal. Iulij coronatuſque ibidem eſt à duobus legatis Cardinalibus 8. Idus Ianuarij A.C. 1266. regnauit à prima creatione annos 19. m. 6. d. 11. Onuph. Quare quod Vrbano 4. D. Anton. id Onuph. Clementi itidem 4. attribuit. Sed Platina vtramque concordat opinionem, dicens: Vrbanus quidem 4. id cogitaſſe, Clementem verò perfeciſſe.*

vſque

A.C. 1264. vſque comiti. Vnde & cũ ſuper hoc conquereretur, dixit ei Carolus. Patientiam habe, quia & cito tu maior regina eris.

Raimundus comes prouinciæ, & eius ſuboles.

Hic enim Raimundus comes Prouinciæ, & pater præfatę vxoris Caroli fuit valdè nobilis, ſapiens, & munificus, vir ortus ex progenie eorũ qui fuerunt reges Aragoniæ & ex comitibus Toloſanis. Et habuit quatuor filias, nullum maſculũ. Harũ primam dedit in vxorẽ cum magna quantitate pecunię nomine dotis regi Franciæ Ludouico: ſecundam regi Angliæ, tertiam fratri ipſius regis Anglię, qui fuerat electus imperator Romanorũ. Quartã Carolo iſti, cui dereliquit comitatum Andegauiæ ſeu Prouinciæ. Carolus ergo reſcribens obtulit ſe ad cito veniendum, ad eccleſiæ defenſionem cum maximis copiis intraturus Italiam & ad Manfredum tyrannum profligandum & exterminandum.

Corporis Chriſti ſolemnitas inſtituitur. lib. 3. tit. 16. A.C. 1264.

§. I.

HIc [a] Vrbanus quartus inſtituit ſolennitatem corporis Chriſti celebrari per orbẽ

Feſti corporis Chriſti inſtitutionis cauſa & approbatio.

b A.C. 1264. in vrbe veteri ſacratiſſimi corporis Chriſti ſolennitas quinta feria poſt octauam pentecoſtes perpetuis temporibus, cum ſolemni ſupplicatione, quæ nunc etiam obſeruatur, inſtituta eſt. Id verò factum fuit propter miraculum quod hoc tempore Vulſiniis in diœceſi Vrbeuetana in Eccleſia ſanctæ Chriſtiana accidit. Nã dum ſacrificus quiſpiam ſacra miſſarũ ſolemnia celebraret ſacramẽto iam cõfecto de panis & vini tranſubſtantiatione & Chriſti corpore dubitauit. Vnde ſtatim (dictu & auditu mirũ) ex ſanctiſſima, quam manu tenebat, hoſtia, viuus ſanguis manauit, & totam mappam, quam corporale vocant tinxit. Quo miraculo attonitus Pontifex corporale primum ad ſe ab epiſcopo loci cum proceſſione vrbem veterem transferri voluit, & illud ſolennitate inſtituta in Eccleſia Vrbeuetana recondidit. Quæ omnia ex eiuſdem Pontificis bulla quæ adhuc extat intelliguntur. Onuph. in Plat. hæc bulla extat in Clem. lib. 3. de reliquiis & veneratione ſanctorum tit. 16. cap. 1. & infra. tit. 21. cap. 3. §. 2. Porrò hæc ſanctiſſima & laudabiliſſima conſtitutio prætérquam quod a multis Pontificibus fuit confirmata, vt docet D. Anton. paulò poſt, in Concilio etiam Vien. ſub Clemente 5. eſt approbata, vt hab. in Clem. vbi ſupra. Denique in Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 5. ampliſſimis his verbis laudata. Declarat præterea ſancta Synodus piè & religiosè admodum in Dei Eccleſiam inductum fuiſſe hunc morem, vt ſingulis annis peculiari quodam & feſto die præcelſum hoc & venerabile ſacramentũ, ſingulari veneratione ac ſolennitate celebraretur, vtque in proceſſionibus reuerenter illud ac honorificè per vias & loca publica circũferretur. Aequiſſimũ eſt enim ſacros aliquos eſſe dies, quibus Chriſtiani omnes ſingulari ac rara ſignificatione gratos ac memores teſtentur animos erga communem Dominum, pro tam ineffabili ac plane diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus repræſentatur. Atque ſic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio & hæreſi triumphum agere, vt eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris, & in tanta vniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati & fracti tabeſcant, vel pudore affecti & confuſi aliquando reſipiſcant. & Can. 6. Si quis inquit dixerit in ſancto Eucharistiæ

A ſacramento Chriſtum vnigenitum Dei filium non eſſe cultu latriæ etiam externo adorandum, atque ideo nec feſtiua peculiari celebritate venerandum, neque in proceſſionibus ſecundum laudabilem & vniuerſalem Eccleſiæ ſanctæ ritum & conſuetudinem ſolemniter circumgeſtandum vel non publicè, vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores eſſe idololatras, Anathema ſit. Sic olim publicè circumgeſtabatur arca teſtamenti manna corporis Chriſti ſymbolum continens Ioſ. 6. 1. Reg. 4. 5. & 6. & 2. Reg. ca. 6. & 3. Reg. cap. 8. ad pacem & miſericordiam procurandam, ac debitum cultum Deo, qui in arca habitare B dicebatur exhibendum &c. Sic Iudæi hodie feſto Septemb. quod שמחת תורה gaudium & lætitia legis dicitur librum legis circum ſynagogam ferunt ſolemniter, adorant, poſteáque in theba, deinde in hecal. ſeu armario reponunt. Geneb. Pertinet autem hoc ad gloriam Gallorum, quod ex duobus Pontificibus Romanis in Gallia natis, qui Vrbani nomen habuerunt Vrbanus 2. in Claromontenſi Concilio ſacri belli auctor extitit, vt ſupra tit. 16. cap. 1. §. 23. docuit D. Anton. Vrbanus verò hic 4. tam ſancta támque laudabilis, ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſolemnitatis fuit in- C ſtitutor.

A.C. 1264.

quæ prius nõ celebrabatur, cõponens pulcherrimam & deuotiſſimã epiſtolam in cõmendationem venerabilis ſacramenti, quæ incipit. Trãſiturus ad patrem ſaluator, quã Clemens 5. inſeri fecit in Clementina, extra de reliquiis & vene. ſancto. vt ibi patet. Iis verò quæ interfuerint officiis dicti feſti in veſperis vigiliæ & feſti, & in matutinis & in miſſa, conceſſit centũ dies indulgentiarũ pœnitentibus & cõfeſſis pro quolibet dictorum officiorũ, & pro qualibet aliarũ horarũ dies quadraginta, & in qualibet die octauarũ D pro omnibus horis ſimul dies centum, vnde per totam octauã matutinæ in eccleſiis ſecularibus dicuntur de die. Impoſuit antẽ fratri Thomæ de Aquino, vt officiũ ipſius feſti ipſe dictaret. Quod & fecit, & eo ſolo eccleſiæ omnis vtitur.

D. Thomas compoſuit officium de corpore Chriſti, quod eſt opuſ. illius. 57.

Tunc. n. cũ curia reſidebat Vrbanus in vrbe veteri, vbi in loco non multum diſtanti apud vulſinium in quadam eccleſia ſacerdote celebrãte, miraculum factum eſt ex ipſo ſacramento. Nam cùm poſt cõfectionem ſacramenti gutta aliqua ſanguinis ex calice profluxiſſet in corporale, ſacerdos ad occultandũ defectum ſuæ negligẽtiæ E cooperuit partẽ corporalis, pluribus plicis hoc faciẽs, ſed reperta eſt per omnes illas plicas tranſiſſe, & reliquiſſe ibi rubeam admodum ſanguinis formam hoſtiæ in pluribus partibus corporalis. Quod quidem corporale ad perpetuam rei memoriam in eccleſia cathedrali vrbis veteris pro reliquiis reſeruatum eſt, & aliquando populo oſtenditur cum magna veneratione.

Cauſa inſtitutionis feſti corporis Chriſti.

Sed nota, ꝙ feſtum ipſum indies magis eſt augmentatum. Vnde & anno domini 1400. curia Florentiæ reſidente Martinus papa 5. multa auxit ad celebritatem feſti. Et primò, ſtatuit ea die interdictum in omnibus eccleſiis, vbi fuiſſet poſitũ, ipſo iure relaxari, ſicut in die reſurrectionis dominicæ, die natalis, Pẽtecoſtes & Aſſumptionis beatæ Marię. Secundò duplicauit indulgentias cõceſſas iis, qui interfuerint diuinis officiis ab vrbano pręfato. Tertiò addidit & nouas ieiunantibus vigiliam feſti, ac etiam communicantibus in ipſo centum dies conceſſit. Et ſimiliter

Martinus 5. Corporis Chriſti feſtum ornauit.

Interdictũ quibus feſtis relaxatur.

A. C. 1266.

cēm eos aſſerebat ſe habere ſicut excedentia & exceſſa. Nam in cæremonialibus, & religionis diſciplina, & ſubiectione prædicatores Minores excedere: in auſteritate paupertatis, & veſtitus, Minores Prædicatores ſuperare. Tertiò reliquit conſcientiæ ſuæ illum aſſumendum, qui ſibi magis congruere & expedire videretur concludens. Sic vni horū ordinū conuerſatione adhæreas, vt ab altero animo non diſcedas. Nam bonus frater prædicator non eſt, qui minores non diligit, & execrabilis frater Minor, qui prædicatores odit vel contemnit.

Clemens 4. Carolo fauet, qui ad regnum occupandum proficiſcitur. Leo. Arc. in hiſto. Floren. Aemyl. Blon. & alij. A. C. 1255.

§. I.

CVM autem mors Vrbani Papæ. iiij. qui regnum Siciliæ conceſſerat Carolo germano Ludouici ſancti regis Francorum, (vt ſcribit Leonardus in hiſto. Florenti.) formidinem incuſſiſſet inceepta Caroli de regno Siciliæ ſuſcipiendo impedirentur: non modo non obfuit cœptis Vrbani mors eius: ſed etiam iuuit. Nam creatus eſt poſt eum, vt dictum eſt Clemens. iiij. quaſi è ſinu Caroli, quia ex prouincia Narbonēſi oriundus. Hic ergo incredibili fauore in Carolum verſus accelerare aduentum eius, ac illi copias amicoſque per Italiam parare contendit, cognita eius voluntate. Neque enim minori odio profectò, quàm Vrbanus in Manfredum flagrabat. Ex eo cœpta Carolus properauit. Validis igitur prēmiſis copiis, quę per alpes ad citeriorem Galliam penetrarent, ipſe triginta nauibus longis Maſſilia ſoluens, per varias hoſtium inſidias, quæ Tyrhenum mare obſeruabant, ad Tyberina oſtia incolumis peruenit. Suſceptus magno honore, & ſenatoria dignitate, à populo Romano ornatus, aduentum copiarum quas per terram iter facere iuſſerat, expectabat. Leonardus in hiſtoria florentina.

Florētini exules ad pontificē legatos mittunt.

Hæc ab initio cernentes Florētini per aduerſam factionem domo eiecti magnam in ſpem venerant in ſua redeundi. Itaque ſtudio & diligentia præueniendum rati per legatos ad Clementem miſſos, & operam ſuam contra Manfredum polliciti ſunt, & vt eos nouo regi commendatos faceret poſtulauerunt. Percunctanti Clementi de eorum ſtatu, hæc fermè referuntur. Viros eſſe militares grandi numero armis & equis affatim ſtructos: hos clientum magnam item ſequi manum. Seniorum præterea ac eorum, qui in bello gerendo minus apti viderentur: magnum numerū ſupereſſe. Hanc totā multitudinē vrbibus Hetruriæ à Manfredo ſuiſque, quòd aduerſa ſectaretur, expulſam, in exilio ipſo nomen & gloriam ſibi per virtutem armaque peperiſſe. Iam verò in Gallia citeriore horum opera non ſtetiſſe ſolum Romanæ ſedis fautores, verumetiam depulſis aduerſariis ſuperiores eſſe.

Pontifex excellentiam virorum admiratus, magnúmque eius belli momentum in eorum fiducia reponens, oblationem grato ſe recipere animo, & ſibi commendationem curæ fore reſpondit. Cohortatus deinde ad proſecutionem virtutis, quo eos ſibi, partibuſque ſuis magis coniungeret, inſignium ſuæ gentis proprium illis ferendum perpetuo donauit. Ea eſt imago rubentis aquilæ, cœruleum draconem vnguibus prementis. Id tunc inſigne de pontifice ſuſceptum exules habuerunt in eo bello, hodieque habent duces partium optimarum, ſcilicet Guelphi, collegio poſtquam redierunt publicè ante vrbem inſtituto. Tunc igitur & ſua ipſi ſponte, & pontificis hortatu egregiè ſe prēparētes, Guidonem, cui cognomento Guerra fuit virum, conſilio manuque præſtantem, ſibi ducem præfecerunt. At vbi primum regis copias appropinquare cognitum eſt, obuiam illi in agro Mantuano profecti, Gallos in admirationē decoris ſui conuerterunt. Ornati ſiquidem armis equiſque & cæteris quibus militares inſigniuntur viri, etiam inter Gallos conſpicui erant. Suſcepti ergo benignè à præfectis regiis: & vna iter facere rogati, ꝗ Hetruria validis aduerſariorū præſidiis tenebatur: & ſimul, ꝗ in ea implicari bello haudquaquā Galli volebant, per Flaminiam atque Vmbriam Romam petiere.

Florentini exules à Carolo benignè ſuſcepti.

Gratiſſimus fuit Carolo Hetruſcorum aduentus, vt pote qui primi ex Italicis ſeſe illi coniunxerant. Et accedebat pontificis commendatio grauis: & ducum, qui cum illis iter fecerunt, fidei ſimul virtutiſque teſtimonium. Itaque benignè eos allocutus rex ampliſſimis verbis gratias egit, quod ſuos per ignora loca & impacatas regiones iter facientes, egregia virtute induſtriaque adiuuerint. Enimuero magna à ſe præmia expectare eos debere: modo ei fœlicitas adſit, quam pietas et iuſtitia, et profectò vires ſuæ amicorumque certiſſimam pollicerentur. Sęque ita domo animatum veniſſe, vt nomine dumtaxat regio contentus eſſe velit, cęterum ſe victorię premia iis, qui ſecum militauerint partiturum. His atque huiuſmodi verbis cum tandem finem rex feciſſet, Guido, quem ſibi prēfeciſſe Hetruſcos diximus, in hunc modum locutus eſt.

Guidonis guerræ ad Carolum oratio. Leon. Aret. in hiſtoria Florentina.

§. II.

ET ſi noſtrum erat, ô rex, tibi potius gratias agere quàm te nobis, tamen & humanitatē tuam libēter agnouimus, & eam cum fortitudine ac cæterarum virtutum tuarum cumulo adiunctam eſſe gaudemus. Nos quidem ſæuitia Manfredi patriis pulſi ſedibus: nō quanta ardor eſt exhibere cōmoda poſſumus. Et hæc ipſa, quę reſtant corpora & laceratos, prēſtare magis, cùm tempus poſcet, quàm nunc intempeſtiuè oſtentare iuuabit. Tibi autem gratias agere & habere nos conuenit: quòd vagis errantibuſque tanquàm ſalutare ſidus cœlitus nobis effulgens: viā ac ſpem remeandi domum (quam primo non cernebamus) aparuiſti. Tua enim ſumma virtus ſtragem hoſtium noſtrorum, ac per eorum ruinam reditum nobis in patriam certiſſimum pollicetur. Pro te igitur, nedum quòd paucorum dierum iter duces tuos proſecuti qualeſcunque operas impendimus: ſed nec cum in vulnera quidē ac ferrum ruerimus, ſatiſfeciſſe tibi ac tuis in nos meritis exiſtimabimus. At qui duæ (vt nos putamus) res ad fidem belli plurimum valeant.

A.C. 1266. Commune hoſtis odium, & expetita victoriæ præmia vtrinque accommoda. Hæc duo Florentinis cæteriſque Tuſcis, qui tua ſigna in hoc bello ſecuturi ſunt, conuenire videmus. Nec enim fuit, nec eſſe debuit aduerſus vllum vnquam maius & ardentius odium, quàm nobis eſt in Manfredum. Quippè non ſolum has recentes, quas nuper ab eo perpeſſi ſumus clades, ſed damnatam inuiſamque ſtirpem & patris, & aui, & proaui iniurias in filio perſequemur. Hæc enim ſceleſta nefandaque familia, ab extrema Germanorum barbarie exurgens, fortunatos tranquilloſque per id tẽpus Hetruriæ populos, ad vulnera ad ſanguinem & vaſtitatem vrbium pepulit, nec vllas iam multos annos calamitates vidimus, quarum hæc non fuerit ſemen & cauſa. Verum hæc communia mala, & ab vtraque factione, ſi modo funditus non deſipiant, pariter deploranda.

Friderici imperatoris famil a qualis.

Illud proprium noſtrarum partium, quòd nunquam pontifices Romanos hæc familia per ſecuta eſt, quin nobis quoque, qui eadem ſectabamur, fuerint ab eiſdem perſecutoribus clades inflictæ. Fridericus huius proauus, qui è duce ſueuorum nomen Romani principis falsò indutus eſt, quàm nefaria molitus ſit, nõ ignorare te credimus. Senſit Italia non Romanum imperatorem, quem ille ſe falsò mentiebatur: ſed nouum Annibalem aduentaſſe: qui cum Mediolanum vrbem inclytam ac maximum Romani imperij ornamentum hoſtis & barbarus euertiſſet, ſparſit per Hetruriam venenata malorum ſemina: cum ciuili diſſidio per ſingulas vrbes facto, malos foueret, bonos perſequeretur.

Friderici primi res atroces in Italia geſtæ.

Secutus eſt huius acerbitatem Henricus filius eius, qui ad ſcelus paternum ſummam ipſe ingratitudinem addidit, poſt regni munus liberaliſſimum, perſecutor acerrimus factus.

hic fuit VI. nus ſ imperator.

Succeſſit in hæreditatem ſcelerum alter Fridericus huius Manfredi pater. Is quid aduerſus pontifices molitus ſit, memorare quid attinet? Narrant enim & narrabunt quamdiu memoria hominum manebit, concilia aduerſus illius væſaniam Lugduni celebrata, cum pontifex Italia profugus, vix vltra flumen Rhodani tutum ad damnandam huius perfidiam locum inuenerit. Hæc tibi nota ſunt rex, & cum tua domus laude coniuncta. Sed quid aduerſus noſtrarum partium homines putas illam ſæuitiam per hæc ipſa tempora edidiſſe, cùm quantò magis irritaretur tantò aduerſus pontificis fautores illius rabies atrocius inſaniret? Pulſi tunc vrbibus noſtri exularunt, in caſtellis & arcibus, quibus ſe receperant, obſeſſi ſunt. Qui vel fortuna aliqua belli vel longa obſidione in eius manum peruenerunt, barbaram illius crudelitatem experti, per varia & inaudita ſupplicia vitam amiſere. Sunt multi in hoc cœtu quem vides quorum ille parentes, aut fratres, aut agnatos necarit: qui nunc arma tecum ferentes eadem illa ſupplicia in filio depoſcunt. Affulſerat tandem poſt huius mortem parũper fortuna & nobis reſtitutis in patriã, Manfredus iterũ nos diſſipauit. Itaque illud ſatis certum exploratumque eſt, nos nunquam quietem habituros: niſi hæc familia funditus deleatur.

Fridericus ſecundus hoſtis Eccleſiæ.

In florentinos vt deſæuierit.

Quare & veteri odio & præſentis ſpe quietis ita nos ardere in Manfredum puta, vt omnis acceleratio ad eius perniciem ſegnis ac tarda nobis videatur. Solet verò nonnunquã mentes hominum ſollicitas reddere prçmiorum ſuſpicio: quoties is, qui plus poteſt, ſine graui iactura exoluere promiſſa non valet. Abſunt hęc à deſiderio præmiorum noſtrorum. Nos ea ſequimur pręmia, quę nihil commoditati, nihil potentię tuę detractura ſint: ſed vim ac robur allatura. Non enim agri, neque vrbes hoſtium bello captę, ſed reditus in patriam nobis præmium ſit. Sic autem ſtatuimus, & tua in regno potentia nos in Hetruria ſeruabit: & ipſe velut murum, habebis ad vim, ſi qua vnquàm regno tuo immineat, ab ea parte propulſandam. Summa igitur erga te fide hos fore homines tibi perſuade, quos & commune hoſtis odium, & communis vtilitas tibi coniungit. Illud verò tanquam ſummum addidiſſe volumus, vt tanti finito bello nos feceris, quantum in ipſo bello promereri conſpexeris, deuotos certę & addictos tibi vtcunque habebis.

Florentini exules quę præmia à Carolo, po ſtularit.

Carolus Apuliam inuadit. hæc habet etiam Blon. li. 8. dec. 2. A.C. 1266.

§. III.

HÆc oratio magis acceptos ei exules fecit, ac maiori fiducia in familiaritatem, ad miſit. Paratis omnibus, quæ ad bellum opportuna fuerunt, cum iis copiis, quas è Gallia duxerat, item cum Tuſcis exulibus, ac aliis Latini nominis, qui aut prædæ, aut partium ſtudio eum ſequebantur: fines regni ſecus Caſſinum ingreditur: cuſtodia aditus, quo facilè arceri, ab ingreſſu poterat, ignauia hoſtium neglecta. Germanum deinde oppidum expugnare aggreſſus, magna virtute militum id cepit. Eo in loco Tuſcorum virtus primum conſpicua fuit. Suo námque conatu muros per foſſas & aggerem inuadentes, in primis cauſa oppidi capiendi fuere. Expugnatione eius oppidi conterritis cæteris, finitimæ quædam vrbes ad victorem defecerunt. At Mãfredus cõtractis vndiq; copiis ſtatuit in Sãnio hoſti occurrere, quod poſt quã intellexit Carolus dimicãdi cupid' Samniũ petit, nec vlla inde mora ſimul atque in conſpectum venit, aciẽ primus eduxit. Nec detrectauit pugnam Manfredus, ſed eductis & ipſe in aciem ſuis fortunæ ſe obtulit.

Germanũ oppidum à Carolo captum.

Antequam pugnari cæptum eſſet, ſpeculanti hoſtium agmina Manfredo, vna ſeorſum, acies proſpecta eſt equis & armis egregiè ſtructa. Erat huic ſuus dux, ſuumque vexillum, ſigna pontificis haud ſibi iam incognita diſcernebat. Signifer ea die fuiſſe traditur Conradus Inguimontanus eques Piſtorienſis: vir proculdubio pace belloque egregius. Dux autem Guido cognomento Guerra, celſi vir animi ac prope ſingularis. Perquirenti ergo à ſuis quorumnam virorum id agmen eſſet, Florentinorum Tuſcorumque reliquorum, qui diuerſa ſectantur eſſe reſpondent. Enimuero vbi ſunt (inquit) alterius factionis homines ex eadem Hetruria, in quos ego tanta beneficia dudum contuli? Cum adeſſe negarentur, permotus ingratitudine ſimul ac ignauia hominum. Illa (inquit) acies, Tuſcos exules oſtentans, niſi victrix hodie eſſe non poteſt. Nam

Manfredi de florentinis exulibus iudicium.

A.C. 1166.

Pugna inter Carolũ & Manfredum hæc pugna pri. die Cal. Martij. A.C.1166. commiſſa eſt.

Nam ſi ipſe vicero, illos quàm aduerſarios eorum mihi coniunctos malim. Ad ſuos inde reuerſus, ſignum prælio tuba dari iuſſit. Concurſum, eſt acriter ab vtraque parte pugnaque diu anceps fuit: Germanis pro Manfredo, Gallis & Tuſcis pro Carolo enixè dimicantibus. Nec milites ſolum, ſed & reges ipſi cominus pugnantes, plurima ea die diſcrimina pro victoria ſubiere. Poſt longum certamen Caroli fortuna, & militum virtus, & multo magis iuſtitia belli, vt qui contra hoſtes capitales eccleſiæ [pugnaret] ſuperauit, Profligatiſque Germanis Manfredus pugnans occiditur.

Hanc pugnam non longè à Beneuento commiſſam conſtat quinto fere anno, poſtquam ad Arbiam fuerat pugnatum. Præter magnam cædem multi nobiles ignobileſque captiui in manu victoris deuenerunt. Inter quos Iordanus, qui bello Hetruſco dux fuerat & Petrus Vbertus eques Florentinus, qui ambo in Prouinciam à Carolo miſſi, longo carcere vitam finiere.

Carolus Apulia potitur.

Reliqua Caroli expeditio redigendis vrbibus regni in poteſtatem fuit, quas exercitum circumferendo, bello nullo iam obſiſtente, breui perdomuit.

Florentiæ poſt Caroli victoriam noua rerum mutatio accedit. Leonar. Aret. in hiſt. Flo.

§. IIII.

DVM Florentini exules Carolum ſecuti circa hunc tempus militiæ terunt, Nouellus ac cæteri diuerſæ factionis principes, qui Florentiam tenebant, Caroli victoria mirum in modum perterriti, iamque aduerſariorum potentiam formidantes, contrahere ſeſe ac de partium ſolito ardore multum in dies remittere cœperunt. Et ſimul exulum quidam, qui per vicina loca degebant & agros, in ſpem erecti conuenere in vnum, ac rebus nouis animum intendere plebs ſolita, & propter crebra tributorum onera dominantibus inſenſa, notum aliquem rerũ affectabat. Liberæ iam multitudinis voces præſentia incuſantis, vulgo iactabantur. Quæ cùm in dies augeſcerent, placuit Nouello, cæteriſque eius factionis principibus, gliſcentem populi motum concilio præuenire, ac ſub ſpe pacis concordiæque ciuilis imminentibus malis commodè occurrere. Re igitur ad popnlum delata confirmandum ciuitatis ſtatum, & homines diuerſæ factionis, qui nullius mali ſuſpecti in vrbe remanſerant, in partem reipub. recipiendos cenſent: ita triginta ſex viris ex vtraque factione delectis negotium datur, vt quæ pro optimo ciuitatis ſtatu agenda forent, ea ſtatuere prouidereque curarent. Inſuper quo magis æquitas appareret, poteſtas ac iuriſdictio in vrbe, ad duos ſimul præſides viros religioſę militiæ, Cathalanum ſcilicet & Thodorinthum defertur: quorum alter Nouello ſuiſque, alter diuerſis partibus haud dubius habebatur fautor.

Iis Florentiam accitis poteſtas iuriſdictioque populi nomine commiſſa eſt, & vna cum triginta ſex viris, quos ſuprà delectos oſtendimus: depoſito partium ſtudio communi tran- A quillitati ſtudere iuſſi ſunt. Crebræ ab iis conſultationes habitæ ſunt & quædam non inutiliter conſtituta: quorum illud præcipuum: vt artium quibuſdam honeſtioribus collegia eſſent, vt quæ ſigna vexillaque haberent: ac noui quoties quid in vrbe oriretur, populares cuiuſque collegij in vnum concurrerent. Ea res, quãquàm parua primò viſa, tamen populum à damnantibus ad libertatem traducebat, arma capere & ad ſuum quemque locum cõuenire iubens. Itaque hæc vbi depræhenſa ſunt, nobilitatem vrgere cœperunt, nec deerant qui iam aperta B murmura ſuſpicioneſque iactarent. Acceſſit inſuper illud, quod ſtipendia equitum publicè à Nouello petita: non ita vt mos erat ſtatim promerentur.

A.C. 1266. Collegia artium florentiæ inſtituũtur.

Quibus rebus in ſuſpicionem maiorem adductus, principes familiarum nobilium, quæ ſuarum partium erant: ne ſub vmbra pacis maiora aduerſus ſe moliri paterentur, commone facere cœpit. Ipſe auxilia amicorum properè acerſiuit: Germanos paratos armatoſque circa ſe eſſe iuſſit. Ex his coorta ſeditione nobilitas iam pridem infenſa, prior arma corripere, ac pulſis triginta ſex viris rempubli. in ſuã poteſtatẽ re- C digere ſtatuit. Initium motus à Lambertis factum. Ij enim è proximis ædibus cum armatorum manu egreſſi in forum nouum, (ibi namq; triginta ſex viri tranctandis rebus conueniebant) primi impetum fecerunt. Eorum clamore diſſipato collegio, cum alius alio profugiſſet: ciuitas repente in armis fuit. Plebs quidem, & omnis multitudo, vrbana ad trinitatis conuenit eccleſiam. Nouellus autem cum omni ferè nobilitate ſuę factionis ac Germanorum equitatu auxiliaribus quoque amicorum ad Martis ædem. Ibi cùm aliquanto conſtitiſſet: plebemque ad trinitatis lucum eſſe audiret, profectus D inde recto itinere aduerſus populum aciem direxit. Nec plebs quidem detrectauit certamen, ſed obuiam impigrè ſe obtulit. Verum multitudo lapidum, quæ ad inſtar grandinis è turribus ædibuſque pluebat, cœptam inhibuit pugnam. Eo namque periculo commotus Nouellus ſuos reuocauit, ac per eandem qua venerat viam ad Martis ædem reduxit.

Martis templum nunc S. Ioannis dicitur.

Nouellus Florentia egreditur.

Ibi cum ſingula reputaret minimè ſibi tutum arbitratus eſt irritata & inimica multitudine, nonnullis etiam nobilium ab alienatis intra eadem mœnia noctem tranſigere. Itaque inde rurſus mouens ſigna, ad eas ædes in quibus Ca- E thalanus & Theodorinthus erant, profectus: claues portarum quoad egrederetur vrbe, poſtulauit. Præſides è feneſtris clamitantes hortabantur eum nequaquàm vrbem excedere: ac ſe motum illum populi ſedaturos promittebant. Verum tanta ſuſpicio inuaſerat animum, vt cuncta ad ſuam ſuorumque perniciem interpretaretur. Clauium igitur vbi poteſtas facta eſt: præconem alta voce percunctari iuſſit: an Germani omnes adeſſent, Cumque reſponſum eſſet adeſſe, rurſus an auxiliares omnes. Cumque id quo F que reſponſum fuiſſet ſigniferum incedere iuſſit. Ita profectus ab ædibus præſidum, pone theatrum vetus & ſtradij templum, ad portam boariam, qua primum Arnus influebat in vrbem cum omni ſua multitudine & nobilitate pleraque ſuæ factions egreditur. Mox læuum

tenens

A.C. 1264. tenens iter, circundata vrbe in via Pratenſem deſcendit: nec quidquam commoratus eadem die Pratum ſe contulit. Ibi ſublato iam metu, errorem ſuum recognoſcens, iamque conſilium damnans, quòd ipſe ſuique magnis præſidiis fulti vrbem nullo pellente reliquiſſent: ſera pœnitentia, ſi qua poſſet emendare rem aggreſſus eſt. Quare poſtridie cum omnibus copiis ad vrbem reuertitur. Heſterno tumultu concuſſa ciuitate portæ adhuc clauſę erant. Ciues, quibus id muneris erat iniunctum deſuper excubabát, qui cùm aduentum Nouelli ſuorumque ad populum retuliſſent: multitudo ſtatim armata ad portam cucurrit. Ab his repulſus Nouellus: cũ neque vi neque pręcibus regredi in vrbem poſſet: fruſtrà aliquot horis circa mœnia conſumptis Pratum copias reduxit.

Florentiæ popularis ſtatus dominatur.

§. V.

AT populus iam ſui iuris gubernationem reipub. haud ambiguè nactus: ciuitatem in antiquam popularemque morem ſtabilire conſtituit. Eius rei gratia de duodecim viris creandis loco veterum Anzianorum tunc primum inſtitutum eſt, & opportuna conſilia ad res grauioreş decernendas conſtituta. Nec duo poſthac præſides quaſi diuiſa reipub. cura, ſed vnus duntaxat poteſtatem iuriſdictionemque populi nomine exercebat. Firmato iam reipu. ſtatu & antiquo populari more reſtituto, quod nobilitas fermè tota aberat, maximum profectò ciuitatis ornamentum ad decorandam illuſtrandamque ciuitatem, reuocare omnes exules & in ſua quemque reſtituere placuit. Id quoque ad tranquillitatem pertinere viſum: ne fortè excluſi aliquid per vim molirentur.

Lege itaque ad populum lata omnibus ciuibus, qui vel dudum poſt Arbienſis pugnæ caſum vel nuper cum Nouello abſceſſerant, remeandi in vrbem eſt poteſtas permiſſa. Redierunt, qui Carolum ſecuti fuerant, ſexto poſtquam exulauerant anno. Magna fortium virorum manus, ac multis bellis exercitata, plaudente admodum populo: equos armaque ac cætera militaria in iuuentute, reduce quaſi robur quoddam reipu. intuente. Cupiens autem populus diſcordias inimicitiaſque nobilitatis, ſi qua poſſet ratione omnino ſedare (ſic enim non præſenti modo, ſed futuro etiam tempore putauit tranquillæ ciuitati eſſe licere) crebra prouidit matrimonia inter factionum principes ad vinciendam neceſſitudinem contrahi. Itaque & Nouello comiti Foreſius Adimar gener eſt datus, & Donati cum Vbertis affinitate coniuncti. Multę prætereà in cæteras familias neceſſitudines inductæ, quo diſcordiæ illarum in perpetuum ſopirentur. Id autem quo magis faceret eo eſt inductus: quod olim per nuptiarum repulſam initia fuerunt malorum in ciuitate coorta.

Licet enim aurea quoque ſtudia partium ob fauorem vt ſuprà docuimus, imperatorum pontificumque, & diuiſiones ciuium inde iam cœperunt: tamen addidit his impetum quemdam, & quaſi procellam nuptiarum infauſta repudiatio, ex eo videlicet, abbreuiando caſum, quòd

A Buondelmontes eques Florentinus, per eam tempeſtatem, vt videtur, in primis ſplendidus, cùm haberet inimicitias graues cùm Odone Arrighi filio Fiſantiæ familię nobili: qui Odo validis propinquitatibus erat ſubnixus, præcipuè Vbertorum Lambertorumque familiis túc potentiſſimis, & Buondelmonti etiam potentes familiæ fauebant. Poſt has inimicitias longo tempore habitas, inſurgentibus ſuper hoc bonis viris, zelantibus pacem ciuium adinuicem, concordia demum inter eos recipitur, & B vt ſtabilior fieret, affinitate nuptiiſque firmatur videlicet ſponſa à Buondelmonte recepta, nepte Odonis ex ſorore. Res iſta cum pace vulgata erat, & iam pro confecta opinione omnium habebatur. Hanc tamen affinitatem coniunctionemque fautores, quidam iuuenis nequaquam probabant: ſed quædam matrona è Donatis, arma diaboli, cum iuuenis Buondelmontes tráſiret iuxta domum eius, allocuta eſt eum redarguens de inito matrimonio, vt videtur per verba de futuro, quia nobiliorem habere poſſet, & pulchriorem: oſtenditque illi puellam nobilem C perpulchram, ſibi propinquam. Cui rei captus forma puellæ aſſenſit. Et dum pararentur nuptiæ primæ per Odonem, primis repulſis ſine cauſa iuſta celebratę ſunt de ſecunda nuptię. Quod vtique ad magnam iniuriam, & contumeliam Odo cum omnibus ſuis ſibi factam adſcripſit. Hoc omnibus bonis ciuibus valdè diſplicuit. Non ſufferentes tantam iniuriam Odo cum ſuis, vindicandam omnino ſtatuerunt totum ſuperbiæ & contemptui attribuentes, & occidendum Buondelmontem decreuerunt in die ſolenni. Cùm ergo in die paſcatis è veteri D ponte equo albo albaque, vt dicitur, veſte indutus iuuenis præfatus deſcenderet, egreſſi coniurati, ad hoc ab ædibus Amideorum, conſanguinei, & amici puellæ, cuius nuptias ſpreuerat, ipſum Buondelmontem circumſiſtunt, abiectumque ex equo multis vulneribus conficiunt interimentes: annueruntque ad hoc homicidium perpetrandum & Vberti, & Lamberti, & alij manu ipſius Odonis. Bonduelmontes occiditur.

Percuſſores ſtatim poſt cædem facto globo in Amideorum domos ſe receperunt. Rumor per vrbem diffuſus pro diei ſolemnitate, & homicidio populum commouit. Nam & ſi error E fuerat deferendis nuptiis pœna legibus conſtituta erat, pecuniarum promiſſarum iactura. Cædi verò ex coniurato homines inciuile videbatur. Occiſi cognati affineſque in vnum coeunt. Nec nobilitas ſolum: ſed & plebs incerto ſcinditur fauore. Hinc odia ciuium irritata vehementius exarſere: vt vulneribus & ſanguine ſumma perdendi cupidine certaretur. Hæc igitur in ciuitate diſſidia ex nuptiarum repulſa cóſiderans orta Florentinus populus contrariis remediis curare tentauit. Itaque reſtitutis in vr- F bem nuper ciuibus author extitit nouarum affinitatum inducendarum.

Enimuero maior erat morbus, quam vt huiuſmodi mèdicamento ſanitas illi poſſet afferri. Licet enim ab initio magnam ſpem lætitiamque præberent: tamen paulò poſt irrito conatu prouiſa apparuere. Neque concordia diu ſtetit. Nam præualenti bus longe iis, qui cum Carolo vicerant, aliamque factionem non ſecus, ac victam

Margin: A.C. 1264. Cauſſa partium Florentiæ fuit nuptiarum infauſta repudiatio.

A.C. 1266.

victam deſpicientibus formido ſimul & indignatio aduerſarios agitabat: præſertim cum plebs quoque memor Arbienſis pugnæ ac vulneris reipub. tunc accepti authores tantæ cladis ac transfugas ciues, qui decus patriæ Senenſibus prodidiſſent liberis iam deteſtationibus maledictiſque laceſſeret: Acceſſit his ſuſpicio ingens: quòd crebra fama haud ambiguè vulgabat Conradinum Chunradi filium Friderici nepotem ingentes copias in Germania parare: regni pro recuperatione paterni Italiam tranſiturus. Ad cuius aduentum, ſpem Piſani, Senenſes, ac cæteri huius factionis modo Caroli victoria fracti haud ſegniter erexerant animos. Et ſollicitatum ab his Conradinum circunferebant, eorumque fiducia opum inniti. Itaque cum innouarentur antiqua patrum vulnera, neutra factio ſatis alteri confidebat.

Carolus mittit exercitum in Hetruriam.

Interea Carolus regni iam compoſitis rebus cùm ad ſecuritatem ſuam plurimum, pertinere iudicaret Piſanos Senenſeſque ante Conradini aduentum in ſuam poteſtatem traducere præfectum quemdam è ſuis cum equitatu in Hetruriam miſit. Poſtulatum eſſe hoc à Florentinis ciuibus regis amicis quidam authores ſunt, eorumque præcibus adductum regem copias ſuas in hæc loca miſiſſe. Cæterum vtilitatis rationē ne Siculis regnum Siciliæ velut hæreditarium repetentibus fauor aliquis in Hetruria reſideret, regem permouiſſe magis crediderim. Erat illa quidem communis ſuſpicio, nec regis modo verumetiam pontificis. Cùm enim per magni rerum motus ab Hetruria prodire conſueſſent: nequaquam negligendas eas partes Romano pontifici viſum eſt. Itaque ad comprimendum omnem exinde motum, nouo quidem exēplo, ſed admodum neceſſario, gubernationem Hetruriæ quaſi ab imperio reſciſſam ſibi ac Romanæ ſedi pontifex reſeruauit. Id autem eo tolerabilius fuit, quod nemo per id tempus præſidebat imperio, & ex authoritate Romanæ ſedis factum non ambitioſè conſtabat: ſed rebus ipſis vehementer flagitantibus. Reſeruata Hetruria eiuſque gubernatione pontifici Carolus tanquam vicarius illi præficitur, atque ob has cauſas permotus rex, quaſi iuſto quodam imperij titulo, equitatum primo in Hetruriam miſit.

Pontifex gubernationem Hetruriæ ſibi reſeruat. Blon. ibid.

Carolus in Hetruriam copias mittit.

Aduentantibus itaque regiis copiis, ciues qui nuper ſub rege militauerant, ducem ipſum atque Gallos militiæ cognitos, vna cum tota factione quæ ob victoriam regis in patriam ac rempub. redierat, gratulabundi recipere parant. Econtrario verò aduerſarij conterriti, pridie quàm hæ copiæ Florentiam intrarent, ſponte ſua egreſſi abiere, tertio ferè poſtquam exules redierant mēſe. Hoc itaque diſſidio cùm partium ſtudia renouata eſſent, ruſumque certamen futurum appareret, ciues qui in vrbe remanſerant: eximia in regē beneuolentia accenſi quem authorem reditus ſui & protectorem ſalutis haud falſò prædicabant, plenum ciuitatis arbitrium illi permiſerunt. Malateſtam Verruchianum principem eius familiæ, quæ poſtea plurimum floruit, à rege præfectum Florentiæ per ea tempora comperio. Summæ tamen hic præerat reipublicæ, ac regio nomine dominatum exercebat. Nam iuri quidem dicendo iudicandiſq; delictis minores præerāt magiſtratus.

Carolus rex Florentiæ poteſtatem naneiſcitur.

A.C. 1266.

Inter Florentinos ciues bellum geritur.

Bellum mox à ciuibus, qui exierant, aduerſus vrbē, inferri, cœptum, & quidem pluribus locis Tumultuoſius quidem, ab Hilarum circumque ea loca hoſtis imminebat. Nec latrocinia modò clandeſtina, ſed prædæ quoque palam abactæ. Augebaturque concurſu multitudo, vt iam pene iuſti exercitus inſtar haberetur. Aduerſus hanc creſcentem indies manum etiam vſque ad mœnia vrbis infeſtantem, populus Florentinus egreſſus cùm hoſtes intra munimenta vi & armis compuliſſet, caſtellum ſubinde ipſum expugnare aggreditur. Quod etſi erat munitiſſimum tamen annuentibus ciuibus, qui militiæ gloriā ſibi vēdicabant, ac virtutem oſtentātib. ſumma vi capitur. Ingens exulum manus in eo caſtello oppreſſa eſt, maxima verò eorum pars in ipſo expugnationis ardore per iram cæſa: ſed præſertim in nobilitatem ſæuitum. Alia inſuper caſtella priuſquam Florentiam rediretur extorta, & captiui quidam ducti: è quibus Sentius Volomanus cum quibuſdam agnatorum in parte publicarum ædium ruſus diuturna captiuitate maceratus eſt. Inde carceri nomen inditū, & nō à conditore, vt Tulliano Romæ carceri: ſed ab eo, qui captiuus aſſeruatus eſt, Volomano dicto.

Oppidum Hilarum ſeu vi Blōdus vocat, Sanctilarum à Guelphis Florentinis captū.

Contentio inter Florentinos ciues oritur. idem.

§. VI.

REVERSO in vrbem exercitu, ac diuerſæ factionis hominibus qui nuper ante copiarum regis aduentum demigrauerant, hoſtibus iudicatis, exorta eſt inter ciues haud parua contentio. Hi enim qui dudum poſt Arbienſem pugnam exulauerant, aduerſariorum ſibi bona poſtulabant. Fuerant enim tunc eorum domus in vrbe ſimul agroque dirutę, prædiaque vaſtata: in quorum compenſationem nunc eorum ipſorum bona, qui tunc vaſtandi, & diruendi authores fuerant, depoſcebant. Qua in re, cùm nulla modeſtia eſſet, ſed qui plus poterat, plus habere niteretur, placuit ad regis arbitrium rem deferri. Cauſa cognita ſtatuiſſe regem perhibent: vt è bonis eorum, qui hoſtes iudicati eſſent, ciuibus, quorum olim domos villaſque euertiſſent, pro cuiuſque æſtimatione damnorum ſatisfactio eſſet. Ea de cauſa duodecim viri ad eam rem creati cuncta examinarunt, & in libellos redegerunt. Ita reſtitutio perfecta eſt. Quod reliquum erat bonorum exulum: partim in rempublicam verſum, partim collegio Guelpharum partium attributum eſt.

Videntur autem & pontifex, & rex non ſine cauſa augendæ extollendæque huiuſce factionis ſtudioſi fuiſſe. Quippe Romanus pontifex à Manfredo, ſuiſque multifariè iniurias olim perpeſſus, & tunc maximè Conradini formidans aduentum: hos homines, quorum fidele obſequium, & conſtantem erga ſe Romanamque eccleſiam animum experimento cognouerat cunctis temporibus præualere cupiebat, & rex fortitudinem fidémque eorum militiæ expertus: pro veteri amicitia diuerſam factionem in Hetruria obrutam volebat, ob idque cunctos immodico complectebatur fauore. Itaque illud primo

Guelphi Florentiæ rempubl. gubernāt.

A.C. 1266.

primo per hæc ipſa tempora conſtitutum quidam putant, vt ea ciuium pars collegum gubernatoreſque publicè delectos haberet; vt eſſent quibus commodorum eius præcipua ſemper cura diligentiaque incumberet. Ego verò & diu ante hoc tempus fuiſſe duces partium in ciuitate comperio. Idque publicis annalibus multis extat locis. Et quidem aliquamdiu obſeruatum eſt, vt non ciues, ſed peregrini duces eligerentur, viri nobiles domi: & qui eaſdem in ſuis ciuitatibus ſectarentur partes. Itaque Lucam, Sabellum, Bertuldum, Vrſinum, Thomam, Seuerianum, ſuo quemque anno duces Guelpharum partium Florentiæ fuiſſe legimus. Hi ciues à factione delecti in conſilium dabantur. Sed poſtea ad ciues negotium rediit, & plures ſimul duces creari cœpti ſunt: cum antea vnus duntaxat dux ſingulis annis eſſe conſueuiſſet. Id collegium maximam in vrbe habebat authoritatem: & velut cenſuram quamdam in ciues exercet, vt qui notatus fuerit, alienus ab omni honore publico habeatur. Sed hæc ſuis temporibus narrabuntur, nunc hactenus dixiſſe abundè ſit.

Florentini contra Senenſes pergunt. Leon. Aret. & Blon.

§. VII.

EODEM anno bellum aduerſus Senenſes renouatum eſt, properantibus Florentinis Arbienſem cladem vlciſci. Itaque præfectum regis ſecuti cuncta circa Senas infeſtius popularunt. Cumque maximus pugnandi ardor eſſet, hoſtem ne populationibus quidem & incendiis, quæ paſſim ante oculos oſtentabantur, ad pugnam pellicere valuerunt. Sed cum iis eſſet locis exercitus, nunciatum eſt exules magna manu ad Bonitium conueniſſe. Itaque eo confeſtim verſa eſt totius belli moles. Nam præfectus regis & Florentini retro ad Bonitium mouerunt caſtra & Piſani Senenſeſque ita demum ſe peſtem aduerſuros æſtimantes, ſi alibi hoſtis deſtinatetur defendere Bonitium, tota vi ac exules, qui intus erant omni ratione ſtatuerant confouere. Ita iuxta pertinaciter & impigrè vtrinque incumbentibus, vt in eo appareret totius belli diſcrimen verſari: præfectus quidem & Florentini, primo ac ſubitaneo impetu expugnare Bonitium adorti. Cumque & natura loci egregiè muniti & ſtructura hoſtium facilè repulſi eſſent, ſtatiuis ante oppidum poſitis obſidere perrexerunt. Exules autem & ſuo ipſi robore, & magnis Piſanorum & Senenſium adhortationibus confirmati non minus alacriter reſiſtebant: præſertim cum per crebros internuncios certiores fierent à Senenſibus Piſaniſque opis ferendæ gratia copias ingentes parari. Is rumor per caſtra quoque diffuſus effecit, vt ex ciuitatibus, quæ erant in tutela regis (iam enim frequentes ſeſe illi coniunxerant) auxilia vocarentur.

Bonitij obſidio.

Rex quoque ipſe tractus eo certamine, in Hetruriam venit. Iter eius ex Viterbio Aretium primo inde Florentiam fuit. In vtraque ciuitate ſummo applauſu ciuium, nec vllo genere honoris non impenſo receptus in caſtra ſe contulit. Primo regis aduentu legatione ad eum miſſa, obſeſſi lenire mentem regis nitebantur. Poſtquam verò alieniorem ſenſerunt ac rem penitus ad vim ſpectare machinas adduci, præſidia circa oppidum communiri: ex formula ſic egerunt. Iniuriaris o rex. Siue enim nomine tuo vim affers, imperium Romanum, cuius poſſeſſio ſumus, indignè offendis. Siue imperij, cuius te vices gerere in Hetruria aſſeris: fidos & benemeritos iniuria laceſſis. Reſponſum poſtquam ex formula diſceptare placet, imperij nomine iſta gerimus. Proinde, ſi imperij poſſeſſio eſtis nos exercitumque noſtrum intra mœnia ſuſcipite: ſin pactionibus tergiuerſamini vt rebelles iure vlciſcimur. Ita dirempta colloquia ſunt & oppugnatio incepta.

A.C. 1266. Carolus rex in caſtra venit.

Colloquiũ obſeſſorũ cum rege.

Regi itaque apprime rei militaris perito, & vel eximiis ducibus comparando nullum oppugnandarum vrbium genus fuiſſe ignorum crediderim. Collis autem erat, de induſtria ad omnem vim arcendam factus videbatur, ſublimi atque præciſo vndique fere aditu oppidum muniebat. Quo veró collis ad oppidum iungebatur: contra eum locum non turres modò, verumetiam ſtationes armatorum oppoſitæ omnem vim hoſtium de facili dimouebant. Irrito igitur conatu cum oppugnatio langueſceret, rex diuturna incubatione domitare hoſtem cõſtituit: nec prius abſcedere, quàm Bonitium caperetur. Quare obſidione vehementius intenta ex amicis ciuitatibus magna multitudine confluente oppidum vndique cinxit & præſidia pluribus locis communiuit. Tandem cum omnis ſpes obſeſſis adempta eſſet, ac iam neceſſaria deficerent, Bonitium regi deditur, quarto poſtquam rex aduenerat menſe, iis qui intus erant incolumibus abire pactis.

Bonitium à Carolo rege capitur.

Inde per mediam hyemem mouens rex cum Florentinis ac cæteris amicis, Piſanos ingreditur fines. Capta in aliquibus locis ab eo aliqua caſtra, Portus expugnatus, & turres qui portui imminebant euerſæ, Pupulato inde circa Piſas agro Lucã, quæ tunc regis amiciſſima erat, ſe recepit. Refecto paucis diebus exercitu poſtulantibus Lucenſibus Murronem obſedit: idque caſtellum non vi, ſed aſtutia captum eſt à rege. Simulatis enim cuniculis quaſi mœnia euerſuris: nocte magna vis ruderum importata ante oculos obſeſſorum per dies egerebatur. Quare illi conterriti cum iam nutare mœnia falſo decepti metu exiſtimarent, arbitrio regis ſe permiſerunt. Per hunc modum rex munitiſſimum caſtrum accepit, receptum autem Lucenſibus tradidit.

Piſanos agros rex populatur.

Egregium Caroli regis ſtratagema.

Noui in Italia tumultus. A.C. 1267.

§. VIII.

ANNO ſequẽti turbulẽti ſecuti ſũt motus. Cum enim in Hetruria eſſet rex Carolus ac omnes ciuitates, quæ prius Friderici, mox &

A.C. 1268.

& Manfredi ſectatæ fuerant partes, præter Senenſes & Piſanos in ſuam fidem voluntateinq́; traduxiſſet, & hos ipſos domare pararet duo per idem ferè tempus afferuntur nuncij. Altero Conradinum Italiam Tridentúmque iam perueniſſe. Altero in vrbe Roma, atque Sicilia motus rerum haud quaquã contemnendi, & ciuitatum procerúmque defectus nunciabantur. Rerum nouarum hæc cauſa fuerat. Hiſpani erãt duo regij generis fratres, Henricus ſcilicet & Fridericus. Hi Alphonſo fratri regnum in Hiſpania obtinenti, infenſi, tandem extorres patria exularunt, collectáque virorum manu, quando ſe aduerſus fratrem nil proficere exiſtimabãt poſſe, in Aphricam tranſgreſſi Tunetæ [a] (quod Tunetũ quoque & Tunitium ſeu Tuniſium dicitur) apud regem longo tempore meruerunt. Ibi præda ſimul ſtipendiisque ditati, cùm de communibus tandem fortunis conſultarent: placuit vt Henricus qui maior natu erat, cum omni pecunia & cætera gaza in Italiam traiiceret, Sardiniæ regnum a pontifice maximo petiturus.

Blondus lib. 8. dec. 2. hæc paulò aliter habet.

Delatus igitur è Carthaginis portu: cum ſecundum cõſilium Italiam pontificemq́ue adiiſſet: fautore vtitur Carolo, qui nuper victo Manfredo flagrantiſſima apud pontificem gratia præualebat. Et erant ſanè Henricus fratréſque arctiſſimo conſanguinitatis gradu materna Carolo ſtirpe coniuncti. Quamobrem & neceſſitudinis iure & procurationis beneficio inductus petenti Carolo magnam pecuniæ vim Henricus muruat. Sed dum pontifex de regno deliberat & regis gratia concedere parat, ortis in vrbe Roma ſeditionibus, ciuibuſque ad arma ruentibus ad ſedandas eas tempeſtates à Romanis Hẽricus expoſcitur: ac ex Viterbio, vbi tunc pontifex degebat, Romam vocatur. Senatúſque poteſtas volente populo illi tribuitur. Pacata itaque vrbe cum velut ominatum iure partium nullo pontificis reſpectu exerceret: ac maiora quædam moliri videretur, pontifici ſimul ac regi in ſuſpicione venit, ob idq́ue intermiſſum Sardiniæ negotium eſt à pontifice. Et Carolus repetẽti mox pecunias, ne maiores ad nocendum facultates illi adeſſent, bono conſilio haud quaquam reddebat. Cœperat Henricus iam inde ab initio con-

Hẽricus in vrbe Roma Senator deſignatur.

a *Totam hanc Blondus hiſtoriam paulò aliter refert his verbis. Henricus Fridericusq́ue ab Alphonſo eorum fratre vlterioris Hiſpaniæ Rege profugi diuerſas petierunt regiones, vt aliquos in fratrem reges aut populos concitarent. Fridericus in Aphricam ad Saracenos Henricus in Franciam & inde in Angliam traiecit. Hinc Germaniam petiit vbi Conradinum è ſorore Conſtantia pronepotem ſuum conſentaneum deſiderio reperit, conſtitutumq́ue eſt inter eos clandeſtinè fœdus, vt rebus ad machinationem, quam Henricus adoleſcenti ſæpenumero depinxit, ordine inchoatis Conradinus in Italiam aduolaret. veniens verò è Germania Piſas Henricus Piſanos in conſtitutam cum Conradino machinationẽ facilè traxit, & inde Viterbium ad Pontificem ſe contulit, magnáque cum omnibus largitione vſus, vt Pontificem data mutui nomine pecunia ſibi obnoxium reddiderit. Qua fretus largitione diſcordem tunc etiam magis ſolito ciuitatem Romanam reddidit, pariter in ſua ſtudia deſideriaq́ue proclinem. hæc ille.*

A tiam pontifici Carolóque factionem magis fouere, vtramque tamen intra vrbem æquitatis ſimulatione continebat. Vt verò ſuſpicionem pontificis aduertit, alienus ex templo factus, Piſanos ac Senenſes, cæteróſque eius factionis homines ſollicitare occultè cœpit: ad Conradinum item mittere, fauorem ſuum fratríſque ac Romanam vrbem ſi aduenerit polliceri. Magnum hoſtes momentum in vtroque reponebant. Iraque ad Fridericum Conradus Capitius Neapolitanus tunc

A.C. 1268

B exul regni cum vna Piſanorum naui miſſus eſt, literas ferens ab Henrico fratre, vt cunctis poſthabitis ex Aphrica in Siciliam ad res innouandas traiiceret. A Conradino etiam frequentes ad Siciliæ populos & paternos amicos literas regio nomine ſcriptas detulit. Maturata igitur re, Fridericus & Capitius in Siciliam tranſeunt, ducentos milites Hiſpani generis, totidem Germanos, Tuſcos verò quadringentos ſecum traducentes. Ibi ſpargendis Conradini literis, & maioribus, quàm attulerant profitendis, breui admodum tempore

In Sicilia res nouę excitãtur.

C Siciliam ferè totam præter Syracuſas, Meſſanam & Panormum ad defectionem compulerunt.

Et ſimul Romæ dum de Siciliæ motu auditum eſt, Henricus non vltra cunctandum ratus viros ampliſſimos principes ciuitatis (Guelpharum partium erant) ad ſe in Capitolium euocatos corona armatorum circumdat, ex his Nepolionem & Matthæum Vrſinos eximia gratia homines, ſummáque nobilitate, confeſtim ne quis motus in vrbe ſuſciretur extra vrbem ca

Romæ Gibellini dominantur.

D ptiuos delegat. Ioannem verò & Lucam Sabellos in capitolij carcere aſſeruat. Diuerſæ autem factionis hominibus licentiam impunitatémque promittit. Ita repente mutatis rebus, eodem penè tempore de Conradini aduentu, ac de Romanæ vrbis motu, Siciliæque defectione rex certior factus, ancipitíque perculſus malo, Senenſium Piſanorúmque curam omittere: ac velut ad domeſticum extinguendum incendium properare coactus eſt. Relicta igitur parte equitatus in Hetruria, ne Conradino veniente ciuitates, quæ in fide eius erant, præſidio vacuæ forent, reliquę omnes copiæ à rege contrahuntur: & per Brutios atque Lucanos, itémque per

Carolus rex in regnum.

E Siciliam ad inhibendas defectiones præſidia ſubmittuntur.

Per idem ferè tempus Piſani, vigintiquatuor naues longas ad populandam maritimam oram, ſollicitandáſq; ciuitates aduerſus Carolum demiſere. Edictúmque erat (vt cùm littus Italiæ ſatis luſtraſſent, exuléſque magna illorum vis ea in claſſe vehebatur) ſuis locis expoſuiſſent, in Siciliam ad Fridericum & Capitium perua-

F derent, auxilio partium, ſi quid expediret, futurę. Conradinum in Italiam veniẽtem ſupra decem Germanorũ millia vſque Tridentum proſecuta ſunt. Inde ſeu pecuniarum inopia, ſeu quòd ſatis virium ſibi adfore in Italia propter ſtudia partium exiſtimabat, ad tria millia delectorum equitum retentis, cæteram multitudinem domum remiſit. Ipſe Tridentum profectus ſecus Atheſim fluuium Veronam peruenit. Inde ad dexteram flectens in Ligures duxit. Nam recto quidem itinere haudquaquã petere Hetruriam

A.C. 1269. iis,quas habebat copiis ad hoſtem ductis, non procul ab eo caſtrametatus eſt. Ibi cum multitudinem ac robur hoſtium,vireſque examinaret ſuas,artis & ingenij opus fore ſtatuit. Nam aperto quidem certamine non ſuperate,ſed nec hoſti quidem ſe reſiſtere poſſe confidebat.Con ſilio maximè ad eam rem vſus dicitur Alardi cuiuſdam ſenis,nobilis viri domi ac in re militari apprimè docti, cuius hortatu rex ex omni ſuorum exercitu octingentos equites delectos inſciis hoſtibus proximo ſub colle continuit: reliquam verò multitudinem in planitiem dimiſit:præfecto eis quodam ex ſuis regio ornatu:ſic vt rex ille crederetur. Ipſe non longe ab iis,quos poſt collem reſeruauerat paulò ſuperiori de loco pugnam ſpectaturus conſtitit.

Conradini duces: cum acies inſtruerent Ligures,& Tuſcos, & Hiſpanos in fronte collocarunt: Germanos circa ſigna in ſubſidiis poſuerunt,Vt ergo pugnari cœptum eſt,Tuſci,Hiſpani & Ligures ingenti ardore regias turmas aggreſſi,magnam ſtragem ediderunt. Nec longo tempore impetus eorum ſuſtineri potuit. Pugna inter Carolũ & Conradinum. Sed poſt quàm anteſignanis reiectis ventũ eſt ad intima regis agmina,& præfectus regiis ornatus inſignibus ad terram proſtratus eſt, clamantibus cunctis regem eſſe captum,Germani quoque,& ij qui in ſubſidio erant, ne expertes victoriæ forent,ſeſe pugnæ admiſcuerunt. Ita profligatis hoſtibus cùm paſſim fuga effuſiſſima fieret,victor quoque inſequendo propelléndóque diſſipatur. Nullum iam in campis denſum agmen,nullum in ſubſidiis robur manſerat.Vagus miles, & prædæ intentus quaſi certiſſimus victor exultabat.Maxima pars fugientes inſecuta ſeſe longè à conſpectu abſtulerat. Tunc rex circumducta repente delectorum acie in campum deſcendit,ſtricto ipſe ac denſo agmine ſparſos inuadit. Multis ſubita vi oppreſſis, aut in fugam verſis, in ipſa ſigna Conradini fertur, ac vno momento diſſipat. Conradini fuga, & Caroli victoria. Conradinus ceu miraculo attonitus,cùm è victore victus inopinato factus eſſet,cum paucis inde comitibus fugit. Rex ſuos ab inſequendo continuit, ſed denſum conglobatúmque tenẽs agmen redeuntes ab inſectatione ſuorum hoſtes,integer feſſos & ſtructus incompoſitos excipiebat.Per hunc modum oppreſſis hoſtibus, plena victoria potitus eſt Carolus.

Conradinus Romam peruenit, & à Guidone Feretano,quem proficiſcens ad bellum Romæ in præſidio reliquerat exceptus eſt. Populus quoque Romanus non inuitus illum excepit inſcia adhuc plebe cladium receptarum. Sed mox aduentantibus Romanis ciuibus diuerſæ factionis,qui ab Henrico dudum pulſi cum rege in pugna fuerant,ducibus Vrſinis & Sabellis ciuitas confeſtim in armis fuit;quamobrem metuens Conradinus relicta vrbe Haſturam incognitus petiit, eo conſilio vt inde Piſas nauigaret. Circum ea captus loca [a] regi deditur.

a *Chunradus ſeu Conradinus rex vtriuſque Siciliæ poſt Manfredum, dictus prælio victus & captus a Carolo rege 9 Cal. Aug. A.C.1269.occiſus eſt Neapoli 7. Cal. Nou ibique in mercate ſepultus. In quo familia Sueuorum defecit Onuph. vide infrà.cap. 2.§.1. quo fine Friderici familia diem extremum clauſe it.*

Nec multo poſt Neapolim ductus ex ſententia ciuitatum quarum ſyndicos ad iudicium de captiuo ſtatuendum Carolus toto ex regno contraxerat ſecuri percuſſus eſt primo adhuc ætatis flore,& adoleſcens potius,quàm vir.Percuſſi ſunt item cum eo dux Aſcuriæ eiuſdem ferè ætatis & Gerardus Piſanus qui Tuſcorum dux in prælio fuerat. Henricus verò Hiſpanus cùm eo prælio aufugiſſet;in agro Aretino captus, ac regi traditus iure quodã conſanguinitatis & pactione eius,qui tradiderat,vitam redemit, perpetua tamen captiuitate damnatam. Poſt hæc in Sicilia cæteriſque regni locis omnia in poteſtatem Caroli rediere. A.C. 1268 Conradinus ſecuri percuſſus eſt.

Bellum in Hetruria geſtum à Florentinis contra Senenſes.iidem.

§. X.

DVM hæc gerebantur apud regem,Hetruria quieuit;magna præſidiorum parte abſente,& animis in euentum prælij omnium verſis.Verum vt peracta res eſt,& Conradinus oppreſſus,ad bellum domeſticum verſæ mentes: copias parare,ac redintegrare certamina perrexerunt.Itaque poſt prælium ea æſtate Senenſes exuléſque Florentini,qui Se nis erant cum omnibus copijs profecti Collẽ oppidũ iuxta Elſæ fluuium obſederunt.Id cùm Florentiæ nunciatum eſſet,confeſtim equites peditéſque eo properare,ac ſociis opem ferre iuſſi ſunt. Cùm aliquanto ante ſolis occaſum ad ea loca equites perueniſſent,diuerſa ab hoſtibus regione oppidi intra mœnia recepti: peditum agmen quod tardius incedens, non prius quàm altera die affuturum erat expectare conſtituerant.At hoſtes ob hoc ipſum conterriti prima luce mouerunt caſtra, Id verò cùm trepidantius agerent ſpem rei benè gerendæ præbuerunt equitibus. Itaque capta repente ſunt arma, nec vltra peditem expectare placuit:ſed egreſſi magno ardore hoſtem trepidum cedentémque inuadunt. Oppidani quoque proſecuti,& ſpe multitudinis & clamore iuuarunt.Ab iis verſi in fugam Senenſes profligantur. Nec dubitatur,ſi pedes affuiſſet, quin acerbiſſima illa clades Senenſium excidium minaretur.Equites tamẽ ipſi,quanta potuerunt maxima edita cæde: neminem ferè captiuum ſeruauere.

Vicarius regis Caroli, qui erat capitaneus principalis Guelphorum, vocabatur dominus Ganbertaldus,qui tunc Florentiæ erat, & cum ſuis Gallicis & Florẽtinis Guelphis ſubitò pro fecti ſunt ad defendendum Collenſes. Capitaneus verò Gibellinorum & præcipuè Senenſiũ vocabatur Prouenzanus Syluani Senenſis;& cũ eo Nouellus capitaneus exulum Florentinorũ Gibellinorum,qui erant in duplo plures quàm Guelphi. Et Deo operante debellati ſunt Gibellini à Guelphis. Nouellus fugit, Prouenzanus captus decapitatus fuit,& caput eius per totum campum Florentinorum in lancea delatum. Hic deceptus fuit à diabolo,quem interrogauit de euẽtu futuri prælij. Reſpondit enim. Ibis, bellabis,vinces,nõ,morieris in bello,& caput tuum altius erit quolibet alio. Ille malè pũctuãs locutionẽ,& malè intelligens exiſtimauit ſe habiturum victoriam, eo quòd dictum erat Fraus diaboli in ſuis reſponſis.

A.C. 1268. erat caput ſuum altius futurum ſuper omnia, quod impletum fuit, quia in lancea portatum. Et non ſeparabatur à morietis, & coniungebatur ad vinces, id eſt non vinces. Plures ibi occiſi ſunt ex Senenſibus quàm in bello iuxta Arbiam ex Florentinis, & facta eſt pax inter Florentinos & Senenſes.

Eodem anno Oſtina à Florētinis obſeſſa (occupauerant enim illud caſtellum exules qui è prælio aufugerunt) mox cum arctius à Florentinis premeretur, noctu deſerto loco exules euadere tentantes, cùm incautè id facerent, non fefellerunt cuſtodes. Itaque inſurgente clamore magna ex parte aut capti, aut interfecti ſunt. Haud multo poſt reductas ab Oſtina copias Lucenſibus poſtulantibus, quoniam aduerſus Piſanos ducere parabant, equites peditéſque in auxilium miſſi vſque ad Piſarum mœnia cuncta depopularunt, & caſtella quædam circa Auſerim fluuium ceperunt.

Pax inter Senēſes & Florētinos facta. Pax deinde cum Senenſibus ex diutino bello recepta. Illi enim cum ſpes nulla iam amplius ſupereſſet ad Caroli gratiam conuerſi, præfectum eius intra vrbem receperunt, pacemque fecerunt cum Florentino populo. Inter cætera conditio pacis illa fuit, vti Senenſes Florentinorum exulum neminem Senis Senenſíve in agro eſſe, morarive paterētur. Eadem de cauſa quidā exulum Senis abeuntes, Caſentinatem in agrū cùm ſe conferrent, capti per media loca Florentiam adducti ſunt, moxque de illis ſupplicium ſumptum. Inter hos fuit Acciolinus Farinatæ filius eques Florentinus, patria generéque illuſtris.

Magna aquarum inūdatio. Eodem anno circiter kal. Octobris duabus noctibus & luce media continuatis imbribus, flumina mirandum in modū ſupra ſolitam magnitudinem excreuerunt, pleráque ſuos alueos egreſſa circumiacentia inundarūt loca. Fluuius Arnus factus auctior, cùm magnā vim materię trabéſque exectas & arbores euulſas radicitus turbulento vortice deferret ad pontem, qui eſt ad Trinitatis ædem, tranſuerſas impegit. Tumentibus mox aquis & quæ eo tenebantur obice per vrbem redundantibus, inſtar diluuij cuiuſdam omnia compleuit. Tandem maiori aquarum vi diſiecto ponte, impetus in alterum pontem delatus, ſimili ruina illum ſubuertit. Ita è quatuor pontibus, qui ripas Arni intra vrbem iungebant duobus euerſis, purgato demum alueo aquæ ceſſarunt.

Clementis quarti Papę mors. 3. Cal. dec. A.C. 1268. Leon. Arc. Blon. & alij.

§. XI.

ANNVM inſignem multis rebus, inſigniorem fecit pontificis mors, & contētio inter patres ſecuta. Sepultus eſt autem glorioſus pontifex Viterbij, vbi tunc curia reſidebat, in eccleſia fratrum Prædicatorum vbi ipſemet ſibi elegerat ſepulturam. Sed de facto tranſlatū ad eccleſiā cathedralem ad voluntatem quorundam. Poſtmodum dictante iuſtitia per ſucceſſorem pontificem, reſtitutum eſt corpus fratribus ipſis: & ante capellam maiore in late-

A re honorificè vt par et, collocatum. Dicitur enim in laudem tanti viri: quòd cùm duas filias nubiles haberet, & nuptum tradere quæreret, non tamen de patrimonio Crucifixi, ſed tantum de proprio, qđ non maximum erat, eas dotare vellet, attendentes ad diuitias pontificales ſeu eccleſiæ cùm de illis nil expectare valerent, illas innuptas dimiſerūt, vnde & meliori ſponſo domino Ieſu Chriſto traditæ ſunt in virginitate Deo obſequentes. Vacauit autē ſedes annis quaſi duobus, non concordantibus adinuicem electoribus, ſed in ſui ſenſus pertinacia, quæ ſua erant, non quæ Ieſu Chriſti quærentibus. Vacauit ſe. d. 2. a. 2. m. 9. d. 1 Oq.

B Ob eas patrum diſcordias aduerſa factio rurſus in ſpem erecta, multa per Hetruriam moliri [illegible] & apud Bonitium magnam vim hominum diuerſa ſentientium conueniſſe, nec apud Senenſes quidem æquatas eſſe res. Multos enim ſpe nouarum rerum, apertè iam fremere. Accedebat ad hunc metum abſentia regis neceſſariò futura, quoniam Ludouicus Francorum rex Caroli frater magna parata claſſe, quo in Aphricam traiiceret Carolum rogauerat, ne communi Chriſtianorum cauſæ deeſſet. Motus in Italia rede[unte] Carolo excitati Leonar. ar.

C Harum itaque ſuſpitio rerum ad curam Hetruriæ regem perrexit, conantem priuſquam proficiſcerentur impendentes rerum motus præuenire. Quare Romam petens, authoritatem ſenatus iam ſibi pridem demandatam, ſed quodam tempore intermiſſam reſumens, Gibellinos in ipſa vrbe primum afflixit. Mox in Piſanos conuerſus, quibus infenſiſſimus credebatur eo quòd per ſuperiora tempora, inimiciſſimo fuerant in regem animo, quòd naues ad procurandas defectiones ciuitatum miſerant, quòd pecunias militibus dederant, Conradinum fouerāt,

D ob eas res cùm putarent omnes ne euerſione quidem Piſarum ſaciari regium animum poſſe. Florentinique & Lucenſes perpetui Piſanorum hoſtes quaſi ad certiſſimum illorum exitium ſecuti regem ſe alacriter comparaſſent, contra ſpem ac vota omnium, facile eſt à rege pax conceſſa. Nam ſubito vt tetigit Hetruriam rex legati Piſanorum præſtò affuerunt, mandatis ſeſe obtemperaturos offerentes. Mari etiam, quo per id tempus præualebant, benignè operam polliciti: ſic obuiam eundo & promptè offerēdo regis flexere mentem, vt non ſolum non proſeque- Carolus Piſanis cō ciliatur.

E rerent eos in præſentia: veruncetiam in futurum fœdus coiret. Id regis factum multorū animos offendit. Neque latuit regem ab omnibus fere amicis improbatam eius lenitatem erga tam ſæuos quondam hoſtes fuiſſe.

Proximo anno vero primo pax inter Florentinos & Piſanos facta eſt, præſidentibus ac iubentibus regis legatis. Fuerat enim bellum cum iis poſt Conradini aduentum, nec ſanè conditiones multæ dictæ nec libentibus animis pax recepta, ſed ne regis authoritati refragari viderentur. Quare properans aliquo contrario faci- Pax inter Piſanos & Florentinos. A.C. 1269.

F nore quetelas tollere amicorum, Bonitiū præcipuam aduerſariorum ſedē, quòd in id oppidum tota ex Hetruria homines diuerſę factionis, vel ciuitatibus eiecti, vel regis aduentū formidātes ſe recipere conſueuerāt: per Guidonē pfectū ſuū obſidendū euertendūque curauit: nec tamē ita gratuito, vt non pecunias ob eam rem præfectus exigeret. Promiſerunt Florentini populi

nomine

A.C. 1269

nomine Rogerius Maleſpina, & Clericus Pactius equites Florentini. Ea poſt euerſum oppidum præfecto flagitãte, pecunia perſoluta eſt. Incolis autem (magna enim pars illorum voluntaria remanſerat) ſub ipſo monte locus ad habitandum conceſſus. Et illo iam tempore mutatam rerum conditionẽ reperio apud Senenſes & diuerſa factione ſuccumbente in ſocietatem amicitiamque Florentini populi non diſſimili partium ſtudio deueniſſe. Pacatis igitur ciuitatibus, quàmdiu ſedes Romana vacauit, quieta omnia per Hetruriam fuerunt.

Rex Sanctus in Aphricam traiiciens Tunetum obſidet, vitę eiuſdem auctores.

§. XII.

LVDOVICVS ſanctus rex Franciæ profectus fuerat in Aphricam cum infinita multitudine, vt caperet Tuniſium, & illo obtento aptius Ægyptum & terram ſanctam capere poſſet. Sed ſuperueniente peſte maxima in exercitu Chriſtianorum mortui ibi ſunt filius regis Ludouici dictus Ioannes, & Cardinalis legatus Apoſtolicus, & poſt ea rex ipſe Ludouicus. Sed frater eius (ſcilicet Carolus, qui iam interfecto Conradino regnum Sicilię pacificè poſſidebat) cum magna claſſe proceſſit in Aphricã. Et obſeſſo Tuniſio creditur, quòd omnino obtinuiſſet, ſi continuaſſet prælium. Sed quia multi intendebãt recedere de principibus Chriſtianorum propter peſtem pacem fecit cum rege Tuniſij & Saracenis cum certis pactis, vt omnes Chriſtianos captiuos redderent Saraceni, & quòd ibi poſſent Eccleſiæ ædificari & monaſteria, celebrari diuina, & prædicari euangelium Chriſti, & quòd rex Tuniſij pro tributo annuatim daret Carolo regi viginti millia duplas auri. Et ita omnibus concordantibus receſſit Carolus cum claſſe ſua. Applicantes autem ad portum Drepani in Sicilia tantam procellam perpeſſi ſunt, vt naues aliquæ contra alias inſurgentes & percutientes, multæ perierunt, ſubmerſis pluribus hominibus, & maximis diuitijs ibi deperditis. Reuerſus inde in Italiam venit, & quidem cum omni procerum manu. Nam & Philippus Ludouici filius, qui poſt obitum patris regium nomen ſuſceperat, & alia procerũ multitudo Carolum ſecuta per Italiam tranſijt. Is etiam diſcordes patrum animos, ſcilicet Cardinalium & ſedem vacuam offenderunt. Tanta quidem erat peruicacia, vt eos neque Dei metus, neque hominum preces, neque Chriſtianorum querelæ ab obſtinatione & certaminę dimouerent. Ad extremum poſt longas expectationes, quia inter ſe conuenire non poterant, extra collegium reſpicientes, [a] Theobaldum nomine

Mors D. Ludouici. A.C.1270.

Pax cum Saracenis Aphricanis inita. Blondus & alij.

Philippus 4. Francorum rex 61 Onu. regnauit an.15.m.1.d.12. A.C. 1270.

a *Cùm dignus ſucceſſor Clementis quæritur, contentio inter Patres orta eſt, quæ duos annos, menſes tres, diem vnũ perdurauit. Tandẽ præſentes ad Theobaldum non epiſcopum, vt dicit D. Anton. ſed vicedominum Placentinum, & archidiaconũ Leodienſem reſpexerunt, & eum ex compromiſſo in Pontificem maximum elegerunt. vnde Ioannes Portuenſis hos de* A *electione illius verſus edidiſſe fertur.*

Papatus munus tulit archidiaconus vnus,
Quem patrem patrum fecit diſcordia fratrum.

De hoc autem Pontifice ſcripſerunt Ptolomæus Lucenſis Martinus Polonus, Theodoricus à Niem, Ioannes de columna & alij horum temporum ſcriptores quos recentiores ſunt ſecuti. Blon. dec. 2. lib. 8. Nauscl. gener. 43.

epiſcopum Placentinum per id tempus in Syria commorantem elegerunt Romanum pontificem, de quo in capitulo ſequenti.

B Cùm autem eſſent prædicti reges Viterbij, magnum ſacrilegium commiſſum eſt. Nam cùm Henricus filius regis Angliæ in Eccleſia audiret Miſſam, Guido comes Montisfortis vicarius pro rege Carolo in Tuſcia manu propria cum enſe occidit dictum Henricũ in eccleſia, in vindictã patris, ſcilicet Simonis comitis mõtisfortis, quia dicebatur, quòd rex Angliæ pater Henrici prædicti fuerat cauſa mortis eius. Et poſtea per capillos dictus Guido extraxit de Eccleſia cadauer extincti, & receſſit ſubitò Guido in terras ſoceri ſui. C Eduardus verò frater occiſi valdè turbatus etiam contra Carolum quia viſus eſt non curare tantum ſcelus, receſſit in Angliã cum corde fratris. Et nunquam poſtea fuit eius amicus. Tranſeuntes per Florentiam honorati ſunt valdè.

Henricus Anglus in æde D. Laurentij necatur. Blon. lib. 8: dec. 2. vide etiam Æmyl. lib. 7.

De Gregorio decimo Papa, & ſublimatione eius ſatis miraculoſa. Gregorius 10. Pontific. max. 186. ſed. a. 4. m. 4. d. 10. A.C. 1271.

D

CAP. II.

ANNO igitur domini. 1270. Ab initio verò mũdi anno quinquies 1223. ſecundum minorem numerum: Secundum verò maiorem ſexies. 1469. Theobaldus epiſcopus Placentinus poſt vacationem apoſtolicæ ſedis per annos duos, creatus eſt Papa, cùm eſſet in Syria, & vocatus Gregorius. 10. Sedit autem in ſede Petri annis 3. E Euocatus ergo è Syria vbi erat legatus ipſe in terra ſancta, eſt inunctus ſeu coronatus Viterbij. Erat autem vir zelator fidei, & diuini cultus, ac deteſtator partialitatum, & pacis amator. Vndè ſubitò animum direxit ad reductionem Græcorum ad veritatem fidei, & obedientiam Romanæ ſedis, ac etiam ad recuperationem terræ ſanctæ propter quæ concilium generale celebrauit Lugduni illuc perſonaliter accedens. Ad quod concilium ſpeciali mandato vocatus fuit beatus Thomas de Aquino, propter eius eminentem ſcientiam ad Græcorum errores confutandos. F Et cùm de Neapoli (vbi conuentualiter reſidebat) iter aſſumeret, contingit eum in via infirmari in Campania: vnde declinans propter infirmitatem ad monaſterium Foſſę nouæ ordinis Ciſtercienſis prope caſtrum Piperni ad duo miliaria ibi vitam finiuit, glorioſè tunc ibi ſepultus. Sed poſtea inde ad multos annos tranſlatum eſt corpus ſacrum Toloſam, vt dicetur infrà.

Gregorij laudes.

Conciliũ lugdunenſe 2. A. C 1274.

Obitus beati Thomæ de Aquino infrà tit. 61. c. 10. ante §. 1.

A.C. 1272.

Spiritus ſanctus ab æterno à patre & filio tanquã ab vno principio procedit. In 6.dec. l.1.tit.1.

Eccleſia Romana mater omniũ fideliũ & magiſtra.

aIn perdicto autem concilio hoc determinatum & declaratum eſt contra errorem Græcorum,quod habetur de ſumma trin.& fi.ca.lib. 6.Fideli ac deuota profeſſione fatemur, quòd ſpiritus ſanctus æternaliter ex Patre & filio, & nõ tanquã ex duobus principiis,ſed tanquã ex vno principio:nõ duabus ſpirationibus,ſed vnica ſpiratione ꝓcedit.Hoc profeſſa eſt hactenus, prædicauit & docuit,hoc firmiter tenet & prædicat & profitetur & docet ſacroſancta Romana Eccleſia mater omnium fidelium & magiſtra. Hoc habet orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis & vera ſententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmiſſæ veritatis ignorãtiam in errores varios ſunt prolapſi, nos huiuſmodi erroribus viam præcludere cupientes,hoc ſacro approbante concilio damnamus & reprobamus omnes, qui negare præſumpſerint ęternaliter ſpiritum ſanctum ex Patre & filio procedere,ſiue etiam temerario auſu aſſerere,quòd Spiritus ſanctus ex Patre & filio tanquam ex duobus principiis,& non tanquam ex vno procedat.

Electio Pontificis Romani quomodo facienda. In 6.dec. l.1.tit.6.

Idem Gregorius decimus in concilio eodem prouidere volens nimis prolixæ vacationi ſedis apoſtolicæ, ſicut acciderat, cùm fuit ipſe creatus,ſtatuit modum ſeruandum in electione facienda cùm vacat ſedes Romana extra de elec.vbi periculum.lib. 6. Debent enim cardinales præſentes,vt ibi dicitur, expectare abſentes poſt mortem Papę per decem dies.[b] Exinde intrare conclaue ſimul,vbi celebranda eſt electio, qui locus debet vndique eſſe clauſus, vt nullus ad eos poſſit accedere : ſed nec literas mittere, vel loqui,& vno tantum ſocio vel ratione neceſſitatis ad plus duobus,debet quilibet eorum eſſe contentus. Quibus victus miniſtratur, id eſt, cibus & potus per feneſtram aliquam, per quam illa mittuntur per eos, qui fideles ad hoc deputantur.Et per tres dies primos omnia genera ciborũ prout volũt,poſſunt eis miniſtrari. Poſtmodũ per alios quinque ſequentes, ſi intra illud triduũ non celebrent electionem validam miniſtratur eis cibus & potus cum vno ferculo tantum in prandio & cœna. Poſt illos autem quinque nondum facta electione canonica & validа, tantum panis & vinum & aqua debẽt adminiſtrari eis, & nihil aliud quouſque prouiderint Eccleſiæ de paſtore. Prohibentur ibi etiã omnes promiſſiones & irritantur, vt non factæ ſuper aliquo eligendo.Quomodo etiam debeat ſeruari & celebrari conclaue, id eſt, in quo loco,& per quos,& cum quibus pœnis ibi habetur.Cum additione etiam, quòd omnes eccleſiæ audita morte Papæ debent celebrare exequias pro anima eius: & epiſcopi & prædicatores imponere orationes & ieiunia exhortatoriè:vt dominus prouideat per eos quàm citiſſime de bono,idoneo,& vtili paſtore.

Idẽ Grego.10.in dicto concilio multa conſtituit circa materiã electionis& prouiſionis eccleſiarũ quę habẽtur de elec.in multis capitibus,li. 6.Et inter cætera,vbi freqũẽter offenditur in ca. qd inci.licet canon.ſic dicitur.Licet canõ à fœlicis recordationis Alexandro 3. prædeceſſore noſtro editus inter cætera ſtatuerit,vt nullus regimen parœcialis eccleſiæ ſuſcipiat niſi vigeſimum quintum ætatis annum attigerit: ac ſcientia & moribus commendandus exiſtat &c. Iſte canon habetur extra de elec.cum in cunctis. Et infrà.Decernentes(ait Grego.) in cõcilio collationes de parœcialibus eccleſijs iis, qui non attingunt vigeſimum quintum annum, de cætero faciendas viribus omnino carere. Is etiã qui ad huiuſmodi regimẽ aſſumeretur:vt gregis ſibi crediti diligentius gerere curam poſſit in parœciali eccleſia cuius rector extitit, reſidere perſonaliter teneatur,& intra annum à ſibi cõmiſſi regiminis tempore numerandum ſe faciat ad ſacerdotiũ promoueri. Quod ſi intra dictũ tempus promotus non fuerit,dicta eccleſia nulla etiam monitione præmiſſa ſit præſentis conſtitutionis autoritate priuatus.Super reſidentia verò facienda poteſt ordinarius gratiam diſpenſationis ad tempus facere,prout cauſa rationabilis id expoſcit.

Parœcialis Eccleſia nemini cõferatur, qui non ſit idoneus ſcientia, moribus & ætate. In 6.dec.l. 1.tit.6.c.14.

In capitulo ſequenti quod incipit, nemo, eo.tit.ſtatuit Grego.In concilio,quòd nullo modo dari poſſit eccleſia parœcialis in commendã niſi conſtituto in ætate legitima ſcilicet viginti quinque annorum,& in ſacerdotio conſtituto, Nec niſi vna tantum duratura per ſex menſes & non vltra, & ex cauſa rationabili.Secus factũ eſt irritum,& inane. Et dicitur Archi.quòd ſolus Papa vel legatus poteſt in hoc diſpenſare.

Parœcialis eccleſia nõ cõmendetur niſi conſtituto in legitima ætate. Ib.c.15.

In c.auaritiæ.eo.ti.dicitur ꝙ dũ cõfirmationẽ petit electus ad aliquã eccleſiam vel dignitatem non debet per ſe vel per aliũ ſub œconomatus vel procurationis,vel alio de nouo quæſito colore,in temporalibus vel ſpiritualibus in totum vel pro parte adminiſtrationem eius recipere, vel ſe;in huiuſmodi adminiſtratiõe immiſcere. Aliàs ſecus faciendo amittit ius ſibi acquiſitum in electione talis eccleſiæ vel dignitatis.

Electus ante confirmationem nõ poteſt miniſtrare.Ib.c.4.

Idem Grego.in conſilio eodem ſic ait de immunitate eccleſiarum lib.6.decet. Decet domũ domini ſanctitudo,decet,vt cuius in pace factus eſt locus:eius cultus ſit debita veneratione pacificus.Sit itaque ad eccleſias humilis & deuotus ingreſſus. Sit in eis quieta conuerſatio,Deo grata,inſpicientibus placida, qui conſiderantes non ſolum inſtruat,ſed & reficiat. Conuenientes ibidem nomen illud, quod eſt ſuper omne nomen (quo aliud ſub cœlo non eſt datum homi-

In templo debet orationibus inſiſti exclusis clamoribus & ſeditionibus. In 6.dec.l.3. tit 23.c.2. Pſal.92.|& 75. Phil.2. Ac.4.

a *Contulit ſe ad id cõcilium Michael palæologus & vnioni orientalis Eccleſiæ ad occidentalem Eccleſiã,tredecima tunc eius gentis peieratione conſenſit,ſecutique illum nonnulli Tartaræ gentis Scythicæ proceres ſacro baptiſmatis charactere ſuperfuſi,Chriſtianos ſe & Catholicos fore profeſſi ſunt.Blon.dec.2. lib.7.idem habet infrà tit.24.c.9.§.7.Alij ad aliud concilium lugdunenſe ſub Innocentio 4.celebratum referunt,vt ſuprà notaui.*

b *Ante id tempus nequaquam vt nunc eſt conſuetudo,Cardinales in concl ui recludebãtur,ſed ſummo mane ſingulis diebus, ſi Romæ erant,laterani, vel in baſilica S.Petri aut alibi prout occaſio ſeſe offerebat,ſin autem extra vrbem in Eccleſia Cathedrali illius ciuitatis,in qua tunc morabantur,vnà conueniebant, perinde vt noſtro tempore faciunt cum congregationem ſunt habituri, de Romani Pontificis electione tractantes.Onuph.hic autem Gregorius auctor fuit, vt Conclaue Cardinales ad eligendum Romanum Pontificem ingrederentur, cuius leges vide apud Onu-*

A.C. 1273.

Matth.

Phil. 2.

hominibus, in quo ſaluos credentes fieri oporteat, nomen videlicet Ieſu Chriſti, qui ſaluum fecit populum ſuum à peccatis eorum: exhibitione reuerentiæ ſpiritualis attollant. Et quod generaliter ſcribitur, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, ſingulis ſingulariter in ſeipſis implentes (præcipuè dum aguntur Miſſarum ſacra myſteria) glorioſum illud nomen quandocunque recolitur, flectant genua cordis ſui, quod vel capitis inclinatione teſtentur. Attendantur in locis eiſdem intentis præcordiis ſacra ſolennia, deuotis orationibus, inſiſtatur nullus in locis eiſdem, in quibus cum pace & quiete vota conuenit celebrari, ſeditionem excitet, conclamationem moueat, impetumve committat. Ceſſent in locis illis vniuerſitatum & ſocietatum quarumlibet concilia, coitiones & publica parlamenta. Ceſſent vana & multo fortius fœda & profana colloquia. Ceſſent confabulationes quælibet. Sint poſtremò quæcunque alia quæ diuinum poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere, ab his prorſus extranea, ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi. Ceſſent in eccleſiis earumque cœmeteriis negotiationes & præcipuè nundinarum, fori cuiuſlibet tumultus: omnis in eis ſæcularium iudiciorum ſtrepitus conquieſcat, nulla inibi cauſa per laicos, criminalis maximè agitetur. Sint loca eadẽ à cognitionibus laicorum aliena. Ordinarij locorũ hæc faciant obſeruari, ſuadẽdo ſuadeant, interdicta huius canonis authoritate compeſcant. Ad hoc alios etiam magis aſſiduos in ipſis eccleſiis & ad præmiſſa idoneos deputando, & nihilominus proceſſus iudicum ſæcularium ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ in eiſdem locis omni careant robore firmitatis.

In cœmeteriis negotiationes non ſunt faciendæ.

Locorum ordinarij exequi debent hic contenta.

Vſurariis domus locandæ nõ ſunt. In 6. dec. l. 4. tit. 5. c. 1.

Idem contra publicos vſurarios extra de vſuris. cap. vſurarum. lib. 6. ſtatuit quòd manifeſtis vſurariis, alienigenis, & non inde oriundis non poſſint locari, vendi, vel alienari domus ad fœnus exercendum, neque de nouo tales poſſunt conduci in ciuitate, caſtro, vel alio loco ad exercendum fœnus. Et in contra facientes ponit pœnas ſpeciales excommunicationis, vel interdicti laicorum in hoc excedentium dimittit punitionem ordinariis. Idem in cap. ſequen. quamquam vſurarij, ſtatuit quòd manifeſti vſurarij licet mandent vſuras reſtitui, tamen negabitur ſepultura eccleſiaſtica eis: niſi primo ſatisfaciant: vel ſecundum formam ibi datam idoneè caueatur de reſtitutione facienda. Sepelientes eos contra hanc conſtitutionem incurrunt pœnã excommunicationis, nec valẽt abſolui, nec ad confeſſionem admitti, vel alia ſacramenta: niſi faciãt, quod ibi dicitur. Et teſtamenta eorum etiam ſunt inualida, nec debent intereſſe aliqui teſtamentis eorum.

Manifeſti vſurarij non ſunt eccleſiaſticæ ſepulturę mandandi. ib. c. 2.

Gregorius 10. Florentiam venit ex Leon. Aret. id etiam refert Blon. lib. 8. dec. 2.

§. I.

HIc Gregorius decimus poſtquam Viterbij fuit coronatus, Viterbio mouens comitãte A rege Carolo ac magna procerum manu, Florentiam venit. Suſceptus ſumma lætitia, nec minori veneratione. Cumque amœnitate vrbis delectatus in illa reſediſſet cogitare cœpit ſi quomodo fieri poſſet, ſtudia partium ac diſcordias ciuium ſedare, eiectoſque dudũ cũ bona venia illorum qui vrbem tenebant reducere. Id ſummopere ſuopte ingenio à pontifice optatũ: incenderant inſuper exulum preces, qui ſe in pontificis authoritate reponentes, illius clemẽtiam in pacẽ reuocabant. Suſcepto igitur negotio pontifex, ante omnia de hoc ipſo cũ Carolo B egit, ac vbi regem non repugnaturũ intellexit magiſtratus principeſque ciuitatis magno numero ad ſe vocatos in hunc modum traditur allocutus.

A.C. 1273.

Nota pij Pontificis animum.

Gregorij 10. ad Florentinos de pace ineunda oratio.

Mat. 10.

Cum ad curandas hominum infirmitates ſuos diſcipulos magiſter ille ſupremus dimitteret, in quamcumque domum intrarent, pacẽ ei domui dicere præcepit. Et nos igitur quamquàm immeriti ad huiuſmodi muneris ſucceſſionem vocati ſic in mandatis ambulaſſe credemur, & præceptum Domini (cui non parere nefas eſt) adimpleſſe ſi hanc veſtram vrbem ingreſſi C pacem illi edicamus. Nam quid agat quis vel ad obedientiam maius, vel ad vtilitatem hominum condecẽtius? Conſtat enim nec domũ, nec ciuitatẽ ſaluam eſſe vllam poſſe ſi pax exuler, diſcordia inſit. Vnde ex eodem ſacrario illa quoque ſunt prõpta. Omne regnum in ſeipſum deſolabitur, & domus ſupra domũ cadet. Equidem iam antea diſcordias & ſeditiones huius populi audiens, mecum ipſe horrebam, & nũc cum hanc vrbem veſtram inſpexi ac propius morbo admoui manum, vehementius horreo, miſereorque vos prudentes quondam homines D in tantam amentiam eſſe prolapſos. Etenim per immortalem & ineffabilem Deum, quid ſibi volunt hæc partium ſtudia, quid contentiones iſtæ ciuiles? quid inexſtinguibile odium, ac penè væſanus maleuolentiæ ardor in proximos, in ciues, in cõſanguineos veſtros? Eſt hominum qui dem pueriliſ ſtultitiæ annos ſuper greſſorum conſilij ſui, præſertim in re maiori, & ſeria rationem aliquam probabilem reddere. Vos quęſo vera tandem ratione factum veſtrum defendere poteſtis, diuina ne an humana? Eſt qui ſi diuina reſpicitis præcepta, nihil eſt ferè, quod maE gis diligere debeatis quàm proximos; vos capitaliter eos odiſtis: ſi humana: nihil magis quàm patriam, & vos impiè illam euertitis. Neque enim patria quicquã eſt aliud quàm ciuitas neque ciuitas aliud q̃ ciues ipſi, quos qui pellit, qui necat, qui perſequitur; propinquos odit, patriã vaſtat. At vnde iſta væſania? vnde hic tãtus manat furor? Cauſam profectò nõ leuẽ, non contemnendam, ſed grauiſſimam vrgentiſſimamque ſubeſſe oportet, quæ ad tam nefaria mentẽ voluntatemque propellat. Quænam eſt igitur hæc tam præpotens tamque perurgens cauſa? F Iuuat enim audire immo doleo audiuiſſe. Quod Guelph' es (inquit) aut Gebellinus? Nomina nę ipſis quidem, qui illa proferunt nota. In his nõ nobilitas modò, verum etiam fatua plebs, cuius nec intereſſe, quicquam poteſt, inſanit; ac prout huius vel illius factionis eſt, ita alterius nomen in opprobrium iactat, & capitali proſequitur odio. Ea nimirũ cauſa eſt, qua ciues necãtur

Luc. 11.

Contra rationẽ eſt diuinam & humanã ſuos odio proſequi.

Cauſa inanis diſſenſionis oſtẽditur.

A.C. 1273.

vſque aufugerunt. Nam de patria quidem ſatis legibus exemplisq́ue maiorum cautum eſt, malos ciues in numero ciuium non eſſe habendos. Sed nomina videlicet & ea ipſa inania nos cõmouent. Non ſumus ita leues, neque tam ignari rerum: vt de verbo digladiãdum putemus quin immo idipſum quod tu magnificare videbaris vnde nomina ipſa factionum dicantur, parui admodum momenti apud nos eſt. Quid enim refert vnde quodque dicatur. Res planè ipſæ ac facta nos commouent.

Pulſi dudum vrbe maiores noſtri exularunt, dura ſupplicia de illis ſumpta, lacerati alij duris pœnis, alij effoſſis occulis longo & implacabili carcere vitã amiſere. Nobis deinde per ſeclus ac proditionẽ fractis, dirutæ domus, villæ incenſæ vaſtati agri, necati quicunque in poteſtatem aduerſariorum viui peruenerut. An hoc de verbo cuiquam certamen videri poteſt, an non potius de vita & ſanguine? Voca hos, vt libet, rem ipſam attendimus, & nec ſi nomen ipſũ ignotũ eſt, facta quoque nobis illorum ignota, & quæ dudum fecerint, & facturi ſint, ſi poteſtatem nãciſcantur. Nam quòd præuenientes pacem petunt, quódque memoria præteritorum deleta concordibus nobiſcum animis viuere vltro & ſuppliciter expoſcunt, vna atque eadem, reſpondendi vera & ſimplex ratio eſt. Errat profectò bonitas tua, beatiſſime pater, ſi illorum verbis credendum exiſtimat. Fortuna quidem illis mutata eſt, animus vero idem permanet. Credamus ergo illorum verbis, ſi non aliàs ipſi nos credẽtes fidentésque apud Arbiam ſimul cum patria prodiderunt. Pacem petentibus annuamus, & intra mœnia recipiamus: ſi non iſti ipſi intra mœnia retenti tẽpus nocendi contra fidem obſeruarunt. An verò, quod tunc nullo impellente propter inſitam acerbitatem fecerunt nunc extrema plaga exulceratos, quam (vt à te diſſerebatur) acerbiſſimam eſſe conſtat, non exiſtimabimus eſſe facturos? Non eſt ita. Plerique enim plus quàm oportet, offenſionis memoriam ſeruant, nec quiſquam inimico & læſo non ſtultè ſe credit, quoniam hominum voluntates obſcuræ ſunt, verba & frons perſæpe mentiuntur. Itaque non tam huiuſmodi inanis (vt tu modo vocitabas) faſtus nobis eſt cura, quàm ſalutis noſtræ, nec tam gloriam affectamus illorum ex reductione quàm ex eiectione ſecuritatem.

Quod autem extremo in loco tua quaſi validiſſimum habuit oratio. Si bellum pro vobis ſuſcepimus pro vobis quoque te pacem ſuſcipere debere, quãquam in eo authoritas tua nos admodum frangit, tamen vide æquumne ſit cùm in extrema odia & grauiſſimas inimicitias conieceritis, tũc pacẽ nobis periculoſam indicere ac ab illis ipſis, quos offendimus, ſalutem noſtram vt credamus, poſtulare. Quare ſi pax dũtaxat petitur, vt pro vobis bellũ ſuſcipimus, ſic etiã pacẽ ſuſcipere non abnuimus. Sin, vt in vrbẽ quoq; recipiantur, curã ſalutis noſtræ nimiũ abiceciſti. Neq; enim par fuerit te illos ad gratiã, & nos intra mœnia recepiſſe. Nã tibi quidẽ quid periculi receptio illa afferre poteſt? Nobis verò, qd nõ poteſt intra vna mœnia futuris? Sed quid nos, aut de æquitate cauſæ aut de metiis noſtris diſſeramus, quos tu reſipiſcere iubes, & cõtraria facere, quàm adhuc fecerimus? O incredibilem tẽporum mutationem! O ſpem fatuam noſtram! An cùm Innocentius, cùm Vrbanus, cum Clemens Romani pontifices anteceſſores tui nos adhortationibus & literis ad perſecutionem aduerſariorum impellebant, cum ſigna dabant, quæ armati ſequeremur: Cum opera noſtra non ſolum glorioſa mundo, verum etiam Deo accepta prædicabant laudibus extollebant, quiſquã putaſſet fore aliquando, vt Romanus pontifex nos pro his factis reſipiſcere, & contraria facere, quàm adhuc fecimus, commoneret? Non poſſumus dicere non eandẽ eſſe ſedẽ, eſt enim aut vna & ꝑpetua, ſed illud dicimus nos à Romana ſede in fraudẽ compulſos, quòd ad quæ inſtanter hortata fuerit ea nunc acriter reprehendit & dãnat. Tu autẽ pater, vide etiã atq; etiã quid agas. Multa quidem tempus affert, variæq́ue viciſſitudines rerum ſerpunt. Nec ſi nunc perſecutoribus caret eccleſia, in futurum quoque carituram exploratum habes. Veniet profectò tempus, in quo ſtudia fauentium improbaſſe nequaquam tutum eſſe duces, ac reſipiſcẽt forſan plures, quàm tua lenitas debeat optare. Magiſtratus quidem & ciues, qui ad pontificem venerant ita dixere.

Eadem eſt ſemper in Eccleſia ſedes.

Pontifex inter Guephos & Gibellinos pacem componit.

§. III.

PONTIFEX autem nihilominus in propoſito permanſit. Deniqne vrgere atq; monere non prius deſtitit, q̃ ipſe arbiter ſumptus ad res componẽdas pacem pronuntiauit inter ciues, grauiſſimis in eius pacis trãſgreſſores conſtitutis pœnis. Ad tollendam verò ſuſpitionem eorum, qui vrbem tenebant, complures ab exulibus iuſſit fidei ſeruandæ gratia obſides tradi. Ea cùm perfeciſſet baſilicam dedicauit Gregorianam, quæ eſt trans Arnum iuxta ſupremum pontem. Nam & ipſe quãdiu Florentiæ diuerſatus eſt edibus reſederat Mozianis ei baſilicæ finitimis, Lætatuſq́ue ſua tandem opera pacem eſſe factam, literas in pariete eius huius pacis commemorationem continẽtes, incidi non abnuit: quæ hodie quoque in eo loco extant. Hæc tamen omnia plus in præſentia ſpei, quàm in poſterum ſucceſſus habuere. Ciues enim, qui grauiter tulerant aduerſariorum in vrbem reditum, haud multo poſt hæc ſuſpitiones fingere, rumorem ſpargere, occultè quædam machinari. Denique tantum terrorem illis, qui redierant inculſere, vt conſiſtere non auſi, ſponte ſua demigrarent. Ita longos pontificis in pacanda ciuitate labores, breuis aduerſatio irritos fecit.

Quæ cùm poſtea reſciret Papa vſque adeo indignè tulit, vt non ſolum obſides ab exulibus traditos è veſtigio reſtitui iuberet, verum etiam tranſgreſſores grauiter mulctaret, populoq́ue & vrbi interdiceret ſacris. Huic interdicto fere per triennium ciuitas obnoxia fuit, nec facilè dixerim maior obſtinatio in pontifice, an contumacia fuerit in ciuibus. Neque pontifex, quãuis multum rogatus, interdictum ſuſtulit: neq; præſtãtes in republicã ciues eo conterriti mutauerunt ſententiam.

Pontifex Florentinos ſacris interdicit.

Seditio Bononienſis. A.C. 1273.

Altero

A.C. 1274.

Altero dehinc anno Bononiæ ſeditionibus
exortis diuerſa factio vrbe depellitur. Eo ſtudio
partium equites profecti cum iam appropin-
quarent egreſſi contra Bononienſes nec ſibi eſ-
ſe opus auxilio dixerunt pulſis aduerſariis, nec
in vrbem recipere Florentinos velle, ne maio-
ris turbationis materia oriretur. Ira palam ſpre
to ciuitatis ſubſidio, non ſine indignatione e-
quites Florentiam rediere.

Item Piſanus.

Diuerſa eodem anno apud Piſanos fortuna
fuit. Illi enim iiſdē ſeditionibus agitati, Ioannē
Galluræ iudicem cum parte ciuium pepulerunt.
Is ad Florentinos Lucenſéſque confugiens, ſtu-
dio partium in ſocietatem ſuſceptus, copiiſque
adiutus acre bellum intulit Piſanis, ſed is haud
multò pòſt morbo interiit.

Comes Vgolinus. Florenti. confugit. A.C. 1275.

Poſtero dehinc anno Vgolinus comes cum
omni reliqua factione Piſis per ſeditionem pul
ſus, & ipſe quoque ad Lucenſes Florentinoſque
confugit, & in ſocietatem receptus eſt. Magnus
hic rerum motus Piſanis fuit propterea ꝙ non
in vrbe modo, verum etiam per agros magna
multitudo Vgolinum ſectabatur. Itaque Flo-
rentini ac Lucēſes in ſpem erecti exercitum pa-
rare, ac exules Piſanos fouere ſtatuerunt. Cúm-
que omnia paraſſent, magnis equitum pedi-
túmque copiis fines Piſanorum ingreſſi, nō ſo-
lùm populauerunt agrum, ſed etiā caſtella quæ-
dam Piſanorum ceperunt, quod indignationē
Pontificis auxit. Nam ille paulò ante præcepe-
rat ciuitatibus, nihil inter ſe hoſtile moliri, ſed
ad ſuum arbitrium cōtrouerſias ferre. Itaq; do
lens pœnas à ſe dictas cōtemni, multo vehemē
tius irritatus eſt.

Concilium Lugdunenſe, quid ſtatuerit. Leon. Aret. & alij. A.C. 1274.

§. IIII.

PER hæc ipſa tempora ſynodus apud Lug-
dunum celebrata, multaque à pōtifice pro
uiſa ad propoſitum illud ſuum recuperationis
Hieroſolymæ pertinentia. Nam & cum Græcis
quibuſdam fœdus eſt ictum, & quidam eius gē
tis errores improbante concilio ſublati. Et Ro-
dulphus iampridem ad Romanum delectus im
perium, ſub ea conditione receptus, vt proximo
inde inanno Italiam tranſiret.

Pontifex in Italiam reuertitur. A.C. 1275.

Secuta eſt poſt hæc pontificis reuerſio, qui
eodem fere itinere, quo profectus fuerat, repe-
tiuit Italiam. Ergo ſuperatis Alpibus cùm in ci-
teriorē Galliam primo, mox in Hetruriam de-
ſcendiſſet, & iam Florentiæ appropinquaret: &
ſi non deerat ſuſpicio ingens apud principes ci
uitatis ob ſuperiorem indignationem: tamen
reuerentiæ magnitudo & ſanctitatis opinio vſ-
que adeo præualuit, vt omiſſis cæteris reſpecti-
bus omnis multitudo vrbana obuiam ſeſe pro-
fuderit. At pontificis erat propoſitum ab ingreſ
ſu vrbis abſtinere. Itaque non longe à porta de-
flectens iter ex via Bononienſi, qua tunc aduen-
tabat, in Aretinam contendit. Forte Arnus flu-

Pontifex Florentiā tranſit iratus.

uius per eos dies factus auctior, maiorem ſeſe
obiecit quàm vti vado tranſmitti poſſet. Ea vi
coactus eſt Pontifex contra propoſitum animi
per pontem iter facere, vrbiſque partem tranſi-
tu attingere, nec quicquam moratus, continuo
egreditur, duobuſque paſſuum millibus ab vrbe
via Aretina diuerſatus eſt. De interdicto autem
tollendo nihil ab eo impetrari potuit, tantum
dum per vrbem iter fecit, gratiam & benedi-
ctionem exhibuit ciuibus, egreſſus verò iiſdem,
quibus prius cenſuris obnoxiam reliquit ciui-
tatem. Inde poſtridie mouens Aretium petit. Eo
cùm perueniſſet, haud multos poſt dies morbo
correptus graui è vita migrauit. 3. idus Ianuarij
quarto ferè anno poſtquam ſedere inceperat.

Fuit autem vir optimus, & proculdubio ſan-
ctiſſimus: ingentis animi quidem, contra Chri-
ſtiani nominis inimicos, & qui ſacræ recupera-
tionem terræ ſemper meditaretur: ad eamque
vnam rem Chriſtianos omnes poſitis inter ſe
contentionibus intendere debere cenſebat. Ea
de cauſa fiebat, vt ſtudia partium, quæ plerique
Romani pontifices antea fouerant, ipſe quidem
propellere longè deteſtarique videretur. Sepul-
tus eſt Aretij ſumma cum veneratione. Multa-
que circa illius corpus miracula poſtmodum
ſubſecuta fidem eius ſanctitatis indubiam præ-
buere. Poſt nouendiale ſacrum incluſi patres
de eligendo nouo pontifice tractauerunt.

Sanctitas Gregorij 10. miraculis comprobatur.

Aytho Armeniorum rex moritur. hic rex Tiue à Geneb. dicitur.

§. V.

EO tempore Aytho [a] rex Armeniæ moritur,
cui ſuccedit in regno Linonius filius eius, &
ſub ipſo Armenam Ægyptij vaſtauerunt.

Rodulphus [b] ꝗ electus fuerat imperator Ro-

a *Aytho poſtquam multa bella confeciſſet, contra Tartaros, Perſas, Malech Sultanum ſeu Caliphā Babyloniorū, & Malechdael Sultanum Aegyptium, per annos 45. eos quinque memorabilibus præliis ſuperans, 1. in Pamphylia, 2. in Seleucia, tribus reliquis in Perſide. Præmonſtratenſem ordinē in Cypro profeſſus & Macarij nomen ſortitus anno 1273. in domino moritur. Ex hiſtor. Armen. Geneb.*

b *Poſt mortem Friderici, in ſchiſmate imperij cōtra Guilielmum regem Romanorum imperator factus eſt Chunradus 4. Friderici filius A.C. 1251. qui regnauit an. 3. m. 5. d. 10. obijt anno 1254. & anno ſequēti rex Romanorum Guilielmus obijt. quibus mortuis fuit interregnum duorum annorum, & menſium aliquot. poſt quod in ſchiſmate. A.C. 1258. Richardus regis Anglorum filius ex comite Cornublia imperator factus eſt, regnauit annos. 6. contra quem Alphonſus Ferdinandi regis filius ex rege Caſtellæ rex Romanorum creatus regnauit an. 5. m. 6. Quo abdicante Cæſar Rodulphus rex Romanorum ex comite Habſpurgenſi creatus A.C. 1263. regnauit an. 17. m. 9. d. 16. Ex Onuph. Quare cum hoc loco D. Anton. tradit poſt Fridericum imperaſſe Rodulphum ſignificat eos quos interiectos fuiſſe diximus propter ſchiſma legitimos imperij titulos nō fuiſſe adeptos, & quia is nullum in ſchiſmate aduerſarium habuit, verum certumque fuiſſe imperatorem deſignat.*

manorum

A.C. 1274. Entius rex Bononiæ moritur.

manorum, vt dictum eſt imperium tenuit annis xix. poſt Fridericum. ij. depoſitum ab imperio. vt ſupra dictum eſt. Anno Domini. 1271. rex Entius, qui fuerat filius ſecundi Friderici mortuus eſt Bononiæ in carceribus, in quibus fuerat longo tempore detentus. Et honorificè fuit ſepultus ab eis in eccleſia ſancti Dominici. Et in ipſo finē habuit progenies viperea Friderici. Dicitur tamen, quòd etiam Manfredus filius illegitimus Friderici reliquerat vnum filium, qui captus à Carolo rege Siciliæ fuit perpetuo carceri mancipatus Neapoli in caſtro Ouidij (aliàs Oui) vbi cæcus effectus demum miſerabiliter vitam finiuit.

Eccleſiæ perſecutores & bonorum eccleſiaſticorum occupatores malè pereunt.

Hic benè aduertant fideles vniuerſi, quem finem fecerint perſecutores eccleſiæ & inuaſores bonorum eccleſiaſticorum: vtique finem miſerrimum in anima & corpore. Cum enim excommunicati morerentur, quomodo regnum cœlorum ingredi potuerunt, quibus Petrus claues eius obtinens, clauſerat per ſententiam iuſtiſſimam regnum ipſum? Propter quod & ſepultura eccleſiaſtica indigni iudicati ſunt. & regno Siciliæ & imperio Romano cum infinitis diuitiis amiſſo exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt Fridericus ſecundus cum patre ſuo Henrico, & cùm filiis ſuis Manfredo & rege Entio & Chunrado, & nepote ſuo Conradino rebellibus & perſecutoribus eccleſiæ pene omnibus diebus vitæ eorum. Et periit memoria & progenies eorum. Et ſicut euenit omnibus aliis prædeceſſoribus eorum: ita ſucceſſoribus perſequentibus eccleſiam Dei, & rebellibus eueniet, niſi reſipiſcant.

Vnio Græcorum cum Romana Eccleſia in Concilio Lugdunenſi facta. vide ſup. ante §. 1.

§. VI.

Anno igitur Domini. 1274. Gregorius decimus vt dictum eſt, celebrauit Lugduni vniuerſale concilium, in quo Palæologus imperator Græcorum factus adiutorio Genuenſium ex Græcis ortus, ſimul cum patriarcha Græcorum reducti ſunt ad vnitatem fidei de proceſſione Spiritus ſancti: quòd ſcilicet procedit non ſolum à patre, ſed etiam à filio, & in omnibus ſubmiſit ſe Romanæ eccleſiæ obedientiæ, vt omnium matri & magiſtræ, ſicque illi confirmauit id imperiū q̄ permaximè Papa egit, vt adiutorium haberet à Græcis in conqueſtu, quàm citiſſimè faciendo terræ ſanctæ per Chriſticolas, Carolus tamen egrè tulit multum indignatus quia Balduinus filius Henrici fratris primi Balduini Gallici, qui cum adiutorio Venetorum obtinuerat illud imperium Græcorum in manu forti, propter proditiones & damnificationes, occiſiones, & periuria in promiſſis facta à Græcis contra Latinos illos adiuuantes & liberantes à tyranno, per hoc fruſtratus erat ſpe ſua ſcilicet recuperandi imperium dictum: quod videbatur ad eum de iure pertinere & iniuſtè ipſo ſpoliari. Et Carolus rex ad hoc promiſerat ei adiutorium ſe præſtaturum, vt ad illud rediret.

Carolus ſ prefert Conſtantinopolitanum imperium Gallis auferri.

A.C. 1274. Rudulphus imperator Romanus confirmatur.

In dicto etiam concilio confirmauit Gregorius Rodulphum comitem Furimburgi, aliàs Habſpurgi electum imperatorem & regem Romanorum. Qui quamuis eſſet modicæ potentiæ ſæcularis & non multum nobilis ſtirpis, tamen homo magni valoris reputabatur. Et vt Romam adueniret pro corona imperij factus fuit capitaneus totius Chriſtiani exercitus in terram ſanctam ad bellum tranſituri. Ac etiam vt iter acceleraret, depoſita eſt pecunia apud mercatores Florentinos & Piſtorienſes ducentorum millium Florenorum ſibi ab eccleſia ſoluendorum in ciuitate Mediolanenſi. Et præfatus Rodulphus ſe obligauit intra certum tempus aſſignatum venire Mediolanum ſub pœna excommunicationis: Quod tamen non impleuit, in partibus Alemanniæ guerris ſibi ſuſcitatis. Vnde nec coronam nec benedictionem imperialem ab eccleſia ſuſcepit nec Italiam intrauit, Et excommunicatus propter hoc proceſſu temporis reconciliationem recepit ab eccleſia, & in ſatisfactionem eccleſiæ, ipſi conceſſit comitatum Romandiolæ. Quem poſtea poſſedit eccleſia, licet vicariatum terrarum illarum concedat quibuſdam Dominis temporalibus cum certo reditu annuo.

Hæc bella vide apud Naucle. gen. 43.

Romandiolæ comitatus eccleſiæ reſtitutus. A.C 1277.

In eodem concilio pro expenſis huius tranſitus in terram ſanctam impoſuit decimam per ſex annos per totam Chriſtianitatem ſoluendam, ordinatis prædicationem crucis, & concedens indulgentiam plenariam aſſumentibus crucem ad transfretandum, & euntibus, ac etiam mittentibus vnum vel plures ſuis ſumptibus ad bellandum. Prohibuit etiam deteſtando vanos & ſuperfluos mulierum ornatus. Reprobauit etiam & prohibuit omnes religiones mendicantium exceptis ordinibus prædicatorum & minorum, vt vtiliſſimis eccleſiæ Dei, & ideo permanendis. Eremitas autem fratres ſancti Auguſtini, & Carmelitas dimiſit in ſuſpenſo donec aliud declararetur.

In 6. de religioſis domibus lib. 3. tit. 17.

Eo tempore ciues Bononienſes expulerunt Gibellinos de ipſa ciuitate. Quia enim in Romandiola multum adaucta erat, & fortis pars Gibellinorum, & paulò ante pars Guelpha de Fauentia fuerat expulſa, ideo ſuſpectos habebant Gibellinos. Quo audito, Florentini Guelphi profecti ſunt Bononiam ad adiuuandum eos. Sed Bononienſes non permiſerunt eos ciuitatem intrare, dicentes ſe non velle, quod deſtruerent ciuitatem Bononiæ ſicut deſtruxerant Florentiam ſuam ſuis ſectis. Sed ipſi Bononienſes acceſſerunt Fauentiam cum copiis ſuis contra Gibellinos, qui illuc refugerant: & circa eam extra vaſtarunt. Gibellini autem in Romandiola fecerunt capitaneum ſuum Guidonem comitem Montisfeltri, ſapientem, & induſtrium in arte bellandi, ſicut & quicunque alius temporis ſui.

Bononienſes Gibellinos pelluntur. §. 3.

Circa ea tempora comes Vgolinus de gerardeſchis Piſanus expulſus Piſis colligationem fecit cum Florentinis, Lucenſibus & aliis Guelphis Tuſciæ, qui profecti ſunt contra Piſas hoſtiliter & deſtruxerunt caſtrum dictum vicus Piſanus: etiam multa eorum caſtra ceperunt. Et quia Papa hoc prohibuerat, excommunicauit, eos, & interdicto ſubiecit.

Guelphi Gibellinorū agros populatur.

Anno Domini. 1275. Bononienſes cum ſuis copiis

A.C. 1276.

copiis duce eorum Domino Malateſta de Arimino, profecti ſunt contra Fauentiam & Forliuium: quia ibi erant congregati Gibellini exules eorum, ac exules Florentini: quorum capitaneus erat ſupradictus comes de Monteſeltro Guido: & conflictu ſimul habito, Bononienſes fugati ſunt & deuicti. Eodem modo Lucenſes cum comite Vgolino, & aliis Guelphis exulibus ex Piſis: ac etiam cum vicario regis Caroli, & Florentinis Guelphis, qui tunc regebant in Florentia profecti ſunt hoſtiliter contra ciuitatem Piſarum: cum tamen Papa hoc prohibuiſſet eis. Et Piſani ſunt ab eis profligati, & debellati, multis occiſis & aliis captiuatis. Et caſtrum Aſciani prope Piſas ad tria milliaria ceperunt, Lucenſibuſque fuit collatum.

De pluribus ſummis pontificibus: videlicet Innocentio.v.Ioanne.xxj.& nonnullis aliis. Innocentius. 5. Pont. max. 187. ſed m.5.d. 2. A. C. 1276. de quo poſt alios multos Tritte.& Sixtus Seu. lib. 4. Bibliot.

CAP. III.

MORTVO Gregorio decimo poſt quadriennium ſui pontificatus anno Domini. 1275. menſe Ianuarij die x. cardinales intrantes conclaue canonicè elegerunt Petrum de Tarentaſia fratrem ordinis Prædicatorum, qui fuit Burgundus natione, & tunc erat cardinalis, & in ordine fuit magiſter in theologia, & magnę literaturæ. Vnde ſcripſit ſuper ſententias & etiam ſuper epiſtolas Pauli quas legit. Et in qualibet lectione facit diſtinctiones cómuniter ſeptimembres ad materiam prædicandi. Fuit autem electus. xx. die eiuſdem menſis Ianuarij quàm citiſſimè, & vocatus eſt Innocentius.v. Qui coronatus, ex Aretio profectus eſt cum curia Viterbiũ.

Florentini Eccleſiæ reconciliantur.

Ipſe autem remouit interdictum à Florentinis: quod poſuerat prædeceſſor eius, & eccleſiæ eos reconciliauit, Sedit autem menſibus ſex, vnde nil agere valuit inſigne propter breuitatem vitæ, & mortuus eſt.

Turriano Mediolano exturbantur ex Bern. Corio & aliis.

Circa illud tempus familia, qui dicebatur Domini de turre, Mediolanenſis, quæ habebat ſectatores partis Guelphæ, qui erant potentes Domini in diuitiis & ſtatu, fuerunt in bello profligati & deuicti à Marchione Montisferrati cum nobilibus Cathanis & Varuaſſoribus de Mediolano Gibellinis & exulibus tunc à Mediolano occiſis multis & captis.[a] Et viccecomites tunc ſumpſerunt dominium in Mediolano, qui prius erant exules.

Hadrian' quintus Pon. max. 188. ſed. m 1. die 7. A.C. 1276.

Ei autem, ſcilicet Innocétio, ſucceſſit in pótificatu Dñs Othobonus de Fliſco Genuenſis cardinalis, & vocatus eſt Hadrianus quintus. Celebrata eſt autem electio eius. xij. Iulij vnde parũ vacauit ſedes Romana. Sedit autem diebus 39.

a *Otho archiepiſcopus Mediolanenſis primus eſt ex viccecomitibus, qui iure epiſcopali exactis cæſis, & prælio captis Turrianis aduerſæ factionis ducibus Mediolani imperio vrbis potitus e'l A.C. 1277. 8. Cal. Martij, præfuit an. 18. m. 5. d. 6. Onuph.*

A & mortuus eſt ſepultus Romæ.

A.C. 1276.

Poſt ipſum anno Domini 1286. aſcendit Petri cathedram magiſter Petrus Hiſpanus cardinalis canonicè electus in ſequenti menſe Septembris: & vocatus eſt Ioannes xxj. Tenuitque ſedem Petri tantum. viij. menſibus, & mortuus eſt, ex eo quod teſtudo cameræ eius, vbi dormiebat, ruens oppreſſit eum, & mortuus eſt ac ſepultus honorificè Viterbij. Vacauit poſtea ſedes menſibus ſex. Fuit eo anno magna penuria victualium, ita vt ſextarium frumenti valeret dimidio floreno.

Ioannes. xxj. Onu. 20. Pont. Max. 189. ſed. m. 8. d. 8 A.C. 1276.

B Rodulphus imperator [a] Bohemiæ regem atroci prælio ſuperatum capit: & veluti contemptum deiectumque mancipium in viliſſimis officiis ſeruire compellit, magnoque dedecore afficit. Poſt quæ illum in regnum reſtituit, & filiam ſuã vxorem ei dedit. [b] Maria principis Antiochiæ filia, cui regnum Hieroſolymæ debebatur: quod Hugo eius nepos occupauerat, donauit illud Carolo regi Siciliæ. Quod dictum eſt de rege Bohemiæ ſecundum chron. fuit factum in filio eius. Nam ille occiſus fuit in bello.

Bhmiæ rex capitur.

Regum Hieroſolymitanum. Carolo datur.

C a *Paulo aliter Nauclerus, Rex Bohemiæ Othocaris cum grandi exercitu exiuit Pragam comitatuſque proceſſione ab omni clero & populo in Auſtriã vertit, adhærente ſibi Henrico Bauaro pecunia corrupto, quamuis literas regi Romano non miſiſſet. At Rudulphus rex cum Auſtraſibus & Stirentibus & paucis Suenis, præſente rege Hungariæ, cum tamen vix vnum contra duos haberet. 7. Cal. Sep. an. 1278. fe. 6. poſt feſtum S. Bartholomæi in campo qui dicitur Videtſprug ordinatis aciebus Chriſtum pro ſigno habens, acriter pugnauit. Igitur hac die ab omnibus repetitis vicibus Chriſtus alta voce proclamatur: eratque Praga D ſignum Bohemorum & alba ſcola. Itaque commiſſa pugna exercitus Bohemiæ ſuperatur, terga vertunt Bohemij: pars trucidatur, pars in flumine ſubmerſa eſt. Rex Bohemiæ à Bertoldo dapifero ab equo deiicitur, & transfix' gladio moritur. hæc ille. Cócordat Onuph. in faſtis ad A.C. 1277. notans Rex Bohemiæ in prælio caſus. Sicque paulò poſt quaſi ſe corrigens D. Anton. adiicit ſecundum Chronica regem Bohemiæ in prælio occiſum, filioque eius Venceſlao id accidiſſe. Is enim poſt patris mortem aliquo poſt tempore Iutham Rodulphi imperatoris filiam accepit vxorem.*

b *Hanc rem paulò fuſius ſic Belli Sacri E Continuator lib. 5. c. 2. explicat, Hieroſolymitani regni titulos dicens, à pontifice Clemente 4. Carolus Andegauenſis receperat. Maria quoque Friderici nothi principis Antiocheni filia, quæ regium nomen ab auo Friderico ſibi iure hæreditario deberi contendebat, extincto Conrado ſeu Conradino fratre à Carolo ingenti accepta pecunia ius omne illi in regnum competens reſignauit: licet Hugo ex fratre nepos Mariæ Anthiochenus princeps palam rex ſalutatus, quæcunque fiſco regio inferebantur omnia ſeu hæreditario iure reciperet.*

F

Nicolaus tertius Pont. max. 190. ſed. a. 2. m. 8. d. 29. A.C. 1277.

§. I.

ANNO autem Domini. 1277. Io. xxj. ex humanis exempto: ab initio mundi quinquies

A.C. 1276.

quies,1240.ſecundum alios ſexies. 1476.electus fuit canonicè poſt ſemeſtre vacationis tempus Dominus Gvannes(rectius Ioannes) de Vrſinis cardinalis,& vocatus Nicola' tertius.Qui ſedit annis duobus &menſibus nouem cum dimidio. Is cum pergeret ad caſtrum Suriani ad recreationem correptus ibi morbo appoplexiæ,amiſſa loquela poſt paucos dies mortuus eſt.

Qui iurãt ſtatuta & conſuetudines Loci vel Eccleſię ſeruare non obligantur ad illicita. In 6.dec.l.2.tit.11.c.1. In electionibus dignitatũ quid ſeruandum In 6. l.1.tit.6.c.16.

Iſte Nicolaus tertius ſtatuit,vt habetur de iureiur. contingit. lib. 6. quòd prælati, canonici, rectores,& officiales ciuitatum locorum:qui ſtatuta & conſuetudines loci talis, vel Eccleſiæ iurant ſeruare,non obligantur prætextu illius iuramenti ad obſeruandum illicita, impoſſibilia vel obuiantia Eccleſiasticæ libertati: ſed ad licita & poſſibilia,quæ non obuiant Eccleſiaſticę libertati referenda eſt intentio eorum. Et ſi expreſsè talia illicita exigerentur iurare, nullo modo debent hoc facere,aliàs periuri eſſent. Et nihilominus non debent illa ſeruare,aliàs adderent peccatum peccato.

Idem ſtatuit, quædam vtilia circa materiam electionis dignitatum, & prælaturarum:videlicet de electione præſentanda electo, de exhibendo conſenſu per electum:& de confirmatione petenda ſtatuendo tempus intra quod,iſta debeant fieri,& adiiciendo pœnas in contra facientes,habetur de elec.cupientes.lib.6.

Item ſtatuit de elect.fundamenta.lib.6. quòd nullus imperator,rex,princeps, marchio, dux, comes,aut baro, vel aliquis alius, qui ſit notabilis pręeminentiæ,dignitatis,poteſtatis,vel excellẽtiæ frater,filius,vel nepos ipſorũ poſſit aſſumi ad tempus vel in perpetuum in ſenatorẽ,vel rectorem vrbis Romæ:quocumque nomine vocetur ipſa rectoria.Item quòd nullus alius præter prædictos poſſit aſſumi ad ipſius ciuitatis regimen vltra annum:niſi ſpecialis interueniret apoſtolicæ ſedis licentia per ipſius ſedis literas exprimenda: Et pœnamcontra facientes hanc adiecit:quia nominantes,eligentes vel aſſumentes has perſonas contra dictam formam, & nominati electi & aſſumpti ſi conſenſerint huiuſmodi: & eis obedientes ac dantes conſilium, auxilium,& fauorem:ipſo facto ſunt excommunicati.Et abſolutio talium papæ reſeruatur, & acta per tales irritantur &annullantur.

Nullus ſæcularis princeps poteſt Senator vel rector vrbis Romæ eligi in 6. de electione, & electi poteſtate.li.1.tit.6. cap.11.

§. II.

QVIA conſtitutio præfata Nicolai tertij, in qua cauetur de ſenatore, vel rectore vrbis eligendo,eſt multum notabilis ſententiæ & eloquentiæ, ideo hic ponitur ad literam in parte.Fundamenta(ait) militantis Eccleſiæ in montibus ſanctis propheta rememorans, per montes apoſtolos & prædicatores patenter inſinuat: quibus tota huiuſmodi ædificij fabrica confidenter innititur, qui firmæ baſes Eccleſiæ ſuper fundamento, propter quod nemo aliud ponere poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus: veluti ſũmo angulari lapide ſolidantur:vt veritas,quę antea legis & prophetarum præconio vehebatur,per apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exiret: ſicut ſcriptum eſt. In omnem terram exiuit ſonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum: huius autem muneris ſacramentum,ita dominus ad omnium apoſtolorum voluit officium pertinere:vt in beato Petro apoſtolorum omnium ſummo,id principaliter collocaret,vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet. Hunc enim in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptum,id quod ipſe erat,Dominus voluit nominari, dicendo: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: vt æterni templi ſtructura Deo ædificante constructa mirabili munere gratiæ Dei in Petri conſiſteret firmitate. Cui ſaluatoris noſtri miranda prouiſio beatum Paulum in apoſtolatu gentium per dexteras ſocietatis adiunxit.. Iſti ſunt per quos euangelium Romæ reſplenduit, iſti ſunt eius patres verique paſtores, iſti ſunt qui vna die pro merito,vno loco pro gloria ſub vno perſecutore pro parili virtute compaſſi, vrbẽ ipſam glorioſo cruore martirij Chriſto domino cõſecrarunt.Iſti ſunt qui illam in hanc gloriam prouexerunt: vt ſit gens ſancta,populus electus,ciuitas ſacerdotalis,& regia per ſacram beati Petri ſedem caput totius orbis effecta. Ne autem ipſa mater eccleſia in congregatione & paſtura fidelium temporalibus careret auxiliis,quin potius ipſis adiuta ſpiritualibus ſemper proficeret incrementis: nõ abſque miraculo factum eſſe concipitur,vt occaſionaliter Conſtantini monarchæ à Deo prouiſa,ſed curata baptiſmalibus fomentis infirmitas quandam quaſi adiiceret ipſi eccleſiæ firmitatem,qui quarto die ſui baptiſmatis vna cum omnibus ſatrapis,& vniuerſo ſenatu: optimatibus etiam,& cuncto populo,in perſona beati Syluestri,ſibi Romanã cõcedendo vrbẽ relinquẽs ab eo & ſucceſſorib.eius per pragmaticũ cõſtitutũ diſponendam eſſe(decernens,in ipſa vrbe vtriuſque poteſtatis monarchiam Romanis pontificibus) declararet: non iuſtum arbitrans,vt vbi ſacerdotij principatum,&Chriſtianæ religionis caput imperator cœleſtis inſtituit, illic imperator terrenus habeat poteſtatem: quin magis ipſa Petri ſedes in Romano iam proprio ſolio collocata, libertate plena in ſuis agendis per omnia potiretur: nec vlli ſubeſſet homini quæ ore diuino cunctis dignoſcitur eſſe prælata.

A.C. 1277.

Pſal 86. 1.Cor.3. Pſal.18.

Petrus in conſortiũ indiuiduæ vnitatis à Chriſto aſſumptus. Matt. 16.

Petri & Pauli præconia ex ſermone D Leonis in Natali apoſt.

Conſtantini donatio vera.

Decet namq; ipſi Romano pontifici per fratres ſuos ſacroſanctæ Romanę eccleſię cardinales,q ſibi in executione officij ſacerdotalis coadiutores exiſtunt libera prouenire cõſilia. Decet ipſius nullo modo vacillare iudicia,vt fratres ipſos nullus ſęcularis poteſtatis motus exterreat. nullus temporalis fauor abſorbeat,nullus eis terror immineat, nihil eos à veri conſilij ſoliditate remoueat,quin cum per ipſum Romanũ pontificem in quibuſcunq; negotiis contingeret eorũ peti conſilia,in conſulendo per omnia liberè eidem Romano põtifici in omnibus,quę pro tempore immineãt,liberè conſulãt & adſiſtãt. Ipſaq; Romani pontificis vicarij Dei, quæ ſuis tẽporibus occurreret electio,& eorundẽ cardinaliũ cũ expediret facienda promotio,in omni libertate procedant.Dignè itaq; ad vrbem ipſam,eiúſque regimen aciem noſtræ conſiderationis extendi-

Quare neceſſe ſit aliũ Romæ præter Pontificẽ minimè dominari.

A.C. 1278.

mus,vt fœlici ducta regimine præſeruetur à noxiis,& optatis ſemper proficiat incrementis.

Externis dominantibus quanta vrbi mala prouenerint.

Nunquid obduxit obliuio,quę vrbi,quæ incolis nota diſpendia intulerunt hactenus peregrina regimina?Nunquid non hæc deſtructio mœnium,deformatio proueniens ex ruinis,luce clarius manifeſtant? Nunquid non hæc fideliū contrectata depoſita? Nunquid non hæc ipſa veneranda Dei tēpla præſidentis manu ſacrilega diebus noſtris nefariè violata proclamāt? Quid plura?Nónne ipſius vrbis retroactis temporibus incorrupta cōſtantia,ſub regentis eo tempore nefando ſubuerſa regimine, ipſam vrbem ſpeculū fidei,tanta reſperſit infamia, vt à matre ſua Romana eccleſia filia prædilecta deuiare compulſa, quondam Conradinum,qui de venenoſa radice Friderici quondā Romani imperatoris colubri tortuoſi iuſto ipſius eccleſiæ iudicio reprobati, prodiiſſe videbatur in regulum,quiq; ad exterminium Romanæ matris eccleſię,manifeſtis indiciis vnà cum ſuis fautoribus aſpirabat:in contemptum Dei,ſuę matris,ac ipſius vrbis opprobrium,patenter reciperet,recepto faueret,cōſtituens ſe per hæc tam patentis hoſtis ſuæ matris eccleſiæ filiam adiutricem?Hoc ipſi Romæ pręſtiterunt & [ſenatores incogniti, hoc præſides improuiſi,vt glorioſa ciuitas redderetur ingloria,ſua ſtabilitas vocaretur inſtabilis,ſuæq; conſtantię antiquata ſoliditas, linguis hominum vocaretur infirma.]

Nicolai. 3. Vita de quo præter Platinam & Onuph.agit Blon.li.8.dec. 2.Naucl.gen.43.

§. III.

HIc igitur Nicolaus ſecundum chron.Floren.in iuuentute ſua fuit bonæ vitæ & famæ,& adeo honeſtus & caſtus, vt virginitatem ſui corporis ſeruaſſe diceretur. Et magni animi fuit,ac colore conſanguineorum & conſortum ſcilicet Vrſinorum, magna aggreſſus eſt & ardua,vt exaltaret genus ſuum.Et ſimonia per eos ſatis manifeſtè in curia diſcurrebat.

Multum ditauit ſuos cōſanguineos poſſeſſionibus,caſtris,& pecuniis ſuper alios Romanos, Septem cardinales creauit Romanos,& pro maiori parte ſuos attinentes.Et inter cæteros ad requiſitionē & preces domini Gyannis(aliàs Ioannis) de Columna fecit Cardinalem dominum Iacobum de Columna,qui erat ſuus frater conſobrinus.Et hoc ideo,ne Columnenſes adhærerent & fauerent Ambaldenſibus (aliàs Annibalibus)eorum inimicis,ſcilicet,Vrſinorū:ſed vniti cum eis eſſent illis in adiutorium.Et fuit vtique res magni ponderis,& ardua,ex eo quòd in pręteritum,ſcilicet tempore Alexandri tertij eccleſia priuauit omnes Columnenſes beneficiis eccleſiaſticis,& deſcendentes ab eis,quia rebellantes ſe eccleſiæ, Friderico primo Imperatori adhæſerunt perſecutori eccleſiæ.Ædificauit etiam ipſe illud magnificum palatium ſancti Petri in vrbe. Quæſiuit quandam neptem ſuam tradere in vxorem nepoti regis Caroli, cui rex non acquieuit,quia non videbatur benè proportionari talis copula.Quod papa ægrè tulit.Voluit etiam & effecit, vt Carolus renunciaret ſenatoriæ di-

A gnitati vrbis,& vicariatui imperij, qui vacauit. A.C. 1278.

Abſtulit etiam caſtrum ſancti angeli eccleſiæ, & contulit domino Vrſino de Vrſinis. Fecit etiam conferri eccleſiæ Romanæ Romandiolam per priuilegium imperiale: quia non ſeruauerat promiſſionem factam imperator, ipſe de intrando Italiam.

Carolus q rex ſenat: na priuą tur dignitate. Vide ſup. c.2.§ 61.

Nicolaus Caroli regis potentiam imminuere teptat.Ex Leon. Aret. Conſentit Blon. & Naucl. Aemil.

B

§. IIII.

NICOLAVS igitur iſte tertius,vir præſtantiſſimus, etſi familia ſtudio partium vel præcipua ortus, regi tamen priuatim infenſus erat:quàm nuper mortuo Romæ Innocentio, cum ad eligendum pontificem incluſi de more patres conueniſſent, præſidens conclaui rex, Gallicos patres contra Italos [vel doloſe]vel imprudenter fouerat,ex quo magna noſtrorum in

C ſe contraxerat odia. Ea igitur indignatione accenſus pontifex, & ſimul quia maiorem potentiorémque eſſe putabat, quàm libertati expediret,multa in ſuo pontificatu molitus eſt,quo regiam amplitudinem nimis elatam deprimeret. Nam & vicariatum Hetruriæ,quem eccleſia regi commiſerat, exinaniuit, & ſenatoriam vrbis poteſtatem, quam ad eam diem continuauerat rex,coegit dimittere,conſtitutione inſuper edita ne cuiquam regi,aut regia ſtirpe oriundo ſenatoriam aliámve dignitatem Romæ habere li-

D ceret, vt dictum eſt ſuprà per quam nota inurebatur Carolo & Henrico Hiſpano, qui proximi fuerant ſenatores.Et cum Romana ſedes minus opera indigeret regis, Bertuldum Vrſinum propinquum ſuum turmas equitum alere iuſſit, ſub prætextu vrbium recuperandarum, quæ per id tempus à Guidone Feretrano principe diuerſarum factionum ſeu partium in Vmbria occupantur.

Sup. §.2. Nicolaus diſcordias ciuitatum curat ſopiendas.

Diſcordias quoque, & ſimultates ciuitatum Hetruriæ: per quas fauores partium, & infinitam pecuniarum materiam rex captare ſolebat,

E tollendas ſopiendaſque curauit,per Latinum legatum, virum religioſum, Romanum,& ordinis prædicatorum, ac præcipuę authoritatis. Cauſa huius diſſenſionis fuit,quia Guelphi reuerſi in ciuitatē, cū multo honore, & diuitiis ex bonis Gibelliorū incraſſati,impinguati,& dilatati eſſent cœperunt ex ſuperbia&inuidia inter ſe rixas & ſeditiones facere, potentiores potiſſimū, familiæ,vnde ſequebantur ſæpè vulnera & mortales inimicitiæ: & præcipuè inter familiā Adimarum (alias Adimatorum) quæ tunc erat valdè potens,& familias Toſingorum:& de Donatis & Paciis colligatās contra Adimates:Pro-

Inimicitię inter Florentinos Guelphos capitales.

F pter quæ pars Guelpha & communitas miſerūt oratores ad Nicolaum papam ſupplicantes, vt aliquem probum virum deſtinaret ad componendam pacem inter ciues.Et ſimiliter Gibellini exules miſerunt ad papam rogando pro reductionē eorum in ciuitatem cum omni pace. Iam enim vtraque pars feſſa erat in huiuſmodi mutuis impugnationibus, & quieſcere optabant.

Igitur

A.C. 1280. Igitur tertio anno pontificatus Nicolai cardinalis Latinus Florentiam veniens magno honore à ciuitate receptus eſt. (A.C. 1280. Leon. Are.) Mittebat illum pontifex gratia inimicitiarum priuatim tollendarum. Præter induſtriam verò legati, quæ in reconciliandis hominibus hortandiſque plurima fuit, illa quoque res non mediocriter ſuffragata creditur ad pacem: quòd nobilitas per id tēpus acerbis in ſe inimicitiis conflictabatur: armatęq; familiæ per vrbem longis agminibus incedebant, pugnæq; & vulnera crebro committebantur non ſine trepidatione tumultúque ciuitatis. Itaque hac deformitate rerum faſtidíti ciues, ac penè fatigati: deſiderium reducendorum exulum non penitus abhorrebant. Nec penè nobilitas reſiſtere poterat, cum integra non eſſet, & quòd alteri renuerent, id alteri ſequendum, vel de induſtria ſuaderent. His de cauſis factum eſt, vt longè faciliorem viam, Latinus ad res componendas haberet, quàm dudum eadem in cauſa ac re Gregorius habuiſſet. Exhortatus ergo homines cum authoritatem pontificis publicè priuatímque interponeret, tandem ciuium pacem ac reductionem exulum fieri obtinuit. Quo autem maior firmitas pacis ineſſet, aduocata concione cum multitudo omnia compleſſet, ipſe ſublimi de loco profatus longa oratione commoda pacis explicuit, eámque velut ſalutarem acceptandam, ſeruandámque ſuaſit.

Conditionibúſq; deinde ex arbitrio pronunciatis ſyndicos exulum aſſurgere iuſſit: publicéque inſpectante populo in mutuos amplexus ciuium deuenire. Ad tollendas verò ſuſpiciones multos vtrinque vades vltro citróq; dari iuſſit. Forma quoque reipublicæ gubernandæ ab eo nouiter inſtituta eſt creato magiſtratu quatuordecim virum mixtorum ex vtraque factione, qui pro tempore præeſſet ciuitati. Publicis compoſitis negotiis, priuatas ſubinde inimicitias tollendas curauit, pacatis familiis tam eiuſdem factionis inter ſe, quàm diuerſarum. (Legati Pōtificij res Florentiæ geſtæ.) Vbicunque priuata odia ob cędes aut vulnera ſubeſſent, [ea obliuione delere ſempiterna certis pactis & fœderibus conſtitutis procurauit] atque ea quò magis rata forent affinitatibus vltro citróque contractis, homines cenſuit obligandos. Monumenta verò damnationum in publicis archiuis contra exules per ſuperiora tempora repoſita, non cancellanda modo, verumetiam vna cum libris tollenda prouidit, quò penitus earum rerū deleretur memoria. Bona quoque exulum, quæ vel à fiſco ex publicatione, vel à priuatis per potentiam tenebātur, illis quorum fuerant, vti reſtituerentur effecit. Ex hoc iam tempore diuerſa factio magna multitudine in vrbem rediit, præter quoſdam principes quibus concordiæ gratia reditus eſt ad tempus aliquod dilatus. Fuerunt autem ij circiter ſexaginta ex præcipuis familiis diuerſæ factionis: quibus circa Romam exilij locus pro voluntate Pōtificis deſtinatus eſt. Illud præterea additum, vt caſtella quædam circa vrbem in pōtificis cuſtodia eſſent, vtque magiſtratus Florentiæ pontifex ad biennium ex arbitrio daret.

(Hæc ſunt ex Ioanne Villano.) Fecit etiam fieri pacem & concordiam inter multas familias & perſonas, quæ adinuicem habebant inimicitias magnas: & præcipuè inter Adimares & Toſingos, Donatos & Pactios, ac A inter familias comitatus Florentini: datis à partibus ſufficientibus cautionibus: et ad maiorem rei firmitatem contractis matrimoniis inter partes inimicas adinuicem. (A.C. 1278.) Ordinauitque ciuitatem regi & gubernari per quatuordecim bonos viros populares, quorum octo erant ex parte Guelpha, ſex ex parte Gibellina. Et durabat eorum officium per duos menſes tantum. Et congregabantur ad tractandum negotium reipublicæ in quodam loco prope abbatiam Florentinam; ſed in domibus propriis omnes manebant ad manducandum & dormiendum. Et cardinalis Latinus poſuit primum lapidem in ædificatione B eccleſiæ ſanctæ Mariæ nouellæ ordinis Prædicatorem, quæ tunc fuit inchoata.

Ea cùm perfeciſſet legatus ingentis prudētiæ fama non immeritò parta abiit relicta ciuitate pacata & concordi, quam impacatam diſcordemque ſuſceperat. (Poſt legati diceſſū Florentini pace gaudent.) Cæterum ex hac prouidentia legati, & ſimul ex reuocatione vicariatus de quo ſuprà mentionem fecimus, rex dominatum (Sup. §. 3) Florentiæ omnino dimiſit. Liberáque iam ciuitas & ſui iuris facta à quatuordecim viris gubernabatur. Hic rerum ſtatus ferè biennium durauit: nec dubitatur, ſi is pontifex vixiſſet diutius quin longè magis ea forma reipublicæ fuerit duratura. C Igitur quatuordecim viris ex vtraque factione rempublicam gubernantibus, primo quidem anno quieta omnia domi, foríſque fuerunt: nec quicquam memoria dignum per id tempus accidit. Secundò quoque anno quies domi viguit. Foris autem multa ceu nubila in ſereno coorta futuræ tempeſtatis formidinem incuſſere. Cauſę verò turbationum hæ ſuberant, Nicolaus, de cuius animo erga regem ſuprà diximus (Nicolai 3. Pontificis mors. A.C. 1280.) proximo autumno apud Soriani arcem ſeptem milibus paſſuum à Viterbio cum reficiendi ſui gratia eo ſeceſſiſſet, ſubitò apoplexiæ morbo correptus, & officio linguæ deſtitutus: paucos D poſt dies migrauit è vita.

De Martino quarto & rebellione Siciliæ contra Carolum eorum regem.

CAP. IIII.

NICOLAO tertio ex humanis ſublato: cùm de ſucceſſore deligendo inter patres agitaretur, aſſumpti nuper à Nicolao cardinales Italicum, altera verò factio, & ipſa per ſe potens, & à rege ſublevata atque impulſa Gallicum Pontificem cupiebat. (Poſt mortem Nicolai inter patres orta diſſétio ex Leonar. Aretino. tunc autē vacauit ſedes menſes 6. Onu.) E Aliquot menſes cum eo modo certaſſent, neque de pontifice conuenire poſſent, Viterbienſes infenſi Vrſino generi ex ſuperiori dominatu, ſeditione facta ad arma ierunt: nouóſque ſibi magiſtratus pulſis veteribus creauerunt. Inde cæco amentíque furore conclaue, quo Patres incluſi erant, irruentes, duos Vrſinos cardinales per vim detractos non ſine contumelia abduxerunt. Abductus eſt etiam cum his Latinus ille quem legatum nuper Florentiæ pacis authorem (Viterbienſes in conclaue irru unt.) F fuiſſe ſuprà monſtrauimus. Sed hic poſtmodum conclaui redditus eſt. Duo autem Vrſini priuato carcere detenti.

Quod factum dicitur ſecundum chroni. Florent. de voluntate regis Caroli, qui quærebat habere pōtificem Gallicum. Et propter hoc audi-

A.C. 1280.

audita morte Nicolai tertij, ex Hetruria Viterbium acceſſit. Cardinales autem detenti in carcere fuerunt dominus Matthæus & dominus Iordanus ambo de Vrſinis.

Martinus quartus Onuph. 2. pontif. maxim. 191. ſed. a. 4 m. 1. d. 7. A.C. 1281. de quo poſt Plat & Onu. Blond. lib. 8. dec 2. N.uel. gener 4. Æmil. l. 7.

Demum poſt vacationem ſedis quimeſtrem electus fuit in papam, is qui dictus eſt Martinus quartus natione Gallicus, patria Turonenſis, & ſi non nobilis genere ſecundum carnem, tamen moribus generoſus & magnanimus, & à cupiditate pro ſe vel ſuis alienus, eccleſiaſticique iuris zelator in numero pontificum, cxcij. Cœpit autem pontificatus eius anno domini 1481. ab initio verò mundi quinquies. 1236. ſecundum maiorem computationem ſexies. 1481. & in pontificatu vixit annis quatuor & menſibus duobus.

Martinus 4. fratrem ab ſe ablegat.

Græci in errorē relabuntur.

Cùm autem germanus eius ad ipſum acceſſiſſet gratia viſitationis, & congratulationis, ſperàs forte aliquid ab eo magnū obtinere, quàm citiſſimè eum remiſit ad propria cū modicis muneribus & moderatis expenſis: dicens quod quæ habebat, vt papa, bona eſſent eccleſiæ non ſua: vnde nec diſſipare vellet indiſcretè donando. Hic fecit comitem Romandiolæ dominum Gyānem (aliàs Ioannem) de Francia, inde remouēdo comitem Bertoldum de Vrſinis. Ipſe etiam excommunicationis ſententiam fulminauit contra Palæologum imperatorem Græcorum, & contra Græcos omnes, qui eccleſiæ Romanæ non parebant. Inſuper ædificari fecit arcem & magna palatia in Monteflaſcone, vbi & continuè recedit tempore ſui paratus.

De Siciliæ à Carolo rege defectione, ex Ptolomæo Lucenſi, Ioanne Villano, Blon. lib. 8. dec. 2. Aemil. li. 7.

§. I.

IPſo Martino pontificante rebellauit ſe tota Sicilia & iugum dominationis Caroli à ſe excuſſit cauſa principalis fuit regimen laſciuum & tyrannicum Francorum, qui gubernabant regionem illam, & cooperati ſunt rex Aragonum, & quidam dominus Ioannes de procida (aliàs Prochyta).

Itaque rex Carolus, Anno domini 1289. cùm eſſet rex Siciliæ & rex Hieruſalem, vnde valdè potens ſuper reges alios illius temporis, ad inſtantiam Balduini generis ſui, qui deiect⁹ fuerat ab imperio Conſtantinopolitano per Palliolocum (rectius Palæologum) qui illud ſibi vſurpauerat cum adiutorio Genuenſium, decreuit cum magno apparatu & claſſe Conſtantinopolim pergere, & Palæologo imperatore deuicto & expulſo Balduinum reſtituere: conſiderans & intelligens, quia hoc obtento, facilè ſibi eſſet poſt modum regnum Hieroſolymorum ſibi acquirere. Et ad hoc exequendum armari fecit centū galeas ſubtiles, & viginti naues magnas, & multa alia lignamina pro equis, hominibus & rebus: cum adiutorio eccleſiæ & regis Franciæ, & Venetorum, & aliorum Italicorum ad quod eos inuitauerat. Et nulli dubium, quin ordinata ei ſucceſſiſſent ad votum, niſi rebellio Siciliæ, impediuiſſet huiuſmodi expeditionē. Nam Palæo-

A.C. 1281.

A logus non erat talis ac tātæ potētię vt poſſet Caroli copiis reſiſtere, & multi ex græcis parati iā erant ad rebellionem. Sed humiliauit Deus ſuperbiam Francorum, qui de victoriis Caroli nimis elati erāt: & iam pleriq; incolæ de regno recedebant, non valentes ſufferre eorum iniurias.

Caroli ſtudia contra Græcos expediti quomodo impedita.

Inter cæteros autem fuit quidam vocatus dominus Ioannes de inſula prochyta miles, qui dominus fuerat dictæ inſulæ, vir vtique ſagax & aſtutus, Hic mente concepit impedire tranſitum Caroli in Conſtantinopolim. Quod & fecit Pro- B fectus ergo iſte ad Palæologum imperatorem Conſtantinopolitanum, oſtendit ſibi imminere periculum maximum amiſſionis imperij propter potentiam Caroli, & præparationem, quam faciebat contra eum cum adiutorio Eccleſiæ. Sed ſi vellet manus apponere ad theſaurum ſuum, & expenſas facere oportunas: impediret & Carolum vtique ab opere ſuo, cum adiutorio regis Aragonum, quod obtineret, ſi pecunias ei deſtinaret. Et ipſe etiam operam daret, vt Siculi ſe ſubtraherent à dominio Caroli, qui eum vtique non diligebant, nec gentem C ſuam. Palæologus imperator, quamuis ſibi videretur quaſi impoſſibile potentiæ Caroli reſiſtere: vt deſperans de aliorum auxilio, acquieuit conſilio eius. Et deſtinauit quoſdam ex ſuis Græcis cum domino Gyanne (rectius Ioanne) in Siciliam cū magnis pecuniis & lapidibus prætioſis ad alliciendum homines. Quibus cauto modo & ſecreto applicantibus: dictus dominus Gyannes (aliàs Ioannes) locutus eſt cum aliquibus principalioribus baronibus ſibi notis: quos ſibi conſtabat dominium Francorum odiſſe, & D aperuit eis tractatum. Eoſque induxit ad ſcribendum regi Aragonum, rogando & commēdādo ſe ei vt eos eriperet de ſeruitute Francorum: & quia parati erant rebellionem excitare, & tradere ei dominium Siciliæ.

Ioannis Prochytæ de Francis Sicilia deturbandis conſilia.

Ioānes de Prochyta ſuū conſilium Nicolao Pontifici aperit.

Perrexit quoq; dictus dominus Ioannes in habitu transformato .ſ. in habitu fratrum minorum ad vrbem, & ſecretè locutus eſt Nicolao papæ tunc viuenti in arce Sariani, aperiens ei negotium, et commendans imperatorem Palæologum. Obtulitque ei magna munera ex parte eius, ac etiam domino Vrſo de Vrcinis, vt extur- E baret tranſitum Caroli in Græciam. Nicolaus autem, qui iam indignatus erat contra Carolum multis de cauſis, & quia noluit Carolus aſſentire, vt ſuus conſanguineus contraheret cùm cōſanguinea ipſius pontificis, vt optabat, ad hoc operatus eſt non dando Carolo pecunias, & alia ſibi promiſſa ab eccleſia. Et à Nicolao etiam ſecretas literas accipiens dominus Ioannes ad regem Aragonum profectus eſt, cum literis imperatoris Græcorum, & Papæ & baronum & Siciliæ, offerentium ei regnum Siciliæ. Ad hoc etiā confortans eum tanquam ad eum hæreditario iure ſpectaret Sicilia, cum in vxorem habuiſſet F filiam Manfredi regis Siciliæ. Acquieuit rex Aragonum, remittens in Siciliam dominum Ioannem ad ordinandum rebellionem illorum.

Idē ad Petrū Aragonū regem ſeſe confert.

Interea decedente Nicolao tertio, & electo Martino quarto, res illa agitata dubium habuit & aliquem dilationem. Nihilominus prædicto domino Ioanne eunte cum oratoribus Palæologi imperatoris Græcorum, iterum ad Petrū regem Aragonū cū magnis pecuniis, & cū literis baronum

A.C. 1281.

baronum Siciliæ promittentium rebellionem Siciliæ: rex ipſe Aragonum, qui prius dubius manebat, in ea re firmauit animum ſuum & auidus dominij ſui dilatandi, & pecunia oblata allectus iuramento promiſit rei operam dare, ſed modo ſecreto. Fecit ergo fieri præparationem claſſis magnæ ſub prætextu, & nomine proficiſcendi contra Saracenos in bello.

Philippus rex Franciæ à Petro Aragonio deceptus.

Propter quod rex Franciæ Philippus filius Ludouici ſancti, qui ſororem regis Aragonum præfati duxerat in vxorem, miſit oratores ſuos ad inquirendum ab eo cùm diuulgatum iam eſſet eum velle procedere contra Saracenos, ad quam regionem, ſeu contra quos Saracenos intendebat bellare, & quòd ſi expediret ſibi gentes & pecunias daret. Cui reſpondit ſe omnino velle procedere contra Saracenos, ſed contra quos nondum venerat tempus inſinuandi, ſed cito notum fieret. Petiitque ab eo in ſubſidium quadraginta millia librarum Turonenſium. Quam pecuniam ei miſit. Rex tamen Philippus intelligens regem Aragonum eſſe audacem & fallacem, non bona ſuſpicatus de eo, ſignificauit Carolo regi Siciliæ auunculo, vt diligentiam adhiberet in cuſtodiendis terris dominij ſui.

Carolus autem his auditis acceſſit ad curiam, iſta Martino Papæ ſignificans. Pontifex autem deſtinauit oratorem ſpecialem fratrem Iacobum ordinis Prædicatorum, virum prudentem & doctum, ad inueſtigandū ab ipſo rege Aragonum contra quos Saracenos vellet bellū mouere, quia res erat, quæ tangebat honorem Eccleſiæ, & quia paratus erat dare ei adiutoriū, præcipiens ei nihilominus, quòd nulli fidelium indiceret bellum. applicantem autem oratorem Papæ in Cathaloniam rex honorificè ſuſcepit. Et expoſita cauſa ſuæ legationis rex gratias egit ſummo pontifici de oblationibus ſuis. Quantū verò ad exprimendum contra quos bellare intenderet Saracenos, protunc ſcire non poterat, ſed ſi vna ex manib' ſuis hoc ſciret abſcinderet eam: ita volebat rem ſecretam eſſe. Reuerſus ergo orator reddidit Papæ & Carolo reſponſionem. Tunc ait Carolus Papæ: Nonne dixi vobis, pater beatiſſime, ꝙ rex Aragonum eſt fallax hircus? Confidens tamē nimis de potētia & ſapiētia ſua, non adhibuit aliam diligentiā negotio ad perquirendum de diſpoſitione Siciliæ.

Rex Aragonum cōſilia ſua tegit.

Galli in regno Siciliæ nimium petulantes ſuperbi & auari, Siculorum animos offenderunt. Aemyl. lib. 7. alij. A.C. 1281.

§. II.

CVM igitur, vt ait Leonardus in hiſtoria Florēt. poſt victum Conradinum, recuperatáque Siciliā, ciuitates, quæ ſe rebellauerant, in regis Caroli fidem poteſtatemque rediiſſent, præfecti ad eas gubernādas viri Gallici, ferocéſque natura, ac ſuperbi innumeras Siculis inferebant clades. Tantaque erat gubernatorum petulātia, vt non iam liberorum hominum, ſed mancipiorum loco Siculi haberētur. Pro leuiſſimis rebus ac ſæpè pro verbo liberius emiſſo ſupplicia aderant crudeliſſima. Delatorū

A plenæ erant vrbes. Laquei & ſecures in leuiſſimis habebantur pœnis. Ad hæc auaritia Gallorum inexhauſta, & auri cupido inſatiabilis nocentes pariter innocentéſque peruadebat, nec vllus rapinarum erat modus. Diuitiæ pro crimine læſæ maieſtatis habebantur. Vt quiſque ampliſſimo erat patrimonio, ita in periculum acerrimè vocabatur. Id genus hominum rebellionis author fuiſſe, id maledixiſſe regi, id Conradini imaginem domi habuiſſe accuſabatur. Iacturæ fortunarum iam in conſuetudinem venerant, optabiles quidē, modò ſup-B plicia excarnificationéſque ceſſarent.

A.C. 1281.

His accedebant libidines non maiorum modo, verum etiā miniſtrorum in vxores & filias Siculorum, ſine vllo reſpectu & verecundia: vt cuique placitum fuerat.

Hanc duriſſimam ſeruitutem aliquot annis perpeſſæ ciuitates tandem ſuperante patiētiam magnitudine iniuriarum, in furorem vertuntur. Initium rerum nouandarum à Panormitanis eſt factum. Ij enim extra vrbem feſtum agentes ad locum prope ad tria millia, qui dicitur Mōreale, in feſtis Paſchalibus reſurrectionis acce-C debant plurimi vtriuſque ſexus, & cuiuſcūque cōditionis terrigenæ ac etiam alienæ præcipuè Gallici à rege Carolo ad gubernationem patriæ deputati aderant. Cùm ergo à Gallis eo profectis arma explorarētur circa terrigenas, ac eo prætextu ſinus mulierum papilláſque obtrectarent, cōcitata ob eam feritatem ſeditione. Gallos lapidibus primò mox armis perſecuti omnes interfecerunt. Rumor deinde Panormo in alias ciuitates delatus, eodem exemplo ad arma & cædes populos exercitauit. Ita per totam Siciliam trucidati. Sicque cum ardor eorum pe-D tulantiæ proprio ſanguine extinctus eſſet non ſolum diuitias malè coacteruatas, ſed corpora inſuper Siculis reliquere.

Veſperæ Siculæ.

Rex per id tempus in Hetruria erat. Qui audita Siculorum defectione magnis itineribus in regnum contendit, publicè tamen Papam Martinum viſitauit, querelam exponens de dicta rebellione & de rege Aragonum: ꝙ vſurpaſſet ſibi regnum. Super quo condolens pontifex cum tota curia, obtulit ei omne, quod poſſet auxilium. Et miſit vnum Cardinalem legatum dominū Gerardum de Parma cū Carolo rege. E Rex etiam Franciæ condolens miſit ad eum iuuandum copias ſuas. Capitaneus Florentinorū fuit comes Guido de Battifollib', & cùm perueniſſet ad regnū copias vndique contrahit: Florētinos ac cæteras ciuitates amicas auxilia rogat. Ipſe apud Rhegium, qua proximè eſt trāſmiſſio in Siciliam, conſtitit. Ibi copias aduenientes excipit, quæque ad tranſitum ſunt oppor-

Carolus cum Pontifice Maximo de defectione Siculorum queritur.

a *Rei nefaria coniuratio anno eius ſeculi octuageſimo primo ſanctis diebus facta ſanctiſſimo omniū anni tempore ſcelus admiſſum. Dies Domino reſurgēti* F *feſtus, cum ex templorum turribus campanæ ſonitu conſuetudine quotidiana, ſignum ad veſpertinos hymnos daretur, ater funeſtuſque Francis factus, Tota inſula cædes inermium, nihil timentium, incautorumque Francorum vno temporis veſtigio fœde facta. Inde Siculus veſper prouerbio increbuit. Naues etiam occupatæ, quæ in prouinciæ portubus ſtabant paratæ ad imperium Græcum repetendum. Aemyl.*

A.C. 1281. tuna parat. Erat perdifficilis tranſmiſſio, propterea quòd omnes ferme regis naues in Siciliæ portubus naualibuſque aſſeruabantur quæ tūc rebelles cuncta tenebant. Itaque contractis ex omni maritima Italiæ ora nauibus, Meſſanam (quæ ꝓxima erat) traductis copiis obſidere cœpit. Vehemēs huius vrbis oppugnatio fuit, nec remiſſior ſanè eorum, qui obſidebantur, in reſiſtendo audacia. Nā & rex in hac vna vrbe, quā primo circum ſtererat, indiciū de ſe fieri apud alios Siciliæ populos haud falſo exiſtimabat vtque res ea ſucceſſiſſet, ita ab alijs quoque aut formidari ſe, aut contemni, & Meſſanenſes contra victoris iram pertimeſcebant, Gallorum ſuperbia crudelitaſque ante oculos verſabatur: cui fœditati honeſtam profectò mortem cenſebant præferendam.

Rege verò circa Meſſanam habente caſtra: bellicumque terrorē Siculis oſtentante, ciuitates crebris legationibus ad Petrum Aragonum regem miſſis, ſibi, vt ſubueniret, precabantur, *Legatio Siculorum ad Petrum regem Aragonum.* quoniam vxor eius Conſtantia Manfredi quondam Siciliæ regis filia eſſet, ad quam conſumpta virili prole haud dubiè pertineret ſucceſſio regni. Poſſeſſionem verò ciuitatis vnanimiter & cupientiſſimè offerre. Iam verò Manfredi mortem vlciſci, ad quem magis, quàm ad generum nepoteſque ſpectare, præſertim cùm idem ſit interfector, idem occupator regni, idē ciuitatum vexator, quæ pati, vt ludibrio habeātur, contra decus ſit regij nominis. His tandem permotus rex Siciliā capeſſere inſtituit. Et adiuuabat celeritatem eius cœpti, quòd ipſe paulo ante magna parata claſſe in Aphricam traiecerat: afflictiſque magna ſtrage barbaris, & oppido in littore expugnato, non longè à Sicilia victorem exercitum claſſemque habebat.

Rex Aragonū in Siciliam applicat. Profectus igitur rex littoribus Aphricæ cum Panormo applicuiſſet, receptus ſumma gratulatione à Panormitanis, rex Siciliæ appellatus, ſtructis de cętero nauibus Meſſanam petere contendit. Carolus autem quòd præualere hoſtem claſſe intelligebat, ac periculoſum arbitrabatur tota Sicilia aduerſante in illa includi: & commeatus penuria vrgeri, diſſoluendam obſidionem, in Italiamque remeundum ſtatuit. Id regis conſilium, vbi per caſtra innotuit, tantus *Carolus Siciliam relinquit.* repente concurſus ad mare factus eſt, properantibus cunctis ne in poſtremis traiicerent, vt nō multum à fuga & deſperatione res illa diſtare videretur, tentoriaque, machinas, & apparatum omnem in caſtris reliquerunt. Vix dum traducto exercitu, hoſtium claſſis aduenit. Carolus autem, quia non decertandum in pręſentia, ſed alia ratione gerendum exiſtimabat bellum copias diſſoluit, & auxilia amicorum remiſit domum. Sed claſſis dum abiret, per ſpeculatores hoſtium conſpecta, ab Aragonibus inuaditur. Et aliquot naues in quibus Piſanorum triremes fuerunt quatuor ex fœdere nuper ad Carolum miſſæ capiuntur, & ad Meſſanam ducūtur. Equites verò Florentini à rege dimiſſi domum rediere, incolumes quidem præter tentorium publicum ex more duci eorum traditum. Hæc Leonardus.

A *A.C. 1284.* Quæ poſt veſperas Siculas in Sicilia euenerunt Ioan. Villan. Aemyl. l. 7. alij.

§. III.

CVM autem dictum ſit ſuperius ex chronicis, quòd ſtudioſe rex Aragonū parauerat *Sup. §. 1.* claſſem propter Siciliam capiendam, ſed fingebat ſe hoc agere, & dicebat ad bellandum contra Saracenos, ᵃ vt verificaret ſermonem ſuum, *Rex Aragoonum cō tra Saracenos fictè pergit,* forte parata claſſe perrexit ad aliquā regionē B Saracenorum debellandam facilè. Quo peracto, caſu prædicto contingente & eo inuocato aduenit cum claſſe parata, vt dictum eſt, & ita in chronicis dicitur.

Ibi etiam narratur, quòd facta magna ſtrage *Mamertini ſupplices à Pontifice veniā petūt.* Gallicorum per Siculos, Panormitani cum alijs Siculis, antequam rex Aragonum veniſſet eis in adiutorium, miſerunt oratores ſuos viros religioſos ad ſummum pontificem pro petenda venia, timentes iram Caroli. Et eorum oratio fuit hæc: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. terque id replicaunt. Quibus in pu- C blico conſiſtorio Papa reſpondit hæc ſolum. *Ioan. 19.* Ave rex Iudæorum, dixerunt Iudæi Chriſto, & dabant ei alapas, ter & ipſe hoc ipſum dicendo. Aliud reſponſum non habentes abierunt contriſtati valdè. Cùm autem rex Carolus primo applicuiſſet Meſſanam cum magnis copiis, & expugnare cœpiſſet, Meſſanenſes qui ſibi non *Meſſanæ obſidio diffidauit eos ad mortem. i. omnem ſpem eis gratiæ ademit.* prouiderant aliter de gentibus, & expectatio regis Aragonum pro quo miſerant, nondum adueniebat, quaſi deſperati petebant ab eo veniam de perpetratis & miſericordiam, offerentes ei reddere ciuitatem. Carolus ſuperbia vſus noluit D eos cum aliqua pactione, ſed diffidauit eos ad mortē vt proditores ſanctæ eccleſiæ, & ſuę re- *2. Reg. 2.* giæ dignitatis, & ſi poſſent ſe defenderēt. In hoc non ſibi viriliter conſulens, & igorans quia periculoſa eſt deſperatio. Cùm igitur pugna eorū foret, pro vita omnium die noctuque, indēfeſſi reſiſtebant.

Interea comes de Brenna, & de Monteforti *Mamertini à regiis cæduntur.* ſuperuenientes, & vaſtantes omnem circa regionē, ne caperent quoddā caſtellū norabile quod dicebatur Mellaſiū, aliqui ex Meſſana illuc profecti ſunt in ſuccurſum: ſed à copiis illis, quæ ad E uenerant in adiutoriū regis, profligati ſunt, occiſis mille vel circa. Meſſanēſes magis ac magis afflicti miſerunt ad legatū Cardinalem rogātes vt ciuitatem ingrederetur ad colloquium, & tractatum, vt poneret pacem & reconciliationem cum rege. Papa etiam eos per literas ſuas redarguens de tanto ſcelere mandauit: vt ciuitatem Carolo, vt legitimo domino, reſtituerent & obedirent, aliàs ipſo facto excommunicationem incurrerent, & interdictum. Electi autem ſunt ex Meſſanenſibus triginta ſex viri aptiores ad F

a *Petrus Terraconenſis Aphricæ oram, ne ſacræ militiæ profeſſione abuſus emētiēdo videretur, circa Hipponem vſſerat. mox ad id cuius gratia cætera facta fictaque erant, Siciliam cogitatione ſpectans in Corſicam delatus, expectabat, quo Ioannis conſilia coniurationque euaderet. Aemyl. ex his viderr licet quam regionem Saracenorum Terraconenſis ante occupatā Siciliam adierit.*

negotium

A.C. 1282.

Pacta quibus Mamertini ſe Carolo dedere volunt.

negotium, qui pacta componerent cum rege Carolo pro ciuitate reddenda.

Tria autem pro hoc petebant, Primò, vt eis remitteret omnem offenſam occiſionis perpetratæ & rebellionis. Secundò vt nó plus ei dare tenerentur pro anno tributo, quam antiqui eorum dediſſent regi Guilielmo. Tertio, quòd non poneret ibi rectores & officiales Francigenas, ſed Prouinciales. Deſtinauit dominus Cardinalis camerarium ſuum ad regem Carolum cum his conuentionibus, perſuadens ei, quòd acceptaret, & quanto magis differret, tanto conditio eius peior efficiebatur. Sed audiens hęc rex turbatus eſt, & nec acquieſcere conſilijs legati voluit, ſed duriora querebar. Conſiderate neſciuit, quia varius eſt euentus belli, & victus aliquando vincit. Ira ſiquidẽ impediuit animum, ne valuerit diſcernere verum. Cum autem Meſſanenſes audiſſent grauia, quæ rex exigebat ab eis: nullo modo parere voluerunt, & aſſentire poſtulatis. Sed vt deſperati dixerunt legato, ſe potius velle comedere fame proprios liberos, vel in ciuitate propria cum familijs mori quàm per carceres & longa exilia vexari, & in ſeruitutem redigi.

Carolus non vult indulgere Siculis & malè.

2.Reg.11.

Catonis diſticha.

B

C

Receſſit itaque legatus ex ciuitate, ſubijciens eam interdicto, ac ciues excommunicás mandauit vt intra quadraginta dies ſe Apoſtolico præſentarent. diſplicuit autem non modicum principalioribus exercitius quòd Carolus non audiſſet petitioné eorum ad veniam eos ſuſcipiés, ſed nullus eorum auſus eſt cótradicere regi. Cú magna igitur virtute obſident ciuitatem, ſed ciues viriliter reſiſtebant. Iuuenes & mulieres ſenes cum pueris, omnes ſe exercebant ad prælium murum vrbis ex bombardis in parte deiectum, quàm citiſſimè reficientes.

D

Petrus rex Aragonũ applicat Panormũ. A.C.1282.

Interea poſt menſes duos dictæ obſidionis, Petrus rex Aragonum perſonaliter ex Catalonia cum quinquaginta galeis & octingentis militibus ſtrenuis nauigans, Panormum applicuit. Anno domini. 1282. Capitaneus autem claſſis ſuæ erat dominus Rogerius de Calabria, rebellis Caroli. Receptus ergo fuit Panormi Petrus rex Aragonum cum maximo honore acclamátibus omnibus eum regem Siciliæ. Et coronam dicti regni accepit à quodam epiſcopo Acephalenſi. Et licet rex Aragonum audita multitudine exercitus equeſtris & pedeſtris regis Caroli quæ obſidebat Meſſanam & quod iam dubitabatur, ne deficiente eis victu ciuitatem Meſſanam regi reddidiſſent ſatis primò timuiſſet, & ferè pœnitens de acceſſu ſuo, diſponeret ad receſſum, habito nihilominus maturo conſilio ſuorum, & interea per quandam ſagittam receptis literis à Meſſanatis, quia non poterát vltra ſe defendere deficientibus eis victualibus, ſed intra octo dies oportebat eos tradere ciuitatem quapropter inſtanter rogabant pro ſuccurſu.

E

Inter cæteros quidá Baro eius nomine Gualterus ſuadebat regi, quòd omnino ſuccurreret Meſſanæ ſine mora, quia ea amiſſa tota Sicilia, & ipſi omnes cum eo erát in magno periculo. Sed dominus Ioan. de Prochyta qui illuc conduxerat regem, vt dictum eſt, conſuluit quòd antequam ipſe rex illuc pergeret, deſtinaret duos ex ſuis Baronibus cum galeis ſubtilibus, quæ caperent lignamina ſibi obuiantia & deferen-

F

A

A.C. 1282.

tia victualia ad caſtra Caroli. Oratores autem ipſi Carolo ex parte regis Aragonum dicerent, ꝙ ſibi placeret recedere à regno ſuo ſcilicet Siciliæ: quod ſibi debebatur iure hæreditario ratione vxoris ſuæ filiæ Manfredi regi Siciliæ, & confirmatum ei fuerat à Papa Nicolao tertio, quod ſi non faceret, eum diffidaret cum ſuis. Placuit regi cóſilium ſuum, & ita fuit impletũ. Applicuerunt itaque oratores regis Aragonum ad caſtra Caroli. Et expoſita oratione ſua poſt literas præſentatas, indignati ſunt Carolus cũ ſuis de tanta audacia regis Aragonum, & collatione facta cum principalioribus huiuſmodi dedit eis reſcripta. Carolus Dei gratia rex Siciliç & Hieruſalem, dux Andegauię princeps Folcalcherij, & comes Prouinciæ Petro regi Aragonum & Valentiæ comiti. Miramur valdè in tantam audaciam te prorupiſſe, quòd ingreſſus fueris hoſtiliter in regnum Siciliæ nobis collatum authoritate Romanæ Eccleſiæ. Vnde tibi præcipimus, & mandamus, vt viſis præſentibus debeas abſcedere à regno noſtro. Quod ſi implere neglexeris, te vt peſſimum proditorem Dei, & Eccleſiæ ſanctæ diffidamus, & inimicum capitalem, & cótra tuos præficiſcemur ad exterminium gentis tuę.

Terraconenſis ſuá aduerſus Carolum Claſſem mittit.

Reuerſis oratoribus cum literis Petrus habito tractatu cũ ſuis de conſilio domini Ioannis de Prochyta præmiſit galeas ad oſtiũ Phari, vt caperent nauigia deferentia victualia ad caſtra Caroli, nec permitterent aliquid eis deferri. Quo facto & ſi Carolus non recedat, ſed in obſidione remaneat, ipſe cum copiis peribunt. Fecit rex Aragonum, quod ſibi conſultum fuit, & armatis ſexaginta ſubtilibus galeis, fecit in eis ducem & directorem dominum Rogerium de Loria hominem magni valoris, & multum fortunatũ in prælio nauali & terreſtri. Hæc autem ſentiẽs quidam explorator domini Aringini de Genua, Admiraldi regis Caroli, ſubito cũ naui vna armata peruenit Meſſanam: & nunciauit dicto Admiraldo ſcilicet Aringino claſſem regis Aragonum illuc cito venturam, propter quod conſuluit, & perſuaſit dominus Aringinus regi & conſilio eius: quòd ſine mora obſidionem relaxarent, & reuerterentur in Calabriam: cùm non haberet Carolus galeas armatas aptas ad bellum. Vnde ſi non cito recederent, comburerent hoſtes aduenientes claſſem Caroli, & deficientibus eis victualibus ipſi omnes vna perirent. Quod & fecerunt, vt dictum eſt ſuprà. Et applicuerunt ad Calabriam dimiſſa Sicilia.

Rex Carolus è portu Meſſanenſi ſoluit.

Sup. 2.

Soluta obſidio Meſſanẽſis.

Rex autem Aragonum Petrus, poſtquàm audiuit receſſum Caroli à Meſſana &, quòd Admiraldus eius Rogerius ceperat aliquas ex galeis Caroli, ac etiam combuſſerat circa octoginta lignamina iuxta Rhegium in Calabria vidente Carolo, nec obuiare valente ipſe cum baronibus ſuis mouens ſe ex Panormo applicuit Meſſanam. Quem receperunt omnes cum ſummo honore, gratias magnificas ei agentes de redemptione ſua de manibus inimicorũ ſuorum, ſuũ dominum vocitantes.

Pro aliquali notitia pleniori regni Aragonię ſciendum ſecundum chron. quòd illi de domo & familia Aragonũ antiquitus non fuerunt regali ex progenie exorti: ſed magni comites ſcilicet Barchinonæ & Valentiæ. Talis fuit comes.

A.C. 1281.

Alphonſus, qui in bello circa Carcaſſonã, quod ipſe gerebat in adiutorium comitis Toloſani defenſoris hæreticorum Albigenſium cum Gallicis tempore Philippi regis Franciæ deuictus fuit, & occiſus à Francis. Et dicitur, quòd iſti comites Aragonenſes erant de eadem ſtirpe progeniti cum comite Toloſano, & Raimundo comite Prouinciç.

Alphõſus comes Barchinonæ regum Terraconẽſium auctor.

Sed poſtmodum comes Giamo (quem Iacobum alij vocant) filius Alphonſi præfati, & pater prædicti Petri regis, qui cepit Siciliã profectus eſt vir magnanimus, & in armis ſtrenuus contra Saracenos Hiſpaniæ, & congreſſus cũ Aragonenſibus, occidit regem eorum, & coronari ſe fecit in regem Aragonum. Et fecit ex Aragonia & Cathalonia vnum regnum, & ipſe cum ſuis hæredibus confirmatus fuit in regem Aragonũ. Exinde profectus cõtra Saracenos cõquiſiuit regnũ & inſulas Maioricã & Minoricã. Et ad habendam pacem cum Gallicis dedit ipſe Giamo rex Aragonum filiam ſuam Iſabellam in vxorem Philippo filio Ludouici regis Franciæ ſancti & in dotem conceſſit partẽ dominij Perpignani & Montiſpeſſulani. Et ad extrema veniens Giamo, Petrum prędictum infantẽ primogenitum reliquit regem Aragonũ. Alium dictum Giamo inſtituit regẽ Maioricarum. Ex his proceſſerunt nobiles & magni reges & domini. Huius arma ſunt aurum & flamma in modum virgarum in longum productarum.

Iacobus Aragonũ rex primus.

Rodulphus Romanorum rex, in Italiam præfectum ſuum mittit. Naucl. Gen. 43.

§. IIII.

ANNO domini 1281. Rodulphus rex Romanorum à pluribus annis electus, etſi non coronatus, in Alemannia moram trahens, ad requiſitionem Gibellinorum Tuſciæ deſtinauit ex Alemannia quendã comitẽ cum trecẽtis militibus in Hetruriã, vt Tuſci iurarent fidelitatem imperatori, & ſibi obedirent. Sed nulla ciuitas ei obediuit, aut ſe ſubiecit, exceptis Piſanis, & caſtro ſancti Miniatis, quod vulgariter dicitur Altedeſco. Et reſidentiam dictus comes faciẽs in ſancto Miniate, cum copiis ſuis & adiutorio Piſanorum bellare cœpit contra Florentinos, & Lucenſes, & alias ciuitates adhærentes parti Guelphæ demũ compoſitione facta & pace cum Florentinis reuerſus eſt in regionem ſuam.

Eodem anno Lucenſes prœfecti contra Piſciç caſtrum notabile deſtruxerunt, & combuſſerũt totum illud caſtrum, quia Gibellinis adhærebant pertinaciter, nec acquieſcebãt ſubiici Lucenſibus, & obedire mandatis eorum. Fuerunt ibi Florentini cum magnis copiis in adiutoriũ Lucenſium. Et quia Florentini dum Piſcia obſidebatur, quæſierunt pacem ponere inter Lucenſes & Piſcinos reuerſi Lucani cum triumpho propter id contumelias Florentinis irrogarunt.

Caſtrum Piſcię euertitur.

Per idem tempus, vt notat Leonardus in hiſto. Florentina. lib. 3. deficiente tota Sicilia à rege Carolo, cùm iã planè ſtudia partiũ renouari cernerentur, cunctaque ſuſpicionibus redundarẽt,

Florentini formam reip. mutant. Leo. Aret.

A Florentini conſortium diuerſæ factionis hominum, qui pro adminiſtrãda repu. recepti fuerant, amouendum cenſuerunt. Quare quatuordecim virorum officio, qui mixti ex vtroque genere ſcilicet octo ex Guelfis & ſex ex Gibellinis ciuitatẽ regebãt, antiquato; Priores artium creauere. Tres ab initio creatos conſtat, poſtea ſex, inde duodecim, mox octo, quod ſuis temporibus apparebit. Nec tamen huius magiſtratus nomen tunc primum in repu. repertum eſt. Cõſtat enim annalibus octoginta ferme annis ante id tẽpus Priores artiũ in repu. fuiſſe, ſed poſtea omiſſum ac penè oblitum, tandem hoc tempore amplificata poteſtate reſumptum eſt.

Populare autem maximè id genus admini-
B ſtrandi eſſe, vel ex nomine ipſo intueri licet. Quod enim potentes quidam plus nimio perturbationes optare videbantur, ad pacatum tranquillumque genus hominum, non tam bellis & contẽtionibus, quàm negotijs in pace gerendis intentum ciuitatis tranſlata eſt gubernatio: atque ob id Priores artium dicti, quia non ex rapacibus atque ſeditioſis, ſed ex frugali pacatoque hominum genere vt cuiuſque
C exercitia erant, ſuffragiis populi ante ferebantur. Nam qui inertes ſunt ex aliorum bonis vt nutriantur oportet. Hunc magiſtratũ nomenque hodie quoq; in ciuitate durare, triceſimo atq; octauo ſupra cẽteſimũ anno ſignũ fuerit nõ abſq; optima ratione excogitatũ fuiſſe. Nam quæ damnoſa ſunt etſi non homines, at tempus experientiaque rerum magiſtra redarguit, nec diuturnã eſſe permittit.

Qualis ſit Priorum artiũ Magiſtratus.

Primi tunc omnium Priores artium creati ſunt Bartholus Bardias, Iacobi equitis filius ex familia nobili & in primis locuplete: Roſſus ba
D carolli, Saluius Clari Hieronymi. Ij publicis ædibus incluſi, nec aliud quicquam, quàm de repub. cogitare iuſſi ſunt: & ſumptus eis ex publico prębeti: cum cæteri omnes ante id tẽpus magiſtratus domum ſuam redire poſt negotia conſueſſent. Duodecim apparitores ſunt illis à populo dati: ſex viatores ad conuocãdos ciues, totidem ad cætera obeunda miniſteria. Tempus autem huius magiſtratus bimeſtre cõſtitutum eſt; quod hodie quoque ſeruatur. Poſt hos duplicatus eſt numerus, & ſex pro tribus ſuffragio ciuium ſuffecti. In ſex enim diuiſa ciuita-
E re tunc regiones, ſingulos ex ſingulis aſſumi placuit. Eodem anno imbres aſſidui circiter Idus Decembris complures dies noctẽſque continuati, omnia penè vrbis loca inundauerũt. Ab iis cũ ſemẽtes dilutæ ac ſolo abraſæ interiſſent: confeſtim adempta ſpe futurarum meſſiũ annonæ cariſtia eſt ſecuta.

Damnoſa diuturna eſſe non poſſunt.

Primi Priores artium qui.

Romandiola à Pontifice deficit Blond. dec. 2. lib. 8. A.C. 1282.

§. V.

F ANNO domini 1282. ſecundum chron. Florent. comes Guido de Monteſeltro cum auxilio Gibellinorum ingreſſus Romandiolam, cum copijs ſuis magnam partem ciuitatis Romandiolæ rebellare fecit, & à dominio Eccleſiæ diſcedere. Erat enim ille comes Guido, vir in militia valdè ſtrenuus, ſagax, & experientiſſimus. Propter hoc Papa Martinus reuocauit ſeu remouit dominum Rober-

A.C. 1282.

Ioannis Gallici res in Piceno geſtæ.

Robertum de Vrſinis, qui rector & gubernator A deputatus fuerat ibi à Nicolao Papa: & pro eo illuc deſtinauit Dominum Ioannem Gallicum virum magni valoris, & bellicoſiſſimum. Qui ingreſſus Romandiolam cum magno exercitu diuerſarum gentium Gallicorum & Italicorum & præcipuè Perufinorum recepit ciuitatem Fauentiam: per proditionem tamen & pecuniam, factam à quodam ex ciuibus eius. Exinde cum ſuis copiis, additis etiam plurimis ex Bononia, Florentia, Arimino, & Rauenna, in adiutorium eccleſiæ profectus eſt Forliuium, & ipſum obſedit. Quæſiuit autē per proditionē oppidū obtinere: ſed detecto tractatu comes Guido præfatus qui ibi damnabatur, aſtutè prouidit in exterminium hoſtium. B

Guidonis comitis in hoſte fallendo verſutia.

Nam Cal. Maij Dominus Ioannes qui eccleſiæ fauebat cum gentibus ſuis appropinquans Foroliuio partem exercitus ſui extra dimiſit in certo loco, vt eſſent in ſubſidium & cum cæteris ciuitatem ingreſſus eſt per portam ſibi proditoriè oblatam. Comes autem Guido totum diſſimulauit & egreſſus ciuitatem cum copiis ſuis aggreſſus eſt eos, quos reſeruatos reliquerat extra Dominus Ioānes, & eos diſſipauit acvicit. Exinde reuerſus in ciuitatem cùm Galli capta ciuitate intenderent ad prædandum domos, quas intrauerāt & ciues Forliuenſes, vt edocti fuerāt à Domino ſuo abſtulerant ſellas & frena equorum: è quibus deſcenderant, Gallici vt in equis fugere non valerent, ipſe comes Guido diſcurrit per ciuitatem, alios ex Gallicis, & eorum ſociis occidens, alios vulnerans, alios capiens. Qui autem euadere potuerunt, pedeſtres vel equites exeuntes ibant ad locum, vbi ſocios dimiſerant, exiſtimantes ſe ex illorum auxilio contutari. Sed comes, poſt quam illos profligauerat, ex ſuis non paucos dimiſit: à quibus ipſi fugientes captiuati ſunt: euaſit tamen ille Dominus Ioannes cum paucis. C

Gallorum apud Forū Liuij cædes.

Papa autem Martinus audita ſtrage eorum, qui pro eccleſia militabant, non defecit animo, ſed reparatis exercitibus miſit ad occupandum Foroliuium. Et aduenientes ceperunt ciuitatem Ceruiæ proditione facta à ciuibus pro quantitate duodecim millium florenorum. Poſtmodum etiam Foroliuium, in deditionem accepit capitaneus eccleſiæ cum pactione: vt ſaluæ forent perſonæ, & earum ſubſtantiæ. Et comes Guido ſic ſaluus exiuit, & quaſi tota Romandiola reducta eſt ad eccleſiæ obedientiam. Et cùm comes Guido cum ſuis in caſtellum Meldone confugiſſet, & inde moleſtias continuas inferret diſcurrendo per ciuitates vicinas, Dominus Ioannes profectus eſt ad aliud caſtellum capiendum, quod tamen obtinere non potuit. Ibi cum vna dierum inermis cum aliquibus circumiret caſtellum id quidam miles proponens in animo ſuo illum occidere: totus armatus cū galea & lancea equum fortem aſcendit cum impetu procedens contra dictum comitem Dominum Ioannem, vt eum interficeret. At ille perpendens intentum: cum appropinquaſſet ad eum baculo, quem tenebat in manu de more ſuo declinauit lanceam, vt eum non tangeret. Et cum tranſiret iuxta eum dictus comes, amplexatus eſt eum, & de equo depoſuit ad terram & eum gladio eius quo volebat occidere eum, D E F

Martinus Papa contra rebelles exercitum mittit.

Totum Liuij Pontifici deditur.

tranſuerberabit, & vita priuauit.

A.C. 1282.

Armenij & Tartari contra Saracenos dimicant. Aemyl. lib. 8.

§. VI.

EODEM anno ſcilicet 1282. rex Armeniæ profectus eſt ad regem Tartarorum, qui dicitur vulgariter El granChaam pro adiutorio ab eo obtinendo contra Saracenos eorum hoſtes. Qui conceſſit ei ſubſidium. Nam deſtinauit quemdam ſuum nepotem vocatum Mangodamer cum triginta millibus equitum. Et venientes in Syriam inuenerunt Soldanum Ægypti cum ſuis copiis obſidentem ciuitatem Camelam dictam. Et congreſſi in bello Tartari & Chriſtiani ſcilicet Armenij cum Saracenis, poſt durum certamen cum Chriſtiani præualerent contra Saracenos, & in procinctu forent victoriæ: præfatus Mangodamer principalis dux exercitus Chriſtianorum Tartarorum pecunia corruptus proditione hac vſus eſt, quia videns Saracenos iam profligari à Chriſtianis, de equo deſcendit, quem de more ſuo imitati ſunt omnes Tartari. Quod attendens Soldanus Babylonis Saracenos iam ex fuga diſperſos recollegit & ad caſtra redeuntes Saraceni reſumpta audacia Chriſtianos debellarunt, & ciuitates amiſſas in Syria recuperauerunt Saraceni. Reuerſis autem Tartaris ad regem eorum, intellectis geſtis eorum, omnes capitaneos illius exercitus occidi fecit. Alios autem ad hoc condemnauit, vt in omni vita ſua incederent induti, vt mulieres.

El gran Cha m. i. magnus Cha m.

De hoc agitur in 5. lib. cōtin. belli ſacri.

Hic dux vocatur Mandogamor in belloſa. Ciuitas dicitur Hamam.

Saraceni Chriſtianos vincunt proditione.

Anno verò Domini 1284. Tangodar germanus. [Quem Bageranem D. Anth. vocat Abagā continuator belli ſacri nominat. Vnde hic pro Begacane, Abagā Chaam legendum duxerim] Bagecanis regis Tartarorum Altorigij & Perſarum qui in iuuentute ſua fuerat baptizatus, vt Chriſtianus vocatus Nicolaus: cum habuit Dominium, negata fide tranſiuit ad perfidiam Saracenorum: & vocari ſe fecit Maumeth, inimicus peſſimus, & perſecutor Chriſtianorum in duobus annis quibus regnauit. Demum Argon nepos ſuus rebellionem fecit cōtra eū auferens ſibi vitam & regnum. Iſte Argon fuit filius Bagecanis regis Tartarorum magnus amicus Chriſtianorum, & inimicus Saracenorum. Et ordinauit refici omnes eccleſias Chriſtianorū,

Rex Tartarorum ex Chriſtiano factus eſt Mahometanus ibi. cap. 5.

Argan alter rex Chriſtianis fauet.

a *Quam ob cauſam Armenios Saraceni bello petierint explicat Contin. Belli ſacri lib. 5. c. 2. Dum Saracenus dicens, vanos Chriſtianorum motus eſſe cernunt haud cunctandum rati Antiochiam inuadunt quam non adeo firmatam vniuerſam pene delent. Præda ingenti onuſti in Armeniam irrumpunt. At Armenij cum hoſtem efferatiorem per æqua iniquaque diſcurrere, prædam congerere, omnia diripere vident, contractis copiis improuiſo adoriuntur. Saracenus ab omni latere circumuentus prædam abiicere ad ſigna coire contendit. Baudogapar fuit auxilio accurrens ſagitta in incertum emiſſa vulneratur. Paulò poſt ex vulnere cum obiiſſet Helpin ſucceſſorem habuit. Hic parentis mortem vlturus iterum Armenios aggreditur hac ille.*

quas

A.C. 1282. Mergatũ in Syria à Saracenis expugnatur & obtinetur. ibid Hic Soldanus Melechsaites dicitur.

quas auunculus ſuus Mahumeth deſtrui fecerat in regno ſuo,& repoſuit Chriſticolas in pacifico ſtatu,mandans etiam deſtrui omnia templa Saracenorum, &(quod plus eſt)expulit omnes Saracenos de regno ſuo.Fuit autem ſapiens vir & in armis ſtrenuus.

Poſtea anno Domini.1285. menſe Maij Soldanus Ægypti cum copiis ſuis plurimis profectus eſt hoſtiliter contra ciuitatem Margoth in Syria,quæ ciuitas erat ſub Dominio hoſpitalis ſancti Ioannis,quæ etiam fortiſſima erat,& benè munita.Sed foueis & concauitatibus ſubterraneis factis poſuerunt eam ſuper ſuſtentacula quaſi ſuſpenſam.Et data ſecuritate iis,qui intus erant capitaneis,vt exirent & viderent periculum ſuum,ex eo quod fecerant:eam cum vidiſſent ſe non poſſe tueri:ſe eis tradiderunt ſaluis eorum perſonis pacto emiſſo.Sicque Saraceni vrbem eam in deditionem acceperunt.

Tripolis à Sultano capitur & euertitur. ibid ca. 4. A.C. 1288. Hic Sultanus dicitur Alphir.

Anno Domini. 1229. Soldanus Babyloniæ, Ægypti cum maximo exercitu equitum & peditum venit in Syriam:& obſedit ciuitatem Tripolim,quæ erat Chriſtianorum:& machinis & C foueis ſubterraneis ex violentia cepit eam: occiſis plurimis Chriſtianis.Alios iuuenes mares & fœminas turpiter à Saracenis violatos in captiuitatem duxerunt: & tenuerunt in ſeruos & ancillas.Pauci euaſerunt aſcendentes nauigia, quæ erant in portu & fugientes.Ciuitatem autem illam expoliatam omni ſubſtantia quæ plena erat iocalibus,mercimoniis & aliis rebus,diruerunt vſque ad fundamenta,excepto quodam fortalitio,in quo poſuerunt Saracenos ad cuſtodiam:ne Chriſtiani poſſent ciuitatem illam reædificare.

Iocalia ſunt ornamenta pretioſiſſima. Fortaliciũ i. arx muniſſima.

Piſarum ſtatus magnificus.

§. VII.

Petrus Vil.

IN illo tempore ſecundum Chronica Florentina ciuitas Piſarum ſtatũ magnificum tenebat,& in ea erant ciues potentes, & magni ſenſus & valoris ſicut in aliqua ciuitate Italiæ: ſatiſque vniti erant, & inter cæteros, erant ibi plures comites, ciues: vt comes Fatius, comes Nerius, comes Anſelmus,comes Vgolinus, iudex de Garula:& iudex Delborea:quorum quilibet tenebat ſtatum magnificum, & cum magna comitiua incedebat: Dominiumque habebant in Sardinia,in Corſica,in Delbora. Vnde magnas diuitias poſſidebant,in particulari& in rep ub.Domini quaſi erant maris, cum eorum nauigiis & mercantiis,& in tranſmarinis Partibus in ciuitate Acra magni habebantur,& parentelas & amicitias multas contraxerant cum ciuibus illis. Æmulationem autem habebant cum vicinis Genuenſibus propter inſulam Sardiniæ,quam Piſani acquiſierant.Et conflictum habentes pluries ſimul in mari, Genuenſes ſuperabantur à Piſanis,atque in Acra (vbi etiam Genuenſes habebant vnam ſtratam pro ſua habitatione)ſimul rixantes Piſani, eiecerunt eos de ciuitate illa,adiuti ab amicis & conſanguineis eorum: ſuccenderuntque totam illam ſtratam Genuenſium.

Piſanorũ cum Genuenſibus diſcordia in Syria Contin. Belli ſac. lib. 5. c. 5.

Propter hæc Genuenſes armantes plures galeas venerunt vſque ad portum Piſanum contra eos,ſed in nullo territi Piſani ad bellum progreſſi ſunt.Et aſpicientes Genuenſes illos A eſſe in maiori numero, & non parium virium non ſunt auſi bellum ſuſcipere,ſed reuerſi ſunt Genuam.At Piſani erecti,quaſi de victoria,cum ſuis galeis profecti ſunt in portum Genuæ emittentes vt ſagittas, quadrellos argenteos in eorum deriſionem. Poſtea nauigantes ad portum veterem vaſtauerunt loca circumiacentia. Cum autem reuerterentur:in via orta eſt tempeſtas valida in mari flantibus ventis adeo vt circa viginti quatuor ex galeis eorum fractæ ſint,ad terram vel ſaxa collidentes:pauci tamen B ſubmerſi ſunt euadẽtes natando.Quaſi nudi tamen reuerſi ſunt Piſis. Vnde planctus magnus factus eſt in ciuitate dubitantibus omnibus de morte ſuorum amicorum,& attinentium in bello.Quod æſtimatum fuit quaſi præſagium malorum eis in futurum contingentium.

A.C. 1281. Piſanorũ naufragium. Vide infra hæc mala. §. 13.

Carolus princeps Salernitanus in Italiam venit.Blondus dec. 7.lib.8. Aemy.lib.7.

§. VIII.

AD Siciliam reflectendo ſtylum Ablato Siciliæ regno, vt dictum eſt à Carolo per Petrum regem Aragonũ, Anno Domini. 1282. Carolus ſecundus princeps Salernitanus,& primogenitus Caroli auunculi Philippi regis Francorum(cui collarum fuerat regnum Siciliæ ab eccleſia)vocatus ex prouincia à patre, tranſiens per Florentiam cum multis militibus & baronibus,& cũ comite Alenconij fratre etiam Philippi regis Franciæ, (quem cum multis copiis rex Franciæ miſit in adiutorium ad recupe- D randam Siciliam)multum honorificè receptus eſt,& ibi tres mites fecit de Buondelmontibus.Et poſt paucos dies profectus eſt ad vrbẽ vbi pater Carolus erat cum ſuis gentibus. Ibique in publico conſiſtorio quærelam poſuit coram Papa Martino quarto,& cardinalibus de proditione,& vſurpatione Siciliæ ſibi facta per regem Aragonum Petrum,petens ſibi iuſtitiam adminiſtrari,paratus hoc probare,ſcilicet iuſtitiam,per duellum cum ipſo rege Aragonum. Rex autem Aragonum per ſuos oratores excuſationem ſuam fecit coram Papa de proditione, E ſe iuſto titulo Siciliam dicens recepiſſe, paratumque ſe ad duellum ſuſcipiendum pro ſuo iure oſtendendo.Et in hoc conuenerunt ſub iure iurando,quòd in loco communi videlicet Burdegalę(quę ciuitas eſt in Vaſconia ſub cuſtodia Seneſcali regis Anglorum) rex Carolus & rex Petrus certa die ſtatuta ibi adeſſent, quilibet cũ cẽtũ militibus fortioribus duellũ peracturi, cum hac videlicet conditione & pactis, vt qui victor exiſteret,illi regnum Siciliæ quietè & pacificè traderetur cum conſenſu eccleſiæ, victus F verò proditor haberetur ab omnibus:atque omni nuncupatione regij nominis, & dignitate priuaretur.

Carolus rex apud Pontificẽ conquæritur de rege Aragonum.

Ex vtraque parte multi affecti ad reges ſuos confidentes de viribus eorum,ſe obtulerunt ad bellum ſeu duellum illud ex Francigenis, Prouincialibus,Florentinis,& aliis Italicis pro Carolo:econtrario plurimi pro rege Aragonum, ex Cathalanis,Hiſpanis,Alemannis, & Italicis

Pacta inter Carolum & Petrum inita. Petrus Terraconenſis & Carolus rex ſe ad certamen præparant.

Gibel

A.C. 1283.

Gibellinis.His peractis ad exequendum, quod A Decretum fuerat et conuentum rex Aragonum dimiſit filium ſuum ſecundo genitum Dominũ Iacobum dictum in Sicilia vt regem & ipſe profectus eſt in Cathaloniam, vt tempore ſtatuto Burdegalam paratus adueniret. Sed & rex Carolus dimiſſo loco ſui filio ſuo Carolo, principe Salerni ad gubernationem regni de curia recedens,& Florentia tranſiens, & milites ibi octo faciens,deinde per Lucam apud Mutronem in ſexdecim galeis armatis recollegit copias ſuas,& nauigauit Maſſiliam,poſtea in Franciam B demum applicuit Burdegalam.

Petrus Terraconenſis cur pactis acquieuerit.

Dictum autem fuit,& à multis opinatum [illegible] Aragonum ex magna aſtutia & ſagacitate duello illi acquieuir hac de cauſa, vt Carolus,inde recedens non proficiſceretur hoſtiliter cum exercitibus ſuis contra Siculos cum pecuniis non abundans non poſſet reſiſtere multitudini & viribus Caroli: timens etiam reuolutionem Siculorum à ſe propter nouitatẽ dominij:& vexationem eorum. Egreſſus ergo Carolus de ciuitate Pariſienſi aſſociatus à Philippo rege Franciæ cum tribus millibus mili- C tum vſque ad vnam dietam prope Burdegalam ibi requieuit cum copiis ſuis.Et Carolus cum centum militibus optimè armatis die determinata ſe præſentauerunt in equis parati ad bellum menſe Iunij.Anno Domini. 1283. Et tota die expectauit cum ſuis in campo vſque ad ſero aduentum regis Aragonum. Qui non comparuit.Bene dictum fuit,quòd rex Aragonum ſero illo ſe præſentauit coram Mareſcalo in habitu transformato,vt non agnoſceretur ab aliis, vt dicere poſſet ob reuerentiam ſacramenti ſe cõparuiſſe,& paratum fuiſſe ad præliandum con- D tra eum.Et prima die,in qua receſſit rex Aragonum dicitur equitaſſe nonaginta miliaria timens detineri à quoquam.Rex autem Carolus inuenit ſe illuſum ab illo,propter quod & Philippus turbatus eſt valde contra ipſum regem Aragonum.

Carolus ſeſe offert ad duellũ contra Petrum, qui non comparet.

Martinus autem Papa hæc audiens, vt contra periurum,proditorem, & vſurpatorem bonorum eccleſię,de conſilio cardinalium fulminauit ſententiam excommunicationis, contra regem Aragonum:deponens eum & priuans etiam regno Aragonum, & omni honore,& di- E gnitate,ac etiam anathematizans omnes,qui ei obedirent,aut eum regem nuncuparent. Ille autem,vt illuſor cenſuræ, ſe nominari fecit Petrum militem de Rabona, patrem duorum regnorum & Dominum maris.Martinus quoque Papa priuilegium dedit regni Aragoniæ Carolo comiti de nales ſecundo genito Philippi regis Franciæ.Et deſtinauit vnum cardinalem in Franciam ad confirmandam dictam electionem ſeu collationem regni Aragoniæ præfato Carolo,& ad prędicandum crucem & indulgentiam plenariam concedendam euntibus in bellum contra regem Aragonum,& terras eius.Et Ca- F rolus rex diſpenſante Martino Papa dedit Carolo filio Philippi regis Franciæ comiti de nales neptem ſuam ſcilicet filiam filij ſui Caroli, & nominati principis Salernitani, & in dotem dedit ei comitatum Andegauiæ,ad hoc,vt ipſe Carolus cum patre ſuo Philippo rege Franciæ efficacius & feruentius ageret contra regem Aragonum.

Andegauenſis comitatus regis filio traditur.

Admirardi regis Aragonum contra Caroli filium pugna. Aemyl. ibid.Blond.lib.8.dec.2.

§. IX.

A.C. 1283.

ANno autem ſequenti,ſcilicet 1284.menſe iunij Dominus Rogerius de Loria Admiraldus regis Aragonum venit de Sicilia in principatum regni cum quadraginta quinque in parte galeis:in parte aliis lignis armatus, inferendo non modica damna gentibus regis Caroli,ſagittas emittendo in ciuitatem,&inuitando illos ad bellum.Et totum hoc faciebat, vt traheret eos ad bellum non cautos,& improuiſos antequam Carolus rex cum ſuis copiis applicaret ad regnum.Erat enim dictus Dominus Rogerius Admiraldus peritiſſimus,& experientiſſimus in bello nauali ſupra omnes, qui eſſent tempore ſuo.Accidit autem Dei permiſſu,quòd Carolus princeps,Neapoli tunc reſidens, cernens tantam iniuriam, vt iuuenis ira accenſus ad vindicandum ſeu propulſandam iniuriam, cum Francis,Prouincialibus, & regnicolis galeas ſuas aſcendit ſine debita prouiſione & ordine,& in hoc etiam tranſgrediens paternum præceptum. Mandauerat enim ei Carolus rex, vt cum nullo bellum ſuſciperet ante ſui reuerſionem.Is igitur cum triginta ſex galeis & aliis lignis proceſſit in bellum,contra Dominum Rogerium,& ſuos ſupra Neapolim.Cautos autem fecerat,& mandauerat dictus Rogerius, vt ſolum intenderent ad bellandum contra galeas, vbi princeps Carolus erat: & ibi omnem vim facerent,nec fugientes alios inſequerentur. Facto igitur congreſſu,& inito conflictu ad inuicem galeæ ſubbrentinæ aufugerunt,& in parte illæ de principatu.Remanente igitur principe, cum medietate ſuarum gentium: totum belli pondus incubuit ſuper eum. Et cum barones & milites, qui erant cum eo parum eſſent experti in præliis maritimis; demum ſuperati fuerunt,captis nouem ex galeis eorum:ac etiam principe cum multis baronibus ſuis. Qui omnes captiui ducti ſunt in Siciliam,& carceribus mancipati in ciuitate Meſſana.

Regnicolæ ſunt regni Neapolitani incolę.

Carolus iunior capitur ab Aragone.

Die ſequenti poſt dictam capturam rex Carolus Caietam applicuit cum quinquaginta & quinque galeis armatis, & nauibus tribus magnis,oneratis baronibus,militibus,equis,& armis.Et audita debellatione ſuorum, & captura filij valdè doluit.Conſiderans autem modicam fidelitatem hominum regni:& intelligens inſuper Neapolitanos declinare velle dominium eius:& aliquos iam clamare per ciuitatem moriatur rex Carolus,& viuat Rogerius de Loria, ſubitò profectus eſt Neapolim. Et illuc applicans noluit in portu deſcendere,ſed ſuper conuentum Carmelitarum deſcendit: intendens igni totam exponere ciuitatem propter rumores illos in ciuitate factos contra ipſum Carolum,Sed Dominus cardinalis legatus occurrit cum quibuſdam honeſtis ciuibus Neapolitanis eum rogantes,vt parceret ciuitati:cùm multi ibi eſſent innocentes in tali exceſſu.Ad preces igitur

Carolus regni Neapolim volens exponere deterretur.

A.C. 1284.

tur legati rex ciuitati ſuccendendæ perpercit, A ſuſpenſis tamen ex illis centum & quinquaginta qui fortè magis deliquerant. Pacata autē ciuitate, rex fecit componi & armari alias galeas ita quòd cum prioribus erant numero ſeptuaginta quinque, & miſit illas contra Meſſanam. Ipſe autem rex per terram perrexit Brunduſiū, vbi ordinari fecerat & alias plures galeas. Simulq́ue adunatæ cùm aliis prioribus Cótonæ in Calabria repertę ſunt cētū & viginti galeę, vel alia lignamina armata cum aliis etiam lignis.

Regis Aragonum aſtutia.

Interea miſerat Papa Martinus Contadum Cardinalem præfatum, & alium etiam Cardinalem in Siciliam, ad ponendum concordiam inter Carolum regem, & regem Aragonum: & procurandum liberationem principis filij Caroli. Rex autem Aragonum aſtutè cardinales tenebat in verbis: nihilq́ue de pace procurare valuerunt. Carolus autem, quia non ſufficienter erat prouiſum de victualibus & aliis tantæ multitudini: & ſuperueniebat autumnus, tempus contrarium ad ſuſtinendum in mari tantas copias: & de conſilio ſuorum reuerſus eſt Brunduſium: & reduci fecit omnia ligna & dear mare ac protunc quieſcere vſque ad tempus veris. Reuerſusq́ue eſt Carolus Neapolim ad pro- C uidendum ſibi interea de pecuniis & aliis opportunis. Exinde perrexit Brunduſium ad ſolicitandum negotium. Sed adueniens in Apuliam apud Foggiam infirmatus eſt grauiter: vt creditur prę dolore preſſus valdè tanti ſui infortunij. Demum ad extrema deductus cum magna deuotione ſumptis eccleſiaſticis ſacramentis ſeptimo Ianuarij Deo reddidit ſpiritum. Cuius corpus delatum Neapolim, honorificè ſepultum eſt in eccleſia archiepiſcopali. Valdè ſtrenuus fuit hic Carolus in armis, & egregius, longè tamen belli artibus, quàm pacis inſignior. Res quidem, à ſe præclarè armis geſtas impunita ſuorum licentia in pace fœdauit, atque nimio D deſpectu ad rebellionē coegit. Duabus pręcipuè in Italia victoriis eſt auctus, ſcilicet contra Manfredum & Conradinum: ſed vtraſq, ſecutæ rebelliones minus eſſe lætas permiſerunt.

Moritur Carolus rex Siciliæ A.C. 1285.

Eodem anno dicti cardinales cum non potuiſſent regem Aragonū ad aliquid pacis inducere receſſerunt de Sicilia, aggrauātes cenſuras eccleſiæ contra ipſum & Siculos. Propter quod irati cum audiſſent de morte Caroli regis Meſſanatę furore repleti acceſſerūt ad carcerē vbi erat Francigenę detenti ad interficiendū eos. Illis autem viriliter ſe defendētibus, poſuerunt ignem E ad carceres, & crudeliter combuſſerunt eos.

Galli in Sicilia capti comburūtur ſanè crudeliter.

Poſt hæc omnes ciuitates Siciliæ fecerūt ſyndicos ſuos, & conuenientes in vnum tractabant quid agendum foret de Carolo principe filio Caroli, quem captiuum tenebant: & concordi ſententia decernebant eum decapitandum, ſicut Rex pater ſuus decapitauerat Conradinum. Sed, vt placuit Deo, cum regina Conſtantia vxor Petri regis Aragonum tunc eſſet in Sicilia vt prudens fœmina, animaduertens quantum periculi immineret marito ſuo & filiis ex tali F morte: dixit ſyndicis illis & conſiliariis, quòd non erat decens, vt ad eorum iudicium & ſententiam, ſine aſſenſu, & voluntate Domini eorum regis Aragonum occideretur ille. Sed expediens magis erat, vt dictus princeps mitteretur A ad dictum Petrum regem Aragonum in Cathaloniam, & ipſe de hoc diſponeret ad placitum ſuum: & ita ſeruatum fuit. Præterea venit, de Francia in regnum Robertus comes Artenſis, & cuſtos & defenſor regni, conſobrinus dicti Caroli mortui, cum multis militibus Franciæ, & cum principiſſa vxore ſcilicet Caroli captiuati, & cum filio eius nomine Carolo Martello ætatis annorum tredecim vel circa.

Conſtantia Carolū morte liberat.

A.C. 1284.

Ex Carolo autem primo rege non remanſit alius hæres, niſi princeps Salernitanus dictus Carolus ſecundus, qui tunc captus detinebatur, B Hic erat pulcher corpore & hominibus gratioſus. Et viuente patre, & etiam poſt mortem habuit plures filios ex vxore ſua principiſſa filia & hærede regis Vngariæ. Primus ergo filius eius eſt Carolus Martellus, qui poſtea fuit rex Vngariæ. Secundus dictus eſt Aloiſius ſeu Ludouicus, qui habitum ſuſcipiens ordinis Minorum poſtea factus eſt epiſcopus Toloſanus, & canonizatus poſt mortem. Tertius fuit Robertus dux Calabriæ. Quartus Philippus princeps Tarentinus. Quintus Raimundus Berengarius qui comes debebat fieri Prouinciæ. Sextus Dominus Ioannes princeps Moreæ. Septimus Dominus Petrus comes.

Caroli ſecundi ſoboles.

De S. Ludouico in ſiā tit. 14. cap. 4.

Præfatus autem Carolus princeps, qui captus detinebatur à rege aAragonum poſt quatuor annos ſuæ captiuitatis: anno ſcilicet Domini. 1287. liberatus fuit à dicta captiuitate ad hoc operante & procurante Eduardo rege Angliæ: cum hoc pacto, quod promiſit regi Aragonum Alphonſo iuxta poſſe ſuum dare operam, quòd Dominus Carolus de nales germanus regis Franciæ renunciaret cum aſſenſu & voluntatę papæ priuilegio & iuri regni Aragoniæ, quod ei conceſſerat eccleſia tempore Martini Papæ. Quod ſi non obtineret, promiſit & iurauit ſe rediturum in cercerem regis Aragonum cū intra tres annos à die liberationis ſuæ computandos hoc non fieret. Et ad confirmationem prædictorum dimiſit dictus Carolus rex tres ex ſuis filiis ſcilicet Robertum, Raimundum, & Ioannem obſides, & quinquaginta milites ſuos ſtrenuos bprouinciales. Et pro redemptione inſuper dedit triginta millia marcarum in carlenis. Sicq́ue dimiſſus liber Carolus ſecundus perrexit in Franciam ad dandum operam efficacem, vt dictus Carolus de nales germanus regis Franciæ renunciaret regno Aragonum ſibi dato ab eccleſia, ſed nequiuit illud obtinere.

Rex Carolus liberatur à carcere regis Aragonū.

a *His etiam addit Onup. Ioannem alium clericum, qui iuuenis obiit, & Triſtanum, qui obiit infans.*

b *Prouinciales noſtri Phorenſis cum precibus D. Magdalenæ, quam ipſe ſingulari honore proſequebatur, liberatum fuiſſe id, igitur quodam miraculo prædicant: in cuius rei memoriam inſigne ab eo monaſteriū dominicanorum familiæ ab eo conſtructum & fundatum prope aquas ſextias apud S. Maximini phanum aſſerunt.*

Philippi regis Franciæ motus in Petrum Terraconenſem Aragonię regem. Aemyl. lib. 7.

§. X.

ANNO Domini 1285. in principio quaſi anni, Philippus rex Franciæ filius ſancti Ludouici

A.C. 1285.

Ludouici regis,valdè animo accenſus contra Petrum regem Aragonum:propter ea,quæ egerat erga auunculum ſuum Carolum regem,& ad requiſitionem Martini Papæ & Romanæ eccleſiæ, congregato maximo [a]exercitu Tholoſæ ſcilicet viginti millium militum equitum & octoginta millium peditum cruce ſignatorum de diuerſis nationibus Frãcigenis, Prouincialibus, Alemannis & aliis,& cum magno theſauro præparato ex Francia,profectus eſt cum duobus filiis ſuis ſcilicet Philippo & Carolo & cum domino Geruaſio cardinali legato papæ in Narbonã, vt inde tranſiret in Cathaloniam ad accipiendum regnum illud.Et Carolus ſecundo genitus Philippi prædicti,cui iam collatum fuerat per priuilegium ab eccleſia regnum Aragóniæ interea procurauerat armari centũ &viginti partim galeas & ex parte alia ligna.Et ſe coniunxerat cum Iacobo rege Maioricarum, germano, ſed inimico Petri regis Aragonum. Ideo inimico,quia ſibi fecerat auferri dictam inſulam Maioricæ Alphonſus,primogenitus ipſius petri Aragonenſis regis,& ſe in eo regno coronari.

Capit comitatum Roſcinonenſem.

Ruſcinonenſi.

Hanc Gennam vocat Aemyl.

Menſæ ergo Maij dicti anni dictus exercitus regis Philippi applicuit Perpignanum,& in comitatu Ruſcignonenſis quamdã ciuitatem, quæ ſe rebellauerat regi Maioricæ, & ſe ſubmiſerat dominio regis Aragonum,quæ vocabatur Ioanne, obſedit rex Franciæ, cum copiis ſuis & per vim captam deſtruxerunt : & in ore gladij omnes habitatores eius cuiuſcunque ætatis & ſexus interimerunt. Nec euaſit ex ea niſi quidam illegitimus filius nobilis Roſcinonenſis cuiuſdam cum paucis:qui ſe confutantes in quodam nolario,demum & ipſi ſe tradiderunt regi.

Nobrić.i. autis templi.

Petrus nõ audet cũ Philippo certare.

Inde progreſſus exercitus peruenit ad radices montium altiſſimorum, qui ſunt in confinibus Cathaloniæ.Rex autem Aragonum Petrus intelligens tam validum exercitum contra ſe venientem,nec ſe poſſe reſiſtere : nunquam voluit exire ad bellum cum exercitu Philippi : ſed ſolùm intendebat defenſioni ſuæ ad cuſtodiendum paſſus arctos,& difficiles ad impediendum tranſitum hoſtium.Munierat autem & fortificauerat locum, per quem eſt communis tranſitus & vſitatus per montes illos. Et ipſe perſonaliter aderat ad cuſtodiam dicti tranſitus, pluribuſque diebus ibi bellando cùm hoſtibus aditum inde habere non poterant. Sed de conſilio prædicti illegitimi filij nobilis Roſcinonenſis de quo ſupra,rex Philippus fecit quaſi totam gentem ſuam armari, tanquam vi vellet expugnare dictum locum, & tranſitum liberum habere.Ipſe autem rex cum pluribus aliis conducente & dirigente dicto illegitimo, per aliam viam inſolitam,& valdè aſperam montes aſcendit:& quia eſt talis via plena ſpinis & lapidibus ideo rex Aragonum ibi cuſtodiam non poſuerat.Cum multo autem labore & deſtructione equorum peruenit rex cum ſuis ad cacumen montium. Quod cum perpendiſſet rex Aragonum:dimiſit tranſitum illum liberum, ex quo iam rex aſcenderat,& recedens cum ſuis ibi dimiſit tẽtoria ſua,& quæ ibi habebat. Quo facto omnes Gallici tranſierunt liberè per dictum locum ſine difficultate : & coniunxerunt ſe cum copiis regis Philippi.

Rex Philippus cacumen arduum mõtis ſuperat

Deſcendentes autem omnes in campeſtria Cathaloniæ, ceperunt quam citiſſimè plures ciuitates comitatus Eporitan. Claſſem porrò ſuam rex oneratam hominibus belligeris & victualibus, & aliis opportunis paratam in Aquiſmortuis in prouincia conduci fecit ad portum Roſes.Ipſe autem rex cum ſuis obſedit ciuitatem Gironæ optimè munitam, & benè prouiſam armigeris,vbi & capitaneus & cuſtos erat dominus Raimundus de Carmona cum electis ſociis,Incenderunt autem ſuburbia ciuitatis. Obſeſſi autem viriliter dimicantes multa damna inferebant exercitui hoſtium : Rex autem Philippus iurauit ſe inde non receſſurum, quouſque ciuitatem illam obtinere. Verùm ex diuturnitate obſidionis cœpit exercitus tædio multo affici, & aliqui recedere:tum ex fœtore multorum cadauerum ibi exiſtenium, tum ex nimio calore:propter quę ibi ſunt ortæ muſcæ & tabani innumerabiles punctiones inferentes quaſi venenoſas, homines & equos vſque ad mortem affligentes,& ex hoc aëre corrupto peſtis inchoata eſt plurimos inficiens & nonnullos interimens.Cùm autem permanerent in obſidione, & ſic cum multo grauamine Gironæ, victualia rex Franciæ deferri faciebat in caſtra ſua à nauibus ſuis, quæ erant in portu Roſes diſtantes ab ipſis caſtris per quatuor miliaria. Rex autem Aragoniæ Petrus conabatur impedire quantum poterat delationem dictorum victualium.Vnde & vectores cum magna ſcorta aſſociabantur.

Girona quã Gerũdam vocat Æmyl. obſidetur.

Inſectum quod Tabanũ Di. Ant.nominat græci οἶστρον latini aſilũ vocant vt tradit Virg. 3. Geor.

Scorta vox Italica præſidiũ militum.

In vigilia autem aſſumptionis virginis glorioſę, rex Aragonum, poſuit ſe in inſidiis cum quingentis militibus expertiſſimis in bello & cum duobus millibus peditum, vt caperent victualia, quæ deferebantur vnà cum ſcorta ſua;cum etiam intellexiſſet, quòd multa pecunia per eos portabatur pro ſolutione ſtipendij facienda armigeris.Relatum fuit hoc per quemdam exploratorem domino Raul de Raſi, & domino Ioanni ſeneſcallo regis Franciæ. Inierunt ergo conſilium cum ſuis de modo congrediendi cum eis ad ſuperandum eos. Et quia conſiderabant, quòd ſi in magna multitudine egrederentur ad eos : rex Aragonum perpendens illos ſuperiores viribus, declinaret certamen, ſicut aliàs fecerat in ſimili caſu : dixit dominus Raul præfatus,vt benè expertus.Si volumus eum trahere ad bellũ,oportet quòd eamus cum paucis ſed robuſtiſſimis, & cum ipſe viderit nos paucos numero : exiſtimans contra nos prçualere propter maiorem multitudinem ſuorum;egredietur in bellum.Et ſic fuit impletum. Electis ergo trecentis ex fortiſſimis exercitus profecti ſunt ad locum inſidiarum. Rex verò Aragonum aſpiciens multò plures ſuos eſſe: dimiſſis peditibus ſubitò proceſſit ad pugnam,

Raimũdi magiſtri equitũ decertamine ſententia.

[a] *Ex Paulo Aemilio cauſam tantæ ſæuitiæ Francorum licet animaduertere:Cùm enim obſeſſi deditionem poſt triduum ſeſe facturos eſſe fuiſſent polliciti,Francique deditionis ſpe impetum obſidionis remiſiſſent,oppidani interea Petrum rem in ſummum diſcrimen adductam eſſe edocere primo nuncio ; deinde fumo exeditiſſima oppidi turri tentauerunt. Itaque Franci cognita fraude tridui petiti, apparatum omnem proferunt,admouentque & puncto prope temporis oppidum capiunt.hæc ille.*

A.C. 1285.

Et quia ex vtraque parte erant ſtrenui viri in armis: durum fuit prælium & aſperum. Demum domino concedente, Gallici cum paucis præualentes, debellauerunt Aragonenſes: & rex vulneratus eſt grauiter in facie lancea hoſtis. Sed & detinebatur ab alio per frænum equi ſui. Ille verò enſe ſuo incidit habenas & calcaribus vrgens equum aufugit cùm ſuis, ibique occiſi ſunt ex Aragonenſibus circa centum. Rex autem ſic vulneratus reuerſus eſt ad Villam Francam. Et quia diligentem curã non adhibuit ad ſanandum vulnus, mortuus eſt ex eo. Aliis tamen referentibus, quòd quia cognouit carnaliter mulierem antè vulnus ſanatum, hinc mortem incurrit. Tranſlatum eſt autem corpus eius Barchinonem: vbi honorificè ſepultus eſt. Ante mortem tamen ſuum condidit teſtamentum, mandans quòd inſula Maioricæ reſtitueretur fratri ſuo. Regnum autem Aragoniæ legauit primo genito ſuo Alphonſo, & Iacobum ſecundo genitum ſuum inſtituit regem Siciliæ. Et quia non multò poſt Alphonſis primogenitus diem clauſit extremum, ſucceſſit in regno Aragoniæ frater ſcilicet Iacobus præfatus.

Gallorum de Aragonius victoria.

Iacobus rex Aragonum.

Continuatio obſidionis Gironde, & eiuſdem deditio. Aemyl.

§. XI.

Rex autem Franciæ Philippus audita victoria ſuorum contra Aragonenſes, & regis graui vulnere, magis animatus durius inſiſtebat impugnationi Gironæ? Sed ciues ipſius & belligeri, cum deficerent eis victualia; nec ſpem haberent ſuccurſus: infirmato rege grauiter ex vulnere, ſe regi Franciæ ſubmiſerunt cùm pacto vt perſonæ eorum ſalue forent, & quicquid poſſent inde ſecum ferre, tranſportarent. Capta igitur Girona: rex de victualibus prouidit, & muniuit de gentibus ſuis. Poſt hæc rex Philippus inito conſilio cum ſuis decreuit redire ad hyemandum in partibus Toloſanis. Pars autem claſſis ſuæ de portu Roſes in Cathalonia recedens reuerſa erat in Prouinciam.

Accidit autem, quòd diebus illis dominus Rogerius Admiraldus regis Aragonum de Sicilia venerat in Cathaloniam, cum quadragintaquinque galeis in adiutorium regis ſui. Qui percipiens, quòd magna pars claſſis Francorum adhuc erat in portu Roſes, non tamen tota, cum vt dictum eſt, alia pars iam receſſiſſet, præfatus Rogerius de Loria eum galeis ſuis aggreſſus eſt pugnare contra claſſem regis Franciæ: Et cum adiutorio hominum de Roſes, qui à domino Francorum recedentes Siculis adhæſerant, ipſos Francigenas ſuperauerunt, & partem nauium ſuarum cõbuſſerunt: multos etiam ex his captiuos fecerunt: & cum ipſis Admiraldum regis Franciæ dominum Inghiranum (aliàs Enguerranum) Et quamuis ad illum portum Roſes accederet Seneſcallus regis Frãciæ cùm multis copiis equitũ & peditum, parũ tamen vel nihil valuerunt iuuare bello nauali, quod erat in mari, ſed vidẽtes capta nauigia ignem miſerunt in ciuitatem & portũ Roſes, reuertẽtes ad ſuos.

Franci vrbẽ et portũ Roſes cõburunt.

Rex Philippus cernens claſſem ſuam incenſam, ex qua deferebantur ſibi victualia triſtitia abſorptus infirmitatem incurrit grauem: propter quod, & propter defectum victualium decreuerunt barones, & conſiliarij regis redire Toloſam. Et iter aſſumentes, ac ſecum deferentes regem infirmum in feretro ſatis inordinatè incedentes cum perueniſſent ad locum illum difficilem tranſitum, vbi eſt clauſura montium, Aragonenſes & Cathalani, qui ibi erant ad cuſtodiam, voluerunt impedire tranſitum eorum: qui regem deferebant. Sed Gallici nimis ſuper hoc turbati, bellum contra eos, qui capere tentabãt, feretrum cum rege, iniere, vt deſperati. Et deinde ſuperauerunt eos, & expulerunt de loco illo interfectis tamen prius multis ex illis Gallicis, & aliis captis ex peditibus, multa etiam ſubſtantia eorum ibi ablata.

A.C. 1285. Philippus rex morbo laborat.

Frãci Aragonenſes iterũ ſuperãt.

Poſt receſſum autem eorum de Cathalonia ciuitatem Gironam rex Aragonum in deditionem accepit. Et cum applicuiſſent Gallici cum rege ſuo Perpignanum, inualeſcente infirmitate rex Philippus de hac luce migrauit. Maria autẽ, vxor eius cũ filiis ſuis Philippo & Carolo, & reliqua familia ſua, poſt ingentem luctum deferri fecerunt corpus regis Pariſios, & honorificè ſepeliri in eccleſia ſancti Dionyſij cum patribus ſuis. Dicitur autem, quòd in bello iſto contra Aragonenſes rex Franciæ plus amiſit hominum, equorum, & theſaurorum ſuorum quàm in aliis præliis longè retroactis temporibus, adeo quòd in magnis debitis ipſe cum principibus ſuis poſt multum temporis remanſerunt. Poſt hæc Philippus primogenitus regis Philippi defuncti coronatus eſt rex Franciæ Remis in die Epiphaniæ cum vxore ſua Ioanna filia regis Nauarræ.

Philippi regis mors Pridie nonas Octo. A.C. 1285.

Vbi aduertendum quod intra vnum annum ſcilicet 1285. ex hoc ſæculo tranſierunt quatuor magni domini ſcilicet dominus Martinus papa quartus, Dominus Carolus primus rex Siciliæ & Apuliæ Rex Aragonum Petrus & Philippus rex Franciæ. Et ſic tranſit gloria mundi, vt apparet, quia omnis gloria eius quaſi flos fœni. Fuit autem Philippus iſte magni animi, & plura ardua aggreſſus eſt. Primo contra regem Hiſpaniæ in prælium pergens; ſecundò contra comitem de foes: tertiò contra regem Aragonum cum maxima potentia. Sed iam, reuertamur ad geſta Italiæ poſt ea, quæ ſuprà retulimus de Florentinis, Lucenſibus, Genuenſibus, & Piſanis in anno domini. 1283.

Philippus 3. aliàs 4. dictus pulcher Francorũ rex A.C. 1286.

Florentinorum in feſto D. Ioannis luxus & vanitas. Ioan. Vil.

§. XII.

Ad annum domini 1283. redeundo, vt proſequamur de Florentinis, & aliis Italiæ ciuitatibus, Cũ ciuitas Florentina pace & quiete gauderet, cum magnis lucris mercatorum, & artificum eius, Guelphis dominantibus in ciuitate, prodiit ex adipe iniquitas eorum vanitatis & prodigalitatis. Nam feſtum mundiale, in ſolennitate Ioannis baptiſtæ fecerunt in menſe Iunij in vicinia ſancti Fælicis vltra Arnum, incipientibus illis de familia Rubeorum. Societas autem in hoc cõiũcta erat mille hominũ, qui omnes induti albis fecerunt ſibi vnum tanquam dominum, inſiſtentes ludis, tripudiis & variis ſolatiis, cum mulieribus, & militibus, & popularibus diſcur-

A.C. 1285.

diſcurrentibus per vrbem, cum tubis & vniuerſo genere muſicorum, conuiuia peragentes magnifica in prandiis & cœnis. Et volante fama huius feſti & gaudij mundialis, quod durauit per duos menſes aut propè concurrerunt multi nobiles & de diuerſis curiis ioculatores: quibus omnibus abundanter prouidebatur. In magna fœlicitate temporali tunc ciuitas exultabat, erantque in ea plurimi milites, & multi diuites præparantes menſas plenas diuitiis aduentantibus.

Ioculatores mimi ſunt & hiſtriones.

Sed proſperitas ſtultorum interficiet eos. Nã anno ſequenti facta eſt diuiſio inter magnates & populares, & ſecutæ ſunt partialitates inter a Albos & Nigros. Nec impunitus tranſiuit tantus luxus: ſed menſe Aprilis anno. 1284. quaſi apertę eſſent cataractæ cœli: deſcenderunt pluuiæ de cœlo tam copioſæ & continuæ quod fluuius Arnus exereſcẽs nimis, & exuberans per latera ſua in ciuitatẽ diffuſus eſt, & collis, qui dicebatur de magnolis, & erat ſub eccleſia ſancti Gregorij, commotus ex inundantia aquarum fuit vſque ad fluuium Arnum deſcendẽs, vnde quinquaginta domus quæ erãt in dicto colle dirutæ ſunt, & multi homines perierunt.

De bello Piſanorum contra Genuenſes. Blon. lib. 7.

§. XIII.

GENVENSIBVS & Piſanis adinuicẽ ſibi aduerſantibus, anno domini. 1283. menſe Iunij, cum ex inſula Sardiniæ quinque naues magnæ, plenæ & oneratæ mercantiis, & argento Sardinico & quinque Galeæ Piſanorum deducerentur ad portum Piſanum, Genuenſes hoc preſentiẽtes armauerunt viginti quinque galeas quarum Admiraldus & director erat dominus Genuenſium. Et obuiauerunt eis, bellum mouentes contra eos. Et poſt grauem conflictum Genuenſes ſuperauerunt Piſanos: & capientes naues duxerunt Genuam, cum mille quingentis ex Piſanis & aliis captiuatis. Valor autem mercantiarũ & argenti, quod erat in illis nauibus, dicitur fuiſſe centum & viginti millium aureorum. Multum inde Piſani damnum paſſi ſunt.

Mercãtiæ merces vocat.

Non ſatiatis adhuc Genuẽſibus damnis Piſanorum, cecidit ſuper eos aliud iudicium Dei. Nam cùm menſe Aprilis ſequentis mitterent in inſulam Sardiniæ, comitem Fatium, eorum ciuem cum triginta galeis, & vna naui magna, Genuenſes obuiantes eis cum trigintaquinque galeis prælium inierunt contra eos nauale: & poſt durum certamen (vnde occiſi ſunt plurimi ex vtraque parte) demum Genuenſes victoria potiti ſunt capto comite Fatio, & aliis nobiliſſimis Piſanis ac etiam parte dimidia galearum, quæ omnia Genuam conduxerunt. Piſani, vt animoſi, non ferentes tantas iniurias, & damna eis illata, omnino decreuerunt vindictam de his ſumere. Et adhibito omni conatu ſuo armarunt de ſuis & Tuſcis ſtipendiariis mercede conductis ducentas galeas, & proceſſerunt menſe Iulij vſque in portum Genuenſium, vbi ſe firmantes, ſagittas emittebant intra ciuitatem in vilipendium eorum, & ceperunt barcas & alia ligna, quę inuenerunt, & prædam fecerunt per littus Genuæ, & damna, quæ valuerunt intulerunt cum magna pompa ſe habentes, & inuitantes ad bellum Genuenſes. Qui vt prudentes cum non eſſent proiuiſi et ordinati, quia galeas eorum dearmauerant, non acceptauerunt, ſed reſponſione audaci & virili excuſationem fecerunt ſuam: dicentes, quia bellando cum eis qui erant improuiſi, etiam ſi vincerent, non eſſet eis ad honorem talis victoria, nec ſatis ſe vindicaſſent: ſed reuerterentur ad portum proprium, et ipſi ſine dilatione ſe præpararẽt, et poſtea ad eos videndos accederent: et domini forent belli, & victores: quod factum eſt.

A.C. 1285.

Barca nauigij genus eſt.

Genuenſes à prælio prudenter ſe excuſant.

Remeantibus námque Piſanis ad propria cum multis Clamoribus, & deriſionibus contra Genuenſes, Genuenſes, quam citiſſimè armarunt centum triginta inter galeas & alia lignamina marina, ibi ponentes populum ſuum & alios in littore eorum habitantes: vbi Admiraldus fuit, & director omnium dominus Robertus doria, & menſe Auguſti proceſſerunt intrantes mare Piſanum. At Piſani hoc ſentientes ſubitò cum magnis clamoribus aſcenderunt galeas ſuas iam armatas. Et Poteſtas, qui tunc erat Piſis, & eorum Admiraldus, & omnes viri robuſti intrauerunt galeas inter duos pontes, qui ſunt Piſis ſuper Arnum, leuantes vexillum ſuum cum magno feſto & clamore, Archiepiſcopus autem Piſanus cum omni clero ſuo paratus ſtabat ſuper pontem ad dandam benedictionem ſuam bellatoribus. Exierunt ergo de faucibus Arni, & cum galeis ſuis, quæ erant in portu ſe coniungentes, proceſſerunt in altitudinem maris congreſſuri cum Genuenſibus, qui eos expectabant. Iuxta ergo quamdam paruam inſulam ſeu ſcopulum, qui eſt ſuprà portum Piſanum, qui locus dicitur la Melora, bellum adinuicem inierunt. Terribiliter ibi certatum eſt, & acriter: multique mortui, alij in mari ſubmerſi ſunt, ex vtraque parte etiam robuſtorum virorum. Tandem iudicio Dei diſponente, Genuenſes victores fuerunt, maxima damna Piſanis recipientibus.

Genuenſes contra Piſanos proficiſcũtur ad bellum.

Lamellum hãc inſulã Blondus vocat.

Nam ex gentibus Piſanorum ſexdecim millia hominũ dicũtur partim capta partim occiſa. Et quadraginta galeæ Piſanorũ captæ ſunt, plurib. etiã fractis, vel ſubmerſis ex aliis. Omnes igitur illos cum galeis captos duxerunt Genuam, & ſine pompa, vel illuſione aliqua fecerunt fieri proceſſiones, & miſſas ſolennes, gratias agentes Deo de victoria eis collata, in qua ſe multùm commendati ſunt. Piſis autem vox audita eſt in ex-

a *De his Florentinorũ factionibus infrà cap. 8. §. 13. pluribus agitur. hæ autem anno Chriſti 1300. inceperunt. de quibus ſic ſcribit Blondus lib. 9. dec. 2. In vrbe Piſtoria ſicut olim Guelpharum Gibellinarumque partium, ſic & nouæ alterius peſtis anno Iubilæi initium fuit. Cancellariũ gens ditiſſima, & numero multiplicata nimio, quod apes faciunt emiſſo examine, eſt diuiſa: nec id paci ſuæ, ſed per ſanguinem & vulnera, clientibus vtrinque & Piſtorienſi populo, vt erat affectio concurrentibus, & vt actos ſcelere nomen quoque oſtenderet Albos vnam, alteram partem Nigros placuit appellari, creſcenſque in dies malum Florentini ſedare intendentes, ſeipſos infectum fœdatúmque iuerunt. hæc ille.*

A.C. 1285. Mat. 2.

excelſis, ploratus & vlulatus multus: nec enim domus, ſeu familia fuit, quæ mortuum ſuum nõ haberet ad lugendum. Tantumque fuit eorum exterminium: vt nũquàm poſtea valuerint recuperare dignitatem, potentiam, et diuitias priſtinas.

Nota Eccleſiæ perſecutor. Sap. 11. Va er. Ma. lib. 1. c. 2.

Vbi eſt diligenter attendendum, quàm inſta ſint iudicia Dei: & quia per quę peccat quis: per hæc & torquetur: vt dicitur in lib. ſapientiæ. Et ſi lento gradu diuina procedat ira, ſupplicij tamen tarditatem grauitate compenſat, præcipuè cõtra perſecutores Eccleſiæ. Nam in eodem loco, vbi ipſi Piſani temporibus retroactis ceperunt, expoliauerunt, & multos occiderunt clericos, & prælatos Eccleſiæ, venientes in nauibus Genuenſium ad concilium generale Romæ aſſignatum à Gregorio nono in fauorem Friderici ſecundi perſecutoris Eccleſiæ, ibidem ipſi Piſani fuerũt à Genuenſiũ galeis deuicti, aliis occiſis, aliis ſubmerſis in mari: reliquis captiuis ductis.

Piſani in eodẽ loco puniti ſunt in quo prælatos inuaſerãt. ſupra tit. 19. c. 4. §. 3.

Ciuitatum Italiæ contra Piſanos fœdus. Ioannes Villanus, Leo. Aret.

§. XIIII.

In Piſanũ euerſionẽ cõiuratio.

POST annos duos ſcilicet anno domini 1284. menſe Septembri, Florentini fecerũt colligationem, & ſocietatem iuramento firmatam cum Lucenſibus, Senenſibus, Piſtorienſibus, Volaterranis, ac cum Genuenſibus. Omnes hi confœderati ſunt ad exterminium ciuitatis Piſanæ: Genuenſes per mare, & ciuitates Hetruriæ nominatę, per terram impugnantes. Vnde Florentini, qui erant Piſis, de ea receſſerunt, & procedentes contra Piſas copiæ Tuſcorum per vallem heræ, fecerunt vaſtationes, & plura caſtra Piſanorum ceperunt, & ipſi prope Piſarum mœnia caſtra poſuerunt. Sed Genuenſes mari aderant quadraginta longis nauibus. Hæ terreſtres, maritimæque copiæ cuncta igne ferroque populatæ ſunt. Sed poſt multiplices illatas clades diſceſſerunt. Et ſuperueniente hyeme reuerſi ſunt ad propria: firmiter ſtatuentes in vere ciuitatem Piſarum obſidere. Hi quidem per terram, Genuenſes per mare. Cúmque ſalus nulla Piſanis ſupereſſe videretur, Vgolinus comes qui Florentina ex parte nuper redierat Piſas, locum aduerſarios criminandi nactus, qui obſtinata quadam peruerſitate, Florentinos, Lucenſeſque ſibi inimicos infeſtoſque reddidiſſent: cum quibus amicè erat viuendum.

Quid (inquit) profuit hæc pertinacia, vt prope omnium finitimorum diuerſas tam cupidè arriperemus partes? Ego quidem, vt mari propagandum populi Piſani imperium, ſic terra vicinas ciuitates beneuolentia, & Caritate putabam continendas. Id profectò maioribus noſtris ſapientiſſimis viris placuiſſe video, qui Corſicam & Sardiniam, qui Baleares inſulas procul ſitas imperio ſubiicientes ſuo, Lucam penè in veſtibulo noſtræ vrbis poſitam intactam reliquerunt. Hi verò præclari gubernatores noſtri moleſtiſſimas ſimultates domi parantes nulla probabili ratione, perpetuos nobis hoſtes à terra imminere procurarunt. Et nunc quoque

A.C. 1285.

A mea ſententia hæc eſt, Florentinos eſſe pacandos: nec ſanè id videtur difficile, ſi eius rei naturam penitus diſcernamus. Etenim quibus de rebus nobis & illis contentio eſt? De Sardiniæ dominatu, an de aliarum inſularum poſſeſſione. At id nec in cogitationem eorum vnquam venit. An quòd agro noſtro indigent, quem colãt, ex quóve alantur? Satis ipſi quidem ſuperque habent agri nec noſtrum requirunt, neque expoſcunt. Quid eſt ergo, quòd nos cum illis in contentionem deduxerit, præter quoddam Genuæ partium ſtudium leuiter corrigendum ſi paucorum rabiem, qui hac inimicitia nos ſuperfluè

B onerauerunt, comprimamus.

Vgolinus comes Piſis rerum potitur. Ouid. 3. de arte.

Hæc ab illo haud falſo iactata metus imminens comprobabat. Septuaginta quippe naues longas Genuenſes parare ferebantur. A terra verò magnum delectum equitum peditúmque haberi ad Piſas obſidendum. Id ergo formidantes Piſani cum vna ſalus videretur, ſi Florentini à ſocietate Genuenſium auerterẽtur, Vgolino comiti, quod is Florentinorum, ſociorumque amicus, & ſtudio partium ſimilis habebatur, adhæſerunt. Ille dum mentes ciuium ad ſe traductas vidit diuerſæ factionis capita deturbat, ac ſuo iam nomine gubernat. Ad hoc ipſum auxilia po

C puli Florentini implorat. Ea mutatio rerum Florentinorum animos deflexit. Munera quoque (quæ homines placant plerumque deoſque) cooperata ſunt. Nam dicebatur flaſcones vinaceos necnon & alios aureis plenos fuiſſe tranſmiſſos principalioribus militantium, & ciuium. Concordia itaque facta eſt inter Florentinos, & alios Tuſcos cum Piſanis ſine requiſitione Genuenſium. Vnde ipſi Genuenſes non parum amaricati ſunt de fide mentita Florentinorum & aliorum. Soli Lucenſes perſeuerauerunt in fœdere inito cum Genuenſibus. Omnes alij ſe ſubtra-

Flaſcones vinacei ſunt amphoræ vini. Pax inter Piſanos & Florentinos.

D xerunt ab impugnatione Piſarum: nec dubitabatur ſi Florentini in fœdere permanſiſſent: extremam perniciem illã Piſanis futuram. Soli ergo Genuenſes cum ſeptuaginta longis nauibus, & cum Lucanis bellum Piſanis intulerunt: nec tamen præualuerunt: licet deſtruxerint portum Piſanum, & multa caſtra à Lucenſibus in terra fuerint eis ablata. Quam autem remunerationẽ poſtea Piſani Florentinis conceſſerint ingrati & damnis eorum inſiſtentes, infrà patebit.

Eodem anno producta vrbis Florentinæ pomœria ſunt: & noua ſubinde mœnia longè maiori ambitu deſignata, vt ſcribit Leonardus,

E Celeberrimiſque viis ea ſentinati. Bononienſi, Pratenſi, Piſtorienſi, opera portarum, egregia inſtituta. Ea verò ſecunda an tertia productio fuerit, haud equidem certiſſimum dixerim. Plurimi tamen exiſtimant ſecundum fuiſſe, cum prima de templo Martis ad thermas publicas, & theatrum vetus complecterentur mœnia inde productum conſtat pomœrium, hinc ad ripas fluminis: illinc ad Laurentij vltra ſacras ædes. Tertiò longè proceſſum eſt, quibus in locis nunc mœnia conſiſtunt portæque. Trans Arnum ve-

Pomœria vrbis Florentiæ frequenter dilatata.

F rò prima ædificatio fuit circa vetuſtum pontem ſuburbana ædificia & villæ hortis permixta. Inde mox vici tres facti, duo ſecus Arnum ſuprà infráque pontem, tertius rectà à ponte via. Hi vici diu abſque munimento publico fuerunt: ac propterea in iis locis turres priuatim factæ, quo

A.C. 1285.

tutè habitari in illis poſſet. Tandem & ij mœnibus cincti,colléſque ſuperni munimentis apprehenſi. His quoque in locis mox creſcentibus incolis ædificiiſque adiunctis, pomœrium productum eſt,longe maiori ambitu quã prius, portæque magnifici operis tres factæ celeberrimis trans Arnum viis,Piſana,Senenſi,Aretina.

De Honorio. 4 papa, & diuerſis bellis Aragonum contra regem Apuliæ.Honorius quartus Pont.max. 192.ſed.a.2. d.2. A.C.1285.De quo præter Plat.& Onuphrium,Blon.lib.8.dec.2.& alij.

C A P. V.

POSTQVAM Martinus quartus appoſitus eſt ad patres ſuos Peruſij.24.die Martij:ibique honorificè ſepultus anno domini. 1285. menſe Aprili domini Cardinales canonicè elegerunt in ſummum pontificem Honorium quartum,de familia Sabellorum ex nobilibus Romanis,Iacobum,antè vocatum. A principio autem mundi 5242. ſecundum maiorem computationem 6485. Sedit autem annis duobus,Is parum iuuit hæredes Caroli in facto regni Siciliæ, & magis iudicatus eſt fauere Gibellinis,quàm Guelphis. Rex autem Aragonum proſperatus eſt & coronari ſe fecit,filius ſcilicet Petri iam defuncti,in regem Siciliæ.

Piſani claſſem Genuenſiũ & aliorũ inuadunt.

Anno autem præcedenti menſe Nouembri Piſani ceperunt quinque nauigia magna Genuenſium,& alias naues Cathalanorum & Siculorũ. Cum enim hi omnes ex Romania & Sicilia nauigarent ad diuerſas partes,vi ventorum tempeſtate in mari exorta, pulſi ſunt ad portum Piſanum,& aliqua etiam ex lignis illis fracta ſunt. Piſani ergo hoc aduertentes omnes ciuitatem exeuntes,aliqui pedeſtres, alij equeſtres proceſſerunt contra eos,vt ipſorum hoſtes.Ceperúntque nauigia illa cum hominibus:vbi Genuenſes damnificati ſunt in valore quinquaginta millium florenorum.Cathalonos autem & Siculos Piſani liberos dimiſerunt.

Guido feretranus Pontifici ſeſe ſubiicit.

Eo tempore cum comes Guido de monte feltro occupaſſet terras Romandiolæ in magna parte, & tyrannicè poſſideret adiutorio Gibellinorũ, & in prælijs ibi peractis multus ſanguis effuſus fuiſſet, & ſpolia facta: & iam per Florentinos & Bononienſes iuuantes partem eccleſiæ redditæ forent ciuitates Fauentiæ & Ceruiæ ſubmiſſæ obedientiæ eccleſiæ, demũ & ipſe comes Montefeltranus data ſibi ſecuritate acceſſit ad ſummum Pontificem Honorium,veniam petens & accipiens. Hoc tamen ſeruato,vt dictus comes ad confinia pergeret in Pedemontium,& duos filios ſuos obſides daret, ſicque tota Romandiala pacificè reſtituta eſt eccleſiæ, & illuc miſit ad regimen Papa dominum Guilielmum Durantem de prouincia.

Eo tempore cum fratres ordinis Carmelitarũ deferrent habitum, qui minus conuenire videbatur viris religioſis, ſcilicet cappã circulatam largis virgis albis & griſeis,quem habitum aſſerebant fuiſſe Heliç prophetæ habitantis in monte Carmelo in Syria (quod tamen neque in ſacra ſcriptura,neque in authẽtica ſcriptura reperitur)Papa Honorius quartus propter maiorem

A honeſtatem mandauit habitum illum dimittere,& deſuper cappas ex toto albas, & tunicas ſubtus griſeas,cum ſcapularibus aſſumere. Hi habuerunt a initium ſub quodam patriarcha Hieroſolymitano, cum in Syria habitabant Chriſtiani Hieroſolymis, & in aliis multis ciuitatibus.Degebant autem in monte Carmelo, vt eremitæ, & ſub regula beati Baſilij. Sed Honorius tertius confirmauit ordinem illum. Et poſtmodum is papa commiſit Hugoni Cardinali ordinis Prædicatorum,vt adderet dictæ re-

B ligioni quaſdam conſtitutiones, quas in poſterum obſeruarent.Sed in proceſſu temporis occupantibus Saracenis ex toto partes Syriæ,recedentes Carmelitæ de locis illis: diſperſi per orbem in terris Chriſtianorum ædificauerunt plurimos conuentus ex eleemoſynis fidelium collatis,propter eorum deuotam conuerſationẽ & exemplarem.Aliqui tamen referunt, quod Soldanus Saracenorum, qui prius eos habebat in reuerentia propter Heliam prophetam, mutato habitu eis dato à papa,in contemptum papæ & fidelium fecit eos expelli de monte Car-

C melo,vnde Carmelitæ dicuntur, non quòd ab Helia habuerint initium.

Gulielmus de vbertinis qualis epiſcopus.

Eodem tempore dominus Gulielmus de Vbertinis,epiſcopus Aretinus, magis deditus armis,quàm officiis clericalibus prout decebat, congregatis multis ex Gibellinis Florentinorum, Aretinorum, & Senenſium habitantium per comitatum vallis Arni procurauit & operam dedit, vt quoddam caſtrum Senenſium, quod dicebatur Podium ſanctæ Cæciliæ ſe rebellaret,prout & fecit.Inde verò orta eſt multa turbatio parti Guelphæ in Tuſcia,quia dabatur

D inde occaſio mouendi bellũ Guelphis precipuè

a *D.Anton.in fi e tit.15.plenè ſe & copioſè in alio titulo de religionibus mendicantium dicturum eſſe promiſit.Sed is tit.23.& 24.de Prædicatoribus & Franciſcanis copioſè,de Auguſtinianis verò nonnulla dixit;Carmelitarum verò nuſquam alibi q̃ hic in loco mentionem facit; quare operæ pretium iudicaui eorum originem ſaltem hic inſerere ex continuatore Belli ſacri,vt in hoc opere huius ſancti inſtituti initia ſatis obſcura reperirentur. Ait ergo lib. 5. cap.3. Eſt Carmelus mons in Syria, mora tam aliorum prophetarum,quam Heliæ & Heliſæi nobilis. Hunc locum*

E *ſub Almarico Hieroſolymitano patriarcha inſederant Anachoretæ, ac cũ ſparſim circa montem agitarẽt,tãdem coiuere ad fontem qui Heliæ dicitur in cacumine montis & Phanum & monaſterium conſtruxerunt vni qui honeſta præcipiebat humiliter parendo, ſine tamen certo inſtituto, ſine peculiari cultu, ſine cæremoniis. Albertus poſtea Hieroſolymitanus ſub Innocentio 3. Patriarcha & legatus certas obſeruationum regulas illis præſcripſit,addidit & veſtitui normam,pallium ſcilicet verſicolorẽ, ex albo & canuſino circulatum,Heliam eiuſmodi cultu ornatum inceſſiſſe, Baſilium ea viuendi forma vſum fuiſſe aſſerens. Erat*

F *tam gratus prophetici pallij habitus non ſolum Chriſtianis,ſed etiam barbaris,vt magnis Sultani eleemoſynis familia tota ſuſtentaretur locupletareturque.Et paulò pòſt repullulauit hæc breuis familia in omnibus regionibus Chriſtiani nominis.Septem millia enim & quingenta Carmelitani nominis cœnobia extare,in quibus ſacris operentur centum octoginta vnctorum millia dicuntur.hæc ille.*

A.C. 1289

Senenſibus; Sed quàm citiſſime Senenſes cum adiuto rio addito Florentinorum, proceſſerunt hoſtiliter contra dictum caſtrum, & obſidentes terribiliter oppugnabant. Epiſcopus autem Aretinus prefatus cum ſuis copiis, quas vndique colligere potuit ex Gibellinis Tuſciæ, quæſierunt omni ſuo conatu remouere illos ab obſidione, que per ſex menſes durauerat, ſed non profecerunt. Ea propter, qui in caſtro erant, nullam ſpem habentes amodo ſuccurſus, nec vltra valentes ſe tenere, nocturno tempore ex caſtro exeuntes occultè fugam inierunt. Sed multi ex illis ab hoſtibus inuenti, alij occiſi ſunt, alij capti, & Senas ducti ſuſpenſi ſunt, vel decapitati: & caſtrum illud vſque ad fundamenta dirutum. Quo etiam tempore cariſtia victualium fuit per Italiam: adeo vt ſextarius frumenti venderetur vltra ſolidos quadraginta.

De Tuſciæ vicario. Naucl. hæc habet gen. 44. Blon. A. C. 1286.

§. I.

ANNO domini 1286. Honorius papa ordinauit, vt dominus Pinziuallis de Fliſco de comitibus de Langarna Genuenſis fieret vicarius generalis imperij, qui in Alemanniam ſtatim profectus ad Rodulphum imperatorē electum, qui tamen coronam imperij non ſuſcepit fecit ſibi confirmari dictum vicariatum. Poſt quæ venit dictus Pinziuallis in Tuſciam, vt vicarius imperatoris, & vt iura recuperaret imperij. Florentiam ingreſſus in domibus Mozanis vltra Arnum prope eccleſiam Gregorianam reſidentiam fecit, vocatiſque Florētinis, Lucanis, Piſtorienſibus, Senenſibus, & aliarum ciuitatum Tuſciæ ciuibus partis Guelphæ, exigebat ab eis iuramentum fidelitatis & obedientiæ imperio Romano quod nullo pacto facere voluerūt. vnde iratus contra eos vicarius prædictus receſſit in diſcordia ab eis. Et in pœnam inobedientiæ condemnauit Florentinos in ſexaginta millia marcarum argenti, & ſimiliter aliàs communitates Tuſciæ, quæ noluerunt obedire, proportionabiliter mulctauit. Inde pergens Aretiū ordinauit, vt Florentini in exilium mitterentur amiſſis ſubſtantiis eorum. Moram autem fecit Aretij cùm paucos ſequaces haberet vnde & paruam potentiam, ex eo ꝙ Guelphi nolebant obedire, ne exaltaretur imperium contrarium Guelphis. Gibellini quoque eum ſuſpectum habebant: quia ex progenie erat eorum, qui fuerāt Guelphi. Ea propter reuerſus eſt ad imperatorem Rodulphum in Alemanniam ſine honore.

Vicarius imperij Guelphos vexat.

Circa id tempus, cum Poteſtas Florentiæ eſſet dominus Matthæus de Fligano de regno, & quemdam captum propter homicidium perpetratum condemnaſſet ad pœnam capitis, qui erat homo bellicoſus, terribilis, & quorundam ſtipendiariorum conductor & duceretur ad locum decapitationis & quidam miles ſcilicet dominus Curtius de Donatis, cum comitiua ſua armatus, voluit illum malefactorem auferre familiæ domini Poteſtatis. Sed ſubitò dominus Poteſtas fecit pulſare campanam ad martellum. Ad huiuſmodi ſonitum omnes ſe armauerunt & concurrerunt ad palatium domini Poteſtatis

Reus capite dānatus eripitur, ſed poſtea grauius mulctatur. Motus Florentinorū. Martellū galli tudi. tē vocant.

A.C. 1287.

alij equites, alij pedites clamantes: Iuſtitiam, Iuſtitiam, Poteſtas verò oſtendit publicè ſuum proceſſum iuſtè & iuridicè factum. Et populus quietatus eſt. At ille, qui Cottus dicebatur, deteriorauit conditionem ſuam: nam fuit primò tractus per ciuitatem, poſtea ſuſpenſus, vt perturbator ciuitatis. Qui autem cauſa fuerunt illorum rumotum, condemnati ſunt certa pecuniæ ſumma.

Honorij quarti mors, poſt cuius mortem vacauit ſedes menſes decem.

§. II.

ANNO autem domini 1287. Honorius papa migrauit ad dominum ſepultus in eccleſia ſancti Petri in vrbe. Et vacante ſede per menſes aliquot, interea in ciuitate Aretina fuerunt variæ mutationes: nam primò populus creauit vnum rectorem principalem, quem vocatūt Priorem populi. Hic perſequebatur magnates, & potentes ciuitatis, Propter quod dominus Reginaldus de Boſcolis, cum aliis Guelphis colligarunt ſe vnà cum domino Tarlato, & aliis Gibellinis nobilibus, vt deponerent illum Priorem à regimine ſuo, quod & fecerunt. Nam illum Priorem populi capientes, ei oculos eruerunt. Et inde magnates ex Guelphis & Gibellinis effecti ſunt domini ciuitatis. Sed Gibellini ſecundum morem ſuum proditionem cito fecerunt contra Guelphos, & deceperunt eos, vt domini remanerent ipſi ſoli, nec enim conſueuit regnū duos capere.

Aretinorū motus.

Regnum duos capere nō ſolet. vide Luca. lib. 1. Phar.

Vnde ordinauerunt componentes ſe cum epiſcopo Aretino, quòd congregaret, quos poſſet ex Gibellinis extra ciuitarem, & cum Pactiis, & Vbertinis & exulibus Florentinis vnà nocte veniret Aretium. Et cum Guelphi ſuper hoc non cogitarent, ipſi Gibellini aduenientes in manu forti, vt ordinatum fuerat proditoriè vna porta eis aperta ingreſſi ſunt Aretiū: & expulſis Guelphis ipſidnim aſſumpſerūt. Guelphi autē ex Aretio ſic expulſi, ceperunt caſtellum Rondinis & montem ſancti Sauini, colligationem facientes cum Florentinis & aliis Guelphis Tuſciæ confœderatis: qui dederunt eis quingentos ſtipendiarios ex communi, qui bellum mouerent Aretinis. Tunc etiam reuerſus dominus Pinziuallis, ſupra nominatus vicarius imperij cum aliquantis belligeris ex Alemannia in Tuſciam vocatus à Gibellinis peruenit Aretium: & factus capitaneus Gibellinorum Tuſciæ bellum iniit cum Florentinis, & Senenſibus, & aliis Guelphis. Et profecti ad montem Varchium, cum ſuis, prædati ſunt multā circa regionem: nec tamen valuerunt Guelphos eiicere de monte Varchio, aut de monte Sauino: vnde reuerſi ſunt Aretium. Paulò pòſt procedentes ipſi Gibellini de Aretio contra ciuitatem Cluſinam, ex ea pepulerunt Guelphos propter hoc Cluſini ligam fecerunt cum eis ad bellandum contra Senenſes, & montem Politianum.

Guelphorum & Gibellinorū dimicationes.

Eodem anno accenſus eſt ignis Florentiæ à palatio Cerretanorum, vſque ad portam epiſcopatus, domos plures comburens incircumitu: vnde ſecutum eſt damnum non modicum illis. Nec tamen mortuus eſt aliquis ex igne: niſi

Liga fœd. & ſocietatem ſignificat.

Ignis multum Florētiæ ſtuæ.

quædam

A.C. 1287.

quædam nutrix quæ cum euaſiſſet periculum ignis recolens pecuniæ ſuæ, quam in capſa dimiſerat, vt eã recuperaret, reuerſa eſt. Eã verò igne cupiditatis deuictam ignis materialis conſumpſit.

Iterum incendium Florentiæ ſuſcitatũ

Non multo poſt menſe Februarij nocte carniſpriuij iterum Florentiæ ignis exuſſit domos, & palatia familiæ Circulorum & à porta, quę dicitur ſancti Petri, ſeu de teſtudine vbi antiquitus porta erat ad domos ex oppoſito ſitas ſanctæ Mariæ in campo exarſit. Vbi multa ſubſtantia combuſta eſt, & ſi nullus hominum ibi perierit. Quia tamen familia illa tunc temporis potens erat, & opulenta valdè domos nouas & palatia nobiliora ædificari fecerunt.

Comes Artenſis in Siciliam claſſem mittit hæc habet Aemyl. lib. 8. Blond. lib. 8. dec. 2. A.C. 1286.

§. III.

EODEM tempore ad regnum Siciliæ ſtilum reſumendo, Comes Artenſis (aliàs Atteſiẽſis) qui erat inſtitutus vt cuſtos & gubernator Caroli Martelli filij Caroli ſecundi in captiuitate detenti, & totius regni defenſor: congregatis & paratis quinquaginta inter galeas & alia minora lignamina cum quingentis militibus bellicoſis Admiraldum in eis inſtituit Dominum Reginaldum de Auellis: & eos deſtinauit in Siciliam. Vbi obſidione facta ciuitati Auguſtæ vi eam cępit cum improuiſi forent. Et ſubitò remiſit nauigia ipſa Brunduſium in Apuliam vt inde aſportarent victualia, & alia oportuna ad munitionem dictæ ciuitatis captæ. At vbi rex Aragonum Giamus ſeu Iacobus Dominus Siciliæ hoc percepit ſubitò cum copiis ſuis profectus eſt ad obſidionem dictę ciuitatis rebellis. Fecit nihilominus ſuum Admiraldum quadraginta quinque galearum, quas habebat in mari Dominum Rogerium ſuprà ſæpè nominatum de Loria, vt oras cuſtodiret maritimas: nec permitteret victualia deferri ad Auguſtam: & ne ſi qua claſſis Neapoli fieret, poſſet vniri cum ea, quæ erat Brunduſij.

Auguſta Siciliæ capitur à Frãcis. hæc Catina ab Æmyl. dicitur.

Comes autem Artenſis audita captura ciuitatis Auguſtæ fecit prouidere de victualibus mittendis, & Neapoli armari galeas ſexaginta ſuccurrendum Auguſtæ, & tranſeundum in Siciliã cum magis copiis & baronibus Prouincialium Francorum, & Italicorum: quibus Admiraldum fecit Dominum Henricum Genuenſem, Dominus verò Rogerius Admiraldus regis Aragonum relatione ſibi facta fideli de armata, quæ Neapoli fiebat, vt ſe coniungeret cum ea, quę erat Brunduſij, ad incitandum eos, & prouocandum ad bellum, vt ſagax, & magnus magiſter in arte illa, decreuit pergere contra armatam illam Neapoleos. Et quod cogitauit, opere impleuit. Applicuit ergo Dominus Rogerius in feſto beati Ioannis baptiſtæ menſe Iunij cum ſuis galeis vſque ad portum Neapolitanum faciens ſuas ſagittas in ciuitatem Neapolitanam emittere & clamare in portu contra illos contumeliis & irriſionum verbis multipliciter eos afficere. At

Comes Artenſis copias in Siciliam mittit.

Armata pro armatorum hominum copiis hic ſumitur.

A illi, vt imprudentes, & indignatis animis non ferentes contumelias illas, ſubitò galeas ſuas aſcenderunt, & cum furore & ſine debito ordine comes Montisfortis comes Brennæ & Dominus Philippus filius comitis Flandriæ & multi alij barones & millites Francigenæ proceſſerũt cum ſuis ſexaginta galeis contra Aragonenſes & Siculos exeuntes portum. Cum autem elongati eſſent à portu Neapolitano quaſi ſex millia ribus inſequentes hoſtes quaſi fugientes, præfatus admiraldus Rogerius, Francorum claſſem conſiderans diſperſam hincinde & non ordinatè procedere, quamuis multo plures ſuis eſſent, vt peritiſſimus prælij, mandauit ſuis galeis redi-
B re & bellum ſubire cum hoſtibus: admonens vt præcipuè inſiſterent impugnando galeas, vbi erant barones, & milites Francorum, ſciens eos parum expertos in pręliis marinis, & ſi ſtrenuos in armis.

A.C. 1288. Franci iniuriarum impatientia in diſcrimen ruunt.

Franci in marinis præliis parum exercitati à Siculis vincuntur.

Demum inito bello derelicti ab Admiraldo ſuo Domino Henrico, cum ei non placuiſſet prælium illud ſubire, & cum ſuis galeis Genuenſibus in mari fortiſſimis noluiſſet contra aduerſarios agere deuictæ & captæ ſunt galeæ in magna parte Francorum: & captiui ducti cum omnibus in Siciliam; poſtmodum pecunia redempti: excepto comite Montisfortis. qui in carcere
C vitam finiuit. Hæc autem victoria Aragonenſiũ fuit ad magnam exaltationem regis Aragonum & depreſſionem & humiliationem Caroli martelli, & ſui gubernatoris comitis Artenſis. Et propter hoc ciuitas Auguſta obſeſſa ſe tradidit regi Aragonum, cum pactis ſalutis perſonarum ibi exiſtentium. Factæque inde ſunt treugæ inter partes per vnum annum, & menſes duos vel circa. Et ſic (vt ait ſapiens) vir impatiens ſuſtinebit damnum.

Genuẽſes in Frãcos perfidi.

Prou. 19.

De Nicolao. iiij. & diuerſis bellis Guelphorum & Gibellinorum. Nicolaus 4. Pont. Max. 193. ſed. a. 4. m. 1. d. 14. creatus
D eſt autem A.C. 1288. De hoc infrà tit. 24. cap. 9. §. 7. & Blond, lib. 8. dec. 2. & alij.

CAP. VI.

DEFUNCTO igitur Honorio, vt dictum eſt, poſt vacationẽ ſedis, anno Domini. 1287. in feſto cathedræ beati Petri canonicè fuit electus in pontificem ſummum Nicolaus. iiij. de Aſculo oriundus, qui prius vocabatur Hieronymus. hic ordinis minorum fuit qui propter ſuam eminentem
E ſcientiam, & morum probitatem, prius generalis miniſter ordinis, exinde in cardinalem aſſumptus, poſt modum creatus eſt ſummus antiſtes. qui in ſede Petri manſit annis. iiij. & menſe vno & diebus vij.

Nicolai 4. elogia.

Anno autẽ ſequenti ſcilicet, M. cclxxxviij. Florentini cum aliis communitatibus partis Guelphę in Tuſcia, attendentes quòd epiſcopus Aretinus, cum Gibellinis ex Tuſcia,

F a *Rogeriũ Guidonẽ comitẽ Mõtisfortis nullo pretio vt miſſum faceret exorari potuit, regi Anglo eius implacabili hoſti gratificaturus. Guido in perpetuam cuſtodiam compedeſque coniectus, atque euectus, pœnas Anglis dedit. ac aris ſanguine perfuſis mactat[illegible] regij iuuenis facto bello redu[illegible]is. Aemyl. lib. 8.*

A.C. 1288.

& cum aliis ſequacibus ex Romandiola Marchia, ducatu conuenerant Aretij, & congregantes magnam multitudinem equitum & peditum, de prædictis locis in comitatum Florentinorum & Senenſium hoſtiliter diſcurrebant, damna plurima eis inferentes decreuerunt Florentini eis occurrere, quinimo ad ciuitatem Aretinam proficiſci, & eam fortiter impugnare. Et collectis ſimul copiis ſuis, cum ſuis confœderatis ſcilicet ex Luca, Piſtorio, Volaterris, Prato, ſancto Geminiano, Collenſi caſtro, & cum multis aliis comitibus, marchionibus, baronibus, & Dominis vicinis Guelphæ partis ſectatoribus, numerati ſunt ad duo millia equites, & ſexcenta & duodecim millia pedites: quorum octingenti ex equibus ſeu militibus fuerunt ex ipſis Florentinis, & octingenti ſtipendio conducti ex aliis gentibus, reliqui ex dictis ciuitatibus proportionaliter miſſi in adiutorium. Ij omnes egreſſi cum capitaneo ſuo Domino Antonio Laudenſi, caſtra poſuerunt in comitatu Aretino ibi moram trahantes viginti duobus diebus. In quo ſpacio non fuerunt otioſi, ſed ceperunt circa quadraginta caſtella vel fortalitia Aretinorum vel aliorum & Caſtilionem, quod erat Vbertinorum: obſidentes etiam caſtellum Laterinæ intra octo dies in deditionem acceperunt cũ certis pactionibus: vbi capitaneus erat quidã Lupus vocatus de Vbertinis, qui Gibellini erãt.

Blond. lib. 8. dec. 2. ſub finem A.C. 1288.

B

Et cum ibi morarentur, ſuperuenerunt Senẽſes cum quadringentis militibus & duobus millibus peditum. Qui cum aliis vineas deſtruxerunt, & viridaria iuxta muros Aretij. Cùm autem caſtrametarentur prope Aretium in vigilia Ioannis Baptiſtæ in Iunio: tantus fuit impetus ventorum, & imbrium deſcendentium: quòd confregit & dilacerauit tentoria & tendas eorum, maximè Senenſium, & per aera ferebantur fruſtra earum: quaſi prognoſticum futuræ debellationis ſuæ. Nec tamen ex hoc compuncti ſunt. Sed ſequenti die ſcilicet natiuitatis beati Ioannis, cum agminibus ſuis ordinati, & benè armati venerunt iuxta portas Aretij, & in vilipendium eorum ibi fecerunt currere ad brauium, vt fit Florentiæ. Et duodecim milites ibi effecti ſunt. Et facta ſufficienti prouiſione de opportunis in Laterina, & ibi relictis centum militibus, qui non ſolum cuſtodirent caſtrum, ſed continuis inſultibus infeſtarent Aretinos: demum reuerſi ſunt Florentiam liberi & expediti ſine reſiſtentia aliqua hoſtium. Redeuntes autẽ ſuadebant Senenſibus, vt cum eis ſimul incederent pro ipſorum Senenſium ſecuritate vſque ad montem Varchium, qui confidentes nimis de propriis viribus, dedignati ſunt habere eorũ ſocietatem, quaſi per ſe ſufficerent ad reſiſtendum, ſi qui contra eos venirent. Sumpſerunt ergo aliam viam intendentes deſtruere caſtrum Lucignani & vallis lacunarum. Et cum eis profectus eſt comes Alexander de Romena capitaneus. Sed cum capitaneus Bononienſis comes vocatus de Monteſeltro, & Dominus Guilielmus Fatius cognouiſſent viam quam tenebant Senenſes ſeparati ab aliis Guelphis aſſumptis ſe cũ trecẽtis militibus & duobus millibus peditum in certo loco, per quem debebant tranſire, inſidias parauerũt. Et percipiẽntes eos incedere ſine ordine, & improuidos & vt ſecuros aggreſſi

Magnus ventorum impetus tenda ſeu tenta papilionẽ & conopæũ gallicè ſonat.

Senenſes Aretinis inſultant.

Currere ad brauiũ eſt equeſtri certamine ludere.

A ſunt eos, & eis ſuperatis & profligatis vltra trecentos ex illis partim occiderunt, partim captiuos duxerunt. Indeque Florentini ſatis territi ſunt, & Senenſes multa damna paſſi ſunt. Et verum eſſe, quod ait ſcriptura, experti ſunt, quia de ſe, & de ſua virtute, præſumentes Deus humiliat.

A.C. 1288.

Senenſes Guelphi à Gibellinis victi. Iud. 6.

De factionibus Piſæ ortis & quibuſdam euentibus. Aemyl. lib. 8. Blond. dec. 2. lib. 8.

§. I.

Eodem anno menſe Iulij ex ambitione Dominij ciuitatis Piſis ortæ ſunt ſectæ, & diuiſiones, & ciuitas in tres partialitates eſt diuiſa. B Vnius caput erat iudex de Gallura vocatus Ninus (aliàs Nerius) de viſcomitibus (aliàs vice comitibus.) Alterius princeps erat comes Vgolinus de Gerardeſchis, cum multis ex Guelphis. Tertiam ſectam nutriebat Dominus Rogerius de Vbaldinis archiepiſcopus Piſanus cum Lanfrancis Gualdanis (aliàs Gualandis) & Siſmondis & aliis familiis Gibellinis. Comes autem Vgolinus aſtutus, ambiens dominium ciuitatis, colligauit ſe cum archiepiſcopo, & ſecta ſua, vt aptius expellere poſſet de ciuitate Ninum (ſeu Nerium) Iudicem de Gallura: quamuis ipſe Ninus eſſet nepos ſuus filius ſcilicet ſororis ſuę. Et C cum ordinem dediſſet, vt dictus Ninus cum ſecta ſua expelleretur, vel caperetur: hoc ille perpendens, cernens ſe illius potentiæ, non poſſe obſiſtere ex ſeipſo receſſit, & egreſſus Piſis, acceſſit ad caſtrum ſuum, quod dicitur Calcinaria. Quod cum factum fuiſſet, comes Vgolinus Dominium ſibi vſurpauit ciuitatis cum magna ſolemnitate. Sed nullum violentum perpetuum, quinimo omnis potentatus præcipuè vſurpatus vita breuis.

Secta. i. factio & partes.

Iudex de Gallura pellitur. Blon. dec. 2. li. 8.

Ariſt. 5. met. tex. 6. Eccle. 10.

Cum autem in die natalis ſui dictus comes Vgolinus feciſſet magnum conuiuium cum magnifico apparatu amicis ſuis, cuidam familiari D ſuo, viro multum ſapienti dicto Marco Lombardo, comes ipſe Vgolinus factus Dominus, oſtendit fœlicitatem ſuã narrando diuitias ſuas, potentiam, parentelam, ornatum veſtium, & alia huiuſmodi: & interrogauit eum dicens: Quid tibi videtur Marce de ſtatu meo? Cui reſpondit: quod poſtea ei accidit, dicens. Nihil tibi deficit niſi ira Dei, & bene. Nihil enim infœlicius fœlicitate peccantium, ait Auguſtinus. In breui igitur proditor proditus fuit. Nam archiepiſcopus ciuitatis populò expoſuit, & per- E ſuaſit, quòd hic Vgolinus prodiderat Piſas, & caſtella eorum tradiderat Florentinis & Piſanis Sicque commouit totum populum contra illũ, qui furore plenus acceſſit ad palatium eius ad capiendum eũ. Demum cum aliquantulum reſtitiſſet, in quo conflictu interfecti ſunt vnus filius eius illegitimus, & alter ſuus nepos defendentes eum, captus eſt ipſe comes Vgolinus, & duo filij eius, & tres nepotes orti ſcilicet ex filio, qui omnes carceri duro fuere mancipati, & F expulſi de ciuitate eius ſequaces & Guelphi. Fame autem in carcere Vgolinus cum filiis & nepotibus conſumpti ſunt, iuſtè ei Domino retribuente propter proditionem eius, & ambitionem ac crudelitatem. Nam & comitem Anſelmum de caprario nepotem ſuum ex ſorore iuuenem valdè gratioſum, & populo gratum dicitur ve-

Iactantia eiuſdem comitis & Dei iudicium. Aug. in ſeni. c. 42.

Vgolinus cum ſuis in carcere fame necatur. infrà §. 2.

A.C. 1288. tur veneno, interemiſſe inuidia inſtigatus, ne ei A ſtatum auferret formidans.

Ex his autem victoriis, & regis Aragonum, & rebellione Piſarum, exaltata eſt pars Gibellinorum, & depreſſa pars Guelpha. Has tamen ſectas & partialitates apoſtolus ponit inter opera carnis, quæ qui agunt regnum Dei non conſequentur.

Eo tempore menſe Augusti Lucenſes cum iudice de Gallura Nino & Guelphis de Piſis eiectis, & cum Florentinis cum copiis ſuis hoſtiliter proceſſerunt contra Piſanos: & obſidentes caſtellum prope Piſas ad tria miliaria, vocatum Arcianum, in deditionem acceperunt ſaluis habitatoribus eius. Et reuerſi ſunt incolumes ad propria nulla reſiſtentia eis facta à Piſanis.

Lucenſiũ de Piſanis victoria.

Sequenti menſe Septembri cum Piſani conduxiſſent ducentos millites de partibus Romanis in ſubſidium ſui, quorum dux erat comes Dulcis, iudex de Gallura Ninus audito per quẽ locum tranſire debebant in adeundo Piſas ipſe iudex de Gallura cum adiutorio Florentinorum trecentis millitibus eis datis, quorum capitaneus erat Dominus Guelphus de Caualcantibus, obuiam pergens eis, & conflictum habens, profligauit eos, multis ex eis occiſis aliis captis, ita vt pauli euaderent.

Florentini aduerſus Aretinos bellum mouent. Leon. Are. Ioan. Villa.

§. II.

ANNO Domini 1288. xv. Septembris: Aretini cum vnum eorum caſtellum per Guelphos fuiſſet rebellatum ab eis, ipſi Aretini proceſſerunt illuc ad ipſum recuperandum, vocabatur id Corrianum. At Florẽtini profecti ſunt verſus Aretinum cum mille equitibus, & quatuor millibus peditum. Et in vexillo eorum fuerunt poſita arma regis Caroli, quod datum fuit Domino Betto de Freſcobaldis. Et cum Aretini percepiſſent magnas copias Florentinorum venire, timentes ſibi de aliqua nouitate facienda in ciuitate, nocte fugientes vnus poſt alium: vt deuicti reuerſi ſunt Aretium, & nihilominus ex Aretio deſtinarunt aliquos ad copias Florentinorum, dicentes ſe velle, & paratos eſſe ad prœliandum cum eis. At Florentini gratanter ſe obtulerunt ad conflictum ſuſcipiendum. Et apud caſtrum Laterinæ conuenerunt vtraque pars parata, ad prælium: Aretini cum ſeptingentis equitibus, & octo millibus peditum ex vna parte fluminis Arni & Florentini in ſupradicto numero ex alia parte verſus Laterinam ordinati per acies ſuas. Arnus autem tunc ita minoratus erat aquis, vt facile poſſet tranſuadari etiam per pedeſtres. Inuitarunt ergo Florentini ad prœlium Aretinos, ſed non auſi ſunt ſaccinam ſubire illam. Et ita aſpicientes alter alterum, Aretini declinantes bellum, reuerſi ſunt Aretium ſine honore. Florẽtini autem à Laterina reuertentes Florentiam in via deſtruxerunt, caſtella: tria ſcilicet montem Martinianum, & Podium taſſi, & montem Fortinium: caſtrũ ſcilicet familiæ Pactorum. Sed illis reuerſis, Aretini cum Gibellinis & exulibus vallis Heræ diſcurrentes vſque ad põtem dictæ vallis prope Florentiam,

Aretini prœlium declinant.

Florentini & Aretini ſuos inuicem agros depopulantur.

B ad decem milliatia: prædam magnam tulerunt, deſtruxerunt & combuſſerunt quæ inuenerunt: nemine contradicente facto. Et poſt hæc reuerſi ad caſtrum Bibiennæ ibi quieuerunt.

A.C. 1288. Aquarum clades.

Menſe ſequenti Octobris, fuit quaſi inundãs diluuium aquarum in Florentia & comitatu eius, vnde Arnus fluuius egrediẽs alueum ſuum cum magno impetu à mane vſque ad ſero ad terram deiecit palatium, & domus de Spinis, & de Ganfiliaſſis, quæ ſunt iuxta pontem ſanctæ trinitatis: & multa damna fecit in comitatu Florentino & Piſano.

Menſe Martij ſequentis anni Aretini cum trecentis equitibus & quatuor millibus peditum diſcurrentes, hoſtiliter, peruenerunt vſque ad montem Varchium deuaſtando & comburendo, quæ poterant: Et ignem ſuppoſuerunt burgo dicti caſtelli, & caſtrum tota die impugnantes nihil profecerunt. Exinde aliqui ex exulibus Florentinis aſſociati equitibus & peditibus Aretinorum, proceſſerunt vſque ad ſanctum Donatum in Tollina, deuaſtantes, & prædantes & incendentes quæ eis occurrebant. Et quamuis ex Florẽtia videretur fumus combuſtorum, C nõ tamen ex hoc aliquis de ciuitate egreſſus eſt ad obſiſtendum: ex eo quòd dubitabatur, ne aliquis tractatus proditionis eſſet in ciuitate, ratione cuius factus fuiſſet ille diſcurſus. Erant enim in ea tunc multi ex Gibellinis, & magnates & populares, quibus tunc deſtinatis ad confinia ceſſauit omnis ſuſpicio, & quieuit communitas.

Rurſus pugna inter Florentinos & Aretinos recrudeſcit. A.C. 1289

Eodem anno recaleſcentibus diſcordiis: & prœliis inter Florentinos & Senenſes ex vna parte, & Aretinos ex altera, & Florentinos cum Lu- D cenſibus, contra Piſanos & conſequenter inter Gibellinos & Guelphos: Piſani elegerunt ſibi in capitaneum comitem Guidonem de Monte-feltro, dando ei magnam iuriſdictionem & authoritatem in ciuitate, qui ab eis vocatus, non curans obedientiam eccleſiæ fregit conſilia & mandata ſibi ab eccleſia facta, & Piſas acceſſit: propter quod excommunicatus fuit ipſe cum vxore, & filiis, & Piſanis vt rebelles eccleſiæ.

Guelphi & Gibellini inter ſe cõtendũt.

Poſtquam autem aſſumpſit officium, comes Guido capitaneus Piſani, qui in carcere poſuerant in quadam turri quæ erat in platea Anſianorum comitem Vgolinum cum duobus filiis, E & duobus nepotibus id eſt filiis filij ſui comitis Guelphi clauſerunt portam dictæ turris clauibus, & eas proiecerũt in Arnum, & fame eos perire fecerunt negantes omnia cibaria. Petebat ille comes miſerabilis cum magnis clamoribus miſericordiam, & ſaltem pœnitentiam ſibi concedi, ſed nec hoc ei conceſſum eſt, vt religioſus vel ſecularis ſacerdos ei ſacramenta miniſtraret Et poſt paucos dies fame deficientes educti de turri ignominioſe ſepulti ſunt. Turriſque illa ab euentu poſtea nominata eſt turris famis. Hoc opus, vt maxima crudelitate plenum, valdè deteſtatum eſt in Piſanis vbique terrarum. Nam & ſi F patet propter ſuas proditiones & ſceleta meruerunt mortem, filij, & nepotes adoleſcentuli, quid mali egerant: præcipuè mandante iure diuino pariter & humano: Innocentem non interficies. Et iterum filius non portabit iniquitatem patris, quo ſaltem ad mortem corporis, ſicut nec & animæ. Sed nec tanta ſæuitia tranſiuit impunita

Guido ſectanus Capitaneus Piſanorum crudeliſſime Vgolinum trucidat. ſu. §. 1.

Exo. 23. Dan. 13. Ezec. 18.

A.C. 1289.

impunita, vt patebit infrà.

In.f §.6.

Carolus 2. Rex Siciliæ veniens Romam Florentia tranſit. Aemyl. ibid. Blond.lib.8.dec.2.ſup. ca.4.§.9.

§. III.

ANNO Domini. 1289. Carolus ſecundus princeps, liberatus à carceribus Aragonię veniens de Francia, quo abierat, egreſſus de captiuitate, vt dictum eſt, tranſiuit per Florentiam pergens ad vrbem; & ibi receptus eſt cum magno honore & exultatione. Et poſt triduum cum iter ſuum proſequeretur, audito, quod Aretini cum Gibellinis armati ſe præparabant ad eundum verſus Senas ad impediendum iter Caroli: Florentini ſubitò etiam non requiſiti ex maxima affectione ad eum miſerunt octingentos equites & tria millia peditum ex ſuis ciuibus, & ſtipendiariis qui aſſociauerunt dictũ Carolũ in via, quia ipſe cũ modica comitiua erat, vſque ad Bricolam poſt confinia Senarum verſus vrbem veterem: propter quod Aretini deſtiterunt à concepto propoſito. Carolus autem hoc obſequium valde gratum habuit: & ad eorum requiſitionem dedit in capitaneum, & ducem bellorum Dominum Americum Narbonenſem, virum nobilem, & in armis ſtrenuum: & inſignia ſua in vexillo gerenda eis confirmauit. Dictus autem Dominus Americus ſuſcepto officio venit Florentiam cum ſua comitiua centum ſcilicet equitum.

Vocat. eũ Meticum Æneas.

Liliata ſigna Florentinis confirmata.

a Carolus verò ſuum proſecutus iter ad vrbem applicuit, & cum magno honore receptus eſt à Papa Nicolao quarto, & cardinalibus & die. xxviij. Maij in feſto pentecoſtes coronam accepit regni Siciliæ & Apuliæ magna cum ſolemnitate & gaudio. Et collatis ſibi multis iocalibus, muneribus & gratiis ab eccleſia, ac etiam ſubſidiis decimarum in adiutorium ad recuperandam Siciliam, poſt modum, inde recedens regnum Apuliæ ingreſſus eſt.

Carolus 2. Rex Siciliæ inungitur.

Rurſus Florentini arma contra Aretinos capiunt. Blond.lib.8.dec.2.

§. IIII.

DEINDE eodem anno notabile prælium actum fuit inter Aretinos & Florentinos cum ſequacibus eorum. Florentini quidem habebant mille equites & ſexcentos ex ſuis & quadringentos ex ſtipendio conductis, cum capitaneo ſuo Domino Americo Narbonenſi; & decem millia peditum. Multi quoque alij equites & pedites deſtinati ex Senenſibus, Lucenſibus; Piſtorienſibus; Pratenſibus, Volaterranis, Collenſibus, & ſancto Geminiano. Aretini autem & ipſi magnas copias ſibi parauerunt ex ſuis & Romandiola, Marchia & ducatu, & aliis Gibellinis Tuſciæ, & ſi non tantas numero tamen fortes viribus, & in armis expertas: quarũ capitaneus erat Guido Nouellus: & non minus Dominus Guilielmus epiſcopus Aretinus, & ſi contra decentiam ſuæ dignitatis hoc ageret. A Florentinis igitur in Aretinos expeditio indicitur. Signa verò militaria, quo maturius conueniret miles extra vrbem deprompta apud Ripolim via Aretina aliquot dies continuere.

Cum verò iam conueniſſent copiæ (vt ſcribit Leonardus in hiſto. Floren. lib. iiij. circa principium) & cuncta ad iter parata forent, conſilio duces habito contra omnium expectationem tranſito Arnum, & Caſentinati via ad hoſtem ducere ſuos ſtatuerant: Præerat eis, vt dictum eſt, Americus, & cum eo ſex ciues egregij ad hoc delecti. Superato monte cum iam circa Puppium deſcendiſſent, quoniam id erat oppidum Nouelli comitis, quem in hoſtium ſemper fuiſſe numero conſtabat, & tunc etiam apud Aretinos eodem ſtudio partium verſabatur: ſub ipſo oppido caſtris poſitis longè latéque, vt maximè poſſunt, regionem populantur. Aretini primum recta via copiarum aduentum expectabant. Sed poſtquam ex fuga trepidationéque hominum pecorumque in Caſentinati agro hoſtes adeſſe cognouere, & circa Puppium cuncta igne ferroque vaſtari, confeſtim cum omnium equitum peditumque copiis Aretio profecti Biennam venerunt. Fuiſſe autem Aretinorum octo millia peditum & nongenti equites traduntur, quos ducebat Guilielmus epiſcopus Aretinus, & Dominus Feretanus, & alij in armis peritiſſimi. Cùm autem iam in conſpectu veniſſent nec niſi mille quingentis paſſibus diſtarent inter ſe caſtra Aretini, & ſi pauciores numero, confiſi tamen virtute ſuorum, primi flagitarunt pugnam. Nec Florentini certamen detractauerunt, ſed prælio ſe impigrè obtulerunt.

Epiſcopi belli dux, ſed infauſtus.

Cùm ergo pugna decernere ſtatuiſſet, in proxima planitie (Camaldinum incolæ locum vocant) ſeſe ex oppoſito compararunt, & acies vtrinque ſtruxerunt. Florentini prima fronte equitatum omnem, quo admodum præualebant, poſt hunc peditum robur collocarunt, extenſo longius vtroque cornu, vti, ſi opus foret, equitatum complecterentur. Scutatos verò & ſagittarios per cornua ipſa ab vtraque parte diſpoſuere. Præter has duas ſubſidiariam collocari aciem extra ordinem, vnam, ex Piſtorienſibus & aliis ſociis, quibus Curtius Donatus eques Florentinus præerat. Aretini verò eodem modo tres & ipſi acies fecerunt. Primam equites, mox aliquo interuallo pedites, inſuper extraordinariam aciem, cui Nouellus præerat comes.

Diſpoſitio acierum.

Erat inter duces exercitus populi Florentini Verius circulus, è familia nobili, & ipſe ſummis diuitiis magna prudentia, virtutiſque fama. Is cum ſuæ tribus ante ſignarios equites, qui primi hoſtem perua ſuri eſſent, legere ex officio cogeretur, ſeſe primum legit, & ſi tunc ex crure ęgrotantem inſuper filium & nepotem. Cæterorum autem neminem ſe lecturum eſſe dixit, verum qui patriā amarent, vos ſponte ſua profiteri debere. Eius viri eximium præſtantemque in temp

Verij circuli ducis Florentini factum memorabile.

a Carolus 2. Caroli 1. filius ex duce Calabriæ & Andegauenſi comite Prouinciæ etc. rex. 12. vtriuſque Siciliæ creatus eſt 7. Idus Ianua. mortuo patre ſuo A.C. 1285. coronatus Romæ in baſilica S. Petri à Nicolao Papa 4. 4. Cal. Iun. an. 1289. regnauit annos 24. m. 3. d. 28. Onuph.

A. C. 1289.

remp ublicam animum admirati ciues, plerique verecundia ducti id ſibi munus depopoſcerunt: cum prius multi, vt graue periculoſumque detrectare viderentur. ita ad cẽtum quinquaginta anteſignani equites facti, & in iis viginti ad equeſtris ordinis dignitatem tunc primum aſſumpti ſunt. Vt igitur ſonuere tubæ, & clamor ad cœlum tolli cœptus eſt: anteſignani equites, qui ab vtraque parte aciem præcedebant: concitis infeſtius equis velut procella quædã ſeſe mutuo peruaſere.

Atque primo ſtatim congreſſu tanta fuit hoſtium vis, tantuſque ardor: vt magna pars Florentinorum equitum proſterneretur. Reliqui in fugam verſi recipere ſe ad maiorem aciem coacti ſunt. Hoc igitur proſperum anteſignanorum certamen magno clamore proſecutus reliquus Aretinorum equitatus, in ipſam maiorem aciem delatus eſt: tanto quidem ardore, vt impetus eius ſuſtineri nequiuerit: pulſuſque campo Florentinus equitatus compelleretur ad peditem refugere. Ea res primò metũ, mox victoriam peperit Florentinis. Dũ enim cedẽtes perſequitur Aretinorum equitatus: peditem ſuum longè dimiſit. Itaque euenit poſt hæc, vt Aretinus nullo loco integer pugnaret: ſed alibi eques, alibi pedes cum integro hoſte congrederetur. Suſtinuit enim Florentinum equitatum acies peditum, quæ dextro ſiniſtroque cornu (vt dictum eſt) refugientem equitem complexa, ſagittis & haſtis, & omnifariam telorum genere apertis lateribus inceſſebat hoſtes. Acerrimum itaque certamen eo in loco concitatum eſt. Aretini enim in primo impetu victoriam repoſuerunt. Quare ſumma vi adnixi diſſipare Florentinorum agmen nitebantur. Sed tutabatur pedes, ad quem ſeſe equitatus receperat. Eratque fluctuatio quædam, & motus incertus prementium ſimul, & renitentium. Et iam pedeſtris Aretinorum ſuperueniebat acies, quæ relicta ab equitibus ſuis, cũ illi cedentes perſequerẽtur, nondum ſeſe pugnæ miſcuerat. ea ſi equitibus ſuis coniungeretur, inclinari ad Aretinos victoria haud dubiè videbatur.

Curtij Donati præclara oratio.

Inter hæc Curtius Donatus, qui extraordinariæ præerat aciei, intellecto ſuorum periculo: & ſi præceptum erat ſub pœna capitis, ne prælium intraret: ſed firmus maneret, qui & ipſe cum Piſtorienſibus & Lucenſibus erat tamen perniciosum ratus vltra differre: Adoriamur (inquit) commilitones hoſtium equitatum, priuſquam pedes eorum ſe immiſceat pugnæ. Neque verò me in tanto diſcrimine ciuium meorum, aut præceptum ducis, aut pœna deterret. Si enim vincimur in acie illa, morituro non vltra formidanda eſt pœna: ſi vt ſpero viſcerimus, tunc Piſtorium veniet, qui de nobis ſupplicium ſumere volet. His dictis, cum aciem concitaſſet, ex tranſuerſo hoſtem inuadit. Ab hac maximè acie parta creditur Florentinis victoria. Nam hoſtes a tergo violentius percuſſi, retro iam reſpicere coacti ſunt. Et qui primò vix egregiè reſiſtebant remiſſo hoſtium impetu in illos incubuere, & interclusus à ſuo peditatu equitatus hoſtium perfacilè opprimebatur. Nouellus comes aciem, cui præerat in auxiliũ ſuorũ non adduxit: ſed vbi impliratum vidit equitum agmen, præceps fugam arripuit.

Guidonis Nouelli fuga.

A. C. 1289.

Ar Guilielmus præſul cum ante peditum ſtaret aciem, multique ſuaderent, vt profligatis iã equitibus, ac victoria ad hoſtes inclinante, ipſe Bibiennam ſe reciperet, vitamque à periculo tutaretur, interrogaſſe dicitur, num & peditum reducere tutò poſſet. Et cum negaretur peditem ſeruari poſſe: Mors (inquit) communis, & mihi & pediti ſit. Ego quos in periculum duxi, nunquam deſtituam. Ita redintegrata pugna hoſtes acriter inuadit, nec multo poſt prælians occiditur. Poſſet iſte commendari de fortitudine, pugnando pro patria vſque ad mortem, niſi obſtaret dignitas ſua pontificalis, quæ Deo militare debet, non ſæculo pro populo bellante, orando vt Moyſes, non gladio materiali vtendo. Pedites autem nudati equitum præſidio tandem ſuperantur, ac multa cæde opprimuntur. Ceciderũt in ea pugna Aretinorum ſupra tria millia: & in iis Guilielmus præſul & Dominus Feretanus, & alij complures inſignes diuerſarum partium viri capti inſuper ad duo millia. E quibus Florentiam ligati ducti ſunt ſeptingenti quadraginta. Alij verò amicitia dimiſſi, vel per alios redempti. Dantes alagherij (alias Alepherius vel Alengerius ſiue Aligerius) poeta in quadam epiſtola ſcribit ſe in hoc prælio iuuenem fuiſſe in armis, & ab initio quidẽ pugnæ hoſtem longè ſuperiorem fuiſſe, adeo vt à Florentinis multum admodum timeretur: ad extremum victoriam partam eſſe, tantamque ſtragem inimicorum factam eſſe in eo prælio, vt pene eorum nomen ad internecionem deleretur.

Pontifex in prælio cæſus.
Exod. 17.
Dantes poeta prælio interfuit.

Conſtat autem tertio idus Iunij. i. in feſto beati Bernabæ pugnatum eſſe ad Camaldinum eademque die, eademque hora Florentiæ nunciatam eſſe victoriam. Cum enim Priores curis ac vigiliis anxij poſt meridiem ſomno indulgerent fores maiori vi pulſatæ crepuerunt, & vox feſtinantis audita. Surgite nam hoſtibus ſuperatis victoriam habuiſtis ad eam vocem cum ſe lęti extuliſſent, apertis foribus gratulabantur. It fama confeſtim per vrbem, & concurſus fit ciuium gratulantium, turbæ atria publica compleuerunt. Sed quærebatur author, & nullus extabat. Quare is rumor quaſi vanus, nulloque probatus authore, tunc quidem concidit. Nocte verò ſequenti: cùm ab exercitu veri tandem nũcij adueniſſent, modumque & tempus commiſſi prælij enarrarent: compertum eſt victoriam eſſe partam eadem illa hora: qua prioribus quieſcentibus fuerat nunciata. quod & ſi mirabile videtur, aliàs tamen contigiſſe legimus. Nec ſanè alienum eſt credere diuinum numen: qua benignitate victoriam præſtat eadem per famam ocyſſimam fauore propitio illiſipſis, quibus interfuerit nunciaſſe. Nam & Macedonico quidẽ bello Perſa rege ſuperato, pari miraculo victoriam Romæ nunciatam legimus. Et per Domitiani tempora in grandi ſuſpicione ciuitatis partam victoriam apud Germanos: eo ipſo die Romæ fama certiſſima diuulgauit. Multa ſunt præterea huiuſmodi tradita.

Bibiennã capiunt Florentini.

Florentini poſt victoriã Bibiennã capiũt & Aretio inſultant. Leon. Aret. & alij.

§. V.

FLORENTINI poſt victoriam profligatos confugientes perſecuti, Bibiennam hoſtiũ oppi-

[A.C. 1282. Mergatū in Syria à Saracenis expugnatur & obtinetur. ibid. Hic Soldanus Melechſaites dicitur]

quas auunculus ſuus Mahumeth deſtrui fecerat in regno ſuo,& repoſuit Chriſticolas in pacifico ſtatu,mandans etiam deſtrui omnia templa Saracenorum, &(quod plus eſt)expulit omnes Saracenos de regno ſuo. Fuit autem ſapiens vir & in armis ſtrenuus.

Poſtea anno Domini. 1285. menſe Maij Soldanus Ægypti cum copiis ſuis plurimis profectus eſt hoſtiliter contra ciuitatem Margoth in Syria,quæ ciuitas erat ſub Dominio hoſpitalis ſancti Ioannis,quæ etiam fortiſſima erat,& benè munita. Sed foueis & concauitatibus ſubterraneis factis poſuerunt eam ſuper ſuſtentacula quaſi ſuſpenſam. Et data ſecuritate iis,qui intus erant capitaneis,vt exirent & viderent periculum ſuum,ex eo quod fecerant:eam cum vidiſſent ſe non poſſe tueri:ſe eis tradiderunt ſaluis eorum perſonis pacto emiſſo. Sicque Saraceni vrbem eam in deditionem acceperunt.

[Tripolis à Sultano capitur & euertitur. ibid ca. 4. A.C. 1288. Hic Sultanus dicitur Alphir.]

Anno Domini. 1229. Soldanus Babyloniæ, Ægypti cum maximo exercitu equitum & peditum venit in Syriam:& obſedit ciuitatem Tripolim,quæ erat Chriſtianorum:& machinis & foueis ſubterraneis ex violentia cepit eam: occiſis plurimis Chriſtianis. Alios iuuenes mares & fœminas turpiter à Saracenis violatos in captiuitatem duxerunt : & tenuerunt in ſeruos & ancillas. Pauci euaſerunt aſcendentes nauigia, quæ erant in portu & fugientes. Ciuitatem autem illam expoliatam omni ſubſtantia quæ plena erat iocalibus,mercimoniis & aliis rebus,diruerunt vſque ad fundamenta,excepto quodam fortalitio, in quo poſuerunt Saracenos ad cuſtodiam:ne Chriſtiani poſſent ciuitatem illam reædificare.

[Iocalia ſunt ornamenta pręcioſiſſima. Fortaliciū i. arx municiſſima.]

Piſarum ſtatus magnificus.

§. VII.

[Petrus Vil.]

IN illo tempore ſecundum Chronica Florentina ciuitas Piſarum ſtatū magnificum tenebat,& in ea erant ciues potentes, & magni ſenſus & valoris ſicut in aliqua ciuitate Italiæ: ſatiſque vniti erant , & inter cæteros , erant ibi plures comites ciues ; vt comes Fatius , comes Nerius, comes Anſelmus,comes Vgolinus , iudex de Garula:& iudex Delborea:quorum quilibet tenebat ſtatum magnificum , & cum magna comitiua incedebat: Dominiumque habebant in Sardinia,in Corſica,in Delbora. Vnde magnas diuitias poſſidebant,in particulari& in repub. Domini quaſi erant maris , cum eorum nauigiis & mercantiis,& in tranſmarinis Partibus in ciuitate Acra magni habebantur,& parentelas & amicitias multas contraxerant cum ciuibus illis. Æmulationem autem habebant cum vicinis Genuenſibus propter inſulam Sardiniæ,quam Piſani acquiſierant. Et conflictum habentes pluries ſimul in mari, Genuenſes ſuperabantur à Piſanis,atque in Acra (vbi etiam Genuenſes habebant vnam ſtratam pro ſua habitatione)ſimul rixantes Piſani , eiecerunt eos de ciuitate illa,adiuti ab amicis & conſanguineis eorum: ſuccenderuntque totam illam ſtratam Genuenſium.

[Piſanorū cum Genuenſibus diſcordia in Syria Contin. Belli ſac. lib. 5. c. 5.]

Propter hæc Genuenſes armantes plures galeas venerunt vſque ad portum Piſanum contra eos,ſed in nullo territi Piſani ad bellum progreſſi ſunt. Et aſpicientes Genuenſes illos eſſe in maiori numero, & non parium virium non ſunt auſi bellum ſuſcipere,ſed reuerſi ſunt Genuani. At Piſani erecti,quaſi de victoria,cum ſuis galeis profecti ſunt in portum Genuæ emittentes vt ſagittas , quadrellos argenteos in eorum deriſionem. Poſtea nauigantes ad portum veterem vaſtauerunt loca circumiacentia. Cum autem reuerterentur:in via orta eſt tempeſtas valida in mari flantibus ventis adeo vt circa viginti quatuor ex galeis eorum fractæ ſint,ad terram vel ſaxa collidentes:pauci tamen ſubmerſi ſunt euadētes natando. Quaſi nudi tamen reuerſi ſunt Piſas. Vnde planctus magnus factus eſt in ciuitate dubitantibus omnibus de morte ſuorum amicorum,& attinentium in bello. Quod æſtimatum fuit quaſi præſagium malorum eis in futurum contingentium.

[A.C. 1282. Piſanorū naufragium. Vide infrà hæc aiala. §. 15.]

Carolus princeps Salernitanus in Italiam venit. Blondus dec. 7. lib. 8. Aemy. lib. 7.

§. VIII.

AD Siciliam reflectendo ſtylum Ablato Siciliæ regno , vt dictum eſt à Carolo per Petrum regem Aragonū , Anno Domini. 1282. Carolus ſecundus princeps Salernitanus , & primogenitus Caroli auunculi Philippi regis Francorum(cui collatum fuerat regnum Siciliç ab eccleſia)vocatus ex prouincia à patre , tranſiens per Florentiam cum multis militibus & baronibus,& cū comite Alenconij fratre etiam Philippi regis Franciæ , (quem cum multis copiis rex Franciæ miſit in adiutorium ad recuperandam Siciliam)multum honorificè receptus eſt,& ibi tres mites fecit de Buondelmontibus. Et poſt paucos dies profectus eſt ad vrbē vbi pater Carolus erat cum ſuis gentibus. Ibique in publico conſiſtorio quærelam poſuit coram Papa Martino quarto,& cardinalibus de proditione,& vſurpatione Siciliæ ſibi facta per regem Aragonum Petrum,petens ſibi iuſtitiam adminiſtrari,paratus hoc probare,ſcilicet iuſtitiam,per duellum cum ipſo rege Aragonum. Rex autem Aragonum per ſuos oratores excuſationem ſuam fecit coram Papa de proditione, ſe iuſto titulo Siciliam dicens recepiſſe, paratumque ſe ad duellum ſuſcipiendum pro ſuo iure oſtendendo. Et in hoc conuenerunt ſub iure iurando,quòd in loco communi videlicet Burdegalç(quç ciuitas eſt in Vaſconia ſub cuſtodia Seneſcali regis Anglorum) rex Carolus & rex Petrus certa die ſtatuta ibi adeſſent , quilibet cū cētū militibus fortioribus duellū peracturi, cum hac videlicet conditione & pactis , vt qui victor exiſteret,illi regnum Siciliæ quietè & pacificè traderetur cum conſenſu eccleſiæ, victus verò proditor haberetur ab omnibus:atque omni nuncupatione regij nominis , & dignitate priuaretur.

[Carolus rex apud Pontificē conquæritur de rege Arragonum.]

Ex vtraque parte multi affecti ad reges ſuos confidentes de viribus eorum,ſe obtulerunt ad bellum ſeu duellum illud ex Francigenis, Prouincialibus,Florentinis,& aliis Italicis pro Carolo:econtrario plurimi pro rege Aragonum, ex Cathalanis,Hiſpanis,Alemannis , & Italicis

[Pacta inter Carolum & Petrum inita. Petrus Tarraconenſis & Carolus rex ſe ad certamen præparant.]

Gibel

A.C. 1283.

Gibellinis.His peractis ad exequendum, quod A Decretum fuerat et conuentum rex Aragonum dimiſit filium ſuum ſecundo genitum Dominū Iacobum dictum in Sicilia vt regem & ipſe pro fectus eſt in Cathaloniam, vt tempore ſtatuto Burdegalam paratus adueniret. Sed & rex Carolus dimiſſo loco ſui filio ſuo Carolo, principe Salerni ad gubernationem regni de curia recedens,& Florentia tranſiens, & milites ibi octo faciens,deinde per Lucam apud Mutronem in ſexdecim galeis armatis recollegit copias ſuas,& nauigauit Maſſiliam,poſtea in Franciam B demum applicuit Burdegalam.

Petrus Terraconenſis cur pactis acquieuerit.

Dictum autem fuit,& à multis opinatum [illegible] Aragonum ex magna aſtutia & ſagacitate duello illi acquieuit hac de cauſa, vt Carolus,inde recedens non proficiſceretur hoſtiliter cum exercitibus ſuis contra Siculos cum pecuniis non abundans non poſſet reſiſtere multitudini & viribus Caroli: timens etiam reuolutionem Siculorum à ſe propter nouitatē dominij:& vexationem eorum. Egreſſus ergo Carolus de ciuitate Pariſienſi aſſociatus à Philippo rege Franciæ cum tribus millibus mili- C tum vſque ad vnam dietam prope Burdegalam ibi requieuit cum copiis ſuis.Et Carolus cum centum militibus optimè armatis die determinata ſe præſentauerunt in equis parati ad bellum menſe Iunij.Anno Domini. 1283. Et tota die expectauit cum ſuis in campo vſque ad ſero aduentum regis Aragonum. Qui non comparuit.Bene dictum fuit,quòd rex Aragonum ſero illo ſe præſentauit coram Mareſcalo in habitu transformato,vt non agnoſceretur ab aliis, vt dicere poſſet ob reuerentiam ſacramenti ſe cōparuiſſe,& paratum fuiſſe ad præliandum con- D tra eum.Et prima die, in qua receſſit rex Aragonum dicitur equitaſſe nonaginta miliaria timens detineri à quoquam.Rex autem Carolus inuenit ſe illuſum ab illo,propter quod & Philippus turbatus eſt valdè contra ipſum regem Aragonum.

Carolus ſeſe offert ad duellū contra Petrum, qui non comparet.

Martinus autem Papa hæc audiens, vt contra periutum,proditorem, & vſurpatorem bonorum eccleſię,de conſilio cardinalium fulminauit ſententiam excommunicationis contra regem Aragonum:deponens eum & priuans etiam regno Aragonum, & omni honore,& di- E gnitate,ac etiam anathematizauis omnes,qui ei obedirent,aut eum regem nuncuparent. Ille autem, vt illuſor cenſuræ, ſe nominari fecit Petrum militem de Rabona, patrem duorum regnorum & Dominum maris.Martinus quoque Papa priuilegium dedit regni Aragoniæ Caroſo comiti de nalés ſecundo genito Philippi regis Franciæ.Et deſtinauit vnum cardinalem in Franciam ad confirmandam dictam electionem ſeu collationem regni Aragoniæ præfato Carolo,& ad prędicandum crucem & indulgentiam plenariam concedendam cunctibus in bellum contra regem Aragonum,& terras eius.Et Ca- F rolus rex diſpenſante Martino Papa dedit Carolo filio Philippi regis Franciæ comiti de nales neptem ſuam ſcilicet filiam filij ſui Caroli, & nominati principis Salernitani, & in dotem dedit ei comitatum Andegauiæ,ad hoc,vt ipſe Carolus cum patre ſuo Philippo rege Franciæ efficacius & feruentius ageret contra regem Aragonum.

Andegauenſis comitatus regis filio traditur.

Admirardi regis Aragonum contra Caroli filium pugna. Aemyl. ibid.Blond.lib.8.dec.2.

§. IX.

ANNO autem ſequenti,ſcilicet 1284.menſe iunij Dominus Rogerius de Loria Admiraldus regis Aragonum venit de Sicilia in principatum regni cum quadraginta quinque in parte galeis:in parte aliis lignis armatus, inferendo non modica damna gentibus regis Caroli,ſagittas emittendo in ciuitatem,&inuitando illos ad bellum.Et totum hoc faciebat, vt traheret eos ad bellum non cautos,& improuiſos antequam Carolus rex cum ſuis copiis applicaret ad regnum.Erat enim dictus Dominus Rogerius Admiraldus peritiſſimus,& experientiſſimus in bello nauali ſupra omnes, qui eſſent tempore ſuo.Accidit autem Dei permiſſu,quòd Carolus princeps,Neapoli tunc reſidens, cernens tantam iniuriam, vt iuuenis ira accenſus ad vindicandum ſeu propulſandam iniuriam, cum Francis,Prouincialibus, & regnicolis galeas ſuas aſcendit ſine debita prouiſione & ordine,& in hoc etiam tranſgrediens paternum præceptum. Mandauerat enim ei Carolus rex, vt cum nullo bellum ſuſciperet ante ſui reuerſionem.Is igitur cum triginta ſex galeis & aliis lignis proceſſit in bellum,contra Dominum Rogerium,& ſuos ſupra Neapolim.Cautos autem fecerat,& mandauerat dictus Rogerius, vt ſolum intenderent ad bellandum contra galeas, vbi princeps Carolus erat: & ibi omnem vim facerent,nec fugientes alios inſequerentur. Facto igitur congreſſu,& inito conflictu ad inuicem galeæ ſubbrentinæ aufugerunt,& in parte illæ de principatu.Remanente igitur principe, cum medietate ſuarum gentium: totum belli pondus incubuit ſuper eum. Et cum barones & milites, qui erant cum eo parum eſſent experti in præliis maritimis; demum ſuperati fuerunt,captis nouem ex galeis eorum:ac etiam principe cum multis baronibus ſuis. Qui omnes captiui ducti ſunt in Siciliam,& carceribus mancipati in ciuitate Meſſana.

Regnicolæ ſunt regni Neapolitani incolę.

Carolus iunior capitur ab Aragone.

Die ſequenti poſt dictam capturam rex Carolus Caietam applicuit cum quinquaginta & quinque galeis armatis, & nauibus tribus magnis,oneratis baronibus,militibus,equis,& armis.Et audita debellatione ſuorum, & captura filij valdè doluit.Conſiderans autem modicam fidelitatem hominum regni:& intelligens inſuper Neapolitanos declinare velle dominium eius:& aliquos iam clamare per ciuitatem moriatur rex Carolus,& viuat Rogerius de Loria, ſubitò profectus eſt Neapolim. Et illuc applicans noluit in portu deſcendere,ſed ſuper conuentum Carmelitarum deſcendit: intendens igni totam exponere ciuitatem propter rumores illos in ciuitate factos contra ipſum Carolum,Sed Dominus cardinalis legatus occurrit cum quibuſdam honeſtis ciuibus Neapolitanis cum rogantes,vt parceret ciuiati:cùm multi ibi eſſent innocentes in tali exceſſu.Ad preces igitur

Carolus regni Neapolim volens exponere deterretur.

A.C. 1283.

A.C. 1284.

tur legati rex ciuitati ſuccendendæ pepercit, ſuſpenſis tamen ex illis centum & quinquaginta qui fortè magis deliquerant. Pacata autẽ ciuitate, rex fecit componi & armari alias galeas ita quòd cum prioribus erant numero ſeptuaginta quinque, & miſit illas contra Meſſanam. Ipſe autem rex per terram perrexit Brunduſiũ, vbi ordinari fecerat & alias plures galeas. Simulque adunatæ cùm aliis prioribus Cótonæ in Calabria repertę ſunt cẽtũ & viginti galeę, vel alia lignamina armata cum aliis etiam lignis.

Regis Arag. unum aſtutia.

Interea miſerat Papa Martinus Conradum Cardinalem præfatum, & alium etiam Cardinalem in Siciliam, ad ponendum concordiam inter Carolum regem, & regem Aragonum: & procurandum liberationem principis filij Caroli. Rex autem Aragonum aſtutè cardinales tenebat in verbis: nihilque de pace procurare valuerunt. Carolus autem, quia non ſufficienter erat prouiſum de victualibus & aliis tantę multitudini: & ſuperueniebat autumnus, tempus contrarium ad ſuſtinendum in mari tantas copias: & de conſilio ſuorum reuerſus eſt Brunduſium: & reduci fecit omnia ligna & dear mare ac protunc quieſcere vſque ad tempus veris. Reuerſusque eſt Carolus Neapolim ad prouidendum ſibi interea de pecuniis & aliis opportunis. Exinde perrexit Brunduſium ad ſolicitandum negotium. Sed adueniens in Apuliam apud Foggiam infirmatus eſt grauiter: vt creditur prę dolore preſſus valdè tanti ſui infortunij. Demum ad extrema deductus cum magna deuotione ſumptis eccleſiaſticis ſacramentis ſeptimo Ianuarij Deo reddidit ſpiritum. Cuius corpus delatum Neapolim, honorificè ſepultum eſt in eccleſia archiepiſcopali. Valdè ſtrenuus fuit hic Carolus in armis, & egregius, longè tamen belli artibus, quàm pacis inſignior. Res quidem, à ſe præclarè armis geſtas impunita ſuorum licentia in pace fœdauit, atque nimio deſpectu ad rebelliõnẽ coegit. Duabus prçcipuè in Italia victoriis eſt auctus, ſcilicet contra Manfredum & Conradinum: ſed vtraſq; ſecutæ rebelliones minus eſſe lætas permiſerunt.

Moritur Carolus rex Siciliæ A.C. 1285.

Eòdem anno dicti cardinales cum non potuiſſent regem Aragonũ ad aliquid pacis inducere receſſerunt de Sicilia, aggrauãtes cenſuras eccleſiæ contra ipſum & Siculos. Propter quod irati cum audiſſent de morte Caroli regis Meſſanæ furore repleti acceſſerũt ad carcerẽ vbi erant Francigenę detenti ad interficiendũ eos. Illis autem viriliter ſe defendẽtibus, poſuerũt ignem ad carceres, & crudeliter combuſſerunt eos.

Galli in Sicilia capti comburũtur ſanè crudeliter.

Poſt hæc omnes ciuitates Siciliæ fecerũt ſyndicos ſuos, & conuenientes in vnum tractabant quid agendum foret de Carolo principe filio Caroli, quem captiuum tenebant: & concordi ſententia decernebant eum decapitandum, ſicut Rex pater ſuus decapitauerat Conradinum. Sed, vt placuit Deo, cum regina Conſtantia vxor Petri regis Aragonum tunc eſſet in Sicilia vt prudens fœmina, animaduertens quantum periculi immineret marito ſuo & filiis ex tali morte: dixit ſyndicis illis & conſiliariis, quòd non erat decens, vt ad eorum iudicium & ſententiam, ſine aſſenſu, & voluntate Domini eorum regis Aragonum occideretur ille. Sed expediens magis erat, vt dictus princeps mitteretur ad dictum Petrum regem Aragonum in Cathaloniam, & ipſe de hoc diſponeret ad placitum ſuum: & ita ſeruatum fuit. Præterea venit, de Francia in regnum Robertus comes Artenſis, & cuſtos & defenſor regni, conſobrinus dicti Caroli mortui, cum multis militibus Franciæ, & cum principiſſa vxore ſcilicet Caroli captiuati, & cum filio eius nomine Carolo Martello ætatis annorum tredecim vel circa.

Conſtantia Carolũ morte liberat.

A.C. 1284.

Ex Carolo autem primo rege non remanſit alius hæres, niſi princeps Salernitanus dictus Carolus ſecundus, qui tunc captus detinebatur. Hic erat pulcher corpore & hominibus gratioſus. Et viuente patre, & etiam poſt mortem habuit plures filios ex vxore ſua principiſſa filia & hærede regis Vngariæ. Primus ergo filius eius eſt Carolus Martellus, qui poſtea fuit rex Vngariæ. Secundus dictus eſt Aloiſius ſeu Ludouicus, qui habitum ſuſcipiens ordinis Minorum poſtea factus eſt epiſcopus Toloſanus, & canonizatus poſt mortem. Tertius fuit Robertus dux Calabriæ. Quartus Philippus princeps Tarentinus. Quintus Raimundus Berengarius qui comes debebat fieri Prouinciæ. Sextus Dominus Ioannes princeps Moreæ. Septimus Dominus Petrus comes.

Caroli ſecundi ſoboles.

De S. Ludouico infrà tit. 24. cap. 4.

Præfatus autem Carolus princeps, qui captus detinebatur à rege Aragonum poſt quatuor annos ſuæ captiuitatis: anno ſcilicet Domini. 1287. liberatus fuit à dicta captiuitate ad hoc operante & procurante Eduardo rege Angliæ: cum hoc pacto, quod promiſit regi Aragonum Alphonſo iuxta poſſe ſuum dare operam, quòd Dominus Carolus de Ualeſ germanus regis Franciæ renunciaret cum aſſenſu & voluntate papæ priuilegio & iuri regni Aragoniæ, quod ei conceſſerat eccleſia tempore Martini Papæ. Quod ſi non obtineret, promiſit & iurauit ſe rediturum in carcerem regis Aragonum cũ intra tres annos à die liberationis ſuæ computandos hoc non fieret. Et ad confirmationem prędictorum dimiſit dictus Carolus rex tres ex ſuis filiis ſcilicet Robertum, Raimundum, & Ioannem obſides, & quinquaginta milites ſuos ſtrenuos prouinciales. Et pro redemptione inſuper dedit triginta millia marcarum in carlenis. Sicque dimiſſus liber Carolus ſecundus perrexit in Franciam ad dandum operam efficacem, vt dictus Carolus de Ualeſ germanus regis Franciæ renunciaret regno Aragonum ſibi dato ab eccleſia, ſed nequiuit illud obtinere.

Rex Carolus liberatur à carcere regis aragonũ.

a *His etiam addit Onup. Ioannem alium clericum, qui iuuenis obiit, & Triſtanum, qui obiit infans.*

b *Prouinciales noſtri Phorenſes eum precibus D. Magdalenæ, quam ipſe ſingulari honore proſequebatur, liberatum fuiſſe idſigni quodam miraculo prædicant: in cuius rei memoriam inſigne ab eo monaſteriũ dominicanorum familiæ ab eo conſtructum & fundatum prope aquas ſextias apud S. Maximini phanum aſſerunt.*

Philippi regis Franciæ motus in Petrum Terraconenſem Aragonię regem. Aemyl. lib. 7.

§. X.

ANNO Domini 1285. in principio quaſi anni, Philippus rex Franciæ filius ſancti Ludouici

A.C. 1285.

Ludouici regis, valdè animo accenſus contra Petrum regem Aragonum: propter ea, quæ egerat erga auunculum ſuum Carolum regem, & ad requiſitionem Martini Papæ & Romanæ eccleſiæ, congregato maximo exercitu Tholoſæ ſcilicet viginti millium militum equitum & octoginta millium peditum cruce ſignatorum de diuerſis nationibus Frácigenis, Prouincialibus, Alemannis & aliis, & cum magno theſauro præparato ex Francia, profectus eſt cum duobus filiis ſuis ſcilicet Philippo & Carolo & cum domino Geruaſio cardinali legato papæ in Narboná, vt inde tranſiret in Cathaloniam ad accipiendum regnum illud. B Et Carolus ſecundo genitus Philippi prædicti, cui iam collatum fuerat per priuilegium ab eccleſia regnum Aragóniæ interea procurauerat armari centũ & viginti partim galeas & ex parte alia ligna. Et ſe coniunxerat cum Iacobo rege Maioricarum, germano, ſed inimico Petri regis Aragonum. Ideo inimico, quia ſibi fecerat auferri dictam inſulam Maioricæ Alphonſus, primogenitus ipſius petri Aragonenſis regis, & ſe in eo regno coronari.

Capit comitatum Roſcinonenſem.

Ruſcinonenſi.

Menſe ergo Maij dicti anni dictus exercitus regis Philippi applicuit Perpignanum, & in comitatu Ruſcignonenſis quamdã ciuitatem, quæ C ſe rebellauerat regi Maioricæ, & ſe ſubmiſerat dominio regis Aragonum, quæ vocabatur Ioanne, obſedit rex Franciæ, cum copiis ſuis & per vim captam deſtruxerunt: & in ore gladij omnes habitatores eius cuiuſcunque etatis & ſexus interimerunt. Nec euaſit ex ea niſi quidam illegitimus filius nobilis Roſcinonenſis cuiuſdam cum paucis: qui ſe confutantes in quodam nolario, demum & ipſi ſe tradiderunt regi.

Hanc Genuam vocat Aemyl.

Inde progreſſus exercitus peruenit ad radices montium altiſſimorum, qui ſunt in confinibus Cathaloniæ. Rex autem Aragonum Petrus intelligens tam validum exercitum contra ſe venientem, nec ſe poſſe reſiſtere: D nunquam voluit exire ad bellum cum exercitu Philippi; ſed ſolùm intendebat defenſioni ſuæ ad cuſtodiendum paſſus arctos, & difficiles ad impediendum tranſitum hoſtium. Munierat autem & fortificauerat locum, per quem eſt communis tranſitus & vſitatus per montes illos. Et ipſe perſonaliter aderat ad cuſtodiam dicti tráſitus, pluribuſque diebus ibi bellando cum hoſtibus aditum inde habere non poterant. Sed de conſilio prædicti illegitimi filij nobilis Roſcinonenſis de quo ſupra, rex Philippus fecit quaſi totam gentem ſuam armari, tanquam vi vellet expugnare E dictum locum, & tranſitum liberum habere. Ipſe autem rex cum pluribus aliis conducente & dirigente dicto illegitimo, per aliam viam inſolitam, & valdè aſperam montes aſcendit: & quia eſt talis via plena ſpinis & lapidibus

Nobriſſ. i. tertia templi.

Petrus nõ audet cũ Philippo certare.

a *Ex Paulo Aemilio cauſam tantæ ſæuitiæ Francorum licet animaduertere: Cùm enim obſeſſi deditionem poſt triduum ſeſe facturos eſſe fuiſſent polliciti, Franciq́ue deditionis ſpe impetum obſidionis remiſiſſent, oppidani interea Petrum rem in ſummum diſcrimen adductam eſſe edocere primo nuncio, deinde fumo ex editiſſima oppidi turri tentauerunt. Itaque Franci cognita fraude tridui petiti, apparatum omnem proferunt, admouentq́ue & puncto prope temporis oppidum capiunt. hæc ille.*

A.C. 1285.

ideo rex Aragonum ibi cuſtodiam non poſuerat. Cum multo autem labore & deſtructione equorum peruenit rex cum ſuis ad cacumen montium. Quod cum perpendiſſet rex Aragonum: dimiſit tranſitum illum liberum, ex quo iam rex aſcenderat, & recedens cum ſuis ibi dimiſit tẽtoria ſua, & quæ ibi habebat. Quo facto omnes Gallici tranſierunt liberè per dictum locum ſine difficultate: & coniunxerunt ſe cum copiis regis Philippi.

Rex Philippus cacumen arduum mõtis ſuperat

Deſcendentes autem omnes in campeſtria Cathaloniæ, ceperunt quam citiſſimè plures ciuitates comitatus Eporitan. Claſſem porrò B ſuam rex oneratam hominibus belligeris & victualibus, & aliis opportunis paratam in Aquiſmortuis in prouincia conduci fecit ad portum Roſes. Ipſe autem rex cum ſuis obſedit ciuitatem Gironæ optimè munitam, & benè prouiſam armigeris, vbi & capitaneus & cuſtos erat dominus Raimundus de Carmona cum electis ſociis. Incenderunt autem ſuburbia ciuitatis. Obſeſſi autem viriliter dimicantes multa damna inferebant exercitui hoſtium: Rex autem Philippus iurauit ſe inde non receſſurum, quouſq́ue ciuitatem illam obtinere. Verùm ex diuturnitate obſidionis cœpit exercitus tædio C multo affici, & aliqui recedere: tum ex fœtore multorum cadauerum ibi exiſtenium, tum ex nimio calore: propter quę ibi ſunt ortæ muſcæ & tabani innumerabiles punctiones inferentes quaſi venenoſas, homines & equos vſque ad mortem affligentes, & ex hoc aëre corrupto peſtis inchoata eſt plurimos inficiens & nonnullos interimens. Cùm autem permanerent in obſidione, & ſic cum multo grauamine Gironæ, victualia rex Franciæ deferri faciebat in caſtra ſua à nauibus ſuis, quæ erant in portu Roſes diſtantes ab ipſis caſtris per quatuor miliaria. Rex autem Aragoniæ Petrus conabatur impe- D dire quantum poterat delationem dictorum victualium. Vnde & vectores cum magna ſcorta aſſociabantur.

Girona quã Gerũdam vocat Æmyl. obſidet.

Inſectum quod Tabanũ Di. Ant. nominat græci οἶστρον latini aſilũ vocant vt tradit Virg. 3. Geor.

In vigilia autem aſſumptionis virginis glorioſę, rex Aragonum, poſuit ſe in inſidiis cum quingentis militibus expertiſſimis in bello & cum duobus millibus peditum, vt caperent victualia, quæ deferebantur vnà cum ſcorta ſua: cum etiam intellexiſſet, quòd multa pecunia per eos portabatur pro ſolutione ſtipendij facienda armigeris. Relatum fuit hoc per quemdam exploratorem domino Raul de Raſi, & E domino Ioanni ſeneſcallo regis Franciæ. Inierunt ergo conſilium cum ſuis de modo congrediendi cum eis ad ſuperandum eos. Et quia conſiderabant, quòd ſi in magna multitudine egrederentur ad eos: rex Aragonum perpendens illos ſuperiores viribus, declinaret certamen, ſicut aliàs fecerat in ſimili caſu: dixit dominus Raul præfatus, vt benè expertus. Si volumus eum trahere ad bellũ, oportet quòd eamus cum paucis ſed robuſtiſſimis, & cum ipſe viderit nos paucos numero: exiſtimans contra nos F prævalere propter maiorem multitudinem ſuorum: egredietur in bellum. Et ſic fuit impletum. Electis ergo trecentis ex fortiſſimis exercitus profecti ſunt ad locum inſidiarum. Rex verò Aragonum aſpiciens multò plures ſuos eſſe: dimiſſis peditibus ſubitò proceſſit ad pugnam,

Scorta vox Italica præſidiũ militum.

Raimũdi magiſtri equitũ de certamine ſententia.

A C 1285.

Et quia ex vtraque parte erant ſtrenui viri in armis: durum fuit prælium & aſperum. Demum domino concedente, Gallici cum paucis præualentes, debellauerunt Aragonenſes: & rex vulneratus eſt grauiter in facie lancea hoſtis. Sed & detinebatur ab alio per frænum equi ſui. Ille verò enſe ſuo incidit habenas & calcaribus vrgens equum aufugit cùm ſuis, ibique occiſi ſunt ex Aragonenſibus circa centum. Rex autem ſic vulneratus reuerſus eſt ad Villam Francam. Et quia diligentem curã non adhibuit ad ſanandum vulnus, mortuus eſt ex eo. Aliis tamen referentibus, quòd quia cognouit carnaliter mulierem antè vulnus ſanatum, hinc mortem incurrit. Tranſlatum eſt autem corpus eius Barchinonem: vbi honorificè ſepultus eſt. Ante mortem tamen ſuum condidit teſtamentum, mandans quòd inſula Maioricæ reſtitueretur fratri ſuo. Regnum autem Aragoniæ legauit primo genito ſuo Alphonſo, & Iacobum ſecundo genitum ſuum inſtituit regem Siciliæ. Et quia non multò poſt Alphonſis primogenitus diem clauſit extremum, ſucceſſit in regno Aragoniæ frater ſcilicet Iacobus præfatus.

Gallorum de Aragonius victoria.

Iacobus rex Aragonum.

Continuatio obſidionis Girondę, & eiuſdem deditio. Aemyl.

§. XI.

REx autem Franciæ Philippus audita victoria ſuorum contra Aragonenſes, & regis graui vulnere, magis animatus durius inſiſtebat impugnationi Gironæ? Sed ciues ipſius & belligeri, cum deficerent eis victualia; nec ſpem haberent ſuccurſus: infirmato rege grauiter ex vulnere, ſe regi Franciæ ſubmiſerunt cùm pacto vt perſonæ eorum ſaluę forent, & quicquid poſſent inde ſecum ferre, tranſportarent. Capta igitur Girona: rex de victualibus prouidit, & muniuit de gentibus ſuis. Poſt hæc rex Philippus inito conſilio cum ſuis decreuit redire ad hyemandum in partibus Toloſanis. Pars autem claſſis ſuæ de portu Roſes in Cathalonia recedens reuerſa erat in Prouinciam.

Accidit autem, quòd diebus illis dominus Rogerius Admiraldus regis Aragonum de Sicilia venerat in Cathaloniam, cum quadragintaquinque galeis in adiutorium regis ſui. Qui percipiens, quòd magna pars claſſis Francorum adhuc erat in portu Roſes, non tamen tota, cum vt dictum eſt, alia pars iam receſſiſſet, præfatus Rogerius de Loriá cum galeis ſuis aggreſſus eſt pugnare contra claſſem regis Franciæ: Et cum adiutorio hominum de Roſes, qui à domino Francorum recedentes Siculis adhæſerant, ipſos Francigenas ſuperauerunt, & partem nauium ſuarum cõbuſſerunt: multos etiam ex his captiuos fecerunt: & cum ipſis Admiraldum regis Franciæ dominum Inghiranum (aliàs Enguerranum) Et quamuis ad illum portum Roſes accederet Seneſcallus regis Fráciæ cùm multis copiis equitũ & peditum, parũ tamen vel nihil valuerunt iuuare bello nauali, quod erat in mari, ſed videntes capta nauigia ignem miſerunt in ciuitatem & portũ Roſes, reuertẽtes ad ſuos.

Franci vebẽtes portũ Roſes cõburunt.

Rex Philippus cernens claſſem ſuam incenſam, ex qua deferebantur ſibi victualia triſtitia

A abſorptus infirmitatem incurrit grauem: propter quod, & propter defectum victualium decreuerunt barones, & conſiliarij regis redire Toloſam. Et iter aſſumentes, ac ſecum deferentes regem infirmum in feretro ſatis inordinatè incedentes cum perueniſſent ad locum illum difficilem tranſitum, vbi eſt clauſura montium, Aragonenſes & Cathalani, qui ibi erant ad cuſtodiam, voluerunt impedire tranſitum eorum: qui regem deferebant. Sed Gallici nimis ſuper hoc turbati, bellum contra eos, qui capere tentabãt, B feretrum cum rege, inire, vt deſperati. Et deinde ſuperauerunt eos, & expulerunt de loco illo interfectis tamen prius multis ex illis Gallicis, & aliis captis ex peditibus, multa etiam ſubſtantia eorum ibi ablata.

A C. 1285. Philippus rex morbo labo...

Fráci Aragonæ necrũ ſuperãt.

Poſt receſſum autem eorum de Cathalonia ciuitatem Gironam rex Aragonum in deditionem accepit. Et cum applicuiſſent Gallici cum rege ſuo Perpignanum, inualeſcente infirmitate rex Philippus de hac luce migrauit. Maria autẽ, vxor eius cũ filiis ſuis Philippo & Carolo, & reliqua familia ſua, poſt ingentem luctum deferri C fecerunt corpus regis Pariſios, & honorificè ſepeliri in eccleſia ſancti Dioniſij cum patribus ſuis. Dicitur autem, quòd in bello iſto contra Aragonenſes rex Franciæ plus amiſit hominum, equorum, & theſaurorum ſuorum quàm in aliis pręliis longè retroactis temporibus, adeo quòd in magnis debitis ipſe cum principibus ſuis poſt multum temporis remanſerunt. Poſt hæc Philippus primogenitus regis Philippi defuncti coronatus eſt rex Franciæ Remis in die Epiphaniæ cum vxore ſua Ioanna filia regis Nauarræ.

Philippi regis mors Pridie nonas Octo. A.C. 1285.

D Vbi aduertendum quod intra vnum annum ſcilicet 1285. ex hoc ſæculo tranſierunt quatuor magni domini ſcilicet dominus Martinus papa quartus, Dominus Carolus primus rex Siciliæ & Apuliæ Rex Aragonum Petrus & Philippus rex Franciæ. Et ſic tranſit gloria mundi, vt apparet, quia omnis gloria eius quaſi flos fœni. Fuit autem Philippus iſte magni animi, & plura ardua aggreſſus eſt. Primo contra regem Hiſpaniæ in prælium pergens; ſecundò contra comitem de Foes: tertiò contra regem Aragonum cum maxima potentia. Sed iam, reuertamur ad E geſta Italiæ poſt ea, quæ ſuprà retulimus de Florentinis, Lucenſibus, Genuenſibus, & Piſanis in anno domini. 1283.

Philippus 5. aliàs 4. dictus pulcher Francorũ rex A.C. 1286.

Florentinorum in feſto D. Ioannis luxus & vanitas. Ioan. Vil.

§. XII.

AD annum domini 1283. redeundo, vt proſequamur de Florentinis, & aliis Italię ciuitatibus, Cũ ciuitas Florentina pace & quiete gauderet, cum magnis lucris mercatorum, & artificum eius, Guelphis dominantibus in ciuitate, prodiit ex adipe iniquitas eorum vanitatis F & prodigalitatis. Nam feſtum mundiale, in ſolennitate Ioannis baptiſtæ fecerunt in menſe Iunij in vicinia ſancti Fœlicis vltra Arnum, incipientibus illis de familia Rubeorum. Societas autem in hoc cõiuncta erat mille hominũ, qui omnes induti albis fecerunt ſibi vnum tanquam dominum, inſiſtentes ludis, tripudiis & variis ſolatiis, cum mulieribus, & militibus, & popularibus diſcur-

A.C. 1285.

diſcurrentibus per vrbem, cum tubis & vniuerſo genere muſicorum, conuiuia peragentes magnifica in prandiis & cœnis. Et volante fama huius feſti & gaudij mundialis, quod durauit per duos menſes aut prope concurrerunt multi nobiles & de diuerſis curiis ioculatores: quibus omnibus abundanter prouidebatur. In magna fœlicitate temporali tunc ciuitas exultabat, erantque in ea plurimi milites, & multi diuites præparantes menſas plenas diuitiis aduenantibus.

Ioculatores mimi ſunt & hiſtriones.

Sed proſperitas ſtultorum interficiet eos. Nã anno ſequenti facta eſt diuiſio inter magnates & populares, & ſecutæ ſunt partialitates inter [a] Albos & Nigros. Nec impunitus tranſiuit tantus luxus: ſed menſe Aprilis anno. 1284. quaſi apertę eſſent cataractæ cœli: deſcenderunt pluuiæ de cœlo tam copioſæ & continuæ quod fluuius Arnus excreſcẽs nimis, & exuberans per latera ſua in ciuitatẽ diffuſus eſt, & collis, qui dicebatur de magnolis, & erat ſub eccleſia ſancti Gregorij, commotus ex inundantia aquarum fuit vſque ad fluuium Arnum deſcendẽs, vnde quinquaginta domus quæ erãt in dicto colle dirutæ ſunt, & multi homines perierunt.

De bello Piſanorum contra Genuenſes. Blon. lib. 7.

§. XIII.

GENVENSIBVS & Piſanis adinuicẽ ſibi aduerſantibus, anno domini. 1283. menſe Iunij, cum ex inſula Sardiniæ quinque naues magnæ, plenæ & oneratæ mercantiis, & argento Sardinico & quinque Galeæ Piſanorum deducerentur ad portum Piſanum, Genuenſes hoc preſentiẽtes armauerũt viginti quinque galeas quarum Admiraldus & director erat dominus Genuenſium. Et obuiauerunt eis, bellum mouentes contra eos. Et poſt grauem conflictum Genuenſes ſuperauerunt Piſanos: & capientes naues duxerunt Genuam, cum mille quingentis ex Piſanis & aliis captiuatis. Valor autem mercantiarũ & argenti, quod erat in illis nauibus, dicitur fuiſſe centum & viginti millium aureorum. Multum inde Piſani damnum paſſi ſunt.

Mercãtiæ merces vocat.

Non ſatiatis adhuc Genuẽſibus damnis Piſanorum, cecidit ſuper eos aliud iudicium Dei. Nam cùm menſe Aprilis ſequentis mitterent in inſulam Sardiniæ, comitem Fatium, eorum ciuem cum triginta galeis, & vna naui ma-

a *De his Florentinorũ factionibus infrà cap. 8. §. 13. pluribus agitur. hæ autem anno Chriſti 1300. inceperunt. de quibus ſic ſcribit Blondus lib. 9. dec. 2. In vrbe Piſtoria ſicut olim Guelpharum Gibellinarumque partium, ſic & noua alterius peſtis anno Iubilei initium fuit. Cancellarij gens ditiſſima, & numero multiplicata nimiò, quod apes faciunt emiſſo examine, eſt diuiſa: nec id paci ſua, ſed per ſanguinem & vulnera, clientibus vtrinque & Piſtorienſi populo, vt erat affectio concurrentibus, & vt actos ſcelere nomen quoque oſtenderet Albos vnam, alteram partem Nigros placuit appellari, creſcenſque in dies malum Florentini ſedare intendentes, ſeipſos infectum fœdatúmque iuerunt. hæc ille.*

A gna, Genuenſes obuiantes eis cum trigintaquinque galeis prælium inierunt contra eos nauale: & poſt durum certamen (vnde occiſi ſunt plurimi ex vtraque parte) demum Genuenſes victoria potiti ſunt capto comite Fatio, & aliis nobiliſſimis Piſanis ac etiam parte dimidia galearum, quæ omnia Genuam conduxerunt. Piſani, vt animoſi, non ferentes tantas iniurias, & damna eis illata, omnino decreuerunt vindictam de his ſumere. Et adhibito omni conatu ſuo armarunt de ſuis & Tuſcis ſtipen-
B diariis mercede conductis ducentas galeas, & proceſſerunt menſe Iulij vſque in portum Genuenſium, vbi ſe firmantes, ſagittas emittebant intra ciuitatem in vilipendium eorum, & ceperunt barcas & alia ligna, quę inuenerunt, & prædam fecerunt per littus Genuæ, & damna, quæ valuerunt intulerunt cum magna pompa ſe habentes, & inuitantes ad bellum Genuenſes. Qui vt prudentes cum non eſſent proiuſi et ordinati, quia galeas eorum dearmauerant, non acceptauerunt, ſed reſponſione audaci & virili excuſationem fecerunt ſuam: dicentes, quia bellando
C cum eis qui erant improuiſi, etiam ſi vincerent, non eſſet eis ad honorem talis victoria, nec ſatis ſe vindicaſſent: ſed reuerterentur ad portum proprium, et ipſi ſine dilatione ſe præpararẽt, et poſtea ad eos videndos accederent: et domini forent belli, & victores: quod factum eſt.

Barca nauigij genus eſt.

Genuenſes à prælio prudenter ſe excuſant.

Remeantibus námque Piſanis ad propria cum multis Clamoribus, & deriſionibus contra Genuenſes, Genuenſes, quam citiſſimè armarunt centum triginta inter galeas & alia lignamina marina, ibi ponentes populum ſuum & alios in littore eorum habitantes: vbi Admiraldus fuit, & director omnium dominus Ro-
D bertus doria, & menſe Augusti proceſſerunt intrantes mare Piſanum. At Piſani hoc ſentientes ſubitò cum magnis clamoribus aſcenderunt galeas ſuas iam armatas. Et Poteſtas, qui tunc erat Piſis, & eorum Admiraldus, & omnes viri robuſti intrauerunt galeas inter duos pontes, qui ſunt Piſis ſuper Arnum, leuantes vexillum ſuum cum magno feſto & clamore, Archiepiſcopus autem Piſanus cum omni clero ſuo paratus ſtabat ſuper pontem ad dandam benedictionem ſuam bellatoribus. Exierunt ergo de faucibus Arni, & cum galeis
E ſuis, quæ erant in portu ſe coniungentes, proceſſerunt in altitudinem maris congreſſuri cum Genuenſibus, qui eos expectabant. Iuxta ergo quamdam paruam inſulam ſeu ſcopulum, qui eſt ſuprà portum Piſanum, qui locus dicitur la Melora, bellum adinuicem inierunt. Terribiliter ibi certatum eſt, & acriter: multique mortui, alij in mari ſubmerſi ſunt, ex vtraque parte etiam robuſtorum virorum. Tandem iudicio Dei diſponente, Genuenſes victores fuerunt, maxima damna Piſanis recipientibus.

Genuenſes contra Piſanos proficiſcũtur ad bellum.

Lamellum hãc inſulã Blondus vocat.

Nam ex gentibus Piſanorum ſexdecim millia
F hominũ dicũtur partim capta partim occiſa. Et qudraginta galeæ Piſanorũ captæ ſunt, plurib. etiã fractis, vel ſubmerſis ex aliis. Omnes igitur illos cum galeis captos duxerunt Genuam, & ſine pompa, vel illuſione aliqua fecerunt fieri proceſſiones, & miſſas ſolennes, gratias agentes Deo de victoria eis collata, in qua te multum commendati ſunt. Piſis autem vox audita eſt in

A.C. 1285.

tutè habitari in illis poſſet. Tandem & ij mœnibus cincti, colleſque ſuperni munimentis apprehenſi. His quoque in locis mox creſcentibus incolis ædificiiſque adiunctis, pomœrium productum eſt, longe maiori ambitu quã prius, portæque magnifici operis tres factæ celeberrimis trans Arnum viis, Piſana, Senenſi, Aretina.

De Honorio. 4 papa, & diuerſis bellis Aragonum contra regem Apuliæ. Honorius quartus Pont.max. 192. ſed. a. 2. d. 2. A.C. 1285. De quo præter Plat. & Onuphrium, Blon. lib. 8. dec. 2. & alij.

CAP. V.

POSTQVAM Martinus quartus appoſitus eſt ad patres ſuos Peruſij. 24. die Martij: ibique honorificè ſepultus anno domini. 1285. menſe Aprili domini Cardinales canonicè elegerunt in ſummum pontificem Honorium quartum, de familia Sabellorum ex nobilibus Romanis, Iacobum, antè vocatum. A principio autem mundi 5242. ſecundum maiorem computationem 6485. Sedit autem annis duobus, Is parum iuuit hæredes Caroli in facto regni Siciliæ, & magis iudicatus eſt fauere Gibellinis, quàm Guelphis. Rex autem Aragonum proſperatus eſt & coronari ſe fecit, filius ſcilicet Petri iam defuncti, in regem Siciliæ.

Piſani claſſem Genuenſiũ & aliorũ inuadunt.

Anno autem præcedenti menſe Nouembri Piſani ceperunt quinque nauigia magna Genuenſium, & alias naues Cathalanorum & Siculorũ. Cum enim hi omnes ex Romania & Sicilia nauigarent ad diuerſas partes, vi ventorum tempeſtate in mari exorta, pulſi ſunt ad portum Piſanum, & aliqua etiam ex lignis illis fracta ſunt. Piſani ergo hoc aduertentes omnes ciuitatem exeuntes, aliqui pedeſtres, alij equeſtres proceſſerunt contra eos, vt ipſorum hoſtes. Ceperúntque nauigia illa cum hominibus: vbi Genuenſes damnificati ſunt in valore quinquaginta millium florenorum. Cathalonos autem & Siculos Piſani liberos dimiſerunt.

Guido feretranus pontifici ſeſe ſubijcit.

Eo tempore cum comes Guido de monte feltro occupaſſet terras Romandiolæ in magna parte, & tyrannicè poſſideret adiutorio Gibellinorũ, & in prælijs ibi peractis multus ſanguis effuſus fuiſſet, & ſpolia facta: & iam per Florentinos & Bononienſes iuuantes partem eccleſiæ redditæ forent ciuitates Fauentiæ & Ceruiæ ſubmiſſæ obedientiæ eccleſiæ, demũ & ipſe comes Montefeltranus data ſibi ſecuritate acceſſit ad ſummum Pontificem Honorium, veniam petens & accipiens. Hoc tamen ſeruato, vt dictus comes ad confinia pergeret in Pedemontium, & duos filios ſuos obſides daret, ſicque tota Romandiola pacificè reſtituta eſt eccleſiæ, & illuc miſit ad regimen Papa dominum Guilielmum Durantem de prouincia.

Eo tempore cum fratres ordinis Carmelitarũ deferrent habitum, qui minus conuenire videbatur viris religioſis, ſcilicet cappã circularam largis virgis albis & griſeis, quem habitum aſſerebant fuiſſe Helię prophetæ habitantis in monte Carmelo in Syria (quod tamen neque in ſacra ſcriptura, neque in authẽtica ſcriptura reperitur) Papa Honorius quartus propter maiorem

A.C. 1285.

A honeſtatem mandauit habitum illum dimittere, & deſuper cappas ex toto albas, & tunicas ſubtus griſeas, cum ſcapularibus aſſumere. Hi habuerunt a initium ſub quodam patriarcha Hieroſolymitano, cum in Syria habitabant Chriſtiani Hieroſolymis, & in aliis multis ciuitatibus. Degebant autem in monte Carmelo, vt eremitæ, & ſub regula beati Baſilij. Sed Honorius tertius confirmauit ordinem illum. Et poſtmodum is papa commiſit Hugoni Cardinali ordinis Prædicatorum, vt adderet dictæ religioni B quaſdam conſtitutiones, quas in poſterum obſeruarent. Sed in proceſſu temporis occupantibus Saracenis ex toto partes Syriæ, recedentes Carmelitæ de locis illis: diſperſi per orbem in terris Chriſtianorum ædificauerunt plurimos conuentus ex eleemoſynis fidelium collatis, propter eorum deuotam conuerſationẽ & exemplarem. Aliqui tamen referunt, quod Soldanus Saracenorum, qui prius eos habebat in reuerentia propter Heliam prophetam, mutato habitu eis dato à papa, in contemptum papæ & fidelium fecit eos expelli de monte Car- C melo, vnde Carmelitæ dicuntur, non quòd ab Helia habuerint initium.

Gulielmus de vbertinis qualis epiſcopus.

Eodem tempore dominus Gulielmus de Vbertinis, epiſcopus Aretinus, magis deditus armis, quàm officiis clericalibus prout decebat, congregatis multis ex Gibellinis Florentinorum, Aretinorum, & Senenſium habitantium per comitatum vallis Arni procurauit & operam dedit, vt quoddam caſtrum Senenſium, quod dicebatur Podium ſanctæ Cæciliæ ſe rebellaret, prout & fecit. Inde verò orta eſt multa turbatio parti Guelphæ in Tuſcia, quia dabatur D inde occaſio mouendi bellũ Guelphis precipuè

a *D. Anton. in fine tit. 15. plenè ſe & copioſè in alio titulo de religionibus mendicantium dicturum eſſe promiſit. Sed is tit. 23. & 24. de Prædicatoribus & Franciſcanis copioſè, de Auguſtinianis verò nonnulla dixit; Carmelitarum verò nuſquam alibi q̃ hoc in loco mentionem facit; quare operæ pretium iudicaui eorum originem ſaltem hic inſerere ex continuatore Belli ſacri, vt in hoc opere huius ſancti inſtituti initia ſatis obſcura reperirentur. Ait ergo lib. 5. cap. 3. Eſt Carmelus mons in Syria, mora tam aliorum prophetarum, quam Heliæ & Heliſæi nobilis. Hunc locum* E *ſub Almarico Hieroſolymitano patriarcha inſederant Anachoretæ, ac cũ ſparſim circa montem agitarẽt, tãdem coiuere ad fontem qui Heliæ dicitur in cacumine montis & phanum & monaſterium conſtruxerunt vni qui honeſta præcipiebat humiliter parendo, ſine tamen certo inſtituto, ſine peculiari cultu, ſine cæremoniis. Albertus poſtea Hieroſolymitanus ſub Innocentio 3. Patriarcha & legatus certas obſeruationum regulas illis præſcripſit, addidit & veſtitui normam, pallium ſcilicet verſicolorẽ, ex albo & canuſino circulatum, Heliam eiuſmodi cultu ornatum inceſſiſſe, Baſilium ea viuendi forma vſum fuiſſe aſſerens. Erat* F *tam gratus prophetici pallij habitus non ſolum Chriſtianis, ſed etiam barbaris, vt magnis Sultani eleemoſynis familia tota ſuſtentaretur locupletareturque. Et paulò pòſt repullulauit hæc breuis familia in omnibus regionibus Chriſtiani nominis. Septem millia enim & quingenta Carmelitani nominis cœnobia extare, in quibus ſacris operentur centum octoginta vinctorum millia dicuntur. hæc ille.*

A.C. 1289

Senenſibus; Sed quàm citiſſime Senenſes cum daiuto rio addito Florentinorum, proceſſerunt hoſtiliter contra dictum caſtrum, & obſidentes terribiliter oppugnabant. Epiſcopus autem Aretinus præfatus cum ſuis copiis, quas vndique colligere potuit ex Gibellinis Tuſciæ, quæſierunt omni ſuo conatu remouere illos ab obſidione, que per ſex menſes durauerat, ſed non profecerunt. Ea propter, qui in caſtro erant, nullam ſpem habentes amodo ſuccurſus, nec vltra valentes ſe tenere, nocturno tempore ex caſtro exeuntes occultè fugam inierunt. Sed multi ex illis ab hoſtibus inuenti, alij occiſi ſunt, alij capti, & Senas ducti ſuſpenſi ſunt, vel decapitati & caſtrum illud vſque ad fundamenta dirutum. Quo etiam tempore cariſtia victualium fuit per Italiam: adeo vt ſextarius frumenti venderetur vltra ſolidos quadraginta.

De Tuſciæ vicario. Nau cl. hęc habet gen. 44. Blon. A. C. 1286.

§. I.

ANNO domini 1286. Honorius papa ordinauit, vt dominus Pinziuallis de Fliſco de comitibus de Laugarna Genuenſis fieret vicarius generalis imperij, qui in Alemanniam ſtatim profectus ad Rodulphum imperatorē electum, qui tamen coronam imperij non ſuſcepit fecit ſibi confirmari dictum vicariatum. Poſt quæ venit dictus Pinziuallis in Tuſciam, vt vicarius imperatoris, & vt iura recuperaret imperij. Florentiam ingreſſus in domibus Mozanis vltra Arnum prope eccleſiam Gregorianam reſidentiam fecit, vocatiſque Florētinis, Lucanis, Piſtorienſibus, Senenſibus, & aliarum ciuitatum Tuſciæ ciuibus partis Guelphæ, exigebat ab eis iuramentum fidelitatis & obedientiæ imperio Romano quod nullo pacto facere voluerūt. vnde iratus contra eos vicarius prædictus receſſit in diſcordia ab eis. Et in pœnam inobedientiæ condemnauit Florentinos in ſexaginta millia marcarum argenti, & ſimiliter aliàs communitates Tuſciæ, quæ noluerunt obedire, proportionabiliter mulctauit. Inde pergens Aretiū ordinauit, vt Florentini in exilium mitterentur amiſſis ſubſtantiis eorum. Moram autem fecit Aretij cùm paucos ſequaces haberet vnde & paruam potentiam, ex eo ꝙ Guelphi nolebant obedire, ne exaltaretur imperium contrarium Guelphis. Gibellini quoque eum ſuſpectum habebant: quia ex progenie erat eorum, qui fuerāt Guelphi. Ea propter reuerſus eſt ad imperatorem Rodulphum in Alemanniam ſine honore.

Vicarius imperij Guelphos vexat.

Reus capite dānatus eripitur, ſed poſtea grauius multatur. Motus Florentinorū. Martellū galli iudicē vocant.

Circa id tempus, cum Poteſtas Florentiæ eſſet dominus Matthæus de Fligano de regno, & quemdam captum propter homicidium perpetratum condemnaſſet ad pœnam capitis, qui erat homo bellicoſus, terribilis, & quorundam ſtipendiariorum conductor & duceretur ad locum decapitationis & quidam miles ſcilicet dominus Curtius de Donatis, cum comitiua ſua armatus, voluit illum malefactorem auferre familiæ domini Poteſtatis. Sed ſubitò dominus Poteſtas fecit pulſare campanam ad martellum. Ad huiuſmodi ſonitum omnes ſe armauerunt & concurrerunt ad palatium domini Poteſtatis alij equites, alij pedites clamantes: Iuſtitiam, Iuſtitiam, Poteſtas verò oſtendit publicè ſuum proceſſum iuſtè & iuridicè factum. Et populus quietatus eſt. At ille, qui Cottus dicebatur, deteriorauit conditionem ſuam: nam fuit primò tractus per ciuitatem, poſtea ſuſpenſus, vt perturbator ciuitatis. Qui autem cauſa fuerunt illorum rumorum, condemnati ſunt certa pecuniæ ſumma.

A.C. 1287.

Honorij quarti mors, poſt cuius mortem vacauit ſedes menſes decem.

§. II.

ANNO autem domini 1287. Honorius papa migrauit ad dominum ſepultus in eccleſia ſancti Petri in vrbe. Et vacante ſede per menſes aliquot, interea in ciuitate Aretina fuerunt variæ mutationes: nam primò populus creauit vnum rectorem principalem, quem vocarut Priorem populi. Hic perſequebatur magnates, & potentes ciuitatis, Propter quod dominus Reginaldus de Boſcolis, cum aliis Guelphis colligarunt ſe vnà cum domino Tarlato, & aliis Gibellinis nobilibus, vt deponerent illum Priorem à regimine ſuo, quod & fecerunt. Nam illum Priorem populi capientes, ei oculos eruerunt. Et inde magnates ex Guelphis & Gibellinis effecti ſunt domini ciuitatis. Sed Gibellini ſecundum morem ſuum proditionem cito fecerunt contra Guelphos, & deceperunt eos, vt domini remanerent ipſi ſoli, nec enim conſueuit regnū duos capere.

Aretinorū motus.

Regnum duos capere nō ſolet. vide Luca. lib. 1. Phar.

Vnde ordinauerunt componentes ſe cum epiſcopo Aretino, quòd congregaret, quos poſſet ex Gibellinis extra ciuitatem, & cum Pactiis, & Vbertinis & exulibus Florentinis vnà nocte veniret Aretium. Et cum Guelphi ſuper hoc non cogitarent, ipſi Gibellini aduenientes in manu forti, vt ordinatum fuerat proditoriè vna porta eis aperta ingreſſi ſunt Aretiū: & expulſis Guelphis ipſi dñim aſſumpſerūt. Guelphi autē ex Aretio ſic expulſi, ceperunt caſtellum Rondinis & montem ſancti Sauini, colligationem facientes cum Florentinis & aliis Guelphis Tuſciæ confœderatis: qui dederunt eis quingentos ſtipendiarios ex communi, qui bellum mouerent Aretinis. Tunc etiam reuerſus dominus Pinziuallis, ſupra nominatus vicarius imperij cum aliquantis belligeris ex Alemannia in Tuſciam vocatus à Gibellinis peruenit Aretium; & factus capitaneus Gibellinorum Tuſciæ bellum iniit cum Florentinis, & Senenſibus, & aliis Guelphis. Et profecti ad montem Varchium, cum ſuis, prædati ſunt multá circa regionem: nec tamen valuerunt Guelphos eiicere de monte Varchio, aut de monte Sauino: vnde reuerſi ſunt Aretium. Paulò pòſt procedentes ipſi Gibellini de Aretio contra ciuitatem Cluſinam, ex ea pepulerunt Guelphos propter hoc Cluſini ligam fecerunt cum eis ad bellandum contra Senenſes, & montem Politianum.

Guelphorum & Gibellinorū dimicationes.

Liga fœdꝰ & ſocietatem ſignificat.

Ignis multum Florē uæ ſaue.

Eodem anno accenſus eſt ignis Florentiæ à palatio Cerretanorum, vſque ad portam epiſcopatus, domos plures comburens incircumitu: vnde ſecutum eſt damnum non modicum illis. Nec tamen mortuus eſt aliquis ex igne: niſi

quædam

A.C. 1287.

quædam nutrix quæ cum euaſiſſet periculum ignis recolens pecuniæ ſuæ, quam in capſa dimiſerat, vt eã recuperaret, reuerſa eſt. Eã verò igne cupiditatis deuictam ignis materialis conſumpſit.

Iterum incendium Florentiæ excitatũ

Non multo poſt menſe Februarij nocte carniſpriuij iterum Florentiæ ignis exuſſit domos, & palatia familiæ Circulorum & à porta, quę dicitur ſancti Petri, ſeu de teſtudine vbi antiquitus porta erat ad domos ex oppoſito ſitas ſanctæ Mariæ in campo exarſit. Vbi multa ſubſtantia combuſta eſt, & ſi nullus hominum ibi perierit. Quia tamen familia illa tunc temporis potens erat, & opulenta valdè domos nouas & palatia nobiliora ædificari fecerunt.

Comes Artenſis in Siciliam claſſem mittit hæc habet Aemyl. lib. 8. Blond. lib. 8. dec. 2. A.C. 1286.

§. III.

Eodem tempore ad regnum Sicilię ſtilum reſumendo, Comes Artenſis (aliàs Atteſiẽſis) qui erat inſtitutus vt cuſtos & gubernator Caroli Martelli filij Caroli ſecundi in captiuitate detenti, & totius regni defenſor: congregatis & paratis quinquaginta inter galeas & alia minora lignamina cum quingentis militibus bellicoſis Admiraldum in eis inſtituit Dominum Reginaldum de Auellis: & eos deſtinauit in Siciliam. Vbi obſidione facta ciuitati Auguſtæ vi eam cępit cum improuiſi forent. Et ſubitò remiſit nauigia ipſa Brundusium in Apuliam vt inde aſportarent victualia, & alia oportuna ad munitionem dictæ ciuitatis captæ. At vbi rex Aragonum Giamus ſeu Iacobus Dominus Siciliæ hoc percepit ſubitò cum copiis ſuis profectus eſt ad obſidionem dictę ciuitatis rebellis. Fecit nihilominus ſuum Admiraldum quadraginta quinque galearum, quas habebat in mari Dominum Rogerium ſuprà ſæpè nominatum de Loria, vt oras cuſtodiret maritimas: nec permitteret victualia deferri ad Auguſtam: & ne ſi qua claſſis Neapoli fieret, poſſet vniri cum ea, quæ erat Brunduſij.

Auguſta Siciliæ capitur à Frãcis. hæc Catina ab Æmyl. dicitur.

Comes autem Artenſis audita captura ciuitatis Auguſtæ fecit prouidere de victualibus mittendis, & Neapoli armari galeas ſexaginta ſuccurrendum Auguſtæ, & tranſeundum in Siciliã cum magis copiis & baronibus Prouincialium Francorum, & Italicorum: quibus Admiraldum fecit Dominum Henricum Genuenſem, Dominus verò Rogerius Admiraldus regis Aragonum relatione ſibi facta fideli de armata, quæ Neapoli fiebat, vt ſe coniungeret cum ea, quę erat Brunduſij, ad incitandum eos, & prouocandum ad bellum, vt ſagax, & magnus magiſter in arte illa, decreuit pergere contra armatam illam Neapoleos. Et quod cogitauit, opere impleuit. Applicuit ergo Dominus Rogerius in feſto beati Ioannis baptiſtæ menſe Iunij cum ſuis galeis vſque ad portum Neapolitanum faciens ſuas ſagittas in ciuitatem Neapolitanam emittere & clamare in portu contra illos contumeliis & irriſionum verbis multipliciter eos afficere. At illi, vt imprudentes, & indignatis animis non ferentes contumelias illas, ſubitò galeas ſuas aſcenderunt, & cum furore & ſine debito ordine comes Montisfortis comes Brennæ & Dominus Philippus filius comitis Flandriæ & multi alij barones & millites Francigenæ proceſſerũt cum ſuis ſexaginta galeis contra Aragonenſes & Siculos exeuntes portum. Cum autem elongati eſſent à portu Neapolitano quaſi ſex millia ribus inſequentes hoſtes quaſi fugientes, præfatus admiraldus Rogerius, Francorum claſſem conſiderans diſperſam hincinde & non ordinatè procedere, quamuis multo plures ſuis eſſent, vt peritiſſimus prælij, mandauit ſuis galeis redire & bellum ſubire cum hoſtibus: admonens vt præcipuè inſiſterent impugnando galeas, vbi erant barones, & milites Francorum, ſciens eos paparum expertos in pręliis marinis, & ſi ſtrenuos in armis.

Comes Artenſis copias in Siciliam mittit.

Armata pro armatorum hominum copiis hic ſumitur.

A.C. 1288. Franci iniuriarum impatientia in diſcrimen ruunt.

Franci in maritimis præliis parum exercitati à Siculis vincuntur.

Demum inito bello derelicti ab Admiraldo ſuo Domino Henrico, cum ei non placuiſſet pręlium illud ſubire, & cum ſuis galeis Genuenſibus in mari fortiſſimis noluiſſet contra aduerſarios agere deuictæ & captæ ſunt galeæ in magna parte Francorum: & captiui ducti cum omnibus in Siciliam: poſtmodum pecunia redempti: excepto comite Montisfortis. qui in carcere vitam finiuit. Hæc autem victoria Aragonenſiũ fuit ad magnam exaltationem regis Aragonum & depreſſionem & humiliationem Caroli martelli, & ſui gubernatoris comitis Artenſis. Et propter hoc ciuitas Auguſta obſeſſa ſe tradidit regi Aragonum, cum pactis ſalutis perſonarum ibi exiſtentium. Factæque inde ſunt treugæ inter partes per vnum annum, & menſes duos vel circa. Et ſic (vt ait ſapiens) vir impatiens ſuſtinebit damnum.

Genuẽſes in Frãcos perfidi.

Prou. 19.

De Nicolao. iiij. & diuerſis bellis Guelphorum & Gibellinorum. Nicolaus 4. Pont. Max. 193. ſed. a. 4. m. 1. d. 14. creatus eſt autem A.C. 1288. De hoc infrà tit. 24. cap. 9. §. 7. & Blond. lib. 8. dec. 2. & alij.

CAP. VI.

Defuncto igitur Honorio, vt dictum eſt, poſt vacationẽ ſedis, anno Domini. 1287. in feſto cathedræ beati Petri canonicè fuit electus in pontificem ſummum Nicolaus. iiij. de Aſculo oriundus, qui prius vocabatur Hieronymus. hic ordinis minorum fuit qui propter ſuam eminentem ſcientiam, & mórum probitatem, prius generalis miniſter ordinis, exinde in cardinalem aſſumptus, poſt modum creatus eſt ſummus antiſtes, qui in ſede Petri manſit annis. iiij. & menſe vno & diebus vij.

Nicolai 4. elogia.

Anno autẽ ſequenti ſcilicet. M. cclxxxviij. Florentini cum aliis communitatibus partis Guelphę in Tuſcia, attendentes quòd epiſcopus Aretinus, cum Gibellinis ex Tuſcia,

a Rogeriũ Guidonẽ comitẽ Mõtisfortis nullo pretio vt miſſum faceret exorari potuit, regi Anglo eius implacabili hoſti gratificaturus. Guido in perpetuam cuſtodiam compedeſque coniectus, atque euectus, pœnis Anglis dedit, ac æris ſanguine perfuſis mactati regij iuuenis ſacro bello reducis. Aemyl. lib. 8.

t 4 & cũ

A.C. 1288.

tur veneno, interemiſſe inuidia inſtigatus.ne ei ſtatum auferret formidans.

Ex his autem victoriis, & regis Aragonum, & rebellione Piſarum, exaltata eſt pars Gibellinorum, & depreſſa pars Guelpha. Has tamen ſectas & partialitates apoſtolus ponit inter opera carnis, quæ qui agunt regnum Dei non conſequentur.

Lucenſiũ de Piſanis victoria.

Eo tempore menſe Auguſti Lucenſes cum iudice de Gallura Nino & Guelphis de Piſis eiectis, & cum Florentinis cum copiis ſuis hoſtiliter proceſſerunt contra Piſanos: & obſidentes caſtellum prope Piſas ad tria miliaria, vocatum Arcianum, in deditionem acceperunt ſaluis habitatoribus eius. Et reuerſi ſunt incolumes ad propria nulla reſiſtentia eis facta à Piſanis.

Sequenti menſe Septembri cum Piſani conduxiſſent ducentos millites de partibus Romanis in ſubſidium ſui, quorum dux erat comes Dulcis, iudex de Gallura Ninus audito per quẽ locum tranſire debebant in adeundo Piſas ipſe iudex de Gallura cum adiutorio Florentinorum trecentis millitibus eis datis, quorum capitaneus erat Dominus Guelphus de Caualcantibus, obuiam pergens eis, & conflictum habens, profligauit eos, multis ex eis occiſis aliis captis, ita vt pauli euaderent.

Florentini aduerſus Aretinos bellum mouent. Leon. Arc. Ioan. Villa.

§. II.

ANNO Domini. 1288. xv. Septembris: Aretini cum vnum eorum caſtellum per Guelphos fuiſſet rebellatum ab eis, ipſi Aretini proceſſerunt illuc ad ipſum recuperandum, vocabatur id Cortianum. At Florẽtini profecti ſunt verſus Aretinum cum mille equitibus, & quatuor millibus peditum. Et in vexillo eorum fuerunt poſita arma regis Caroli, quod datum fuit Domino Berto de Freſcobaldis. Et cum Aretini percepiſſent magnas copias Florentinorum venire, timentes ſibi de aliqua nouitate facienda in ciuitate, nocte fugientes vnus poſt alium: vt deuicti reuerſi ſunt Aretium, & nihilominus ex Aretio deſtinarunt aliquos ad copias Florentinorum, dicentes ſe velle, & paratos eſſe ad prœliandum cum eis. At Florentini gratanter ſe obtulerunt ad conflictum ſuſcipiendum. Et apud caſtrum Laterinæ conuenerunt vtraque pars parata, ad prælium: Aretini cum ſeptingentis equitibus, & octo millibus peditum ex vna parte fluminis Arni & Florentini in ſupradicto numero ex alia parte verſus Laterinam ordinati per acies ſuas. Arnus autem tunc ita minoratus erat aquis, vt facile poſſet tranſuadari etiam per pedeſtres. Inuitarunt ergo Florentini ad prœlium Aretinos, ſed non auſi ſunt ſarcinam ſubire illam. Et ita aſpicientes alter alterum, Aretini declinantes bellum, reuerſi ſunt Aretium ſine honore. Florẽtini autem à Laterina reuertentes Florentiam in via deſtruxerunt, caſtella tria ſcilicet montem Martinianum, & Podium taſſi, & montem Fortinium: caſtrũ ſcilicet familiæ Pactorum. Sed illis reuerſis, Aretini cum Gibellinis & exulibus vallis Heræ diſcurrentes vſque ad põtem dictæ vallis prope Florentiam, ad decem milliaria: predam magnam tulerunt, deſtruxerunt & combuſſerunt quæ inuenerunt: nemine contradicente facto. Et poſt hæc reuerſi ad caſtrum Bibiennæ ibi quieuerunt.

Aretini prœlium declinant.

Florentini & Aretini ſuos inuicem agros depopulantur.

A.C. 1288. Aquarum clades.

Menſe ſequenti Octobris, fuit quaſi inundãs diluuium aquarum in Florentia & comitatu eius, vnde Arnus fluuius egrediẽs alueum ſuum cum magno impetu à mane vſque ad ſero ad terram deiecit palatium, & domus de Spinis, & de Ganfiliaſſis, quæ ſunt iuxta pontem ſanctæ trinitatis: & multa damna fecit in comitatu Florentino & Piſano.

Rurſus pugna inter Florentinos & Aretinos recrudeſcit. A.C. 1289

Menſe Martij ſequentis anni Aretini cum trecentis equitibus & quatuor millibus peditum diſcurrentes, hoſtiliter, peruenerunt vſque ad montem Varchium deuaſtando & comburendo, quæ poterant: Et ignem ſuppoſuerunt burgo dicti caſtelli, & caſtrum tota die impugnantes nihil profecerunt. Exinde aliqui ex exulibus Florentinis aſſociati equitibus & peditibus Aretinorum, proceſſerunt vſque ad ſanctum Donatum in Tollina, deuaſtantes, & prædantes & incendentes quæ eis occurrebant. Et quamuis ex Florẽtia videretur fumus combuſtorum, nõ tamen ex hoc aliquis de ciuitate egreſſus eſt ad obſiſtendum: ex eo quòd dubitabatur, ne aliquis tractatus proditionis eſſet in ciuitate, ratione cuius factus fuiſſet ille diſcurſus. Erant enim in ea tunc multi ex Gibellinis, & magnates & populares, quibus tunc deſtinatis ad confinia ceſſauit omnis ſuſpicio, & quieuit communitas.

Guelphi & Gibellini inter ſe cõtendũt.

Eodem anno recaleſcentibus diſcordiis: & prœliis inter Florentinos & Senenſes ex vna parte, & Aretinos ex altera, & Florentinos cum Lucenſibus, contra Piſanos & conſequenter inter Gibellinos & Guelphos: Piſani elegerunt ſibi in capitaneum comitem Guidonem de Monte-feltro, dando ei magnam iuriſdictionem & authoritatem in ciuitate, qui ab eis vocatus, non curans obedientiam eccleſiæ fregit conſilia & mandata ſibi ab eccleſia facta, & Piſas acceſſit: propter quod excommunicatus fuit ipſe cum vxore, & filiis, & Piſanis vt rebelles eccleſiæ.

Guido ſecretaneus Capitaneus Piſanorum crudeliſſime Vgolinum tractat. ſo. §. 1.

Poſtquam autem aſſumpſit officium, comes Guido capitaneus Piſani, qui in carcere poſuerant in quadam turri quæ erat in platea Anſianorum comitem Vgolinum cum duobus filiis, & duobus nepotibus id eſt filiis filij ſui comitis Guelphi clauſerunt portam dictæ turris clauibus, & eas proiecerunt in Arnum, & fame eos perire fecerunt negantes omnia cibaria. Petebat ille comes miſerabilis cum magnis clamoribus miſericordiam & ſaltem pœnitentiam ſibi concedi, ſed nec hoc ei conceſſum eſt, vt religioſus vel ſæcularis ſacerdos ei ſacramenta miniſtraret. Et poſt paucos dies fame deficientes educti de turri ignominioſe ſepulti ſunt. Turriſque illa ab euentu poſtea nominata eſt turris famis. Hoc opus, vt maxima crudelitate plenum, valdè deteſtatum eſt in Piſanis vbique terrarum. Nam & ſi pater propter ſuas proditiones & ſcelera merebatur mortem, filij & nepotes adoleſcentuli, quid mali egerant: præcipue mandante iure diuino pariter & humano: Innocentem non interficies. Et iterum filius non portabit iniquitatem patris, quo ſaltem ad mortem corporis, ſicut nec & animæ. Sed nec tanta ſæuitia tranſiuit impunita

Exo. 23. Dan. 13. Ezec. 18.

A.C. 1289.

impunita, vt patebit infrà.

In.§ 56. Carolus 2. Rex Siciliæ veniens Romam Florentia tranſit. Aemyl. ibid. Blond. lib. 8. dec. 2. ſup. ca. 4. §. 9.

§. III.

ANNO Domini. 1289. Carolus ſecundus princeps, liberatus à carceribus Aragoniæ veniens de Francia, quo abierat, egreſſus de captiuitate, vt dictum eſt, tranſiuit per Florentiam pergens ad vrbem, & ibi receptus eſt cum magno honore & exultatione. Et poſt triduum cum iter ſuum proſequeretur, audito, quod Aretini cum Gibellinis armati ſe præparabant ad eundum verſus Senas ad impediendum iter Caroli: Florentini ſubitò etiam non requiſiti ex maxima affectione ad eum miſerunt octingentos equites & tria millia peditum ex ſuis ciuibus, & ſtipendiariis qui aſſociauerunt dictũ Carolũ in via, quia ipſe cũ modica comitiua erat, vſque ad Bricolam poſt confinia Senarum verſus vrbem Veterem: propter quod Aretini deſtiterunt à concepto propoſito. Carolus autem hoc obſequium valde gratum habuit: & ad eorum requiſitionem dedit in capitaneum, & ducem bellorum Dominum Americum Narbonenſem, virum nobilem, & in armis ſtrenuum: & inſignia ſua in vexillo gerenda eis confirmauit. Dictus autem Dominus Americus ſuſcepto officio venit Florentiam cum ſua comitiua centum ſcilicet equitum.

Vocat. eũ Meticum Æneas.

Liliata ſigna ſ. regionis confirmata.

[a] Carolus verò ſuum proſecutus iter ad vrbem applicuit, & cum magno honore receptus eſt à Papa Nicolao quarto, & cardinalibus & die. xxviij. Maij in feſto pentecoſtes coronam accepit regni Siciliæ & Apuliæ magna cum ſolemnitate & gaudio. Et collatis ſibi multis iocaſibus, muneribus & gratiis ab eccleſia, ac etiam ſubſidiis decimarum in adiutorium ad recuperandam Siciliam, poſt modum, inde recedens regnum Apuliæ ingreſſus eſt.

Carolus 2. Rex Siciliæ inungitur.

Rurſus Florentini arma contra Aretinos capiunt. Blond. lib. 8. dec. 2.

§. IIII.

DEINDE eodem anno notabile prælium actum fuit inter Aretinos & Florentinos cum ſequacibus eorum. Florentini quidem habebant mille equites & ſexcentos ex ſuis & quadringentos ex ſtipendio conductis, cum capitaneo ſuo Domino Americo Narbonenſi; & decem millia peditum. Multi quoque alij equites & pedites deſtinati ex Senenſibus; Lucenſibus; Piſtorienſibus; Pratenſibus, Volaterranis, Collenſibus, & ſancto Geminiano. Aretini autem & ipſi magnas copias ſibi parauerunt ex ſuis & Romandiola, Marchia & ducatu, & aliis Gibellinis Tuſciæ, & ſi non tantas numero tamen fortes viribus, & in armis expertas: quarũ capitaneus erat Guido Nouellus: & non minus Dominus Guilielmus epiſcopus Aretinus, & ſi contra decentiam ſuæ dignitatis hoc ageret. A Florentinis igitur in Aretinos expeditio indicitur. Signa verò militaria, quo maturius conueniret miles extra vrbem deprompta apud Ripolim via Aretina aliquot dies continuere.

Cum verò iam conueniſſent copiæ (vt ſcribit Leonardus in hiſto. Floren. lib. iiij. circa principium) & cuncta ad iter parata forent, conſilio duces habito contra omnium expectationem tranſire Arnum, & Caſentinati via ad hoſtem ducere ſuos ſtatuerant: Præerat eis, vt dictum eſt, Americus, & cum eo ſex ciues egregij ad hoc delecti. Superato monte cum iam circa Puppium deſcendiſſent, quoniam id erat oppidum Nouelli comitis, quem in hoſtium ſemper fuiſſe numero conſtabat, & tunc etiam apud Aretinos eodem ſtudio partium verſabatur: ſub ipſo oppido caſtris poſitis longè lateque, vt maximè poſſunt, regionem populantur. Aretini primum recta via copiarum aduentum expectabant. Sed poſtquam ex fuga trepidationéque hominum pecorumque in Caſentinati agro hoſtes adeſſe cognouere, & circa Puppium cuncta igne ferroque vaſtari, confeſtim cum omnium equitum peditumque copiis Aretio profecti Bibiennam venerunt. Fuiſſe autem Aretinorum octo millia peditum & nongenti equites traditur, quos ducebat Guilielmus epiſcopus Aretinus, & Dominus Feretanus, & alij in armis peritiſſimi. Cùm autem iam in conſpectu veniſſent nec niſi mille quingentis paſſibus diſtarent inter ſe caſtra Aretini, & ſi pauciores numero, confiſi tamen virtute ſuorum, primi flagitarunt pugnam. Nec Florentini certamen detractauerunt, ſed prælio ſe impigrè obtulerunt.

Epiſcopi belli dux, ſed infauſtus.

Cùm ergo pugna decernere ſtatuiſſet, in proxima planitie (Camaldinum incolæ locum vocant) ſeſe ex oppoſito compararunt, & acies vtrinque ſtruxerunt. Florentini prima fronte equitatum omnem, quo admodum præualebant, poſt hunc peditum robur collocarunt, extenſo longius vtroque cornu, vt, ſi opus foret, equitatum complecterentur. Scutatos verò & ſagittarios per cornua ipſa ab vtraque parte diſpoſuere. Præter has duas ſubſidiariam collocarunt aciem extraordinem, vnam, ex Piſtorienſibus & aliis ſociis; quibus. Curtius Donatus eques Florentinus præerat. Aretini verò eodem modo tres & ipſi acies fecerunt. Primam equites, mox aliquo interuallo pedites, inſuper extraordinariam aciem, cui Nouellus præerat comes.

Diſpoſitio acierum.

Erat inter duces exercitus populi Florentini Verius circulus, è familia nobili, & ipſe ſummis diuitiis magna prudentia, virtutiſque fama, Is cum ſuæ tribus, ante ſignarios equites, qui primi hoſtem perualuri eſſent, legere ex officio cogeretur, ſeſe primum legit, & ſi tunc ex crure ægrotantem inſuper filium & nepotem. Cæterorum autem neminem ſe lecturum eſſe dixit, verum qui patriã amarent, eos ſponte ſua profiteri debere. Eius viri eximium præſtantemque in

Verij circuli ducis Florentini factum memorabile.

[a] *Carolus 2. Caroli 1. filius ex duce Calabriæ & Andegauenſi comite Prouinciæ etc. rex 12. vtriuſque Siciliæ creatus eſt 7. Idus Ianua. mortuo patre ſuo. A. C. 1285. coronatus Romæ in baſilica S. Petri à Nicolao Papa 4. 4. Cal. Iun. an. 1289. regnauit annos 24. m. 3. d. 28. Onuph.*

remp

A.C. 1289.

rempublicam animum admirati ciues, plerique verecundia ducti id ſibi munus depopoſcerunt: cum prius multi, vt graue periculoſumque detrectare viderentur. ita ad cẽtum quinquaginta anteſignani equites facti, & in iis viginti ad equeſtris ordinis dignitatem tunc primum aſſumpti ſunt. Vt igitur ſonuere tubæ, & clamor ad cœlum tolli cœptus eſt: anteſignani equites, qui ab vtraque parte aciem præcedebant: concitis infeſtius equis velut procella quadã ſeſe mutuo peruaſere.

Atque primo ſtatim congreſſu tanta fuit hoſtium vis, tantuſque ardor: vt magna pars Florentinorum equitum proſterneretur. Reliqui in fugam verſi recipere ſe ad maiorem aciem coacti ſunt. Hoc igitur proſperum anteſignanorum certamen magno clamore proſecutus reliquus Aretinorum equitatus, in ipſam maiorem aciem delatus eſt: tanto quidem ardore, vt impetus eius ſuſtineri nequiuerit: pulſuſque campo Florentinus equitatus compelleretur ad peditem refugere. Ea res primò metũ, mox victoriam peperit Florentinis. Dũ enim cedẽtes perſequitur Aretinorum equitatus: peditem ſuum longè dimiſit. Itaque euenit poſt hæc, vt Aretinus nullo loco integer pugnaret: ſed alibi eques, alibi pedes cum integro hoſte congrederetur. Suſtinuit enim Florentinum equitatum acies peditum, quæ dextro ſiniſtroque cornu (vt dictum eſt) refugientem equitem complexa, ſagittis & haſtis, & omnifariam telorum genere apertis lateribus inceſſebat hoſtes. Acerrimum itaque certamen eo in loco concitatum eſt. Aretini enim in primo impetu victoriam repoſuerunt. Quare ſumma vi adnixi diſſipare Florentinorum agmen nitebantur. Sed tutabatur pedes, ad quem ſeſe equitatus receperat. Eratque fluctuatio quædam, & motus incertus prementium ſimul, & renitentium. Et iam pedeſtris Aretinorum ſuperueniebat acies, quæ relicta ab equitibus ſuis, cũ illi cedentes perſequerẽtur, nondum ſeſe pugnæ miſcuerat. ea ſi equitibus ſuis coniungeretur, inclinari ad Aretinos victoria haud dubiè videbatur.

Curtij Donati præclara oratio.

Inter hæc Curtius Donatus, qui extraordinariæ præerat aciei, intellecto ſuorum periculo: & ſi præceptum erat ſub pœna capitis, ne prælium intraret: ſed firmus maneret, qui & ipſe cum Piſtorienſibus & Lucenſibus erat tamen pernicioſum ratus vltra differre: Adoriamur (inquit) commilitones hoſtium equitatum, priuſquam pedes eorum ſe immiſceat pugnæ. Neque verò me in tanto diſcrimine ciuium meorum, aut præceptum ducis, aut pœna deterret. Si enim vincimur in acie illa, morituro non vltra formidanda eſt pœna: ſi vt ſpero viſcerimus, tunc Piſtorium veniet, qui de nobis ſupplicium ſumere volet. His dictis, cum aciem concitaſſet, ex tranſuerſo hoſtem inuadit. Ab hac maximè acie parta creditur Florentinis victoria. Nam hoſtes a tergo violentius percuſſi, retro iam reſpicere coacti ſunt. Et qui primò vix egregiè reſiſtebant, remiſſo hoſtium impetu in illos incubuere, &

Guidonis Nouelli fuga.

interclusus à ſuo peditatu equitatus hoſtium perfacilè opprimebatur. Nouellus comes aciem, cui præerat in auxiliũ ſuorũ non adduxit: ſed vbi implicatum vidit equitum agmen, præceps fugam arripuit.

At Guilielmus præſul cum ante peditum ſtaret aciem, multique ſuaderent, vt profligatis iã equitibus, ac victoria ad hoſtes inclinante, ipſe Bibiennam ſe reciperet, vitamque à periculo tutaretur, interrogaſſe dicitur, num & peditum reducere tutè poſſet. Et cum negaretur peditem ſeruari poſſe: Mors (inquit) communis, & mihi & pediti ſit. Ego quos in periculum duxi, nunquam deſtituam. Ita redintegrata pugna hoſtes acriter inuadit, nec multo poſt prælians occiditur. Poſſet iſte commendari de fortitudine, pugnando pro patria vſque ad mortem, niſi obſtaret dignitas ſua pontificalis, quæ Deo militare debet, non ſæculo pro populo bellante, orando vt Moyſes, non gladio materiali vtendo. Pedites autem nudati equitum præſidio tandem ſuperantur, ac multa cæde opprimuntur. Ceciderũt in ea pugna Aretinorum ſupra tria millia: & in iis Guilielmus præſul & Dominus Feretanus, & alij complures inſignes diuerſarum partium viri capti inſuper ad duo millia. E quibus Florentiam ligati ducti ſunt ſeptingenti quadraginta. Alij verò amicitia dimiſſi, vel per alios redempti. Dantes alagherij (alias Alepherius vel Alengerius ſiue Aligerius) poeta in quadam epiſtola ſcribit ſe in hoc prelio iuuenem fuiſſe in armis, & ab initio quidẽ pugnæ hoſtem longè ſuperiorem fuiſſe, adeo vt à Florentinis multum admodum timeretur: ad extremum victoriam partam eſſe, tantamque ſtragem inimicorum factam eſſe in eo prælio, vt pene eorum nomen ad internecionem deleretur.

Pontifex in prælio cæſus. Exod. 17.

Dantes poeta prælio interfuit.

Conſtat autem tertio idus Iunij. i. in feſto beati Bernabæ pugnatum eſſe ad Camaldinum eademque die, eademque hora Florentiæ nunciatam eſſe victoriam. Cum enim Priores curis ac vigiliis anxij poſt meridiem ſomno indulgerent fores maiori vi pulſatæ crepuerunt, & vox feſtinantis audita. Surgite nam hoſtibus ſuperatis victoriam habuiſtis ad eam vocem cum ſe læti extuliſſent, apertis foribus gratulabantur. It fama confeſtim per vrbem, & concurſus fit ciuium gratulantium, turbæ atria publica compleuerunt. Sed quærebatur author, & nullus extabat. Quare is rumor quaſi vanus, nulloque probatus authore, tunc quidem concidit. Nocte verò ſequenti: cum ab exercitu veri tandem nũcij aduenißent, modumque & tempus commiſſi prælij enarrarent: compertum eſt victoriam eſſe partam eadem illa hora: qua prioribus quieſcentibus fuerat nunciata. quod & ſi mirabile videtur, aliàs tamen contigiſſe legimus. Nec ſanè alienum eſt credere diuinum numen: qua benignitate victoriam præſtat eadem per famam ocyſſimam fauore propitio illiſipſis, quibus interfuerit nunciaſſe. Nam & Macedonico quidẽ bello Perſa rege ſuperato, pari miraculo victoriam Romæ nunciatam legimus. Et per Domitiani tempora in grandi ſuſpicione ciuitatis partam victoriam apud Germanos: eo ipſo die Romæ fama certiſſima diuulgauit. Multa ſunt præterea huiuſmodi tradita.

Bibiennã capiunt Florentini.

Florentini poſt victoriã Bibiennã capiũt & Aretiõ inſultant. Leon. Aret. & alij.

§. V.

FLORENTINI poſt victoriam profligatos confugientes perſecuti, Bibiennam hoſtiũ oppi-

A.C. 1289.

tentiam exercitus rediiſſet, Guido Ferretanus, qui pro eo tempore duxerat Piſanorum caſtella ipſa improuiſo impetu adortus, facilitate pari, qua amiſſa fuerant, pleraque recuperauit. Quod poſtquam Florentiæ auditum eſt, equites pediteſque rurſum egreſſi, Volaterras vſque recto agmine contenderunt: ibi cognita amiſſione caſtellorum & hoſtium receſſu, non vltra profecti redière.

Piſani cōtra Flor. tinos mouent. A.C. 1291.

Altero mox anno Piſani Guidone Ferretano duce pontem ad Heram fluuium, quē Florentini per ſuperiora bella occupatum egregio muniebant opere, arcemque ſuper impoſuerant, turribus foſſiſque inexpugnabilem, nocturna ceperunt fraude. Cùm enim præfecti caſtello (ciues duo ij erant) partim auaritia, partim ignauia vix tertiam partem militum ſub vexillis haberent, & ij ipſi qui aderant, munitionibus confiſi negligenter obirent munera vigiliarum, ea res per hoſtem cognita ad tentandum fraudem inuitauit. Itaque Guido Ferretanus ea ſpe tractus per ſilentium eo copias duxit ad viij. Calen. Ianuarij. nactus induſtria ventoſam ac gelidam noctē, quo minus vigiles intentè cuſtodirent. Vbi verò ad foſſas, quibus arx circumdabatur, latas quidem & aquarum plenas deuenit: lintre, quam ea de cauſa iumentis adduxerat, in aquam dimiſſa: milites, ad vlteriorem aggerem traiecit. Inde ſcalis in proximam euadentes turrim, nemine penitus ſentiente, cum ſatis magnus numerus introiſſet, cuſtodes ſomno graues præfectoſque ipſos nihil tale ſuſpicantes inuaſerunt: magna eorum parte interfecta, reliquis verò captis ponte & caſtello munitiſſimo potiuntur.

Pons Flu. uij Heræ à Piſanis capitur.

Huius amiſſionis loci, tum ob eximiam opportunitatem ad bellum, tum ob verecundiam ſociorum Florentinus populus grauiſſimè tulit. Itaque ira & indignatione accenſus, bellum contra Piſanos, vt proprium ſuſcepit cum ante Lucenſium magis id bellum auſpiciis gereretur: Florentinus tantum ſubmittere auxilia ſolitus erat. Sed tunc quaſi ad eos vindicta ſpectaret Florentini ipſi per ſe immaturo adhuc anno fines Piſanorum cum exercitu ingrediuntur. Ibi vaſtando per iram agros expugnandiſque infeſtius caſtellis, dum minabundi contendunt: tanti ſubinde imbres per multos dies continuarunt vt ſuperantibus aquis vi ipſa, ducibus militibuſque abeundi retro exprimeretur neceſſitas. Reductis igitur copiis expectare placuit maturitatem ſegetum: ac tunc demum in hoſtes reuerti. Itaque omnibus edictum eſt vt ab armis diſcederent, Calen. verò Iuniis rurſus adeſſent.

Florentini in Piſanos exercitum ducunt.

Interea apparatus inſignes factii atque dux ad id bellum delectus Gentilis Vrſinus vir egregius bello atque ſtudio partium eximius. Is Florentiam cum aliqua manu equitum Romanorū & Campanorum adueniens copias omnes Florentinorum duxit in Piſanos, ſociéque ciuitates ob ſtudium partium Florentinis auxilia miſere: Ingreſſi igitur Piſanorum fines, cùm hoſtis nunquam prodiret, quàm proximè Piſis admouerunt copias, nec vſque tanta pugnandi auiditas Florentinis fuit. Quippè ſic ardebant animi ob fœdam amiſſionem loci munitiſſimi: vt etiā in ipſis hoſtium portis diſcrimen pugnæ ſubire vel cupientiſſimè depoſcerent. Erat intra vrbem Guido Ferretanus; vir, vt calliditate quidē & aſtutia profundiſſimus artifex, ita ad aperta certamina parum audax. Is quamquàm equitatu peditatuque abundaret (nam præter vrbanos, ad octingentos equites mercede conducti intra mœnia erant: populi verò multitudo ingens) tamen nedum in aciem prodire, ſed nec eruptionem vllam facere tentauit. Quare aliquot dies circa Piſas commorati, quando etiam confeſſione hoſtium apparebat eos detrectare pugnam, nec dimicandi poteſtatem facere velle: omnia circa vrbem igne ferroque populati, retro mouerunt caſtra poſt hæc peruagati licentius agros, cunctiſque hoſtiliter vaſtatis & incenſis, tandem copias reduxere: prælio quidem nullo contra Piſanos commiſſo, cæterum ea opinione & alacritate hominum: vt hoſtes pro victis haberentur, ob opertam detrectationem pugnæ, ac patientiam fœdiſſimæ vaſtitatis.

A.C. 1289. Guido Ferretanus qualis.

Dux Brabantiæ & Comes Luxemburgi de ducatu Lamburgenſi inter ſe dimicant. Aemyl. lib. 8.

§. VII.

Extra Italiam anno domini 1289. orta eſt diſcordia magna inter ducem Brabantiæ & comitem Luxemburgi, & hoc ratione ducatus Lamburgi, qui tunc vacauit, & quilibet prædictorum ducum, prætendebat ad ius ſuum pertinere. Nam Comes Luxemburgi aſſerebat ad ſe pertinere: quia vltimi eius poſſeſſores ducatus, fuerant de ſtirpe & genere ſuo. Dux verò Brabantiæ ex eo, quòd iure hæreditario ex parte mulierum ad eum pertinebat. Et propter hanc diſſenſionem per bellum facta eſt deciſio quæſtionis. Nam quilibet eorum congregauit copias ſuas, viros ſtrenuos & eximios bellatores. Dux quidem Brabantiæ mille quingentos milites ex Flandria. Comes Luxemburgi mille trecentos ex Alemannia & circa Rhenum omnes hi equeſtres, & nullus ibi pedeſter in bello, conuenientes iuxta Rhenum, & congreſſis ad inuicem prælianribus bellum durum fuit & aſperum, de mane vſque à ſero ad occaſum ſolis perſeuerans, & ad modum torneamenti pluries ſe coniunxerunt, & ſuperauerunt, demum profligatus fuit & deuictus comes Luxeburgi à duce Brabantiæ, is enim magnum ſubſidium habuerat in eo prælio ex regno Franciæ. Nam dominus Gothifredus frater dicti ducis Brabantiæ ex Francia ſecum duxerat Comeſtabularium magnum, & Seneſcallum Franciæ, ad inſtantiam reginæ Mariæ vxoris olim Philippi regis Franciæ & ſororis dicti ducis Brabantiæ. Mortui autem ſunt in eo prælio ex vtraque parte ſimul, quingenti milites valdè ſtrenui & famoſi in armis, plures tamen ex parte ducis. Et inter cæteros ipſe comes cum fratribus ſuis ibi occiſi ſunt, nulla in eo prælio fuga. Et victoria habita dux Brabantiæ in deditionem accepit dictum ducatum vacantem. Exinde creuit fama & potentia eius demum facta pace ad inuicem, Henricus filius relictus ex comite Luxemburgi, ne ex toto comitatus & dominium patris ſui auferretur, de conſilio conſanguinorum & amicorum nouum

Comes Luxemburgi in prælio cæſus.

A.C. 1290.

Henricus comes Luxeburgi ſinistre imperator fact' eſt, infrà tit. 21. c. 2. § 5. Hildeb. Carn. ſup. tit. 16. c. 1.

contraxit matrimonium. Nam dictus Henricus A in vxorem duxit filiam dicti ducis Brabantiæ. Et tandem ipſe Henricus ſuis virtutibus ad imperium Romanum fuit aſſumptus, vt infrà patebit. Sic dat varias fortuna vices.

In Apuliæ verò regno eo anno fuit aliud prælium. Nam cum comes Artenſis (ſiue Arteſienſis) Mareſcallus Caroli ſecundi regis Apuliæ profectus eſſet ad obſidendum caſtellum Catenſanum in Calabria: quod recedens à ſubiectione Caroli ſecundi ſe tradiderat Domino Iacobo regi Aragoniæ, qui ſe vocabat etiam regẽ B Siciliæ, dictus Dominus Iacobus venerat de Sicilia cum Admiraldo ſuo domino Rogerio de Loria cum galeis & aliis lignis minoribus, cum quingentis militibus Cathalanis: quorum capitaneus erat dictus dominus Rogerius: ad remouendum dictam obſidionem à dicto caſtro illo. Sed nihil profecerunt, quinimmo comes victor fuit, & profligauit Aragonenſes interfectis ducentis ex eis. Vnde dominus Rogerius ſuperatus ad galeas ſuas recurrit. Ita autem ſtrenuus, prudẽs, & fœlix fuit ille Rogerius in præliis terræ & maris, quòd nunquam amplius victus re- C feratur niſi iſta vice.

Frãci Aragonios vincunt in Calabria Aemyl. A.C. 1289. Rogerius ſemel tantũ victus.

Rex itaque Aragonum Dominus Iacobus videns ſe fruſtrà niti ad remouendam dictam obſidionem, recedens inde per mare ad Caietã ſe direxit, ad capiendum ſi poſſet, vel ſaltem, vt gẽtes Caroli amouere faceret ab obſidione Catenſani: ſed neutrum effecit. Applicans enim Caietam, deſcendens in terram cum ſexcentis militibus & balliſtariis, caſtra poſuit in monte caietæ proximo, & obſedit. Caietani autem viriliter reſtiterunt. Et legatione miſſa ad Carolum, ſubitò ipſe cum multis copiis, equitibus D & pedeſtribus perſonaliter venit: nec non etiam comes Artenſis de Calabria recedens, dimittens ſufficientem gentem ad continuandam obſidionem Catenſani. In adiutorium etiam Caroli ſuperuenerunt multi ex vrbe, & Campania ab eccleſia Romana deſtinati. Eapropter Dominus Iacobus cernens multiplicari hoſtes, dubitans etiam ne ex infortunio maris deficerent ſuis victualia, poſtulauit treugas fieri, & ipſe recederet de Caieta. At Carolus acceptauit per duos annos & menſes aliquot excepta regione Calabriæ. Quæ tamen treugæ, non placuerunt comi E ti Artenſi, & aliis Francigenis, ex eo quòd videbatur eis ſe debere eſſe victores, & capi poſſe Dominum Iacobum regem Aragonum. Sed Carolus conſiderans, quòd non poterat obſidio à Caieta remoueri ſine periculo, & quia armatam ipſe non habebat in mari, exiſtimauit vtilius treugas accipere. Propter quod comes indignatus Artenſis, reuerſus eſt in Franciam cum multis baronibus aliis.

Induciæ inter francũ & Aragonem.

Fractis igitur treugis receſſit rex Aragonum cum ſuis copiis à Caieta, & reuerſus eſt in Siciliam. Carolus autem rex, vt gratus, quia Caietani viriliter, & fideliter ſe habuerant in ea re, F Francos & liberos fecit ab omni onere per decem annos. Rex autem Carolus reuerſus eſt Neapolim. Dictæ etiam treugæ fuerunt plurimum vtiles toti Apuliæ, vt aliquantulum quieſceret patria, & vires reſumeret, quæ multum grauata & vexata fuerat expenſis. In Neapoli autem rex fecit magnam ſolemnitatem, mili-

Francus vox gallica immutatè ſonat.

A.C. 1290.

tem creans filium ſuum primogenitum vocatum Carolum Martellum, ac etiam per legatum papæ fecit eum coronari in regem Vngariæ, quia eo anno migrauerat rex Vngariæ: nec reliquerat filium maſculum, qui in eo regno ſuccedere poſſet. Nec alius erat hæres, niſi regina Maria vxor Caroli regis Siciliæ & mater Caroli huius Martelli, cui iure hæreditario ſuccedebat deinde regnum Vngariæ. Quidam tamen Andreaſſus nomine de progenie genitus regum Vngariæ, ingreſſus dictum regnum maiorem partem ſibi acquiſiuit vi, vel voluntate ſe ſubiicientiũ ei, & fecit ſe fieri, & vocari regẽ Vngariæ.

Andreaſſus quẽ Andream vocat Aemyl. regnum Vngariæ inuadit.

Florentini Aretinos rurſus adoriuntur. Blon. lib. 9. dec. 2. & alij.

§. VIII.

AD Hetruriam reuertendo, Anno domini 1290. Florentini egreſſi iterum cum copiis ſuis, caſtrametati ſunt cum adiutorio aliarum ciuitatum ſectatricum partis Guelphæ in comitatu Aretino cum mille quingentis militibus ſeu equeſtribus & ſex millibus peditum prima die Iunij, & moram ibi fecerunt per dies quadraginta octo vaſtantes & populantes omnia iuxta Aretium ad ſex milliaria necnon & vineas & arbores & blada inciderunt, & ad brauium in feſto beati Ioannis Baptiſtæ iuxta portas Aretij curri fecerunt. Erat tunc Poteſtas Florentiæ dominus Roſſus de Gabrielis Eugubinus qui primus fuit tenens officium per ſex menſes, quod in poſterum obſeruatum eſt, cum prius per annum duraret officium poteſtatis. Reuertentib. verſus Florentiam copiis iter fecerunt per agrum Caſentinatem, deſtruẽdo terras comitis Guidonis Nouelli, & palatia, & fortalitia caſtri Puppienſis & caſtrum ſancti Angeli, & plura alia loca.

Menſe verò Septembri eodem anno egreſſi ſunt Florentini cum copiis ſuis contra Piſanam ciuitatem muniendo tamen, & benè prouidendo regionem vallis Arni ſuperioris gentibus armorum, equeſtribus, & peditibus, ne fortè Aretini inuaderent, & vaſtarent illas partes. Sed & Genueſes per mare cum quadraginta galeis armatis contra Piſanos ipſos proceſſerunt, & Lucenſes cum omni conatu ſuorũ armigerorũ. Et ceperunt vi ſua, & deſtruxerunt portum Piſanũ totũ, & ad ruinã traxerunt quatuor turres, quæ erant in mari pro cuſtodia portus Piſani. Et Genuenſes introitum ad portum præpedierunt plutibus lignis oneratis lapidibus, vt dicto portu vti non poſſent. Poſt hæc reuertentibus aliis ad propria, Florentini in reuerſione ſua per vallem Heræ ceperunt & deſtruxerunt plura caſtella Piſanorum, & capitaneum dimittentes ſuum in dicta valle Heræ, ipſi Florentiam remearunt. Sed comes Guido de Monteſeltro

a *Carolus Martellus ex principe Salernitano rex Hungariæ. 21. poſt mortem aui creatus anno 1289. coronatus Neapoli à legato Cardinale Nicolai Papæ, 4. 6. Idus Decemb. Iterum coronatus in Hungaria à Gentile de Monteſ oris preſbytero Cardinale legato Clementis. 5. A.C. 1308. Onuph.*

poſtea

A.C. 1290. Poſtea egreſſus è Piſis cum ſuis diſcurrens per vallem Heræ cepit caſtellum Montiſſaſcoli & Monterchij. Quibus auditis Florentini profecti ſunt ad Volaterras, vt congrederentur in bello cum Piſanis, ſed illi immediatè Piſas redierunt.

Incēdium Florentię. Eodem anno in fine Maij ignis accenſus eſt, ex incuria, in domibus familiæ de Pegolottis, & combuſſit omnes domos eorum, & etiam vicinorum. Ex quo incendio mortui ſunt dominus de Nerius de Pegolottis, & filius ſuus, & vnà mulier cum tribus filiis ſuis, & ſerua vna. Inde maximum detrimentum familia illa recepit, vt poſtea quaſi extincta ſit.

B

Eodem anno inſigne miraculum accidit Pariſiis circa euchariſtiam. Nam cum quidam Iudęus mutuaſſet ſub vſuris cuidam mulieri certam quantitatem pecunię ſuper pignus cuiuſdam veſtimenti ſui, illa vt ea poſſet veſtiri in paſchate de propinquo aduenienti acceſſit ad Iudęum ad concedendam tunicam ſuam. Sed perfidus Iudæus auſus eſt dicere mulieri: Si tu portas mihi corpus Chriſti, quod dicitis eſſe in hoſtia conſecrata, ego tibi reſtituam veſtem ſine aliqua pecunia. At mulier cupiditate deuicta, plus amans pecuniam, quàm animam, hoc ei promiſit. vnde die paſchatis accedens ad communionem in ore retinuit ſacramentum, non glutiens, nec purificationem ſumens, ſed recedens ab eccleſia Iudęo detulit. Qui vt perfidiſſimus & ſacrilegus poſuit ſacramentum in patella ſuper ignem cum aqua bullienti, & cùm ſacramentum illęſum permaneret, ille gladium accipiens pluries percuſſit hoſtiam: indeque ſanguis exiuit, quo aqua tincta effecta eſt rubea tota. Extrahens autem de patella miſit hoſtiam illam in aquam frigidam quæ etiam tota effecta eſt rubea. Chriſtiani autem ſuperuenientes, vt acciperent ab eo ſub vſuris, & domum intrantes eius, perpenderunt ſacrilegium maximū Iudæi: [a] hoſtia nēpè per ſeipſam euolauit ſuper quamdam tabulā. Captus ergo Iudæus confeſſo ſcelere combuſtus eſt, & ſacramentum reuerenter acceptum à ſacerdotibus cum multa deuotione fidelium & honore deportatum eſt ad eccleſiam, & ex domo Iudæi fabricata eſt eccleſia, & vocatur eccleſia ſaluatoris delboglente.

(Patellā pro ſartagine vſurpauit.)

(Domus Iudæi in Eccleſiam cōuertitur & Lutetiæ viſitur.)

Eodem anno ciues Rauennates cęperunt dominum Stephanum de Gianazano, de familia Columnenſium, qui erat comes, & Rector Romandiolæ pro eccleſia factus à papa. Et eo interfecto cum omni familia ſua, ciuitates Romandiolæ ſe rebellauerunt, & motæ ſunt ad prælīādum, excepta ciuitate Foroliuienſi. Et Mainardus de Suſinana ſibi vſurpando dominium cæpit ciuitatem Fauentiam, contra quem profecti ſunt Bononienſes, Demū papa Nicolaus quartus deſtinauit in Romandiolam dominum Balduinum de comitibus Guidis de Romena epiſcopum Aretium in gubernatorem eius. Qui in paruo tempore omnes terras, quæ ſe rebellauerant reduxit ad pacem & obedientiam ſanctæ Eccleſiæ. A.C. 1290.

De bello ſacro & ciuitate Acra ab hoſtib. capta, Aem. li. 8. Blon. li. 8. dec. 2. & Naucl. ge. 44. Cont. belli ſacri. lib. 5. c. 6. A.C. 1291.

§. IX.

INTER bella & geſta in Italia, hic interponemus de bello Saracenorum contra fideles in partibus Syriæ. Anno domini. 1291. menſe Aprilis ſecundum chronic. Floren. Soldanus [a] Babyloniæ Ægypti facta magna præparatione copiarum, adeo vt exercitus eius per duodecim milliaria extenderetur equitum & peditum: profectus eſt in Syriam, & obſedit ciuitatem notabilem Acram, dictā antiquitus Ptolemaida, de qua fit mētio in libro Machabeorum, nunc verò vocatur Acra.

(Soldanus Syriæ Acram obſedit.)

C

Cauſa huius belli, & obſidionis factæ à Soldano fuit iſta, prout relatū eſt à mercatorib. Florentinis fide dignis, qui tunc ſe inuenerunt præſentes in dicta ciuitate Acra. Quia Chriſtiani illis temporibus abſtulerant Saracenis ciuitates aliquas, vt Antiochiam, Tripolim, Tirum: & alias ciuitates poſſeſſas à chriſticolis: hinc factū eſt, ꝙ ciuitas Acra ſeu Ptolemaida multum creuerat, ad eam inhabitandam refugientibus expulſis ab aliis ciuitatibus: cum aliam ciuitatem fideles in Syria tunc non haberent, Vnde rex Hieruſalem, & rex Cypri, & principes Antiochię, Tripolis, & Manſionis Hoſpitalis & templi Hieroſolymitani, & legati papæ, & ſtipendiarij qui erant in partibus illis pro rege Fraciæ, & pro rege Angliæ, omnes in dicta ciuitate Acra de negotiis ſuis diſponebant. Ibique erant dominia exercentia vindictam ſanguinis ſeptemdecim, ſecundum varias nationes concurrētium. Inde oriebatur ſæpè magna confuſio in dictandis ſententiis. Et cum tempore illo factæ fuiſſent treugæ inter chriſticolas & Saracenos, & ibi eſſent circa octodecim millia hominum peregrinorum cruce ſignatorum, eiſque deficerent ſtipendia debita à dominis & communitatibus, pro quibus conducti fuerant, expoſuerunt ſe ad prædandum & occidendum Saracenos venientes ad dictam ciuitatem Acram, Sicque violatæ ſunt treugæ per Chriſtianos contra Saracenos deferentes mercimonia, & victualia ſub immunitate treugæ, ipſis prædatis & occiſis, & incēſis caſalib. vicinis dictæ ciuitati. Ea propter Soldanus miſit oratores ſuos ad dominos illos, qui erant in Acra, querelā faciens de treugis violatis, & damnis

(Acra olim Ptolemais dicta, de qua in 1. Macha. & 10. et alibi. Cur Acra Chriſtianis adempta ſit.)

D

(In vrbe Acra magna erat gētiū colluuies.)

E

(Chriſtiani inducias violant. Emenda pro ſatisfactione & mulcta ponitur.)

F

[a] *Ex hoc credo miraculo factum eſt vt ſub an. 1295. Iudæi à Philippo Pulchro tota Frācia ſpoliati & exacti ſunt, quā exactionē ipſi appellant* בלה*, quod ea cōtigerit poſt quintū mūdi conditi millenarium & aliquādo* קלך *quod anno 1306. poſt illā Philippi Augusti eiectionē, quæ incidit. 1190. acciderit. Pulſi Iudæi migrarūt in Germaniā. Quare Iudæos Germanos eſſe de radice ſiue trūco Frācorū ſcribit Helias in thiſ. Ge.*

[a] *Soldanus centum quinquaginta armatorum millia in Ptolomaidam duce filio Emilech Araſſo immiſit, qui animis per ætatem ardentior ampliſſimæ vrbi & multis redundanti paratiſſimus copiis obſidionem opinione Chriſtianorum arctiorem admouit. Blon. Cæterum in vrbe nihil in commune conſulitur, vnde ſubito factum, vt noſtri in iuſtam obſidionem cōpulſi, territique ab irruptione prohiberentur. Contin. belli ſacri.*

A.C. 1291.

illatis peteris emendam iniuriarum, & quòd mitterentur, aliqui ex illis, qui primi futuram ad frangendum treugam vt de illis ſupplicium peteretur, quod illi denegarunt.

Acra à Saracenis oppugnatur.

Et propter hoc ad vindicandum iniurias venit ad obſidendum Acram. Et innumerus erat penè eorum exercitus, ita vt cito multitudo eorum completa foſſa profunda, quæ erat ex facie ciuitatis, quę eſt verſus terram, & aliam partem murorum ciuitatis concàuitatibus ſub terra factis & aliis modis ruere fecerunt, capientes turrim magnam & fortiſſimam, quę dicebatur maledicta. Cùm his omnibus ciuitas illa non eſt capta, ſed viriliter reſiſtebat. Et quòd Saraceni deſtruebant in muris de die: illi de nocte reparabant diuerſis rebus & modis. Et virilis iſta in pugna reſiſtentia principaliter procedebat per virtutem magnanimitatis, & ſolertiam ac prudentiam viri dicti Benigni magiſtri templi, qui erat capitaneus principalis ciuitatis, & cuſtodiæ. Accidit autem vna dierum, quòd dictus capitaneus & magiſter cum brachium ſuum eleuaret in a pugna à quodã ex hoſtibus, ſagitta venenata emiſſa fuit vulneratus in brachio: ex quo vulnere mortuus eſt. Ex eius morte tota ciuitas commota eſt & contrita.

Criſtiani viriliter Saracenis reſiſtunt.

Benigni magiſtri Téplariorum virtus et mors hic à Contin. Petrus nominatur.

Multorũ principatus malũ eſt.

Et quia vbi multitudo, ibi confuſio, cum ſcilicet non ineſt ordo, ideo cum multorum eſſent ibi dominia, & ſine ordine, orta inter eos diſcordia, de cuſtodia, cum omne regnum in ſeipſum diuiſum deſoletur ſecũdũ doctrinã Chriſti: ideo deſerta defenſione ciuitatis: quilibet conatus eſt euadere manus Saracenorum, ne caperetur. Et aſcendentes naues paruas vel magnas, quæ erant in mari de propè, fugam iniecrũt. Saraceni verò non habentes repugnantiam, demum intrarunt ciuitatem predantes omnia, & qui eis obuiabant trucidantes, & plurimos mares & fœminas diuerſę ætatis & conditionis ſeruos ſibi fecerunt. In quo excidio b ſexaginta millia, Chriſtianorũ referuntur à Saracenis in ore gladij percuſſa. Et eductis de vrbe hominibus & diuitiis maximis, muros ciuitatis ad terram proſtrauerunt, reliquum igni expoſuerunt.

Chiſtiani vrbem Acram deſerunt quã Saraceni capiunt.

Inde tota Chriſtianitas magnum detrimentũ incurrit, quia ciuitas illa Acra erat in fronte noſtri maris, & in medio Syriæ, & cum diſtaret à terra ſancta Hieruſalem per ſexaginta tantum miliaria, erat quaſi in medio terræ habitabilis: vnde fons & portus omnium mercimoniorum quę per mare vehebantur de oriente in occidentem, & è contrario: ac de omni natione, quę ſub cœlo eſt, illuc concurrebant ad negotiandum. Ibique erant Turcomanni, ſeu interpretes omnium idiomatum, vt putaretur tanquam cõmunis alimonia mundi.

Acræ vrbis amiſſio quam grauis Chriſtianis.

Neque hoc occidit ſine magno & iuſto iudicio Dei. Nam habitatores eius etſi nomine Chriſtiani: re autem infidelibus erant deteriores, repleti omni iniquitate & laſciuia. Ideo in præſenti Deus ſupplicia reddidit: ne in æternũ eos puniret, qui in tam ſæua morte ad Deũ ſunt reuerſi, & ne impœnitentes ex eis diutius viuentes maiores ſibi acquirerent cruciatus. Cùm autem hæc nota fierent in occidentis partibus, præcipuè in Romana curia, contriſtati ſunt valdè. Et ſummus pontifex Nicolaus quartus publicari fecit magnam indulgentiam crucem aſſumentibus, vel mittentibus in auxilium terræ ſanctæ. ac reges & principes exortatus & Chriſticolas vt ſubſidia illuc deſtinarent. Fecitque a proceſſus ſolennes cum ſententia excommunicationis, & aliis pœnis contra omnes Chriſticolas mercatores & alios, qui non ſolùm arma & li-

Pontificis Romani in terræ ſanctæ ſubſidium zelus.

a *Quomodo hic Magiſter vulneratus ſit, ſic refert Continuator. Conſpexerat hoſtis, vel forſitan proditione admonitus exploratum habuit, ex vna parte vrbis mœnia negligentius cuſtodienda omnes ſuos vno in loco, quem mœnibus nudauerat arietando, impetum facere iuſſiſſet. Miſſis igitur delectorum aliquot millibus, quantum poſſent, celerius ex inſperato in minus cuſtoditam vrbis partem irruptionem tentare iubet. Cum adhortatio, & militum contentio tantum effecit, vt iam admotis ſcalis in ſummum aliqui euaderẽt, cum repente Petrus accurens cum non ignobili Tẽplariorũ manus telorũ velut grandine hominẽ obruit. Ac dùm in aliquem ex Saracenis pertinacius ſubeuntem gladium ſtringit, ictumque intentat ecce venenata ſagitta traiicitur. hæc ille.*

b *Tantum Chriſtianorum numerum in hoc excidio periiſſe auctores alij non tradunt & inprimis Blondus, qui id refert cũ noſtros propter diſcordes gubernatorum animos metus cepiſſet, multique partim captatis abeundi cauſis partim clandeſtina per noctẽ fuga deſertores effecti eſſent publico primum conſilio mulieres omnes, ſenes & paruulos & debiles emiſiſſe, deinde cõſtituiſſe duodecim millia armatos in vrbe retinẽdos q defenſioni ſufficeret: cæteris emigrãdũ. Rex Cypri poſtea, ignauia, quæ certiori vocabulo perfidia appellari poteſt, vſus illico perfugã multitudinẽ eſt conſecutus fuitque exemplo, vt omnes quibus nauigij facultas non defuit, Ptolemaida emigrarent. Poſtremi omnium Hieroſolyma patriarcha, magiſtri non prius vrbem deſeruere, quàm viderent Sultanum oppugnationem ſolito maiore impetu oſtentare. Hi dum vnir in deſeruato portu delapſi, ſecunda primum nauigatione ſunt vſi, ſed vento poſt parum in validam tempeſtatẽ mutato, ſub ipſius Cypri plagam naufragio periere. Addit Aemyl. Ita qui ferrum euitarant, ignaua morte periere. In vrbe duodecim millia remanſerant obſeſſi, oppugnati, ſaucij, feſſi malis præſentibus, periculo futurorum metus capti, cæſi ad vnum omnes ſunt. Nec in mortales modo atrox barbari victoris ira ſæuiit, ſed vt ad Tripolim factum fuerat, publica priuataque ædificia, templa ſuperum euerſa, refoſſa fundamenta ne indicium vllum euerſæ, ne monumentum vrbis extaret. hæc ille. Annus autem erat ſalutis 1291. Cum Ptolomais & quicquid reliquum fuerat Chriſtianis in Syria a Saracenis receptum eſt. Onuph. Amiſſa tamen Ptolemaide Cyprus & Armenia minor, quæ olim Sicilia dicebatur Chriſtianis tantum ſaluæ permanſerunt, Contin. cap. 7.*

Multis iuris capitibus hi excommunicantur, qui arma & lignamina vel mercimonia in terras Saracenorum deferunt. Nam inprimis in 5. lib. Decret. tit. 6. cap. 6. quod incipit ita quorundam, & cap. 12. quod olim, et 17. ad liberandum hoc fuit ſub excommunicationis pœna interdictum. Deinde in extrauag. Ioannis 22. tit. 8. de Iudæis. & in extrauag. communibus titulo 3. de Iudæis. item hoc etiam eſt eadem pœna prohibitum. Denique in proceſſu Bullæ de cœna Domini hoc grauiſſimè eſt eadem pœna ſancitum; vide Nauarrum in manuali & alios.

gna-

A.C. 1291.

gnamina (quod iamdiu prius fuerat prohibitũ) ſed qui deferrent in Alexandriam, vel alias terras Ægypti Saldano ſubiectas quæcunque mercimonia. Et hoc habetur per quamdam extraua gantem ipſius Nicolai. Et ſimiliter contra mittentes talia, & contra dantes auxilium, conſiliũ vel fauorem, & exercentes aliquod officium in dictis nauibus, & cõtra permittentes extrahi talia de portubus ſuis.

De geſtis in variis dominiis orbis.

§. X.

Rodulphus imperator moritur. pridie Cal. Oct. A.C. 1291.

IN illo tempore, ſcilicet anno domini. 1291. de hac luce tranſiuit rex Rodulphus imperator Romanorũ: per plures annos prius electus & confirmatus, ſed benedictionem & coronationem imperialem non ſuſcepit: quia ſemper conatus eſt dominium ſuum & potentiam augere in Alemannia, nec viſus eſt curare de ſtatu Italiæ. vnde non ingreſſus eſt eam: ſed ſtudij ſui fuit procurare filiis terras & diuitias, vnde & acquiſiuit ſibi ducatum Auſtriæ, & magnam partem ducatus Sueuiæ.

Philippus rex mercatores Italos in Gallia negotiantes capi iubet.

In regno Franciæ Philippus rex Franciæ qui dictus eſt Pulcher, de conſilio quorundam in nocte Calendarum Maiarum capi fecit omnes Italicos, qui erant ſub dominio ſuo, ſub prætextu, quòd ſolum fœneratores intendebat detineri, ad ſe redimẽdum ſeu componẽdum. Sed quia capti ſunt, & taleati ita recti mercatores, ſicut & fœneratores, ideo apparuit dolus illius ſuper qua re à cunctis argutus fuit, & deteſtatus de huiuſmodi extorſione & exinde regnum Franciæ cœpit à ſua magnificentia minui.

Mercatores magna damna ſubeunt. Sap. 11.

Ex iſta autem captura & amiſſione ciuitatis de Acra capta à Saracenis mercatores magna damna ſubſtantiarum incurrerunt. Nec immerito: quia vt ait Sapiẽs, per quæ peccat quis per hæc & torquetur. Congregant enim, vt plurimum, per fas & nefas.

Motus in Romandiola.

Eodem anno cùm tota Romãdiola eſſet ſub obedientia eccleſiæ & gubernatione epiſcopi Aretini à Papa deſtinati, Mainardus de Suſinana cum quibuſdam nobilibus de Romandiola ceperunt Forolíuium & in eo Aghinolſum de Romena cum filiis germanum præfati epiſcopi Aretini. Et hinc orta ſunt bella in Romandiola. Hic verò Mainardus fuit ſagax tyrãnus, bellicoſus homo & prudens in generatione illa, fœlix in belligerando: Gibellinus ex genere & opere, ſemper tamen, vt Guelphus cum Florentinis, & contra inimicos eorum ad requiſitionem eorum ſemper paratus ad eos iuuandũ huius amicitiæ & fidelitatis cauſa fuit, quia pater eius nomine Petrus nobilis vir ad extrema deductus, cùm multos haberet inimicos, vt comites Guidos & Vbaldinos, ipſum Mainardum tunc puerum moriens reliquit ſub tutela & cuſtodia Florentinorum cum caſtellis ſuis. Cuius tutelam communitas Florentina ſuſcipiens benignè eum enutriuit, & bona ſua defendit, & cuſtodiuit. Et ideo vt gratus vir factus: & amicitiam & fidelitatem cum Florentinis conſeruauit.

In Mucello cùm quoddam caſtrum benè munitum vocatũ Ampinana ſe rebellaſſet, per comitem Manfredum filium comitis Guidonis obſeſſum, Florentini demum per pactionem in deditionem acceperunt, & ipſum funditus deſtruxerunt. Paulò pòſt in Francia in ciuitate Nouiomenſi ignis, vt creditur, ex incuria in aliqua domo accẽſus, ita impetuoſè exarſit vt vix remaneret in ea domus vel eccleſia, quam non deuoraret, vſque ad eccleſiam principalem beatæ Mariæ: vbi quieſcebat corpus beati Ludouici. Damna inde ſecuta cum mortibus hominũ quis enarrare valeat? Erat autem in amplitudine ciuitas illa, vt Pratenſe caſtrum. Circa idem tempus comes Guido de Monteſeltro capitaneus, & vt dominus Piſanorum ſentiens caſtellum Pontis Heræ, quod tenebant Florentini, in cuſtodia eſſe neglectum accepit nocte, vt dictum eſt ſuprà.

A.C. 1291. Sup. §. 6.

Mors Nicolai 4. & ſedis vacantis cauſæ & aliqui euentus.

CAP. VII.

Nicolai 4. mors poſt quã ſedes vacat an. 2. m. 3. d. 2.

ANNO domini 1292. Nicolaus Papa quartus appoſitus eſt ad patres ſuos reputatus rectus homo & ſanctæ cõuerſationis. Poſt cuius mortem vacauit annis duobus & menſibus tribus ſedes Petri, ex diſcordia Cardinalium: Nam vna pars eorum, quorum caput erat dominus Matthæus de Vrſinis, petebat fieri aliquam ad complacẽtiam regis Caroli: alia pars, cuius caput erat dominus de Columnenſibus, alium fieri cupiebat. Et propter hoc quærentibus illis, quæ ſua, & non quæ Ieſu Chriſti tantum dilata eſt electio. Interea per principes Alemanniæ ad quos ſpectabat, electus fuit imperator Romanorum Citulphus (aliàs vocatus a Adolphus ſiue Ataulphus) comes de Naſſau de Alemannia. Non tamen ipſam dignitatem imperialem adeptus eſt, ſed ab Alberto duce Auſtriæ & filio Rodulphi olim imperatoris in bello occiſus fuit.

Beatę Mariæ apud Florentiã miracula.

Eodem anno mẽſe Iulij patrata ſunt quædã miracula Florentiæ ex quadam figura virginis glorioſę, quę erat in pariete picta atrij ſeu horti ſancti Michaelis, vbi tunc forum erat frumenti, & aliorum bladorum. Nam concepta deuotione ab hominibus ad figuram illam infirmis deuotè orantibus ad imaginem illam plures ſanati ſunt ex variis languoribus, claudi erecti, contracti ſanati, & obſeſſi à dæmonibus liberati. Fratres autem Prædicatores & Minores, quia parum fidei dabant dictis miraculis, populus (qui leuiter mouetur) eis detrahebat, & obloquebatur contra eos, adſcribens inuidiæ quod erat veræ pietatis. Ex deuotione igitur ad illam imaginem, ab artibus fuit prouiſum, vt ibi cantarẽtur laudes diuinę in vulgari, & ita aucta eſt deuotio populi ad illam imaginem ex miraculis patratis & enarratis, quòd de tota Tuſcia in

a *Poſt mortem Rudolphi Cæſaris fuit inter regnum menſ. 3. d. 7. deinde vero Cæſar Adolphus rex Romanorum ex comite de Nanſſau creatus eſt 8. Id. Ioan. A.C. 1292.*

A.C. 1292.

feſtis beatę Mariæ fiebat ibi concurſus populorum. Et in proceſſu temporis repletus eſt locus imaginibus cereis ibi poſitis, à gratias & beneficia ſanitatum recipientibus, ex votis ibi factis. Inde creata eſt ibi quædam ſocietas multorum ciuium etiam notabilium, & intantum eleemoſynæ multiplicatæ & legata dictæ ſocietati facta: vt ad ſex millia librarum aſcenderent reditus pauperibus diſpenſandi, non habendo adhuc aliquas poſſeſſiones. Sed poſtea creatum eſt officium eorum, qui dicuntur Capitanei miſericordiæ, & legatæ ſunt loco multæ poſſeſſiones. Et poſtmodum ædificatum eſt ibi oratoriũ pulcherrimum circa illam imaginem: ſculpturis ſanctorum marmoreis magnificè exornatum. In quo oratorio celebrantur quotidie decem miſſæ vel circa per conductitios presbyteros. Ab extra in quatuor faciebus eius, ſunt ſculpturæ marmoreæ pulcherrimæ ſanctorum, qui ſunt patroni artium diuerſarum, Suprà teſtudinem ipſius oratorij valdè eminentis ſunt duo ſolaria, vbi ſeruantur munitiones victualium communitatis.

Vexillifer inſtitiæ Florentię primum creatur. Leon. Aret. A.C. 1290.

§. I.

Ante præfatum tempus per duos annos vel circa, Vexilliferi iuſtitiæ nouiter dignitas creata eſt. Huius cauſa fuit, vt notat Leonardus in hiſto. Floren. quia cùm inferioris potentiæ homines magnitudini nobilium & magnatum pares eſſe non poſſent, ac ſæpè iniuriæ cõtumeliæque imbecillioribus inferrentur, vnica proſpecta eſt reſiſtendi via, ſi populus vnà ſentiret, nemini iniuriam fieri pateretur: ſed priuatim inflictas publicè contumelias vindicaret. Studia reipu. capeſſendæ hinc nimirum ſunt populo coorta, hinc nobilitatis depreſſio. Ita demum populus ſe ſaluum eſſe poſſe exiſtimauit, ſi ipſe rempublicam gubernaret, ne nobilitas ſupra potentiam propriam, reipublicæque abuteretur potentia, vel ad inferendas clades, vel ad inflictas, quo minus vlciſceretur, prohibendum. Hoc certamen diu incerto exitu conflictauit ciuitatem: vtque eſt humanarum rerum viciſſitudo, hi modo, illi quandoque præualebant. Nonnunquam verò mixti ex nobilitate & plebe magiſtratus ſumebatur vſque ad Priores artium. Priores gubernandi genus maximè populare fuit, neque tamen ab initio merum. Lex enim tantum inertes repellebat. Nobilem verò non inertem eſſe non vetabat. Vnà ferè ſimul cum Prioribus ad tutandum reipu. ſtatum artium ſigna, conuentuſque ſunt reſtituta, quo armati ciues cùm opus foret, concurrerent, ac præſentem ciuitatis ſtatum ſi res exigeret, tutarentur. Iuri autem dicẽdo duo præerant in ciuitate magiſtratus. Alter cum poteſtate legitima ad cauſas & iudicia, alter populi defenſor.

Priores artium magiſtratus popularis Florentiæ.

Quia verò contingebat maleficia per nobilitatem committi, ad quorum punitionem magiſtratus accedere non audebat: quoniam ſtipati cateruis ſuorum nobiles ab ipſo quoque magiſtratu formidabatur, & vexati pulſatique apparitores frequenter redibant: ſicque iuſtitia impediebatur: ad eam rem tollendam corrigẽdamque Vexilliferum iuſtitiæ creare placuit. Creatus eſt igitur ſeptem annos, poſtquam Priores artium fuerunt conſtituti. Eius electio Prioribus commiſſa, tempuſque Vexillifero iuſtitiæ definitum eſt menſium duorum. Additumque eſt ei lege, vt de plebe dũtaxat eũ legere liceret. Vtque conſiliarios haberet quatuor, præfectos duos, pedites armatos mille è tota plebe viciſſim deſcriptos, ex tribu videlicet Stradiana ducentos, totidem ex Tranſarnina. Ex reliquis autem tribubus ex ſingulis centum quinquaginta. Horum deſcriptio annua erat, & quoties vocarentur: armati adeſſe ac vexillum iuſtitiæ ſequi iubebantur. Additum quoque eſt in lege præterea, ne quis ex nobilitate inter mille pedites legeretur, ne impediret, ne verbis minacibus vteretur, aduerſus tranſgredientem pœna grauiter conſtituta erat. Vexillifer promere vexillum non poterat per legem, niſi iuſſu magiſtratus. Nec vna cum Prioribus tunc habitabat, nec quicquam ferè aliud authoritatis habebat: niſi quòd princeps mille armatorum erat, ad iuſtitiam in potentiores ſi illi parere magiſtratui recuſarent, exequendam.

Eodem quoque anno primum conſtitutum eſt in ciuitate, ne quiſquã qui Prior fuiſſet, intra triennium, ab eo tempore, quo magiſtratu abierit, ſumi ad Prioratum rurſus poſſet, cùm ante quidem nulla lex hoc vetaret, ſed pudor tantum à petitione homines compeſceret. Cauſa huius legis fuit, vt pluribus ad honores pateret via, neque ob gratiam aut potentiam continuarẽtur. Ea tamen lex magis neceſſaria fuit ſortitionibus magiſtratuum quàm petitionibus.

Factiones inter nobiles familias Florentiæ exortæ. Leon. Arc.

§. II.

Anno autem domini. 1292. cùm ciuitas Florentina ceſſaret à bellis exterioribus, & in proſpero & fœlici ſtatu maneret, ac diuitiis abundaret, ex ſuperbia & æmulatione cœperunt diuiſiones inter nobiles. Nam frequenter rixæ erant & contentiones inter familias principales, vt inter Caualcantes & Buondelmontes, inter Adimares & Thoſinghos, inter Rubeos & Tornaquintios, inter Bardos & Mozenos inter Buondelmontes & Gandonatos, inter Biſtodominos & Falconerios: inter Boſtichos & Foraboſcos, inter Donatos & Freſcobaldos; & alias familias. Hę ſibiinuicem inimicabantur, habentes magnas ſequelas. Sed nobilitas iſta etſi diuiſa inter ſe vſque ad eam diem quaſi princeps in ciuitate erat nec ſatis æquam ſocietatem cum populo exercebat. Præpotens ſiquidem opibus & animis, plus quàm conueniret ciuitati, erat elata: nec ſe facilè tẽperabat ab iniuriis inferendis. Homines enim lõgis ſtipati

Nobiles Florentinorum familiæ.

A.C. 1292.

pati

A.C. 1292.

Nobiles Florentiæ iniurias plebi inferunt.

p ati clientelis,& multis propinquitaribus ſubnixi imbecilles inhoneſta ſeruitute premebant. Frequenter ab iis pulſatos mediocris fortunę homines, frequenter bonis ſpoliatos, prædiis eiectos fuiſſe cõſtabat. Quæ & ſi interdum vindicare pergebat ciuitas, tamen & fauore propinquorum in modico ſuſtentabantur, & horrebant homines eorum iniurias deferre, veriti potentiam familiarũ,& cædes ac vulnera, plus quàm iacturam patrimonij formidantes. Nec ſanè ad plenam ſeruitutem plebis quicquam aliud obſtare videbatur, quàm quòd nobilitas ipſa inter ſeſe variè diuiſa, inuidia & æmulatione concertabat.

Ianus labella ad iniurias nobilium vlciſcendas incitat.

Hanc igitur deformitatem & labem reipu. tollere aggreſſus eſt vir vnus, per eam tempeſtatem magni animi,& conſilio pollens, Ianus labella (alias Dolobella) claris quidem maioribus editus: ſed ipſe ciuis apprimè popularis. Is ſeorſum primò cum ſingulis queſtus de potentia nobilitatis, ſegnitiem patientiamque populi increpabat, quòd ſingulorum iniurias tolerando, non intelligeret vniuerſis ſimul turpiſſimã ſeruitutem impendere. Perſtultum quidem putare ad ſe quoque vim non eſſe peruenturum cùm domitis quibuſque primis ad alteros ſubinde vis tanquam incendium tranſeat. At enim occurrendum eſſe iam nec vti plus creſcat patiendum. Adoleuiſſe id certè malum, nondum tamen ita roboratum, vt medicari non poſſit. Quod ſi vltra negligant,& alios alteri reſpiciãt: fruſtrà tandem auxilium contra inueteratam peſtem optaturos.

Hæc & iſtiuſmodi iactando atque iterando ſtudia hominum incendit, mentéſque erexit ad rempu. capeſſendam. Aſſurgentibus quoque popularibus,& eius cœpto fauentibus, rem ad magiſtratum detulere. Tandem multitudine plebis aduocata cùm de hoc conſultaretur, ac variæ ſententiæ pro cuiuſque ingenio dicerentur: aſſurgens ipſe in hunc maximè modum propoſita de re coram diſſeruit.

Iani labellæ pro libertate aduerſus nobilitatem oratio.

Semper eiuſdem mentis ſum, ô ciues,& quantò magis de repub ica mecum ipſe cogito, tanto magis in hac firmor ſententia. Neceſſarium fere cenſeo, aut ſuperbiam perpotentum familiarũ retundere, aut libertatem amittere. Eo quidem res deductas cerno, vt patientia veſtra & libertas ſimul ſtare non poſſint. Vtrum verò ex his retinere debeatis neminem ſanæ mentis dubitaturum crediderim. Neque porro me præterit quanto cum periculo meo ſim iſta dicturus. Verum boni ciuis eſſe nequaquam arbitror, dum patria conſilium poſcit, in propriam vtilitatem retorquere, ac ex ſuo priuato commodo publicis cõſiliis moderari. Dicam igitur liberè, quod ſentio. Mihi quidẽ videtur libertas populi duabus rebus cõtineri, legibus videlicet ac iudiciis. Quoties illa duo plus poſſunt in ciuitate, quàm ſinguli ciues, libertas ſeruatur. Quoties autem reperiuntur, quibus leges & iudicia contemnere liceat impunè, actum quidem eſſe putandum eſt de libertate. Quid enim tibi liberum fuit ab iis, qui ſi modo libeat, poſſunt abſque iudiciorum metu in te, atque in tua violentas manus iniicere? Conſiderate nunc demum conditionem veſtram ac nobilitatis facinora vobiſcum percurrite. Tunc dicat mihi aliquis, ciuitas an libera ſit vel iampridem oppreſſa. Id verò facilius reſpondebit, ſi vel in vrbe, vel in agro vicinum aliquem exilo potentium globo habuerit. Quid enim vſque adeo noſtrum eſt, quod illi non concupiuerint? aut quid concupierunt, quod mox non proſequantur? aut quid proſequuntur, quod non per fas & nefas ſe non debere conſequi putent? Nec corpora quidem nobis (ſi verum fateri volumus) iam libera ſunt. Pulſatos ciues, poſſeſſionibus eiectos, incendia, rapinas, vulnera denique & cædes complurium per hoſce annos commiſſa à potentioribus meminiſtis. Horum verò facinorum authores & patratores, partim ſic aperti ſunt, vt inficiari non curent, partim ſic manifeſti, vt nequeant inficiari ante oculos verſantur noſtros, & quos carcer atque ſupplicium coercuiſſe debuerat, hos cateruis armatorum ſtipatos magnificè per vrbem incedere videmus & nobis iam & magiſtratui longè formidandos. Hanc igitur mihi libertatem quis vocabit? Et qua alia conditione tyranni vtuntur, quàm vt occidant, vt pellant, vt auferant, quæ libitum eſt ſine iudiciorum metu? Quod ſi vnus eiuſcemodi in ſingulis ciuitatibus libertatem perimit, quid in noſtra à tot ſimul euenire exiſtimandum eſt? Oppreſſi (credite mihi) iãpridem ſumus,& libertatem ſpecioſam iam verbo, ſeruitutem re vera turpiſſimam ſuſtinemus.

Quomodo libertas recuperari poſſit.

Sed ita eſſe (dicet quiſpiam) nemo ambigit, at remedium, & non deplorationem flagitamus. Huius ergo tam fœdæ ſeruitutis depulſio vnde ſumenda ſit, non admodum cognitu difficile reor. Vt enim ex legum iudiciorumque lapſu interiiſſe libertatem videmus: ſic ex eorum ipſorum erectione nobis illa reuiuiſcet. Quare ſi libertatem cupitis (cupere autem æquè ac vitam pariter omnes debemus) illa duo vobis in authoritatem reſtituenda ſunt,& omni nixu diligentiaque firmanda. Et leges quidem vobis multæ ſunt de vi & cæde, de latrociniis & iniuriis, de cæteriſque maleficiis coercendis. Has igitur leges, ſingulis notas contra potentiores innouandas cenſeo,& alias inſuper adiungendas. Cùm enim malignitas hominum dietim creſcat, noua inſuper proſpicientia opus eſſe quis ignorat? Sed illud in primis neceſſarium puto, vt delictorum pœnæ contra potentiores augeantur. Vt enim ſi quis gigantem ligare velit, ac puſillum hominem ſimiliter, non eodem vinculo credo vteretur, ſed gigantem quidem non niſi catenis aut rudentibus, alterum verò chorda vel loro putaret compeſcẽdum. Sic pœnæ quę legum vincula ſunt, longè contra grandes iſtos & potentiores conſtituendæ ſunt fortiores.

Nobilium proximi eadem pœna mulctandi.

Vnũ præterea his adiungo, vt proximi atq; familia eiſdem pœnis obligentur. Semper enim participes maleficij gentiles agnatoſque fuiſſe putandum eſt, quorum fiducia quis elatus cõmiſerit maleficia. Iudiciorũ autem vim duo impedire ſolent: probationum difficultas, & exequendi defectus. Nam & teſtes formidant contra potentiores deponere: quo vno metu cuncta penè iudicia ſubuertuntur:& ſi quãdo probatur,

A.C. 1292.

batur magiſtratus exequi horret. His niſi prouideritis ſcitote vos nullam rempublicam habituros. Nam quid prodeſt leges optimas in ciuitate eſſe, ſi iudicia irridentur? Primum igitur teſtium difficultatem reſecandam cenſeo, ac famam ipſam contra potentiores admittendam. Cùm enim maleficium patratum eſſe conſtet, & publica vox hominum finitimorum agri denique ipſi & ſaltus, à potentiori aliquo factũ clament, non mihi anxias probationes quærat iudex, quas metu potentiæ nouit deterreri, ſed fama ipſa illis ſatis eſt.

Ad exequendi verò difficultatem quæſo animos aduertite. Quippe maius quiddam eſſe cerno, quàm homines opinentur, nec tam à magiſtratu, quàm à populi robore dependere. Si enim populus, quemadmodum decet, præſtantiã in republica retinere volet, executio iudiciorũ etiam contra potentiſſimos facillima erit. Sin alios admirabitur, & ſupra ſe putabit, magiſtratus ſimul roſtraque tepeſcent. Ea nimirum res animaduerſa dudum deprehenſaque effecit, vt Vexillifer iuſtitiæ crearetur, cuius vim ego tam breui antiquatã eſſe admiror. Sed ſtultũ eſt, vt arbitror, cũ populus iſte remiſſus ac negligẽs fuit vicarios eius conqueri non acres fuiſſe. Et ſic tã multa tunc omiſſa fuerunt, vt inchoata potius res viſa fuerit, quàm perfecta. Ego igitur Vexilliferi authoritatem cenſeo maiorem in modum eſſe roborandam. Itaque hoc primum decerno, vt non mille armati, vt ante, ſed quater mille toto viciſſim è populo deſcripti Vexillifero tribuantur. Deinde Vexilliferum ipſum vnà cum Prioribus publicis ędibus collocandum eſſe dico, vt præſens querelas ciuium intueatur & ſentiat, præſtoque ſit reipublicæ neceſſitatibus: ne ſi domi degat, aut non maturè intelligat, aut priuatorum interceſſionibus (quod hactenus factũ ſcimus) illius opera retardetur. Tertium & hoc ipſum tunc prætermiſſum adiungo ne quiſquã è potentioribus etiam ſi artificio ſe contexerit, ad Prioratum ſumi poſſit, ne fauendi reis, impediendiq́, iuſtitiam habeat facultatem. Satis enim ſuperq́ue illorum potentia per ſeipſam oneroſa eſt, niſi inſuper publica poteſtate armetur. Ita legibus, quæ paſſim iacebant erectis, pœniſque acrioribus aduerſus potẽtes conſtitutis, iudiciiſque roboratis, ceſſare illos à tyrannide compelletis, vel certè ſi effrenes eſſe pergent, tamquam peſtiferam corporis partem ac ſanitatem minime recepturam, ferro igneque exterminabitis, depoſita hac nimia ſuperfluaque patientia, quæ videntes, ſentienteſque vos in ſeruitutẽ redigit.

Vexilliferi auctoritas extenditur.

Dixi ferè, quæ ſalutaria reipublicæ & ſimul nobis neceſſaria puto ad libertatem. Quæ ſi difficillima eſſent, ac magno labore, magniſque ſũptibus comparanda, tamen propter vtilitatem ſuaderem capeſſenda, nunc autem cum ſint facilia & in manibus repoſita veſtris, quis vſque adeo diſſolutus erit, vt malit per iniuriam turpiter ſeruire, quàm per ius & honeſtatem par cæteris fore? Maiores noſtri, ne imperatoribus quidem Romanis ſeruire ſuſtinuerunt, quamquàm & titulum prætendentibus, & dignitate hominum ſeruitutem honeſtante: vos viliſſimis hominibus ſeruire ſuſtinebitis? Illi cædes & vulnera, et patrimoniorum iacturas, ac infinitas pene

Hortator ad libertatem defendendum.

A contentiones pro dignitate et præſtantia ſubierunt: vos præ metu et ignauia, quos vobis ſubeſſe decet, eos ſponte veſtra tyrannos vobis ſuperponetis? Nec pudet populum vnũ, id eſt multitudinem tantam fortium virorum quæ omnes finitimos virtute bellica ſuperauit, & mille hoſtium perfregit cuneos, eam domi reuerſam huius vel illius familiæ potentiam pertimeſcere, ac deſpectum, ſuperbiamque illorum, qui veluti iam mancipia premimini, tam ignaue perferre? Dicendi finem faciam, ne me lõgius abripiat impetus. Nam & B obiurgare populum reuerentia præpedior, & hanc degenerẽ patientiam veſtram reminiſcens æquo animo præterire non valeo. Vos tantum quæſo tam, vt libertati veſtræ ſalutique conſulatis.

Leges contra Potentiores familias Florentiæ latæ. Leon. Aret.

§. III.

C MAGNO cùm aſſenſu audita eſt oratio, & laudauerunt omnes celſam viri præſtantiam. Ita inflammatis cũctorum animis lex profertur contra Potẽtiores familias, quę ordinamẽta Iuſtitiæ vocitarunt propterea quòd quemadmodum illæ ſubderẽtur iuſtitiæ certa via & ordine conſtitutũ eſt. Quæ verò forent potentiores familiæ aduerſus quas ferebatur lex ſubinde exprimuntur. Fuerunt intra vrbem duædequadraginta familiæ per eam legem adnotatę: extra vrbem complures, quæ in prædiis ſuis conſiſtẽtes, haud æqua in ciuitate cum imbecillioribus D exercebant. Poteſtas etiam Prioribus tradita, alios quoque ſi videretur, admotãdi. Ita perculſa nobilitate poteſtas & arbitrium reipublicæ ad populum rediit.

Proximis deinde diebus comitiis habitis Ianus ipſe legis author iubente populo ad Prioratum aſſumitur? Is vnà cum collegiis Vexilliferum iuſtitiæ creauit: & in conſeſſum recepit. Primus omniũ poſt hanc legẽ Vexillifer iuſtitię fuit Baldus Rufulus, vir nequaquam ſegnis: ſed qualem illa prima tempora flagitabant ad reprimendos potentiores authoritatẽmque popu E li aſſerendam. Hic nunciata cæde plebeii hominis, à quibuſdam ex ijs familiis, quę notatæ fuerant perpetrata confeſtim prodiẽs cum vexillo populares in arma excitauit ſecutaque multitudine ędes Gallorum (ex ea námque familia erat qui cædem fecerat) circumſtetit, gentes & agnatos perſecutus homicidæ extorres patria egit, ædes diruit, prædia vaſtauit. Ex eo tantus terror iniectus eſt nobilitati, vt non iam minus formidarent populares: quàm ipſi fuerunt quondam à popularibus formidati.

Vexillifer iuſtitiæ creatur Baldus Rufulus.

Conſtituta per hunc modum republica, do- F mi ad extremam quietem verſæ mentes, de pace cum Piſanis agere cœperunt. Fuerant enim Piſani iam longo tempore bello, plus quàm dici poteſt afflicti, atque ita vires eorum contritæ vt diutius reſiſtere poſſe nequaquam viderentur. Sed ne nobilitas, quæ bello clareſcere ſolebat, per occaſionem militiæ aliquid

Deliberatur de pace cum Piſanis ſtabilienda.

A.C. 1293.

aliquid moliretur, & plebs nuſquam à reipub. cuſtodia abſcederet pacem potius viſum eſt, quam bellum expedire: tenetis adhuc legibus, & ſtatu reipublicæ nondum ſolidè ſtabilito. Legati duo ea de cauſa miſſi cum Piſanorum legatis Piſtorij conuenerunt. Difficilior eius pacis conuentio fuit, quia ſocij omnes, in primiſque Lucenſes & Vgolinus Gallutæ iudex inde pacem longè improbabant, victoriam in manibus eſſe putantes: Sed peruicit Florentinorum volũtas, paxque proximo dehinc anno perfecta eſt ſociis omnibus eam pacem recipientibus, ne ſine Florentinis cogerentur bellum ſupra vires proprias ſufferre. Conditiones huius dictæ receptęque pacis fuere, vt Piſani Vgolinum Gallutæ iudicem cæteroſque Piſanos ciues diuerſæ factionis, qui tunc exulantes Florentinis Lucenſibuſque ſe coniunxerant, in vrbem atque in omnia ſua reciperent captiuos quotquot haberent eius factionis ex ciuibus aut clientibus, liberè dimitterent, ac eſſe in vrbe, morative paterentur ęquo iure cum aliis ciuibus. Mœnia & arcem pontis ad Heram fluuium, quæ nuper Florentinis abſtulerant funditus euerterent, Guidonem Feretanum eiuſque commilitones & ſocios Piſis dimitterent, Magiſtratum, qui vrbi iuſtitiæque præeſſet biennio Piſani deligerent, nõ ex aliis ciuitatibus oppidisvę, quàm quæ in ſocietate Florentinorum Lucenſiumque fuiſſent ad bellum Piſis inferendum. Additumque eſt, ne exulem damnatumve eiectum ex iis locis quemquam deligerent. Florentinis perpetua apud Piſanos inportandis aſportandiſque rebus mari terraque immunitas eſſet. Si Guelphus & Lotthus Vgolini comitis filij, quem fame necauerant in fœdere adſcribi vellent, licere illis intra ſextum menſem: id ſi facerent, eamdem illis conditionem fore quam & Vgolino Gallurę iudici, cæteriſque eius factionis, in reſtitutione vrbis, & ſuarum rerum ſuprà expreſſum eſt. Florentini verò reddere Piſanis caſtellum Petiolæ promiſerunt his ſeruatis.

Pax inter Florentinos & Piſanos quibus conditionibus inita. A. C. 1293.

Pax certè fuit honorificentiſſima omnium & tanquam victis impoſitæ leges. Sed euenit Piſanis, quòd in ancipiti malo plerunque euenire ſolet. Ante fœdus enim pericula belli proſpicientes, eaque pericula formidantes pacem facere properarunt, Poſt fœdus autem ictum ceſſantibus iam belli periculis, pacis pericula ſolum intuebantur. Ex reuerſione enim exulum timebant, ne noua ſeditio oriretur, & propter hoc Piſani differebant implere promiſſa. Quibus auditis Florentini miſerunt oratores ad Piſas ad ſollicitandum expeditionem eorum, quæ conuenta erant inter eos, & totum eſt impletum.

Templum S. Crucis Florentiæ conſtructum.

§. IIII.

PER idem ferè tempus baſilica ſanctæ crucis in ea forma, quę nunc eſt, ædificari cœpta eſt. Et notandum, ſecundum chron. Floren. quòd vſque ad hoc tempus in præteritum non claudebantur portæ ciuitatis, nec gabellæ exigebantur. Et communitas ipſa accepit iuriſdictionem in multis caſtellis & locis, quæ prius pet ſe habebant iuriſdictionẽ, vt ſunt Certaldũ, Gambaſſium, Catignanum, Terrarium, Guangueretum, Moucionum, Barberiſcum. Et in Mucello recepit multas poſſeſſiones, quas occupauerunt Vbaldini. Eo tempore accenſus ignis Florentiæ inter eccleſiam ſancti Petri, & eccleſiam ſancti Simonis combuſſit triginta domos cum magno damno inhabitantium, nullo tamẽ moriente ex eo. Et oratorium ſancti Ioannis baptiſtæ cinctum eſt marmoribus, vt nunc eſt per artem chariſmalem: quod prius circumdatum erat lapidibus magnis. Et monumenta & ſepulchra, quæ circa ipſum erant remota ſunt ad maiorem eius decorem.

Gabella eſt vectigal.

A.C. 1293.

Anno Domini 1293. factum fuit prælium magnum in mari inter Guaſcones, qui erant de iuriſdictione regis Angliæ & Northmannos, qui ſunt de dominio regis Frãciæ. In quo Northmanni ſuperati ſunt. Northmanni itaque ipſi querelam ſuper eo expoſuerunt regi Franciæ, Rex autem Franciæ legationem miſit ad Eduardum regem Anglię vt ſatisfacere mandaret Guaſconibus de damnis illatis ſuis Northmannis, aut perſonaliter ad eum accederet ad præſtandum homagium ſibi de dicta prouincia Guaſconiæ. Quod ſi non obediret intra certum terminum ei ſtatutum, ipſe rex cum conſilio ſuo priuaret eum dicto ducatu. Eduardus autem vt magni animi dedignatus eſt perſonaliter ipſe accedere: ſed loco ſui miſit germanum ſuum Dominum Edmundum qui faceret dictum homagium, & vt ſatisfaceret læſis de damnis receptis. Rex autem Franciæ noluit hoc acceptare, vt occaſionem ſumeret ſibi vſurpandi Guaſconiam diu ab eo peroptatam. Et propter hoc ſecuta ſunt multa & dura prælia inter eos: plurimis ibi occiſis ex vtraque parte, & multa ſubſtantia conſumpta. Miſit autem rex Franciæ Carolum fratrem ſuum in Guaſconiam cum copiis ſuis, qui in deditionem accepit Burdegalam & alias ciuitates, & caſtra in Guaſconia: & in mari etiam parauit magnam claſſem.

Inter Northmãnos Frãcos & Guaſcones Anglos pugna naualis Aemyl. lib. 8. ſed pauið aliter.

Homagiũ eſt ſubiectionis fidelitatiſq; profeſſio.

Origo & cauſa belli Anglici.

De Cœleſtino quinto Papa, & Bonifacio ſucceſſore ſuo viro ſapientiſſimo & magnanimo, & diuerſis bellis Flandrenſium contra Francigenas, & econuerſo.

CAP. VII.

POST longam vacationem Romanæ ſedis ſcilicet per duos annos & tres menſes, vt dictum eſt, demum anno Domini. 1294. ab initio mundi quinquies. 1258. ſecundum aliam computationem, ſexies. 1494. menſe Iulij exiſtentibus cardinalibus in conclaui Peruſij & arctatis ſecundum ordinationes eccleſiæ ad prouidendum eccleſię de paſtore, in hoc conuenerunt non eligere aliquem ex collegio cardinalium: ſed elegerunt canonicè quemdam ſanctum virum religioſum vocatum fratrem Petrum de morone, de Abrucio, qui eremiticam vitã tenens vitam valde auſteram agebat. Qui ob maiorem mundi contemptum cum plura monaſteria inſtituiſſet religioſorum

Longa ſedis Apoſtolicæ vacatio.

A.C. 1294

ſorum ſolitudinem diligens, habitationem ſibi elegit in montibus Moronis ſupra Sulmonē.

Hic ergo electus acceptata electione, vt eccleſiæ in tanta neceſſitate non deeſſet Peruſium ad ueniens ibi coronatus eſt, & vocatus Cęleſtinus quintus. Hic in menſe Septembri ſequenti intendens ad reformationem eccleſiæ, duodecim cardinales creauit pro maiori parte vltramontanos ad inſtantiam (vt dicitur) Caroli regis Apuliæ & Siciliæ. Profectus autem eum curia ſua Neapolim cum magno honore receptus eſt à Carolo rege. Sed cum hic non eſſet peritus, licet ſanctitate ornatus, & pōpæ mundialis inimicus, iam ſibi perſuadebatur à cardinalibus, & à rege vt ex quo non poſſet proficere eccleſiæ in reformatione eius propter malitiam temporis, vt nō dicam, hominum, quod fuerat intentum in ſua promotione Papa procederet. Ipſe etiam, vt humilis cernens ſe non ſufficientem ad tantum onus appetebat ſarcinam illam grauiſſimam deponere, vt ſibi ſoli, & Deo vacaret.

Cæleſtinus quintus Pont. Max. 194. ſed. m. 5. d. 7 A.C. 1294.

Inter a cæteros autem cardinales vnus erat vocitatus Dominus Benedictus Caietanus, qui erat multum literatus, in agibilibus mundi ſagax & expertus: qui multum videbatur anhelare ad illius ſummi præſulatus honorem, & iam cum Carolo rege, & cardinalibus hoc tractabatur. Sciens igitur deſiderium pontificis de renunciatione ſuaſit ei, vt antequam ad hoc procederet, ad tollenda ſcandala, quæ poſſent contingere, prius faceret conſtitutionem, qua declararetur, quòd Romanus pontifex poſſet cùm vellet pro ſalute ſua cedere papatui, & renuntiare, exemplum inducens Clementis papæ, qui creatus pontifex à beato Petro renunciauit papatui, ne illud in conſequentiam & exemplum duceretur, vt per voluntatem & electionem prędeceſſoris, ſucceſſor in dignitatibus eccleſiaſticis inſtitueretur. Vnde Linus poſt Petrum ſedit, & poſt Linum Cletus: poſt quem electus Clemens tunc ſedem accepit.

Cęleſtinus 5. Pontificatum vult deponere. Rom. 12.

Placuit hoc Cæleſtino, & decretum ſuper hoc edidit: quod habetur extra de renun. libro vj. vbi dicit Bonifacius. Quoniam alij curioſi diſceptantes de his, quæ non multum expediunt & plura ſapere quàm oportet contra doctrinam apoſtoli, temerè appetentes in dubitationem ſolicitam, an Romanus pontifex (maximè cùm ſe inſufficientem agnoſcit ad regendam vniuerſalem eccleſiam, & ſummi pontificatus onera ſupportanda) renunciare valeat papatui, eiuſque oneri & honori, deducere minus prouide videbantur, Cæleſtinus papa quintus prædeceſſor noſter dum eiuſdem eccleſiæ regimini præſidebat volens ſuper hoc hæſitationis cuiuſlibet materiam amputare deliberatione habita cum ſuis fratribus eccleſiæ Romanæ cardinalibus (de quorum numero tunc eramus) de noſtro &

A ipſorum omnium concordi conſilio & aſſenſu, authoritate apoſtolica ſtatuit & decreuit Romanum pontificem poſſe liberè reſignare. Nos igitur ne ſtatutum huiuſmodi per temporis curſum obliuioni dari aut dubitationem eamdem in diſceptationem recidiuam deduci contingat ipſum inter conſtitutiones alias ad perpetuam rei memoriam de fratrum noſtrorum conſilio ducimus redigendum. A.C. 1294.

Facta igitur prædicta conſtitutione in feſto beatæ Luciæ ſequenti in publico conſiſtorio coram omnibus cardinalibus depoſuit mitram papalem, & alia inſignia pontificalia renunciās publicè papatui, & omni iuri eius. Sedit ergo in B ſede Petri circa ſex menſes. Poſt renunciationē verò reuerſus eſt ad dilectam ſolitudinem.

Succeſſor tamen eius, qui fuit Bonifacius octauus, dicitur feciſſe eum capere in monte ſancti angeli in Apulia, vbi habitationem ſuam tunc elegerat, & in quadam arce honeſto carcere detineri (vt creditur) timens, ne aliqui eum, vt papam venerarentur, exiſtimantes non valuiſſe dictam renunciationem. Et aliqui quidam de hoc opere eum arguunt, quaſi ex animi vtilitatē & nimia ſui deiectione hoc egerit, vt Dantes poeta. Alij eum valdè commendant de ſua humilitate & puritate conſcientiæ, vt Franciſcus C Petrarcha. Sed eccleſię (quæ eum propter ſanctitatem & miracula canonizauit defunctum) magis inhærendum eſt opera eius approbanti.

S. Petri Cęleſtini cōfeſſoris feſtum agitur 19. Maij. cuius vitam ſcribit Petrus de Aliaco. apud Sur. to. 3. de quo poſt Plat. Blon. lib. 9. dec. 2. & alij.

Quomodo Cardinalis Caietanus pontifex ſit factus. qui fuit Bonifacius 8. Pontif. Max. 195. ſed. an. 8. m. 9. d. 18. A.C. 1294. de quo præter Plati. & Onuph. Blond. lib. 9. dec. 2. Naucl. gener. 44. Aemyl. lib. 8.

D

§. I.

ANNO igitur Domini 1295. vacante ſedę ſecundum chron. Floren. Dominus Benedictus Cardinalis de guatanis (aliàs Caietanus) ſatis videbatur ambire pontificatum Romanū propter quod dicitur ſuaſiſſe Cæleſtino de renunciatione. Solicitus enim erat ad hoc procurandum eum cardinalibus, & cùm rege Carolo, non expectans quidem ſe vocari à Domino tan E quam Aaron. Vnde & nocte quadam cum modica comitiua, ne agnoſceretur acceſſit ad palatium eius offerens ipſi omne auxilium eccleſiæ in recuperatione regnį Siciliæ: ſi operam daret cum cardinalibus amicis eius, vt eum eligerent. Rex autem ſub hac ſpe ordinem dedit, vt Cardinales noti eius ipſum omnino aliis poſtpoſitis eligerent.

Cum igitur eſſent in conclaui Neapoli, Dominus Matthæus de Vrſinis, & Dominus Iacobus de Columnenſibus, qui erant capita partiū F Cardinalium perpendentes factum, primi vocem dederunt præfato Domino Benedicto, quos alij ſecuti ſunt: ſicque creatus eſt Romanus antiſtes in vigilia natiuitatis Dominicæ. Celebrata autem electione: inde ſcilicet de Neapoli recedens cum curia ſua ad vrbem profectus eſt, vbi cum magna ſolemnitate coronatur intra quindecim

¶ *Vir ſanctus & dignior naſcente quam conſeneſcente Chriſtiana pietate facilè adductus eſt à Benedicto Anagnino Cardinale, vt pontificatu abiret. Nemo tam cupidè accepit ſummum decus quam ille depoſuit. Aemyl. Inſtituit ante pontificatum ordinem S. Benedicti: in montibus, ſiue Cæleſtinorum monachorum ſub regula D. Benedicti. Polyd. de inuent. rerum. lib. 7. cap. 2.*

A.C. 1294. quindecim dies: vocatus Bonifacius octauus de ciuitate Anagnia oriundus, filius Domini Lifredi de Guatanis, aliàs de Caietæ nobilis ſecundum ſæculum vir vtique prudens, & literatus, & magni animi, zelator magnus, & conſeruator iurium eccleſiæ ſecundum nationem ex Gibellina parte oriundus: & dum Cardinalis fuit fautor & protector eorum extitit: ſed creatus papa oſtendit ſe magis fauere parti Guelphæ: & multa operatus eſt in fauorem Caroli regis ad recuperandam Siciliam.

Hic edidit ſextum librum decretalium. vbi pro maiori parte ſunt conſtitutiones, declarationes, & deciſiones factæ per eum. Liber eſt totus cauſidicus, & in fine poſuit regulas iuris. Sunt etiam ibi conſtitutiones & decreta facta ab Innocentio quarto in concilio Lugdunenſi, & Gregorio decimo ab eo editæ in concilio plurimæ. Aliæ verò & paucæ ſunt, Clementis quarti, Nicolai tertij, & Vrbani quarti.

Pontifex in Colũnenſes excommunicationis ſententiam fulminat.

Hic etiam Bonifacius fecit proceſſum terribilem & durum contra duos Cardinales de Columna ſcilicet Dominum Iacobum & Dominum Petrum eius nepotem, videlicet priuando eos cardinalatu, & omni dignitate & beneficiis iudicans eos ſchiſmaticos, hæreticos & blaſphemos: cunctis eorum bonis mobilibus & immobilibus, & iuriſdictionib⁹ publicatis: ac etiam filios Ioannis de Columna, qui erat pater Petri Cardinalis prædicti, & germanus Iacobi præfati Cardinalis, priuauit bonis & deſcendentes ab eis per lineam maſculinam fecit inhabiles ad omnem in futurum dignitatem. & alias pœnas impoſuit. Prædicta habentur de ſchiſmaticis. ca. 1. lib. vj. vbi cauſa redditur huius punitionis per hæc verba.

Cur prædicti Cardinales à Bonifacio dãnati fuerint. in 6. decr. lib. 5. tit. 3. cap. 1.

Ad ſuccidendos infructuoſos palmites, peſtiferos & nocinos, quos (quaſi ficus fatua domus de Columna produxit, neſcientes in ſemitis iuſtitiæ dirigere greſſus ſuos, & ad cor reuerti, & agere pœnitentiæ dignos fructus, licet diutius expectatos, Iacobum videlicet de Columna, & Petrum nepotem eius olim ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales, & filios quondam Ioannis de Columna fratris dicti Iacobi & patris præfati Petri poſteros, fautores, & ſequaces eorum) in virtute altiſſimi exurgentes ſpiritualiter & temporaliter contra eos duximus procedendum. Conſequenter dictis Iacobo & Petro deſcendentibus in profundum malorum, & molientibus inconſutilem tunicam Domini, ſanctæ videlicet eccleſiæ ſcindere vnitatem, & vt gladium acuentibus linguas ſuas & prorumpentibus non tam in verba blaſphema & ſchiſmatica, quàm inſana, quæ in ſcriptis redacta ſub ſigillis, quibus antequam eſſent depoſiti vtebantur, per vrbem & diuerſa mundi climata deſtinarunt æſtimantes loquacitatem facundiam, & maledicere conſcientiæ bonæ ſignum & conflicta materia diſputandi, quia veritate non poterant, nos ſaltem conuitiis lacerare præſumpſerunt. Quorum dicta licet poſſemus ſuperiori aſſertione conuincere, & luce clarioribus rationibus confutare, duximus eorum latratibus non dare reſponſum: vt contrita eorum rabies authoritate ſonora præſidentis in ſupremo iudicij ſolio frangeretur, & patens veritas per ſeipſam veniret in publicam rationem noſtrumque ſilentium in ſupplicium eis foret. Proceſſus tamen contra ipſos, & alios fecimus ſucceſſiuè varios, diuerſiſque temporibus ſpirituales & temporales & ſententias continentes. & eas ibi exprimit.

Sciendum tamen, quòd ſucceſſor eius Benedictus. xj. hanc ſententiam reuocauit per extrauagantem, exceptis tribus ſcilicet depoſitione à cardinalatu & inhabilitatione ad papatũ, & beneficiis eccleſiaſticis, & confiſcatione bonorũ. Exinde per Clementem. v. ſucceſſorem Benedicti fuerunt reſumpti ad Cardinalatum præfati Iacobus & Petrus, & reconciliati eccleſiæ, in Cardinalatu defuncti ſunt. Et Ioannes. xxij. filiũ filij dicti Ioannis promouit ad cardinalatum.

Multa etiam ordinauit in fauorem fidei circa inquiſitionem contra hæreticos, vt patet de hæreticis in multis capitulis lib. vj.

In 6. decr. lib. 5. tit. 2. à cap. 12. vſque ad finem. lib. 3. tit. 22. cap. 1

Statuit etiam feſtum ſeu feſta quatuor doctorum ſcilicet Gregorij, Hieronymi, Auguſtini & Ambroſij, ac etiam quatuor euangeliſtarum celebrari ſub officio duplici. extra de reli. & vene. ſan. glorioſus. lib. vj. vbi de ceſſatione ab operibus nihil dicit, vnde non videntur in hoc eſſe ſub præcepto.

Iubilæi inſtitutio. A. C. 1300.

§. II.

HVIVS pontificatus tempore anno ſcilicet quinto: & ab incarnatione Domini. 1300. celebratus eſt Iubilæus, & per ipſum decretum & declaratum, vt deinceps de centenario in centenarium Iubilæus celebraretur; in quo conceditur plenaria indulgentia peccatorum toto illo anno ad vrbem accedentibus peregrinando, & viſitantibus quaſdam eccleſias pœnitentibus & confeſſis. Quæ indulgentia vulgo dicitur culpæ & pœnæ: ſed a culpam ſo-

a *Solus Deus per auctoritatem & à peccato abſoluit, & peccatum remittit (hoc eſt, quod hoc loco tradit D. Anton. ſolum Deum dicens culpam remittere) ſacerdotes tamen vtrumque per miniſterium operantur, in quantum ſcilicet verba ſacerdotis in hoc ſacramento inſtrumentaliter operantur in virtute diuina. D. Thom. in 3. par. q. 84. art. 3. Cui conſentit D. Anto. ipſe in 3. par. ſum. tit. 17. cap. 21. ante §. 1. dicens fit tamen ſecundum Petrum abſolutio à peccatis realiter per miniſterium ſacerdotis, non quidem principaliter & authoritatiuè, quia hoc eſt proprium Dei. de pœn. diſt. 1. verbum. nec tamen ſolum oſtenſiuè, quia & hoc faciebant ſacramenta veteris teſtamenti, & non ſolum deprecatiuè, quia ſic magis abſolueret bonus laicus, quàm malus ſacerdos, nec ſolum per contritionem confitentis, quia tunc nunquam quis efficeretur de attrito contritus, ſed operatur inſtrumentaliter abſolutio peccati remiſſionem diſponendo ad gratiam, &, ſic niſi ponatur obſtaculum facit de attrito contritum, & in contrito adauget gratiam. Quare concilium Trid. ſeſſ. 14. cap. ſic definit: Docet quoque ſancta Synodus etiam ſacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus ſancti in ordinatione collatam, tanquam Chriſti miniſtros functionem remittendi peccata exercere, eoſque prauè ſentire, qui in malis ſacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contendunt. Quamuis autem abſolutio ſacerdotis alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen non eſt ſolum nudum miniſterium, vel* lus

A.C. 1300.

annunciandi euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, ſed ad inſtar actus iudicialis quo ab ipſo velut à iudice ſententia pronunciatur. Cæterum quod vulgatum eſt de hoc Bonifacio eum Iubilæi centeſimo quoque celebrandi auctorem fuiſſe, non temerè eſt credendum. Nam ſicut Ioannes Monachus qui eo floruit tempore in 4. col. gloſ. 9. prædictæ extrauagantis ait vulgatam rem eo tempore fuiſſe, quòd illa iubilæi indulgentia centeſimo quoque anno ſemper concedi ſolita fuerat. vide Nauar. lib de iubilæo notab. 1. num. 11. & no. 7. nu. 4. quid etiam ex extrauaganti ipſa confirmari facilè poteſt.

Eſa 43.

lus Deus remittit, ſecundum illud Eſaiæ. Ego ſolus deleo iniquitates tuas, propter memetipſum ait Dominus. Durante autem dicto Iubileo dicitur præfatum Bonifacium octauum in publico prælatorum conſeſſu concionantem recenſuiſſe ſe eodem anno duodecim legationes, quarum Florentini extiterant principes, à diuerſis mundi principibus accepiſſe: & legatorum inde nominibus atque familiis palam exhibitis cum nominibus deſtinantium, adiunxit, In gloriam itaque Florentini nominis affirmo in gubernatione orbis terrarum Florentinos aliud elementum fore.

Florentinorum elogium.

Hic etiam Bonifacius ſanctum Ludouicum regem Franciæ ſanctorum catalogo adſcripſit cum ſolemnitate magna, & celebrandum de eo officium ſtatuit. Satis exaltauit dignitatem Cardinalatus, graues ſententias fulminans contra inſecutores Cardinalium. Degradationis clericorum ſolemnis ponit modum. Pecunias congregauit non modicas ad exaltationem eccleſiæ, nec non & magnificationem parentelæ. Gratias conceſſas à Cæleſtino reuocauit, vt quæ non fuiſſent effectum conſecutæ. Nepotem ſuum comitem Caietæ per Carolum regem fieri fecit, & filios prædicti nepotis ſui vnum comitem fundorum, alterum comitem palatij. Caſtrum militiarum Romæ emit, quod olim fuit palatium Octauiani imperatoris & ipſum reficere & augere cum multis ſumptibus fecit & alia fortia & pulchra caſtra in Campania & maritima. In hyeme cum curia Romæ reſidebatur: in æſtate in Reate, vel vrbe veteri primo poſtea in Anagnia ad nobilitandum ciuitatem ſuam vnde erat oriundus. Cum autem iam inchoatum eſſet prælium & diſſenſio magna inter Philippum regem Franciæ, & Eduardum regem Angliæ propter prouinciam Guaſconiæ: Papa Bonifacius miſit duos Cardinales legatos illuc ad componendam pacem inter illos, ſed parum vel nihil profecerunt: manentibus vtriſque in pertinacia ſua, quod ipſis videbatur iuridicum: ſed magis aggrauatum eſt prælium inter eos.

Sanctus Ludouic⁹ rex Franciæ in ſanctos relatus.

Papa inter regẽ Franciæ & Angliæ vult pacem facere.

Ianus labella in exilium miſſus & motus Florentiæ excitantur. A.C. 1294.

§. III.

AD geſta in Florentia redeundo, quæ ſupra inchoauimus de Iano labella. Anno Domini 1294. externam pacem inteſtinæ diſ- A cordiæ ciuitatum diſcuſſere. Nam vt ſcribit Leon. in hiſto. Floren. Ianus labella (aliàs Delobella) poſt legem contra nobilitatem latam malevolentia potentiorum, & inuidia parium agitatus: tandem in exilium pulſus eſt: non diſſimili exemplo cæterorum hominum qui beneficiis ingratorum populorum fundamenta ſuæ inſtabilitatis collocarunt. Geſta verò eſt res in hunc modum. Rixa inter agnatos familiæ nobilis coorta quidam è minima plebe homo, dum alterutri faueret, accepto letali vulnere oppetierat. Is & ſi non ſatis conſtabat, cuius manu cecidiſ- B ſet, tamen eius delicti fama in authorem certum iactabatur. Cum hic igitur ſeu gratiæ ad cõplacendũ alicui magnati, ſeu innocentiæ fiducia ad magiſtratum veniſſet, ac ſe purgaret de infamia exceſſus: tandem à Præſide, id eſt à Poteſtate abſoluitur.

A.C. 1300.

At plebs, quæ iam erecta vindictam cædis expectabat, vbi abſolutum ſenſit: iram à reo in iudicem vertit, raptiſque confeſtim armis ad ædes Iani labellæ multitudo conuenit, cum videlicet vt patronum libertatis, authorem le- C gis, vindicem tyrannorum, ſuccurrere aduerſus potentiam nobilium, ſordeſque corrupti magiſtratus clamitabat. Ianus hunc motum plebis neque cõprimere ſtuduit cùm facilè id poſſet, nec rurſus ſeſe eis ducem dedit, ſed ad germanum ſuum eos miſit, cum quo ad priores ire monuit, & vexillum Iuſtitiæ ſequi. Non tamen paruit multitudo, ſed protinus à Iani ædibus ad prætorium oppugnandum perrexit ſcilicet palatium Poteſtatis. Ibi incenſis refractiſque foribus non prius deſtitit, quàm violentia & rapinis fœdo quidem exemplo ſeſe contaminauit. D Hic populi furor, quoniam ibi ab initio conuenerat, ex ædibus Iani labellæ manaſſe videbatur. Et mouebat pleroſque inuidia, quòd eſſet ad hunc potiſſimum vrbanæ multitudinis facta concurſio, quodque patronus libertatis fuerat appellatus. Denique carpere potentiam hominis, criminarique, non nobilitas modo verumetiam plebeij quidam cœperunt. Et quamquàm in cæteris aduerſi: in hoc tamen pari voluntate conſpirantes. Cæterum diuerſis rationibus. Nobilitas quidem ob legem in ſe promulgatam hominem malè oderat: Populares E autem & ſi periculum reipublicæ ſimulabant, nulla tamen alia re, quàm inuidia torquebãtur.

Plebs in magiſtratus inſurgit.

Ianus labella inuidia laborat.

Igitur proximis comitiis ferociſſimo ad prioratum nouum è toto cœtu aſſumpto, Ianus ipſe de vi publica accuſatur: quòd rumores ipſe in ciuitate ſuſcitauerit, quodque multitudinem armatam priuato conſilio domi habuiſſet: quodque eadem multitudo illius iuſſu prætorium oppugnaſſet: Ob eam accuſationem ciuitas confeſtim erecta atque ſolicita animis, pro tanto rerum motu in diuerſa abiit. Nam plebs quidem, & omnis multitudo vrbana rem per- F grauiter ferebat, concurrebat frequens ad Iani ædes parata pro eius ſalute ferro decernere. Hortabatur vti bono eſſet animo, nec inimicos inuidos metueret, tantum enim virium, tantumque potentiæ Florentinæ plebi ineſſe, vt ea ſibi coniuncta terrori ipſe potius inimicis eſſe debeat, quàm ab illis terreri.

At nobilitas implacabili odio contra illum exarſerat, veniſſeque tempus vindictæ exiſtimabat

A.C. 1294.

mabat. Quæ cùm per ſe multum poſſet, addita populari manu, ac Priorum authoritate inexpugnabilis videbatur. Certamen proculdubio futurum erat maximum ſi ad manus veniſſent. Sed non permiſit Ianus ciuile bellum ſui cauſa moueri. Cedamus (inquit) potius inimicorum calumniis: & locum inuidiæ permittamus. Me quidem iudiciorũ authorem aſſertoremq́ue nemo vnquam dixerit vim contra iudicia parauiſſe: nec meo quiſquam exemplo ciuis aduerſus publicam authoritatem capiet arma: innocentia mea & beneficia in populum collata benè de reditu ſperare iubent. Ita amiciſſimum quemque complexus vrbe exceſſit, abſenſq́ue capitis damnatus eſt ſupplicio. Damnatique ſunt cum eo Taldus frater, & Rainerius nepos; ædeſq́ue eorum & prædia vaſtata. Ex huius viri exilio quanto populus in ſeipſo diuiſus factus eſt inbecillior, tantum nobilitati ſpes & animi creuerunt, quod non multò poſt clarè oſtendetur.

Florentini ſanctæ Reparatæ templũ inſtaurant magnificentiſſimè.

Circa illud tempus decreuerunt ciues ampliare Eccleſiam cathedralem quæ dicebatur ſanctę Reparatæ, quia nimis parua & minus decora videbatur tantę ciuitati. Et executioni mãdãtes ex parte poſteriori fundamenta iecerunt in natiuitate virginis Mariæ. Cui fundationi interfuerunt legatus Papæ, & plures epiſcopi, Poteſtas, & omnis magiſtratus cum magna ſolennitate, marmoribus totam veſtire ſtatuentes, & faciem anteriorem plenam figuris ſculptis marmoribus ſanctorum intitulantes ſanctam Mariã de flore. Et ordinauit communitas, quòd de omni pecunia, quæ ſolueretur à camera communitati ſiue ſtipẽdiariis ſiue officialibus, ſiue quibuſcunque aliis quatuor denarij darentur pro fabrica dictę eccleſiæ à recipientibus pecunias à camera, & ſolidi duo pro quolibet capite inhabitantium. Et datæ ſunt indulgentiæ porrigentibus manus adiutrices.

Nobiles Florentini inter ſe conciliantur. Leo. Aret. A.C. 1295.

§. IIII.

TERTIVS iam erat annus poſt rempublicam in arbitrium populi redactam nobilitas verò indignè ferens leges contra ſe latas, præſertim cùm indies magis experiretur ſe potentia ſimul authoritateq́ue ſpoliari, premique ab iis quos ipſa paulò antè premere exagitareq́ue conſueſſet, tandem ſibi proſpicere cœpit. Quæ cùm intelligeret vulnus acceptum, & ex propriis diſcordiis initium fomentáque ſumpſiſſe, redintegrare animos primo, inde communi cõſilio rebus ſuis mederi ſtatuit. Itaque ſublatis inter ſe, quibus iam perierat, odiis, in gratiam redierunt principes familiarum pacemq́ue fecerunt ex diuturnis certationibus. Inde mox de communi ſalute conſultantes decreuerunt magiſtratum adire, & palam conqueri de legis iniquitate, ad exterminium autem quoquo modo adniti. Cœtu igitur ſui ordinis facto cùm priores adiiſſent, tolli contra ſe durius conſtituta poſtularunt. Plebs autem ſimul atq; nobilitatem cœtus agere conſpexit, ſtudio retinendi iuris erecta perſtabat, rata id quod erat nobilitatem ad exterminium ſui eſſe conaturã.

A.C. 1295. Nobiles aduerſus Plebeios arma ſumunt.

Suſpicionibus igitur & certaminibus coortis, quandoquidem his obtinere, illis verò negare propoſitum erat, tandem itur ad arma, & magno tumultu per vrbẽ diſcurritur. Nobilitas equis inſignibus, ſtragula veſte ornatis, vt eius temporis magnificentia, & dedita gloriæ belli ætas conſueuerat, ſuarumq́ue quiſque familiarum inſignibus magna multitudine conuenerat. Ex prædiis quoque, & clientelis euocata peditum ingens manus facinoroſorum quoque, & audacium hominum turba militare ſimul conſueta. Cum his copiis nobilitas tribus vrbis locis conſtitit, rata per hunc modum facilius per ciuitatem diſcurrere: & plebem, ſi ſe moueret, poſſe retinere. Vna ſtetit acies apud olim martis templum ſcilicet ſancti Ioannis altera apud forũ nouum, tertia trans Arnum apud ſuperiorem pontem.

Plebs autem ipſa raptis armis in vnum conuenerat, & frequentia per vias ad prohibendũ equitum vim impedimenta coniecerat, ſaxis inſuper teliſq́ue domos munierat. Tantus fuit apparatus populi, vt nobilitas ſpe vincendi dubia inuadere non auderet: ſed in illis ipſis locis, quibus conuenerat, ſtructa armatáque perſiſteret. Tandem intercedẽtibus bonis viris pacémque ſuadentibus, arma depoſita ſunt à nobilitate, paucis admodum eorum, quæ prius ſtatuta fuerant abrogatis: & ea magis ex authoritate Priorum, quàm ex populi voluntate. Tunc igitur ab armis diſceſſum eſt. Cęterum animi ciuium armati manſerũt, nec vnquam poſthac ceſſatum eſt vel à popularibus nobilitatem deprimere, vel à nobilitate conari pro recuperanda dignitate. Prioribus qui tunc erant populus ſuccenſuit: quòd nobilitati fauiſſent. Itaque abeuntes magiſtratui, conuicia ſunt dicta. Et illa pauca quæ nobilitati condonarunt, paulò pòſt in priſtinam normam reuocata ſunt.

De Ianola bella reuocando agitatur, ſed impeditur.

Agitatum eſt, plebe adnitente de Iano labella in vrbem reuocando, quòd is ſolus ciuis ad conterendam nobilitatis vim vnicè natus videbatur. Et fecerat planè deſiderium eius conſpecta nuper in nobilitate audacia, & attentata legum abrogatio. Cùm igitur de illo reuocando agitaretur, aduerſarij ad Bonifacium pontificẽ confugerunt. Ille per literas magiſtratui populoq́ue præcepit, ne Ianum labellam, neve Taldum fratrem Raineriumq́ue eius nepotẽ ab exilio reuocarent, neve ad dignitatem aliquam, vel honorem admitterent: nec in vrbem reciperẽt. Et ſi contra fieret, authores adiutoréſque, ciuitatem quoque totã grauiſſimis obligauit pœnis. Cauſa in literis exprimebatur, quoniã ſator ille diſcordiarũ inter ciues fuerat, eaſq; ob literas reductio illa impedita eſt. ita ciuis benè meritus à populo ipſo cuius authoritatẽ cõtra potẽtiores aſſeruerat, ingrato deſertus, in exilio diẽ obijt.

Fœdera populi Florentini. A.C. 1296.

Per idem ferè tempus renouata ſocietas eſt inter ciuitates, & fœdus denuo ictum. Nec multò pòſt aliud fœdus initum cum Peruſinis, & in amicitiam ſocietatemq́ue recepti mutua ſibi auxilia promiſere. Verſus dehinc ad magnificentiam populus regionem ſimul & vrbem decorare aggreſſus: medio ferme ſpacio inter Aretium & Florentiam duo condidit

A.C. 1296.

oppida,vt forent ſimul ornamento,& belli præſidio,& alterum in ſiniſtra Arni ripa ſitum, cui nomen ſancti Ioãnis dedere à patrono ciuitatis alterum trans Arnum à dextra fluminis, quod Francum(aliàs Finicum) appellarunt. Intra vrbem verò quoniam ædes, in quibus tunc Priores habitabant, neque publicæ, neque dignæ Florentino populo videbantur, & formidabatur ſæpè à prioribus ob potentiam nobilitatis, his de cauſis ædificium publicum inſigni magnificentia atque faſtigio ædificare ſtatuerunt. Locus ad hoc delectus eſt eminentiſſimus cis Arnum, iuxta ſancti Petri ſcheradij templum. Eius ædificandi cauſa priuatarum ædium redemptio facta eſt à dominis locorum. Iacta ſunt autem eius palatij fundamenta, quod dicitur nunc Palatium dominorum, biennio antè 1300.annum.

Noua vrbis mœnia conſtruuntur.

Noua poſt hæc vrbis mœnia ædificare adorti,quæ prius deſignata magis fuerant quàm cœpta:ab inferiori Arni ripa via Piſtorienſi lõgo & ſinuoſo ambitu, ad ſuperiorem vſque ripam perpetua mœnia cũ inſigni turrium altitudine perduxerunt,vt nõ ſolùm muniretur vrbs, ſed etiam ornaretur.Carcer quoque communis qui dicitur Srincharum, per hæc ipſa tempora edificari cœptus eſt ad portam Gibellinam in ſolo Vbertorum.

Ferraria & Bononia ad ius Pont. Ro. ſpectant.

Per id tempus Bononienſes Ferrarienſeſque bello iampridem conflictati, arbitrium pacis concordiæque in Florentinum populum contulere.Earum ciuitatum authoritas, quia à Romana ſede pendere videbatur, viſum eſt nõabſque Põtifice Romano quicquã agere,ſed eo præſente atque volente.Itaq; miſſi ad pontificẽ eius gratia oratores,mixti ex nobilitate plebéque ſeptem numero, vnus Buondelmontes, ſecundus Burneletius,tertius Tornaquiſius, quartus Corbinellus, quintus Altouita & alij duo. Hi ex authoritate pontificis,Florentini populi nomine pacem ex arbitrio inter populos illos pronunciarunt.

De pace facta inter regem Aragonum & regem Carolum anno domini.1295. ſecundum chro.Florent.

§. V.

Pax inter reges Aragonum & Apuliæ Aem.l.8.

CVM Alphonſus rex Aragoniæ migraſſet ex hoc ſæculo,Dongiamus(aliàsDominus Iacobus)germanus eius, qui ſe fecerat coronari de regno Siciliæ,& illud poſſidebat:quæſiuit facere pacem cum eccleſia,cuius mandata contempſerat, & cum Carolo ſecundo tunc rege Apuliæ,ad hoc mediatore & cooperatore papa Bonifacio. viij. Et in hunc modum concluſa eſt,quòd rex Aragoniæ Dominus Iacobus in vxorem duceret filiam regis Caroli prædicti. Et ipſe Dominus Iacobus renunciaret & dimitteret Siciliã:ac etiam dimitteret,quos obſides dimiſerat præfatus Carolus in Aragonia, ſcilicet filios ſuos Robertum,Raimundum,& Ioannem & milites prouinciales cum illis,Et papa Bonifacius vnà cum Carolo promiſit Carolum Valleſium Germanum regis Franciæ renunciare priuilegio, per quod Martinus tradiderat ſibi re-

Caroli.2. & Iacobi regũpacta

A gnum Aragoniæ.Et vt ad hoc aſſenſum præberet,dedit ſibi comitatum ſeu ducatum Andegauiæ,& filiam in vxorem.Propter hoc,vt rei conuentæ conſequeretur effectus,Carolus ipſe rex Apuliæ perſonaliter acceſſit in Franciam:& cõcordatis partibus rex Carolus cum filiis ſuis liberatis de Aragonia de detenſione eorum [rurſus in regnum redire decreuit]cum autem tranſiret per Florentiam cum comitiua ſua,inuenit iam illuc applicuiſſe ex Neapoli Carolum martellum filium ſuum regem Vngariæ creatum cum ducentis millitibus Francigenis Prouincialibus, & de partibus regni cum magno

B apparatu,& pompa veſtiũ,& ornatu equorum.Et Florentiæ permanſit diebus viginti pater cum filiis: honore magnifico ſibi impenſo à Florentinis.Cum quibus etiam erat marchio Montisferrati, cui promiſſa fuerat filia Caroli in coniugium,Et factis ibi pluribus militibus à Carolo rege, deinde recedens ad curiam Romanam cum filiis acceſſit. Et ibi firmata pace per ſummum pontificem cum prædictis conditionibus, ex curia Neapolim eſt reuerſus. Et Dongiamus(alias Dominus Iacobus)qui poſſidebat Siciliam, dimiſſa Sicilia reuerſus eſt in

Rex Aragoniæ Siciliã Franco cedit. A.C.1299.

C Aragoniam,& ibi fecit ſe coronari regem Aragoniæ.

Sed à quo culpa proceſſerit ignoratur, vel ex parte pontifici, vel ex parte Domini Iacobi: rex inuenit ſe ſpe ſua & promiſſo fruſtratum. Nam cum expectabat Siciliam recipere quietè & pacificè ſecundum conuentionem factam poſt receſſum Domini Iacobi exinde Fridericus Germanus ipſius Dongiami ſibi Siciliam vſurpauit,& in regem eius ſe fecit coronari ab epiſcopo Colonæ,de voluntate Siculorum contra ordinationem eccleſiæ, beneplacitum eius. Qua propter pontifex ſummus multũ indignatus eſt contra infidelitatem regis Aragonum

Rex Carolus ſua ſpe fruſtratur.

Germanus ipſius Domini Iacobi.

D Domini Iacobi & Friderici, & fecit eos ad curiam citari.

Et rex quidem Domini Iacobi anno ſequenti citatus comparuit coram apoſtolico & ſecum duxit reginam Conſtantiam matrem ſuam,& filiam Manfredi olim regis Siciliæ de facto,ac etiam dominum Rogerium de Loria ſuum Admiraldum,per quem multas victorias habuerat rex Aragonum.Papa autem honorificè ſuſcepit eos,& excommunicatos tamdiu eos eccleſiæ reconciliauit. Excuſauit autem ſe rex Aragonum Dominus Iacobus quòd id quod

E geſtum fuerat per Fridericum,non fuerat de volũtate eius & procuratione immo nec de ſcitu, & hoc ſub iureiurando expreſſit in manib.papę Bonifacij, & in præſentia Caroli regis.Et ob ſignũ& teſtimonium veritatis huius manifeſtũ, obtulit Dñs Iacobus exire in bellũ ad ſui adiutoriũ cõtraGermanũ ſuũ Fridericũ cũ omni conatu ſuo, & perſonaliter ad habẽdã in dominiũ

F a *Iacobo ex Sicilia ad capeſſendum Terraconenſe regnum profecto, Siculi velut ex compoſito armis publicè correptis, mœnia, fines coram mariti mam cuſtodiunt, ne in poteſtatem Francorũ recidant, Simul Fridericus reliquus Iacobi Frater, claſſe in Siciliam ex Hiſpania vectus ab illis cupidiſſimè excipitur, rexque ſalutatur. Id fraude factum videri poterat nec abeſt ſuſpitio ita inter fratres conueniſſe. Aemyl.*

ſuum

A.C. 1296.

Rex Aragonum & Apuliæ inter ſe recõ ſiliantur.

ſuum inſulam Siciliæ dictæ.Et ſimili iuramento firmauit dominus Rogerius fideliter contra illum procedere.

Quamobrem dominus papa inſtituit dictum Dñm Iacobum regem Aragonũ Admiraldum, & vexilliferum Eccleſiæ in mari, quando fieret claſſis,& expeditio contra Saracenos,ad cõqueſtum terræ ſanctæ. Ac etiam dedit ei priuilegium regni inſulæ Sardiniæ, ita tamen quòd ipſum educeret de manibus Piſanorum,& aliorum occupantiũ illud.Rex etiam Carolus de voluntate papæ, remiſit ei omnem offenſam ſibi factam: & iniuriam dicto domino Rogerio, quia ipſe ceperat eum in bello:& fecit eum ſuũ Admiraldum. Quod cùm audiſſet Fridericus, qui ſibi vſurpauerat Siciliam, omnes introitus, honores,& dignitates, quas habebat Rogerius ipſe in Sicilia abſtulit, & quemdam nepotem eius,vt proditorem decapitari fecit.

Carolus rex Iacobo ignoſcit.

Introitus accenſus.

Anno poſtea domini. 1298. cùm Rex Carolus paraſſet claſſem ſuam cum quadraginta galeis, quarum Admiraldus & conductor erat dominus ſæpefatus Rogerius, vt proficiſceretur contra Siciliam ad eam recuperandum: dominus papa Bonifacius & rex Carolus requiſiuit Dominum Iacobum regem Aragonum:vt &ipſe ſimul cũ eo ſecundũ promiſſa in conuentione pacis cũ ſuis copiis cõgrederetur in bellũ contra Fridericum, etſi fratrem ſuũ.Qui quàm citiſſimè aduenit cum triginta galeis armatis quæ ſe coniunxerant cum galeis Caroli in portu Neapolitano. At Fridericus ſciens tantã claſſem contra ſe in Sicilia venire, ſe præparauit ad conflictum armatis ſexaginta galeis:quarum fecit Admiraldum dominum Fridericum doria. In mari igitur verſus Siciliam ſibiinuicem obuiantes menſe Iulij,prælium adinuicem commiſerunt. Et poſt diuturnam & aſperam pugnam, profligati ſunt & ſuperati Siculi,& capta ſex millia hominum: & vigintiduæ galeæ per quod oſtenſum eſt quòd rex Dominus Iacobus & Rogerius fuerunt fideles papæ & Carolo.[a] Dicitur tamen à quibuſdã quòd rex Dñs Iacob.ſi voluiſſet,poterat dare Fridericũ captũ in manib. Caroli,quia galea, in qua erat,deuenit ad manus eius,& ſic habuiſſet finẽ pugna Siciliæ.Sed ſiue ille,ſiue Cathalani permiſerũt illũ fugere,&euadere,nec Carolus habuit Siciliam.

Carolus cõtra Fridericum arma ſumit Idẽ.

Fridericus vincitur ſed elabitur.

Bellum inter Anglos & Francos. Aemyl. lib.8.

§. VI.

DE bello inter regem Franciæ & regem Angliæ Anno domini 1296.comes Guido de Flãdria,& comes Barri Henricus gener regis Angliæ rebellionem fecerunt domino ſuo regi Frãciæ propter iniurias ab eo ſuſceptas & gentibus ſuis, & colligationẽ egit cum Eduardo rege Angliæ. Et inter alias cauſas, quibus comes Flandriæ ſe ſubtraxerat ab obedientia regis Frãciæ, vna fuit, & quaſi principalis,eo quòd ipſe A comes Flandriæ dederat in vxorem filiam ſuam filio regis Angliæ ſine conſenſu & voluntate regis Franciæ. Vnde cum hoc diſpliceret regi, miſit pro comite & comitiſſa Flandriæ, ac etiã poſtea pro filia eorum.Et cũ dicta puella applicuiſſet Pariſios, fecit eam detineri in honeſto carcere,ne fieret vxor inimici ſui,ſcilicet filij regis Angliæ. Non multò poſt obiit dicta puella, & dicebatur,quod ex veneno perierat. Ea propter comes Flandriæ cernens detineri filiam ſuam,cum & ipſe detineretur, ſed leui cuſtodia receſſit inſalutato hoſpite, & aufugit in Flan- B driam, & querelam exponens cum filiis ſuis, & ſubditis de iniuria ſibi illata à rege Franciæ in retentione filiæ,fecit ciuitates ſuas rebellare regi Franciæ.Et in terra quæ dicitur Inſula,poſuit Robertum primogenitum ſuum ad cuſtodiam & defenſionẽ.Et Duaci deputauit in cuſtodiam ſecundogenitum,ſuum Gulielmum,& Coltraci (aliàs Cultraci)alium filium dominum Ioannẽ. Et comes ipſe remanſit in cuſtodia Brugẽſium. Et ducem Brabantiæ nepotem ſuum deſignauit pro defenſione Gandaui.

A.C. 1296.

Terra vrbem hic ſignificat.

Rex autem Franciæ audita rebellione Flan- C driæ, illuc profectus eſt cum maximis copiis, videlicet cum maiori parte baronum, & ſexaginta millibus militum, ac populo innumerabili, & caſtrametatus eſt iuxta Inſulam, vbi erat Robertus ad tuitionem (vt dictum eſt) & quidam dominus de Falcamonte de Alemannia cum multis Theutonicis. Et incundo conflictũ Robertus comes Artenſis(aliàs Arteſiẽſis) profligauit,& attriuit Flandrenſes.Et quia loco illi Inſulæ non ſufficienter erat prouiſum in victualibus,in deditionem eam accepit rex Franciæ,ex conuentione facta recedentibus liberè, D & ſine læſione domino Roberto præfato, & Theutonicis, qui erant in adiutorium eius. Poſt Inſulam habitam exercitus regis Franciæ cepit Bettonam(aliàs Bethuniam)&alias plures villas Flandriæ. Exinde diſcurrit hoſtiliter per patriam comitis Barri,incendiis, rapinis,& cædibus cuncta vaſtando.

Inſula regi Franciæ deditur. villa pro oppido.

Anno ſequenti cum rex Franciæ eſſet multum potens,rex Angliæ Eduardus vna cum comitibus Franciæ & Barri colligati ſunt cum Adolpho(aliàs Auſberto)rege Alemanniæ:&miſit ei triginta millia marcarũ, vt veniret cũ ma- E gnis copiis in Flandriam, ad confligendum cũ eis contra regem Franciæ. Quod ille promiſit &iuramento firmauit.Et rex Angliæ etiam promiſit perſonaliter in Flandriam accedere. Præmiſit autem Adolphus multos milites Theutonicos ante ſe ad ſtipendium Flandrenſium. Qui ſimul iuncti cũ proficiſceretur ad faciẽdũ inſultus contra comitatum Artenſem, comes ipſe Artenſis tunc reuerſus de Guaſconia cum multis Francigenis propter bellum,quod perceperat inchoatum in Flandria,venit obuiam Flan- F drenſibus & Theutonicis.Et apud Furnas oppidum Flandriæ inito conflictu, demum Flandrenſes cum Theutonicis fuerunt ſuperati à comite Artenſi,occiſis tribus millibus inimicorum inter equites & pedites,multis etiam ſtrenuis militibus & baronibus cum illis decumbentibus.Et poſt dictam victoriam comes Artenſis,qui erat pro rege Franciæ,in deditionem accepit Furnas, & omnes villas maritimas in par-

Fœdus principũ cõtra Frãcum. A.C. 1297.

Flandri & Germani à Francis victi.

a *Ludicrum certamen viſũ Nauis ex qua Fridericus pugnabat capta,ipſe ſcapha exceptus euaſit locum tempuſque fugæ dante,vt fertur fratre victoriæ gloria ingenti, fructu nullo francis viſum tutius Iacobum eiuſque auxilia dimittere,quàm eo ſocio in præliis vti.Idem.*

A.C. 1296.

partibus illis, & vallis Caſſelliæ (aliàs Caſteti) ſubdidit ſe regi Franciæ.

Interea rex Angliæ Eduardus cum magna claſſe, & mille bellicoſis militibus, & aliis armigeris peditibus deſcendit in Flandriam ad portum Scunne (aliàs Scluſe) prout promiſerat ex cōuentione inita cum rege Alemanniæ & comite Flandriæ, & ſubitò in deditionem accepit Brugas oppidum, quod derelictum fuerat à Gallicis, quia munitum non erat muris vel foſſatis. Exinde proceſſit Gandauum, quia Brugæ non erat locus benè munitus, & Brugenſes deuoti erant ſatis ad regem Franciæ. Vnde non confidebat ibi reſidere. Gandaui autem erat comes Flandrenſis expectans Adolphum regem Alemanniæ, qui venire promiſerat, ſed fruſtrata eſt ſpes eius. Nam rex ille non venit, ſiue quia corruptus maiori quantitate pecuniæ, oblata à rege Franciæ, vt non veniret ſecundum aliquos, ſiuè ſecundum alios melius interpretantes, ideo nō venit: quia tunc motum fuit bellum cōtra eum à duce Auſtriæ: qui hoc fecit ad inſtantiam & pecuniam regis Franciæ vt impediret aduentū regis Adolphi in Flādriā. Quāobrē Eduardus rex Angliæ cernens ſe deceptum à rege Adolpho, ſiue ex voluntate, ſeu ex neceſſitate impeditus fuerit, & intellecta magna potentia regis Franciæ, & plurimis eius copiis, & quia iam adepta Inſula oppido, præparabat ſe venire cōtra eum ad Gandauū, non confidens poſſe reſiſtere ei: & quia ſi ibi permaneret capi poſſet, vel obſideri Brugis vel Gandaui, aut prælio habere cum eo conflictum oporteret, & deficiente rege Adolpho per ſe, non erat ſufficiens regis Franciæ ſuſtinere certamen, ideo recedens cum magna feſtinantia reuerſus eſt in regionem ſuam Angliæ, derelinquens comitem Flandriæ malè prouiſum, & ab omnibus derelictum.

Deuoti erant; id eſt fauebant.

Rex Adolphus contra pactū in Flādriā non venit.

Rex Franciæ & Angliæ Flandriam dimittunt.

Rex autem Franciæ, quia hyems appropinquabat, tempus ineptum ad prælia, & quia literas receperat qualiter Carolus rex Apuliæ veniebat in Franciam ex commiſſione ſummi pōtificis, in fauorem regis Angliæ, vt ſcilicet pacē componeret inter eum, & regem Angliæ reuerſus eſt in Franciam cum amicis ſuis & copiis: dimittens tamē terras acquiſitas benè munitas & prouiſas equitibus & pedibus, ædificari faciens fortia caſtella apud Inſulam & Coltracum. Rex autem Carolus præfatus vt applicuit in Franciam in magno honore ſuſceptus, dedit operam ad concordiam ineundam inter regem Franciæ & regem Angliæ cum comite Flandriæ. Et vt res ſortiretur effectum maturè & ſolidè fieri fecit treugas inter partes vtraſque per biennium, cum pactis, quòd regi Franciæ ſine contradictione remanerent Brugæ Inſula, & Coltraeum: & aliæ villæ Flandriæ, quæ iam deuenerant ad obedientiam regis Franciæ: & ipſas occupāuerat. Et diſpenſante Bonifacio papa, quia gradus prohibitus conſanguinitatis & affinitatis erat inter eos, rex Angliæ duxit in vxorem ſororem regis Franciæ: & confecta eſt pax inter eos & confirmata.

Pax inita inter regē Franciæ & Angliæ A.C. 1298

Bellū ciuile inter Genuenſes.

De præliis Genuenſium.

§. VII.

ANNO domini. 1295. vel circa inchoatum eſt bellum inteſtinum inter ipſos Genuenſes: inter Guelphos, ſcilicet quorum capita erāt Grimaldorum familiæ, & Gibellinos, quorum principales erant Spinolæ & Orienſes. Hæc diſſentio & ſeditio proceſſit ex inuidia inter eos exorta propter ſuperbiam. Nam in æſtate præterita fecerāt ita opulentam & benè munitam & copioſam bellantium claſſem, vt inſurgerent contra Venetos, ſicut vnquam fecerat aliqua vna communitas in mari. Nam plus quā centum ſexaginta galeas parauerant, ſine aliis nauigijs magnis & exiguis: quæ numerum centenarium tranſcendebant ita quòd quælibet familia ex Genuenſibus quærebat, & conabatur alias præcellere in magnificentia rei. Nec Genua vnquam creditur fuiſſe in tam ſublimi ſtatu potentiæ & diuitiarum vt tunc. Poſtea enim paulatim diminuti ſunt propter eorū partialitates & ambitionem. Cum ergo portum eorum claſſis eſſet egreſſa cœperunt iam diſcordiæ inter eos quis eorū videretur eſſe maior. Vnde nō vltra Meſſanam Siciliæ progreſſi ſunt: ſed reuerſi Genuam cœperunt inter ſe ciuilia bella agitare: in quibus perſeuerauerūt per quinquaginta dies, die noctuque partibus conflictum adinuicem facientibus: ſagittis & aliis armis, & incendiis parte vna alteram impugnāte: ita quòd eccleſia cathedralis ſancti Laurentij. & multa palatia & domus igne conſumpta ſunt.

A.C. 1297

Genuæ ſtatus florentiſſimus.

Interea familia de Oria & de Spinolis ſub ſpecie tractandi de treugis, procurarunt ad ſuū adiutoriū multos de Lōgobardia, & de littore eorum: quibus fortiores effecti ipſi Gibellini, eiecerunt de ciuitate familiam Grimaldorum & eorum ſequaces Guelphos menſe Ianuarij.

Gibellini Genuæ rerū potiuntur. A. C. 1297.

Anno verò domini. 1298. cum inimiciæ perdurarēt inter Venetos & Genuenſes: nec placari poſſent, ſed ſeinuicem impugnarent, demum quælibet dictarum communitatum parauerunt claſſem ſuam ad pugnam mutuam. Et Genuēſes armarunt galeas centum & decem. Veneti verò centum & viginti. Et Genuenſes cum claſſe ſua tranſita Sicilia propoſuerunt vſque ad ciuitatē Venetiarum nauigare, ad inueniendum Venetos. Sed iuxta Sclauoniam inuenerunt claſſem Venetorum, quam quærebant, & prope inſulā quæ dicitur Scolcola, conflictum habentes inuicem in mari: poſt grauiſſimum prælium & ſeuiſſimum, demum profligati & deuicti ſunt Veneti, & Genuenſes victores poſt interfectionem plurimorum ſeptuaginta galeas Venetorum captas cum capitiuis Venetis Genuam adduxerunt.

Eodem anno fuerunt terræmotus magni in Italia, & præcipuè in ciuitate Reatina & Spoletana. In Tuſcia verò in ciuitate Piſtorienſi: ex quibus ruinam paſſæ ſunt multæ domus, turres, palatia, & eccleſiæ cum ingenti damno. Quod viſum eſt fuiſſe quaſi præſagium & prognoſticum futurorum malorum, quæ non multò pòſt euenerunt in illis ciuitatibus, vt patebit infrà.

Terræmotus magni in Italia.

Infrà §. 2.

Anno domini. 1299. menſe Maij confecta eſt pax inter Genuenſes & Venetos. Et quælibet harum communitatum recepit captiuos ſuos cum iis tamen pactionibus prout placuit Genuenſibus: quòd inter cætera Veneti intra ſpacium tredecim annorum nauigare nequirent in mari magno vltra Cōſtantinopolim in Syriam cum

Genuenſiū fœdus cū Venetis A. C. 1299.

A.C. 1296

cum galeis armatis. Quæ pax ſic conditionata ceſſit eis ad magnũ honorẽ & inde valde exaltata eſt ciuitas Genuẽſis in potentia, & arte bellãdi in mari ſuper alias cõmunitates & principes.

Eodem anno menſe Auguſti compoſuerunt pacem ſimul Genuenſes & Piſani. Iam enim per annos ſeptendecim inimicitiæ cõtinuarũ fuerãt inter eos, & Piſani ipſi multum attriti, & humiliati fuerant ab eis. Vnde & populus quaſi deuictus ab eis conuentiones & pacta fecerunt cũ eis, prout ipſi Genuenſes petierunt. Inſuper & partem inſulæ Sardiniæ cõceſſerunt Piſani Genuenſibus & ciuitatem Bonifacij in Corſica inſula. Et quòd ipſi Piſani nauigate non valerent cũ galeis armatis per quindecim annos. Et captiui Piſanorum, qui deducti fuerant Genuam cùm in bello fuerat vltimo ſuperati relaxati fuerũt quorum tamen vix decima pars ſuperſtes erat aliis defunctis in illa captiuitate.

Pax inter Bononienſes & Ferrarienſes conficitur.

Eodem anno cùm prius fuiſſet diutina & grauis diſſentio, & conflictus inter Bononiẽſes ex vna parte & Azonẽ Marchionẽ tunc dominãtẽ in Ferraria, & Regio, & Mutina, & Mainardu, qui erat potens dominus vel potius tyrannus in Romandiola, per Florentinos amicos vtriuſque partis pacificati ſunt adinuicem oratoribus vtriuſque partis Florentiæ exiſtentibus. Et Florentini fideiuſſores fuerunt pro vtraque parte ad obſeruantiam pactionum.

De præliis Tartarorum & Saracenorum in illo tempore.

§. VIII.

ANNO domini. 1296. cùm ª imperator Tartarorum & Alturingi eſſet quidam dictus Baydocham, germanus olim Dargon [aliàs Altorugij] Chã qui fuit inimiciſſimus Saracenorũ ſicut Dargõ fuerat amic⁹ Chriſtianorũ, ſic & iſte.

Caſſanus contra Tartarorũ regem rebellat.

Quamobrem Saraceni qui habitabant inter Tartaros tractarũt cum aliquibus dominis Tartarorum cum pecuniis, & magnis promiſſionibus quòd Caſſanus nepos ſuus qui filius fuerat Dargon rebellaret ſe ab eo. Et proceſſit in campum cum magnis copiis Tartarorum & Saracenorum ad pugnam contra eum. Baydocham videns ſe derelictum, & proditum à ſuis: fugam arripuit. Sed Caſſanus fugientem inſequens occidit illum profligatis copiis ſuis. Propter hoc dictus Caſſanus factus fuit dominus Tartarorũ adiutorio Saracenorum. Qui Deo operante mirabiliter ſubitò creatus dominus imperator cœpit odiſſe valdè Saracenos, & Chriſtianos diligere ſicut econtrario prius Chriſtianos oderat & Saracenos dilexerat. Vnde & omnes qui dederunt ei conſilium rebellandi ſe ab auunculo exterminauit, & Chriſtianis multum fauit, & iuuit in conqueſtu faciendo terræ ſanctæ.

A.C. 1296. Caſſanus Tartarorum imperator inſtituitur & Chriſtianis fauet.

Anno autem domini. 1219. menſe Ianuarij Caſſanus imperator Tartarorum venit in Syriã contra Soldanũ Babyloniæ ſecũ copias ducens ducentorũ milliũ Tartarorũ inter equites & pedites, ex cõductu regis Armeniæ & regis Georgiæ, qui erant inimici Saracenorum, & ipſi reges erant Chriſtiani ad recuperandã terrã ſanctam & auferendam à Saracenis. Hoc autẽ cùm cognouiſſet Soldanus: ex Ægypto deſcendit in Syriam cum centum millibus equitum Saracenorũ abſque alia multitudine innumerabili de Syria cum adiuuantẽ. Et ſibi inuicem occurrentes pugnam horribilem inierunt inter ſe. Demum ceſſit victoria Caſſano imperatori Tartarorum ex induſtria, & ſagacitate pugnandi. Nam ipſe cum non modica parte & fortiori ſuorum equitum, deſcendẽtes de equis in pedibus ſteterunt quouſque Saraceni emittẽdo cõtinuo ſagittas euacuarũt pharetras ſuas. Et ne Saraceni ſagittas, quas Tartari emittebãt cõtra eos reſumerẽt, & eaſdẽ cõtra eos iacerẽt ordinauit, ꝙ ſagittæ ª Tartarorũ eſſent ſine cuſpide, & chordæ arcuum ſuorum ballotas cereas emitterẽt. Quo facto expreſſo ſigno dato aſcẽderũt equos ſuos Caſſanus cũ ſuis: & terribiliter aggreſſi Saracenos ſunt adeo: ꝙ cito debellauit eos fuga ſe ſeruãtes, q euadere potuerũt plurimis Saracenorũ occiſis aliis captiuatis: & omni eorũ ornatu, & rebus magni valoris ibi eis ablatis à Tartaris.

Ballota. i. globulus.

Caſſanus Hieroſolymis potitur.

His peractis omnes ciuitates Syriæ & inter cæteras ciuitas ſancta Hieruſalem, ſe Caſſano ſubdiderunt. Qui deuotè viſitauit ſanctum Domini ſepulchrum. Cùm autem non poſſet morã trahere in Syria, quia oportebat eum in Perſidem redire & Alturingi Turringit, ex eo quòd quidam domini inſurrexerant ex ipſis Tartaris contra eũ bella mouentes ex ea receſſit. Deſtinauit ᵇ tamẽ interea ſuos oratores in partes occidentis ad Bonifacium octauum, & ad regem Franciæ, & alias nationes Chriſtianorum, vt mitterent copias Chriſticolas in Syriam ad retinendum ciuitates Syriæ & Hieruſalem conquiſitas per eum. Quod cùm expoſuiſſent oratores

a Redit D. Anton. ad res Tartaricas tractandas quas ſuprà c. 4. §. attigerat de quibus etiam agit Aemyl. lib. 8. & Contin. belli ſacri lib. 5. ca 8. a quo Tartaricæ hiſtoriæ continuationem & clariorem expoſitionem ſic accipit. Cùm igitur inquit Argone Tartarorum imperatore mortuo Guegathus Argonis frater inertia marceſceret principes gentis bellicoſi, eum eliſo gutture, enecant, Baydonemque eius conſanguineum regem creant (is autem eſt qui D. Baydocham hoc loco à D. Ant. dicitur.) Is Mahometani delirij cultor à Caſſano Argonis filio prælio victus & fugatus interficitur. Caſſanus repudiata, quam ſimulanter ad id tẽpus probauerat Mahometi lege cultor Chriſti efficitur. hæc ille. Tunc primum Tartarorum imperio valdè imminuto anno 1300. ty annicum Imperium Turcorum nullius antea ſe è nomi is per Othomannum Turcam (qui regnauit annis 28.) originem habuit, mille annis poſtquam Eccleſia à Conſtantini tempore floruerat. Volaterr. Paul. Iouius. Eodem ferme anno Auſtriacam domum inter Chriſtianos Principes Deus extulit. Vti nam in Chriſti gloriam & Othomannicæ perniciem Sic Hebræi obſeruant quo die diruit Templum Nabuchodonoſor, eo natum Cyrum, qui eius poſteritati exitium attulit. Ex Genebrardo.

a Id quod alioqui obſcurum ſatis eſt, elegantius expreſſit lib. ſacri continuator. dicens: Sagittis inſtructus optimè, quæ omnes ne ab hoſte reſumptæ in Tartaros iterato remitti poſſent, ita confectæ erant, vt cuſpis cera tantum iaculo affixa, ſcutis aut corporibus dum extrahetur, inhæreret.

b Tartarus victor cum Hieroſolymam in poteſtatẽ redegiſſet, poſt quam eam à Saracenis multis in locis deformatam reſtauraſſet, cum ipſo Dominico templo cum Armeniis Georgianis, cæteriſque ex Cypro, & latebris conuolantibus Chriſtianis habitandã conceſſit. Ipſe magnis oblationibus ſacris locis inuiſis, & dotatis, Damaſcum verſus cum exercitu proficiſcitur. Continuatio belli ſacri lib. 5. c. 8.

A.C. 1167. tores eius,& placuiſſet audientibus: nil tamen executioni mandatum ex neglectu eorum, magis attendentes ad ſuas animoſitates proſequẽdas in ſeinuicem laniando Chriſticolas, & ambiendo aliena dominia quæ ſua ſunt potius vnamquamque communitatem quærẽdo: quàm ea quæ Ieſu Chriſti, & ob hoc de ampliatione cultus diuini, & dilatione Chriſtianæ religionis parum curando. Et vbi tunc cum modicis expenſis, & ſine magnis copiis capta Syria à Caſſano potuiſſet à fidelibus illuc miſſis retineri, nulla promiſſione ſuper hoc facta: cum magna erubeſcentia fidelium, & non leui crimine incuriæ & omiſſionis poſtmodum amiſſa eſt: nec adhuc poſtea recuperata: nec in via recuperandi.[a] Nam recedente Caſſano cum ſuis de Syria facilè Saraceni nullo ſibi reſiſtente totam Syriam in deditionem receperunt.

Neſtiri ciuitatem ſanctam à Caſſano captam retinere negligunt.

Caſſanus quis fuerit & quomodo ad Chriſti fidẽ cõuerſus ſit, ex Ioan. Vil. in Chro.

§. IX.

PRAEDICTVS Caſſanus imperator Tartarorum vt dictum eſt fuit filius Dargon Chami paruus quidem corpore, ſed animo magnus, deſpicabilis vultu, ſed mente venerandus: quia virtutibus exornatus, ſapiens in bellis & ſagax: in rebus munificẽtiſſimus, & amiciſſimus Chriſtianorum. Hic demum Chriſtianus effectus baptiſma ſuſcepit: & ad hoc induxit multos ex ſuis. Cauſa autẽ ſuæ conuerſionis ad fidẽ miraculum fuit, quod hic ſequitur ad conſolationem fidelium enarrandum.

Quo miraculo Caſſanus adductus Chriſti fidem amplexus eſt. Quando iſte Caſſanus fuit creatus imperator Tartarorum, fecit inquirere inter omnes mulieres, quæ eſſet omnium ſpecioſior, vt illam ſibi acciperet in vxorem, non attendens, nec ad theſauros, nec ad alia huiuſmodi. Et cùm deſtinaſſet plurimos per partes orientis ad hoc perquirendum tandem compertum eſt & indicatum, quòd filia regis Armeniæ eſſet pulchrior omnibus. Hac igitur poſtulata à Caſſano, pater aſſenſum præbuit, ſi puellæ hoc gratum foret. Illa vt prudens pudica, & Ieſu Chriſto deuota reſpondit ſe paratam patri obedire in hoc: ita tamen ſi ſibi libertas daretur colendi Ieſum Chriſtum ſuo modo: quamuis Caſſanus tunc eſſet paganus. Et acceptauit conditionẽ Caſſanus per oratores ſuos. Quamobrẽ rex Armeniæ miſit filiam ſuam ad Caſſanum, aſſociatam cum germano ſuo religioſo viro, & cũ alijs religioſis, & nobilibus viris ac mulieribus: vt eã in vxorẽ haberet. Quæ cùm applicuiſſet, multum complacuit ſibi in ea. Ex qua cito filium ſuſcepit, ſed ita deformem & turpem, vt vix in eo humanitas appareret. Caſſanus ſuper hoc conſilium ſumens cum ſatrapis & ſapientibus ſuis, collatione ſimul facta, ab eis reſpon-

A ſum accepit hoc ideo accidiſſe, quia ex adulterio conceperat, & ideo ipſam cremandam eſſe cũ prole ſua. Determinatione ea facta, quamuis hoc graue eſſet Caſſano propter amorem ad illam conceptum, populus quoque ciuitatis cõdoleret, cùm rogus ad hoc pararetur, ſibique ſignificata fuiſſet mors ſua, poſtulauit illa hanc ſibi gratiam fieri, vt more Chriſtianorum ſibi liceret confeſſionem facere, & communionem ſacram ſuſcipere, & filium illum ſuum baptizari. Quibus peractis, & paruulo illo baptizato in debita forma ſubitò puer mutatus eſt in alterum: & apparuit ita pulcher & gratioſus ſicut quicunque alius in orbe reperiri poſſet. Ex tam euidenti prodigio nimis lætificatus B Caſſanus, non ſolum immunem eſſe voluit vxorem ſuam cum prole à morte, ſed eam quoque imperatricem decreuit. Et cum magna ſolennitate ipſe cum innumerabili populo Tartarorũ credentes in Chriſtum baptiſmum ſuſceperũt. Et in teſtimonium veritatis prędictorum quidẽ Florentinus origine, nutritus in partibus illis à pueritia, deſtinatus fuit orator cũ pluribus Tartaris ad referendum iſta domino Papę Bonifa- C cio, & principibus fidelium. A.C. 1167.

Pia reginæ moriturę confeſſionem & cõmunionẽ petit. Puer deformis baptizatus formoſus efficitur.

Nec incredibile ducenta millia equitum Caſſanum habuiſſe in exercitu ſuo, quia omnes Tartari in equis incedunt in prælijs, non pedeſtres. Et equi eorum parui: nec ferris in pedibus vtũtur, nec hordeo pro cibo: ſed fœno & omni herba paſcuntur, ſicut & oues in pratis, Et quilibet Tartarorum ſecum ducit decẽ vel viginti equos ſecundũ conditionem ſuam. Corio cocto pro armis cooperiũtur, fulti arcu & ſagittis. Carnes edunt ipſi Tartari crudas, vel parum coctas, & piſces cũ modico vel ſine pane vllo. Sanguinẽ D animaliũ bibunt, butyrum, & lac. In terra dormiũt ſuper tapeta. Cõtinuo ſunt in caſtris. Fideles & obediẽtes ſunt dñis ſuis. Pars a tamẽ eorũ dicit poſtea adhæſiſſe perfidię Machometiſtarũ.

Tartari fiunt Chriſtiani. Tartari in bellis quales vide ſuprà de his tit. 19. c. 9.

De geſtis imperatorum circa illa tempora, regis Franciæ & Apuliæ.

§. X.

ANNO domini, 1298. mẽſe Iunij: cùm principes Alemannię priuaſſent Adolphum electum imperatorem iure imperiali ratione ſuę infidelitatis in promiſſis, (quia fœdus inierat cũ E rege Franciæ corruptus pecunia, nec fidem ſeruauerat regi Angliæ, & comiti Flandriæ in mittendo eis copias ſuas contra regem Franciæ vt promiſerat) cùm etiam procurante hoc Alberto duce Auſtriæ, filio olim regis Rodulphi imperatoris electi, etſi non coronati, vt ad eum fieret electio imperij ad idem etiam cooperante Eduardo rege Angliæ, & pecunia multa obla-

Adolphus imperio priuatur. Naucl. ge. 44.

a *Capcapus Damaſcenis à Caſſano Præfectus cum Tartarorum viribus in Syria exiguas, domi ciuilibus bellis occupatas ex Europa nihil ſubſidij Chriſtianis accedere ſentit, à Tartaro deficit. Hieroſolymam iterum expugnat, imo deſertam & vacuam recipit, profanatis ſacris Templi Domini locis, tamen Cænobitarum precibus delinitus apud Dominicum ſepulchrum, maiora pietatis, quàm ſæuitiei exempla reliquit. Idem Cap. 10.*

a *Cambagadus Tartarorum Imperator repudiato Chriſtianiſmo Mahumetiſmum amplexus, alios exemplo ſuo pertraxit, cæteros ita preſſit, vt non multo* F *poſt Chriſtiana religio apud eos ferè exoleuerit. Vnde hodie ſunt Mahumetani, vel potius Sagomorbarci, nam habent Sagomorbar Cham pro magno Propheta, vt Turcæ Mahometem, qui de Deo vno, & de politia, & moribus aliqua eis dictata reliquit, inter quæ eſt edictum, quod vſque hodie iurant ſucceſſores Singis Cham, de non affligendis Chriſtianis, neque tributo ab eis exigendo copioſiore quàm à reliquis.*

ta

A.C. 1298. ta ipſi Alberto ab eo,vt procedens contra eum in bellum vindictam exerceret proditionis factæ in eum per dictum Adolphum. His ordinatis præfatus Albertus dux Auſtriæ profectus eſt cum copiis ſuis in prælium contra Adolphum. In quo conflictu deuictus & profligatus fuit exercitus Adolphi, & ipſe occiſus cū pluribus aliis. Et ex hac victoria habita a Albertus operatus eſt cū principibus Alemanniæ, vt eligeretur imperator Romanorū. Quod cū feciſſent, cōfirmatꝰ eſt imperator à Bonifacio Papa.

Albertus regis Philippi fit affinis. Anno verò ſequenti Albertus rex Romanorum affinitate coniunctus eſt regi Franciæ Philippo. Nam, primogenito ſuo dedit in vxorē filiam regis Francorum.

Rex Franciæ in Flādriam Carolū ſuus mittit exercitū. Æmyl. li. 8. Anno domini 1299. tranſactis treugis inter regē Franciæ initis,& comitē Flandriæ,Rex Frāciæ miſit in Flandriā Carolū Valeſianum germanum ſuum cum magnis copiis ad bellū reſumendum contra comitem Flandriæ. Qui cùm perueniſſet Brugas,diſcurrens cum ſuis hoſtiliter per regionem illam omnes ciuitates maritimas accepit in deditionem,quæ erant comitis Flandriæ excepto Gandauo,vbi comes ipſe perſonaliter erat cum filijs ſuis Roberto & Guilielmo derelictus à cunctis amicis, & dominis & ſudditis ſuis. Quapropter tractatum eſt cum domino Carolo prędicto honorem reddere regi Franciæ;vt ſe in manibus eius traderet:promittente tamen ipſo Carolo ei,quòd ipſum ad gratiam regis reduceret:& ſibi eum reconciliaret, reſtituēdo ipſum cum filiis in ſtatu & dominio priſtino. Perfecto tractatu deditum fuit Gandauum(quod dicitur eſſe munitiſſimum & inexpugnabile,ſicut quæcunque ciuitas orbis) Carolo,& perſonę eorū. Qui ingreſſus Gandauum comitē Flandriæ Guidonē,& dn̄m Robertū,& Guilielmū filios eius cepit:& contra promiſſa fidē fregit, & miſit illos Pariſios: quod fuit ad magnum dedecus& erubeſcent iam eius:cū fides etiam hoſti, cùm promittitur,ſeruanda ſit.

Franci Flādria potiū tur,ſed eā nimiis tributis vexant. Gabellas vectigalia, taleas, tributa noſtri vocant. Poſtquam igitur Carolus recepit totum comitatum Flandriæ quietè & pacificè, dimiſit dominum Iacobum germanum comitis ſancti Pauli gubernatorem,& viceregem totius Flandriæ,& reuerſus eſt Carolus in Franciam. Dominium igitur capiens dominus Iacobus Flandriæ,cepit nimis populos illos aggrauare, & quaſi duplicare gabellas,taleas & alias exactiones ad extorquendum pecunias inuenire, propter quod populus multum ægrè ferebat eius regimen. Adueniente autem ſolennitate dominicæ reſurrectionis,placuit regi Franciæ ad ſolatium proficiſci in Flandriam,vt videret regionem ſibi acquiſitam. Qui cum maximo honore receptus eſt Brugis,& Gandaui, & in omnibus aliis locis prouincię illius. Et multi ludi facti ſunt,& paleſtræ & nouitates in ſignum lætitiæ. Multique domini & barones ex Anglia,& Alemannia illuc cōcurrerunt ad feſtinandum.

Prou. 14. Sed varias dat fortuna vices,& extrema gaudij luctus occupat,vt oſtendatur fallacia mundi.

Multis calamitatibus obnoxius efficitur. Nam poſt dictam fœlicitatem multis aduerſitatibus laceſſitus eſt, quod iuſto Dei iudicio

a Caſare Adolpho occiſo anno Chriſti. 1298. menſe Iulio poſt 24 dies Interregni Albertus Rex Rom. ex Duce Auſtriæ eſt electus Imperator. Regnauit ſine imperiali vnctione an. 8. m. 9. d. 5.

A creditur ei contigiſſe:tum propter capturam,& mortem illius puellæ filiæ comitis Flandriæ innocenter illatam propter proditionem ſeu fidem non ſeruatam à Carolo Valeſiano dicto comiti,& filijs eius. His additum fuit aliud malū crudelitatis hominibus illius regionis. Cùm enim in receſſū regis artifices, & burgenſes piā querelam expoſuiſſent de grauaminibus ſibi impoſitis,rogantes regem, vt benignius ageretur cum eis à gubernatore illius prouinciæ domino Iacobo;eùm importabilia eſſent onera eorum rex non audiuit eos. Vnde ſicut Roboam A.C. 1298.

B filius Salomonis, quia non audiuit populum Iſrael ſupplicātem vt alleuiaret eis iugum onerum ſuorum malè fortunatus amiſit maiorem partem regni: ita & regi Franciæ contingit incidenti in magnas aduerſitates,vt patebit. Philippus ſimilis regi Roboā.

Eodem anno menſe Decembris Philippus princeps Tarentinus filius Caroli ſecundi regis Apulię:cum ſexcentis militibus & quadraginta galeis de partibus regni nauigauit in Siciliam, vt bellum moueret contra Fridericum qui vſurpauerat regnum & regem ſe fecerat Siciliæ. Er Infr. § 17.

C cùm prius obſideret Trapolim,Fridericus prædictus cum ſuis copiis in monte conſiſtens, perpendens malum regimen,& ordinem exercitus Philippi:deſcendens de monte, & conflictum habens cū illis, ſuperatus eſt & debellatus, & captus ipſe princeps cū magna parte ſuę gētis.

De diſcordia inter Papam Bonifacium & Columnenſes,& Iubilæo per Papā celebrato in vrbe.

§. XI.

D CVM tempore prædicto, ſcilicet anno domini. 1298. Columnenſes in pluribus contriſtaſſent Bonifacium Papam, ducti magnitudine ſuperbiæ ſuæ nobilitatis,& potentiæ propter quod ipſe Papa eis indignatus erat (cuius indignationis principium fuiſſe dicitur, quia in electione ſui pontificatus,viſi ſunt obſiſtere,licet poſtea conſenſerint illi duo Cardinales de Columna dominus Iacobus, & dominus Petrus nepos eius) adauxit turbationem contra Columnenſes ex eo quòd cùm curia mutaret reſidentiam ſuam,quidam ex Columnenſibus,

E nobilis Baro,nomine Sciarra, & nepos prędictorum Cardinalium multa ornamenta & theſaurum eccleſiæ quæ tranſportabantur in via prędatus eſt. Propter quam iniuriam Papa, vt animoſus,excommunicauit omnes illos de Columna clericos,& laicos,vt fautores tanti ſacrilegij,& priuauit omnes clericos maiores,& minores, illius domus omnibus beneficiis, & eos inhabilitauit nō ſolum ad eccleſiaſtica: ſed etiā ad laicalia officia, & deſtrui fecit domos & palaria eorū,quæ in vrbe poſſidebant. Hinc magna detrimenta acceperūt Columnenſes,nec ſe defendere poterant propter potentiāPapæ &familias Vrſinorum, qui eis etiam aduerſabātur. Bellum cōtra Colūnenſes.

F Et tunc ſe ex toto ſubtraxerunt ab obedientia Papæ & bellum inchoatum eſt cum eis cùm eſſent multum potentes,& non paruam ſequelam habebant in vrbe. Et totum erat ciuitas inexpugnabilis Præneſtina,& Nepetina, Columna,& plura caſtella. Pontifex verò conceſſit plenariam indulgentiam omnibus ſumētibus cru-

A.C. 1298.

cem contra ipſos Columnenſes, ad eos eradicā-dos. Et copias ſuas miſit, ſcilicet cruce ſignatorum ad ponendum caſtra ſuper Nepim (aliàs Nepet, vel Nepeſum) ciuitatem. Et communitas Florentina in obſequium ſui, miſit ſexcentos pugnatores balliſtarios, & alios ſignatos cruce. Et tanto tempore eam obſeſſam tenuere: quòd ipſam in deditionem acceperunt cum pactis & modis & multi ibi mortui ſunt ferro & peſte.

Columnēſes Papæ conciliantur.

Anno ſequenti videlicet. 1288. menſe Septēbri ſuadentibus ad hoc bonis viris, Columnenſes, qui fuerant rebelles eccleſiæ & aduerſarij Papæ Bonifacij: concordiam inierunt, ſe ei reconciliātes. Venientes clerici & laici dictæ domus de Columna ad Reatinam ciuitatem, vbi tunc erat curia proſtrari ad pedes pontificis, veniam petitam receperunt: ipſis à vinculo excōmunicationis abſolutis, cùm hoc tamen pacto & conditione: quòd ciuitatem Præneſtinā, quā occupauerant Eccleſiæ reſtituerent. Quod & fecerunt. Licet autem Papa promiſerit eis hoc facto reponere eos in ſtatu & dignitate priſtina, non tamen ſeruauit, ſed ipſā ciuitatem Præneſtinā inexpugnabilem dirui fecit: quæ erat in loco eminenti: & aliam ædificare conſtituit in planitie vocari faciens ciuitatem Papæ.

Conſilium datum Pōtifici maximo iniquum.

Totum hoc dicitur egiſſe pontifex de cōſilio comitis de Mōtefeltro, qui tunc erat frater ordinis Minorū, qui ſuaſit, vt laras faceret promiſſiones, ſed breues & diminutas obſeruationes. Ea propter Columnenſes videntes ſe deceptos non ſeruatis eis promiſſionibus, & ſub illa promiſſione dirutā ciuitatē Præneſtinam, ſe rebellauerunt ab eccleſia, inimici effecti Papæ Bonifacij. Et ob hoc Papa iterum excōmunicauit eos & fulminauit graues proceſſus cōtra eos. Ipſi verò timentes, ne ex iuſſione Papæ caperentur, vrbē relinquētes diſperſi ſunt in diuerſas regiones. Et aliqui quidē nauigauerunt in Siciliā alij in Franciā tranſierunt reliqui ad alias regiones cautè diſcurrentes: ne agnoſcerentur & loca ſæpè mutātes. Et ſic Cardinales de Colūna præfati duo dominus Iacobus & dominus Petrus viuente Bonifacio exularunt.

Vide ſup. §.1.

Iubilei Celebratio. ſup.§.2.

Anno autē. 1300. celebratus eſt Romæ Iubilæus,[a] quē ſolēnizauit Bonifacius octauus ſtatuens, vt per totū illū annū quicunq; ad vrbem accederet, & per triginta dies viſitaret limina apoſtolorū Petri & Pauli & ſecundū aliquos etiā eccleſiā ſancti Ioānis Lateranenſis, & ſanctę Mariæ maioris, ſi Romanus eſſet per triginta dies cōtinuos, alienigenæ verò vndecūq; veniētes per quindenā cōtriti & confeſſi plenariā indulgentiā obtinerēt & remiſſionē peccatorū. Et ad conſolationē peregrinorū, & maiorē deuotionē in eis excitandam, omni ſexta feria, & die ſolēni oſtendebatur publicè omni populo Veronica ſeu ſudariū ſaluatoris in Eccleſia ſancti Petri. Ex omni autē natione, quæ ſub cœlo eſt fideliū, & mares & fœminæ ad eā indulgentiam profecti ſunt: adeo vt cōmuniter dicatur ꝙ ſine

A Romanis, ſolū ex peregrinis ducenta millia hominū eſſent per totū illū annū in vrbe, ſine iis q erant in via. Et ſatis copioſe prouiſum eſt de victualibus, pro homnibus & iumentis vnde magnus theſaurus obuenit Eccleſiæ ex oblationibus, & aliis modis, & Romani ipſi locupletari ſunt nimis ex fructibus ſuis venditis.

A.C. 1300. Magnus peregrinorũ in vrbe anno iubilæi primo numerus.

Ciuitas Piſtorienſis in ſeipſam diuiditur. Blon.l.9.dec.2.

§. XII.

B EO tēpore circa 1300. domini annū: cùm ciuitas Tuſciæ Piſtorieſis eſſet in fœlici ſtatu tēporali: ex magnis diuitiis ſecundū proportionē ſuā incraſſata, & impinguata, dilatata eſt tātum per ambitionem quòd ſciſſura eius ſecuta eſt. Erat enim in ea quædā familia & progenies, quæ dicebatur Cancellariorū quæ adhuc permanet: non tamen tūnc multū antiqua, quæ originē habuit à quodā ciue eiuſdē municipij vocato Meſſer cancelliere mercatore quidem, qui multas coaccruauit ſibi diuitias, & fortè ex fœnore, cui olim dedita fuit ciuitas Piſtorieſis. Hic

Meſſer Cācelliere i. Dominus Cancellarius.

C quidē ex duabus vxoribus, quas ſucceſſiue habuit multos filios ſuſcepit: qui abundātes diuitiis & ſapientia mūdi, diuites effecti ſunt. Ex his filij filiorū ita multiplicati ſunt, vt centenarium impleret numerū generatio illa. Diuites ij potētes, & ita armis exercitati, & magni valoris ſicut quælibet familia Tuſciæ.

Prou.1. Prou.13. Iob.41.

Sed proſperitas ſtultorū vaſtauit illos. Quia enim inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia & rixæ ſuggerente diabolo qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, orta eſt indignatio & contentio inter filios primæ vxoris Meſſer Cancellarij, & D filios natos ex altera, adeo quòd rixantibus eis adinuicem vnus vulneratus eſt, etſi non grauiter. Nati autem ex vna matre ſe nuncupauerūt Cancellarios albos, orti ex altera vocati ſunt Cancellarij nigri. Cùm autem qui vulneratus fuerat eſſet ex parte illa quæ dicebatur Cancellariorum Alborum: altera pars ſcilicet nigrorū, vt pacem cum aliis haberent & concordiam, miſerunt eum qui vulnerauerat ad Cancellarios Albos, vt ex eo vindictam, & ſatisfactionē acciperent, veniam poſtulantes. At Albi, vt ſuperbi & ſceleſti, ſine miſericordia hanc exercue E runt vindictam, vt manum abſcinderent vulnerantis. Ex qua re ita ægrè tulerunt Nigri tantam crudelitatem quòd ita tranſiuit modum & cauſauit inimicitiam capitalem. Multaque homicidia inde ſecuta ſunt in vtriuſque partibus. Denique tota ciuitas diuiſa eſt Piſtorienſis, aliquibus adhærentibus Cancellariis albis, reliquis verò nigris fauentibus.

Nec ſolum Piſtorium, ſed penè totam Italiā infecit diuiſio iſta, vt patebit. Florentini timentes ne ex hac mutua partiū impugnatione in Piſtorio, pars Guelpha, quæ tunc regnabat in de F trimentum abiret conati ſunt vt mediatores cō ponere pacem inter illos. Et de volūtate Piſtorienſiū ſumpſerunt iuriſdictionem ſuper eos, & arbitriū iudicandi. Si ergo ex Florentinis, quib⁹ fuit datum iudicium, auditis partibus, decreuerunt ad ſanandum morbum illum, vtramque partem è ciuitate mittere: & in Florentia collo-

a *De Iubilæo vide quæ notauimus ſuprà.§ Cæterum. magnum ea Summi Pont. Indulgentia alicubi fructum attulit, quod diſſidentes aliqui, & acerrimis etiam, capitalibuſque inimicitiis vſi in pace, beneuolentiaque conciliati ſunt. Blondus lib.9.dec.2.*

A.C. 1300. collocare ad tempus. Et pars illa Cancellariorum Nigrorum habitationem aſſumpſit vltra Arnum fluuium apud Freſcobaldos: Albi verò in carbocis Arnum iuxta familiam Circulorũ, cum quibus habebant affinitates. Sed ſicut.

1. Cor. 5 Alborum & nigrorum factionibus inficiuntur Florẽtini. Blon. lib. 9. de. 2.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

Et modicum fermentum totam maſſam corrumpit: ita zizania iſta piſtorienſis ſata Florentiæ in modico tempore impleuit totam vrbem vt familia vix inueniretur nobilium, in qua ortum non eſſet ſemen illud peſſimum. Et in vna & eadem progenie pars vna ſectabatur albos, alia nigros. Et populus etiam in eamdem diuiſionem concidit. In eo igitur languore non ſolùm medicina appoſita infirmitatem illam peſtiferam curare non valuit, ſed medicantes Florentinos, vt morbus contagioſus omnes infecit, vnde multa & grauia mala proceſſerũt.

B

De diuiſionibus rixis, & ſeditionibus ortis Florentiæ.

Florentinorum fœlicitas, ex Leon. Are. & Io. Vill.

§. XIII.

CVM eo tempore ciuitas illa floreret potentia, & diuitiis, & nobilitate ſtirpium, adeo vt ciuitas ipſa Florentina triginta millia hominum in ſe contineret aptos, ad arma: & diſtrictus eius ſeptuaginta millia: tanta proſperitate abuſi humiliati ſunt in laboribus ſuis ex æmulatione & ſimultate orta inter eos. Ex diuiſione Alborum & Nigrorum Piſtorienſium ſumpſerunt initium inter ſeptem familias ciuiles diſcordiæ. Inter quas principalior inter Circulos & Donatos, vt notabiliores tunc familias: & Circulorum familiæ caput erat Dominus Verius eiuſdem ſtirpis, alterius Dominus Currius de familia Donatorum. Hi ergo Circuli & Donati traxerunt poſt ſe quaſi totam ciuitatem. Et Circuli quidem caput fuerunt Alborum Florentiæ, quibus adhæſerunt familia quaſi tota Adimarium exceptis Cauicaulis, domus tota Abbatum, familia tunc magna & potens, & pars eius Guelpha erat: pars Gibellina, Similiter & tota progenies Mozorum tunc potentium. Omnes etiam de Maleſpinis & de Caualcantibus, & de Falconeriis, quæ familiæ tunc erant & copioſæ & potentes. Sed & de aliis ſtirpibus notabilibus ſcilicet de Toſingis, de Bardis, de Roſſis: de Freſcobaldis, de Nerlis & Manellis, de Scallis & Gerardinis, de Boſtichis, Giãdonationis & Pilis Vechiectis, & Atrighutiis.

C

Florentini inter ſe diuiſi.

D

Altera verò pars prædictarum familiarum ſectata eſt Nigros, quorum caput erat Dominus Currius de Donatis, quorum Donatorum ſequaces fuerunt ex toto familiæ de Pactiis cũ Donatis, de Biſtominis, Maneriis, Bagnẽſib⁹, Tornãquintiis, Spinis, Buondelmontibus, Ganfiliaziis, Alleis & Brunelleſchis: & omnes alij partium Guelpharum. Multæ etiam domus popularium, & artificum & Gibellinorum Albis fauebant magis, & ſequelam magnam habebant Circuli Albi, magis, quã Nigri Donati. Ideo regimen & gubernatio ciuitatis erat quaſi in manibus eorum. His partialitatibus, quæ proceſſerunt ex Albis & Nigris Piſtorienſium, infecta eſt non ſolum Florentia, ſed & Tuſcia, & ferè Italia & ſemuicem mordentes ſe inuicem conſumpſerunt, ſecundum verba ſaluatoris dicen-

E

F

A tis: Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.

A.C. 1300.

Interea in ciuitate Eugubina pars quæ ibi erat Gibellinorum cum adiutorio Aretinorum Gibellinorum Marchiæ, ordito intus tractatu per proditionem, expulerunt Guelphos de ciuitate menſe Maij multis occiſis. Sed ſequenti mẽſe Guelphi ipſi eiecti, cũ copiis Peruſinorũ, vice verſa ingreſſi, viriliter extra ciuitatẽ Gibellinos propulerunt cũ damnis, & interitu pluri morũ.

Eugubini ſe inuicẽ pellunt.

Ea tempeſtate in Piſtorio, qui de parte Alba erant fauore Florentinorum, qui Florentiam tunc gubernabant principaliter, expulerunt de ciuitate Piſtorij eos, qui de parte Nigra erant, deſtruentes domos, & poſſeſſiones eorum.

Piſtorienſes item.

In ciuitate ver òLucenſi ex dictis mutationibus, partis Albæ & Nigræ, familia, quę dicebatur de Terminellis cum ſuis ſequacibus adhærentes parti Albæ, & habentes adiutorium à Gibellinis & Piſanis, exiſtimantes ſe poſſe Nigros expellere de Luca, ſicut fecerant Albi Nigros, de Piſtorio, occiderunt Dominum Obizum de Obizis: propter quod populus ad arma cucurrit, & pars Nigra cum Guelphis potentiorem ſe videns Albis, facta ſeditione, & bello ciuili expulit de luca Terminellos, poſſeſſiones eorũ deſtruendo, & igne comburendo domos eorũ.

Lucenſes item.

Circa id tempus Genuenſes pacem fecerunt cum Grimaldis, & eorum exulibus Guelphis & rege Carolo, qui exules ipſos iuuabat, occupantes caſtellum, quod dicitur Monachum, & ex hoc mouebant bella eis. Reuocati ergo ſunt exules in ciuitatem ex pactis pacis, & redditum eſt Genuenſibus caſtrum id.

Genuenſes pacem faciunt.

Inter Veronenſes etiam, & Dominum de Tẽto tunc fuit durum bellum: in quo prælio Veronenſes fuerunt profligati & deuicti. Et paulò pòſt obiit Dominus Albertus de ſcala, magnus tyrannus in Longobardia. Cui ſucceſſit in dominio ſeu tyrannide Veronæ ciuitatis, Dominus Canis. Sed ante quàm moreretur, fecit milites filios ſuos, licet paruulos. In proceſſu poſtea temporis inter ſe rixantes, vt mus & rana, miluus dominij Venetorum eos accepit Dominans ipſis.

Veronenſes vincuntur.

Canis Scaliger Tyrãnus Veronæ.

Donati & Circuli quales. Blond. lib. 9. dec. 2. Leonar. Aret. lib. 4. hiſt. Flor. A.C. 1300.

§. XIIII.

POST aliqua incidentia relata proſequendo: Diuiſione orta inter Circulos & Donatos ex partialitatibus Alborũ & Nigrorũ: vt ſcribit Leonardus in hiſto. Floren. Circulorum quidem familia erat ad pacem aptior: tranquilli homines, maximis præditi diuitiis, ciuili moderatione, & innocentia. Donatis autem vetuſtior nobilitas, mediocris opulentia, belli aptior natura, quàm pacis artibus. His contentionibus cùm tota ciuitas diuiſa eſſet: cladeſque inde prouẽtura haud dubiè timeretur, veriti duces Guelpharum partium, ne ob hanc diuiſionem inter ſuos homines coorta, Gibellinorum factio in ciuitate reſurgeret: ad Bonifacium pontificem confugerunt, monſtratoque periculo flagitarunt, vt huic naſcenti malo authoritate apoſtolica occurreret.

Pontifex

A.C. 1300.

Pontifex intellecta re: Verium Circulum principem eius familiæ ad ſe vocatum multis verbis cohortatus eſt, vt depoſita contentione in gratiam rediret cum Curtio Donato principe familiæ Donatorum. Neque enim dubitare ſe reconciliata inter eos gratia cæteros quoque fore ſecuturos. Ad hæc multa licet pollicitus flectere hominem nequiuit aſſerentem ſe aduerſus neminem prorſus inimicitias exercere. Ita per Verium ſterit, quominus res interuentu pontificis componerentur: quod ad magnum ſibi erratum plerique imputarunt. Mentē certè pontificis non mediocriter offendit præſertim cum aduerſarius eius Curtius paulò antè hoc ipſum à pontifice rogatus, ſe totum in poteſtate ſua reſpondiſſet futurum.

Pontifex inter Florentinos pacem cōponere nititur, ſed fruſtra.

Simultatibus igitur in dies creſcentibus forte fortuna proximis Cal. Maij. iuuenes vtriuſque familiæ per vrbem de more equitabāt comitatum habentes æqualium & amicorum equitum circiter tricenos. Cum in area, quę eſt ad trinitatis ædem, mulierum choream feſtum diem celebrantium inſpecturi vtrique conſtitiſſent, torue ſe conſpicientes primo, mox quia mixtis erant equis, alteri alteros vrgentes rixa tandem exoritur, & gladiis apertè geritur res: quædam vtrinque inferuntur vulnera, vni etiā Circulorum (Recouerino illi nomen fuit) in ea rixa naſus abſcinditur. Fit ſubitò concurſus hominum alterutris fauentium, non ſine tumultu & trepidatione ciuitatis, ægréque tandem pugna dirimitur. Natis hinc iam grauioribus odiis armata pars vtraque longis agminibus per vrbem incedebat, & tota ciuitas erecta ac ſolicita grauiſſimo in metu verſabatur.

Choreæ quid mali afferant.

His de cauſis pontifex non vltra cunctandum ratus legatum ſuum Florentiam miſit Mathæum Oſtienſem. Is cum vrbem intraſſet, liberum ſibi arbitrium tradi poſtulauit, quo rempublicam ſtabilire, ſimultateſque tollere commodius poſſet. Circuli & factio eorum per illa tempora multum in republica præualebant. Itaque veriti ne voluntas legati aduerſarios inclinaret, operam eius in conſtituenda republica aſpernati ſunt. Itaque decedens vrbe legatus interdicto illam ſubiecit. Secutæ deinde grauiores contentiones. Nam haud multo poſt cum pars vtraq; armata funeri mulieris nobilis adeſſet ex contraria regione ſe minabundi aſpicientes gladios ſtringere, ac inuadere alterutros voluerūt. Ob eam rem animaduerſa trepidatio exorta eſt, multitudini, quæ ad funus conuenerant, & fuga paſſim per vrbem facta, Ipſi tamen illo loco non depugnarunt, ſed interuentu ſeparati diuerſis viis domos ſuas rediere.

Pontifex legatum ad pacem componēdam mittit.

Circuli ea die concurſu factionis ſuæ adiuti Donatos inuadere ſtatuerunt. Et aderant cæterarum familiarum homines, qui nuper vna cū illis ad trinitatis ædem aut vulnerati fuerant, aut grauiter offenſi: hi non clam neque per inſidias, ſed quaſi iuſtam ad pugnam profecturi equis cataphractis inſidentes, peditum multitudine circunfuſa Donatorum ædes adierunt. Illi verò audita vi, quæ contra ſe parabatur: apud Curtij ædes conuenerant, & acciuerant amicorum manum. Factoque armatorum globo, venientes aduerſarios non inuiti expectabant, cō fiſi præcipua Curtij virtute: cuius tanta erat cō-

Alia inter eoſdem concertatio.

A ſtantia & magnitudo animi, vt eo præſente aduerſariorum animos omnes facilè ſe arcere poſſe arbitrabantur: quod & planè accidit. Nam vbi eo peruenerunt aduerſarij, ac magno clamore faces & arma inferre cœperunt, ruens non minori impetu in eos Curtius, aciem præuenientium perfregit, multiſque vulneribus reiectos terga vertere ad extrema coegit. His ergo & huiuſmodi crebro emergentibus ciuitas tota erecta, ſuſpitionibus rumoribuſq; obnoxia erat. Crimina verò & delicta interdum vindicabat, interdum etiam multitudine delinquentium ſubſiſtebat. Circuli tamen, eaque pars, qui Albi vocabantur, longe plus poterant in republica.

B Priores enim & magiſtratus plurimum ex illorum numero legebantur, idque aduerſarij grauiter ferentes, ac ſępius inter ſe quæſti, demum conſultandi gratia in æde trinitatis conuenerunt. Interfuerunt ei concilio quidam è ducibus partium optimarum. Ibi multis dictis, agitatiſque ſumma concilij tandem fuit pontificē adire poſtulareque, vti principem aliquem regij generis Florentiam mittere curaret ad ſtatum ciuitatis componendum. Id conſilium, quia priuatim erat habitum de republica confeſtim eſt reſcitum. Diuerſæ factionis homines carpendo

Florentini de principe deligendo deliberant.

C atque indignando ad magiſtratum quaſi conſpirationem aduerſus rempublicam libertatem que populi initām detulere. Ipſi verò per ſpeciem imminentis periculi ex agro clienteliſque armatorum ingentem numerum contraxerunt.

Econtrario verò alia factio ſeſe munierat & collecta armatorum manu, quos è prædiis agroque reuocarat, magiſtratus prioreſque adiens minabunda reclamabat. Cūm igitur illi conſpirationē initam contra rempublicam, hi autem vim & arma publicè contra leges ſumpta clamitarēt, & vtraque [pars] armata magiſtratibus minaretur, confuſio erat & dedecus in republica, neq; leges, neque pudor aliquid valebant.

D Erat per id tempus in numero Priorum Dantes poeta, qui offenſus concilio illo, quod de vocādo principe aliquo in vrbem habuerant cum id planè ad euerſionem libertatis exiſtimabat pertinere, in diuerſam partem inclinare ferebatur. Quod autem ingenio & eloquentia inter collegas eminebat, voluntatem eius vniuerſi, nutumque omnes maximè ſpectabant. Is igitur hanc deformitatem labemque reipublicæ abominatus commotus etiam minis, quæ con-

Dantes poeta. Prior Florentiæ turbas ſedat.

E tra priores iactabantur, collegiis ſuadet, vti animos capeſſant, populumque pro libertate ac tutela reipublicæ in arma excitent. Eo facto cùm principes vtriuſque factionis ponere arma cōpuliſſent, tumultus authores deiiciendos vrbe, amouendoſque cenſuerunt, quaſi eorum præſentia trāquillitas reipublicæ turbaretur. Ergo Curtius Donatus quem principem concilij fuiſſe, & poſtea ſtipatum armatorum caterua per vrbem inceſſiſſe Prioribuſque comminatum

Circulorū & Donatorum principes exilio mulctantur.

F fuiſſe conſtabat, publicatis bonis in exiliū agitur. Cæteri verò eius factionis pecuniis mulctati ad tempus relegantur: Fuerunt autem hi: Sinibaldus Donati Curtij frater, Rubeus Toſa, Gacchi. nothus, Pactius Gerius Spina. Hi omnes equites per eam tempeſtatem inſignes, ac de numero eorum qui Nigri dicebantur, in agrum Peruſinum relegati ſunt, conſiſtere illic iuſſi

A.C. 1300.

iuſſi,donec à populo vocarentur.

Ex altera verò factione multati pecuniis relegati fuerunt,Gentilis & Torrigianus Circuli equites,& cognati quidem eius familiæ,Balchérius toſa,Baldinaccius Adimar,& quidam alij. Hi Serezanam eodem modo ire iuſſi,& reuocationem populi expectare.Cæterum hæc pars citò reuocata eſt,ſub prætextu grauioris zeli. Ex quibus Guido Caualcantes vnus ex eis morbo grauatus interiit,haud multò pòſt quam reuerſus eſt,vir philoſophus, & in primis bonarum artium ſtudiis per ea tempora eruditus.Curtius autem poſtquam vrbe aufugit, nullum intermiſit tempus,quin ad pontificem ſe conferret , vt ea qui conſultata fuerant ſedulo adimpleret. Vbi verò ad pontificem peruenit Bonifacium, inſtando atque rogando illius mentem incendere non ceſſabat. Et erat facundus vir læta & hilari fronte,& in tractandis agendiſque rebus admodum ſagax.His artibus tandem effecit,vt pontifex ad rem Florentinam emendandam mentem animumque conuerteret.Cum itaque Siciliam,quę contra Romanæ ſedis voluntatem ab Aragonenſibus occupabatur, recipere pontifex ſtatuiſſet,& in Hetruria quoque multa forent emendanda, Carolum Valeſianum regis Franciæ fratrem euocare in Italiam perrexit, multa promittens,atque oſtentans,quo ille venire non cunctaretur.Hæc eo anno foris domique geſta ſunt.

Guido Caualcantes vir eruditus.

Proximo dehinc anno.1301. videlicet Piſtorienſes adiuti ab ea parte,quæ Florentiæ,præualebat, Nigros expulerunt vrbe domóſque eorum diruerunt.Author nouarum rerum Piſtorienſibus fuit Andreas Gerardinus eques Florentinus,Albarum partium.Eamque Piſtorij factionem auidè complexus arma corripere iuſſit.Mox vocatis aduerſariis cùm illi metu atmorum deterriti non parerent,domos ſuccendit & diruit,bona diripuit,atque hoſtes iudicauit.

Piſtorienſes Nigros vrbe expellunt ſup.§.15.

Carolus Valeſius in Italiam venit. Aemyl.lib.8.

§. XV.

ANNO verò Domini eodem ſcilicet 1301.circa Cal.Septembris,fulgor,quem cometem dicunt in cœlo apparuit. Nec multò pòſt aduentus Caroli Valeſiani in Italiam ſecutus eſt. Qui cùm ad Bonifacium pontificem tunc Anagnię cum curia reſidente,magno procerum comitatu veniſſet receptus ab eo ſplendidè , ac titulis honeſtatus : magnam ſpem attulerat rerum præclarè gerendarum.Ad Siciliam igitur inuadendam apparatus fieri placuit quo proximo vere in eam traiicerent. Interea vero dum hyems obſtar,ad pacandam Florentiam à pontifice miſſus eſt. Is ergo cum Romam peteret,ac inde Florentiam venturus nunciaretur,variæ cōſultationes ab iis,qui reipublicæ gubernacula tenebant , habitæ ſunt. Variæ inſuper curæ,vt magis ac magis appropinquabat,ſuſceptæ.Erat omnino huius aduentus toti factioni eorum,qui Albi dicebantur moleſtiſſimus.Nam pulſis aduerſariis eorum authoritate reſpublica nitebatur,& nihil innouari cupiebat. Sed contra impellebat pontificis ſimul, ac regiæ domus authoritas:quibus obuiare ac reſiſtere præſertim eos , qui Guelphos ſe haberi vellent,intèr nefaria putabatur.Et accedebat perhumana Caroli pollicitatio, non niſi cō modum & pacem eorum ipſorum hoc aduentu ſuo quærere affirmantis.Quibus tandem adducti , qui rempublicam tenebant recipiendum in vrbem conſuluerunt. Ingredienti denique honores magnificos ſolemneſque impenderunt,magiſtratibus obuiam euntibus, & iuuentute ludicra equorum haſtiliumque exhibente. B Ingreſſus eſt autem Florentiam die ipſo Calen. Nouembris.

A.C. 1300.

Nec multo poſt concionem petens adſtantibus magiſtratibus, & populi multitudine , ſe pacis cauſa veniſſe confirmauit:id quo perficere poſſet liberam ad hoc poteſtatem ſibi per populum concedi oportere. Poſtquam id quoque permiſſum eſt iureiurando edixit ſe rectè, pacate,ſine cuiuſquam iniuria poteſtatem illā habiturum.Sed illo mox è concione abeunte, C publica poteſtate ſuſceptа : milites eius armati prodierunt,cum in ipſo vrbis ingreſſu aliiſque ſuperioribus diebus inermes circa ſe habere cō ſueſſet. Ea res præſertim repentina & inſueta, ſpeciem tyranni magis præbuit , quam principis.Itaque ſuſpicionibus coortis itur confeſtim ad arma,maxima pars populi ad nobilitatem & plebem. Magna erat diſſenſio,& mirifica quędam voluntatum & opinionem confuſio , aliis mutationem reipublicæ optantibus,aliis formidantibus.His curis anxij,neque ducem, neque propoſitum certum vllum habebant.

Carolus princeps Florentiæ deſignatur.

D Cùm in hoc tumultu ciuitas eſſet, Curtius Donatus cum aliqua manu ad vrbem acceſſit. Ingreſſus noua mœnia cum veterum murorū portas clauſas obſerataſque offendiſſet circumdata vrbe ad Fęſulanam portulam venit ædibus ſuis vicinam.Cum fores perfringeret, amici eius re cognita concurrerunt , portaque intus refracta gratulabundi ſuſceperunt.Ille poſt quam ingreſſus eſt,cumulata ſuorum manu ad Priorum ædes profectus , (diuerſæ factionis hi erant,)confeſtim magiſtratu publico deturbat, exutoſque poteſtate in priuatam redigit formam.Carolus verò dum hæc agerentur milites ſuos apud ſe continuit , neque ob ea , quæ E nunciabantur,vnquam commotus eſt. Non cū portas effringi,non cum Priores pelli,non poſt ea cum totam vrbem incendiis rapiniſque miſceri ſentiret.Nam poſt Priores eiectos , eadem illa manus,quæ Curtium ſecuta fuerat per ſe iam ipſa ſuo motu per vrbem diffuſa , cædes & incendia pluribus locis perpetrauit: quæ patiendo Carolus totam rem compoſuiſſe creditus eſt,non ſine graui querela eorum , quibus paulo ante pacem quietémque iurauerat. Eadem quoque clades per agrum vagata latius , à F nullo genere maleficij temperauit. Crematæ locupletum hominum villæ homicidia pluribus locis facta,rapinis,& vulneribus omnia fœdata.Poſt aliquot dies poſita ,ſunt arma , & noui Priores ſubinde creati,qui reliquum temporis adimplerent.

Grauis in vrbe Florentia motus.

Per hoc idem tempus legatus , de quo ſuprà diximus,Florentiam rediit.Eo authore & adiutore pax facta eſt inter Circulos & Donatos aliaſque ſup. §. 14.

A.C. 1302. liaſque familias vtriuſque factionis, Conati deinde legato gubernationem reipublicæ communem vtrique facere: Curtius, & ij qui cum illo ſentiebant, & ob recentem reditum plus poterãt, patere legato in ea re noluerunt. Itaque vti prius Albborum, ſic poſtea Nigrorum facto offenſus, vrbem interdixit atque abiuit qua legati aſperitate, etiam prius inter familias compoſita viſa ſunt irritari. Itaque nec priuata quidẽ pax inter publica durauit odia. Nam haud multò pòſt Simon adoleſcens Curtij filius Nicolaum Circulum equitem rus iter facientem ſecutus, non longè à porta Caſentinati via inuaſit. Erãt vtrinque comites aliqui, & pugnatum eſt egregiè ab vtriſque. Tandem pugnę hic exitus fuit vt Nicolaus interficeretur. Simon verò accepto letali vulnere proxima nocte expiraret.

Florentia factis interdicitur. A.C 1302.

Ob hæc facta cùm rurſus odia grauiſſima ſuſcitata eſſent, & in peius quotidie laberentur res, ſtante adhuc in vrbe Carolo, ſumma tandẽ calamitas in apertum prorupit. Quidam enim princeps diuerſæ factionis contra ſtatum reipublicę coniuraſſe dicebatur, & Petrum quendam Ferrantis vnum ex proceribus Caroli ad res nouandas magnis pollicitationibus pellexiſſe. Horum ſigilla proferebantur, pacta conuenta legebantur. Rem tamen plerique compoſitam fictamque putauerunt. Alij inuitatos deceptos à Gallo exiſtimabant fuiſſe. Ob eam coniurationem ſeu fictam ſeu veram tres nobiliſſimi & potentiſſimi ciues in periculum vocabantur, Baldinaccius Adimar, Nicolaus Gerardinus, Baſcerius Toſa. Tangebat quoque ea ſuſpicio Verium Circulum ac cæteros eius familiæ homines quorum opere & conſilio id factum promiſſumque fuiſſe inimici iactabant. Hi omnes ad magiſtratum vocati: cùm aduerſariorum metu parere non auſi profugiſſent ex vrbe, abſentes damnati ſunt. Nec poſt hoc modus aliquis fuit in damnandis pellendiſque ciuibus diuerſæ factionis; boniſque eorum vaſtandis. Per hęc ipſa tempora Dantes poeta in exilium actus eſt ob eam, quam ſuo Prioratu contraxerat inuidiam, cuius ſuprà mentionem fecimus. Erat autem per id tempus ad pontificem orator concordiæ gratia miſſus. Sed mox nouis exortis rebus pulſiſque ex vrbe ciuibus eiuſdem factionis cùm ipſe reus poſtularetur, abſens dãnatus eſt: demumque eius direpta prædia & vaſtata. Qui Albas ſecuti erant partes per hunc motum pulſi exularunt. Carolus quinque menſibus Florentiæ commoratus tandem abſceſſit in Siciliã tranſiturus.

Florentiæ aduerſus Gallos habita eſt cõiuratio.

Proxima dehinc æſtate Florentini & Lucenſes coniunctis in vnum copiis Piſtorium obſederunt, quòd nuper pulſis, vt docuimus, aduerſatiis Albi duntaxat vrbem tenebant, ac eo Lucenſium Florentinorumque exules magno ſe numero contulerant. Dũ circa Piſtorium eſſent Florẽtinorum copiæ manus quædã exulum in ſuperiore Arno bellum tumultuoſius commouit, quo non vicina modo, verum etiam remotiora infeſtabantur loca. Ob eum tumultum duæ partes earum copiarum: quæ Piſtorium miſſæ fuerant, confeſtim in ſuperiorem Arnum traductæ non pepulerunt modo hoſtem æquis locis verum etiam caſtellum, quod occupatum fuerat ab exulibus, recuperarunt: non ſine ingenti detrimento eorum, qui ſe illo incluſerant.

Florentini & Lucẽſes in Piſtorienſes bellũ gerunt. ſup. §. 13 & 15.

A.C 1304

Inde contra Vbaldinos exercitus ductus, quòd hi receptis exulibus quibuſdam ex caſtellis bellum haud ſegniter inferre cœperant his quoque in locis res proſpetè geſta eſt, ac fugatis deiectiſque hoſtibus omnia circa Apẽninum loca, & Mugellanum agrum, quem hoſtis tenebat, vaſtauerunt. Inde mox circa Grauem fluuium traductæ copię Aliarium & Acutum caſtella, quę & ipſa defecerant, in poteſtatem redacta euerterunt. Copiæ victrices eo anno omnibus ex locis benè ac fœliciter geſtis rebus Florentiam rediere.

Circa finem huius anni ob eaſdem ſeditiones Florentini quidam ciues, ex præcipuis familiis intra vrbem capti, quaſi contra rempublicam coniuraſſent, ſupplicio afficiuntur: quo metu & alij complures in ſuſpitionem vocati ſponte ſua abierunt, abſentéſque damnati ſunt. Cùm eſſet hic ſtatus rerum vrbanarum, ac omnia ſuſpicionibus intra mœna redundarent, exules per eam occaſionem coactis vndique ſuis & amicorum viribus, & à Bononienſibus (quæ ciuitas & ipſa iam hauſerat ſtudia factionum) adiuti, magnas copias equitum peditumque confecerunt. Cum iis copiis in agrum Mugellanum deſcendentes, regionem occuparunt: [illegible]antes ſe alia ex aliis appetendo loca, vrbem tandem inuitis aduerſatiis intraturos. Et vulgò iactabant eos qui in vrbe erant ob nouitates domi exortas nunquam auſuros obuiam exire. Hæc ſeu credulitas, ſeu iactantia, multum admodum illis obfuit: Nam ſimul atque Florentiam ipſorum aduentus nunciatus eſt, ciuitas confeſtim in armis fuit: & Lucenſium cæterorumque ſociorum auxilia euocarunt: quæ cùm properè aduenifſent, præſidio ſatis valido, ne quis motus ſuſcitaretur, domi relicto, reliquas omnes copias ad hoſtes duxere. Exules per id tempus ad Politionum caſtra habebant, qui aduentu Florentinorum, & Lucenſium, cæterorumque ſociorum cognito, cùm præter opinionem vrbem, in qua metu nouarum rerum eos detineri putabant, reliquiſſe auſos, in ſe valentius ruere audirent, tanta repente in caſtris trepidatio eſt coorta, vt magna pars auxiliariorum è veſtigio dilaberetur ac exules ipſi deſperatis rebus acciperent fugam, impedimentis omnibus amiſſis, nonnulli etiam abiectis armis. In hac fuga quidam exulum capti Florentiam ducuntur. In his fuit Donatus Alberti filius, vir quondam magnæ in republica authoritatis, & Ianus Ruſſolus eius frater: qui prius Vexillifer iuſtitiæ fuit, & alij præcipuarum familiarum de quibus pleriſque ciuitas ſupplicium ſumpſit.

Florentiæ nobiles ſupplicio afficiũtur

Florentini exules à ciuib. vincũtur.

Proximo dehinc anno Florentini & Lucenſes, coniunctis inter ſe copiis rurſus Piſtorium obſederunt. Cumque mœnia duntaxat tutaretur hoſtis, nec fortunam prælij tentare vellet, nihil aliud perfectum eſt, quàm vt agri hoſtiliter vaſtarentur. Cariſtia eo anno ingens annonæ fuit, & ſuſtentata multitudo eſt importato externo frumento, curam adhibente ciuitate,

Annonæ caritati ſolo rentiæ vt prouiſum. A.C. 1305.

A.C. 1303.

ciuitate, vt è Sicilia atque Calabria ſupra viginti ſeptem millia modiorum Florentiam adueherentur, pecuniis ad hoc ipſum largiter, attributis.

Cùm verò & bello & fame ciuitas premeretur, inteſtina inſuper oritur ſeditio, haud minor ſanè peſtis, quàm duo ſuperiora incommoda. Curtius enim donatus poſt reditum in vrbem ac pulſos diuerſę factionis homines, non ſatis gratiæ ſibi exiſtimabat à ciuibus ſuæ factionis referri, multoſque inferiori virtute honoribus accumulari. ſe autem præteriri ac nomen ſuum velut antiquari pergrauiter ferebat. Hac igitur indignatione permotus, quo res nouas ſuſcitaret author erat, vt pecuniarum publicarum, quas magni quidam in republica viri non abſque adminiſtratione tractauerãt, ratio poſceretur. Hoc ipſum & diuerſæ factionis homines quotquot aut occulti, aut ſuſtentati in vrbe remanſerant, & alij quicunque præſentem ciuitatis ſtatum vel inuidia potentiorum, vel iniuria oderant: maleuolentia potius, quàm bono aliquo publico flagitabant. Itaque nullis opinantibus repente conuentio facta eſt inter eos homines, & Curtium Donatum ad rationem depoſcendam. Ea poſtulatio apertè erat contra illos qui per id tempus rempublicam gubernabant. Et addixerat ſe poſtulationi Lotharius præſul vir magnæ profectò authoritatis, cæterum non ſatis ſinceri in rempublicam animi. Poſtulatio quidem honeſtam ſpeciem prętendebat, ſed vexatio deiectioque gubernatorum reipublicæ, & nouarum rerum ſemina quærebantur. Ea res intellecta (neque enim erat obſcura) ad reſiſtendum poſtulationi ciues animauit. Contentio tandem ad arma prorupit. Hinc populares eius factionis, qui poſt aduentum Caroli Valeſiani rempublicam gubernabant, inde Curtius Donatus alienior factus, cùm ante princeps eius factionis eſſet, hunc qui præſentem reipublicæ ſtatum vel occultè, vel palam grauiter ferebant ſectabantur: crebra ab iis prælia intra vrbem commiſſa: Priores enim ac populares eius factionis arcem tenebant, armatorum multitudine aditus tutabantur. In hos crebri impetus ab aduerſariis ſunt facti, cędeſque & vulnera pluribus locis commiſſa.

Lotharius præſul Florentinus quis.

Tẽpore ſeditionis qui vrbem homines encant.

Confluxerant namque in vrbem ruſticorum turbæ, reorumque, & damnatorum, ac præterea latronum & ſicariorum multitudo ingens homicidiiſque ac rapinis omnia fœdabantur. Multos dies cùm illa peſtis viguiſſet, nec modus, nec finis vllus turbationibus cerneretur & vtraque pars obſtinatè perſtaret in armis, tandem vnicum per id tempus remedium ſuperuenit multitudo Lucentium ciuium. Hi verò vtrum ſuopte ingenio commoti, pro ſociorum ſalute, an rogati poſtulatique aduenerint, non ſatis exploratum eſt mihi. Verũ eũ magno illos numero Florentiam veniſſe conſtat, magnáſque peditum equitúmque copias adduxiſſe, vt cuius parti adhærerent, ad illam haud dubiè victoriam inclinarent. Intra mœnia recepti partim rogando, partim minitando eum prælium diremiſſent, per præconem ſuo nomine edixerunt, vt damnati ac facinoroſi vrbem purgarent. Nemo rapinam, nemo cædem, aliúdve maleficium patraret. Inde ad pacandos ciuium animos conuerſi nouos magiſtratus per populos creari perſuaſerunt, ac reipublicæ conſtituerunt ſtatum.

A.C. 130

Cùm autem ciuitas Florentiæ tot eſſet diſcordiis & rixis laceſſita, anno domini 1304. menſe Iulij, Aretini cum Vbertinis & Pactiis vallis Arni, cum magnis copiis equitum & peditum profecti ſunt ad obſidendum caſtellum Laterinum, quod iamdiu poſſederant Florentini ab Aretinis ablatum. Id non erat ſufficienter munitum, & prouiſum: vnde in deditionem acceperunt cum arce, ſiue per proditionem factam per aliquos, ſiue ſponte non valentibus pręſidiariis repugnare.

Aretini aduerſus Florentinos profecti caſtrũ quoddam occupant. A. C. 1304.

Eodem anno cum captus foret quidam notabilis vir Talanus nomine, domini Bocacij de Adimaribus filius, ob maleficium perpetratum & condemnari deberet detentus in palatio communitatis, conſortes ſui reuertente Poteſtate cum ſua familia de domo Priorum, agreſſi ſunt eum cum armis, & rixantes ſimul vulnerauerunt Poteſtatem, & plures de familia eius. Poſt quæ familia Adimarum intrarunt in palatium, & extraxerunt dictum Talanum condemnandum, & liberum dimiſerũt: nec fuit qui obuiaret tantæ iniuſtitiæ, ita erat ciuitas facta ſpelunca latronum. At Poteſtas indignatus tanto ſcelere impunito dimiſſo officio, rediit in domum ſuam cum rubore. Sed maior erubeſcentia & confuſio Florentini populi tunc ſine lege. Ne autem ſine rectoris nomine remanerent placuit eis loco & vice Poteſtatis inſtituere duodecim ciues, pro quolibet ſex, duos, quorum vnus eſſet popularis, alter maioris conditionis, qui gerebant officium Poteſtatis, quouſque de alio Poteſtate peregrino foret prouiſum. Et dicti ſunt duodecim poteſtates.

Eodem anno per dictos duodecim & alios regentes rempub. decretum fuit, vt fieret profectio hoſtilis contra Albos & Gibellinos, qui prædati fuerant plura caſtella & fortalitia Florentinorum. Et inter alia rebellare fecerunt caſtellum, quod dicebatur, & dicitur Stinche, in valle Granis fluuij ad petitionem familiæ Caualcantium. Et cum copiis ſuis pergentes & impugnantes oppidum illud demum in deditionem acceperunt habitatoribus eius vt captiuis ſe eis reddentibus, quia euadere non poterant. Quod oppidum cùm obtinuiſſent dirutum fuit, licet poſtea reædificatum. Captiui autem ducti Florentiam in carcerem de nouo factum (quod etiam hodie Stinche dicitur) retruſi ſunt. Illud nomen carcer ille aſſumpſit, quia primi captiui ibi detenti fuerunt de oppido Stincharum. Inde profecti in vallem Peſæ obſederunt caſtellum montis Scalium, quod ſe rebellauerat procurantibus Caualcantibus. Tradiderunt autem ibi exiſtentes caſtrum cum ſubſtantiis, ſaluis tamen perſonis eorum. Egredientibus autem illis vnus filius domini Banchi de Caualcantibus occiſus fuit ab vno ex filiis familiæ Toſæ: Quod fuit valdè deteſtatum, vt proditionis ſpecies: quia fides etiam hoſti cùm promittitur, ſeruanda eſt, ſecundum Augu. Quo tamen interfecto impunitus euaſit: quia plebs illa ſine diſciplina erat, & ideo abuſius.

A.C. 1302. Carolus Valeſianus in Siciliam nauigat. Aemyl.lib.8.Leon.Aret.A.C. 1302.

§. XVI.

ANno domini.1302. menſe Aprilis dominus Carolus Valeſianus, poſtquam ex Florentia ſub tractatu pacis expelli fecerat partem Albam, inde receſſit, proficiſcens ad curiam papę, & ex ea Neapolim. Ibique inuenit claſſem notabilem paratam à Carolo ſecundo rege Apulię, centum inter galeas & alia diuerſi generis nauigia, vt in Siciliam nauigaret ad eam recuperandam. Ingreſſus igitur mare ſecum duxit in ſocietatem Robertum ducem Calabriæ & filium regis Apulię, cum mille quingentis militibus, & multis proceribus. Nauigantes igitur in Siciliam deſcenderunt illuc applicantes in terram. Conſiderás autem Fridericus frater regis Aragonum, qui ſibi vſurpauerat Siciliam & eam poſſidebat de facto, ſe bellum ſubeundo cum dicto Carolo, potentiæ eius non valere reſiſtere, neque in mari, neque in terra, cautè ſe habuit fugiendo ante ipſius Caroli copias de loco in locum & aliquando poſt eum & conatum exercens ab impediendum victualium delationē ad exercitū Caroli, nūquā autē cū eo in bello congrediens. Ceperunt autem ſic diſcurrentes aliquas ciuitatulas, vel oppida modicæ conditionis. Demum fatigati & feſſi tum ex infirmitatibus plurimorum, & equorum eorum tum ex defectu inchoato victualium ſui exercitus, coactus fuit Carolus cum ſuis recedere inde ſine honore.

Fridericus Siciliæ occupator qua ratione Fräcis illuſerit.

Vt tamen minus erubeſcentię ex receſſu ſine profectu aliquo ſuſtineret, ordinauit cum prędicto Friderico ſimulatam pacem ſine ſcitu Caroli regi Apuliæ cum certis pactis, videlicet quòd Fridericus acciperet in vxorem filiam regis Caroli vocatam Aleonoram, & quod rex Carolus, & eccleſia iuuaret Fridericū in acquiſitione [Sardiniæ aut] alicuius alterius regni, tūc & eo caſu traderet Siciliam inſulam in manibus Caroli. Vbi autem aliud regnum minimè obtinere valeret, tunc acciperet, ſeu teneret Fridericus Siciliam nomine dotis vxoris ſuæ, & poſt mortem ſuam & filiorum Fridericus teneretur eā Siciliā dimittere Carolo regi, & hæredibus eius, dando ei centum millia vnciarum auri. Quibus conuentionibus initis inter partes, & iuramento firmatis, reuerſus eſt Carolus Valeſianus cum claſſe ſua Neapolim: & filia Caroli ſine conuentione deſponſata fuit Friderico, ſed talia promiſſa impleta minimè extiterunt: vnde tractum eſt prouerbium, Carolus Valeſianus intrauit Tuſciam, vt eam pacificaret, & non pacatam, ſed belligerantem dimiſit: tranſiuit in Siciliam, vt bello vaſtaret, & pacem deſpectuoſam inde retulit.

Carolus Valeſianus inglorius ex Italia redit.

Demum in Nouembri ſequenti reuerſus eſt in Galliam diminutis, & penè conſumptis copiis ſuis, vnde & honore vacuus.

Eodem anno poſt receſſum Caroli de Sicilia eáque in pace dimiſſa, multitudo [a] magna armigerorum, Cathalanorum, Genuenſium, & aliorum Italicorum, quæ conducta fuerāt in prælio

A præfato Siciliæ, de vtraque parte cōuenientes ſimul cū viginti galeis, & aliis lignis, de Sicilia nauigantes & capitaneum ſuum conſtituentes quemdam fratrem Rogerium ordinis Templariorum virum vtique diſſolutum & crudelem tranſierunt in Romaniam ad capiendum ſibi ciuitates, & caſtrametati ſunt ante vrbem Theſſalonicam & illā deſtruxerunt, & Thraciam vaſtauerunt vſque ad Conſtantinopolitanam vrbem. Et cum creſceret quotidie potentia gens illa collecta de diuerſis nationibus Latinis, fugitiuis, diſſolutis, & Patarenis: & de diuerſis expulſis ſectis, nulla lege vtentibus niſi pro libero volun-

A.C. 1303. *Ingens numerus armigerorū, qui pyraticam dem̄ exercent.*

B tatis Pyratæ effecti ſunt, ad prædandum omnes per mare diſcurrentes, & quæ rapiebant in communi diuidentes. Et cum contingeret aliquam ciuitatem vel caſtrum capi, non eam ſibi retinebant ad habitandum, ſed ipſis ſpoliatis igni exponebant. Et durauit iſta ſocietas diſſolutorum & ſceleſtiſſimorum, aliquando dominos & gubernatores ſuos occidendo, & alios inſtituendo.

Deinde tranſierunt ad terrā deſpotæ, ſcilicet ad regnum Macedonicum, & illud, diſcurrendo per ipſum deſtruxerunt. Ex eo loco deuenerunt ad ducatum Athenarum, & ſe rebellarunt à comite Brennę qui erat dux Athenarum, & eorum

C capitaneus & dominus. Et inter eos exortis litigiis & rixis, ſcilicet inter ducem & multitudinē illam: præualuerunt illi contra ducem Athenarum, & captum capitis obtruncatione ei vitam abſtulerunt. Et ciuitates eius arripientes, de Morea etiam inter ſe partiti ſunt, quę regio antiquitus fuerat Francigenarum. Et interfectis nobilioribus ex eis vxores & filias ſibi in vxores acceperunt, & habitauerunt ibi.

Nec prætereundum, quod eodem anno inſula quædam parua, quæ dicitur Iſcla: diſtans à Neapoli per aliquot milliaria, euomuit copio-

D ſum ignem ex ſua ſulphuraria, adeo vt magnam partem eius conſumpſerit vſque ad Gironem Iſclæ prædictæ. Ex qua re multi homines, & iumenta plurima perierunt. Aliqui etiam hoc aduertentes, vt euaderent incendium, nauiculas aſcendentes profecti ſunt alij ad inſulam Procytam: alij ad Caprium paruas inſulas vicinas. Reliqui terram firmam quærentes applicuerunt Neapolim: vel Puteolum (vel Puteolos) vel Baiam (vel Baias) perſeuerauit autem talis vomitus ignis intra duos menſes.

Morea olī Peloponeſus dicta Fräcis olī ſubdita.

Ingens ignis eruptio.

E

a Hi magna ex parte, ſi Continuatori belli ſacri credimus, Templarij fuere, & ex hac ipſorum depredatione eorum internecioni prima labes atque initium videtur datum fuiſſe. Templarij enim ait ille lib. 5.ca.13. à Capcopo adiurati, vt Syria cederent quæ ſolo continerentur reliqua, mouentes res. i. theſaurum ingentem ſecum auferunt. In Siciliam autem cum perueniſſent, diſcordia Caroli ſecundi & Friderici Arragonenſis freti, claſſem haud contemnendam inſtruxerunt, inque omnem occaſionem & euentum parati cum pacem inter reges factam cernerent, ductu Rogerij qui magiſtratum apud eos inierat, Thraciam inuadunt

F *deinde expugnata vrbe Theſſalonica totum Helleſpontum, atque Peloponeſum ſunt depredati. in Atticam impetum facientes, quam ferro & igne deuaſtarunt, vna cum vrbe Athenarum occupauerunt. Vide plura apud eundem.*

De

A.C. 1300.

De rebus Flandricis & primo quomodo Flandri opifices de regiis exactoribus & magnalibus conqueſti ſint apud regem. Aemyl. lib. 8.

§. XVII.

PER Biennium ante ſcilicet 1300. paulò plus minuſue: poſtquam rex Franciæ Philippus obtinuit totum dominium comitatus Flandriæ in carcere detinens comitem Flandriæ cum duobus filiis, cùm plebs dedita diuerſis artificiis præcipuè texturæ pannorum lanificum, cerdonum, & macellariorum, rogaſſent regem & poſtea baliuos ſeu rectores, qui gubernabant terram, vt alleuiarent eis iugum durum nimis & importabile talearum, & prouiderent eis de mercede danda pro laboribus ſuis competenter ab iis qui conducebant eos ad exercitia: illi ad inſtantiam & complacentiam Burgenſium ſeu ciuium principalium, noluerunt eos audire ſed duos principaliores qui erant quaſi capita minutæ plebis ſeu artificum: ſcilicet Petrum Le roy pannorum textorem, & Giambridam (aliàs Ioannem Bridanum) macellarium cùm triginta aliis eiuſdem artificij notabilioribus, carcerib. manciparunt Brugis.

Petrus rex ſeditionis auctor.

Præfatus autem Petrus Flandrenſis, quamuis eſſet pauper textor pannorum, viliſſimę conditionis, ſtatura paruus, vultu deſpicabilis, monoculus, ſenex ſeptuaginta annorum: qui idioma Gallicum ignorabat, ſimul & Latinum: ſed in lingua Flandrenſi omnes alios excedebat in expeditione locutionis promptæ, & propriæ: tāri cordis fuit & audaciæ, vt caput extiterit huius factionis, & rebellionis vnde & cognominabatur, Leroy in illa lingua, quod ſonat latinè rex. ſ. plebis. Surrexit ergo populus infimus et diſcurrere cœpit vnitus hoſtiliter per ciuitatem Brugas, & bellum inferentes caſtro, vbi morabantur rectores loci pro parte regis, occiderunt nō paucos ex Burgenſibus, & extractis carceribus prædictum Petrum cum aliis extraxerunt violentia vſi. His peractis compoſita eſt treuga interpartes: & querela facta contra artifices à Burgenſibus in curia regis Franciæ. Poſt diutinam diſcuſſionem quaſi per annum dilatam: deinde lata ſententia fuit contra plebem in fauorem Burgenſium: qui pro hoc nō modicas pecunias expoſuerant ad id obtinendum.

Petrus Leroy quis fuerit.

Cùm primum autem hoc auditum eſt Brugis & diuulgatū, plebs vnanimiter inſurrexit, & correptis armis timentes non poſſe præualere contra acies armatas Burgenſium receſſerunt ſimul de Brugis accedentes ad oppidum dictum Damum, quod eſt propè ad tria miliaria: per illúdque diſcurrentes interfecerūt rectorem eius qui ibi erat proparte regis, & prædati ſunt magnos Brugenſes occidentes ex eis. Et inde furore & deſperatione ducti tranſierūnt ad terram Dandiburgi: & fecerūt ſimiliter. A loco illo poſtea profecti ſunt ad Manetium comitis, quod dicitur mala, propè Brugas ad tria miliaria: vbi tunc reſidebat balíuus ſeu gubernator Brugarum, & circa ſexaginta millites regis, & vi locum expugnantes & capientes omnes, quos ibi inuenerunt, Francigenas in ore gladij percuſſerunt ſine vlla miſeratione.

A.C. 1300

Burgenſes autem Brugas habitantes, ex his ſibiipſis timentes, ne talia paterentur, confeſtim miſerunt ad regem auxilium implorantes. Qui deſtinauit illuc dominum Iacobum de ſancto Paulo ſupremum baliuum, ideſt gubernatorem totius Flandriæ cum mille quingentis millitibus, & aliis multis Francigenis. Hi applicantes ad locum, omnia fortalitia Brugarum ceperunt, armigeros ibi ponentes, armis munientes & victualibus. Ciuitate igitur in timore & ſuſpicione conſtituta, ac multitudinis plebeiæ audacia augmentata ex proſperè geſtis, Deo permittente in vltionem auaritiæ magnorum Burgenſium, & ad humilſandum ſuperbiam Francorum, artifices & plebs viliſſima, qui remanſerant Brugis, fecerunt ſimul coniurationem, & conſpirantes: in deſperatione poſiti ad occidendum Burgenſes maiores, & Francos ſe parauerunt, & vt intentum eorum haberet magis effectum miſerunt pro iis de plebe, qui inde fugerant ſecretè, ad loca Dami, & Dandiburgi. Qui receptis nunciis omnes tam mares, quàm fœminæ, cum capitaneis ſuis Petro Leroy, & Giambrida [aliàs Ioanne Bridano] nocte ſurgentes, venerunt ad ciuitatem Brugenſem, & facilè introeuntes, quia foſſata repleta fuerant, & portæ deſtructæ cœperunt clamare in eorum idiomate, quod Francigenæ non intelligebant, viuat commune, & moriantur Francigenæ, & trabibus vias ciuitatis occuparunt.

Plebeiorū Flandrēſiū. Cōiuratio in nobiles & Fráncos.

Conueniētes ergo plebeij, qui intus erant cū iis, qui ab extra venerant, diſcurrebant per ciuitatem, nemini parcentes. Et quicunque ex populo in domo habebant aliquem ex Gallicis, vel ſubitò ſuos hoſpites occidebant, vel ad plateam vbi erant principales eorum ducentes in fruſtra minutatim concidebant. Francigenæ auditis rūmoribus ſurgentes & arma corripientes cum accipere vellent equites equos ſuos, non poterant inuenire ſellas vel fræna: quia callidè occultauerant tam mares quàm fœminæ illa. Et cum fugam arripere quærerent Franci: inuenientes vias clauſas, & lapidibus etiam contra eos ex feneſtris domorum iactatis: etiam aliquibus eorum ex feneſtris ad terram, proiectis: tota illa die hac crudeli perſecutione & occiſione durāte: interfecti ſunt ex ipſis Gallicis mille, & quadringenti ex equitibus: & duo millia ex pedeſtribus. Vnde ſtratæ omnes ciuitatis repletæ ſunt ſanguine & cadaueribus. Et per tres dies continuos habuerunt ſatis laborare gentes illæ ad deferendum cadauera mortuorum Francorum in curribus extra ciuitatem ad ſepeliendum in agris. Dominus autem Iacobus de ſancto Paulo ſupradictus, cernens ſe non poſſe tantæ cædi obuiare aufugit: qui ideo valuit hoc agere, quia habitatio eius erat prope egreſſum ciuitatis. Cōtigit tam durus caſus anno domini. 1301.

Stratæ viæ ſunt publicæ.

Grauis inter Francos & Flandros pugna, in qua Flandri licet pauciores vicerunt. Æmyl. A.C. 1302.

§. XVIII.

DE magno conflictu, quem fecerunt Flandrenſes cum maximis copiis Francorum,

 quas

A.C. 1301.

quas multi principes, comites,& barones ſecum duxerant iuxta oppidum, quod dicitur Coltracum (alias Curtracum) In quo prælio Frãcigenæ etſi eſſent ſine comparatione plures numero, equis, & armis benè prouiſi,in bellis magis experti,& militiæ periti,à Flandrenſibus tamen fuerunt debellati miſerabiliter, & penè omnes occiſi. Pro quorum declaratione ſciendum,quòd poſt rebellionem factam regi Franciæ per Brugenſes, & occiſionem Francorum, conſiderantes populi Brugenſes ſe ſolos non fore ſufficientes ad reſiſtendum potentiæ regis Franciæ,niſi aliunde adiutorium haberent: miſerunt in Brabantiam,pro quodam iuuene dicto Guillielmo guilieri, cuius frater mortuus erat in carcere captiuus comitis Artenſis. Iſte Guillielmus ex nobili progenie ortus, nam ex matre filius fuit filię comitis Guidonis antiqui, qui fuerat dñs Flandriæ,ex patre verò filius comitis vallis Rheni & iam effectus erat clericus. Vt autem vocatus fuit à Flandrenſibus, relicto clericatu auidius acceſſit Brugas, vt vindicaret mortem patris ſui.Et cum applicaſſet ad locũ honorificè ſuſceptus eſt à Brugenſibus,& conſtitutus eorum dominus. Suſcepto autem dominio,ſubitò congregato exercitu profectus eſt ad expugnandum, terram Gandaui, quam rex Franciæ poſſidebat. Sed quia fortis erat, ſicut quæcunque ratione ſitus, reſpectu murorum, eius,& foſſatorum,& paludum,videns ſe ibi nil poſſe proficere, inde proceſſit ad alias terras & villagia circumſtantia:quæ omnia ſine difficultate cepit. Ex quarum captura multiplicatę ſunt ei copiæ.

Flandri aduerſus Frãcos arma parant. Aemyl.ibi.

Guillielmus Galieri belli Flandrici dux.

Terra pro vrbe vt villagiũ pro pagis.

Hæc audiens Guido iuuenis filius comitis Flandriæ venit & ipſe in Flandriam, & ſe aſſociauit Guilielmo præfato ſuo nepoti.Qui & ipſe cum eo facti ſunt domini & directores ſeu capitanei Brugenſium. Et dictus dominus Guido profectus eſt cum quindecim millibus Flandrenſium ad obſidendum Caltracum,qui oppidum cepit excepta arce ſeu caſtello eius, quod erat optimè munitum,& fultum Francis equeſtribus & peditibus. Dominus autem Guillielmus cum alia parte exercitus proceſſit ad obſidendum oppidum Caſellæ, et in illa obſidione homines eiuſciuitatis ſeu villagij voluntariè ſe tradiderunt domino Guidoni præfato.Et hinc augmentatus eſt exercitus in obſidione caſtelli Coltraci. Viriliter autem reſiſtebãt Francigenæ, qui erant in caſtello pro rege, & ſuis machinis & artificiis deſtruxerunt, & combuſſerunt magnam partem oppidi Caltraci.Sed quia ex improuiſo Flandrenſes fecerant illam obſidionem, quia non ſibi ad ſufficientiam procurauerant, Francigenæ de victualibus, miſerunt ad regem pro adiutorio celeriter exhibendo.

Cultracũ Flandri obſident, ſed fruſtra.

At ſubitè rex deſtinauit illuc comitem Artenſem auunculum ſuum cum ſeptem millibus equitum, inter quos erant duces, comites, caſtellani,& multi nobiles: & cum quadraginta millibus peditum:in quorum numero erant decem millia baliſtariorum,qui ſimul congregati iter aſſumentes applicuerunt, & caſtrametati ſunt prope oppidum Cultraci ad medium miliare.Rex autẽ Franciæ ad ſupplendum expẽſas magnas belli hui⁹ incoati, de cõſilio, ſed malo dñi Bucci & Mũtiati Frãcigenarũ,fecit alterare & falſificare monetam,vnde multum lucrum ſequebatur, & de tempore in tempus ita immutare, vt reduceret ad valorem tertiæ partis eius quod prius erat. Ex qua re abominabilis exercitus factus eſt regis Frãciæ in cõſpectu chriſticolarum,& multi exinde mercatores, & trapezitæ,qui tunc erant in Francia, Italici depauperati ſunt,& ad nihilum redacti in ſubſtãtiis ſuis ex illa mutatione qualitatis monetarum. At ſtrenuus vir dominus Guido ex Fandria,et ſi iuuenis ætate, ſenſu tamen canus & magnanimus, cernens copias tantas Francorum contra ſe veniſſe, & quia prælij congreſſum vitare non poterat non dimittendo Cultracum, & obſidionẽ caſtelli inchoatam, & reuertendo Brugas cum populo ſuo mortẽ euadere non valebat, & ſummam confuſionem,decreuit bellũ ſubire, vnde & miſit pro domino Guillielmo ſupradicto: vt omiſſa obſidione Caſellæ cum ſuis ad eũ accederet. Qui ſimul adunati cum viginti millibus ex plebeiis Brugenſibus,& viciniis pedeſtribus omnibus exceptis paucis dominis exierunt in terram Cultraci,& caſtrametati ſunt in quadã planicie in via,qua itur ad Gandauum, è regione exercitus Francorũ acies ſuas per ordinẽ ſtatuẽtes.Erat autẽ in fine illius planitiei per trãſuerſum quoddã foſſatũ aquarũ viuentiũ latitudinis quinq; brachiorũ,& in fundo triũ.Ita autem eſt iuxta terram,quòd non apparet: niſi cũ ad ipſum peruenitur. Super illud igitur foſſatum ex vno latere ſe locauerunt in modum lunæ: ſicut & ipſum foſſatum terram circumibat. Et illi etiam pauci equeſtres deſcendentes ex equis omnes pedites ſteterunt, tenentes lanceas in manibus ſuis,eo modo quo proceditur contra apros in venatione: ſecum etiam habentes baculum nodoſum,groſſum,ferratum & acutũ. Vix alia arma habebant,quia pauperes & bellis inſueti.Deſperatio eis augebat vires decernẽtes potius occidi quàm fugere,& deuenire ad manus hoſtium,& diuerſis cruciatibus diu affligi.

Numeroſus in Flandrenſes exercitus.

A.C. 1301. Rex Franciæ pecuniis corrũpens exercitum perdit.

Flandri ſin deſperatio nẽ adducti ſeſe cõtra Francores muniunt.

Dominus autem belli ſcilicet dominus Guido & dominus Guilielmus duces populi iuſſerunt ſacerdotem accedere ad caſtra eorũ cum ſacramento corporis Chriſti,quòd poſſent omnes aſpicere,& quilibet eorum ſumpſerunt modicũ terræ loco communionis ponentes in ore: duces autem præfati antecedebant acies exhortantes diſcurrendo hinc inde ad viriliter præliandum,recolendo eis ſuperbiam & audaciam Frãcorum,& quantum iniuſtitiam fecerant eis, ac dominis ſuis, recogitantes, quanta crudelitate vterentur ad eos in futurum, ſi victores eorum exiſterent. Vnde & iuſtum erat bellum ex parte eorum pro ſua ſcilicet vita defendenda,& filiorum ſuorum.Et dominus Guido in campo illo fecit militem Petrum Leroy ſuprà dictum cum quadraginta aliis plebeiis promittendo eis magna,ſi victoriam obtinerent.

Franci dum nimio impetu contra Flandrenſes ruunt,cadunt. idem.

§. XIX

COMES autem Artenſis, attendens Flandrenſes ſe paraſſe ad pugnam,cum eſſet ipſe capitaneus & dux belli pro Francis, & ipſe cum ſuis copiis deſcendit in planitiem contra hoſtes,

Artenſis comes cõtra Flandros aciẽ inſtruit.

A.C. 1302. hoſtes diuidens ſuos in decem acies ordinatas, quarum quælibet habebat circa mille vel octingentas perſonas, excepta vltima acie, quæ habebat ducentos milites & decem millia balliſtariorum, & poſt eos triginta millia peditũ. Harũ quælibet capitaneum habebat proprium aliquem comitem, ducem, dominum vel notabilem virum. Vix vnquam fuit in Francia tam nobilis exercitus congregatus ad bellum.

Nobilitas francica perit. Cùm autem eſſent acies ordinatæ ex vtraque parte, tres ex capitaneis ſtipendiariorum, prudentes & ſtrenui in armis accedentes ad Coneſtabulum, perſuaſerunt ei declinare bellum, dicentes. Iſte populus Flandrenſium eſt genus deſperata, ne igitur flos militiæ mundi fortè pereat (varius eſt enim euentus belli) potius cum eis agamus paulatim aliqua bella leuia continuando, & ſic cùm ex continuatione ipſi fuerint feſſi, nec interim recreati cùm ſint magni & frequentes comeſtores fatigati ex inedia fugiẽt, & eos ſequẽtes erimus victores ſine periculo noſtro. Comeſtabulo conſilium viſum eſt bonum & accedens ad comitem Arteſẽm, qui erat dux belli hoc ei retulit: Sed iuxta prouerbium, Quẽ Deus odit, auferr intellectũ, & qui mentis eſt duræ corruet in malum. Iuſto igitur Dei iudicio factum eſt, vt contemneret tam vtile cõſilium, vt puniretur de ſuperbia ſua comes ille Artenſis, qui & contẽpſerat mandata Papæ Bonifacij pcipientia vt ab huiuſmodi ſuperſederet & bullas in ignem proiecerat. Impropetando igitur reſpondit comes Comeſtabulo, quod hoc dicebat, quia non eſſet fidelis regi, cùm haberet filiã domini Guillielmi de Flandria in vxorem. At Comeſtabulus indignatus ait. Si vultis ire ad mortem, ecce ego primus me offero. Quia igitur non eſt auditus, cœptum eſt bellum, & impetum fecit prima acies contra hoſtes non perpendentes de foſſato aquarum. Flandrenſes autem pedites ſtãtes, clauis ſuis ſeu baculis ferratis percutientes capita equorum faciebant eos retrorſum verti. Comes Artenſis videns Comeſtabulum proceſſiſſe ad feriendum, ipſe cum alijs aciebus & equeſtres calcaribus equos vrgentes & ſequentes eum alios præcedentes impellentes, vt diſſiparent acies Flandrenſium venientes ad foſſatum, & illud ignorantes cadebant in illud, alij ſuper alios priores irruentes in foſſatum. Et quia puluis etiam magnus erat ſubleuatus in aera ex curſu equorum: & ex rumore percuſſionum, & clamore vocum non poterant videre vel audire, quod eis expediebat.

Comeſtabulus dicitur ab Æmyl. Regidus Neſla. Prou. 28.

Vide infrà §.20.

Franci grauiter à flandrenſibus attriti. Sicque comes Artenſis & Comeſtabulus, & innumeri alij cadentes in foſſatum, vel ſuffocabantur, vel à Flandrenſibus occidebantur cũ equis ſuis. Denique ſuperatus eſt exercitus Francorum à Flandrenſibus, & ita exterminatus, vt ſex millibus equitum occiſis, & peditibus ſine numero interfectis, eum multis comitibus, ducibus, & baronibus pauci euaſerint. Sicque humiliati ſunt, vt diſcerent, quia non in multitune populi victoria belli, ſed à domino. Ex iſta autem contritione & exterminio Francorum multum diminuta eſt fama & honor, & ſtatus nobilitatis, & potentiæ & magnificentiæ regis Franciæ: cùm flos militiæ mundi in eo

1. Mach. 3.

A confictu fuerit ita comminutus à ſubditis ſuis ſcilicet Flandrenſibus & Brugenſibus viliſſimis hominibus: ſcilicet textoribus pannorum, macellariis, & aliis artificibus inexpertis in militia & quaſi inermibus, qui prius prę timiditate vocabantur conilij. A.C. 1302.

Conilii. i. cuniculi homines dicũtur timidiſſimi. Poſt prædictam victoriam habitam in Cultraco per Brugenſes contra Francos, quàm citiſſimè villagia, & oppida Gãdauum Inſula, Duacum, Caſella, & alia ſponte ſe ſubiecerunt domino Guidoni de Flandria duci exercitus. Nec remanſit villula vel oppidum in tota Flandria

Flandria à Francis deficit.

B quod in deditionem non acceperit dictus dominus Guido. Eiecerunt autem Flãdrenſes Burgenſes magnos de partibus illis, quia fauere credebantur Franeis. Et ſimiliter fecerũt in Brabatia & in Aynaldo & eorũ circunſtãtiis in fauorẽ communitatis Brugenſis. Cùm autẽ nunciatum fuiſſet hoc excidium in Francia, non fuit domus ferè quæ non ſumpſerit lamentum, cùm quælibet haberet ad lugendum mortuum ſuum & multæ viduatæ remanſerint, viris eorum in bello interfectis.

Rex franciæ rurſus contra Flãdriam armatur. A.C. 1303. Rex autem Franciæ dolorem diſſimulãs prę-

C conizari fecit per totum regnum bellum cõtra Flandriam ſibi rebellem & inimicam, ad quod deberent concurrere: & vt ei non deficerent ſtipendia militibus conferenda: fecit falſificari iterũ monetas & argenteas & aureas, ex qua falſificatione quolibet die ſuperlucrabatur ſex millia pariſienſium & adeo diminuta erat, quòd non attingebat ad valorem prioris antiquæ monetæ niſi tertia parte adẽpta. Et cõgregato maximo exercitu egreſſus rex de Pariſius profectus eſt Attrebatum in Arteſio cum decem millibus equitum & ſexaginta millibus peditum. Inſuper

D litteras deſtinauit Carolo Valeſiano, qui tunc erat in Italia, vt omni occaſione poſtpoſita in Franciam reuerteretur. Quod & fecit.

Flandrenſes contra francos auxilia euocant, Flandrenſes verò audita maxima præparatione, quam faciebat rex Frãciæ, vt vindicaret ſe de eis, vocauerunt & ipſi ex Namurro Comitem Ioannem filium comitis Flandriæ, qui erat ſtrenuus, & prudens in armis. Et venientem ipſum capitaneum generalem ſuum conſtituerunt in prælio. Rex igitur collectis copijs, quæ erant octoginta millia hominum armatorum cum rebus neceſſariis ad bellãdum egreſſus de

E Attrebato, vt intraret Flandriam, caſtrametatus eſt in villa quadam, quæ vocatur Vitriacum, ita magna vt circuitus eius foret decẽ milliariorum ſpacium. Et hæc villa ſatis erat prope Duacum, quam tenebant tunc Flandrẽſes. Qui non pauentes multitudinem copiarum regis, ſed audaciores effecti ex victoria præcedenti, non ſe continuerunt in Duaco, ſed exeuntes, & verſus hoſtes procedentes vociferabantur die noctuque prouocantes eos ad bellum. Hoc autem accidit menſe Octobris: quo tempore ſuperuenerunt pluuiæ magnæ. Et quia patria illa plena

F eſt paludibus & foueis, non poteſt in ea tempore hyemali belligerari, nec victualia, & alia neceſſaria illuc deferri, nec milites ſuos equos educere.

Rex re infecta reuertitur in Frãciam. Quamobrem rex coactus fuit congreſſum belli dimittere. Et pactis treugis per annum reuerſus eſt rex in Franciam cum exercitu ſuo

A.C. 1302. ſine honore. Dicebatur etiā cauſa fuiſſe huius receſſus regis quædam fictio, videlicet, quia rex Angliæ Eduardus qui diligebat Flandrēſes intimauit vxori ſuę ſecretò quæ erat ſoror regis Franciæ in dolo, Ego timeo, ne rex Franciæ in iſto prælio non ſuſtineat damnum & confuſionem: nam percepi, quòd aliqui ex ſuis baronibus faciunt ei proditionem. Quæ ſubitò per nuncium ſignificauit ei. Rex autem ſuſpectos habens ſuos ex hoc, & ignorans, à quibus ſe cauere deberet: reuerſus ad propria dimiſit rei proſecutionem. Ex quo Flandrenſes cū magna lætitia remanſerunt.

Inter Bonifaciuṁ Papam & Pulchrum diſſidiorum origo. Aemyl. lib. 8. Blond. dec. 2. lib. 9. & alij. A.C. 1302.

§. XX.

Ex hac profligatione, & debellatione exercitus regis Franciæ facta in Cultraco per Flādrenſes adaucta eſt indignatio ipſius regis contra Bonifacium Papam quæ tamen ante a erat inchoata, ex eo videlicet, quia ipſe Bonifacius vocauit è Francia Carolum Valeſianum vt in Italiam deſcēderet, & promiſit ſibi eum imperatorem conſtituere, vel ſaltem talia verba protulit, vnde ille hoc expectaret. Quod non fuit executioni mandatum, ſed eius quaſi contrarium. Nam eodem anno Albertum filium Rodulphi olim imperatoris etſi non coronati electum in regem Romanorum confirmauerat. Ex hoc igitur rex Francię exiſtimans ſe à Papa de- D luſum, & deceptum, odium concepit ad eum, adeo vt inimicum eius Stephanum de Columna retinebat & honorabat in terris ſuis, & alios Columnenſes, eis pro poſſe fauens. Sed & quendam magnū & locupletem epiſcopum in Frācia capi fecit, opponens, quòd eſſet Patarenus, cum priuans epiſcopatu, & bonis ſuis & alios epiſcopatus vacantes cùm eſſent bona epiſcoporum diripiebat, & inueſtituras eorum facere volebat. Quamobrem Bonifacius, vt magnanimus, & audax neminem timens cœpit contra eum agere tanquam inimicum Eccleſiæ & ad E efficacius procedendum vocauit per literas apoſtolicas, & nuncios ſpeciales omnes epiſcopos & prælatos Franciæ ad vrbē ad celebrandū

Hic fuit epiſcopus Apamenſis.

a Indignatio Philippi regis contra Bonifacium hinc maximè originem habuit, quod anno 1300. à Tartaris Armeniiſque legatio miſſa eſt ad eum Philippumque Regē, qua ad regnū Hieroſolymitanum ab ipſis Tartaris infidelibus ablatum capeſſendum eos hortabātur, vt ſupra vidimus §. 8. qua legatione accepta legatos in Galliam ad Philippum mittit Pontifex, adiungitque illis Apamienſem epiſcopum, huicque literas dat ad regem de bello ſacro redintegrando præcipitque, vt velmonitis regem ad expeditionē hortetur & impellat. Apamienſis cum regem adiiſſet, precibus primò egit cum rege: deinde decimarum rerum eccleſiaſticarum illi offert. prouentum per triennium modo ſacra induat arma poſtremò

A ... mò niſi pontifici rex ſuffragaretur, piorum cœtu atque regno excluſum iri apertè minabatur. Flandricum bellum rex cauſatus, & Angli malè pacati animum, nihil omnino allegare potuit, quod epiſcopo ad excuſandam profectionem ſatis eſſe videretur. vnde et extremo excommunicationem regnique priuationem non timuit comminari. Blondus lib. 9. dec. 2. Contin. belli ſacri lib. 5. cap. 9. Quamuis autem cladis in Flandria recepta cauſam D. Antoninus bonam attulerit, non tamen eam poſtremam huius cladis ducimus ſacri belli a Rege Philippo neglectam expeditionem. A.O. 1303.

B concilium. Sed rex non permiſit acceſſum. Vnde magis Bonifacius turbatus eſt contra eum.

Et cùm adinueniſſet ex quibuſdam decretis regem Franciæ à ſede apoſtolica debere recognoſcere tam in temporalibus, quā in ſpiritualibus ipſum regnum: deſtinauit legatum quēdā clericum Romanum archidiaconum Narbonenſem cum literis Apoſtolicis: mandans regi, vt recognitionem faceret regni ſedi apoſtolicæ alias eum excommunicationi ſubiiceret, & ciuitates interdicto ſuppo- C neret. Poſtquàm ergo ille applicuit Pariſios, rex non permiſit bullas publicari: immo familiares regis literas Apoſtolicas ei abſtulerunt, ipſum de ciuitate licentiātes & de regno. Comes autē Artenſis, qui tunc viuebat, quia hoc accidit ante debellationem eius & mortem in bello ſupradicto: literas eius accipiens, in ignem proiecit in contemptum Pontificis: propter quod iuſto Dei iudicio malè periit: ſicut & Ioachim rex Hieruſalem comburens dominicas literas. Hier. 36.

Exinde rex cuſtodiri fecit omnes vias per quas eſſe poſſet ingreſſus in regnum Franciæ: ne quis nuncius vel literæ ex curia ad eum deferrentur. Propter hoc Papa excommunicauit ipſum regem Franciæ. Rex autem Franciæ congregari fecit Pariſiis omnes prælatos eccleſiarum & barones ſuos & facto concilio pro ſui iuſtificatione a appellauit ab illa ſententia, ſe excuſando: & contra Bonifacium inuehendo plura ſcelera, ſcilicet hæreſis, ſimonię & homicidij, & aliorum enormiū imponendū, & ideo de iure deponendum eſſe à papatu dicendo. Abbas verò Ciſtericēſis coram quo appellauerat, appellationem non acceptauit, ſed reuerſus eſt in Burgundiam. Orta igitur maxima diſſenſione & inimicitia inter regem Franciæ & Papam Bonifacium: alter alterum fortiter impugnabat, & deiicere conabatur. Bonifacius vtroque gladio vtebatur, excommunicationes, & alios proceſſus terribiles contra regem fulminans, Albertum confirmatum in regem Romanorum ad ſumendum coronam imperij ſolicitans, vt poſtea ex illa parte Alemanniæ, quæ Franciam reſpicit bellum contra re-

Pulcher rex à Papa excommunicatur.

F a Celebrauerat interea rex Philippus apud Pariſios prouinciale concilium & eccleſiaſticis ſimul ac nobilitatis ſæcularium primoribus æquè ſentientibus ad ſedem Apoſtolicam in ſe mitiorem æquiorem que appellauerat. Blon. li. 9. de. 2. Sic ergo rex Pulcher tā quam ſupremum cauſarum omnium iudicem ſedem agnouit Apoſtolicam etiam ab ea condemnatus.

gem

A.C. 1303. gem moueret, & Flandrenſibus inimicis regis faueret.

Econtrario rex Franciæ non dormiebat, ſed cum magna ſolertia & aſtuto conſilio domini Stephani de Columna, & aliorum Italicorum & Francorum, miſit dominũ Guilielmum Prouincialem prudentem virum, clericum, acutum in factis mundi, cum domino Munciato de Franceſis in Tuſciam, cum multis pecuniis partim eis numeratis, partim recipiendis à mercatoribus ſocietatis de Perutio, prout foret expediens, cauſam dandæ pecuniæ ignorantibus. Et cùm applicuiſſent ad caſtrum Stragæ prope Senas, quod caſtellum tunc erat domini Munciati, ibi per aliquod tempus ſe firmarunt, mittentes inde ad diuerſas perſonas literas, nũcios vel oratores, conducendo etiam gentes armorum clam, & ne quis ſuſpicaretur dolum eorũ cauſam aſſignabant ſuæ in Tuſcia reſidentiæ, quia tractabant pacem cõponere inter Papam & regem Franciæ, & ideo multam attulerant pecuniæ quantitatẽ. Sed ſecundum rei veritatẽ tractabant Papam capere. Et vt ad hoc adiutorium haberent, expoſuerunt multas pecunias ad faciendum proditionem, & traditionem põtificis in manibus eorum baronibus, & ciuibus Anagniæ, vbi Papa tunc cum ſua curia reſidebat. Pontifex autem nil tale ſuſpicabatur cùm nec aliquid huius rei percepiſſet, nec aliquam ſui cuſtodiam faciebat. Magni enim cordis erat nec hominem verebatur.

Proditio aduerſus Pontificẽ.

Bonifacius 8. capitur iidem.

§. XXI.

MENSE igitur Septembris anno domini. 1303. Cardinalis, qui dicebatur Sciarra, de familia Columnenſium cum gentibus armorũ ſcilicet equitibus trecentis & peditibus pluimis ſtipendio conductis ex pecunia regis Frãciæ cum dominis de Ceccano, & de Supino, & alijs baronibus de Cãpania, & filiis domini Maffæi de Anagnia, & cum notitia aliquorum ex Cardinalibus, qui in coniuratione iſta erant (vt à quibuſdam dicebatur.) Vna igitur dierum de mane, tempeſtiuè intrauit Sciarra præfatus ciuitatem Anagniam, cum copiis & vexillis cũ armis regis Franciæ clamores extollendo per ciuitatem iſtos, Moriatur Papa Bonifacius, & viuat rex Franciæ, diſcurreruntque per ciuitatem nemine reſiſtente, quinimmo populus totus Anagniæ ſecutus eſt rebellionem factam Papæ, vt ingratiſſimus, & vexilla regis. Peruenientes autem ad papale palatium ipſum ceperunt ſine contradictione, quia talis inſultus & rei aggreſſus fuit populo improuiſus, & familiaribus Papæ, vnde nullam faciebant cuſtodiam. Bonifacius autem Papa rumoribus auditis cernens ſe derelictum, & quaſi ſolitarium (Cardinales enim aufugerant timore ducti, & abſconderant ſe & fortè aliqui huius ſeditionis conſcij hoc affectabant, etiam ex ſuis familiaribus) animaduertens igitur ciuitatem captam & palatium ſuum iudicauit ſe mortuum. Sed vt magnanimus & imperterritus ait: Exquo proditoriè ſicut Ieſus Chriſtus captus ſum, & deditus in manibus inimicorum vt occidar, vt Papa mori decerno. Et fecit ſe parari veſtibus ſacris, cum pallio ſeu amicto beati Petri, & corona aurea à Cõſtãtino Sylueſtro Papa collata, & cũ clauibus & cruce in manibus reſedit in papali throno. Ad quã accedẽs dictus Sciarra cũ aliis ſuis inimicis, verbis contumelioſis aggreſſi ſunt pontificem, & deriſerunt circumſtantes eum, & familiares eius, qui cum ipſo remanſerant.

Hic Cardinalis ab aliis Sarra dicitur.

Bonifacij magnanimitas. Ioan 18.

Inter alios eum illuſit dominus Guilielmus de Lunghereto, qui pro rege Franciæ tractatum duxerat capturæ pontificis, & minatus eſt ei, quòd ligatum ipſum duceret Lugdunum, vt in generali concilio ſolenniter deponeretur. Cui Papa non corde deficiens reſpondit. Patienter feram me condemnari, & damnari, & deponi per Patarenos (cuiuſmodi ipſe erat cum progenitoribus ſuis vt Patarenis igne combuſtis) Quibus verbis confuſus dominus Guilielmus cum rubore reticuit. Domino autem diſponente ob dignitatem apoſtolicæ ſedis nemo ex inimicis eius auſus fuit mittere in eum manus, ſed indutum ſacris veſtibus dimiſerunt ſub honeſta cuſtodia) & ipſi inſiſtebant prædæ, diripientes theſaurum eius, & Eccleſiæ, quem in palatio Papæ inuenerunt. Permanſit pontifex ipſe cuſtoditus tribus diebus. Tertia autem die ſurrexit à cuſtodia liber ſine precibus alicuius, aut procuratione, domino illuſtrante, & velamen ſuæ cœcæ ingratitudinis à populo Anagniæ auferente. Recognoſcentes ergo errorem ſuum ciues Anagniæ cum populo, arma corripuerunt in fauorem antiſtitis, clamantes per vrbem. Viuat Papa, & moriantur proditores. Et diſcurrentes per ciuitatem Anagniam eiecerunt Sciarram de Columna, ſuoſque complices de ea, pluribus ex eis captis, & aliis occiſis.

Liberatus igitur pontifex Bonifacius cum familia ſua, dolore nimis abſorptus ex tanto decore, cum tota curia inde diſcedens, Romam remeauit ad ſanctum Petrum diſponens concilium conuocare ob iniuriam ſibi, & Eccleſiæ factam vindicandam contra regem Franciæ: ſicut & ſanctus Sylucrius Papa fecit contra ſuos detentores & pſcriptores. Sed creſcẽte infirmitate ex dolore concepto, & carnes eius corrodente non poſt multos dies migrauit è ſæculo. In eccleſia ſancti Petri ad introitum eius honorificè ſepultus.

Bonifacius 8. liberatur.

Moritur Pontifex.

Fuit vtique antiſtes iſte vt dictum eſt ſuprà ſcientia acquiſita valdè peritus, naturali ingenio præditus, & tenacis memoriæ, magni animi crudelis inimicis ſuis, & amicis largus & liberalis, Multum exaltauit ſtatum Eccleſiæ temporalem iura eius tuendo viriliter & augendo. Et per venerabiles Cardinales dominũ Guilielmũ de Bergomo & dominũ Richardum de Senis, doctiſſimos viros & dominũ Dinũ de Mugello doctorẽ eximiũ legũ cum eis conferendo edidit. vj. librum decretalium pulchro ſtylo & multum ſententioſo & cauſidicum. Ad cardinalatum plures promouit.

Sextus Decretalium à quo editus.

Conſanguineos nimis dilexit & exaltauit: cùm tamen dicat pſal. Si mei non fuerunt dominati: tunc immaculatus ero. Duos ſuos

Pſal 18.

A.C. 1303.

nepotes fecit cardinales ſatis iuuenes ſimiliter & auunculum ſuũ ex parte matris. Viginti numero ex ſuis conſanguineis & amicis de Anagnia, epiſcopos & archiepiſcopos inſtituit in notabilibus vrbibus. Laicos nepotes, vel aliter attinentes, comites fecit. Magnum theſaurum eis reliquit, magis pauperibus erogandum, vt in cœlis theſaurizaret. Vnde & poſt tranſitum Papæ cùm eſſent pecuniis opulenti eius conſanguinei, conductis trecentis ſtipendiariis Cathalanis, vindictam ſumpſerunt de inimicis, Papæ proditoribus, eos qui erant in regione Campaniæ atterentes.

Pontificis ſtudium erga cognatos reprehenditur. Attinētes. i. propinqui.

Subitò autē captura Papæ[a] diuulgata eſt per vrbem. Sed & curſores miſſi ſunt ad regem Fráciæ vt de re ei valdè grata. Cùm autem per ciuitatem Morianenſem quæ eſt poſt tranſitum trāſiret nuncius iſta referens, epiſcopus ciuitatis, qui erat religioſæ & ſanctæ conuerſationis, hæc cùm audiſſet coram multis ait: Hoc nouum dabit magnum gaudium regi Franciæ, ſed extrema gaudij luctus occupabit. Nam propter tātum exceſſum notabile iudicium Dei irruet ſuper eum, & progeniē eius, magnas ipſe luet pœnas, aduerſa multa patietur, & plurimi inſurgēt contra eum & filios eius. Quod totum impletum eſt non multò pòſt tempore. Et hoc ideo ſcriptum eſt, vt hoc exemplo cæteri illud obſeruent oraculum. Nolite tangere Chriſtos meos. Qui enim vos tanget (ait Deus per prophetam) tangit quaſi pupillam oculi mei.

Pulcher rex propter vim illatam pōtifici plectitur. Prou. 14. Pſ. 104. Zach. 2.

Circa id tempus Eduardus rex Angliæ concordatus cum Philippo rege Franciç pacem fecit, & ſibi ille conceſſit, Vaſconiam ita tamen, quòd faceret ſibi homagiũ. Cui rei ideo acquieuit Philippus, quia timebat propter rebellionem quam ipſe fecerat Eccleſiæ & iniuriā procuratam Bonifacio Papæ in captura eius: cùm etiam bella haberet cum Flandrenſibus, ne ei aduerſaretur rex Angliæ.

Angli Scotos vincũt.

Eodē anno idem rex[b] Eduardus cùm infirmatus eſſet, Scoti hoſtiliter diſcurrerunt per Angliam. Propter hoc rex Eduardus cogregatis copiis in lectica ſeu feretro fecit ſe deferri in caſtra cum ſuis, & conflictum habens cum eis eos profligauit & vicit, & dominium Scotię ſuſcepit: terras quaſi omnes capiendo, exceptis illis quæ dicuntur Maroſę quæ ſunt in montibus valdè aſperis ad habitandum. vbi confugerunt Scoti rebelles cum rege ſuo Alberto, qui homo vilis nationis erat, & ſe fecerat regem Scotorum.

Bellum inter Flandros & Francos.

Aem. l. 8.

§. XXII.

AD bellum nunc Francorum cum Flandrenſibus poſt interpoſitionē factam de geſtis in Hetruria regrediēdo: Sciendũ ꝙ anno domini. 1303. Flandrenſes congregatis copiis ſuis hoſtiliter diſcurrerunt per patriā Artenſem deuaſtationes & damna maxima inferendo. Combuſſerunt inſuper ſuburbium Artenſe extra ſanctum Mieriũ (rectius ſanctum Audomarum) & caſtrametati ſunt in nemore vltra fluuium Liſciæ (vel Liſæ) Francigenę autem qui erant in oppido ſancti Mieri numero trium millium equitum, & multorum aliorum peditum cum Seneſcallo Franciæ, poſuerunt Flandrenſibus inſidias. Nam pars exercitus Francorum vna nocte poſuit ſe in certo loco, reſidui verò Francorum equites & pedites aggreſſum & aſſultum fecerunt contra Flandrenſes ex parte burgi Artenſis. Quibus Flandrenſes viriliter reſiſtebant pugnantes ſimul. Cùm bellum continuaretur, Franci qui erant in inſidiis, egreſſi de latibulis inſurrexerunt contra Flandrenſes ex parte poſteriori. Qui cernentes ſe in medio inimicorum conſtitutos, & antè & poſt ſe eos impugnantes, quæſierunt qui valuerunt, per fugam ſe ſaluare, interfectis tamen ex eis non paucioribus tribus millibus. Fugientes autem in podio Caſellæ ſe tutati ſunt.

Eodem anno dominus Guido de Flandria cū iure hæreditario materno prætēderet ad ſe pertinere comitatum Holandiæ & Zelandię: quē tamen detinebat comes Aynaldi ſuus conſobrinus, adiutus copiis Flandrenſium, profectus eſt hoſtiliter diſcurrendo per magnam partem comitatus Aynaldi. Poſtmodum cum claſſe tranſiuit in Zelandiam, & cepit oppidum Melburgi, & quaſi totam regionem illam & inſulas circumſtantes, excepta terra Saliſea (vel zerichea) quę erat fortis valdè & benè prouiſa.

Guido Flādrenſis Holandiam & Zelandiā capit.

Eodem

a *Quamuis hic Pontifex à multis traducatur quaſi Pontificatum malè adminiſtrarit, dicaturque de eo, Intrauit vt vulpes, regnauit vt Leo, mortuus eſt vt canis: tamen nemo eſt, qui eum de Eccleſia optimè fuiſſe meritum inficiari poſſit, vt hoc loco apertè D. Antoninus prodit, mortemque ipſi indigniſſimè fuiſſe illatam, ea quæ Regi Francorum Philippo, & progeniei eius acciderunt, teſtantur. Ipſe enim Rex Philippus Pulcher intercurrente Apro, inter equi ſui crura mortuus eſt, tres autem filij eius vnus poſt alium breui ſpatio regnarunt, eorumque omnium vxores in adulterio deprehenſę fuerunt. Ex Sãdero li. 7. de viſibili monar. vide infrà tit. 21. c. 3. §. 4.*

b *Hic Eduardus eius nominis primus Angliæ rex regnauit an. Ch. 1272. & regnauit an. 34. qui multa aduerſus Scotos bella geſſit, præſertim verò cũ Roberto Bruſco eorum rege. quem D. Ant. Albertum vocat: quæ memorantur ab Hectore Boethio lib. 13. hiſtoriæ Scotorum. & Leſlæo lib. 6. & 7. Cæterum his temporibus afflicta re Scotica nequaquam Scoti per Angliam diſcurrerunt, ſed Angli ſæpiſſimè, quorum tunc temporis res erant florentiſſimæ, Scotiam peruagati, ferro & igne omnia miſcuerunt. Quamuis autē Eduardus Angliæ rex dum aduerſus Scotos in Scotia bellum gerit ſit mortuus, non tamen æger lectica eo profectus eſſe dicitur: ſed Robertus Bruſcus armis omnia ardere videns in illis extinguēdis omnem commentationem figit, primum lectica, quod grauiſſimo morbo conflictaretur ad caſtra delatus. Hic autem Robertus non ita vilis fuit conditionis, vt non ex ſanguine regio deſcenderit. Matrem enim habuit Iſabellā Guilielmi regis Scotorum ex fratre neptē, vnde mortuo Alexandro regis Guilielmi filio ſine liberis, inter Robertum Bruſcum Iſabella, vt diximus natum & Ioannem Baliotum Margareta progenitum, lis de regno orta eſt, quæ tandem Eduardi regis Angliæ arbitrio finita primum Ioannes Baliotus, deinde hic Robertus Scotorum reges fuerunt. Nam qui ſcribunt regium ſtemma in Alexandro defeciſſe vehementer errant. Idem Leſlæus.*

A.C. 1303.

Eodem anno Dominus Philippus filius comitis Guidonis de Flandria ſupradicti cum eſſet in Apulia,& ibi in dominio ſuo haberet comitatum Tietinum,& Lonianam cuſtodiam in Abrutio, quæ habuerat in feudum à rege pro dote vxoris,vt ſuccurreret patri ſuo, fratribus,& patriæ ſuæ Flandrenſi,dimiſit,& renunciauit regi Carolo prædictum comitatum,quem poſſidebat in Apulia,pergens in Flandriam: eligẽs potius eſſe pauper miles,vt iuuaret ſuos, quàm habere magnum dominium,patriam & ſuos derelinquens. Subitò autem cum applicuit in Frãdriam, intellecta eius caritate ad patriam omnes inſtituerunt eum,vt Dominũ & capitaneum belli. Hic ſe repererat in prælijs Hetruriæ & Siciliæ,& ſtrenuè ſe habuerat,& viriliter. Hic ergo cum copiis Flandrenſium hoſtilem diſcurſum ſecit in regione illa Artenſi, deſtruendo terras illius patriæ vſque ad maritimam. Poſteà obſedit oppidum nomine Guaſtaterra (hæc eſt Teroanna ſiue Morinnum) quod & ſi muros nõ haberet,habebat tamen foſſata in circuitu. Ibi erant ad tuitionem eius, ducenti milites & mille quingenti pedites, illuc miſſi ex Tuſcis, Longobardis,& Romandiola, qui erant armis benè prouiſi. Et cum hoſtes ſcilicet Frandrenſes numero,quinquaginta millia poſt pugnam integræ diei ex omni parte locum circumdediſſent, excepta ea via,quæ erat verſus fluuium Liſciæ, Flandrenſes exiſtimabant eos omnes comprehenſuros vt vndique incluſos. Sed dicti Tuſci & Longobardi aſtuti in militia ſagaciter euaſerunt. Nam implentes duas domos,ſarmẽtis & aliis lignis aridis quæ erant in principio pontis, per quem à ciuitate illa tranſibat fluuius Liſciæ, recedentes omnes de ciuitate illa ignem illis domibus poſuerunt in tranſitu per pontem. Qui comburens principium pontis cum iam illi eſſent trans fluuium, Flandrenſes inſequentes hoſtes cum veniſſent ad locum illum inuenientes principium pontis combuſtũ, non potuerunt tranſire. Vnde ex altera parte fluuij Tuſci & Longobardi ſtantes in acie ordinatè deridebant Flandrenſes, & exultabant de euaſione aſtuta de manibus eorum. Propter quod irati Flandrenſes cum non poſſent eos inſequi combuſſerunt oppidum illud.

Philippus comitis Flandrẽſis filius deſerit Comitatum in Apulia, vt pro patria pugnet. — *Teroanna obſidetur.* — *Flandrenſes à Tuſcis illuduntur.* — *Morinum incẽditur.*

Et exinde proceſſerunt deuaſtationes magnas faciendo vſque ad ciuitatem Tornacenſem,quam circumdantes impugnabãt fortiter. Et qui intus erant pro rege Longobardi & Tuſci viriliter reſiſtebant. Et ciuitas illa in ſe fortis erat,opulenta,& benè munita. Interea durante obſidione,rex Franciæ feſſus ex impenſis, etiam propter alia negocia treugas poſtulauit per annum duraturas. Quibus compoſitis ſublata eſt obſidio Tornaci. Et comes Guido de Flandria fuit de carcere eductus,cum cautione iuratoria & aliquorum obſidum: vt poſt certum tempus reuerteretur ad carceres. Qui liberatus,& ſi ſenex profectus eſt in Flandriam cum magno gaudio,vt videret patriam ſuam liberam à Dominio Francorum, & congratulandum cum ſuis gentibus. Quod cum peregiſſet ait. Iam lætus moriar,viſa liberatione patriæ meæ. Et reuerſus tempore determinato ad locum carceris paulò poſt obdormiuit in Domino octogenarius exiſtens,vir bonus & prudens: amator pa- A triæ,& ſubditorum ſuorum. Cuius corpus reductum eſt in Flandriam,& honorificè ſepultũ.

Guido Flãdriæ comes in carcerem ſponte reuertitur & moritur.

A.C. 1304.

Rurſus in Flandriam rex armatur. Aemyl. ibi.

§. XXIII.

Finitis treugis anno ſequenti ſcilicet. 1304. rex Franciæ fecit magnum apparatum multorum baronum,vt conflictum haberet cum Flandrenſibus: ſecum ducens duodecim millia equitum, & peditum quadraginta millia. Et cum dicto exercitu bene fulto tranſi- B uit in Flandriam per mare. Fecit autem ſuum Admiraldum Dominum Rainerium de Grimaldis,Genuenſem virum ſtrenuum,& bene fortunatum in prælijs naualibus. Is ergo de Genua venit in Flandriam cum ſexdecim galeis bene armatis ad ſtipendia regis: vt remoueret obſidionem à Siliſea (quæ vulgo zerichea dicitur) in zelandia vbi erat ſtrenuus vir Dominus Guido Flandrenſis cum quindecim millibus Flandrenſium,ſine illis qui erant de patria illa. Qui fortiter impugnans terras maritimas Flandriæ: cepit etiam ipſe Admiraldus cum ſuis plures C naues Flandrenſium mercimoniis oneratas: deinde proceſſit ad ſuccurſum præſtandum Silizeæ cũ ſexdecim nauibus armatis,& ſexdecim galeis. Quod intelligẽs Dominus Guido de Flãdria: dimittens obſidionem Silizeæ fultam cũ decem millibus Flandrenſibus,ordinauit habere ipſe octoginta naues armatas modo illius maris fultas,cum caſtellis ligneis aptis ad pugnandum: in quarum qualibet erant ad minus centum homines pugnatores illius patriæ experti in huiuſmodi.

Quibus præparatis ipſe Dominus Guido perſonaliter aſcendit claſſem illam, parum eſtimãs D Dominum Rainerium de Grimaldis propter modicam claſſem ſuam reſpectu illius,quam habebat Dominus Guido,non aduertens quanti roboris eſſent in mari galeæ Genuenſium. Cum igitur ſibi obuiam, inuicem proceſſiſſent congreſſus fuit magnus fortis,& furioſus claſſis domini Guidonis cum Flandrenſibus, contra hoſtes propter ſupereminentiam nauiũ in caſtellatarum ad galeas Genuenſium. At Dominus Rainerius Admiraldus claſſis regis,vt ſagaciſſimus & expertus bellandi cum nauibus illis incaſtel- E latis,& modi refluxus illius maris: retroceſſit cum galeis ſuis & naues ſuas, vt derelictas habuit,qui erant armatæ gentibus illius oræ maritimę,vnde pro maiori parte fuerunt captæ vel fractæ, propter quod exiſtimabat Dominus Guido iam ſe triumphaſſe de inimicis,& fugaſſe Admiraldum ſcilicet Dominum Rainerium.

Bellum nauale Flandrenſium & Genuenſium.

Sed prudens Admiraldus tempus ſuum expectabat commodum ad bellandum cum galeis ſuis,ſecundum diſpoſitionem motus illius F maris. Et recreatis gentibus ſuis,proceſſit in fortitudinem remorum,ſicut ſolent equi currentes cum multis baliſtariis,& aliis armaturis aggrediendo,& ſagittando contra naues Flandrenſium,vnde ceciderunt mortui & vulnerati multi. Flandrenſes non aſſueti talibus aggreſſibus & pugnæ,cum non poſſent vi ventorum,ex velis retrocedere,nec vltra procedere, contriti ſunt

Aſtutia Genuẽſiũ.

A.C. 1304.

ſunt. Et Genuenſibus miſcentibus galeas ſuas, & naues cum Flandrenſibus, quatuor galeæ Genuenſium circundederunt nauim magnam, in qua erat vexillum cum Domino Guidone, & principalioribus baronibus, & ipſam nauim cum multitudine ſagittarum, tum audacia veloci Genuenſium enſibus nudis bellantium aſcẽdentes per diuerſas partes in illam demum ceperunt poſt duriſſimum & cruentum bellum multis ex vtraque parte occiſis. Et Dominus Guido ſe captiuum dedidit. Et naui eius capta fuerunt omnes aliæ profligatæ, & in magna parte captæ, & derelictæ. Flandrenſes verò, qui obſederant Silizeam, fuerunt ipſi à gentibus regis obſeſſi, & deficientibus victualibus Flandrenſibus, aliqui inde fugerunt cum periculo vitæ, alij ſe captiuos tradiderunt. Dominus autem Guido de Flandria ſupradictus captus fuit ductus Pariſios. Quod fuit geſtum menſe Auguſt. anno vt dictum eſt. 1304.

Ante prædictum conflictum & victoriam Francorum, eodem anno Dominus Guido de Flandria cum Flandrenſibus, præſentientes aduentum copiarum regis contra eos, fecerunt & ipſi magnam præparationem ad bellandum cum eis tranſcendentes numerum nouem millium hominum armatorum, & cum plurimis capitaneis, vt Domino Philippo de Flandria, & Domino Gianne (vel Ioanne) cum fratre eius, & Domino Guillielmo cum aliis baronibus ex Flandria, & Namurro (vel Namurco) & Alemannia & amicis eorum, profecti ſunt vſque Lillam (aliàs Inſulam) volentes impedire tranſitum Frã- corum per pontem ſuper flumen Liſciæ (rectius flumen Liſam) vnde & inuicem ibi congredientes in bello, demum pluribus occiſis non valuerunt impedire dictum tranſitum, ſed Flandrenſibus profligatis Franci liberè tranſierunt. Et caſtrametati ſunt rex cum copiis ſuis inter Inſulam & Duacum, in valle dicta nomen pouero (vel mons populorum, & ab arboribus populis quarum in eo loco eſt copia, ſic vocatus.) Et contra caſtrametati ſunt Flandrenſes non longè ab eis, non extendentes tentoria, quia intendebant cito ad bella procedere: cum iam audiſſent, quòd Dominus Guido cum exercitu ſuo fuerat debellatus, qui captus fuit cum ſuis in Zelandia. Et de equis deſcendentes, fecerunt de curribus ſuis, in quibus neceſſaria eis attulerant, tanquam rotundum caſtrum, cuius circumitus erat trium miliariorum. Et intra illud reſidebant dimittentes aliquos aditus per quos contra hoſtes poſſent exire.

Rex in Flandros iterum mouet.

Montem populati vocat Æmyl.

Franci autem ordinati & diſtincti in quatuordecim acies, aquarum cuiuſlibet dux erat capitaneus vnus ex maioribus Dominis Franciæ & cœperunt aliquos leues conflictus habere cum eis, paulatimque circumdantes eos, & quaſi includentes fecerunt pedites ſuperuenire, & præcipuè Nauarrenſes, Guaſcones, & Prouinciales, cum balliſtis, iaculis, & lapidibus aptatis ad pugnam & aggreſſum intulerunt contra caſtrum curruum Flandrenſium: & aſcẽdentes in aliquos dictorum curruum inde iacula & lapides & ſagittas iaciebant contra hoſtes ex quibus multum affligebatur, & anguſtiabatus exercitus Flandrenſium, & præcipuè ex eo quod cum calor eſſet intenſus, quia æſtas, diffi-

Pugnant Francũ Flandris.

A cile erat eis ſibi tunc prouidere de cibo & potu: & cum iam aſcendiſſent multi ex hoſtibus in currus eorum, vbi talia habebantur: & ipſi Flandrenſes laborem ſufferre famis & ſitis ſunt impatientiſſimi. In iſta agitur anxietate in bello permanentes vſque ad veſperam, non valentes amplius hunc defectum tolerare, vt deſperantes ſaluti ſuæ: aliqui ex Flandrenſibus cum Dominis, & capitaneis ſuis viris ſtrenuis decreuerunt egredi caſtra curruum ſuorum, quibus erant quaſi clauſi, & inſultum facere contra hoſtes ſuos. Inter quos capitaneos principaliores fuere Dominus Guillielmus cum Brugenſibus, & Dominus Philippus flandrenſis cum acie vna virorum de Gandauo, & illius regionis: &

Flandri ægrè famẽ patiuntur.

B Dominus Ioannes comes Namurri cum multis. Et hi omnes ſimul adunati cum ſuis, in magno clamore ex tribus locis exeuntes, magnum impetum fecerunt contra Francos nil tale ſuſpicantes. Tantus verò fuit impetus & ſubitus furor ille impetuoſus, vt Dominus Carolus Valeſianus frater regis, & bellicoſus, ac comes ſancti Pauli, qui erant principaliores, cum ſuis aciebus terga verterent cum multis aliis copiis Francorum.

Flandri in caſtra regia irruũt.

Dominus autem Guillielmus ſupra nominatus cum Brugenſibus eodem impetu proceſſit

C vſque ad papilionem regis Franciæ trucidantes omnes qui eis obuiabant. Vnde ſine contradictione ad locum applicantes ingreſſi ſunt papilionem regis & inuenientes epulas, quę regi & baronibus pro cœna parabantur ad ignem, auferentes comederunt inquirentes tamen diligenter de perſona ipſius regis, Et ipſum quidem inuenientes non cognouerunt, quia ſine armis erat nec veſte regali, vel aliis ſignis regalibus circumdatus. Nam ſi cognouiſſent viuentem non dimiſiſſent, vt bellum id finem haberet. Rex autem & ſi incognitus hoſtibus, quia magnum procerem prætendebat, ſatis laboris habuit ad aſcendendum equum. Nam cum aliqui ex

Tentoriũ regis inuadunt.

D hoſtibus contra illum procederent, qui deputati erant ad ſeruiendum in equitando circa ipſum exiſtentes, ipſum ab hoſtibus tuebantur, propterquod aliqui ex Pariſiẽſibus à Burgenſibus magnis ante pedes eius occiſi ſunt. Cum autem rex equum aſcendiſſet armatus: cœpit ſuos obiurgare, & exhortari ad viriliter dimicandum. Erat & ipſe fortiſſimus corpore, in bello ſtrenuiſſimus. Et modico interuallo cum ſuis ab inimicis tutatus in campo ſuperior eſt inuẽtus. Dominus autem Carolus Valeſianus, qui

E cum multis aufugerat, audiens regem in campo dimicare reuerſus eſt cum acie ſua, & alij barones: & aggrauatum eſt bellum. Demum Flandrenſes profligati ſunt & ſuperati à Francis. In quo bello inter cæteros occiſus eſt præfatus Dominus Guillielmus, & multi alij barones, & circa ſex millia Flandrenſium perierunt. Sed & de Francigenis, interfecti ſunt circa mille quinquaginta cum aliquibus magnis Dominis. Protractum eſt autem dictum aſperum prælium vſque

F ad noctem. Omniaque ſpolia inimicorum ac-

a *Pulcher Rex lutetiæ ad virginis templum equeſtrem ſtatuam poſuit, vt id monumentum regij periculi numine votoque propulſati in ipſo diſcrimine pugnæ foret. Æmyl. lib. 8.*

ceperunt

A.C. 1303.

ceperunt,& ſubſtātias curruū flādrenſiū.Euaſe- A tūt autē è prælio Dñs Philippus de flandria fuga arrepta in Inſulam ſe recipiens,& Dominus Ioannes de Namurro, & Dñs Americus frater eius ſimiliter per fugam ſaluti ſuæ conſuluerūt.

Rex nimis in Flādros mortuos ſæuit.

Altera autem die rex Franciæ ordinauit, vt omnes Franci in bello interfecti ſepelirentur in quadam abbatia, quæ ibi prope erat.Et contra præcepit rex ſub pœna mortis vt ex Flandrenſibus occiſis nullum quis traderet ſepulturæ in memoriam rei,quod tamen non videtur commendabile chriſticolis,nec ethnici hoc egerūt. Cœlo tamē tegitur:qui non habet vrnam. Die B autem ſequenti rex cum ſuis copiis ex loco victoriæ ſuæ profectus eſt verſus Inſulam oppidum,& obſedit.In illum enim locum confugerat Dominus Philippus de Flandria,cum debellati fuerunt flandrenſes,vt dictum eſt. Et ita circumdederat rex cum ſuis locum illum, vt nullus poſſet ingredi ad eos,nec egredi.Et occupabat exercitus eius circuitum ſex milliarium.Et fecerat rex erigi diuerſa artificia ad expugnandū ciuitatem & caſtellum:ita quod credebatur ſatis,quòd rex obtineret eam vi vel fame.

Luc. lib.7. Pha.

Franci inſulam obſident.

Sed interea Dominus Ioannes de Namurro C hoc audiens,congregans Brugenſibus, & aliis populis illius regionis operam dedit,vt pergeret ad ſuccurrendum Inſulæ obſeſſæ. Qui & ſi bis inde fuiſſent deiecti,non propter hoc exterriti,ſed magis animati ad prælium contra Francos, elegerunt magis fortiter in bello mori quàm pati ſeruitutem Francorum. Vnde omnes artifices dimittentes ad tempus exercitia ſua proceſſerunt numero ſexaginta millia ad bellum contra Francos ad Inſulam: iurantes nunquam reuerti domum,niſi obtinerent, vel victoriam vel pacem congruam à rege vt ſcili- D cet libertate gauderēt. Vt deſperati ergo acceſſerunt prope copias regis inuitantes eos ad prælium.Rex autem conſiderans audaciam & animoſitatem eorum,conſilium habuit cum ſuis, quid foret agendum. Qui communiter conſuluerunt, nullo modo bellum ineundum, ſed pacem tractandam. Quia & ſi victoriā obtinerent,non tamen ſine morte multorum ex eis, cum eſſent deſperati. Sicque concluſum & factum eſt ibi per mediatores pacis, hoc ſcilicet modo,vt Flandrenſes ſua libertate gauderent, eis Dominis ſuis antiquis & captiuis redditis. E At ipſi regi darent ducenta millia pariſienſium intra certum tempus.Ac etiam Flandrenſes regi dimittebant illam partem Flandriæ, quæ eſt vltra fluuium Liſciæ(vel Liſæ) verſus Franciam quæ loquitur idiomate Picardo,vbi ſunt plures ciuitates. Firmatis igitur pactis pacis,liberati ſunt à carceribus Dñi & barones Flādrenſes ſcilicet Robertus Guillielmus, Guido & alij plures.

Benedictus vndecimus dictus 9. Onuph. Pont.max. 196.ſed.m.8.d.6. A.C.1303. De hoc infrà tit.23.c.11.ante §.1.&pen. F poſt Plat.& Onuph.Blon.& alij.

CAPVT IX.

Bonifacio humanis exempto aſſumptus eſt ad pontificiū Romanū Benedictus 11. paucis dieb.poſt ſepultutā prædeceſſoris electione canonica celebrata.& verè bona anno Dñi 1303.mēſe Octobris. Ab initio autem mundi quinquies 1266.ſecundum minorem numerum. Secundu verò maiorē ſexies 1402.Is autem prius vocatus eſt Nicolaus qui in ſæculo fuit viliſſimæ,cōditionis.De Triuiſio(aliàs Taruiſio)& inde Venetias acceſſit pueros docens in grammaticalibus,vt paupertatem ſuā ſuſtentaret. Ingreſſus autem ordinem Prædicatorū non ſegniter conuerſatus virtutibus & ſcientiæ ſe ſedit, vt in modico tempore doctiſſimus euaſerit, magnæ memoriç & acris ingenij omnib.factus amabilis.Et in ordine per omnes dignitates gradatim aſcendens,ex ſuppriore prior effectus, ex prioratu conuentuali, ad prouincialem aſcendens, inde in magiſtrum ordinis generalem electus, à Bonifacio octauo propter ſcientiam & probitatem ſuam inter cardines terræ conſtitutus, demum cathedrā Petri aſcendit. Sed heu nimis modico tempore tam ſanctus vir in ea reſedit, ſcilicet menſibus nouem tantum.Subitò autem ad pacem vbique ponendam animum ſuum applicauit vnde & regem Franciæ eccleſiæ reconciliauit ab excommunicatione eum abſoluens. Cenſuras etiā in Columnenſes propartè amouit.Multa ſancta opera facere diſpoſuit:ſed morte celeri præuentus implere non valuit. Et in ficubus recentibus ſibi præſentatis per abbatiſſam ſanctæ Petronillæ dicitur intoxicatus,hoc per alios procurato.Qui in Domino requieſcēs Peruſij vbi tunc eum curia reſidebat,honorificè eſt ſepultus in eccleſia ſancti Dominici ordinis Prædicatorum.

A.C. 1303.

Benedicti 11.vita.

Benedict. 11.Pulchrū regē Eccleſiæ reconciliat.

Dicitur etiam miraculis claruiſſe, nec id eſt incredibile,cum ſanctæ vitæ extiterit.Narratur etiam de eo quod cùm mater eius paupercula adhuc ſuperſtes acceſſiſſet Peruſium ad eum viſitandum,poſtquam applicuit,induta fuit ſericis ab amicis,vt decere videbatur, vtpote tanti principis mater.Cùm ergo captata hora ingredi deberet ad filium interrogauit papa ipſe filius quib. veſtibus eſſet operta. Reſponſum eſt ei,quia ſericis ob honorem apoſtolicæ ſedis.At ille: Non eſt(inquit)hæc mater mea. Ipſa enim mater mea paupercula mulier eſt,quid ſit ſericum ignorans, nec voluit eam dimittere ad ſe videndum. Quamobrem hoc audiens pia mater,illis depoſitis veſtibus eſt humilib. induta. Cúmque hoc Benedictus papa audiſſet, dixit: Hæc eſt mater mea,veniat.Et ingreſſam in oſculo ſancto amplexatus eſt eam.

Benedict. 11. matrē ſericis indutam nō agnoſcit.

Eo autem defuncto 11. menſib. vacauit eccleſia Romana propter diſcordiam cardinaliū adinuicem in electione.Vltramōtani enim quçrebant habere papam Gallicum, citramontani Italicum,vnde peruenire nō poterat [a] ad duas partes vocum habendas,prout exigitur. Quæ tunc in vita ipſius Benedicti geſta ſunt in diuerſis

Vacat ſedes men. 10.d. 28. Onuph.

[a] *Ad euitanda ſchiſmata, quæ nimis multa in Eccleſia Romana extiterunt,in Concilio Generali Lateranenſi, ſub Alexandro 3.An.Ch.1179.celebrati lege ſalutari conſtitutum eſt, ne quis deinceps Pontifex Romanus legitimus cenſeretur qui duas partes ſuffragiorum non eſſet in electione conſecutus, quæ lex de duabus tertiis nominatur,hanc legem D. Anton. intellexit hiſce verbis. vide Onuph.in Plat.in vita Alexandri 3.& Gregorij 10.& clementis quinti.*

A.C. 1303.

uerſis mundi partibus, & ſede vacante ſubſequenter deſcribuntur.

Dinus de Mugello I.C. peritiſſimus moritur.

Circa illud tempus ex hoc migrauit ſæculo Bononiæ Dominus Dinus de Mugello, qui fuit egregius & peritiſſimus doctor in iure: ſicut fuerit alius quicunque vſque ad tempus ſuum. Et gloſſam fecit.

Pontifex ad placandam Hetruriam legatũ mittit. ex Le. Aret. Blon. li. 9. dec. 2.

§. I.

ANNO autem Domini 1303. menſe Februarij Benedictus Papa 11. deſtinauit legatum ad placandam Hetruriam. Florentiamq́; delegauit auditis diſcordiis Florentinorum. Legatus autem fuit Dominus Nicolaus Pratenſis Cardinalis aſſumptus ex ordine Prædicatorum vir vtique ſagax atque induſtrius. Qui & ſi res compoſitas à Lucenſibus cognouiſſet, tamen complura ſupereſſe ratus, & præſertim reductionem exulũ mente cogitans, Florentiam venit: tribus ferè menſibus poſtquàm Lucenſes abierant. Ingreſſus vrbem cum arbitrium liberum poſtulaſſet, ſibi haud difficulter conceſſit ciuitas: ſentiens adhuc morbi reliquias nequaquam contemnendas intra viſcera remanſiſſe, quibus medelam cupiebat afferri.

Legatus partẽ plebis tuetur.

Legatus igitur perſpecta ſagaciter natura ciuium vt ſcribit Leonardus in hiſto. Florentin. cum multifariam ciuitatem diuiſam, principalem tamen diuiſionem inter nobilitatem & plebem animaduerteret, partes animo complexus eſt plebis: ſentiens id genus hominum minus pertinax aduerſus reductionem exulum, minuſque acrè ſtudiis partium reperiri. Confeſtim igitur huic factioni adhærens: multa prouidere ac moliri cæpit: quo nobilitatis frangeret animos: plebiſque dominatum authoritatéq; aſſereret. Sic enim obnoxiam ſibi futuram multitudinem & nutum eius ſecuturam arbitratus eſt. Conſiderans igitur nobilitatem per ſeipſam haud multum poſſe, niſi clientelis, & amicitiis plebeiorum hominum ad eos conuertere ſe ſolitorum iuuaretur: plebeios autem ipſos haud imbecilles fore, ſi iniuriæ ſingulis illatę ad multos pertinerent, vnico vtrique rei concilio proſpicere feſtinauit.

Societates xx. Florentiæ inſtituuntur.

Ea quidem de cauſa, ſolerti ingenio author fuit viginti ſocietates in vrbe creandi, in quas plebem diſtribuit vniuerſam. Harum ſocietatum Tranſarnina tribus cõtinuit quatuor: Totidem Scheradiana, Reliquæ deinceps tribus ſingulæ tres. Et ita viginti ſocietates intra vrbem fecit, ſingulis verò ſocietatibus ſinguli ſigniferi præfecti. Iiſque vexilla ſunt tradita variis diſtincta inſignibus, quo quiſque ſua & internoſcere aſpiciens, & conſequi poſſet. Mandatúmque his eſt: vt quoties opus foret, cum vexillis prodirent, & armatã quiſque ſuam adduceret ſocietatem. Deſignatio autem ſocietatum per vicos parœciaſque eſt facta. Ciues & omnes plebeij deſcripti pœna grauiſſima conſtituta, ſi vniuerſi in armis nõ eſſent, nec vexilla ſua quoties illa prodirent, ſequerentur. Tempus ſigniferis conſtitutum fuit menſium ſex. Et illud additum, ne quis ex nobilitate in ſocietatibus

Leges Societatum Florentinorum.

A.C. 1304

cenſeretur, néve ſe immiſceret, néve domo abiret dum vexilla prometerentur. Si quis è plebe homo à potentioribus vllo tempore inuaderetur, ſigniferum ſocietatis, ex qua is foret, auxiliũ ferre lex iubebat, ac vim armis repellere. Si quis ex nobilitate plebeium occidiſſet vindictam proximo agnato ſocietatis attinere. Pecunia ſi opus foret, ac propinquus egeret, communi ſocietatis impenſa perſequendum vindictam ſtatuebat. Si plebeius plebeium inuaderet, aut occideret, nullæ erant partes ſigniferi aut ſocietatis. Ex quo apparebat & popularium ſocietates eſſe ſolum, & contra potentiam nobilitatis cõſtitutas ſolum. Ferturque vox illa legati, cùm ſocietates creaſſet: non iam poſthac recipiendam fore plebeij hominis vocem contra potentiam nobilitatis conquerentis: cum quiuis è plebe longè plures habeat iniuriarum vindictæque conſortes, quàm vlli ex familiis, modo ſocietatum iura ſtatutáque ſeruarent.

Vexillationes in agro Florẽtino inſtitutæ.

Eodem ferè ordine extra vrbem quoque per Florentinum agrũ vexillationes quædam ſunt inſtitutæ, magis ne quiſquam ex iis locis ad nobilitatem cõcurreret, quam vt per mutuam ſeſe opem agricolæ tutarentur. Roborato plebis ſtatu ac multitudine in ſuum fauorem traducta legatus iam tempus maturum adeſſe ratus ea, quæ cogitauerat adimplendi reductionem exulum aggreditur. Eius rei cauſa liberum, ab exulibus arbitrium (nam ciuitas ante conceſſerat) poſtulauit. Exulum pluribus locis conuentibus actis: ſumma tamen omnium ad eos, qui Aretij erant referebatur. Ibi námque Verius Circulus, & omnis illa factio ingenti multitudine reſederat: Ducémque ſuarum partium conſtituerant Alexandrum Romaniæ comitem, conciliarioſque & præfectos ex ſui corporis ciuibus. Ij ergo publica deliberatione arbitriũ poteſtatemque rerum ſuarum permiſerunt legato.

Legatus exules Florentinos molitur reducere.

Fuit in eo concilio Dantes poëta & Petrarchæ poſtea inclyti poëtæ futuri pater, qui ſimul æſtu partium eiecti Florentia, Aretij exulabant. Vbi & Petrarcha mox ibi natus eſt. Accepto exulum decreto, legatus ſyndicis eorum accerſitis, propoſitum intentat reductionem, ſimul & concordiam aggreditur enixè. Rem per ſe difficilem longè difficiliorem faciebat, quòd ille vniuerſam rationem exulum reducendorũ ingrediebatur: hi autem partim erant Albi recenter pulſi, partim Gibellini, quorum ſanè durior erat cauſa. Difficultateſque maximè oriebantur: vel reſtituendorum bonorum gratia, vel inimicitiarũ priuatarum. Quod ſi Albis ſolùm reducendis conatum diligentiámque legatus adhibuiſſet: haud difficulter ea res videbatur effectum quem optauerat, habitura. Sed ille magnitudine animi & fauore clarus multitudinis, dum vtrumque ſimul aſſequi vult, neutrum aſſecutus eſt. Adhæſerant tamen quædam familiæ potentiorum legato: poſtquam propoſitum eius cognouerunt, ac eius factum vehementer iuuabant. Populares etiam multi pacis auidi eius cœpto fauebant, quorum ille fiducia ex ceptus nitebatur.

Dantes poëta & Petrarchæ pater ſimul exulabãt Petrarcha naſcitur.

Miſſi ergo ex exulibus ſyndici cum Florentiam veniſſent & frequenter apud legatum agerent, reſque boni profectò exitus ſpem habere videretur, noua repente turbatio exorta,

cuncta

A.C. 304. cuncta prius cõpoſita diſſipauit. Ciuibus enim nihilominus,quã tale aliquid ſuſpicantib repẽte nunciatum eſt maxima exules multitudine iuſſu legati aduentare:quaſi ad vrbem contendentibus,repugnantibusque ciui.intraturos.Id cum pluribus ſimul ex locis nunciaretur trepida ciuitas arma ſũpſit,ıe magnis in ſuſpicionibus verſabatur.Legatum verò vt parum ſincerũ hominem,ac fictè cõpoſitum formidabat.Multi etiam ſubdolam eius verſutiam criminabantur.Enimuero legatus ſe conſtantiſſimè purgãs neminem à ſe vocatum exulum fuiſſe aſſeuerabat.Totam rem ab aduerſariis & maleuolis,paciſque & quietis publicæ hoſtibus quadam arte compoſitam quærebatur.Atqui conſtabat literas legati nomine ſcriptas exules accepiſſe. Sed an veræ an fictæ fuerũt literæ ambigebatur,nec deerant,qui prædicarent à principibus nobilitatis reditum aduerſariorum grauiter ferentibus ad commouendas turbas falsò literas fuiſſe ſubmiſſas. Nos verùm illorum verum fuerit in medio relinquimus. Sed qui exulũ nomine aduenerant:conterriti ea nouitate è veſtigio abierunt,ita negotium pacis interruptum eſt.Legatus quoque,vt ſuſpicionem minueret:tunc relicta vrbe Pratum contendit.Oppidum ingreſſus cum eadem poſtulaſſet(nam Pratenſes quoque iiſdem ſeditionibus agitabantur)nihil ad extremum agere valuit.Quinetiam dum acrius vrgeret,inſurgente factione Prato expellitur. Quare Florentiam reuerſus expeditionem contra Pratenſes indixit. Ad eam rem cum voluntarios milites rogaret,& proficiſcerentur multi, copiæq; iam in vrbe creſcerent,ſuſpicio iterum exorta eſt:ne ſub alio prætextu militem cogere,ac res nouare aggrederetur.Itaque aduerſantibus ciuibus,& arma ponere iubentibus , conatus legati in irritum ceciderunt. Et tandem indignatione motus Florentiæ ſimul & Prato interdixit, ipſe verò irrito labore ad pontificem Benedictum rediit.

Prati etiã res nititur legatus cõponere.

Eodemanno pons,qui ad charrariam dicitur, nimio pondere multitudinis,quæ ad ludos conuenerat ſpectandos corruit.Erat verò per idem tẽpus non lapideus vt nunc,ſed ſublicius,eius ruina multos oppreſſit:multoſque afflixit.

Pontis ruina multi pereunt.

Magnæ in vrbe Florentia contentiones. Leon.Aret.in hiſt. Floren.

§. II.

POST receſſumlegati magnæ cõtentiones ſecutæ fuerunt. Pars enim quædam nobilitatis,ſtante nuper in vrbe legato ſeſe illi coniunxerat,ac reductionem exulum intemperanter concupiſſe viſa fuerat.Erat verò ex iis familiis,quę ad Albortum partẽ inclinare putabatur. Ea de cauſa cæterarum familiarum in ſe cõſtarat odia. Vt ergo abiit legatus reliqua omnis nobilitas in illos ſurrexit præter Curtium(aliàs Corſum)Donatum,qui amicis infenſus contra naturã ſuã quieſcebat.Hos populariũmot⁹ duæ inſignes familiæ Nigrarum partium aſſertrices ſectabantur Iunij & Medices.Creſcentibus contentionibus,pugna tandem conſeritur.

Familia Mediceæ popularis.

Principium verò pugnæ ortum eſt apud Circulorum Barchenium ædes,mox à priuatis ædibus in forum delata,

A.C. 1304.

Cùm ergo nouum inter vetúſque forum & circa porticũ frumentariam pugnaretur,& inuicẽ modo pellerẽt modo pellerentur:Nerius quidam Abbas,qui ſuorum inimicus è tota bbatum familia in vrbe reſtiterat,contra Circulos atque alios huius factionis in pugna ſtabat. Cõtemplatus autem boreæ vim in aduerſarios perſtantem,Fax & malleoli afferantur,inquit,iam ego hos cum domibus propriis extorres agam. Nec mora delatum ignem in gentilium agnatorúmque ædes iniecit,quæ non longè à porticu frumentaria ſitæ fuerunt. Inde cum eadem face diſcurrens ad caput veteris fori,Caponſachorũ ædes incendit.Is ignis igitur inter miſſilia & tela diſcurrens & vires aſſumens, flatu inſuper boreæ adiutus,latè peruagatus eſt domos,& ſingula carpendo apprehendit.Tabernæ venalium rerum magni precij in iis erant locis. Eas cùm ignis inuaderet,vel incendio cremabantur, vel à latronibus diripiebantur.Vrbs eodem tempore ardebat:& vicatim oppugnabatur,non ſecus ac ſi hoſtis intraſſet. Quominus autem homines opem ferre nõ poterant:eo latius vagatus ignis inter duo fora primum , & circa porticum frumentariam omnia conſumpſit.Inde rurſus vires aſſumens,vſque ad Arnum peruenit, nec prius finis cremandi eſt factus , quã ſuprà mille & ſeptingentas ædes incendio conflagrarint. a Medicatum fuiſſe ignem vulgò creditum eſt,nec eandem abs re ſuſceptam credulitatem exiſtimari.Cerneres etiam nunc admirabilem ac propè ſtupendam illius vim in parietes etiam ipſos ac lapides:quod reliquię monſtrãt ſemiuſtę. Ob huius incendij damna pars illa,quæ Circulis fauebat,ſuccubuit,abſumptis Caualcantium Gerardinorúmque,& Pulchrorum ædibus,quibus ea factio plurimũ nitebatur, & vicinis etiã qui vna ſentiebant,euerſis.

Nerij cuiuſdam Abbatis horrendum facinus.

Cedentibus igitur victis, & ciuitate ad aliquem modum compoſita,nouum rurſus periculum , nouáque turbatio exoritur. Legato enim,de quo ſuprà diximus,ſiniſtra admodũ ac peruerſa referente,cum de ſuis ipſe facinoribus tacens, aliena facinora in crimen vocauit : ac pontifici,qui illum miſerat , quaſi eius honor ſpretus eſſet,ac deriſui habitus,veluti faces quaſdam indignationis admouit. Commotus pontifex duodecim potentiſſimos ea tempeſtate ciues principes eius factionis qui tunc vrbem tenebant,corripiendos ſtatuit. Eos igitur cum ad ſe citaſſet,varia conſultatio fuit,& contemnere ſimul & parere formidabant,quòd in altero famæ,in altero ſtatus periculum verſaretur,famę, ſi quaſi delictorũ conſcij non irent,ſtatus,ſi per eorũ abſentiã mot⁹ aliquis in vrbe ſuſcitaretur. Omnibus tamen penſatis,& ad honeſtatẽ,& ad magnanimitatem potius viſum eſt pontificem adire.Quare profecti omnes,vt vocati erãt, viri ampliſſimi principes ciuitatis Curti⁹(aliàs Corſus)Donat⁹,Robertus Toſa,Gerius(aliàsVerius) Spina ac cęteri potẽtiſſimarũ familiatũ ſupremi, honeſtum comitatũ ducentes ac decentẽ,Peruſiam(vbi tunc pontifex reſidebat)peruenerunt,

Legatus in Florentinos Pontificem accendit. ſup.§.1.

a *Medicatum ignẽ vocat in aqua ardentẽ, ſeu Græcum quodis neſcio quibus temperamentis quaſi pharmacis & medicinis conſtet.*

A.C. 1304.

cum pontificem patres adiiſſent, ac purgandis diluendiſque criminibus intendunt, Nicolaus Pratenſis cardinalis, quem legatum in Hetruriam fuiſſe docuimus, inter hæc dolum cómentus exulibus clam perſcripſit, vti Florentiã occulte inuaderent. Nullum quidem tempus rei patrandæ aptius fore: cum principes omnes diuerſæ factionis induſtria euocati abeſſent. Quibus detractis, ne auſuros quidem reliquos ciues manum attollere, maxima præſertim multitudinis parte, quod pridem experimento viderit illorũ reditum affectante. Hanc exhortationem auide complexi exules, cum alij aliis celeriter ſignificaſſent, conſtituta die Florentiam verſus vndequaque contenderunt: ita improuiſo atque ſecreto, vt nil pręſentirẽt, ita magna multitudine, vt cuncti expaueſcerent. Fuerunt enim peditum ſupra nouem millia: equites verò ad mille ſeptingentos. Hæ copiæ maxima ex parte Bononienſium Aretinorumque fuerunt, quæ ciuitates eiſdem partibus infectę Albis fauebãt.

Legatus exules Florentinos ſollicitat. ſup §.1.

Cùm igitur vergente iam in occaſum ſole, non procul ab vrbe via Bononienſi primæ exulũm copiæ apparuiſſent, ciuitas repente in armis fuit, Vigiliaque ea nocte prope vicatim actæ. Addebat terrorem debilitas vrbis, quæ, nó abſolutis nouis mœnibus, & antiquis propter ſpem nouorum neglectis, non ſatis valida contra oppugnationem putabatur. Exules præterea Lucæ bifariam partitis copiis, ad primum fere lapidem Bononienſes in ſubſidio reliquere. Ipſi verò cùm Aretinis ad vrbem deſcendentes nullo negante noua tranſgrediuntur mœnia. Inde leuia quędam prælia ibi commiſſa ſunt. Inquibus ſuperante multitudine, cum ciues dimouiſſent, ad lęuam tenentes iter non longe à ſeruorum templo patentiori loca aciem ſtruxerunt, Signo dato cùm ad vetuſta mœnia diſcurriſſent contra viam gladiariam & portulam, qua via illa claudebatur maximè impetũ fecerunt. Eam cùm repulſis defenſoribus perfregiſſent, ingreſſi ante ſignani vſque ad Martis templum prælliantes peruenerunt. Et vexilla quædam intra portam illata magnum terrorem præbuerunt ciuibus. Nec ambigitur, quin eodem impetu, ſi ſecuta fuiſſet acies, exules illa die victores fuiſſent. Sed cunctando extra portam, ac exitũ pugnæ expectando, concurrendi atque ſe conglobandi ciuibus facultatem præbuere. Ita concurſu poſtea ad eum locum facto, quo hoſtem intraſſe clamabatur, ſeſe cohortantes ciues inuadenteſque extra portam deiecerunt.

Sunt qui putant exules non ſatis vnanimes fuiſſe ad vrbem inuadendã, & Albos Gibellinorum vires expauiſſe. Nam qua ratione à viris militaribus, & bellorũ expertis omiſſum fuerit, vel aciem totam primo impetu irrumpere vel cum vno in loco pugnaretur, aliis ſubinde locis aciem admouere? Iam verò Bononienſiũ copias, quæ in vrbe conſpectæ magnum terrorem afferre potuerunt ciuibus quo tandem cóſilio ab vrbe procul reliquerunt? Hæc & huiuſmodi errata ſuſpicionem præbebant, quaſi mallent quidam exulum vrbe non potiri, ſed aciem duntaxat admouere, quo ipſi per pactioné reciperẽtur. Nam pulſos nuper ciues, quos Albos vocabant, non tam voluntas, quã neceſſitas Gibellinis cóiunxerat, nec ſi facultas eſſet, paſſuri ſeſe

Exulũ Florentinorũ diſcordia eos vrbe potiri vetat.

A inuicem videbatur. Et relictam procul ab vrbe de induſtria Bononienſium putant aciem, quoniam illa maximè cum Vbaldinis, & aliis Gibellinæ factionis hominibus veniſſet.

A.C. 1304

Ego verò quid animi habuerit vnuſquiſque exulum haud facilè exiſtimo quemquam eſſe dicturum. Verum hæc, & huiuſmodi errata in re militari euenire non alienum puto, vbi non vnus dux, ſed multi ductores præſunt. Nec miles eſt, qui per ſigna ingreditur: ſed collectitia turba, nec ſtare vnius imperio conſueta. Quæ etiã tunc aderant. Nam & multi æquales inter ſe B duces erant, & manus tumultuaria atque noua. Bononienſes ſimul atque repulſos, qui vrbẽ intrauerãt, cognouere: & nunciarunt quidã aciẽ extra portam eſſe profligatam, confeſtim ſigna mouentes abiere. Qui verò ante portam in aciẽ ſtabant cũ à prima luce vſque ad meridiẽ conſtitiſſent, ſiti fatigari atque calore labeſcere iam pridem, cœperant. Itaq; poſtquam Bononiẽſes abiiſſe audiuerant, quaſi deſerti à ſuis, è veſtigio ſecuti ſunt tanta trepidatione, vt fuga magis, q̃ profectio videretur. Pauci e ciuibus poſt eos C egreſſi, quoſdã è poſtremo agmine interfecerũt reliqui ea ipſa via, qua venerant, remearunt. Cũ ſuperato colle in agrum Magellanum deſcenderent, obuiam illis venerunt Piſtorienſiũ copiæ: quas Toloſanus Vbertus, Florentinus eques, & ipſe exul ex eadem cauſa adducebat. Erant autẽ equites trecenti: pedites verò circa octingentos Ab iis Toloſanus cognouit, & quid actum eſſet & quid ſpei ſuper foret. Itaque conuerſo itinere Piſtorium reduxit.

Errata quæ remaximè in bello euenia ut.

Per eoſdem ferè dies quibus hæc tẽtata ſunt ab exulibus, Benedictus Romanus pontifex vi- D ta functus eſt, magnæque fuerunt patrum diſcordiæ in eligendo ſucceſſore. Itaque ciues nu per à pontifice euocati, cognita legati fraude, & apud patres conqueſti Florentiam illico redierunt. Verſi dehinc ad rempublicam, & ſtatum ciuitatis roborandum, quoniam apparebat magna ſupereſſe certamina, ſocietatẽ renouarunt cum aliis Hetruriæ populis, qui eaſdem per id tempus ſectabantur partes. Hi fuerunt Lucẽſes, & Volaterrani, Senenſes, Pratenſes, Geminianẽſes, Collenſes, Typhernates, quos Caſtellanos vulgò dicunt: Omnes hi ſimul vno fœdere colligati, ducem ſibi præficere aliquem maioris E authoritatis ſtatueruut, cuius auſpiciis bellum inferrent. Robertus erat per id tempus filiorum Caroli regis in Italia maximus inſigni tunc indole ac magnæ ſpei iuuenis. Hunc deligere ducem placuit. Eius rei gratia miſſi Neapolim oratores duos, Rainerius Foreſij, & Borgi Rainaldi, & à Lucenſibus Senenſibuſque oratores alij qui regem primo mox iuuenem allocuti: tandẽ illius aduentum in Hetruriam imperrarunt huiuſmodi códitionibus dictis receptiſque vti Robertus in Hetruriam veniret: exercitum Florentinorũ ſociorũq; ductaret, nullã in vrbibus oppidiſue poteſtatem haberet. In exercitu verò animaduertendi in eos qui non parerent, ſibi ius F eſſet. Si pecunia damnaret aliquem ęrario ciuitatis oppidiue cuius dãnatus ciuis, oppidanuſue foret, applicaretur. Annum integrum in Hetruria bello gerendo perſtaret: nec inde abiret, niſi aut eiuſdẽs regni periculum paterni, aut põtificis iuſſus moram eius impediret. Cõtra verò Florentini

Mors Benedicti.11. A.C.1304.

Pacta conuenta quibus Robertus Florentinorum dux deligitur.

A.C. 1304.

Florentini ſociique ſtipendia equitibus, quos adduxiſſet per ſingulos menſes darent, ſibique & familiæ diurnam penſionem. Harum pecuniarum maximam partem Florentini ex fœdere conferebant, proximam Lucenſes, pauciorem Senenſes, & alij proportionaliter.

A.C. 1305.

His ergo ita compoſitis, proximi anni vere primo, Robertus in Hetruriam venit ducens ſecum equites nõ amplo quidẽ numero, ſed viros nobiles & ſtrenuos ad bellum delectos. Ciuitates autem conſilio habito Piſtorium obſidere cõſtituerunt, quòd ea vrbs per id tempus ab aduerſariis tenebatur, Florentiniſque, & Lucenſi- B bus bellum continuũ inferebat. Igitur poſtquã Florentiã venit Robertus, coactum paulò pòſt exercitum in Piſtorienſes duxit. Venerũt alia ex parte Lucenſes magna multitudine, ac ſe Florẽtinis cæteriſq; ſociis coniunxerunt. Caſtris nõ longè poſitis cum Piſtoriũ cinxiſſent, expugnate vrbem aggrediũtur: ſed reſiſtebatur acerrimè ab iis qui erant in ciuitate Piſtorienſibus. Et aderant Florentinorum exulum non contemnenda manus, & conducti equites mercede circiter trecenti hi cum vrbem egregiè defenderẽt C & ob eam rẽ longior interceſſura videretur mora, Florentini & ſocij obſtinatis animis vallo & foſſa vrbem circumdederunt, caſtelliſque & turribus opportunis locis munierunt, vt nemo ingredi egrediue poſſet. Crebra verò quotidie prælia inter mœnia vrbis foſſáſque cõmittebantur.

Clemẽs. 5. legatos in Hetruriã mittit. Infrà tit. 21. c. 1. ante §. 1.

Dum ea gerũtur apud Piſtorium, interea Clemens quintus poſt Benedictum creatus eſt pontifex, de qua electione infrà dicetur. Is etſi in Francia eſſet, hortatu Nicolai Pratenſis cardinalis duos ſimul legatos in Hetruriam miſit. Hi quarto fere mẽſe, poſtquam obſidio facta fuerat cum in caſtra veniſſent, Roberto duci, exercituique ex authoritate pontificis edixerunt: vti ab D armis diſcederẽt, obſidionémq; diſſoluerẽt. His niſi parerent, cenſuras grauiſſimas protulerũt.

Robertus Pontifici paret.

Robertus dicto põtificis obediens fuit. Id enim ab initio nominatim exceperat, cæteri quoque populi longiorẽ militiam veriti deſtiterũt. Florentini ſolùm & Lucenſes obſtinatis animis obſidionem proſecuti ſunt, conſcij non tam ex animo pontificis, quàm ex procuratione aduerſariorum præcepta illa, comminationéſque prodire, ac paulò antè in principib. ciuium experti nihil neque firmi, neque ſinceri curiã habere. E a indignatione cõmoti legatorũ præcepta cõtemnere: nec tãtis laboribus cœptam protractámq; obſidionem diſſoluere ſtatuerunt. Legati q̃m dicto non parebatur in Florentinorum Luceſiũmque præſides ſententiam tulerunt. Vrbibus autem eorum interdixerunt ſacra.

Robertus in Galliam venit. A.C. 1306.

Robertus igitur relicta apud Piſtorium maxima parte æquitatus, quam veniens in Hetruriam duxerat, ipſe tenuit comitatu in Prouinciã primò, mox in Galliam tranſiit ad pontifici pro aſſumptione gratulandum: Florentini verò & Lucenſes in obſidione perſeuerantes vrbem arctius indies preſſerunt. Milites, ne longiori afficerentur militia, viciſſim mutabantur, vt nõ ui veteribus, & integri ſuccederent feſſis. Ad vndecimum vſque menſem protracta obſidio eſt. Tandem cum neceſſaria deficerent, qui obſidebantur turbã mulierũ & inutiliũ bello hominũ eiicere cœperunt. Sed ii cum ad munitiones per A uenerant, non minus acerbè à militibus, qui ſtabant pro vallo, in vrbem reiiciebatur. Ita longitudine belli domiti Piſtorienſes in poteſtatem venerunt, exulibus, qui intus erant incolumib. abire pactis, ciuibus autem impunitate cõceſſa. Poſtquam vrbe potiti ſunt Florentini & Lucenſes mœnia vndequaque diruerunt, Agrum & regionẽ inter ſe partiti ſunt: vrbi verò afflictæ & ſemirutę imperitauerũt. Captũ eſt autẽ Piſtoriũ. v. idus Aprilis. anno Chriſtianæ ſalutis. 1306.

A.C. 1305.

Florentini Caſtrũ Acciani cum obſident.

Florentini in agrum Nugellanum profecti Accianicum (aliàs Arcianum) obſederunt. Id e- B rat caſtrum Vbaldinæ gentis & ſitu loci & ſtructura murorum longè munitiſſimum. Cauſa obſidendi illa fuit, quod maxima vis exulum eo in caſtello conſederat: à quibus non terrores modò, verum damna quoque finitimis inferebantur. Tribus menſibus omni conatu Florentinus circa illud commoratus, tormentis maxime, & cuniculis oppugnationem tentauit. Verum conatus omnes in irritum caſuri erant aſpernante munitiſſimo loco niſi ſuſpitio inter principes eius familiæ coorta certatim compuliſſet ad deditionem faciẽdã. Quare pecunia ex ærario pro C miſſa caſtellum receptum eſt, & ad ſolum euerſum. Incolarum autem pars in ſubiectam planiciem redacta, & oppidum ibi conditum, quod poſtea Scarpariam vocitarunt.

Scarparia ab Accianis cõdita.

Eodem anno magiſtratus nouiter creari in vrbe cœptus eſt contra nobilitatem, quem executorem iuſtitiæ dixerunt. In hunc magiſtratum magna pars curæ, quæ prius ad officium vexilliferi iuſtitiæ pertinebat, tranſlata eſt. Et quo gratiæ metuſque abeſſet ſuſpitio: peregrinum ſumere placuit, & quidem extra Hetrutiã oriundum. Ex ſocietatibus vna detracta ſtradiana, eo factum eſt: vt pro viginti ſocietatibus nouemdecim inſtituerentur.

D *IN titulo. xxi. tractatur de pontificibus ſummis, qui fuerunt à Clemente. v. vſque ad Gregorium. xi. excluſiuè, qui fuerunt numero. vi. ſcilicet Clemens. v. Ioannes. xxii. Benedictus. xii. Clemens. vi. Innocentius. vi. Vrbanus. v. poſt quem Gregorius. xi. Et hi omnes cum curia reſidentiam fecerunt vltra montes in Gallia, ſed quia tẽpore vltimi horũ ſcilicet Gregorij. xi. ciuitates exiſtentes de iuriſdictione eccleſiæ, quæ ſunt in Italia, pene omnes ſe rebellarunt, ideo Greg. xi. reuerſus eſt cum curia ad vrbem. De imperatoribus etiam qui fuerunt iis temporibus* E *agetur. Et de variis mutationibus quæ acciderunt in ciuitatibus Italiæ & prælis, præcipuè Florentiæ, & quibuſdam aliis in diuerſis nationibus geſtis. Hic etiam narratur de prolixa vacatione ſedis apoſtolicæ, & quomodo Clement. v. modo inconſueto fuit electus. Et de concilio vniuerſali habito Viennæ. Et de Clementinis editis per eum, ſed per Ioannem. xxij. promulgatis. Hic etiam agitur de Ludouico imperatore electo Bauaro. Sed quia inimicus erat* F *eccleſiæ priuatus eo fuit. Qui Ludouicus procurauit ſchiſma faciens antipapam Petrum de cornaria. Sub eo inſurrexit hæreſis Fraticellorum reprobata cum illis per Ioannem. xxij.*

A.C. 1305.

Qua ratione Archiepiſcopus Burdegalenſis in Pontificem ſit electus, ex Pandulpho Piſano Aemyl. lib.8.

CAP. I.

Bertrādus ab Aemyl. dicitur, ab Onuph verò Raimundus Gothus Bertrandi filius.

POST mortem Benedicti vndecimi aſcendit cathedram Petri Clemens.v. qui prius vocabatur Raimundus, archiepiſcopus Burdegalenſis, non cardinalis, nec præſens, ſed in ciuitate Burdegalenſi tunc reſidens. Quod accidit per hunc modum. Ingreſſi domini cardinales in conclaue Peruſij pro electione facienda, concordari non poterant, quærentes magis ſua, quàm quæ Ieſu Chriſti. Erant enim diuiſi in duas partes, quaſi æquales. Vna pars erat ciſmontana, cuius capita erant dominus Matthæus de Vrſinis & dominus Franciſcus de Guatanis [alias Caietanus] qui fuerat nepos papæ Bonifacij: altera pars erat vltramontana, vel adherentium ei: quorum principaliores erant dominus Neapuleon (aliàs Neapulio) de Vrſinis, & dominus Nicolaus Pratēſis. Primi vota ſua dirigebant ad aliquem Italicum & fauentem amicis & conſanguineis Bonifacij papæ: alij tentabant eligere aliquem Gallicum, vel amicum regis Franciæ, qui manifeſtam inimicitiam oſtenderat ad Bonifacium papam & excommunicatus fuerat ab eo. Sicq; per plures menſes qualibet partium fixa in propoſito ſuo, ad numerum duarum partium ex eis, prout exigitur non poterat perueniri.

Cardinaliū in eligēdo Pontifice diſſidia.

Vna igitur dierum cardinalis Pratenſis, dominus Nicolaus, vir valdè ſagax, & experientiſſimus ait ſecreto domino cardinali de Guatanis domino Franciſco. Nos magnum malum facimus, & eccleſiæ detrimentum: vnde populi ſcandalizantur, non prouidendo de paſtore. At ille, Per me non ſtat, inquit. Tunc Pratenſis. Si bonum medium inuenirem ad hanc rem efficiendam placeret ne tibi? Reſpondit, Placebit vtiq;. Ego (ait Pratenſis) cogitaui hunc modum tenendum, vt videlicet vna pars collegij cardinalium eligeret tres ex vltramontanis idoneis ad papatum prælatis, prout eis videretur, & altera pars teneretur intra quadraginta dies vnum ex illis tribus propoſitis eligere, prout eis placeret, & ille papa intelligeretur canonicè electus, & eſſet. Placuit domino Franciſco forma prædicta, perſuaſitque ſequacibus ſuis hunc modum acceptare, ita tamē quòd [a] ipſi haberent proponere ſeu nominare illos tres, intendentes tales aſſumere, qui fuiſſent amici olim Bonifacij, & regi Franciæ parum affecti. Et Pratenſis partem ſuā induxit ad id efficiendum, intendens & ipſe taliter prouidere, quòd haberent ſibi propicium & beneuolum, & regi amicum. Facta igitur hac conuentione, & ſolenni ſtipulatione per ſcripturam firmata, pars illa, quæ dominum Franciſcum

Vide quæ diximus ſuprà tit. 20.c.9.ante.§.1.

Cōueniūt Cardinale in eligendo pontifice.

[a] *Aemylius aſſerit Gallicos habuiſſe nominādi facultatē, Italicos verò ligendi, videtur tamē verius quod D. Anton. tradit. porrò hic pontifex fuit ex oppido Mibandran diœceſis Burdegalenſis, qui ex epiſcopo Comenarum archiepiſcopus Burdegalenſis à Bonifacio 8. factus fuerat. Onuph.*

A ſcum ſequebatur, nominauit tres archiepiſcopos Gallicos eis familiares, & regi infenſos Franciæ, Inter quos fuit Raimundus Burdegalenſis archiepiſcopus, qui creatus fuerat archiepiſcopus à Bonifacio papa, nec regis amicus, propter offenſas factas ſuis conſanguineis in Vaſconia per dominum Carolum Valeſianum. Illis igitur tribus nominatis, alia parte ſecreto adinuicem conferente, perſuaſit Pratenſis ſagax & induſtrius, vt Raimundum Burdegalenſem decernerent præeligendum, nulli hoc inſinuando. Etan-

A.C. 1305.

Raimūdus alias Bertrādus Archiepiſcopus Burdegalenſis in Pontificē eligitur, Pratenſis Cardinalis aſtutia.

B te electionem velociſſime regi Franciæ per literas intimarent negotium, & quia illum Burdegalenſem quem procuraret reconciliandum ſibi & amicum fieri, ſi ſibi placeret, papam facerent: quem cum noſſet auidum honoris & gloriæ vt Vaſconem, & ad omnia flexibilē, vt illa conſequeretur: ſperabant facilè inducendum ad omnem pacem & amicitiam contrahendam cū rege Franciæ & illum ad optata exauditurum, ſicut rei poſtmodum probauit euentus.

Vaſcones honoris & gloriæ auidi.

Iſta igitur cōcluſione firmata ſecreto, & iuramento vallata cum dies quadraginta haberent
C ad eligendum vnum è tribus, deſtinarunt ſecretos nuncios fideles, cum literis continentib. ſeriem facti ad regem Franciæ, vt reſponſales ſubitò redderentur etſi in illo ſibi reconciliato Burdegalenſi complaceret, ipſum eligerēt, perſuadendo ei, vt hoc faceret, vt recuperaret ſtatum ſuum & honorem in ſancta eccleſia, à qua fuerat alienatus, vt eius inimicus. Mittuntur nuncij ſeu curſores ita veloces vt intra vndecim dies à Peruſio, vnde mittebantur vſque Pariſios peruenirēt. Redditis regi literis gauiſus eſt gaudio magno, & perſuaſionibus cardinalium acquieſcens, deſtinauit amicabiles literas archie-

Cardinaliū pars regē de ſua deliberatione conſulit.

D piſcopo Burdegalenſi, inſinuans, quòd pro bona & ardua cauſa oportebat habere cum eo ſecretum colloquium, vnde intra ſex dies in certo loco ſibi occurreret. Quod cum factum fuiſſet, rex cum modica ſocietate acceſſit ad locum deputatum cuiuſdam abbatiæ, quo & archiepiſcopus acceſſerat. Conuenientes igitur rex & archiepiſcopus Burdegalenſis poſt auditionem miſſæ ſimul iurarunt ſibiinuicem ſecretum haberi eorum colloquium.

E Poſt hoc rex verbis placabilibus archiepiſcopum induxit reconciliatum habere Carolum Valeſianum non obſtantibus damnis illatis. Addēſque inquit rex, Domine archiepiſcope ſcias in manibus meis eſſe poſitum te facere poſſe pontificem ſummum oſtendens ei literas ſuper hoc deſtinatas. Si igitur vis, vt faciam te fieri ſummum antiſtitem, volo promittas mihi cōcedere certas gratias, quas poſtulabo. Quibus perlectis archiepiſcopus ait, ſtupefactus ex re ipſa. Domine mi rex, video, quòd magis me diligis, quā alium quemcunque in mundo, & bona mihi retribuis pro malis. Demum noueris

F tuum eſſe præcipere, & meū obedire: ſum enim ad omnia exequenda paratus. Tunc rex oſculatus eſt eum. Iſtæ ſunt (ait) gratiæ quas à te requiro. Prima eſt, vt me perfectè reconcilies eccleſiæ ſacroſanctæ, relaxando & veniam dando de adiutorio dato in captura Bonifacij papæ. Secunda eſt, vt cenſuras excōmunicationis amoueas contra me, & meos ſequaces prolatas. Tertium eſt, quòd mihi concedas omnes decimas regni

Petitiones regis Burdegalenſi Archiepiſcopo factæ.

per

A.C. 1305.

per quinquennium in reparationem expenſatũ
multarum in bello inito contra Flandrenſes.
Quarta, quòd promittas mihi caſſare, & ad ni-
hilum reducere memoriam Bonifacij Papæ.
Quinta:quòd reſtituas honorem & dignitatem
cardinalatus domino Iacobo,& domino Petro
Columnēſibus ablatam eis per Bonifacium, &
reponas eos in ſtatum priſtinum,cum eis etiam
creando aliquos cardinales amicos meos. Sex-
tam mihi reſeruo exprimendam loco & tempo
re ſuo arduam & magnam.

At Archiepiſcopus omnia ſeruare promiſit
cum iureiurando ſuper venerabile Euchariſtiæ
ſacramentum.Et ad confirmationem prędicto-
rum archiepiſcopus dedit regi obſides germa-
num ſuũ,& duos nepotes.Rex autē contra iura
uit ſe operā daturũ vt Papa eligeretur.Sicq; di-
ſceſſerunt abinuicem amici facti cum magno
gaudio re occulta aliis,& ſolum manifeſtata re-
conciliatione facta, & pace inter Carolum &
Archiepiſcopũ.Reuerſus ergo Pariſios,rex ſubi
tò reſcripſit Pratenſi cardinali, & ſociis, quod
geſtũ erat.Quapropter liberè eligerent Raimũ-
dum Burdegalenſem archiepiſcopum. Et intra
trigintaquinque dies reuerſi curſores Peruſium
regis literas reddiderunt Pratenſi & ſociis.Qui
bus omnibus alteri parti ignotis dixit Pratenſis
cæteris Cardinalibus alterius partis, quòd pa-
rati erant procedere ad electionem vnius illorũ
trium , & iterum pacta & conuentiones ſuper
his fuerunt reuocata & firmata. Congregatis
igitur omnibus cardinalibus Pratenſis prius
ꝓpoſita authoritate ſacræ ſcripturæ ad materiā
congruente , poſt orationem ſuam vice om-
nium elegit in Papam dominum Raimundum
Burdegalenſem archiepiſcopum. Sicque cum
gaudio acceptatus fuit ab omnibus, & populo
pronunciatus,Deo gratias & laudes referendo.
Ignorabat adhuc pars alterà,quod geſtum fuiſ-
ſet occultè circa Burdegalenſem factum ami-
cum regis, quem adhuc inimicum exiſtimabāt.

Rex & Burdegalenſis inter ſe cõueniũt.

Diuulgatione igitur facta ab extra per ciuita
tem,contendebant familiæ Cardinalium, & a-
liorum magnatum,aſſerentes quēlibet electum
ſibi amicum,& beneuolum.Exeuntes igitur cõ
claue miſerunt domini Cardinales oratores ſo-
lennes vſque Burdegalam cum litteris,præſen-
tantes Archiepiſcopo Raimundo electionem
de eo factā de cõcordia omniũ. Qui ſubitò ac-
ceptauit electionem ipſam vocari ſe faciēs Cle-
mentem.5.Mandauitque Cardinalibus omni-
bus per literas vt ſine mora accederēt Lugdunũ
Galliæ,vt intereſſent coronationi ſuæ.[a] Simili-
ter etiam vocari fecit regem Francię regem An-

Clemens 5.Pont. max.197. ſed a.8 m. 10.d.16. A.C.1305 de quo præter Plat.& Onu. Bló. dec.3.li.9. Æmyl. li. 8.Naucl. gen.44.& alij.

gliæ & regem Aragoniæ,& alios principes Vl-
tramontanos.Ex hac autem vocatione maior
pars Cardinalium grauamen ſumpſerunt, præ-
cipuè Italorũ exiſtimantes,ſe deceptos cùm cre
derent ipſum Romam profecturum pro ſui co-
ronatione.Vnde & dominus Matthæus de Vr-
ſinis,qui prior erat Cardinalium, & antiquior,
& quaſi inuitus vrbem dimittebat percipiēs de
dolo ſuæ parti illato, dixit Cardinali Pratenſi:
Aſſecutus es voluntatem tuam in ducendo cu-
riam,vltra montes,ſed tardè reuertetur curia in
Italiam.Agnoſco enim conditionem Vaſconũ.
Electio autem facta fuit eius 5.Iunij.Conſecra-
tio verò eius.11.Nouēbris præſentibus Cardi-
nalibus,qui aduenerāt , præſente etiā Philippo
rege Franciæ & domino Carolo Valeſiano.

Papa igitur Clemens,quod regi promiſerat,
obſeruauit.Nam cum Eccleſiæ reconciliauit ac
reſtituit in omni honore & dignitate priſti-
na . Largitus quoque eſt ſibi decimas cleri
per quinquennium.Et in ſequenti menſe tem-
pore ordinationum ad requiſitionem regis crea
uit duodecim cardinales Vaſcones & Franci-
genas amicos,& ſeruitores regis.Inter quos fue
rũt dominus Iacobus de Columna, & dominus
Petrus,reſtituēs eos ad omnem gratiam eis ab-
latam à Bonifacio Papa.Regi Giamo ſiue Iaco-
bo Aragonum,cõfirmauit priuilegium ſibi col-
latum à Bonifacio de regno Sardiniæ. Quibus
peractis Papa cum ſuis Cardinalibus , & omni
curia profectus eſt reuertens Burdegalam , vbi
omnes Italici Cardinales, & alij fuerunt malè
viſi à Vaſconibus,& minus dignè tractati,Et to
tam curiam gubernabant Vaſcones & Gal-
lici.

Geſta Clementis quinti.

Pontifex Burdegalam ſe recepit.

In illa autem hyeme fuit intēſum frigus, ſed
maximè vltra montes adeo vt flumen Rhodani
ſolidaretur in glaciem, ita quòd liberè & tutè
homines tranſirent pedites & equites ſuper a-
quas congelatas.Similiter fluuius Rheni,& La-
moſa (aliàs Moſa)& Sena(aliàs Sequana)& Le-
ra(aliàs Ligeris) ac etiam mare Flandriæ con-
gelatum eſt.Vacauerat autem ſedes Romana an
te eum Clementem menſibus vndecim pau-
lominus.

Graue in hyeme frigus.

[a] *Clemens Lugduni Pontificatum iniit,tanto vn
dique concurſu,ſtudioque,vt nonnulli proceres,multi-
tudine mortalium,trepidationeque à turba oppreſſi,
obtritique ſint: Pontifex dum ſe circumſpiciendum
tota vrbe circumfert,equo laberetur,tiara excuſſa,ac
amiſſa ex ea longè maximi pretij gēma.Pulcher Rex
in periculo verſaretur,ruina muri vetuſtate , onere-
que ſuperſtantium procumbentis Ioannes Dux Bri-
tannus oppreſſus interiit.Aemil.lib.8. Sic ergo Cle-
mens 5.tranſtulit propter ſeditiones Italicas, quibus
mederi non poterat , magno Chriſtianorum incom-
modo, ſedem Pontificiam ab vrbe Roma Auenionem
Galliæ vrbem,vbi ſucceſſores manſere vſque ad Gre-
gorium 11.per annos 70.Volaterran.lib.22.Antbro-
pologiæ,Platina,Genebrard.*

Pontifex pacem in Italia ſtudet compó-nere.A.C.1306. iidem.

§. I.

ANNO igitur domini.1305.creatus fuit i-
ſte Clemens.5.Ab initio verò mũdi quin-
quies. 1249. Secundum maiorem nume-
rum ſexies. 1504. Cùm autem Florentini &
Lucenſes obſediſſent Piſtorium Clemens Papa
ad hoc ſolicitatus à cardinale Pratenſi ſibi ami
ciſſimo:deſtinauit duos ſolennes clericos Va-

ſcones legatos in Italiam, vt componerent pacẽ inter Albos & Nigros. Qui applicantes ad caſtra Florentinorum & Lucenſium obſidentium Piſtorium, mandauerunt eis authoritate apoſtolica: vt ſoluerẽt obſidionem. Et quia parere noluerunt, recedentes legati cenſuras excommunicationis & interdicti protulerunt contra eos, vt dictum eſt ſupra.

Sup. tit. 20 c. 9 §. 2

Mutinenſes ſe in libertate vẽdicant.

Eodẽ anno menſe Februarij domino Azoni marchioni Eſtenſi rebellarunt homines ciuitatis Mutinæ & Regij quas ciuitates diu poſſederat per tyrannicũ dominium, & erexerunt ſe in libertatem.

Bononienſes Gibellinos eijciunt.

Ipſo quoque anno menſe Martij cum ciuitas Bononienſis regeretur per partem, quæ dicebatur Alborum, & ſocietatem haberet cum Albis Gibellinis Tuſciæ & Romandiolæ populus Bononienſis, q naturaliter eſt partis Guelphæ cùm non grata ei eſſet talis gubernatio, & ſocietas cũ Gibellinis Tuſciæ & Romandiolæ qui ab antiquo fuerant eis inimici ad exhortationẽ & incitamentum Florentinorum ſumptis armis ſeditionem fecit, & manu armata eiecit de ciuitate ac comitatu omnes principales partis Albę ac Gibellinos, & exules Florentinorũ rebelles illos declarãs; prohibẽs ſub pœna ſubſtãtiæ omnis & vitę ne quis talium inueniretur in Bononia, & eius diſtrictu. Diligentemque eorum inquiſitionẽ fecerunt eos occidentes, ſi quos illarum partium inuenirent, ac colligationem fecerunt Bononienſes cum Florentinis & Lucenſibus Guelphi.

Dulcinus nouæ hæreſeos auctor. Blon. li. 9. dec. 2. ſumma cõ ciliorum. Bernardus Lutzemburgus, Prateolus.

Eodem anno in comitatu Nouarienſi prouinciæ Longobardiæ exorta eſt quędam hæreſis peſſima: cuius author fuit quidam frater Dulcinus vocatus: qui non erat religioſus alicuius regulæ approbatæ, ſed lupus ſub pelle ouina habitus religioſi. Hic zizaniam diſſeminans in medio tritici peſſimorum errorũ & inter cæteros aſſerens, quòd omnia debebant eſſe communia etiam mulieres ad commixtionem, quod quidẽ peccatum nõ erat, ſed actus caritatis, & quòd Papa & Cardinales cæterique prælati eccleſiarum non erant veri paſtores Eccleſiæ, cùm non ſeruarent vitam euangelicam: ſed ipſe erat verus Apoſtolus Chriſti dignus paparũ, cum pluribus alijs articulis falſitatis multos ſecum populares vtriuſque ſexus, vilis tamen conditionis ad illã hæreſim attraxit vſque ad numerum quatuor millium: qui habitabant in montibus & locis ſylueſtribus, vt animalia bruta. Cùm autem deficiebant eis victualia, prædabantur vndecunq; habere potuiſſent, tanquam omnia forent communia. Per duos autem annos permanſit talis congregatio hæreticorum. Sed quia (vt ait ſaluator) omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur: ideo ad nihilum redacta eſt. Et tædio victi paupertatis & incommodorum, qui eum ſequebantur, multi eum dimiſerunt ad fidem reuerſi. Demum captus ipſe hęreſiarcha cum quadam Margarita ſocia ſui erroris per Nouarienſes combuſti fuerunt cum multis alijs vtriuſque ſexus perſeuerantibus in pertinacia ſua.

Eodem tẽpore ſcilicet. 1306. Veronenſes, Brixienſes, & Mantuani, colligationem ſimul fecerunt ad bellum inferendum contra Azonem Marchionem Eſtenſem, qui tyrannicè dominabatur etiam Ferrariæ, eo quòd ſuſpectum eum habebant, ne ſibi vellet dominium Longobardiæ vſurpare: quia in vxorem duxerat filiam regis Caroli: vnde diſcurentes hoſtiliter per terras eius plurima damna intulerunt, multa eius caſtella auferentes. A. C. 1307.

Azo Eſtenſis Marchio moritur.

Sed anno ſequenti dictus marchio Azo congregatis magnis copijs de gentibus ex Pedemõtium regis Caroli vices illis communitatibus reddidit. Nam diſcurrens per terras ſeu territoria eorum, non minora illis detrimenta, vt hoſtis, perfecit. Non multò pòſt infirmatus dictus Azo Eſtenſis marchio grauiter viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt in miſeria opulenta. Et cùm legitimos filios non haberet, magna altercatio facta eſt inter cõſanguineos eius ſcilicet germanos & nepotes, cui eorum dominium traderetur. Illegitimus autem ex eo filius remanſerat vocatus Franciſcus. Hunc multum iuuabãt Veneti, vt familiarem & amicum eorum. Et ad ponendum illum in dominio patris nõ parũ laborauerũt, & pecunias plurimas expoſuerunt.

Anno domini. 1307. Eduardus rex Angliæ ſtrenuus & famoſus in orbe, tempore belli & pacis, ac benè fortunatus in arduis, bellum aggreſſus tam cõtra Saracenos, quàm contra Scotos & in Vaſconia contra Francigenas dominiũ accepit inſulę Landæ (hãc Hyberniam & Iuuernam periti, Irlandiam autem vulgus appellat) & omnium ciuitatum egregiarum Scotiæ. Et paulo ante mortem ſuam primogenito ſuo dedit in vxorem filiam Philippi regis Franciæ nomine Iſabellam, mulierem ſpecioſiſſimam inter ceteras, quod fuit ad perfectionem concordiæ initæ inter Francos & Vaſcones. Et in die Paſchæ coronati ſunt rex pariter & regina. Demũ rex ipſe Angliæ Eduardus de hac luce migrauit.

Clemens. 5. in Italiã pro pace componẽda legatũ mittit. Blõ. li. 9. dec. 2.

Anno verò præcedẽti ſcilicet. 1306. Clemẽs Papa indignatus contra Florentinos, quia non ſoluerãt obſidionem Piſtorij factam, prout per legatos ſuos mandauerat: deſtinauit legatum & procuratorem ſeu mediatorem pacis componẽdæ inter partes Italiæ dominum Neapoleonem Cardinalem de Vrſinis. Qui à Lugduno iter faciens ad Italiam Florentinis ſignificari fecit, q Florentiam ingreſſurus erat ad cõcordiam peragendum inter ipſos & exules eorũ, & gubernatores ciuitatis. Sed ipſi ſuſpectum eum habẽtes, honeſtè denegarunt ingreſſum eius in vrbem. Propter quod legatus excommunicauit certos officiales, & ciuitatem eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto: Inde profectum Bononiam propter eamdem cauſam, quia ſcilicet intẽdebat exules eorum in ciuitatem reducere, & fauere videbatur nimis Albis & Gibellinis ad inſtigationem etiam Florentinorum eum inhonorauerũt, per Bargellum ſuum ſub comminatione mortis mãdantes vt ciuitatem ipſam egrederetur. Quem inde recedentem, vt Imolam ſe cõferret: per comitatum Bononienſem trãſeuntem deprædati ſunt. Quamobrẽ meritò iratus contra eos ſententiã protulit excõmunicationis & interdicti, vniuerſitate etiã ſtudentium priuans, & quęlibet ſcholarẽ illuc euntẽ ad ſtudium excõmunicans.

Legatus contra Italos bellum parat. A. C. 1307.

Anno autem ſequenti ipſe legatus cardinalis accedens Aretium honorificè fuit receptus, & congregatis copijs ex amicis Eccleſię ex Roma, Romãdiola, Marchia, ducatu Spoletano, & exulibus

A. C. 1307.

libus Albis & Gibellinus Florentinis vſque ad numerum 1550. equitum: diſpoſuit bellum mouere contra Florentinos. Quod ipſi præſentientes cum amicis ſuis, congregauerunt exercitum maiorẽ, ſcilicet vſque ad numerũ trium milliũ equitũ & quindecim milliũ peditũ. Et proceſſerũt ipſi primò cõtra Aretinos & gẽtes per legatum adunatas. Et tranſeũtes per vallẽ Ambreæ fluuij omnia deuaſtantes, quæ eis occurrebant. Plura caſtella Aretinorũ capiẽtes & quæ erãt Vbertinorũ ſuis ditus exterminãtes. Et cùm obſediſſent Florentini caſtellum Gargoſæ, legatus conſilio habito cum ſuis, vt hoſtes recedere B faceret de illis partibus: finxit ſe velle cum copiis pergere contra Florentinos per Caſentinatem agrum, quaſi ibi haberet intra tractatum. Quod valdè timentes Florentini, vt zelotypi ſui ſtatus ſubitò noctu, omnes receſſerũt à loco remeãtes Florentiã ſine damno, ſed cum erubeſcentia.

Tractatus i. conuẽtio inter aliquos.

Exinde legatus pergẽs Cluſiũ & caſtrũ Plebis, cùm multos tractatus habuiſſet cũ Florẽtinis, de reductione exulũ in ciuitatẽ & pacificatione eorũ adinuicẽ, videns quia nihil proficeret, ſed in ventum verba iactarentur reuerſus C eſt ad curiam, dimiſſis dominis Prioribus excõmunicatis & ciuitate & comitatu interdictis. Et propter hoc Florentini de medicina ſumentes interitum, propter indiſpoſitionem eorum turbati, impoſuerunt onera grauia & importabilia clero. Et quia ſoluere non acquieſcebant, & meritò, obſtantibus canonibus plurimæ iniuriæ illatæ ſunt clericis & penſionariis eorum, ac eis qui poſſeſſiones eorum & Eccleſiarum ad effectum tenebant, vis facta eſt ad ſoluendum pro eis. Et exactores cum officialibus pergentes ad abbatiam Florentinam pro huiuſ D modi non fuerunt permiſſi intrare, ſed clauſis ianuis campanas monachi pulſare cœperunt pro ſuccurſu. Populus autẽ cum dyſcolis & de prædatoribus diripuerunt bona monaſterij, ignem etiam ſupponentes: nolarium etiam, quia pulſauerant monachi, illi deſtruxerũt vſque ad medium ex parte ſuperiori.

Clemens 5. Pictauos venit, & eius cum Philippo rege diſſidium ex Pandulpho Piſano, Ptolomæo Lucenſi & aliis, Platina.

§. III.

IPSO anno ſcilicet 1307. menſe Iunij cùm Papa Clemens ad inſtantiam regis Franciæ cum curia ſua ad ciuitatem Pictauenſem adueniſſet, ipſe rex Franciæ Philippus cum tribus filiis ſuis & domino Carolo Valeſiano, & Loyſius (aliàs Ludouicis) germanis ſuis & multis baronibus ſuis; ac cum comite Flandriæ cum ſuis filiis & fratribus venerunt ad illam ciuitatem, & firmata pace iã inita per Papam inter regem Franciæ & comitem Flandriæ cum F Flandrenſibus, rex Franciæ ſupplicauit Papæ, quòd ſextam petitionem, quam ipſe promiſerat regi vſque ad illam horam nondum expreſſam adimpleret, ſicut alias obſeruauerat. Et hoc erat vt memoriam Bonifacii octaui deleret de catalogo pontificum, ac combureret corpus eius & oſſa, aſſerens ſe poſſe probare contra illum per clericos ſuos, ipſum fuiſſe hæreſi infectũ, & plu-

A ribus aliis ſceleribus irretitum. Ad quam petitionem turbatus eſt Papa cum Cardinalibus in huiuſmodi: cùm rex multum inſtaret, vt impleret quod iuramento firmauerat ſibi facto, anguſtiæ erant illi vndique. Nam importunius ſe habebat [rex] ad offerendum probationes contra Bonifacium, & regi iuramento [Pontifex] ſe obligauerat, licet eum promiſſionis pœniteret, id in genere ſe facturũ. Et ex alia parte conſiderabat, quia hoc agere eſſet iniuſtum & impium dedecus Eccleſiæ redundans: cùm Papa Bonifacius in nullo de hæreſi argui valeret, ſed potius ex B lib. 6. quem edidit decretalium, oſtendebatur ſinceritas fidei eius. Sed & ipſe ſatis Eccleſiam exaltauerat in tuendis iuribus ſuis. Et ex Cardinalibus plures erant ab eo creati, inter quos erat Cardinalis Pratenſis. Vnde ſequebatur, quòd ſi damnari debebat memoria Bonifacij, etiam & Cardinales ab eo inſtitutos oportebat à dignitate ſua deiici. Quamobrem cõtrarij erant huic ſententiæ non ſolum, qui erant ſectatores nepotis Papæ Bonifacij, ſed etiã alij Cardinales, qui fuerant in electione Clemẽtis pro rege Franciæ.

Bonifacius Papa nulli hæreſi obnoxius.

C Cùm ergo pontifex perplexus eſſet inter has anguſtias, nam irritare regem ex violatione promiſſi durum videbatur & ſcandaloſum, implere verò promiſſum firmatum iuramento impiũ, & prælatorum perturbationi occaſionem præbens omnino apparebat. Super huius igitur ambiguitatis deliberatione ſollicitus pontifex, cõſilium ſecretum quæſiuit à domino Cardinale Pratẽſi, viro ſagaci, ſcripturarum peritiſſimo, & in agibilibus mundi experientiſſimo, qui & nouerat ſecretè tractata. Cui reſpondit, quod hic ſolum vnũ reſtabat remedium, videlicet diſſimulatio. Et quia regi ſignificaret rem vtique arduã D eſſe & difficilem, nec omnes Cardinales aſſentire huic rei. Et ideo, vt efficacius petitio ſua ſortiatur effectũ, opus celebrari generale conciliũ, & in ipſo cõcilio proponãtur articuli cõtra ipſũ Bonifaciũ, quod erit ad maiorẽ eius vituperationẽ, & ſtabilius firmari poterit proceſſus contra eum. Et ne impedimentum habeat negotium: ſolũ, vniuerſis publicetur edictum de concilio celebrãdo vniuerſali ad reformationẽ morũ, & quędã eccleſiæ proficua inſtituẽdũ, & tũc in eo cõgregato ſua petitio impleretur. Vt autẽ locus E ſit magis cõmunis omnibus quo ad ſitum, quòd aſſignetur illud celebrandũ Viẽnæ, vbi omnes nationes fideliũ ſatis aptè cõcurrere poſſunt. His propoſitis rex cõtradicere nõ valebit. Tu autem cũ curia illuc pergẽs eris extra territoriũ iuriſdictionis regis in tua libertate, nec tibi vel curiæ nocere valebit, placuit pontifici conſilium Pratẽſis, & illud executus eſt. Cùm autẽ hoc regi expoſuiſſet malè cõtentus fuit, quòd res ipſa tantum differretur. Verum etſi grauaretur in mente ſua tamen vidẽs ſe aptè contraire non poſſe, acquieuit placito.

Pratenſis Cardinalis conſiliũ datum Põtifici.

F Sicque pontifex de concilio celebrando publicè per orbem deſtinauit edictum. Pluraque etiam poſtulata à rege gratioſe conceſſit, vt etiã in concilio futuro quod poſtulauerat circa Bonifacium obtinere ſperaret. Poſt quæ rex Pariſios remeauit. Et inde filium ſuum primogenitum Aloyſium (ſiue Ludouicum) nomine in Nauarrã miſit cum multitudine procerũ, eũq; ibi in regem Nauarræ coronari fecit in ciuitate.

Viennẽſe Conciliũ indicitur.

A.C. 1308.

regis poſiti ſunt ad ſupplicium ignis: paulatim ſcilicet eos comburendo. Qui tamen inter ſupplicia tam crudelia expreſſe aſſerebant religionem illorum ſemper fuiſſe & eſſe catholicam & iuſtam, commendando ſe Deo & ſanctis eius. Frater quoque Delphinus eodem modo per ignem migrauit ad Dominum. Frater Hugo de Paraldo cum ſocio ſuo timore cruciatus, ne talia paterentur, confeſſi ſunt coram omnibus: & iterum affirmarunt, quod dixerunt coram papa & rege, ſcilicet de aliquibus erroribus & ſceleribus dictæ religionis, ſicque euaſerunt mortem. Qui tamen poſtea miſerabiliter interierunt.

Hugo de Paraldo in confeſſione ſcelerum perſeuerat.

A multis tamen a optimatibus dicebatur illos innocentes, & ſine iuſta cauſa fuiſſe damnatos, vt per hoc vſurparentur bona eorum: vnde per papam poſtea bonis ſolum ſpoliati fuerunt, & bona eorum locorum applicata manſioni ſancti Ioannis ſeu hoſpitalis. Sed quia iam occupata fuerant à rege Franciæ, & diuerſis aliis principibus: oportuit ea redimi multa pecunia, quamobrem effecta eſt paupercula dicta religio. Multa autem aduerſa paſſus eſt poſtea rex cum filiis ſuis: quæ creduntur eis accidiſſe propter iniuſtam occiſionem eorum, & capturam Bonifacij papæ per eum procuratam. Multi quoque exiſtimantes, illos ſic iniuſtè ad mortem cruciatos, vt martyres venerati ſunt, accipientes deuotè corpora eorum, & oſſa.

Templariorum bona hoſpitalariis addicuntur qui ea redimere compelluntur. vide infrà c.3. ante §. 1.

a De Templariis iurene an iniuria condemnati & abrogati ſint varia eſt ſcriptorum ſententia, nonnulli enim ſunt, qui eos iniuſtè fuiſſe damnatos conqueruntur, quibus D. Anton. hoc loco videtur accedere. Alij verò iuſtè fuiſſe cruciatos tradunt. Blond. lib. 9. dec. 2. ſcribens. Et maioris maleficiis Templarij multis ante annis in Aſiæ bellis, quæ aduerſus infideles geſta ſunt conuicti, omnium perniciosiſſimi, Chriſtum enim ſpernentes blaſphemantesque ac veritus deridentes, pro quo ipſi pugnare conſueuerant, eos Turcis & Saracenis conſenſiſſe, & noſtrorum expeditionibus fuiſſe aduerſos conſtituit. Vnde multis eorum vario affectis ſupplicio, cæteri omnes prædiis reditibuſque quæ poſſidebant, amoliſi ſunt, ſpoliati ſunt quæ partim conceſſa ſunt Rhodiis Hieroſolymæ hoſpitalarij, partim nouis attributa religionibus in Hiſpania aduerſus Saracenos Beticam olim nunc Granatam incolentes à Pontifice inſtitutis. Aluarus etiam lib. 2. de Planctu Eccle. Templarij inquit propter ſua flagitia ab Eccleſia reprobati ſunt, & ſubito deſtruuntur cunctis mirantibus. Idem ſentiunt Volater. lib. 21. Anthrop. & Plat. & hiſtoriographi Galli, & Sand. lib. 7. de viſib. monar. Cæterum ſi errores ipſorum velimus miſſos facere & ea quæ de eorum geſtis à Tyrio aliiſque recenſentur conſiderare, non iniuria ſublatos eos fuiſſe comperiemus. Nam in primis Tyrius lib. 2. cap. 7. ſic de eis ſcribit. Qui cum diu in honeſto ſe cõſeruaſſent propoſito, profeſſioni ſuæ ſatis prudenter ſatisfacientes, neglecta humilitate, quæ omnium virtutum cuſtos eſſe dignoſcitur, & in imo ſponte ſedens non habet vnde caſum patiatur, Domino patriarchę Hyeroſolymitano, à quo & ordinis inſtitutionem, & primi beneficia ſuſceperant, ſe ſubſtraxerunt, obedientiam ei, quã eorum prædeceſſores eidem exhibuerant denegantes. Sed & Eccleſiis Dei eis decimas & primitias ſubtrahentes & eorum indebitè turbando poſſeſſiones facti ſunt valdè moleſti. Idem lib. 17. cap. 27. vehementer eos auaritia arguit, quod in obſidione Aſcalonę, dum euperent ſoli vrbis prædà ditari, & ſeſe in præſentiſſimũ vitæ diſcrimẽ obiecerũt, & ne ciuitas tũc caperetur cauſa fuerunt. Sed quod noſtro hieroſolymorum regno maximam attulit perniciem, fuit contra omne ius gentium legati Aſſaſinorum ab eiſdem facta cædes, de quo idem lib. 20. cap. 32. & D. Anton. tit. 17. cap. 9. §. 7. Alexander quoque tertius de Templariis in Conc. Lateranen. par. 1. cap. 9. porrò conqueſtus eſt quòd abutentes priuilegiis à ſede Apoſtolica conceſſis, robur epiſcopalis auctoritatis eneruarẽt. Honorius etiam 3. lib. 5. Decre. tit. 35. de purgatione vulgari cap. 3. accuſat Templarios, quod in Liuonia, ſi quando de aliquo crimine infamarentur Chriſtiani, eos ferri candentis iudicium ſubire compellerent. Duo item Templarij milites D. Thomam Cantuarienſem ad impij regi Henrico aſſentandum deceperũt, vt eſt in vita eiuſdem apud Sur. tom. 2. Denique quo tempore rex ſanctus in Syria bellum gerebat Magiſter Templi cum Soldano Aegypti per quoſdam internuncios de pace tractatus habuit, quod regi Sãcto mirè diſplicuit, & ob id quaſi de proditione ſuſpectum habuit, vt refert D. Anton. titul. 19. cap. 9. §. 1. Ad hoc quod in Concilio Viennenſi Templarij fuerunt condemnati, vt multi tradunt, & ſignificat D. Anton. infrà cap. 3. ante §. 1. Porro Concilium eos condemnaſſe ſi fuiſſent innocentes, non eſt credendum in Germania cùm apud Moguntiam Petrus Archiepiſcopus Pontificis ſententiam contra Templarios exequi vellet, Hugo cum viginti ſui ordinis militibus ad eum peruenit, atque ſe cum ſuis ad Pontificem maximum qui Clementi ſuccederet prouocare except.

Templarios multi iuſte exſos referunt.

A.C. 1308.

Motus Italici & variæ per orbem eo tempore geſta narrantur. Blon. ibi. & alij.

§. IIII.

DE nouitatibus & mutationibus, quæ acciderunt anno Domini 1308. in diuerſis regionibus Menſe Auguſti cum Guelphi obſiderent caſtra Vbertinorum liga Gibellinorum de Romandiola ſimul congregati cum amicis ſuis contra eos, profecti in bellum profligauerunt eos, & victoriam obtinentes duo millia Guelphorum occiderunt inter pedites & equites. Sequenti verò menſe April. populus Parmenſis factione Orlandi de rubeis & amicorum eius eiecerũt de Parma Dominum Gilbertum de corrigia ibi tunc dominãtem. Quamobrem dictus Dominus Gilbertus ſocietatem iniit cum Mantuanis & Veronenſibus, & per matrimonium affinitate ſe coniunxit cum illis de ſcala. Sequenti verò Iunio proceſſit præfatus Gilbertus verſus Parmam cum adiutorio Domini Canis de ſcala & Mantuanorum in bellum. Parmenſes autem egreſſi ad pugnam contra eum, ſuperati ſunt & profligati. Vnde Dominus Gilbertus ingreſſus Parmam recuperauit dominium eius quod amiſerat. Et eiectis rubeis de vrbe inimicis eius decollari fecit viginti nouem populares, qui fuerant cauſa ſuæ expulſionis.

Liga. i. factio.

Anno eodem Calendis Maij, rex Albertus de Alemannia, qui electus fuerat imperator, cũ per nauigium tranſiſſet quemdam fluuium & de

A.C. 1318.

Albertus imperator à nepote necatur Na.ge 44. Aemy.li.8.

de naui in terram deſcenderet[a] nepos eius interfecit eum gladio: ex eo quia occupauerat & vſurpauerat ſibi partẽ ducatus Auſtriæ, ad ſe iure hæreditario pertinentem.

Eccleſia Lateranenſis comburitur.

Ipſo anno menſe Iunij ignis à caſu ſuccenſus eſt in palatio papali ſancti Ioannis Lateranenſis in vrbe, combuſſitque omnes habitationes canonicorum eius ac totam eccleſiam, & domos omnes per circuitum. Solum remanſit ipſa capella, quæ dicitur ſancta ſanctorũ, quæ teſtudinata erat, & ibi capita apoſtolorum Petri & Pauli cum reliquiis aliorum ſanctorum quieſcebant: vnde maxima iactura ſecuta eſt ex rebus conſumptis ibi ab igne, & ædificiis deſtructis. Propter quod papa Clemens hoc audito, miſit magnam quantitatem pecuniæ ad reparãdum deſtructa, pulchriorque reædificata eſt eccleſia cum palatiis, quam prius eſſet: ſed cum maxima pecuniæ impẽſa, pluribuſque annis cõſummatum eſt opus.

Carolus de Amelia Florentia clam aufugit Ioan. Villanus in Chron. Floren.

In illo tempore cùm quidam Dominus Carolus de amelia germanus primi executoris iuſtitiæ in Florentia officio Poteſtatis fungeretur multaſque iniuſtitias feciſſet corruptus pecuniis, ſatiſque notorium eſſet iam in ciuitate: timens ſibipſi ne in ſyndicatu ſuo poſt depoſitionem officij detineretur: & iuſtitia mediante cõdemnaretur, in nocte natiuitatis beati Ioannis baptiſtæ occultè cum familia ſua aufugit inſalutato hoſpite: propter quod condemnatus fuit ex fraudibus ſuis inuentis. Ipſe autem ſecum portauit ſigillum communitatis, in quo erat expreſſa figura Herculis, ſpetans per hoc inde poſſe recuperare ſalarium ſibi ex officio debitum, & à banno liberari. Cumque diu tenuiſſet, communitas non curãs, aliud ſigillum ſumpſit, ſignificando aliis locis caſum, ne cum ſigillo eorum literas falſificaret. Demum germanus dicti Poteſtatis clam auferens illi dictum ſigillum, remiſit Florentiam. Et exinde ſtatutum fuit vt nec Poteſtas, nec Priores ciuitatis tenerent illud ſigillum communitatis: ſed conuerſi ordinis Ciſtertienſis, ſcilicet de ſeptimo illud cuſtodirent, & tenerent moram trahentes in palatio dominorum.

Bãnum.i. proclamatio contra aliquem facta.

In caſtro S. Miniatis ſeditio

Anno prædicto menſe Auguſti in caſtro ſancti Miniatis Teutonici principales familiæ, ſcilicet Malpighi & Mãdagori, quia popul' reſtringebat eos, ne dominium ſumerent ciuitatis, vt cupiebant, indignati, conuenientes in vnum cõcorditer tractarunt populum ſibi ſubiugare: vnde conuocatis eorum amicis armata manu inſurrexerunt contra populum, & profligauerunt populum multis ex eo interfectis, captoſque eius capitaneos decapitauerunt, omniaque eius ſtatuta & ordinationes combuſſerunt, ipſumque populum ſibi ſubiectum renuerunt quouſque inter illas duas diſſenſio & altercatio

a *Ioannes qui patruum Cæſarem interfecerat, permotus parricidij pœnitentia, Clementem adiit, vt expiaretur, ac quas iuberet Pontifex pœnas daret, reiecit eum Pontifex ad Henricum, adiret illum, conſuleretque, quodnam piaculum expetendum videretur: arbitrio e ium Cæſaris percuſſorem Cæſaris luere debere. Iuſſit eum Cæſar Eremitarum ſepto clauſum quicquid reliquæ vitæ foret agere. In Italia Piſis D. Auguſti ſe inuenis dicauit. Aemyl.*

A.C. 1318.

Aretius Tarlatos eiciunt.

orta eſt. Tunc etiam menſe Ianuarij populus Aretinus conſilio Vguitionis Fagiolani, qui quærebat ſibi illius ciuitatis dominium vſurpare, expulit de ciuitate ipſa Dominos qui dicebantur de Petra mala, Tarlatos nuncupatos: quia iniurias multis de popularibus inferebãt. Et paulò poſt Guelphos prius exules per viginti & vnum annos in ciuitatem reduxerunt. Qui verò ciuitatem gubernabant, mixti Guelphi cũ Gibellinis, vocari ſe faciebant partem viridem. Ij mittentes oratores Florentiam pacem petierunt cum eis, prout Florentinis placuit, & obtinuerunt, licet parum permanſerit. Tunc etiam Domini, qui dicebantur Vbaldini, concordiam ineuntes cum Florentinis, ciuitatem intrarunt, offerentes ſe ad omnem obedientiam communitatis, & fideiuſſionem ſufficientem communitati dederunt, promittentes tranſitum alpium tutum tenere viatoribus. Et communitas eis veniam dedit de exceſſibus contra communitatem in præteritum perpetratis, ſuſcipiens eos in ciues ſuos & diſtrictuales ac fideles ſubiicientes ſe oneribus communitatis.

De electione noui imperatoris ſecundum Chron. Floren. Naucle. gener. 44. Aem. li. 8.

§. V.

ſup. §. 4.

INTERFECTO Alberto imperatore vt dictum eſt ſuprà, cùm vacaret imperium anno Domini. 1308. electores imperij erant inter ſe in magna altercatione in Alemannia, de perſona, quam deberent ad dictam dignitatem eligere. Rex autem Franciæ Philippus audita vacatione imperij, cogitauit facilè poſſe imperiũ redire ad Francos, ratione ſextæ promiſſionis factæ ſibi à papa, ſi operam daret, vt papa crearetur, prout factum eſt. Nam cũ explicaſſet iam eam videlicet in delendo quicquid geſtum foret per Bonifacium & memoriam eius, ad quod Papa ſe difficultabat, & in poſterum hoc offerebat agendum: arbitratus eſt rex commutari facere, quod fuerat poſtulatum ab eo: in ſibi vtilius & honorabilius negotium, vt videlicet loco prædictæ petitionis, hoc concederetur: vt papa operam daret, vt Dominus Carolus Valeſianus frater eius eligeretur in imperatorem. Quod ſatis æquum & exequibile videbatur, cũ Bonifacius Papa hoc ei promiſiſſet, & ad hoc ipſe multa fecerat pro eccleſia. Sed & olim imperium fuerat apud Francos tempore Caroli magni, tranſlatum à Græcis ad eos, ſic poſſet transferri de Teutonicis ad Francos.

Rex Franciæ Romanorũ imperium in Franciam trãsferre cupit.

Rex igitur ſecretum concilium habuit ſuper hoc cum Domino Carolo præfato, & poſtmodum cum baronibus & conciliatiis ſuis, Quod omnibus placuit. Et ſumpta determinatione, vt propter hoc exequendum nullis parceretur expenſis ad congregandas copias, Dominus Carolus cum magna comitiua procerum præparauit ſe ad eundum Auenionem, & viſitandum pontificem tunc cum curia ſua ibi reſidentem ſub pretextu ſolicitandi ipſum ad implendum promiſſa circa Bonifacium papam condennandum, re autem vera ab eo petiturus

imperium

A.C. 1308.

imperium Romanorum. Ordinauerat autem ſe cum ducere circa ſex millia armigerorum, vt nullus auderet propter tantam multitudinem ſe opponere ei, quod intendebat. Sed omnipotens Deus (qui diſſipat conſilia principum, & reprobat frequenter cogitationes populorum quoniam vanæ ſunt) non permiſit rem ipſam ſuum ſortiti effectum, ne eccleſia regno Franciç ſubiiceretur. Nam & ſi conſilium ſecretiſſimum habitum fuerat de re ipſa, & mandatum omnibus omnino celandum, tamen vnus ex conſiliariis intimauit ſecretò pontifici, quod deliberatum fuerat. Qui pontifex ſecretū ſibi reuelatum intimauit cardinali Oſtienſi ſcilicet Pratenſi, quid agendum foret conſulens.

Carolus Valeſianus Pontificem adit.

At cardinalis Pratenſis præfatus, qui iam indignationem conceperat contra regem Franciæ, propter poſtulationes eius inordinatas & graues, præcipuè illam, quod deleretur memoria Bonifacij cum omnibus geſtis per eum: vnde & ipſe Pratenſis creatus cardinalis à Bonifacio deponendus cum aliis pluribus veniebat, quod etiam Papa ęgrè ferebat: Pratenſis inquã cardinalis ait, Pater ſancte, hic non eſt aliud remedium ad obuiandum, ne eccleſia ſubiiciatur regi Franciæ, niſi iſtud, quòd quàm citiſſimè ſecretò ſignificetur electoribus imperij, quòd procedant ad electionem noui imperatoris ſine mora aliqua, aliàs imperium in procinctu deuolueretur ad Francos. Quod totum expediatur, antequam rex veniat ad hoc poſtulandū. Placuit pontifici conſilium id. Et addidit. Pro quo ſcribemus, vt aſſumatur ad imperium. Cardinalis verò ſagax, intendens prouidere non ſolum eccleſiæ ſanctæ, ſed etiam parti Gibellinæ, cui videbatur fauere, reſpondit. Ego percepi à pluribus, quòd comes Lugunburgi (aliàs Luxẽburgi) hodie eſt notabilior homo, qui ſit in Alemannia, in armis ſtrenuus & magnanimus, fidelis in negotiis agendis, ac vir catholicus: vnde ſi aſſumatur ad eam dignitatem, non dubito, quin ſit fidelis eccleſiæ, obediens tibi & multa acturus magnifica pro chriſtiana religione. Nō diſplicuit pontifici vir nominatus, cùm & ipſe laudabilia de illo audiſſet. Sed quomodo (inquit) faciemus, quòd cardinales non aduertant & qui ſunt amici ex eis, regi, non ei inſinuent? Reſpondit cardinalis. Literas tuas ſecretas paruulo ſigillo ſignatas deſtinato ei & electoribus. Et ego etiam per meas materiam plenius explicabo, quas familiaris meus deferet, cardinalibus hoc ignorantibus. Hoc totum impletum eſt, & miſſis literis per fidelem nuncium ſecretò, ipſiſque redditis poſtquam applicuit: intra octo dies congregati principes ad quos ſpectabat electio in Magdeburgo, nemine diſcrepante elegerunt in regem Romanorum Henricum comitem Luxemburgi, qui fuit Henricus ſextus. Ideo autem feſtinauerunt electionem, quia Pratenſis cardinalis per ſuas ſignificauerat literas quòd citò ſe expedirent, & talem eligerent, aliàs imperium deuolueretur ad Francos. Facta igitur electione dicti Henrici diuulgatum eſt hoc in curia Papæ nec non & in curia regis Franciæ. Quibus auditis rex Franciæ, qui ſe præparabat cum maxima comitiua proficiſci ad curiam pro negotio imperij conſequendi, videns ſe fruſtratum ſpe ſua indignatus eſt, & nunquam fuit poſtea amicus papæ.

Pratenſis de imperatore deligendo cōſilium.

Comitis Luxẽburgi qui & Henricus 6. imperatoris electio.

Henricus vj. imperator deligitur.

De confirmatione Henrici imperatoris electi ex induſtria: ne Franci imperium vſurparent de quo Ioannes Villanus, Albertinus Muſſatus, Ioan. Cuſpin. Onuph. Aemyl. alij.

CAP. II.

De electione & confirmatione imperatoris Romanorum, & multis aliis nouitatibus in Italia, & aliis partibus mundi contingentibus. Anno igitur Domini. a1308. ab initio mundi ſecundum minorem computum quinquies. 1272. ſecundum verò maiorem numerum, ſexies. 1508. ab electoribus in Alemannia electus fuit imperator ſeu rex Romanorum Henricus comes Luxemburgi, & imperauit annis. iiij. & menſibus. vij. à ſuſceptione coronæ. Et pro confirmatione eius miſſi fuerunt ad curiam Papæ comes Bauariæ, cognatus eius, & Dominus Guidu de Namurco frater comitis Flandriæ. Quibus aduenientibus & honorificè à Papa, & cardinalibus ſuſceptis, patefacta electione confirmatus eſt in regem Romanorum præfatus Henricus. Et per pontificem ordinatum fuit, vt duo ex cardinalibus ſcilicet Dominus de Fliſco Genuenſis, & Dominus Pratenſis Nicolaus legati mitterentur in Italiam, & in ſuam ſocietatem iungerentur, quoniam vltra montes imperator proficiſceretur: qui cardinales ex parte Papæ & autoritate eis commiſſa mandarent vniuerſis regionibus & perſonis, vt reciperent dictum Henricum imperatorem: & ei in omnibus obedirent. Confirmatus igitur immediatè profectus eſt Aquiſgranum in Alemannia cum baronibus & prælatis Alemanniæ. Et ibi ſolemniter coronam primam accepit ab archiepiſcopo Colonienſi in præſentia ducis Brabantiæ, & comitis Flandriæ & comitis Aynaldi, & aliorum baronum de Flandria.

Henricus 6. imperator cõfirmatur.

Imperator Aquiſgrani coronatur 8. Id. Ian. 1309.

Eodem anno cùm rex Aragonum ſe præpararet ad inuadendum & capiendum inſulam Sardiniam, & iam requiſiuiſſet Florentinos & Lucenſes in adiutorium ſuum contra Piſanos, qui illam inſulam poſſidere videbantur: ipſi Piſani miſerunt oratores ſuos ad regem Aragonum, in tribus galeis cum multa pecunia. Qua recepta: ab executione talis propoſiti deſtitit ex toto.

Aragonū rex Sardiniam Piſanis remittit.

Eodem tempore fratres hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, qui vulgariter dicuntur Fratri, procuratis magnis & amplis priuilegiis indulgentiarum à Clemente Papa erga porrigentes manus adiutrices in profectione vltramarina contra infideles, ad inuadendum terras eorum, diſcurrentes per Italiam

Hoſpitalarij equites Rhodum Turcis eripiunt. Na. gene. 48. A.C. 1308.

a *Occiſo rege Alberto A.C. 1308. fuit interregnum menſium ſex, dier. 25. poſt quod Cæſar Imperator Henricus. 6. 14. ex Germanis occidentis imperator ex duce Luxemburgenſi 7. Cal. Dec. eodem anno factus eſt imper. an. 4. m. 9. d. aliquot. de quo Albertinus Muſſatus, Ioannes Villanus, Ioannes Cuſpinianus & alij ex Onuph.*

cum

A.C. 1308.

cùm prædicatoribus nunciantibus indulgentias illas,& exhortantibus ad eleemoſinas pro eo opere conferendas,multas pecunias congregarunt.Quibus ſuffulti ipſi,& magnus [a] magiſter eorum,cum claſſe ex Neapoli ſe mouentes, mari tranſito, inſulam Rhodum,quæ in Turcia eſt,prælio obtinuerunt cum magno damno Saracenorum & Græcorum.

Eodem anno ſcilicet. 1308. menſe Ianuarij Veneti bello nauali procedentes contra ciuitatem Ferrarienſem,quæ eſt de iuriſdictione Eccleſiæ Romanæ,eam ſibi vſurparunt, eiecto inde Domino Franciſco Eſtenſi,qui ab Eccleſia illam,vt vicarius retinebar.Et propter hoc Veneti ipſi fuerunt excommunicati à Papa Clemente,& alij graues proceſſus fuerunt contra eos fulminati. Conceſſa fuit magna indulgentia per duos legatos in Longobardiam deſtinatos,pro recuperatione eius pergentibus in bellum in adiutorium Eccleſiæ,Demum adiutorio Bononienſium,& aliorum de Longobardia Ferrariã recuperauerunt in ſuam,qui pro Eccleſia erant, excepto caſtro ſeu fortalitio,quod dicitur Thedalpam valdè munitum & forte, quod Venetis remanſit. Eodemque menſe Veneti per copias Eccleſiæ fuerunt profligati ,& deuicti iuxta Francolinum.

Ferr ria eſt Eccleſiæ Romanæ.

Carolus 2. rex Apuliæ moritur & Robertus filius ei ſuccedit. Blond. lib. 9. dec. 2. Aemyl. lib. 8. A.C. 1309. 4. Nonas. Maij.

§. I.

ANNO verò Domini. 1309. de hac luce migrauit Carolus. ij. rex Apuliæ. Hic quidẽ fuit valdè liberalis & gratioſus,ita vt diceretur alter Alexander,& ſi in munificentia,ſed non in arte bellandi & induſtria aut fortuna ſimilis. Et in ſenectute ſua effœminatus poſuit maculam in gloria ſua libidine victus. Succeſſit autem ei in regno [b] Robertus,primogenitus eius.

a *Hic magnus Magiſter Ioannes Villaretus dictus eſt. Plenior autem huius belli narratio ex lib. 5. Com. Belli ſacri cap. 12. hæc eſſe poteſt. Pontifex quinque & viginti triremes pecunia ea atque militibus inſtruxit. Genuenſes decem publica impenſa ornauit. Carolus 2. Siculus rex petentibus ære,armis, nauigijsque adfuit. Quibus omnibus inſtructi Rhodum inſulam,quam Turcæ Saracenis eripuerant, poſt multas cruentiſſimas oppugnationes æquis conditionibus cum aliis quinque adiacentibus inſulis, Nicaria, Epiſcopia, Iolli, Limonia, atque Sirana in poteſtatem redigere, imperataque facere coegere 18. Cal. Sept. 1308. hinc Ioannitæ abdicato Hoſpitalariorũ nomine equites Rhodij dici voluerunt. Inſulam ducentorum quatuordecimque annorum ſpacio hi deinde ita munitam reddiderunt,vt quicquid in mari Chriſtianis reſtabat,integrum conſeruarint,cæteroſque peregrinos qui Hieroſolymam proficiſcebantur,tutarentur. Sed tandem à Solimanno 2. propugnatrix inſula deſerta ab omnibus principibus lugenda deditione iterum occupatur an. 1522. 8. Cal. Ian. qua vna re noſtrorum vires acciſæ,Turcorum auctæ ſunt. Hæc ille.*

b *Robertus poſt Carolum patrem ex duce Calabriæ rex factus 13. A.C. 1309. 4. Non. Maij, coronatus Auenione à Clemente Papa quinto 6. Id. Sept. regnauit an. 33. men. 8. d. 16. Onuph.*

A.C. 1309.

dux Calabriæ. Qui cum magna comitiua baronum per mare tranſiuit in Prouinciam , exinde ad Clementem papam pro corona,& ab eo coronam accepit regni Apuliæ & Siciliæ. Ac etiam dimiſit ei debitum,quo tenebatur pater eius & auus Eccleſiæ, in ſubſidio eis præſtito in bellis contra Siculos,quod erat trium millium vnciarum auri.

Menſe quoque Maij apparuit poſt principium noctis in aere magna flamma ignis in quantitate vnius galeæ diſcurrendo à parte aquilonis vſque ad meridiem. Quod viſum fuit prodigium per totam Italiam. Alij interpretati ſunt fuiſſe prognoſticum futuri de proximo aduentus imperatoris in Italiam.

Proximo dehinc anno ſcilicet 1309. quieta fuit ab externis bellis. Domi autem ſeditiones inſuper exortæ graues,& à ciuibus arma ſumpta ex huiuſmodi cauſa Curtiũ Donatũ iampridem alieno fuiſſe animo in ciues ſuæ factionis diximus. Videtur porro id maximè periculoſum in præſtantibus viris: quòd virtutis meritorumque conſcij,arrogantes potius requirere honores,quàm ambitioſe petere ſuſtinent. At populorum ea ferè natura eſt , vt rogantibus & ambientibus magis concedãt. Ea contentio ad arma plerumque,& ciuile bellum prorumpere conſueuit,cùm & præſtantes viri aduerſum ingratitudinem ciuium ſuorum conciti impetum animi regere nequiuerunt, & ciues ſuperbiam ac faſtidium ſummorum virorum cauillati,nõ iam pro ciuibus,ſed pro tyrannis regere criminantur. Quod tunc Florentiæ accidit. Neque enim prius ceſſatum eſt,vel à Curtio indignatione prouehi,vel à quibuſdam ciuibus illius ſuperbiam inquietudinemque accuſari,quã ad arma,& ſanguinem, ac ciuile diſſidium res prorupit. Cœperat iampridem Curtius motum omnem reipub. non cunctanter arripere , vt in poſtulandis rationibus pecuniarum publicarũ ſupra monſtrauimus. Eo fiebat , vt quicunque magnis in repu. viris infenſi reſiſtere vellent, omnes ad ipſum, tanquam ad patronum calamitoſorum,prohibitoremque iniuriarum concurrerent. Ille verò palam loqui,inſectari , protegere,denique laceſſere non formidabat. Per has quidem artes nomen eius viri,quod quondam nobilitatis columen eſſe conſueuerat , populare iam & plauſibile factum erat. Et delectabat plebẽ excelſa quædam & inuicta magnitudo animi,qua cæteris omnibus illa tempeſtate præcellere eminereque videbatur. Ipſe quoque hac ſubleuatus aura,nouas res crebro ſuſcitare, tela promere,armatorum cateruas domi habere, aduerſarios deterrere pergebat: Is Curtius in ciuitate ſic præualebat,vt cunctos authoritate & potentia ſuperaret.

Seditio orta Florentiæ ex Leo. Are.

Præſtantes viri in quo maximè peccent.

Curtius Donatius ſeditionis auctor.

Creſcentem in dies virum , multaque molientem,tandem quaſi tyrannidis affectatorem criminari cœperunt: occaſione freti quod ille haud multo prius defuncta vxore,affinitate noua Vguirionem fagiolanum hominem potentem domi , ac diuerſarum partium vel præcipuum aſſertorem,ſibi ſocerum adſciuiſſet. Hãc igitur affinitatem ſtatim,vbi de illa auditum eſt,carpentes aduerſarij,perinde quaſi imminerer libertatis periculum,arma properè inuaſerũt. Ille vim contra ſe parari ſentiens,arma corripuit

Curtius in ſuſpicionem Tyrannidis venit.

A.C. 1509.

ripuit, & vicinas domos ſuæ partis cõmuniuit. Sed plebis animos ab eo auerterant inimicorũ voces, miſſa pro certo auxilia venire à ſocero aſſerentes, quibus rẽpub. occupaturus eſſet. Itaq; conuenit apud eum non multitudo, quanta ſolebat, ſed familiarium duntaxat & amicorũ manus, qua etſi exigua fretus, ſe contra vim populi tutabatur, nec magiſtratui parebat vocanti formidãs inimicorũ calũniã contra ſe iactatam.

Curtius donatus accuſatur & damnatur.

Magiſtratus igitur inimicorum vocibus tumoribusq́ue exagitatus quoniam ille haudquaquã parebat, armis etiam ſe tutabatur, quaſi reũ dãnauit adeo iudiciorum ordine intermiſſo, vt eadem die accuſatum, eadem citatum, eadẽ condemnatũ fuiſſe conſtet. Ad ſententiã mox exequendã ire placuit, ac populi manus ad eã rẽ ex ordine iuſtitię accerſita, quæ poſtquam apud eũ conuenit, magiſtratus à prætorio mouens præeunte vexillifero iuſtitiæ cũ multitudine armatorũ, & ſocietatibus item ſub vexillis ſequentibus, populari impetu domos Curtij adierunt. Ille nihil magis deterritus, omnẽ vim populi parua ipſe manu deſtinere audebat. Et muniuerat aditus non armata modo acie, verum etiam impedimentis, quo facilius ruentis in ſe multitudinis impetum arceret. Ad ea loca poſtquã magiſtratus peruenit, aliquot horis acriter pugnatum eſt. Tandem redundante populi multitudine, & cunctis vndique complente, effractis proximarum domorum hortorumq́ue parietibus cum alij aliunde intra munitiones penè intraſſent: qui contra ſtabant omiſſa defenſione aufugerunt. Curtius ipſe cum paucis egreſſus vrbe, Caſentinati via fugam arripuit. Verũ miſſa poſt eum confeſtim equitum turma non longè ab vrbe fugientem conſequitur, & præliando ſiſtere compellit, ita circumuentus inimicorum multitudine demum occiditur. Interfecti ſunt & alij quidam cum eo, totaq́ue illius factio profligata. Hunc finem habuit Curtius Donatus vir proculdubio egregius, cæterum inquietior ciuis, quàm bonæ reip. conueniret. Fuiſſe verò ſuſpicionem vel calumniam potius, quod de tyrannide dicebatur, vel ex hoc intelligi licet, ꝙ apud collegium partium nunquam eius vel inimicũ vel aduerſum fuerit nomen adnotatum: cùm in cæteris huiuſmodi damnatis id fieri conſueſſet, quodq́ue agnati & familia nil diminuta gratia in ciuitate remanſerunt. Nec multò pòſt illius necem vlti ſunt: tanquam priuatam iniuriam publica manu factam.

Ille cõtra magiſtratum vim parat.

Tarlati Aretio expelluntur & Guelphi reuocantur. Leonar. Aret. in hiſt. Flor. Blon. lib. 9. dec. 2.

§. II.

PER idem ferè tempus, Aretini Tarlatum genus, ſic potens opibus, vt penè damnaretur, ſeditione facta pepulerunt, & Guelpharum partium homines, qui iam diu exularant, in vrbem reuocauerunt. Quibus rempu. capeſſentib. celeriter pax & ſocietas inita eſt cum Florentino populo, ac ſuperiori cõtentioni finis impoſitus.

Pratenſes Guelphos expellunt A.C. 1310.

Principio inſequentis anni ortis apud Pratenſes ſeditionibus, altera factio oppido pellitur.

A Eam rem in tam propinquo loco minimè ferendam cenſuit Florentinus populus, ſed patrocinio ſuſcepto pulſos reſtituit. Conſtabat verò eam turbationẽ Piſtorienſes quoque finitimos commouiſſe, qui non has modo, ſed & quaſcunque rerum nouarum occaſiones percupidè accepturi videbantur, infenſi maximè Lucenſium Dominatui in quos & veteri odio, et recenti dolore incendebantur. Itaque id veriti Lucenſes (eos namque & Florentinos vrbem partitos diximus) eſſe delendum funditus Piſtorium cen-B ſebant & Florentinos ad eam rem prouocabãt. Sed præualuit manſuetudo apud Florentinum populum, miſeratúſque antiquorum ſociorum caſum, non modo non conſenſit Lucenſium irę verumetiam Piſtorienſibus fecit animos ad ſe tutandum. Itaque dempto Florentinorum metu non viri modo, ſed & fœminæ & pueri & religioſi, omnis denique ſexus atque ætas die noctúque operi incumbentes foſſas purgare vrbis & diruta nuper mœnia feſtino reficere conatu aggreſſi ſunt: ſumma denique vigilantia & labore, vrbem ad aliquem modum communitam C à Lucenſibus defenderunt. Ita Piſtorium in ſuã rediit poteſtatem. Nec facilè dixerim maiori animo Florentinus populus eam vrbem ceperit an dimiſerit.

Sup. tit. 20. c. 9. §. 2. Florentini Piſtoriũ deleri vetant.

Piſtorium reficitur.

Eodem anno bellum contra Aretinos renouatum eſt. Tarlati enim diuerſæ factionis principes, quos ſuperiori anno pulſos Aretio diximus opera maximè Vguitionis Fagiolani in vrbem redierunt, & diuerſarum partium homines, qui nuper reuerſi fœdus cum Florentino populo renouarant, improuiſò aggreſſi, poſt multam cædem eiecerunt. Ea de cauſa miſſæ confeſtim e-D quitum peditúmque copiæ in agrum Aretinum exulibus coniunctæ, magnas regioni intulerunt clades incendiíſque & rapinis cuncta fœdarunt. Ita bellum ex integro renaſcitur.

Per idem tempus legato Romanæ ſedis contra Venetos bellum gerenti (quia vt dictum eſt ſuprà Veneti vſurpauerant Ferrariã) auxilia equitum Florentini miſerunt. Id ſuo ne ipſi motu an rogatu illius fecerunt, quo gratiam recõciliationémque promererentur, haud ſatis compertum habetur. Cæterum is legatus paulò pòſt Venetis magno fuſis prælio beneficentiæ memor E interdictum ſuſtulit, & ciuitati reſtituit ſacra. Hoc tandem modo reconciliata vrbs in gratiã rediit. Nam Veneti à legato cardinale, qui nepos erat papæ cum copiis ſuis, inter quas etiam erant Florentini ita ſunt debellati & ſuperati, vt ad ſex millia exercitus Venetorũ mortui ſint in bello, partim occiſi: partim in Padum ſubmerſi, & ſic ex tota eccleſia recepit Ferrariam cum caſtro Thedalpi.

Florentini aduerſus Venetos Pontifi cem iuuante. ſup. ante. §. 1.

Veneti à legato Põtificis iterum vincuntur.

Eodem anno copiæ in fines Volaterranorum, deductæ grauiſſimas contentiones inter Geminianenſes ac Volaterranos pro finibus agrorum coortas, de quibus iam ſimul digladiabantur, ſe-F mouerunt, ac limites agris ex arbitrio poſuerunt, ne ampliùs de his ambigeretur.

Extremo eius anni equites treceti ac pedites circiter ſexcenti Florentia profecti per medios Aretinorum fines iter facere pertexerunt, vt Typhernatibus ſociis, & amicis, qui per id tempus ab Aretinis bello præmebantur opem ferrent. Audax cœptum ac penè temerarium finem

A.C. 1310. Eorundē de Aretinis victoria.

habuit proſpetum. Nam cum relicto ad læuam A Arno in viam Peruſinam deſcendiſſent & Cortonam verſus iter facerent, Aretini raptis poſt eos copiis, quia paucitatem ſpernebant, nullo neque ordine neque duce, ſed ſola voluntate, vt quiſque celeritatis habuit, delati ſunt. Ita rari & impatati ruentes, aliquot ea die detrimenta ſuſceperunt, & ceciderunt præcipui nominis duo Vannes Tarlati filius è familia nobili, & Vguitio Gerardinus exul Florentinus. Signa millitaria Aretinorum tria victores capta retulerunt.

Florentini in Aretium mouent & oratores Henrici Cæſaris audiunt. iidem. A.C. 1310.

§. III.

Proxima dehinc æſtate Florentini ex ſociis contractis vndique copiis, in Aretinos duxere. Cùm in agrum Aretinum perueniſſent co- iuncti Aretinis exulibus apud domum veterem poſuerunt caſtra. Inde crebris præliis vrbem aggreſſi, expugnare nitebantur. Dū apud Aretium eſſet Florentinorum exercitus, oratores Henrici nuper ad imperium electi Florentiam venerunt. Hi cùm publicum auditorium ſibi poſtulaſſent, Priores ciuitatis vocato ampliſſimorum ciuium concilio, dicendi, quæ afferrēt fecerunt poteſtatem. Oratores pleraque oratione in laudandis tollendiſque virtutibus noui principis abſumpta, cum verborum grandi eloquētia diuino ſimul humanoque conſenſu prouectum ad tantæ dignitatis faſtigium demonſtraſſent: tria ſubinde propoſuerunt. Aduentum eius in Italiam cum validiſſimo tremendoque exercitu, ex inuictiſſimis illis aſperrimiſque nationibus proximo tempore futurum. Eſſe præterea ſui propoſiti Florentiam adire pacis [componendæ] conſtituendæque vrbis cauſa. Itaque parari ſibi receptum iam inde commonere. Inſuper moleſtū eſſe principi Aretinos bello premi. Cùm ſi quid ab illis ſociiſque diceretur admiſſum, fuiſſet ad ipſum potius deferendum iudicem, & ſic vindictam expoſcere conueniat q̄ authoritate [propria] vltum ire. Qua propter iubere vti deſcendant ab armis, Aretinoſque vltra perſequi deſiſtant.

Oratores Henrici. 6. Florētiam venerunt.

Responſum eſt oratoribus datum in hunc maximè modum: Letitiæ cunctis eſſe debere talis principis, qualem ipſi prædicent aſſumptionem. Quod verò nunciet ur eiuſdem in Italiam tranſitus cùm ferociſſimarum gentium exercitu id potrò vix credibile videri, imperatorem Romanum tantam vim barbarorum in Italiā, quaſi in hoſtilem terram adducere. Conuenire quidem Romano principi Italos contra barbaros non barbaros contra Italos ſecum trahere. Sperare tamen ſibi æqua moderatione æqua iuſtitia benè cuncta prouiſurum Florentinum populum: vt ſaluti dignatiq́ue ſuæ expedire cenſebit. Exercitum verò Aretium miſiſſe, vt Aretinos ciues, ſocios & amicos Florentini populi, quos diuerſa factio immaniter pepuliſſet, in vrbē reſtituerent: huius tam iuſti operis cauſa neminem ſibi ſuccenſere poſſe, præſertim cū ea factio, quæ vrbem teneat, pacem fregerit, & vltro intulerit

Florentinorū oratoribus Romani imperatoris datum reſponſū

bellum, & ad tyrannidem euerſionemq́ue ciuitatis manifeſtè contendat. Iuſtum principem, ſi eam rem cognouerit, laudaturum eſſe potius Florentinorum factum, quàm reprehenſurum. Sed expectare quo ad illi deferantur querelæ, in eo certiſſimam fore ſociorum perniciem, qui b⁹ poſtea, etſi cupiat princeps, mederi nō poſſit.

A.C. 1319.

Accepto reſponſo oratores Aretium profecti antequam vrbem intrarent, in caſtra peruenerunt. Ibi quoque ex principis authoritate cum eadem præcepiſſent: tantum abfuit, vt dicto pareretur: vt etiam in ipſorū oculis ſolito infeſtius B cuncta hoſtilia contra vrbem intentarent. Et oratores quidem noui principis in hunc modum abiere. Florentini verò aliquandiu circa Aretiū commorati: tandem cum vanam appareret expugnationem tentaſſe, præſidio apud Turritam duobus fere paſſuum millibus ab vrbe opportuniſſimo loco communito, Aretiniſque exulibus in eo relictis, vt inde bellum inferrent: ipſi vaſtato circa vrbem agro, omnibuſque vicis exuſtis Florentiam copias reduxere.

Florētini Aretij oppugnationem deſeruntunt.

Aduentum imperatoris in Italiam quæ ſint conſecuta. iidem.

C

§. IIII.

Henrici fama per id tempus indies magis creſcebat. Variiq; rumores afferebātur, & iā ex Germania in Galliā trāſiſſe aſſeuerabāt, circaque Rhodanum Lauſanumque lacum audiendis ciuitatum legationibus, comparandiſque copiis, quas traduceret, immorari. Legati verò frequentes ab Italia ad illum currebant. Exules Florentini, quoſcunque non impediebat egeſtas, ad eum confluere dicebantur. In hac ſuſpicione ciuitas, quid agendum foret conſultabat. Erant quibus optimum videretur legationem mittere, ne principis maiorem in modū D alienaretur animus. Inclinare quidem illius mētem haud difficile fore præſertim pecuniarum indigentem, quas ab exulibus ſpetare nequaquàm poſſet, barbarorum animos cupiditate & auro ſingula metiri. Alijs periculoſum id conſilium videbatur quoniam nomen ipſum imperij alienum inimicumq; ſuis rationibus eſſet, neque conduceret pacis reconciliationiſque authorem illum aſſumere, miſſioque legatorum hanc præbere cauſam videretur. Præterea ſi receptum in vrbem petat, quod ante oratores ſui denunciauerunt, negaturi ne ſint legati, an conceſſuri. Atqui ſi negaturi ſint ad manifeſtam in- E dignationem, ſi conceſſuri, ad manifeſtam perniciem mittere. Nam ſi vrbem introeat quis tēperaturum confidat.

Huius deliberationis cum vtraque pars rationem haberet probabilem, vtraque ſuo tempore peruicit. Nā ab initio præualuit eorum ſentētia qui mittendam legationem cenſebāt. Itaque delecti modo ſunt oratores: ad mutandum verò propoſitum induxerūt aliqui ex Guelphis principalioribus ſuſpitione ducti, ne imperator exules Gibellinos in ciuitatem reduceret, quinetiā & regimen vrbis eis traderet. Et cum imperator adhuc eſſet in Lauſanna Sabaudiæ, & ad eū F acceſſiſſent oratores, imperatore quærente cauſam, quare non & ipſi miſiſſent, fuit qui diceret hoc

hoc ideo egiſſe,quia ſuſpectum eum habebant. Ad quod ille non benè ſibi conſuluerūt, quoniam noſtræ intentionis erat omnes Florētinos non partialiter,ſed integraliter habere,vt viros fideles,& ipſam ciuitatem exaltare,vt cameram imperij, & meliorem alijs facere. Et ita creditum eſt,quòd eſſet facturus non mutaturus ſtatum tunc regentium. Sed ſuſpicioni (quia intrinſecum malum eſt) mederi non poteſt. Inde imperator indignatus eſt contra eos: cum audiſſet ſe præparare ad impediendum acceſſum ad vrbem Piſani autē dederūt imperatori ſexaginta millia Florenorū in adiutoriū ingreſſus eius in Italiā, & totidem promiſerunt,cum Piſas aduentaſſet.

A.C. 1310.

Anno autem 1310. Imperator applicuit ciuitatem Aſtēſem,vbi honorificè receptus ſedauit diſcordias ciuiles,& poſt duas menſes Mediolanum ire contendit: vbi tyrannicè damnabatur dominus Guidettus de turri, vir ſagax,qui ſua potentia,vt exules tenebat extra ciuitatem vicecomites,& alios Gibellinos,& archiepiſcopum Mediolanenſem conſortem ſuum,& in liga erat cum Florentinis Guelphis, & reſiſtere nitebatur itineri imperatoris: ſed non valuit,quia cōſortes ſui operam dederunt cum cōſilio cardinalis de Fliſco (& ſi contra voluntatem domini Guidetti) quòd intraret Mediolanum. Et in vigilia epiphaniæ coronatus fuit ab archiepiſcopo Mediolanen. corona ferrea in eccleſia ſancti Ambroſij cum vxore ſua præſentibus oratoribus penè omnium communitatum Italiæ exceptis Florentinis cum colligatis ſuis. Qui imperator dominum Matthæum de vicecomitibus cū ſuis ſequacib. & archiepiſcopum cū ſuis clientelis,& alios exules reuocauit ad ciuitatem. Omnes autem penè ciuitates & domini earum dederunt ei obedientiam,ſcilicet de Longobardia excepta Padua & Bononia,quæ colligata erat cum Florentinis, offerentes magnam pecuniæ quantitatem cum ex ſe modicam haberet.

Imperator in Italiam aduētus. Turriani pulſis vicecomitibus Mediolani dominātur.

Cum autem eſſet imperator Mediolani dominio eius priuatus dominus Guidettus ſeditionem miſit in ciuitate ad expellendum imperatorem,vt dominium eius recuperaret. Sed dominus Matthæus cautum fecit & inſinuauit imperatori,& ſuo Seneſcallo. Magis tamen creditur,& tenetur,quòd dominus Matthæus fraudulenter inſinuauit domino Guidetto,quòd malè erat de dominio imperatoris, magiſque ipſum damnari cuperet, & quòd in hoc iuuaret eum ad rebellandum. Quo facto,cùm ille acquieuiſſet,ipſe dominus Matthæus accuſauit Guidettū apud imperatorem. Propter quod vocatus ab ipſo,vt ad illum adiret,recuſauit recedens cum ſectatoribus ſuis à Mediolano aſſerēs ſe falsò fuiſſe accuſatum ab inimicis ſuis.

Interea ciuitas Cremonenſis ſe rebellauit, imperatori ad ſuaſionem Florentinorum. In Brixia Gibellini eiecerunt de ciuitate Guelphos, ſed imperator per ſuum vicarium fecit eos remittere. Tandem Brixa ſe rebellauit imperatori. Et cum eſſet imperator Genuæ antequam intraret Hetruriam fecerat proceſſum ſuum contra Florentinos,videlicet quòd ſi intra ſexaginta dies non mitterent ad eum duodecim ciues cum ſyndico,& pleno mandato ad prȩſtandum ei obedientiam, extunc cōdemnabat eos in ſubſtantijs & perſonis: exponendo eos morti,& bona eorum prædationi,vbicunque reperirentur, Florentini autem nullum miſerūt. Quapropter omnes mercatores Florentini,qui Genuæ erant licentiati fuerunt,vnde & receſſerunt,& mercimonia eorū fuere cōfiſcata cameræ imperatoris.

Ciuitates Italiæ ab imperatore deficiūt.

Florētini ab imperatore tāquā rebelles condēnātur.

A.C. 1310.

Altera vice ſcilicet, poſtquam fuit coronatus veniens prope Florentiam ad eam capiendā cū copijs ſuis cum præualere non poſſet, deinde recedens, & Piſas veniens,fecit magnos proceſſ. contra Florentinos,auferendo ciuitati omnem honorem & iuriſdictionem,priuando omnes iudices & notarios officijs ſuis. Communitatem condemnauit in centum millia marcarū argenti,& principales ciues,qui ciuitatē gubernabāt condēnauit in vita & ſubſtantiā auferenda. Prohibuit etiam,quòd nō poſſent cudere monetas aureas & argenteas,& domino Vbizino de Spinellis Genuenſi,& Marchioni Mōtiſferrati conceſſit quòd in terris ſuis poſſent cudere monetas dictas ſub iconio Florētinorum, & ſic dedit occaſionem falſandi monetas.

Imperator Florētinos omni honore priuat.

Tandem Florentini de cōſilio Roberti regis illi repugnandum pro viribus eſſe ſtatuerunt. Robertus autem ipſe haud multò pòſt Florentiam venit. Redibat autē à pontifice tunc in Gallia commorante: à quo nuperrimè defuncto patre Carolo conceſſionē regni coronamque ſuſceperat. Igitur pro ſua gratia,ꝙ antea Piſtorienſi bello propenſiſſima cognitus fuerat beneuolentia in Florentinos, & paterno ſimul auitoq; fauore ſummis honoribus à ciuitate recipitur. Confirmandis ciuium animis contra noui principis terrorem,ſimultatibusq; tollendis, menſe ferè integro Florentiæ commoratus,ſocietatem fœdusq; renouandi ciuitatibus author fuit aduerſus Henrici potentiam,& ſe miſſurum auxilia cum tempus exposceret pollicitus eſt.

Iconium impreſſa monetæ ſiguia.

Dum hæc Florentiæ geruntur,Aretini exules qui in præſidio contra vrbem munito,relicti erant: quotidianis propè incurſibus vſq; ad Aretij mœnia infeſtabant. Horum aſſiduam vexationē non vltra ferendam hoſtes rati,præſidium expugnare adoriuntur. Cū fortiter ab exulibus reſiſteretur,neque capi præſidium poſſet, fame & obſidione peruincere conſtituerunt: putātes id quod erat,non multū commeantes intra munitiones teneri, ſed dietim ferè ex proximis caſtellis,quæ ad exules defecerant,importari. Hac igitur fiducia circunſiſtentes præſidium obſidebant,teliſq; & machinis oppugnabant. Ob id periculum ſociorum,miſſa rurſus à Florentinis auxilia equitum cum ex amicis oppidis peditē coegiſſent,liberare obſeſſos pergunt. Cùm iam appropinquarent præſidio,& ij,qui obſidebant ſeſe vnum in locum conglobaſſent,exules deſertis munitionibus incolumes ad Florētinū equitatum euaſerunt. Ita liberati periculo in proxima caſtella deducūtur. Hoſtes quoque incenſo ac diruto præſidio redierunt in vrbem. & bellū quidē ab Aretinis exulibus acriter inferebatur. Florentini verò auxilia ſubmittebant. Interdum quoque maioribus copijs profecti vſq; ad Aretij mœnia infeſto agmine populabantur.

Aretini præſidiū exulum pellunt. Leon. Are.

Cæterum ab hoc Aretino bello maior inſuper cura mentes hominum auocabat. Henricus ſiquidem ſuperatis alpibus in citeriorem Galliam deſcendiſſe nunciabatur: & quicquid vbique fuerat exulum Florentinorum ad illum cu-

A.C. 1312. eius cõiuncti, Capitolio & Ianiculo, & Adriani mole cunctiſque trans Tiberim locis & Vaticano occupatis arcerent Henricum ab ingreſſu ſuóſque conſtituerent. Altera verò factio imperatorij nominis fautrix, ducibus Columnẽſibus Auentinum & Cœlium & Quirinalem mõtes, ac totas Exquilias cum Viminali, & Suburra tenebat, crebráque inter eos prælia committebantur. Ob Henrici aduetnũ Roma tur batur. Ob has contentiones aliquot dies Viterbij cõmoratus, tandem Romam petens: quia recta via vrbem introire non dabatur, per Miluium pontem traductis copiis porta Flaminia ingreſſus eſt, inde media vadens vrbe in Auentino poſuit caſtra.

Florentini auditis certaminibus, quæ Romę parabantur, ne communi partium ſtudio deeſſent, equites quingentos & pedites mille inſigni apparatu Romam miſere. Miſerunt & alij ſocij Lucenſes, Senenſes, vt vires cuique animi fuere. Romæ verò crebra prælia commiſſa ſunt, quippe cum intra vnius vrbis mœnia tantę copiæ, ſibíque inuicem aduerſariæ clauderentur, ac populus ipſe Romanus intra ſe diuiſus, vt cuiúſque factionis erat, his vel illis inhęreret, eueniebat ſingulis ferè diebus, vt per vicos & compita pugnaretur. Id certamen tribus ferè menſibus durauit. Tandem cum ad baſilicam Vaticani, in qua mos erat coronari principes, deuenire Henricus nequiret, quoniam hoſtis potentior longè ab iis locis arcebat, contra decus imperij cedens, Laterani coronam aſſumpſit. Henricus 6. Imperiali corona Romæ inſignitur. A.C. 1312. Paulóque poſt relicta vrbe indignabundus Tybur ſe contulit, erat imperator pro illatis ſibi impedimentis Romæ, quantum vix dici poteſt, aduerſariis infenſus, præcipuè tamen in Robertum regem, ac Florentinos, vt principes iniuriarum illius ardebat animus.

Papa autẽ Clemens, cùm feciſſet Regem Robertum comitem Romãdiolæ, miſit Robertus ipſe pro ſe Vicecomitem dominum Gilbertum cum copiis equitum & peditum. Qui cum adiutorio Mareſcali regis illuc pergens omnes capitaneos Gibellinorũ Foroliuij, Fauentię, & Imolæ, incarcerauit, ne ciuitates illas facerẽt rebellare, & omnes Gibellinos, & Albos exules è Tuſcia expulit de illis. Et quia Robertũ vlciſci è veſtigio non videbatur poſſe, defeſſo milite ſuo ac longis contentionibus afflicto, Henricus in Florentinos conuerſus per Sabinos & Vmbros ducens, Hetruriam ingreditur. Henricus ingreditur Hetruriã. Inde per Peruſinũ & Cortonienſem & Aretinum agrum Florentiã petere contendit. Dum id molitur iter, vniuerſi exules, qui vbiq; terrarum erant, ad eum cõfluxerunt, Florentini ſimul, vt vergere in ſe totam belli molẽ intellexere reuocatis properè copiis, nouóq; inſuper delectu habito contra hoſtem miſere, iubentes, vt à prælio quidem abſtinerẽt, regionem tantùm & oppida tutarent.

Imperator quo primum die Florentinorum fines intrauit, non longè à Vatico monte caſtrametatus expugnare oppidum aggreditur. Triduo continuata oppugnatio eſt, & acerrimè pro mœnibus, foſſiſque dimicatum. Tandem fatigatis oppidanis humiliatíque murorum diffiſis, oppidum deditur. Cætera ſubinde oppida eodem terrore capit. Anciſam inde ventum eſt. Eius in Florẽtinos geſta. In eo loco Florentinorum copiæ obuiam miſſæ conſtiterant. Cum igitur in conſpectum ve-

A niſſet hoſtis, copiáſque adeſſe cognouiſſet, ſtruxit confeſtim aciem, dimicandíque eis fecit poteſtatem. Florentini pugnæ fortunam minimè experiendam cenſebant, ſatiſq; putabant fore, ſi hoſtem detinerent. Itaque intra munitiones ſe continentes, iter quod eſt inter flumen & oppidum, tutabantur. cúmq; neq; dimicandi poteſtas, neque tranſcundi fieret, propterea ꝙ imminens viæ caſtellũ pręruptis rupibus facile tranſitum arcebat, doctus ab exulibus imperator per proximos ad leuam mõtes difficillimis ſaltibus traducere cœpit. Quod cũ vidiſſent, qui Anciſæ B erant, veriti ne ipſi poſt terga ab hoſte relinquerentur: ſigna illico mouentes citato agmine Florentiam verſus ire contendunt. Eos ſuperiori de loco conſpicari hoſtes (iam enim oppidum prętereuecti erant) magno impetu inuadunt. Saltus admodum erat impeditus. Et vndiquaque ſtrepebat hoſtis ſuperiorique de loco pugnaturus aduentabat. At Florentinis nequaquam propoſitum fuerat pugna decernere, ſed rapto agmine Florentiam deuenire. Itaque vbi ruere in ſe hoſtem ſenſere, confeſtim verſo agmine retu C lerunt pedem. Accelerata paulò magis eſt receptio, vt fuga protinus videri poſſet. Exercitus imperatoris Florentinos fugat. Et fuit auxilio propinquitas oppidi, ne inſignis ea die acciperetur calamitas. Nec ſanè magnus cæſorum aut captiuorum numerus fuit, verum ita fractæ mentes, quaſi ad extremum victi eſſent.

Quæ ab Imperatore contra Florentinos ſunt geſta. Leon. Aret. Blond.

§. VI.

D IMPERATOR prętereuectus Anciſam oppidum, relictiſq; poſt ſe Florentinorum copiis, Florentiam Imperator aduenit. non longè ab eo loco nocte illa conſedit apud vicum Padulæ nuncupatum. Poſtridie verò luce prima mouẽs ingentem terrorem ad vrbem Florẽtiam duxit, nec longè à porta Caſentinati via poſuit caſtra, doctus ab exulibus eam vrbis partem minus eſſe munitam, propterea ꝙ nondum abſolutis mœnibus nouis vetuſtiſq; neglectis, vallo tantum & foſſa ea parte vrbs claudebatur. Turbida quidem primo ſuo aduentu ciuitas fuit, increbreſcẽte rumore copias omnes nu E per cõtra hoſtem miſſas apud Anciſam deletas fuiſſe. Et ſanè præſentia hoſtis, ſuorum abſentia fidem ſiniſtro rumori videbatur afferre. Nam quo tandem pacto, niſi oppreſſi tuliſſent ad vacuam præſidio vrbem hoſtem venire? Itaque luctus priuatim & publicè metus cunctos peruaſerat. Sumpſit tamen arma populus, & ad tutandas eas vrbis partes quas contra hoſtis conſtiterat, ſub vexillis concurrit. Ibi diſtributa loca regionéſq; defendendæ ſingulis ſocietatibus attributę. Vallum neque die neque nocte intermiſſo opere inſtauratum eſt ex omni genere cõtigna- F tionis turres & propugnacula debilioribus locis excitatæ, armatiſque hominibus completæ.

Imperator ab oppugnatione vrbis (incertum qua de cauſa) abſtinuit. Quod ſi primum ſuo aduentu trepida adhuc ciuitate & timore profligationis ſuorum cõſternata, tentaſſet, vix potuiſſe reſiſti credatur, præſertim abſentibus copiis, & tutela murorum ab ea parte deficiente. Ciues interea animos reſumpſere. Simúlq; copiæ poſt

A.C. 1312.

tergum relictę biduo poſt diuerſis itineribus redire. Quorum aduẽtu ſubleuatis lętitia animis minas iam hoſtium longè aſpernabantur. Imperatorem verò ſuę ipſum ſpes retinebat. Poſt aduentum ſiquidem eius, & caſtra apud vrbem poſita, infinita pene vis hominum ex Florentino agro ad eum confluxerant, nec ſolũ Imperatorij fautores nominis, verum etiam cęteri permulti ſiue metu, ſiue nouarum cupiditate rerum, ſeſe illi coniunxerant. Nam & Anciſa, quod oppidũ pręſens nequiuerat obtinere confeſtim poſt receſſum copiarum ad imperatorem defecit, ac ferme omnes populi, qui Arnum ſuperiorem accolunt, ſe vltro dediderunt, per Mugellanum Caſentinatémq; agrum multi rebellarũt, omiſſáq; vrbe caſtra hoſtium frequentabant, & commeatum exercitui deferebãt. Intra vrbem verò permulti ciues præſenti reipub. ſtatu infenſi, fauere hoſtibus credebantur.

Imperator in Hetruria multarum vrbiũ obtinet principatum.

Inter hæc ſociorum auxilia opportuniſſimè ſuperuenerunt Lucenſium tria millia peditũ & equitum ſexcenti, Senenſiũ totidem equites, peditũ duo millia, aliorúmq; ſociorũ pro cuiuſque facultatibus, ex quibus factus eſt magnus equitũ peditúmq; numerus. Caſtra verò intra vrbẽ contra hoſtium caſtra, quo die nóctúque prǫſto foret defenſor, per infrequentia ædificiorũ loca poſuerunt. In iis armati ciues ſociiq; perſtabãt, cæteræ verò vrbis partes ſic tranquillæ erãt, vt nec ſentire quidem obſidionem videretur. Dies cõtinuos quadraginta apud Saluianũ templum imperator habuit caſtra procul ab vrbe non amplius trecẽtis paſſibus. Tandem cum fruſtrà teri ab eo tẽpus appareret, quotidiéq; magis creſcerent amicorũ auxilia pridie Cal. Nouemb. tertia vigilia fermè retro caſtra mouit, ac tranſmiſſo Arno duobus paſſuũ millibus ab vrbe ſuper Emam fluuiũ caſtra fecit. Qua nocte receſſit, cùm ex more tabernacula incẽſa à militibus, & vaſa conclamata eſſent, tota ciuitas excitata in armis fuit, vbi verò abire hoſtem cognouit, tacita reſedit lucémq; armata expectauit. Poſtea mox luce egreſſi equites, prælium leue cum equitatu hoſtium cõmiſere, hoſtis verò ſecundis caſtris ad Caſianum peruenit via Senẽſi octo millibus paſſuum ab vrbe. In iis locis cùm eſſet Imperator Piſanorum auxiliares ad eum venerunt, peditum tria millia, equites quingenti, Genuenſiũ quoque ſagittarij expugnationibus vtiliſſimi ad mille. Iis copiis iterum confirmatus apud Caſianum obſtinatius conſedit.

Imperator Florentia recedit.

Florentini poſthęc ſuburbiis ea ex parte, quę ad hoſtem verſa erat (iam enim ædificia longè ſe extenderat) communitis, ſociorúmq; auxiliaribus remiſſis, ipſi per ſe geſſere bellum. Hinc diſcurſiones crebræ factæ ab hoſtibus, leuiáq; prælia ſunt frequẽter cõmiſſa. Signis tamẽ collatis nunquã pugnatum eſt, verum incẽdia, & clades multipliciter attriuerunt agrum, ſementéſq; eo anno impeditæ, annonę cariſtiam portendebãt futuram. Supra duos menſes apud Caſianũ imperator habuit caſtra & quidem per mediam hyemem. Demum à Caſſiano profectus Bonitiũ petiit. Eo cum perueniſſet, pulchritudinem opportunitatémq; montis admiratus oppidum in eum locum reſtituit, vnde à Carolo rege fuerat ante reiectum. In eoq; oppido, quod reliquum erat hyemis hybernauit, nec hyberna ſanè illi

Bonitiũ inſtauratur.

A quieta fuerunt, cum à Senenſibus, Collenſibus & Sangeminianenſibus finitimis Bonitio populis laceſſeretur ſedulo, & ipſe vltro in eorum fines omnifariam belli cladem inferret. Per hoc tempus Florentini iampridem vaſtato circa vrbem agro, frequentibus verò oppidis, quæ nuper ad Imperatorem defecerant bellum vrbi inferentibus, hoſtéque ipſo prævalido obſtinatóque incubante, ac vt fama erat in proximum annum valẽtius incubaturo, magnitudine periculorum coacti ſunt ad Robertum regem, eiúſq; opem reſpicere.

A.C. 1312. Imperator Hyberna in Hetruria tranſigit.

B

Quomodo Florentini cum ſociis dederunt ducatum ſuarum ciuitatum ad tempus regi Roberto, vt auxilium eis ferret contra Imperatorem. Leon. Aret. in hiſt. Flor. & Blon.

§. VII.

ORATORES igitur, vt proſequitur Leonar. ea de cauſa miſſi ſunt duo, Iacobus
C Bardius eques Florentinus ex familia nobili, & Dardanus Acciaiolus (aliàs Acciaiolus) vir per id tempus magnæ in rep. authoritatis. Ij Senas primò, inde Peruſium profecti, vtraque ex ciuitate legatos ſibi coniungi ſuaſerunt. Et ſuperuenerũt Lucenſium Bononienſiúmq; legati omnéſq; ad regem vnà profecti quanto in periculo forent ciuitates Hetruriæ docuerũt. Rex placidè commendata Tuſcorum fide, ſeſe ducem futurum ciuitatibus, ac venturum in Hetruriã, ſi nõ per negotia regni impediretur, pollicitus eſt. Interim verò fratrem cum equitatu præmiſſurum. Ea res
D Florentiam ſedulo nunciata erexit cunctorum animos & afflictis in rebus lucem quámdam optimæ ſpei viſa eſt attuliſſe. Sed turbauit paulò pòſt hanc ipſam lætitiam pecuniarum flagitatio. Rex enim pro iis, quæ mittebãtur, copiis, trimeſtria exhiberi ſtipẽdia poſtulabat. Eorum præſtatio multas magnáſque difficultates continere videbatur. Primò enim ærariũ publicum longis erat ſumptibus exinanitum patrimonia verò ſingulorum crebra & importuna tributorum penſione exhauſta. His accedebat, quòd Peruſini, Bononienſes & Lucenſes, qui longius
E aberant ad hoſte, non perinde ſeſe oneribus offerebant, ita ad Florentinos modo tota penſio recidebat. Quęrebatur hoc ipſum à rege mutuũ, ſed negabat conſtanter, apparebátque in ea re ſanè durior. His de cauſis dilatus eſt copiarum aduentus. Parte denique pecuniarum equitibus perſoluta, reliqua expectabatur.

Florentini ad Robertum oratores mittunt.

Quod cùm in longum traheretur, hoſtiſque indies formido augeſceret, nihil potius tãtis in malis viſum eſt, quàm plenum vrbis imperium in regem trãsferre. Facto igitur populi decreto, in quo poteſtas, vti è repub. æſtimarent, Priori-
F bus dabatur, Priores conſilio prius habito dominatũ gubernationémq; ciuitatis regi in quinquenniũ authoritate publica tradiderunt. Traditio autem his verbis facta eſt: Cernentes belli pericula præmentia, nunc & in poſterum imminentia, vt populus Florentinus vrbſq;, & ager in viam ſalutis dirigatur, ſolenni deliberatione habita, Robertum regem Siciliæ rectorem, gubernatorem,

Roberto Siciliæ regi committitur vrbis Florentinæ dominiũ.

A.C. 1312.

natorem, protectorem, & dominũ ciuitatis populiq; Florentini in quinquennium deligimus. Conditiones verò hæ adiectæ: Rex per ſeipſum præſens, vel per aliquem ex fratribus filiiſve ciuitatem gubernabit, exulem nullũ reſtituet, populum ſuis vti legibus permittet, Prioratus officium, vti nunc eſt, ita poſt fore in ciuitate patietur. Hac nominatim excepta, cæterorum fermè omnium poteſtas ei permiſſa. Decretum hoc electionis Iacobo & Dardano oratoribus tũc Neapoli commorantibus offerendum regi tranſmiſerunt. Rexque lætus audiuit recepitque.

Robertus quomodo beneuolentiã Florẽtinorum ſibi cõciliarit.

Primũ regis factum non magna ex re beneuolentiam ſibi ciuium ingentẽ parauit. Cùm enim Priores ipſi, qui authores nominãdi diligendiq; regem fuerant, immunitatẽ ſibi, fratribúſque, & parentibus, cæteraq; priuilegia quædam præter populi ſcitum excepiſſent, rex aliis cõprobatis, quæ in decreto continebantur, hoc vnũ ita reiecit, vt Priorum ipſorũ impudentiã prauitatémq; vultu verbiſq; deteſtaretur. Ex hoc regis laus apud ciues excreuit, quaſi iuſti principis, nec ad gratiam magis, quàm ad honeſtatem procliuis. Et ciuitatis quidem negotia ſic traducebantur.

Henrici Imperatoris & Friderici Siciliæ regis contra Robertum ſocietas.

Imperator autem cùm Bonitij eſſet legati Friderici, qui per id tempus Siciliam tenebat, ad eũ venerunt nouã belli materiam afferẽtes, de qua re paulò ſuperius repetita dicemus. Nuper dum Romæ eſſet Henricus, ac permultæ ſibi intra vrbem moleſtiæ inferrẽtur, ſocietas ſimul & affinitas ab eo inita eſt cũ Friderico Siciliç rege. Idq; procuratum de induſtria fuerat, quo Robertum vlciſcerentur, regnóque ſpoliarent. Ea ſiquidem vnica peragẽdi via eſt viſa, ſi Fridericus aſſumeretur ſocius, ac tam validę potentiæ in vnũ coirent. Fridericum vetuſta Siciliç controuerſia, ſçpiúſq; tẽtata deiectio inimiciſſimũ faciebat Roberto. Conuenerant autẽ in eo fœdere vti proxima æſtate terra mariq; Roberti regnum inuaderent: cuius rei gratia pecuniæ à Friderico fuerant confetẽdæ. Legati igitur Bonitium venientes pecunias à rege tulerunt, ac poſtularunt ex fœdere, vt ſe contra Robertũ prępararet. Ob eorum aduentum legatorũ nouę ſubinde curæ, nouáq; certamina ſuſcipiuntur. Imperator cũ multa ſibi prouidenda forent, ac eius rei gratia Piſas redire ſtatuiſſet, Bonitio quidẽ & his locis Brancham ſcholarium exulem Florentinum, Anciſæ verò ac ſuperioris Arni oppidis Guidonem Caprariam vicarios pręfecit, & gubernare populos iuſſit. Ipſe autem multò pòſt Piſas profectus, nouas inde copias è Germania conuocat, claſſem Genuenſibus permagnã imperat, dum hæc expectat contra Robertum regẽ & Florentinos, in cęteráſq; ſocias ciuitates edicta grauiſſima proponit, multos etiam inſignes per eam tempeſtatem homines, ab aduerſariis æmuliſq; vt cuique libuit nominatos ſententiis notat.

Henricus aduerſus Robertum copias parat.

Leuia Imperatoris contra Italos prælia, & eius mors. iidem. A. C. 1313.

§. VIII.

INTEREA vt ſcribit Leonar. ne torperet otio miles, per præfectos eius viros militares, bellicarúmque rerum gnaros quotidiana propè prælia cum Lucenſibus finitimiſque exercebat.

A.C. 1313.

Ea de cauſa proximi anni principio Florentinorum copiæ Lucam tranſmiſſæ, quamdiu in iis locis belligeratum eſt, auxilio ſociis fuere. Calamitates in eo bello à Lucenſibus maximæ acceptæ ſunt. Præter enim continuas incurſiones, caſtella inſuper quædam Lucenſium expugnata capiuntur ab hoſtibus. Miniatenſibus quoque non diſſimiles inflictæ clades. Exercitu claſſéque paratis cùm tempus conſtitutum profectioni adeſſet, præmiſſis nauibus ſeptuaginta (tot enim parauerant Genuenſes, vt cum Friderici claſſe iungerentur) ipſe Imperator Piſis manens, circiter nonas Auguſti non ſatis proſpera valetudine iter ingreſſus eſt per Miniatenſem & Florentinum agrum. Inde non longè à Senarum mœnibus prætereuectus, apud Apertum montem Florentina clade nobilitatum locum poſuit caſtra. Ibi ingraueſcens ad Maceritanas aquas diuertit. Cum nihilo releuarent aquæ, rurſus inde mouens ad Bonum Conuentum caſtra fecit.

Aquas macerranas Blon. Balnea Macerateñ ſia vocat.

Henrici ſexti interitus.

Hoc a demum in loco ſuperante morbo corruit, ac paucis poſtea diebus è vita migrauit in medio curſu rerum maximarum, & certè Roberto regi admodũ formidatus. Quippe Friderici copiæ iam in regnũ eius traductæ Rhegium vrbem, quæ contra Siciliã oppoſita eſt occupauerant: duæ inſuper validiſſimę claſſes tota littora complebant, quibus cum anxiè reſiſti poſſe videretur, audito huius viri tam acri támque obſtinato aduentu, in ſummũ diſcrimen res adducebatur. Sed bellorum euentum nemo ſatis prædixerit, quippe communis Mars (vt aiũt) magníq; ſæpè terrores paruis momentis in irritum ceciderunt, Corpus Henrici magno ſuorum luctu Piſas relatũ eſt, exercitúſq; omnis ſolutus. Claſſis etiam Genuenſium & Friderici, ac iam traductæ citra fretũ copiæ audita imperatoris morte domum irritæ redierunt. Qui cum Henrico per Hetruriam conſpirauerant, eos maxima de ſpe non minorem in metum inopinatus cõuerterat caſus præcipuè, tamen Piſanos formido peruaſerat, finitimis Lucenſibus Florentiniſque ob accepta recenter detrimẽta grauius irritatis. Itaq; ad curam ſalutis proprię conuerſi, ducem quærebant, cuius ductu auſpicióque imminentibus reſiſterent malis. Et vt dicetur infrà acceperunt Vguitionem Fagiolanum.

Rerum bellicarum inconſtãtia.

Fuit autem præfatus Imperator Henricus vj. vir ſapiens, iuſtus & gratioſus, in armis ſtrenuus, catholicus & honeſtus, & quamuis ſecundum genealogiam foret mediocris conditionis animo tamẽ magnus, & vt ſperabatur nõ infima (ſi lõgiori vita functus fuiſſet) egiſſet poſt primã coronam in Alemãnia, antequam ad Italiam ſe

Henricus 6. Imperator qualis ex Ioanne Villano.

a *Signa veneni in cadauere apparuiſſe multi ſcripſere. Ptolomæus verò lucenſis affirmat veneno eum periiſſe à Prædicatorum ordinis fratre in Euchariſtia dato. aliúſque addidit id Florentinorum induſtria factum. Blon. dec. 2. lib. 9. dicitur tamen ordo Prædicatorum habere literas teſtantes prædictum fratrem fuiſſe innocentem, & totum eſſe confictum. Nauc. Gen. 44. Obiit igitur Imperator Henricus apud Bonconuentum Senenſis agri oppidum. 9. Cal. Sept. A.C. 1313. Onuph.*

A.C. 1311.

regis Apuliæ,& frater regis Roberti.Qui Ludouicus cum eſſet primogenitus Caroli, propter quod ad eum regnum Apuliæ ſpectabat mundum contemnens, habitum ordinis minorum aſſumpſit ex humilitate & deuotione,poſtea archiepiſcopus Toloſanus factus religioſam & ſanctam conuerſationem vſque ad finem ſeruans in Domino requieuit miraculis clarens.

Fatetur concilium vnicum Dei filium in eſſentia Dei ab æterno ſubſiſtentem verum corpus humanum ſum pſiſſe de virginē. li.1.tit. 1.cap.1.

§. I.

IN cleme.prima de fide catholica ſic dicitur. Fidei catholicæ fundaméto firmiter inhærẽtes:apertè cũ ſancta eccleſia cõfitemur, vnigenitum Dei filium in iis omnibus,quibus Deus Pater exiſtit, vnà cũ patre æternaliter ſubſiſtentẽ, partes noſtræ naturę ſimul vnitas(ex quib⁹ ipſe in ſe verus Deus exiſtens,verus homo fieret)humanum videlicet corpus paſſibile, & animam intellectiuam ſeu rationalem,ipſum corpus verè & per ſe,& eſſentialiter informantem aſſumpſiſſe ex tempore,in virginali thalamo ad vnitatem ſuæ hypoſtaſis & perſonæ. Et quòd in hac aſſumpta natura ipſum Dei verbum pro omnium operanda ſalute non ſolum affigi cruci & in ea mori voluit,ſed etiam ſpiritu emiſſo perforari lancea ſuſtinuit latus ſuum, vt inde profluentibus vndis aquæ & ſanguinis formaretur vnica & immaculata:at virgo ſancta mater eccleſia coniunx Chriſti:ſicut de latere primi hominis ſoporati Eua ſibi in coniugium eſt formata:vt ſic certę figurę,primi & veteris Adæ (qui ſecundum apoſtolum)eſt & forma futuri,& in noſtro nouiſſimo Adam in Chriſto veritas reſponderet.Hæc eſt inquam veritas illius prægrandis aquilæ vallata teſtimonio, quam propheta vidit Ezechiel animalibus cæteris euangelicis tranſuolantem Ioannis videlicet apoſtoli & euangeliſtæ.& infrà.

Gen. 2. Rom. 5. Ioan. 19. Ezec. 1. Ioan. 19.

Reprobat doctrinã quæ tradicit animã rationalẽ corporis non eſſe formam.

Porro doctrinam omnem ſeu poſitionem temerè aſſerentem, aut vertentem in dubium, quòd ſubſtantia animæ rationalis, aut intellectiuæ verè, ac per ſe humani corporis non ſit forma, velut erroneam ac veritati catholicæ fidei inimicam ſacro approbante concilio reprobamus,definientes,vt ſi quiſquam deinceps aſſerere,defendere ſeu tenere pertinaciter præſumpſerit,quòd anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma corporis humani per ſe,& eſſentialiter:tanquam hæreticus ſit cenſendus.

Baptiſma vnicum eſt in omnibus etiã paruulis.

Baptiſma vnicum baptizatos omnes in Chriſto regenerans eſt,ſicut vnus Deus, ac fides vnica ab omnibus fideliter confitendum. Quod celebratum in aqua in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti:credimus eſſe tam adultis quam paruulis communiter perfectum remedium ad ſalutem. Verum quantum ad effectum cùm theologi opiniones varias habeant: videlicet dicentibus quibuſdam paruulis culpam remitti;ſed gratiam non conferri:aliis è contra aſſerentibus,quod & culpa eiſdem in baptiſmo remittitur:& virtutes ac informans gratia infunduntur, quoad habitum, & ſi non pro illo tempore,quo ad vſum. Nos attendentes generalem efficaciam mortis Chriſti,quæ per baptiſma applicatur pariter omnibus baptizatis,opinionem ſecundam,quæ dicit tam paruulis quã adultis conferri in baptiſmo gratiam informãtem & virtutes,tanquam probabiliorem & dictis ſanctorum ac doctorum modernorũ theologiæ magis conſonam & concordem:ſacro approbante concilio duximus eligendam.

Item in titu.de vſuris.ex graui.in cle.dicitur quòd ſi quis in hunc errorem inciderit,vt pertinaciter affirmare præſumat vſuras, non eſſe peccatum, decernimus eum velut hæreticum puniendum,& ordinarij & inquiſitores hæreticorum poſſunt contra tales,& contra hæreticos procedere.

In quo etiam cap.ſtatuitur quòd communitates,aut quicumque officiales,qui ſtatuta ſcribere,vel dictare,aut quod ſoluantur vſuræ, vel quòd ſolutæ non reſtituantur plenè ac liberè ſcienter iudicare præſumpſerint,ſententiam excommunicationis incurrunt: & ſimiliter eandem ſententiam incurſuri,ſi ſtatuta huiuſmodi hactenus edita de libris communitatum quantum eſt in poteſtate eorum non deleuerint vel ſi etiam ipſa ſtatuta vel conſuetudines obſeruare præſumpſerint. Item quòd fœnatores poſſunt per cenſuram compelli ad oſtendendum libros ſuarum rationum.

Beguinarum & Beguardorum errores octo damnati lib. 5. tit.3.c. 3. Clem. Vide contra hos errores Aluarum de Planctu Eccleſiæ.lib.2.c.52.Prateolum.

§. II.

IN eodem concilio fuerunt damnati octo errores Beguinarum & Beguardorum, qui inſurrexerant in Alemannia,vt habetur de hæreti. ad noſtrum.in clemen.Quorum primus eſt, quòd a homo in vita præſenti tantum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere,quòd reddetur penitus impeccabilis,& amplius in gratia proficere non valebit.Nam vt dicunt,ſi quis ſemper poſſet proficere,poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri. 1.Cor.3.

Secundus eſt,quod ieiunare hominem non oportet vel orare,poſt quàm gradum perfectionis huius fuerit aſſecutus:quia tunc ſenſualitas ita eſt perfectè ſpiritui & rationi ſubiecta,quod homo poteſt liberè concedere corpori quicquid placet.

Terti⁹ eſt,quod illi,qui ſunt in illo gradu perfectionis& ſpiritu libertatis,non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ,nec ad aliqua præcepta eccleſiæ obligantur,quia vt aſſerunt, vbi ſpiritus Domini ibi libertas.

a *Hæc Lutheranorum hæreſis eſt,quatenus dicunt nullum peccatum fidelibus imputari: quod ipſum eſt impeccabilem quoad peccati pœnam fieri. Stud. lib.7.de viſibili monar.*

Quartus

A.C. 1311.

Quartus, quod homo ita poteſt finalem beatitudinem ſecundum omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita beata obtinebit.

Quintus quòd quęlibet intellectualis natura in ſeipſa naturaliter eſt beata, quodq́ue anima non indiget lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beate fruendum.

Sextus eſt, hominem in virtutum actibus ſe exercere eſt hominis imperfecti, quia anima perfecti licentiat à ſe virtutes.

Septimus, quòd mulieris oſculum (cùm ad hoc non inclinet natura) eſt mortale peccatum actus autem carnalis (cum ad hoc inclinet natura) non eſt peccatum: maximè cùm tentatur exercens.

Octauus eſt in eleuatione corporis Ieſu Chriſti, non debet talis exurgere, aut ei reuerentiam exhibere: aſſerunt enim, quòd eſſet imperfectionis eiſdem ſi à puritate & altitudine ſuæ contemplationis tantû deſcenderet: quòd circa ſacramentum euchariſtiæ, aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent. Qui omnes errores reprobati ſunt in dicto concilio, & mandatur diœceſanis & inquiſitoribus, vt puniant tales. Glo. ibi. Ioan. And. ſufficienter oſtendit qualiter iſta ſunt erronea, & contra doctrinam ſanctorum.

Item de corpore Chriſti in elemen. 1. de reli. & vene. ſanctorum. Vrbanus quartus Dominus Ieſus Chriſtus cum tempus ſuę paſſionis inſtaret ſumpta cœna, in memoriam mortis ſuæ inſtituit ſummum & magnificum ſui corporis & ſanguinis ſacramentum, corpus in cibum, & ſanguinem in potum tribuendo. In inſtitutionem quidem huius ſacramenti dixit ipſe apoſtolis: Hoc facite in meam commemorationem vt præcipuum & inſigne memoriale ſui amoris eximij, quo nos dilexit eſſet nobis hoc præcelſum, & venerabile ſacramentum.

Luc. 22. 1. Cor. 11. Euchariſtiæ laudes. Eccle. 37. Sap. 16. Euchariſtia quale memoriale.

Memoriale, inquam, mirabile, ac ſtupendum, delectabile, ſuaue, tutiſſimum, ac ſuper omnia pretioſum: in quo innouata ſunt ſigna, & mirabilia immutata, in quo habetur omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitas ipſaq́ue dulcedo Domini deguſtatur: in quo vtique vitæ ſuffragium conſequimur & ſalutis. Hoc eſt memoriale dulciſſimum [memoriale ſacratiſſimum, memoriale] ſaluificum: in quo gratam redemptionis noſtræ recenſemus memoriam, in quo à malo retrahimur, & confortamur in bono, & ad virtutum ac gratiarum proficimus incrementa, in quo profectò proficimus ipſius corporali præſentia ſaluatoris. Alia namq́ue, quorum memoriam agimus, ſpiritu menteq́ue complectimur, ſed propter hoc non realem eorum præſentiam obtinemus. In hac verò ſacramentali Chriſti commemoratione Ieſus Chriſtus præſens, ſub alia quidem forma in propria verò ſubſtantia eſt nobiſcum. Aſcenſurus enim in cælum dixit apoſtolis & eorum ſequacibus. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, benigna ipſos promiſſione confortans, quòd remaneret, & eſſet cum eis etiã præſentia corporali.

Chriſtus in ſacramento realiter præſens.

Matt. 28.

O digna, & nunquam intermittenda memoria in qua mortem noſtram recolimus mortuam, noſtrumq́ue interitum interiiſſe, ac lignum viuificum, ligno crucis affixum, fructum nobis attuliſſe ſalutis. Hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ fidelium animos replet gaudio ſalutari, & cum infuſione lætitiæ deuotionis lachrymas ſubminiſtrat. Exultamus nimirum noſtram memorando liberationem, & recolendo paſſionem dominicam, per quam liberati ſumus, vix lachrymas continemus. In hac itaque ſacratiſſima commemoratione, adſunt nobis ſuauitatis gaudium ſimul & lachrymæ, quia in ea congaudemus lachrymantes & lachrymamur deuotè gaudentes lætas habendo lachrymas & lætitiam lachrymantem: nam & cor ingenti profuſum gaudio, dulces per oculos ſtillat guttas.

A C 1305.

In feſto Corporis Chriſti quomodo afficiantur fideles.

B

O diuina amoris immenſitas, diuinæ pietatis ſuperabundantia, diuinæ affluentia largitatis, dedit enim nobis dominus omnia, quæ ſubiecit ſub pedibus noſtris: & ſuper vniuerſas terræ creaturas contulit nobis dominij principatum. Ex miniſtris etiam ſpirituum ſuperiorum nobilitat & ſublimat hominis dignitatem. Adminiſtratorij namq́ue ſunt omnes in miniſterium propter eos, qui hæreditatem ſalutis capiũt, deſtinati. Et cùm tam copioſa fuerit erga nos eius munificentia, volens adhuc ipſe in nobis ſuam exuberantem caritatem præcipua liberalitate monſtrare, ſemetipſam nobis exhibuit, & tranſcendens omnem plenitudinem largitatis omnem modum dilectionis excedens attribuit ſe in cibum.

Dei in nos beneficia.

Pſal. 8.

Heb. 1.

C

O ſingularis & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datum eſt idem penitus cum datore. Quam larga & prodiga largitas cum tribuit quis ſeipſum. Dedit igitur nobis ſe in pabulum, vt quia per mortem homo corruerat, & per cibum ipſe releuaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferi, releuatus eſt homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit eſcâ mortis, pependit in iſto vitæ alimentum. Illius eſus meruit læſionem, iſtius guſtus intulit ſanitatem, guſtus ſauciauit, & guſtus ſanauit. Vide quia vnde vulnus eſt ortum, prodiit & medela, & vnde mors ſubiit, inde vita euenit. De illo ſiquidem guſtu dicitur. Quacunque die comederis, morte morieris: de iſto verò legitur: Si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum.

Singularis Chriſti in Euchariſtia apparet liberalitas.

Antitheta pomi vetiti & Euchariſtię.

D

Hic eſt cibus, qui plenè reficit, verè nutrit, ſummeq́ue impinguat non corpus, ſed cor, non carnem, ſed animam, non ventrem, ſed mẽtem. Homini ergo, qui ſpirituali indigebat alimonia ſaluator ipſe miſericors de nobiliori & potentiori huius mundi alimento pro animæ refectio ne pia diſpoſitione prouidit. Decens quoque liberalitas extitit, & conueniens operatio pietatis: vt verbum Dei æternum, quod rationabilis creaturæ cibus eſt, & refectio factum caro ſe rationabili creaturæ homini, videlicet in edulium largiretur. Panem enim angelorum manducauit homo. Et ideo ſaluator ait: Caro mea verè eſt cibus. Hic panis ſumitur, ſed verè non conſumitur: manducatur, ſed nõ tranſmutatur, qui in edentem minime transformatur, ſed ſi digne recipitur ſibi recipiens conformatur.

Gen. 2. Ioan. 6.

E

Euchariſtia alimonia conueniens animæ.

F

Pſal. 78. Ioan. 6.

O excellentiſſimum ſacramentum! O adorãdum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis pręconiis

A.C. 1314.

ſconiis exaltandum, cunctis honorandum ſtudiis, deuotis proſequendum obſequiis & ſinceris mentibus retinẽdum! ô memorabile nobiliſſimum intimis commendandum præconiis, firmiter animo alligandum, diligenter reſeruandum, in cordis vtero, & meditatione, ac celebratione ſedula recenſendum! Huius memorias cõtinuam debemus celebrare memoriam, vt illius cuius ipſum fore memoriale cognoſcimus, ſemper memores exiſtamus, quia cuius donum vel munus frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur. &c.]

Clemens 5. ex hac vita diſcedit A.C. 1314. cuius vita exponitur & quædam alia ex Ioanne Villano.

§. III.

POST concilium generale celebratum anno Domini 1313. Clemens iter agens à Vienna vt perueniret Burdegalam, in via infirmatus diem clauſit extremum. Hic, vt chronica referunt fuit nimiis a cupiditatibus deditus, propter quod ſcelus ſimoniæ, maximè à canonibus deteſtatum & punitum, multum viguit in curia ſua circa beneficia. Quod autem quidam dicunt in Papam non poſſe cadere ſimoniam, beatus Thomas [b] hos reprobat. Inſuper & minus honeſtæ vitæ fuit, & communiter dicebatur cum quadam comitiſſa pulcherrima muliere contubernium habere. Nepotibus quoque ſuis, & aliis attinentibus magnum theſaurum dereliquit. Inſuper refertur, quòd cum ex hoc ſæculo migraſſet quidam ſuus nepos, quem multum ſenſualiter diligebat, induxit quemdam peritum in arte necromantiæ, vt inquireret per maleficium illum, qualiter illi nepoti ſuo eſſet in alia vita. Qui artem exercens fecit quemdam capellanum papæ, audacem valdè videre inferni loca ibique palatium, in quo erat lectus ignitus, vidit, vbi quieſcebat nepos ille papæ. Qui nepos aſpicienti capellano dixit, quòd propter vitium ſimoniæ ibi erat adiudicatus. Vidit etiã dictus capellanus, vt fertur, aliud palatium igne plenum præparari econtrario Papæ Clement. Quod cùm papæ retuliſſet, nunquam poſtea vi

Tho. in 2. 2. q. 100. a. 1.

Simoniæ vitium quam grauiter in inferis punitur.

A.C. 1314.

ſus eſt lætus, ſed paulò pòſt deceſſit. Cuius cadauer cum poſitum fuiſſet in quadam eccleſia cum multis luminaribus, nocte ignis eccleſiam combuſſit, & corpus eius à lumbis vſque ad pedes.

De bello Neapolitano. A.C. 1314. iſtud bellũ tangit Æmy. ſup. cap. 2. §. 7.

Anno autem ſequenti rex Apuliæ Robertus vt vindictam ſumeret in Fridericum regem Siciliæ, ex eo quòd in aduentu imperatoris in Italiam ſcilicet Henrici, vt dictum eſt ſuprà colligans ſe cum imperatore fregit fœdera pacis cum eo initę ad exterminiũ eius, & iam ceperat quaſdam terras eius in Calabria, fieri fecit magnam claſſem Neapoli ex diuerſis gentibus Apulorũ, Prouincialium, & regnicolarum, ac Genuenſiũ: centum videlicet & viginti galearum & aliorum lignorum deferentium equos ad bella aptiſſimos, & cum duobus millibus militum ſeu equitum & innumerabili numero peditum. Cum iis ipſe perſonaliter aderat, & cum duobus germanis ſuis, Domino Philippo principe & Domino Gyanne (vel Ioanne) Et cum his copiis mare ingreſſus in Siciliam deſcendit, obſidenſque caſtrum dictum Amorem vi obtinuit, Inde progrediens ciuitatem Trapolim obſedit, pro mare & terram infeſtans. Et cum de die in diem exiſtimaret eam obtinere, præcipuè ob tractatum, quem in ciuitate habebat, deceptus fuit. Nam duplicatus fuit. Sciebat enim eum Fridericus, & qui obtulerant Roberto deditionem dilationem petebant obſidionis, vt apertius res ſortiretur effectum.

Robertus rex Siciliæ copias ducit in Fridericum.

Interea autem Fridericus ciuitatem Trapolim muniuit gentibus & victualibus, & fortiorem fecit, ita quòd poſtmodum, [rex Robertus] & ſi ciuitatem bello duro impeteret, obtinere non valuit: quin immo per longas moras & infirmitates ſuperuenientes, ac inundationes aquarum cum cerneret conatum ſuum fruſtrà eſſe: quia Fridericus nunquam ad bellum cum eo voluit congredi, neque per mare, neque per terram, factæ ſunt treugæ inter eos per trienniũ. Quo peracto, rex Robertus cum ſuis eſt reuerſus, nil acquirens de Siciliæ partibus, & multa detrimenta in ſuo exercitu recipiens. Pluresque ex galeis & lignis ſubmerſæ ſunt in mari: quia cum eſſent nouæ, non fuerunt reaptatæ, vt oportuiſſet.

Robertus Trapolim obſidet.

Robertus ex Sicilia re infecta redit.

Eodem tempore menſe Septembris cùm Paduani cum omni ſuo conatu profecti eſſent contra Vincentiam, & iam burgos cepiſſent, & ciuitatem obſiderent, Dominus Canis, qui dominabatur tunc Veronæ ſubitò aduenit Vincentiam cum paucis, qui aggreſſi ſunt Paduanos malè tunc ordinatos, & quaſi improuiſos, quia confidebant in captura burgorum, qui profligati ſunt & deuicti, multis occiſis, aliis captiuatis.

Paduani Vincentiã obſident.

Cometes apparet & Philippi Francorum regis obitus miſerabilis. Naucl. ibi. Aemyl. Obiit inquit Philippus anno eius ſæculi tertio decimo.

§. IIII.

EODEM anno ſcilicet 1314. apparuit cometes verſus aquilonem, & quaſi in fine ſigni

a *Obiit Clemens in Rauca Maura ſupra omnem Rhodanum in oppido ſito in prouincia (ſeu potius in Ocitania) 12. Cal. Maij. An. 1314 ſepultus in Vaſconia in Eccleſia B. Mariæ de vreſta Burdegalenſis diœceſis villula ignota, ob deuotionem, quam ad eum locum habuerat. vacauit ſedes an. 2. m. 3. d. 17. Onuph.*

b *D. Thom. 2. 2. q. 100. a. 1. aſſerit Papam poſſe committere Simoniam prohibitam, quia Simonia eſt, hoc eſt prohibitũ iure diuino, quia ei ſubeſt. c. ſunt quidam. 25. q. 1. Non autem Simoniam, quia prohibita eſt, hoc eſt prohibitã tantum iure humano, quia non ſubeſt ei ſaltem quoad vim coactiuam. l. Princeps. D. de legibus. cap. propoſuit. de conceſ. preben. Cæterum quicquid aliqui facile detrahant, non arbitror vllum papã vlla beneficia vnquam vendidiſſe, quamuis ceperit nõ via venditionis aut permutationis, nec alius contractus non gratuito, ſed aliis vilis inſtãs, quæ colliguntur ex eo quod poteſt beneficio extinguere & alia aliis vnire, diuidere, & reditus eorum augere & diminuere. c. ex parte. de conſtitu. & cũ maioribus. & c. extirpanda, in principio. & cap. qui verò. de præbendis. ſicut vnire. de exceſ. prælat. Nau. in manu. c. 23. nu. 107.*

A.C. 1315.

gni zodiaci, quod dicitur virgo,& durauit per ſex hebdomadas quod ſecundum iudicium aſtrologorum deſignauit plures nouitates, quæ contigerunt: vt peſtem,& præcipuè mortem regis Franciæ. Anno igitur præfato menſe Nouembris de hac luce migrauit rex Franciæ Philippus: qui regnauerat.xxix.annis.Mors autem eius fuit ſatis infælix, Nam cùm eſſet in quadam venatione, quidam aper inter crura equi, quem equitabat rex ſe ingeſſit, ex quo rex ex equo cadens paulò pòſt mortuus eſt. Hic fuit pulcherrimus hominum temporis ſui, ſtatura magnus, & optimè proportionata membra habebat. Sapiens & bonus in ſe ſecundum conditionem regiam, ſed quia nimis deditus erat delectationibus corporeis, & præcipuè venationibus, non tantum vacabat curæ regiminis, quantum expediebat. ſed aliis familiaribus ſuis negotia regni committebat, quibus cum nimis crederet in conſiliis, multa detrimenta inde ſecuta ſunt in regno.

Deſcr. ... prioré gis Philippi.

Philippi regis liberi & eorũ vxores impudicæ. Guardanappa.i. mantile.

Poſt ſe autem reliquit tres filios ſcilicet Ludouicum regem Nauarræ, Philippum comitem Pictauenſem & Carolum comitem Marchiæ. Omnes ij fratres fuerunt in modico tempore reges Franciæ: ſuccedente altero alteri per mortem eorum. Omnes pulcherrimi viri erant & malè fortunati in vxoribus eorum. Nam deprehenſæ ſunt omnes in adulterio.

Primus ergo Ludouicus in vxorem duxit filiam ducis Burgundiæ. Succedens autem patri in regno propter dictam cauſam, fecit vxorem cum quadam guardanappa ſtrangulari, poſt quod aliam duxit vxorem nomine Clementiã filiam Caroli martelli ſecundi,& ſecunda & tertia ſorores fuerunt, & filiæ ducis Burgundiæ, Philippus comes pictauienſis vxorem, quam repudiauerat dicta ex cauſa reaſſumpſit, quia multum eam amabat. Carolus autem comes Marchiæ vxorem ſuam reconciliare ſibi noluit, ſed in carcere detinuit. Ad hanc infælicitatem creduntur deueniſſe, vel quia contraxerunt in gradibus prohibitis, vel potius propter nimiam iniuriam ſactilegij perpetrati à patre Philippo in captura Bonifacij papæ.

Matrimonia inceſta Principum infelicia.

De bellis Italicis Lon. Aret. Blond. dec. 2. lib. 9. A.C. 1314.

§. V.

CIRCA ea tempora, ad bella vertendo ſtilum geſta in Hetruria, inter Lucenſes Piſanos,& Florentinos, vt notat Leonar. in hiſt. Flo. lib. 5. Cum Piſani ſibi quærerent ducem, à quo in bellis dirigerentur: vir erat Vguitio Fagiolanus: ea tempeſtate in primis acer: ad rei militaris peritiam, moderatio quædam animi,& conſilium ne in pace quidem aſpernendum, accedebat, præterea ſtudio partium vel Piſanis par. Hunc euocare Piſanis placuit, ſummamque rerum vni ſibi cõmittere. Suſcepta igitur ciuitatis cura: Vguitio ad octogintos equites Germanos ex iis copiis, quæ nuper cum Henrico militauerant ingentis pollicitatione mercedis ad ſe traduxit, ac cætera, quæ prouidenda erant, ſolertiſſimè curauit. Inde contra Lucenſes bellum ipſe prior occupans, ſic acriter infeſtare cœpit, vt quæ ante fuerant perpeſſi bella, ludi planè iocique viderentur: vſus belli inferendi certiſſima ratione, vt non ſemel aut iterũ quotannis apparatu facto in hoſtem exiret, quod ſuperioribus ferè bellis fieri conſueuerat: ſed in armis conſiſtens Piſis ipſis pro caſtris aduerſus Lucam propter finitimam propinquitatem vteretur: Lucenſes verò eodem fere tempore, quo Florentini ius ac poteſtatem ſui Roberto regi tradiderant: quæ res tanquam tranſlata in alterum cura, multum admodum illos ad ſtudium belligerandi reddebat ſegniores: nihil denique neque enixè neque fortiter ab eis gerebatur. Opem tamen ferebãt ſocij, nec Lucenſibus deerant. Verum quid proderat ea res? Quamdiu enim maiores ſociorum copiæ Lucę conuenerãt Vguitio ſe Piſis continebat, quietemque de induſtria ſimulabat. Vbi verò abierant fines Lucenſium peruadebat. Ita tandem, magnitudine incommodi perturbatos (quoniam cæteræ deerant viæ) ad iniquiſſimam Lucenſes compulit pacem, in qua multum agri,& pleraque munita loca Piſanis dimiſerunt exuleſque omnes diuerſæ factionis in vrbem receperunt.

Vguitio Fagiolanus Piſanorum dux contra Lucẽſes pergit.

Pax inter Piſanos & Lucenſes.

Hæc pax initio fere alterius anni, ex quo Hẽricus deceſſerat, firmata eſt, multum admodum contradicentibus Florentinis, & cladem prouẽturam inde vaticinantibus: Cum ergo exules ſecundum pacta pacis Lucam rediiſſent, quãtum nunquam prius inteſtina oritur ſeditio ex bono rum repetitione: ob quæ cum ad arma itum eſſet,& intra vrbem pugnaretur,& alij Florẽtinos alij Piſanos aduocarent, anteueniens Vguitio, ab ea parte ciuiũ, quę ſuo beneficio in vrbem redierant, admittitur. Quo facto altera ciuium pars Luca depellitur. Germani verò & Piſani, qui cum Vguitione intrauerant vbi victores fuere ad prædam conuerſi totam diripuerunt vrbẽ nec minus amicorum bona, quàm inimicorum in prædam venere. Hic profectò ludus fortunæ mirificus fuit, vt Piſani in metu & deſperatione rerum ſuarum Luca potirentur, quam ante proſperis tot rebus, nec ſperare quidẽ auſi fuiſſent.

Luce orta ſeditio. A.C. 1315. Piſani Lucam capiunt & diripiunt.

Lucenſes vrbe pulſi caſtellis quibuſdam circa Nebulam fluuium,& per inferiorem Arnum occupatis, ad Florentinorum opem ſe totos cõuerterant. Nam regẽ incuſare quidem haud falſo licebat, eiuſque incuriam, vel ſegnitiem carpere, nec eos ſanè feciſſe ſpes. Erecta ſiquidem ciuitas ob ſociorum calamitatẽ, ſuſcepto confeſtim patrocinio bello incubuit. Prima fuit curã

Nota occulti iudicij Dei vim, quã fortunam Aretinus nominat Florẽtini Lucenſibus exulibus præſidio ſunt.

exules

a *Mortuo Philippo Pulchro 3. Calen. Nouem. 1314. ſucceſſit & in regno Franciæ & Nauarræ Ludouicus 11. Onuph. 10. Hutinus dictus Aemyl. Francorum rex 63. Onuph. 46. Aemy. qui regnauit an. 1. m. 6. d. 7. Obiit non. Iun. A.C. 1316. Cui Ioannes infans, (quem tamen noſtri non numerant Francorum rex 64. ſucceſſit, qui regnauit poſt patrẽ dies 20. Cui Philippus 6. alias 5. ſucceſſit dictus longus Francorũ 65. Onup, regnauit an. 4. m. 6. d. 13. Obiit an. 1321. 8. Id. Ianuar. Cui ſucceſſit Carolus 7. alias. 4. pulcher Francorum 66. Onuph. 48. Aemyl. qui regnauit an. 7. dies 27. obiit ſinę liberis Cal. Feb. A.C. 1328. Ex Onup. addit Aemy. fælix ne pater filiis, an nuribus infælix omnes illæ probri cauſam dixere: Ioanna Philippa abſoluta, ea Mathildis Atrebatis ac Othonis Burgundiæ comitis filia erat. Margarita Ludouici Blanda Caroli Flagitio conuicta.*

A.C. 1315.

exules ſubitaneo tutari milite, ne victoris impetus vno eodemque impetu trepidis in rebus caſtella ipſa quib. ſeſe receperãt, abduceret. Quare miſſæ eo ſtatim copiæ oppidanis ſimul & exulibus fecerũt animos ad oppida retinẽda. Poſt hæc ad robuſtiorem apparatum verſi, non de rebellendo ſolùm, ſed de inferendo etiam bello cogitabant. Huius rei caput viſum eſt ante omnia cum rege de auxiliis agere, ac ducem petere qui bello gerendo præeſſet. Cũ igitur ea de cauſa legatos ad regem miſiſſent, permotus rex iis rebus, quæ Lucenſibus acciderant, vocibus etiam legatorum compulſus, Petrum fratrem cum equitum manu in Hetruriam miſit. Is Florentiã proximo ſextili ingreſſ⁹ eſt, iuuenis ſumma gratia, & fauore populari mirum in modum acceptus.

Robertus rex Siciliæ ad Lucenſes auxilia mittit.

Et cùm de Piſano Lucenſique cogitaretur bello, magna inſuper formido veluti à tergo inſidens conſilia perturbabat. Factio enim, quæ Aretium tenebat, palam hoſtis erat partibusque aduerſa, & laceſſita ante Henrici aduentum, & poſtea cum illo ſenſiſſe ambiguum non erat. Denique Aretinorum & Lucenſium ratio par, atque eadem videbatur eſſe. In vtraque enim ciuitate hoſtes dominabantur, ſocij verò & amici & earundem partium ſectatores exulabant. Illud verò intererat, quòd Lucenſium recentior erat clades, grauiorque ab ea parte hoſtis Vguitio cum Piſanis imminebat. Itaque ne bellum Aretinum eos conuerſos intentoſque impediret, ſtudia pacis adhibere placuit. Quod quidẽ negotium Petrus regis frater primum ferè omnium in Hetruria ſuſcepit, perfecitque tandem licet iniqua exulibus conditione, ſed eo tempore neceſſaria. In fœdere hæc conuenta fuerunt, vti Roberto regi gubernatio dominatuſque Aretij in quinquenniũ traderetur: ea tamen exceptione ne quis exules immittere, neúe arcẽ ædificare, aut præſidium in illa poſſet publici reditus ciuitatis forent, nec ex iis quicquam regi, poſcere capereúe liceret. Ciuitas quaterna auri millia ſingulis annis regi tribueret: ipſe protegeret in bello, in paceque tutaretur. Per hoc fœdus nomen tantum, & pecunias rex ſuſcipiebat gubernatio autem ciuitatis illis ipſis qui primò tenuerãt, relinquebatur. Quinetiam deligendi magiſtratus curam ac poteſtatem Guidoni præſuli Aretinorum è familia principe huius factionis ac Gerio Florentino equiti rex ex fœdere permiſit.

Piſani cum Florentinis rurſus contendunt, iidem.

§. VI.

POST fœdus iſtud cum Aretinis ictum vniuerſa, quæ per ſuperiorem Arnum ſub Henrici aduentu rebellauerant præciſa reſiſtendi ſpe ad Florentinos rediete. Ita quietis omnibus ab Aretinis, Piſanum duntaxat bellum reſtabat. Dum hæc à Florentinis, regeque prouideretur, Vguitio (aliàs Vguitius Fagiolanis) nihil intentatũ aduerſus hoſtem relinquebat. Poſt

Vguitionis facinora.

A captam enim direptamque Lucam terribilior inde factus oppidis, quib. ſe receperant exules infeſto quotidie impetu ea peruadẽs, nec requiẽ nec ceſſationẽ vllã dabat. Inde mox in alios atq; alios traductis copiis, Miniatenſes, Piſtorienſes, Volaterranos omnifariam belli cladibus atterebat. Tandem maiori vi montem Catinum adortus, frequẽtia circa illud præſidia communiuit. Ipſe verò modò præſens obſidionem vrgebat, modò relictis præſidiis cũ parte copiarũ agros hoſtiũ peruadebat: vt ſimul obſidere, ſimul bellum alibi gerere nec vllis deeſſe locis videretur.

A.C. 1315.

B Durante, apud montem Catinum obſidione cum obſeſſi magis in dies præmerentur, Philippus alter Roberti regis frater, proxima dehinc æſtate, Florentiam venit. Cuius aduentu ſublatis lætitia animis, copias vndequaque contrahere, ac ad obſeſſos liberandum ire placuit.

At Vguitio audita vi, quæ contra ſe parabatur, copiis non modo ſuis omnibus, verumetiã amicorum vndecumque contractis, impigrè ad montem Catinum obſtinatus conſedit. Florentini igitur & ſocij circa nonas ſextiles Florentia profecti ad hoſtem contenderunt. Ducebat autem acies Philippus regis frater. Erat quoque in exercitu Petrus alter frater, quem primo Florentiam à rege miſſum ſuprà oſtendimus. Sed

Philippus frater Roberti florẽtinorũ aduerſus Piſanos dux.

C quoniam is minor erat natu, ſumma rei apud Philippum habebatur. Tranſgreſſi Piſtorienſem agrum, fineſque Lucenſium ingreſſi, poſtquam in conſpectum venerunt hoſtium, caſtra non longè ab illorum caſtris poſuere. Vguitio munitionibus ſuos continebat ſatis pro gloria exiſtimans, ſi contra tantos conatus inuitis aduerſariis in obſidione perſtaret. Itaque quia modò prælia inter vtraque caſtra per ſingulos fermè dies committebantur, ad totius verò pugnæ non deſcendebatur diſcrimen.

Cùm aliquot dies in hunc modum perſtitiſſent, Vguitio commotus ſuſpicione nouarum

D rerum quæ Lucæ per eius abſentiam ſuſcitari nunciabantur, ea caſtra retro mouere conſtituit ſi poſſet quieto hoſte, ſine pugna: ſi impediretur fortunam prælij tentaturus. Structa itaque per noctem acie, prima ſub luce incenſis tabernaculis mouere ſigna, iterque ingredi cœpit, quod ſimul atque in caſtris Florentinorum animaduerſum eſt confeſtim rumor attollitur & fugere hoſtes conclamatur, totis denique caſtris repẽte conſurgit. Cùm ex hoc palam eſſet abſque pugna nequaquam abire licere. Vguitio verſis repente ſignis caſtra ferociter inuadit, Senenſes & Collenſes ab ea parte ſtationem habebant.

Pugna inter Piſanos & Florentinos.

E In hos nondum ſatis paratos, prima hoſtium delata acies turbauit latè, ac terga dare protinus coegit. Inde munitione tranſgreſſa, ad intimas caſtrorum partes dimicando peruenit. Cũque totis fluctuaretur caſtris, Vguitio in perturbatos Germanorũ equitatus immittit: ipſe cũ cætera multitudine ſubſecut⁹ premebat. A Florentinis verò primo concurſu ægrè pugnatum eſt. Quamuis enim ſubita res, nec ſtruẽdæ aciei, nec alloquendi militem dabat facultatem, tamẽ ad eam partem, qua maior erat tumultus concurrentes, primam hoſtium aciem, quæ auidius

F inſecuta fuerat, totam penè obruerunt. Sed poſtquam Germanorũ equitũ procella ſuperuenit, proſtratus fortiſſimus quiſque aut vulneratus ho-

A.C. 1316.

A hoſtibus auditum fecit. Vguitio autem ipſe qua
drato agmine ſequebatur. Nullumq́ue aut ſe col
ligendi ſpacium, aut reparandi certaminis da-
bat. Ita poſt multam cædem fuga paſſim fieri
cœpta. Cecideruntque in ea pugna Florentino-
rum ſociorumq́ue ad duo millia, & cum iis Pe-
trus regis frater, Caroluſq́ue Philippi filius. Præ
terea ex nobilitate Florentina optimus quiſque
fortiſſimúſque oppetiit, cæteri diſſipati, vt ca-
ſus tulit, aufugerunt.. Multi etiam proximis pa-
ludibus merſi periere. Philippus amiſſo fratre
& filio inter fugientes euaſit: quoniam febri ea
die oppreſſus, nec ſe prælio miſcuerat, nec vl-
B lum præſtiterat ducis officium. Vguitioni quo-
que fuit non incruenta victoria. Nam & Fran-
ciſcus eius filius, qui Anteſignanis præfuerat in
hoc prælio interfectus eſt, & tota ferè acies pri-
ma oppreſſa.

Rex Robertus ſiorum morte minimè commouetur.

Poſt hoc prælium, qui obſidebantur, deſpe-
ratis iam rebus montem Catinum victori
dediderunt. Funeſtata prælio aduerſo ciuitas,
non tam ipſa prouidebat, quàm regem intue-
batur, ſperans illum pro tanto ſuorum luctu
ad vltionem properaturum. Rex autem ſiue ſa-
pientia ſiue molitie quadam, non ſatis pro vo-
C luntate hominum mouebatur. Itaque non dee-
rant iam, qui regem carpere palam, inſectari-
que viderentur. Denique & culpa ſuorum du-
cum acceptam cladem, & alium quærendum
principem robuſtioris animi prædicabant.
Quam indignationem paulò pòſt, maiorem in
modum adauxit Nouelli cuiuſdam aduentus
quem rex præficiendum bello in Hetruriam
miſerat, paruo admodum comitatu, ac in tanta
clade regiæ domus contemnendo.

Florẽtini ſunt de ſuo ſtatu valdè anxij. An.C. 1316.

Igitur principio ſequentis anni creſcente in
D regem odio, Nouellum remiſerunt quarto ferè
menſe poſtquam Florentiam venerat, & dux al-
ter & princeps quærebatur. Erant qui Philip-
pum Caroli Valeſiani filium è Gallia vocan-
dum, erant etiam, qui regem non alienandum
nec poſt effuſum ſuorum ſanguinem ingratè
repudiandum cenſerent. Ex his contentionibus
inter ciues agitatis, factiones duæ reſultarunt,
vna regij fautrix hominis, altera aduerſatrix.
Quibus certantibus inter ſeſe, nulla ad bellum
adhibebatur prouiſio. Poſtquam autem remiſe-
runt Nouellum, quem Robertus rex ad guber-
E nandum miſerat, qui tamen parum poterat fa-
cere, quia factio aduerſa habebat in manibus
magiſtratum Prioratus, & aliorum officiorum.
Et vt efficacius dominio vterentur in ciuitate,
& vt magis timerentur, fecit dicta ſecta bargel-
lum quendam Eugubinum, nomine Ferlan-
dum, virum carnificem: & crudelem: anno do-
mini. 1316. dantes ei vexillum cum poteſtate ma
gna. Qui cum quingentis ſtipendiariis armatis
permanebat iuxta palatium dominorum Prio-
rum, portantes mannarias, capientes & occiden
tes Gibellinos, & rebelles cum filiis eorum, de
facto iudicando & condemnamdo ſine ordine

Mannaria eſt gladius ingens, quo carnifices capita reorum amputant.

iuris, in ciuitate & comitatu, vt placebat oc-
F cidendo: quod etiam fecit clericis de familia
Abbatum & multis aliis. Quæ res multũ ex-
terruit ciues tam Guelphos quàm Gibellinos,
tum ex ſtrage ſuſcepta paulò ante à Fagiolano,
tum ex tyrannide huius bargelli. & facta eſt &
inuenta vna moneta falſa quę erat quaſi tota cu

A prea, & ſuperficietenus argentea, quæ expen-
debatur pro ſex denarijs, & nõ valebat niſi tres, A.C.
Cæterum in hiſce malis vnica fuit ſalus a- 1316.
pud hoſtes coorta diſſentio. Piſani ſiquidem
poſt victoriam Vguitionis magnitudinem for-
midantes, de abiiciendo illius iugo ſecuri iam
ab hoſte cogitabant. Ea res ei cognita effecit,
vt ipſe quoque ab hoſtium perſecutione men-
tem atque animum in ciues conuerteret. Ita-
que præſtantiores quidam Piſanorum ab eo
proditionis inſimulati, ſupplicioq́ue affecti pe-
rierant. Cæteri verò perculſi metu illius
dominatum ſupportabant inuiti. Ipſe verò
B exire in hoſtem Piſanoſq́ue ſine præſidio re-
linquere non ſatis audebat. Id reſpirationem
quietemq́ue belli Florentinis dedit. Magis ſi-
quidem in ea re fortunæ beneficio (vel potius
Dei prouidentia) quàm vlla proprij conſilij
prudentia fruebantur. Sed & quia nullum vio-
lentum perpetuum: neque Fagiolani res, vt cæte
ra violenta diuturnæ fuerunt. Poſt longas enim
ſuſpiciones tandem Piſis & Luca ſimul excidit.

Vguitio vt Piſarum & Lucenſium dominatum amiſerit, & de Caſtrutio Lucenſ. Blon. ibi. Leo. Aret.

C

§. VII.

CASTRVTIVS erat iuuenis apprime
nobilis in ea factione, quæ nuper benefi-
cio illius Lucam redierat: manu audaciaque pri-
marius, ætas ac generis fauor ſublimem redde-
bant. Hanc cædem rapinaſq́ue Lucenſi in agro
molitum Nerius Fagiolanus capi iuſſerat, tru-
D ſúſque in carcerem pro admiſſis ſupplicium ex-
pectabat. Id verò Lucenſes vſque adeo grauiter
ferre videbantur, vt appareret eos nunquam
ſupplicium huius hominis perpeſſuros. Iam con
uenticula cœtuſq́ue tota vrbe agitabantur. Cũ-
q́ue ea res non dubiè ad rebellionem ſpectaret
Nerius ad patrem re celerius delata prouideri
monuit. Quo nuncio excitatus Vguitio, confe-
ſtim cum equitatu Piſis egreſſus Lucam verſus
ire contendit, ea mente, vt pœna de reo ſumpta
decuſſiſq́ue nouarum rerum authoribus Piſas
èveſtigio remigraret. At Piſani poſtquàm egreſ-
E ſum viderunt, optatam occaſionem nacti, corri-
piunt ſtatim arma: portas claudunt, ædes ac fa-
miliam eius ferro igneq́ue adoriuntur. Aduolat
Piſanæ defectionis fama ad Lucenſes, corri-
piuntq́ue illi arma, ædes communiunt, impedi-
menta per vias iactant. Hæc eo intentius agunt
quòd illum in ſuam perniciem intelligebant ve
nire. Quibus tandem conterritus Fagiolanus
cum à tergo & à fronte præcluſus nullam obti-
nẽdi ſpem ſupereſſe videret: recepto modo filio
in agrum abiit Lucenſem. Triennio ferè Piſanis
Vguitio præfuit, in hoc breui tempore: multis
ac præclaris rebus geſtis, ad extremum tanquã
fortunæ ludo iactatus, vna atque eadem die v-
F triuſque ciuitatis imperium amiſit, ſcilicet Piſa
næ & Lucenſis.

Piſani ad regẽ Robertum legationem mittunt. A.C. 1317.

Proximo dehinc anno Piſani legatione ad
regem miſſa, fratris ac nepotis caſum ſupplici-
ter deplorarunt culpam omnem in Fagiolanum
referentes. Siquidem ab initio ſui tutandi cauſa
(quod

A.C. 1317.

(quod fas & iura permittunt) illum ſibi præfeciſſe, atque eos illius imperio delectos, donec icto cum Lucenſibus fœdere ſe ab illorum iniuriis vindicaſſent. Quicquid poſthac acceſſerit, id iam Fagiolani eſſe, non Piſanorum: hominem durum atque ſæuum, lites ex litibus, certamina ex certaminibus ſerentem, nihil de Piſani commoditate populi, ſed plurimum de propria tyrannide cogitaſſe: quòd Luca direpta fuerit, quòd amici regis pulſi, eiuſdem facis atque incendij fuiſſe: implicatum deinde ab illo die de induſtria bellum obſidione Catini & crebra in Piſtorienſes & Volaterranos incurſio facta eius viri quàm ſibi diſplicuiſſent, exitum docere, quòd non prius ſe quieturos putarent, quàm raptis contra illum armis vrbe pepuliſſent. Obſecrare, vt iram, ſi qua forte regium in pectus ea ob facta altius deſcendit, cognita veritate leniret: Piſaniſque rogantibus, pulſo tandem tyranno malorum omnium turbarumque authore pacem daret.

Pax inter regem & Piſanos.

Hac oratione regem, nec prius quidem aſperum ad pacem, vti in prima pace conuenerat Florentinus, Piſani deflexerunt, Lucenſibus quoque iiſdem conditionibus pax data. Illud modo additum in fœdere, vti caſtella olim Lucenſium, quæ exules tenebant, illis ipſis, in quorum manibus erant, remanerent. Pax hæc ferè ab omnib. improbata eſt vt à rege mollioris animi contra decus ſui nominis conceſſa.

Piſani in Vguitionem cur deſæuierint. Ioannes Villanus.

Sed præſertim Florentinis moleſta fuit, cupientibus Catinenſem iniuriam vlciſci. Verum ne authoritati derogare viderentur regiæ ægrè ad extremum habuerunt.

Piſani verò rebellantes ſe Vguitioni præfato propter tyrannidem ſuam, quia decapitari fecerat duos notabiles ciues Banducum, & filium eius, amatores reipublicæ ſub prætextu, quòd facerent tractatum cum rege Roberto, cum armis & igne cucurterunt ad palatium eius, & interfecta familia eius prædati ſunt omnia. Et erexerunt in dominum ciuitatis dominum Guaddum (aliàs Gerardum) de Gerardeſchis, virum ſapientem & potentem. Vguitio profectus eſt cum ſuis ad tetraslongobardiæ.

Florentinorum res. Leo. Aret.

Eodem anno conſtitutum eſt, vt qui in expeditionem proficiſcerentur equites, hæc arma deferrent, Caluariam, galeamque inſuper Chriſtatam, thoracem, manicas, femoralia, ocreas, omnia ex ferro. Hoc ex eo prouiſum, quia leuis armatura multis nocuiſſe ſuperiori aduerſo prælio videbatur. Per hoc tempus [auctoritas] Roberti regis, ob varias incurſationes Florentia vacillans; opera maximè vnius præfecti redintegrata eſt. Poſt indignationes enim ſuperiori tempore coortas, rex Guidonem comitem vrbi præfecit. Is quoniam finitimus, & penè ciuis non ſolum morbos ciuium, ſed cauſas origineſque cognouerat, ad pacandum ciuitatem animum intendit. Supra quinquaginta capitales inimicitiæ familiarum ex nobilitate plebéque in ciuitate vigebant, quæ omnes per huius prouidentiã adiuuante republica ſublatæ ſunt, & quaſi ex bello pax eſſet, arma depoſita. Has priuatas ciuium amicitias, mox publica inſuper conſentio ſecuta eſt, cùm omnis ante diſſentio in republica ex priuatis ſimultatibus oriretur. Itaque tranquilla omnia publicè priuatimque huius diligentia effecit: nihil enim eſt tam hebes:

Inimicitiæ Florentiæ multæ tolluntur.

A quod non beneficentia moueatur. Ciuitas enim nuper infenſa præfecti beneficio, rurſum in regem cõuerſa eſt. Et qui paulò antè de abrogãdo imperio ante finitum tempus cogitabant, repente mutati in triennium prorogarunt. Eodem anno Cremonenſiũ exulibus tradita ſunt auxilia à ciuitate, & Parmenſibus adiutoria quædam miſſa quo aduerſariis reſiſterent.

A.C. 1317

Circa illud tempus accidit, quòd filia regis Alberti, & germana ducis Auſtriæ ex Alemannia ducta fuit ad coniugem ſuum, ſcilicet ad Carolum ducem Calabriæ & filium regis Roberti cum magna comitiua. Et cùm tranſiret pro Florentiam honorificè ſuſcepta eſt. Et expoſita querela de bargello, vt remoueretur poſtmodum rex Robertus fecit eum amoueri. Et ſtatuit, quòd Guido comes Bottifollis ipſe gubernaret ciuitatem. Qui pro pace ciuitatis fecit fieri tredecim priores ad regendum ciuitatem beneuolos regi. Et ſic mutatus eſt ſtatus Florentiæ, & ſine ſeditione pacata eſt ciuitas.

Catherina Carolo duci Calabriæ nubit.

Eodem anno in territorio vallis Arni natum eſt monſtrum, ſcilicet vnus puer habens capita duo: qui ductus eſt Florentiam ad ſanctam Mariam de ſcala & ſuperuixit dieb. viginti & mortuus eſt.

Florentini ad regem auxilia mittunt & Genuenſes ei ſeſe dedunt. Naucl. Gene. 45. Leon. Aret. A.C. 1318.

§. VIII.

Altero poſt hunc anno neque domi neque foris geſtum quicquàm memoria dignum reperio præterquàm quòd miſſa regi auxilia ſunt tunc Genuæ commoranti. Genuenſibus enim nuper ciuili diſſidio agitatis, alterius factionis homines armis præualidi aduerſarios expulerant, ac in regis manus ſe vrbemque tradiderant. Pulſi verò contra ad ſuarum partium fautores per Galliam & Liguriam confugientes, vi redire in vrbem conabantur. Id certamen eo regem traxerat, præſenſque ipſe bellum adminiſtrabat. Miſſa igitur tunc iis de cauſis Florentinorum, ſociorumque auxilia, regi multis in locis vſui fuere. Contentio autem ita creuit, vt non Ligures modò, ſed tota cis alpes Gallia ſtudio partium ſcinderetur, ac Hetruria mox eundem ſecuta motum bella grauiſſima integraret. Admiſcuit ſe quoque his certaminibus Ioannes papa Romanus. 22. qui ſucceſſerat Clementi quinto. Qui cùm regi ſuiſque faueret, litem antiquam contra fautores imperij renouauit.

Cùm igitur tanquam incendium quoddam dilataretur bellum, ac Genuæ ſimul & per Galliam certaretur, Florentini verò eo magna auxilia ſubmiſiſſent, ad impediendum eam manum aduerſarij Caſtrutium (is enim poſt eiectum Fagiolanum Lucæ dominabatur) excitarunt, magniſque pellexerunt præmiis, vti rupto fœdere bellum aduerſus Florentinos in Hetruria ſuſcitaret. Caſtrutius ergo biẽnio ferme poſt

A.C. 1308.

pacem,nulla prius ipſe laceſſitus iniuria,infeſto exercitu agrum Florentinum ingreſſus. Emporium vſq; populabundus,& quædã munita loca improuiſo accepit impetu.ob hunc tumultum mille equites nuper a Florentinis in Galliam miſſi, domum confeſtim reuocati ſunt. Auxit quoque in Hetruria ſuſpitionem , quòd Guido præſul Aretinorum per factionem ſubleuatus Aretij ſuſceperat dominiũ. Is erat vir egregius quidem,ſed & familia diuerſarum partiũ,ac maximè Florentino nomini aduerſa. Itaque huius ſubleuatio ab iiſdem impulſoribus [orta] quibus & Caſtrutianum bellum credebatur. Sed tantò indecentius , quantò contra vocationis ſuæ ſtatum , nam qui paſcere debebat oues ſibi commiſſas verbo & exemplo pacem procurans is bella ſuſcitãs,& diuiſiones fouens,reiectis lachrymarum armis corporalibus vtebatur in ſcãdalum plurimorum Caſtrutius cũ ex Gallia Florentinorum equites,opera maximè ſua reuocatos gauderet,quo potentiam magis audaciamque oſtentaret,ſuis coacto exercitu Genuam verſus ducere cœpit,vt non ſolùm detractione hoſtilium copiarum ; verum etiam ſui præſentia partibus opitularetur.

Guido Aretinus præſul dux factionis.

Florẽtini aſtu Caſtrutium è Gallia reuocant.

Florentini autem,quo vice verſa illum reuocarent,haud multò pòſt Lucenſiũ fines ingreſſi magno tumultu Lucam circunſederunt. Quo tandem metu Caſtrutius retro reſpicere, copiaſque reducere è veſtigio cõpulſus eſt. Sed Florentini vbi hoſtẽ,ex reditu appropinquare ſenſerũt populato infeſtius agro Fucetium ſe receperũt. Caſtrutius verò ſimul reuerſus ad eos duxit,nullam confligendi moram,ſi per illos liceret facturus. Sed propoſitum non fuerat pugna decernere Florentinis,neque eam ob rem ingreſſi fuerãt hoſtium agrũ:ſed ob reuocãdum hoſtis iter, quod iã planè aſſecuti cùm eſſent,nihil aliud in præſentiã flagitabant. Diu in iis locis vterq; exercitus conſtitit:cum palus tantum,nec ea quidem lata,dirimeret caſtra. Tandem irrita expectatione ſine prælio eſt egreſſum,ea tamen opinione hominum : vt in aggreſſu ipſo collocationeque caſtrorum hoſtis ſuperior haberetur:nec tam copiarum multitudine,quantum audacia & certandi cupiditate.

Ea tempeſtate notabile Flagellum Dei accidit in partibus Germaniæ verſus borealem plagam,peſtilentiæ & famis,quæ peſtis dilatata eſt & protenſa vſque in Hollandiam & Zelandiam & Brabantiam,& Burgundiam,& Flandriam,& Aynaldũ, & in partes Frãciæ. Hæc peſtis ita crudeliter deſæuit, in illis partib⁹,quòd tertia pars hominum illorum proſtrata ſit,& intra vnũ diẽ infecti deficiebant. Cariſtia inſuper fuit magna omnium victualium,& niſi per mercatores fuiſſent tranſmiſſa per naues frumenta ex Sicilia & Apulia(vnde & magnum lucrum reportarunt) innumeri fame periſſent. Inchoata eſt peſtis hyeme,& aucta in verè & æſtate grãſſata eſt. Tantaque fuit aquarum de cælo inundatio , vt ſemen ſuffocaret , & ita terras ſteriles reddidit , quòd pluribus annis infructuoſæ extiterint. Et ſecundum iudicium aſtronomorum cometes,qui per annum & vltra ante apparuerat , deſignauerat peſtem illam,aeris infectionem:quæ etiam Romandiolam inuaſit , & ad Mugellum vſque peruenit.

A De Ioanne.xxij. papa,& mutatione ſtatus Genuenſium, & diuerſis bellis diuerſorum,

A.C. 1308.

CAP. IIII.

ANNO domini.1316. abinitio autem mundi quinquies. 1269. ſecundum minorem computum;ſecundum maiorem ſexies.1515. creatus eſt papa Ioannes ſub hoc nomine.xxij. Cùm enim vacaſ-
B ſet eccleſia poſt mortem Clementis quinti annis duobus propter diſcordiam cardinalium, ad quos ſpectabat huiuſmodi electio: qui Auenioni congregati erant. Nam multi ex eis erant Guaſcones & ij quærebant Guaſconem habere pontificem. Qui verò erant ex Francia, Prouincia,& Italia cardinales,illis non acquieſcebant, alium quærentes,ſiue qui eis videretur eccleſiæ Dei vtilior,ſiue qui eis foret fauorabilior. Demum poſt longam concertationem in hoc omnes conuenerunt Lugduni, vt Iacobus Portuenſis(qui dictus eſt poſtea Ioannes.22.)qui erat tunc Cardinalis inter eos quaſi vice omnium eligeret vnũ ex illis,ex vna vel altera parte. Sed fe-
C fellit eos ſua opinio. nam neque ex vna parte,neque ex altera elegit , ſed de conſilio & tractatu domini Neapolionis cardinalis de Vrſinis ſeipſum elegit. Et quamuis in aliis electionibus , quis ſeipſum eligere nõ valeat, tamen in electione papæ non prohibetur cum ſibi committitur electio. Sufficit enim,quòd habeat duas partes in eũ aſſentientes voluntariè. Alia impedimẽta, quæ poſſunt vitiare electiones canonicas,in papa locũ non habent,ſi ſit fidelis non hæreticus.

Inter Cardinales de Põtifice deligẽdo cõtẽtio. Naucl.ge. 45. Aemyl. vacat ſedes an.2. m.3.d.17. Onuph.

Hic autem fuit natione Gallicus , generis ſui infimæ conditionis filius, ſcilicet reſartoris ſotularium,pauper temporali ſubſtãtia , ſed diues ingenio, & ſcientia, paruus corpore,ſed magn⁹
D animo. Qui nutritus eſt ſub archiepiſcopo Arelatenſi,magiſtro ſuo:quo ſublato rex fecit eũ loco eius cancellarium ſuum, & poſtmodũ factus eſt epiſcopus Auenionẽſis. Et inde propter ſciẽtiã ſuã & prudentiã factus eſt cardinalis. Et quãuis rex Robertus cũ eſſet in minorib.,nõ multũ diligeret eum,quia quaſdam literas commendatorias direxerat papæ Clementi ſine ſuo ſcitu, ſed nomine regis & ſuo ſigillo,quod tenebat, ſignatas,tamen ad papatum eo aſſumpto alter alterum multum dilexit. Et multa papa Ioannes fecit pro Roberto rege & exaltatione eius. Ipſe Papa Ioannes promulgauit Clementinas, quas
E Clemens in concilio ediderat, & eas obſeruari omnibus demandauit.

Ioannes 21. dictus 22.Põ. ma. 198.ſed. a. 18.m.3.d. 28.

A.C. 1316.

Cerdonis fuiſſe filiũ notat.

Anno domini 1317. cum finitæ eſſent treugæ inter regem Robertum & regem Siciliæ Fridericũ ipſe Robertus præparari fecit magnã claſſem ſexaginta galearum , & aliorum lignorum Neapoli, cui præpoſuit in Admiraldum dominum Thomam comitem Squillaci,& capitaneũ earum, habuitque ſecum mille ducẽtos equites & pedites multos,cum quibus copiis profectus eſt in Siciliam,deſcendenſque in terram in valle Marzara deuaſtauit regionẽ circa Trapolim,
F frumenta exterminans. Exinde Panormum properè diſcurrens, hoſtiliter viridaria & vineas deſtruxit : moram ibi trahens per aliquot dies.

Poſt-

A.C. 1316. Poſtmodum per terras milites, & alij per mare Meſſanam vſque peruenerunt, pomaria & vineta deuaſtantes per quindecim dies. Rex autem Fridericus nunquam voluit ei cum copiis ſuis occurrere in prælium nec per mare neque per terram, ſed ſe contutauit in caſtro Giami cum ſuis. Quamobrẽ quia non erat qui reſiſteret copiis Roberti, inſula Siciliæ maius damnum recepit in diſcurſu hoſtium libere per eam, quàm factum fuerit per Carolum primum vel ſecundum. Et ſi Robertus continuaſſet diſcurſum illum hoſtilem per Siciliam anno ſequenti, credebatur eam obtenturus. Sed papa Ioannes voluit & mãdauit treugas fieri inter eos per quinquennium, & ciuitatem Rhegi & multa caſtra quæ Fredericus abſtulerat in Calabria in aduentu Imperatoris Henrici, voluit papa dari in manibus ſuis ad cuſtodiam earum. Quod fecit Robertus, vt adiuuare poſſet Carolũ in iis quę aggreſſus fuerat, & vt recuperaret terras illas amiſſas in Calabria. Nam & ſi datæ fuiſſent in cuſtodia eccleſiæ, ſub dominium tranſierunt Roberti regis. In qua re Fridericus conquerebatur de eccleſia de illis terris ſibi ablatis. [Pontifex ſe cauſſa cognita, cum id ſui iuris arbitriique foret rem iuſto domino reſtituiſſe defendebat, nec fas fuiſſe, ſe cùm ſequeſter cũ iudex foret, vrbem de qua ambigebatur diutius, quàm fides poſtularet, poſſidere, ac in ſuammetipſius rem litem vertere, id ſordium, id perfidiæ, id ſceleris futurum fuiſſe.]

Sicilia à rege Roberto valdè vexatur. Aemyl. lib. 1.

Ioannes Pontifex inter Fridericum & Robertum inducias fieri curat. Æmyl.

Eodem anno Ferrarienſes ſubtraxerunt ſe à iuriſdictione eccleſię, & deuotione Roberti regis, & inſurgentes contra gentes armorum Cathalanos, qui ibi erant pro Roberto, partim captiuauerunt, partim occiderunt. Et exinde Marchiones Eſtenſes acceperunt dominiũ eius, ſicut ordinatũ fuerat de voluntate ciuiũ Ferrarienſium.

In illo etiã tẽpore Vguitio Fagiolanus, de quo ſuprà cum auxilio domini Canis Veronenſis & copiarum equitum, & peditum plurimorũ proceſſit in Lungianã, & cũ potentia Spinetæ Marchionis intendebat Piſas adire, ſi fortè eam potuiſſet recuperare amiſſam ciuitatẽ, cum ibi haberet occultos tractatus cum quibuſdã Piſanis præcipuè de familia Lanfrãcorum. Sed detecta proditione ordita, cucurrerũt de cõſilio domini Gaddi ad domos de Lãfrãcis, qui coniurationẽ fecerant cũ Vguitione, & interfecerunt quatuor ex primoribus eorum, plures alios ad confinia proſcripſerunt. Sicq; Vguitio ſua ſpe fruſtratus Veronam reuerſus eſt. Caſtrutius autẽ dominus Lucę facta liga cum Piſanis ſimul cõgregati cum copiis ſuis, contra Spinetam Marchionem profecti ſunt hoſtiliter: quia tranſitũ dederat Vguitioni, cùm venerat contra Piſas, & deuaſtatione facta regionis, ceperunt caſtra eius, adeo vt Spinetam cum familia ſua oportuerit relicta patria Veronam ſe contutare.

Sup. c. 3. §. 3.

Vguitio Piſas fruſtrà tẽtat.

Genuæ oriuntur lites & contentiones.

§. I.

IN anno eodem 1317. cùm ciuitas Genuenſis ſub populari regimine gubernaretur, & familiæ Grimaldinę & Fliſcenſes cũ parte ſua Guelphorum eſſent potẽtiores in ciuitate, quàm Orienſis familia cum Gibellinis, ex eo ꝙ magis primis fauebat rex Robertus, quã alteri parti, & quia Spinolę, qui tunc exulabãt inimici erãt Orienſiu, procurarunt Spinolas in ciuitatẽ redire liberè, conditione adiecta, vt ſubditi eſſent & parerent mãdatis cõmunitatis. Quamobrẽ Orienſes timentes ſe non poſſe reſiſtere, nil fecerunt. Guelphi verò audaciã maiorẽ concipientes, erexerunt in dominos dictæ ciuitatis dominũ Carolum de Fiſco, & dominum Gaſparẽ de Grimaldis. Spinolæ verò attẽdentes, ꝙ ſi reducti eſſent in ciuitatem, ꝙ ciuitas tota regeretur per partẽ Guelpham abſque induſtria & opere regis Roberti, ſubitò ſe concordantes cum Orienſibus & eorum amicis Gibellinis ſua ſponte receſſerunt ſimul de ciuitate abſque impugnatione ſibi facta. Inde ſecuta ſunt ſcandala multa & bella, quia illæ duæ familiæ Orienſes & Spinolæ erant potentiores in Italia, quàm aliæ familiæ pro parte Imperij ſeu Gibellina. A.C. 1317.

Eodem anno dominus Canis de ſcalis Veronenſis cum parte Gibellina Longobardiæ cum magnis copiis ſcilicet trium milliũ equitum & multorum peditum profecti obſederunt Cremonam, & ſatis arctauerunt Cremonenſes. Sed inundatio ſuperueniens aquarũ menſe Septembri, coegit eos ſoluere obſidionem & recedere, tamen etiam quia Bononienſes, vt inde amouerent illum, bellũ mouerunt contra Mutinenſes, circa ciuitatem deuaſtationem exercentes non modicam. Decembri ſequenti dominus Canis cum multo exercitu profectus eſt contra Paduanos, & cepit montem Felicem, & Eſtenſem ciuitatem & plura eorum caſtra. Et cùm reſiſtere nõ valerent potentiæ eius, pacem Paduani inierũt cum pactis, quæ voluit Dominus Canis. inter quæ capitulum erat, vt Gibellinos in vrbem reducerent, quod & factum eſt.

Canis Scaliger Cremonam obſidet ſed fruſtra.

Exules Genuenſes cum aliis Gibellinis fœdus ineunt. Blond. Aemyl.

A.C. 1318.

§. II.

ANno domini 1318. exules Genuẽſes ſcilicet Orienſes & Spinolæ cum ſuis ſequacibus morã trahentes in littore Genuæ in poſſeſſionibus ſuis, deſtinarunt oratores ſuos in Lõgobardiam, tractãtes cum eis & colligationem perficientes cum domino Matthæo de vicecomitibus capitaneo Mediolanenſiũ, & filiis eius, & cum tota liga Longobardię partis imperialis & Gibellinæ. Quo peracto dominus Marcus filius dicti domini Matthæi ex Longobardia proceſſit cum magnis copiis Teutonicorũ & Longobardorum, qui cum exulibus Genuenſibus Oriẽſibus & Spinolis obſederunt Genuam. Sed & poſt paucos dies Orienſes cũ adiutorio aliorũm exulum caſtrametati ſunt ad ciuitatem Biganũ, quæ eſt in littore Genuenſi, & illã ceperunt cũ pactionibus. Poſt paucos dies dominus Eduardus de familia Orienſiũ tractatu habito cũ abbate populi Saonenſis occulto, noctu clã ciuitatẽ ingreſſus cum ſuis, cũ adiutorio Gibellinorum, qui erant in ea ciuitate, ſe rebellarunt ciuitati Genuæ, ex quibus multũ creuit potẽtia exulum Genuæ, cùm occupaſſent totum littus Genuæ ex parte occidentis, & partẽ non modicam ex parte oriẽtis, excepto tamen caſtro Mo-

Exules Genuam obſident.

A.C. 1318.

nachi & Ventimilij,& non ex parte occidentis. A Ipſo anno factio Gibellina Longobardię cum domini Canis potentia,obtinuerunt Cremonã, quę tenebat pro parte Guelpha ſeu eccleſię,idq; per proditionem factam per vnum ex Guelphis ab intra concedentem hoſtibus vnam ex ianuis ciuitatis. Cùm autem Genuenſes Guelphi qui in ciuitate regimen habebant,aſpicerent ſe multum oppreſſos ab hoſtibus tam Orienſibus,Genuenſibus & Spinolis, quàm etiam aliis Lõgobardis,& quaſi vndique obſeſſos,pluréſq; ciuitates & caſtra eorum iam cepiſſent: & quotidie vires eorum augerentur, ſuis paulatim deficientibus,miſerunt oratores Neapolim ad Robertũ regem poſtulãtes adiutoria pro parte Guelpha, quæ intra erat,& celeriter,cum vltra obſidionẽ per mare & per terram,etiam victualia eis omnino deficiebant.Quibus intellectis rex Robertus parauit quàm citiſſimè magnam claſſem galearum,& aliorum lignorum,& nauiũ frumentis oneratarum, & ipſe perſonaliter cum principe Tarentino,ac domino Ioanne principe Moreæ fratribus ſuis,ac multis baronibus,& mille ducentis militibus menſe Iulij ex Neapoli nauigans intra vndecim diesGenuam applicans, ciuitatem cum ſuis ingreſſus eſt, honorificè ſuſceptus,vt dominus ciuitatis. Ex cuius præſentia omnes lætati ſunt,confidentiam ſumentes victoriæ contra hoſtes ex aduentu regis. Hoſtes autem ab extra cognito ſuccurſu regis, ſoluta obſidione ad montana ſancti bernardi & Peraldi,& burgos parcè ſe reduxerunt.

Cremona à Gibellinis occupatur.

In eodem menſe capitanei Genuę,& qui erat præſes pro populo & poteſtas,habito communi parlamento renunciauerunt omni ſuæ balliæ,dominio,&-cuſtodiæ,quam haberent ciuitatis Genuenſis & littoris eius de beneplacito dicti populi, & conceſſerunt dictam balliam, dominium, & cuſtodiam Genuæ & littoris eius Ioanni papæ vigeſimoſecundo, & regi Roberto per annos decem,ſecũdum certa capitula [contra imperiales] Genuæ.Et rex accepit eam pro papa & ſeipſo.Iamdiu enim hoc optauerat, ſperãs cùm quiete ſi habuiſſet dominium illius, facilè ſe poſſe obtinere inſulam Siciliæ,& ſuperare inimicos ſuos. Et propter hoc efficiendum procurauerat longè ante reuolutionem ipſius ciuitatis,& expulſionem ex ciuitate Orienſium & Spinolarum:quia cùm aliàs ipſe & pater eius Carolus habuiſſent dominium Genuæ,contradicebant & obſtabant eis,& fauebant regi Aragonum,qui tenebat inſulam Siciliæ.

Genuenſes tradũt ſe Papæ & regi Roberto. Parlamentum, id eſt conſilium. Ballia, id eſt iuriſdictio.

Cùm autem ex ſuperuentione regis Roberti cum copiis, hoſtes ab extra debiliores eſſent effecti,exinde augmentati ſunt per colligationem multorum cum eis.Nam rex Fridericus eis confœderatus adiutoria miſit hoſtibus,& Marchio Montisferrati, & plures domini in Longobardiam,zelantes partem imperij, Caſtrutius tunc dominus Lucenſium & Piſani occultè.Vnde ſic multiplicati hoſtes grauia bella inferebant ciuitati cum machinis & ædificiis variis, die noctúque faciendo magnos inſultus in diuerſis partibus murorum ciuitatis, adeo quòd rex cum omni ſuo conatu parum lucri reportabat ex hoſtibus.Quinimmo hoſtes ipſi fecerunt magnas concauitates iuxta muros ciuitatis, ſuſten taculą ſupponendo,verſus portam ſanctæ Agnetis,adeo vt facerent muros corruere, vnde pars non modica hoſtium audaciſſima ingredi cœpit in vrbem violenter. Propter quod rex armatus perſonaliter cum ſuis conuocatis, occurrentes hoſtibus,ſuper muros ipſos dirutos, ſtantes viriliter dimicabant, non ſinentes illos intrare, ſed enſes manu tenentes, milites & batones regis pepulerunt ex muris hoſtes eorum,nec permiſerunt eos ingredi. Et ex vtraque parte ceciderunt plurimi vulnerati, & occiſi. Muros autem dirutos reparauerunt in breui tempore,die noctúque ædificium vſque ad conſummationem perficientes.

A.C. 1319. Exules inuadunt vrbem, ſed repelluntur.

Rex autem attendens multitudinem hoſtium ſuperadditam, cùm eſſet quaſi obſeſſus Genuæ cum ſuis,& ipſe miſit in Tuſciam, adiutoria ab amicis poſtulans. Vnde Florentini centum equites & quingentos pedites miſerunt ſtrenuos in armis,ſimiliter & Bononienſes in triplo deſtinarunt & alij de Romandiola, & de diuerſis partibus. Quibus Genuam applicantibus, ſine impedimento rex inuenit in exercitu ſuo haberi duo millia ducentos equites & pedites ſine numero. Ab extra hoſtes habebant vltra mille quingentos, quorum capitaneus erat dominus Marcus de vicecomitibus Mediolanenſibus.Habebant & hoſtes montium fortalitia circuncirca, Itaque rex parum poterat diſcurrere extra. Per annum manſerunt prælia adinuicem gerentes ſæpè, nec vna pars poterat multum alteri præualere. Interea dominus Marcus præfatus requiſiuit regem Robertum de ſingulari certamine.Et qui in duello illo victor exiſteret, ille dominium ciuitatis obtineret: cui rex hoc eſſe indignum exiſtimans non acquieuit.

Rex Tuſcorum auxilia euocat.

Rex Robertus cõtra Marcũ vicomitẽ non vult ſingulari certamine dimicare.

Senis orta ſeditio & Genuenſis obſidio perſeuerat.iidem.A.C. 1319.

§. III.

ANno domini. 1319. ſenis facta eſt conſpiratio. Nam dominus Zozius deghus, & dominus Deghus de Ptolomæis cum ſequela iudicum,notariorum,& macellariorum quęſierunt immutare modum regiminis dictæ ciuitatis, quæ per nouem Priores gubernabatur.Sed populo arma arripiente,& Florentinis armigeris illic ex alia cauſa ſe reperientibus,vocatis in auxilium, non potuerunt tunc exequi intentum ſuum, ſed expulſi ſunt de ciuitate. Hæc ſeditio exorta dicitur propter diſcordias quæ erant inter Salibenos & Ptolemæos.

Eodem anno cùm Robertus rex quaſi obſeſſus manſiſſet Genuæ,& iam per ſex menſes non poſſet extra ciuitatẽ diſcurrere in prælium contra hoſtes,ordinauit claſſem præparati ſexaginta partim galearum, partim aliorum nauigiorũ deferẽtium octingintos quinquaginta equites, & quindecim millia peditum. Inter quos erant copiæ Florentinorum, Bononienſium, & aliorum, qui miſſi fuerant in adiutorium regis. Et nauigantes deſcenderunt in terram ad littus in certo loco,qui dicitur Sextus.Hoſtes tamẽ eum hoc præcognouiſſent, miſerunt copias ſuas ad locum illum,vt impedirent deſcenſus eorum in terram.Ibique adinuicem conflixerunt.Ex primis autem deſcendentibus ex galeis ſub cuſtodia,

Redit ad bellum Genuenſe.

A.C. 1319.

Roberti & ſociorum de hoſtib. victoria.

dia, & defenſione ſuorum balliſtarum fuerunt Florentini cum aliis Tuſcis, qui poſt aliquam pugnam cum hoſtibus ſuperauerunt eos plurimis occiſis, & aliis captiuatis. Et terga vertentes, qui remanſerant, aufugerunt hoſtes, aliqui Sauonam accedentes, alij in ſuburbia, alij ad montes Paraldi, vel ſancti Bernardi, & ſua relinquentes in campo verſus Longobardiam profecti ſunt. Rex ergo victoria habita noluit ſuos inſequi fugientes ad vitandum pericula.

Poſtmodum rex cum quadraginta galeis profectus eſt Auenionem, vbi tunc reſidebat curia Ioannis papæ, qui honorificè ſuſceptus eſt à curia. Loco ſui dimiſit Genuæ dominum Rucciardum de Abrutio cum equitibus & peditibus & galeis ad tuendam ciuitatem.

Rex pontificem adit.

Anno domini 1319. exules Genuenſium cùm percepiſſent regem Robertum ex Genua receſſiſſe, armarũt vigintiocto galeas Sauonæ, quarũ Admiraldum & ducẽ fecerunt dominũ Cunradum de Oria. Congregarunt etiam ex Longobardia gentes, & Teutonicos mille equites & vltra, & cum magnis copiis appropinquarunt Genuæ, ex pluribus partibus ciuitatis bellum inferentes iis, qui intus erant, cum galeis etiam portum intrantes. Ex conflictu tamen habito adinuicem, etſi vtraque pars damna multa pertulerit, nulla præualuit contra alteram.

Exules Genueſes bellum reſtaurant.

Eodem anno menſe octobris exules Genuenſium, cum liga Longobardiæ plura prælia agentes, per mare & per terram contra Genuam, ceperunt tandem oppidum, quod dicitur caſtellactium, quod Guelphi ædificauerant in monte S. Bernardi, & retinebant, quod vi abſtulerunt, quia non ſufficienter cuſtodiebatur. Exinde deſcendentes ad ſuburbia Genuæ, ea ſine reſiſtentia obtinuerũt; & dominati ſunt eis. Paulò pòſt obtinuerunt turrim Godiſaris. Et toto hyeme impugnarunt ciuitatem per mare & per terram eos ſatis anguſtiantes. In ea autem obſidione cum magna tempeſtas orta eſſet in mari oportuit, galeas ab obſidione diſcedere: ex quibus octo in terram impingẽtes fractę ſunt iuxta Clauerim, & gentes earum perierunt. Aliæ galeæ confractæ ſunt Sauonæ ex tempeſtate. Cùm autem eo tempore duodecim galeæ Prouincialium in Nolim applicuiſſent, Sauonenſes hoc animaduertentes armarunt vigintiduas galeas; & procedentes contra illas duodecim in bellum iuxta Nolim, octo ceperunt & quatuor ad terram traxerunt. Itaque illæ duodecim galeæ regis captæ ſunt. Qui autem in Genua erant cum viginti ſex galeis profecti ſunt contra Sauonenſes, ſed nihil damni valuerunt eis inferre. Ea hyeme intenſum frigus fuit in Italia, vt Arnus fluuius bis ex toto glaciatus eſt, ita vt tutè peditando tranſiretur.

Genua iterum obſidetur.

Exules obſidionem Genuę ſoluunt.

Cremona capitur & multi conflictus geruntur.

§. IIII.

EO anno Florentini & Bononienſes cum parte Guelpha miſerunt mille milites in Longobardiam, & horum capitaneus erat dominus Gibertus de Correggia, & de Brixia progrediens proditione facta cepit Cremonam, reducendo eam ad regimen partis Guelphę. Quæ tamen ciuitas, & ſi notabilis, propter diutina prælia ibi geſta erat quaſi ad nihilum redacta.

A.C. 1320.

Eo tempore menſe Decembri cum dominus Hugo de Balzo in Pedemontium pro rege Roberto bellum gereret, & ciuitatẽ Alexandriam obſediſſet, caſtra exeundo cum ducentis militibus ad ordinandum miſſionem lignorum pro expugnanda ciuitate, & pontes faciendo, dominus Marcus Mediolanenſis de vicecomitibus ex incidiis procedens contra eum, ipſos profligauit magnam partem occidendo.

Eodem anno menſe Nouembri, ex tractatu & auxilio domini Friderici comitis Montifeltri, & aliorum Gibellinorum Marchiæ & ducatus in ciuitate Spoletana pars Gibellina inſurrexit contra partem Guelpham, quę tunc dominabatur, ſeditionéque facta bellum ciuile inuicem eis agẽtibus, multi ex Guelphis occiſi ſunt, ducenti boni homines illius partis incarcerati, cæteri de ciuitate expulſi. Peruſini autem cum magnis copiis venientes in adiutorium Guelphorum, ſed tardè ciuitatem ipſam obſederunt. Sed prædictus comes Fridericus occultè egit, vt ciuitas Aſſiſij, quàm tunc Peruſini poſſidebant, ſe eis rebellaret, quo facto Peruſini ſoluẽtes obſidionem à Spoleto, omnes ſimul profecti ſunt ad recuperãdum Aſſiſium. Poſt receſſum autem eorum Spoletani partis Gibellinæ currentes ad carceres & ignem ſupponentes illos ducentos Guelphos combuſſerunt, vt impiiſſimi, magis beluæ, quàm homines.

Guelphi Spoleto eiiciuntur.

Gibellinorum in Guelphos immanis crudelitas.

Eodem anno rex Bugdiæ, qui prius fuerat rex Tunitij, ſed expulſus fuerat è regno ab alio generis ſui, qui ſibi vſurpauerat regnũ id, poſtea cum adiutorio & gẽtibus Arabum proceſſit in bellũ contra eum & expugnans illum recuperàuit regnum Tunitij amiſſum. Qui autẽ victus fuerat & expulſus, profectus eſt Trapolim, tractánſque cum Friderico rege Siciliæ, magnam quantitatẽ pecuniæ obtulit ei, vt eum iuuaret cum gẽtibus ſuis ad præliandũ cõtra dictum regem Tunitij. Quibus peractis magnũ bellum mouit contra poſſidentẽ regnum, & ciuitatem per mare & per terram, adeo ꝙ victualia iam ei deficiebant. Sed ipſe miſit multo maiorem quantitatem pecuniæ ei, vt ſibi prouideret de victualibus, quod & fecit, & per iſtum modum ſubtili ingenio aurum in maxima quantitate Fridericus extorſit à barbaris duobus regibus.

Rex Siciliæ Fridericus barbarum regem contra alium adiuuat.

Caſtrutius fœdus cum Piſanis rumpit, & cum Florentinis bellum gerit. Ioan. Villan. A.C. 1320.

§. V.

ANno domini 1320. mẽſe Aprilis, Caſtrutius (qui tyrannicè dominãs Luca pro parte Gibellina cum Piſanis confœderatus erat) percipiens quòd papa [a] Ioannes, & Robertus

[a] *Genuenſes antea fidem Pontificis implorarant & orauerant vt supplices ab iniuria ac maleficio tutaretur. Denunciari Pontifex Marco Vicecomiti iuſſerat, vt ab Eccleſiæ Romanæ ſupplicibus vim abſtineret. Si quid æqui habere ſe exiſtimaret, amoto exercitu verbis ſacroſancta poteſtate cognoſcente, edoceret. Non paruit dicto armatus iuuenis, Aemil. hinc eſſicit Pontifex de inferendo Vicecomitibus in Longobardia bello cogitaret. vide ſequentem §.*

A.C. 1320.

decreuerant conducere ſeu vocare ex Francia in Longobardiam dominum Philippum filium domini Caroli fratris regis Franciȩ cum magnis copiis armigerorum, ad deprimendam potentiam & tyrannidem domini Matthȩi de vicecomitibus, ac filiorum & colligatorum eius, ac etiam intelligens ipſe Caſtrutius, quòd Florentini, Bononienſes, ac Senenſes miſerant in Longobardiam mille equites ad requiſitionem Eccleſiæ & regis Roberti, qui iam applicuerant ad ciuitatem Regij præfatus Caſtrutius ad requiſitioné & præces prænominati domini Matthæi & ligæ Gibellinorú Longobardiæ, fregit fœdera pacis cum eis, ſcilicet Florentinis, ad impediẽdum aggreſſioné factá contra Lógobardiá. Tú etiá quia tyrannus erat, ſtatus verò tyráni in pace minuitur, ex bellis exaltatur & ditatur.

Colligati ſ. coniur.

Tyranni ſtatus pacem edit.

Cùm eſſet igitur ambiens dilatationem dñij ſui, bellum mouit ſine aliqua iuſta cauſa, & ſine prænunciatione eis facta cótra Florentinos. Et diſcurrẽs hoſtiliter per territorium Florétinum cepit multa caſtra, Campianum Monté falconé, qui erat Florentinorum. Et tranſito fluuio Guſtianæ per pontem obtentum, omnia igne & ferro depopulabatur, procedés vſq; ad Fugetium, & inde Corretũ & Empolim, cuncta deuaſtans. Et inde firmauit ſe ad obſidioné S. Mariæ, quod caſtellum Florẽrinorum erat, & ipſum obtinuit per proditionem, nam terrigenȩ tradiderunt ei arcem. Quos proditores Caſtrutius ducés Lucá & carceribus tradés, quia ſuſpectos eos habebat, vitam ibi finire fecit. Plura etiam alia caſtella Caſtrutius obtinuit in Carphagnana & in Nunigena. Et hic diſcurſus ſatis impediuit, quod papa, & Robertus intendebant circa Longobardiam.

Caſtruti⁹ multa Florentinis damna infert.

Terrigenæ i. incolæ.

Ipſo anno cùm in ciuitate Genuenſi deficerent victualia (nam Genuenſes exules cum ſeptemdecim galeis diſcurrentes iuxta littus maris, capiebant nauigia deferétia neceſſaria quæque) tunc qui erant in ciuitate, armarunt vigintiduas galeas, & profecti ſunt per mare contra galeas exulum. Et ſuperuenientibus centum & quinquaginta militibus ex belligeris regis Roberti, deſcendentes in terram homines, qui erát in galeis ex vtraque parte pugnam inierunt ſimul & præualentes Genuenſes ſimul cum gentibus regis contra gentes exulum, ceperunt & combuſſerunt portam Ricciarum, & galeas exulum. Inſuper & vicarius regis Roberti cum Genuenſibus armatis ſexaginta partim galeis, partim aliis nauigiis, proceſſerunt in bellum contra ciuitatem Arbingȩ, & eam obſidentes, vi demum in deditionem acceperunt, bona eius depredantes. Et tunc tota Marchia Taruiſina deuenit ad dominium Genuenſium pro parte Guelpha.

Genuenſium de ſuis hoſtibus victoria.

Gentes regis ſunt regij milites.

Philippus Valeſianus à Pontifice deſtinatus contra Vicecomites Mediolanenſes excommunicatos.

Nauc. gen. 45. Aemyl. libro 8.

§. VI.

Ea tempeſtate cùm papa Ioannes vnà cum Eccleſia pluries mádaſſet domino Matthȩo & filiis eius de vicecomitibus Mediolanẽſibus vt recederent ab obſidione Genuæ, cùm dominium eius tunc ſpectaret ad Eccleſiam & Robertum regem, illi autem obedire recuſarent, excuſantes ſe de mádato huiuſmodi, quòd non tenerentur, cùm Genua ciuitas eſſet imperialis non Eccleſiæ, demum papa Ioannes proceſſus fulminauit excommunicationis contra perſonas principales, & interdicto ſuppoſuit ciuitates Mediolanum, Placentiam, & alios vrbes Longobardiæ, quas illi vicecomites tyrannicè poſſidebant. Inſuper ordinauit, quòd dominus Philippus Valeſianus nepos regis Franciæ cum copiis multis proficiſceretur in Longobardiam, vt vicarius eccleſiæ ad deprimendum vires domini Matthæi, & filiorum rebellium Eccleſiæ. Qui dominus Philippus accepto vicariatu cum ſeptem millibus peditum, & multis nobilibus, & Baronibus ac ſexcentis equitibus Longobardiam ingreſſus eſt, conductus ad ſtipendium à papa, & à rege. Sed & ipſe pontifex gentes Eccleſiæ illuc deſtinauit, octingentos bellatores Prouinciales & Vaſcones, cum legato ſuo quodam Cardinale, vt iungerentur copiis domini Philippi.

A.C. 1320.

Cùm autem dominus Philippus cognouiſſet quòd in ciuitate Vercellenſi ſeditiones motæ eſſent, adinuicem pugnantibus Guelphis cum Gibellinis, vt minus prudens & parum expertus ex ciuitate Aſtenſi, quo applicuerat, ſolùm cum ſuis profectus eſt, nimis confidens in fortitudine ſuorum verſus Vercellas. Nec expectauit plurimas copias, quæ ſibi mittebantur in ſocietatem ab Eccleſia cum legato à rege Franciæ, à Carolo patre ſuo, & à Guelphis Tuſcis, ſcilicet Florentinis, Senenſibus, Bononienſibus, & aliis. Qui omnes ſimul congregati maximum exercitum faciebant ad expugnandum aduerſarios omnes. Cum ſuis igitur ſatis paucis dominus Philippus exiens, caſtrametatus eſt inter Nouariam & Vercellas, in loco, qui Marrata nuncupatur. Dominus [a] autem Matthæus, & ſi tyranicè, tamen cum filiis

Vicecomitum potentia.

a *Hic Matthaus magnus vicecomes ex auctoritate patrui maioris Othonis (de quo ſuprà tit. 20. cap. 3. ante §. 1. diximus) populi Mediolanenſis capitaneus creatus fuit anno 1287. deinde imperij generalis vicarius in Longobardia ab Adulpho Imperatore anno 1294. poſtea imperio vrbis exactus à Turrianis, anno 1302. in exilium actus eſt, vrbis deinde imperium recuperauit anno 1311. Obiit autem anno 1322. Habuit autem hic Matthaus hos filios Geleatium primogenitum, (qui poſt patrem princeps ciuitatis factus eſt, Anno 1322. qui coactus poſtea à Ludouico Bauaro abdicauit anno 1327. cum filio ac fratribus incarcerat⁹, vnde tamẽ poſtea dimiſſi ſũt, Obiit exul anno 1318.) Et alterum dictum Luchinũ quintum ex vicecomitibus Mediolanenſium principem, qui creatus fuit, mortuo Azone nepote anno 1339. Et tertium Marcum vicecomitem ſecundum de quo in §. 2. dictum eſt, & quartum Ioannem vicecomitem, qui ex epiſcopo Nouarienſi Archiepiſcopus Mediolanenſis & dominus vrbis creatus eſt anno 1349. & quintum Stephanum denique vicecomitem. Ex Onuph.*

ſuis

A.C. 1321. ſuis dominiũ poſſidebat quaſi vnius regni:nam dominbatur Mediolani Papiæ, Placentiæ, Laudi, Cremonę, Bergomę, Nouarrę, Vercellis, Tordonæ, Alexãdriæ, ſine aliis ciuitatibus Lõgobardiæ imperialibus & partis Gibellinę cũ eo colligatis. Sed & cum eo confœderatæ erant in Tuſcia Piſæ, Luca, & Aretium. Vnde cùm audiſſet Dominus Matthæus aduentum Domini Philippi, contra eum miſit omnes filios ſuos quatuor cum copiis vndique congregatis, & ex magna parte Teutonicis vltra tria millia, & pedites innumeros ad reſiſtendum & expugnandum, ſi opus eſſet Philippum, qui caſtrametati ſunt econtra, ad vnum milliare prope.

B Interea Dominus Galeatius, & Dominus Marcus filij Domini Matthæi requiſierunt per medias perſonas Dominum Philippum ad habendum cum eo commune colloquium: quod ille admiſit. Ipſis ſimul igitur adunatis, Dominus Galeatius verbis ſuauibus allocutus eſt eum & rogauit, vt ſibi placeret non eis eſſe moleſtum & prælijs patriam infeſtare, cum ipſe cum ſua progenie fuiſſent ſemper amici, & deuoti regis Franciæ, & patris ſui Domini Caroli, qui eum fecerat militem. Et quia paratus erat quæſtiones & altercationes inter ipſos & eccleſiam in manibus & iudicio regis Frãciæ ponere. Inſuper oſtendit ei quòd exercitus eius & robur in duplo erat maius, quàm copiæ Philippi ipſius, ſed amore ſui, & patris eius nolebat eum in aliquo offendere. Cernens autem Philippus periculum ſuum, & quia male ſibi fuerat conſultum, vt cũ ita paucis contra tantos proceſſiſſet, propter quod facilè poſſet ipſe cum ſuis proſterni, concordiam iniit cum dictis filiis Domini Matthæi non aſſumere pugnam cum eis nec eos in aliquo moleſtare. Et multis & magnis donis ſibi oblatis ab illis locis reuerſus eſt in Franciam ſine honore.

Philippi Valeſiani & Galeatij colloquium.

C

D Dicebatur autem, quòd hoc fuit proditoriè factum, videlicet ex eo quod Dominus Bernardus Seneſcallus copiarum ſuarum ipſum Philippum induxerat ad procedendum Vercellas contra Longobardos cum ſuis, non expectatis aliis magnis copiis ad eum venturis, vt ab inceptis deſiſteret, vel ad manus hoſtium deueniret. Quod creditur feciſſe in vindictam, eo quòd præfatus Dominus Bernardus fuerat exilio traditus à rege Franciæ. Multam etiam pecuniam ob hæc ab hoſtibus accepit. Ex his ſecutum eſt quod Dominus Matthæus in deditionem accepit Vercellas. Et Dominus Simon, qui ibi dominabatur pro parte Guelpha captus ductus eſt Mediolanum, & frater eius epiſcopus expulſus de ciuitate cum aliis Guelphis. Copiæ igitur, quæ in via erant, Florentinorum & aliorum audita concordia facta, reuerſæ ſunt ad propria. Indeque multum adauctum eſt Dominium tyrannicum & roboratum Domini Vicecomitis Mediolanenſis & filiorum. Præfatus autem Dominus Philippus cum rediiſſet in Franciam coram rege, & patre ſuo Carolo ſe de ea ſic geſta excuſabat, ſub prætextu, quòd Papa, & Robertus rex non miſerant ſibi copias, & pecunias tempore conſtituto, & ideo fuiſſet neceſſitatus ad illa.

Philippus re infecta in Galliã redit.

Vercellæ I Matthæi veniunt ditionem.

E

F

A Grauius Genua obſidentur. Petrarcha quem citat & ſequitur Blon. lib. 9. dec. 2. A.C. 1321. A.C 1321.

§. VII.

Ex receſſu autem Domini Philippi è Longobardia non propterea diſſoluta eſt liga Longobardorum Gibellinorum, nec ceſſauit obſidio Genuę: ſed multò magis creuit. Nam renouarunt ligam cum Friderico rege Siciliæ, & cum imperatore Conſtantinopolitano, & exulibus Genuæ: & cum Caſtrutio Domino Lucæ, vnde & ipſe Caſtrutius cum copiis profectus eſt ex parte orientis diſcurrens per littora Genuæ capiens plura caſtella, & cum adiutorio eius exules tractabant, & tendebant ad obſidionem Genuæ. Sed eo tempore Fridericus rex Siciliæ miſit quadraginta galeas armatas in auxilium exulum contra Genuenſes & ipſi exules Genuenſes viginti duas galeas armarunt. Quæ adunatæ cum aliis duriſſimam obſidionem Genuæ intulerunt per mare & per terram, ita vt nullus poſſet inde egredi, vel ingredi, & magnus defectus erat eis victualium.

At papa Ioannes, & Robertus rex his auditis quam citiſſimè armari fecerunt ſexaginta quinque galeas partim Neapoli, partim in prouincia Prouinciæ quarum Admiraldus fuit factus Dominus Raimundus Sauonenſis. Cùm ergo ſimul adunatæ procederent in bellum contra illas Siculorum & exulum, noluerunt exules & Siculi cum galeis ſuis bellum ſuſcipere, vel expectare eorum aduentum, ſed dimiſſa obſidione venerunt, ad portum Piſanum. Et poſtmodum cum magna prudentia artis militaris nauigarunt exinde Neapolim, vt per hoc recederent galeæ hoſtium à Genua. Quod euenit. Nam galeæ Roberti regis recedentes de Genua, inſecutæ ſunt eas, & cum appropinquaſſent galeæ regis Roberti iuxta Inſulam Iſcleo vbi hoſtes deſcenderant intelligentes Siculi appropinquationẽ hoſtium, ſe recolligentes receſſerunt. Et cum perpendiſſet receſſum Admiraldus regis Roberti, & vellet inſequi illos per mare, non permiſerunt, ſed clamantes multi eorum petierunt recreationem & prouiſionem neceſſariorum, propter quod triginta galeæ Neapolim pro neceſſariis nauigarunt. Et per hunc modum non valuerunt galeę Roberti inuenire galeas hoſtium ad bellum exercendum cum eis. Sed demum galeæ Siculorum & exulum reuerſæ ad portum Genuenſem clamantes ſe victoriam habuiſſe de galeis Roberti & eccleſiæ ad terrendum eos, obſederunt ciuitatem ex parte Portus, & Longobardi ex terra in pluribus locis. Qui tamen intra erant cum gentibus regis viriliter die noctuque reſiſtebant: & ſi neceſſitatem paterentur victualium, ita quòd nil potuerunt hoſtes obtinere ab eis.

Pontifex & rex Genuam auxilia mittunt.

Aſtus Siculorum & Ligurũ.

Cùm autem Caſtrutius multum operaretur cum ſuis copiis in obſidione Genuæ ad capiendum eam, Florentini vt cogerent eum ad recedendum à Genua cum magnis copiis profecti ſunt verſus Lucam in comitatu vallis Nebulæ deuaſtationes, & incendia faciendo. Quæ cum audiſſet

Caſtrutius à Genuæ obſidione retrahitur per Florẽtinos.

A.C. 1321.

audiſſet Caſtrutius, qui erat Dominus Lucenſium, timens ne in abſentia eius fieret in ciuitate illa proditio aliqua, reuerſus eſt, & gentes Florentinorum ſe retraxerunt Fugetium ingredientes caſtrum Florentinorum. & Caſtrutius eos ſequẽs, vt vir animoſus, quæſiuit ad pugnam eos inducere: ſed illi prudenter declinarunt certamen. Demum ſuperueniente inundatione magna aquarum & hyeme, ad propria vtraque pars eſt reuerſa.

Exules Genuã pœnit deſperant.

Cùm autem Siculi & exules Genuenſes cum galeis ſuis, & aliis per mare & per terram obſidentes Genuam, & eam anguſtiantes plurimum cernerent, non poſſe eam capere, propter magnam prouiſionem factam ad tuitionem eius, & virilem repugnantiam eorum, qui intus erant, colligentes copias ſuas perrexerunt cum galeis ſuis Biſagnium. Et ex galeis armigeri deſcendentes in terram, Cariglanum fortiter impugnabãt ſperantes illud obtinere vi armorum, ſed viriliter eis in prælio reſiſtebatur. Demum poſt plura certamina: vt vltimo militia regis Roberti cũ populo egrediens è porta Biſagnij, aggreſſi ſunt Siculos in manu forti, remoueruntque eos ab oppugnatione ciuitatis, & confugientes Siculi ad galeas ſuas, multis ibi occiſis & captis in eo prælio, cæteri cum galeis ſuis reuerſi ſunt in Siciliam ſatis minorati: & galeæ exulum Sauonã Sicque vltima Septembris liberata eſt Genua ab obſidione, & exercitus exulum qui erat in Biſagna, retraxit ſe ad montes. Deinde menſe Decembris quindecim galeę exulum Genuenſium diſcurrendo per littora Genuæ deſcenderunt in terram in ſuburbium Claueris & illud vi capientes, prædę & incendio omnia expoſuerunt.

Genuæ obſidio ſoluitur.

Quintadecima autem die ſequentis Ianuarij Marchio Ferrariæ cum ſuis per terram, & exules Genuæ per mare obſidentes ciuitatem Nolim, & machinis & aliis modis expugnando, deinde in deditionem acceperunt cum pactionibus, excepta tamen arce, quę tandem fame deuicta ſequenti Aprilis reddita eſt hoſtibus.

Nolim Ciuitatem exules obſident. A.C. 1322.

Sed quis poſſet ex toto referre obſidiones plurimas factas Genuæ, & inſultus exulum, & cum eis fœderatorũ in tempore illo? Arbitrãtur ſapientes eius ſæculi obſidionem Troiæ vix fuiſſe maioris continuationis. Terra marique hoſtes impugnabant, hyeme & æſtate galeas tenentes armatas, adeo quod pluribus vicibus eam anguſtiabant prope ad captionem eius. Bis ipſæ galeæ exulum tempeſtate in mari exorta ad terram iactatæ fractę ſunt multis percuntibus, nec tamen per hæc deſiſtebant exules ab impugnationis continuatione. Per mare quoq; in diuerſis partibus cum claſſibus vna pars alteram inſequebatur cum ſequacibus ſuis, prædas & damna inferendo inuicem. Tantæque impenſæ huiuſmodi mutuis prælijs & congreſſionibus factæ ſunt, vt ferè vnum regnum inde poſſet emi. Machinis & bombardis ab vtraque parte lapides emittebantur. Muros hoſtes ciuitatis aliquando euertebant a & ab iis qui ciuitatem

Genuẽſis obſidio troianæ cõparatur.

a Id quomodo factum ſit verbis Blondi referemus. Anno ſalutis viceſimo ter decies centeno Nouembris menſe Gibellini Genuam obſidentes cuniculis ſub terram actis, qui ad Sabinæ ædem penetrabant in vrbem eo potituri erant cùm Guelphi in oppoſitum cuniculis ſub terra ſuffocis ſeſe obuios dederunt prælia que ſub terra multis diebus acerrimè ſunt commiſſa, in quibus cum Guelphi ſuperantur, armis omiſſis aquam in cuniculum deduxerunt, quæ hoſtium opera inundauit incaſſum ceſſura niſi ſuppoſitus de repente ignis pontes combuſſiſſet, quibus ad quadraginta murorum vrbis cubiti aliquandiu fuerant ſuſtentati, cecidit que murus ad cuius caſum irruptio in vrbem à Gibellinis intentata, et à Guelphis econtra multis vtrinque cædibus eſt probibita: Excitatusque tumultuariè murus Guelphos in vrbe tutatus eſt. Hæc ille.

A.C. 1321.

tenebant, quàm citiſſimè reparabãtur. Nec hoc incredibile, quia tunc temporis Genuenſes erãt potentiores & ditiores mercatores totius Chriſtianitatis. Et vtraque pars tam Guelphorum, qui ciuitatem poſſidebant, quàm exulum Gibellinorum, habebat magnos principes, & communitates ſecum fœderatas in huiuſmodi prælijs.

Genuẽſes mercatores ditiſſimi.

Saraceni noſtros in Hiſpania profligant. Aemyl.

§. VIII.

IN illo tempore Saraceni regni Granatæ, cùm contra ipſos Germanus regis Hiſpaniæ proceſſiſſet, cum magno exercitu Chriſtianorum equitum & peditum, & illi Saraceni tantæ potentiæ reſiſtere non valerent, pecuniæ (cui obediunt omnia, propter cupiditatem omnium malorum radicem) magna quantitate oblata quibuſdam baronibus Hiſpaniæ, non re, ſed nomine tãtum Chriſticolis, periculum euaſerunt. Nam illi barones non ſunt ſecuti Dominum ſuum, vt proditores. Propter quod præfatus frater regis profligatus, & victus eſt à Saracenis, partim occiſis, & partim captiuatis decem millibus Chriſtianorum. Inter quos & ipſe frater regis interiit. Vnde ipſi Saraceni audaciores effecti, diſcurſum fecerunt hoſtilem vſque ad ciuitatem Sibiliæ, in notabile damnum & confuſionem Chriſtianorum.

Eccle. 10. 1. Tim. 4.

Tunc etiam temporis cum quidam a Admiraldus Turcorum cum octoginta partim galeis partim aliis nauigiis in Inſulam Rhodum acceſſiſſet, quam tenebant & tenent manſio ſeu hoſpitalarij ſancti Ioannis Hieroſolymitani (qui Frieri) vel Fratri ſeu fratres nuncupantur, vt eam caperent, receptor inſulæ Rhodi prædictę cum quatuor galeis & viginti paruis lignis, &

Rhodiorum equitum de Turcis victoria.

b Hoc ſic explicat ſacri belli Contin. lib. 5. c. 12. Othomannus Turcorum imperator (is eſt ea exitialis bellua, quæ in magnam Chriſtianæ religionis partem cum ſua crudeliſſima ſobole debacchata eſt, & religionem ſiue verius Machometi delirium in magnam partem Aſiæ Europæque & Aphricæ inuexit) anno viceſimo ſecundo ſcilicet ſupra trecenteſimum atque milleſimum Orchanon filium cum claſſe octoginta triremiũ & nauigiorum aliorum inſtructiſſima miſit, vt gentem peregrinam inſula exturbaret coloniſque Turcicæ ſectæ in eam introduceret. At Rhodij profligata hoſtiũ claſſe, & captis triremibus nauibuſque multis, Epiſcopiam, vbi imbellem turbam ad incolendam Rhodum ſi victoria potirentur, Turcæ expoſuerant, & belli euentum iuſſerant expectare, inuadunt. Hæc ille.

cum

A.C. 1320. cum adiutorio ſex galeatum, Genuenſium, re-deuntium ex Armenia, bellum inierunt cum Turcis ſeu Saracenis: qui debellantes ipſos Saracenos ceperũt magnam partem illius claſſis, partẽ etiã in profundũ maris demerſerũt. Quo peracto, profecti ſunt chriſticolæ ad aliã inſulã licet paruam ibi propinquam: ad quam confluxerant ibi Saraceni quinque millia hominũ ſuæ ſectæ & generis, vt capta Rhodo ibi illos inhabitare ſtatuerent. Ex quibus omnibus captis ſenes occiderũt, iuuenes in ſeruos venũdati ſunt.

Miraitem ottuntur Rhodij ꝑ q̃ites in ſula.

Ea quoque tempeſtate in Longobardia cum Dominus Canis, qui Veronæ dominabatur: cum omni ſuo conatu copiarum Paduam hoſtiliter impugnaſſet iam per annum: ac omnia caſtella eius iam obtinuiſſet & villagia, pluriesque eos in bello cum ipſo cõgreſſos ſuperaſſet, ſicque obſeſſa foret vndique per circuitum, vt victualia deferri non poſſent propterque id vltra teneri non poterat, Paduani, vt deſperati tradiderunt ſe duci Auſtriæ, qui iam creatus fuerat rex Romanorum. Miſſiſque ad eum oratoribus, dux ipſe deſtinauit eis in auxilium ex ſuis comitem Curitiæ, cum quingentis armigeris. Qui venientes quam citiſſimè ingreſſi ſunt latenter ciuitatem Paduæ. Præfatus autem Dominus Canis, vt ſuperbus audacior effectus ex præcedentibus victoriis, in nihilum æſtimabat vires Paduanorum, propter diuturnam eorum obſidionem. Vnde nimis ſecurum ſe faciens, gentes ſuas non ita ordinatè & cautè tenebat. Quadam igitur die dict⁹ comes de Curitio cum ſuis Furlanis & Teutonicis, & Paduanis egreſſi ciuitatem cum magno vigore & impetu aggreſſi ſunt hoſtes. At Dominus Canis exiſtimans ipſe cum aliquibus ex ſuis fortioribus poſſe obſiſtere, ingreſſus eſt bellum minus debito ſuis ordinatis. Qui profligatus & ſuperatus ab eis, ac etiam vulneratus vix mortem euaſit, niſi quia adiutus à ſuis equo ſublatus fuit. Multis ergo occiſis, & rebus eorũ captis, Paduani cũ gẽtibus ducis Auſtriæ de hoſtibus ſuis magnificè triumpharũt. Dominus quoque Vguitio Fagiolan⁹ de quo ſuprà, cùm adueniſſet in adiutoriũ Domini Canis mortuus eſt, ſua tamen more naturali.

Villagiũ. i. pagus.

Patauini ſe Federi co impera tori deſignato dedũt.

Patauinorum de Cane Scaligero victoria.

ſup. c. 1. § 3. Vguitio nis Fagiolani mors.

Piſis verò cùm deceſſiſſet comes Gaddus de Gerardeſchis, Dominus ciuitatis creatus ab ipſis ciuibus, & vt à multis opinatũ eſt veneno extinctus: factus eſt Dominus à Piſanis comes Nerius auunculus eius. A quo mutatus eſt ſtatus & gubernatio ciuitatis. Nam qui fuerant familiares Vguitionis Fagiolani exaltauit, & qui operam dederant ad expulſionem eius, & ſuorum, perſecutus eſt, quoſdam ex primoribus populi morte condemnans, alios rebelles declarans, aut proſcribens. Colligationemque fecit cum Caſtrutio Lucenſium Domino, & cum exulibus Genuenſium occultè eis auxilium impendens contra Florentinos.

Piſanæ ciuitatis ſtatus.

Flandri Francorum regi ſeſe ſubiiciunt. Aemyl. lib. 5. A.C.

§. IX.

IN Francia quoque eodem anno comes Robertus de Flandria cum filio ſuo vicecomite Anuerſæ (alias Antvverpiæ) profecti ſunt Pariſios cum magna comitiua Flandrenſium omnium ferè villatum: ad perficiendum fœdus pacis inter regem Franciæ, & eos Flandrenſes inter quos durauerant inimicitiæ & bella per annos viginti duos. Hoc autem procurauit Ioannes papa, mittens ad eos legatum cardinalem. Ad robur autem & ſtabilitatem pacis rex Franciæ in vxorem dedit filiam ſuam Ludouico filio Roberti comiti Anuerſæ quæ debebat eſſe hæres comitatus Flandriæ, cui reſtituit dictum comitatum. Et Flandrenſes ex pacto regi dimiſerunt Lillam (vel Inſulam) & Duacum & Bethonam (ſiue Bethuniam) & omnem terram circa fluuium Liſciæ (aliàs Liſæ) Promiſerunt inſuper Flandrenſes dare regi Franciæ mille millia Pariſienſium in termino viginti annorum: in emendam & ſatisfactionem damnorum & iniuriæ coronæ regiæ illatæ.

Facta autem concordia inter Francigenas & Flandrenſes: inimicus humani generis ſuperſeminauit zizaniam in medio Flandriæ inuidiæ & diſcordiæ inter Germanos filios comitis Flandriæ ex eo quòd pater oſtendebat ſe plus diligere minorem filium Robertum nomine, quàm maiorem ſcilicet Ludouicum, quia videbatur aptior minor. Vnde quaſi ex toto Dominium Flandriæ minori tradiderat pater, Propter hoc indignatus maior ſectas in regione ordinauit. Et ex cauſa iſta plures ſeditiones & bella ciuilia Gandaui & Brugis ſuſcitatæ ſunt, & plures proſcripti. Dicebatur autem à pluribus, quod tentatum fuerat veneno auferre vitam patri comiti procurãte Ludouico filio ſuo. Quamobrem pater mandauit minori filio, maiorem Ludouicum ab eo capi, & in carceres trudi. Hinc diſcordiæ & diſſenſiones adauctæ ſunt, & ciuitas Brugenſis ſe rebellauit comiti, & filio eius Roberto fauens alteri fratri ſcilicet Ludouico, demum per mediatores aliquos quibuſdam conuentionibus factis pacati ſunt ſimul.

In ciuitate Reatina dieb⁹ illis Guelphi ipſius ciuitatis cum adiutorio Aquilonorum, & gentium Roberti regis expulerunt Gibellinos, interfectis quingentis ex eis in pugna inter eos in vrbe commiſſa, pluribus etiam in flumine ſubmerſis. Sed poſt quatuor menſes cùm ipſi Guelphi reuerſi in ciuitatem in obſidione perſiſterent cuiuſdã caſtri comitatus Spoletani, Gibellini cũ gentibus & fauore Sciarræ Columnenſis regreſſi ſunt in vrbem Guelphis eiectis.

Reatæ Gibellinos Guelphi expellunt, ſed poſtea expelluntur.

Inter duos Romanorum imperatores diſſenſio. Naucl. Gen. 44. qui tamen eos pugnaſſe aſſerit.

§. X.

CIRCA annum 1321. in Alemannia magni exercitus collecti ſunt ad prælium vnus contra vnum videlicet ducis Auſtriæ a &

a *Mortuo Henrico 6. imperatore Romanorum poſt interregnum anni vnius dierum 24. ſchiſma fuit in imperio. Nam Cæſar Fridericus 3. rex Romanorum in ſchiſmate creatus ex duce Auſtriæ regnauit an. 14. m. 2. & d. 27. A.C. 1315. & Imperator Cæſar Ludouicus creatus in ſchiſmate 9. ex duce Bauariæ An. 1314. regnauit & imperauit an. 32. m. 2. d. 24. His denique An. Ch. 1322. inter ſe contendentibus prælio, vt dicetur q. 13. Fridericus Auſtrius à Ludouico rege captus eſt Nauel. qui in carcere per tres annos detentus liber poſtea dimiſſus eſt. Ocuph.*

ducis

A C 1321.

ducis Banariæ: quorum quilibet prætendebar ius ſe habere imperij. Nam ambo electi fueranr à diuerſis electoribus. Et pars vna conſtiterat, & ſe oſtenderat ſuper flumen Rheni ex parte vna alia: ex parte altera: non tamen bellum inierunt: ſed ad propria ſunt reuerſi. Bauarus enim expenſas belli continuare non poterat.

Florentini aduerſus Caſtrutiū bellum gerunt. Blō. Ioan. Villanus.

Tū Florentini intendentes ad terendas vires Caſtrutij inimici eorum facientes ligam cum Spineta de Maleſpinis miſerunt ad eum copias ſuas in Lunigianam vt inde procederent contra Lucam, cuius ipſe Caſtrutius Dominus erat, plura caſtella, qui ſibi fuerant ablata ipſe Spineta à Caſtrutio reſumpſit, & caſtellum montis Vitulani obſederunt. Sed Caſtrutius accitis auxiliarijs ex ciuitatibus Longobardiæ, quibus erat confœderatus proceſſit contra copias Florentinorum. Qui præſentientes multitudinem bellatorum eius vires ſuas excedere, recedentes ab obſidione, venerunt ad Bellucidium, & Caſtrutius inſecutus eſt eos. At illi declinantes prælium nocte occultè caſtra ſua aſtutè mouentes, Fucetium & Carminianum aduenientes ſe illic contutarunt. Erat enim exercitus hoſtium magnus valdè & fortis, cui reſiſti non poterat. Caſtrutius diſceſſum percipiens Florentinarum copiarum, cum ſuis diſcurrens hoſtiliter ad Fucetium & ad montem ſanctæ crucis, & Francum, & Cerretum, & montem Toporium, deuaſtationes notabiles fecit per viginti dies ibi moratus, poſtmodum cum honore Lucam reuerſus. Et recedentibus copiis Florētinorum ex Lunigiana, ipſe Caſtrutius illuc pergens recuperauit caſtra amiſſa, & alia etiā in deditionem accepit Marchionum illius regionis. Tunc autem Florentiæ creatum eſt officium de nouo duodecim bonorum virorum, qui collegæ eſſent cum Prioribus ciuitatis in conſiliis ſuper rebus tractandis communitatis quod officium vſque in diē præſentē perſeuerat.

Pontificis iuſſu bellum in Ciſalpinis geritur. ſup. §. 6.

Anno Domini 1321. Ioannes papa vna cum Roberto rege Apuliæ, vt ſuccurrerent iis, qui in Pedemontium erant, & aliis eorum amicis Longobardiæ, qui exterriti erant ex receſſu Domini Philippi Valeſiani, vt ſuprà dictum eſt, deſtinarunt in capitaneum Dominum Raimundum de Aragonia cum mille ducentis militibus qui iungerentur Cardinali legato, qui prius aduenerat, colligationem renouantes cū Florentinis, Bononiēſibus, & Senēſibus, qui miſerunt in Longobardiam mille equites: quorum capitaneus erat Marchio, quidam Cremonenſis.

Hic legatus fuit cardinalis Vrſinus. Blond.

Ij caſtrametati ſunt in comitatu Placentino: & vltra flumen Padum Patriarcha erat Aquileienſis cum Brixienſibus tenentes Cremonam & Cremam. Dominus autem Galeſius (aliàs Galeatius) de vice comitibus capitaneus in Placentia, cernens ſibi bellum inferri à Turcis & aliis, timens quoque ne in ciuitate proditio fieret, miſit ad patrem ſuum Dominum Mediolanenſem pro adiutorio, & ſimiliter ad Piſanos & Lucenſes eis colligatos, qui miſerunt ſexcentos milites. Et cum obſiderent arcem Barduam, miſſis ex Placentia octingentis militibus in ſuccurſum, pugnam cum eis peragentibus, ſuperatus eſt Marchio præfatus Cremonenſis atque occiſus: & cum eo centum & quinquaginta partim occiſis, partim captiuatis, reliqui

A.C. 1321

A per fugam ſuæ ſaluti conſuluerunt. Ea victoria obtenta Dominus Galeatius tranſiens Padum obſedit Cremonam, notitia habita de defectu prouiſionis eius, & quia ex morte dicti Marchionis ſatis afflicta erat. Et cum per tres dies ciuitati bellum intuliſſet, qui intus erant amiſſa omni fiducia alicuius ſuccurſus, acies bellatorum ſcilicet ducentorum equitum: & trecentorum peditum ciuitatem deſeruerunt Cremam fugientes. Vnde cùm defeciſſent defenſores ciuitatis Dominus Galeatius cum ſuis ingreſſi ſunt vrbem, omni ſubſtantia, quæ remanſerat, eam ſpoliantes.

Pugna inter diuerſas Italicorū factiones. Prouiſio, i. anona. Cremon à Galeatio vicecomite capitur.

Moritur Philippus 6. longus A.C. 1321. 8. Id. Ianu. Carolus pulcher rex Aem. 66. Onup.

Eo anno obſcuratus eſt ſol. xxvij. Iunij quaſi
B in ortu ſuo in duabus partibus eius: & per horæ ſpacium fuit ecclipſis illa. Sequenti feſto a Epiphaniæ rex Franciæ Philippus de hac luce ſubtractus eſt: qui modico tempore regnauit, vir benignus & bonus. Et quia filium ex ſe non reliquit, maſculum creatus exinde fuit rex Franciæ Carolus comes Amoreæ germanus eius filius Philippi magni & Remis coronatus.

Bononiæ orta ſeditio.

Ipſo menſe dicti anni Bononiæ orta eſt nouitas. Nam tumultuāte populo cum ſequela familiæ Beccatelorum, & aliorum nobilium, expulerunt de ciuitate ipſa in impetu furoris ſui quē-
C dam Romæum nomine de Peppolis, ciuem magnum & præpotentem, & quaſi Dominum ciuitatis, ditiſſimum ſuper omnes Italicos ciues, ipſis tamen diuitiis ex fœnore acquiſitis, adeo vt vltra viginti millia Florenorum annuatim in

a *Leuiter admodum noſtratia D. Anton. perſtringit, nos igitur nonnulla adiiciemus. Poſt Flandricam pacem (de qua D. Anto. §. 9. nomen ſacri belli renatum ſcribit Aemyl.) Rex enim Philippus moriens Ludouico Hutino filio mandauerat vt de eo bello votoque, quo ſe obſtrinxerat, vel poſt fata ſua eſſet ſollicitus, ac regia Francorum religione deuincta tenere videbatur quod eo nomine Pulcher rex decimas de ſa-*
D *cerdotibus coegerat. Igitur Philippus ius decimæ ad ſacram militiam cogendæ à ſacerdotibus iterum hac conditione exceptioneque per Pontificem accipit, ſi è re pietateque id eſſe epiſcopis Franciæ videretur. Habito patrum conuentu reſponſum eſt cùm bellum in Barbaram religionem ſacrum vtique moueretur, tunc patres aut ſub ſignis regem, nulla ſacroſanctæ vacationis venia, impigrè inſtoque comitatu ſecuturos, aut ſacrum æs minimè pace collaturos. Præſcriptio ſacrorum armorum alio ſpectauit. Peſtilentia deinde ingens in regno exorta, fraudeque humana potius, quàm*
E *vitio cœli credebatur id malū euenire. Fama tenet Iudæos, quos è Francia exegerat Pulcher rex, ab Hutino filio mox rege receptos, & vt priſtinū exitiū ſuū vlciſcerētur ab regibus præterea Satrapiſque Turcarū Saracenorūque pecunia accepta, elephanthiacis, qui ſtipe mendicanda vagi victitarent perſuaſiſſe vt venena in puteos ſpargerent, Horum quam plurimi comprehenſi, quæſtione habita de confeſſis ſupplicium ſumptum, Iudæi quoque in cuſtodiā alij alio diuiſi. Hæc ille. Itaque vltimo Philippi longi Anno. 1. 1323. Iudæi planè ſe-*
F *des mutare atque è noſtra Gallica decedere non tam Principis iuſſu, quàm plebis erectione coacti ſunt. Atque hæc quarta & poſtrema eſt eorum exactio è toto Galliæ regno. Geneb. Paulo poſt tamen rediiſſe videtur. Nam regnante Carolo 6. A.C. 1381. tumultu populari in Iudæos Lutetiæ impetus factus eſt tuncque illi ę regno prorſus expulſi ſunt. Vide quę notauimus inf. tit. 22. cap. 2. §. 14.*

redditibus

A. C. 1322.

redditibus habetet. Ex eiectione huius pars Guelpha ibi ſatis turbata eſt.

Ea tempeſtate ipſius anni inter imperatorem Conſtantinopolitanum, & filiũ eius ortæ ſunt magnæ diſſenſiones. Et hoc ideo, quia imperator ipſe adhuc viuens conſtituerat ſucceſſorem ſibi in imperio filium filij ſui iam præmortui. Vnde ſecundus filius ambiens ipſe imperium indignatus contra patrem, coniurationem & conſpirationem cum aliquibus baronibus agebat contra patrem. Quæ res fuit ad magnã diminutionem virium exulum Genuenſium, quia ipſe imperator Conſtantinopolitanus, vt attereret potentiam pontificis & regis Roberti, multas pecunias mittebat exulibus Genuæ & Sauonæ, vt prælia continuare valerent contra Genuam & Robertum, ſed grauatus moleſtiis ſuis deſtitit à negotiis aliorum.

Hic imperator videtur eſt Conſtantinus decimus quartus Palæologus: cũ enim in hæc tẽpora reponit Onuph.

Tunc temporis etiam papa Ioannes cum cardinalibus decreuerunt treugas fieri inter Robertum regem Apuliæ & dominum Fridericum regem Siciliæ per triennium, vt melius poſſet prouideri negotio Genuæ. Sed dominus Fridericus rex de facto Siciliæ per oratores ſuos à põtifice petebat treugas fieri per decennium. Inſuper Rhegyum ciuitatem, & alia, quę acquiſierat manu armata in calabria, repoſita in manu ipſius papæ ſibi reſtitui, cum papa de facto illa tradidiſſet in poteſtatem Roberti contra aſſenſum ſuum, propter quod aſſerens ſe deceptum à pontifice aſſentire noluit dictis treugis triennalibus, ſed diffidare fecit ipſum regem Robertum. Ex hoc indignatus papa cum cardinalibus ſententiã excommunicationis fulminauit contra dominum Fridericum. Sed in contemptum huius Fridericus ipſe coronã regni Siciliæ filio ſuo primogenito domino Petro dedit, non tamen ſibi auferens dominium, dum in humanis eſſet. Et mandauit omnibus ſuis ſubditis Siciliæ fieri homagium filio ſuo in ſui præſentia.

Pacẽ inter reges Siciliæ & Apuliæ cõponere vult. Põtifici. Nau. gen. 43.

Anno illo cõpleto tempore, quo Florẽtini ſe tradiderant dominio & iuriſdictioni regis Roberti, videlicet octo annorum cum dimidio, reſumpſerunt in ſe Dominium ciuitatis ipſi eligentes rectores, poteſtatem, & capitaneũ, prout eis viſum fuit, ſicut prius conſueuerãt. Et paulò antè conduxerant ad ſtipendium ex Furlanis centum & quadraginta milites benè armatos & totidem balliſtarios equites partim Furlanos partim Teutonicos, quorum capitaneus dicebatur dominus Iacobus de Fontebano. Qui poſtquam Florentiam applicuerunt, Caſtruttius nõ auſus eſt ita diſcurrere per territorium Florentinorum. Cœperunt etiam ex tunc muros cum turrib. conſtruere ciuitatis, qui nũc ſunt à porta ſancti Galli, vſque ad portam ſancti Ambroſij ſeucrucis cum foſſatis ab extra.

Florentini ſuæ vrbis dominiũ recipiunt.

Scoti magnam Angliæ partem occupant: quod factũ fuit rege Roberto Bruſæo, vt colligitur ex Leſlæo lib. 7. de rebus Scot. & Hectore Boeth. lib. 13. & aliis & Anglorum in ſuum regem coniuratio.

§. XI.

IN Anglia inter Scotos & regem Angliæ magnæ fuerunt diſcordiæ. Scoti.n. diſcurrentes per confinia Anglorũ magnã partẽ inſulæ ceperunt, quæ verſus eos eſt, faciẽdo quaſi eos tribu-

A tarios. Quod ꝓceſſit ex magnis diſcordiis, quas habebat Eduardus rex Angliæ, cũ multis ex baronibus ſuis quorũ caput erat comes Loncaſtri (aliàs Linceſtriæ) frater conſobrinus regis Angliæ, Et dicta colligatio baronũ Angliæ cũ Scotis ad bellandũ, cõtra regẽ & cõiuratio ideo orta eſt: quia rex gubernabatur malis conſiliis cuiuſdã, qui dicebatur dñs Hugo diſpẽſator dom⁹ regiæ magiſq; fidẽ adhibebat dictis illius (qui vilis erat cõditionis) q̃ omnib. aliis procerib. ſuis. Tantũq; excreuit indignatio eorũ contra regẽ, ꝙ coniurati arma corripientes cõtra eũ, ſe rebel

B larũt ipſius ditioni. Sed cũ dicti colligati cũ Scotis tranſire deberent per quẽdã pontẽ, hoc præcognito rex illuc deſtinauit multas gẽtes armigeras: vt in tranſitu per arctum locũ inſurgerẽt contra illos. Quod & factũ eſt. Nã tradiderũt ſe hoſtibus. Ex quib. captis, & corã rege adductis decapitari fecit dictum comitem Loncaſtri, & comitem Rifortis cum octoginta octo aliis proceribus magnis. Quod adſcriptum fuit magnæ ſęuitiæ regis, quod accidit anno. 1322.

Hic autem erat Eduardus 2. de quo Æmyl. lib. 8.

Rex Angliæ in Anglos nobiles animaduertit.

Quo etiam anno cum communitas Peruſina obſediſſet iam per annũ continuũ Aſſiſiũ, ex eo

C ꝙ ſe rebellarãt eccleſiæ & parti Guelphę & dominiũ ſibi populus vſurpauerat pro parte Gibellina, & iã caſtella omnia eius capta fuiſſẽt & comitatus in agris & domibus deuaſtatus, & bellãtes pro eo ſatis attriti, victualia quoq; eis deficerent: demum ſeipſos ſubdiderunt communitati Peruſinę. Peruſini autẽ capta vrbe ad ſolũ deduxerũt mœnia eius, & fortalicia, & in ſuã iuriſdictionẽ conuerterunt, comitatũ eius in ſuũ tranſferentes vſq; ad flumẽ glaciei. Ingreſſi quoq; Aſſiſium Peruſini ciuitatẽ, vltra centũ ciues occiderunt, qui fuerant magis illis rebelles. Tunc etiã Guelphi qui erãt in ciuitate Fani Marchiæ adiutorio dñorũ Atiminẽſiũ de Malateſtis expulerũt ex vrbe Gibellinos, & ſe reddiderunt Marchioni

D qui in Marchia gubernationẽ exercebat, ꝓ papa.

Eodẽ anno cum in Marchia Anconitana grauc bellum & prolixum fuiſſet, quod fouebat comes Fridericus de Montefeltro cum ciuitate Vrbinate, Oſonienſi, & Racanatenſi, & hoc contra Marchionem ſupradictũ, qui adminiſtrationẽ tẽporalem pro eccleſia ibi exercebat, & in Racanatenſi ciuitate occiſi fuiſſent frater conſobrinus, ac alius nepos dicti Marchionis, & multi alij ex ſuis, dominus papa ad requiſitionẽ dicti Marchionis proceſſũ terribilẽ fulminauit cõtra dictum Fridericum, & contra rectores & capitaneos Oſonienſis ciuitatis & Racanatẽſis, de hæreſi eos notans in quibuſdam articulis. vnde &

E crucẽ fecit prędicari contra illos in Tuſcia, & aliis partibus Italiæ cõcedens indulgentiã plenariã proficiſcentibus vel mittentibus bellatores contra illos, multique ex Florẽtia & Senis in fauorem eccleſiæ crucem acceperunt. Cũ autẽ vna dierũ Marchio qui erat pro eccleſia cũ copiis ſuis Racanatum impugnaret, & tũc comes Fridericus Vrbini exiſtens, magnam taleam ſeu impoſitionem pecuniæ communitati indixiſſet vt poſſet in ſuccurſum accedere cũ ſtipendiariis

F epiſcopi Aretini & Caſtrurij Racanatum, Deo diſponente in deteſtationem & iudicium illius Friderici, ſubitò populus Vrbinas tumultuans arma corripuit contra dictum Fridericum. Qui improuiſus ſe clauſit in arce ciuitatis, & à populo obſeſſus, videns ſe non poſſe defende-

Fridericus Montefeltranus ditionẽ Pontificiã inuadit.

A.C. 1322. re vel euadere, ſe populo tradidit miſericordiam poſtulans ab eo, & pro gratia poſtulans ſe decapitari: & non magis illudi, & crudeliori morte damnari. Deſcendens ergo de arce, ſimul cum filio ſe ſpolians, & funem in gutture habens, populo ſe obtulit miſericordiam clamans. At populus irritatus contra eum, nulla miſericordia motus eſt, ſed ipſum interficiens cum filio poſtea mortuum per terram traxerunt, hinc inde vituperia multa circa illum inferentes. Et quia in excommunicatione mortuus ideo ſepultura aſini ſepultus eſt, non eccleſiaſtica. Sed & duo alij filij eius fugientes ex Vrbino Eugubij capti ſunt, & alter paruulus in Vrbino. Ex ſic impletis iniquitatib. eorum de Montefeltro qui ſemper fuerant rebelles & perſecutores eccleſiæ, exterminauit eos Deus de terra. Hæc reuolutio Vrbini & occiſio Friderici animauit populum Oſoniæ contra ſuos rectores. Et clamantibus cunctis ſe velle pacem habere cum eccleſia, timentes qui regebāt ne quid ſimile accideret eis, quod Friderico factum fuerat, ex ciuitate aufugerunt, & populus Oſonienſis ſeipſum eccleſiæ tradidit & Marchioni. Paulò pòſt Racanatenſes his auditis, expulſis rectoribus ſuis, qui erant pro Gibellinis, ſe eccleſiæ & Marchioni ſubdiderunt. Sed Marchio in vindictam interfectionis nepotis ſui & ſuorum imponendo eis vitium idololatriæ: ipſam igni expoſuit, & muros eius vſque ad fundamenta diruit. Quod quidem ex parte Marchionis crudelitas nimia ex parte Dei iuſtum iudicium fuit, propter magna ſcelera dictæ ciuitatis.

Racanata comburitur & diruitur.

Vicecomites Mediolanenſes excommunicantur. Naucl. ge. 45.

§. XII.

EODEM anno 1322. papa Ioannes attendens ad duritiam, & obſtinationem domini Matthæi filiorum eius de vicecomitibus tyrannidem exercentium in Mediolano, & pluribus alijs Longobardiæ ciuitatibus magnis, & quia nec mandatis papæ, & legati eius obedire voluerat, vt recederet ab impugnatione Genuæ & auxilio ciuium eius, & cenſuras excommunicationis contra eos latas contemnebat, prædicari ſtatuit crucem contra eos tanquam contra hæreticos & perſecutores eccleſiæ largiendo plenariam indulgentiam bellantibus contra illos. Conſiderans inſuper pontifex, quòd miſſio copiarum cum domino Philippo Valeſiano in Longobardiam pro eccleſia fruſtrata erat, illo ſe concordante cum tyrannis illis Lōgobardiæ & quia potentia domini Raimūdi de Cardona capitanei propugnatorum eccleſiæ ſola nō erat ſufficiens ad conterendas vires tyrannorum illorum, requiſiuit ipſe papa cum tractatu regis Roberti Fridericum ducem Auſtriæ: & electum imperatorem Romanorum (licet alius etiam eſſet competitor) vt præſtaret auxilium: promittens ei, quòd ſi deſtinaret copias ſuas ex Alemannia in Longobardiam ad expugnandum dictos rebelles Eccleſiæ & excommunicatos, eum confirmaret in imperatorem, & germanum eius clericum promoueret ad archipræſulatum Moguntinum.

Fridericus aduerſus vicecomites deſtinatur.

Quod cùm Fridericus acceptaſſet miſit quin-A gentos viriles bellatores cum germano alio ſuo Henrico duce Auſtriæ quàm citiſſimè in Longobardiam. Qui in ramis palmarum Brixiam ingreſſi ſunt. Superuenerunt quoque & alij multi ex Alemannia cruce ſignati eis adiuncti, ita vt aſcenderent ad numerum duorum millium equitum Teutonicorum. Capitaneus Mediolanenſium dominus Matthæus cum ſuis ſequacibus animaduertens periculum ſuum & exterminium ſuorum ex collatione tanti exercitus Teutonicorum contra eos, & quòd quotidie augebatur hoſtium numerus (Nam ex Hetruria B Florentini, Bononienſes Senenſeſque mittebāt ſuos) Rex Robertus miſerat procuratores ſuos cum magna pecunia ad cōducendum quadringentos equites & ducentos baliſtarios. Et dominus etiam Raimundus de Cardona cum mille quingentis venturus expectabatur, ſimul cum legato apoſtolico, & peditibus innumeris cruce ſignatis. Qui omnes ſimul debebāt conuenire Henrico prædicto duci Auſtriæ. Hæc igitur ſecum recogitans capitaneus, vt ſerpens tortuoſus, veneno ſuæ fraudis vſus eſt ad extinguendam viam dictæ collectionis contra eum. Miſit igitur duodecim viros ex notabilioribus Mediolanenſium oratores ad dominum legatum C cardinalem, qui tunc erat Placentiæ prætendēs ſe velle concordiam ſumere bonam cum eccleſia, quia populus Mediolanenſis perſpiciens tantum exercitum contra ſe congregatum, & ſe excommunicatum nolebat tantum exterminium animarum & corporum ſuſtinere propter familiam vicecomitum.

Matthæi Vicecomitis aſtutia.

Interea cùm dicti oratores Placentiæ tractarent concordiam cum domino legato idem capitaneus Mediolanenſis aſtutiſſimus miſit alios oratores ſecreto in Alemanniam ad Fridericum ducem Auſtriæ, oſtendens & declarans, quomodo illud quod egerat, erat contra imperium, & contra ſemetipſum, in mittendo ſcilicet germa-D num cum copiis ſuis contra terras Longobardiæ. Et quia ſi eccleſia, & rex Robertus obtinerent Mediolanum conſequenter ſubijcerent ſibi omnes alias Longobardiæ ciuitates & omnes fideles imperij, ex Longobardia & ex Hetruria, propter quod nunquam a modo ſpem poſſet habere intrandi in Italiam pro corona ſuſcipienda imperij. Obtulerunt quoque munera magna, quæ homines placant atque Deos.

Mittit ad Fridericum, qui cum propoſito aut ſe, paulò poſt mouetur mente lunio vide infra c. 3. §. 3.

Fridericus habito conſilio ſuorum, cupiditate deuictus, quæ nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati Chriſtianæ adhibere conſenſum, acquieuit petitis mutan-E do propoſitum in auxilio eccleſiæ promiſſo, vnde & fratri ſuo Henrico ſcripſit quòd inuenta aliqua occaſione ſimulata (quam facilè inuenit qui vult ab amico recedere) reuerteretur in Alemanniam. Qui reſcripta ſuſcipiens à Friderico & à capitaneo Mediolanenſium, recepta magna quantitate pecuniæ ab eo & alijs Longobardæ tyrannis, illa executus eſt. Cùm ergo deliberatione iam facta deberet ipſe Henricus cum Brixianis, & patriarcha Aquileiæ, & aliis copiis in bellum exire contra Bergomenſes, qui iam tra-F ctabant ſe & ciuitatem eis tradere, prius quàm de ciuitate egrederetur, dixit ſe velle dominium Brixiæ habere. Brixienſes autem aduertentes hoc facere non poſſe, quia vacante imperio tradiderant regi Roberto, huic rei aſſentire noluerunt.

Fridericus à Pontificis fide recedit.

Eius frater partes eccleſiæ relinquit.

A.C. 1322.

A.C. 1322.

lueruntEx hoc Henricus indignationem oſtendens, receſſit cum omnibus copiis ſuis ex ciuitate pergens Veronam. Qui à domino Cane ibi tyrannicè dominante honorificè ſuſceptus eſt, & cum magnis donis viſitatus. Ex eo loco in Alemanniam remeauit perturbando ardnum aggreſſum ab eccleſia inchoatum contra tyrannos illos.

Piſtorienſes ſeſe Caſtrutio dedūt Blon. lib. 9. decret. 2.

Ipſo anno cùm Piſtorienſes multam moleſtiam ſuſtinerent à Caſtrutio propter frequentes inſultus eius, cùm teneret caſtellum eorum Settauallis, propinquum ciuitati ad tria milliaria, tractare cœperunt cum eo de treugis. Quàobrem Florentini ſuſpicionem non modicam concipientes, ne ſub prætextu treugarum Caſtrutius caperet Piſtorium, contradicebant talibus treugis faciendis, & oratores plures deſtinarunt ad eas diſſuadendum. Demum ciuitas tumultu facto fecit capitaneum populi abbatem de Pactiano ordinis Vallisumbroſæ, qui aſſentiebat dictis treugis. Et contra voluntatem Florentinorum eas fecerunt in tributum annuatim ſe obligando ad conferendum Caſtrutio tria millia Florenorum & ex ipſa ciuitate emiſerūt epiſcopum & eos qui cum Florentinis tenebant.

Tumultus Senis ort⁹.

Menſe Aprilis eiuſdem anni tumultus rixoſus, & ſeditioſus ortus eſt in ciuitate Senarum. Nam aliqui de familia Salimbena, vna nocte interfecerunt duos germanos filios cuiuſdam nobilis militis ex familia Ptolemæa eorum inimicos in domibus eorum. Ob eam cauſam ſeditio orta eſt, & diutiùs inter ſe, cùm aliqui ſectarentur Salimbenos, alij Ptolemæos, vt potentiores vrbis familias, & in procinctu erat bellū ciuile inter ſe gerere. Sed quia certæ acies Teutonicorum tunc tranſibant per comitatum eorum quæ mittebantur à Caſtrutio, & Piſanis in auxilium epiſcopo Aretino, timentes ne in tali concertatione illi hoc audientes ſe immiſerent, deſtinarunt velociter ad Florentinos, vt mitterent ex ſuis ad obuiandū bello inteſtino. Quod & fecerūt mittentes trecentos & quinquaginta milites Furlanos, in bello ſtrenuos, & multos pedites ex locis vicinis Senenſibus. Ex eorū verò aduentu ciuitas à ſeditione & tumultu quieuit, etſi mala volūtas inter eos roboraretur interi⁹.

Epiſcopus Aretinus belli dux aduerſus Florentinos. ſup. §. 11. Focognanū hoc caſtrū vocat Blon.

Menſe Maij eiuſdem anni epiſcopus Aretinus de ſtirpe eorum, qui de Petra mala dicebantur, congregato exercitu ſeptingentorum bellatorū & quinquaginta, quos ſuſceperat à Piſanis & Caſtrutio (vt dicebatur) ad hoc, vt ſuccurreret Friderico comiti Mōtisfeltri, audita morte eius (de qua ſuprà) deſcendit in Caſentinatem agrū & cœpit caſtellum Fronzolæ nuncupatum ſupra Pappium ſituatum. Exinde caſtrum Focognanū bello aggreſſus eſt: ſed Florentini à dño illius caſtri rogati mittere decreuerunt auxilia trecentorū & quinquaginta bellatorū. Sed dū fieret eorum præparatio intereà ille epiſcopus Aretinus proditoriè caſtrum in deditionem accepit, mediante quodā plebano dicti caſtri. Quod cùm accepiſſet, nec pacta ſeruauit, ſed cùm eſſet fortiſſimum caſtellum, totum igni expoſuit, & vſque ad fundamenta euerti fecit. Iſte epiſcopus Florentinorum parum amicus non Deo, ſed ſæculo contra eccleſiam militabat, vnde & falſo nomen illud ſibi retinebat.

A.C. 1322.

Fridericus de militia Papæ relicta ſeſe excuſat.

§. XIII.

EA tempeſtate. 1322. menſe Auguſti Fridericus dux Auſtriæ vnus ex imperatoribus electis, miſit oratores ſuos ad dominum legatum papæ ad excuſandas excuſationes in peccatis: de eo quod frater ſuus Henricus miſſus in adiutorium eccleſiæ, ita turpiter receſſerat de Longobardia, & ad procurandam concordiam inter filios domini Matthæi, qui dominabantur Mediolani, & Eccleſiam. Qui oratores applicantes Mediolanum cum honore ſuſcepti ſunt. Et dominus Galeatius cum ſyndicis communitatis Mediolanenſis, & nouem aliarum ciuitatum Longobardiæ colligatarum: per ſcripturam conceſſerunt plenam licentiam & facultatem ipſi duci Auſtriæ, vt concordaret eos cum eccleſia. Profecti ſunt igitur oratores Placentiam ad dominum legatum, qui procurauit fieri treugam inter gentes eccleſiæ & Lōgobardos eius aduerſarios vſque ad ſequentem Octobrem. Cui rei conſenſit legatus, eo quod gentes eccleſię erant obſeſſę in ſuburbiis Biſagnij, & valdè arctatæ. Qui ex treugis factis de ſuburbiis illis ſoſpites egreſſi ſunt, dimittentes ciuitatem in cuſtodiam interim oratorum prædictorum. Et ſimiliter Mediolanenſes reliquerunt arcem Biſagnij in manibus oratorum in cuſtodiam. Finitis autem treugis, cum non poſſent adinuicem concordiam habere, dicti oratores tradiderunt domino Marchioni Mediolanenſi dominium & arcem Biſagnij, & ſuburbia, opponendo quòd ſi dominus Raimūdus vellet ſibi ſuburbia reddi: reponeret gentes ſuas obſeſſas in eis, & in eo ſtatu, quo erant, quando factæ ſunt treugæ. Sicque legatus & dominus Raimundus conquerebantur de fraude eorum oratorum.

Gentes Eccleſiæ ſunt milites Pōtificij.

Error oratorū Friderici.

Atrox pugna inter Ludouicū Bauarū & Fridericū de imperio cōtēdētes. Naucl. ge. 45.

Deſertæ militiæ Eccleſiaſticæ ſtipēdium.

Eodem anno in fine Decembris in Alemannia in ducatu Bauariæ præparatum fuit & geſtum magnum prælium inter Fridericum ducē Auſtriæ, & Ludouicum ducem Bauariæ: cū quilibet eorum electus, licet à diuerſis, prætendebat ius imperij ad ſe ſpectare. Quod bellum ab ortu ſolis vſque ad occaſum eius continuatum eſt, non abſentibus ibi peditibus. Et ita aſperum & horrendum fuit certamen, quòd vltra quatuor millia bellatorum equitum ſimul ex vtraque parte occiſa ſunt in eo, & vltra ſex millia equorum. Demum victor remanſit, & dominus campi Ludouicus de Bauaria: & ipſe Fridericus rex & germanus eius Henricus dux Auſtriæ capti fuerunt cum multis proceribus. Vnde gentes Friderici penè omnes vel interfectæ vel captæ ſunt. Inter quos remanſerunt capti circa duo millia Vngarorum, quos miſerat Carolus rex Vngariæ in adiutorium Friderici. Dux autē Lupodorus de Auſtria veniebat in auxilium Friderici cum mille & quingentis bellatorib. benè armatis: ſed cū appropinquaſſet ad quindecim milliaria, audiuit rem geſtam, & vltra non progreſſus eſt, quia nimis confiſus Fridericus in ſua potentia: contemnens vires hoſtium ex ſui exercitus inordinatione, vt dictum eſt, deuictus eſt & captus.

Lupoldum eum vocat Naucl.

A. C. 1322.

copiis ſuis,& intrauit confinia Angliæ, quæ ei occurrebant deſtruendo. At rex Angliæ hoc per cepto parauit claſſem magnam trecentorũ nauigiorum,& menſe Auguſti intrauit Scotiã, per mare & per terram contra eos pugnaturus. Sed Scoti timentes multitudinẽ Anglorum,cõtra ſe venientiũ,declinantes bellũ ad interiora Scotiæ ſe retraxerunt & cõmunierũt ſe in fortaliciis,& locis ſylueſtribus. Cũ verò Anglici malè ſibi prouidiſſent de victualibus, nec haberent ad ſufficientiam,multi mortui ſunt fame & aëre corrupto. Cúmque perſiſtere ibi non valerent coacti ſunt neceſſitate victus reuerti ſine acquiſitione cuiuſquam terræ vel læſione Scotorum. Reuerſus eſt ergo rex cum ſuis ſine honore ad propria amiſſis viginti millibus ex fame & miſeria de menſe Septembris.

Angli grauiterà Scotis & Flandris vexantur.

Inſuper & Flandrenſes ex diſcordia orta inter eos & Anglicos, bellum mouentes contra eos in mari, damna & prædas eis intulerunt. Vndique igitur eo anno Anglici anguſtiati ſunt.

In ſeptembri Fridericus rex Siciliæ Sauonæ armari fecit ex ſuis pecuniis ſeptemdecim galeas ad belligerandum contra Genuenſes,& regem Robertum. Qui adunati cum exulibus Genuenſibus & Caſtrutij copiis,obſedunt portum Veneris & cum adiutorio Marchionis finarij obſederunt ciuitatem Arbiganam, quam tenebant Genuenſes. Sed quam citiſſimè rex Robertus inſtrui fecit cum Genuenſibus vnam & viginti galeas,& alia nauigia ad tollendam obſidionem dictorum locorum. Et quia ventis contrariantibus non valuerunt gentes ex galeis ponere in terram, cum in Arbigana obſeſſa deficerent victualia, & ei ſuccurri non poſſet, acceperunt eam exules in deditionem certis pactis. Portus autem Veneris capi non potuit. Poſtea cum rex Robertus eſſet in curia papæ Auenioni: quidam ex familiaribus eius inſidiati ſunt vitæ eius,ad requiſitionem domini Vgonis de palatio de Burgundia. Et hoc dominus ille Vgo ordinauerat,ex eo quod rex Robertus impedimentum præſtiterat: vt principiſſam moreę quã in vxorem habere quæſierat, minimè haberet. Captis autem familiaribus,qui mortem tractabant,vltio de ipſis ſumpta eſt inter quos vnus Florentinus erat.

Genuẽſiũ exulum aduerſus ciues cõcertatio recru deſcit.

Diſpenſatione Carolus aliã vxorẽ ducit. Aemyl.

Eodem anno Carolus rex Franciæ, qui ſucceſſerat Philippo,cùm repudiaſſet vxorem primam filiam ducis Burgundiæ, quia reperta fuit in adulterio,in vxorem duxit prima viuente filiam olim Henrici imperatoris, & ſororem regis Ioannis de brẽna.a Hoc autem ſecundũ ma-

a *Nota ex hac hiſtoria verum eſſe quod iuxta Catholicã Trid. Conc. ſententiam in 2. part. tit. 20. cap. 8. §. 8. tradidimus non licere viro, cuius vxor adultera eſt, aliam ſuperinducere. Nam quod Carolus rex vxorem repudiauit & aliam duxit, non fuit propter adulterium; ſed propter cognationem ſpiritualem, quæ inter eum & priorem vxorem intercedebat, quæ quidem erat impedimentum impediens contrahendum matrimonium & dirimens contractum, & ideo matrimonium illud iure nullum erat. vnde ei licuit vxorem aliam ducere eo quod prior vera illius vxor non fuiſſet. Cæterum ex decreto Conc. Trid. ſuprà tit. 18. cap. 6. §. 2. hanc ſpiritualem cognitionem contractam eſſe ad tenentem in baptiſmo puerum & baptizatum, & baptizati patrem & matrem monuimus.*

A trimonium,cùm non eſſet contra legem diuinã Euangelicã,ideo ſedes apoſtolica permiſit, quia in ſupplicatione papæ facta expoſitum fuit repertam fuiſſem matrem dictæ primæ vxoris filiam olim comitis Artenſis tenuiſſe in baptiſmo ipſum regem Carolum. Quod ſi verum eſt fuiſſet ibi impedimentum cognationis ſpiritualis,quod habet dirimere matrimoniũ. Sed probatio talis cognationis dicebatur à veritate deficere,& comitiſſam Artenſem ideo conſenſiſſe huic rei,vt filiam à morte liberaret. In campania autem deſponſauit ſecundam vxorem.

Conc. Tri. ſeſſ. 24. c. 2. tale impedimentum ſuſtulit.

Rex vngariæ Sclauoniã petit.

B Menſe Septembris Carolus Vbertus rex Vngariæ cum viginti millibus & vltra Vngarorum equitũ,hoſtiliter diſcurrit per terras regis Graſſiæ in ſclauoniam,& ad Giadriam per duo milliaria prope vſque peruenit, deuaſtationes faciẽdo,quod ideo egit,quia Sclauones eius mãdatis nequaquã parebant. Inde & Sclauones & Venetos timor apprehendit,ne caperet regionem vſque ad maritima. Demum,quia rex Graſſiæ debitam obedientiam cum ſuis regi Vngariæ reddidit,& quia in Bauariæ bello multi ex ſuis perierant,reuerſus eſt rex in Vngariam.

C Iſte Carolus Vbertus fuit filius Caroli Martelli,qui fuit filius ſecundi Caroli regis Siciliæ & Apuliæ. Et ſi pater nõ prius fuiſſet defunctus quàm dictus Carolus ſecundus,ſuccedebat in regnum Apuliæ,quod poſtea rex Robertus obtinuit ſecundus frater eius.

Carolus Vbertus rex vngariæ quid fuerit.

In Octobri cùm rex Angliæ reuerteretur cũ ſuis à Scotia ſine conqueſtu alicuius ciuitatis, vnde cum verecundia,eſſetque rex iuxta abbatiam Rinalſem,& barones eius ante eſſent ad impediendum ingreſſum Scotorum in Angliã, Scoti aggreſſi ſunt eos numero quingenti equites,& pedites ad tria millia, Anglici verò retraxerunt ſe in quodam monte,vt aptius ſe defenderent. Scoti verò obſidentes vndique dictũ D montem,deſcendentes ex equis,debellarũt Anglicos,& pro maiori parte occiderunt,vel ceperunt. Rex audita ſtrage ſuorum cum paucis à dicta abbatia cum dedecore aufugit.

Scoti Anglos iterũ profligant vide Leſ. in 7. lib. hiſt.

Pauperum de Lugduno hæreſis. Aemyl. lib. 8.

§. I.

E ANNO præfato ſcilicet. 1322. ab incarnatione domini,tempore huius Ioãnis. xxij. papæ ortum eſt ſchiſma cum hæreſi eorum,qui dicuntur Fraticelli de opinione, aliàs pauperes de Lugduno. Huius exordium fuit, quia quidã magiſtri tenebrarum volentes ſapere, plus quã oportet,quorũ caput fuiſſe dicitur magiſter Michelinus de Ceſena ordinis minorum miniſter, dogmatizare cœperunt publicè prædicando Chriſtum ita pauperẽ fuiſſe: ꝙ ipſe cũ collegio ſuorũ apoſtolorũ nihil habuit in mũdo propriũ nec in communi,nec in particulari,nec immobilia nec mobilia. Et quia huic ſententiæ expreſsè contradicit textus Euangelij Ioan. dicentis. c. iiij. ꝙ diſcipuli dũ Chriſtus loquebatur

A.C. 1322. cum Samaritana, iuerant in ciuitatem, vt emerent cibos. Vbi innuitur, quòd pecuniam habe-
Ioan. 12. bant reſeruatam, qua emerent. Et alibi, quòd Iudas loculos portabat, & ea, quæ mittebantur in
Ioan. 13. eis tenebat. Et cùm Chriſtus dixit Iudæ. Quod facis fac citius, intellexerunt diſcipuli, quòd Iudæ mandaret neceſſaria præparare ſolennitati paſchali, aut vt egenis aliquid daret. Et vnde niſi ex pecunia reſeruata in communi ex eleemoſynis datis eis? Ideo multi prælati & prædicatores veritatis zelatores fidei non ſufferentes tantam blaſphemiam contra euangelicam doctrinam, prædicabant contrarium, rationibus confutantes errorem illum. B

Ioan. 22. Extrauag. tit. 14. ca. 4. Summus verò pontifex cum doctoribus ſacræ theologiæ, profeſſoribus, ac iuriſtis diligẽter fecit examinari dictam materiam, & comperta veritate declarauit, & determinauit hoc ab omnibus fidelibus eſſe tenendum. Chriſtum cum Apoſtolis habuiſſe quædam mobilia in cõmuni, vt pecuniam ei eleemoſynaliter datam. Vnde
Aug. l. de mend. c. 15. Aug. 12. q. 1. habebat. Habebat dominus loculos, à fidelibus oblata conſeruans, vt ſuorum & aliorũ neceſſitatibus prouideret. Et ſi quis contrarium pertinaciter teneret, hæreticus haberetur, & contra eum ſicut contra alios hæreticos
Hæretici apud ſe veram Eccleſiam eſſe factitant. procederetur. Multi autem ex illis inuentoribus erroris obſtinati permãſerunt, & in tantam veſaniam prorupetunt, vt ſchiſma in eccleſia ſuſcitarent, facientes cõgregationem ſynagogam ſathanæ, quam dicebant veram eccleſiam apud ſe
Fratricelli ſibi papam eligunt. eſſe, erigentes ſibi caput draconis in papã Petrum de Corbãtia, epiſcopos ex ſua ſecta conſecrari faciẽtes, & hæreſim illam per orbem apud ſimplices in occulto diſſeminantes, & vt temerarij ponentes os ſuum in cœlum, auſi ſunt dicere Ioan. 22. eſſe hæreticum: quia tenẽtes illam
Habentur hæ extrauag. tit. 14. ca. 4. & 5. opinionẽ hæreticos declarauit, ſuper his condẽs tres extrauagantes, quarum vna incipit. Quia quorundam. alia. Ad conditorẽ canonum. Tertia Cùm inter. Vbi diffuſè dilucidatur materia iſta. Aſſerunt etiam hæretici illi omnes prælatos & ſummos pontifices, qui fuerũt poſt ipſum Ioannem 22. quia non reprobauerunt ſententiam eius ſuper ea re, ſed approbarunt, vt veridicam & fidelem eſſe hæreticos, & qui eos ſequuntur, nec poſſe ſaluari, ſed ſolùm tenentes fidem, immo perfidiam ſuam.

Pauperes de Lugduno combuſti nullum ediderunt miraculũ & quare. Vide D. Thom. in 2. 2. q. 178. a. 2. Multi fidẽ Romanorum pontificum tenentes à ducẽtis annis claruerunt miraculis. Multi igitur infecti errore illo capti in diuerſis mũdi partibus, obſtinati in opinione ſua cõbuſti ſunt in diuerſis partibus, nec vnquã ex eis viſum eſt miraculum, niſi cinis combuſtionis, & meritò: quia neſcit diuina veritas patrocinium præſtare erroribus, cùm tamen econtrario poſt hæreſim illam inchoatã, multi & multæ fidẽ & obedientiam Romanorum pontificum tenẽtes claruerint miraculis nõ paucis. Adhuc reprobi illi inueniuntur in ſæculo, conſtituentes ſibi Papam vel potius antichriſtũ, epiſcopos & ſacerdotes, & per domos mulierculàrum dogmata ſua docent & ſacramẽta miniſtrant, filij diaboli. Abundauit talibus magno tempore Marchia Auconitana, & præcipuè Fabrianũ, Eſiũ, Maiorita, Maſſatium, nec Florentia caruit fœce huius erroris in aliquibus. Demũ expulſi ad terras Græciæ dicuntur ſe transtuliſſe. Demum illi antipapæ adhæſit Ludouicus Bauarus imperator obedientiam præſtans & ab eo coronari ſe fecit, Sed A non multò pòſt ipſe Petrus antipapa, captus ductus eſt Auenionẽ ad Ioannem papam & abiurata hæreſi & ſchiſmate ad perpetuum carcerẽ deputatus eſt, & imperator ſchiſmaticus imperio priuatus fuit. De iſta hæreſi, & reprobatione eius habetur diffuſè in quarta parte, in titulo de dono conſilij.

A.C. 1322. Petrus de Corbaria à Papatu deiicitur. In 4. parte Sum. tit. 11. cap. 4. per totum.

Dantes poeta Florentinus & eius errores.

§. II.

CIRCA illud tempus floruit Dantes de Algheriis, Florentinus poeta inſignis, qui edidit opus egregium, cui ſimile in vulgari non habetur, eximiæ ſcientiæ & eloquentiæ maternalis, quod tripartitum fecit ſecundum tres animarum ſtatus ex hac luce migrantium, videlicet de paradiſo, purgatorio & inferno. Ad horum alterum animæ de corpore exeuntes accedunt poſt Chriſti aduentum & paſſionem. De limbo puerorum nõ tangit, fortè propter variã opinionem ſtatus, & conditionis animarum illarum. Verum in hoc videtur erraſſe nõ parum C quia antiquos ſapientes philoſophos, poetas, rhetores infideles, vt Democritã, Pythagoram, Anaxagoram, Platonem, Socratẽ, Ariſtotelem, Homerum, Virgilium, Ciceronem, & alios deſcribit eſſe in campis Elyſiis, vbi etſi non in gloria, tamen ſine pœna exiſtant, cùm ſecundum fidem catholicam non ſit, dare talem ſtatum in tali vita, quo ad illos qui habentes iam vſum rationis de hac luce migrarunt. Sed aut ad cœlum euolant purgati ab omni reatu in exitu ſuo, aut D obnoxij poſt purgationem ad paradiſum aſcendunt. Cæteri verò ad inferna deſcendunt, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat pœnarum immenſarum, ex quibus nulla eſt redemptio, vel diminutio, vel alleuiatio. Et in huiuſmodi loco ſummi cruciatus ſancti antiqui doctores Hieronymus, Auguſtinus, & alij aſſerunt eſſe illos ſæculi ſapientes, propter eorum elationem & infidelitatem, quos Dãtes ponit in campis Elyſiis. De quibus etiam apoſtolus ait ad Rom. c. 1. Qui cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed dicentes ſe eſſe ſapientes. & ſecundum Pſal. E Linguam noſtram magnificamus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt? ſtulti facti ſunt propter quod tradidit eos Deus in reprobum ſenſum.

An philoſophi infideles ſalui ſint. Nullus eſt locus medius inter infernum & cœlum præter purgatorium. Iob. 10. Hier. ep. 1. ad Heliod. Auguſt. in 10. ciu. ca. 28. & 29. hoc indicatur. Pſal. 12.

Nec ſufficienter defendunt eum qui dicunt iſtud non ſenſiſſe, ſed vt poetam finxiſſe ſecundum opinionem aliquorum: quia cùm liber ille ſit in vulgari cõpoſitus & à vulgaribus frequentata lectio eius, & idiotis propter dulcedinem rythmorum & verborum elegantiam, nec ſciãt diſcernere inter fictionem & veritatem rei, faci- F le poſſunt credere eſſe talem ſtatum in alia vita, quem fides Eccleſiæ reprobat. Cœleſtinũ quoque papam renunciantem papatui arguit de puſillanimitate, quem Eccleſia veneratur, & miratur de humilitate.

Non excuſantur qui libros antiquorũ erroribus refertos edunt.

Cæterum compoſuit & alium librum in ſermone literato, de monarchia intitulatũ in tres partes diſtinctum. In quarum prima probat monarchiam, id eſt regimen per vnum principalem

Dantis Monarchia iubet eſt prohibitus in Indice lib. prohibitorum.

A.C. 1321.

palem hominem eſſe optimũ regimen,& mundo neceſſarium. In ſecundo oſtendit talem monarchiam non perfectè fuiſſe in monarchia Aſſyriorum, nec ſuccedentium Perſarum & Medorum ſimul, nec Græcorum ſub Alexandro, cùm omnes iſti parum vel nihil dominati fuerint in occidente, ſed in Romano imperio oſtẽdit fuiſſe perfectam & magis vniuerſalem, cùm in Europa & Aphrica, & Aſia dominatum obtinuerint, quod ex Dei diſpenſatione geſtum fuit. In tertia verò parte vult probare, ſed malè, ita monarchiam eſſe in imperio Romano & rege Romanorum, quòd nullam dependentiam habeat à Papa, ſed à ſolo Deo, niſi ſolùm in pertinentibus ad forum animarum, non in temporalibus. B

Poteſtas imperialis papæ ſubiicitur. Et in hoc errauit, cùm poteſtas imperialis & regimen ſubalternetur papali, vt minor maiori, ſicut & luna ſignans imperiũ, illuminatur à ſole, ſignante vicariũ Chriſti, vt lumine maiori. quod colligitur diſt. 96. c. duo ſunt. Vnde & vtrunque gladiũ Papã habere frequenter diſputãdo concluditur, ſecundum id, quod dixerunt apoſtoli

Luc. 22. Chriſto: Ecce duo gladij hic. Quod etiã per experientiam monſtratũ eſt. Nam papa Adrianus

Papa dat imperium. tranſtulit imperium de oriente in occidentẽ, Carolum magnum regem Romanorum inſtituẽs, C quia Eccleſiam liberauit, & Italiam de manibus Longobardorum, imperatore Græcorum nec ſe nec Eccleſiam iuuare valẽte, ſed ad errores declinante. Deinde à Ioanne papa duodecimo vel

Papa aufert imperium. Leone tranſlatum eſt à Francis in Teutonicos in primo Othone. Papa quoque deponit imperatorem & priuat, & excõmmunicat prout egit Innocentius primus. Arcadiũ enim imperatorem excõmunicauit. Gregorius ſeptimus Henricum tertium imperatorem excommunicauit, & imperio priuauit. Papa etiam confirmat imperatorem, ipſe coronat, ipſi imperator fidelitatem iurat. diſt. 63. tibi. Quomodo iſti talia attentaſſent, & prælati & ſancti homines iſta approbaſſent, ſi monarchia imperij nõ ſubeſſet papę, cùm par in parem non habeat poteſtatem? D

Pij imperatores Eccleſiæ ſe ſubmiſerunt. Item imperatores catholici in omnibus ſubmiſerunt ſe & leges ſuas Eccleſiæ, vt Conſtantinus magnus, Theodoſius ſenior & iunior, Iuſtinianus, Iuſtinus, Carolus magnus, Otho primus, Sigiſmundus. Sed multi qui fuerunt peſ-

Tyrãni & hæretici Eccleſiæ hoſtes. ſimi tyranni, & perſecutores Eccleſiæ non defenſores, & malorum morum, toto conatu ſuo E quæſierunt ſubiugare ſibi Eccleſiam, & temporalia eius auferre, & ad nihilũ deducere, vt Iulianus Apoſtata, Conſtantius Arianus, Henricus tertius, quartus, quintus & ſextus, Fridericus primus & ſecundus, Ludouicus Bauarus & multi Græcorum imperatorum, aliqui prædictorum

Papa verus monarcha. ſecuti ſunt hæreſes ſuorum patriarcharum, alii qui ex Latinis fuerunt cauſa ſchiſmatum. Sed papa pro tempore exiſtens, vt verus monarcha, & ſuper Imperatorem Romanum poteſtatem habens, excommunicauit eos & priuauit. Et demum tales cum ſumma confuſione exterminati F ſunt, & ad inferos deſcenderunt.

Ockam de pontificis poteſtate malè ſenſit. In hoc ergo errauit Dantes. Quem errorem magis diffuſe proſecutus eſt a Ockam ordinis D minorum, quaſi ad nihilum deducens poteſtatem papæ, & prælatorum in dominio temporali. Quãobrem multi viri doctiſſimi tunc quæſtiones diſputarunt, & libros ediderunt de poteſtate eccleſiaſtica ſeu papę (Dantes tandẽ exul factus à Florentia propter partialitates, qui aliquãdo fuit in officio dominorum Priorum, Rauennæ poſitus, mortuus eſt anno ætatis ſuæ 56.

Bononiæ tumultus oritur.

§. III.

AD partes Italiæ reducendo ſtylum pro tẽpore anni 1322. Bononię menſe Maij hoc accidit: quia cùm Romæus de Peppolis ciuis ditiſſimus, Bononienſis, expulſus fuiſſet ẽ ciuitate vt ſuprà habitũ eſt, propriis pecuniis, quas maximas habebat conduxit quadringentos milites & ex Ceſenna veniens Bononiã cum adiutorio ſuorum amicorum, qui in ciuitate erant ingreſſus eſt cum illis ſtipẽdiariis in antiportibus & burgis. Sed Bononienſes (etſi improuiſi nihil tale ſuſpicãtes) viriliter pugnãtes & defendẽtes ciuitatẽ vi eos extra pepulerunt cũ detrimento eorum nõn modico & pudore. Quamobrẽ illis F omnino repulſis addiderunt Bononienſes plures proſcribere. Et quia ciuitas in timore manebat nouitatis poſtulantes à Florentinis auxilia receperunt centum & quinquaginta milites Florentinorum ab eis deſtinatos.

Sup. c. 5. & 10.

Antiport' ſunt munitiones pro pugnaculaue præ vrbiũ portis erectæ burgi verò ſunt ſuburbia.

Eodem menſe tumultuãte populo Piſis propter ſectas eorũ dominus Corbinus de Lãfrancis ad furorẽ populi captus & decapitat' eſt, cũ germano

Grauis in vrbe Piſis cõmotio.

C 4

a Gulielmus Occhamus Imperatoris Ludouici Bauari ſtipendiarius & à Papa Ioanne propter aliquos errores excommunicatus, Trith. Papam nõ oncriminibus modò, ſed maledictis lacerauit. Paul. Aemyl. lib. 8. hiſt. Fran. & licet aliqua contra Ioan. 22. quæ in indice lib. prohibitorum reprobãtur ſcripſerit: tamen non tam in pontificẽ Maximum, quàm in Ioannem 22. inuectus eſt. Nam is quidẽ certè ſine omni cõtrouerſia velut contra hominem, non autem velut contra Eccleſiæ Romanæ fidem auctoritatẽmve ſcripſit. Siquidem fidem ſuam de Romana Eccleſia confitetur, in prologo libri, quem ſcripſit de ſacramento altaris. De illo inquit altiſſimo ſacramento aliqua breuia conſcripturus proteſtor me nihil aſſerturum, niſi quod Romana tenet & docet Eccleſia. Quare ſunt qui dicant teſte Trith. in Chronicum circa finem vitæ ſuæ recognouiſſe ſuum errorem, & Apoſtolicæ ſedis gratiam impetrauiſſe. Ex Geneb. & Sandero. Cæterum de poteſtate Eccleſiaſtica Auguſt. de Anchona. de poteſtate Papæ Herueus, Aluarus Pelagius & Durandus de S. Portiano & alij eo ſæculo ſcripſerunt. Petrus Cunerius aduocatus regius in Senatu pariſiẽſi ſimili errore cum Occhamo & Dante laborauit, qui conatus labefactare Eccleſiaſticorum iuriſdictionem, eccleſiaſticámque libertatem infringere, ſibi perpetuam ignominiam accerſiuit, Bertrando epiſcopo Heduorum pro Eccleſiæ iuribus apud regem Philippum Valeſium perorante, & ſigillo ſimo deformique illi per ludibriũ in pariete chori Eccleſiæ Cathedralis infixo quod etiam hodie ſtylis ſuis ſcriptorii prætereuntes in perennem impietatis memoriam confodere ſolent. Geneb. Exitum porro litis ſic deſcribit Aemyl. Cum ampliatur. die Diui Thomæ Cantuarienſis feſto Bertrandus regem adiit, admonuitq; illum illuxiſſe diem, quem pro libertate Eccleſiæ Thomas ſanguine ſuo conſecraſſet. Reſpondit rex. Iura Eccleſiarum auctrim potius quàm imminuta velim Gratias vniuerſi egere, rex Catholici cognomen promeruit hæc ille.

A.C. 1323.

Grauis in vrbe Piſis commotio.

germano ſuo quia interfecerat ipſe Dominum Guidonem de Caprona vnum ex primoribus ciuitatis. Cumque magis ac magis rumor in vrbe increſceret. Dominus Nerius de Gerardeſchis, Dominus & capitaneus acierum Teutonicorū, qui Piſis erant, cū magnatibus ciuitatis diſcurrerunt cum armis per vrbem, & in furore dictorum magnatum Lanfranci, Gualandi, & Sigiſmundi, & capronenſes, qui erant alterius ſectæ contra populum, occiderunt tres ex popularibus potentiores: quærentes inſuper omnes, qui erant de ſecta cuiuſdam audaciſſimi viri dicti Coſcietta populi quaſi capitis, dicentes ꝙ ipſi procurarāt mortē Domini Guidonis de Caprona. Indignatꝰ populus cōtra comitē Nerium, & magnates ſequenti die arma corripuit, diſcurrens per vrbē decernēs iuſtitiā impleri cōtra delinquētes: vnde & quindecim ex nobilioribus familiis condēnati ſunt vt rebelles, & bona eorū deuaſtata. Ipſum quoque comitē Neriū populus malè tractaſſet: niſi fortis fuiſſet ſocietate Teutonicorum. Sed non minus omiſſum eſt negotiū ex eo quòd Caſtrutius iam bis cum copiis ſuis acceſſerat ad montem ſancti Iuliani audita ſeditione, ſi fortè ex ſectis eorum ſe impugnantibus pateret ei aditus ad capiendum Dominium: timentes ergo gentes eius contradixerunt acceſſui eius ad Piſas.

Coſcietta Piſis dominari tentat.

Cùm autem plures dies ciuitas maneret ſub armis ille Coſcietta, qui caput fuerat populi ad repellendum Vguitionem Fagiolanum à dominio vrbis, & tunc extra ciuitatem manebat, vt rebellis, perceptis eorum diuiſionibus tractatum fecit cum quibuſdam amicis ſuis ciuitatem ingrēdi manu armata, & regimen eius mutare, ac occidere comitem Nerium cum omnibus ſequacibus ſuis. Itaque cùm Coſcietta appropinquaſſet ad ciuitatem die ſequenti ingreſſurus eam, quidā compater eius hoc ſciens notum fecit comiti Nerio, qui eum in domo cuiuſdam ruſtici expectantem ad tractatum exequendum cepit, & ad furorem populi in ciuitate per terram tractus & dilaceratus in fruſtra conciſus eſt. Sicque terra quieuit pluribus ex nobilibus & popularibus amicis Coſciettæ in loca multum remota confinatis, & dictum comitem Nerium Dominum fecerunt ciuitatis.

Coſcietta à Piſanis diſcerpitur. Confinatus i. relegatus.

In menſe ſequenti Auguſti Piſani inſtituerūt quaſdam nouas gabellas, ſeu pedagia circa galeas & alia nauigia deferentia mercimonia in portū eorū. Et cū in pactis pacis aliàs factæ inter eos & Florētinos, cōuentū eſſet eos ab huiuſmodi liberos & immunes oneribus, noluerunt eis illa ſeruare: ſed obligari tali exactioni. Et licet oratores Florentini Piſas accederent quærulantes, perſtiterunt tamen in ſuo propoſito contra iuſtitiam.

Incendiū vrbis Florentiæ.

Florentiæ à caſu accenſus eſt ignis menſe Iulij ſuper pontem veterem, & combuſſit omnes apothecas, quę erant ibi a medio pontis citra. Et poſt intra quatuor hebdomadas, ignis ex incuria inhabitantium, accenſus eſt iterum circa medium pontis, comburens omnes domos vltra medium vſque ad domos familiæ Manellinæ.

Eodem anno & Iulij menſe Caſtrutius Dominus tyrannus Lucenſium exterritus ex occiſione aliquorum tyrannorum in tempore illo

A

A.C. 1323.

Caſtrutius arcem ſeu ciuitatulā ædificat.

timens ſibiipſi, ne fortè Lucenſes aliquid tale molirentur contra eum per ſubitaneum furorem populi, ædificari fecit in ipſa vrbe caſtrum ſeu ciuitatulam occupantem per circuitum quintam partem ciuitatis, ad eam partem, quæ Piſas reſpicit: muniens eam muris fortiſſimis cum viginti nouem turribus magnis per circuitum: nomenque illi dedit Gelca. In qua ciuitatula expulſis omnibus aliis, ſolum familiam ſuam cum aciębus ſuis inhabitare fecit. Et opus quidem magnificum fuit, nec tamen propter hac perpetuauit dominium.

B

Matthæi vicecomitis mors.

Eodem menſe Iunij Dominus Matthæus de vicecomitibus Dominus Mediolani ſeu capitaneus pro parte imperij, mortuus eſt in abbatia Creſcentiaci extra Mediolanum, & ſepultus eſt in inferno, quia excommunicatus ab eccleſia, vt rebellis & hæreticus, & inimicus, & octogenarius diem clauſit extremum. Iſte ſiquidem ſagax, & ſapiens fuit ad tyrannidem, magni dominij acquirendam, & poſſidendam. Et ipſa eadem die filius eius primogenitus Dominus Galeatius, capitaneus Placentinus, diſcurrens per Mediolanum cum ſtipendiariis ſuis, ordinauit

C

Galeatius fit Mediolanenſis Dominꝰ.

vt magis, quàm ciuium beneplacito ſe fieri capitaneum Mediolani ſicut fuerat pater eius per annum vnum.

Auximū à Gibellinis occupatur.

Menſe Auguſti Dominus Lipaccius, qui fuerat Dominus Oſimi (vel Auximi) in Marchia rebellis eccleſiæ cum adiutorio Firmanæ ciuitatis, & aliorum Gibellinorum Marchiæ, reuerſus eſt in Auximum, & expulit de ciuitate gentes eccleſiæ & Marchionis pro eccleſia, & cum adiutorio Firmanorum, cœpit bella mouere contra Marchionem ipſum, & rebellare fecit caſtrum magnum Fabriani.

D

Aduerſus Bononienſes expeditio irrita.

In Septembri Dominus Canis dominium tenens Veronæ, & Dominus Paſſerinus Mantuæ confœderati hoſtiliter proceſſerunt cum mille quingentis militibus contra Regium ciuitatem obſidentes quoddam eius caſtrum. Bononienſes autem ex hoc timentes ſibiipſis ne fortè irrumperent ſuper eos, poſtularunt copias à Florentinis. Qui ſtatim miſerunt trecentos bellatores pro tutela eorum. Sed præfati Domini timentes, ne propter hoc dux Chiarentanæ, & comes de Curitio venirent contra Veronenſes & Vincentinos, ſoluta obſidione reuerſi ſunt ad propria.

E

Parmæ bellum ciuile excitatur.

In ciuitate Parmenſi facta ſeditione bellum ciuile factum eſt in ciuitate inter partiales. Et vnius partis caput erat Dominus Orlandus Rubeus, alterius verò Dominus Ioannes Quirithus. Sed præualuit Orlandus cum populo contra Ioannem, ipſum debellans cum ſectatoribus ſuis. Remanſitque Dominus in Parma dictus Dominus Orlandus, & filij Giberti de Coregia. Tunc etiam filij Domini Bernardini Rauēnates cum factione & adiutorio Malateſtarum Ariminenſium

F

interfecerunt archipreſbyterum Rauennæ eorum conſobrinum, qui Rauennæ dominabatur.

In Septembri dicti anni Florentini reædificare fecerunt caſtrum Caſaglæ ſuper alpes ſitum, quod deſtrui fecerat comes Battifollis. Tunc etiam communitas reſumpſit dominium vndecim populorū, qui pertinebāt ad

caſtellum

A.C. 1312. caſtellum Ampuianæ in Mugello, exterminatum à Florentinis qui fuerunt fideles & vaſalli comitis Battifollis. Et menſe Octobris Domini de Vbaldinis propter ſcandala & diſcordias inter eos exortas, vtraque pars dederunt ſe dominio Florentinorum, cum fidelibus eorum, promittentium, eos liberos facere ab omni pœna incurſa ex damnis, & per duos annos, immunes ab oneribus communitatis. Et ij numero erant tria millia & vltra diſtrictualiter. Verum in futurum non ſeruauerunt fidem communitati in bello Caſtrutij.

Obizus Placentinus Placentiam Galeatio eripit, & Eccleſię ſubdit.

§. IIII.

EIVSDEM anni tempeſtate in Placentia ciuitate fuit nouitas. Nam Obizus vocatus Vergu de Placentia, quamuis Gibellinus, tamen exul factus fuerat ab illa, per Dominum Galeatium de vicecomitibus Mediolanenſem Dominum Placentiæ. Sed eo quòd dictus Dominus Galeatius rem turpem feciſſet cum vxore dicti Obizi, & verberibus etiam affecto abſtulerat ſibi quoddam caſtrum ſuum, eam ob rem rebellans ſe ab eo acceſſit Obizus ad cardinalem legatum pro eccleſia. Cùm autem eſſet Dominus Galeatius Mediolani, Obizus cum trecentis armigeris eccleſiæ acceſſit Placentiam, & per terram diſcurrens accepit dominium eius nullo reſiſtente. Factuſque miles inſtitutus eſt ibi vicarius pro eccleſia. Expulitque de ciuitate ipſa Dominum Tiizum filium Domini Galeatij, reduxit verò omnes exules Guelphos in ciuitatem. Paulò pòſt ingreſſus cardinalis legatus Placentiam, magno honore receptus eſt. Et in modico tempore Placentini acceperunt in deditionem omnia caſtra ſua, quæ abſtulerant gentes Domini Galeatij.

Mediolanenſes Eccleſiæ reconciliari volunt. Poſt mutationem iſtam factam Placentię, Mediolanenſes nobiles & populares conſiderantes ſe excommunicatos eſſe, & in rebellione eccleſiæ propter dominium Domini Matthæi, & filiorum de vicecomitibus: elegerunt duodecim ex potioribus, partim magnatibus partim popularibus, qui tractarent concordiam inter cōmune Mediolani, & Dominum legatum. Qui pluries habuerunt colloquium cum legato de voluntate Domini Galeatij, eo promittente dimittere dominium ciuitatis, vt haberet pacem cum eccleſia, ſed fictè non veraciter incedebat. Et cùm Mediolanenſes pacta pacis iniiſſent cū legato, & Dominus Galeatius aſſentire iis non acquieſceret, commota eſt vniuerſa ciuitas ad inſtantiam illorum duodecim capitaneorum contra Dominum Galeatium, vt dimitteret dominium ciuitatis, vt promiſerat cardinali, ſecū trahens magnam partem copiarum Teutonicorum promiſſionibus & pecuniarum exhibitionibus, quas Dominus Galeatius illis non dederat à diu. Mediolanenſes cōtra Galeatium arma ſumūt. Currens igitur populus cum illis ad palatium clamando pacem, pacem, & viuat eccleſia, cum Dominus Galeatius exiſtimaret ſe cum aliis armigeris ſuis remedium poſſe adhibere & tumultum comprimere, expoſuit ſe ad pugnam cum illis, & in tribus diuerſis locis ciuitatis cum illis prælium exercens, vbique cōfuſus & victus remanſit, tandem ab vrbe recedens Laudium commeauit. Remanſitque dominium ciuitatis in manu illorum duodecim virorum. A.C. 1312. Galeatius Mediolano cedit. De ea mutatione regiminis Florentia exultauit, & valdè gauiſa eſt, arbitrata finem habitura Longobardiæ certamina, ſed ſi cognouiſſent inde mala ſequentia, non ita vanè feſtinaſſent.

Inſequenti Nouembri expulſo Domino Galeatio de Mediolano homines de ciuitate Montia cum aliis vicinis eorum, congregabant exercitum, vt pergerent hoſtiliter Mediolanū. Montiani bello Mediolanenſibus vincuntur. Duodecim autem viri, qui regebant Mediolanum hoc ſentientes, monuerunt eos, vt ceſſarent à tali congregatione, quia prius intendebant ordinare ciuitatem, & operam dare, vt pacta facta cum eccleſia ſeruarentur. Quamuis enim expuliſſent Dominum Galeatium, tamen ciuitas regebatur pro parte imperij non eccleſiæ. Montiani verò parere nolentes, ſed ſequentes incepta, fuerunt humiliati. Nam acies bellatorum cum populo Mediolanenſium proceſſerunt in bellum contra eos, & capta ciuitate & in prædam data, expulſi ſunt de ciuitate ſua Montiani occiſis ducentis ex eis & vltra.

Sed cito mutatus eſt color optimus rerum. Nam ſequenti Decembri, cùm duodecim recto res eſſent in concluſiuo tractatu tradere ciuitatem Mediolani legato in dominium, vt ipſi reconciliarentur eccleſiæ, maiores ex nobilibus volebant liberè & abſolutè eam dare Domino legato pro eccleſia & iam miſerant ſuos oratores & ſyndicos Placentiam ad legatum, vt veniret Mediolanum. Mediolanenſium cum Eccleſia recōciliatio dirimitur. Sed illis nobilibus de familia vicecomitū, qui in vrbe remāſerāt, quorū caput erat Dominus Ludouicus, non grata erat talis concordia. Vnde ipſe Dominus Ludouicus miſit nuncios ſecreto Laudiū ad Dominū Galeatiū vt cū fratribus ſuis, & omni conatu ſuo veniret Mediolanum & ipſe daret ei ingreſſum, & adiutorium ad ſumendum dominium eius. Conatus pro exercitu maximo, quem quis poteſt educere. Acies verò Teutonicorum ſtipendiariorum, quæ iam cooperatæ fuerant ad deiectionem ex vrbe Domini Galeatij oblata eis ſumma decem millium florenorum ad ſe traxit. Quæ enim mortalia nō cogit pectora auri ſacra fames? & præcipuè eorum qui caſtra ſequuntur, quibus nulla fides pietaſque manet? Vergil. 3. Æne. Lucan. lib. 10. Iuxta condicta igitur Dominus Galeatius cum ſuis noctu venit, & in aurora applicanti data eſt vna ex portis vrbis. Qui ingreſſus diſcurrit cum armatis per ciuitatem. Galeatius Mediolanum recepit.

Quamobrem omnes nobiles, qui fuerant ad tractandum concordiam cum eccleſia, attendentes periculum ſuum, ex ſeipſis egreſſi ſunt vrbem. A.C. 1313. Dominus autem Galeatius factus eſt Dominus Mediolanenſis ad clamorem populi: qui omnibus mobilibus mobilior eſt, vt potè gens abſque conſilio, & ſine prudentia. Sicque multiplicata ſunt mala ſuper terram propter iniquitates inhabitantium. Regnare enim facit Dominus hypocritam (inquit Iob) propter peccata populi. Iob. 34. Hypocrita eſt tyrānus omnis. Hypocrita tyrannus eſt, quia oſtendit ſe Dominum fore cùm non ſit. Ad requiſionem autem Ioannis papæ in adiutorium legati & eccleſiæ, Florentini miſerunt ducentos bellatores

A.C. 1322.

bellatores cum capitaneis ſuis,& totidem Bononienſes Parmenſes,& Romandioli, vt prælia rentur contra Mediolanenſes ad conterendam tyrannidem vicecomitum eccleſiæ rebellium.

In ſequenti verò menſe Februario cùm copiæ eccleſiæ cum ſuis confœderatis ex Placentia ad Mediolam vſque comitatum iuxta caſtellum,quod dicitur Triuantinum profectæ eſſent ad prælium,numero duo millia militum & populus multus,quorum duces erant nepos Domini legati, & Dominus Obizus,de quo ſuprà Dominus Marcus de vicecomitibus, germanus Domini Galeatij cum octingentis militibus ex aciebus Mediolanenſium,& populo magno ad ueniens in littore fluminis Addę ſtetit,ad impe B dicendum tranſitum exercitus eccleſiæ vltra. Sed Dominus Obizus cum exulibus Mediolanenſium,& quingentis militibus ſeparari aliquantulum à ſuis, tranſierunt flumen Addæ. Quibus occurrens Dominus Marcus viriliter aggreſſus eſt eos,& quaſi iam illos deuicerat occiſis multis notabilibus viris, & inter cæteros germano Domini Obizi:ſed cum cæteræ copiæ eccleſiæ percepiſſent bellum initum, capitaneus eorum Dominus Philippus Eugubinus cum inſigniis Florentinorum tranſeuntes flumen cum ſuis ingreſſi ſunt bellum, non valentibus hoſtibus tranſitum fluminis impedire: & C debellarunt eos,qui iam victores erant,adeo vt Dominus Marcus cum paucis fugiens Mediolanum reuerteretur, amiſſis multis ex ſuis,partim ex morte partim ex captiuitate. Poſt hoc ceperunt plura villagia,& caſtella Mediolanenſium,ac etiam Montiam prope Mediolanum ad octo milliaria.

Mediolanenſes quaſi victores copiarum Eccleſiaſticarum poſtea vincuntur.

ſu. in principio huius §.

Bellū pro conflictu.

Tunc temporis inſuper in ciuitate Tordonà in Longobardia,ex tractatu ſecreto facto inter Dominum legatum, & aliquos de ciuitate ipſa Dominus Raimundus de Tordona cum quingentis ſtipendiariis eccleſiæ & cum exulibus dictæ vrbis ingreſſus Tordonam,factus eſt Do- D minus ciuitatis,& qui erant pro Domino Mediolanenſi poſt paucos dies reddita ciuitate Podij cum arce,ſaluis perſonis ſuis ex conuentione facta egreſſi ſunt liberi.Indeque plura caſtella Papiæ in deditionem acceperunt. Nec multò poſt ciuitas Alexandria in Longobardia ſe tradidit,& dominium ſuum legato,& regi Roberto.Eius dominium accepit Dominus Raimundus pro eccleſia eiectis ipſis, qui ibi erant pro Domino Mediolanenſi.Dominus etiam Henricus de Flandria,qui fuerat Seneſcallus imperatoris Henrici,cernens ſe non poſſe reſiſtere viri E bus eccleſiæ,comitatum Laudij, quem tenebat pro Domino Mediolanenſi,& ſe eccleſiæ ſubiecit,accedens ad ſtipendium eccleſiæ.

Tordana venit in poteſtate Eccleſiæ.

Item multæ aliæ ciuitates.

Genuenſibus exulibus Burgi & caſtra à ciuibus eripiuntur.

§. V.

IN illo eodem tempore cùm exules Genuenſium cum auxiliariis,ſuis adhuc eſſent in burgis parte ad obſidionem Genuæ, quæ iam permanſerat per quinque annos duabus vicibus modico interuallo, qui in ciuitate erant extra A miſerunt ex gentibus Roberti centum quinquaginta equites,& mille pedites ad expugnandū fortalitium pontis ſancti Bernardi. Qui pugnantes cum hoſtibus profligarunt eos vſque ad burgos ciuitatis. Qui autem in ciuitate Genuæ remanſerant,audita victoria ſuorum, egreſſi vrbem ingreſſi ſunt burgos ad quos illi fugati ſe retraxerant,illoſque recuperauerunt occiſis nonnullis:ſed plurimis captiuatis: ac etiam alia fortalitia exulum in deditionem recepērūt. Lucratique ſunt ex præda illorum ſuburbiorum valorem ducentorum millium Genuenſium. Nam exules habitabant in dictis ſuburbiis cum familiis ſuis,& ibi exercebant ſua artificia & negociationes ſicut in ciuitate fiebat. Qui euaſerunt,Sauonam fugerunt.Indeque vires exulum Genueſiſium ſatis debilitatæ ſunt. Et quaſi ad miraculum fuit hoc aſcriptum, vt quod non valuit rex Robertus cum Genuenſibus & eis confœderatis obtinere ſcilicet illa ſuburbia toto tempore, in momento paruo conatu expugnaretur & haberetur:ad oſtendendum,quia non in multitudine vel fortitudine gentium,ſed à Domino victoria belli.

A.C. 1322.

Genuēſiū exulum clades.

1. Mach.4.

Caſtrutius quoque eo anno cùm dominaretur Lucenſibus,profectus eſt cum ſuis contra quoddam caſtellum in Carphagnagna,quod dicitur Luchium,ſibi rebelle factum. Quod cùm recepiſſet, perſecutus eſt etiam capere caſtella montaneorum Piſtorienſium. Illi autem alpigentes non habentes auxilia à Piſtorienſibus, quia cauebant Piſtorienſes ne cum treugæ eſſent inter eos,occaſionem ſibi ſumeret eos impugnandi, ex fractione treugæ [quid facerent neſciebant] Florentini autem inuocati miſerunt aliquos bellatores intendentes illum eorum inimicum expenſis grauare. Viriliter tamē Caſtrutius proſecutus propoſitum non obſtante multitudine niuium in montibus illis, accedens ea ſcilicet caſtella in deditionem accepit cum quibuſdam pactionibus.

Caſtrutius caſtella quædam occupat. Alpigentes.i. montani homines.

In illo etiam tempore populus Vrbinas, facto tumultu arma corripiens ex ciuitate eos fugauit,qui ibi pro eccleſiæ regimen exercebant, propter onera grauia & importabilia talearum. Quod etiam cauſa fuit rebellionis decem tribuum à Domino Roboam, & diuiſionis regni Iſrael à regno Iuda.

3. Reg. 12.

In Sardiniæ inſula circa illud tempus hæc nouitas accidit.Rex Aragonum cum præparaſſet magnam claſſem,vt inſulam Sardiniæ in dominium acciperet,quia Bonifacius octauus papa ſibi eam per priuilegium conceſſiſſet communitas Piſarum, quæ magnam illius inſulæ portionem tenebat, hoc intelligens: plurimos equites & pedites ſtipendio conducens,illuc deſtinauit pro defenſione iurium ſuorum:& adiuuandum etiam quendam Dominum iudicem Alboreæ,qui etiam partem non modicam poſſidebat in eadem inſula,colligatum eis,vt amicum.Sed prædictus iudex, qui & tertiam partem Sardiniæ obtinebat,proditionem fecit Piſanis.Nam compoſitione facta cum dicto rege F Aragonum rebellem ſe conſtituens ad eos interfici fecit ſtipendiarios omnes millos à Piſanis, ac etiam Piſanos familiares domus ſuæ:& quàm citiſſimè miſit oratores ad regem vt inſulam caperet,narrans,quę propter hoc iā feciſſet.

Piſanorū & Aragonum de poſſidenda Sardinia diſceptatio.

Cauſa

A C. 1323.

Cauſa autem huius proditionis fuiſſe dicitur quia Piſani malè tractauerunt iudicem illum, Et inter cætera cùm iudex ille dominium acce-pit partis illius Sardiniæ, quam tenebat, oppo-nebant ei illegitimitatem: propter quod opor-tuit, vt ſe redimeret tribus millibus florenorum communitati, vt obtineret Dominium illud ſi-ne aliqua pecunia oblata priuatis ciuibus Piſa-nis. Et ob hoc indignatus, tempus expectauit ad reddendum malum pro malo. His peractis Al-phonſus primogenitus Domini Iacobi regis A-ragonum cum claſſe ſeptuaginta galearum, & aliorum lignorum multiplicium cum militi-bus equitibus & peditibus copioſis applicuit ad Sardiniæ inſulam. Qui honorificè ſuſceptus eſt à iudice Alboreæ præfato, & à Sardis eum recognoſcentibus in Dominum ſuum. Et om-nes ciuitates, quas ibi tenebant Piſani, ſe rebel-larunt, ſubdentes ſe filio regis Aragonum, exce-ptis quatuor. Quas cùm obſideret filius regis, permanſit obſidio æſtate, & hyeme, vbi mortui ſunt ex vtraque parte duodecim millia homi-num: nec tamen ſoluta eſt obſidio. Quæſierunt quę Piſani cum triginta duabus galeis remoue-re obſidionem, ſed non potuerunt.

Cur Albo reæ Iudex Sardi prodiderit.

Aragones Sardinia potiuntur, ſed proditione.

Marcus de vicecomitibus pugnans contra Pontificios vincitur.

§. VI.

ANNO ſequenti ſcilicet 1323. in diuerſis partibus orbis varia acciderunt in miſe-riam mundi immundi. Et in Longobardiæ partibus dominus Marcus de vicecomitibus cum mille militibus, & duobus millibus peditum è Mediolano progrediens profectus eſt, vt deſtrueret pontem Caſcianum ſuper flumen Addæ, & alienum etiam pontem, & hoc vt impediretur delatio victualium ad e-xercitus eccleſiæ qui Montiæ reſidebant. Hoc aduertentes capitanei eccleſiæ Dominus Hen-ricus de Flandria & Dominus Philippus de Ga brielis capitaneus gentium Florentinorum, & plures alij proceſſerunt obuiam eis cum mille ducentis equitibus & tribus millibus quingen tis peditibus. Et hora tarda in occaſu quaſi ſo-lis conflictum ſimul agentes atrociter dimica-bant cùm quælibet partium eſſet fortis viribus. Non parua mora concertatio fuit, nec apertè diſcerni poterat, quis victor exiſteret. Demum Dominus Marcus de vicecomitibus ſuperatus eſt cum ſuis equitibus & peditibus, occiſis non minus aut captis de gentibus ſuis vſque ad qua dringentos, & vexillis hoſtium captis octode-cim, qui autem interfecti fuerunt ex vtraque parte ſimul circa quingentos. De copiis eccleſię tantum vigintiquinque fuerunt qui vel occu-buerunt, aut capti fuerunt. Præfatus autem Do-minus Marcus eum iis qui euaſerunt fugiens, Mediolanum remeauit. Et niſi nox impediſſet, vſque ad internecionem copiæ Mediolanenſiū conſumptæ fuiſſent.

Mediolanenſes eccleſiaſticus fundit exercitus.

Comes de Curiatio moritur.

In Cal. Maij comes de Curiato ſtrenuus vir in armis eum Taruiſij interfuiſſet quibuſdam ſolemnibus nuptiis ſubita morte ſubleuatus eſt: & vt à pluribus dicebatur, veneno extinctus ad inſtantiam Domini Canis tyranni Veronenſis. Magnum quoque ſcandalum & rixa orta eſt in ter gentes eccleſiæ cum Montiæ moram trahe-rent. Nam Teutonicis cum Italicis rixantibus inuicem perierunt ex equitibus vltra quinqua-ta. Et filius Domini Simonini indignatus receſ ſit cum ſuis ab eccleſiæ ſtipendio, & Mediola-num accedens eis ſe coniunxit.

Eodem anno in ciuitate Placentina ſeditio facta eſt inter Guelphos & Gibellinos vſque ad occiſionem pluriū tumultuantibus eis & ar-ma corripientibus. Cuius occaſio fuit, quia Do minus Obizus ad habendum colloquium ac-ceſſerat cum Domino Cane, & cum Domino Paſſerino Domino Mantuano, ſine ſcitu vel li-centia Domini legati. Quo reuerſo cœpit ſcan-dalum exoriri, dubitantibus reliquis, ne tracta-tum cum illis feciſſet cōtra eccleſiam. Sed Do-minus Raimundus cum ſuis copiis ſuperue-niens accepit dominium Placentiæ pro eccle-ſia, ablato Domino Obizo, & Dominus lega-tus dictum Obizum miſit oratorem ad papam.

Placentiæ oritur ſeditio.

Ea tempeſtate cùm oratores Florentini obti-nuiſſent licentiam per litteras apoſtolicas im-poſitionis faciendæ, & exigendorum à clero diœceſis Florentinæ viginti millium Floreno-rum in ſubſidium pro ædificio faciendo muro-rum ciuitatis ortum eſt ſcandalum inter cleri-cos & laicos propter grauamen impoſitionis improportionatæ. Vnde non eſt exacta niſi me-dietas, & conuerſa pecunia illa in alias expen-ſas cōmunitatis non pro muris. Querelá autē ſu per hoc faciente epiſcopo ciuitatis cum clero coram papa, mandauit ipſe reſiduum nō exigi.

Florentiæ excitatur. vide infrà §. 8.

Tunc etiam factæ ſunt treugæ a inter regem Angliæ & regem Scotiæ per tredecim annos. Ad quod faciendum quaſi coactus fuit rex An-gliæ propter malam diſpoſitionem regni. Sicut enim pater eius Eduardus prudentia ſua opti-mè gubernauerat, & tenuerat regnum ipſum quietè ipſum magnificando, & ampliando, ſic iſte filius eius inſipientia ſua multum debilita-uerat ipſum & barones eius quaſi omnes ab eo diſceſſerant. Propter quod Robertus miles qui ſe fecerat regem Scotorum, magnam partem Angliæ inuaſit, & multa detrimenta inflixit.

Induciæ inter Scotos & Anglos.

Nocte ſequēti die xx. Maij luna ecclipſim paſ ſa eſt in duabus quaſi partibus eius in ſigno ſagittarij.

In Hetruria ipſo anno cùm Florentini cona-rentur cum amicis eorum deprimere vires ty-ranni Caſtrutij, qui Lucæ dominabatur, induxe runt Genuenſes qui ciuitatem ipſam intus gu-bernabant, vt cum copiis ſuis per mare & per terram

Florentini quia Caſtrutio poſſeſſa volebant capere, ab eodem malè multantur.

a *Non inducias modo, ſed pacem inter Eduardum 3. (ſecundus enim Eduardus iam deceſſerat) & Robertum Bruſcum factas ſcribunt hoc tempore Boë. lib. 14. & Leſlaus lib. 7. hiſto. Scotorum. Angli multis incurſionibus vexati ad pacem tandem (inquit Leſlæus) his conditionibus venire coacti ſunt, vt Cumbria Northrumbriaque Scotici regni termini figerentur, vt Robertus damna illata Anglis triginta millibus Marcis monetæ, vt vocant, Sterlingenſis ſolueret: ac denique ad pacis rationem fixius firmandam, vt Dauid Roberti filius Ioanni Eduardi tertij filiæ matrimonij vinculo copuletur. Hæc ille.*

A.C. 1323.

terram procederent in bellum contra terras Caſtrutij in Lunigiana, & ipſi interea cùm haberent tractatus ſecretos in caſtro Buggiani in valle Nebulę, dum in Lunigiana eſſet occupatus, intendebant illud capere, quod poſſidebat tunc Caſtrutius ipſe, & alia etiam caſtra vallis Nebulæ. Sed detecto tractatu Caſtrutius vt aſtutus & ſolertiſſimus pergens Buggianum: duodecim viros ſuſpendit, qui proditionem tractabant.

Sed proditio alia quam tractauit Caſtrutius contra Florentinos habuit effectum. Nam Iacobum de fontana capitaneum ſtrenuum Furlanorum, conductum ad ſtipendia Florentinorum ab eo corruptum multa pecunia ab eis diſcedere fecit cum ducentis bellatoribus ex ſuo exercitu congregatis. Quod ſatis contriſtauit Florentinos & deinde cum octingentis equitibus & octo millibus peditum Caſtrutius diſcurrit hoſtiliter per territorium Florentinorum obſidens diuerſa caſtra, vt Fugentium, ſanctam crucem, caſtrum francum, & ſi non capiens deſtruens tamen multum ipſa caſtella, & ad pedes montis Toporis, & ſancti Miniatis deuaſtationem faciens. Sicque reuerſus eſt Lucam cum honore Florentinis inde reportantibus damnum & erubeſcentiam.

Mediolanum ab Eccleſię copiis obſidetur.

§. VII.

ANNO præfato ſcilicet 1323. menſe Iunij Dominus Raimundus, capitaneus generalis copiarum eccleſiæ, cum quatuor millibus equitum ex gentibus regis Roberti, eccleſiæ, Florentinorum, Bononienſium, Parmenſium exulum ex Mediolano & Teutonicorum, cum peditibus quaſi innumerabilibus recedens de Montia: profecti ſunt ad obſidendum Mediolanum, & cum appropinquaſſent ciuitati Dominus Galeatius & Dominus Marcus, fratres & Domini Mediolani, egreſſi ſunt vrbem cum duobus millibus equitum occurrentes ei, & quaſi ſignum dantes bellum acceptandi. Vnde Dominus Raimundus inſtruxit acies ſuas non renuendo prælium, ſed procedendo contra ciuitatem. Sed Domini Mediolanenſes timentes & eos qui in ciuitate remanſerant, ne nouitas oriretur: & multitudinem hoſtium, retraxerunt ſe in ciuitatem cum damno & confuſione. Raimundus autem proſequendo inſultum, cœpit vi duo ſuburbia Mediolanenſia ſcilicet portæ nouæ & portæ francæ. Et in ſuburbio portæ Comaſinæ caſtrametatus eſt cum ſuis, & totam ciuitatem quærebat circundare ad capiendum. Mediolanenſes autem videntes ſe in anguſtiis poſitos & coarctatos, miſerunt Veronam, & Mantuam, & ad alias Longobardiæ ciuitates ſectatrices Gibellinorum poſtulantes auxilia. Inſuper & oratoribus imperatoris, qui tunc erant in Longobardia deſtinarunt nuncios, exponentes quòd ſi intra breue tempus eis non ſuccurrerent, neceſſitas eos vrgebat ad deditionem hoſtium faciendam pro eccleſia. Qui oratores nõ ſeruantes pacta & iuramenta facta legato cardinali ſcilicet quòd non præſtarent auxilium vel fauorem rebellibus eccleſiæ miſerunt ipſi oratores

A tores quemdam capitaceum cum quadringentis ſtipendiariis eorum. Et ingreſſis Mediolanum bellatoribus Bertoldus comes inſori de Alemãnia dux eorũ, factus eſt & fictitię vicarius imperij, & Dominum Galeatium dimittere fecit dominium ciuitatis. Sicque ciuitas aliquantulum roborata eſt. Non tamen auſi ſunt in bellum prodire contra hoſtes: quia nimis potentes erant.

A.C. 1323.

Mediolanum ſuper-ſet ç mittuntur.

Venerunt quoque proximo menſe Domini prædictarum ciuitatum, & Marchio Eſtenſis, B qui erant tunc colligati cum eis contra eccleſiam in ſubſidium Mediolanenſibus cum quingentis equitibus & mille peditibus & tranſito Pado exiſtimarunt in eo itinere auferre Parmã propter ſecretum tractatum ad inſtantiã Ioannis Cyrici & ſuorum. Sed detecto tractatu nil agere valuerunt. In ipſa autem obſidione Mediolani tractatus & factiones erant complures inter Mediolanenſes obſeſſos, & gentes eccleſiæ obſidentes cooperti proditionibus ex vtraque parte. Exiſtimabant autem Dominus Raimundus, & alij capitanei eccleſiæ cum expoſitione multarum pecuniarum & magnis pro- C miſſionibus, quòd Teutonici, qui cum eis erant in obſidione, componerent cum Teutonicis, qui erant intus cum Mediolanenſibus, quod darent eis ingreſſum in ciuitatem, vel quòd recedentes ab eis ſuis iungerentur.

Germani milites Eccleſię ad hoſtes prodeunt.

Sed totum accidit in contrarium. Nam Teutonici, qui erant cum gentibus eccleſiæ quingenti numero, recedentes ab eis ingreſſi ſunt ciuitatem adhærentes Mediolanenſibus. Quam obrem & non minus ex eo quòd copioſè infirmati ſunt in caſtris plurimi: inde multi ex exulibus Mediolanenſibus territi receſſerunt reuer- D tentes Montiam. Dominus autem Raimundus, capitaneus generalis totius exercitus eccleſiæ, cernens ſe remanſiſſe cum copiis ſolum eccleſiæ, & regis Roberti ad numerũ duorum millium recollegit ſarcinas eorum, & præmiſit populares & gentes ſuas debiliores, & interea cum aciebus ſuis fortioribus Mediolanũ impugnabat. Demum præmiſſis aliis ipſe ſoluta obſidione Montiam remeauit. Mediolanenſes tamen non ſunt auſi exire & illos inſequi. Sicque patet quia varius eſt euentus belli. Et ſi ſe- E cundum iudicium humanum ex multo maiori exercitu numero & robore alterius partium, & maximè adiuncta belli iuſta cauſa poſſit ſperari victoria: non tamen certitudo haberi: cum aliquando iuſto Dei iudicio, & ſi nobis occulto, contrarium eueniat nobis & ideo vitanda ſunt quantum fieri poteſt.

Mediolanenſes obſidione ſoluti.

2. Reg. 11.

Victoria res eſt in bello incerta.

Menſe autem Auguſti immediatè ſequenti Mediolanenſes cum amicis ſuis egreſſi ſunt in prælium contra Montiam, in qua erant gentes eccleſiæ cum Raimundo & obſederunt illam numero tria millia equitum cum pediti- F bus pene innumeris. Ibique in obſidione circa duos menſes manſerunt. Sed ſuperueniente peſte in exercitu obſidentium, multi cœperunt ex eis recedere. Copiæ autem eccleſiæ, quæ intra vrbem ſeruabantur: exierunt in prælium pedeſtres cum ſagittariis Genuenſium qui venerant in adiutorium eccleſiæ contra hoſtes. Qui cùm impræparati eſſent, ſine aliqua reſiſtentia, tam pedites quàm equites fugam arripuere. Relictiſque omnibus gentes eccleſiæ bona ho-

Mediolanenſes obſident Montiam.

Milites Eccleſiæ eos vincunt, qui eos oppugnare venerant

A.C. 1323.

na hoſtium ibi adducta acceperunt, pauci ibi mortui & non multi capti: niſi qui iam infirmati fugam non valuerunt arripere. Cùm autem permaneret dicta obſidio Montiæ, Bergomenſes venientes in magno numero, partim equites & partim pedites in adiutorium Mediolanenſium, qui obſederant Montiam, vt dictum eſt, à copiis eccleſiæ in vna impediti fuerunt, & debellati, interfectis aut captis non minus quingentis ex eis.

Marcus vicecomes Carrariam occupat.

Menſe Octobri, cum in villa Carrariæ comitatus Mediolanenſis eſſent treceenti milites ad ſtipendium eccleſiæ dominus Marcus ſæpè factus de vicecomitibus aggreſſus eſt cum quingentis bellatoribus habitatores eius, & quia male villa prouiſa erat, cepit eã, prædæ & igni exponens illam: fugam arripientibus ſtipendiariis eccleſiæ. Poſt quæ dictus dominus Marcus cum mille quingentis belligeris obſedit arcem & pontẽ baſtiam ſuper flumen Addæ, quæ erat benè fulta gentibus & victualibus. Sed cùm non ſuccurſum habuiſſet à gentibus eccleſiæ, eã quæ ibi dominabatur, ex deſidia & vecordia illorum in deditionem accepit, & fortè ex oblata pecunia obſeſſis.

Germani milites à Mediolanenſibus deficiunt.

Cæterum, reuertente Mediolanum domino Marco cum copiis, orta eſt diſſenſio non modica inter armigeros Teutonicos exercitus eius. Nam illis Teutonicis, qui erant iuxta Sabaudiam (quos magis videbant à Mediolanenſibus diligi, & æſtimari, & melius eis de ſtipendio prouideri) alij Teutonici ex Alemannia ſuperiori inuidebant & propterea contra eos ſtimulo inuidiæ receſſerunt à Mediolanenſibus, & quingenti ex eis reuerſi ſunt in Alemanniam. Multi alij adhæſerunt gentibus eccleſiæ ſub vexillo domini Henrici de Flandria.

Ludouicus Bauarus imperator anathematizatur. Bl. dec. 2. lib. 9. Nauc. gene. 45.

§. VIII.

ANNO præfato, ſcilicet. 1323. menſe Octobris, Ioannes papa [a] in publico conſiſtorio Aueniõe protulit ſententiam excommunicationis contra Ludouicum Bauarum, electũ

A regem Romanorum, ex eo quòd miſerat copias ſuas in adiutorium domini Galeatij & fratrum eius, qui tyrannicè dominabantur Mediolano, & aliis ciuitatibus pluribus in Longobardia contra pugnatores pro eccleſia opponendo eidem Ludouico, quòd non erat ei licitum, vti officio imperatoris quouſque foret confirmatus ab eccleſia. Deditque ei terminum trium menſium, infra quem teneretur renunciare electioni de ſe factæ, & ꝙ deberet perſonaliter accedere ad ipſum ad faciendas ſuas excuſationes de eo, quòd fauorem præſtiterat hæreticis ſchiſmaticis & rebellibus eccleſiæ. Inſuper priuauit

B beneficiis omnes clericos, qui ei præſtarent conſilium, auxilium vel fauorẽ, vbi non pareret dictis mandatis ſibi factis. Ludouicus autem præfatus poſtquam recepit literas proceſſum huiuſmodi continentes, habito concilio ſuorum appellauit ad ipſum papam malè informatum benè informandum, & etiam ad concilium generale, quando eſſet Romæ in ſede Petri. Miſitque plures, & ſolennes oratores, prælatos & barones ad ſe in prædictis excuſandũ, promittens in poſterum ſe eccleſiæ non contrarium exiſte-

C re. Propter quod fuit ſibi prorogatus terminus aliorum trium menſium & ſecundum quod ſe gereret, ſic ei fieret.

D. Thom. in ſanctorum numerũ refertur. Blon. ibid.

Eodem anno in fine Iulij papa Ioannes de concilio cardinalium, & aſſenſu omnium prælatorum, qui erant in curia tunc Auenione morante præmiſſa diligenti examinatione de vita & doctrina & miraculis eius beatum Thomam de Aquino [a] qui fuerat in vita ſacræ theologię proceſſor ordinis prædicatorum: cum conſueta ſolennitate ſanctorum catalogo adſcripſit. Eiuſque feſtum vij. Martij celebrandum mandauit,

D qua die migrauerat ex hac luce, apud monaſterium foſſę nouæ in Campania, ad quod monaſterium declinauerat infirmatus in via, qua de Neapoli pergebat Lugdunum ad concilium generale, ad quod euocatus fuerat à Gregorio decimo propter eminentem ſcientiam eius anno domini. 1274. vitæ verò eius anno quinquageſimo inchoante. Cuius & doctrina approbata fuit ab eccleſia, & meritò: quia ſtilus breuis, grata facundia, celſa, clara, firma ſententia. De libris quos edidit habetur, ſuprà tit. præcedenti. Et à quibuſdam dictum fuit, vt chronica referunt,

D. Thomę doctrina ab Eccleſia approbata.

ſup. tit. 18. c. 10. §. 1. & ſeq.

E veneno ſibi propinato in cibo eum fuiſſe extinctum à quodam familiari regis Caroli, vt ei cõplaceret, qui de familia erat ipſe Thomas comitum Aquinotum, qui fuerãt ſibi rebelles, timẽs nè fortè ſi ad cardinatum aſſumeretur, eſſet ei contrarius. Hoc tamen non clarè habetur.

Ioannes Papa monetã cudit.

Fecitque papa Ioannes cudere Aueniõe monetam auream eius ponderis, ligæ ac iconis, ſeu figuræ, cuius erat Florenus Florentinus, excepto ꝙ ex parte illa, in qua inſignitur lilium, ſupraſcriptio erat, Ioannis papæ. Quod communiter non fuit laude dignum, ſed confuſione.

a *Quamuis ob hanc cauſam Ioannes papa hunc Ludouicum excommunicauerit quod is vicecomitibus faueret, Trithem. tamen in Chronicis aliam affert, quòd videlicet vxorem cuiuſdam viri potentis abſtulerit, qua cum matrimonialiter vixerat, eámq; Othoni filio copulauerit, vt eo pacto ducatũ Carinthiæ & Tirolis ad mulierem iure hæreditario deuolutum obtineret. Cæterum in publico primum conſiſtorio deinde Cathedrali Eccleſia mucrone ſpirituali anathematis Ludouicus confoſſus eſt. Blon. dec. 2. lib. 9. hinc habes cur hoc loco D. Anton. à Ioanne. 22. & iterum infrà. §. 10. imperatorem excommunicatum ſcribat. bis enim in eum eſt excommunicationis promulgata ſententia.*

F a *Scribit etiam Blondus Ioannem Pontificem præter eximium doctorem Diuum Thomam Aquinatem, alium etiam Thomam Erphordienſem epiſcopum in ſanctorum numerum retuliſſe, idque anno vno ante quam Ludouico Bauaro imperium abrogaret.*

A. C. 1323. Deditque licentiam Ioannes papa per literas apoſtolicas, communitati Florentiæ ad requiſitioné oratorum Florentinorum, vt poſſent clero diœceſis Florentinæ imponere viginti millia Florenorum in ſubſidium ad complendum opus mœnium ciuitatis. Quæ quantitas exacta fuit vſque ad medietatem cum magno ſcandalo: Nec tamen in opera illa cóuerſa eſt pecunia exacta, ſed in alias occurrentes neceſſitates communicata, vnde ad querelam cleri, & epiſcopi Florentini, papa Ioannes prohibuit proſequi exactioné reſidui, ſcilicet decem millium.

Tépeſtas in mari grauis oritur. In mari magno vltra Conſtantinopolim tépeſtas valida orta eſt, adeo vt circa centum nauigia magna fracta ſint: vnde magna damna ſecuta ſunt mercatoribus propter mercimonia perdita, & multi perierunt.

Spiritus ſe ſe prodit. In prouincia Prouinciæ in ciuitate dicta Aleſco circa illud tempus hoc accidit mirum, vt refertur in chron. Apparuit quidam ſpiritus, qui aſſerebat ſe eſſe animam cuiuſdam, qui de propinquo mortuus fuerat in ciuitate illa. Verum autem audiretur tantú & non videretur, vel videretur, & in qua ſpecie appareret, non claré habetur. Mira hic ſpiritus referebat de alia vita, & de purgatorio. Prior autem conuentus ordinis Prędicatorum qui erat in illa ciuitate vir venerabilis conuerſationis, acceſſit ad illum: occulté ſecum deferendo ſacramentum corporis Chriſti ad obuiandum fraudibus diaboli, ſi forté eſſet opus eius. Et cùm dictus prior examinaret illú & adiuraret in præſentia plurimorum hominú hoc cognoſcens ille ſpiritus, dixit priori. Tu habes tecum verum Deum ſaluatorem mundi.

Spiritus veritaté, Euchariſtię agnoſcit. Sub adiuratione verò inquiſitus, plura ſecreta manifeſtauit. Addens demum, quòd propter merita eius, & fructum citò haberet requiem. Spiritus hominis eſſe potuit, id eſt, anima ibi ad pœnam deputata ad tempus, vel etiam ſpiritus malignus ad aliquá deceptionem faciendam, nec mirum, quia occulta reuelabat. Multa enim ſciút nobis omnino ignota.

Dæmones quomodo occultano uerunt.

De nouitatibus, quæ acciderunt anno domini. 1323. vel circa, in diuerſis partib. mundi etiam infidelium. Genuenſes pyraticam facientes à Pyrata Turcarum capiuntur & trucidantur.

Ioan. Vill.

§. IX.

MENSE Iulij Genuenſes Guelphi cum decem galeis corú more pyratarum, diſcurrentes per Rumeniam (vel Romaniá) quotquot inueniebát amicos, vel inimicos capiebát, & eorum ſubſtantias prædabantur. Per hunc modum præda acquiſita aſcendere exiſtimabatur ad trecenta millia florenorum, & in tali circumitu totius magni maris ſocietatem inierunt cum Cerabio de Synopia, qui erat magnus Admiraldus in Turcia. Reuerſus autem ad portum Synopiæ ille Admiraldus recepit eos honorabiliter, præparauitque eis magnum conuiuium & feſtum, vt induceret eos ad deſcendendum in terram in eo portu. Quod cùm feciſſent

Feſtum .i. læta exceptio.

A & ſolenniter epulati eſſent, finito prádio, ex inſidiis egreſſi ſunt (prout ordinauerat ille proditor Admiraldus) multi Turci, qui inſurgétes in eos, inermes & improuiſos ceperunt & occiderunt, ac galeas eorum cum omni ſubſtantia tam opulenta rapta ſibi arripuerunt. Tres tantum galeæ ex illis decem euaſerunt. Remanſeruntq; capti vel mortui ibi circa quadraginta viri ex nobilioribus Genuenſium, & mille quingenti ex aliis. In quibus impletum eſt illud Iſaiæ frequenter contingens. Væ qui prædaris, nónne & ipſe prædaberis? Cùm conſummaueris prædationem, & tuipſe prædaberis.

A.C. 1323. Turcorú in genuenſes perfidia.

Eſaiæ 33.

B Eo tempore in Francia cùm verteretur quæſtio inter comitem Flandriæ & Brugenſes ex vna parte, & comitem Namurci auunculum ſuú ex parte altera, quia comes Namurci tenebat villam & portum Excluſiæ, quam prætendebat comes Flandriæ ad ſe pertinere, quæ villa valdè erat in hominibus & rebus multiplicata propter bonitatem portus eius, comes Flandriæ cú Brugenſibus vnitus profectus eſt hoſtiliter contra dictam villam, & vi armorum illam ſapientes ceperunt, & interfecerunt plurimos. In qua

Excluſiæ oppidum incéditur.

C habitatores erant circa mille quingentis ſine aduenis & nauigantibus. Ipſamque villam incéderunt, & portum eius capta ſubſtantia eius, Sed & comitem Namurci ceperunt, & prædati ſunt.

In Francia & Italia quaſi vniuerſaliter menſe Auguſtini, ex fauonio vento perflante infirmati ſunt penè omnes algore, cum febribus & dolore capitis, tam viri quàm mulieres. In omnib. ciuitatibus Italiæ & Franciæ fuit plaga iſta, ſed cum hac differentia, quia in Italia pauciſſimi perierunt ex illa infirmitate, in Francia autem multi.

Grauis in Francia & Italia infirmitas.

D Menſe decembris cùm Veneti cum ſeptem galeis de Flandria multa mercimonia deferrent Anglici cum vigintiquatuor nauigiis aggreſſi ſunt eas ad prædandum: Qui viriliter ſe defendentes contra Anglicos non ſolum euaſerunt, ſed Veneti debellauerunt eos captis decem ex illorum nauigiis, & plurimis Anglicis interfectis.

Veneti anglos opprimunt.

In illo tempore populus infimæ conditionis Flandriæ, qui ſcilicet erat circa brugas ſe rebellarunt, & ſeditionem fecerunt contra nobiles illius regionis, præfeceruntque ſibi vnum ex popularibus, vt capitaneum, quem nuncuparunt Conticinum, & in furore ſuo diſcurrentes per patriam illam, incenderunt omnia fortalitia nobilium, plurimoſque eorum ceperunt, & carceri mancipauerunt. Cauſa huius fuit, quia nobiles nimis grauabant plebeios taleis propter

Flandri rerú nouarú cupidi aduerſus nobiles inſurgunt.

E ſolutionem faciendam regi Franciæ à Flandrenſibus ſecundum conuentionem factam inter regem ipſum & Flandrenſes in confectione pacis inter eos. In tantum autem creuit dicta coniuratio, quòd tota prouincia contaminata eſt, nec obediebant comiti Flandriæ domino ſuo legitimo. Et ſequenti Februario populus ille infimus, ab extra congregatus, & cum adiutorio populi, qui erat Brugis, diſcurrerunt per terras Burgenſium, multos occiderunt ex eius maioribus, & mutauerunt ſtatum illius domini ad eorum eorum.

A.C. 1324.

F

Ipſa

A.C. 1323

Ipſo anno Piſani ordinauerunt claſſem quinquaginta duarum galearum armis bene fultam, & alia etiam lignamina cum quingentis militib. Italicis & Teutonicis, & duobus millibus balliſtariis Piſanis. Huius capitaneus fuit dominus Manfredus, filius domini Nerij dominatoris Piſarum. Ex portu igitur piſano nauigarunt vſque in Sardiniam, vt ſuccurrerent cuidam ciuitati ſeu caſtro quod adhuc tenebant Piſani in dicta inſula, quod dicebatur villa eccleſiæ, & iam per octo menſes obſeſſum fuerat à domino Alphonſo filio regis Aragonum, qui iam quaſi totam illam inſulam acquiſierat. Et applicantes in Sardiniam, inuenerunt dictum caſtrum filium regis Aragonum in deditionem accepiſſe per dies decem & octo antequam applicarent ex diutina obſidione. Indeque filius regis proceſſerat ad obſidendum aliud oppidū Piſanorum, quod dicebatur caſtellum caſtri Piſani. Piſani igitur deſcendentes in terram, contra copias Aragonenſium congreſſi ſunt in bellum. Et poſt durum certamen demum Piſani ſuperati & debellati ſunt interfecto eorum capitaneo, ac aliis præcipuè Teutonicis occiſis in multitudine numeroſa. Piſani autem cito è prælio egreſſi fugientes in caſtellum illud ſuæ ſaluti conſuluerunt. Et cùm Aragonenſes galeas ſuas haberent in portu illius caſtelli, concatenauerunt eas, vt procederent contra galeas Piſanorum, & impedirent diſceſſum eorum. Quod præſentiētes Piſani per galeas fugā inierunt, dimittentes alia nauigia in portu onerata victualib. armis & aliis opportunis quæ omnia Aragonēſes ceperunt. Hæc autem victoria contra eos multum attriuit vires & ſtatum Piſanorum qui expenderant in dicta claſſe circa ducenta millia Florenorum. Sed & maior pauor ex diſſentionibus ciuiū, & vicinitate Caſtrucij, ne quando dominium caperet, ſicut deinde contingit.

Piſanorū vires vbi maximè attritæ.

In Longobardia tamen dominus Raimundus capitaneus copiarum eccleſiæ cum mille equitib. & peditib. plurimis egreſſus è Montia, proceſſit cōtra oppidū, & pontē Varij, iuxta flumen Addæ, & cœpit illud. At dñs Galeatius & dñs Marcus de vicecomitibus hoc audito, cum mille ducentis equitib. Teutonicis, & peditib. quaſi innumeris, egreſſi de Mediolano venerūt ad obſidionem dicti oppidi Varij. Sed dominus Raimundus attendens illud oppidum non ſufficienter prouiſum victualibus cum ſuis copiis egreſſus caſtellum proceſſit cōtra hoſtes, & aſpero certamine inter eos inito, gentes eccleſiæ in ipſo prælio ſuccubuere. Captique ſunt dominus Raimundus capitaneus, duo coneſtabuli Florentinorum gentis, pluresque alij homines ſtrenui capti, aut interfecti vel ſubmerſi ſunt in fluuio. Dominus Henricus de Flandria captus à Teutonicis, ſe redemit ab illis. Qui verò per fugam euaſerunt, Montiam cum confuſione redierunt. Dominus verò Raimundus cùm Mediolani in cuſtodia detineretur, fugam ſecretò arripuit veniens Montiam.

Eodē anno mēſe Februarij Tartari Gazariæ & Ruſſiæ cū exercitu trecentorum millium equitum venerunt vſque Conſtantinopolim, & citra per aliquot dietas omnia diripientes & vaſtantes quæ occurrerunt eis, & demorati ſunt ibi vſque ad menſem Aprilis ſequentem ad conſumptionem Græcorum in rebus & perſonis, ita vt centum & quinquaginta millia illorum Græcorum fuerint partim occiſi, partim in captiuitatem ducti. Nempè ex defectu victualium coacti ſunt recedere de partibus illis, & ad ſolum proprium redire. Nec eſt incredibile tantam fuiſſe multitudinem equitum adunatam, quoniam omnes Tartari equeſtres incedunt, ſine frænis, & ferramētis pedū. Quorū equi parui ſunt & ex herbis paſcuntur abſque alio blado. Et viuunt ipſi Tartari ex piſcibus, & carnibus male coctis, & modico pane, & lacte animalium ſuorum, quæ ſecum ducunt pergentes in bellum, & in campis habitant, parum ciuitates vel oppida ingredientes. Iuſto autem Dei iudicio Græci ſic flagellati ſunt ab inimicis Dei, ſcilicet infidelib. quia ipſi Græci facti ſunt inimici Dei diuerſis ſchiſmatibus & hæreſibus pluries ad veritatē redeuntes, & citò ad vomitum reuertentes.

Tartari quomodo tātā multitudinem equitum habeant. Bladum quodlibet genus grani hominū vel animalium apti.

Ludouicus Bauarus imperator anathemate percutitur.

§. X.

PAPA Ioannes ea tempeſtate excommunicauit Ludouicum Bauarum imperatorem, quia fauebat Mediolanenſibus contra eccleſiam bellantibus, niſi intra trimeſtre ſe perſonaliter ſedi apoſtolicæ præſentaſſet. Prædicari etiam fecit publicè crucem contra vicecomites Mediolanenſes concedens indulgentiā plenariam bellantibus contra illos, vel bellatores mittentibus per annum. Cùm autem Montia eſſet obſeſſa à Mediolanenſib., Galeatio & aliis qui intus erāt pro eccleſia, videlicet dominus Henricus de Flandria egreſſus cum ſuis contra hoſtes, fugarunt eos, capientes & comburentes turres ligneas hoſtium, & alia propugnacula, multa damna inferentes hoſtibus ipſis, qui ſe elongarūt à ciuitate per milliare. Sed quia capitaneus imperatoris, qui Mediolanenſibus auxiliabatur, de mandato domini ſui receſſit, ne contra eccleſiam militaret, cæteri ſcilicet Galeatius cum aliis reuerſi ſunt Mediolanum.

Tunc etiam ciuitas Spoletana obſeſſa à Peruſinis & gentibus eccleſiæ iam per biennium, demum ſe reddidit eccleſiæ & Peruſinis, ſaluis perſonis eorum. Primi autem qui ingreſſi fuerunt, fuerunt gentes Florentinorum & Senenſium: qui operam dederunt, vt prædę non fierent in ciuitate, nec aliæ contumeliæ. Peruſini poſtea intrantes reformarunt ciuitatem ad imitationem partis Guelphæ eam conſtituentes ſibi diſtrictualem.

Spoletum Eccleſiæ deditur.

Cum in ciuitate Typhernate (quæ nunc dicitur ciuitas Caſtelli) tyrannice dominaretur Dominus Brancha de guelfuccis: quidam ex ciuibus partis Guelphę vt Brancha repelleretur à dominio, tractatum fecerunt cum epiſcopo Aretino, qui erat partis Gibellinæ armis deditus, vt traderent ei ciuitatem. Quod & fecerunt, proditoriè de nocte tradentes copiis Aretinorū miſſis cum germano epiſcopi præfati vnam ex portis, per quā ingreſſi diſcurrerunt per ciuita-

Diſtrictualem .i. ſuæ Iuriſdictioni ſubditam.

Typhernū à Gibellinis capitur. Blon. ibid.

A.C. 1322. ratem,& vi armorũ eiecerunt dñm Brãchã: ex vrbe,ac etiam omnes Guelphos cũ illis, qui eis dediderãt ciuitatem,& reformarunt ciuitatem modo ſuo ad ſanctam Gibellinorum. Ob eam rem Peruſini, Eugubini, Vrbeuentani, Senenſes, Bononienſes, miſerunt oratores ſuos & Florentiæ ſimul conuenerunt: colligantes ſe omnes vnà cum Florentinis ad procedendum in bellum contra ciuitatem Caſtelli & epiſcopum Aretinum, vnaquaque communitate proportionaliter auxilia bellatorum deſtinante.

Pontifex verò Romanus commotus ob Typherni occupationem à præſule Aretiniſque facta cùm fruſtrà aduerſus eos minas cenſuraſque exercuiſſet, (quia non curabant) tandem Cortonium antiquum oppidum, à præſulatu Aretinorum abſcidit, ac illi proprium epiſcopum dedit Rainerium Beordilium è familia nobili. Is ergo cum in diminutionem ciuitatis Aretinæ procuraſſe abſciſſionem eius videretur tanta repente indignatio apud Aretinos orta eſt, vt domos Vbertinæ gentis (ex qua is erat) inuaderent & caſtella eorum peruaderent. Et cùm Laterinates propter vicinitatem gentis ad fauorem eius inclinari viderentur, & aliæ cauſæ indignationis ſupereſſent, ad obſidendum illud cum multitudine Aretinorum præſul profectus eſt, & illud captum ad ſolum vſque euertit. Poſt hæc Sabinum cum copiis epiſcopus pergens non ratione Cortonij, ſed ſtudio partium illud cepit, & ad ſolum etiam euertit.

De bellis Florentinorum profligantium Caſtrutium & conſilio eorum, an exteri ſint reducendi.

CAP. VI.

Blon. hæc idẽ habet l.9.de.2.

DE iis, quæ acciderunt Florentiæ Ea tempeſtate (vt ſcribit Leonar. in hiſt. Floren. lib. v.) Caſtrutius dominus Lucenſium, præter omniũ expectationem cum exercitu profectus, non longè Prato minabundus conſedit. Ob repentinum verò eius aduentum, cũ tumultus maior concitatus fuiſſet, ac fuga agreſtium paſſim fieret, Prato quoque metueretur, Florentini bello indicto taberniſque tota vrbe clauſis, populariter ferè ſunt contra illum egreſſi: vt eſſent intra paucas inde horas in armis peditũ ſupra viginti millia, equites verò vrbani ad duo millia. Hæc omnis multitudo raptim Pratum deducta, contra hoſtem oppoſita ſtetit. Caſtrutius apud Auiolum vicũ caſtra ſua habebat. Qui poſtquam tantam multitudinem tam ſubitò aduerſus ſe veniſſe conſpexit, etſi longè impar tantis copiis, tamẽ ſimulata fiducia quaſi in craſtinum pugnaturus hoſtem diſtinuit. Mox per noctis ſilentium tranſgreſſi Vmbronæ per agrũ Piſtorienſem abijt: nec prius intermiſit iter, quã ad Serram oppidum ſe recepit.

Cùm exorta lux vacua hoſtium caſtra patefeciſſet, variè apud Florentinos certatum eſt. Plebs enim, ac omnis vrbana multitudo ſequẽ-

A dum è veſtigio hoſtem cenſebat. Nobilitas autem, ſiue indignatione aduerſus plebem, ſiue quòd experta, & bellorum gnara in ſubitaneo collectitioque milite non multum ſpei collocandum putabat reducendum tunc domum copias, & alio ſi videatur tempore ſociis conuocatis apparatuque ſolenniter facto vadendum, in agros hoſtium ſuadebat. Cùm varietas ſententiarum diſcordias induxiſſet, ac plebs fidem nobilitatis, nobilitas verò temeritatem, veſaniamue plebis incuſaret, odia grauiter exarſere. Itaq; mittere Florentiam placuit & ad priorum voluntatem rem integram referre. Ea relatio in vr- A.C. 1322 Magna inter Florẽtinos altercatio.

B be quoque apud eos, qui domi remanſerãt contentionem accendit, variantibus ſententiis non priorum modo, ſed & aliorum ciuium, donec inſurgente puerorum multitudine, ac nimia de plebe turba per compita, & forum exclamantiũ prælium, prælium, profectio decernitur.

Profectus eſt igitur exercitus incredibili multitudine. Nam præter vrbanam turbam quæ tota ſe ad id effuderat, ex agro paſſim omnes properabant, & ſociorum auxilia frequẽtiſſima ad primum hoſtis aduentum percita ſuperuenerãt. Expeditio contra Caſtrutium irrita.

C Cùm autem circa Fucetium perueniſſent & nobilitas, quæ diſſuaſerat, tantummodo ſequeretur, ſigna curam verò ac ſtudium cõmeatus, cæterarumque rerum authoribus profectionis relinqueret nec opportunè quicquam ageretur re ipſa iam vanitatem cœpti arguente, ſuſcepta temerè expeditio irritatur. Itaq; tantæ ſimul copiæ nec hoſtile intrarunt ſolùm nec quicquam omnino profecerunt: ſed pleni incuſantium iniuriarum, alij alios culpãtes domũ reuerſi ſunt. Domi deinde contentiones vehementiſſimæ ab exercitu hauſtæ ex data exulibus fide. Supremũ

D enim Caſtrutij aduentum, cùm Prato imminere nunciatum eſſet, ac prælium futurũ crederetur exulibus promiſſa reductio eſt, ſi modò in caſtris armati contra hoſtem adeſſent. Ob eam rẽ ingens manus exulum in caſtra confluxerat. Orta mox inter ciues diſcordiis, & vſque Fucetiũ exercitu producto cùm inde Florentiam malè concordes remearent, iniecta exulibus ſuſpicio eſt: ne promiſſa eis ſeruarentur. Nec deerant qui commonefacerent, vt ſibiipſis proſpicerẽt. Quamobrem commori exules anteuenire exercitus reditum ſtatuerunt. Itaque ſub vexillo

E celerius profecti ad vrbem contenderant eo cõſilio, vt armati ingrederentur. Ciuitas diſcordia tum contentionumque exercitus gnara, ſtatim vt venire exules nunciatum eſt, veriti ne ad res nouandas præmiſſi eſſent, ſumpſit arma, ac venire in vrbem prohibuit. Quare excluſi exules antè portam conſedere. Tandem poſtera die cùm reliquus exercitus aduẽtaret veriti ciuium vim retro abiere: Pratique conſiſtentes, rogare iam inde verbis cœperunt, quod ante flagitauerant armis. Eius rogationis gratia octo exulum legati fide publica in vrbem venerunt iiſque nobilitas fauebat. Nam & erant quidam inter exules ex præcipuis familiis, & magna clientũ manus De reducendis in vrbẽ exulibus contentio.

F hominum facinoroſorum quibus plurimũ nobilitas vtebatur. His de cauſis fauor erat nobilitatis in reducendis exulibus propenſiſſimus. Priores quoque, qui authores pollicendi fuerant, repræſentandum exulibus promiſſum, neque fraudãdos fruſtrandoſq; homines publica fide clamitabant.

A.C. 1324. clamitabant. Atqui plebs infenſa partim conſuetudine obtrectandi, partim ira turpiter reducti exercitus poſtulationi aduerſabatur. Deniq; cũ his de rebus magiſtratus referret, introducti exulum legati huiuſmodi orationem habuerunt.

Exulum ad Florentinos oratio pro ſua reductione. Leonar. Aretl.

§. I.

SI de exilio noſtro, aut de conditione ſingulorum diſſerendum foret, alia nobis dicendi ratio, aliaque oratio proponeretur. Nunc autem qualeſcunque tandem ipſi ſimus, cùm talibus promiſeritis, ſimplex nobis poſtulatio ſufficiet. Fidem publicam, quam ſub aduentu hoſtium nobis ſpopondiſtis, nunc amotis eis, omniq; terrore depulſo, præſtari nobis flagitamus. In hac verò poſtulatione noſtra, ſi quis fortè ſubſiſtit: neceſſe eſt eo adduci, quòd aut promiſſum neget, aut à nobis impletũ aut ſi vtrumque factum ſit, tamen non eſſe ſeruanda promiſſa ciuitatis contendat. Horum duo prima docere noſtrum erit, tertium in veſtra æquitate, ac in ciuitatis pudore repoſitum eſt, quamquàm quis eſt qui de horum quoque ambigere poſſit? Quis neſcit promiſſum? Quis ignorat publicatũ? Quis non ita proclamatum: vt non Florentiæ modò, ſed per finitimas quoque vrbes vox ciuitatis exaudiretur? Atqui in rebus quandoque ciuilibus alterius ad alterum promiſſio fit, ſecreta quidẽ ac minimè vulgata, qui etſi eſt æquè ſeruanda, poteſt tamen à multitudine ignorari. Hic autẽ nihil eſt tale. Cur enim ciuis ignoret, quod in ciuitate factum peregrini etiam ſciunt?

Exules cõditionem ſponſionis ſe impleuiſſe probant. Sed quid in eo moramur, quod Priores viri clariſſimi fatẽtur, & ciuitas conſcia veritatis nõ negat? Id credo eſt dubium, in caſtriſne fuerimus aduerſus hoſtem, quæ fuit conditio in promiſſione adſcripta. In nos & literis ſigilliſque veſtrorum ducum, & mille inſuper teſtibus docemus. Et quis fuit in exercitu ciuium noſtrorum, qui nos non viderit in frõte contra hoſtem collocatos? qui non præliandi cupidos? qui nõ pro victoria deuotos? cùm pro tanto beneficio in nos collato, etiam ſi foret oppetendum, vix ſatisfactum merito de nobis veſtro putaremus. Nos enim vitam pro patriæ victoria, ſi in conflictu hoſtis, quàm fuga experiri virtutem maluiſſet, non forti modo, verumetiam libenti animo impenſuri eramus: ac neque corporibus neque animabus noſtris parcituri. Poſt fœdã verò illam degeneremque hoſtis fugam, & confeſſionem timoris ſui, ſigna publica ſecuti, quocunque duxere duces veſtri nuſquam diſceſſimus. Quod ſi duces ipſi non eo ſunt profecti, quo proficiſci optaſtis, quis nobis id ſuccenſeat? Neque noſtrum erat ducibus præcipere, ſed eorum præcepta expectare, & ſequi. Quod ſi certè deſideriũ noſtrũ valuiſſet, etiã hodie hoſtile ſolum calcaremus. Quare cũ & promiſſum à ciuitate, & à nobis quę in conditione fuerũt impleta fuerint, vos iã quid fides veſtra, quid grauitas exigat videtote. Nam nos quidem in hac parte vobis loqui pudor impedit: cum iniurioſum ſit vel dubitare ſolum de ciuitatis fide. Poſtquam legati exulum, audiri ſunt, è curia excedere iuſſis conſultari cœptum eſt. Nobilitas ferme omnis, & magiſtratus ſeruandam fidem publicam ſuadebant: & tum precibus exulum, tum propinquorum interceſſionib., multi mouebantur. At quidam ex iis, qui in cõcilio aderant, vir ſeueritatis priſcæ cùm tandem locum dicendi nactus eſt, ita fertur dixiſſe.

A.C. 1324. De exulũ reductione variæ ſententiæ.

Aduerſus eandem exulum reductionem oratio. idem.

§. II.

SI reductionem tantummodo exulum legati poſtulaſſent, nihil plus eorum poſtulationi, quàm tabellam mei teſtem iudicij reſpondiſſem. Nunc autem cum eo ſpectet oratio eorũ vt & notam finitimis promiſſionem iactent: & dedecus perfidiamque ciuitatis redarguere pergant, non tabella reſpondere ſat eſt, ſed voce quoque eorum calumnia eſt confutanda. A ciuitate promiſſam reductionem aiunt. Quo tandem modo? quia Priores promiſerunt (inquiũt) publicauerunt ac ita proclamarunt vt etiam finitimi exaudirent. Mitte quæſo hanc verborum põpã. Ad ſolidam (vt ita dixerim) accede. Fateor promiſſum à Prioribus à ciuitate tamen nego. Date veniam quæſo, optimi præſides. Conſulendi enim facultas libera eſſe debet. Nec ego quicquam minus ex maieſtate veſtra, ſed maieſtatem populi aduerſus calumniam defendo.

Non eſt idẽ magiſtratus & ciuitas. Nego, inquam, idem eſſe Priores & ciuitatẽ nec idem ſanè illorum decreta valere. Legibus enim ſic reipub. gubernatio à maioribus noſtris temperata eſt, vt ciuitas quidem, ſine vlla exceptione omnia poſſit, Priores verò ea tãtum, quæ ciuitas permiſiſſet. Quæro igitur nunquid prioribus permiſſa ſit exulũ reductio? Reſpõdebunt ipſæ leges non eſſe permiſſum. Quæ ergo de re decretum ſolenne, ſi à Prioribus fieret, inualidũ eſſet, ea de re nuda pollicitatio valida erit. Et ſi decretum foret, nemo ſeruaret: promiſſum autẽ ſi non ſeruetur, ciuitatis fama lædetur. Natura ita comparatum eſt, vt factũ ſit, quã promiſſum longè robuſtius. Quorum igitur factum ſine vllo dedecore haberi irritum debet, eorum promiſſum, niſi ratum abierit, quę tandem infamia erit? Maiores noſtri in finiendo exilio non magiſtratus nutũ, ſed populi decretum expectari voluerunt, multis denique locis rem diſcuſſam & comprobatam eſſe prius. Magnum credo viſum eſt, & arduum, vt quẽ ciuitas velut facinoroſum & malum ciuem abiecerat, paulò pòſt reduceretur, vt bonus: Tũ, vt metu homines à facinorib. deterrerent, difficultates maximas reductioni oppoſuerunt, vt præter publica decreta populi conſenſus etiam inimicorum ſpectaretur. Quæ omnia ſalutaria ad ciuium quietem, ſtabilita legib. vſu cõprobata, moribus inueterata, iſti vna promiſſione euertẽda putãt: nec in vno aut altero exulũ, ſed in vniuerſa penitus multitudine.

Confutatio alteri partis. At in exercitu fuerunt, contra hoſtem ſteterunt armati. Nõ hoc quæro, an fuerint in exerci

A.C. 1324.

tu,ſed illud quæro,reducendi ne ſint ſecundum leges. Hoc tu prius mihi ius proba, ego tibi, quod reliquum eſt per quàm facilè concedam, Quandiu verò id ad te probatum non ſit, etſi millies in exercitu fueris, nihilo magis cenſebo reducendum. Etenim ſi fuiſſe in exercitu tanti æſtimari debet, vt etiam contra leges ſint exules reducendi,quid dabimus quæſo ciuibus noſtris,qui nullo prius admiſſo ſcelere, nec cuiuſquam noxæ rei eodem in exercitu populariter affuere?Atqui ad hoc ſpectat oratio mea, vt etſi omnia cum laude ſint ab exulibus facta, tamen reducendi nō videantur. Quid ſi poſt eam promiſſionem armati, contra patriam venerunt, ſi obſederunt portas? An huius populi memoriam tam cito excidiſſe putant?quo die illi relicto poſt ſe exercitu optimorum ciuium, ad patriam,quàm defenſoribus vacuam, reperire exiſtimabant, occupandam expugnandámque properarunt,adeò parum apud eos interfuit inter ciuem & hoſtem, quos niſi portæ & mœnia arcuiſſent, non verbis, vt nunc, ſed vulneribus & armis fuiſſet à nobis diſceptandum, Et hi niſi reducantur, fore ciuitatem in dedecore audent dicere, qui ſi reducantur maximum eſſe dedecus ciuitatis.Ego igitur,vt ſententiam complectar meam breuiter exules reducendos minimè cenſeo, vel quia inualida fuit promiſſio, vel quia ſi valida eſſet,illo nouo crimine, quominus reduci debeant,effecerunt.

Exules qui in vrbem placidè admitti non potuerunt, vi in eam volunt irrumpere,

§. III.

CVM hæc pro exulibus, contráque exules dicta fuiſſent magiſtratus,quo voluntates ſingulorum elicerentur,tabellas conſultoribus dari iuſſit. Quæ cùm non ſatis proſperè exulibus reſponderent,& vrna iam ſæpius in caſſum circunlata homines fatigaſſet, dimiſſum deinde concilium eſt, magna cum eorum querela, qui vtcunque promiſſum eſſet,repræſentandam exulibus fidem publicam ſuadebant. Cùm igitur inter ſe diſſentire ciues in ea re haud obſcurum eſſet,vocéſque liberius iactarentur,exules ſumpto ex fauore animo,vi redire in vrbem conſtituerunt. Ad hoc ſecurium magna vis præparatur,& tempus locúſque facinori deligitur.Tempus maximè illis placuit intempeſta nox, locus autem Fæſulana porta, per quam effractam irrumpere parabant. Quæ vbi maturè compoſita ſunt,dato inter ſe ſigno pluribus ex locis ad vrbem venerunt,ſed res permultis nota,clam eſſe non potuit.Itaque occaſo iam ſole,cum eius rei fama incidiſſet, murmur primò fuit, mox & arma ſumpta, vigiliæque nocte tota per vrbem actæ, ac ſingulis portarum turribus faces cum præſidio armatorum poſitæ. Quare aduentantes paulò pòſt exules, cùm detectam fraudem cognouiſſent, irrito cœpto abiere. Fuit autem exulum numerus ſupra mille quingentos.

Habetur de coniuratis quæſtio.

Rem ab exulibus compoſitam non ſine conſenſu nobilitatis creditum fuit, & certè pro vero habitum.Quocirca poſt repulſos exules agitatum eſt de coniuratis puniendis. In quibus cum vniuerſa nobilitas in periculum vocaretur nec punire omnes, nec impunitos relinquere placuit, ſed in principes tantum eius motus animaduertendum fore. Hos nemo cum accuſare auderet, priuatim concione populi aduocata,inaudito hactenus exemplo indictum eſt, vt ſinguli quem maximè putarent ſontem ex nobilitate ſchedulis inſcriberent, ſine authore, ſine nomine. Quibus tandem receptis lectiſque, compertum eſt nomina trium nobilitatis principum à pluribus delata,Americi Donati, Thechiæ Freſchobaldi, Lottoringhi Gerardini. Hi vocati ad magiſtratum ſub fiducia paruerunt. Interrogati autem de coniuratione requiſitos quidem ſe ab exulibus dixerunt, aſſenſum tamen nunquam præſtitiſſe. Ita non quaſi coniuraſſent, ſed quaſi non patefeciſſent, duobus millibus æris ſinguli eorum mulctati ſunt, ad breue inſuper tempus relegantur. De cæteris verò conniuentibus oculis tranſitum, ne infinita diſcordiarum inter ciues ſuſcitaretur materia.Ex hoc popularium ſtudiis ad rempublicam tuendam erectis,minora vexilla,quæ pennones vocant,maioribus adiunxerunt,& in populum dederunt, experti illo nocturno tumultu per commodum incidere, vt manente vexillo pars aliqua ſocietatis in opportuna loca ſub minoribus ſignis mitti poſſet.

A.C. 1325.

Qui coniurationē non detexerunt ere mulctātur.

Per ipſum tempus ſortitio magiſtratuum nouiter inſtituta eſt, cùm antea ſemper electio per ſuffragia obtineretur, Ea mutatio etſi parua tunc res opinione hominum viſa ſit, maximam tamen inclinationem reipublicæ attulit, mutata penitus gubernandæ ciuitatis forma. Sortitio autem per hunc modum eſt inſtituta. Prioribus & collegis data poteſtas, vt eorum ciuium, qui digni viderentur eo munere, nomina in ſchedulis ſcripta comprobatáque loculo includerent.Inde cum tempus adeſſet magiſtratus deligendi, tunc ſorte nomina promerentur. Cuius depromptum nomen eſſet, is foret magiſtratus, niſi lege vetaretur. Vetitum autem erat,ſi aut intra triennium eundem geſſiſſet, aut frater cognatúſve aliquis in magiſtratu eſſet, his caſibus, vnde promptum eſſet, retrudebatur. Prima ſortitio in triennium, & ſex menſes conſtituta eſt, réſque ipſa probauit vtilem eſſe hanc legem ad tollendas diſcordias ciuium, & contentiones, quæ per procurata crebrò oriebantur ſuffragia. Sed quantum in illo prodeſt reipub. tantum obeſt, vel etiam magis, quòd indigni plerunque ad magiſtratum ex ſortitione ſumuntur. Neque enim pari diligentia prouidetur præſenti officio, & multis ſecuturis. Sed remota quidem illa,& an futura ſint minime certa, incertiori intuemur oculo, præſentia verò,acriter & argutè. Extinguit præterea virtutis ſtudium, quia ſi ſuffragiis certandum foret, & apertè in periculum famæ veniendum, multò magis ſe homines circumſpicerent.Morē igitur primum lōgè probabiliorem vtiliorémq; reipublicæ fuiſſe non ambigo, quo & populus Romanus ſemper vſus eſt in magiſtratibus creãdis.Florentiæ tamen hic ſortiendi mos tunc primo inductus,vſq; ad hęc tēpora noſtra deuenit, popularitate quadam in republica ſeruatus.

Magiſtratus Florentini ſortibus eligūtur. A.C.1325.

Vtilius ne ſortitione an ſuffragiis magiſtratus in rep. deligi.

Caſtru-

A.C. 1325.

Caſtrutius & Præſul Aretinus Florentinos infeſtant. Blond. lib. 9. dec. 2. Leon. Aret.

§. IIII.

DVm hæc domi geruntur, bella interim ab hoſtibus inferũtur grauiſſima. Caſtrutius enim vir ingenio acri, in Florentinum agrum quotidianas propè incurſiones faciebat. Altera verò ex parte Guido Aretinorũ præſul, impigro & ipſe vir animo, ſocios amicóſq; Florentini populi cunctis belli cladibus infeſtabat. Per extremum anni eius Caſtrutius magnam rem anſus penè in ſua audacia corruit. Fucetium enim oppidum erat nobile in fine Lucenſis agri. Id Florentini per ſuperiora bella traditũ, in poteſtate continebant. Erátque per id tempus ſedes belli aduerſus Caſtrutium & Lucenſes. Cúmq; cunctas, vt par erat, vias pro abducendo eo oppido Caſtrutius ſcrutaretur, tãdem proditores ſibi pro magna cõparat pecunia. Inde procelloſa nocte, quo minus ſentiretur, profectus, vt cõpoſitum erat antiqua porta, quam ad hoc ipſum proditores demoliti fuerant, ingreditur, habens equites, delectos non minus centum quinquaginta pedites verò quingentos. Cum oppidũ peruadere, locáq; occupare opportuna cœpiſſet, exciti oppidani arma corripiunt, factóq; ſuorum globo fortiter repugnát. Rarò vnquam atrocius, quàm ea nocte præliatum ferunt, atqui ea conditio fuit pugnæ, vt neutri ad ſummum præualerent. Nam neq; Caſtrutius peruincere quaſdã oppidi regiones potuit, neq; oppidani illum ſuis locis expellere. Primam ſub lucem ſubſidia proximis è caſtellis, re per noctem ex ignibus cognita, ſuperuenerunt, quæ alacri clamore ab oppidanis excepta in caſtrutianos ferũtur. Ille vbi noua ſu peruenire auxilia cognouit, iactis per viã impedimentis, ſeſe in ſuperiori parte oppidi ſepſit. Ibiq; aduentum ſuarũ copiarum, quas maiores accerſiuerat, expectare cõſtituit. Verũ fatigatus nocturno prælio miles, vbi maior impetus fit, & integri feſſos vrgent, locum tutari non potuit. Itaq; tranſgreſſi munitiones fœdã cedẽ edidere. Caſtrutius ipſe dum cominus pugnat accepto in faciem vulnere aufugit. Eorum verò, qui ſecũ intrauerant multi cæſi, plures etiam capti, reliqui ſeſe ex oppido præcipites dantes euaſere.

Fucetium Caſtrutio proditur.

Fucetio cedit Caſtrutius.

Per idem tẽpus grauis ſuſpicio ciuitatem Florentiæ habuit, ne Piſtorienſes ad Caſtrutiũ deficerent. Philippus erat Tiditius Piſtoriẽſis magna vir potentia, qui dominatum Piſtorij affectabat, eámq; ob cauſam præfectũ regis multis iã ante iniuriis laceſſitũ excedere vrbe cõpulerat, mox à ciuibus reuocatũ, cũ Piſtoriũ verſus iter faceret, priuata latronũ manu ſpoliãdum vexandúmq; curauit, ratus per huiuſcemodi iniurias præfecto illatas regẽ quaſi infenſum ciuitati in ſuſpicionem venturũ, ciues autem in ſe ſuóſq; omnino conuerti. Hac igitur mente cũ ea perfeciſſet, Nouellus, quẽ nuper ad Florẽtinos rex cum manu equitum miſerat, cõmotus indignitate flagitij, Carminianũ Piſtoriẽſis agri oppidum repẽtino impetu inuaſit. Quod poſtquã Piſtorij auditum, eſt, nulla fuit mora, quin caſtrutius accerſiretur. Ille verò præſto affuit Piſtorienſibus opem laturus. Quo territi metu Florẽtini reddere Carminianum eoſipſos, qui inuaſerãt cõpulerunt. Sed haud multò pòſt Philippus Caſtrutij fauore fretus, tyrãnidẽm inuaſit, fœdúſq; cum illo apertè coniunxit. Bellum tamen Florentinis nullum inferebat, ſed quaſi medius ita perſtabat, vt alterutrius videretur potentiam formidare. Cùm ergo tergiuerſaretur, & ad hos modò, modò ad illos inclinaret, neutri parti fidus, ſed omnibus ſuſpectus habebatur. Tanta verò Piſtorij opportunitas erat ad bellum, vt vtrique magnopere illius commodo vterentur.

Philippus Tidiitus Piſtoriũ quo modo occupauerit.

A.C. 1326.

Domi eodem anno res innouatæ. Noua enim eſt ſortitio inſtituta, ſcilicet per ſchedulas, non Priorum modo, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam minorum magiſtratuum. Ex hac mutatione in repub. qui ante plurimum poterant hi minus validi remanſerunt. Magnáque (vt fit) inuidia ob priorem eorum potentiam agitabat.

Altero deinde anno populus Piſtorienſium, quod diu conceperat, aliquando tamdẽ peperit. Cùm enim haud multò prius ad Florẽtinos conuerſus eorum auxilia in vrbem recepiſſet, inito mox cum Caſtrutio fœdere intromiſiſq; per noctem copiis Piſtorium illi tradidit. Quo facto omnes florẽtinorũ copię, quotquot auxilij cauſa intra vrbẽ fuerunt, opprimuntur. Huius verò rei nuncius, vt Florentiã perlatus eſt, Priores è publico, quod fortè ea die agebatur cõuiuio, aſſurgentes, profectionem ſubitaneam indixere, nondum proditionis gnari, ſed putantes aliquã vrbis partem aduerſus Caſtrutium defendi. Sed parato iam agmine ad locum euntes nouerunt proditionem, vnde reuerſi ſunt.

Piſtorium deficit ad caſtrutiũ. A.C. 1326

Poſt hæc maiori nixu cogere exercitũ, ac mittere in hoſtẽ placuit. Apparatus ad hoc non magnificè ſolũ, verũ etiam celeriter facti. Dux exercitui præfectus eſt Raimundus Cardonius, qui magnos ante exercitus ſuo auſpicio in Gallia ductauerat, vbi poſt res egregiè geſtas, tamẽ aduerſo prçlio à Mediolanẽſibus captũ redemptúmq; Florentini Caſtrutiano bello delegerũt ducem. Caſuſq; ita tulerat, vt eum altero poſt defectum Piſtorij die, cum manu quadam equitum Florentiam perueniſſet, præſentiáq; & authoritate mentes hominum extuliſſet, ad bellum valentius ea pellendum [dux repente crearetur.] Cum igitur res ſubita & improuiſa feſtinato indigere videretur, dux cum parte equitatus Pratũ ſe properè contulit, reliquas verò copias ad eum cõuenire iuſſit. Et cùm omnes conueniſſent, mouẽs inde dux ſtructa atq; compoſita acie ad hoſtem peruenit, Caſtrutius fortunam pugnę experiri non auſus intra mœnia ſuos continebat, ſatis exiſtimans fore, ſi vrbem tutaretur. Quod exploratum cùm eſſet, ad vaſtationem conuerſi omnia circa vrbem hoſtilem in modũ popularunt, motis etiam ſæpius de induſtria caſtris, quo nulla regionis pars remaneret incolumis.

Florentini aduerſus Piſtorienſes arma mouent.

Raimundus Cardonius gente Hiſpanus, ſed bellis aſſuetus in Italicis nutritúſque, in ducem belli mercede acceptus. Blon. ibid.

Poſt hæc retro profecti Tycianum caſtrum circumſederunt & aliquot dies circa illud morati, machinas inſtituere, cuniculóſque deducere cœperunt. Ea cuncta iuſſu ducis incunctanter & enixè fiebant, quo mentes hominum maximè conuerterentur. Ipſe tamen longè alia cogitans præfectum arcanæ inſtructum cum parte equitatus de prima vigilia præmittit, & occupare tranſitum paludis iubet. Eadem ipſe nocte quo magis auertat hoſtem, aliam equitatus partem

Florentini rem bellicam Raimũdo duce ſtrenuè adminiſtrant.

A.C. 1315.

tem circa Piſtorij mœnia magno cum tumultu prædatum mittit. Demum Raimundus deſerta oppugnatione cum omnibus copiis paludem tranſmiſit, quæ eſt inter Lucenſem agrum & Piſtorienſem. Capianum caſtellum expugnare adortus octauo die in deditionem accepit. Poſt hæc Falconium exercitu ducto, id quoque caſtellum, quod paludi adiacet, pari tenore capit. Cùm fama Florentinis proſpera vulgaret: & hoſtis iacere & premi videretur, amici & ſocij opitulandi ſtudio conciti eò decurrerunt. Senenſes quadringentos equites & ſeptingentos balliſtarios deſtinarunt, Bononienſes quoque, Peruſini & Volaterrani auxilia miſere. Ex quibus omnibus permagna copia equitum in exercitu erat, peditum verò ad viginti millia.

Florentini captis proximis paludi arcibus, demum vltra profecti Topalſium obſedere, foſſis & turribus munitiſſimum, quod inſuper quingentorum militum præſidio tenebatur. Cumque oppugnatio longius traheretur exercitus paluſtri humore, ac inſolita cœli grauitate confectus, ægrotare cœpit, paſſimque caternas languentium erat inſpicere, moriebanturque frequentes. Permanſit tamen in obſidione dux & quaſuis difficultates ſuperare conſtituit. Caſtrutius verò cura & dolore anxius Lucã redire conſtituit. Piſtorienſibus igitur (de quorũ fide ambigebat) profectione indicta, nobilitatẽ omnem atque optimum quemque ephebotum ſecum eduxit & ad tuendam vrbem alias ſuorum copias dereliquit. Dumque Caſtrutiani, qui Piſtorij remanſerant, in Pratenſem, Florentinumque agrum ſæpè diſcurrerẽt & incendiis rapiniſque inſiſterent, ducentos equites Bononienſes, qui in auxilium Florentinorum, venerant, retinere circa vrbem placuit: hominesque ex agro adiungere, qui incurſionem hoſtiũ obſeruarent. Et tum Caſtrutiani aliquando fœliciter auſi, tandem cum licentius agerent, circũuenti à Bononienſi equitatu, concurſu etiam agreſtium facto, oppreſſi penè ad internectionem occiduntur.

Caſtruti° Piſtorium relinquit.

Caſtrutiani à Florẽtinis franguntur.

Hoc detrimento accepto, rurſus Caſtrutij ſpes debilitari eſt cœpta: vnde caſtellum ipſum dediderunt, incolumes inde abire pacti. Caſtello reddito varia in exercitu iactabatur ſententia, aliquibus conſulentibus domum redire propter valetudines contractas: aliis vltra progrediendum ad mœnia vſque Lucæ ſolicitantibus. Quæ ſententia minus ſapiens præualuit. Verſus igitur Lucam pergentibus, Caſtrutius vbi aduentare cohortem ſenſit, ſuperiori de loco partem equitatus miſit in illam. Concurrunt equites, qui in præſidium cohortis ierant, prælium que equeſtre in ſubiecta valle conſeritur. Pugna fit egregia ſine vllo pedite, & ſupra tres horas ſic acriter dimicatum, vt miſcerentur ſæpè acies totæ, ac inuicem profligarent profligarenturque. Tandem ipſe cum reliquo omni equitatu repente in pugnam deſcendit. Qui cum de ſuperiori loco impetum procellamque dediſſet ac longè præſtaret, premere iam Florentinorũ equitatum cœpit, Raimunduſque cum reliquo equitatu ad ipſa iam ſepta peruenerat. Superati interea equites, qui aduerſus Caſtrutium dimicabant, terga dederunt, ne detrimentum in fuga acciperetur propinquitas maioris agminis ad

Florentini ſuperãtur à Caſtrutio.

A ſepta ipſa expectantis effecit. Cæterũ in prælio optimus quiſque aut interfectus eſt, aut grauiter vulneratus: capti etiam complures, hoſtiq; non incruenta fuit victoria, multis ſuorum amiſſis, & ipſo Caſtrutio duce cum cominus pugnat vulnerato. Poſt hæc cùm vtrimque tubæ canerent, tandem nocte adueniente in ſua quiſque caſtra rediere. Caſtrutius ſpe ſubleuatus victoriã meditari, copiaſq; amicorũ inſtantius accerſire, præſertim Mediolanẽſium principum, quorum equitatus in agro Parmẽſi eſſe ferebatur.

Caſtruti° vulneratur.

Igitur fauore partium, ac premiorum pollicitatione obtinuit, vt Actius vicecomes natura B acer, & multis bellis exercitatus cum octingentis equitibus Apenninum tranſcendat, ac ad Lucam occyſſimẽ appareat. Cum autem exercitus Florentinorum percepiſſet Actium ſuperueniſſe cum copiis in adiutorium hoſtis Topalſium rediere: & poſtea verſus Fucetium remeabant: Itaque dolens Caſtrutius Florentinorum copias ſine pugna abire, ſperatamque victoriã ipſo in articulo è manibus præterlabi: ipſe cum ſuis è colle, quem occupauerat, deſcendere ac impedire agmen, deſtruereque conſtituit. Id cũ ardentius faceret, magnam Florentinis difficultatem iniecit. Et quaſi incerti concilij, quid acturi eſſent, an abire properarent & declinare C certamẽ, quod turpe videbatur an ſtare & reſiſtere hoſti quod periculoſum eſſe cernebant. Denique decreuerunt inire certamen: Acies triplici ſubſidio firmata eſt. Cæterum in congreſſu, qui in fronte ſtabant, fortiſſimè dimicarunt. Sed vbi pugna ad ſecundam peruenit aciem, præfectus Raimundi, qui eidem præerat acici, ſiue ignauia ſiue proditione (vtrumque de illo dictũ eſt) illico pedẽ ad ſigna conuertere cœpit. Ea res non agmen, quod ab eo ducebatur ſolũ, ſed & tertiũ quod in ſubſidiũ ſtabat, trepidare, ac de fuga magis, quàm de victoria cogitare per D pulit. Ita prementibus hoſtibus omnes profligã tur. In hac pugna non multi ceciderunt ob breue admodum certamen, in fuga verò longè maiora ſunt detrimenta ſuſcepta. Nam Caſtrutius confeſtim miſſo equitatu tranſitũ paludis occupauit, iis qui in præſidio erant, ſponte ſua deſerẽtibus. Ibi oppreſſi permulti capti etiam plures, Raimũdus ipſe dux cũ filio, impedimẽtaque omnia in man° victoris deuenere. In iis locis victor triduo fere commorat°, caſtella amiſſa recuperauit, ſpoliiſque & captiuis Lucam miſſis E ipſe Piſtorium rediit.

Actius vicecomes Galeatij filius fuit, quem Azonem Onuph. nominat.

Altera Caſtrutij de Florẽtinis victoria.

Inde Florentinorum agrum magno terrore Caſtrutius ingreſſus, ſexto poſt prælium die apud Signiam caſtra fecit. Hoſtis ipſe capta Signia ſecundis inde caſtris ad Peretolam conſtitit duobus paſſuum millibus à Florentia diſtantem. Mox ad mœnia profectus, omnia tumultu ac terrore compleuit, refugientibus in vrbem agreſtibus, & pecora paruoſque natos ducentibus. Structa contra portã acie cùm obuiam nemo prodiret: ad vaſtationem conuerſus, quicquid ædificiorum villarumque fuit ab illa parte, incendit. Triduo apud Peretolam hoſtis F habuit caſtra, vbi etiam ludicra curſus edidit, præmia victoribus præbens. Inde viam Pratenſem regionem amœniſſimam inſigni villarum celebritate à mœnibus penè vrbis ad Marinam fluuium vno tenore vaſtauit. Ea cum perfeciſſet

Peretolam hunc Blõ. vocat. Caſtrutiu° Florẽtinis inſultat.

A.C. 1325.

feciſſet, onuſtum præda militem inæſtimabili A locupletatumque Lucam reduxit: vt promiſſam Actio pecuniam ſolueret. Summa auri fuit viginti quinque millium.

Actius vicecomes Florentiæ mœnia petit.

Qua recepta ſuaſit ſuis vt quia Florentia non ſolùm ſtudio partium, ſed & generi ſuo ac familiæ eſſet inimica, vna die nomine ſuo mœnia Florentina pulſarent. Quod & fecit, diſcurrens cum ſuis & Caſtrutianis vſque ad mœnia vrbis ibi erigendo vexilla, & ludicra exercendo in iniuriam & opprobrium ciuitatis. Poſt quod in Galliam Actius rediit, Caſtrutius verò verſus Pratum copias duxit, omnia igne & ferro vaſtando. Illud quoque in tanta ciuitatis clade turbabat, quòd multitudo agreſtium cum pecori- B bus & ſemirapta ſuppellectili in vrbem refuga, per vias omnia complebat. Hanc ſiue ob inſolentiam vrbis, ſiue ob anxietatem, incommoditatemque rerum ſuarum morbus inuaſerat: malique huius contagio ciues etiam apprehenderat, & moriebantur multi, & plena ægrotantiũ cuncta cernebantur, Cariſtia quoque annonæ conſecuta eſt, raptis aut incenſis frumentis, ac ſpes in futurum deterrima.

Caſtrutius aduerſus Florentinos Guidonem præſulem ſolicitat.

Augebat inſuper ciuitatis metum, quod vulgo ferebant Guidonem Aretinorum præſulem magno cum exercitu ex ſuperiori parte ad vrgendam obſidionẽ eſſe venturum. Rogatũque C à Caſtrutio multis nunciis conſtabat, veterem Aretinorum cladem apud Camaldinium acceptam memorare, ac tempus ad delendam inimicorum potentiam oſtendere. Fore quidem ſi ille de ſuperiori loco aduentaret, vt Florentia vndique obſideretur, multitudinem quoque populi abſque importato victitare non poſſe. Ob hunc obſidionis metum viri creati ſunt duo ad mœnia vrbis, cæteraque munimenta inſpicienda inſtaurandaque, Nerius Albertus, & Ianus Albitius. Ab his vallum aliquibus locis factum, in arce etiam Fæſulana, ne eam occuparet hoſtis, præſidium communitum eſt, alterum D quoque præſidium in colle vrbi imminente ad Miniatis ædem. Cæterum neque preces, neque monita Caſtrutij Guidonem præſulem mouere potuerunt, ſiue quòd eius odium in Florentinos minimè acerbum erat, ſiue quòd Caſtrutij gloriæ inuidebat: ſiue quòd eius magnitudinem formidabat. Tunc autem Caſtrutius per ſe bellum gerens, omnia circa Florentiam vaſtationibus incendiiſque fœdauit. Captaque maxima præda, & longo captiuorum agmine, relicto apud Signiam ſatis grandi præſidio, Lucam rediit. Ibi ſuorum operum oſtentator ſpeciem E quamdam triumphi egit, & in monumentum victoriæ apud Signiam nummum percuſſit. Poſtea Caſtrutius cum copiis ſuis caſtellum Murſtea lum prope Pratum obſedit. Quod poſt virilem per diu reſiſtentiam, quia ſuccurſus non habuit, Caſtrutius in deditionem accepit incolumitate præſtita ex pacto iis, qui intus erant, & libertate abeundi.

Caſtruti' de Florentinis quaſi triũphum egit.

Interea Caſtrutiani milites, qui apud Signiã erant, Florentinum agrum, aſſiduis infeſtationi- F bus infeſtabant, & ad ipſas vrbis portas vſque cum magno tumultu diſcurrebant. Interea quidam Gallus nomine Petrus Florentinorum copiis præfectus: cum tractaret cum aliquibus Gallicis cum hoſte militantibus, apud Signiã

A de morte Caſtrutij, & traditione Signæ magna pollicitatione pecuniæ, denudato tractatu multi capti vltimo ſupplicio affecti ſunt illius conſcij. Paulò poſt idem Gallus aliam proditionem tentans de Carminiano habendo cum pergeret ad capiendum, cum multis, ipſe proditus per eoſdem, cum quibus tractauerat, captus fuit, & Caſtrutio adductus ſecuri percuſſus eſt. Caſtrutius diſcurrens hincinde & circa Pratum & vſque ad Caſianum caſtellum cladibus belli cuncta vaſtabat, Et Signiam incendio exponens, copias ſuas exinde Carminianum reduxit.

B

Carolo Roberti regis filio dominium ciuitatis Florentini tribuunt.
Blond. lib. 9. dec. 2.
A.C. 1326.

§. V.

CVM grauia forent Florentini, grauioraque timerentur, iam ad auxilium reſpiciens ciuitas Carolum Roberti regis filium in Hetruriam euocare ac ei ciuitatis imperium tradere ad tempus conſtituit. Huiuſcemodi gratia quinque legati creati ſunt ſcilicet Franciſcus C Scalæ, Aleſius Rainutius ſcientia iuris clarus, Donati duo vnus Accaiolus, alter Pirutius, Philippus Bartholi. Qui applicantes expoſuerunt Florentinum populum in decennium Dominum eum ac gubernatorem ciuitatis deputaſſe. Conditiones ex pagella recitatæ ſunt non eis diſſimiles, quæ fuerunt dudum in traditione regi Roberto deſcriptæ: niſi quòd hic certus pecuniarum militumque modus erat præſcriptus ibi cuncta regis arbitrio commiſſa. Iuuenis ex ſententia patris ciuitate ſuſcepta, ſeſe copiaſque parabat, proxima æſtate in Hetruriam, tranſiturus. Solicitatur Carolus de acceſſu, & ducenta D millia auri in annos ſingulos durante bello ipſo ei promiſſa & exhibita: Stipendia inſuper equiti conducto & pediti, quorum numerum ad ſex millia militum. Interea Signia, quam Caſtrutius euerterat, & à Florentinis repoſita eſt & vt habitatoribus compleretur, data cunctis immunitas tributorum, qui in coloniam illam tranſierunt.

Ioannes Vrſinus legatus Pontificis in Hetruriã venit.

Per idem tempus papa Ioannes legatum in Hetruriam miſit Ioannem Vrſinum cardinalem. Is Florentiam adueniens Carolum expectauit. Satis conſtat neminem vnquam ante (quod me E moria extaret) tanto procerum comitatu tamque inſigni pompa in Hetruriam veniſſe. Cæterum in bello gerendo nequaquam feruenti animo deprehenſus eſt. Seu enim tarditate mollitieque naturæ ſeu à patre monitus, nequaquam ita ſe ſtrenuũ præbere viſus eſt, vt magnitudo nominis, copiarumque poſcebat. Tantis igitur viribus apud Florentiam creſcentibus cum regis pontificiſque robur ſupra quam ferri poſſet inſurgere videretur: conſertiũ diuerſæ factionis F principes ſibi proſpicere perrexerunt: ſolicitati maximè à Galeatio vicecomite Mediolanenſium tyranno, qui iam à pontifice regeque laceſſitus bello, Caſtrutianum in Hetruria bellum concitarat. Igitur ſolicitando atque mouendo, tandem author fuit, vt principes diuerſæ factionis con

A.C. 1326.

nis contrario inſurgentes pacto Ludouicum Bauariæ ducem ad imperialem dignitatem electum in Italiam euocarent, qui erat Romano pontifici infenſus ob fauorem Genuenſi Gallicoque bello inimicis eccleſiæ præſtitum. Propter quod etiam aggrauauerat eum cenſuris, & imperio indignum pronunciauerat.

Igitur vbi de mente Italicorum certior factus eſt ſuperatis confeſtim alpibus Tridentum peruenit, vt præſens de re propoſita cum proceribus loqueretur, modumque ſui tranſitus, tempuſque componeret. Tridenti igitur indicto conuentu Mediolanenſium, Mantuanorum, Veronenſiumque tyranni, aliique ex Gallia, & Hetruria eius factionis principes conuenerunt, magniſque pollicitationibus effecerunt, vt omiſſo in Germaniam reditu, copiis verò euocatis Italiam Romamque peruadat. Igitur in ſequentis anni principio Ludouicus contractis ad aliquem modum copiis, Tridento mouens, Brixiam primò, deinde Mediolanum peruenit. Ibi (vt mos eſt) magno hominum concurſu per manus Guidonis Aretinorũ præſulis coronatur.

Ludouic⁹ Mediolani coronatur. A.C. 1327. prid. Cal. Iunij. Aretinus epiſcopus deponitur vide ſup. c. 5. §. 1.

Hunc Aretinum antiſtitem Romanus pontifex propter vſurpatum eccleſiæ Typhernum fulminauerat, & omni dignitate priuauerat. In eius locum quendam Vbertinæ gentis Boſum inſtituerat epiſcopum. Qua indignatione, ac ſtudio partium accenſus cum Aretinis damnaretur, magno equitatu ad Ludouicum accellerat. Poſt coronationem longior mora fuit comparandis pecuniis: quarum non auidiſſimus tantum, ſed etiam indigentiſſimus erat. At qui eo in genere hic primum illius improbitas patefacta eſt. Cum enim opera maximè Galeatij vicecomitis in Italiam accerſitus eſſet, ac ſummo cum honore Mediolani receptus, vſque adeo peruerſæ ingratus fuit, vt a pecuniarum cupiditate dominatu eum ſpoliaret, & in carcerem truderet, iuſto Dei iudicio hoc contingente, vt ipſe Galeatius inimicus eccleſiæ, cum vocauerat Ludouicum Bauarum ad affligendum eccleſiam; ab eodem inimico eccleſiæ humiliaretur. Actium verò, quem interfuiſſe Caſtruciano prælio diximus, ac Lucinum fratrem vna captos, ad redemptionem ſui magna pecunia compelleret. Impoſito deinde Mediolanenſibus nouo præſide, & vigintiquatuor ciuibus in conſilio adiunctis, cum ſpeciem quamdam libertatis oſtentaſſet, quaſi collati beneficij pretium ingentem pecuniarum vim ab illis extorſit.

Ludouici Bauari rapacitas. ſuprà § 4.

Dum hæc in Gallia geruntur, Carolus & Florentini aduerſus Caſtrucium paratas copias circa maturitatem ſegetum in hoſtes miſere. Non enim profectus eſt in exercitu Carolus, ſed Florentiæ remanens, Nouellum quemdam è ſuis proceribus exercitui præfecit, profectuſque cum copiis Signiam, exinde nocturno tempore nemine gnaro, ad quoddam hoſtium oppidum acceſſit ad inuadendum, triplici muro circundatum: quod in breui obtinens, prædę & igni locum expoſuit. Exinde non longe ab hoſte caſtrametati pugnæ ſe obtulerunt, quam cum detrectaret Caſtrucius, ac intra munitiones ſuos contineret, tetto mouerunt caſtra, & agrum Piſtorienſem ingreſſi Arthemium caſtrum tunc munitiſſimum obſederunt. Qui die noctuque habitatoribus requiem minimè dantes, & B vallum & portam cremantes, tandem caſtellum in deditionem acceperunt: qui intus erant ex pacto abire permiſſis. Cupientes poſt hoc eodem vincendi ardore Carmiſſanum adoriri, Carolus exercitum Florentiam reuocauit, certior factus de Ludouici aduentu.

Caroli res in Hetruria geſtæ.

A.C. 1327.

Poſt Mediolanenſium [enim] principes deceptos, pecuniaſque exactas purgato vel attenuato crimine illo coram tyrannis Vrceis in caſtello Brixię congregatis, erectis animis Hetruriam Ludouicus petiit. Superatoque Apennini iugo cum omnibus copiis, per Lunenſem agrum Piſas verſus aduentabat. At vbi Caſtru- C tius Ludouicum appropinquare intellexit, obuiam cum equitatu profectus, ſummo honore illum excepit, doniſque ac muneribus magnificè fouit.

Ludouic⁹ per Hetruriam uan[s]it.

At Piſani & ſi primo illius aduentu in Galliā lætati fuerant, legatoſque ſuos in primo illo eius aduentu ad eum miſerant, tamen poſtea vel hominis improbitatem auaritiamque formidantes, vel contentionem Romanæ ſedis, contra quam hic apertè nitebatur, perhorrentes excludere portis omnino ſtatuerunt. Itaque dudum coronatione eius nunciata focos & cætera lætitiæ exultationiſque indicia fieri Piſis vetuerunt; & D tunc illo appropinquante vrbem communierant: Germanoſque equites mercede apud ſe militantes ob generis ſuſpicionem ablatis equis pepulerunt vrbe. Denique ſi vi conaretur, vocare auxilia Caroli Florentinorumque cogitabat.

Ludouic⁹ Piſanos quibus artibus ad ſe reducere nititur.

At Ludouicus, ſi ab ea ciuitate, vel vnica per Hetruriam imperatorij nominis fautrice reprobaretur grauiſſimum ſibi ad cætera conficienda impedimentum fore ratus, curam maximè verterat in Piſanos, nec quicquam intentatum relinquere ſtatuerat, quo illos ſuæ adiiceret po- E teſtati. Miſit ergo oratores, qui Piſanum alloquerentur populum, benigniſque pollicitationibus conſiliarent animos. Sed ij qui rempublicam tunc tenebant, ſapientiſſimi & grauiſſimi viri, mobilitatem plebis veriti, eos in vrbem recuſarunt admittere. Reſtabat igitur vi conari: ſed inerat periculum ne ad Carolum Florentinoſque confugientes auxilia inde quærerent apertèque deſciſcerent. Horum igitur quamdam mediam viam placuit tentare per Guidonem Aretinorum præſulem, cui publica cum Piſanis erat amicitia an à propoſito diuelli poſſent. Præ- F ſul igitur legatis Piſanorum principibus ciuitatis ad ſe fide publica vocatis, apud Ripam fractus oppidum colloqui inſtituit. Denique poſt multa, vltro citroque agitata res huc redibat. Piſani ſexaginta millia auri nouo principi dare promittebant, vt inde abiret, nec eos bello adoriretur.

a Hic Galeatius an. 1327. cum filio & fratribus in carcerem à Ludouico Bauaro miſſus eſt. Cum enim hic Galeatius eum principem, & vt appellabat imperatorem ſuum ab exactionibus nimiis vrgendo ſuadendoque retrahere conaretur, Bauarus non magis iracundia quam auaritia ductus, illum & filios vi adhibita coniecit in carcerē. Blo. dec. 2. lib. 9. hinc igitur habes, quibus moribus Bauarus imperator fuerit, vt iniuſtè nequaquam fuerit excommunicatus, & quomodo vicecomites, qui excommunicati excommunicato ſe coniunxerant ſuæ impietatis perfidiæque pœnas dederint.

A C. 1327. *Castrutius legatos Piſanorum capit.*

rìretur. In vrbem verò vti reciperent nulla ſuaſione poterant adduci.

Ea conditione per Ludouicum repudiata, cū legati, re infecta Piſas reuerterentur, Caſtruti⁹ cōtra fidem eis datam illos intercipit. Et Ludouicus vbi captos Piſanorum legatos cognouit, ſubitaneo impetu amne traiecto copias Piſis admouit. Cæterum ea captiuitas legatorum magnas in exercitu contentiones peperit. Guido enim præſul ad magnum ſui nominis dedecus pertinere arbitratus legatorum oppreſſionem, quos ipſe data fide in colloquium, iuſſu principis euocaſſet, iniuriam ſibi à Caſtrutio inflictã conquerebatur vociferando. Non enim tam Piſanos, quàm ſuam fidem violatam eſſe. Peracta denique inter eos contentio eſt Ludouico cognoſcente.

Inuectiua Caſtrutij in præſulem Aretinum.

Præſul legatos Piſanorum liberandos remittendoſque in vrbem clamabat, apertéque ferebat hanc iniuriam ſe non eſſe laturum. Caſtrutius minimè mirum ſe arbitrari aiebat, ſi ille hoſtes vinci doleret. Ex matre ſiquidem Florentina genitum, neutra ex parte integrum eſſe. Itaque hos ſectari, illis fauere, vtque cum generis diuerſitatem, ſic animi inconſtantiam miſcuiſſe. Neque verò hæc eius vacillatio noua eſt (inquit) nec primum nunc deprehenſa. Namq; Florentia ſtat, ac non malè domita iam pridem concidit, hic vnus eſt cauſa: vrbem enim aduerſo prælio fractam, cum ipſe ad portas vrgerem, multitudo autem incluſa, nec frumentum haberet, ac famẽ tolerare diutius nõ poſſet, & obſideri & capi nullo negotio potuiſſet: ſi hic à me quæſitus rogatuſque ad vrgendam obſidionem ex ſuperiori parte venire voluiſſet. Eam tūc rem ab hoc deſertore proditoréque ſuarum partium recuſatam, has nunc moleſtias nouo principi afferre. At vt Florentiam tunc ſaluam eſſe voluit, ita nunc Piſanos in poteſtatem venire permoleſtè fert. Tu (inquit) princeps non quid Guido præſul velit, ſed quid tibi conducat, ſpectare debes.

Præſulis Aretini reſponſio. Caſtruti⁹ mendicato vixerat.

Ad hæc præſul ſe quidem ſui generis non pœnitere, nec ſane ignotum eſſe poſſe Caſtrutio, cum ille nuper apud Aretinos egenus & miſer ſuſtentamenta vitæ ab eodem genere reportauit. Ad obſidendam verò Florentiam ea de cauſa non veniſſe, quia tunc ſibi pax fuerit cum Florentinis, quam ſalua fide frangere non licebat. Se ita ſemper animatum fuiſſe, vt iuriſiurandi religionem, fidemque etiam hoſti datam putauerit conſeruandam. Neque enim (inquit) ſi tu Caſtruti, vt proditor & improbus pacem Florentinis fregiſti, ego quoque frangere debui. Nã Piſanorum facto nil magis obſtitit obſtatq; quam tui vnius præſentia. Iam enim certo ſcio, principi huic portæ illæ paterent, niſi te omnium fraudum inuentorem, proditionúmque authorem Piſani vererentur. Hæc & huiuſmodi altercantes Ludouicus ſeparauit: & ad Caſtrutij fauorem inclinare apertè viſus eſt. Aggreſſus igitur Piſarum obſidionem, vrbem vndequaque cinxit, ac menſe fere toto circa illam commoratus, pactione tandem recepit.

Ludouicus Piſis potitur.

Per hæc ipſa tempora Guido Aretinorum præſul motus ob ſuperiorem indignationem à Ludouico diſceſſit: quaſi negotiis in Aretinos vocantibus. Et cum per maritima iter faceret, apud nigrum montem correptus morbo interiit. Vir quidem magnus fuit & glorioſus in ſæculo, niſi quod aduerſus pontificem rebellis [exercit]vt omittam, quòd & ſtatui ſuo & dignitati exercitium id omnino fuit contrarium. quem tandem errorem recognouiſſe ante obitum, ac pro pontifice, ſi vita ſuppeteret, aduerſus hoſtes militaturum promiſiſſe quidam literis tradiderunt. Quamuis enim multos ſoleat decipere ſera pœnitentia, miſericordiæ tamen Dei nec menſuras poſſumus nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuerſio. Poſt eius autem mortem Petrus cognomento Sachon, huius Guidonis frater tyrannidem Aretinorum exercuit.

A.C. 1327. Guidonis Aretinorũ præſulis mors.

Sera pœnitentia ſolet multos decipere.

Ludouicus dictus imperator Romam coronaturus tendit. Leonar. Aretin.

§. VI.

LVDOVICVS igitur receptis Piſis, duobus ferè menſibus ibi commoratus eſt pecuniis exigendis ac parandis, quæ ad iter neceſſaria erant. Conſtituerat enim non ſolùm Romam petere, verum etiam Roberti regnum inuadere. Sed dum Piſis moram trahit, à Caſtrutio rogatus Lucam primo, inde Piſtorium acceſſit, vt Florentiam inde ex propinquo videret. Demum Piſas reuerſus, iter per maritimam regionem Romam verſus ingreditur, habens equitum & peditum pergrandem exercitum quem Caſtrutius ſecutus eſt cum quingentis equitibus & mille ſagittariis, Luca non ſine magna militia relicta; qui Viterbij ſe Ludouico coniunxit.

Ludouicus Romã perg[it]. Blon. ibid.

Carolus quàm diu hoſtium copiæ Piſis conſtitere: cum ſuis ipſe copiis Florentiæ commoratus eſt. Sed vbi Ludouicum Caſtrutiumque iter arripuiſſe cognouit: Florentinis in concionem vocatis neceſſitatem ſuæ profectionis oſtendit, & Philippum quemdam è ſuis præfectis cum mille equitibus in præſidio ſe relinquere pronunciauit. Cohortatus etiam ciues ad fortitudinem & conſtantiam, Senas primò cum cæteris copiis, inde Peruſiũ, poſtea in regnũ abiit.

Carolus Florentia diſcedit.

Romani verò iam prius audito Ludouici aduentu, ſeditione grauiſſima vexabantur. Et præualebat factio regni, pontificique contraria. Ab ea tandem receptus in vrbe Ludouicus haud multo poſt magno populi applauſu coronatur, anno Domini 1328. Cęterum in coronãdo nullus ſolitus ordo, nemo legatus, nulla pontificis authoritas ſibi abfuit. Impoſita eſt illi a corona

a *Ludouicus contra veterem conſuetudinem coronatus eſt Romæ in baſilica ſancti Petri à quatuor Laicis ciuibus Romanis, videlicet Sciarra de columna Popu. Rom. Capitaneo, Buccio Proceſſo, & Vrſino de Vrſinis vrbis ſenatoribus & Põte de mõte nigra, equite Pop. Romani. Conſecratus verò fuit à duob⁹ epiſcopis ſchiſmaticis, Iacobo Prateſi epiſcopo Caſtellano & epiſcopo Elleienſi, 16. Cal. Februar. A.C. 1328. Ex Onuph. Blondus. Dic Cal. Iunij 9. non quidẽ Sarra Coſũnienſis, quod Florentinorum habent monumenta, ſed Stephanus ſeniori & Sarra tũc pueri genitor iuſſu cleri, & populi corona illum inſigniuit. Hæc ille: cui conſentit Naucl. Gener. 45.*

popul[i]

A.C. 1328.

Hic Sciarra Sarra Columnẽſis à Blon. dicitur. Columnẽſium inſigne.

populi nomine à Sciarra Columnenſi principe diuerſæ factionis. In cuius rei memoriam ipſe poſterique eius ad antiquum gentis inſigne, quod eſt Columna, coronam addidere, quaſi præclarum fuerit ſcelerate feciſſe. Caſtrutio quoque Romæ maximi honores ſunt impenſi, nec à Ludouico ſolùm, qui cuncta illi eximia ex hibebat, ſed etiam à populo Romano. Vnde poſt principem hic ſpectabatur, ad vnum hunc omnia referebantur conſilia. Hic denique vnus erat, à quo res tota pendere videbatur. Concurſus maximi ex tota Italia Romam fiebant. Omnes enim, qui pontificẽ oderãt, vel ſtudio partiũ diuerſa ſequebãtur exultãti lætitia properabãt,

Ludouicus Bauarus acriter notatur.

Adeo autem fuit temerarius & ſuperbus dictus Ludouicus Bauarus, quòd poſt falſam coronationem auſus fuit facere contra papam Ioannem proceſſum, & contra regem Robertum tanquam hæreticos & Patarenos, cum multis deriſionibus & contumeliis eos ad ignem condemnando. Vnde omnes boni fideles abominati ſunt eum, & multi clerici ex vrbe receſſerunt, ne participarent cum illis ſchiſmaticis, & excommunicatis.

Patareni qui ſint ti. 20. cap. 8. §. 1.

Idem falſus imperator Ludouicus ex ſuo arbitrio creauit papam quemdam Petrum de Corbaria ordinis minorum, qui acceptans papatum fecit Cardinales, vt ſchiſmaticus & fatuus. Prius autem fecerat Ludouicus vnum alium, ſed ille nolens ſchiſmati operam dare, recuſauit, & ex vrbe aufugit. Schiſmaticus ille antipapa, & apoſtaticus habuit aliquos fautores ex clericis, & religioſis, ac principibus in terris Gibellinorũ, prædicantibus illum, vt verum papam contra Ioannem. Sed Catholici, & veri religioſi ipſum prædicabant antichriſtum, & omnes ei adhærentes hæreticos, vnde diſſenſio erat non modica. Sed quid inde boni ſperari poterat prouenturum ex tyranno ſcelerato eccleſiæ inimico, niſi quod euenit, vt infrà patebit.

inf. §. 9.

Ludouicus Neapolitanũ regnum vult inuadere.

Iam Roberti regnum tanquam partium caput peruadendum occupandumque dictitabãt. Et virium certè & armorum ſat eſſe videbatur. Apparatuſque eadem de cauſa propalam fiebat verſis in principem animis, ac omnium ſermone illius famam celebrante. Interea ſplendida res in Hetruria geſta eſt. Philippus enim, quem præfectum copiis Florentiæque relictum dicimus, rem magnam audacemque adortus eſt. Piſtorium ſcilicet capere. Secutus in ea re duorum exulum exhortationem, qui locorum gnari copias intromittere promiſerunt. Igitur ſcalis machiniſque in Pratenſi arcè fabricatis, vbi tempus rei gerendæ viſum eſt, Philippus cum equitibus primis ferè tenebris Florentia egreſſus Pratum contendit, nemine ciuium gnaro præter vnum Simonem Toſam, ſplendidum equitem è ſuprema nobilitate, quem in partem eius conſilij iampridem ſuſceperat. Cùm Pratum veniſſet, ſumptis celeriter machinis, profectioneque indicta cum duobus millibus peditum, equitibus ſexcentis ad Piſtorij mœnia illa ipſa nocte peruenit. Ibi exules per glaciem (aſperrima namque erat hyems) foſſas tranſgreſſi partem murorum maximè neglectam ſcalis aſcenderunt, ac fere centum milites ſecutos exceperunt. Complures quoque pedetentim trangreſſi foſſas, mœnia perfodere aggreſſi ſunt. Dum iſta fierent, præfectus vigilum ambita cætera vrbis parte in hæc ipſa loca deuenit: Cumque (vt fit) cuſtodes excitaret, deprehenſo ſtrepitu accurrit clamoremque extollit. Ad eam vociferationem experrecti, qui loco vicini erant [rem] perſenſerunt, celeriterque clamor per vrbem diffuſus homines excitauit. Philippus inter hæc ponte ſuper foſſas iniecto frequentes tranſmiſerat: & ſimul mœnia iam binis locis effracta tranſitum non pediti modo, verum etiam equiti dabant. Ipſeque Philippus iam introierat, ſummaque conſtantia rem exequebatur. Erant Piſtorij milites Caſtrutiani in præſidio circiter ſeptingenti. Ij cum ingreſſum hoſtium ex clamore ſenſiſſent, trepidi primo conuenerunt, voluntatem ciuium ac proditionem formidantes. Sed poſtquam ciues integris animis corripere arma aduerſus aggreſſores viderunt, ſpem bonam complexi, ad arcendos hoſtes cum multitudine ciuium properarunt; Prælium atrox fuit, quantum nunquam ante. Et cum ſæpius fluctuante prælio acriter Caſtrutiani pugnarent, & ad fracturas vſque ipſas murorum, qui ingreſſi fuerant repellerentur, præualiturique Caſtrutiani viderentur, porta interim cremata & refracta multitudo equitum peditumque irrupit, vnde Caſtrutiani fugere cœperunt, & ad arcem ſe conturare cum duobus Caſtrutij filiis. Ciues autem omiſſo certamine domos ſuas reuerſi arma depoſuerunt, victoremque diſcurrere per vrbem paſſi ſunt. Milites autem ad prædam dilapſi, ducem nudatum pene omnibus copiis dereliquerunt. Quod hoſtes conſpicati eruptionem ſubitò faciunt, magnoque ruentes impetu non multum abſuit, quin ducem ipſum ſignaque opprimerent: ſed egregia virtute ducis hoſtium vis ſuſtẽtata eſt, & aurora facta milites intellecto periculo ad ſigna recurrerunt. Denique Caſtrutiani relicta vrbe, ipſaque arce deſerta aufugerunt. Vrbs tota à militibus direpta ſine vlla exceptione amicarum partium aut inimicarum, à ciuium tamen corporibus tẽperatũ.

Philippus Piſtorio potitur.

Philippus compoſitis aliquantulum rebus poſt decendium Florentiam reuerſus, tanto honore ſuſceptus eſt, vt ſimilis triumpho eius ingreſſio videretur. Secum autem ad oſtentationem victoriæ centum captiuos vna catena colligatos, & duodecim alios duxit captos in equis, inter quos erant duo filij Domini Philippi Tediti, qui dominans Piſtorio dederat ciuitatem Caſtrutio. Et Dominus Philippus dominium vſurpauerat Piſtorij ab Abbate Pacciani ſuo conſanguineo: quod contulerat ciuitas ipſa Abbati Pacciani. Inſuper duxit ſecum captum quemdam religioſum, fratrem Donatum dictum, quem Caſtrutius cum cepit Piſtorium in ſuum dominium, fecerat ex ſuo arbitrio epiſcopum Piſtorienſem, expulſo verò & legitimo antiſtite ipſius Piſtorienſis ciuitatis. Qui incarceratus intra menſẽ mortuus in carcere, ſepultus eſt in arenario, quia excommunicatus deceſſerat.

Decendiũ decem dierum ſpacium.

Philippi de Piſtorio triumphus.

Donatus quidam excommunicatus decedens in loco profano ſepelitur.

Caſtrutius ad recuperandum Piſtorium Roma diſcedit. Blond. ibid.

§. VII.

AT Caſtrutius cum amiſſum Piſtorium per certum nuncium cognouit, ad Ludouicum

A.C. 1328.

uicum profectus eſt,conqueſtus,quod ſe ſua pericula,prǽuidentem Romam inuitum traxiſſet. Inde feſtinato receſſu cũ ſuis copiis Piſas peruenit. Ibiq́ue præſentiam ſuã oſtẽdens,animúmque afflictis addens rebus,cætera in fide continuit:Lucam inde profectus regreſſúſque Piſas rempublic. Piſanorum ſuo pro arbitrio quaſi communi vtilitate id exigente adminiſtrabat, pecuniáſque ad bellum inde ſumebat. Declaratuſque eſt Caſtrutius per quemdam miſſum à Ludouico Bauaro Piſas cum quibuſdam copiis dominus Piſarum,& Lucæ,& dux Tuſciæ. Legatus autẽ papæ Ioannes, qui Bononiæ reſidebat, crucem fecit bannire contra Caſtrutium. Et cũ oratoribus Florentinorum ad hoc ad eum miſſis promiſiſſet mittere auxilia,non ſeruauit promiſſum. Et cùm etiam accepiſſet à Florentinis ſub mutuo decem millia florenorum, nimis tardè miſit.

Bannire .i. proclamare.

Inter Florẽtinos & Philippũ contẽtio.

Interea poſt direptum Piſtorium inter Philippum Caroli præfectum, & Florentinos contentio orta eſt. Iubebat enim Philippus frumentum,cæteráque ad eius vrbis tutelam Florentinos publico ſumptu inferre: illi verò non ſibi, ſed Carolo vrbem Piſtorij quæſitam reſpondebant: ſeq́ue ducenta millia auri annuatim præſtare certa pactione promiſiſſe: quæ iam perſoluta erant. Nec eſſe æquum ſuprà id quod pactũ conuentúmque eſt populum onerare magiſque eum,qui vrbem Piſtorij omnibus rebus exuerat neceſſaria eius ad tutelam reſarcire debere. Philippus verò contra iure belli parta militum eſſe cõſueſſe,ſatiſq; profeciſſe videri ꝙ hoſti illã ſuo periculo ademiſſet, prædam verò quã miles ceperit,vt iam reſtituat, petere,ingratiſſimum ſimul iniquiſſimúmque videri. His contentionibus neque frumenti quantum ſat erat importabatur,neque cætera opportuna fiebant. Caſtrutius guarus harum:cum contentiones hoſtium lucrum exiſtimaret ſuum, exercitu Piſanis Lucenſibúſque indicto, magnis copiis Piſtorium obſedit. Erat intra vrbem Simõ Toſa eques Florentinus, à Philippo relictus,habẽs in præſidio milites circiter mille,& cum his equites trecentos,ſed & ciues Piſtorienſes eiuſdem factionis cũ iis vrbẽ egregiè tutabãtur interdũ irruptione facta hoſtes inuadere ac turbare opera nõdubitabant. Alia manus equitum Prati conſiſtens ſæpè Caſtrutianos inuadebat, vt neutra ex parte eis quies eſſet. Caſtrutij vnica ſpes erat in commeatus defectu,docti intra vrbem duorum non amplius menſium annonam eſſe. Itaque omiſſa per vim expugnandi cura,ad hoc vnum intendebat,vrbem vndique cingere, ac facultatem commeatus obſeſſis auferre.

Piſtorium obſidet Caſtrutius.

Florentini verò etſi iuſta quidem, cæterum damnoſa indignatione fuerant prius commoti, tamen vbi Caſtrutium tantis copiis Piſtorium circumſediſſe viderunt ſero quidem meliora ſuſcepere conſilia: nec iam illuc ſumptuum aut pecuniarum erat reſpectus, vltro facere omnia pecunias affatim promere. Et qui prius paruo in diſpendio renitentes fuerant magna iam diſpendia volentes ſubibant: quæ eſt ferme natura populorũ. Igitur impigrè contractis copiis equitum ad tria millia, peditum verò ſupra viginti millia coegerunt. Frumentum prætera & commeatum ſummo labo-

Florentini Piſtorio ſubuenire conantur. ſed ſerò.

A re, ſummáque impenſa parant per vim & arma Piſtorium inferendum. Philippus igitur omnibus paratis,cùm Prati conuenire copias iuſſiſſet,inde profectus ad hoſtem duxit: nec longè ab eo caſtrametatus,prælio rẽ agitare flagitauit.

A.C. 1328.

Caſtrutius verò etſi minimè tentandam prælij fortunam conſtituiſſet, tamen ſimulata re quaſi pugnaturus foret, aliquamdiu hoſtem ſpe vana diſtinuit. Interim die noctúque munire caſtra,opportuna,ſubinde loca foſſis arboribuſque exciſis præpedire contendebat, quibus prouiſis cum copiæ Florentinorum vellent B contra illos procedere, impeditis acceſſibus non valebant. Attendentes ergo, quòd in hoc nihil proficerent, proceſſerunt hoſtiliter per agros Lucenſium & Piſanorum vſque ad ciuitates:ſi fortè propter hoc Caſtrutius ſoluta obſidione Piſtorij illuc accederet ad defendendum. Sed ille nullo modo dimiſit rẽ cœptã. Videntes igitur,qui Piſtorij erant quòd ſpes eis deficiebat ſubuentionis,fameſque eos prǽmeret conſumpto frumento,deſperatis rebus ſe ei dediderunt tertio ferè menſe obſidionis. Fama Caſtrutij nulla vnquam ex re tantum enituit, ſicut ex hac vna obſidione.

Caſtrutij aſtutia.

Piſtorium Caſtrutio deditur.

C

Florentini ne Ludouico Bauaro ſubiiciantur metuunt. Blon. ibid. Leon. Aret.
§. VIII.

FRACTIS ciuium animis ob Piſtorij amiſſionẽ, ac bellum ex propinquo magis, quàm vnquam horrentibus, periculum inſuper nouum,tremendúmque nunciatur, Ludouicus enim fruſtrà tentato contra Robertum regem progreſſu tandem Roma abiens in Hetruriam redire conſtituerat,eóque animo Tudertum vſque iter fecit:vt palam dictitaret ſe Florentiam petere. Erátque ad eum conuentus exulum, om- D nifariámque aduerſariorum. Res tota ſic ferebatur compoſita,vt Ludouicus cum exercitu per Peruſinum Cortonenſémque agrũ veniret Aretium, inde paratus inſtructúſque Florentiã inuaderet,Caſtrutius è diuerſa regione victor à Piſtorio cum omnĩ ſuorum manu ſuperueniret. Vbaldini verò,ac cæteri diuerſæ factionis tyrãni,qui circa Apenninũ incolunt arces,alia rurſus manu per Mugellanum agrũ deſcendentes, ab ea quoque parte obſidionem vrgerẽt. Erant hæc formidoloſa,ac plena ſollicitæ expectationis ita vt pleriſque nullam ſupereſſe ſpem à pe- E riculo videretur. Quippè vel Caſtrutius ipſe per ſe ſatis robuſtus terrere poterat Florentinos, quid addito Ludouici exercitu,atque præſentia cum omnium inimicorum cœtu.

Examinata igitur metu vrbana multitudine vltro ſe cohortantes,nihil facere prouidereq́ue omiſerunt, quo ab imminenti periculo ſeruarentur. Igitur Varicum, cæteraq́ue ſuperioris Arni oppida,quæ ad Aretinos ſpectant,affatim communire ac validis præſidiis firmare placuit. Admoniti prætera ſocij,vt quaſi ad extremum opus quanta maxima poſſent auxilia mitterent. F His prouiſis forti iam animo diſcrimen expectabant, futurum certè maximum niſi benignitas Dei aduertiſſet. Poſtquam autem receſſit Ludouicus ex vrbe, quia deficiebant ei pecuniæ

Omnia conatu ſe cõtra Ludouicũ præparant.

A.C. 1328.

Romani Ludouici partes relinquunt.

pro ſtipendiis,nec quæ ſibi promiſſæ fuerant à Tuſcis, Gibellinis, & Longobardis mittebantur venit Viterbium.Et poſt receſſum eius Romani cum Vrſinis,& aliis amicis regis Roberti depoſuerunt ſenatorem factum à Ludouico, & fecerunt alios duos, vnum ex Columnenſibus alium ex Vrſinis:& annullarũt omnia facta per Ludouicum : & ceperunt & tenuerunt vrbem pro eccleſia Ioanne vigeſimo ſecundo & rege Roberto.

Cùm enim iam omnia Ludouicus paraſſet, vt è Tuderto in Hetruriam iter dirigeret, claſſis Siculorum,qua regem Roberti inuadere conſtituerat,tardius comparata eo tempore aduenit,eùm iam Ludouicus cœptum regni negotiũ omiſiſſet.Præerat autem claſſi Petrus Friderici regis filius, erantque cum eo naues Genuenſiũ exulum,qui regi aduerſabantur. Ludouicus ergo cum equitatu delecto Cortonem profectus eſt.Ibi námque prædicta claſſis eum præſtolabatur.In colloquio autem magis querelæ effuſæ, quã vlla prouiſio,aut reparatio facta. Ille enim fruſtrà paratam claſſem, magnámque vim pecuniæ ineaſſum aſſumptam, hic ob tarditatem aduentus,res ſimul ſpeſque ſuas ob id fruſtratas querebatur. At reditum in regnum, quod illi poſtulabant,omnino recuſauit. Et hæc fuit cauſa retardationis impetuoſi progreſſus in Florentinos.

Ludouici Bauari caſus aduerſi.

Caſtrutium autem per tempora mors opportuna oppreſſit. Poſt receptum enim Piſtorium & quibus erat neceſſarium firmatum cum Lucã ad cætera paranda rediiſſet,in valetudinem inei dit aduerſam,ac poſt paucos dies è vita deceſſit. Cauſam eius morbi ex labore caſtrenſi immodico, nimiaque animi & corporis fatigatione proueniſſe putant. Obiit quoque per idem ferè tempus Galeatius vicecomes,qui dudum in Mediolanenſes cæteraſque Galliæ vrbes amplum ac regno ſimile,tenuerat imperiũ. Is enim poſt amiſſas res ac perditas opes ad Caſtrutium cófugerat,ac in Piſtorienſi obſidione cum eo fuerat. Ibi contracto morbo Piſciæ è vita deceſſit. Sicque verum oſtenditur quod ait pſalm. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros libani,tranſiui,ſcilicet per conſiderationẽ mentis, & ecce non erat : quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.Et iterum. Deiecisti eos dum alleuarẽtur.Quomodo facti ſunt in deſolationem,ſubitò defecerunt,perierunt propter iniquitatem ſuam:velut ſomnium ſurgentium exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt cũ armis ſuis excommunicati,vt rebelles eccleſiæ. Idem contigit & in poſterum eueniet cunctis rebellibus,& inimicis eccleſiæ.

Caſtrutij mors.

Galeatij obitus Aug.mẽſe A.C. 1328

Pſal.36.

Pſal.72.

Eccleſiæ hoſtes malè pereũt.

Florentini verò de maximis periculis liberati maximas Deo habuerunt gratias:qui de ſe, & ſua virtute gloriantes humiliauit : & mœrentes ſoſpitate erexit.A Caſtrutio verò duo filij derelicti ſuperſtites,Arrigus & Galleranus.Eos quia tenera adhuc ætas tantæ molli impares reddebat,ſub matris amicorumque tutela pater dimiſerat.Hi igitur celato obitu Piſas nouis copiis occuparunt, veriti ne Piſani recognita rebellandi conſilium ſumerent. Neque vana erat ſuſpitio.Nam Piſani dominatum Caſtrutij haud æquo animo ferebant,facultatem omnem arrepturi[qua illius iugũ poſſent excutere.]Decurſa igitur vrbe,ac populo aliquot locis fuſo cum dominatum vi & armis adoleſcentulis confirmaſſent.Tunc deinde patefacta eſt mors, & funus omni magnificentia peractum. Nuncius autem ad Ludouicum de morte Caſtrutij venit: cũ adhuc in colloquio claſſis eſſet. Ex hoc mutato repentè conſilio omnibus poſthabitis curis per maritima Piſas contendit. Florentiæ auditus Caſtrutij obitus inter ſpẽ & metũ vix credibilis videbatur.Mox vt magis ac magis confirmatus eſt verſis in lætitiã animis,nó iã de repellẽdo:ſed de inferẽdo bello cogitabãt.Hoc enim vno acerrimo hoſte ſublato,Ludouicum iam,& cæteros hoſtes contemnebant. Vnde & eductis copiis Carminianum adorti inuadere, acriter dimicantes,& ſi eſſet benè munitum oppidum, tamen non poſt multos dies & caſtrum & arcẽ eius fortiſſimam ceperunt,qui in ea erant incolumnibus abire permiſſis, ac etiã pecunia data.

Iob.5

Piſæ Caſtrutij filiis ſubuciuntur.

A.C. 1328.

Florentini animos reſumunt.

Ludouicus Bauarus Antipapam erigit.Ioannes Villanus.

§. IX.

AD ſuperiora tempora aliquantulũ redeũdo ad inſinuandam temeritatem ac ſuperbiam Ludouici.Cùm Romæ adhuc eſſet ipſe Ludouicus coronatus à Sciarra,vt dictum eſt nefariam rem aggreditur. Falſum Romanum pontificẽ præſumpſit erigere antipapam, priuato ſua ſententia Ioanne vigeſimoſecundo eiuſdem ſedis vero antiſtite. Quod ludibrium barbari veſaniqué hominis ſacra fidelium eccleſia nó recepit, tantũ fautores quidam perfidiæ eius eum receperunt:qui meritò ab vnitate fidelium ſequeſtrati ſunt.Addixerunt ſe quoque huic furori complures apoſtatæ, rebelléſque religionum,ac omnis ſentina reproborum clericorũ. Ipſe verò falſus pontifex ſibi cardinales creauit ac cætera veri pontificis officia æmulatus [a] Ludouicum Bauarum in imperio confirmauit. Ita falſus imperator,& falſus pontifex ſibiinuicem authores dignitatis fuere, altaria ſacraſque vrbis ædes mutuo profanantes,qui poſtea Piſas adueniens recognouit errorem ſuum, confeſſus & abiurans ipſum,& ductus Auenionem coram Ioanne. xxij. venia petita in carcere per triennium manſit,vbi & mortuus eſt.

ſup.§.6.

Antipapæ fautores quales.

Ludouicus autem poſt mortem Caſtrutij, vbi Piſas aduenit,ſummaque gratulatione receptus eſt,quo beneuolentiam ſibi conciliaret,ac ſpem dominatus Caſtrutianis auferret Tarlanũ equitum Aretinum,fratrem Guidonis præſulis cui amicitiam cum Piſanis & odium aduerſus Caſtrutium fuiſſe diximus,ciuitati præfecit. In cæteris quoque non ſatis pacato corde in Caſtrutij filios eſſe videbatur.Quamobrem illi primò timentes,Lucæ portas claudebant:nec quẽquam ab illo proficiſcentem intrare vrbem patiebantur.Demum lenita ira cum adoleſcentiũ

a *Ludouicus Bauarus coronatus eſt iterum Romæ in Baſilica S. Petri à Nicolao. 5. Antipapa die Pentecoſtes 11.Cal.Iunij A.C.1328. Onuph. Sic igitur verum eſt,quod hoc D. Anton. aſſerit Ludouicum fuiſſe ab hoc falſo pontifice confirmatum,quia ab ipſo iterum conſecratus extitit.*

mater

A.C. 1329.

mater grandia ferens munera Piſas ad eum ve-
niſſet,natoſque ſuos illius fidei commendaſſet
Lucam proficiſcitur. Ibi per eius præſentiā in-
ſurgēte plebe,ac tyrannidem Caſtrutiarum in-
cuſante,gubernationem adoleſcentibus ademit
& quemdam ex proceribus ſuis Lucæ præſidem
impoſuit,ſimulque magnam pecuniæ vim Piſa-
nis Lucenſibuſque imperauit, quaſi mercedem
tyrannidis ſublatæ.

Carolus Apuliæ regis filius Neapoli moritur, 6.Id. Nou. A.C. 1328.

Dum hæc in Hætruria geruntur,Carolus Ro
berti regis filius morbo correptus apud Neapo
lim obiit,ciueſque Florentini,eius imperio libe
ri,remp. ex integro capeſſentes, bona iam ſpe
gubernationi incubuerunt.Et ſanè iampridē o-
dio fuerat Apulorū & Campanorum auara cupi
ditas cuncta ad rem pecuniariam referentium.
Quamquàm autem profuerit in multis regiæ
domus fauor,attamen(quod negari non poteſt)
inexhauſta quædam pecuniarum materia Flo-
rentia illis fuit,vt ſi quis à Carolo primo Siciliæ
rege ad hunc modo alterum Carolum, quem
diximus pecunias numeret,ſupra fidem ſupraq;
modum videatur populum vnum tantis oneri-
bus ſuffeciſſe.Igitur liberam tunc ciues reipub.
adminiſtrationem complexi,quæ neceſſaria fue
runt,prouiderunt. Magiſtratuum ſortitiones ex
delectis comprobatiſque hominibus in bienniū
deſtinatæ.Concilia duo rebus maioribus decer
nendis conſtituta,alterum merum populare,al-
terum mixtum ex nobilitate & plebe:quod cō-
mune vocitatum eſt. Ab his ſimul vexilliferis
ſocietatum taxatum eſt menſium quatuor tem-
pus cum primo ſex durare conſueſſet.

Florentini ſuā ipſi curant rēpu.

Germani equites Ludouicum deſerunt. Blon.ibid.

§. X.

PER hoc ipſum ferè tempus coorta in Lu
douici exercitu ſeditione, ad octingentos
Germani equites ab eo defecere,qui Piſis egreſ
ſi cùm Lucam occupare conſtituiſſent, paruo
temporis momento re ante cognita, prohibiti
ianua ſunt.Excluſi itaque Luca,ac ſpe fruſtrati,
cuncta circa vrbem loca hoſti rapina fœdaue-
runt.Mox in proximum euadētes collem, apud
Cerulium munitum quōdam à Caſtrutio locū
ſtatiua poſuerunt. Grauis profectò vicinitas a-
micis & inimicis prorſus formidata. Hi miſſis
Florentiam legatis,fidem operamque ſuam pol
licebantur.Frequenter de his rebus conſultatū
eſt,tandem re infecta relicta:illa maximè ratio
ne,quòd periculoſum videbatur Germanis ho-
minibus,& ſub hoſte militare aſſuetis rem ciui-
tatis committere. Cæterum horum transfugiū
ac diuturna, iiſdē locis incubatio:maximarum
poſt hæc nouitatum ſemina peperere. Ludoui-
cus enim horum diſceſſu ſollicitus lenibus pri-
mò verbis Germanorum iram placare nixus,
vbi duriores ſenſit, Lucæ cui illi imminebant
timere præſides mutare,Caſtrutij filios amoue-
re, omnia penè ſuſpicionibus mutare perrexit
cōtra Germanos qui caſtra iis locis tenebant Lu
douico infenſis ac nocendi occaſionem expe-
ctantes.

Per extremum illius anni Caſtrutij filij,quos
A in priuatam formam redactos à Ludouico dixi-
mus,militibus centurionibuſque,qui ſub patre
militauerant magno numero coactis,Piſtorium
occupare conati ſunt. Præſidium Ludouici in-
tra vrbem erat,non tamen ita validum, vt eſſet
pertimeſcendum.Ingreſſi itaque Piſtorium Ca-
ſtrutiani, cū pleraque ex improuiſo peruaſiſſēt
loca:inſurgentibus ciuibus vrbe pelluntur.

A.C. 1329. Caſtrutiani Piſtorio quod occupare nitebantur excluſi. ſup.§.9.

Eodē anno conſpiratio coniurationis Floren
tiæ deprehenſa eſt facinoroſorum hominum,
qui incendere vrbem,ac prodere hoſti cogitaue
rant.Res tota iam compoſita ferebatur,vt con
B ſtituta nocte quatuor vrbis locis de induſtria
incenſis,dum ad illa reſtinguenda ciues intenti
eſſent:coniurati portam effringerent, hoſtemq;
ad hoc ipſum ex compoſito paratum acceſſi-
túmque reciperent.Id excogitatum compoſi-
tumque per id tempus,quo Ludouicus & Ca-
ſtrutius venturi ad vrbem credebantur:& mini
ma de plebe hominum ad facinus patrandum
cooperata manus. Repertæque ſunt ædes ali-
quot malleolis conſtipatæ:quo promptius vali
diuſque corriperentur incendia.Sed de prodito
ribus ſupplicio ſumpto ciuitas conquieuit.

Proditio contra Florentiā facta detegitur.

C

Ludouicus in Italia variè vexatur. Blondus ibid. A.C.1329.Nota quàm proſperè excommunicatis principibus omnia cedant.

§. XI.

PRINCIPIO inſequentis anni, vt ſcribit
Leonar.in vj.lib. hiſt. Floren. Ludouicus
quoniam Germani equites, qui ab eo transfu-
gerant, omnibus cœptis cogitatiſque obſiſte-
D re videbantur,nec promiſſæ ab Actio pecuniæ
comparebant,quo his proſpiceret incommodis
tranſire in Galliam citeriorem ſtatuit. Relicto
itaque Piſis falſo pontifice,cum omni hæretico
rum apoſtatarumque ſentina,ſcilicet antequā
captus duceretur ille antipapa Auenionem
vt dictum eſt,cùm per agrum Parmenſem deue-
niſſet in Galliam exiſtimaretque ſubitò Piſas re
uerti,maiora quàm putabat in Gallia impedi-
menta offendit. Actius enim illius perfidiam
in paterna dudum euerſione expertus parere
noluit aduentanti, ſed Mediolano cæteriſque
oppidis excluſit,quare bello in his locis neceſſa
E riò eſt implicatus.In Hetruria verò poſt eius di
ſceſſum varios caſus varióſque euentus res ſu-
ſceperunt.

Germani verò quos in colle imminenti Lu-
cæ diximus conſediſſe, haud multò pòſt eius
tranſitum in Galliam Marcum vicecomitem
quem à Ludouico miſſum pro obſide retinebāt
ſibi ducem præfecerunt. Huius maximè opera
atque ingenio freti tandem Lucam occupant,
intromiſſi per arcem à veteranis, qui cuſtodiæ
præerant. Mox per legatos Florentiam miſſos
obtulerunt eam ſe vrbem dedere velle.Duo au-
F tem ab eis poſtulabantur. Stipendiorum anti-
quorū diſſolutio, ea ſumma erat auri millia cir
citer octoginta. Secundò pro Caſtrutij filiis
præcipua quædam,his námque & amicitia erat

Germani Lucam occupant.

A.C. 1323.

Deditque licentiam Ioannes papa per literas apoſtolicas, communitati Florentiæ ad requiſitionē oratorum Florentinorum, vt poſſent clero diœceſis Florentinæ imponere viginti millia Florenorum in ſubſidium ad complendum opus mœnium ciuitatis. Quæ quantitas exacta fuit vſque ad medietatem cum magno ſcandalo: Nec tamen in opera illa cōceſſa eſt pecunia exacta, ſed in alias occurrentes neceſſitates communicata, vnde ad querelam cleri, & epiſcopi Florentini, papa Ioannes prohibuit proſequi exactionē reſidui, ſcilicet decem millium.

Tēpeſtas in mari grauis oritur.

In mari magno vltra Conſtantinopolim tēpeſtas valida orta eſt, adeo vt circa centum nauigia magna fracta ſint: vnde magna damna ſecuta ſunt mercatoribus propter mercimonia perdita, & multi perierunt.

Spiritus ſe ſe prodit.

In prouincia Prouinciæ in ciuitate dicta Aleſco circa illud tempus hoc accidit mirum, vt refertur in chron. Apparuit quidam ſpiritus, qui aſſerebat ſe eſſe animam cuiuſdam, qui de propinquo mortuus fuerat in ciuitate illa. Verum autem audiretur tantū & non videretur, vel videretur, & in qua ſpecie appareret, non clarè habetur. Mira hic ſpiritus referebat de alia vita, & de purgatorio. Prior autem conuentus ordinis Prędicatorum qui erat in illa ciuitate vir venerabilis conuerſationis, acceſſit ad illum: occultè ſecum deferendo ſacramentum corporis Chriſti ad obuiandum fraudibus diaboli, ſi fortè eſſet opus eius. Et cùm dictus prior examinaret illū & adiuraret in præſentia plurimorum hominū hoc cognoſcens ille ſpiritus, dixit priori. Tu habes tecum verum Deum ſaluatorem mundi.

Spiritus veritatē Euchariſtię agnoſcit.

Sub adiuratione verò inquiſitus, plura ſecreta manifeſtauit. Addens demum, quòd propter merita eius, & fratrum citò haberet requiem. Spiritus hominis eſſe potuit, id eſt, anima ibi ad pœnam deputata ad tempus, vel etiam ſpiritus malignus ad aliquā deceptionem faciendam, nec mirum, quia occulta reuelabat. Multa enim ſciūt nobis omnino ignota.

Dæmones quomodo occulta nouerunt.

De nouitatibus, quæ acciderunt anno domini 1323. vel circa, in diuerſis partib. mundi etiam infidelium. Genuenſes pyraticam facientes à Pyrata Turcarum capiuntur & trucidantur. Ioan. Vill.

§. IX.

Menſe Iulij Genuenſes Guelphi cum decem galeis corū more pyratarum, diſcurrentes per Rumeniam (vel Romaniā) quotquot inueniebāt amicos, vel inimicos capiebāt, & eorum ſubſtantias prædabantur. Per hunc modum præda acquiſita aſcendere exiſtimabatur ad trecenta millia florenorum, & in tali circumitu totius magni maris ſocietatem inierunt cum Cerabio de Synopia, qui erat magnus Admiraldus in Turcia. Reuerſus autem ad portum Synopiæ ille Admiraldus recepit eos honorabiliter, præparauitque eis magnum conuiuium & feſtum, vt induceret eos ad deſcendendum in terram in eo portu. Quod cùm feciſſent

Feſtum, i. læta exceptio.

A.C. 1323. Turcorū in genuenſes perfidia.

A & ſolenniter epulati eſſent, finito prādio, ex inſidiis egreſſi ſunt (prout ordinauerat ille proditor Admiraldus) multi Turci, qui inſurgētes in eos, inermes & improuiſos ceperunt & occiderunt, ac galeas eorum cum omni ſubſtantia tam opulenta rapta ſibi arripuerunt. Tres tantum galeæ ex illis decem euaſerunt. Remanſeruntq; capti vel mortui ibi circa quadraginta viri ex nobilioribus Genuenſium, & mille quingenti ex aliis. In quibus impletum eſt illud Iſaiæ frequenter contingens. Væ qui prædaris, nónne & ipſe prædaberis? Cùm conſummaueris prædationem, & tuipſe prædaberis.

Eſaiæ 33.

Excluſiæ oppidum inceditur.

B Eo tempore in Francia cùm verteretur quæſtio inter comitem Flandriæ & Brugenſes ex vna parte, & comitem Namurci auunculum ſuū ex parte altera, quia comes Namurci tenebat villam & portum Excluſiæ, quam prætendebat comes Flandriæ ad ſe pertinere, quæ villa valdè erat in hominibus & rebus multiplicata propter bonitatem portus eius, comes Flandriæ cū Brugenſibus vnitus profectus eſt hoſtiliter contra dictam villam, & vi armorum illam ſepientes ceperunt, & interfecerunt plurimos. In qua
C habitatores erant circa mille quingentis ſine aduenis & nauigantibus. Ipſamque villam incēderunt, & portum eius capta ſubſtantia eius. Sed & comitem Namurci ceperunt, & prædati ſunt.

Grauis in Francia & Italia infirmitas.

In Francia & Italia quaſi vniuerſaliter menſe Auguſtini, ex fauonio vento perflante infirmati ſunt penè omnes algore, cum febribus & dolore capitis, tam viri quàm mulieres. In omnib. ciuitatibus Italiæ & Franciæ fuit plaga iſta, ſed cum hac differentia, quia in Italia pauciſſimi perierunt ex illa infirmitate, in Francia autem multi.

Veneti anglos opprimunt.

Menſe decembris cùm Veneti cum ſeptem galeis de Flandria multa mercimonia deferrent
D Anglici cum vigintiquatuor nauigiis aggreſſi ſunt eas ad prædandum: Qui viriliter ſe defendentes contra Anglicos non ſolum euaſerunt, ſed Veneti debellauerunt eos captis decem ex illorum nauigiis, & plurimis Anglicis interfectis.

Flandri rerū nouarū cupidi aduerſus nobiles inſurgunt.

In illo tempore populus infimæ conditionis Flandriæ, qui ſcilicet erat circa brugas ſe rebellarant, & ſeditionem fecerunt contra nobiles illius regionis, præfeceruntque ſibi vnum ex popularibus, vt capitaneum, quem nuncupārunt Conticinum, & in furore ſuo diſcurrentes per patriam illam, incenderunt omnia fortalitia nobilium, plurimoſque eorum ceperunt, &
E carceri mancipauerunt. Cauſa huius fuit, quia nobiles nimis grauabant plebeios taleis propter ſolutionem faciendam regi Franciæ à Flandrenſibus ſecundum conuentionem factam inter regem ipſum & Flandrenſes in confectione pacis inter eos. In tantum autem creuit dicta coniuratio, quòd tota prouincia contaminata eſt, nec obediebant comiti Flandriæ domino ſuo legitimo. Et ſequenti Februario populus ille infimus, ab extra congregatus, & cum adiutorio populi, qui erat Brugis, diſcurrerunt
F per terras Burgenſium, multos occiderunt ex eius maioribus, & mutauerunt ſtatum illius dominij ad votum eorum.

A.C. 1324.

Ipſo

A. C. 1325.

Ipſo anno Piſani ordinauerunt claſſem quinquaginta duarum galearum armis benè fultam, & alia etiam lignamina cum quingentis militib. Italicis & Teutonicis, & duobus millibus balliſtariis Piſanis. Huius capitaneus fuit dominus Manfredus, filius domini Nerij dominatoris Piſarum. Ex portu igitur piſano nauigarunt vſque in Sardiniam, vt ſuccurrerent cuidam ciuitati ſeu caſtro quod adhuc tenebant Piſani in dicta inſula, quod dicebatur villa eccleſiæ, & iam per octo menſes obſeſſum fuerat à domino Alphonſo filio regis Aragonum, qui iam quaſi totam illam inſulam acquiſierat. Et applicantes in Sardiniam, inuenerunt dictum caſtrum filium regis Aragonum in deditionem accepiſſe per dies decem & octo antequam applicarent ex diutina obſidione. Indeque filius regis proceſſerat ad obſidendum aliud oppidũ Piſanorum, quod dicebatur caſtellum caſtri Piſani. Piſani igitur deſcendentes in terram, contra copias Aragonenſium congreſſi ſunt in bellum. Et poſt durum certamen demum Piſani ſuperati & debellati ſunt interfecto eorum capitaneo, ac aliis præcipuè Teutonicis occiſis in multitudine numeroſa. Piſani autem citò è prælio egreſſi fugientes in caſtellum illud ſuæ ſaluti conſuluerunt. Et cùm Aragonenſes galeas ſuas haberent in portu illius caſtelli, concatenauerunt eas, vt procederent contra galeas Piſanorum, & impedirent diſceſſum eorum. Quod præſentiẽtes Piſani per galeas fugã inierunt, dimittentes alia nauigia in portu onerata victualib. armis & aliis opportunis quæ omnia Aragonẽſes ceperunt. Hæc autem victoria contra eos multum attriuit vires & ſtatum Piſanorum qui expenderant in dicta claſſe circa ducentamillia Florenorum. Sed & metus pauor ex diſſenſionibus ciuiũ, & vicinitate Caſtrucij, ne quando dominium caperet, ſicut deinde contingit.

Piſanorũ vires vbi maximè attritæ.

In Longobardia tamen dominus Raimundus capitaneus copiarum eccleſiæ cum mille equitib. & peditib. plurimis egreſſus è Montia, proceſſit cõtra oppidũ, & pontẽ Varij, iuxta flumen Addæ, & cœpit illud. At dñs Galeatius & dñs Marcus de vicecomitibus hoc audito, cum mille ducentis equitib. Teutonicis, & peditib. quaſi innumeris, egreſſi de Mediolano venerũt ad obſidionem dicti oppidi Varij. Sed dominus Raimundus attendens illud oppidum non ſufficienter prouiſum victualibus cum ſuis copiis egreſſus caſtellum proceſſit cõtra hoſtes, & aſpero certamine inter eos inito, gentes eccleſiæ in ipſo prælio ſuccubuere. Captique ſunt dominus Raimundus capitaneus, duo conneſtabuli Florentini omni gentis pluresque alij homines ſtrenui capti, aut interfecti vel ſubmerſi ſunt in fluuio. Dominus Henricus de Flandria captus à Teutonicis, ſed redemit ab illis. Qui verò per fugam euaſerunt, Montiam cum confuſione redierunt. Dominus verò Raimundus etſi Mediolani in cuſtodia detineretur, fugam ſecretò arripuit veniens Montiam.

Eodẽ anno mẽſe Februarij Tartari Gaſariæ & Ruſſiæ cũ exercitu trecentorũ millium equitum venerunt vſque Conſtantinopolim, & citra per aliquot dietas omnia diripientes & vaſtantes quæ occurrerunt eis, & demorati ſunt ibi vſque ad menſem Aprilis ſequentem ad conſumptionem Græcorum in rebus & perſonis, ita vt centum & quinquaginta millia illorum Græcorum fuerint partim occiſi, partim in captiuitatem ducti. Nempè ex defectu victualium coacti ſunt recedere de partibus illis, & ad ſolum proprium redire. Nec eſt incredibile tantam fuiſſe multitudinem equitum adunatam, quoniam omnes Tartari equeſtres incedunt, ſine frænis, & ferramẽtis pedũ. Quorũ equi parui ſunt & ex herbis paſcuntur abſque alio blado. Et viuunt ipſi Tartari ex piſcibus, & carnibus male coctis, & modico pane, & lacte animalium ſuorum, quæ ſecum ducunt pergentes in bellum, & in campis habitant, parum ciuitates vel oppida ingredientes. Iuſto autem Dei iudicio Græci ſic flagellati ſunt ab inimicis Dei, ſcilicet infidelib. quia ipſi Græci facti ſunt inimici Dei, diuerſis ſchiſmatibus & hæreſibus pluries ad veritatẽ redeuntes, & citò ad vomitum reuertentes.

Tartari quomodo tãtã multitudinem equitum habeant. Bladum quodlibet genus grani hominũ vel animalium apti.

Ludouicus Bauarus imperator anathemate percutitur.

§. X.

PAPA Ioannes ea tempeſtate excommunicauit Ludouicum Bauarum imperatorem, quia fauebat Mediolanenſibus contra eccleſiam bellantibus, niſi intra trimeſtre ſe perſonaliter ſedi apoſtolicæ præſentaſſet. Prædicari etiam fecit publicè crucem contra vicecomites Mediolanenſes concedens indulgentiã plenariam bellantibus contra illos vel bellatores mittentibus per annum. Cùm autem Montia eſſet obſeſſa à Mediolanenſib., Galeatio & aliis qui intus erãt pro eccleſia, videlicet dominus Henricus de Flandria egreſſus cum ſuis contra hoſtes, fugarunt eos, capientes & comburentes turres ligneas hoſtium, & alia propugnacula, multa damna inferentes hoſtibus ipſis, qui ſe elongarũt à ciuitate per milliare. Sed quia capitaneus imperatoris, qui Mediolanenſibus auxiliabatur, de mandato domini ſui receſſit, ne contra eccleſiam militaret, cæteri ſcilicet Galeatius cum aliis reuerſi ſunt Mediolanum.

Tunc etiam ciuitas Spoletana obſeſſa à Peruſinis & gentibus eccleſiæ iam per biennium, demum ſe reddidit eccleſiæ & Peruſinis, ſaluis perſonis eorum. Primi autem qui ingreſſi fuerunt, fuerunt gentes Florentinorum & Senenſium: qui operam dederunt, vt prædæ non fierent in ciuitate, nec aliæ contumeliæ. Peruſini poſtea intrantes reformarunt ciuitatem ad imitationem partis Guelphæ eam conſtituentes ſibi diſtrictualem.

Spoletum Eccleſiæ deditur.

Diſtrictualem .i. ſuæ Iuriſdictioni ſubditam.

Cum in ciuitate Typhernate (quæ nunc dicitur ciuitas Caſtelli) tyrannice dominaretur Dominus Brancha de guelfuccis: quidam ex ciuibus partis Guelphæ vt Brancha repelleretur à dominio, tractatum fecerunt cum epiſcopo Aretino, qui erat partis Gibellinæ armis deditus, vt traderent ei ciuitatem. Quod & fecerunt, proditoriè de nocte tradentes copiis Aretinorũ miſſis cum germano epiſcopi præfati vnam ex portis, per quã ingreſſi diſcurrerunt per ciui-

Typhernũ à Gibellinis capitur. Blon. ibid.

A.C. 1322.

A tatem,& vi armorũ eiecerunt dñm Brãchã : ex vrbe,ac etiam omnes Guelphos cũ illis, qui eis dediderãt ciuitatem,& reformarunt ciuitatem modo ſuo ad ſanctam Gibellinorum. Ob eam rem Peruſini, Eugubini, Vrbeuentani, Senenſes, Bononienſes, miſerunt oratores ſuos & Florentiæ ſimul conuenerunt : colligantes ſe omnes vnà cum Florentinis ad procedendum in bellum contra ciuitatem Caſtelli & epiſcopum Aretinum, vnaquaque communitate proportionaliter auxilia bellatorum deſtinante.

Pontifex verò Romanus commotus ob Typherni occupationem à præſule Aretiniſque factam cùm fruſtrà aduerſus eos minas cenſuraſque exercuiſſet, (quia non curabant) tandem Cortonium antiquum oppidum, à præſulatu Aretinorum abſcidit, ac illi proprium epiſcopum dedit Raincrium Beordilium è familia nobili. Is ergo cum in diminutionem ciuitatis Aretinæ procuraſſe abſciſſionem eius videretur tanta repente indignatio apud Aretinos orta eſt, vt domos Vbertinæ gentis (ex qua is erat) inuaderent & caſtella eorum peruaderent. Et cùm Laterinates propter vicinitatem gentis ad fauorem eius inclinari viderentur, & aliæ cauſæ indignationis ſupereſſent, ad obſidendum illud cum multitudine Aretinorum præſul profectus eſt, & illud captum ad ſolum vſque euertit. Poſt hæc Sabinum cum copiis epiſcopus pergens non ratione Cortonij, ſed ſtudio partium illud cepit, & ad ſolum etiam euertit.

De bellis Florentinorum profligantium Caſtrutium & conſilio eorum, an exteri ſint reducendi.

CAP. XI.

Blon. hæc idẽ habet l.9.dc.2.

DE iis, quæ acciderunt Florentiæ Ea tempeſtate (vt ſcribit Leonar. in hiſt. Floren. lib. v.) Caſtrutius dominus Lucenſium, præter omniũ expectationem cum exercitu profectus, non longè Prato minabundus conſedit. Ob repentinum verò eius aduentum, cũ tumultus maior concitatus fuiſſet, ac fuga agreſtium paſſim fieret, Prato quoque metueretur, Florentini bello indicto taberniſque tota vrbe clauſis, populariter ferè ſunt contra illum egreſſi: vt eſſent intra paucas inde horas in armis peditũ ſupra viginti millia, equites verò vrbani ad duo millia. Hæc omnis multitudo raptim Pratum deducta, contra hoſtem oppoſita ſtetit. Caſtrutius apud Auiolum vicũ caſtra ſua habebat. Qui poſtquam tantam multitudinem tam ſubitò aduerſus ſe veniſſe conſpexit, etſi longè impar tantis copiis, tamẽ ſimulata fiducia quaſi in craſtinum pugnaturus hoſtem diſtinuit. Mox per noctis ſilentium tranſgreſſi Vmbronæ per agrũ Piſtorienſem abiit: nec prius intermiſit iter, quã ad Serram oppidum ſe recepit.

Cùm exorta lux vacua hoſtium caſtra patefeciſſet, variè apud Florentinos certatum eſt. Plebs enim, ac omnis vrbana multitudo ſequendum è veſtigio hoſtem cenſebat. Nobilitas autem, ſiue indignatione aduerſus plebem, ſiue quòd experta, & bellorum gnara in ſubitaneo collectitioque milite non multum ſpei collocandum putabat reducendum tunc domum copias, & alio ſi videatur tempore ſociis conuocatis apparatuque ſolenniter facto vadendum, in agros hoſtium ſuadebat. Cùm varietas ſententiarum diſcordias induxiſſet, ac plebs fidem nobilitatis, nobilitas verò temeritatem, veſaniamque plebis incuſaret, odia grauiter exarſere. Itaq; mittere Florentiam placuit & ad priorum voluntatem rem integram referre. Ea relatio in vr-

A.C. 1322. Magna inter Florẽtinos altercatio.

B be quoque apud eos, qui domi remanſerãt contentionem accendit, variantibus ſententiis non priorum modo, ſed & aliorum ciuium, donec inſurgente puerorum multitudine, ac nimia de plebe turba per compita, & forum exclamantiũ prælium, prælium, profectio decernitur.

Expeditio contra Caſtrutium irrita.

Profectus eſt igitur exercitus incredibili multitudine. Nam præter vrbanam turbam quæ tota ſe ad id effuderat, ex agro paſſim omnes properabant, & ſociorum auxilia frequẽtiſſima ad primum hoſtis aduentum percita ſuperuenerãt. Cùm autem circa Fuccium perueniſſent &

C nobilitas, quæ diſſuaſerat, tantummodo ſequeretur, ſigna curam verò ac ſtudium cõmeatus, cæterarumque rerum authoribus profectionis relinqueret nec opportunè quicquam ageretur re ipſa iam vanitatem cœpti arguente, ſuſcepta temerè expeditio irritatur. Itaq; tantæ ſimul copiæ nec hoſtile intrarunt ſolùm nec quicquam omnino profecerunt: ſed pleni incuſantium iniuriarum, alij alios culpãtes domũ reuerſi ſunt. Domi deinde contentiones vehementiſſimæ ab exercitu hauſtæ ex data exulibus fide. Supremũ enim Caſtrutij aduentum, cùm Prato imminere

D nunciatum eſſet, ac prælium futurũ crederetur exulibus promiſſa reductio eſt, ſi modò in caſtris armati contra hoſtem adeſſent. Ob eam rẽ ingens manus exulum in caſtra confluxerat. Ortis mox inter ciues diſcordiis, & vſque Fuccẽiũ exercitu producto cùm inde Florentiam malè concordes remearent, iniecta exulibus ſuſpicio eſt: ne promiſſa eis ſeruarentur. Nec deerant qui commonefacerent, vt ſibiipſis proſpicerẽt. Quamobrem commoti exules anteuenire exercitus reditum ſtatuerunt. Itaque ſub vexillo

E celerius profecti ad vrbem contenderant eo cõſilio, vt armati ingrederentur. Ciuitas diſcordiarum contentionumque exercitus gnara, ſtatim vt venire exules nunciatum eſt, veriti ne ad res nouandas præmiſſi eſſent, ſumpſit arma, ac venire in vrbem prohibuit. Quare excluſi exules antè portam conſedere. Tandem poſtera die cùm reliquus exercitus aduẽtaret veriti ciuium vim retro abiere: Pratique conſiſtentes, rogare iam inde verbis cœperunt, quod ante flagitauerãt armis. Eius rogationis gratia octo exulum legati fide publica in vrbem venerunt iiſque nobilitas fauebat. Nam & erant quidam inter exules ex præcipuis familiis, & magna clientũ manus

De reducendis in vrbẽ exulibus contentio.

F hominum facinoroſorum quibus plurimũ nobilitas vtebatur. His de cauſis fauor erat nobilitatis in reducendis exulibus propenſiſſimus. Priores quoque, qui authores pollicendi fuerant, repræſentandum exulibus promiſſum, neque fraudãdos fruſtrandosq; homines publica fide clamitabant.

A.C. 1324.

clamitabant. Atqui plebs infenſa partim conſuetudine obtrectandi, partim ira turpiter reducti exercitus poſtulationi aduerſabatur. Deniq; cũ his de rebus magiſtratus referret, introducti exulum legati huiuſmodi orationem habuerunt.

Exulum ad Florentinos oratio pro ſua reductione. Leonar. Aret.

§. I.

SI de exilio noſtro, aut de conditione ſingulorum diſſerendum foret, alia nobis dicendi ratio, aliaque oratio proponeretur. Nunc autem qualeſcunque tandem ipſi ſimus, cum talibus promiſeritis, ſimplex nobis poſtulatio ſufficiet. Fidem publicam, quam ſub aduentu hoſtium nobis ſpopondiſtis, nunc amotis eis, omniq; terrore depulſo, præſtari nobis flagitamus. In hac verò poſtulatione noſtra, ſi quis fortè ſubſiſtit: neceſſe eſt eo adduci, quòd aut promiſſum neget, aut à nobis impletũ aut ſi vtrumque factum ſit, tamen non eſſe ſeruanda promiſſa ciuitatis contendat. Horum duo prima docere noſtrum erit, tertium in veſtra æquitate, ac in ciuitatis pudore repoſitum eſt, quamquàm quis eſt qui de horum quoque ambigere poſſit? Quis neſcit promiſſum? Quis ignorat publicatũ? Quis non ita proclamatum: vt non Florentiæ modò, ſed per finitimas quoque vrbes vox ciuitatis exaudiretur? Atqui in rebus quandoque ciuilibus alterius ad alterum promiſſio fit, ſecreta quidẽ ac minimè vulgata, qui etſi eſt æquè ſeruanda, poteſt tamen à multitudine ignorari. Hic autẽ nihil eſt tale. Cur enim ciuis ignoret, quod in ciuitate factum peregrini etiam ſciunt?

Exules cõditionem ſponſionis ſe impleuiſſe probant.

Sed quid in eo moramur, quod Priores viri clariſſimi fatẽtur, & ciuitas conſcia veritatis nõ negat? Id credo eſt dubium, in caſtriſque fuerimus aduerſus hoſtes, quæ fuit conditio in promiſſione adſcripta. In nos & literis ſigilliſque veſtrorum ducum, & mille inſuper teſtibus docemus. Et quis fuit in exercitu ciuium noſtrorum, qui nos non viderit in frõte contra hoſtem collocatos? qui non præliandi cupidos? qui nõ pro victoria deuotos? cùm pro tanto beneficio in nos collato, etiam ſi foret oppetendum, vix ſatisfactum merito de nobis veſtro putaremus. Nos enim vitam pro patriæ victoria, ſi in conflictu hoſtis, quàm fuga experiri virtutem maluiſſet, non forti modo, verumetiam libenti animo impenſuri eramus: ac neque corporibus neque animabus noſtris parcituri. Poſt fœdã verò illam degeneremque hoſtis fugam, & confeſſionem timoris ſui, ſigna publica ſecuti, quocunque duxere duces veſtri nuſquam diſceſſimus. Quod ſi duces ipſi non eo ſunt profecti, quo proficiſci optaſtis, quis nobis id ſuccenſeat? Neque noſtrum erat ducibus præcipere, ſed eorum præcepta expectare, & ſequi. Quod ſi certè deſideriũ noſtrũ valuiſſet, etiã hodie hoſtile ſolum calcaremus. Quare cũ & promiſſum à ciuitate, & à nobis quę in conditione fuerũt impleta fuerint, vos iã quid fides veſtra, quid grauitas exigat videtote. Nam nos quidem in hac parte vobis loqui pudor impedit: cum iniurioſum ſit vel dubitare ſolum de ciuitatis fide. Poſtquam legati exulum, auditi ſunt, è curia excedere iuſſis conſultari cœptum eſt. Nobilitas ferme omnis, & magiſtratus ſeruandam fidem publicam ſuadebant: & tum precibus exulum, tum propinquorum interceſſionib., multi mouebantur. At quidam ex iis, qui in cõcilio aderant, vir ſeueritatis priſcæ cùm tandem locum dicendi nactus eſt, ita fertur dixiſſe.

A.C. 1324. De exulum reductione variæ ſententiæ.

Aduerſus eandem exulum reductionem oratio. idem.

§. II.

SI reductionem tantummodo exulum legati poſtulaſſent, nihil plus eorum poſtulationi, quàm tabellam mei teſtem iudicij reſpondiſſem. Nunc autem cum eo ſpectet oratio eorũ vt & notam finitimis promiſſionem iactent: & dedecus perfidiamque ciuitatis redarguere pergant, non tabella reſpondere ſat eſt, ſed voce quoque eorum calumnia eſt confutanda. A ciuitate promiſſam reductionem aiunt. Quo tandem modo? quia Priores promiſerunt (inquiũt) publicauerunt ac ita proclamarunt vt etiam finitimi exaudirent. Mitte quæſo hanc verborum põpã. Ad ſolidam (vt ita dixerim) accede. Fateor promiſſum à Prioribus à ciuitate tamen nego. Date veniam quæſo, optimi præſides. Conſulendi enim facultas libera eſſe debet. Nec ego quicquam minus ex maieſtate veſtra, ſed maieſtatem populi aduerſus calumniam defendo.

Non eſt idẽ magiſtratus & ciuitas.

Nego, inquam, idem eſſe Priores & ciuitatẽ nec idem ſanè illorum decreta valere. Legibus enim ſic reipub. gubernatio à maioribus noſtris temperata eſt, vt ciuitas quidem, ſine vlla exceptione omnia poſſit, Priores verò ea tãtum, quæ ciuitas permiſiſſet. Quæro igitur nunquid prioribus permiſſa ſit exulũ reductio? Reſpõdebunt ipſæ leges non eſſe permiſſum. Qua ergo de re decretum ſolenne, ſi à Prioribus fieret, inualidũ eſſet, ea de re nuda pollicitatio valida erit. Et ſi decretum foret, nemo ſeruaret: promiſſum autẽ ſi non ſeruetur, ciuitatis fama læderetur. Natura ita comparatum eſt, vt factũ ſit, quã promiſſum longè robuſtius. Quorum igitur factum ſine vllo dedecore haberi irritum debet, eorum promiſſum, niſi ratum abierit, quę tandem infamia erit? Maiores noſtri in finiendo exilio non magiſtratus nutũ, ſed populi decretum expectari voluerunt, multis denique locis rem diſcuſſam & comprobatam eſſe prius. Magnum credo viſum eſt, & arduum, vt quẽ ciuitas velut facinoroſum & malum ciuem abiecerat, paulò pòſt reduceretur, vt bonus: Tũ, vt metu homines à facinorib. deterrerent, difficultates maximas reductioni oppoſuerunt, vt præter publica decreta populi conſenſus etiam inimicorum ſpectaretur. Quæ omnia ſalutaria ad ciuium quietem, ſtabilita legib. vſu cõprobata, moribus inueterata, iſti vna promiſſione euertẽda putãt: nec in vno aut altero exulũ, ſed in vniuerſa penitus multitudine.

Confutatio alterius partis.

At in exercitu fuerunt, contra hoſtem ſteterunt armati. Nõ hoc quæro, an fuerint in exercitu

A.C. 1324. tu,ſed illud quæro,reducendi ne ſint ſecundum leges. Hoc tu prius mihi ius proba, ego tibi, quod reliquum eſt per quàm facilè concedam, Quandiu verò id ad te probatum non ſit, etſi millies in exercitu fueris, nihilo magis cenſebo reducendum. Etenim ſi fuiſſe in exercitu tanti æſtimari debet, vt etiam contra leges ſint exules reducendi,quid dabimus quæſo ciuibus noſtris,qui nullo prius admiſſo ſcelere, nec cuiuſquam noxæ rei eodem in exercitu populariter affuere?Atqui ad hoc ſpectat oratio mea, vt etſi omnia cum laude ſint ab exulibus facta, tamen reducendi nõ videantur. Quid ſi poſt eam promiſſionem armati, contra patriam venerunt, ſi obſederunt portas? An huius populi memoriam tam cito excidiſſe putant?quo die illi relicto poſt ſe exercitu optimorum ciuium, ad patriam,quàm defenſoribus vacuam, reperire exiſtimabant, occupandam expugnandámque properarunt,adeò parum apud eos interfuit inter ciuem & hoſtem, quos niſi portæ & mœnia arcuiſſent, non verbis, vt nunc, ſed vulneribus & armis fuiſſet à nobis diſceptandum. Et hi niſi reducantur, fore ciuitatem in dedecore audent dicere, qui ſi reducantur maximum eſſe dedecus ciuitatis.Ego igitur,vt ſententiam com plectar meam breuiter exules reducendos minimè cenſeo, vel quia inualida fuit promiſſio, vel quia ſi valida eſſet,illo nouo crimine, quominus reduci debeant,effecerunt.

Exules qui in vrbem placidè admitti non potuerunt, vi in eam volunt irrumpere,

§. III.

CVM hæc pro exulibus, contráque exules dicta fuiſſent magiſtratus,quo voluntates ſingulorum elicerentur,tabellas conſultoribus dari iuſſit. Quæ cùm non ſatis proſperè exulibus reſponderent,& vrna iam ſæpius in caſſum circunlata homines fatigaſſet, dimiſſum deinde concilium eſt, magna cum eorum quærela, qui vtcunque promiſſum eſſet,repræſentandam exu libus fidem publicam ſuadebant. Cùm igitur inter ſe diſſentire ciues in ea re haud obſcurum eſſet,vocéſque liberius iactarentur,exules ſumpto ex fauore animo,vi redire in vrbem conſtituerunt. Ad hoc ſecurium magna vis præparatur,& tempus locúſque facinori deligitur.Tempus maximè illis placuit intempeſta nox, locus autem Fæſulana porta, per quam effractam irrumpere parabant. Quæ vbi maturè compoſita ſunt,dato inter ſe ſigno pluribus ex locis ad vrbem venerunt,ſed res permultis nota,clam eſſe non potuit.Itaque occaſo iam ſole,cum eius rei fama incidiſſet, murmur primò fuit, mox & arma ſumpta, vigiliæque nocte tota per vrbem actæ, ac ſingulis portarum turribus faces cum præſidio armatorum poſitæ. Quare aduentantes paulò pòſt exules, cùm detectam fraudem cognouiſſent, irrito cœpto abiere. Fuit autem exulum numerus ſupra mille quingentos.

Habetur de coniuratis quæſtio. Rem ab exulibus compoſitam non ſine conſenſu nobilitatis creditum fuit, & certè pro ve-

A ro habitum.Quocirca poſt repulſos exules agitatum eſt de coniuratis puniendis. In quibus cum vniuerſa nobilitas in periculum vocaretur nec punire omnes, nec impunitos relinquere placuit, ſed in principes tantum eius motus animaduertendum fore. Hos nemo cum accuſare auderet, priuatim concione populi aduocata,inaudito hactenus exemplo indictum eſt, vt ſinguli quem maximè putarent ſontem ex nobilitate ſchedulis inſcriberent, ſine authore, ſine nomine. Quibus tandem receptis lectiſque, compertum eſt nomina trium nobilitatis principum à pluribus delata, A.C. 1325.

B Americi Donati, Thechiæ Freſchobaldi, Lottoringhi Gerardini. Hi vocati ad magiſtratum ſub fiducia paruerunt. Interrogati autem de coniuratione requiſitos quidem ſe ab exulibus dixerunt, aſſenſum tamen nunquam præſtitiſſe. Ita non quaſi coniuraſſent, ſed quaſi non patefeciſſent, duobus millibus æris ſinguli eorum mulctati ſunt, ad breue inſuper tempus relegantur. De cæteris verò conniuentibus oculis tranſitum, ne infinita diſcordiarum inter ciues ſuſcitaretur materia.Ex hoc popularium ſtudiis ad rem- Qui coniurationẽ non detexerunt ære multãtur.

C publicam tuendam erectis,minora vexilla,quæ pennones vocant,maioribus adiunxerunt,& in populum dederunt, experri illo nocturno tumultu per commodum incidere, vt manente vexillo pars aliqua ſocietatis in opportuna loca ſub minoribus ſignis mitti poſſet.

Per ipſum tempus ſortitio magiſtratuum nouiter inſtituta eſt, cùm antea ſemper electio per ſuffragia obtineretur. Ea mutatio etſi parua tunc res opinione hominum viſa ſit, maximam tamen inclinationem reipublicæ attulit, mutata penitus gubernandæ ciuitatis forma. Magiſtratus Florentini ſortibus eligũtur. A.C.1325.

D Sortitio autem per hunc modum eſt inſtituta. Prioribus & collegis data poteſtas, vt eorum ciuium, qui digni viderentur eo munere, nomina in ſchedulis ſcripta comprobatáque loculo includerent.Inde cum tempus adeſſet magiſtratus deligendi, tunc ſorte nomina promerentur. Cuius deprômptum nomen eſſet, is foret magiſtratus, niſi lege vetaretur. Vetitum autem erat,ſi aut intra triennium eumdem geſſiſſet, aut frater cognatúſve aliquis in magiſtratu eſſet, his caſibus, vnde promptum eſſet, retrudebatur. Prima ſortitio in triennium, & ſex Vtilius ne ſortitione an ſuffragiis magiſtratus in rep. deligi.

E menſes conſtituta eſt, réſque ipſa probauit vtilem eſſe hanc legem ad tollendas diſcordias ciuium, & contentiones, quæ per procurata crebrò oriebantur ſuffragia. Sed quantum in illo prodeſt reipub, tantum obeſt, vel etiam magis, quòd indigni plerunque ad magiſtratum ex ſor titione ſumuntur. Neque enim pari diligentia prouidetur præſenti officio, & multis ſecuturis. Sed remota quidem illa,& an futura ſint mi nime certa, incertiori intuemur oculo, præſentia verò,acriter & argutè. Extinguit preterea vir tutis ſtudium, quia ſi ſuffragiis certandum fo-

F ret, & apertè in periculum famæ veniendum, multò magis ſe homines circumſpicerent.Morẽ igitur primum lõgè probabiliorem vtiliorémq; reipublicæ fuiſſe non ambigo, quo & populus Romanus ſemper vſus eſt in magiſtratibus creãdis.Florentiæ tamen hic ſortiendi mos tunc pri mo inductus,vſq; ad hęc tẽpora noſtra deuenit, popularitate quadam in republica ſeruatus.

Caſtru-

A.C. 1325.

Caſtrutius & Præſul Aretinus Florentinos infeſtant. Blond. lib. 9. dec. 2. Leon. Aret.

§. IIII.

DVM hæc domi geruntur, bella interim ab hoſtibus inferũtur grauiſſima. Caſtrutius enim vir ingenio acri, in Florentinum agrum quotidianas propè incurſiones faciebat. Altera verò ex parte Guido Aretinorũ præſul, impigro & ipſe vir animo, ſocios amicóſq; Florentini populi cunctis belli cladibus infeſtabat. Per extremum anni eius Caſtrutius magnam rem auſus penè in ſua audacia corruit. Fucetium enim oppidum erat nobile in fine Lucenſis agri. Id Florentini per ſuperiora bella traditũ, in poteſtate continebant. Erátque per id tempus ſedes belli aduerſus Caſtrutium & Lucenſes. Cúmq; cunctas, vt par erat, vias pro abducendo eo oppido Caſtrutius ſcrutaretur, tãdem poditores ſibi pro magna cõparat pecunia. Inde procelloſa nocte, quo minus ſentiretur, profectus, vt cõpoſitum erat antiqua porta, quam ad hoc ipſum proditores demoliti fuerant, ingreditur, habens equites, delectos non minus centum quinquaginta pedites verò quingentos. Cum oppidũ peruadere, locáq; occupare opportuna cœpiſſet, exciti oppidani arma corripiunt, factóq; ſuorum globo fortiter repugnãt. Rarò vnquam atrocius, quam ea nocte præliatum ferunt, atqui ea conditio fuit pugnæ, vt neutri ad ſummum præualerent. Nam neq; Caſtrutius peruincere quaſdã oppidi regiones potuit, neq; oppidani illum ſuis locis expellere. Primam ſub lucem ſubſidia proximis è caſtellis, re per noctem ex ignibus cognita, ſuperuenerunt, quæ alacri clamore ab oppidanis excepta in caſtrutianos ferũtur. Ille vbi noua ſuperuenire auxilia cognouit, iactis per viã impedimentis, ſeſe in ſuperiori parte oppidi ſepſit. Ibiq; aduentum ſuarũ copiarum, quas maiores accerſiuerat, expectare cõſtituit. Verũ fatigatus nocturno prælio miles, vbi maior impetus fit, & integri feſſos vrgent, locum tutari non potuit. Itaq; tranſgreſſi munitiones fœdã cedẽ edidere. Caſtrutius ipſe dum cominus pugnat accepto in faciem vulnere aufugit. Eorum verò, qui ſecũ intrauerant multi cæſi, plures etiam capti, reliqui ſeſe ex oppido præcipites dantes euaſere.

Fucetium Caſtrutio proditur.

Fucetio cedit Caſtrutius.

Per idem tẽpus grauis ſuſpicio ciuitatem Florentiæ habuit, ne Piſtorienſes ad Caſtrutiũ deficerent. Philippus erat Tidirius Piſtorieñſis magna vir potentia, qui dominatum Piſtorij affectabat, eámq; ob cauſam præfectũ regis multis iã ante iniuriis laceſſitũ excedere vrbe cõpulerat, mox à ciuibus reuocatũ, cũ Piſtoriũ verſus iter faceret, priuata latronũ manu ſpoliãdum vexandúmq; curauit, ratus per huiuſcemodi iniurias præfecto illatas regẽ quaſi infenſum ciuitati in ſuſpicionem venturũ, ciues autem in ſe ſuóſq; omnino conuerti. Hac igitur mente cũ ea perfeciſſet, Nonellus, quẽ nuper ad Florẽtinos rex cum manu equitum miſerat, cõmotus indignitate flagitij, Carminianũ Piſtorieñſis agri oppidum repẽtino impetu inuaſit. Quod poſtquã Piſtorij auditum, eſt, nulla fuit mora, quin caſtrutius accerſiretur. Ille verò præſto affuit Piſtorienſibus opem laturus. Quo territi metu Florẽtini reddere Carmi-

Philippus Tidirius Piſtoriũ quo modo occupauerit.

A nianum eosipſos, qui inuaſerãt cõpulerunt. Sed haud multò pòſt Philippus Caſtrutij fauore fretus, tyrãnidẽm inuaſit, fœdúſq; cum illo apertè coniunxit. Bellum tamen Florentinis nullum inferebat, ſed quaſi medius ita perſtabat, vt alterutrius videretur potentiam formidare. Cùm ergò tergiuerſaretur, & ad hos modò, modò ad illos inclinaret, neutri parti fidus, ſed omnibus ſuſpectus habebatur. Tanta verò Piſtorij opportunitas erat ad bellum, vt vtrique magnopere illius commodo vterentur.

A.C. 1326.

Domi eodem anno res innouatæ. Noua enim eſt ſortitio inſtituta, ſcilicet per ſchedulas, non Priorum modo, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam
B minorum magiſtratuum. Ex hac mutatione in repub. qui ante plurimum poterant hi minus validi remanſerunt. Magnáque (vt fit) inuidia ob priorem eorum potentiam agitabat.

Altero deinde anno populus Piſtorienſium, quod diu conceperat, aliquando tandẽ peperit. Cùm enim haud multò prius ad Florẽtinos conuerſus eorum auxilia in vrbem recepiſſet, inito mox cum Caſtrutio fœdere intromiſiſſq; per noctem copiis Piſtorium illi tradidit. Quo facto omnes florẽtinorũ copię, quotquot auxilij cauſa intra vrbẽ fuerunt, opprimuntur. Huius verò rei nuncius, vt Florentiã perlatus eſt, Priores è
C publico, quod fortè ea die agebatur cõuiuio, aſſurgentes, profectionem ſubitaneam indixere, nondum proditionis gnari, ſed putantes aliquã vrbis partem aduerſus Caſtrutium defendi. Sed parato iam agmine ad locum euntes nouerunt proditionem, vnde reuerſi ſunt.

Piſtorium deficit ad caſtrutiũ. A.C. 1326.

Poſt hæc maiori nixu cogere exercitũ, ac mittere in hoſtẽ placuit. Apparatus ad hoc non magnificè ſolũ, verũ etiam celeriter facti. Dux exercitui præfectus eſt Raimundus Cardonius, qui magnos ante exercitus ſuo auſpicio in Gallia ductauerat, vbi poſt res egregiè geſtas, tamẽ aduerſo prelio à Mediolanẽſibus captũ redemptúmq;
D Florentini Caſtrutiano bello delegerũt ducem. Caſuſq; ita tulerat, vt eum altero poſt defectum Piſtorij die, cum manu quadam equitum Florentiam perueniſſet, præſentiáq; & authoritate mentes hominum extuliſſet, ad bellum valentius ea peſſendum [dux repente crearetur.] Cum igitur res ſubita & improuiſa feſtinato indigere videretur, dux cum parte equitatus Pratũ ſe propetè contulit, reliquas verò copias ad eum cõuenire iuſſit, Et cùm omnes conueniſſent, monẽs inde
E dux ſtructa atq; compoſita acie ad hoſtem peruenit, Caſtrutius fortunam pugnę experiri non auſus intra mœnia ſuos continebat, ſatis exiſtimans fore, ſi vrbem tutaretur. Quod exploratum cùm eſſet, ad vaſtationem conuerſi omnia circa vrbem hoſtilem in modũ popularunt, motis etiam ſæpius de induſtria caſtris, quo nulla regionis pars remaneret incolumis.

Florentini aduerſus Piſtorienſes arma mouent.

Raimundus Cardonius gente Hiſpanus, ſed bellis aſſuetus innutritúſque Italicis in ducem belli mercede acceptus. Blon. ibid

Poſt hæc retro profecti Tycianum caſtrum circumſederunt & aliquot dies circa illud morati, machinas inſtituere, cuniculóſque deducere cœperunt. Ea cuncta iuſſu ducis incunctanter & enixè fiebant, quo mentes hominum ma-
F ximè conuerterentur. Ipſe tamen longè alia cogitans præfectum arcanæ inſtructum cum parte equitatus de prima vigilia præmittit, & occupare tranſitum paludis iubet. Eadem ipſe nocte quo magis auertat hoſtem, aliam equitatus par-

Florentini rem bellicam Raimũdo duce ſtrenuè adminiſtrant.

A.C. 1325.

feciſſet, onuſtum præda militem inæſtimabili locupletatumque Lucam reduxit: vt promiſſam Actio pecuniam ſolueret. Summa auri fuit viginti quinque millium.

Actius vicecomes Florentiæ mœnia petit.

Qua recepta ſuaſit ſuis vt quia Florentia non ſolùm ſtudio partium, ſed & generi ſuo ac familiæ eſſet inimica, vna die nomine ſuo mœnia Florentina pulſarent. Quod & fecit, diſcurrens cum ſuis & Caſtrutianis vſque ad mœnia vrbis ibi erigendo vexilla, & ludicra exercendo in iniuriam & opprobrium ciuitatis. Poſt quod in Galliam Actius rediit. Caſtrutius verò verſus Pratum copias duxit, omnia igne & ferro vaſtando. Illud quoque in tanta ciuitatis clade turbabat, quòd multitudo agreſtium cum pecoribus & ſemirapta ſuppellectili in vrbem refuga, per vias omnia complebat. Hanc ſiue ob inſolentiam vrbis, ſiue ob anxietatem, incommoditatemque rerum ſuarum morbus inuaſerat: malique huius contagio ciues etiam apprehenderat, & moriebantur multi, & plena ægrotantiũ cuncta cernebantur. Cariſtia quoque annonæ conſecuta eſt, raptis aut incenſis frumentis, ac ſpes in futurum deterrima.

Caſtrutius aduerſus Florentinos Guidonem præſulem ſolicitat.

Augebat inſuper ciuitatis metum, quod vulgo ferebant Guidonem Aretinorum præſulem magno cum exercitu ex ſuperiori parte ad vrgendam obſidionẽ eſſe venturum. Rogatúque à Caſtrutio multis nunciis conſtabat, veterem Aretinorum cladem apud Camaldinum acceptam memorare, ac tempus ad delendam inimicorum potentiam oſtendere. Fore quidem ſi ille de ſuperiori loco aduentaret, vt Florentia vndique obſideretur, multitudinem quoque populi abſque importato victitare non poſſe. Ob hunc obſidionis metum viri creati ſunt duo ad mœnia vrbis, cæteraque munimenta inſpicienda inſtaurandaque, Nerius Albertus; & Ianus Albitius. Ab his vallum aliquibus locis factum, in arce etiam Fæſulana, ne eam occuparet hoſtis, præſidium communitum eſt, alterum quoque præſidium in colle vrbi imminente ad Miniatis ædem. Cæterum neque preces, neque monita Caſtrutij Guidonem præſulem mouere potuerunt, ſiue quòd eius odium in Florentinos minime acerbum erat, ſiue quòd Caſtrutij gloriæ inuidebat; ſiue quòd eius magnitudinem formidabat. Tunc autem Caſtrutius per ſe bellum gerens, omnia circa Florentiam vaſtationibus incendiiſque fœdauit. Captaque maxima præda, & longo captiuorum agmine relicto apud Signiam ſatis grandi præſidio, Lucam rediit.

Caſtrutius de Florentinis quaſi triũphum egit.

Ibi ſuorum operum oſtentator, ſpeciem quamdam triumphi egit, & in monumentum victoriæ apud Signiam nummum percuſſit. Poſtea Caſtrutius cum copiis ſuis caſtellum Murlum prope Pratum obſedit. Quod poſt virilem per diu reſiſtentiam, quia ſuccurſus non habuit, Caſtrutius in deditionem accepit incolumitate præſtita ex pacto iis, qui intus erant, & libertate abeundi.

Interea Caſtrutiani milites, qui apud Signiã erant Florentinum agrum, aſſiduis infeſtationibus infeſtabant, & ad ipſas vrbis portas vſque cum magno tumultu diſcurrebant. Interea quidam Gallus nomine Petrus Florentinorum copiis præfectus; cum tractaret cum aliquibus Gallicis cum hoſte militantibus, apud Signiã de morte Caſtrutij, & traditione Signæ magna pollicitatione pecuniæ, denudato tractatu multi capti vltimo ſupplicio affecti ſunt illius conſcij. Paulòpoſt idem Gallus aliam proditionem tentans de Carminiano habendo cum pergeret ad capiendum, cum multis, ipſe proditus per eoſdem, cum quibus tractauerat, captus fuit, & Caſtrutio adductus ſecuri percuſſus eſt. Caſtrutius diſcurrens hincinde & circa Pratum & vſque ad Caſianum caſtellum cladibus belli cuncta vaſtabat. Et Signiam incendio exponens, copias ſuas exinde Carminianum reduxit.

Carolo Roberti regis filio dominium ciuitatis Florentini tribuunt.

Blond. lib. 9. dec. 2.

A.C. 1326.

§. V.

CVM grauia forent Florentini, grauioraque timerentur, iam ad auxilium reſpiciens ciuitas Carolum Roberti regis filium in Hetruriam euocare ac ei ciuitatis imperium tradere ad tempus conſtituit. Huiuſcemodi gratia quinque legati creati ſunt ſcilicet Franciſcus ſcalæ, Aleſius Rainutius ſcientia iuris clarus, Donati duo vnus Accaiolus, alter Pirutius, Philippus Bartholi. Qui applicantes expoſuerunt Florentinum populum in decennium Dominum eum ac gubernatorem ciuitatis deputaſſe. Conditiones ex pagella recitatæ ſunt non eis diſſimiles, quæ fuerunt dudum in traditione regi Roberto deſcriptæ: niſi quòd hic certus pecuniarum militumque modus erat præſcriptus ibi cuncta regis arbitrio commiſſa. Iuuenis ex ſententia patris ciuitate ſuſcepta, ſeſe copiaſque parabat, proxima æſtate in Hetruriam, tranſiturus. Solicitatur Carolus de acceſſu, & ducenta millia auri in annos ſingulos durante bello ipſo ei promiſſa & exhibita: Stipendia inſuper equiti conducto & pediti, quorum numerum ad ſex millia militum. Interea Signia, quam Caſtrutius euerterat, & à Florentinis repoſita eſt & vt habitatoribus compleretur, data cunctis immunitas tributorum, qui in coloniam illam tranſierunt.

Ioannes Vrſinus legatus Pontificis in Hetruriã venit.

Per idem tempus papa Ioannes legatum in Hetruriam miſit Ioannem Vrſinum cardinalem. Is Florentiam adueniens Carolum expectauit. Satis conſtat neminem vnquam ante (quod memoria extaret) tanto procerum comitatu tamque inſigni pompa in Hetruriam veniſſe. Cæterum in bello gerendo nequaquam feruenti animo deprehenſus eſt. Seu enim tarditate mollitieque naturæ ſeu à patre monitus, nequaquam ita ſe ſtrenuũ præbere viſus eſt, vt magnitudo nominis, copiarumque poſcebat. Tantis igitur viribus apud Florentiam creſcentibus cum regis pontificiſque robur ſupra quam ferri poſſet inſurgere videretur: conterriti diuerſæ factionis principes ſibi proſpicere perrexerunt: ſolicitati maxime à Galeatio vicecomite Mediolanenſium tyranno, qui iam à pontifice regeque laceſſitus bello, Caſtrutianum in Hetruria bellum concitarat. Igitur ſolicitando atque mouendo, tandem author fuit, vt principes diuerſæ factionis con

A.C. 1326. nis contrario inſurgentes pacto Ludouicum Bauariæ ducem ad imperialem dignitatem electum in Italiam euocarent, qui erat Romano pontifici infenſus ob fauorem Genuenſi Gallicoque bello inimicis eccleſiæ præſtitum. Propter quod etiam aggrauauerat eum cenſuris, & imperio indignum pronunciauerat.

Igitur vbi de mente Italicorum certior factus eſt ſuperatis confeſtim alpibus Tridentum peruenit, vt præſens de re propoſita cum proceribus loqueretur, modumque ſui tranſitus, tempuſque componeret. Tridenti igitur indicto conuentu Mediolanenſium, Mantuanorum, Veronenſiumque tyranni, aliique ex Gallia, & Hetruria eius factionis principes conuenerunt, magniſque pollicitationibus effecerunt, vt omiſſo in Germaniam reditu, copiis verò euocatis Italiam Romamque peruadat. Igitur in ſequentis anni principio Ludouicus contractis ad aliquem modum copiis, Tridento mouens, Brixiam primò, deinde Mediolanum peruenit. Ibi (vt mos eſt) magno hominum concurſu per
Ludouic' Mediolani coronatur. A.C. 1327. prid. Cal. Iun. j. Aretinus epiſcopus depoſitus vide ſup. c. 5. §. 1. man' Guidonis Aretinorũ præſulis coronatur.

Hunc Aretinum antiſtitem Romanus pontifex propter vſurpatum eccleſiæ Typhernum fulminauerat, & omni dignitate priuauerat. In eius locum quendam Vbertinæ gentis Boſum inſtituerat epiſcopum. Qua indignatione, ac ſtudio partium accenſus cum Aretinis damnaretur, magno equitatu ad Ludouicum acceſſerat. Poſt coronationem longior mora fuit comparandis pecuniis: quarum non auidiſſimus tantum, ſed etiam indigentiſſimus erat. At qui eo
Ludouici Bauari rapacitas. ſuprà § 4. in genere hic primum illius improbitas patefacta eſt. Cum enim opera maximè Galeatij vicecomitis in Italiam accerſitus eſſet, ac ſummo cum honore Mediolani receptus, vſque adeo peruerſæ ingratus fuit, vt a pecuniarum cupiditate dominatu eum ſpoliaret, & in carcerem truderet, iuſto Dei iudicio hoc contingente, vt ipſe Galeatius inimicus eccleſiæ, cum vocauerat Ludouicum Bauarum ad affligendum eccleſiam; ab eodem inimico eccleſiæ humiliaretur. Actium verò, quem interfuiſſe Caſtruciano prælio diximus, ac Lucinum fratrem vna captos, ad redemptionem ſui magna pecunia compelleret. Impoſito deinde Mediolanenſibus nouo præſide, & vigintiquatuor ciuibus in conſilio adiunctis, cum ſpeciem quamdam libertatis oſtentaſſet, quaſi collati beneficij pretium ingentem pecuniarum vim ab illis extorſit.

Caroli res in Hetruria geſtæ. Dum hæc in Gallia geruntur, Carolus & Florentini aduerſus Caſtrucium paratas copias circa maturitatem ſegetum in hoſtes miſere. Non enim profectus eſt in exercitu Carolus, ſed Flo-

A rentiæ remanens, Nouellum quemdam è ſuis proceribus exercitui præfecit, profectuſque cum copiis Signiam, exinde nocturno tempore nemine gnaro, ad quoddam hoſtium oppidum acceſſit ad inuadendum, triplici muro circundatum: quod in breui obtinens, prædę & igni locum expoſuit. Exinde non longe ab hoſte caſtrametati pugnæ ſe obtulerunt, quam cum detrectaret Caſtrutius, ac intra munitiones ſuos contineret, retro mouerunt caſtra, & agrum Piſtorienſem ingreſſi Arthemium caſtrum tunc muniſſimum obſederunt. Qui die noctuque habitatoribus requiem minimè dantes, & val- A.C. 1327.
B lum & portam cremantes, tandem caſtellum in deditionem acceperunt: qui intus erant ex pacto abire permiſſis. Cupiente poſt hoc eodē vincendi ardore Carminianum adoriri, Carolus exercitum Florentiam reuocauit, certior factus de Ludouici aduentu.

Poſt Mediolanenſium [enim] principes deceptos, pecuniaſque exactas purgato vel attenuato crimine illo coram tyrannis Vrceis in caſtello Brixię congregatis, erectis animis Hetruriam Ludouicus petiit. Superatoque Apennini iugo cum omnibus copiis, per Lunenſem agrum Piſas verſus aduentabat. At vbi Caſtru- Ludouic' per Hetruriam tranſit.
C tius Ludouicum appropinquare intellexit, obuiam cum equitatu profectus, ſummo honore illum excepit, doniſque ac muneribus magnificè fouit.

At Piſani & ſi primo illius aduentu in Gallia lætati fuerant, legatoſque ſuos in primo illo conuentu ad eum miſerant, tamen poſtea vel hominis improbitatem auaritiamque formidantes, vel contentionem Romanæ ſedis, contra quam hic apertè nitebatur, perhorrentes excludere portis omnino ſtatuerunt. Itaque dudum coronatione eius nunciata focos & cætera lætitiæ exultationiſque indicia fieri Piſis vetuerunt, &
D tunc illo appropinquante vrbem communierant: Germanoſque equites mercede apud ſe militantes ob generis ſuſpicionem ablatis equis pepulerunt vrbe. Denique ſi vi conaretur, vocare auxilia Caroli Florentinorumque cogitabant.

At Ludouicus, ſi ab ea ciuitate, vel vnica per Hetruriam imperatorij nominis fautrice reprobaretur grauiſſimum ſibi ad cætera conficienda impedimentum fore ratus, curam maximè verterat in Piſanos, nec quicquam intentatum relinquere ſtatuerat, quo illos ſuæ adiiceret po- Ludouic' Piſanos quibus artibus ad ſe reducere nitatur.
E teſtati. Miſit ergo oratores, qui Piſanum alloquerentur populum, benigniſque pollicitationibus conciliarent animos. Sed ij qui rempublicam tunc tenebant, ſapientiſſimi & grauiſſimi viri, mobilitatem plebis veriti, eos in vrbem recuſarunt admittere. Reſtabat igitur vi conari: ſed inerat periculum ne ad Carolum Florentinoſque confugientes auxilia inde quærerent, aperteque deſciſcerent. Horum igitur quamdam mediam viam placuit tentare per Guidonem Aretinorum præſulem, cui publica cum Piſanis erat amicitia an à propoſito diuelli poſſent. Præſul igitur legatis Piſanorum principibus ciuita-
F tis ad ſe fide publica vocatis, apud Ripam fractus oppidum colloqui inſtituit. Denique poſt multa, vltro citroque agitata res huc redibat. Piſani ſexaginta millia auri nouo principi dare promittebant, vt inde abiret, nec eos bello adoriretur.

a Hic Galeatius an. 1327. cum filio & fratribus in carcerem a Ludouico Bauaro miſſus eſt. Cum enim hic Galeatius eum principem, & vt appellabat imperatorem ſuum ab exactionibus nimiis orando ſuadendoque retrahere conaretur, Bauarus non magis iracundia quàm auaritia ductus, illum & filios vi adhibita coniecit in carcerē. Blō. dec. 2. lib. 9. hinc igitur habes, quibus moribus Bauarus imperator fuerit, vt iniuſtè nequaquam fuerit excommunicatus, & quomodo vicecomites, qui excommunicati excommunicato ſe coniunxerant, ſuæ impietatis perfidiæque pœnas dederint.

A.C. 1327.

A riretur. In vrbem verò vt recipetent nulla ſua-ſione poterant adduci.

Caſtrutius legatos Piſanorum capit.

Ea conditione per Ludouicum repudiata, cũ legati, re infecta Piſas reuerterentur, Caſtruti⁹ cõtra fidem eis datam illos intercipit. Et Ludouicus vbi captos Piſanorum legatos cognouit, ſubitaneo impetu amne traiecto copias Piſis admouit. Cæterùm ea captiuitas legatorum magnas in exercitu contentiones peperit. Guido enim præſul ad magnum ſui nominis dedecus pertinere arbitratus legatorum oppreſſionem, quos ipſe data fide in colloquium, iuſſu principis euocaſſet, iniuriam ſibi à Caſtrucio inflictã B conquerebatur vociferando. Non enim tam Piſanos, quàm ſuam fidem violatam eſſe. Peracta denique inter eos contentio eſt Ludouico cognoſcente.

Inuectiua Caſtrutij in præſulem Aretinum.

Præſul legatos Piſanorum liberandos remittendoſque in vrbem clamabat, apertéque ferebat hanc iniuriam ſe non eſſe laturum. Caſtrutius minimè mirum ſe arbitrari aiebat, ſi ille hoſtes vinci doleret. Ex matre ſiquidem Florentina genitum, neutra ex parte integrum eſſe. Itaque hos ſectari, illis fauere, vtque cum generis diuerſitatem, ſic animi inconſtantiam miſcuiſſe. C Neque verò hæc eius vacillatio noua eſt (inquit) nec primum nunc deprehenſa. Namque Florentia ſtat, ac non malè domita iam pridem concidit, hic vnus eſt cauſa: vrbem enim aduerſo prælio fractam, cum ipſe ad portas vrgerem, multitudo autem incluſa, nec frumentum haberet, ac famẽ tolerare diutius nõ poſſet, & obſideri & capi nullo negotio potuiſſet: ſi hic à me quæſitus rogatuſque ad vrgendam obſidionem ex ſuperiori parte venire voluiſſet. Eam tãc rem ab hoc deſertore proditoréque ſuarum partium recuſatam, has nunc moleſtias nouo prin- D cipi afferre. At vt Florentiam tunc ſaluam eſſe voluit, ita nunc Piſanos in poteſtatem venire permoleſtè fert. Tu (inquit) princeps non quid Guido præſul velit, ſed quid tibi conducat, ſpectare debes.

Præſulis Aretini reſponſio. Caſtruti⁹ mendicato vixerat.

Ad hæc præſul ſe quidem ſui generis non pœnitere, nec ſane ignotum eſſe poſſe Caſtrutio, cum ille nuper apud Aretinos egenus & miſer ſuſtentamenta vitæ ab eodem genere reportauit. Ad obſidendam verò Florentiam ea de cauſa non veniſſe, quia tunc ſibi pax fuerit cum E Florentinis, quam ſalua fide frangere non licebat. Se ita ſemper animatum fuiſſe, vt iuriſiurandi religionem, fidemque etiam hoſti datam putauerit conſeruandam. Neque enim (inquit) ſi tu Caſtruti, vt proditor & improbus pacem Florentinis fregiſti, ego quoque frangere debui. Nã Piſanorum facto nil magis obſtitit obſtatq; quam tui vnius præſentia. Iam enim certo ſcio, principi huic portæ illæ paterent, niſi te omnium fraudum inuentorem, proditionúmque authorem Piſani vererentur. Hæc & huiuſmodi altercantes Ludouicus ſeparauit: & ad Caſtrutij fauorem inclinare apertè viſus eſt. F Aggreſſus igitur Piſarum obſidionem, vrbem vndequaque cinxit, ac menſe fere toto circa illam commoratus, pactione tandem recepit.

Ludouic⁹ Piſis potitur.

Per hæc ipſa tempora Guido Aretinorum præſul motus ob ſuperiorem indignationem à Ludouico diſceſſit: quaſi negotiis in Aretinos vocantibus. Et cum per maritima iter faceret, apud nigrum montem correptus morbo inte- A riit. Vir quidem magnus fuit & glorioſus in ſæculo, niſi quod aduerſus pontificem rebellis [extitit] vt omittam, quòd & ſtatui ſuo & dignitati exercitium id omnino fuit contrarium. quem tandem errorem recognouiſſe ante obitum, ac pro pontifice, ſi vita ſuppeteret, aduerſus hoſtes militaturum promiſiſſe quidam literis tradiderunt. Quamuis enim multos ſoleat decipere ſera pœnitentia, miſericordiæ tamen Dei nec menſuras poſſumus nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuerſio. Poſt eius autem mortem Petrus cognomento B Sachon, huius Guidonis frater tyrannidem Aretinorum exercuit.

A.C. 1327. Guidonis Aretinorũ præſulis mors.

Sera pœnitentia ſolet multos decipere.

Ludouicus dictus imperator Romam coronaturus tendit. Leonar. Aretin.

§. VI.

LVDOVICVS igitur receptis Piſis, duobus ferè menſibus ibi commoratus eſt pe- C cuniis exigendis ac parandis, quæ ad iter neceſſaria erant. Conſtituerat enim non ſolùm Romam petere, verum etiam Roberti regnum inuadere. Sed dum Piſis moram trahit, à Caſtrutio rogatus Lucam primo, inde Piſtorium acceſſit, vt Florentiam inde ex propinquo videret. Demum Piſas reuerſus, iter per maritimam regionem Romam verſus ingreditur, habens equitum & peditum pergrandem exercitum quem Caſtrutius ſecutus eſt cum quingentis equitibus & mille ſagittariis, Luca non tum magna militia relicta; qui Viterbij ſe Ludouico D coniunxit.

Ludouicus Romã pergit. Blon. ibid.

Carolus quàm diu hoſtium copiæ Piſis conſtitere: cum ſuis ipſe copiis Florentiæ commoratus eſt. Sed vbi Ludouicum Caſtrutiumque iter arripuiſſe cognouit: Florentinis in concionem vocatis neceſſitatem ſuæ profectionis oſtendit, & Philippum quendam è ſuis præfectis cum mille equitibus in præſidio ſe relinquere pronunciauit. Cohortatus etiam ciues ad fortitudinem & conſtantiam, Senas primò cum cæteris copiis, inde Peruſiũ, poſtea in regnũ abiit.

Carolus Florentia diſcedit.

Romani verò iam prius audito Ludouici ad- E uentu, ſeditione grauiſſima vexabantur. Et præualebat factio regni, pontificique contraria. Ab ea tandem receptus in vrbe Ludouicus haud multo poſt magno populi applauſu coronatur, anno Domini 1328. Cęterum in coronãdo nullus ſolitus ordo, nemo legatus, nulla pontificis authoritas ſibi abfuit. Impoſita eſt illi a corona

a *Ludouicus contra veterem conſuetudinem coronatus eſt Romæ in baſilica ſancti Petri a quatuor laicis ciuibus Romanis, videlicet Sciarra de columna Popu. Rom. Capitaneo, Buccio Proceſſo, & Vrſino de* F *Vrſinis vrbis ſenatoribus & Põte de mõte nigra. equite Pop. Romani. Conſecratus verò fuit à duob⁹ epiſcopis ſchiſmaticis, Iacobo Pratenſi epiſcopo Caſtellano & epiſcopo Elleienſi, 16. Cal. Februar. A.C. 1328. Ex Onuph. Blondus. Die Cal. Iunij 9. non quia tũ Sarra Colũnienſis, quod Florentinorum habent monumenta, ſed Stephanus ſeniori & Sarra tũc pueri genitor iuſſu cleri, & populi corona illum inſigniuit. Hæc ille: cui conſentit Naucl. Gener. 45.*

popul-

A.C. 1328. populi nomine à Sciarra Columnenſi principe diuerſæ factionis. In cuius rei memoriam ipſe poſterique eius ad antiquum gentis inſigne, quod eſt Columna, coronam addidere, quaſi præclarum fuerit ſcelerate feciſſe. Caſtrutio quoque Romæ maximi honores ſunt impenſi, nec à Ludouico ſolùm, qui cuncta illi eximia exhibebat, ſed etiam à populo Romano. Vnde poſt principem hic ſpectabatur, ad vnum hunc omnia referebantur conſilia. Hic denique vnus erat, à quo res tota pendere videbatur. Concurſus maximi ex tota Italia Romam fiebant. Omnes enim, qui pontificē oderāt, vel ſtudio partiū diuerſa ſequebātur exultāti lætitia properabāt.

Hic Sciarra Sarra Columnēſis à Blond. dicitur. Columnēſium inſigne.

Adeo autem fuit temerarius & ſuperbus dictus Ludouicus Bauarus, quòd poſt falſam coronationem auſus fuit facere contra papam Ioannem proceſſum, & contra regem Robertum tanquam hæreticos & Patarenos, cum multis deriſionibus & contumeliis eos ad ignem condemnando. Vnde omnes boni fideles abominati ſunt eum, & multi clerici ex vrbe receſſerunt, ne participarent cum illis ſchiſmaticis, & excommunicatis.

Ludouicus Bauarus acriter notatur.

Patareni qui ſint ti. 20. cap. 8. §. 1.

Idem falſus imperator Ludouicus ex ſuo arbitrio creauit papam quemdam Petrum de Corbaria ordinis minorum, qui acceptans papatum fecit Cardinales, vt ſchiſmaticus & fatuus. Prius autem fecerat Ludouicus vnum alium, ſed ille nolens ſchiſmati operam dare, recuſauit, & ex vrbe aufugit. Schiſmaticus ille antipapa, & apoſtaticus habuit aliquos fautores ex clericis, & religioſis, ac principibus in terris Gibellinorū, prædicantibus illum, vt verum papam contra Ioannem. Sed Catholici, & veri religioſi ipſum prædicabant antichriſtum, & omnes ei adhærentes hæreticos, vnde diſſenſio erat non modica. Sed quid inde boni ſperari poterat prouenturum ex tyranno ſcelerato eccleſiæ inimico, niſi quod euenit, vt infrà patebit.

Ibid. inf. §. 9.

Iam Roberti regnum tanquam partium caput peruadendum occupandumque dictitabāt. Et virium certè & armorum ſat eſſe videbatur. Apparatuſque eadem de cauſa propalam fiebat verſis in principem animis, ac omnium ſermone illius famam celebrante. Interea ſplendida res in Hetruria geſta eſt. Philippus enim, quem præfectum copiis Florentiæque relictum diximus, rem magnam audacemque adortus eſt. Piſtorium ſcilicet capere. Secutus in ea re duorum exulum exhortationem, qui locorum gnari copias intromittere promiſerunt. Igitur ſcalis machiniſque in Pratenſi arce fabricatis, vbi tempus rei gerendæ viſum eſt, Philippus cum equitibus primis ferè tenebris Florentia egreſſus Pratum contendit, nemine ciuium gnaro præter vnum Simonem Toſam, ſplendidum equitem è ſuprema nobilitate, quem in partem eius conſilij iampridem ſuſceperat. Cùm Pratum veniſſet, ſumptis celeriter machinis, profectioneque indicta cum duobus millibus peditum, equitibus ſexcentis ad Piſtorij mœnia illa ipſa nocte peruenit. Ibi exules per glaciem (aſperrima namque erat hyems) foſſas transgreſſi partem murorum maximè neglectam ſcalis aſcenderunt, ac fere centum milites ſecutos exceperunt. Complures quoque pedetentim trangreſſi foſſas, mœnia perfodere aggreſſi ſunt. Dum iſta fierent, præfectus vigilum ambita cætera vrbis parte in hæc ipſa loca deuenit: Cumque (vt fit) cuſtodes excitaret deprehenſo ſtrepitu accurrit clamoremque extollit. Ad eam vociferationem experrecti, qui loco vicini erant [rem] perſenſerunt, celeriterque clamor per vrbem diffuſus homines excitauit. Philippus inter hæc ponte ſuper foſſas iniecto frequentes tranſmiſerat: & ſimul mœnia iam binis locis effracta tranſitum non peditimodo, verum etiam equiti dabant. Ipſeque Philippus iam introierat, ſummaque conſtantia rem exequebatur. Erant Piſtorij milites Caſtrutiani in præſidio circiter ſeptingenti. Ij cum ingreſſum hoſtium ex clamore ſenſiſſent, trepidi primo conuenerunt, voluntatem ciuium ac proditionem formidantes. Sed poſtquam ciues integris animis corripere arma aduerſus aggreſſores viderunt, ſpem bonam complexi, ad arcendos hoſtes cum multitudine ciuium properarunt. Prælium atrox fuit, quantum nunquam ante. Et cum ſæpius fluctuante prælio acriter Caſtrutiani pugnarent, & ad fracturas vſque ipſas murorum, qui ingreſſi fuerant repellerentur, præualiturique Caſtrutiani viderentur, porta interim cremata & refracta multitudo equitum peditumque irrupit, vnde Caſtrutiani fugere cœperunt, & ad arcem ſe conferre cum duobus Caſtrutij filiis. Ciues autem omiſſo certamine domos ſuas reuerſi arma depoſuerunt, victoremque diſcurrere per vrbem paſſi ſunt. Milites autem ad prædam dilapſi, ducem nudatum pene omnibus copiis dereliquerunt. Quod hoſtes conſpicati eruptionem ſubitò faciunt, magnoque ruentes impetu non multum abfuit, quin ducem ipſum ſignaque opprimerent: ſed egregia virtute ducis hoſtium vis ſuſtētata eſt, & aurora facta milites intellecto periculo ad ſigna recurrerunt. Denique Caſtrutiani relicta vrbe, ipſaque arce deſerta aufugerunt. Vrbs tota à militibus direpta ſine vlla exceptione amicarum partium aut inimicarum, à ciuium tamen corporibus tēperatū.

A.C. 1328.

Ludouicus Neapolitanū regnum vult inuadere.

Philippus Piſtorio potitur.

Philippus compoſitis aliquantulum rebus poſt decendium Florentiam reuerſus, tanto honore ſuſceptus eſt, vt ſimilis triumpho eius ingreſſio videretur. Secum autem ad oſtentationem victoriæ centum captiuos vna catena colligatos, & duodecim alios duxit captos in equis, inter quos erant duo filij Domini Philippi Tedici, qui dominans Piſtorio dederat ciuitatem Caſtrutio. Et Dominus Philippus dominium vſurpauerat Piſtorij ab Abbate Pacciani ſuo conſanguineo: quod contulerat ciuitas ipſa Abbati Pacciani. Inſuper duxit ſecum captum quemdam religioſum, fratrem Donatum dictum, quem Caſtrutius cum cepit Piſtorium in ſuum dominium, fecerat ex ſuo arbitrio epiſcopum Piſtorienſem, expulſo verò & legitimo antiſtite ipſius Piſtorienſis ciuitatis. Qui incarceratus intra menſē mortuus in carcere, ſepultus eſt in arenario, quia excommunicatus deceſſerat.

Decendiū decem dierum ſpacium.

Philippi de Piſtorio triumphus.

Donatus quidam excommunicatus decedens in loco profano ſepelitur.

Caſtrutius ad recuperandum Piſtorium Roma diſcedit. Blond. ibid.

§. VII.

At Caſtrutius cum amiſſum Piſtorium per certum nuncium cognouit, ad Ludouicum

A.C. 1328.

uicum profectus eſt, conqueſtus, quod ſe ſua pericula, præuidentem Romam inuitum traxiſſet. Inde feſtinato receſſu cũ ſuis copiis Piſas peruenit. Ibique præſentiam ſuã oſtẽdens, animumque afflictis addens rebus, cætera in fide continuit: Lucam inde profectus regreſſuſque Piſas rempublic. Piſanorum ſuo pro arbitrio quaſi communi vtilitate id exigente adminiſtrabat, pecuniaſque ad bellum inde ſumebat. Declaratuſque eſt Caſtrutius per quemdam miſſum à Ludouico Bauaro Piſas cum quibuſdam copiis dominus Piſarum, & Lucæ, & dux Tuſciæ. Legatus autẽ papæ Ioannes, qui Bononiæ reſidebat, crucem fecit bannire contra Caſtrutium. Et cũ oratoribus Florentinorum ad hoc ad eum miſſis promiſiſſet mittere auxilia, non ſeruauit promiſſum. Et cùm etiam accepiſſet à Florentinis ſub mutuo decem millia florenorum, nimis tardè miſit.

Bannire .i. proclamare.

Inter Florẽtinos & Philippũ contẽtio.

Interea poſt direptum Piſtorium inter Philippum Caroli præfectum, & Florentinos contentio orta eſt. Iubebat enim Philippus frumentum, cæteráque ad eius vrbis tutelam Florentinos publico ſumptu inferre: illi verò non ſibi, ſed Carolo vrbem Piſtorij quæſitam reſpondebant: ſeque ducenta millia auri annuatim præſtare certa pactione promiſiſſe: quæ iam perſoluta erant. Nec eſſe æquum ſuprà id quod pactũ conuentúmque eſt populum onerare magiſque eum, qui vrbem Piſtorij omnibus rebus exuerat neceſſaria eius ad tutelam reſarcire debere. Philippus verò contra iure belli parta militum eſſe cõſueſſe, ſatiſq; profeciſſe videri ꝙ hoſti illã ſuo periculo ademiſſet, prædam verò quã miles ceperit, vt iam reſtituat, petere, ingratiſſimum ſimul iniquiſſimúmque videri. His contentionibus neque frumenti quantum ſat erat importabatur, neque cætera opportuna fiebant. Caſtrutius gnarus harum: cum contentiones hoſtium lucrum exiſtimaret ſuum, exercitu Piſanis Lucenſibúſque indicto, magnis copiis Piſtorium obſedit. Erat intra vrbem Simõ Toſa eques Florentinus, à Philippo relictus, habẽs in præſidio milites circiter mille, & cum his equites trecentos, ſed & ciues Piſtorienſes eiuſdem factionis cũ iis vrbẽ egregiè tuebãtur interdũ irruptione facta hoſtes inuadere ac turbare opera nõdubitabant. Alia manus equitum Prati conſiſtens ſæpè Caſtrutianos inuadebat, vt neutra ex parte eis quies eſſet. Caſtrutij vnica ſpes erat in commeatus defectu, docti intra vrbem duorum non amplius menſium annonam eſſe. Itaque omiſſa per vim expugnandi cura, ad hoc vnum intendebat, vrbem vndique cingere, ac facultatem commeatus obſeſſis auferre.

Piſtorium obſidet Caſtrutius.

Florentini verò etſi iuſta quidem, cæterum damnoſa indignatione fuerant prius commoti, tamen vbi Caſtrutium tantis copiis Piſtorium circumſediſſe viderunt ſero quidem meliora ſuſcepere conſilia: nec iam illuc ſumptuum aut pecuniarum erat reſpectus, vltro facere omnia pecunias affatim promere. Et qui prius paruo in diſpendio renitentes fuerant magna iam diſpendia volentes ſubibant: quæ eſt ferme natura populorũ. Igitur impigrè contractis copiis equitum ad tria millia, peditum verò ſupra viginti millia coegerunt. Frumentum præterea & commeatum ſummo labore, ſummáque impenſa parant per vim & arma Piſtorium inferendum. Philippus igitur omnibus paratis, cùm Prati conuenire copias iuſſiſſet, inde profectus ad hoſtem duxit: nec longè ab eo caſtrametatus, prælio rẽ agitare flagitauit.

Florentini Piſtorio ſubuenire cupiunt. ſed ſerò.

A.C. 1328.

Caſtrutij aſtutia.

Caſtrutius verò etſi minimè tentandam prælij fortunam conſtituiſſet, tamen ſimulata re quaſi pugnaturus foret, aliquamdiu hoſtem ſpe vana diſtinuit. Interim die noctúque munire caſtra, opportuna, ſubinde loca foſſis arboribuſque exciſis præpedire contendebat, quibus prouiſis cum copiæ Florentinorum vellent contra illos procedere, impeditis acceſſibus non valebant. Attendentes ergo, quòd in hoc nihil proficerent, proceſſerunt hoſtiliter per agros Lucenſium & Piſanorum vſque ad ciuitates: ſi fortè propter hoc Caſtrutius ſoluta obſidione Piſtorij illuc accederet ad defendendum. Sed ille nullo modo dimiſit rẽ cœptã. Videntes igitur, qui Piſtorij erant quòd ſpes eis deficiebat ſubuentionis, fameſque eos præmeret conſumpto frumento, deſperatis rebus ſe ei dedide runt tertio ferè menſe obſidionis. Fama Caſtrutij nulla vnquam ex re tantum enituit, ſicut ex hac vna obſidione.

Piſtorium Caſtrutio deditur.

Florentini ne Ludouico Bauaro ſubiiciantur metuunt. Blon. ibid. Leon. Aret.

§. VIII.

Fractis ciuium animis ob Piſtorij amiſſionẽ, ac bellum ex propinquo magis, quàm vnquam horrentibus, periculum inſuper nouum, tremendúmque nunciatur, Ludouicus enim fruſtrà tentato contra Robertum regem progreſſu tandem Roma abiens in Hetruriam redire conſtituerat, eóque animo Tudertum vſque iter fecit: vt palam dictitaret ſe Florentiam petere. Erátque ad eum conuentus exulum, omnifariámque aduerſariorum. Res tota ſic ferebatur compoſita, vt Ludouicus cum exercitu per Peruſinum Cortonenſémque agrũ veniret Aretium, inde paratus inſtructúſque Florentiã inuaderet, Caſtrutius è diuerſa regione victor à Piſtorio cum omnĩ ſuorum manu ſuperueniret. Vbaldini verò, ac cæteri diuerſæ factionis tyrãni, qui circa Apenninũ incolunt arces, alia rurſus manu per Mugellanum agrũ deſcendentes, ab ea quoque parte obſidionem vrgerẽt. Erant hæc formidoloſa, ac plena ſollicitæ expectationis ita vt pleriſque nullam ſupereſſe ſpem à periculo videretur. Quippè vel Caſtrutius ipſe per ſe ſatis robuſtus terrere poterat Florentinos, quid addito Ludouici exercitu, atque præſentia cum omnium inimicorum cœtu.

Examinata igitur metu vrbana multitudine vltro ſe cohortantes, nihil facere prouidereque omiſerunt, quo ab imminenti periculo ſeruarentur. Igitur Varicum, cæteráque ſuperioris Arni oppida, quæ ad Aretinos ſpectant, affatim communire ac validis præſidiis firmare placuit. Admoniti præterea ſocij, vt quaſi ad extremum opus quanta maxima poſſent auxilia mitterent. His prouiſis forti iam animo diſcrimen expectabant, futurum certè maximum niſi benignitas Dei aduertiſſet. Poſtquam autem receſſit Ludouicus ex vrbe, quia deficiebant ei pecuniæ

Omnia conatu ſe cõtra Ludouicũ præparant.

A.C. 1328.

Romani Ludouici partes relinquunt.

pro ſtipendiis, nec quæ ſibi promiſſæ fuerant à Tuſcis, Gibellinis, & Longobardis mittebantur venit Viterbium. Et poſt receſſum eius Romani cum Vrſinis, & aliis amicis regis Roberti depoſuerunt ſenatorem factum à Ludouico, & fecerunt alios duos, vnum ex Columnenſibus alium ex Vrſinis: & annullarũt omnia facta per Ludouicum: & ceperunt & tenuerunt vrbem pro eccleſia Ioanne vigeſimo ſecundo & rege Roberto.

Cùm enim iam omnia Ludouicus paraſſet, vt è Tuderto in Hetruriam iter dirigeret, claſſis Siculorum, qua regem Roberti inuadere conſtituerat, tardius comparata eo tempore aduenit, cùm iam Ludouicus cœptum regni negotiũ omiſiſſet. Præerat autem claſſi Petrus Friderici regis filius, erantque cum eo naues Genuenſiũ exulum, qui regi aduerſabantur. Ludouicus ergo cum equitatu delecto Cortonem profectus eſt. Ibi námque prædicta claſſis eum præſtolabatur. In colloquio autem magis querelæ effuſæ, quã vlla prouiſio, aut reparatio facta. Ille enim fruſtrà paratam claſſem, magnámque vim pecuniæ incaſſum aſſumptam, hic ob tarditatem aduentus, res ſimul ſpéſque ſuas ob id fruſtratas querebatur. At reditum in regnum, quod illi poſtulabant, omnino recuſauit. Et hæc fuit cauſa retardationis impetuoſi progreſſus in Florentinos.

Ludouici Bauari caſus aduerſi.

Caſtrutij mors.

Caſtrutium autem per tempora mors opportuna oppreſſit. Poſt receptum enim Piſtorium & quibus erat neceſſarium firmatum cum Lucã ad cætera paranda rediiſſet, in valetudinem incidit aduerſam, ac poſt paucos dies è vita deceſſit. Cauſam eius morbi ex labore caſtrenſi immodico, nimiaque animi & corporis fatigatione proueniſſe putant. Obiit quoque per idem ferè tempus Galeatius vicecomes, qui dudum in Mediolanenſes cæteraſque Galliæ vrbes amplum ac regno ſimile, tenuerat imperiũ. Is enim poſt amiſſas res ac perditas opes ad Caſtrutium cõfugerat, ac in Piſtorienſi obſidione cum eo fuerat. Ibi contracto morbo Piſciæ è vita deceſſit. Sicque verum oſtenditur quod ait pſalm. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros libani, tranſiui, ſcilicet per conſideratioñe mentis, & ecce non erat: quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Et iterum. Deieciſti eos dum alleuarẽtur. Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam: velut ſomnium ſurgentium exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt cũ armis ſuis excommunicati, vt rebelles eccleſiæ. Idem contigit & in poſterum eueniet cunctis rebellibus, & inimicis eccleſiæ.

Galeatij obitus Aug. mẽſe. A.C. 1328

Pſal. 36.

Pſal. 72.

Eccleſiæ hoſtes malè pereũt.

Florentini verò de maximis periculis liberati maximas Deo habuerunt gratias: qui de ſe, & ſua virtute gloriantes humiliauit: & mœrentes ſoſpitate erexit. A Caſtrutio verò duo filij derelicti ſuperſtites, Arrigus & Galleranus. Eos quia tenera adhuc ætas tantæ molli impares reddebat, ſub matris amicorumque tutela pater dimiſerat. Hi igitur celato obitu Piſas nouis copiis occuparunt, veriti ne Piſani recognita rebellandi conſilium ſumerent. Neque vana erat ſuſpitio. Nam Piſani dominatum Caſtrutij haud æquo animo ferebant, facultatem omnem arrepturi [qua illius iugũ poſſent excutere.] Decurſa igitur vrbe, ac pópulo aliquot locis fuſo cum dominatum vi & armis adoleſcentulis confirmaſſent. Tunc deinde patefacta eſt mors, & funus omni magnificentia peractum. Nuncius autem ad Ludouicum de morte Caſtrutij venit: cũ adhuc in colloquio claſſis eſſet. Ex hoc mutato repentè conſilio omnibus poſthabitis curis per maritima Piſas contendit. Florentiæ auditus Caſtrutij obitus inter ſpẽ & metũ vix credibilis videbatur. Mox vt magis ac magis confirmatus eſt verſis in lætitiã animis, nõ iã de repellẽdo: ſed de inferẽdo bello cogitabãt. Hoc enim vno acerrimo hoſte ſublato, Ludouicum iam, & cæteros hoſtes contemnebant. Vnde & eductis copiis Carminianum adorti inuadere, acriter dimicantes, & ſi eſſet benè munitum oppidum, tamen non poſt multos dies & caſtrum & arcẽ eius fortiſſimam ceperunt, qui in ea erant incolumnibus abire permiſſis, ac etiã pecunia data.

Iob. 5

Piſæ Caſtrutij filijs ſubijciuntur.

Florentini animos reſumunt.

Ludouicus Bauarus Antipapam erigit. Ioannes Villanus.

§. IX.

Sup. §. 6.

AD ſuperiora tempora aliquantulũ redeũdo ad inſinuandam temeritatem ac ſuperbiam Ludouici. Cùm Romæ adhuc eſſet ipſe Ludouicus coronatus à Sciarra, vt dictum eſt nefariam rem aggreditur. Falſum Romanum pontificẽ præſumpſit erigere antipapam, priuato ſua ſententia Ioanne vigeſimoſecundo eiuſdem ſedis vero antiſtite. Quod ludibrium barbari veſaniique hominis ſacra fidelium eccleſia nõ recepit, tantũ fautores quidam perfidię eius eum receperunt: qui meritò ab vnitate fidelium ſequeſtrati ſunt. Addixernnt ſe quoque huic furori complures apoſtatę, rebelleſque religionum, ac omnis ſentina reproborum clericorũ. Ipſe verò falſus pontifex ſibi cardinales creauit ac cætera veri pontificis officia æmulatus [a] Ludouicum Bauarum in imperio confirmauit. Ita falſus imperator, & falſus pontifex ſibiinuicem authores dignitatis fuere, altaria ſacraſque vrbis ædes mutuo profanantes, qui poſtea Piſas adueniens recognouit errorem ſuum, confeſſus & abiurans ipſum, & ductus Auenionem coram Ioanne. xxij. venia petita in carcere per triennium manſit, vbi & mortuus eſt.

Antipapæ fautores quales.

Ludouicus autem poſt mortem Caſtrutij, vbi Piſas aduenit, ſummaque gratulatioue receptus eſt, quo beneuolentiam ſibi conciliaret, aç ſpem dominatus Caſtrutianis auferret Tarlanũ equitum Aretinum, fratrem Guidonis præſulis cui amicitiam cum Piſanis & odium aduerſus Caſtrutium fuiſſe diximus, ciuitati præfecit. In cæteris quoque non ſatis pacato corde in Caſtrutij filios eſſe videbatur. Quamobrem illi primò timentes, Lucæ portas claudebant: nec quẽquam ab illo proficiſcentem intrare vrbem patiebantur. Demum lenita ira cum adoleſcentiũ

a *Ludouicus Bauarus coronatus eſt iterum Romæ in Baſilica S. Petri à Nicolao. 5. Antipapa die Pentecoſtes 11. Cal. Iunij A.C. 1328. Onuph. Sic igitur verum eſt, quod hoc D. Anton. aſſerit Ludouicum fuiſſe ab hoc falſo pontifice confirmatum, quia ab ipſo iterum conſecratus extitit.*

mater

A.C. 1329.

niater grandia ferens munera Piſas ad eum veniſſet, natoſque ſuos illius fidei commendaſſet Lucam proficiſcitur. Ibi per eius præſentiã inſurgẽte plebe, ac tyrannidem Caſtrutiarum incuſante, gubernationem adoleſcentibus ademit & quemdam ex proceribus ſuis Lucæ præſidem impoſuit, ſimulque magnam pecuniæ vim Piſanis Lucenſibuſque imperauit, quaſi mercedem tyrannidis ſublatæ.

Carolus Apuliæ regis filius Neapoli moritur, 6.Id. Nou. A.C. 1328.

Dum hæc in Hætrutia geruntur, Carolus Roberti regis filius morbo correptus apud Neapolim obiit, ciuſque Florentini, eius imperio liberi, temp. ex integro capeſſentes, bona iam ſpe gubernationi incubuerunt. Et ſanè iampridẽ odio fuerat Apulorũ & Campanorum auara cupiditas cuncta ad rem pecuniariam referentium. Quamquàm autem profuerit in multis regiæ domus fauor, attamen (quod negari non poteſt) inexhauſta quædam pecuniarum materia Florentia illis fuit, vt ſi quis à Carolo primo Siciliæ rege ad hunc modo alterum Carolum, quem diximus pecunias numeret, ſupra fidem ſupraq; modum videatur populum vnum tantis oneribus ſuffeciſſe. Igitur liberam tunc ciues reipub. adminiſtrationem complexi, quæ neceſſaria fuerunt, prouiderunt. Magiſtratuum ſortitiones ex delectis comprobatiſque hominibus in bienniũ deſtinatæ. Concilia duo rebus maioribus decernendis conſtituta, alterum merum populare, alterum mixtum ex nobilitate & plebe: quod cõmune vocitatum eſt. Ab his ſimul vexilliferis ſocietatum taxatum eſt menſium quatuor tempus eum primo ſex durare conſueſſet.

Florentini ſuã ipſi curant rẽpu.

Germani equites Ludouicum deſerunt. Blon. ibid.

§. X.

PER hoc ipſum ferè tempus coorta in Ludouici exercitu ſeditione, ad octingentos Germani equites ab eo defecere, qui Piſis egreſſi cùm Lucam occupare conſtituiſſent, paruo temporis momento re ante cognita, prohibiti ianua ſunt. Excluſi itaque Luca, ac ſpe fruſtrati, cuncta circa vrbem loca hoſti rapina fœdauerunt. Mox in proximum euadẽtes collem, apud Cerulium munitum quõdam à Caſtrutio locũ ſtatiua poſuerunt. Grauis profectò vicinitas amicis & inimicis prorſus formidata. Hi miſſis Florentiam legatis, fidem operamque ſuam pollicebantur. Frequenter de his rebus conſultatũ eſt, tandem res infecta relicta: illa maximè ratione, quòd periculoſum videbatur Germanis hominibus, & ſub hoſte militare aſſuetis rem ciuitatis committere. Cæterum horum transfugiũ ac diuturna, iiſdẽ locis incubatio: maximarum poſt hæc nouitatum ſemina peperere. Ludouicus enim horum diſceſſu ſollicitus lenibus primò verbis Germanorum iram placare nixus, vbi duriores ſenſit, Lucæ cui illi imminebant timere præſides mutare, Caſtrutij filios amouere, omnia penè ſuſpicionibus mutare pertexit cõtra Germani qui caſtra iis locis tenebant Ludouico infenſis ac nocendi occaſionem expectantes.

Per extremum illius anni Caſtrutij filij, quos

A in priuatam formam redactos à Ludouico diximus, militibus centurionibúſque, qui ſub patre militauerant magno numero coactis, Piſtorium occupare conati ſunt. Præſidium Ludouici intra vrbem erat, non tamen ita validum, vt eſſet pertimeſcendum. Ingreſſi itaque Piſtorium Caſtrutiani, cũ pleraque ex improuiſo peruaſiſſẽt loca: inſurgentibus ciuibus vrbe pelluntur.

A.C. 1329. Caſtrutiani Piſtorio quod occupare nitebantur excluſi. ſup. §. 9.

Eodẽ anno conſpiratio coniurationis Florentiæ deprehenſa eſt facinoroſorum hominum, qui incendere vrbem, ac prodere hoſti cogitauerant. Res tota iam compoſita ferebatur, vt conB ſtituta nocte quatuor vrbis locis de induſtria incenſis, dum ad illa reſtinguenda ciues intenti eſſent: coniurati portam effringerent, hoſtemq; ad hoc ipſum ex compoſito paratum accerſitúmque reciperent. Id excogitatum compoſitumque per id tempus, quo Ludouicus & Caſtrutius venturi ad vrbem credebantur: & minima de plebe hominum ad facinus patrandum cooperata manus. Repertæque ſunt ædes aliquot malleolis conſtipatæ: quo promptius vali diuſque corriperentur incendia. Sed de proditoribus ſupplicio ſumpto ciuitas conquieuit.

Proditio contra Florentiã facta detegitur.

C

Ludouicus in Italia variè vexatur. Blondus ibid. A.C. 1329. Nota quàm proſperè excommunicatis principibus omnia cedant.

§. XI.

PRINCIPIO inſequentis anni, vt ſcribit Leonar. in vj. lib. hiſt. Floren. Ludouicus quoniam Germani equites, qui ab eo transfugerant, omnibus cœptis cogitatiſque obſiſteD re videbantur, nec promiſſæ ab Actio pecuniæ comparebant, quo his proſpiceret incommodis tranſire in Galliam citeriorem ſtatuit. Relicto itaque Piſis falſo pontifice, cum omni hæreticorum apoſtatarumque ſentina, ſcilicet antequã captus duceretur ille antipapa Auenionem vt dictum eſt, cùm per agrum Parmenſem deueniſſet in Galliam exiſtimarétque ſubitò Piſas reuerti, maiora quàm putabat in Gallia impedimenta offendit. Actius enim illius perfidiam in paterna dudum euerſione expertus parere noluit aduenranti, ſed Mediolano cæteriſque oppidis excluſit, quare bello in his locis neceſſaE riò eſt implicatus. In Hetruria verò poſt eius diſceſſum varios caſus varióſque euentus res ſuſceperunt.

Germani verò quos in colle imminenti Lucæ diximus conſediſſe, haud multò pòſt eius tranſitum in Galliam Marcum vicecomitem quem à Ludouico miſſum pro obſide retinebãt ſibi ducem præfecerunt. Huius maximè opera atque ingenio freti tandem Lucam occupant, intromiſſi per arcem à veteranis, qui cuſtodiæ præerant. Mox per legatos Florentiam miſſos obtulerunt eam ſe vrbem dedere velle. Duo auF tem ab eis poſtulabantur. Stipendiorum antiquorũ diſſolutio, ea ſumma erat auri millia circiter octoginta. Secundò pro Caſtrutij filiis præcipua quædam, his námque & amicitia erat

Germani Lucam occupant.

A.C. 1329.

paterna cum Marco vicecomite, & ingreſſum Germanorum in vrbem Lucam odio præſentis dominationis curauiſſe videbantur.

Florentini de recipiẽda à Germanis Luca delibe rant.

Re igitur Florentiam delata variè conſultatũ eſt à ciuitate. Erant qui ſine vlla cunctatione ſuſcipiendam à Florentino populo Lucam, ac pecuniam Germanis exoluendam, erant qui totam huiuſmodi oblationem repudiandam cenſebant. Oberantque vtilitati publicæ ſimultates priuatæ. Quod enim præcipui quidam ciues ferebantur authores, repertoreſque huiuſce facti Germanis fuiſſe, horum ſucceſſibus renitentes aduerſarij contra pugnabant. Cùm igitur de his ad populum magiſtratus referret, ac variæ, pro vniuſcuiuſque ingenio dicerentur ſententiæ, propiúſque ad repudiandum res inclinaret: Pinus Toſa eques Florentinus (qui vnus ex authoribus fuiſſe Germanis ferebatur) in hunc modũ ſententiam ſuam dixit.

Toſæ Florentini de Luca vrbe recipiẽda oratio.

Si quemadmodum leges domi, ſpectatiſſimi ciues, quas tempus experientiáque rerum magiſtra inutiles arguit, ſic etiã detrimẽtoſa foris cõſilia corrigere vobis liceret, nõ multũ mihi, aut cuiquam alteri patriæ amatori in hac deliberatione veſtra putarem laborandum. Quippè tempore ipſo comprobante, quid factu ſit optimum ſequeremini. Nunc autem ea quoniam eſt natura rerum propoſitarum, vt malo ſuſcepto conſilio pœnitere nihil proſit, omnes, & adniti & conari oportet quomodo reipu. commodum amplectamur. Res enim hic (ni fallor) permagna agitur, & in qua plurimum referat, hoc, an illud eligatis. At me quidem aut error habet ingens, aut permulta ſimul ad ſuſcipiendam Lucã nos hortari videntur, quę cũ ante oculos poſita ſint, miror eſſe quoſdam, qui ſe hæc videre intelligereque diſſimulent. Ipſe breuiter, quæ intueri videor ſigillatim decurram. Vtilitatem vobis Lucæ ſuſceptio duplicem affert. Nam & ſedes illa per vos occupata hoſtibus non patebit, & ipſa vobis contra hoſtem peropportuna erit. Scitis enimquot bella per hoſce annos grauia quidem & aſpera pertuliſtis, ea omnia ab iis, qui tenuerũt Lucam eſſe illata. Hæc igitur facultas adépta hoſti permagnam reipu. veſtræ pariet ſecuritatẽ nocendiq; cupidos longius ſubmouebit: vt iã ab ea parte non ſit amplius aliquid formidandum. Nulli verò vobis, neque animis inimiciores: neque opibus infeſtiores ſunt quàm Piſani. Nil porro opportunius ad eos deprimendos, quàm Luca eis finitima, penè in veſtibulo eorum poſita, vt ſiue aduerſus eos ſuſcipiendum ſiue repellendum ſit bellum: permagnam exinde opportunitatem ad vtrumuis habeamus.

Luca quãtã Florentinis afferat vtilitatem.

Age verò ipſa per ſe quanta potentiæ erit acceſſio, pulcherrimam munitiſſimámque vrbem tantum agri, tot oppida, tot arces, in poteſtatem veſtram deuenire? Quid autem gloria & amplitudo nominis maieſtatiſque Florentini populi quantum augeſcet, ſi ciuitas dudum noſtræ potentia & opibus penè par vobis ſubiiciatur? Equidem, vt iſta communi vita, moribúſque hominum vtor, ita illis me moueri fateor, quæ bona apud homines putantur, extendere fines, imperium augere, ciuitatis gloriam ſplendoremque extollere, ſecuritatem vtilitatémque adſciſcere, quæ niſi expetẽda dicamus, & cura reipu. & pietas in patriam, & tota penè hæc vita nobis

A.C. 1329.

A erit peruertenda. Hæc ſi illi, qui ſuſcipiendam vobis diſſuadent, contemnunt: ac pro nihilo eſſent, nouas profectò viuendi normas in vitam adducunt. Sin illa probant, & in bonis æſtimãt, hanc ſuſcipiendam putent neceſſe eſt, vnde tot bona, tótque commoda proueniant. Mihi quidẽ diuino quodam beneficio hæc oblata facultas nobis videtur, vt ex qua vrbe primò Fagiolanus poſtea Caſtrutius non ſine clade nobis intulerunt bellum: eam nũc vrbem ſine periculo, ſine vulnere poteſtati noſtræ ſubdere valeamus. Quod ſi hanc facultatem nunc nobis oblatam prætermiſerimus, deinde à quibuſdam huius po- B puli aduerſariis ſuſcipiatur, bellumque inde & tumultus inſurgat, quis non meritò nos culpabit? quis non carpet? quis non iuſtè ignauiæ, pœnas ſubire nos dicet?

Reſpõdet contrà ſententibus.

Duo contra hæc maximè dici video. Nã ſunt qui dicunt ſatis vos habere monentes, id quod eſt, tuendum ſolum, & nec impenſis, nec cœptis nouis onerandum. Alij ſuſceptionem eius vrbis non improbant quidem, ſed abſque vllo impendio venturam demum in poteſtatem noſtram arbitrantur. Hi quidem diuinare velle mihi videntur, ſuperiores verò longè aberrare. Tuẽdum C id quod eſt, ſolũ cenſent, quaſi iſta ſuſceptio nõ pro tutela fiat eorum, quæ poſſidemus, aut ſuperiora bella inde nobis illata non in periculum hæc ipſa amittendi coniecerint. Non eadem iſti mente in patrimonio proprio, ac in re verſantur publica, patrimoniũ ſemper quidem augere quærunt, ac diu noctuque anhelãt, reip. verò acquirere interdicunt. Populus Romanus parens noſter nunquam orbis imperium nactus eſſet, ſi ſuis rebus contentus noua cœpta, impenſaſq; refugiſſet. Nec ſane idem propoſitum eſt homini publicè & priuatim. Nam publicè quidẽ ma- D gnificentia propoſita eſt, quæ in gloria amplitudinéque conſiſtit, priuatim verò modeſtia & frugalitas. Itaque qui de republica conſultant grandiorem animum celſiuſque propoſitũ aſſumere debent, nec tam de impenſis & laboribus, quàm de gloria ſplendoréque cogitare. Mea igitur ſententia eſt Lucam ſine vlla mora ſuſcipiẽdam, & hanc facultatem nobis ablatam nullo modo nobis negligendam eſſe. Pinus quidem ita perorauit. Ciues autem partim inuidia, partim tributorum formidine id conſilium negle- E xerunt, vana opinione detenti, quaſi Luca tandem ad eos nullis eſſet pecuniis peruentura. Itaque poſt longas conſultationes res infecta dimiſſa eſt.

Florentini Lucæ deditionem renuunt.

Piſtorienſes in gratiam redeunt cum Florentinis. Leon. Aret.

§. XII.

PER idem tempus Piſtorienſes (anno ſcilicet 1329.) Ludouici rem in deterius labi cernentes, pacem à Florentinis quæſierunt, quæ illis vel cupienter conceſſa eſt. Per eam pacem F omnes fermè exules Piſtorium redierunt. Præterea, & Murlum, & Carminianum Arteninumque Piſtorienſis agri caſtella, vt Florentini retinerent, conceſſum eſt. Quoq; pax ſtabilior eſſet quatuor ex præcipuis Piſtorienſium familiis equeſtri dignitate à populo Florentino inſigniti ſunt.

A.C. 1329. ſunt. Iacobus Stroza eques Florentinus inſigni- nit eos populi nomine, ad hoc ipſum cum potestate publica miſſos Piſtorium, & ludi equeſtres ob eam pacem Florentiæ celebrati ſunt magnificè. Eo tempore fuit maxima penuria victualiũ per totã Tuſciã, adeo vt vix haberi poſſent pro pecunia, & ſextarius frumenti vno aureo vendebatur: & ſextarius ſaginæ triginta ſolidis. In eo mitatu quoque non minor penuria: nec erat in memoria hominum tanta penuria in Tuſcia.

Magna annonæ caritas.

Sagina genus hordei apud Italos.

Piſani quoque ſub eodem ferè tempore ad libertatem ſpectantes, repellere Ludouici iugũ perrexerunt. Eius rei cauſa Marco vicecomite cum Germanorum aliqua manu clam accerſito & intra vrbem recepto, arma populariter corripiunt. Depulſoque demum Carlato præſide cum omni Ludouici præſidio, rempublicam liberatam ſuo iã ipſi auſpicio gubernabant. Itaque mutatus vndique Hetruriæ ſtatus innouabatur. Marcus vicecomes ob nauatam Piſanis operam, magnificè ab illis donatus, haud multò poſt Florẽtiam venit, receptuſque eximiè ac publicè honoratus, negotium Lucenſe iterato induxit, propoſitis iiſdem cõditionibus, quæ pri' fuerãt ciuitati oblatæ. Eas ob res conſultatio irrita eundem, quem primò habuerat, exitum habuit. Itaque Marcus re infecta in Galliam abiit. At Germani Lucæ relicti, cum pecunias quærerent, eandem ad Piſanos rem detulerunt. Nunc verò ſunt cunctati Piſani illam capeſſere. Quippè iam pridem ſoliciti, ne ea vrbe potiretur Florentinus, incunctanter pecunias ſoluere, vrbemque ſuſcipere paciſcuntur. Id poſtquam Florentiæ auditum eſt, nulla fuit mora quin bellum inferretur Piſanis, quod poſt præſidium Ludouici eiectum tacito magis conſenſu, quam aperta pace fuerat intermiſſum. Ea de cauſa profecti equites pediteſque ad Piſarum vſque mœnia repentino impetu peruaſere.

Florentini iterũ Lucæ dominatũ reſpuunt.

Sub idem fere tempus Catinum oppidum, quod nuper in fidem Florentini populi deuenerat, ad hoſtes defecit, vnde concitata ſunt bella. Inter hæc Piſani ſpe potiundi Luca, ob exortas difficultates excluſi, pacem cum Florentinis fecerunt. Conditiones ferè eædem dictæ, quæ in priori pace. Sæpius deinde tentata Lucæ deditio, cum à ciuitate reiiceretur, Gerardino Spinolæ tandem Genuenſi viro nobili diuitiiſque ſupra priuatum modum abundanti, ſuſcepta pecunia tradiderunt Lucam, venientemque cum præſidio in arcem validiſſimam, quam in ea vrbe Caſtrutius munierat, induxerunt. Spinola igitur recepta vrbe, ciuibuſque in ſuam voluntatẽ benignè traductis, pacem agere cupiebat.

Florentinis autem longè aliter erat mens diuerſa, ſpes enim cupidóque inceſſerat Luca potiundi. Itaque nec Piſanos nuper tulerant ſe ingerentes, nec tunc Spinolæ factum æquo ferebant animo. Quamobrẽ reiecta pacis flagitatione, Catinum acrius premere, aliaque Lucenſis agri caſtella ad defectionem hortari, auxiliaque rebellantibus polliceri cœperunt. Spinola igitur & Lucenſes cum ſe bello haud diſſimulanter impeti viderent audendum aliquid rati in proximum caſtellum, quod fortè per eos defecerat dies copias educunt. Adfuitque fortuna cæptis. Nam multa cum inimicorum cæde caſtellum

A ipſum vi expugnatum receperunt. Inde Lucam reuerſi gratulabundi opem ferre obſeſſis ad Catinum ſtatuunt. Diu ibi pugnatum eſt adiunctis Lucenſibus quingẽtis equitibus Germanis belli expertis & peditibus multis. Denique Catinũ receptum eſt à Florentinis, longo quidem certamine, ſed admodum glorioſe. Agmina penè triumphantia in vrbem, coronatique fronde milites domum ad coniuges, & liberos ſuos eximia omnium gratulatione redierunt. Conſultum poſt hæc de Caſtro euertendo, peruicitque tandem eorum ſententia, qui retinendum cenſebant, propter eximiam eius opportunitatem ad B bellum.

A.C. 1329.

Florentini de Lucẽſibus triumphant.

Multa iam ſuadere videbantur Lucam ipſam obſideri capique poſſe à Florentinis. Primum ꝙ ipſi in ſe Lucenſes imbecilles ſanè atque impares erant, præſertim ciuitate diuiſa, magnaque exulum manu in hoc ipſo bello Florentinos ſectante, externi verò nulli videbantur opẽ laturi. Nam Piſani quidem bona pace obligati nihil contra moliri credebantur. Ludouicus Romani nominis imperatoris inuaſor, vnica partium ſpes, fractus ac debilitatus Gallico bello, tandẽ in Germaniã trans Alpes abierat. Falſuſque pótifex ab eo Piſis relictus, poſt Piſanorum rebel- C lionem ad verum pontificem Auenionẽ ductus veritatem recognouerat pœnitentiam agens, vt dictum eſt ſuprà nihilque ſupererat in præſentia, quod formidandũ videretur. Qua de re Florentini magna ſpe verſi ad bellum, non iam leuia conſectari, ſed Lucam ipſam capere, atque arcem belli obſidere conſtituunt. Ad hoc vbi ſatis omnia parata ſtructáque viſa ſunt, egreſſi in arma contra hoſtes copias duxere. At primum Cerulio, Viminaria, ac cæteris imminentib. Lucæ arcibus occupatis, mox deſcendentes vrbi ipſi admouetunt caſtra. Primò ab vna parte vrbis, mox creſcentibus copiis, & amicorum auxiliis confluentibus, alia ſubinde appetendo lo- D ca vndequaque illam cinxere. Cum durior indies redderetur obſeſſorum conditio, nec futuri ſpes præſentia ſubleuaret mala: Spinola rebus diffidens, modò pactiones tentare cum Florentinis, mo... alienum refugium circumſpicere, ſcrutari denique omnia indagarique cœpit.

Ludouic' Bauarus cũ ignominia ex Italia diſceſſit.

ſup. §. 9.

Lucam obſident Florentini. Blon. ibid.

Obſeſſis igitur tunc penitus fractis, & quò ſe verterent neſcientibus, cũ neque conſilium neque virtus ſupereſſet diuina prouidentia (qua regna conſtituuntur & mutantur humana) quod nemo prius ſuſpicari poterat, ſubminiſtrauit Lu- E cenſibus auxilium. Ioannes enim Bohemiæ rex erat, Henrici eius qui dudum in Hetruria deceſſerat filius. Hunc aliis de cauſis Italiæ finibus propinquantem Brixiani ſeditione domeſtica aduocarunt. Qua de cauſa Brixiã cum equitatu ingreſſus, haud multò pòſt Bergomates vicinos eadem quaſi ratione ſuſcepit, ac per amicos paternos vires extendit. Ad hunc igitur Spinola, & Lucenſes legatione miſſa Lucam dedidere. Ille opem ferre obſeſſis, periculóque liberare pollicitus eſt. Id etſi armis agendum exiſtimaret, tamen viam primo humaniorem ingreſſus lega- F tos Florentiam miſit, qui ſui iuris Lucam eſſe docerent, ac benignè poſtularent obſidionem diſſolui. Quod cum negatum eſſet, ad vim conuerſus, & arma & copias parat, expeditionem

A.C. 1329.

in Hetruriã mittit. Florentinos per quàm inopinata res turbabat animos. Illa inſuper afficiebat cura, quòd orta nuper in caſtris ſeditione conducti milites nulla ducti reuerentia cædes & incendia fœde patrauerant. Ob quæ ſuſpecti ſimul contumacesque, nec ipſi ſe duci, nec dux illis ſe ſatis credebat. Et iam transfugia quædã ex caſtris facta erant conductorum. Quamobrẽ periculum rati expectare hoſtem, vbi appropinquare præfectus regis cum equitatu nunciatus eſt, obſidione omiſſa copias reduxere, quinto ferè menſe, poſtquam obſidio cœpta fuerat.

Lucæ obſidionem Florentini ſoluunt.

Per hunc modum primus Florentini conatus populi ad Lucam capiendam plenus dudũ bona ſpe, in irritum excidit, ac maiora ſubſecuta certamina diſpendiis & periculis [plena] mali pœnas conſilij à populo exegerunt. Non multò antea dominus Marcus de vicecomitibus Mediolanenſis etiam aliquando veniens Florentiã ſe obtulerat dare Florentinis Lucam certa quãtitate pecuniæ, cui tamen rei non fuit aſſenſum, qui dominus Marcus reuerſus in Longobardiã interfectus fuit à Galeatio ſuo nepote. Viterbienſes autem interfecerunt Syluestrum, qui tyrannicè dominabatur eis. Arberghettinus, de quo ſuprà cùm tractaſſet cum Bauaro proditoriè tradere & legatum & Bononiam detecta proditione ordita capite plexus eſt. Circa id tempus Genuenſes nauali prælio Aragonenſes ſuperant, & eorum littora deprædantur. Aliquot dies poſtquam Lucam venerat regis præfectus Florentinum populabundus ingreditur agrum habens equites ad mille ducentos, pedites autẽ ad duo millia. Temeraria proculdubio res, attamen ſortita ſucceſſum. Cùm enim facilè intercludi poſſent, triduo agros populati magnas inde prædas abegere.

Marcus de vicecomitibus à Galeatio vel potius ab Azzone Galeatij filio interfectus A.C. 1329. menſe Auguſt. Onu.

Ioannes Bohœmiæ rex in Ciſalpina Gallia vrbes acquirit. Blon. ibid. A.C. 1330.

§. XIII.

PER idem ferè tempus Ioannes rex Parmam, Regium, & Mutinam vrbes Galliæ citerioris ſeſe vltro dedẽtes accepit. Ita propinquior & potentior factus, indies magis formidabatur. Proximo dehinc anno plurimum aucta eſt ſuſpicio ob colloquium congreſſumque regis, & legati Romanæ ſedis, qui Bononiæ pręerat in quo tam amicè ſeſe receperant contra omnium expectationem: vt non modò non ſuc cenſeret legatus regi pro occupatis Galliæ ciuitatibus: verumetiam ſibi gratias videretur habere, & ſecuta mox conuiuia, arctæque amicitię ſigna mouerunt hominum mentes, & in ſuſpicionem verterunt, quibus eſt de rebus, quo clariores ſint, paulò altius repetendum. Bellum Gallicum originem traxit à Genuenſi bello.

Mediolanenſis belli origo.

Pulſi enim dudum Genua ciues diuerſarum partium, ſe ad Mediolanenſes contulerunt, eorúmque freti opibus redire in vrbem conabantur. Altera verò factio Roberto rege aduocato, ſeſe illi & vrbem dediderat, cuius freta viribus contra aduerſarios repugnabat. Admiſcuit ſe tunc his certaminibus pontifex ſummus, legatumque ſuum miſit in Galliam. Creſcẽte igitur Romanæ ſedis potentia, ita complures annos gerebatur bellum, vt apparerent mera partium ſtudia in illo verſari. Robertus enim rex Florentiniq;, ac tota illius modi factio legato in Galliam, legatuſque ipſe cùm opus erat, in Hetruriam ſubmittebat auxilia: Mediolanenſeſque, Veronenſes, ac Mantuani, cæterique imperij fautores contra nitebantur. Poſt diſceſſum itaq; Ludouici ex Gallia, legatus Bononiæ conſiſtẽs Mutinam & Regium & Parmam, quæ dudum vrbes ab eo defecerant, grauiſſimo vrgebat bello: quo metu hæ ciuitates ſeſe Ioanni regi dediderunt. Secuta ergo colloquia & amicitiæ ſigna inter regem legatúmque cum ante his de cauſis crederentur hoſtes, querelas ſuſpicioneſque pepererũt. Robertus enim rex, quòd paternam inimicitiam aduerſus Ioannem exercebat, legati factum indignabatur: Florentini verò ob ereptam è faucibus penè Lucam, & antiquã Henrici patris obſidionem infenſiſſimi erant. Eodemque modo per Galliam, Mediolanenſes, Mantuamque principes, legati veteres hoſtes, Ioannem etſi à ſtirpe ſuarum partium fautorem tamen ob hanc ipſam legati coniunctionẽ ſuſpectum habuere. Ita contra penè naturam rerum coniunctio quædam animorum inita eſt inter principes Galliæ, Robertumque regem, Florentinos, contra Ioannem regem & legatum, quæ haud multò pòſt hos ipſos omnes in vnum & apertum fœdus coniunxit.

A.C. 1330.

Aduerſarũ inter ſe partiũ coniũctio mirabilis.

Per idem tempus Piſtorienſes arbitrium poteſtatémque ciuitatis ſuæ Florentino populo tradidere, commoti ob diſcordias ciuium, quòd ij qui dudum pulſi à Caſtrutio per Florentinam pacem redierant, in vrbem, plus poſſe aduerſarios permoleſtè ferebant, videbanturque ob eã indignationem res nouas moliturí. Quare præuenientes familiæ dudum in Florentina pace honoratæ, dedendi protinus vrbem authores fuerunt. Nec poſt hac vt fœderati, neque rurſus vt ſubditi, ſed vt ſubiecti Piſtorienſes ſunt habiti: etſi ad ſpeciem ius deligendi magiſtratus, cæteráque iſtiuſmodi liberi populi ſimulachra eis in deditione reſeruata ſint.

Piſtorienſes ſe Florẽtinis dedunt. Blõ. ibid.

Eodem anno Bargam oppidum Lucenſis agri, quod in poteſtatẽ Florentinorum erat obſederunt hoſtes: & cum Florentini miſiſſent copias ſuas ad remouendum obſidionem, hoſtes ita præciderunt aditus, vt importari nil poſſet, pugnam autem detrectabant. Quare fruſtrati à ſpe opis ferendæ demum irriti redierunt, & paulò pòſt ob inopiam frumenti Barga Lucenſibus deditur.

Lucenſes Bargã capiunt.

Altero dehinc anno creſcente legati ſuſpicione, quoniã Ioannes relicto in Italia equitatu cum Carolo eius filio ipſe trans alpes ad maiores comparandas vires abierat, magno conſenſu fœdus initum eſt. Fuerunt in eo fœdere Veronenſium, Mantuanorumque tyranni, præterea Actius vicecomes, qui nuper Caſtrutiano bello Florentinorũ pulſauerat mœnia, tantũq; indignatio potuit, & vtilitatis ſpes, vt acerrimi quondam hoſtes in vnum amicitia ſocietateq; iungerentur. Conditiones verò aſcriptæ hæ. Totis vt viribus cum opus eſſet, ſibiinuicem opitularẽtur. Interim verò belli gerendi cauſa equitum tria millia in armis haberent. Horum

Floren-

A.C. 1331.

Bl. lib. 10. dec. 2. A. C. 1331.

Florentini ſexcentos conferrent, totidem Robertus rex, Maſtinus autem tunc Veronenſium tyrannus octingentos, Actius verò Mediolanenſium ſexcentos, Ferrarienſium principes (nam & hi in fœdus venerant) ducentos, totidem Mantuanus.

Legatus ad diſſuadendum fœdus Florentiã oratores mittit.

Legatus autem per hæc ipſa tempora Ferrarienſes bello perſequebatur, caſtraque habebat apud Argentam oppidum. Qui vbi initam ſocietatem à Florentino populo cum hoſtibus intellexit, ira & indignatione commotus, oratores Florentiam queſtum miſit. Hi conſumpta pleraque oratione in veteribus inimicitiis refricandis, damnandoque fœdere, ab illo, vt ſe diſiungeret ciuitas, poſtularunt. Ad hæc reſpõſum eſt; Florentinum quidem populũ Romanę ſedis fautorem in primis fuiſſe ac eo magis indignari ſi quis aduerſariorum ſuorum à ſede illa foueatur. Nec verò cuiquam admirationi eſſe debere ſi aduerſus Ioannem Henrici filium, quem & paterna vetus inimicitia, & noua Lucæ iniuria feſtum reddat, ſe putauerunt muniendos. Sub hoc reſponſo oratores dimiſſi. Et conſtabat plus intelligi à ciuitate, quàm verbis exprimeretur. Nam conciliatus quidem pontifici Ioannes rex per regem Francorum (quem arctiſſimo conſanguinitatis attingebat gradu) credebatur hoc totum Italiæ cœptum non inuito pontifice adoriri.

Ciuitates aliquot à Ioanne deficiunt.

Verum ex ciuitatibus, quæ ante diſceſſum, in fide regis Ioannis erant per medium hoc tempus Brixiam & Bergomum Maſtinus auerterat. Actius verò Ticinum abſtulerat, Ticini tamen arx à ſuis tenebatur. Quare rex reuerſus cum magnis copiis ex Germania & Gallia profectis Ticinum ferre obſeſſis auxilium tentabat, ſed ita foſſis & caſtellis circummunierat Actius, vt nihil ad extremum rex proficere poſſet. Itaque populato infeſtius Mediolanenſi agro Parmam copias reduxit.

Ferraria obſidetur. Blond. lib. 10. dec. 2.

§. XIIII.

Ferrariam Florentini auxilia mittunt.

LEGATVS tamen apud Argentam oppidum caſtra habebat, nec longè ab iis Ferrarienſium copiæ conſtiterant. Prælio itaque commiſſo profligati ſunt Ferrarienſes. Deinde admotis caſtris Ferraria obſeſſa eſt à copiis legati. Hoc igitur ſociorum periculo audito Florentini mittere auxilia ſtatuerunt. Sed inerat difficultas maxima tenente pene omnia legato circumiacentia loca: vel regis Ioannis copiis alia itinera ad eam occupantibus. Miſerunt ergo quadringentos equites, quibus præfecerunt præſtantiſſimos iuuenes, Franciſcum Pallerilium Strozam, & Hugonem Neri filium Scalam. Qui perrexerunt Mediolanum honorificè recepti, quia tunc cum eis fœderati, deinde Veronam. Ex Verona autem profecti equites Florentini, cum adiunctis copiis Mediolanenſium & Veronenſium Ferrariam ingreſſi ſunt. Armata ergo multitudine vrbana omnibuſque paratis cum duabus ſimul portis eruptionem feciſſent, caſtra hoſtium adoriuntur. Naues etiam, quarum ad triginta habebant, per flumen ad caſtra oppugnanda dimittunt. Certamen atrox fuit, atque aliquandiu ita pugnatum, vt neutrum in partem inclinaret victoria. Sed pręcipua ea die pugnãdi laus penes duces ipſorum Florentinorum fuit, cum ambo pari ardore in prima verſarentur acie. Tandem hoſtes ſuperant, ac referre pedem compellunt. Simulque refracta pluribus locis munimenta caſtrorum peruadunt. Additur præterea terror hoſti, quòd cum magna effuſaque eſſet fuga, ad vlteriorem fluminis ripam, pontis nimio pondere delapſus eſt. Quo facto omnis hoſtium equitatus, & maxima peditum pars intercipitur. Per hunc modum victoria Ferrarienſibus ſociiſque parta eſt cum magna aduerſariorum ſtrage.

A.C. 1332.

Legatus à Ferrarienſibus & eorum auxiliariis vincitur. Rex Ioannes Lucã recipit.

Ob hanc victoriam cuncta paulò pòſt Flaminia defecit à legato, & Bononiæ ita trepidatum vt niſi Ioannes rex cum equitatu aduenisſet, populus arma fuiſſet capturus. Sed illius præſentia nouas res compeſcuit. Rex autem eodem anno Lucam acceſſit. Huius cauſa fuit, quia duo filij Caſtrutij, quos obſidum loco res ſecum ducebat arrepta fuga ex clientelis paternis magno numero coacto Lucam ſubitò ingreſſi ſunt: vrbemque in ſuam poteſtatem redegerunt, præter arcem, vbi erat pręſidium regis. Eam ob rem rex cum duobus millibus Lucam properauit, & pulſis adoleſcentibus vrbem accepit, magnamque inde pecuniæ quantitatem Lucenſibus imperauit: & quaſi pertæſus Italiæ trans alpes abire conſtituit.

Multæ ciuitates à legato deficiunt.

In ea autem victoria habita Ferrariæ contra legati, & regis Ioannis gentes, multi ſtrenui capitanei, qui fuerant capti ex gentibus legati, dimiſſi fuerunt liberi, ſcilicet Dominus Franciſcus de Ardilaffis ex primoribus Forolinij Dominus Malateſta de Arimino, Dominus Anaſtaſius de Polenta. His ex captiuitate liberatis & reuerſis in Romandiolam, Franciſcus rebellare fecit, & à legato recedere Foroliuium, Dominus Malateſta Ariminum & Ceſenam, & Dominus Anaſtatius Rauennam. Creditur, quòd in ſua liberatione cum iis, qui cœperant eos, in hoc conuenerint. Florentini ſuper hoc parum curarunt de damnis legati, quia quæſierat eos decipere, & ſubiicere eos ſuæ iuriſdictioni. Sed ſemper poſtea in deterius ſe habuit legatus.

Memorabilis aquarum apud Florentiã inundatio.

Sed extrema huius gaudij ex victoria Ferrariæ habita à Florentinis cum aliis viriliter dimicantibus, ſubitò luctus occupauit. Nam ciuitatem Florentiæ pene diluuium ſubmerſit. Circiter enim Calendas Nouembris quatuor diebus totidemque noctibus continuato imbre, incredibili aquarum multitudine fluuij omnes per Caſentinatem Aretinumque agrum egreſſi alueos inſtar, æquoris omnia texere. Inde paſſim deſcendentibus cum Seua quoque fluuius innundato Mugellano agro plena decurreret valle, Arnus autem nullis ripis neque terminis coerceretur, omnia ſupra vrbem loca complentur. Ea vis aquarum in muros perlata vrbis, partem illorum ad orientèm verſam proſtrauit. Inde per vrbem quaſi captam expugnatãque diſcurrens, trepidis ac fugientibus ciuibus cunctam occupauit, vt ad templum Martis, id eſt oratorium Ioannis baptiſtę ſupra dimidiũ colũnarũ porphyrearũ, humilioribus verò locis ſupra

A.C. 1332.

duodecim pedes altitudo aſcenderet. Nec prius increſcere deſtitit aquarum moles, quòd ad occidentem quoque non capiente iam vrbe aqua mœnia ſubuertit. Tunc demum egeſta vis & decreſcere pelagus cœpit. Tres vrbis pontes deiecti, & proxima ſecus fluuium ædificia, multæque per vrbem domus concidere. Pontes Carrariæ, ſanctæ trinitatis, & verus corruerunt. Molendina deſtructa ſunt. Et circa eccleſiam ſancti Petri ſcharadij, aquæ fuit altitudo quinque & in porta ſancti Petri ſex vel octo brachiis. In ſancta cruce aſcēdit vſque ad altare maius. Multi mortui ſunt, aliqui ſubmerſi, aliquos dum ſubſtantias vellent ſaluare, domus ruentes oppreſſerunt. Ceſſante hoc diluuio non inueniebatur panis, ſed miſerunt Pratum, Piſtorium & alia loca, qui adduxerunt victualia in copia.

Damna aquarum inundationis.

Ceſſante aquarum metu cum homines veluti attronici remanſiſſent, nouus iterato metus incidit à nobilitate. Robuſtiſſimę trans Arnum familiæ nobilium erant, Pontes autem diſrupti, eas ſeparauerant: vt iam duæ ex vna ciuitate factæ viderentur, & rixæ quædam coortæ ſuſpicionem augebant, ob hunc metum pontes duo ex ratibus facti, quo trāſarninæ plebi, ſi opus foret ſuccurreretur. Tunc demum timere deſitum eſt.

Inter familiæ nobiles rixæ oriuntur. A.C. 1332.

Eodem anno Florentinorum ſociorumque oratores communi de re apud Hericem, locum in Ligutibus conuenere. Mouebat autem, quia legato graui plaga percuſſo, Ioanneque rege trans alpes relicta Italia digreſſo proſperis ſecundiſque rebus de præda iam inter ſocios oriebatur contentio, diſcordiam paritura, ni obuiaretur. Itaque proſpicere iam inde, & anteuenire placuit. Re igitur diſcuſſa ita conuenit, vti Cremona Mediolanenſi, Parma Veronenſi, Regium Mantuano, Mutina Ferrarienſi, Luca Florentino deſtinaretur. Hæc bona fide procuranda iuuandaque, quoad vrbes iſtæ in poteſtatem venirent, bellumque poſt hæc acrius cœptum. Prima hoſtium ruina, ab eo qui caput fuerat malorum omnium, legato incepit. Hic erat vir Gallus intolerabili ſuperbia atque faſtidio, & auxerat naturæ vitium proſperitas fortunæ, nihil vt iam minus ferendum, quam eius proteruia videretur. Cum ergo Ferrarienſes capta poſt prælium Argenta, Bononienſem in agrum copias traduxiſſent, lateque omnia vaſtarent, ciues per eam occaſionem ſumptis armis verterunt impetum in legati ſatellites. Quibus variè per vrbem oppreſſis; ipſe trepidus in arcem munitiſſimam quam ſibi conſtruxerat, refugit. Bononienſes arcem die noctuque obſeſſam oppugnabant. Quæ cùm Florentiæ audita eſſent, & ſi populus non inuito modo hanc legati ruinam percipiebant: tamen vicit humanitatis reſpectus, vt pro reuerentia ſedis Romanæ de legati ſalute cogitarent. Ita miſſi confeſtim Bononiam oratores quatuor: & cum iis equites trecenti, ex Mugellanoque agro magnus peditū numerus miſſi ſunt. Hi rogando atque monendo ſequeſtres tandem fuere, vt legatus reddita ciuibus arce incolumis abiret. Idque tanta difficultate impetratum, vt aliquot dies aduerſus eorum preces reſiſterent Bononienſes, & poſt rem impetratam, cùm extra mœnia legatum deducerent vix à populi impetu in eum ruentis defendere illius ſalutem potuerunt. Magna deinde vi Florentiam perductus, mox Piſas, inde mari delatus ad pontificem abiit.

Principes Italiæ ciuitates inter ſe partiuntur.

Legatus à Bononienſibus obſidetur, & fugatur.

A.C. 1333.

Receptus autem fuerat prædictus legatus Florentiæ magno cum honore. Nam proceſſionaliter ei obuiauerunt clerus omnis & populus cum crucibus, vt legati recipi ſolent, clauſis apothecis, pallio aureo ſuper caput eius delato, & in domibus epiſcopatus requieuit, & vltra xenia eſculentorum, & poculentorum, largiti ſunt ei mille ducentos florenos. Priuati etiam ciues diuerſa munera obtulerunt, nihil tamen recipere voluit, niſi confectiones. Qui prudenter & magnificè fecerunt compatientes afflicto, & non reddentes malum pro malo beneuolum eum reddiderunt reuertentem ad curiam in relationibus ad Papam.

Redit in Galliam. Pallium. i. vmbella.

Confectiones. i. bellaria ſeu apophoreta vel Salgama.

Florentini Lucam obſidere tentant. A.C. 1333.

§. XV.

ALTER o dehinc anno Florentini Lucam obſidere conſtituerunt, atque ita conuenerunt vt ex ſociorum copiis, quæ circa Parmam erant in caſtris, pars Apenninum tranſiret ad Lucæ obſidionem perurgendam. Hæc itaque auxilia expectantibus Florentinis, inſidiæ in caſtris ad Parmam deteguntur. Equites enim Germani pecunia corrupti ſeditionem in exercitu facere, ac Maſtinum, cæteroſque duces, qui præerant caſtris interficere conſtituerant. Hoc à legato, quo iniurias vltum iret, procuratum credebatur. Igitur ea re detecta, plerique Germanorum Parmam transfugere, turbatioque iſta effecit confeſtim, vt Parmæ ſolueretur obſidio deficientibus auxiliis: Luca quoque quo minus obſideretur impedimento fuit.

Per hoc tempus marmorea turris, quæ eſt ad Reparatæ templum fundari cœpta eſt: architectata quidem à Gothio inſigni per eam tempeſtatem pingendi magiſtro, ex Mugellano agro oriundo, cui ſimilis tunc in Italia in arte pictoria non fuit. Is & fundamentis faciendis pręfuit, & formam, quam nunc videmus præſtanti magnificentia operis deſignauit.

Eodem anno copiæ ſociorum duce Maſtino Veronenſi in agrū Parmenſem reuerſæ, obſidionem ex integro inchoarunt. Fuitque in his Florentinorum equitatus ex fœdere conſtitutus. Aliæ inſuper copiæ contra Lucam deductæ cuncta belli terroribus infeſtabant.

Ob hoc Ioannes rex, qui in Galliam vlterius abierat, quo imminens Lucę periculum depelleret, regi Francorum illam dedit. Ipſe autem rex vocatis Florentinis ciuibus, quorum multitudo ingens in regno eius negotiabatur, donationem factam oſtendit, ſuamque eſſe Lucam proteſtatus eſt, proinde abſtineret Florentinus à bello inferendo. Ea res à negotiatoribus Florentiam perſcripta, nequaquam retardauit populi cœptum nec planè rex ipſe rem perſecutus eſt, certior factus à rege Roberto Lucam ad Ioannem nunquam iure pertinuiſſe, ſed ſua dudum cùm eſſet, à Fagiolano primum, mox à Caſtrutio occupatam.

Luca regi Francorū datur, ſed non admittitur. A.C. 1344.

Anno illo Ioannes pontifex Romanus è vita migrauit:

A.C. 1334.

Ioannis 22. obitus & theſauri ingentes.

migrauit: anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimoquarto: vitæ verò ſuæ anno nonageſimo, & obiit Auinione. Reliquit autem in theſauris ingentem vim auri, & argenti: cuius computatio fuit millies vigintiquinque millia aureorum, nec legitur aliis temporibus eccleſiam fuiſſe locupletiorem. Paulò antequam moreretur vnà cum [a] Philippo rege Francorum & Venetis in adiutorium Grecorum, & defenſionem contra Turcos claſſem armauerat, & victoria habita contra ipſos repreſſerat.

a *Hanc expeditionem ſic Contin. lib. 5. cap. 6. memorat. Philippo Valeſio in regnum Francorum inaugurato maiore ſpe atque apparatu ſumptuoſiore omnia redintegrata, Francus equidem egerat cum Venetis, vt legatos ad ſe mitterent de expeditione in Syriam comparanda. Miſſi ſunt Philippus Belegnus, Blaſius Zenus, Marinus Maurocenus, Papa legatum miſit. Conuenerãt igitur inter eos, vt ad euertendos Turcarũ conatus, & adiuuandam Syriam Pontifex & Gallus equitum viginti millia, peditum quinquaginta armarent. Conflarẽt Veneti claſſem centum nauigiorum, in quibus cum quatuor hominũ millibus inſtructæ eſſent triremes, onerariæ naues ad commeatum ferendum, machinaſque, aliáque ad vſum belli neceſſaria traiicienda parata Veneti nihil morati Petro Zeno imperium claſſis tribuunt, qui miro ſtatim victoria curſu longè latéque Barbaros inſectatus, omnem maris oram, quæ ad Syriam ſpectat, circa inſulas à Sarracenorum Tartarorumque iniuria vindicabat. Hæc ille. Breuius Petrus Marcellus de Venetis hæc ſcribit. Sub id tempus Veneti Ioanne 22. Pontifice & Galliæ rege annitente, ingentem vim nauium ac triremium aduerſus Turcos compararunt, quæ ſub Petri Zeni imperio innumeras hoſtium naues circa Syriam inuentas oppreſſerunt. Quoſcunque viuos in poteſtatem redactos Zenus necauit. Hæc ille. de Philippo porro Valeſio ſic ſcribit Æmy. Francus claſſem ad ſacrũ bellũ parari iuſſerat, eãque ipſe, cùm illuc ſe contuliſſet, conſpexit. Auenione de ratione Barbarici belli cum Benedicto communicauit, ac ne quid ſe abſente moueri domi poſſet, Ioannem filiũ quatuordecim annos natũ Normanniæ ducẽ creauit, rebuſque præfecit, miſitque ad Anglum, vt is ſe ſociũ ſacræ militiæ præberet. Oratores Angli bellũ Francisci conſilia agitare cognouere: nec Catholico regi arma procul ferenda, ſed domi exercenda. Sic ergo ſacri belli cogitatio in Anglum eſt tranſlata.*

Erat autem multum literatus dictus papa Ioannes: vnde ſermonem [b] faciens in publico

b *Huius Ioannis 22. tempore quæſitum eſt, an ſanctorum animæ ab omni peccati macula, vel in hac vel in altera vita iã purgatæ, viſione diuina perfruerentur ante extremum iudicij diem. Porrò Pontifex vir ſanè doctiſſimus, vt D. hic fatetur Anton. non ignorans nõnullos antiquorum Patrum (qualis eſt Iren. li. 5. aduer. Hære. c. 31. Iuſtin. Martyr. in li. quæ. à Gentib. Chriſtian. propoſ. q. 57. Tertu. lib. 4. aduerſus Marcionem paulò poſt medium, Orig. Hom. 12. in Leuit. Lactant. li. 7. cap. 21. Pruden. in poëmatis & quoſdam alios quos videre eſt ſuis verbis hæc loquentes apud Sextum Senenſe lib. 6. Bibliot. anno. 345.) ſentire & ſcribere animas non ſtatim poſt earum perfectam purgationem clara Dei viſione potiri, ſed ſuorum reſurrectionem corporum expectare. vt ſimul cum ipſis perfectam beatitudinem aſſequerentur: hoc*

De Ioanne 22. & eius opinione, ob quã in ſuſpicionẽ hæreſis incidit.

A *inquam animaduertens hic Põtifex in publico de ea re patrum purpuratorum, & aliorum virorum doctiſſimorum conſeſſu, quod conſiſtorium vocant, agere voluit: habuitque concionem, in qua (vt hoc loco D. Anton innuit, & Ioan. Gerſon in ſerm. de feſto Paſcali. tom. 4. ſuorum operum ſignificat) inclinare viſus eſt in hanc ſententiam, quam hi Patres antiqui tenent, quamque D. Anton. hic hæreſim ſapere meritò indicat: cùm præſertim ab eo tempore Concil. Florent. ſit celebratum, in quo inter cæteros Armeniorum errores hic vnus fuit condemnatus ſicut ex ipſo D. Anto. infrà tit. 22. cap. 9. §. 1. colligitur.*

A.C. 1334.

Ioannes 22. nequaquam Hæreticus eſt dicendus.

B *Sicut ergo D. Cyprianum ab hæreſi excuſamus, cum Hæreticos ad Eccleſiam redeuntes rebaptizandos eſſe cenſuit, quia nondum hoc in aliquo Concilio pro Hæreſi fuerat reprobatum: Ita etiam hunc Pontificem ab Hæreſis crimine liberare poſſumus, quod à nullo ante illud tempus Concilio Generali ea opinio, quam ille tenebat, fuiſſet pro Hæreſi condemnata.*

Præterea hic Pontifex non hoc aſſeruit, κατηγορικῶς, quaſi nequaquam vltra de hac re eſſet ambigẽdũ, ſed tantum id ἀμφισβητικῶς deliberandum propoſuit, ſicut Benedictus eius ſucceſſor in bulla de ea re confecta teſtatur dicẽs. Cumque idem prædeceſſor noſter ad C *deciſionem concertationum huiuſmodi ſe pararet in ſuo conſiſtorio publico: tam fratribus Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de quorum numero tũc eramus, quã prælatis & magiſtris in theologia, qui multi aderant præſentes iniungendo diſtrictius, & mãdando, vt ſuper materia de viſione prædicta, quando requirerentur de liberatè vnuſquiſque diceret, quod ſentiret, tamen morte præuentus perficere nequiuit. Cùm igitur Pontifex id non vſquequaque firmum & indubitatum habuerit, neque ab aliis credendam tanquam certum ratumque conſtituerit, ſed ſolùm hoc in quæſtionem vocauerit, aliorum ſententias audire nequaquam detrectans* D *& ſi ei veriores viſæ fuiſſent eas ſequi & amplecti non planè renuens, non eſt quod quis ei de hæreſi calumniam faciat, cum hæretici hoc ſit proprium, ſuã opinionem reliquis omnibus anteponere, eamque nequaquam etiamſi ab aliis contrarium doceatur, velle mutare.*

Tertiò hic etiam pontifex nunquam in animo habuit aliquid credere, vel tenere quod ſciret fidei Catholicæ contrarium, vt apertè etiam eius aduerſarius Guilielmus Ochamus in dial. tractatu 1. par. 2. cap. 9. & 10. ſcribit. fatetur enim hæc Ioannis papæ verba fuiſſe: licet nos poſtquam fuimus in iſto ſtatu ſtuduimus ſanctorum originalia ſingulariter legere, nunquã tamen meæ intentionis fuit dicere aliquid contra fidem, & ſi quid aliquãdo diximus, id totum ex tunc reuocamus. Hic ergo Pontifex qui ita animo affectus fuit, nequaquam hæreticus haberi poteſt.

Denique hunc ipſe errorem ex decreto Pariſienſis facultatis ante mortem retractauit, vt ſcribit Marſilius in 4. diſt. 13 a. 3. & D. Anton. hoc loco.

Caluini inſignia duo mendacia.

Et hoc quidem aduerſus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ obtrectatores, qui næuos quidem Pontificum maximorum tam acutè notant, ſuas verò ipſorum Petrucas non conſiderant, præſertim verò duo impudentiſſima F *Caluini mendacia libet hic annotare, qui lib. 4. inſtit. cap. 7. §. 28. ſcribit Ioannem 22. aſſeruiſſe animas eſſe mortales vſque ad extremum iudicij diem. hoc enim neque illi, neque vlli vnquam viro Chriſtiano in mentem venit: ſed ſolum in dubio eſt ve ſatus vtrum ſanctorum animæ, quæ ſub altari Dei eſſe dicuntur Apo. 6. vſque ad extremum iudicij diem certo in loco contineantur, vbi humanitatis Chriſti præſen-*

conſi-

A.C. 1334.

tia gaudentes ſuorum corporum reſurrectionem expectant, cum quibus in cœlum poſt reſurrectionem euolēt. quod perſpicitur tam ex his quæ diximus, quàm ex aliorum etiam maleuolorum eius dictis.

Alterum eius mendacium eſt, quo ille affirmat neminem Cardinalium huic errori reſtitiſſe. Nam & Benedictus 12. qui eū ſecutus eſt in pontificatu, planè contrariam ei opinionem veram declarauit, nec credibile eſt eum non habuiſſe tempore Ioannis ſimilem ſententiam, eamque in conſiſtorio diſſimulaſſe. præter ea idem Benedictus apertè refert ex theologis qui aderant alios partem negatiuam, nonnullos verò partem affirmatiuam tenuiſſe, & diuerſos diuerſa de ea B *re diuerſis modis oſtendiſſe: Denique Ioannes præſentibus mandauit, vt vnuſquiſque apud ſe attentius rem totam conſideraret, & poſtea ad eum, quid ſibi videretur referret, vnde non mox ſuam de re tanta depromere ſententiam, ſed alio tempore, cùm videlicet iterum ab eo congregandi erant, tenebātur.*

Porro in hac re admirabilem Dei prouidentiam circa ſedem Apoſtolicam perſpicimus, quæ paſſa non eſt, Ioannem Pontificem in hoc errore perſiſtere, vel aliquod decretum de ea re condere, in quo fortè Patrū ſententiis deceptus, aliquid erroneum admiſcuiſſet, ſed C *potius morte hominis Sedis Apoſtolicæ honorem ſtabiliuit, & Benedictum Papam ei ſubſtituit, qui (vt ait Laziardus Caleſtinus) decretalem edidit, determinans quòd animæ ſanctæ nihil habentes purgabile, ſtatim vt decedunt ante iudicij diem faciem Dei vident. Hæc ex Alphonſo à Caſtro, Sixto Senenſi, Sandero, & Genebrardo ex parte collegimus neque porro ignoramus ſanctorum patrum ſententias piè & Catholicè exponi poſſe, & eos à tali errore purgari: ſicut iam ſeu ardentius D. Irenæum in ſuis in eum commentariis ab eo errore liberat, & ipſum alioſque omnes Sixtus Senenſis in Bibliotb. lib. 6. annot. 345.*

A *a Paucis admodum Anton. de hoc egit Pontifice ſanctiſſimo, de quo plura alij vt Onuph. de eo ſcribens Benedictus 10. dict' 12. Toloſanus. Gallus frater Iacobus fornerius de Saneraudo antea nominatus Appamiarum diœceſis, Prouinciæ Toloſanæ, monachus Ciſtercienſis, Theologus, abbas fontis frigidi, epiſcopus Mirapicienſis presbyter Cardinalis tit. S. Priſcæ a Iuanne 22. factus, ordinatione vna facta menſe decembri ſex presbyteros Cardinales creauit, viros, inquit Platina, egregios non de ſua ſtirpe, ſed vndequaque ad tantam dignitatem vocatos. Pontifex autem creatus ſtatim cenſuras in Bauarum à Ioanne factas,* B *vt in vſurpatorem imperij confirmauit. Miſſo autem in Italiam legato, ſenatui populoque Romano perſuaſit, vt ſenatoriā dignitatē quā regio nomine geſſerant, ſuis tandem & Eccleſiæ auſpiciis adminiſtrarent. Hanc ob rem & Stephano Columnæ ſenatoria dignitas in quinquennium prorogata eſt, & collegæ annui ei dati ſunt. Componere item pacem inter Philippum Franciæ, & Eduardum Angliæ regem ſæpè tentauit per legatos, at fruſtrà, qui maximis cladibus, quam ſæpiſſimè inter ſe concertarunt. Nam Eduardi claſſis ſupra Sclufas non longè à portu Flandriæ tanta vi cum Gallis dimicauit & vicit, vt ad triginta tria mil-* C *lia Gallorum vna pugna interfecta referantur. Sed ad Pontificem. Confirmauit hic ait Geneb. ordinem militum Ieſu Chriſti in Luſitania. & Collegium & templum Bernardinorum Pariſiis fundauit, cuius Bibliothecam Cardinalis quidam Toloſas ordinis Ciſtercienſis libris exornauit, & ſexdecim operam theologiæ dantes alumnos perpetuos inſtituit: denique vir ſanctiſſimus omnibus collachrymantibus ſepelitur Auenione in Eccleſia Cathedrali 7. Cal. Maij anno. 1342.*

A.C. 1335.

conſiſtorio, dixit quædam hæreſim ſapientia. Quem ſermonem allegant fratricelli de opinione, quos hæreticos declarauit, vt dictum eſt ſuprà, aſſerentes ex eo ipſum fuiſſe hæreticum. Sed quia hæreticum facit hominem, non ſolùm error circa ea, quæ ſunt fidei in intellectu, ſed quando cum hoc, eſt etiam obſtinatio in voluntate, quia ſic pertinaciter vult credere: & ſi contrarium eccleſia teneat, cùm ipſe Ioannes papa reuocauerit errorem dictorum ſuorum, non propterea fuit hæreticus.

ſup. c. 5. §. 1.

Hæreticū hominem quid facit.

Papa Ioannes 22. nō fuit hæreticus.

De Benedicto. xij. Papa: & diuerſis bellis Aretinorum Piſanorum, & Florentinorum.

CAP. VII.

POSTQVAM Ioannes viceſimus ſecundus papa appoſitus eſt ad patres, ſuccedit in ſede Petri Benedictus duodecimus: patria Toloſanus Iacobus antea vocatus infimæ conditionis in ſeculo, ſed moribus & ſcientia clarus, anno Domini 1335. & ſedit annis ſeptem. [Fuit autem] vnus ex a cardinalibus, ſed ad illam dignitatem cardinalatus aſſumptus ex monachali ſecta ordinis Ciſtercienſis.

Benedict' 12. Onup. 10. Ponti. max. 199. ſed. a. 7. m. 4. d. 6. Blō. ibi. & alij. A.C. 1335.

Proxima inde æſtate feruente in Gallia citeriori bello, Parmaque obſeſſa, nouum rurſus bellum in Hetruria concitatur. Aretinorum enim poſt mortem Guidonis præſulis Petrus cognomento Sachon acceperat dominatum. Hic fuit in bello quidem vir admodum præſtans, ad vrbanas verò conuerſationes non ſatis aptus, cum tamen opes à fratre partas ſuſcepiſſet, non ſolùm tenuit eas armis, verum etiam extendit, præcipuè tyrannis, & iis quidem ſuarum partiū infeſtus, quos caſtellis arcibuſque exutos longè latéque diſperſerat. Florentini cum hoc pacem habebant, intenti Lucenſis belli curis. Peruſini verò pro occupato dudum Typherno ita ſe habebant, vt odia potius occulta, quàm apertum ſupereſſet bellum. Rebus in hunc modum ſe habentibus: arcana quædam coniunctio fit inter Peruſinos, & tyrannos à Sachone euerſos, quorum longè princeps aduerſarius erat Nerius Fagiolanus eius qui dudum Piſas Lucamque tenuerat filius. Is ergo acceptis clam copiis nullo tale aliquid ſuſpicante: Burgum (ideſt oppidum ſecus Tiberim quatuordecim millibus paſſuum Ab Aretio) per proditionem inuadit, cum arx nihilominus præſidio teneretur. Sachon re audita raptim eò copias duxit: opique ferendæ intentius omnia rimabatur.

In Italia graues motus oriuntur. Leon. Are.

Interim Peruſini (vt compoſitum erat) omnibus repente copiis via Cortonenſi quæ eſt à Burgo diuerſiſſima in agrum Aretinum ſuperuenere. Quod poſtquam à Sachone intellectum eſt omiſſa Burgi cura Aretium rediit. Ibi armata populi multitudine & ſub ſignis ſtructa certiſſima

A.C. 1334. tiſſima dimicandi ſpe ad hoſtes contendit. A Nec Peruſini quidem detrectarunt certamen, ſed vtpote viri fortes ſe ad pugnam compararunt. Vbi autem ſigno dato concurſum eſt anceps atroxque prælium fuit, tandem ſuperantibus Aretinis, & animis viribuſque præualentibus, Peruſini multa ſuorum cæde in fugam vertuntur. Quos turbatos proſtratoſque perſecuti victores magnam ſtragem ediderunt, ac viginti ex hoſtibus ſigna eo prælio capta retulerunt. Inde agrum Peruſinum ingreſſi non longius ab vrbe, quam duobus paſſuum millibus caſtra fecerunt, omniaque circum mœnia ferro igneque B populati ſunt.

Peruſini à Sachone profligantur.

Florentini autem cognito caſu Peruſinorum, memores priſtinarum amicitiarum, confeſtim auxilia equitum illis miſere, quibus ex graui conflictatione ſuſtentati ſunt, nec multò poſt Genuenſium auxilia quædam Sachoni miſſa (erat namque ſibi vxor Genuenſis) dum prope vrbem pacatè faciunt iter, iuuentutis concurſu inuaduntur, armiſque & impedimentis direptis, iter retro vertere coguntur. Ita ciuitas, & ſi non apertum ſuſceperat bellum, partes tamen Peruſinorum animis præferebat, quæ C multum valuit ad curſum victoriæ compeſcendum.

Parma, Mutina & Regiũ in Maſtini veniunt ditionem.

Per idem fere tempus Parma iamdiu oppugnata, cùm amplius reſiſtere non valeret, ad extremum capitur, eam vt conuenerat Maſtinus accepit. Mutina quoque ac Regium paulò pòſt eodem tenore in victoris manum deuenere. Vna reſtabat Luca Florentinis belli præmium deſtinata, eademque ſemper quaſi fato quodam noui certaminis inexhauſta materia. Lucæ ſiquidem cauſa in Gallicum bellum ſe coniecerunt Florentini. D

Parmam Ruffi fratres Maſtino tyranne dedere compelluntur. Blond. lib. 10. dec. 2. qui eos Rubeos fratres vocat.

§. I.

EIVSDEM Lucę cauſa aliud rurſus bellum aduerſus Maſtinum ſuſceperunt. Lucæ etiam cauſa Piſanum poſtea bellum exarſit: de E quibus iam dicere aggredimur. Tres erant fratres Ruffi Parmenſes nati ſummo loco, quibus Ioannes rex Parmam & Lucam abiens reliquerat gubernandam. Horum duo coacti bello cum Parmam tandem dedidiſſent: multa vltro citroque ſunt pacti. Et illud in primis, vt is qui Lucę præerat frater certa pactione illam Maſtino dimitteret. Id factum non repugnantibus Florentinis fuerat, ductis vana ſpe, quòd faciliorem hanc fore viam arbitrabantur, ſi rem in ſuam fidem Maſtinus accepiſſet: præſertim cum fratres F illi in eius poteſtatem eſſent futuri. Ipſe verò tyrannus palam dictitabat Florentinis ſeſe id negotium faceſſere, eorum quidem auxilia omnibus victoriis obſidionibuſque per Galliam affuiſſe, cæteros verò ſocios belli præmia conſecutos: Florentinum verò populum vnum reſtare, cui Luca ex fœdere debeatur. Id non magis ad populi Florentini ſtudium, quàm ad fidem ſuam, cæterorumque ſociorum pertinere. A.C. 1334. Hæc huiuſmodi prædicanti fides adhibita erat: eo magis quod conſona vero honeſtoque profari videbatur. Itaque illi permiſſum negotium eſt eius ab opere ciuitas dependebat. Re igitur aliquanto protracta, Lucam dante illo, qui tenebat fratre. Maſtinus ſuſcepit, ac ſuo pręſidio muniuit.

Luca Maſtino dedi tur.

Florentini miſſis ad eum confeſtim legatis ſecundum promiſſa Lucam poſtularunt. Tyrannus autem primo benignis affatibus, dum rem cum Ruffis fratribus componit, exigui temporis moram, ne grauatè ferant, poſtulat. Mox eo tranſacto, cum legati inſtarent, difficultates alias reperire. Ruffis fratribus debitam à rege pecuniam dicere magnas inſuper impenſas ab eiſdem factas, quas reſarciri oporteat. Pro his omnibus ſummam promittit auri trecenta ſexaginta millia Florentinus. Qua in re licet improbitatem tyranni impudentiſſimè verſari cernebat Florentinus populus, tamen deſiderio potiundæ Lucæ adductus eam ſummam tradere paciſcitur. In quo maximè admiror huius populi mentem in vtramque partem nimis procliuem. Pro qua enim nuper offerentibus Germanis, ac prope rogantibus paruam dare pecuniam recuſarat, pro eodem paulò pòſt intolerabilem auri ſummam recuſanti, ac prope deneganti tradere nitebatur. Nam neque hoc ipſum pactum conuentumque ſeruauit tyrannus, ſed alia ex aliis quærens diffugia, turpi perfidia legatorum deſideria fruſtrabatur.

Maſtinus Florentinos decipit.

Maſtinus Lucam cõtra pacta retinet.

Venerat enim in eam ſpem, vt exiſtimaret, Luca retenta ſe ciuitatibus Hetruriæ poſſe dominari. Hoc illi animos faciebant latiſſimæ per Galliam opes, quibus nemo eius ſeculi tyrannus par fuit: frequenteſque præterea adulatores quibus dominatorum atria ſunt referta. Multi etiam Tuſci generis exules nouarum rerum auidi eum concitabant. His accedebat facultas, quod ex Parmenſi in Lucenſem agrum breuis eſt tranſitus & Apennini fere dorſo coniuncti fines, qua facilè poſſet copias trãſmittere. Finitimos quin etiam Piſanos ob ſtudia partium, vetuſque in Florentinos odium putabat cauſæ non defuturos. Hæc meditantem fruſtranteſque animaduertens, Florentinus populus, legatis tandẽ mandauit, vt queſti & proteſtati iniuriam diſcedant. Id cum feciſſent legati tyrannus quaſi luctum arbitratus, ſi omnia turbarentur, quas Lucæ habebat copias repente in agrum Florentinum prædatum miſit. Ita rupto fœdere bellum Lucenſe ex integro naſcitur.

Totius Hetruriæ dominatũ ambit.

Bellum Lucenſe inter Florentinos & Maſtinum Scaligerum.

Florentini, & ſi contentio magna proponebatur ac iam defeſſos nouum excipiebat bellum, neque conciderunt animis, nec quicquam remiſerunt priſtinæ dignitatis: ſed acrius vehementiuſque ſe attollentes, non tepidè, neque turbulentes, ſed maturo ſingula prouidebant conſilio. Pecuniis enim comparandis decem viros cum poteſtate publica, ſex verò ad conſilia belli gerendi præfecerunt. In primis quoque illud prouiſum, vt legati ad Actium vicecomitem cæteroſque belli Gallici ſocios mitterentur. Qui & arguerent Maſtini perfidiam, & opem illorum aduerſus eam fraudem implorarent. Societas quoque cum Peruſinis & Senenſibus renouata

A.C. 1337.

Poſt prælium vna nocte iis locis victores commorati, poſtea Fucetium, inde Florentiam rediere.

Nec multò pòſt victoriam Ruffus poſcentib. rebus in Venetos profectus ſummam belli aduerſus Maſtinum de ſociorum ſententia recepit geſſitque cum ſumma conſtantia & moderatione. Prima eius militia ad Taruiſinm fuit, in quo loco cùm hoſtes perculiſſet, in Parauinum inde agrum deductis copiis per paluſtria locáque impedita improuiſus aduenit. Patauium per id têpus Maſtinus tenebat, copiáſque in iis locis habebat ingentes, quas tamen in Ruſſi aduentu B intra munitiones ſic continuit, vt pugnæ fortunam experiri minime pateretur, ſperans à populationibus cohibendo, & commeatus impediendo, citra vllum periculum ſeſe hoſti aduerſaturum. Ruffus igitur detrectantibus pugnam hoſtibus, magna difficultate per interrupta itinera cum exercitu profectus, ad Bogolentam poſuit caſtra. Eum locum acri conſilio ducis electum conſtat, quòd foſſam ſecus habeat nauigabilem, per quam commeatus poſſit afferri, nec amplius ſeptem millibus paſſuum Pataulo abeſt, loco idoneo ad bellum inferendum. Ibi C ſtatiuis bello & foſſa in antiquum morem communitis, nullam requiem immittebat hoſti, ſæpè improuiſo imperu ad portas vſque diſcurrens ſæpè ſigna inferre audens, ſæpè ingreſſum attentans, quibus rebus adeo mentem ſimulque vires tyranni fregit, vt qui paulò antè de occupanda Hetruria cogitarat, tunc ſollicitus eſſet de patrio ſolo retinendo.

Maſtinus à Ruffo acriter vexatur.

A Florentinis Aretini grauiter bello vexantur. & capiuntur. Leon. Aret.

§. III.

DVM hæc in Venetis geruntur Aretini indies magis præmebantur, cum ad Peruſi- D num bellum per ſe magnum Florentinum inſuper bellū acceſſiſſet, Tipherno Burgóque amiſſis, crebra etiam caſtellorum rebellione facta ciues Sachonem (vel Sacconem) adeunt: rogantque vti ciuitatis miſereatur, ſe quidem & duraſſe hactenus, & durare paratos, modò & ſpes aliqua & ratio belli gerendi oſtendatur. Sin deſperata ſint omnia, proſpiciat aliquando vrbi de ſe non improbè meritæ, & pacem ſi non bonā, attamen aliqua conditione ciuitati præſtet. Ea cùm egiſſent ciues, in ſuſpicionem Sachoni venerunt. Itaque ſtipatus armatorum cateruis, nō ciues iam minus, quàm hoſtes formidabat, & quaſi deſperatis rebus animum cœperat ad cō- E ditiones traducere: cumque Florentini & Peruſini eum per ſe quique affectarent, ac in eo planè ſocietatis eſſent inſidæ Sachonem plurimæ ad Florentinos cauſæ magis inclinabant. Primum, quòd belli principia odiorúmque acerbitas ſibi cum Peruſinis erant. Deinde, quòd plerique eius inimici ſe illis coniunxerant, quibus inſtigantibus vix arbitrabatur fore, vt vlla ſibi conuenta ſeruarent. Hæc verò in Florentinis leuiora omnia Accedebat quoque & illa ratio in primis valida, quòd ipſe Florentina matre ortus, & è familia nobili permultos propinquitate Florentiæ attinebat, quod plurimū videbatur ad ſecuritatem eius pertinere. His de cauſis A ad Florentinos magis inclinatus eſt. Ipſi verò quia clandeſtinos tractatus ea de re habitos cū Sachone à Peruſinis cognouerant, recipere conditiones feſtinarunt.

A.C. 1337.

Summa verò conuentorum hæc fuit. Florentinus populus ius arbitrarium Aretij in decennium haberet. Sachon agnatiúe omnes Sachonis Florentini ciues in poſterum forent. Caſtella & prædia, quæ priuatim habuiſſent, vti prius poſſederant, ita poſſiderent. Præter hæc autem Sachoni tradita quadraginta auri millia. Inſuper decem & ſeptem millia Aretinis mutuata, quæ conducto militi ſoluerentur. Ita tyrannus improbus pecuniam militibus, quos ipſe in cer uices conduxerat ciuium, etiam poſt finitam tyrannidem à ciuibus ipſis exoluendam prouidit, quæ verò ipſe quaſi pretium venditæ patriæ accipiebat, pro ſe retinuit. Poſt fœdus duodecim ex primariis ciuibus Florentia miſſi, vrbem ſuſcepere cum ſumma populi gratulatione. In Aretinis quemadmodum & in aliis Hetruriæ ciuitaribus factiones erant duæ. Earúmque aduer ſatrix imperij fautrixque eccleſiæ (quos Guelphos dicimus) fuit maior proculdubio, & potentior per multa ſecula ſuo nomine rempub. gubernabat. Declarant hoc ſocietates cum Florentino populo antiquiſſimæ ſane poſt Friderici ſecundi mortem initæ, quæ vſque ad Arbiēſem pugnam durauerunt. In ipſa verò Arbienſi pugna, in qua Guelphorum nomen in Hetruria penè deletum eſt, conſtat publicis annalibus Aretinos cum Florentinis prælio interfuiſſe, ac plures ferè cæſos Aretinorum aceruos, quàm vllius ſociæ ciuitatis.

Aretini ab antiquo tēpore Eccleſiæ ſtudioſi.

Catoli poſt hæc nomen ab Aretinis ſtatim receptum fuit, & in partibus ita perſeueratum, vt neque error Corradini, neque hoſtium victoria & cædes amicorum de mœnibus prope cōſpecta, à fide partium dimoueret. Orta deinde poſt multos annos ſeditione inter nobilitatem & plebem, opera maximè Guillielmi præſulis factio Guelphorum Aretio pulſa, Florentinis ſe coniunxit, communíque robore iis, qui in vrbe remanſerant, intulerunt bellum. Quo tempore commiſſo apud Camaldinum prælio Gulielmus eſt interfectus. Poſt huius præſulis mortem Tarlatum genus præpotens opibus gubernationem ciuitatis accepit. Eo rempublicam tenente, factio illa expulſa variis temporibus in vrbem reſtituta eſt. Nuſquam tamen integra: ſed aliàs alij, principibus ſolum ac maioris potentiæ hominibus in exilio relictis. Suſcepta igitur à Florentino populo vrbe, & exules omnes redierunt, & factio illa dudum peſſundata, ſe confeſtim erexit, ac iam dempto tyranni metu liberis vocibus gratulabantur. Vt verò in conſtituēda republica Priores populi, ac Vexilli fer iuſtitiæ creari ſunt, quorum officiorum ne nomina quidem tyrannus eſſe in ciuitatibus paſſus fuerat, tanta repente lætitia coorta eſt, vt vix lachrymę, præ gaudio renerentur. Ita lęris tunc animis Aretini primum in Florentini populi ius poteſtatémque venere.

Aretii ſtatus quis antea fuerit.

Guelphi Aretij rerū potiuntur.

Peruſinorum de Florentinis querelæ.

§. IIII.

AT Peruſini hoc Florentinorum factum grauiſſimè ferentes cum ſe deluſos

A.C. 1337.

planè circumuentóſque putarent, legatos Florentiam confeſtim miſere, & quererentur iniurias, & bello parta ſecundum fœdus repoſcerent. Hi magiſtratum cùm adiſſent, poteſtate dicendi facta orationem huiuſmodi habuere.

Peruſinorum aduerſus Florentinos oratio.

Aduentus noſtri cauſam Florentini, ſilentibus etiam nobis palam eſſe omnibus arbitramur. Quis enim, qui pacta conuentaque inter populos norit, non & à vobis contra fœdus magnificè ventum, & nos ferre non debere eã contumeliam, intelligat? Nempe durum eſt contemni à ſocio, ſceleratum deſtitui, prope ſacrilegiũ oppugnari, quid ergo ſpoliari, & contumelia affici? Ita nuper fœdus ictum eſt ciuitatibus, vt neque pax vlla cum hoſte fieret, niſi de ſociorũ volũtate, & cuncta bello parta forent cõmunia. Hæc iurata religioſè, ac tabulis literiſque firmata, vtrum tandem patiuntur vos ſic Aretiũ ſuſcepiſſe, vel teſtantur, id à vobis fieri non potuiſſe ſalua religione & fide? Nobis profectò hæc eo grauior iniuria videtur, quo minus facta eſt vlla defenſio. Nam ex libidine contra fœdus venire ideſt ſocios pro nihilo ducere. Quod enim quæſumus diffugium, aut quam defenſionem quiſquam veſtrum aſſumat? Deſiiſſe nos eſſe in armis? At nunc etiam ſumus. Serò acceſſiſſe ad bellum? At prius quàm vos inferre cœpimus. Nullius momenti fuiſſe milites noſtros? At nihil terribilius erat hoſti. Profeciſſe parum? Attamen plura & munitiſſima loca cepimus. Quæ igitur contemnendi cauſa fuerit cùm nulla fuerit conquerendi?

Probant ſibi factã iniuriam.

At ſi verum audire non piget, non tam de tyranno, quàm de nobis Florentini Aretium accepiſtis. Sachon credo vobis ſponte dedit, beneuolentia, ſeipſum, vt fit, vtque tyrannorum eſt mos, poteſtate exuit, vobis conceſſit. Nihil profectò poteſt dici minus. Nos inquam ad hoc inuitum repugnantémque compulimus tyrannũ. Nos hanc vim neceſſitatémque intulimus. A nobis circa vrbem oppida adempta ſunt illi. A nobis crebro incurſu nocte dieque vexatus ſpẽ reſiſtendi omnino amiſit. Quis igitur author eſt facti? qui compulſus eſt, an qui compellit? Iſte credo, niſi fortè, qui de naui iactat, cauſam ſibi non tempeſtati putemus conſignandam. Quod ſi authores ſumus, vt apparet, quãta iniuria eſt, nos iis rebus, quarum quaſi cauſa ſumus, pergere ſpoliare? Nihil indignius viſum eſt, quàm alieno labore parta retinere. Quid ergo vos & ſocij, & iurati? Nónne indigniſſimum eſt, ſi non in communionem quidem prædæ à nobis excitatæ & perſecutæ nos admittatis?

Reſpõdẽt obiectionibus.

At non vult hoſtis in tuas manus deuenire. Ad hoc ſcilicet in ſocietatem coiuimus, vt voluntatem hoſtis ſpectaremus. Porrò nec illud quod facit, nunc vult: ſed vi ipſa compellitur. Neceſſitas enim omnia frangit. Quid autem minus conuenit, quàm voluntatem hoſtium attendere, ſociorum negligere? Viri ſapientes nulla in re humana, neque maiorem, neque ſanctiorẽ fidem, quam in ſocietatibus exegerunt. Nam ſi in ſocio fides violatur, quid iam in vita ſtabile ſupereſt? Nunquam enim integrum hominem haberi leges voluerunt eum, qui non integra fide erga ſocios fuerit adinuentus. A teſtimonio, à curia, à foro, à publicis honoribus, ab humana

Fidẽ ſocio violare quã ſit immane.

A denique ſocietate repellendum illum amouendúmque cenſuerunt. Quod magis à vobis eſt, Florentini, etiam nunc conſiderandum. Non enim quid concupiſcat animus; ſed quid fas & iura ſinant, ſpectare debetis. A.C. 1337.

Legati itaque Peruſinorum ita dixerunt. Florentinus verò magiſtratus, quoniam oratio vltra quàm decebat arrogantior viſa fuerat: nec momento quidem temporis differre reſpõſum ſtatuit, ne intercapedo ipſa vlla ex parte minueret dignitatem: quare ad legatos conuerſus.

Florentini magiſtratus ad Peruſinos reſponſum.

Audacem (inquit) verborum copiam, ſemper
B vobis Peruſini adeſſe, & antea quidem ſciebamus, & nunc oratio veſtra manifeſtè oſtendit. Neceſſe autem fuerit in reſpondendo noſtram parumper conſuetudinem intermittere, veſtrã aſſumere. Nam atrociter obiecta placidè refelli non debent. Sed antequam de iure fœderis diſputemus, quod violatum à vobis eſt Peruſini, non autem à nobis, refutanda videtur illa iactãtia, qua vobis totum belli opus, quaſi nos nulli, aut nuſquam fuerimus, tribuiſtis. Cuius id fuit immoderationis, & de nobis, & ad nos iſta dicere? Cuius etiã præterea vanitatis? An quid vobis ſperare vnquam licuit de Aretinis, ſi nos ſedentes certamen veſtrum, quaſi de theatro quodam
C ſpectaſſemus otioſi? Nempe quid veſtræ, quid úe illorum poſſent vires, prælium inter vos initum patefecerat. Superatis, fractis, atque fugatis vobis cùm Aretini victores circum mœnia obſtreperent veſtra opem tulimus indigentibus, a qua ſeruati eſtis. Audetis ergo vos ſolùm confeciſſe bellum dicere, quibus niſi opitulati eſſemus bello ipſo vos eratis confecti.

Peruſini arrogãtes eſſe ſolẽt.

De nobis (inquit) Aretium cepiſtis. O arrogantiam ſingularem! ô verborum audaciam nõ ferendam! Nosne de vobis cepimus? Ipſi nulla pars belli eramus? Et quid mentes Aretinorum fregit? Quid deſperationem reſiſtendi attulit, niſi bellum à nobis illatum, cùm veſtrum ipſi per
D ſe longè contemnerent bellum? Iactate in verbis quantumlibet, nam id quidem perfacilè eſt, leuitas tamen verborum non mutat factorum grauitatem. Venio nunc ad ſocietatis fidem, quã à nobis violatam dicitis, cùm id ſit veſtrum. Audete negare ſi poteſtis, ſecretos cum Sachone de accipienda vrbe tractatus: habuiſſe literas, & nuncios ea de re, clam ad eum miſiſſe, voluiſſe accipere, ſi fieri potuiſſet, quæ cuius fidei ſunt Peruſini, cuius integritatis? Fides in ſocietatibus nulla magis re, quàm volũtate, & animo violatur. Nam factum perinde haberi ſolet, vti
E propoſitum fuerit agentis. Mens & voluntas pro ſcelere eſt, conatus fraudandi turpitudinẽ contrahit: qui cum fuerit in vobis, quid nunc obiicere audetis? Leuius à nobis factum eſt Peruſini, quàm per vos attentatum, propterea quòd vos eo tempore attentaſtis, cùm integra erat ſocietas, nos eo tempore fecimus, cùm veſtrum iam ſcelus & fraudandi conatus omne ſocietatis vinculum iuráque diſſoluerat. Nam perfido fides ſeruanda non eſt.

Fides in ſocietatib. animo & voluntate maximè violatur.

Quid enim facere nos oportuit cùm per fraudem vos conari aduerſus ſocietatis fidem
F ſentiremus? Nónne contra dolum & conatum veſtrum nos communire? Nónne fraudem anteueniendo excludere? Hoc nos fecimus à vobis edocti

Perfido fides ſeruãda nõ eſt.

edocti

A.C. 1337.

edocti, qui per noſipſos optima fide quieturi fueramus. Non poteſtis de eo facto à ſocijs iuſtè conqueri, quod vobis in ſocios licere ſtatuiſtis. Si igitur viri ſapientes nulla in re humana, neque maiorem, neque ſanctiorem fidem, quam in ſocietatibus exegerunt: ſi nuſquam integrum hominem haberi leges voluerunt eum, qui non integra fide erga ſocios fuerit adinuentus, ſi ab humana ſocietate talem amouendum cenſuerunt, videte quanta vos maneant Peruſini, qui tam graui legum ſapientúmque cenſuræ obnoxij reperiamini. Nam factum quidem noſtrum legitimam habet defenſionem, cùm vos ſocietatis iura fraude veſtra ſuſtuliſſetis. Quanta igitur dementia eſt veſtrûm et crimē verbis augere? Circumſpicere vos oportuit Peruſini, & quid loqueremini, & ad quos magis attendere. Nam impudentia iſta verborū non turpitudinem occulit, ſed acerbat. Quis ferat alteri obiectantem, quod ille ipſe, qui obiectat commiſit? Peruerſa in oratione veſtra impudentia fuit: bellum vos confeciſſe ſolos dixiſtis, cùm id ſit noſtrum, fraudem à nobis commiſſam, cùm id ſit veſtrū. At, cōmunionem ſaltem poſtulamus. Non habet eam vim legatio veſtra, vt iſta poſtulet, ſed vt nos iurgio laceſſat, vt contemnat, vt nullam in partem belli fuiſſe vtiles redarguat.

Retorquet in ipſos orationem.

Cùm dicendi finem magiſtratus feciſſet, & qui aſſidebant ciues pro ſe quiſque caſtigando mitigarent, lenioribus tandem verbis tractari res cœpta eſt, & vtriuſque iam rationes auditæ. Denique inter has ciuitatum diſcordias, quoniā diiudicare poſſe videbatur, adhibita eſt mediocritas quædam, vt Peruſini, Lucinianum, Sabinum, Floriauum, Anglare, oppida Aretinorum tenerent, & magiſtratum quinquennio Aretium mitterent, ad quē ex iudiciis prouocatio eſſet. Et res quidem Aretij diſcordiæque & bella in hunc modum ceciderunt.

Cōcordia inter Florentinos & Peruſinos.

Bellum Lucenſe proſequitur. Blon. ibid. A.C. 1338.

§. V.

LVCENSE iam negotium reſtabat, magis porro difficile, nec in Hetruria ſolùm verumetiam per Galliam quoque tranſpadanámque regionem variæ implicatum. Principio igitur inſequentis anni Maſtinus, quoniam & captum Aretium & auctas in Hetruria Florentinorum cognouerat opes; Actium quemdam ex ſuis ducibus cum nouo equitatu Lucam dimiſit. Is equitatus ad veterem additus, cùm ſatis magnum exercitum confeciſſet, mouit hominum ſtudia, menteſque erexit. Itaque paractis confeſtim copiis ſociorúmque auxiliaribus accerſitis, magno exercitu Lucenſem agrum ingreſſi, omnia ferro igneq; popularunt. Hoſtis impar tantæ multitudini ſigna conferre abnuit, Oppida tantum & mœnia tutabatur. Eam ob rem pugna nulla commiſſa eſt, populationes modo latè actæ.

Florentini Lucenſem agrum vaſtant.

In Gallia verò cùm in ſumma res ſpe eſſet cuncta repente turbauit Germanorum ſeditio Maſtinus enim virtutem Ruſſi timens grandi mercede à Germanis equitibus, qui ſub Ruſſo militabant redemerat, vt interfecto duce ad ſe tranſirent. Sed dū maturantur inſidiæ, res interea patefacta eſt. Huius itaque facinoris conſcij mille Germani equites, facto repente globo, ac igne pluribus locis (ne quis perſequi poſſet) per tabernacula iniecto, ad hoſtem tranſfugere. Erant in caſtris ante hæc tranſfugia Florentinorum Venetorúmque ſupra quinque millia equitum. Reliqua verò multitudo refectis caſtris eodem in loco perſtitit. Nec dux ſuo caſu eſt perterritus, quominus ſolita viueret, vtereturque fiducia. Iam cęteri Galliæ principes ruinam Maſtini ſperantes in ſocietatem coierunt, & quantum nunquam copiæ Mantuano in agro cogebantur, Mediolanenſium, Ferrarienſium, Mantuanorum. Ad hos Ruſſus Marſilium fratrem cum duobus millibus quadringentis equitibus miſit, ipſe cum reliquis Bogolentam apud remanſit in caſtris. Copiæ ſociorum vbi coactæ ſunt ex Mantuano in Veronenſem agrū tranſierunt. Harum ſumma penes Lucanum vicecomitem omnium ſociorum conſenſu habebatur.

A.C. 1337. Res in Gallia Ciſalpina geſtę.

Igitur Luchinus Veronæ admotis copiis ſedem ipſam ac domum tyranni propinquo milite quatiebat. Eodemque tempore Carolus Ioannis regis filius alia ex parte adueniens, Feltrū & Bellonam Maſtini vrbes inuaſit, tertia Patauium caſtra premebant. Quib. circumuentus malis tyrānus: periculoſum quidem verùtamen ſtrenuū ſumit cōſilium. Verona egreditur cum omnibus copiis. In iis equitum fuerunt ad tria millia, peditum multitudo ingens, cæterum vrbana & inexercitata. Cū his ad hoſtem ferociter profectus, aciem in conſpectu ſtruxit, poteſtatemque dimicandi fecit. Luchinus, & ſi lōgè præſtabat equitatu, tamē neq, in aciem copias producere, neque fortunam pugnæ experiri voluit. Quæ res hoſtium animos ferociamque adauxit; ſuorum verò ita fregit mentes, aliis alia ſuſpicantibus, vt conſilium ſumerent diſcedendi. Hoc incendio domi reſtincto, Maſtinus quaſi ſecundam tempeſtatem nactus in Patauinum agrum copias traduxit, ac tribus paſſuum millibus infra Bogolentam in flumine ipſo caſtra fecit, eo conſilio, vt commeatum impediret, ſimulque vt cæteras copias, quæ cum Marſilio aberant, redire in caſtra prohiberet. Res erat in anguſto. Nam & deſperatum erat fortunam prælij tentare illa paucitate copiarum, & deſperatum manere intercluſo commeatu. Sed ingenium multa reperit inuictum.

Maſtinus ſuis aduerſarijs certamē offert.

Cùm enim animaduerſum eſſet Maſtini copias ex hoc eodem flumine, nec aliunde aquandi facultatem habere, ſuis ipſum artibus Ruſſus aggreditur. Herba [a] eſt in his locis amaro nimiū ſucco, hanc milites iuſſu ducis quæſitam comportatamque, in ripa fluuij conterebant: & in aquam proiiciebant. Ea ſecundo curſu ad caſtra

[a] *Hanc herbam ſic deſcribit Blon. lib. 10. dec. 2. herba eſt braſſicæ foliis colore adſimilis Gualdum appellant quæ per altam hyemem ſata quinis per æſtatē ſeniſque vicibus ſilicei s molis conteritur, ex ipſius exſicca. & puluerib. Lanifici, in primis textura conficitur.*

A.C. 1337.

hoſtium delata, tætro horrendóq; ſapore aquã inficiebat, ita vt nec hominibus, nec equis vtilis eſſet. Qua difficultate ad extremum deuict⁹ hoſtis, irrito cœpto abſcedere coact⁹ eſt. Ruffus poſt hæc coniuncto fratre, Patauio copias admouit. Patauij erat Albertus Maſtini frater, natu quidem maior, ſed nequaquã pari authoritate. Hunc Patauini oderant cuncti, ſed metus (vt fit) populum cohibebat. Stante igitur ad portas Ruffo omniaque tentante, tandem ciues corripiunt arma, domumque tyranni inuadunt. Ruffum autem cum exercitu intra mœnia admittunt. Author autẽ huius defectionis rerumque nouarum fuit Vbertinus Sciarra, longè nobilitate & potentia princeps. Hic vrbem tyranno primum dederat coactus ciuili diſſenſione. Poſt multa itaque grauia ab eo perpeſſus, hanc liberandi viam cogitat. Præſidium omne tyrãni à Patauinis oppreſſum eſt, ipſe verò captus & Venetias deductus.

Verum hanc lætitiam fœlicitatemque victoriæ haud multò pòſt turbauit ipſius Ruffi obitus. Etenim compoſitis Patauij rebus Scilicem oppidum expugnare adortus, cum in ipſa porta committeretur prælium, ac vi prorumpere milites conarentur, oppidani verò cõtra pugnarẽt, Ruffus ex equo proſiliẽs pedes ad primos ſuos conuolauit ibi ſuos adhortanti manum etiam conſerenti, cum vndique tela volitarent, haſta ſupra femur transfigitur, quã diuulſa cum hoſtẽ infeſtius irritatiusque vrgeret, in foſſam proſiliit, ac per eã in oppidum tranſire perrexit, hinc madefactum vulnus exacerbatũ eſt. Itaque paulò pòſt relatus Patauium è vita migrauit. Marſilius quoque alter frater morbo, quem primò contraxerat & dolore germani, paucis poſt hæc diebus moritur. Horum mors Florentinorum Venetorumq; animos turbauit, magnique ſunt illis ab vtraque ciuitate honores impenſi. Nam eorum virtute maxima pars belli exiſtimabatur confecta. Brixia fermè per hos dies à Maſtino defecit. Ea Mediolanenſis potius eſt.

Proximo dehinc anno Venetorũ Florentinorúmque copiæ, in agrum Veronenſem traductæ non longè ab vrbe caſtra fecerunt. Aliquot dies commorati, cum & caſtella quædam munita cepiſſent, ac hoſtiũ vires pluribus locis attenuaſſent, tandem maiori conatu Vincentiam obſederunt. Maſtinus cum rem in deterius labi cerneret, capto fratre, amiſſis vrbibus magnis quatuor, multiſque cum iis oppidis, Vincentia, finitima in periculo conſtituta, ſibi iam ipſi diffidens, oratores de pace ad Venetos miſit. Veneti autem ipſi per ſe procliues erant ad pacem & accedebat publicè Maſtini deprecatio, priuatim autem multorum amicitiæ. Itaque pax tandem illi à Venetis data eſt, ea tamen conditione vt Taruiſinum agrum Venetis dimitteret. Florentinis verò id cautum, vt ſi in pacem ipſi venire vellent Piſciã & Buggianum de hoſte acciperent, cæteraque Lucenſis agri caſtella retinerent, quæ poſſidebant. Exulibus verò Lucenſium, qui cum Florentinis Venetiſque in illo bello fuiſſent in vrbem Lucam redeundi ius foret. His arcanè compoſitis per legatos Florentiam miſſos, & ſe pacem velle dixerunt, & conditiones protulerunt. Proinde ſi pax Florentino placeret, ea afferre quæ pacti eſſent; ſin magis

Vincentiũ obſident Veneti. A.C. 1338.

Maſtinus cũ venetis pacem init.

A.C. 1338.

bellum, hoc etiam eorum arbitrio dimitti.

Hoc Venetorum factum pergraue viſum eſt populo Florentino & ad curiam deligendi neceſſitas ipſa vocabat. In ea conſultationes variæ frequentes habitæ remanere tyranno Lucam quam nuper Florentino per fraudem ademiſſet cuiuſque gratia ipſi bellum ſuſcepiſſent turpiſſimũ videbatur ipſaq; vicinitas nihil firmi habitura. Contrà verò bellũ, ſi continuarent ſoli arduum ſanè ac difficile, præſertim tot ſumptibus defeſſis exiſtimabant fore. Et inuitabant Piſcia Bubbianúmque duo Lucenſes agri oppida, quę ſi reciperentur, infirmior tyrannis ad bellum videbatur futurus. Hæc tandem vicit, præualuitque ſententia. Miſſiſque ad Venetos legatis, mandatum eſt pacem, vt maximè improbarent, ac diſſuadere conarentur. Quod ſi præſtarent in ſententia Veneti cõditiones, quoad fieri poſſet augerent, pacem tandem oblatam reciperent. Legati verò fuerunt Franciſcus Pactius, Alexius Rinutius, Iacobus Albertus. Ab his legatis nihil perfectum eſt, obſtinatis ad pacem Venetorum animis a itaque pax eſt tandem conditionibus prædictis recepta.

Florentini Venetias legatos de pace mittunt.

Poſt hæc liberæ ciuium mentes non à bello tantum, ſed etiam à belli ſuſpicione conquieuerunt, niſi quòd Maſtinus per finem quaſi eius anni Lucam venit eius quidem aduentus etiam in pace formidandus, verum ille paucis diebus Lucæ commoratus, nulla penitus innouata re in Galliã redit, proximo dehinc anno, qui ſub recente fuit pace, dignum nihil reperio memoria à ciuibus geſtum. Auguria tamen permulta & fœda futuras inde portendebant clades. Tacta eſt enim de cœlo turris ædium publicarum, tacti ſunt etiam muri vrbis, porta quoque Bononienſis vix fulmine icta, & tres illic homines exanimati. Meſſes eo anno tenuiſſimæ famem haud dubiè minabantur. Ea ſolicitudo perpulit ad capita hominum dignoſcenda, vt quid importari opus foret cerneretur. Cenſu igitur habito, reperta ſunt ciuium capita intra vrbem degentia nonaginta millia.

A.C. 1339.

a *Pace Lombardiæ à Venetis data Pontifex prudenti, vt tum apparuit, conſilio vſus Tyrannos è Lombardis primores in principes legitimos confirmauit. Luchino enim vicecomiti & Ioanni eius Germano fratri quem Mediolanenſem Archiepiſcopum conſtituit, Vicariatum Mediolani auctoritate apoſtolica ita attribuit, vt quidquid vrbium, oppidorúmque tunc poſſidebant, eiuſdem vicariatus nomine legitimè retinerent. Parique fortuna Maſtinus Scaliger Veronæ & Vincentiæ, Gulielmuſque Gonzaga Mantuæ & Regij, Albertus Carraria Paduæ, Opiſo Eſtenſis Ferrariæ Mutinæ, & Argenta Vicariatum auctoritate Apoſtolicã habuerunt. Idem ibidem.*

Cometes in cœlo viſus Florentinos terret, & peſtis ibidem graſſatur. ibidem. A.C. 1340.

§. VI.

SEQVITVR annus trecenteſimus quadrageſimus ſupra milleſimum. Hic annus in-

A.C. 1338.

inſignis fuit multarum rerum nouitatibus. Principio cometes in cœlo viſus hominum mentes ſuperioris anni auguriis pauidas magis conterruit, nec vanum a id præſagium fuit. Secuta enim mox peſtis, non per vrbem modo, verumetiam per agrum fœda ſtrage magnam vim hominum aſſumpſit: nec adoleſcentes tantum, ſed prouectos etiam aliquot & in republica inſignes. Sexdecim millia vrbanæ multitudinis extincta per eam peſtem traduntur. Vergente; iam in hyemem anno, cum ea peſtis deſæuiſſet, nouæ res inter ciues coortæ maiorem in modum quaſſarunt ciuitatem. Caput verò ſeditionum hinc fluxit.

Seditio Florentiæ exorta. Blon. ibid.

Magni quidam è plebe homines, nec hi quidem multi admodum numero, cæterum æquè ſibi arrogantes, rempub. pro arbitrio gubernabant. Impoſitóque ad biennium peregrino magiſtratu, homine crudeli, & cuncta pro libidine illorum miniſtrante, erant omnibus nimirum terrori. Affecti ab hoc iniuriis multi ſed inſignes ea tempeſtate familiæ duæ. Bardi (aliàs Baldi) & Freſcobaldi. Qua indignatione conciti principes earum familiarium coniurarunt, vt raptis ſubitò armis, magiſtratum eiuſque fautores adorirentur. Cùm patrandi dies adeſſet, res ad Priores delata eſt. Itaque populus confeſtim quaſi nobilitas aduerſus eum inſurgeret, ad arma vocatur. Contra verò ea pars nobilitatis, cui periculum parabatur rapit & arma, ſperans, ſi auxilia ſuperuenirent externa, facilè inde in reliquam vrbem euadere poſſe. Ea formido mouit populum, vt eorum ſpem cogitatáque peruerteret. Itaque inſurgenti trans Arnum plebe cis Arnum quoque magna manu per infimum pontem irrumpente, impetus fit in coniuratos. Ex hoc illi paulatim cedere, ac pedem referre cœperunt, circáque ædes proprias magis conglobari, qua amiſſa tandem ſpe, nocte proxima vrbe exceſſerunt.

Baldi & Freſcobaldi Florentia deturbantur.

Poſt hæc populus arma depoſuit, ac iudicio acta res. Poſtulati enim de vi publica, cum nemo compareret, abſentes damnati ſunt, ædeſ-

A que illorum magna vrbis deformitate ſubuerſæ. Denique eouſque proceſſum eſt ſeueritas vt vel diligens opera dedita ſit ne qua ſociorum amicorumve ciuitas profugos reciperet. Quod malo conſilio factum haud multò pòſt non contemnendum reipub. attulit detrimentum. Excluſi ſiquidem ac repulſi à ciuitatib. amicorum, contra voluntatem propoſitúmque animi, multa Deum hominéſque teſtati, tandem coacti ſunt ad Piſanos ſeſe conferre, quæ res ſecutis mox certaminibus multum obfuit ci-
B uitati. Ciues enim ſic cedendi ſunt, vt tamen eiues illos eſſe meminerimus. Turbata, domi rem publicam, externum mox excepit bellum.

Parma Maſtino eripitur & Florentinis Luca pretio addicitur. Leon. Aret. Blon.

§. VII.

C PARMAM enim per hoc tempus Actius quidam Parmēſis è ſuprema ipſe nobilitate à Maſtini dominatu auertit, auxilio fretus maximè principum Mantuanorum. Itaque bellum confeſtim in agrum Parmenſem, Mantuanumque renouatum eſt. Et quia acceſſus ad vrbem Lucam per agrum Parmenſem Maſtino fuerat, præciſa iam ea facultate apparebat Lucam ab eo teneri non poſſe. Ea res Florentinos Piſanóſque erexit ſtudio Luca potiundi. Duæ erant conficiendæ viæ, vna belli, altera pactionis. Bellum quo minus Florentini ſuſciperent, obſtabat nouæ pacis authoritas, & ſimul erat metus, ne ille indignatione ex bello concepta ad Piſanos inclinaret. Itaque vt minus
D glorioſa, ſic magis certa viſa eſt via pactionis. Quare viginti viri ad hoc ipſum cum poteſtate publica creati, hanc viam ſecuti ſunt. Sagax verò tyranni mens cum ciuitatum deſideria odoraſſet, Luca venalitati ab ſe ſubiecta licitationem augebat, Primum igitur certamen de pretio fuit, de quo ita contendebatur, vt appareret qui pecunia ſuperati forent: eos ad arma eſſe ituros. Tandem cum plus offerrent Florentini, tyrannus velut libra ad pondus inclinauit: Summa licitationis fuit ducentorum quinquaginta millium aureorum [quæ
E ſumma cum in vrbe bellis morbóque diutiſſimè fatigata nequiret paruo tempore inueniri, obſides ditiſſimorum in Florentino populo mercatorum filios Ferrariæ Scaliger accepit.

At Piſani ſimul ac rem ad Florentinos inclinare ſenſerunt, in arma vertuntur. Vrebat enim propinquus Florentinorum metus, & faciebat animos, quòd a Luchinus vicecomes

a *De Cometis multa ex Alberto magno. D. Anton. habet infrà ti. 22. cap. 15. Cæterum quamuis vulgò dicatur Cometem mortis præſertim alicuius principis eſſe præſagium, Ariſtoteles tamen in meteoris lib. 1. tantum planetas ſiccitatem & ventos portendere ideo confirmat, quod ex his illi conſtituantur. Concludit itaque tunc cum crebri & multi apparent cometæ, ſiccos & ventoſos vehementer annos fieri. Quando autem rariores, & tenuiores magnitudine, non fit quidem ventis ita vehemens, attamen fit quidam venti exceſſus. hæc ille. Porrò ſapienter monet Hierem. cap. 10. dicens. A ſignis cœli nolite metuere quæ timent gentes: quibus verbis vanam vulgi credulitatem reprehendit, qui huiuſmodi cœli viſis & impreſſionibus deterrentur, quaſi illæ calamitates certas inueherent, ſed ſapientius Chriſtus Dominus admonet dicens. Matth. 24. Eſtote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Id aũt nobis certiſſimum eſſe debet multam nobis aduerſitatem nocituram, ſi nulla nobis dominetur iniquitas.*

a *Luchinus Vicecomes tertius Matthæi magni filius, vt antea diximus, quintus ex Vicecomitibus*
F *Mediolanenſium Princeps, creatus mortuo nepote Azzone, ſeu Actio 17. Kal. Septem. an. 1339. præfuit annos 9. menſ. 5. di. 8. Onuph. in ſtemmatibus Vicecomitum.*

A.C. 1340.

(is enim Actio nuper defuncto in principatu A ſucceſſerat) cæterique per Galliam Maſtini hoſtes magna pollicebantur auxilia ſponte. Itaque Mediolanenſium, Mantuanorum, Parmenſium, Patauinorum auxiliariis acceptis, ipſi domeſtico equitatu peditatuque affatim addito, Lucam circumſedere. Id poſtquam à Florentinis intellectum eſt, nec erat iam dubium, quin ea res ad arma ſpectaret, ſuas & ipſi copias expediunt, ſociorúmque & amicorum auxilia rogant. Profecti ad Fugetium cum omnibus copiis ibi conſtiterunt. Inde miſſis ad Piſanos nunciis, qui iuberent Luca B abſtinere, cum illi nihilominus perſtarent, ac prope inexpugnabiliter caſtra communiſſent, conſilium cepere Piſanum agrum peruadendi. Itaque Arnum transgreſſi Piſas duxerunt ac omnia circa vrbem longè lateque popularunt. Loca etiam quædam munita ceperunt. Sed neque terror vrbis, nec vaſtatio agri, neque caſtellorum expugnatio, Piſanorum obſtinatam mentem infringere potuit: quin perſtantes in obſidione durarent. Itaque cum nihil per eam viam ſe profecturos Florentini viderent, & imbres eos continui per hoſipſos dies quaſi dedita opera turbarent, retro ad Fugetium du- C xerunt.

Maſtinus inter hæc poſtulabat, vti ne iam vltra differret Florentinus Lucam accipere: pecuniam ſoluere. Ea res agitata ex integro eſt variantibus ſententiis ciuium. Neque enim dubium erat, quin honeſtè reſilire à pactione liceret vrbe obſeſſa, & caſtellis à Piſanis quibuſdam captis. Itaque illud ipſum iam liberè in conſultationem veniebat, ſuſcipiendane foret Luca etſi obſeſſa, an totum huiuſmodi cœptum relinquendum. Vicit tandem ea pars, quæ ad dignitatem potior videbatur, quaſi turpe eſſet cœptum dimittere. D Illud modo prouiſum aſſentiente tyranno, vt ob præſentes difficultates ſeptuaginta millibus de prima ſumma detractis, vti tunc erat, ita reciperetur. Horum gratia obſides dati, adoleſcentes primarij Ferrariæ manſuri, donec promiſſa complerentur. Solutionibus verò taxantur interualla temporis. His conuentis ſolenniter firmatiſque, quod reliquum erat, ad ſuſcipiendam vrbem ire placuit. Profecti cũ omnibus copiis, in colle qui Lucæ imminet caſtra fecerunt.

Luca Florentinis vẽditur.

Piſani verò ante Florentinorum aduentum trina circa Lucam munierat caſtra, tunc autem E ob præſentiam hoſtis ſe contrahentes, in vna magis parte continebant. Ea res facultatem noſtris tribuit vrbis ſuſcipiendæ. Quare delectis è toto exercitu equitib. trecentis, quingentis verò peditibus, dato inter ſe ſigno, vno ſub tempore, & à Luca, & à Florentinorum caſtris ad munitiones Piſanorum impetum fecerunt, iiſque ab ea parte diſiectis Lucam intrarunt. Cum is copiis legati tres ad recipiendam vrbem profecti, Ioannes Bernardini filius Medix, Naddus Oricella, Richardus Rictius, hi pecunia (ſic enim conuene- F rant) Maſtini militibus qui in præſidio fuerant perſoluta, vrbem arcémque ſuſceperunt.

Recepta igitur Luca ingenti lætitia & exultatione, de ea tuenda iam cogitabatur. Præſidium erat validum, vrbs munitiſſima, rerum ſuppetebat copia. Itaque poterant vel expectatione lentè perſtringere Piſanorum conatus, qui & duobus amplius menſibus ſteterant in obſidione, & quoniam iam recepta à Florentinis erat, fractis debilitatiſque iacebant animis. Sed vicit ſuperbum præcepſque conſilium: nil actum his æſtimantibus, niſi hoſtis vi & manu pelleretur. Quare octauo poſt receptionem die è colle quo prius conſtiterant, deſcendentes ad fluuium Auſerim fecerunt caſtra, procul ab hoſte non amplius mille paſſibus. Inde poſtridie prima luce copias producunt, poteſtatémque pugnandi hoſtibus faciunt. Piſani cum ſibi pugnandum viderent, partem valli ad Florentinos verſam ſuſtulerunt, foſſáſque complanarunt. Mox productis copiis aciem ſtruxere. Triplici ſubſidio Piſanorum acies ſtetit. Primum anteſignani equites ad octingentos delecti, hos ſagittarij vtrinque cingebant. Poſt hos ſigna ſtabant cum omni robore virorum, tertium fuit expeditum agmen, cui reprimere obſeſſos, ſi fortè ex vrbe eruptionem in caſtra facere niterentur, mandatum erat. Florentinorum verò duo tantum agmina erant. Vnum anteſignanorum, in quo fortiſſimi è toto exercitu delecti equites ad mille ducentos. Hos ſagittariorum tria millia cinxerunt. Poſt ſigna cum omni robore equitum peditúmque affatim ſtructa. Vt igitur occinuerunt claſſica, terribili inter ſe congreſſi impetu conflixerunt Anteſignanorum acies, diúque, & atrociter aliquandiu pugnarunt.

Tandem ſuperantibus Florentinis Piſanorum anteſignani terga verterunt, ſéque ad maiorem aciem, vbi ſigna ſtabant, receperunt. In eam quoque velut procella quædam ſecuti victores, primo ſtatim impetu ita turbarunt, vt & ſigna proſternerent, & ducem exercitus cum aliquot proceribus caperent. In his fuit Arrigus Caſtrutij filius, & ſupremi quidam Piſanorum, Exules quoque Florentinorum aliqui.

Florentini Piſanos & iſti hos viciſſim vincunt.

Victoria haud dubiè parta erat, ſi alterum agmen perſecutum fuiſſet: ſed ſtetit immobile, nec poſt ſuos inceſſit. Itaque quo magis retulerat pedem hoſtis, eo plus à ſuis diſiuncta Florentinorum prima acies impar tantæ molis fuit. Quare conglobati ad extremum agmen Piſani, toto ſimul exercitu aduerſus vnam aciem dimicantes illam profligarunt. Alterum verò Florentinorum agmen, nec ſe pugnæ admiſcuit, nec quendam amiſit, ſed fuga protinus arrepta Piſciam aufugit. Ex prima verò acie plurimi cæſi captique ſunt.

Fuerunt etiam, qui munitiones tranſgreſſi Lucam refugerunt. Captiui verò Piſanorum omnes ſeruati præter Ioannem Vicecomitem Piſani exercitus ducem, qui ad ſigna captus, ac inde ad maius Florentinorum agmen traductus, in ipſa fuga Piſciam tractus eſt.

Florentiæ confeſtim delatus rumor multo quàm fuerant atrociora vulgauit, cæſum ſcilicet exercitum omnem, deletas funditus copias, ſigna ab hoſtibus capta murmur fuit. Sed vbi ſalua eſſe ſigna, ac ſupradicti exercitus partes incolumes eſſe auditum eſt, re-

ſumptis

A.C. 1340.

ſumptis rurſus animis, ad ſtudium reparandarum virium conuertuntur. Piſani itaque obſidionem pertinacius, quàm ante ſunt proſecuti.

Aretini turbantur & Sacconem cum ſuis capiunt. Leonardus Aretinus, Blondus.

§. VIII.

PER idem tempus ſuſpicio ingens fuit apud Aretinos, ne Sachon rebus aduerſis Florentinorum elatus, tyrannidem rurſus inuaderet. Nam affectare quidem illum nemo dubitabat, quoniam ante regnare conſueſſet. Rediſſe verò aduerſario in vrbem, ante oculos verſari ſuos, nonnunquam etiam verbis inſectari, anxiè ferre putabatur. Creſcente ſuſpicione ciues præſidem adeunt, periculum oſtendunt. Trahitur in ſententiam præſes, & arma capere iubet. Illi correptis armis Sachonem circumſiſtunt. Capiuntur multi diuerſæ factionis, multi ob eas ſuſpiciones ablegantur. Capitur Lucæ Tarlatus Sachonis frater, qui cum aliqua manu equitum & peditum in expeditione Florentini populi egregiè dimicauerat. Hic quia expers omnis culpæ credebatur, & egregiè ſe in bello contra Piſanos habuerat, honeſtiori genere captiuitatis ſine carcere ſeruabatur. Et cum vna cum Ioanne Medice præfecto præſidij extra portam Lucæ equitaret concito equo repente ad Piſanos transfugit. Ob eam rem Sachon, & eius agnati, qui cum illo capti erant, Florentiam ducti carceri mancipantur. Bellúmque his de cauſis in Aretinis ſuſcitatum frequentibus illorum caſtellis repellantibus. Ad id bellum Richardus cancellarius, eques Piſtorienſis dux miſſus eſt, qui armata Aretinorum multitudine Bibiennam cæteraque eius caſtra infeſto milite populatus eſt, domoſque eius familiæ intra vrbem inſigni magnificentia ædificatas euertit.

Ioannes Medix præfectus præſidij Lucæ impoſiti.

Dum autem hæc in Aretinis geruntur, Florentini in Lucam verſi, de vlciſcenda clade ſeruandáque vrbe cogitabant. Cùm ergo vrgerent obſidionem Piſani, auxiliáque à rege Roberto ſperata veniſſent, Florentini ob hoc regis factum grauiſſimè indignabantur, & circumſpiciebant oculis, ſi quem adſciſcere poſſent in belli ſocietatem: vnde ad Ludouicum ſcripſerunt qui nomen tenebat imperatoris Romani, inſigniaque inuaſerat, qui tranſmiſſis alpibus Tridentum redierat. Hic odio habebat Piſanos propter ſuperiorem defectionem, erátque Roberti Regis Romanique pontificis manifeſtiſſimus hoſtis. Sed tamen ciuitas indignatione accenſa nihil non factura putabatur. Societates verò Florentinorum permultæ ac maximæ in Roberti regno erant ac Galliarum partibus, apud quas erat magna pecuniarum vis quæ cum iampridem fuiſſet variis ex cauſis aſſeruata, vnum ſub tempus ob natum hinc metum ſtupentibus cunctis fidem abrumpere coactæ ſunt cum incredibili damno ciuitatis: nec tamen coiuit in fœdus cum [a] Ludouico Florentinus. Duo millia igitur equitum mercede conducta, & ab amicis addito magno equitatu peditatúque magnum exercitum comparauerunt. Cui præfecerunt Malateſtam Ariminenſem virum per eam tempeſtatem inprimis clarum. Procedentes ergo contra Lucam coacti ſunt Piſanos pellicere ad prælium, ſed ex eis nemo prodibat. Prorumpere in vrbem aggrediuntur, commeatúmque ad id paratum importare, ſed non valentes diuerſis modis impediti ſunt. Quare in agrum Piſanum tranſgreſſæ copiæ Florentinorum fœda populatione cuncta vaſtarunt. Sed Piſani non ea re commoti in obſidione perſtiterunt, certa iam fiducia vrbe potiundi. Cum ergo, qui Lucæ præerant Florentini ad ſe commeatum deferri non poſſe viderent, neque moueri Piſanos ob agrorum ſuorum vaſtationem, neceſſitate coacti deditionem facere ſtatuerunt. Quare pacti, vt incolume præſidium abducere liceret, vrbem reliquerunt Piſanis nono fere menſe, poſtquam recepta fuerat. Nullo vnquam bello magis dehoneſtatum fuit Florentini populi nomen.

Obſidio Lucenſis à Piſanis non intermittitur.

A.C. 1341.

Dum autem hæc obſidio duraret, exules Aretinorum contracta in vnum multitudine paulò ante lucem ad vrbem venerunt, & vrbem ſubitò intrantes numero ad tria millia, cum vrbem inuadere cœpiſſent, exciti eo tumultu ciues arma corripiunt, ſeſéque cohortantes impetum faciunt. Prælium fuit atrox, multæque cædes vtrinque, ſed tamen ſuperati exules per eaipſa quibus intrauerant loca præcipites aguntur. Intercepti ſunt plures de quibus poſtea ſupplicium ſumptum, & vexilla eorum accepta. Ob eius noctis periculum omnes Gibellinæ factionis homines, qui reliqui erant, expelluntur.

Aretiũ ab exulibus tentatur.

[a] *Ludouicus puſillo vir animo, nec precibus, nec ingenti oblata pecunia adduci potuit, vt Tridento moueret, opemque Florentinis ferret. Sed cùm Ludouicus Tridenti eſſet, multi oblatam ſibi in vrbibus Romanæ iuris tyrannidem authoritate imperiali accipere ab eo non ſunt veriti. Ioannes enim de Vico vrbis Romæ præfectus, nonnulla in Viterbienſium finibus paterna poſſidens hæreditate vicarius in Viterbia imperialis eſt factus. Eodemque titulo Galeotus Malateſta, & fratres Arimini Piſauri Faníque in Marchia Anconitana, Antonius Feretranus Vrbini, Diolfus & Galeaſſus fratres Callij, Alegrettus Fabriani, Bulgarutius Mathelicæ, Iſmedutius S. Seuerini Gentilis, Varaneus Camerini, Michael Montiſmilonis, Paugonus Cinguli, Nicolaus Boſcaretus Eſij, & in Ramandiola, Guido Poletenſis Rauennæ; Franciſcus & Sinibaldus Ordelaffi, Foroliuij & Ceſenæ Ioannes Manfredus Fauentiæ dominia accepe runt. Blon. lib. 10. dec. 2.*

Galterus Athenarum dux Florentiæ præficitur. Blon. A. C. 1341.

§. XI.

CVM autem Malateſtæ ducis, qui bello præfuerat gerendo, quia parum ſucceſſus habuerat, non ſatis acceptum nomen eſſet alter, qui præeſſet, quærebatur. Galterus erat Gallus claro natus genere, quem nudo iam titulo Athenarum ducem vocitabant. Hunc nuper feruente bello cum Neapolim applicuiſſet, cognito Florentinorum conatu amor cepit in expeditionem veniendi. Fuerat enim per tempora Caſtrutiani belli Florentiæ commoratus cum Carolo Roberti regis filio, moréſque ciuitatis & homines norat. Quare inuitatus à Florentinis ciuibus alacri ſe animo ad iter parauit: peruenitque ad exercitum cum parua equitum manu eaipſa die, qua Malateſta dux collę in quo caſtra fecerat, deſcendens ſtructas copias hoſtium caſtris admouit. In exercitu autem vigilando, & impigrè res obeundo commendationem ſibi non exiguam comparauit. Ita & nobilitatis fauore, & virtutis opinione ſubleuatus in hac difficultate temporum, & diſcordia ciuiũ quaſi idoneus rebus ſanandis cum poteſtate legitima præficitur vrbi ac belli cura ſibi demandatur. Nam amiſſa Luca ciues male concordes & (vt rebus fit aduerſis) ſuperiora errata alij aliis obiectantes, ſpreta belli cura ſimultatibus odiiſque ſecum ipſi pugnabant. Viginti viros, quibus authoribus nuper Luca empta, bellúmque erat ſuſceptum, populus ſic oderat: vt nec nomen ſine execratione ſuſtineret audire.

Gualterus tyrannidẽ affectat. Domi igitur militiæque poteſtatem nactus voluere multa ſecum, & cogitare cœpit, quemadmodum pro arbitrio dominari poſſet. Vir enim Gallus, & Gallorum moribus aſſuetus, vbi plebs penè ſeruorum habetur loco, nomina artium artificumque ridebat, multitudinis arbitrio regi ciuitatem ridiculum exiſtimabat. Faciebat verò animos diſcordia ciuium plenæq; odiorum mentes. Primò nobilitatem duris legibus obnoxiam iniquo animo conſtituta ferentem, ſuam fore totam arbitrabatur: propterea quòd quæ pars ciuitatis premitur, ea ſemper nouas res conſueuit optare. Tenues verò & opifices, ac totam illam ciuitatis turbam nullo negotio putabat ad ſe traducere. Nullam enim iis, neque dignitatis, neque libertatis curam intelligebat eſſe, Reſtabat medius populus, in eo difficultas omnis verſabatur. Igitur in hũc audendũ putans, homines, in proximo Lucenſi negotio verſatos, atque ob id recenti infamia flagrantes arripi iubet. Ex iis

Ioãnes Medix ſecuri percutitur. Ioannem Medicem Florentinum equitem ſecuri percuti iubet. Naddo autem Oricellæ, & Richardo Riccio, qui item Lucæ cum poteſtate publica fuerant, eidem ſupplicio deſtinatis, ſummis ciuium præcibus vitam largitus eſt, grandiori tamen pecunia mulctatis, obiectum eſt alteri, quòd pecunias à Piſanis accepiſſet, vtrique quòd rempub. in quæſtura fraudaſſent.

A Poſt hæc Guilielmum Altonitam cepit, extrémóque ſupplicio affecit. Cauſa adſcripta, quòd dum Aretio præfuit, multa ob pecuniam nefaria commiſiſſet.

Hanc eius ſiue ſæuitiam ſiue crudelitatem in ciuibus puniendis multitudo vſque adeo lætis accipiebat animis, vt palam gratularetur. Hunc virum fortem, hunc interritum prædicabant, Cæteros magiſtratus potentiorum ſatellites, carnificeſque veniſſe, hunc virum repertum, qui in potentiores ipſos animaduertere nõ formidaret. His verbis vbique nomen eius celebrabat, colebátque multitudo, ac quando per vrbem incederet, laudibus acclamationibuſque proſequebatur. Accedebat nobilitatis fauor, vt verbis occultior: ſic ad agendum efficacior. Optimates etiam quidam, vel metu publico, vel priuata familiaritate ſeſe illi adiunxerant, & iam ſuadebat multi totius ciuitatis fræna capeſcere. Ipſe quoque in ſpem elatus nõ dubitabat cupiditatem animi poſſe ſe ferre; modus tantum facinori quærebatur. Priores, qui tunc erãt viri integri, libertatiſque tenaces, variè per illius fautores tentati non modo non concedebant, ſed etiam repugnabant apertè. Quare alia ingrediendum ratus in concionem populum vocat. Hoc facit per præconem, cum iam adueſpera ſceret, cõcio erat in craſtinum futura. Neutrum erat obſcurum, nec quid ille vellet, nec quid illi ſentirent. Itaque priores curis anxij per noctem ad eum conueniunt, quæruntur palam de vocatione populi, oſtendunt ſe inconſultis nihil tale factum oportuiſſe. Ille contra verba dat, populum, quæ velit, declarare poſſet aliter non libertatem populi, ſed ſeruitutem eſſe. Tandem ita dicitur, vt proxima concione imperium ſibi Priores in annum decernant, iiſdem exceptionibus, quibus Carolo Roberti regis filio fuerat ante conceſſum. His compoſitis ad multam noctem Priores diſcedunt.

Gualterus populi fauoté nanciſcitur.

Poſtridie orto ſole concio aderat frequens Galterum in concionem venientem multi è nobilitate comitati ſunt, quidam etiam populares eius fautores circumſtabant, arma veſtibus contegebant. Vbi in concionem ventum Priores pro roſtris ſedentes medium acceperunt: aſſurgénſque vnus è Prioribus concionari cœpit. ea rogaturus populum, quæ per noctem conueniſſent. Vix principia orationis ingreſſo, cerdones & opifices, ac tota illa ciuitatis fæx ab extrema concionis parte acclamare cœpit, ac dominum ſine vlla exceptione eſſe iubere. Suſcipitur à fautoribus eius clamor, ac ſecunda per comitium aura diſcurrit. Ita concione tota acclamante Priores decepti, ac metu perculſi conuenerunt, vltra repugnare non auſi. Galterum igitur principes nobilitatis ſublatum manibus palatio intulerunt: in ſede conſtituerunt. Factus per hunc modum dominus quid poſt hæc geſſerit, & quamdiu regnauerit eſt à nobis explicandum. Res enim digna eſt, quæ literis annotetur, vel pro auiſamento ciuium, vel pro caſtigatione regnantium. Apparebit enim ciuibus nihil magis formidandum, quã ſeruitutem, dominantibus autem nihil magis ad ruinam tendere, quàm immoderatam inciuilemque ſuperbiam.

Gual-

A. C. 1342.

Gualteri res in dominatione ſua geſtæ.

§. X.

PARTO igitur, vt voluerat, dominatu de ſeruando iam illo cura ſupererat. Huius autem rei gratia & foris, & domi multa duxit prouidenda. Itaque ſtatim per legatos Aretij & Piſtorij concionibus adulatis, imperium à populis earum ciuitatum ſuſcepit, non iam Florentini populi nomine, ſed ſuipſius. Id aſtuto admodum conſilio factum, quo ſibi beneuolentia aliqua deuinciret ciuitates. Exiſtimauit enim velut beneficium ſe conferre, ſi quæ dudum Florentinis ſubeſſent, eas æqua conditione cum Florentinis redderet, nec ipſe per alios, ſed per ſe ipſe voluntariis dominaretur.

Pax cum Piſanis facta.

Poſt hæc bellum tollere adortus, de pace cum Piſanis egit, firmauitque, nulla neque honoris neque dignitatis cura. Conditioneſque huiuſmodi fuerunt, vt Piſani Lucam quindecim annis retinerent arcem cuſtodirent, poſt id tempus liberam dimitterent. Exules Lucenſium omnes ab exilio reuocarent, bona reſtituerent, Florentinorum captiuos ſociorumve ſine pretio dimitterent. Caſtella Florentinus populus, quæ Lucenſis agri tenuiſſet, retineret. Penderet inſuper Piſanus in annos ſingulos auri nouem millia, Florentinorum exulibus, quicunque Piſanis in eo bello fauiſſent, reuerti permitterent, bona reſtitui iuberet, Sachonem & agnatos, qui captiui tenebantur dimitteret. Pacem iis, ac cæteris, qui vel Aretio, vel Florentiæ bellum intuliſſent, daret, Lucæ durante eo tempore magiſtratum imponeret. Hoc extremum nonnihil videbatur, ſed erat parum. Nam cum Piſani arcem præſidio vrbemque tenerent, Domini ac moderatores omnium eſſent, nudum magiſtratus nomen, ac titulo duntaxat ſpecioſum habebatur. Ex hac pace nobilitatis ea pars qui per ſeditionem pulſa nuper fuerat, in vrbē rediit, & quidem ſumma dominatoris gratia, quaſi eius beneficio reſtituta. Sachon verò & agnati carcere exempti Bibiennam, ac cætera eorum caſtella circa Aretium tenuere.

Cùm de Piſano prouidiſſet bello, aliis rurſus curis intentus, Gallos omnes, qui erant per Italiam euocauit. Frequentes etiam domo fama illius potentię exciti aduenerunt. Ex iis confecit equites circiter octingentos, quos circa ſe cuſtodes habere conſtituit. Societatem poſt hæc & amicitiam cum Piſanis iniuit, magis vt apparebat contra ciues quàm contra externos hoſtes. In hanc ſocietatem duo millia hominum deſcripta. Hæc foris prouiſa non incautè, domi verò omnia peruerſè, quædam etiam leuiter & ſtultè. Priores (qui ſummus in ciuitate eſſe conſueuerat magiſtratus) non ſuſtulit ille quidem, quod ipſum fuit tolerabilius, ſed omni authoritate ſpoliatos paruo admodum miniſterio relicto, quaſi ſpectaculum quoddā acerbū miſerabileque in oculis ciuium dereliquit. Cumque Carolus Roberti regis filius, qui ante hunc ciuitatis imperium obtinuerat, vir tanto genere, tantaque expectatione dignitatis nunquam ab honore ædium publicarum Priores dimouiſſet, ſed ipſe alibi inhabitaſſet, hic longè diſpar, ac

Quid in vrbe a Galtero geſtum.

A diſſimilis Priores ædibus ſuis expulit, ipſe incubuit. Vexilliferos ac ſocietates funditus ſuſtulit arma ciuibus ademit, honores ac magiſtratus omnes irritauit, niſi qui ab eo eſſent conceſſi. In ciuium autem fauore ita variauit, vt modò nobilitatem, modò populum videretur præferre: ſępe his reiectis ad plebem magis inclinare. Et ſanè multitudini plura indulſit, quam alij cuiquam parti ciuitatis. Pecunias omnes publicas cupidiſſimè in ſe vnū conuertit, quarum etiam gratia priora auxit, & noua excogitauit vectigalia, & tributa inſuper impoſuit crebra. Conſi- B gnationes à populo factas iiſdem ex pecuniis irritas duxit. Obſides Maſtino datos, pro quibus ſoluendum fuit neglexit, cum ſumma querela propinquorum, ſummoque dedecore ciuitatis. Accipiendis computandis pecuniis publicis de fide ciuium diffiſus, peregrinos impoſuit homines. Arcē inde facere aggreſſus proximas palatio ædes, turreſque adiunxit, crepidineſque effecit palatio ipſi & propylea feneſtris ferreos cancellos adiunxit, plateam dilatauit, portas vrbis turreſque deſuper communiuit aliaſque iuxta ſingulas populi ad vſum portulas ſtruxit. C Delationes ciuium ita moroſe ſuſcepit, vt ſæpius eos, qui deferrent, nec peruestigata quidem reneque perquiſita talione mulctaret. Interdum verò ob maledictum ad crudelitatem irritatus eſt. Ciui paulò antè Prioratu egreſſo, qui mediocriter queſtus de republica fuiſſet funditus linguam iuſſit euelli. In exilium actū, quòd de ſe malè loqui ſuſpicabatur, per ſimulationem veniæ reuocatum, ſupplicio crudeli indignoque occidit.

Pecuniis ciuium inhiat.

In vrbe quid immutarit.

Eius crudelitas.

Cùm ergo intolerabilis videretur, ac indies creſcerent mala, ſuperante iam odio metum, va- D riæ primo querelę ciuium, mox coniurationes ſunt conſtitutæ. Et quidem plures vno tempore ignorantibus aliis alios. Conſilium verò inuadendi varium fuit. Fuerunt, qui in palatio ipſo vi irrumpendum necandumque putarent. Fuerunt qui dum per vrbem inſederet, quòd ille frequenter ab initio faciebat. Sed inerat his rebus difficultas, quod ſuſpicio ex conſcientia malefactorum coorta, cautum magis diffidentemque indies reddebat, quare & intra palatium firmo ſtabat præſidio, & foris nec temerè nec ſine ingenti comitatu verſabatur. His diffi- E cultatibus res protracta eſt, nec prius confecta, quàm patefacta. Senenſis erat quidam vir militiæ cognitus, & ob id à ſtudio nobilitatis nequaquam abhorrens. Is igitur cum forte accitus foret commotus primo aſpectu rem totam ad Franciſcum Burnellectium equitem Florentinum, cuius familiaritate plurimum vtebatur, detulit. Ille re ſubita perculſus cum eſſet, totius rationis ignarus, tyranno quid ex Senenſi audierat patefecit. Index ſubitò accerſitus duos nominauit, quibus ſtatim correptis cum tormenta adhiberentur, capita ipſa ac principes coniu- F rationis extorſit. Magnitudo multitudoque ciuium tyranni animum deterruit. Itaque parum per primo cunctatus, tandem ex illo numero Antonium Adimarem Baldinaci filium, virum & potentia, & genere clarum per apparitorē, ad ſe vocat. Paruit ille vocanti, ſiue ignoratione periculi, ſiue fiducia multitudinis coniuratorū. quo deprehenſo atque conuicto, alios quoque plures

In Gualterum variæ coniurationes.

Sed deteguntur.

A.C. 1341.

plures cum in ea coniuratione tyrannus comperiſſet biſariam fluctuare cœpit.

Gualteri de opprimendis coniuratis conſilium. Leon. Aret.

§. XI.

ARDENS quidem animo ſupplicium ſumere, metuens verò multitudinem ciuiũ quos ipſe conſcios affineſque eius rei deprehenderat. His curis anxius conſilium capit, ante omnia militum præſidia ex finitimis oppidis in vrbem vocare. Ea intercapedo ſex dierum fuit. Quæ cùm iam conueniſſent, tempus eſſe ratus, quæ cogitauerat patrandi, egregium quemque ciuem ad ſe vocat. Numerus vocatorum fuit circiter trecentorũ. Cauſa verò prætenditur, vt de coniuratione ad concilium referat. Cæterum id agebatur, vt cùm ij conueniſſent in palatio ipſo opprimerentur, reliqua inde iam ſecurè tranſigeret. Fuerunt in numero vocatorum plerique ex coniuratis, qui forte (vti fit) ex conſcientia periculum ſuſpicantes, metumque apud alios de induſtria augentes, in eam formidinem adduxerunt: vt nemo vocanti ſe pareret, nemo in concilium iret. Ex hoc iam ciuitas penè rebellis, qui coniurauerant ſeſe vltro nudantibus, vna omnium mente in tyrannum ſurrexit. Tunc demum compertum eſt tres in ciuitate coniurationes iampridem aduerſus tyrannum viguiſſe nec erat ferme vlla paulò amplior familia ex nobilitate, aut ex plebe, qui expers eſſet coniurationis. Armis igitur populariter ſumptis, cùm arcem circumſtetiſſent, obſidere ex compoſito perrexerunt.

Gualterũ domi inuadunt coniurati.

Contra verò tyrannus tela deſuper iacere, ac repugnare, & arcere populi impetum. Quæ poſtquam incaſſum agitari videt, quo multitudinis placaretur ira, concedere omnino, ac vltrò ſeſe ſubmittere ſtatuit. Itaque poſtridie otto ſole Antonium Adimarem equeſtribus donatum inſignibus dimiſit. Idem fecit de cæteris, quos in captiuitate habebat. Prioribus verò (eos namque ab initio tumultus in palatium traxerat) contra conſuetudinem ſuum honorem exhibuit. Et vexilla quædam populi quaſi libertatis vltro ab ſe permiſſæ indicia ex ſumma arce protulit: Sed ob eas res nihilomagis pacata eſt ciuitas. Vrebat enim mentes vlciſcendi libido, eorum præſertim, quorum ille propinquos agnatoſque necauerat, nec ſine ſanguine tyranni expiare poſſe cædem ſuorum arbitrabantur. Vt tamen multitudo, quæ ſine vllo publico decreto, ſine vllo duce legitimo in armis erat, modum aliquem formamque ſuſciperet, principibus vocantibus concio populi conuenit ad Reparatæ ædem. Ibi per ſuffragia quatuordecim viri cum imperio delecti ſunt ad rempub. confirmandam ordinandamque ciuitatem. Additus eſt iis Angelus Accaiolus præſul ad hanc dignitatem aſſumptus ex ordine prædicatorum qui & ipſe conſtitutiones ſynodales Florentinis quæ nunc vigent, ordinauit. Vir hic erat ſummo conſilio, ſummaque authoritate, qui fere princeps fuerat libertatis recuperandæ.

Gualter' ſe Florentinis ſubiicit.

Angelus Accaiolus præſul Florentinus libertatis aſſerendæ auctor

Obſidio inter hæc, & oppugnatio neque die

A neque nocte intermittebatur, ſed erat cùm tyranno manus valida militum fere trecentorum. Locus verò egregiè munitus. Hæc talia erant, quæ procraſtinationem tantum periculi, non ſpem vllam ſalutis videbantur afferre: quare modò colloquia ciuium poſcere, modò fidem implorare, ſupplicare denique, & obteſtari obſeſſi pergebant. Quin etiam quo piaculo aliquo declinaretur ira, tyranni ſatellites quoſdam in ciuium ſuppliciis debacchatos, quos ad vindictam depoſci ſentiebant, per vim porta detruſos gladiis ardentis populi obiecerunt: qui illi-

B co membratim diſcerpti fructum crudelitatis ſuæ digniſſimum reportauerunt. Ex hoc iam reſtincta parumper ciuium ira præſul, & quatuordecim viri colloquia magis iniuerunt. Denique mitiori conſilio tyranno, & cum illo obſeſſis vita permiſſa eſt arcem dedenti, ac omni poteſtati, quam iuſſu populi habuiſſet, ſe abdicanti ſpõte. Eam abdicationem, quo vitium abeſſet, extra territorium quoque fieri placuit. Ita arce præſuli, quatuordecimque viris tradita, tyrannus ſeſe in eorum manus permiſit. Cuſtoditus poſt hac biduo in ipſa arce, ne à populo violaretur,

C tandem nocte vrbe emiſſus: in Caſentinatem iter primũ fuit. Ibi abdicatione iterũ facta abiit decimo fere menſe poſtquam regnare cœperat.

Gualterũ Florentini ſua vrbe contur bant.

Dum hæc Florentiæ aguntur, Aretini cognita obſidione tyranni arma & ipſi corripiunt. Tres erant Aretij arces, vna ad Florentinam portam, duæ in ſumma vrbis parte, earum primo ſtatim impetu duas expugnarunt, reſtabat tertia arx & ea munitiſſima, quam omni conatu expugnare dum pergunt, Sachon dudum Aretinorum tyrannus cum magna multitudine ſuperueniens contra ipſam arcem extra vrbem

Aretini Gualteri dominationem excutiũt.

D conſedit. Hinc iniecta ciuibus formido eſt, ne arx Sachoni dederetur. Ob hæc intermiſſa oppugnatio eſt, & per colloquium res tentata. Præfectus erat arcis Guelphus Buondelmontes. Is cum à ciuibus intra vrbem, extra verò à Sachone obſideretur, & ruina tyranni, cuius nomine præſidebat, ſpem omnem abſtuliſſet, vocatis in colloquium ciuibus. Non ignoro (inquit) Aretini: vix mea referre, vobis ne an Sachoni arcem dimittam, cęterum, vt ad vos magis inclinet, duæ res faciunt: primum quòd noſtra familia Guelpharum partium ſemper pręcipua fuit, qua

E in re vos mecum conuenitis: Sachon diſſentit. Altera, quòd in ęquiore hominum laude me fore puto, ſi videbor libertati potius veſtrę, quã Sachonis tyrannidi gratificari voluiſſe. Ita ciuibus arcem tradit. Eodem fere modo Piſtorienſes & Volaterrani, qui & ipſi in poteſtate fuerãt tyranni, per illius ruinã libertatẽ cõſecuti ſunt.

De Clemente ſexto papa, & Iubileo inſtituto: de ſeditione Florentinorum, & bellis plurimis, & ſucceſſore, & Appuliæ regno. Clemens. 6. Ponti. max. 200. ſed. a. 10. d. 7. A.C. 1342. Onup.

F

CAP. VIII.

BENEDICTO. xij. vita functo creatus eſt papa in Auenione, vbi tunc curia erat, Clemens. vj. numero pontificum. ccj. Qui cathedram Petri aſcendit anno Domini.

A. C. 1342.

ni.1462.ab initio autem mundi ſecundum minorem numerum quinquies 1306. ſecundum maiorem verò ſexies 1547. Sedit autem in ea annis.xj.

Iubilæus ad annum quinquageſimum reducitur.

Hic Clemens Iubilæum, a quem Bonifacius octauus anno Domini. 1300. celebrarat, & de centenario in centenarium declararat obſeruandum, reduxit ad numerum quinquagenarium, qui eſt, proprius numerus Iubilæi, & publicari fecit per orbem, quod poſtea à poſteris ſeruatum eſt, ſcilicet de quinquagenario in quinquagenarium. Et licet curia tunc eſſet Auenione, tamen in vrbe poſita eſt indulgentia Iubilæi, & data illuc pergentibus certis modis & formis. Paulò antè b conflictantibus Hiſpanis cum Saracenis decem millia Saracenorum ſunt ab Hiſpanis occiſa, & totidem capta. Cometes viſus eſt: c Circa idem tempus Francis cum Anglicis in bello congreſſis decem millibus ex Francis interfectis, Anglici victores fue

Chriſtiani in HiſpaniaS aracenos vincunt.

Bellum Anglicũ.

a *Iubilæum annum, quem Bonifacius 8. centeſimo quoque anno, & hic Pontifex quinquageſimo inſtituerat eſſe celebrandum, Vrbanus deinde Sextus ad annum tertium & trigeſimum reduxit, quem demum Sixtus quartus per Extrauag. Quemadmodum, annum vigeſimum quintum eſſe voluit. Sicque ab eo tempore celebratum eſſe conſtat. Fueruntque hactenus in vniuerſum vſque ad Gregorium xiij qui anno 1575. vltimum Iubilæum celebrauit, anni Iubilæi vndecim. Porro etiam ante Sixtum ab aliis Pontificibus Iubilæi tempus ad annum 25. Iubilæum contractum fuiſſe indicat Onuphr. Nam Martinum 3. alias 5. anno 1425. Iubilæum celebraſſe perhibet. Non dubium autem quin hoc fuerit poſt 25. annum ex quo anno 1400. à Bonifacio ix. Iubilæus fuerat celebratus. Hic autem Clemens VI (quod D. Antoninus prætermiſit) Monachus fuit Monaſterij Caſæ Dei in Aruernia, diœceſis Claromontanæ: qui etiam in eodem Monaſterio ſepultus eſt. Ex Onuphrio. De hoc autem præter Platinam & Onuphrium Blondus lib. 10. dec. 2. & Nauclerus gener. 45. & 46.*

Nobilis de regibus Mauris Chriſtianorũ victoria.

b *Tres ſummi Africæ Reges, quorum nobiliſſimo nomine fuit Balbarimus, in Hiſpaniam tranſgreſſi, ac cum veteribus Saracenis Bæticam incolentibus, eorumque Rege coniuncti, noſtros terra marique congreſſos vicerant. Agris potiti, fugatiſque cultoribus vrbes obſidebant. Quare Hiſpani acie iterum atque iterum victi opem exteriorum regum implorauere. Adueniente cum Francis Nauarriſque Eburonice rege Nauarræ duo Alphonſi reges, alter Caſtulonenſis, alter Luſitanus, refecta ſpe, opeque diuina aduerſus pietatis hoſtes implorata, fortunam prælij tentauere. Signa collata, dimicatum ſumma contentione, cùm tres noſtri reges cum quatuor Barbariæ regibus, duplici, eaque recenti victoria ferocibus decertarent, vicere noſtri. Caſtra hoſtiũ capta, plena omnis opulentiæ regiæ priuatæque. Maxima pars Barbarorum cæſa. Reliquis trepidis Bætica receptaculum fuit, quæ ea lue purgari, niſi hac noſtra ætate non potuit. Aemy. li. 9. Paulò aliter Vaſæus Alphonſus. 11. Hiſpaniæ rex adauctus auxilio Alphonſi 4. Portugaliæ regis ſoceri ſui infinitas Barbarorum copias vicit, & bellum gerens contra Allibe Hacbem Marochi regem, & Banamarim & alios reges quadringenta quinquaginta Saracenorum millia occidit, Chriſtianis duntaxat viginti deſideratis. An. Ch. 1335. Geneb.*

c *Huius grauiſſimi belli Anglici hæc cauſa fuit. Mortuo Carolo Pulchro, anno Chriſti 1328. abſque virili ſtirpe vt nos notauimus ſuprà cap. 3. §. 4. orta eſt quæſtio (quam adhuc Angli dicunt eſſe ſub Iudice) inter Francum & Anglum de regno Franciæ. Eduardo tertio Rege Angliæ, quod eſſet filius Iſabellæ filiæ Philippi Pulchri, iuſe proximiori gradu cognationis, contendente regnum ſibi deberi. Contra Philippo Valeſio filio Caroli Valeſij, fratris Philippi Pulchri decreto legis Salicæ, quo fœminæ à Regni ſucceſſione excluduntur, Regnum ſibi vendicante. At Franci Valeſium Regem decernunt. Eduardus verò Regis Galliæ ſolum titulum & inſignia aſſumpſit. Quibus eius poſteri in hunc vſque diem vſi ſunt. Polydor. lib. 19. hiſt. Angl. Aemyl. li. 8. Hinc ortum eſt funeſtum & cruentum bellum Anglicum, quod capit in Aquitania, ſæpius intermiſſum & renouatum. Genebrar. Huius belli quoniam crebra fit in hoc capite mentio capit. ex Aemylio notabimus, ne in D. Antonino, qui hactenus ſatis diligenter Gallicas res recenſuit, iſta poſteriora deſiderarentur. ſic igitur ille. Eduardus ætate florebat, domeſticas res cõpoſuerat, cũ Scotis primũ bellũ geſſerat, virtuſque ei⁹ in illo enituerat. Iã Franciã reſpiciebat Angebant eũ à Catholico rege quædã arces in Aquitania retentæ, ac præſidiis Francicis firmatæ, nomine mulctæ patri ademptæ. Erat imperij nominiſque appetentiſſimus, & incendit multo magis iuuenem cupiditate gloriæ opumque flagrantem Robertus Atrebas. Is oratione legem Salicam tutatus fuerat, cauſamque Valeſij oppugnante oratore Anglo egerat. Quod antea fando defenderat, tunc armis alienis, quando ſuis non poſſet vexauit. Oratores vltro citroque commeabant, ſi certa ſanciri pax poſſet inter Francum Anglumque. Philippus rex conſeneſcentibus ſacri belli cõſiliis aduerſus Eduardum vndique firmamenta rerum ſuarum quærebat, animo præſagiens quanta moles belli impenderet. Anglus incendente Atrebate ſuum eſſe ius Francici regni prædicabat: ſe Philippi Pulchri filia ortum potiorem eſſe, quàm Philippum Valeſium, qui à Philippi Pulchri ſtirpe oriũdus regnũ inuaſerat.*

Robertus Atrebas à Philippo deficit. A. C. 1335.

Anglica deinde claſſis in Flandriam appulſa Chagantum expugnauit, diruitque locum maritimum munitiſſimumque, ac Comitis præſidio firmatum, vbi egregiè propugnans Henricus patruus nothus Comitis in poteſtatem hoſtium venit. Ex Brabantia deinde Valterius Manius cum paucis Anglorum turmis profectus, Antoniámque emenſus in Samarobrinenſium fines aduolauit, repentinoque aduentu Tuinum oppidum arcemque patentibus, vt nullo tali metu portis ingreſſus præfectũ præſidiũq; inermes oppreſſit. Nec deſidebat Franci, claſſe oræ Angliæ appulſa Antonnem vrbem cepere, deripuere, prædaque repletis nauibus domum reuertere. Anglus rex longè maximo coacto Germanorum ſuorumque exercitu Cameracum profectus excidium ciuibus minabatur, niſi ſibi ſacri imperij Vicario iubenti aperirent portas vrbis. Nihil pacati reſpõſum. Inerat egregium fidumque Franco præſidium, ac commeatus, & ad Peronam Veromanduorum rex Philippus conſederat valido cum exercitu, tribus præterea ſociis regibus Bohemo, Scoto, Nauarro, in eiſdẽ ſe cum caſtris tendentibus, ac eandem fortunam periclitaturis. duces ſex in quibus Britannus & Lotaringus. ſex & viginti comites præter cæteram multitudinem, quatuor millia equitum balteo virtutis cauſa donatorum ſub Franco merebant. Excepto tot regum nomine pari dignitate viribuſque feroces hoſtes, ob Auguſtum etiam nomen ſuperiores ſe ſanctioreſque gloriabantur. Sexaginta millia pugnatorum ſub ſignis

Angli in Flandriã traiciunt. A. C. 1337.

Angli & Franci ſine conflictu acies ſuas explicant. A. C. 1338.

Anglus

A.C. 1342.

Anglus, centum millia Francus habebat. Atrebas A *auctor Anglis erat, vt Cameracum omitteretur ne ibi ſederetur, ne mora tædioque langueſceret impetus militum. Scaldem copias traducendas, in ipſam Franciam, de cuius iure imperioque agatur eundum. Hæc ſententia accepta, caſtra mota ſunt, mouit & Francus. Iam quatuor millibus paſſuum inter ſe aberant, cùm Eduardus ad caſtra francorum miſit qui ad pugnam conſerendaſque vniuerſas vires in poſterum diem prouocaret. Exceptus audituſque benignè, vt fœlix optatuſque nuncius, ac cum muneribus dimiſſus ab rege cupiditate pugnæ incenſo. Poſtridie Anglus ſub ortum ſolis è caſtris copias eduxit, aciem inſtruit, opperiens* B *hoſtem. Rex contra eundum, prælium committendum cenſebat. Procerum ſeniores veteranique duces orabant ne publicam ſalutem fortunæ libidinis vniuſque prælij aleæ committeret. Anglus ſtando expectandóque in armis feſſus, reduxit in caſtra exercitum. Poſtridie Germani duces, qui in ſpem propinquæ gloriæ præmiorumque venerant, longius ſegniuſque bellum proſpicientes maxima pars domum ſpectare, & de reditu inter ſe agere cœpere. Anglus eos dimiſit. Ipſe in Flandriam ſuos ex hoſtico deducit, vbi non Angliæ modo, ſed & Franciæ rex dictus, vexillis, parmis ſignis liliatis etiam vſus ſuadere Flandris voluit,* C *nullam pœnam, nullam ſponſionem commiſſum iri, ſi regi Eduardo & Angliæ & Franciæ ſcribenti dicto audientes fuerint. Atque ita ſcribendi ſignandi initiū fecit, ac in vexilla lilia tranſtulit. Pontifex maximus Flandriæ ſacrificiis interdixit.*

Excurſiones Anglorū & Francorum. A.C. 1339. *Philippus rex in oppidis hoſti propinquis, valida præſidia collocauit & Anglus in Angliam rediit. Interea excurſiones vtrimque leuiaque prælia facta, Flādris Annonibúſque in fines oppidorum franciciis præſidiis infeſſorum, & francorum præſidiis in hoſticum delatis prædaſque abigentibus. Salberienſis (quem Anglus ſui loco in Flandria reliquerat) dum cum du-* D *centorum equitum alacir cum vebitur, exploratque quanam ratione Inſulam tentare, ac aliquid egregij facinoris abſente rege ſuo agere poſſet, eruptione præſidij circumuentus capitur ipſe, cæteris cæſis fuſiſue, Luteti im in cuſtodiam miſſus Ioannes regis filius primum Scaldouerium oppidum expugnauit, deinde Tuinum obſedit tormentis muros quaſſabat. Præſidiū noctu igne tectis iniecto in Scalde flumine, quo mœnia alluuntur deprehenſis nauibus in vlteriorem ripam traiecere. Francus ingreſſus ignem reſtrinxit. Hæc terra.*

Pugna ad Scluſas A.C. 1340. 9. Cal. Iul. *Mari anno huius ſæculi quadrageſimo trecentarum* E *nauium claſſis Francia, additis octoginta Britannicis nauibus præfectis. Hugone ac Nicolao Variobarbo, pro Scluſa Anglicarum partium oppido ſtabat, Eduardum regem appulſu litorum prohibitura ſimul Flandros ne ſe illi coniungerent interclūſurus. Erant in ea vilia capita paruóque ære merentia. Anglica claſſis ſuperuenit, in qua Eduardus Attrebáſque ac ſummi duces proceréſque factis genereque clariſſimi erant. Pugnatum eſt acerrimè ſex continenter horas, ſuperiores habiti hoſtes, vento æſtuque eorum naues concitatas in Francos ferente, & ex littore Flandris propugnantibus, ac terram præterea infeſtam Franco facienti-* F *bus. hæc pugna numero hominum francis, nobilitate deſideratorum Anglis luctuoſior extitit. vtrimque circiter triginta millia periſſe ferunt. Eduardi femur iaculo traiectum. Angli terram tenuere, quod reliquū Franciæ fuit Normanniam petiit.*

Eduardus vulnere procurato, ſupplementóque ex Anglia acerſito, ac ex omni Germania volunta- A *riis contractis conductiſque, ac Flandris Tornacum ducit eámque vrbem obſidet. Atrebas etiam ex inferiore Flandria, ad triginta hominum millia armat, is ad fanum Odemari ducebat. id à præſidio Francorū, Ducéque Burgundiæ tenebatur. Continenti igitur itinere eo peruentum pugnatúmque cum erumpentibus. Atrox fuit pugna, fuſi Flandri & è muris petiti, multiſque amiſſis Hypras ſe recepere, ad tria millia cæſi. Atrebas iram Flandorum veritus, ad Anglum in caſtra ſe Tornacū recepit. Ea vrbs acerrime oppugnabatur. Rex in Atrebatib⁹ copias habebat, certior factus obſeſſos laborare mouit, duoque millia equitum delectā* B *manum, noctu in vrbem intromiſit. Id ſpem potiundæ vrbis Anglo ademit, audireque cœpit oratores ſocrus ſanctæ fœminæ, illa agente induciæ in triennium factæ inter Francum Anglumque. Captiui vtrimque dimiſſis Flandris multa remiſſa, exoratus pontifex ſacrificiorum ius reſtituit. hæc lib. 8. Aemyl. habet. libro deinde 9. ſic poſt quædam alia hoc bellum perſequitur.* A.C. 1341.

Vbi dies induciarum exiit, Clauda (hæc ducis Britanniæ fratris filia, indignata quòd Carolus Bleſenſis in contentione ducatus Britanniæ ei fuerat præpoſitus paulò antè in Angliam ſeceſſerat) claſſe Anglica cū Roberto Atrebate in Britanniam reuertens, coacta eſt C *cum Francica claſſe pugnam inire. Inter dimicandum exorta fœda atrocique tempeſtate ipſa cum ſuis cum hoſtes altum diſiecti peterent terram tenuit. Venetos, quos adueniens recepit, paulò pòſt Francis Bleſenſi auxilio accurrentibus, amiſit, trepidatione iniecta, quod Atrebas dum ſoluere obſidionem el uſus conatur, in pugna vulnus accepit, ex quo paulò pòſt Angliam mari repetens medio in curſu obiit. Eduardus tali duce amiſſo Britannicum bellum per ſeipſum gerere conſtituit, Venetos obſedit, Dinanum & obſedit & cepit, Pontifice maximo per legatum agente induciæ inter Anglū Francumque in triennium redintegratæ.* Bellū Britannicum. A.C. 1342.

D *Per Anglicarum induciarum tempus, quæſtionibus maieſtatis exercendis rex Francus operam nauabat, nonnulli & è Britannica & è Normanna nobilitate, ſcelere conuicti, ceruice luere. Gotbofredus Haricura, comitis frater, abſens damnatus ad Anglum tranſit, altera fax belli.* Francus de perduellibus pœnas ſumit. A.C. 1343. 1344.

Anglus vbi de ſuæ factionis hominibus pœnas expeti compertum habuit, duces in Vaſconiam miſit ad res denuo mouendas. Iam Aquitania bello ardebat Riolam & quædam minoris nominis oppida receperant Anglicarum partium proceres. Ipſe Eduardus cum Eduardo filio adoleſcentulo in Normanniam tranſmiſit E *anno eius ſæculi 46. Calendis Quintilibus florem roburque ac nobilitatem totius Angliæ in armis ducens, Conſtantienſium oram maritimam plus mille nauium tenuiſſe fertur. Ferrum ignéſque circumferre cœpit. Carentanum expugnauit præ impotentique ira euertit, fanum Laudi diripuit leuiore ira, quod exēplo iuſſi deditionem feciſſent. Ad Cadomum cùm veniſſet Rodulphus magiſter equitum eductis in aciem oppidanis ſigna contulit. Nec diu nec ancipiti pugna certatum. Cadomenſes fuſi fugatique ac vno tempore ipſi & hoſtis vrbem ingreſſi, incendio huius vrbis temperatum ea tantum direpta. Multa minoris nominis oppi-* F *da capta, incenſaque, prædaque ingens, in Angliam miſſa.* Eduardus in Aquitaniā duces mittit. A.C. 1346.

Francus rex pugnæ cupidiſſimus miſit, qui prouocaret ad ſigna æquo loco conferenda reſpondit hoſtis ſe in finibus Pariſiorum certamen non detrectaturum ac teſte ſpectanteque regia vrbe periculum virtutis facturum.

Non tamen Anglo francum eludente prope vr- Pugna ad Creſciacū.

bem

A.C. 1342. *bem regiam eſt pugnatum, ſed in Comitatu Ponti uenſi ad Creſciacum. 10. Cal. Septemb. pugna facta fuit quantum nulla alia funeſta Francis, nobilitâque ſtrage ducum. Ad viginti millia cecidere in quibus mille ducenti equites, quæ ſumme nobilitatis eſt. Secundum tantam victoriam Anglus Itium tentauit vnde in Angliam commodiſſimus traiectus, oppugnatio earum procedebat, obſidere cœpit, ac cum ſpes lentior oſtenderetur, hybernacula ædificauit muniuitque, tandem fame obſeſſi Itienſes ſe dediderunt. Coloniam è ſuis popularibus rex Anglus eo deduxit. Extorres Itienſes Rex Francus coluit.*

Itium .i. Caletiũ ad Anglos trãſit. A.C. 1347.

Acquiſitio Delphinatus. A.C. 1349. *Ad ſolatium rerum aduerſarum Vmbertus Delphinatum princeps dolore amiſſi vnici filij ſtatuebat Coenobio Prædicatorum ſe ſacrare, dominatúmque ſuum, cuius caput eſt Vienna Allobrogum, Eccleſiæ ac Pontificibus maximis non magno pretio addicere. Gentis eius nobilitas regum quam Pontificum ſigna ſequi malebat, & quod a Comitibus Sabaudis bello continenti vexarentur perſuaſere vt Francorum fidei tutelæque traderentur. Placuit, filij regum vt quiſque in proximam ſpem regni ſuſcepti eſſent Delphini vocarentur, iuráque Delphinatibus reddere ut. hæc de bello Anglico ſub Philippo Valeſio reliqua infrà. ca. 9. §. 6. dicturi.*

re. Et poſt paucos annos iterum Eduardus rex Anglorum cum Philippo rege Francorum bellũ atrox iniuit, in quo rex Angliæ victor euaſit vbi viginti millia hominum periiſſe referũtur.

Redit ad res Florentinas. Exinde ad ea, quæ in Italia temporibus illis geſta ſunt redeundo, vt ſcribit Leon. in hiſto. Floren. lib. 7. poſtquam populus Florentinus liberatus fuit ab illo Gualtero Gallico tyranno crudeliſſimo ex vrbe pulſo, fundamenta reipu. rurſus nouaſque res ſubinde, & primo communicatam nobilitati gubernandi curam, mox ademptam, ac diuiſam nouo more vrbem in quarteria explicare congruit. Ciuitas igitur Florentiæ ſui iuris eſt effecta, cæterum multis & magnis præſidiis, auctoque dudum imperio ſpoliata remanſit, Aretinis, Piſtorienſibus, & Volaterranis per dicti tyranni ruinam ipſis ſe in libertatem priſtinam vindicantibus. Foris igitur cuncta perdita, intus inordinata omnia, nulli magiſtratus in vrbe, nulla ſubſidia quatuordecim tantum viri, quos ibi per tumultum ciuitas creauerat, vna cum præſule authoritatem publicam tuebantur. In his cura reipub. & omnia conſilia reſidebant. Ad conſtituendum igitur ciuitatis ſtatum ante omnia intendentibus, quædam ab iis veterum itidem confirmata, per multa etiam nouo more conſtituta ſunt, vetus illud retentum, vt Priores ſummi magiſtratus nomẽ in ciuitate forer, quod nec tyrannus omnino ſuſtulerat.

Quarteria. regiones vrbis vel quatuor partes.

Illud autem nouum ac maximi in repub. momenti, quòd contra ſuperioris temporis inſtituta, nobilitatem ad hunc ipſum, cæteroſque reipub. magiſtratus recipiendam eſſe ſtatuerũt. Cauſæ verò huius conſilij duæ potiſſimæ ferebantur. Vna concordiæ ciuilis reſpectus. Ita enim demum quietis pacatiſque ciuium animis tranquillam rempub. credidere: ſi nulla in ea pars honore excluſa præſentem ciuitatis ſtatum odiſſe per ſuam iniuriam cogeretur. Altera verò præſens meritum, quòd in pellendo tyranno haud ſegnem nobilitas operam ciuitati

Nobilitati honores à Florentinis communicati.

A demonſtrauerat. Id autem eo fuerat gratius, quòd à tyranno ipſo permulta ei generi hominum indulta videbantur. Cuius porro beneficiis amorem patriæ, libertatemque prætuliſſe maximum ſinceri in repu. animi argumentum fuerat. His ergo rationibus ad communionem reipub. gubernandæ nobilitas eſt recepta. Cæterum ex eo facto magna rerum mutatio ſequebatur, antiqua gubernandi forma conuulſa omnino. A.C. 1342.

Duo quidem maximè libertatis præſidia, quibus ante reſp. ſteterat neceſſariò tollebantur, iuſtitiæ conſtituta, & populi ſocietates. Nam & conſtituta iuſtitiæ contra vim nobilitatis reperta oſtendimus, & ſocietates populi, quo grandioribus familiis reſiſtere imbecilles homines poſſent, & ab initio ſapienter excogitatę, & poſtea ſalubriter conſeruatæ in repu. fuerant. Tũc exęquato penitus ciuitatis corpore ac velut vno per concordiam facto, contentionibus antiquatis præſidia quoque antiquabantur. Prioribus Octoviri attributi in conſilio, & ij quoque mixti ex nobilitate & plebe: cum ante duodecim ex plebe duntaxat eſſe conſueſſent. Illud quoque nouum quod vrbem primò in ſex diuiſam tribus, hi quadrifariam partiti ſunt. Pro ſexta enim parte tribus vnaquęque honores in republica ſuſcipiebat. Itaque ex eo fiebat, vt quæ tribus populatiſſima eſſet, ex ea homines minus honorarentur. Quadrifariam igitur partiri placuit. Habitáque eſt ratio quantum fieri potuit vt par multitudo ſingulis comprehenderetur. Euenitque, vt Tranſarnina tribus, quæ pro ſexta quondam ſuſceperat honores, ex hac noua diuiſione pro quarta ſuſciperetur. His conſtitutis nomina ciuium in ſuffragia miſſa, ex quibus poſtea magiſtratus ſortirentur. Suffragio tandẽ perfecto, nominibusque incluſis, Priores ſortiti ſunt duodecim quatuor ex nobilitate, octo ex plebe. Inierunt autem magiſtratum Calen. Septem. & in ædes publicas (vt mos erat ante tyrannidem) cum apparitoribus reducti, rempublicam tractare, gubernareque cœperunt. Hæc igitur à Quatuordecim viris acta, & conſtituta ſunt.

Florentia in quatuor partes diuiditur.

Quæ etſi bonis rationibus excogitata videbantur, tamen diuturnitatem minimam habuere. Vix enim dum magiſtratu inito res inſolita primo commouit animos, nec iam tunc communio grata erat, & in futurum metuebatur magis. Homines enim nobiles magnarum principes familiarum, qui ſine vlla poteſtate publica, ipſi per ſe erant formidabiles, ſi magiſtratum inſuper nacti forent, intolerabiles videbantur, nec ſe temperaturos ab iniuriis exiſtimabant. Hæc prætexebatur cauſa, & erat penè nonnulla. Cæterum inuidia atque contentio, conſueti dudum in ciuitate morbi, vna cum libertate in vrbem redierunt. Odio & certamine res tota gerebar. Igitur tum murmur primò apud populares exortum, mox de induſtria in plebem diffuſum. Quid enim lætata ſit plebs de eiectione tyranni, ſi multi pro vno ceruicibus ſuis imminere debeant? Niſi forte moderaturos in magiſtratu eos homines putent, quorum vim ac ſuperbiam in priuata experti ſunt vita, qui tot iampridem legibus, totque præſidiis à violentia coerceri non poſſint. His dictis erecta

Florentinorũ inter ſe diſſidia.

A.C. 1342.

plebs minime quietura videbatur: ſed liberę modo & effrænes interdum etiam voces audiebantur, ſocietatem hanc pernicioſam, exitióque tandem reipublicę futuram deteſtantes.

Quibus tandem permotus præſul (erat enim ipſe ex familia inſigni quidem & ornatiſſima, cæterum populares in repub. ſecuta partes) quaſi rem emendaturus collegas vocauit egitque cum iis, vt cognita voluntate populi communionem improbantis rem potius ipſius corrigere, quàm vim ipſam multitudinis experiri malint: ſi ſponte ſe arbitrio ſubmittant, multa retenturi, ſin contumaciter reſiſtant, vt ſunt multitudinis animi omnia perdituri. Hæc monentem præſulem, ac fruſtrà ſuadentem nobilitatis principes longè reſpuerunt, nec modo rem ipſam, verumetiam ſuaſorem indignabantur. Nimirum enim id agere plebem ab eo concitatam, inquieti ſpiritus homine ac infidi, qui modo in intimum tyrannifinum adulando irrepſerit, eumdémque mox peſſima ſuadendo ad ruinam impulerit: nunc verò non abſimilem ludum quęrere, quo ciues inter ſeſe confligant atque collidant. Nempe cui vna ſit ars, tanquam in puerili ludo, quoſdam extollere, eoſdemque rurſus deprimere. Quantum ad ſe attiner, libertatem patriæ defendiſſe, propriam verò libertatem ſuam nequaquam neglecturos eſſe, viſuróſque aliquando, quinam ſint, qui ſe non tantum innocuos, verumetiam bene de repub. merentes à dignitate excludere pergant. An verò Simifonte Feghinóque profectis hominibus, quondam populi Florẽtini hoſtibus honores in repub. rradentur: nobis autem vetuſtis ac veris Florentinis ciuibus, per quos illi victi ſunt quondam honores in repub. negabuntur? Et aduenæ ac ſubacti dominabuntur, nos ciues victoreſque illorum illiſipſis, quos vicimus, in propria patria ſeruiemus? Et quis tantam iniquitatem repugnanriámque rerum non modo perferre, ſed audire ſuſtineat.

Nobilium oratio pro dignitate ſua tuenda.

Cùm hæc præſul, & huiuſmodi vociferantes haud molliter refutaret, eáque ex re iurgia contentionéſque ortæ eſſent, ita vt à proximis exciperentur, it confeſtim per vrbem rumor, inuaditque arma plebs, & ad publicas ædes decurrens eos, qui ex nobilitate in magiſtratu fuerant, vi & armis detractos in priuatam redegit formã ac in proprias ædes exauthoratos redire iuſſit. Nobilitas autem ob eam iniuriam erecta ſumpſit quidem arma, non tamen in vnum conuenit, nec decertare ea die, contra vim populi auſa eſt, ſed domi conſiſtens, vnaquęque familiarum ædes ſuas tutabatur. Aduentabatque his multitudo hominũ ex agro, & cum permagna vndique auxilia nobilitati ventura dicerentur anteuenire populus conſtituit. Itaque poſtera mox die primo cis Arnum familias aggreſſus arma intulit. Diuerſis in vrbe locis nobilitas habitabat, eo facilius fuit ſingulas inuadendo peruincere. Quamquàm omnes domos, turreſque ſuas quæque gens communierat, ac fortiter aduerſus impetum populi repugnabat: tamen vbi multitudo penè innumera vndique ſcingebat teláque & faces mittebantur, impar tanto certamini vnaquæque familia breui ſuperabatur, non tamen cædes facta eſt nobilitatis, ſed vt ſeſe populi arbitrio permiſerant incolumes ſeruabantur. Expugnatis cis Arnum familiis, & in poteſtatẽ redactis, trans Arnum eodem modo inuadere placuit. Ibi cõtentio longè maior fuit, quòd & robuſtiſſimæ nobilitatis familiæ trans Arnum habitabant, ac ſingulorum capita pontium ædibus turribuſque comprehenderent, vt eo peruadere multitudo non poſſet. Hæc difficultas aliquamdiu impetum populi remorata eſt: tandem verò ad infimum pontem (ibi namque nobilitas imbecillior erat) impetu facto: cum à plebe quoque trãs Arnum incolit, raptis armis procurreretur, ac ex vtraque ſimul parte multitudo populi nobilitatem inuaderet, deſerto, qui pro ponte ſtabanr, præſidio, aufugerunt populóque tranſitum liberum permiſerunt. Tranſgreſſa igitur per infimum pontem multitudo cum proximas familias in poteſtatem redegiſſet, mox inde in cætera pontium capita vim intulit. Idem ad trinitatis, idem ad veterẽ pontem factum & vtroque in loco prælia conſerta, vehementiſſimè tamen omnium ad ſuperiorem pontem decertatum: quia circa illum erat nobilitatis potentia, & iuuabatur natura atque ſitu: quòd ex altera flumen, ex altera mons domos muniebat. Viam, quæ vnica ad eos ferebat impedimentis iactis & domorum altitudine facile tutabantur: hic igitur aliquandiu conſtitit populi impetus, nec prius perrumpere potuit, quam multitudinis pars ſub vexilis miſſa è diuerſa protinus regione aſcenſo monte de ſuper arma cepit inferre, hinc fractæ vires diſſipatęque ſunt & ſimul à ſuperiore quoque ponte ceſſante prę ſidio penetratum. Aedes propter contumaciorem reſiſtentiam in iis locis à multitudine infima direptę, frequentes etiam incendio conflagrarunt, hominibus ramen ipſis poſtquã in poteſtatem populi ſe dederunt humaniter parſum. non enim odio atque maleficio certabatur, ſed de potentia, de authoritate, de præſtantia in republica omnis erat contentio.

Plebs contra nobilitatem arma ſumit.

Nobilitas Florẽtina à plebe ſuperatur.

A.C. 1343.

Populus victor rempub. conſtituit. Leon. Aret.

§. I.

VICTA nobilitate populus cum in arbitrium poteſtatémque ſuam haud dubiè rempub. redegiſſet, confirmare iam inde ciuitatis ſtatum perrexit. Itaque & conſtituta iuſtitiæ in antiquam formam reſtituit, & ſocietates populi renouauit, numero tamen eorum mutato pro noua partitione vrbis, vt quaternæ ſingulis tribubus ineſſent. Ita ſexdecim tunc primum ſocietates populi fecit cum ante viginti mox nouendecim fuiſſent. Duodecim viri, vt ante, in conſilium Prioribus attributi omnes è plebe. Suffragia quoque magiſtratuum ex integro refecta, quibus in triennium ſortirentur eáque delectu habito diligenti, vt ex magna mulitudine pauci obtinerent: Ad minuendam verò nobilitatis potentiam permulti ex eo numero ad plebem volentes, idque flagitantes traducti. Darum illud pro ſummo beneficio illis, quorum aut vita modeſtior fuerat, aut potentiæ parum. His peractis cum tranquilla iam omnia domi viderentur, foris itidem cura ſuſcepta. Illud in primis prouiſum, vt Aretinis, qui per tyranni ruinam libertatem ſibi arripuerant, ſuſpicio

A.C. 1343. Aretinis Florentini ius ſuum remittunt.

ſuſpicio omnis tolleretur,ne quid ea formido turbationis induceret.Decreto igitur facto publicè ius omne, quod Florentinus populus in vrbe Aretio habuiſſet, ſponte remiſſum eſt, miſſique legati,qui Aretinis gratularentur pro libertate de tyranno recepta, & Florentini decretum populi de remiſſione iuris deferrent.Hi cum Aretium veniſſent,in concione populi mãdata expoſuerunt, decretúmque publicum ex ſcripto recitarunt. Aretini verò hæc audientes læti ſunt,& omiſſa ſuſpicione fidem Florentini populi maiorem in modum complexi in amicitia perſeuerarunt.Nec multò pòſt inita ſocietas eſt,in qua Peruſini, Senenſes, & Aretini cum Florentinis fuere.

Pax cum Piſanis inita.

His ab ea parte Hetruriæ conſtitutis,in Piſanos inde verſi animi fuerant. Fuerat enim cum his bellum,ex quo etſi pars recepta poſtmodũ erat, tamen quia tyranno authore res geſta fuerat,non obligaſſe populum videbatur. Rurſus igitur fieri placuit.Per eam pacem Luca eis cõceſſa,caſtella verò Lucenſis agri, quæ tunc Florentinus poſſideret retenta. Hæc eo anno, quo tyrannus pulſus eſt domi foriſq́, geſta ſunt.

Principio ſequentis anni multitudo hominũ ex Aretino Florentinóque agro collecta Pactios oppreſſit.Id erat genus nobile, caſtella in agro Aretino poſſidens, cæterum propter ſtudia diuerſarum partiũ,viciniæ inſuper cauſa inuiſum, atque graue ob rapinarum crebritatem.

Nobiles Florentini ex principum aulis euocatur. A.D. 1343.

Eodem anno contra nobilitatem exaratæ leges, atque illo inſuper incommodo affecta, vt qui ex nobilitate apud quemcunque regum tyrannorumúe degerent, continuò domum remearent,exilium publicationémque bonorum? niſi legi parerent,ſubituri,ob eam legem complures liberalitaté principum relinquere coacti domũ rediere. Eius legis ferendæ non maleuolentia modo cauſa fuit verumetiam ſuſpicio,ne maiori gratia apud reges principes inita, aliqd per fauorem illorum aliquando molirentur.

Per idem ferè tempus in eos ciues,qui poſt tyranni ruinam arces caſtelláque, quibus præfecti erant, dedidiſſent pœna conſtituta eſt, & magiſtratibus mandata cura,vt diligentius inquirerent. Eam ob legem frequentes damnati, præſertim nobilium, quibus plurimum arces crediderat tyrannus.

Galteri Florentinorũ tyrannides in Gallia geſtæ. A.C. 1344.

Per hæc ipſa tempora Florentini ciues, qui in Gallia negotiabantur nunciauerunt Galterum nuper tyrannide pulſum, in Galliam ad regem profectum,querelas grauiſſimas contra ciuitatem poſuiſſe,ac per ſe & amicos apud regem niti,vt vis in corpora bonáque Florentinorum ciuium,qui per Galliam forent, ſibi permitteretur,eſſe verò periculum ingens, ne corpora in cruciatus,bona in rapinam illi dedantur. Iámque per eam ſocietatem, pleráſque ſocietates inſtitoreſque earum conterritos ad fugam reſpicere.Eo quidem nuncio commota ciuitas, incendente inſuper veteri odio priuilegium tulit in tyrannum,præmio ingenti conſtituto,ſi quis eum necaret. Et per contumeliam effigies eius apud ædes publicas cum inſignib. vitiorum notis depicta.

Oratores quoque ea de cauſa ad regem miſſi, ne fortè re temere credita aliud (vt fit) per gratiam condonaret tyrãno.Nec multò pòſt legati

A.C. 1344.

regis Florentiam venerũt ſatisfieri tyranno poſtulantes.Petebant verò permagnum auri pondus ad recompenſationem damnorum, quæ à furente multitudine ſibi prædicabat illata. His ampliſſimo conſilio cum mandata regis expoſuiſſent, reſponſum humaniter eſt pro regis, qui mittebat reuerentia.Cæterum ipſius tyranni ſcelera,ſordes,periuria,cæteráque improbiſſimi hominis flagitia ſic patefacta, vt legati ipſi obmureſcere tantam ob malignitatem cogerentur.Ad extremum abdicationes prolatæ: quas ille non Florentiæ modo,ſed etiam Puppij, tam procul ab vrbe,libero in loco metu omni ceſſante ſua ſponte feciſſet.Nec tamen ſe admirari quòd ille contra confeſſiones ac iuſiurandum ſuum nunc veniat. Deſiſſe eum pridem hæc admirari:cum ille calcata religione & fide populo data per fas & nefas omnia fecerit: ad quæ eum libido animi cupiditáſque impulerit, nullum pudorem hominum, nullum Dei metum vnquam habuiſſe. Debere præſtantiſſimum regem non modo aures ſcelerato homini nõ præbere,verum etiam illius nequitiam vltro compeſcere.In hunc ferè modum illis reſponſum eſt,& honor de induſtria maior habitus vt legatorum quoque regis animus per obſequium teneretur.

Ratio qua pecuniæ mutuentur Florentiæ inuenta.

§. II.

EODEM anno maximum eſt reipublicę fundamentum paruo principio iaci cœptum.Ciuibus reſpublica debebat auri pondo circa millia ſeptuaginta mutuo ſumpta ob Lucæ redemptionem.Ea igitur ſumma cum ob anguſtiam ærarij diſſolui non poſſet, ac iniquum videretur ſuos fraudare ciues, qui fidem publicam ſecuti mutuo dederant: hæc media quædã inter has difficultates reperta eſt via. Hominibus eorum,quibus debebatur, tributim deſcriptis, annui reditus è publico conſtituti ſunt quinque ex ſingulis centenis. Quantitates verò ipſas in vnum coaceruatas à ſimilitudine cumulandi vulgò montem vocare. Idque poſtea in ciuitate ſeruatum quoties reſpublica indiget, ciues tributa ſoluunt, quaſi communitati mutuãtes.Vnde & præſtantiæ vulgariter nũcupantur. Solutorũ verò penſiones annuas percipiũt qui ſoluerunt mutuando,inde quinque pro centenario ſoluto recipientes.Hi montes cumulationeſque pecuniarum bellis quidem creſcunt; quia tunc onera præſtantiarũ ciuibus imponuntur,quæ ſoluere eos oportuit pace minuũtur, quia ex reditibus communitatis, ex gabellis & aliis viis de capitali redditur creditoribus montis,& ſic abundante pecunia reipub.diſſolutio fit crebra,& peremptio dicti crediti.Quãtitatum verò deſcriptarum venditio eſt ciuibus inter ſe & permutatio, vt in cæteris mercimoniis pro tempore, pro ſpe, pro commodo minuitur earum pretium atque augeſcit. In emptorem eadem commoda, quæ ſolutor ipſe percepturus erat, transferuntur. Ea res facit vti ciues ad crebras tributorum ſolutiones perdurent, non pereunte omnino, quod ſo-

Præſtare vulgò mutuare dicitur vnde præſtantię ſunt mutuo datæ pecuniæ.

A.C. 1344.

ſolutum eſt:ſed vtilitatem etſi non magnam tamen aliquam afferente. Poteſt autem communitas ad placitum ſuum reddere ciuibus, quod per præſtantias ſoluerunt,& tunc vltra non red dit eis,ſcilicet illa quinque pro centenario. Poteſt etiam(vt dictum eſt)alteri vendere ciui laico vel clerico ius ſuũ ille, cui ſoluit cõmunitas præſtantias dictas, vel permutare. Et pretium talis crediti variatur ſecundum tempora pacis vel guerræ. Nam aliquando aſcendit pretium centenarij vſque ad ſexaginta florenos,aliquando deſcendit vſque ad duodecim pro centenario.Vt in anno domini 1456. Intra iſtos duos B terminos ſummum & infimum variatur multipliciter pretium dicti crediti. Super qua materia facta multoties magna quæſtio eſt inter doctores theologiæ & canoniſtas, & libelli plures editi,vtrum licitus ſit talis contractus. Et primo vtrum ſit ciui ſoluenti talia onera communitati licitum recipere illum annuum reditum ſcilicet quinque pro centenario, quouſque recipiant ſuum capitale ſeu pretium eius tunc currens.Et communiter tenebatur quòd ſic,ratione damni & intereſſe,quod inde recepit. Secundum vtrùm ſit licitum tale ius emere, ab eo qui ſoluit.Et hoc magis dubium,aliquibus aſſerentibus eſſe licitum, aliis negantibus.Determi C nationem huius & rationes vide alibi, ſcilicet in ſecunda parte ſummæ,titu.de vſuris.

Præſtãtiæ ſunt licitę.

Par.2.ſum. D.Ant.tit. 1.c.11.

Leges populi Florentini iniquæ.

§. III.

A.C. 1345.

PRINCIPIO ſequentis anni creſcente in potentiores odio leges duæ ad populum latæ ſunt.Vna in clericos iniqua,per quam omnibus eorum priuilegiis derogabatur. Altera in ciues ingrata, per quam dona ac munera hactenus quibuſcunque meritis à populo tradita in irritum vocabantur. Fuiſſe tunc ciuitatem in arbitrio multitudinis imperitæ decreta D ipſa oſtendunt.Quid enim hac poſtrema lege(ſi modo illa lex nominanda eſt, quæ dedecus & infamiam reipublicæ parit) iniquius ac vilius excogitari vnquam poteſt? Defectionem fidei, quæ etiam vni priuato turpiſſima eſt,populo toti impingere? Nihil vnquam in republica vtile exiſtimandum eſt, quod ſit contra dignitatem. Dignitas porro & inconſtantiam & ingratitudinem longè repellit. Per eam legem multi quorum maiores virtutis gratia à populo donati fuerunt,munera ipſa & dona relinquere ma- E gna cum hominum querela coacti ſunt.

Imperitæ multitudi nis iniquitas qualia ſint.

Eodem anno priuata ex re permagna non in ſingulos modo,ſed etiam vniuerſæ ciuitatis incommoda peruenerũt Bardorum(vel Baldorũ) erat familia omniũ locupletiſſima, permagnas multis in locis ſocietates habens. Hæc ſumma & indubitata fide cũ apud ciues,cæteróſque ad eã vſq; diẽ fuiſſet,ac multorũ(vt fit)pecunias in manib. haberet, repente inopinatóque fefellit. Cauſa verò huiuſmodi fuit, quòd ſurgentibus tunc maximis inter Francos Anglóſque reges bellis, quidam eius ſocietatis magiſtri in Bri- F tannia degentes,credita regi Anglorum intolerabili pecunia eo rem adduxere,vt neceſſarium fuerit fidem ſocietatis abrũpere.Fracta igitur ſo A cietate,creditores cum reliquias proſequerentur,compertum eſt auri ſupra quinquies centena millia priuatis nominibus ſocietatem debere.Mutuo autem regi data circiter ſepties centena millia,in quibus & propriam ſocietatis pecuniam & eorum qui ſocietati crediderant abſumptam conſtabat.Ea res inopinata & grauis cum multorũ patrimonia afflixiſſet, traxit poſt ſe ruinam minorum ſocietatum, tum ob varia damna,quibus ſingulę implicatę erant,tũ quòd ortis apud omnes ſuſpicionibus:ad repoſcenda ſua quiſque credita properabat. Decoquentib. itaque permultis inæſtimabilem iacturam ciuitas ſubiuit,fidéſque anguſta in foro omnia perturbabat.

Baldorum familia fidẽ Societatib. fallit.

A.C. 1345.

Nolo hic omittere, etſi nihil de hoc dicat Leonardus in hiſtoria, cuius verba referimus, quòd communiter tales mercatores vel trapezitæ, qui faciunt magna hinc inde commercia recipiunt à plurimis multas pecunias ſub nomine [a] depoſiti.Sed ſi intendunt deponentes tales pecunias, inde recipere aliquid emolumenti ex pecunia depoſita ſaluo capitali, aliàs non deponerent apud eos pecunias ſuas, vtique vſuram committunt,quia mutuum eſt verè & ſub ſpe lucri,etiam ſi non faciant cum illis aliquam pactioně.xiiij.q.iij.ſi fœneraueris,& extra de vſur.conſuluit. Et quamuis iſtud non pertineat ad materiam hiſtoriæ,vtile tamen eſt & ſaluti ferum animæ hoc ſcire,pro qua re hiſtorias referimus.

Depoſitũ eſt vſura palliata.

Vſura quid. lib.5. Dec. tit.19.c.10.

Sollicita ob eam rem ciuitate, Lupus media die porta Collina ingreſſus, per vrbem decurrit peragrata maximè trans Arnum parte cum clamor venantium more illum proſequeretur tandem egreſſus alia porta Piſana via oppreſſus eſt.Eadem quoque die ſigna populi ad publicas portæ ædes ſupra portam ſculpta ſua ſponte cecidere.His auguriis multorum animi in timorem verſi ſunt,nec multò pòſt à Gallia nunciatum regem Franciæ ciuitatis cauſam contra iuſtitiam æquitatémque improbaſſe. Edicto tamen tempore,vt qui ciuis Florentinus quæque ciuis Florentini bona poſt dies ſexaginta in regno reperirentur: in eos eáque vis ac poteſtas tyranno illi Galtero foret.Ob eam rem incommoda magis accepta ſunt, quàm damna, quòd ſpacium habuerant ſe ſuáque colligendi.

Lupus media diẽ percurrit ciuitatem.

A.C. 1346.

Altero dehinc anno primo ſtatim vere ſolicitam habuit ciuitatem formido ſterilitatis. Nec in verna tantum intemperie cœli,quantum in ſuperioribus imbribus,qui circa ſementem omnia diluerant, metus inerat. Itaque ſegetes perpaucæ in agris,& illæ ipſæ ſquallidæ arenteſq; cernebantur:Et augebat metum,quòd non vnã tantum aut alterã Italiæ partem: ſed totas omnino regiones eadem premebat calamitas. Ex hoc metu cariſtia primo coorta,eáq; ipſa indies augeſcens, tandem vbi ad meſſis tẽpora ventũ

a *Eodem Depoſiti nomine cùm noſtris temporibus vſura tegeretur, in celeberrimo mercatorum Lugdunenſium conuentu,& nonnulli eſſent qui talem pecuniarum quæſtum licitum eſſe prædicarent, fœlicis recordationis Pius. 5. Pont. max. D.Ant.hoc in loco ſententiã ſecutus bulla quadã de ea re edita tale depoſitum vſuram in ſe continere declarauit,vnde Nauar. in manu.cap.17.num.283.lit.n.*

eſt

A.C. 1346.

eſt:tunc iam ipſa re defectum arguente, cum nil ferè ex agris reportaretur, circumſpicere ſeſe homines, ac futurum horrere, paruoſque iam inde natos & imbecillem turbam miſereſcere. Cùm ergo fames haud dubie imminneret, ſolers plane ad hoc ciuitas in Aphrica, Sardinia, & Sicilia, aliiſque locis permultis vi magna frumenta comparata mari ſimul terráque importanda curauit. Nec tamen eo modo euitari potuit, quin difficultates maximæ eo anno ſubirentur. Turba enim ex agro in vrbem mendicatura longis agminibus mulierum puerorúmque aduenerat, ex finitimis etiam ciuitatibus, quæ minus ad hoc prouidæ fuerant, multitudo quoque concurrerat, vt infinitus prope numerus foret alendus, Magnúmque in his ciuitatis meritum, humanitáſque eluxit. Nō modo enim non reiectus eſt quiſquam aduenarum peregrinorúmque, ſed etiam ſi tenuis foret, liberalitate gratuita per tantam rei frumentariæ inopiam ſuſtentatus, vt prope collatū à ciuitate beneficium in genus humanum videretur. Multa inſuper eo anno tenuioribus indulta. Et illud in primis, quòd creditorum acerbitas repreſſa eſt lege data ne quis niſi certa forma pro ære alieno conueniri poſſet. Satis enim premi cariſtia ipſam multitudinem exiſtimauit ciuitas. Et accedebant ad cariſtiam morbi, qui multitudinem conuenarum ſoli & vrbis inſuetam conſecuti vrbanam quoque comprehenderant turbam, vt commiſerandum & ſuccurrendum foret fame cum morbo laborante ciuitate.

Eorūdem in egenos liberalitas.

Noua inſuper cura ſollicitam reddidit ciuitatem. a Carolus enim Ioannis regis filius electus ad imperium, ferebatur; ob eam rem formido iniecta eſt ciuitati, nec immeritò quidem. Veniebat enim in mentem & cum Henrico eius auo, qui caſtra ad portas ipſas Florentinæ vrbis habuerat, & cum Ioanne patre bella quoque continuata ferè geſta fuiſſe, multiſque illorum cœptis per Italiam ab hac ciuitate obuiatum. Denique hunc ipſum Carolum adoleſcentem modo, non experrem fuiſſe belli cum & Lucæ & per Galliam rudimenta ipſa iuuentutis aduerſus hunc populum ſuo etiam detrimento poſuerit, quibus de cauſis redu odia infeſtationéſque credebantur. Cæterum harum rerum querela, & conſternatio erat. Nulla tamē remedia tunc adhiberi poterāt, prementibus iis quæ ſuprà diximus incommodis. Mimas oppidum nobile in poteſtatem populi peruenit, dedentibus oppidanis ob inteſtinas obſidiones, & nobilitatis iniuriis fatigatis.

Carolus Lucemburgenſis Cæſar deligitur.

A.C. 1347.

Altero dehinc anno priuſquàm ſegetes matureſcerent, eædem quæ ſuperiori tempore difficultates rei frumentariæ populum tenuere. Maturis deinde frugibus atque collectis difficultates illæ priſtinæ ceſſauerunt variis tamen languorum generibus laborabatur. Et peſtilentiæ qua poſtmodū vaſtata eſt Italia, ſigna quædam horrenda tunc apparuerunt. Eo clades biennio ferè antequàm haberi notitia poterat in orientis partibus coorta: mox inde per populos peſtilenti contagio euagata, alia ſubinde appetendo loca regiones cumulatis funeribus manierat. Febris erat peſtifera, & inguinis tumor. Id quaſi venenum quoddā robuſtiſſimos iuuenes alioquin ſanos repente inuadens, pauciſſimis interdum enecabat horis. Contagia omnia exitioſa erant. Ea igitur tunc ciuitatem ingreſſa imbecilliora primum corpora puerorum puellarúmque conficere cœpit. Indéque ad firmiora tranſgrediens: per omnem ſexum ætatémque vagata eſt.

Grauiſſima in orbe peſtilentia Blon. ibid.

Anno ſequenti ſcilicet anno domini. 1348. peſtis iampridem ingreſſa vrbem ita deſæuit: vt ſuprà fidem videatur ſtragem hominum referre ſexaginta amplius hominum millia defuncta morbo intra vrbem cōſtat, & inſignes viros quorum conſilio reſpublica nitebatur, ferme omnes ſublatos. In agro autem exinanita cuncta, ac penè deſerta. Conuentus religioſorum copioſi in ciuitate ferè euacuati ſunt. Et tunc (vt dicitur) cœperunt religiones mendicantium, quæ florebant in Eccleſia Dei relaxari & tepeſcere, tum deficientibus in eis ex morbo plurimis patribus & notabilibus viris, qui eas doctrina & exemplis ſuſtentabant, tum ex cauſa tot ſcilicet & talium infirmitatum relaxato rigore in cubo & aliis: ceſſante autem peſte rigor ille reparari non valuit: ex tepiditate ſuperuenientium tam præſidentium quàm ſubditorum. Ex qua etiā peſte migrauit ad dominū Bononiæ excellentiſſimus doctor canonum Ioannes Andreas ſpeculum iuris canonici, qui Nouellam fecit ſuper decretales & gloſſam edidit ſuper .vj. & clementinas, & ſcriptum ſuper vj. cum quæſtionibus Mercurialibus, & additiones ad ſpeculum iudiciale Guil. & Hieronymianam ex dictis precioſis Hier. Ob eam calami-

Quando collapſa maximè religioſorum diſciplina.

a *Anno Chriſti, 1346. Carolus iiij Rex Romanorum contra Ludouicum Imperatorem in Schiſmate creatus regnauit & imperauit annos 32. menſ. 7. di. 22. Onup. Hanc autem Carolum Luxemburgenſem Bohemiæ Regem Ioannis filium, litteris & multarum linguarū peritia ornatum. Clemens Pont. in Bauarī dedecus & depreſſionē in Cæſarē fieri declarauit. Blon. li. 10. de. 2. Anno verò ſequente obiit Ludouicus Bauarus hoc modo. Ioanna Duciſſa Auſtriæ ex Sueuia reuerſura in Auſtriam, voluit Ludouicum viſitare, qua die Princeps cupiens conuiuium habere, omnibus cum hilaritate conſummatis, cum ex eodem poculo à Duciſſa porrecto biberet ſenſit ſtatim ſe grauatum. Vnde accepta occaſione exiuit venatum. Paralyſi dehinc percuſſus, ex equo corruit & ſic expirauit. Naucler. gener. 45. Nota obiter terribilem & lamentabilem Principis excommunicati, & Romanæ ſedis aduerſarij exitum. Poſt cuius mortē Anno Chriſti. 1348. quidam Electores Eduardum ex Rege Angliæ Regem Romanorum creauerunt in ſchiſmate contra Carolum quartum, & poſtea eo non ineunte Cæſar Gunterus Rex Romanorum creatus regnauit menſes ſex. quo eodem anno mortuo. ſolus Carolus quartus decimus quintus è Germanis Imperator regnauit & imperauit annos 29. men. 11. di. 2. Onuph. ex Alberti Argentinenſis Chronico, Albertini Muſſati Paduani Ioannis & Matthæi Villanorum hiſtorij. Sic igitur Deus effecit vt Vicarij ſui Pont. Rom. Clementis ſexti, contra Bauarum & eius ſucceſſores ſententia præualeret: iſque ſolus rerum potiretur, qui eius authoritate Imperator electus fuerat. Sander. de viſib. monar.*

A.C. 1348.

tatem nihil publicè geri eo anno potuit. Tandẽ aduerſus latrones, qui per Apennini iugum itinera infeſtabant, copiæ miſſæ ſunt.

Sequenti etiam anno parum vel nihil geſtũ eſt, conſternata adhuc ciuitate ſuperiori peſtilentia. Tantum Collenſes & Sangeminianenſes domeſticis ſeditionibus laborantes in poteſtatem populi Florentini redierunt. Et circa Apenninum aliquot caſtella de Vbaldinis capta, in quibus latrocinia exercebantur.

Regum Apuliæ geſta. Blon. ibid. & Æmyl. lib. 9.

§. IIII.

AD ſuperiora tempora aliquantulum redeundo, vt de regno Apuliæ aliqua tangamus: ſciendum, quod [a] Robertus rex Apuliæ ad extrema veniens neptem ſuam ſcilicet Ioannã filiam filij ſui Caroli ante deceſſum patris ſui Roberti præmortui, vxorem dedit Andreæ filio Caroli regis Vngariæ, qui Carolus Germanus fuerat ipſius Roberti. Et ipſum Andream nepotẽ ſuum & maritum Ioannæ nepotis ſuæ poſt ſe moriens regnare in Apulia cum Ioanna ex teſtamento conſtituit. Qui Andreas tribus annis cũ illa regnauit, poſtea necatus eſt.

Et ad maiorem declarationem recolendum quòd Carolus primus rex Apuliæ & Sicilæ: cui ab eccleſia collatumq; eſt regnum, filium vnũ ſuperſtitem reliquit, qui & Carolus dictus eſt, ſed ſecundus. Qui Carolus ſecundus multos filios ex ſe dereliquit. Et idem Carolus nauali prælio prope Neapolim à copiis Aragonum

a *A.C. 1343. 14. Cal. Febr. obiit Rex Robertus magna imperij prudentiaque gloria quo mortuo Andreas maritus Ioanna regina Siciliæ, filia Caroli Ducis Calabriæ ante patrem Robertum mortui (vt ſuprà. cap. 6. §. 9. vidimus eodem anno creatus eſt, regnauitque cùm Ioanna vxore ſua an. 2. m. 8. ſtrangulatus Anethæ, in dijs vxoris ſuæ. 14. Cal. Octobr. A. C. 1345. Quo extincto Ludouicus rex Hungariæ Andreæ frater in Italiam venit. A. C. 1348. & rex Siciliæ appellitaus eſt, regnauit an. 5. & dies aliquot. Anno enim 1352. omnia quæ habebat in regno hortatu Papæ Clementis xi. Regina Ioanna dimiſit. Quare hac iterum Coronata eſt Neapoli cum Ludouico Tarentino ſecundo marito ab Archiepiſcopo Brauarenſi Nuncio Clementis VI. 6. Cal. Iunij eodem anno. Sed demũ capta eſt Neapoli à Rege Caroli iij. anno 1381. 4. Non. Sept. & anno ſeq. 1382. 4. Idus Iunij in carcere iuſſu Caroli tertij ſtrangulata eſt. Regnauit an. 38. menſ. 7. d. 15. Ex Blondo, Aemyl. Onuph. & aliis Ab hac autem regina Ioanna Pontifex vrbem Auenionenſem cuius patrimonij iuris erat, in venditionem accepit. Blon. Plat. Geneb. vide infrà tit. 22. cap. 2. §. 7.*

A ſuperatus in Aragonia per aliquod tempus captiuus manſit, vt ſuprà dictum eſt. A.C. 1349.

Dum autem in captiuitate detineretur iſte Carolus ſecundus mortuus eſt pater eius Carolus primus, regnúmque Apuliæ ſuſcepit alter Carolus primogenitus dicti Caroli ſecundi captiuati, & regium nomen ſuſcepit: ſed reuerſo patre Carolo ſecundo à captiuitate, depoſito, & noĩe regio, & regno ipſo Apuliç ſuſcepto, prædictus Carolus eius filius in Pãnoniã miſſus regnũ Vngariæ obtinuit ex hæreditate materna. Et ita partito quodammodo honore pater in Italia, filius in Pannonia regnat, vterque Carolus nominatus. ſup. tit. 20. cap. 4. §. 9. Breuis regũ Apulorum hiſtoria.

Mortuo deinde poſt aliquot annos Carolo ſecundo, B Robertus ſecundus natus poſt Carolum regem Vngariæ, ſucceſſit in regno Apuliæ. Non deerant tamen permulti, qui è Pannoniis, euocandum legitimum ſucceſſorem exiſtimarẽt ipſum ſcilicet Carolum germanum Roberti, ſed antè eum genitum, vnde & potius ſucceſſorem regni Apuliæ, quare ſuberant iam querelæ & incuſationes. Sed Robertum per omnem ætatem in Italia commoratum, egregia inſuper indole fauor populorum complectebatur. Fratris verò C filios veluti longinquitate alienatos vix iam cognoſcebant populi. Et quia latiſſimè in Pannoniis dominabantur, ſatis ſupérque regni poſſidere arbitrabantur.

Robertus autem iſte filium habuit vnicum nomine Carolum, quem per Caſtruciani belli tempora Florentiam veniſſe ſuprà oſtenſum eſt cum ingentibus copiis. Sed hic Carolus viuente adhuc patre Roberto defunctus eſt, non relinquens ſobolẽ maſculinã, ſed duas filias, quæ apud auum tunc infantes educabantur. Ex Carolo Vngariæ rege alius nomine etiam Carolus D natus eſt, huic duo filij ſuperſtites fuerunt ſcilicet Ludouicus & Andreas: quem Andream adhuc adoleſcentem Robertus rex Apuliæ, vt ſuprà tactum eſt, quaſi bona fide recognoſcens vt ad eum rediret regnum ipſum, ad quem prius magis de iure ſpectabat, Ioãnæ nepti ſuç ex filio ſcilicet ortæ maritum dedit, ac vna cum illa regnare teſtamento in Apulia conſtituit. ſu. c. 6. §. 1.

Traductus igitur in Italiam adoleſcens Andreas, & Ioannæ coniunctus, cũ non ſatis benè inter ſe conuenirent, nec deeſſent qui maritum E contra reginam concitarent, couſque ſimultates odiáque occulta proceſſere, vt vocatus per noctem adoleſcens, quaſi magnũ aliquid vrgenſque inſtaret, per fautores reginæ, laqueo repente iniecto ſuſpendio necatus ſit. Conſciam fuiſſe reginam tam atrocis facinoris creditum eſt, & auxit infamiam alter ſubinde coniunx ab ea ſuſceptus. Ea fœditas Ludouicum Vngariæ regem permouit, vt cum exercitu in Italiam veniens, & fratris necem indignam, & regnum quaſi ſibi debitum vindicaret. Regina Ioanna metu exterrita in Narbonenſem aufugit prouinciam, nec multò poſt eam ſecutus nouus coniunx (erat enim & ipſe quoque patruelis) F paruo comitatu in agrum Florentinum aduenerat. Fugiebat enim & ipſe Ludouicum dictũ regem Vngariæ Apuliam cum magno exercitu ingreſſum Obſerua quã infœlicẽ ſucceſſũ habeãt inceſta connubia. Hic nouus coniunx Ioãnæ Ludouicus Tarẽtinus dictus eſt.

A.C. 1349.

ingreſſum. Ciuitas autem Florentina, quoniam domeſtica erat illius familiæ diſcordia, ac res atrociſſima agebatur, neutri parti fauere conſtituit. Itaque neque in vrbem venire cupientem permiſit, nec vllo auxilij genere poſtulantem licet proſecuta eſt. Vindicta autem facta in regno Apuliæ per regem Vngariæ contra eos, qui fuerunt ſuaſores vel cooperatores tanti ſceleris: Demum regnum ipſum remanſit reginæ Ioannæ, in quo diu regnauit. Nec tamen euaſit impunita. Nam vt infrà patebit: cum operam daret ſchiſmati eccleſiæ, ab ea ablato regno, & collato eius conſanguineo Carolo tertio, ab eo necata eſt.

inf. tit. 22. c. 2. §. 7.

A.C. 1347.

Anno autem Domini. 1347. igneus vapor magnitudine horribili è boreali ſe mouens regionem, agno aſpicientiũ terrore è cœlo labitur: quo anno quędã beſtiolæ multiplicato numero ex aere in terram ceciderunt, quarum corruptio & fœtor peſtilentiam ſupradictam intulit.

Terræ motus ingens.

Anno. 1349. Villacum Germaniæ vrbs terræ motu corruit, & per Pannoniam & Italiam non nullæ ciuitates mutauerunt: in quibus ædificia quædam funditus corruerunt.

A.C. 1350.

Anno a ſequenti Iubilæus fuit declaratus per Clementem & inſtitutus.

a De hoc ſupra, ante §. 1. Hoc autem anno tantam Romæ preſſuram, potius quam frequentiam populorum, Petrarcha, qui interfuit fuiſſe refert, vt nihil obfuiſſe peſtem appareret, ſed ex omni Europa Chriſtianum profeſſa nomen illo confluebat, diebus ſingulis multitudo. Blond. ibidem.

Ioannis vicecomitis dominatus & ciuitatis Florentinæ geſta.

Blon. ibid. Leon. Aretin.

§. V.

Ioannes Archiepiſcopus Mediolanenſis & Dominus latè imperat.

ANNO Domini. 1350. noua & magna terum certamina ciuitati exorta. Nã a Ioannes vicecomes Mediolanenſium præſul ſuſceepto per Galliam citramontanam à ſuis lato dominatu imperabat, & ad veterem ſuorum potentiam maxima & ipſe addiderat incrementa. Ex quo egregiè potens, tyrannorum omnium Dominus factus cum iam antea formidabilis eſſet: tũ auxit timorem Bononia per hoc ipſum tempus dominio eius adiuncta, ciuitas magna & finitima, vt eam poſſidens tam ingens potentia minimè quietura videretur. Aduerſus hunc igitur naſcentem morbum remedia quærens ciuitas, non ſubito, nec impotenti & temerario impetu: ſed maturitate, prudentiá, & conſilio ea veſtigabat. Grauiter ferre Pontificem Romanum (qui Clemens ſextus erat) Bononiæ occupationem non ambiguum erat. Formidari etiam Mediolanenſium robur à Maſtino, cæteriſq́ue finitimis tyrannis

a Ioannes Vicecomes creatus eſt Dominus Vrbis Mediolanenſis ſolus. x. Cal. Febr. anno 1349. mortuo fratre Luchino. Præfuit an. 5. m. 8. d. 12. Onuphr.

A.C. 1350.

exiſtimabatur. Cum his omnibus ſi ſocietas iniretur, accedentibus Hetruriæ ciuitatibus, quæ tunc erant in fœdere, ſatis ſuperq́ue virium fore adcomprimendam Mediolanenſium potentiam exiſtimabant. Data his omnibus opera occultè à ciuitate Florentina eſt. Denique ciuitatis conſilio, & opere factum eſt, vt & legatus à Pontifice miſſus, & tyrannorum ciuitatumq́ue oratores huius rei cauſa in vnum coirent. Conuentus congreſſuſq́ue omnium Aretij fuit. In re agitanda tractandaq́ue Peruſini quoniam longius aberant à ſuſpicione periculi, minus eam ſocietatem appetere comperti ſunt. Etſi id non apertè, ne diſcrepare à ſocietatis voluntate viderentur, ſed per ſingula rerum tractandarum capitula difficultatem reperientes, diſceptanteſq́ue ac damnum allegantes rem in longum protrahebant.

Mors Maſtini Scaligeri Veronenſium Tyranni.

Inter hanc moram nuncius de Maſtini morte venit, eaq́ue de cauſa conuentus re infecta dimiſſus cum inde deprehenſa Peruſinorum mente vel præter eos ſtatuiſſent cæteri in ſocietatem coire. Hoc igitur quaſi fortunæ beneficium cœptis ſuis fauentis accipiens præſul (ſentiebat enim conuentus Aretij factos, & contra ſe parari intelligebat) maiora ſtatim animo concepit. Itaque confeſtim ſagaci opera, per Hetruriam ac Flaminiam cunctos diuerſæ factionis homines in ſui amicitiam tutelamq́ue pellexit. Ne quid verò ſibi à tergo relinqueretur, Maſtini filium, qui mortuo patre in dominatum ſucceſſerat, multis magniſq́ue pollicitationibus delinitum non modo auertit à propoſito paterno, verum etiam fœdere ſibi inſuper amicitiaq́ue coniunxit. Quo facto cæteri quoque per Galliam tyranni in eius amicitiam conceſſere.

Hunc Maſtini filiũ Canem grandem vocat Blõ.

Inter hęc propoſitum diſſimulans de Florentino populo amiciſſimè loquebatur, Scribebatq́ue nonnunquam, quo ſuſpicionem auferret. Bononiæ copiis, quas in vrbe habebat Barnabam præfecerat nepotem ſuum videriq́ue cupiebat mentem ſuam ad alia ſpectare: quin etiam, vt alibi bello inſpiceret, & implicaretur: exercitu ad Imolam miſſo obſideri eam vrbem iuſſit. Affuerunt in obſidione Bononienſes magno quidem numero iuſſi hæc agere, ne relicti domi per abſentiam copiarum aliquid molirentur, Affuerunt etiam Fauentini & Foroliuienſes, quorum tyranni partim ob inimicitias Romani Pontificis, partim ſimul ſtudio partium ſeſe Mediolanenſium coniunxerat. Præter hoc copias ſuas Barnabas adduxerat, equitum ad tria, peditum verò mercede conductorum ad quatuor millia. Hac multitudine copiarum fretus, primo ſtatim aduentu expugnare aggreſſus eſt. Quod cum minus ſuccederet, eam vndequaque præſidiis cinxit. Vi autem eam amplius expugnare non tentauit, expertus aliquoties fruſtrà conari ſeſe aduerſus vrbem munitam foſſis, atque ab iis, qui erant intus, egregiè defenſam.

Hunc alij Barnabam alij Bernabonem vocant.

Imolã Præſul Mediolanenſis oppugnat.

Florentinis verò hoc inſpicientibus magis in dies creſcebat formido: præſertim cum Piſanos Mediolanenſi adhæſiſſe rumor vulgaſſet. Et dubitabatur de Pratenſium & Piſtorienſium fide quorum oppida & finitima vrbi & opportuniſſima bello inferendo, plurimum erant. Eorum ſi alterutro potiretur aduerſarius tam

A.C. 1350.

potens, actum de libertate exi ſtimabatur. Suſpicionem verò rem faciebant eorum diſcordiæ, per quas facilè erat ſubrepere aduerſarios. Ad hæc igitur ante omnia conuerſæ mentes, neque negligendum, neque differendum ſtatuere.

Florentini Pratum obſident.

Itaque multitudine ſtatim armata miſſiſque repente copiis ad ipſa Prati mœnia, non tam hoſtili, quàm inopinato terrore poſuerunt caſtra. Pratenſes ſubito bello trepidi, vtpote qui nec rationem huius facti, neque conſilium noſſent ſumpſerunt raptim arma, et ad eam partem oppidi, in qua caſtra erant, cocurrerunt. Ibi cum Florentinos in armis nihil hoſtiliter molientes, neque lædentes quemquam, ſed illud cernerent tantummodo poſtulantes, vt ad ſuſpiciones tollendas cuſtodia illius oppidi Florentino populo traderetur, pro communi vtilitate quieteque habitantium in ea, & ſi dura vox pleriſque videretur, tamen quando tantæ copiæ ad portas ſtarent, ipſi autem omnino imparati eſſent incerti primum conſilij aliquandiu ſtetere: neque concedere poſtulata, neque negare audentes. Inter hæc Florentini ciues: qui in armis erant, vt quiſque notum amicumque Prati habebat, compellando, benignéque exhortando in ſententiam trahere conabatur, monentes quoniam deſiderium Florentini populi conſpiciant, parere voluntari, quàm vim experiri malint, multaque interdum aſpera primò, proſpera tamen ad extremũ reperiri. Id eſſe conſilium Florentini populi, vt non minus de Pratenſium, quàm de ſua propria ſalute cogitent. His tandem vocibus, ac virorum reuerentia, & præſenti neceſſitate compulſi Pratenſes, portas aperuere, & Florentinorum præſidium intra mœnia recepere. Et res quidem Pratenſis in hunc modum compoſita ſuſpicionem ab ea parte ſuſtulerat.

Florentini Prato potiuntur.

Reſtabant Piſtorienſes, ea quo amplior erat ciuitas, eo cautiori ſtudio tractanda videbatur. Sed obtulit occaſionem idoneam ſeditio, quæ recens in ea ciuitate exorta partem ciuium egerat extorrem. Itaque per ſpeciem officij præſidium eò mittere Florentini poſtularunt. Piſtorienſes verò non diſſimili figmento id recipere annuerunt. Sed nec ita multum, vt ſibi formidandum eſſet: & eoſipſos, quos receperant ſacramento obligarunt. Quare per eam viam nihil profectum videbatur, & ſuberat formido mentibus infixa, qua intenti Priores ciuitatis, dum ipſi per ſeſe abſque populi ſcitu prouidere feſtinant, inhoneſtum tandem conſilium ſuſceperunt. Re enim cum exulibus Piſtorienſium arcanè compoſita, ſubitò cum illis miſerunt copias. Ij noctu progreſſi nullo penitus ſuſpicante [primo] ſtatim aduentu ſcalis mœnia conſcenderunt, & quoſdam in vrbem demiſerunt. Ipſi verò de muris clamorem tollentes, ſperabant milites, qui præſidij cauſa miſſi fuerant, vna ſecum rem aggreſſuros. Etenim præmiſerat magiſtratus ad eos quendam Petrum con ducendis militibus ſcribam, & ob id pleriſque eorum familiarem, qui rem ediceret. Sed is ſiue metu, ſiue negligentia per viam deſcederat. Itaque milites totius rei ignari, vt primum è muris clamor ſublatus eſt, integra fide cum Piſtorienſibus concurrerunt. Factóque confeſtim globo ingreſſos deturbarunt, ita pulſi è muris, qui cum exulibus deſcenderant, quot eorum in vrbem dimiſerant, aut capti aut interfecti ſunt. Crediderant primo Piſtorienſes exulum modo ſuorum fuiſſe conatum, qui error audaciam eorum plurimum iuuit. Sed poſtquam ex captiuis adeſſe Florentini populi copias audierunt, atque ſuborta inde lux vexilla patefecit, maius ſibi imminere periculum ſentientes, ad certamen ſe pararunt: & ad tutelam vrbis acrius ſurrexere. Hæc paulò pòſt Florentiæ vulgata, optimum quemque & grauiſſimum commouerunt. Lacerabaturque in circulis & conuentibus magiſtratus cœptum, vt pote fœdum atque nefarium. Ignauiam verò & imperitiam omnes detaſtabantur.

Florentini Piſtorium dolo capere volentes fruſtrātur.

A.C. 1351.

Iam verò non adauctam modo ſuſpicionem, ſed in certum periculum rem conіectam exiſtimabant, putantibus cunctis Piſtorienſes tanta fraude iniuriaque compulſos ad tyrannum, eiuſque propinquas opes ſe haud dubiè conuerſuros. Cum verò quid agendum foret conſultarent, & ſi cœptum improbabant omnes, maximè tamen, quid potiſſimum in malis ſequendum foret dubitabant Denique coacto ciuium concilio cum de hoc ipſo conſultaretur aſſurgens quidam ex ſenioribus in hunc fere modum locutus eſt.

Oratio ciuis Florentini de Piſtorio.

Si res integra foret, ò præſides, neque attentata prius, nec detecta, non mihi videretur difficile conſilium explicare. Quippe ſuſpicionem libertatis alterius occupandæ inferre finitimis & omnem incertum iniuſtumque motum noſtris rationibus inimicum cenſerem. Nunc autem eo difficilior conſultatio eſt, quòd perperam, ac pene contra naturam agitur. Quippe cæteri quidem omnes ante rem conſultare ſolent, vos autem (quod bona venia dictum ſit) poſt rem actam conſilium poſtulatis. Atqui bono animo factum à vobis præſides exiſtimare debemus, qualecunque tamen factum eſt. Nota eſt enim fides & integritas veſtra in republica, animus ſincerus & rectus. Veruntamen res gerendæ præſertim magnæ & non ad priuatum alicuius, ſed totius ciuitatis diſcrimen pertinentes, non propoſitum ſolummodo bonum, ſed maximam conſiderationem & circunſpectam multorum deliberationem efflagitant. Nam ea quæ multorum ſunt à paucis determinari nec honeſtum eſt, nec illis ipſis, qui determinant tutum: populus enim niſi ſuarum rerum ipſe author ſit, quæcunque non rectè acciderint, ex agitare ſolet, ac pœnas nonnunquam imperioſe exigere. Sed facta quidem ne facta ſint, fieri non poteſt. Itaque hæc omittamus conqueri, & quid remedij ſit in hiſce malis potius meditemur.

Res magnæ nunquam ſine magna deliberatione gerendæ.

Dico igitur non eſſe Piſtorienſe cœptum deſerendum. Non quia probem illud, nec ſi res integra foret illud conſulerem, ſed quia cum ſemel cœptum fuerit, periculoſum nimis foret ſi in hac ſuſpicione Piſtorienſes dimitterentur. Longè autẽ minus dubitandũ foret de Piſtorienſibus, ſi laceſſiti nõ fuiſſent à nobis. Qui præter quam occupare nocturna fraude illorũ vrbem exules

A.C. 1350.

exules inſuper inimicos, eorum qui rempubl. gubernabant armatos reducere in eorum ceruices ſtuduimus. hæc qualia ſint de vobis ipſis coniecturam facite. Neque enim cùm ipſi nos curam habeamus libertatis noſtræ, pro illa pericula omnia, mortem etiam ipſam, ſi expediat, oppetendam prædicemus num eundem ſenſum cæteris hominibus eſſe exiſtimandum eſt: Reductionem exulum quibus quæſo indignationibus perferremus ſi non pactione conſenſuque noſtro, ſed armatos, & per vim improuiſe quis eos introduceret in ceruices noſtras? Hæc omnia penſantes inimiciſſimo erga nos eſſe animo Piſtorienſes exiſtimare debemus ac poteſtatem omnem nocendi præripere. Illud oſtendatur verbis, non eſſe propoſiti noſtri eorum libertatem auferre, ſed pro incolumitate ſua & noſtra præſidium quoddam in vrbe eorum habere: quo & ipſi tranquillius degant, & nos ſecurius, & ſuſpicio de mentibus Florentini populi auferatur. Quod ſi recipere nolint, non eſſe ſic cum hac ſuſpitione dimiſſuros. Vnde collectis copiis cum auxilio etiam amicorum, illuc cum omni conatu pergendum: & ſi non acquieuerint prœſidium in vrbem recipere, impugnare ciuitatem.

Hanc ſententiam ſecuta ciuitas magnum exercitum deſtinauit, qui Piſtorium circumcinxit. Et primò quidem, quod poſtulabant Florentini, facere recuſarant Piſtorienſes, ſe & vrbem contutantes. Poſt verba prius amicabilia ad illud perſuadendũ, cœperunt deuaſtationi agrorum inſiſtere, & multa grauia eis inferre. Propter quę demum acquieuerunt in vrbem præſidium Florentinorum recipere. Sicque Piſtorio Pratoque receptis Florentini minus iam in ſuſpicione degentes conquieuerunt.

Piſtorio Florentini potiũtur.

Mediolanenſis præſul Florentinos circumuenit. Iidem.

§. VI.

AVGEBAT autem fidem, minuebatque ſuſpicionem, Florentinis nocumenti percipiendi à Ioanne præfato Mediolanenſi præſule caritas eius ficta, quòdque prœſul ipſe & ſui, qui Bononiæ præerant, honorificentiſſimè de populo Florentino loquebantur, contentumque ſe vicinitate eorum oſtendebat, ſatis bene ſecum agi exiſtimans ſi dominatus Bononię nequaquam ſibi turbaretur. Et quia bellum Imolenſe adhuc ſuperſtes erat, & noua Bononiæ dominatio, videbatur cauſa ſufficiens multiplicandi, vel retinendi copias armatorum; hinc factum eſt, vt inter ſpem & metum dubia ciuitas Florentina perſtaret in armis, aduerſarius verò armaretur. Cùm autem ſatis paratus eſſet Mediolanenſis præſul, ciues Bononienſes primarios in ea ciuitate homines, quaſi coniurationis reos capi iubet. Ab his vti voluit tormentis extorſit, ſeſe de dominatu eius repellendo, liberandaque ciuitate, cum Florentino populo conſilia iniiſſe. Hinc arrepta belli occaſio eſt. Quid enim minus deeſt tyrannis, quàm falſas pro veris cauſas effingere? Hanc igitur illi prætexens cauſam cùm bellum mouere ſtatuiſſet, A diuerſæ factionis homines, quos ſibi per Hetruriam coniunxerat, ad ſe in Galliam ciſalpinam vocat & eos in vnum congregatos aduerſus Florentinum populum incendit: Damna quæ per ſuperiora tempora ſinguli ab eis perpeſſi ſunt, memorat. Veniſſe tempus affirmat, ſi modo viri eſſe velint, Florentinum populum opprimendi, ac diuerſæ factionis nomen, ſcilicet Guelphorum, extinguendi penitus. Se enim (ſi illi operam ſuam polliceantur) exercitum magna multitudine Florentinum in agrum mittere, vrbemque vrgere ſtatuiſſe: & ita ſubitò circumuentum B Florentinum populum reſiſtere non poſſe.

A C. 1350.

Huius dicta erant verò ſimilia, propter ſummam dicentis authoritatem ac potentiam. Omnes qui aderant læti etiam cum non tam certæ ſpei deeſſe vellent parati. Igitur Ioannes archipræſul nomine, re autem vera tyrannus, nõ quidem imitator Ambroſij Mediolanenſis Antiſtitis, cuius arma lachrymæ erant aduerſus milites, ſed Goliath, Allophylorũ capitanei, parat copias quibus præficit Ioannem Olegianum dictum. Qui tranſiens iugum Apennini montis, C circa Piſtorium deſcendit, nec longè ab ea vrbe ponit caſtra. Florentini ſubita re audita, pene attoniti, quo ſe verterent, ad primum ſtatim nuncium neſciebant. Trepidabaturque, ne fortè aliquid arcanæ fraudis ſubeſſet. Reſumpta tamen fiducia de Deo & iuſtitia belli confiſi, miſerunt raptim quingentos equites & trecentos pedites, qui iuncti iis qui prius ibi in præſidio erant, animos fecerũt ad vrbem defendendam. Legati etiam inter primum tumultum ſtatim è Florentia ad Olegianum miſſi cauſas ſciſcitantur hoſtilis aduentus, & quid ſibi vellent flagitarunt. D His in caſtra profectis cum mandata expoſuiſſent nihil aliud dux hoſtium reſpondit quàm conſueſſe præſulem Mediolanenſem amicis viciniſque ſuis, qui iniuriis premerentur, ſubuenire, audiſſe verò multos per Hetruriam à Florentinis premi & indignè iniuriis affici, veniſſeque ideo, vt eis opitularetur. Proinde aut accipiendum præſulem ipſum arbitrum, cognitoremque iuris & querelarum, aut vim eius experiendam. Eo reſponſo accepto, legati non diſceptandum verbis rati cum eo qui non rationem, ſed arma inferret, è veſtigio abſceſſere. Itaque cùm iam conueniſſent copiæ Olegiani, E ſub ipſa mœnia præfectus recipi in vrbem poſtulauit. Id verò cum longè aſpernarentur, qui intus erant obſidere oppugnareque perrexit.

Ioannes præſul Mediolanẽſis. Ioannem Olegianũ cum copiis mittit in Hetruriam. A.C. 1351.

Per hoc ipſum tempus multis per finitimas regiones in locis tumultus ſunt concitati. Nam & Sachon ad Bibiennam Aretinorum oppidũ, ſubitò confeſtim inſultu, regionem terrore cladeque inuoluit. Et Pactij Vbertinique ab eorũ caſtellis omnia per ſuperiorem Arnum loca repentinis incurſibus infeſtarunt. Et Vbaldini per Mugellanum agrum ruentes, Florentiolam & quædam alia caſtella improuiſa cœperunt, F inde copiis auctis latè prædabantur. Quæ omnia vno tempore nunciata cunctos horrore trepidationeque repleuerunt.

Sachon Florentinis infeſtus.

Olegianus verò aliquot dies circa Piſtorium commoratus cùm conſpiceret conſtanter à Piſtorienſibus reſiſti, nec motum intra vrbem vllum oriri, ab oppugnatione deſtitit, & Florentiam

A.C. 1351.

tiam verſus recta via per agrum Pratenſem exercitum duxit, habens equitum ſupra decem, peditum verò mercede conductorum ſupra ſex millia. Prӕter hos auxiliariorum voluntariorũq; multitudo ingens ſequebatur. Cum his copiis haud procul ab vrbe ſuper Biſentium amnem caſtra poſuit, prædę rapinæque nimiæ. Agmina armatorum, ſæpè ad portas vſque diſcurrentia, magno tumultu infeſtabant. His in locis cum aliquot dies perſtitiſſet, & commeatus iam deficere viderentur, receſſit. Poſt hæc ad Marinum fluuium caſtra fecit. Ibi Calenziano aliiſquè munitis locis expugnatis & præda facta, inde arctis difficillimiſque ſaltibus præmiſſo pedite occupatis, in agrum Mugellanum copias tranſmiſit. His in locis Barbarinum & alia quędam caſtella non ſatis contra vim hoſtium munita dedentibus ſeſe incolis ſuſcepit. Poſtea ad Scarpariam copias duxit. Itaque id oppidum in poteſtatem redigere omnino, ſimul res conſtituerunt, volentes totius belli ſedem in eo ponere. Sed Florentini vallido illud præſidio delectorum militum firmarant. Cùm ergo qui in oppido Scarpariæ erant viriliter hoſtibus reſiſterent, machinas & tormenta cœteraque oppugnandarum vrbium inſtrumenta parare, hoſtes adorti ſunt obſidione facta quibus omnibus egregiè obuiabatur.

Olegiani res in Hetruria geſtæ.

Sachon interea cum duobus millibus peditum quadringentis equitibus per Aretinum agrum euadens circa Ambram fluuium ſuos duxit, Ambram caſtellum iuxta dictum fluuium nitens accipere. Sed Florentini mittentes quam citiſſimè gentes ſuas, ac etiam Aretini, quibus omnibus præfectus fuit Albertacius Ricaſolanus, malitiæ illius obſtiterunt. Vnde cernens Sachon plures ſuis eſſe contra ſe venientes locum D dimiſit nocte fugiens. Ducenti tamen ex eis ſe receperant nocte illa in caſtrum Agnanum, Buſtatium Vbertinum ſecuti, qui illi caſtello dominabatur. Copiæ autem Florentinorum caſtellum illud expugnare adortæ ſunt. Qui poſt aliquam in reſiſtendo pugnam animaduertentes ſe non poſſe reſiſtere, pactione facta de incolumitate eorum, ſe dedidere, inde liberi recedentes Agnanum Florentini receperunt.

Florentini Agnanum capiunt.

Præſul Mediolanenſis Piſanos in Florentinos excitat. Blond. ibid. Leonard. Areti. A. C. 1356.

§. VII.

PER hoc ipſum tempus præſul Mediolanenſis oratoribus ad Piſanos miſſis, vt bellum aduerſus Florentinos ſuſciperent, flagitabat. Et ſi enim pax erat ciuitatibus; tamen quia audierat peruetuſtas vtrique populo inimicias fuiſſe, ſtudiaque partium omnino diuerſa, perſuaſerat ipſe ſibi, perfacilè eos tali præſertim opportunitate oblata, ad capeſſendum bellum impelli poſſe. Hac igitur fiducia legatos mittit ad Piſanos, qui iniurias vetuſtas refricent, ad ſuſcipiendum bellum cohortantes. Pollicetur Barnabam nepotem ſuum cum maximo nouoque equitatu ad Piſanos miſſurum. Hæc ſecunda oratione Piſa- A nis explicata audientes illexerant, præſertim eũ ineuitabilem ruinam Florentini populi, certamque exiſtimarent perniciem haud dubiè ſecuturam. In Piſanis autem tunc maximè Gambacurtæ pollebant familia opulenta, atque otij appetens & à ſtudio Florentini populi nequaquam abhorrens. Hi ergo veriſſimam rationem ſecuti, intelligebant ea, quæ poſtulabantur, non minus Piſanorum libertati, quàm Florentinorum periculum afferre præſulem dominatum quærere idque vnum meditari, ſi Florentiæ compos fiat Piſis minimè temperaturum. Perſuaſe- B runt ergo populo his poſtulatis non acquieſcere. Legatis autem dederunt reſponſum ſe ad pręſulem ſuper his oratores deſtinaturos.

A.C. 1351.

Miſſi ergo legati Piſanorum ad præſulem allegata Florentinorum pace quaſi deliberabundi ſubſiſtebant, neque negantes poſtulata, neque placidè recipientes. Quam ludificationem cum animaduerteret præſul, intelligeretque nõ ex populi Piſani, ſed paucorum voluntate agi, confeſtim oratores ſuos maiori apparatu Piſas remiſit, iubens vt concionem populi flagitarẽt, & in ea populum alloquerentur. Reuerſi ergo C Piſas cum concio eis à magiſtratu data eſſet, ingreſſi ad multitudinẽ verba fecerũt, maxima pollicẽtes auxilia, ac victoriam in manibus eſſe prædicantes, dum ipſimet nolint deeſſe. Multitudo Piſanorum hæc libenter audiuit ob Florentinorum odia, & annuere poſtulatis cupiens erat, reuerentia verò gubernatorum eos morabatur. Tunc magiſtratus ad legatos conuerſus, poſt commendationem ſermonis eorum, vt libera deliberandi ratio ſit, nec ob alicuius præſentiam, quę quiſque ſentit, dicere cunctetur, ait. Congruum vos oratores concione excedere. D Quod cùm feciſſent (neque enim repugnare honeſtum erat) tunc Franciſchinus Gambacurta princeps eius familiæ perorauit. Inter cętera autem ſic dixiſſe fertur.

Gambacurtæ pacem Piſanis cũ præſule Mediolanenſi diſſuadẽt.

Legati Mediolanenſes Piſas redeunt.

Franciſchini Gambacurtæ oratio.

Honor ſanè atque vtilitas libero animo in cõſultationibus quæri debent. Ad hæc duo prudentes viri ſua conſilia dirigunt vniuerſa. Hæc igitur qualia ſint in hac re propoſita, conſiderare non pigeat. Pacem, & fœdera nobis eſſe cum Florentino populo ſciunt omnes; nec poſſe aduerſus illos à nobis bellum geri, niſi contra fidem, contra promiſſiones, contra iuſiurandum, E quod de pace ſeruanda perſcripſiſtis, veniatur. Quæ igitur tanta vtilitas ex hoc fidefragio prouenire nobis poſſet, vt non præſtabilius ſit conuenta ſeruare, quàm turpiter & ignominioſè fidem fregiſſe? In gubernanda repub. honoris curam magis habendam eſſe, quàm vtilitatis omnes fatentur. Vt enim eſt magna ciuitatis dignitas, magnaque maieſtas ita & fidem & grauitatem ineſſe decet. Contra honorem igitur ac æquitatem ciuitatis noſtræ hanc poſtulationem eſſe conſtat, quam & ſi magnæ vtilitates ſequerentur; F tamen concedere nullo modo deberemus. Quid ſi nullam vtilitatem ineſſe apparet? quid ſi inſuper maximi damni periculum? An capiemus id conſilium, quod ſit turpe ſimul & damnoſum.

Addiditque rationem irrefragabilem videlicet, quia ſi non præualeret tyrannus (quod impoſſibile non erat, cum varius ſit belli euentus) perpetuos hoſtes habituri eſſent Florentinos eorum

2.Reg.12.

A.C. 1351.

eorum vicinos, & iuſtè quidem, fide violata. Sed & ſi vincat præſul, & ſibi ſubiiciat Florentinos, nunquid ipſi poſtea liberi à ſeruitute remanerent: cum cupiditas & ambitio dominandi ſit tyrannis immenſa. Exemplum induxit Caſtrutij, cui cum adhæſiſſent ipſi Piſani, vt Florentinis noceret, Florentinis & ſi multa mala irrogauit, non tamen ſubiecit: ſed ipſos Piſanos ſeruituti tyrannidis ſuæ adſcripſit, quod & præſul tanto plenius agere poſſet, quanto illo potentior. Secundum hanc igitur orationem magiſtratus populum rogauit, ne fidem fœduſque frangerent Florentinis, ſed pacem ſeruarent, quod & ſecutum eſt.

Præſulis Mediolanenſis indignitas.

Qualis hic præſul Chriſti imitator erat, qui pacem omnibus prædicauit, mandauit, & eam mundo contulit, qui non pacem qua populum ſalutat, ſed gladium mittere procurabat vbique non gladium verbi Dei pacem carnalis ſenſualitatis reſecantem, ſed gladium materialem, quē ipſe Dominus Ieſus in vaginam mitti Petro demandauit.

Scarpariæ valida obſidio. iidem. ſup. §. 6.

§. VIII.

COPIÆ autem præſulis Mediolanenſis inter ea caſtris ad Scarpariam poſitis vt ſuprà tactum eſt, cum omni apparatu oppidum oppugnabant, & machinis & tormentis circa diſpoſitis, muros diruere, tabulata deiicere propugnacula infringere, continuo opere non ceſſabant, grandibus inſuper ſaxis rotatu tormentorum in oppidū cadentibus tecta & parietes infringebantur. Frequenteſque ſub eo caſu oppreſſi peribant. Crebro per noctem ſcalis appoſitis, per diem ſubitanea & improuiſa vi oppidum aggrediebantur, nullum requiei ſpacium dabatur obſeſſis, qui ſolertiſſimè repugnabant. Florentini milites conduxerunt mercede maximo numero Germanorum circiter duo millia quingētos quos illuc deſtinarunt contra hoſtes ſuos. Senenſes quoque auxilia alia miſerunt. Peruſini etiam cùm plures miſiſſent & in via eſſent ad vlmum prope Aretium ad duo m illiaria, de nocte Sachon (qui vt ſuprà dictum eſt, domi natus olim fuerat Aretij) cum duo millibus peditum & quingentis equitibus eis obuiauit, & illis improuiſis irruit ſuper eos, bellumque fuit inter eos non leue. Demum Sachon pene omnes illos Peruſinos occidit, vel vulnerauit, aut etiam captiuos duxit.

Suppetiæ mittuntur ad Scarpariam.

ſup. c. 7. ante §. 1.

Cumque obſeſſi in Scarpariæ oppido valdè ab hoſtibus cōtinuè infeſtarētur multimodè & iam feſſi eſſent, Ioannes de vicedominis, vir celſi animi cum triginta militibus electis nocte profectus ad hoſtes per media eorum caſtra tranſiens incolumis in Scarpariam, obſeſſos animauit. Paulò pòſt Ioannes Medix, vir claræ famæ & armis doctus cū octoginta[equitibus] Apenninum ſuprà Scarpariam peruenit. Inde ſtructus atque paratus deſcendens intempeſta nocte è diuerſa maxima regione qua minus hoſti ſuſpicionis erat, caſtra ingreſſus, cum primo ſtatim aduentu clamor & concurſus hoſtium factus eſſet: tamen in nihilo deterritus cum globo diſtrictis gladiis obuios cædente pectore atque armis ſibi viam aperuit, & Scarpariam intrans plurimum obſeſſos lætificauit & ad reſiſtendum roborauit.

Ioannes Medix Florentinus Scarpariæ ſuccurrit.

Nihil eorum, quæ excogitari poſſunt ad obtinendum caſtrum aliquod obſeſſum ſine numero hoſtes omiſerunt, quod non experirentur. Quibus omnibus obſeſſi cum maxima ſolertia & immenſo labore viriliter reſiſterunt. Olegianus igitur dux hoſtium omnia expertus cum nihil ſe profeciſſe appareret, frigoraque iam illis in locis moleſta equitibus pabulique penuria inſtarent, diſſoluere obſidionem ſtatuit, & demum Bononiam remeauit. Florentinus verò populus illorum, qui obſeſſi fuerant virtutem liberalitate gratiſſima proſecutus eſt. Militibus cunctis, qui in oppido fuerant ſtipendia duplicata, oppidanis vacatio munerum, tributorumque in decennium data. Ioannem & Syluestrū Medices quòd eximia virtute fuiſſent, equeſtri militia inſigniri honeſtarique decreuit, quingētis in ſingulos pondo auri pecuniæ publicæ decretis, his pro equeſtri ornatu centum, quinquaginta verò in epuli apparatu adiunctis.

Scarpariæ obſidio ſoluitur.

Florentinorum in obſeſſos gratitudo.

Medicei equeſtri dignitate Florentiæ primo donati.

Motus Aretinorum. Leonar. Aretinus, Blond.

§. IX.

EODEM anno in Aretinis motus rerum nouarum grauis, in extremum pene diſcrimen ciuitatem adduxit. Brandaliæ gens nobilis erat magnis opibus clienteliſque. Eius familiæ principes, quamquam honore & gratia apud ciues pollerent, tamen offenſi legibus, quæ grandiores familias à reipub. gubernatione ſecludunt, infenſi etiam popularibus quibuſdam qui plus nimio poſſe in ciuitate videbantur, de inuadenda repub. conſilium iniere. Spem eis faciebat Mediolanenſis præſul, cuius potentia vbique per Hetruriam implicata atque diffuſa, omnibus caſibus imminebat. Aretini per id tēpus in ſocietate Florentinorum erant, ex quo facilius ſi viſum eſt, ſi aliquid inde turbaretur, tyranni fauorem promereri. Hac igitur Brandaliæ ducti ſpe, quoſdam è ciuibus præſentem reip. ſtatum indignantes, in ſocietatem facinoris adſciuere, celatiſque externorum auxiliis rē perficere maturabant. Expectabatur facultas perficiendi, vt videlicet præfecturam arcis, quæ in ſummo ciuitatis ſita eſt, & portam quandam extra ciuitatem ſeu cuſtodiam obtineret aliquis exconiuratis. Quod cùm eueniſſet, intus rē ceperunt ad tria millia peditum: & equitum ſexcentos. Sed cum detegi cœpit coniuratio, populus arma corripuit, & pars quædam ad ædes coniuratorum acceſſit, reliqua ad arcem. Sed qui intrauerant in arcem hoſtes videntes coniurationem detectam, abſque aliquo congreſſu prælij abiere. Cum coniuratis autem populus triduo certans, deinde interponentibus ſe quibuſdam ciuibus compoſitum eſt inter partes, vt coniurati tuti è ciuitate excederent. Qui recedētes ad præſulē Mediolanēſē acceſſerūt, & honorifice ſuſcepti ſunt ab eo fautore proditionū.

Brandalia Aretinorū familia.

Non

A.C. 1351. Sachon oppidum S. Sepulchri occupat. Blon. ibid.

Non multo poſt Sachon olim dominans Aretij cum copiis ſuis nocte nemine ſuſpicante profectus eſt ad Burgum oppidum, quod dicitur ſancti Sepulchri nobile,& ſuis per ſcalas mœnia aſcendentibus, non aduertentibus vigilibus deſcendentes in oppidum portas aperuerunt, in quod ingreſſus Sachon ipſum in deditionem accepit. Erat autem tunc id Peruſinorum. Arcibus autem eius duabus aliquandiu ſe tenentibus, poſtmodum eas recepit. Oppidum etiam Anglare quod & Peruſini tenebant, Sachon obtinuit.

Anguillariam vocat Blond.

Eodem anno renouata eſt ſocietas Florentinorum, Aretinorum, Senenſium,& Peruſinorũ, quæ ciuitates bellum aduerſus Mediolanenſes exceperant, apparatuſque hyeme facti, quibus æſtate vterentur, multaque per eam hyemem conſtituta, quo pecuniæ haberentur.

Scarparia pene perdita, ſed recuperata.

Inter hæc Scarpariæ oppidum tanto labore nuper defenſum improuiſo caſu pene amiſſum eſt. Florentini enim poſt hoſtium receſſum mœnia perficere ab ea parte qua deerant, curabant, eratque oppidum operariorum plenum, milites verò præſidio nequaquam multi, & ij ipſi aduerſus oppidanos grauiſſimas inimicitias cõtraxerant, vulneraque & rixæ per eos dies inciderant, quibus accenſi animi,& ad vindictam exitiumque parati ſuſpectos inter ſe vtroſque reddiderunt. Hoc hoſtes ſagaciter odorati, docti etiam à ſpeculatoribus quibuſdam, cum equitibus & peditibus Scarpariam acceſſerunt,& nocte tenebroſa valdè ingreſſi ad Forũ clamauerunt. At milites in cuſtodia poſiti, neſcientes factum dubitabant, an oppidani contra eos inſurgentes hoc agerent,& oppidani idem ſuſpicabantur de militibus. Sed poſtquam vtriſque innotuit hoſtes eſſe, eos ingreſſos ſimul vniti viriliter agentes profligarunt, & extra oppidum eiicientes aliquos occiderunt.

Florentinorum ad Pont. max. legatio, ſed irrita.

§. X.

EODEM anno Florentinorum ſociorumq; legati in Galliam miſſi ſunt ad pontificem ſummum tunc Auenione reſidentem, vt contra præſulem Mediolanenſem incenderent eius animum. Cauſæ quidem opportunæ indignationis ſuberant pro Bononia occupata, cuius gratia proceſſus quidem aduerſus Mediolanenſem cœpti à Pontifice ferebantur. Quibus de cauſis magna ſpes ſuberat opes atque vires Romanæ ſedis ad bellum coniungere. Iuerunt ergo oratores cum magna ſpe ciuitatis, mirabilia à pontifice expectantes, quæ ſpes eos fefellit. Nam cùm perueniſſent ad Pontificem, qui miſſi fuerant, magno quidem in honore ſuſcepti ſunt, ac benignè auditi: ſed & ſi ſpecioſa redderẽtur verba, tamen rem atque effectum languidiorem reperierunt. Cauſa huius erat hoſtis ſolertia atque largitio, qui adeundo impigrè,& largiendo magnifice principes Galliæ & Patrum magnam partem in fauorem ſuum conuerterat. His delinitus Pontifex, non multum videbatur ab eius amicitia diſtare. Hoc domi oratores per literas cognitum fecerunt: vt aliam ſibi ſpem ciuitates reſpicerent.

A.C. 1351.

Sup. §. 3.

Carolus 4. imperator in Italiam acceſſitur.

Carolus Ioannis filius, de quo ſuprà eo tẽpore fuerat ad imperium electus. Is quia dudum adoleſcens ſub patre Ciſalpinam per Galliam longo tempore militarat, variéque iactatus in iis fuerat locis, læſus iam tunc a familia Vicecomitum, ob eam rem hoſti credebatur infenſus. Conſilium igitur initum eſt à ciuitatibus hunc in Italiam acceſſendi. Arcanè tentata res vſque adeo non ingrata Carolo fuit, vt eius rei gratia quendam è familiaribus amiciſque Florentiam mitteret: qui ſigillatim reipub. gubernatores alloqueretur, pactaque componeret. Quæ quidem res, vt ſpem afferebat magnam, ſic etiã difficultates habere plurimas videbatur. Itaque nec effectum ſortita eſt.

Pacem dare Rom. Pont. eliſe.

Demum Romanus pontifex Clemens ſextus ab oratoribus Florentinorum & aliarum Hetruriæ ciuitatum, quæ erant in fœdere, aſſidua prope flagitatione pulſatus, tria his propoſuit, videlicet ſocietatem Romanæ eccleſię, tranſitum in Italiam Caroli ad imperium delecti, pacem cum præſule Mediolanenſi. Horum trium, quod mallent oratores eligerent, ſeſe eorum voluntatem & electionem ſecuturum. Legati verò inter ſe cogitare tandem præſtare æſtimarunt ad arbitrium eius totum referre. Quod cùm feciſſent ſuſcepta optione Pontifex mitiſſimam innocẽtiſſimamque partem ſibi placere dixit. Eſſe verò eam pacem dare. Neque enim aliud Romanum pontificem (ſi optio illi detur) eligere decere. Itaque daturum ſe operam, vt pax probabilis habeatur. Neque multo poſt facultatem nactus abſque ciuitatum querela hoſtem ſibi conſiliandi publicè in auditorio coram omni multitudine cenſuras in præſulem Mediolanenſem latas remiſit, illumque ad gratiam recepit, nec tamen reſtituta Bononia, ſed in duodecim annos gubernatio eſt illius ciuitatis ei conceſſa. Pro quibus quidem rebus permagnam vim pecuniæ cenſuum nomine ab hoſte ſuſcepit. De pace autem quaſi illa longiorem tractatum exigeret, dilata res eſt. Induciæ modo ad annum ex authoritate Pontificis indictæ, vt per hoc medium tẽpus tractandi maturius agitandique facultas eſſet affutura.

In hoc pontificis facto multa oratores ſimul noſtros offendebant. Maximè tamen omnium indignabantur ob properatam in eorum oculis reconciliationem, hoſtis, pacis verò negotium dilatum, deinde vicinum ſibi pergrauem atque infeſtum authoritate pontificis datum dolebant, confirmatumque. Augebat inſuper dolorem aduerſariorum lętitia, qui quaſi illis repugnantibus omnia fuiſſent ad votum conſecuti triumphare inde videbãtur. Itaque nec inducię quidem legatis comprobatę ſunt, ſed cuncta ciuitatum ſuarum arbitrio integra reliquere.

Florentini Carolum 4. in Italiã euocant.

Hęc ab oratoribus per littras nunciata, ciuitates permouerunt, vt nullo pontificis reſpectu ad [Caroli imperatoris electi præſidia ſpem oculoſque] conuerterent. Cumque tractata ſatis res eſſet conditiones acceptatæ ſunt. Fuerunt autem vt ſummatim dixerim, eiuſmodi. Illi in Italiam venire contra Mediolanenſes: hi pecunias præbere, eique, vt Romano Imperatori faue epromiſerunt. Ita noua ſpes expectatioq; mentes

A.C. 1351.
Bettona occupatur.

mentes erexit.

Interea equites circiter duo millia, & pedites totidem duce Nolſo Feretano & Gutio Cortonienſi Peruſinum agrum tumultuoſius ingreſſi, Bettonam oppidum Peruſinorum per proditionem occuparũt. Paulò antè Sachon cũ mille equitibus,& quatuor millibus peditum agrum Peruſinum ingreſſus,non ſolum magnas prædas abegit,ſed & quædam eorum caſtra expugnauit & incendit.Exinde præda onuſtus reuertens, cum per agrum Cortonenſem tranſiret,hoc ſua præſentia effecit, vt Cortonenſes, qui prius ambiguo fauore habiti fuerant ad me- B diolanenſem domino cohæreſcerent, & in prælio partes ſectarentur eius.

Vertinæ oppidum quibuſdam ex Ricaſolanis Florentia exilio traditis, propter diſcordias & factiones inter ipſos habitas captum eſt.Et primò quidem copiæ miſſę Florentia ad recuperãdum,impeditę ſunt magis imbribus deſcendentibus.Sed iterum miſſæ copiæ obſeſſum oppidum id,ex pacto dimiſſis exulibus, qui intra erant,cum rebus ſuis in deditionem acceptum euerterunt.Sachon hoſtiliter diſcurrens per agrum Florentinum & Peruſinum, & alia loca, C prædas exercet & incendia.

Mediolanenſis præſul pacem quærit.

§. XI.

sup.§.6.

ANNO domini 1351. Ioannes vicecomes Mediolanenſis præſul & tyrãnus poſt ciuitates & Longobardiã totã ſibi ſubiugatas etiam Bononiam, & alias ſibi confœderatas,Florentinis bellum mouit,vt ſuprà patuit & poſt aliquod tempus pacem fecit.Cùm enim cerneret Mediolanenſis præſul ſe ab adulatoribus deceptum, Piſanóſque ſpei ſuæ defuiſſet, ac D validiorem Hetruſcam rem,quàm ipſe futuram exiſtimaſſet,labaſcenti iam feroci animo ferebatur ad pacem.Mota igitur illius iuſſu pacis mẽtio eſt per Franciſchinum Gambacurtam Piſanum,nec Florentini rem aſpernati ſunt.Quippe non ab iis inferebatur,ſed repellebatur bellũ,ac ſe deſtitutos à ſpe Pontificis,Caroliq; videbãt. His igitur rationibus placente iam vtriſque pace,legatis Serezanum miſſis conuentúque habito,poſt longas diſceptationes:tandem recepta pax eſt his ferè conditionibus.

Pax eſto Florentinis ſociiſque eorum cum præſule Mediolanenſi ciúſque cohærentibus E atque ſectatoribus.Præſul exercitus omnes,præſidiáque ex Hetruria deducet, nec poſthac alicui ex ciuitatibus Hetrutiæ bellum inferet, Caſtella arceſque quas ceperat in agro Piſtorienſi dimittet,Burgum ſui iuris eſſe ſinet, præſidium ex eo deducet,Piſani,Lucenſeſque medij ſint.Si aduerſus Piſanos Lucenſéſque Florentini bellũ
A.C. 1351. intulerint liceat Præſuli opẽ ferre. Idem ius eſto Florentino populo,ſi præſul Piſanis aut Lucenſibus intulerit bellum.Florentini, Aretini, & Peruſini exules ſuos ad ciuitates ſuas reducant quotquot huius belli cauſa extorres patria F ſint.Si quis exul alia de cauſa, quàm huius belli exulauerit,nemo reducat,niſi de eo nominatim actum ſit. Sachon & agnati eius patrimonia ſua ab Aretinis recipiant.

A.C. 1352.
Genuẽſes & Venet. inter ſe pugnãt.Blond. ibid.

Genuenſes & Veneti maritimis & naualibus præliis inter ſe variè iactantur, & grauibus incenduntur odiis atrociter dimicantes, & vtraque pars aliquando victrix, aliquãdo victa fuit. Demum cum Cluſio capto à Genuenſibus exiſtimarentur victores eſſe Genuenſes, & Venetias ſibi ſubiiciendas,ipſi Veneti è contrario fuere victores.

Petr' Marcel.lib. de geſt. Ven. c.54.

Cometes ſub ipſo ſeptentrione menſe Decembri apparuit quo extincto graues ventorũ æſtus ſubſecuti ſunt,& cœleſtis vapor ad modũ trabis priore parte ardente per cœlum labi viſus eſt.

Prodigia in cœlo viſa.

Anno domini 1353. cœleſtis flamma longũ poſt ſe trahens extinctum limitem à ſeptentrione in auſtrum repente fertur. Infinitus prope locuſtarum numerus in Aphrica,Cypróque apparuit,quem herbarum ſimúlque arborum tenebras depaſcentes frõdes,magnam frugum ſterilitatem fecerunt.Eclipſis ſolis eo tempore ſecuta eſt.

Et paulò pòſt Marinus Valerianus Venetiarum dux,cum vſurpare ſibi vniuerſum reipub. dominium quæreret,conuictus ſecuri percuſſus dignum vitæ ſuæ exitum inuenit. Bartolus de ſaxo ferrato præſtabilis iuris ciuilis gloſſator, obiit ætatis ſuæ anno.lvj.relinquens expoſitiones notabiles legum.Ea tempeſtate Belgæ Germaniæ fines ingreſſi,non longè à flumine Rheno centum millia Bragmanzonum ſuperant & eorum ciuitates capiunt.In Hiſpania & præcipuè Sibiliæ & Cordubæ multa ædificia terræmotu corruunt.

Innocentius.6. Pont. ma.201. ſed.a. 9.m. 8.d.26. A.C.1352.

CAP. IX.

CLEMENTE ſexto ad patres appoſito,creatus eſt Aueníone, vbi curia erat pontifex ſummus canonicè,qui dictus eſt Innocentius ſextus patria Lemouicenſi Stephanus ante vocatus:epiſcopus Claromontanus, anno domini. 1353. Ab initio verò mundi 5317. Secundum maiorem numerum. 6553. Et ca-

a *Hæc ſic recenſet Petrus Marcellus Genuẽſes denuo reparata claſſe Adriaticum ſinum ingreſſi Pagano Auria præfecto mouerunt,& Adriaticum ſinũ ingreſſi pluribus nauigiis interceptis in Hiſtriam proceſſi Parentium occupant & diripiunt Porrò Dux Venetiarum capite damnatus, vocatur ab eodem Marinus Falerius dux 55.electus A.C. 1354.hic cum plurimis plebeij ordinis viris ad perpetrandam optimatum cædem conſpirauit.Et ex illis ſexdecim coniurationis principibus negotium dedit vt ſinguli cum ſexaginta armatis ſtatuto tempore in curiam prorumperent,& ex nobilitate obuium quemque conficerent, & demum Falerium non principem,ſed dominũ proclamarent.Verum Bertrandus ex coniuratis vnus pœnitentia ductus patricij ordinis compatri ſuo rem omnem communicauit,qui confeſtim ſenioribus patrũ & decemuiris rem aperuit,ſicque de coniuratis ſupplicium ſumptum eſt.idem.*

A.C. 1353.

thedram Petri tenuit annis.x.ducenteſimuſſextus in numero pontificum.

Tunc temporis Carolus filius Ioannis regis Bohemorum,qui iam prius electus fuerat ad imperium Romanum, intrauit Italiam pro corona Romæ recipienda, ſollicitatus maximè ad hoc ab inimicis præſulis Mediolanenſis qui multi & potentes in vnam coierant voluntatem illius faſtigij deprimendi cauſa, vt narrat Leon.in hiſtor.Florent.lib.8. Hac de re vt elarior ſit notitia,ſuperiora aliquanto repetere libet.Genuenſes acri diutinóque Venetorum Cathalanorumque bello conflictati,tandé ad præſulem Mediolanenſem confugientes, dominationem ſuæ ciuitatis illi tradiderant. Hæc ſuſceptio Genuæ traxerat ſecum aduerſus præſulem Venetorum bellum coierantque vna cum Venetis Patauinus,ac Veronenſis & Ferrarienſis, cæteriq́ue præſulis veteres inimici. Hi ergo ſollicito Caroli aduétu, vt tranſiret in Italiam authores fuere rati per illius aduentum inuidioſam ac ſupra modum auctam præſulis potentiam eſſe lapſuram.Sed cum iam Italiam ingreſſus eſſet Carolus,ac Patauij conſtitiſſet, paucis poſt diebus præſul Mediolanenſis moritur a nepotéſque eius ex fratre in dominatu ſucceſſerunt.

Carolus 4.in Italiã proficiſcitur. A.C. 1354.

Genuẽſes ſeſe præſu Mediolanenſi dedunt. Blõ. ib. & Petr. Mar. c.54.

B

Præſulis Mediolanẽſis mors ſubita.

C

Hæc præſulis ſubita ac repentina mors Caroli ſpem adauxit. Itaque ex vrbe Patauio Mantuam petẽs,ſi qua res innouaretur, obſeruabat. Sed cum videret ſtabilitatem rerum & concordiam in ſucceſſoribus,nullúmque protinus motum per ciuitates exoriri,ad pacem animum traducere cœpit. Factiſq; inducijs quibuſdã inter Mediolanenſes,ac eorum hoſtes,ipſe iam quaſi amicus pacatúſque Mediolanum adiuit. Peractiſque b ſolemnibus Hetruriam petiit. Piſas cùm ingreſſus eſſet reuolutiones rerũ maximę ſunt conſecutæ, & gubernatores reipublic.qui recipiendi authores fuerant,ab eo ipſo qui receptus erat oppreſſi. Ad Carolum Piſis degentem Florentini,Senenſes,Aretini,quæ ciuitates inter ſe confœderatæ erant, oratores ſimul miſere. Erat autem conſilium, vt quemadmodum decet ſocios, eadem cuncti, & ſentirent & loquerentur,quod tamen ſeruatum non eſt. Nam Senenſes quidem in reb.agitandis longè ſe magis Carolo, permittere viſi ſunt.Nec id ſanè mirum.Nam neque exules habebant, quos formidarent, vt Aretini,nec ab imperatorio nomine abhorrebant,vt Florentini.Quibus ex rebus factum eſt,vt multo magis ſe Carolo venditatét, ac illius aduentum Senas præſtolarentur.

Caroli res in Hetruria geſtæ. A.C. 1355.

D

E

A.C. 1354.

Per eoſdem dies Volaterrani & Miniatenſes abſque vllo Florentini populi ſcitu, ſeſe ac vrbes ſuas Carolo tradidere,Florentini & Aretini ſolum in vno eodemq́ue propoſito perſeuerarunt.Agitatáque res eſt de Aretinis non mediocri contentione atque certamine. Exules enim Aretinorum, primo ſtatim Caroli aduentu ad illum concurrerunt ac reſtitui in patriam flagitabant. In hos eminebat Sachon Aretinorum quondam tyrãnus & Nerius Fagiolanus nepos illius,qui Piſis dudum Lucæque dominatus fuerat.Aduerſus horum poſtulata querelaſq́ue fortiter reſiſtebatur ab Aretinorum legatis. Deniq́ue cum ſerioſius dicendi facultas eſſet data,in hunc modum orationem,habuere.

Volaterrani ſeſe Carolo dedunt.

Aretinorum legatorum in ſuos exules oratio.

§. I.

VTRVM iniuſtius,an impudentius poſtulent Aretini exules in patriam reſtitui difficilis ſanè comparatio foret.Vtrumque certè tale eſt,vt excellere magnitudine ac ſuperare alterum videatur. Iniuſtiſſima quippe poſtulatio eſt,quæ contra fas & iura contendit,impudétiſſima ſi apud eum qui maximè offenſus eſt, quiúe pœnam infligere ob errata debet,prœmiũ quaſi rectè fecerit,poſtuletur. Atqui nobis ante omnia refellendum eſt illud,quod iſti tanquam fundamentum,atque lumen rerum ſuarum vbique iactant, ſe propterea, quòd partes imperij tenuiſſét,fuiſſe eiectos.Hæc videlicet præſtigia ſunt,ô princeps,& verba tuę præſentiæ accommodata,cæterum veritas eſt longè diuerſa.Non enim ſtudia partium, ſed ſua illos flagitia præcipites egere.Cùm enim Sachon non principẽ ciuitatis,ſed dominum ageret,libertatem patrię abſtuliſſet,iura legéſque conculcaſſet,cuncta ad ſuiipſius nutum libidinémque reuocaſſet,ciues alios pelleret,alios necaret, cùm hæc omnia faceret ac moliretur:non tamen prius ab vllis labefactari ſtatus illius eſt cœptus, quàm à ſuarum partium hominibus,Nega ſi potes Sachon non à Nerio Fagiolano(qui tunc erat reconciliatus tecum)ruinæ tuæ initia proceſſiſſe. Nam quis alter Burgi, & Typherni, cæterorúmque oppidorum rebellionis author fuit? Quid Vbertinum genus,& ipſum tuarum partium, an non ſtante tecum populo Aretino,ac bellum acerrimum pro te patiente, Vbertini contra te arma tulere:hoſtibus tuis ſe coniunxere, magnam agri partem & complura oppida in tuam perniciem conuertere?Qua fronte igitur te ob ſtudia partium eiectum,prædicas:cum illiipſi, qui te eiecerunt,tuarum partium eſſe probentur.

Aretinorum exules cur expulſi.

F

Quæris an rectè fecerint?Laudare non poſſumus:nemo enim ciuis,qui contra patriam venerit,laudandus eſt.Sed habebant illi excuſationem,quòd tu patria eos pepuleris, nec ſtudia partium inter vos agebantur, in quibus conſentiebatis,ſed potentia & dñatio,in qua lõgè diffidebatis

a *A.C.1354.mortuo Ioanne vicecomite ſucceſſerunt ei in dominatione liberi Stephani quinti magni Matthæi vicecomitis filij, videlicet Matthæus primus filius creatus Dominus Laudæ Placentiæ, Bononiæ, & quorundam aliorum locorum, qui obiit ſine liberis an.1356.Deinde Galeatius alter filius,qui conſtitutus eſt Dominus Comi,Nouaris,Vercellarum, Aſtæ,& aliquot aliorum locorum,qui præfuit an.23. men.10.Et Barnabas, ſeu Bernabon, qui Cremonæ, Cremæ, Soncini, Bergomi,& aliquot aliis in locis dominatus eſt,Præfuit an.36.m.7.d.3.Onuph.*

b *Carolus hic quartus coronatus eſt rex Lombardiæ Modœtiæ diœceſis Mediolanenſis 8.Idus Ianuar.A.C.1355.à Roberto vicecomite archiepiſcopo Mediolanenſi.Onuph.Hæc ſunt ſolemnia, quæ peracta hic author ſcribit.*

A.C. 1354. ſi ſebatis. Ciues Sachon tui te, (quos tu diuerſarum partium dicis eſſe) vſque ad extremam obſid onē pertulere. Bella tuis iniuriis concitata patienter perpeſſi ſunt, patrimonia, pecunias, corpora denique ſua, pro te tutando protegendóque oppoſuere. Tu quid pro illius meritis eis reddidiſti? O Deus immortalis, pudet etiam nunc illius miſeriæ temporis: pecunia ſuſcepta vrbem patriámque tradidiſti aliis, ſeruitutis turpiſſimum iugum ciuibus tuis de te benè meritis impoſuiſti, imperij iura maieſtatémque pro turpi mercede minuiſti. Audes apud imperatorem Romanum poſtulare, vt patriæ præficiaris cùm tu dudum præfectus iura Romani imperij quantum in te fuit, in illá ſuſtuleris, & commiſſá tibi alteri ſubieceris. Quibus quæſo oculis aſpicere te poſſēt ciues in patria reſtitutum? Num ſine gemitu & cordis amaritudine viſuros te illos exiſtimas cum ciuitatem illam Hetruriæ caput, tu vnus ciuis inuentus es, qui pecunia accepta alteri dederis in ſeruitutem? Tu ipſe, ſi ſapis in eam vrbem redire vis, in qua non vir, non mulier, non puer denique quiſquàm ſine execratione te ſit prætetiturus.

Enimuero non Sachon ſolùm petit in patriam reſtitui, ſed & alij exules in eadem cauſa cum Sachone non ſunt. An putas, imperator horum contentiones atque certamina in vnis atque eiſdem mœnibus poſſe conſiſtere? Oderunt ſe mutuò atque alter alterius exitium quærit. Si ſimul vnis atque eiſdem mœnibus includerētur, facibus & incendiis omnia conflagrarent. Nemo eſt eorum qui æquo iure cum cæteris viuere ſciat. Per ſuperbiam atque inſolentiam dominatum affectant. Denique ciues qui nunc in patria degunt, illam ſeruitutem ab illis impulſam & à Sachone traditam, in ſuum ius libertatémque reſtituerunt: nec reditum iſtorum ferre poſſunt, nec ſe tutos exiſtimant, ſi illi reuertuntur. Quare videndum eſt tibi, imperator, vtrùm præſtet illos, qui bene meriti patria ſunt, in ea finire vel iſtis introductis illos expellere. Nam vtrique ſimul eſſe non poſſunt. Illud rectè plurimum conſiderare debet maieſtas tua, quodcunque de hoc ſtatuetis, exemplum fore cæteris ciuitatibus & gentibus vtrum à te probentur occupatores venditoréſque patriarum ſuarum.

Carolus reditū exulib. non concedit. Carolus cùm hæc audiſſet improbare cauſam exulum viſus eſt, non tamen apertè poſtulata reiecit, ſed differendo & procraſtinando in irritum duxit. Florentinorum verò legati poſt multorum dierum diſceptationem tandem pecuniam dare pacti, cuncta quæ poſtulabant con ſecuti ſunt.

Caroli imperatoris ad vrbem iter. Leon. Aret.

§. II.

Carolus Senas venit. His peractis, Carolus Piſis ſe mouens, in Volaterranos primò, poſtea in Miniatenſes tranſiit, vtroque in loco benignè receptus. Pauciſque diebus in his locis commoratus, tandē Senas peruenit. Vrbē illam ingreſſum, tumultus quidam conſecuti ſunt. Denique vt Piſis nuper, ita & Senis qui tempu. ad eam diem gubernauerant depulſis ipſe ciuitatem in ſuam propriam curā adminiſtrationémque reduxit. Adhuc eo Senis exiſtente, Florentini pecuniis ex fide miſſis, contra ſpem ac vota inimicorum præcipua beneuolentia in ſinū eius irrepſere, vt nemini vni populo per Italiam magis fidere videretur. Non enim antiqua partium leuitate, ſed præſenti commodo res æſtimabat: Itaque plus ab hac vna ciuitate per amicitiam adiutus eſt, quàm à cæteris ſimul omnibus Italici generis. Quod ſi inimicitia, vt auus quondam eius certate voluiſſet, magnæ difficultates erant illi ſubeundæ. Nunc autem & militibus & pecunia à ciuitate adiutus nemine penitus repugnante Romam peruenit. A.C. 1355. (A.C. 1355. Florentini Caroli gratiam promerētur.)

Vbi peractis a omnibus tranquilliſſimè coronatus eſt, non à Romano præſule cum ibi non eſſēt, ſed à legato ad hoc à pontifice ipſo delegato. Hæc facta ſunt in principio anni ſubſequentis, qui fuit quinquageſimusquintus ſuprà. 1300. Mox repetitis Senis cum in ea vrbe paucos dies reſediſſet, Florētinis ſociiſq; cuncta indulſit, quæ ad amplitudinem honorémque eorum pertinere videbantur abſque vllo partium reſpectu. In Aretinos quoque eadem indulgentia fuit, quamquàm aduerſantibus maximè exulibus, qui primò eius aduentu pleni ſpe ad eum concurrerant. Ex Senis Piſas, inde per Ligures tranſmiſſo Apennino in Galliam, trans Alpeſq; abiuit.

Caſſianū muris cingitur. Eodem anno Caſſianum oppidum muro cinctum in oppidi formam redactum eſt iampridem admonitis hominibus opportunitate loci caſtris hoſtilibus idonei: in quo dudum Henricus imperator ſtatiua, & nuper latrones in ſocietatem coacti, ſedem belli habuiſſent. Quo igitur ea opportunitas adimeretur hoſtibus, communire locum placuit: idque factum eſt validis mœnibus, vt patet.

Per hæc ipſa tempora Sachon dudum Aretinorum tyrannus in oppido Bibienna moritur ætate quidem ſenex, erat enim vltra octogenarius: ſed corpore ita robuſto, vt vſque ad extremos ferè vitæ annos arma induerit, & nocturnos diurnóſq; labores militiæ ſuſcipere ac præliis periculiſque intereſſe nunquàm deſtiterit. Dux bello quidem ſatis bonus, niſi quòd audacia nimia parū cautus, & ob id plerumque detrimenta perpeſſus. Ad ciuilem verò togatámq; vitam nequaquàm aptus. Aretini mortem eius lætis animis complexi ſunt, erat enim terrori dum vixit, fieri ſine peccato poteſt, vt inimici nos ruina lætificet, non malum illius intendentes, ſed magis ſui liberationem. Delere quoque familiam eius conſtituerunt, vnde non multò poſt eius mortem emiſſa iuuentute caſtella illius vrbi propinqua expugnare adorti ſunt. Morte inimici gaudere licet.

a *A.C. 1355. Romæ ad Sanctum Petrum coronatus eſt Imperator Carolus IIII. Auguſtus à Petro Bertrandi Gallo Cardinale Oſtienſi & Veliterno, & Egidio Aluari de Albornotij preſbytero Card. & S. Clementis in Italia legatis Innocentij Papæ VI. Nonis Aprilis die Paſchæ. Onuph.*

A.C. 1341.

plebs minime quietura videbatur: ſed liberę modo & effrænes interdum etiam voces audiebantur, ſocietatem hanc pernicioſam, exitióque tandem reipublicę futuram deteſtantes.

Quibus tandem permotus præſul (erat enim ipſe ex familia inſigni quidem & ornatiſſima, cæterum populares in repub. ſecuta partes) quaſi rem emendaturus collegas vocauit egitque cum iis, vt cognita voluntate populi communionem improbantis rem potius ipſius corrigere, quàm vim ipſam multitudinis experiri malint: ſi ſponte ſe arbitrio ſubmittant, multa retenturi, ſin contumaciter reſiſtant, vt ſunt multitudinis animi omnia perdituri. Hæc monentem præſulem, ac fruſtrà ſuadentem nobilitatis principes longè reſpuerunt, nec modo rem ipſam, verumetiam ſuaſorem indignabantur.

Nobilium oratio pro dignitate ſua tuenda.

Nimirum enim id agere plebem ab eo concitatam, inquieti ſpiritus homine ac infidi, qui modo in intimum tyrannifinum adulando irrepſerit, eumdémque mox peſſima ſuadendo ad ruinam impulerit: nunc verò non abſimilem ludum quęrere, quo ciues inter ſeſe confligant atque collidant. Nempe cui vna ſit ars, tanquam in puerili ludo, quoſdam extollere, eoſdemque rurſus deprimere. Quantum ad ſe attinet, libertatem patriæ defendiſſe, propriam verò libertatem ſuam nequaquam neglecturos eſſe, viſuróſque aliquando, quinam ſint, qui ſe non tantum innocuos, verumetiam bene de repub. merentes à dignitate excludere pergant. An verò Simifonte Feghinóque profectis hominibus, quondam populi Florẽtini hoſtibus honores in repub. tradentur: nobis autem vetuſtis ac veris Florentinis ciuibus, per quos illi victi ſunt quondam honores in repub. negabuntur? Et aduenæ ac ſubacti dominabuntur, nos ciues victoreſque illorum illiſipſis, quos vicimus, in propria patria ſeruiemus? Et quis tantam iniquitatem repugnantiámque rerum non modo perferre, ſed audire ſuſtineat.

Plebs contra nobilitatem arma ſumit.

Cùm hæc præſul, & huiuſmodi vociferantes haud molliter refutaret, eáque ex re iurgia contentionéſque ortæ eſſent, ita vt à proximis exciperentur, it confeſtim per vrbem rumor, inuadítque arma plebs, & ad publicas ædes decurrens eos, qui ex nobilitate in magiſtratu fuerant, vi & armis detractos in priuatam redegit formã ac in proprias ædes exauthoratos redire iuſſit. Nobilitas autem ob eam iniuriam erecta ſumpſit quidem arma, non tamen in vnum conuenit, nec decertare ea die, contra vim populi auſa eſt, ſed domi conſiſtens, vnaquęque familiarum ædes ſuas tutabatur. Aduentabatque his multitudo hominũ ex agro, & cum permagna vndique auxilia nobilitati ventura dicerentur anteuenire populus conſtituit. Itaque poſtera mox die primo cis Arnum familias aggreſſus arma intulit. Diuerſis in vrbe locis nobilitas habitabat, eo facilius fuit ſingulas inuadendo peruincere. Quamquàm omnes domos, turreſque ſuas quæque gens communierat, ac fortiter aduerſus impetum populi repugnabat: tamen vbi multitudo penè innumera vndique cingebat teláque & faces mittebantur, impar tanto certamini vnaquæque familia breui ſuperabatur, non tamen cædes facta eſt nobilitatis, ſed vt ſeſe populi arbitrio permiſerant incolumes ſeruabantur. Expugnatis eis Arnum familiis, & in poteſtatẽ redactis, trans Arnum eodem modo inuadere placuit. Ibi cõtentio longè maior fuit, quòd & robuſtiſſimæ nobilitatis familiæ trans Arnum habitabant, ac ſingulorum capita pontium ædibus turribusque comprehenderent, vt eo peruadere multitudo non poſſet. Hæc difficultas aliquamdiu impetum populi remorata eſt: tandem verò ad infimum pontem (ibi namque nobilitas imbecillior erat) impetu facto: cum à plebe quoque trãs Arnum incolit, raptis armis procurreretur, ac ex vtraque ſimul parte multitudo populi nobilitatem inuaderet, deſerto, qui pro ponte ſtabant, præſidio, aufugerunt populóque tranſitum liberum permiſerunt. Tranſgreſſa igitur per infimum pontem multitudo cum proximas familias in poteſtatem redegiſſet, mox inde in cætera pontium capita vim intulit. Idem ad trinitatis, idem ad veterẽ pontem factum & vtroque in loco prælia conſerta, vehementiſſimè tamen omnium ad ſuperiorem pontem decertatum: quia circa illum erat nobilitatis potentia, & iuuabatur natura atque ſitu: quòd ex altera flumen, ex altera mons domos muniebat. Viam, quæ vnica ad eos ferebat impedimentis iactis & domorum altitudine facile tutabantur: hic igitur aliquandiu conſtitit populi impetus, nec prius perrumpere potuit, quam multitudinis pars ſub vexilis miſſa è diuerſa protinus regione aſcenſo monte de ſuper arma cepit inferre, hinc fractæ vires diſſipatęque ſunt & ſimul à ſuperiore quoque ponte ceſſante pręſidio penetratum. Aedes propter contumaciorem reſiſtentiam in iis locis à multitudine infima direptę, frequentes etiam incendio conflagrarunt, hominibus tamen ipſis poſtquã in poteſtatem populi ſe dederunt humaniter parſum. non enim odio atque maleficio certabatur, ſed de potentia, de authoritate, de præſtantia in republica omnis erat contentio.

A.C. 1343.

Nobilitas Florẽtina à plebe ſuperatur.

Populus victor rempub. conſtituit. Leon. Aret.

§. I.

VICTA nobilitate populus cum in arbitrium poteſtatémque ſuam haud dubiè rempub. redegiſſet, confirmare iam inde ciuitatis ſtatum perrexit. Itaque & conſtituta iuſtitiæ in antiquam formam reſtituit, & ſocietates populi renouauit, numero tamen eorum mutato pro noua partitione vrbis, vt quaternæ ſingulis tribubus ineſſent. Ita ſexdecim tunc primum ſocietates populi fecit cum ante viginti mox nouendecim fuiſſent. Duodecim viri, vt ante, in conſilium Prioribus attributi omnes è plebe. Suffragia quoque magiſtratuum ex integro refecta, quibus in triennium ſortirentur eáque delectu habito diligenti, vt ex magna mulitudine pauci obtinerent: Ad minuendam verò nobilitatis potentiam permulti ex eo numero ad plebem volentes, idque flagitantes traducti. Datum illud pro ſummo beneficio illis, quorum aut vita modeſtior fuerat, aut potentiæ parum. His peractis cum tranquilla iam omnia domi viderentur, foris itidem cura ſuſcepta. Illud in primis prouiſum, vt Aretinis, qui per tyranni ruinam libertatem ſibi arripuerant,

ſuſpicio

A.C. 1343. ſuſpicio omnis tolleretur, ne quid ea formido turbationis induceret. Decreto igitur facto publicè ius omne, quod Florentinus populus in vrbe Aretio habuiſſet, ſponte remiſſum eſt, *Aretinis Florentini ius ſuum remittunt.* miſſique legati, qui Aretinis gratularentur pro libertate de tyranno recepta, & Florentini decretum populi de remiſſione iuris deferrent. Hi cum Aretium veniſſent, in concione populi mādata expoſuerunt, decretúmque publicum ex ſcripto recitarunt. Aretini verò hæc audientes lætati ſunt, & omiſſa ſuſpicione fidem Florentini populi maiorem in modum complexi in amicitia perſeuerarunt. Nec multò pòſt inita ſocietas eſt, in qua Peruſini, Senenſes, & Aretini cum Florentinis fuere.

Pax cum Piſanis inita. His ab ea parte Hetruriæ conſtitutis, in Piſanos inde verſi animi fuerant. Fuerat enim cum his bellum, ex quo etſi pars recepta poſtmodū erat, tamen quia tyranno authore res geſta fuerat, non obligaſſe populum videbatur. Rurſus igitur fieri placuit. Per eam pacem Luca eis cōceſſa, caſtella verò Lucenſis agri, quæ tunc Florentinus poſſideret retenta. Hæc eo anno, quo tyrannus pulſus eſt domi foriſq́; geſta ſunt.

Principio ſequentis anni multitudo hominū ex Aretino Florentinóque agro collecta Pactios oppreſſit. Id erat genus nobile, caſtella in agro Aretino poſſidens, cæterum propter ſtudia diuerſarum partiū, viciniæ inſuper cauſa inuiſum, atque graue ob rapinarum crebritatem.

Nobiles Florentini ex principum aulis euocatur. A.D. 1343. Eodem anno contra nobilitatem exaratæ leges, atque illo inſuper incommodo affecta, vt qui ex nobilitate apud quemcunque regum tyrannorumúe degerent, continuò domum remearent, exilium publicationémque bonorum, niſi legi parerent, ſubituri, ob eam legem complures liberalitatē principum relinquere coacti domū rediere. Eius legis ferendæ non maleuolentia modo cauſa fuit verumetiam ſuſpicio, ne maiori gratia apud reges principes inita, aliqd per fauorem illorum aliquando molirentur.

Per idem ferè tempus in eos ciues, qui pòſt tyranni ruinam arces caſtelláque, quibus præfecti erant, dedidiſſent pœna conſtituta eſt; & magiſtratibus mandata cura, vti diligentius inquirerent. Eam ob legem frequentes damnati præſertim nobilium, quibus plurimum arces crediderat tyrannus.

Galteri Florentinorū tyranni res in Gallia geſtæ. A.C. 1344. Per hæc ipſa tempora Florentini ciues, qui in Gallia negotiabantur nunciauerunt Galterum nuper tyrannide pulſum, in Galliam ad regem profectum, querelas grauiſſimas contra ciuitatem poſuiſſe, ac per ſe & amicos apud regem niti, vt vis in corpora bonáque Florentinorum ciuium, qui per Galliam forent, ſibi permitteretur, eſſe verò periculum ingens, ne corpora in cruciatus, bona in rapinam illi dedantur. Iámque per eam ſocietatem, pleráſque ſocietates inſtitoréſque earum conterritos ad fugam reſpicere. Eo quidem nuncio commota ciuitas, incendente inſuper veteri odio priuilegium tulit in tyrannum, præmio ingenti conſtituto, ſi quis eum necaret. Et per contumeliam effigies eius apud ædes publicas cum inſignib. vitiorum notis depicta.

Oratores quoque ea de cauſa ad regem miſſi ne forte re temere credita aliud (vt fit) per gratiam condonaret tyrāno. Nec multò pòſt legati A regis Florentiam venerūt ſatisfieri tyranno poſtulantes. Petebant verò permagnum auri pondus ad recompenſationem damnorum, quæ à furente multitudine ſibi prædicabat illata. His ampliſſimo conſilio cum mandata regis expoſuiſſent, reſponſum humaniter eſt pro regis, qui mittebat reuerentia. Cæterum ipſius tyranni ſcelera, ſordes, periuria, cæteráque improbiſſimi hominis flagitia ſic patefacta, vt legati ipſi obmuteſcere tantam ob malignitatem cogerentur. Ad extremum abdicationes prolatæ: quas ille non Florentiæ modo, ſed etiam Puppij, tam procul ab vrbe, libero in loco metu omni ceſſante ſua ſponte feciſſet. Nec tamen ſe admirari quòd ille contra confeſſiones ac iuſiurandum ſuum nunc veniat. Deſiſſe eum pridem hæc B admirari: cum ille calcata religione & fide populo data per fas & nefas omnia fecerit: ad quæ cum libido animi cupiditáſque impulerit, nullum pudorem hominum, nullum Dei metum vnquam habuiſſe. Debere præſtantiſſimum regem non modo aures ſcelerato homini nō præbere, verum etiam illius nequitiam vltro compeſcere. In hunc ferè modum illis reſponſum C eſt, & honor de induſtria maior habitus vt legatorum quoque regis animus per obſequium teneretur. *A.C. 1344.*

Ratio qua pecuniæ mutuentur Florentiæ inuenta.

§. II.

EODEM anno maximum eſt reipublicæ fundamentum paruo principio iaci cœptum. Ciuibus reſpublica debebat auri pondo D circa millia ſeptuaginta mutuo ſumpta ob Lucæ redemptionem. Ea igitur ſumma cum ob anguſtiam ærarij diſſolui non poſſet, ac iniquum videretur ſuos fraudare ciues, qui fidem publicam ſecuti mutuo dederant: hæc media quædā inter has difficultates reperta eſt via. Hominibus eorum, quibus debebatur, tributim deſcriptis, annui reditus è publico conſtituti ſunt quinque ex ſingulis centenis. Quantitates verò ipſas in vnum coaceruatas à ſimilitudine cumulandi vulgo montem vocare. Idque poſtea in ciuitate ſeruatum quoties reſpublica indiget, E ciues tributa ſoluunt, quaſi communitati mutuantes. Vnde & præſtantiæ vulgariter nūcupantur. Solutorū verò penſiones annuas percipiūt qui ſoluerunt mutuando, inde quinque pro centenario ſoluto recipientes. *Præſtare vulgò mutuare dicitur vnde præſtantię ſunt mutuo datæ pecuniæ.* Hi montes cumulationeſque pecuniarum bellis quidem creſcunt, quia tunc onera præſtantiarum ciuibus imponuntur, quæ ſoluere eos oportuit pace minuūtur, quia ex reditibus communitatis, ex gabellis & aliis viis de capitali redditur creditoribus montis, & ſic abundante pecunia reipub. diſſolutio fit crebra, & peremptio dicti crediti. Quātitatum verò deſcriptarum venditio eſt ciuibus inter ſe & permutatio, vt in cæteris mercimo- F niis pro tempore, pro ſpe, pro commodo minuitur earum pretium atque augeſcit. In emptorem eadem commoda, quæ ſolutor ipſe percepturus erat, transferuntur. Ea res facit vti ciues ad crebras tributorum ſolutiones perdurent, non pereunte omnino, quod ſo-

A.C. 1344. ſolutum eſt:ſed vtilitatem etſi non magnam tamen aliquam afferente. Poteſt autem communitas ad placitum ſuum reddere ciuibus, quod per præſtantias ſoluerunt,& tunc vltra non reddit eis,ſcilicet illa quinque procentenario. Poteſt etiam(vt dictum eſt)alteri vendere ciui laico vel clerico ius ſuũ ille, cui ſoluit cõmunitas præſtantias dictas, vel permutare. Et pretium talis crediti variatur ſecundum tempora pacis vel guerræ. Nam aliquando aſcendit pretium centenarij vſque ad ſexaginta florenos,aliquando deſcendit vſque ad duodecim pro centenario.Vt in anno domini 1456. Intra iſtos duos terminos ſummum & infimum variatur multipliciter pretium dicti crediti. Super qua materia facta multoties magna quæſtio eſt inter doctores theologiæ & canoniſtas,& libelli plures editi,vtrum licitus ſit talis contractus. Et primo vtrum ſit ciui ſoluenti talia onera communitati licitum recipere illum annuum reditum ſcilicet quinque pro centenario, quouſque recipiant ſuum capitale ſeu pretium eius tunc currens.Et communiter tenebatur quòd ſic,ratione damni & intereſſe,quod inde recepit. Secundum vtrùm ſit licitum tale ius emere, ab eo qui ſoluit.Et hoc magis dubium,aliquibus aſſentibus eſſe licitum, aliis negantibus.Determinationem huius & rationes vide alibi, ſcilicet in ſecunda parte ſummæ,titu.de vſuris.

Præſtãtiæ ſunt licitę.

Par.2.ſum. D.Ant.tit. 1.c.11.

Leges populi Florentini iniquæ.

§. III.

A.C. 1345. PRINCIPIO ſequentis anni creſcente in potentiores odio leges duæ ad populum latæ ſunt.Vna in clericos iniqua,per quam omnibus eorum priuilegiis derogabatur. Altera in ciues ingrata, per quam dona ac munera hactenus quibuſcunque meritis à populo tradita in irritum vocabantur. Fuiſſe tunc ciuitatem in arbitrio multitudinis imperitæ decreta ipſa oſtendunt.Quid enim hac poſtrema lege(ſi modo illa lex nominanda eſt, quæ dedecus & infamiam reipublicæ parit) iniquius ac vilius excogitari vnquam poteſt?Defectionem fidei, quæ etiam vni priuato turpiſſima eſt,populo toti impingere? Nihil vnquam in republica vtile exiſtimandum eſt, quod ſit contra dignitatem. Dignitas porro & inconſtantiam & ingratitudinem longè repellit. Per eam legem multi quorum maiores virtutis gratia à populo donati fuerunt,munera ipſa & dona relinquere magna cum hominum querela coacti ſunt.

Imperitæ multitudinis iniquitas qualis ſint.

Eodem anno priuata ex re permagna non in ſingulos modo,ſed etiam vniuerſæ ciuitatis incommoda peruenerũt Bardorum(vel Baldorũ) erat familia omniũ locupletiſſima, permagnas multis in locis ſocietates habens. Hæc ſumma & indubitata fide cũ apud ciues,cæteróſque ad eã vſq; diẽ fuiſſet,ac multorũ(vt fit)pecunias in manib. haberet, repente inopinatóque fefellit. Cauſa verò huiuſmodi fuit, quòd ſurgentibus tunc maximis inter Francos Anglóſque reges bellis, quidam eius ſocietatis magiſtri in Britannia degentes,credita regi Anglorum intolerabili pecunia eo rem adduxere,vt neceſſarium fuerit fidem ſocietatis abrũpere.Fracta igitur ſocietate,creditores cum reliquias proſequerentur,compertum eſt auri ſupra quinquies centena millia priuatis nominibus ſocietatem debere.Mutuo autem regi data circiter ſepties centena millia,in quibus & propriam ſocietatis pecuniam & eorum qui ſocietati crediderant abſumptam conſtabat.Ea res inopinata & grauis cum multorũ patrimonia afflixiſſet, traxit poſt ſe ruinam minorum ſocietatum, tum ob varia damna,quibus ſingulę implicatę erant,tũ quòd ortis apud omnes ſuſpicionibus:ad repoſcenda ſua quiſque credita properabat. Decoquentib. itaque permultis inæſtimabilem iacturam ciuitas ſubiuit,fidéſque anguſta in foro omna iperturbabat.

Baldorum familia fidẽ Societatib. fallit.

A.C. 1345.

Nolo hic omittere, etſi nihil de hoc dicat Leonardus in hiſtoria, cuius verba referimus, quòd communiter tales mercatores vel trapezitæ, qui faciunt magna hinc inde commercia recipiunt à plurimis multas pecũnias ſub nomine [a] depoſiti.Sed ſi intendunt deponentes tales pecunias, inde recipere aliquid emolumenti ex pecunia depoſita ſaluo capitali, aliàs non deponerent apud eos pecunias ſuas, vtique vſuram committunt,quia mutuum eſt verè & ſub ſpe lucri,etiam ſi non faciant cum illis aliquam pactioné.xiiij.q.iij.ſi fœneraueris,& extra de vſur.conſuluit. Et quamuis iſtud non pertineat ad materiam hiſtoriæ,vtile tamen eſt & ſaluti ferum animæ hoc ſcire,pro qua re hiſtorias referimus.

Depoſitũ eſt vſura palliata.

Vſura quid. lib.5. Dec. tit.19.c.10.

Sollicita ob eam rem ciuitate, Lupus media die porta Collina ingreſſus, per vrbem decurrit peragrata maximè trans Arnum parte cum clamor venantium more illum proſequeretur tandem egreſſus alia porta Piſana via oppreſſus eſt.Eadem quoque die ſigna populi ad publicas portæ ædes ſupra portam ſculpta ſua ſponte cecidere.His auguriis multorum animi in timorem verſi ſunt,nec multò pòſt à Gallia nunciatum regem Franciæ ciuitatis cauſam contra iuſtitiam æquitatémque improbaſſe. Edicto tamen tempore,vt qui ciuis Florentinus quæque ciuis Florentini bona poſt dies ſexaginta in regno repetirentur: in eos eáque vis ac poteſtas tyranno illi Galtero foret.Ob eam rem incommoda magis accepta ſunt, quàm damna, quòd ſpacium habuerant ſe ſuáque colligendi.

Lupus medĩa percurrit ciuitatem.

A.C. 1346.

Altero dehinc anno primo ſtatim vere ſolicitam habuit ciuitatem formido ſterilitatis. Nec in verna tantum intemperie cœli,quantum in ſuperioribus imbribus,qui circa ſementem omnia diluerant, metus inerat. Itaque ſegetes perpaucæ in agris,& illæ ipſæ ſqualidæ arenteſq; cernebantur:Et augebat metum,quòd non vnã tantum aut alterã Italiæ partem: ſed totas omnino regiones eadem premebat calamitas. Ex hoc metu cariſtia primo coorta,eáq;ipſa indies augeſcens, tandem,vbi ad meſſis tẽpora ventũ

a Eodem Depoſiti nomine cùm noſtris temporibus vſura tegeretur, in celeberrimo mercatorum Lugdunenſium conuentu,& nonnulli eſſent qui talem pecuniarum quæſtum licitum eſſe prædicarent, fælicis recordationis Pius. 5. Pont. max. D.Ant.hoc in loco ſententiã ſecutus bulla quadã de eare edita tale depoſitum vſuram in ſe continere declarauit,vnde Nauar. in manu.cap.17.num.283.lit.n.

eſt

A.C. 1345. eſt: tunc iam ipſa re defectum arguente, cùm nil ferè ex agris reportaretur, circumſpicere ſeſe homines, ac futurum horrere, paruóſque iam inde natos & imbecillem turbam miſereſcere. Cùm ergo fames haud dubiè immineret, ſolers planè ad hoc ciuitas in Aphrica, Sardinia, & Sicilia, aliiſque locis permultis vi magna frumenta comparata mari ſimul terráque importanda curauit. Nec tamen eo modo euitari potuit, quin difficultates maximæ eo anno ſubirentur. Turba enim ex agro in vrbem mendicatura longis agminibus mulierum puerorúmque aduenerat, ex finitimis etiam ciuitatibus, B quæ minus ad hoc prouidæ fuerant, multitudo quoque concurrerat, vt infinitus prope numerus foret alendus. Magnúmque in his ciuitatis meritum, humanitáſque eluxit. Nō modo enim non reiectus eſt quiſquam aduenarum peregrinorúmque, ſed etiam ſi tenuis foret, liberalitate gratuita per tantam rei frumentariæ inopiam ſuſtentatus, vt prope collatū à ciuitate beneficium in genus humanum videretur. Multa inſuper eo anno tenuioribus indulta. Et illud in primis, quòd creditorum acerbitas repreſſa eſt lege data ne quis niſi certa forma pro ære alieno conueniri poſſet. Satis enim premi cariſtia ipſam multitudinem exiſtimauit ciuitas. Et accedebant ad cariſtiam morbi, qui multitudinem conuenarum ſoli & vrbis inſuetam conſecuti vrbanam quoque comprehenderant turbam, vt commiſerandum & ſuccurrendum foret fame cum morbo laborante ciuitate.

Eorūdem in egenos liberalitas.

Noua inſuper cura ſollicitam reddidit ciuitatem. a Carolus enim Ioannis regis filius ele-

Carolus Lucemburgenſis Cæſar deligitur.

a *Anno Chriſti, 1346. Carolus iiii Rex Romanorum contra Ludouicum Imperatorem in Schiſmate creatus regnauit & imperauit annos 32. menſ. 7. di. 22. Onup. Hanc autem Carolum Luxemburgenſem Bohemiæ Regem Ioannis filium, litteris & multarum linguarū peritia ornatum Clemens Pont. in Bauari dedecus & depreſſionē in Cæſarē fieri declarari. Blon. li. 10. de. 2. Anno verò ſequenti obiit Ludouicus Bauarus hoc modo. Ioanna Duciſſa Auſtriæ ex Sueuia reuerſura in Auſtriam, voluit Ludouicum viſitare, qua die Princeps cupiens conuiuium habere, omnibus cū hilaritate conſummatis, cum ex eodem poculo à Duciſſa porrecto biberet, ſenſit ſtatim ſe grauatum. Vnde accepta occaſione exiuit venatum. Paralyſi dehinc percuſſus, ex equo corruit & ſic expirauit. Naucler. gener. 45. Nota obiter terribilem & lamentabilem Principis excommunicati, & Romanæ ſedis aduerſarii exitum. Poſt cuius mortē Anno Chriſti. 1348. quidam Electores Eduardum ex Rege Angliæ Regem Romanorum creaueruut in ſchiſmate contra Carolum quartum, & poſtea eo non ineunte Cæſar Gunterus Rex Romanorum creatus regnauit menſis ſex. quo eodem anno mortuo, ſolus Carolus quartus, decimus quintus è Germanis Imperator regnauit & imperauit annos 29. men. 11. di. 2. Onuph. ex Alberti Argentinenſis Chronico, Albertini Muſſati Patauini Ioannis & Matthæi Villanorum hiſtoriis. Sic igitur Deus effecit vt Vicarii ſui Pont. Rom. Clementis ſexti, contra Bauarum & eius ſucceſſores ſententia probaretur: iſque ſolus rerum potiretur, qui eius authoritate Imperator electus fuerat. Sander. de viſ. b. monar.*

A.C. 1346. A ctus ad imperium, ferebatur; ob eam rem formido iniecta eſt ciuitati, nec immeritò quidem. Veniebat enim in mentem & cum Henrico eius auo, qui caſtra ad portas ipſas Florentinæ vrbis habuerat, & cum Ioanne patre bella quoque continuata ferè geſta fuiſſe, multiſque illorum cœptis per Italiam ab hac ciuitate obuiatum. Denique hunc ipſum Carolum adoleſcentem modo, non expertem fuiſſe belli cum & Lucæ & per Galliam rudimenta ipſa iuuentutis aduerſus hunc populum ſuo etiam detrimento poſuerit, quibus de cauſis redire odia infeſtationéſque credebantur. Cæterum harum rerum querela, & conſternatio erat. Nulla tamē remedia tunc adhiberi poterāt, prementibus iis quæ ſuprà diximus incommodis. Mimas oppidum nobile in poteſtatem populi peruenit, dedentibus oppidanis ob inteſtinas obſidiones, & nobilitatis iniuriis fatigatis.

Altero dehinc anno priuſquàm ſegetes maA.C. 1347. tureſcerent, eædem quæ ſuperiori tempore difficultates rei frumentariæ populum tenuere. Maturis deinde frugibus atque collectis difficultates illæ priſtinæ ceſſauerunt variis tamen languorum generibus laborabatur. Et peſtilentiæ C qua poſtmodū vaſtata eſt Italia, ſigna quædam horrenda tunc apparuerunt. Eo clades biennio ferè antequàm haberi notitia poterat in orientis partibus coorta: mox inde per populos peſtilenti contagio euagata, alia ſubinde appetendo loca regiones cumulatis funeribus inanierat. Febris erat peſtifera, & inguinis tumor. Id quaſi venenum quoddā robuſtiſſimos iuuenes alioquin ſanos repente inuadens, pauciſſimis interdum enecabat horis. Contagia omnia exitioſa erant. Ea igitur tunc ciuitatem ingreſſa imbecilliora primum corpora puerorum puellarumque conficere cœpit. Indéque ad firmiora tranſgrediens: per omnem ſexum ætatémque D vagata eſt.

Grauiſſima in orbe peſtilentia Blon. ibid.

Anno ſequenti ſcilicet anno domini. 1348. peſtis iampridem ingreſſa vrbem ita deſæuit: vt ſuprà fidem videatur ſtragem hominum referre ſexaginta amplius hominum millia defuncta morbo intra vrbem conſtat, & inſignes viros quorum conſilio reſpublica nitebatur, ferme omnes ſublatos. In agro autem exinanita cuncta, ac penè deſerta. Conuentus religioſorum copioſi in ciuitate ferè euacuati ſunt. Et tunc (vt dicitur) cœperunt religiones mendicantium, quæ florebant in Eccleſia Dei relaxari & tepeſcere, tum deficientibus in eis ex morbo plurimis patribus & notabilibus viris, qui eas E doctrina & exemplis ſuſtentabant, tum ex cauſa tot ſcilicet & talium infirmitatum relaxato rigore in cubo & aliis: ceſſante autem peſte rigor ille reparari non valuit: ex tepiditate ſuperuenientium tam præſidentium quàm ſubditorum. Ex qua etiā peſte migrauit ad dominū Bononiæ excellentiſſimus doctor canonum Ioannes Andreas ſpeculum iuris canonici, qui Nouellam fecit ſuper decretales & gloſſam edidit ſuper .vj. & clementinas, & ſcriptum ſuper vj. cum quæſtionibus Mercurialibus, & additiones ad ſpeculum iudiciale Guil. & Hieronymia- F nam ex dictis præcioſis Hier. Ob eam calami-

Quando collapſa maximè religioſorum diſciplina.

A.C. 1348. tatem nihil publicè geri eo anno potuit. Tandē aduerſus latrones, qui per Apennini iugum itinera infeſtabant, copiæ miſſæ ſunt.

Sequenti etiam anno parum vel nihil geſtū eſt, conſternata adhuc ciuitate ſuperiori peſtilentia. Tantum Collenſes & Sangeminianenſes domeſticis ſeditionibus laborantes in poteſtatem populi Florentini redierunt. Et circa Apenninum aliquot caſtella de Vbaldinis capta, in quibus latrocinia exercebantur.

Regum Apuliæ geſta. Blon. ibid. & Æmyl. lib. 9.

§. IIII.

AD ſuperiora tempora aliquantulum redeundo, vt de regno Apuliæ aliqua tangamus: ſciendum, quod [a] Robertus rex Apuliæ ad extrema veniens neptem ſuam ſcilicet Ioannā filiam filij ſui Caroli ante deceſſum patris ſui Roberti præmortui, vxorem dedit Andreæ filio Caroli regis Vngariæ, qui Carolus Germanus fuerat ipſius Roberti. Et ipſum Andream nepotē ſuum & maritum Ioannæ nepotis ſuæ poſt ſe moriens regnare in Apulia cum Ioanna ex teſtamento conſtituit. Qui Andreas tribus annis cū illa regnauit, poſtea necatus eſt.

Et ad maiorem declarationem recolendum quòd Carolus primus rex Apuliæ & Siciliæ: cui ab eccleſia collatumq́ eſt regnum, filium vnū ſuperſtitem reliquit, qui & Carolus dictus eſt, ſed ſecundus. Qui Carolus ſecundus multos filios ex ſe dereliquit. Et idem Carolus nauali prælio prope Neapolim à copiis Aragonum

A ſuperatus in Aragonia per aliquod tempus captiuus manſit, vt ſuprà dictum eſt. A.C. 1349.

Dum autem in captiuitate detineretur iſte Carolus ſecundus mortuus eſt pater eius Carolus primus, regnúmque Apuliæ ſuſcepit alter Carolus primogenitus dicti Caroli ſecundi captiuati, & regium nomen ſuſcepit: ſed reuerſo patre Carolo ſecundo à captiuitate, depoſito, & noīe regio, & regno ipſo Apuliç ſuſcepto, prædictus Carolus eius filius in Pānoniā miſſus regnū Vngariæ obtinuit ex hæreditate materna. Et ita partito quodammodo honore pater in Italia, filius in Pannonia regnat, vterque Carolus nominatus. *ſup. tit. 20. cap. 4. §. 9.* *Breuis regū Apuliorum hiſtoria.*

B Mortuo deinde poſt aliquot annos Carolo ſecundo, Robertus ſecundus natus poſt Carolum regem Vngariæ, ſucceſſit in regno Apuliæ. Non deerant tamen permulti, qui è Pannoniis, euocandum legitimum ſucceſſorem exiſtimarēt ipſum ſcilicet Carolum germanum Roberti, ſed antè eum genitum, vnde & potius ſucceſſorem regni Apuliæ, quare ſuberant iam querelæ & incuſationes. Sed Robertum per omnem ætatem in Italia commoratum, egregia inſuper indole fauor populorum complectebatur. Fratris verò C filios veluti longinquitate alienatos vix iam cognoſcebant populi. Et quia latiſſimè in Pannoniis dominabantur, ſatis ſupérque regni poſſidere arbitrabantur.

Robertus autem iſte filium habuit vnicum nomine Carolum, quem per Caſtruciani belli tempora Florentiam veniſſe ſuprà oſtenſum eſt cum ingentibus copiis. Sed hic Carolus viuente adhuc patre Roberto defunctus eſt, non relinquens ſobolē maſculinā, ſed duas filias, quæ apud auum tunc infantes educabantur. Ex Carolo Vngariæ rege alius nomine etiam Carolus D natus eſt, huic duo filij ſuperſtites fuerunt ſcilicet Ludouicus & Andreas: quem Andream adhuc adoleſcentem Robertus rex Apuliæ, vt ſuprà tactum eſt, quaſi bona fide recognoſcens vt ad eum rediret regnum ipſum, ad quem prius magis de iure ſpectabat, Ioānæ nepti ſuç ex filio ſcilicet ortæ maritum dedit, ac vna cum illa regnare teſtamento in Apulia conſtituit. *ſu. c. 6. §. 2.*

Traductus igitur in Italiam adoleſcens Andreas, & Ioannæ coniunctus, cū non ſatis benè inter ſe conuenirent, nec deeſſent qui maritum E contra reginam concitarent, couſque ſimultates odiáque occulta proceſſere, vt vocatus per noctem adoleſcens, quaſi magnū aliquid vrgēnſque inſtaret, per fautores reginæ, laqueo repente iniecto ſuſpendio necatus ſit. Conſciam fuiſſe reginam tam atrocis facinoris creditum eſt, & auxit infamiam alter ſubinde coniunx ab ea ſuſceptus. Ea fœditas Ludouicum Vngariæ regem permouit, vt cum exercitu in Italiam veniens, & fratris necem indignam, & regnum quaſi ſibi debitum vindicaret. Regina Ioanna metu exterrita in Narbonenſem aufugit prouinciam, nec multò poſt eam ſecutus nouus coniunx (erat enim & ipſe quoque patruelis) F paruo comitatu in agrum Florentinum aduenerat. Fugiebat enim & ipſe Ludouicum dictū regem Vngariæ Apuliam cum magno exercitu ingreſſum *Obſerua quā infœlicē ſucceſſū habeāt inceſta connubia.* *Hienouus coniunx Ioānæ Ludouicus Tarētinus dictus eſt.*

[a] *A.C. 1343. 14. Cal. Febr. obiit Rex Robertus magna imperij prudentiaque gloria quo mortuo Andreas maritus Ioanna regina Sicilia, filia Caroli Ducis Calabria ante patrem Robertum mortui (vt ſuprà. cap. 6. §. 9. vidimus eodem anno creatus eſt, regnauitq́ue cùm Ioanna vxore ſua an. 2. m. 8. ſtrangulatus Anetha, in dius vxoris ſua. 14. Cal. Octobr. A. C. 1345. Quo extinctio Ludouicus rex Hungaria Andrea frater in Italiam venit. A. C. 1348. & rex Sicilia appellatus eſt, regnauit an. 5. & dies aliquot. Anno enim 1352. omnia qua habebat in regno hortatu Papa Clementis xi. Regina Ioanna dimiſit. Quare hac iterum Coronata eſt Neapoli cum Ludouico Tarentino ſecundo marito ab Archiepiſcopo Brauarenſi Nuncio Clementis VI. 6. Cal. Iunij eodem anno. Sed demū capta eſt Neapoli à Rege Caroli iij. anno 1381. 4. Non. Sept. & anno ſeq. 1382. 4. Idus Iunij in carcere iuſſu Caroli tertij ſtrangulata eſt. Regnauit an. 38. menſ. 7. d. 15. Ex Blondo, Aemyl. Onuph. & aliis Ab hac autem regina Ioanna Pontifex vrbem Aueniomenſem cuius patrimonij iuris erat, in venditionem accepit. Blon. Plat. Geneb. vide infrà tit. 22. cap. 2. §. 7.*

A.C. 1349.

ingreſſum.Ciuitas autem Florentina,quoniam domeſtica erat illius familiæ diſcordia,ac res atrociſſima agebatur,neutri parti fauere conſtituit.Itaque neque in vrbem venire cupientem permiſit, nec vllo auxilij genere poſtulantem licet proſecuta eſt. Vindicta autem facta in regno Apuliæ per regem Vngariæ contra eos,qui fuerunt ſuaſores vel cooperatores tanti ſceleris: Demum reg num ipſum remanſit reginæ Ioannæ,in quo diu regnauit. Nec tamen euaſit impunita.Nam vt infrà patebit: cum operam daret ſchiſmati eccleſiæ,ab ea ablato regno,& collato eius conſanguineo Carolo tertio, ab eo necata eſt.

inf.tit.22. c.2.§.7.

A.C. 1347.

Anno autem Domini. 1347. igneus vapor magnitudine horribili èboreali ſe mouens regionem,agno aſpicientiũ terrore è cœlo labitur: quo anno quedã beſtiolæ multiplicato numero ex aere in terram ceciderunt, quarum corruptio & fœtor peſtilentiam ſupradictam intulit.

Terræ motus ingens.

Anno.1349. Villacum Germaniæ vrbs terræ motu corruit,& per Pannoniam & Italiam non nullæ ciuitates mutauerunt: in quibus ædificia quædam funditus corruerunt.

A.C. 1350.

Anno a ſequenti Iubilæus fuit declaratus per Clementem & inſtitutus.

a *De hoc ſupra, ante §.1 .Hoc autem anno tantam Romæ preſſuram, potius quam frequentiam populorum, Petrarcha, qui interfuit fuiſſe refert, vt nihil obfuiſſe peſtem appareret, ſed ex omni Europa Christianum profeſſa nomen illo confluebat, diebus ſingulis multitudo. Blond. ibidem.*

Ioannis vicecomitis dominatus & ciuitatis Florentinæ geſta. Blon. ibid. Leon. Aretin.

§. V.

Ioannes Archiepiſcopus Mediolanenſis & Dominus latè imperat.

ANNO Domini. 1350. noua & magna rerum certamina ciuitati exorta. Nã a Ioannes vicecomes Mediolanenſium præſul ſuſcepto per Galliam citramontanam à ſuis lato dominatu imperabat, & ad veterem ſuorum potentiam maxima & ipſe addiderat incrementa. Ex quo egregiè potens, tyrannorum omnium Dominus factus cum iam antea formidabilis eſſet:tũ auxit timorem Bononia per hoc ipſum tempus dominio eius adiuncta, ciuitas magna & finitima, vt eam poſſidens tam ingens potentia minimè quietura videretur. Aduerſus hunc igitur naſcentem morbum remedia quærens ciuitas, non ſubito, nec impotenti & temerario impetu: ſed maturitate, prudentia, & conſilio ea veſtigabat. Grauiter ferre Pontificem Romanum (qui Clemens ſextus erat) Bononiæ occupationem non ambiguum erat. Formidari etiam Mediolanenſium robur à Maſtino,cæteriſque finitimis tyrannis

a *Ioannes Vicecomes creatus eſt Dominus Vrbis Mediolanenſis ſolus. x. Cal. Febr. anno 1349. mortuo fratre Luchino. Præfuit an. 5. m. 8. d. 12. Onuphr.*

A.C. 1350.

A exiſtimabatur. Cum his omnibus ſi ſocietas iniretur, accedentibus Hetruriæ ciuitatib us, quæ tunc erant in fœdere, ſatis ſuperque virium fore adcomprimendam Mediolanenſium potentiam exiſtimabant. Data his omnibus opera occultè à ciuitate Florentina eſt. Denique ciuitatis conſilio, & opere factum eſt, vt & legatus à Pontifice miſſus, & tyrannorum ciuitatumque oratores huius rei cauſa in vnum coirent. Conuentus congreſſuſque omnium Aretij fuit. In re agitanda tractandaque Peruſini quoniam longius aberant à ſuſpicione B periculi, minus eam ſocietatem appetere comperti ſunt. Etſi id non apertè, ne diſcrepare à ſocietatis voluntate viderentur, ſed per ſingula rerum tractandarum capitula difficultatem reperientes, diſceptanteſque ac damnum allegantes rem in longum protrahebant.

Mors Maſtini Scaligeri Veronenſium Tyranni.

Inter hanc moram nuncius de Maſtini morte venit, eaque de cauſa conuentus re infecta dimiſſus cum inde deprehenſa Peruſinorum mente vel præter eos ſtatuiſſent cæteri in ſocietatem coire. Hoc igitur quaſi fortunæ beneficium cœptis ſuis fauentis accipiens præſul (ſenſerat enim conuentus Aretij C factos, & contra ſe parari intelligebat) maiora ſtatim animo concepit. Itaque confeſtim ſagaci opera, per Hetruriam ac Flaminiam cunctos diuerſæ factionis homines in ſui amicitiam tutelamque pellexit. Ne quid verò ſibi à tergo relinqueretur, Maſtini filium, qui mortuo patre in dominatum ſucceſſerat, multis magniſque pollicitationibus delinitum non modo auertit à propoſito paterno, verum etiam fœdere ſibi inſuper amicitiaque coniunxit. Quo facto cæteri quoque per Galliam tyranni in eius amicitiam D conceſſere.

Hunc Maſtini filiũ Canem grandem vocat Blõ.

Inter hęc propoſitum diſſimulans de Florentino populo amiciſſimè loquebatur, Scribebatque nonnunquam, quo ſuſpicionem auferret. Bononiæ copiis, quas in vrbe habebat Barnabam præfecerat nepotem ſuum viderique cupiebat mentem ſuam ad alia ſpectare: quin etiam, vt alibi bello inſpiceret, & implicaretur: exercitu ad Imolam miſſo obſideri eam vrbem iuſſit. Affuerunt in obſidione Bonorienſes magno quidem numero iuſſi hæc agere, ne relicti E domi per abſentiam copiarum aliquid molirentur, Affuerunt etiam Fauentini & Foroliuienſes, quorum tyranni partim ob inimicitias Romani Pontificis, partim ſimul ſtudio partium ſeſe Mediolanenſium coniunxerat. Præter hoc copias ſuas Barnabas adduxerat, equitum ad tria, peditum verò mercede conductorum ad quatuor millia. Hac multitudine copiarum fretus, primo ſtatim aduentu expugnare aggreſſus eſt. Quod cum minus ſuccederet, eam vndequaque præſidiis cinxit. Vi autem eam amplius expugnare non tentauit, expertus aliquoties fruſtrà F conari ſeſe aduerſus vrbem munitam foſſis, atque ab iis, qui erant intus, egregiè defenſam.

Hunc alij Barnabam alij Bernabonem vocant.

Imolã Præſul Mediolanenſis oppugnat.

Florentinis verò hoc inſpicientibus magis in dies creſcebat formido: præſertim cum Piſanos Mediolanenſi adhæſiſſe rumor vulgaſſet. Et dubitabatur de Pratenſium & Piſtorienſium fide quorum oppida & finitima vrbi & opportuniſſima bello inferendo, plurimum erant. Eorum ſi alterutro potiretur aduerſarius tam

A.C. 1350. exules inſuper inimicos, eorum qui rempubl. gubernabant armatos reducere in eorum ceruices ſtuduimus. hæc qualia ſint de vobis ipſis coniecturam facite. Neque enim cùm ipſi nos curam habeamus libertatis noſtræ, pro illa pericula omnia, mortem etiam ipſam, ſi expediat, oppetendam prædicemus num eundem ſenſum cæteris hominibus eſſe exiſtimandum eſt? Reductionem exulum quibus quæſo indignationibus perferremus ſi non pactione conſenſuque noſtro, ſed armatos, & per vim improuiſè quis eos introduceret in ceruices noſtras? Hæc omnia penſantes inimiciſſimo erga nos eſſe animo Piſtorienſes exiſtimare debemus ac poteſtatem omnem nocendi præripere. Illud oſtendatur verbis, non eſſe propoſiti noſtri eorum libertatem auferre, ſed pro incolumitate ſua & noſtra præſidium quoddam in vrbe eorum habere: quo & ipſi tranquillius degant, & nos ſecurius, & ſuſpicio de mentibus Florentini populi auferatur. Quod ſi recipere nolint, non eſſe ſic cum hac ſuſpitione dimiſſuros. Vnde collectis copiis cum auxilio etiam amicorum, illuc cum omni conatu pergendum: & ſi non acquieuerint præſidium in vrbem recipere, impugnare ciuitatem.

Hanc ſententiam ſecuta ciuitas magnum exercitum deſtinauit, qui Piſtorium circumcinxit. Et primò quidem, quod poſtulabant Florentini, facere recuſarant Piſtorienſes, ſe & vrbem contutantes. Poſt verba prius amicabilia ad illud perſuadendũ, cœperunt deuaſtationi agrorum inſiſtere, & multa grauia eis inferre. Propter quę demum acquieuerunt in vrbem præſidium Florentinorum recipere. Sicque Piſtorio Pratoque receptis Florentini minus iam in ſuſpicione degentes conquieuerunt.

Piſtorio Florentin potiũtur.

Mediolanenſis præſul Florentinos circumuenit. Iidem.

§. VI.

AVGEBAT autem fidem, minuebatque ſuſpicionem, Florentinis nocumenti percipiendi à Ioanne præfato Mediolanenſi præſule caritas eius ficta, quòdque pręſul ipſe & ſui, qui Bononiæ præerant, honorificentiſſimè de populo Florentino loquebantur, contentumque ſe vicinitate eorum oſtendebat, ſatis bene ſecum agi exiſtimans ſi dominatus Bononię nequaquam ſibi turbaretur. Et quia bellum Imolenſe adhuc ſuperſtes erat, & noua Bononiæ dominatio, videbatur cauſa ſufficiens multiplicandi, vel retinendi copias armatorum: hinc factum eſt, vt inter ſpem & metum dubia ciuitas Florentina perſtaret in armis, aduerſarius verò armaretur. Cùm autem ſatis paratus eſſet Mediolanenſis præſul, ciues Bononienſes primarios in ea ciuitate homines, quaſi coniurationis reos capi iubet. Ab his vti voluit tormentis extorſit, ſeſe de dominatu eius repellendo, liberandaque ciuitate, cum Florentino populo conſilia iniiſſe. Hinc arrepta belli occaſio eſt. Quid enim minus deeſt tyrannis, quàm falſas pro veris cauſas effingere? Hanc igitur illi prætexens cauſam cùm bellum mouere ſtatuiſſet, diuerſæ factionis homines, quos ſibi per Hetruriam coniunxerat, ad ſe in Galliam ciſalpinam vocat & eos in vnum congregatos aduerſus Florentinum populum incendit: Damna quæ per ſuperiora tempo r a ſinguli ab eis perpeſſi ſunt, memorat. Veniſſe tempus affirmat, ſi modo viri eſſe velint, Florentinum populum opprimendi, ac diuerſæ factionis nomen, ſcilicet Guelphorum, extinguendi penitus. Se enim (ſi illi operam ſuam polliceantur) exercitum magna multitudine Florentinum in agrum mittere, vrbemque vrgere ſtatuiſſe: & ita ſubitò circumuentum Florentinum populum reſiſtere non poſſe. A.C. 1350.

Huius dicta erant verò ſimilia, propter ſummam dicentis authoritatem ac potentiam. Omnes qui aderant læti etiam cum non tam certæ ſpei deeſſe vellent parati. Igitur Ioannes archipræſul nomine, re autem vera tyrannus, nõ quidem imitator Ambroſij Mediolanenſis Antiſtitis, cuius arma lachrymæ erant aduerſus milites, ſed Goliath, Allophylorũ capitanei, parat copias quibus præficit Ioannem Olegianum dictum. Qui tranſiens iugum Apennini montis, circa Piſtorium deſcendit, nec longè ab ea vrbe ponit caſtra. Florentini ſubita re audita, pene attoniti, quo ſe verterent, ad primum ſtatim nuncium neſciebant. Trepidabaturque, ne fortè aliquid arcanæ fraudis ſubeſſet. Reſumpta tamen fiducia de Deo & iuſtitia belli confiſi, miſerunt raptim quingentos equites & trecentos pedites, qui iuncti iis qui prius ibi in præſidio erant, animos fecerũt ad vrbem defendendam. Legati etiam inter primum tumultum ſtatim è Florentia ad Olegianum miſſi cauſas ſciſcitantur hoſtilis aduentus, & quid ſibi vellent flagitarunt. His in caſtra profectis cum mandata expoſuiſſent nihil aliud dux hoſtium reſpondit quàm conſueſſe præſulem Mediolanenſem amicis viciniſque ſuis, qui iniuriis premerentur, ſubuenire, audiſſe verò multos per Hetruriam à Florentinis premi & indignè iniuriis affici, veniſſeque ideo, vt eis opitularetur. Proinde aut accipiendum præſulem ipſum arbitrum, cognitoremque iuris & querelarum, aut vim eius experiendam. Eo reſponſo accepto, legati non diſceptandum verbis rati cum eo qui non rationem, ſed arma inferret, è veſtigio abſceſſere. Itaque cùm iam conueniſſent copiæ Olegiani, ſub ipſa mœnia præfectus recipi in vrbem poſtulauit. Id verò cum longè aſpernarentur, qui intus erant obſidere oppugnareque perrexit.

Ioannes præſul Mediolanẽſis. Ioannem Olegianũ cum copiis mittit in Hetruriam. A.C. 1351.

Per hoc ipſum tempus multis per finitimas regiones in locis tumultus ſunt concitati. Nam & Sachon ad Bibiennam Aretinorum oppidũ, ſubitò confeſtim inſultu, regionem terrore cladeque inuoluit. Et Pactij Vbertinique ab eorũ caſtellis omnia per ſuperiorem Arnum loca repentinis incurſibus infeſtarunt. Et Vbaldini per Mugellanum agrum ruentes, Florentiolam & quædam alia caſtella improuiſa cœperunt, inde copiis auctis latè prædabantur. Quæ omnia vno tempore nunciata cunctos horrore trepidationeque repleuerunt.

Sachon Florentinis infeſtus.

Olegianus verò aliquot dies circa Piſtorium commoratus cùm conſpiceret conſtanter à Piſtorienſibus reſiſti, nec motum intra vrbem vllum oriri, ab oppugnatione deſtitit, & Florentiam

A.C. 1352.

tiam verſus recta via per agrum Pratenſem exer A citum duxit,habens equitum ſupra decem, peditum verò mercede conductorum ſupra ſex millia. Prӕter hos auxiliariorum voluntarioruḿq; multitudo ingens ſequebatur. Cum his copiis haud procul ab vrbe ſuper Biſentium amnem caſtra poſuit,prædӕ rapinæq́ue nimiæ. Agmina armatorum,ſæpè ad portas vſque diſcurrentia,magno tumultu infeſtabant. His in locis cum aliquot dies perſtitiſſet,& commeatus iam deficere viderentur,receſſit. Poſt hæc ad Marinum fluuium caſtra fecit. Ibi Calenziano aliiſquė munitis locis expugnatis & præda facta,in B de arctis difficillimiſque ſaltibus præmiſſo pedite occupatis, in agrum Mugellanum copias tranſmiſit. His in locis Barbarinum & alia quӕdam caſtella non ſatis contra vim hoſtium munita dedentibus ſeſe incolis ſuſcepit. Poſtea ad Scarpariam copias duxit. Itaque id oppidum in poteſtatem redigere omnino, ſimul res conſtituerunt,volentes totius belli ſedem in eo ponere. Sed Florentini vallido illud præſidio delectorum militum firmarant. Cùm ergo qui in oppido Scarpariæ erant viriliter hoſtibus reſiſterent,machinas & tormenta cœteraq́ue oppu C gnandarum vrbium inſtrumenta parare, hoſtes adorſi ſunt obſidione facta quibus omnibus egregiè obuiabatur.

Olegiani res in Heturia geſtæ.

Sachon interea cum duobus millibus peditum quadringentis equitibus per Aretinum agrum euadens circa Ambram fluuium ſuos duxit,Ambram caſtellum iuxta dictum fluuium nitens accipere. Sed Florentini mittentes quam citiſſimè gentes ſuas,ac etiam Aretini, quibus omnibus præfectus fuit Albertacius Ricaſolanus,malitiæ illius obſtiterunt. Vnde cernens Sachon plures ſuis eſſe contra ſe venientes locum D dimiſit nocte fugiens. Ducenti tamen ex eis ſe receperant nocte illa in caſtrum Agnanum, Buſtatium Vbertinum ſecuti, qui illi caſtello dominabatur. Copiæ autem Florentinorum caſtellum illud expugnare adortæ ſunt. Qui poſt aliquam in reſiſtendo pugnam animaduertentes ſe non poſſe reſiſtere,pactione facta de incolumitate eorum,ſe dedidere,inde liberi recedentes Agnanum Florentini receperunt.

Florentini Agnanum capiunt.

Præſul Mediolanenſis Piſanos in Florentinos excitat. Blond. ibid. Leonard. Areti. A. E

C. 1356.

§. VII.

PER hoc ipſum tempus præſul Mediolanenſis oratoribus ad Piſanos miſſis, vt bellum aduerſus Florentinos ſuſciperent,flagitabat. Et ſi enim pax erat ciuitatibus, tamen quia audierat peruetuſtas vtrique populo inimicias fuiſſe, F ſtudiaque partium omnino diuerſa, perſuaſerat ipſe ſibi,perfacilè eos tali præſertim opportunitate oblata,ad capeſſendum bellum impelli poſſe. Hac igitur fiducia legatos mittit ad Piſanos, qui iniurias vetuſtas refricent,ad ſuſcipiendum bellum cohortantes. Pollicetur Barnabam nepotem ſuum cum maximo nouoq́ue equitatu ad Piſanos miſſurum. Hæc ſecunda oratione Piſa-

A.C. 1351.

A nis explicata audientes illexerant,præſertim cū ineuitabilem ruinam Florentini populi,certamq́ue exiſtimarent perniciem haud dubiè ſecuturam. In Piſanis autem tunc maximè Gambacurtæ pollebant familia opulenta, atque otij appetens & à ſtudio Florentini populi nequaquam abhorrens. Hi ergo veriſſimam rationem ſecuti,intelligebant ea,quæ poſtulabantur,non minus Piſanorum libertati, quàm Florentinorum periculum afferre præſulem dominatum quærere idq́ue vnum meditari, ſi Florentiæ cōpos fiat Piſis minime temperaturum. Perſuaſe- B runt ergo populo his poſtulatis non acquieſcere. Legatis autem dederunt reſponſum ſe ad præſulem ſuper his oratores deſtinaturos.

Miſſi ergo legati Piſanorum ad præſulem allegata Florentinorum pace quaſi deliberabundi ſubſiſtebant, neque negantes poſtulata, neque placidè recipientes. Quam ludificationem cum animaduerteret præſul,intelligeretq́ue nō ex populi Piſani,ſed paucorum voluntate agi, confeſtim oratores ſuos maiori apparatu Piſas remiſit,iubens vt concionem populi flagitarēt, & in ea populum alloquerentur. Reuerſi ergo C Piſas cum concio eis à magiſtratu data eſſet, ingreſſi ad multitudinē verba fecerūt, maxima pollicētes auxilia,ac victoriam in manibus eſſe prædicantes,dum ipſimet nolint deeſſe. Multitudo Piſanorum hæc libenter audiuit ob Florentinorum odia,& annuere poſtulatis cupiens erat,reuerentia verò gubernatorum eos morabatur. Tunc magiſtratus ad legatos conuerſus, poſt commendationem ſermonis eorum,vt libera deliberandi ratio ſit,nec ob alicuius præſentiam,quӕ quiſque ſentit, dicere cunctetur,ait. Congruum vos oratores concione excedere. D Quod cùm feciſſent (neque enim repugnare honeſtum erat)tunc Franciſchinus Gambacurta princeps eius familiæ perorauit. Inter cӕtera autem ſic dixiſſe fertur.

Gambacurtæ pacem Piſanis cū præſule Mediolanenſi diſſuadēt.

Legati Mediolanenſes Piſas redeunt.

Franciſchini Gambacurtæ oratio.

Honor ſanè atque vtilitas libero animo in cōſultationibus quæri debent. Ad hæc duo prudentes viri ſua conſilia dirigunt vniuerſa. Hæc igitur qualia ſint in hac re propoſita, conſiderare non pigeat. Pacem, & fœdera nobis eſſe cum Florentino populo ſciunt omnes; nec poſſe aduerſus illos à nobis bellum geri, niſi contra fi- E dem,contra promiſſiones,contra iuſiurandum, quod de pace ſeruanda perſcripſiſtis, veniatur. Quæ igitur tanta vtilitas ex hoc fide fragio prouenire nobis poſſet,vt non præſtabilius ſit conuenta ſeruare,quàm turpiter & ignominioſe fidem fregiſſe. In gubernanda repub. honoris curam magis habendam eſſe,quàm vtilitatis omnes fatentur. Vt enim eſt magna ciuitatis dignitas,magnaq́ue maieſtas ita & fidem & grauitatem ineſſe decet. Contra honorem igitur ac æquitatem ciuitatis noſtræ hanc poſtulationem eſſe conſtat,quam &ſi magnæ vtilitates ſeque- F rentur, tamen concedere nullo modo deberemus. Quid ſi nullam vtilitatem ineſſe apparet? quid ſi inſuper maximi damni periculum? An capiemus id conſilium, quod ſit turpe ſimul & damnoſum.

Addiditq́ue rationem irrefragabilem: videlicet,quia ſi non præualeret tyrannus (quod impoſſibile non erat,cum varius ſit belli euentus) perpetuos hoſtes habituri eſſent Florentinos 2. Reg. 12.

corum

A.C. 1351. eorum vicinos, & iuſtè quidem, fide violata. Sed & ſi vincat præſul, & ſibi ſubiiciat Florentinos, nunquid ipſi poſtea liberi à ſeruitute remanerent: cum cupiditas & ambitio dominandi ſit tyrannis immenſa. Exemplum induxit Caſtrutij, cui cum adhæſiſſent ipſi Piſani, vt Florentinis noceret, Florentinis & ſi multa mala irrogauit, non tamen ſubiecit: ſed ipſos Piſanos ſeruituti tyrannidis ſuæ adſcripſit, quod & præſul tanto plenius agere poſſet, quanto illo potentior. Secundum hanc igitur orationem magiſtratus populum rogauit, ne fidem fœduſque frangerent Florentinis, ſed pacem ſeruarent, quod & ſecutum eſt.

Præſulis Mediolanenſis indignitas. Qualis hic præſul Chriſti imitator erat, qui pacem omnibus prædicauit, mandauit, & eam mundo contulit, qui non pacem qua populum ſalutat, ſed gladium mittere procurabat vbique non gladium verbi Dei pacem carnalis ſenſualitatis reſecantem, ſed gladium materialem, quẽ ipſe Dominus Ieſus in vaginam mitti Petro demandauit.

Scarpariæ valida obſidio. iidem. ſup. §. 6.

§. VIII.

COPIÆ autem præſulis Mediolanenſis interea caſtris ad Scarpariam poſitis vt ſuprà tactum eſt, cum omni apparatu oppidum oppugnabant, & machinis & tormentis circa diſpoſitis, muros diruere, tabulata deiicere propugnacula infringere, continuo opere non ceſſabant, grandibus inſuper ſaxis rotatu tormentorum in oppidũ cadentibus tecta & parietes infringe- D bantur. Frequenteſque ſub eo caſu oppreſſi peribant. Crebro per noctem ſcalis appoſitis, per diem ſubitanea & improuiſa vi oppidum aggrediebantur, nullum requiei ſpacium dabatur obſeſſis, qui ſolertiſſimè repugnabant. Florentini milites conduxerunt mercede maximo numero Germanorum circiter duo millia quingẽtos quos illuc deſtinarunt contra hoſtes ſuos. (Suppetiæ mittuntur ad Scarpariam.) Senenſes quoque auxilia alia miſerunt. Perufini etiam cùm plures miſiſſent & in via eſſent ad vlmum prope Aretium ad duo m illiaria, de nocte Sachon (qui vt ſuprà dictum eſt, domi- E natus olim fuerat Aretij) cum duo millibus peditum & quingentis equitibus eis obuiauit, & illis improuiſis irruit ſuper eos, bellumque fuit inter eos non leue. Demum Sachon pene omnes illos Peruſinos occidit, vel vulnerauit, aut etiam captiuos duxit. (ſup. c. 7. ante §. 1.)

Cumque obſeſſi in Scarpariæ oppido valdè ab hoſtibus cõtinuè infeſtarẽtur multimodè & iam feſſi eſſent, Ioannes de vicedominis, vir celſi animi cum triginta militibus electis nocte profectus ad hoſtes per media eorum caſtra tranſiens incolumis in Scarpariam, obſeſſos animauit. Paulò pòſt Ioannes Medix, vir claræ famæ & armis doctus cũ octoginta[equitibus] Apenninum ſuprà Scarpariam peruenit. Inde ſtructus atque paratus deſcendens intempeſta nocte è diuerſa maxima regione qua minus hoſti ſuſpicionis erat, caſtra ingreſſus, cum primo ſtatim aduentu clamor & concurſus hoſtium (Ioannes Medix Florentinus Scarpariæ ſuccurrit.)

A factus eſſet: tamen in nihilo deterritus cum globo diſtrictis gladiis obuios cædente pectore atque armis ſibi viam aperuit, & Scarpariam intrans plurimum obſeſſos lætificauit & ad reſiſtendum roborauit. A.C. 1351.

Nihil eorum, quæ excogitari poſſunt ad obtinendum caſtrum aliquod obſeſſum ſine numero hoſtes omiſerunt, quod non experirentur. Quibus omnibus obſeſſi cum maxima ſolertia & immenſo labore viriliter reſiſterunt. Olegianus igitur dux hoſtium omnia expertus cum nihil ſe profeciſſe appareret, frigoraque iam illis B in locis moleſta equitibus pabulique penuria inſtarent, diſſoluere obſidionem ſtatuit, & demum Bononiam remeauit. (Scarpariæ obſidio ſoluitur.) Florentinus verò populus illorum, qui obſeſſi fuerant virtutem liberalitate gratiſſima proſecutus eſt. Militibus cunctis, qui in oppido fuerant ſtipendia duplicata, oppidanis vacatio munerum, tributorumque in decennium data. Ioannem & Syluestrũ Medices quòd eximia virtute fuiſſent, equeſtri militia inſigniri honeſtarique decreuit, quingẽtis in ſingulos pondo auri pecuniæ publicę decretis, his pro equeſtri ornatu centum, quinqua- C ginta verò in epuli apparatu adiunctis. (Florentinorum in obſeſſos gratitudo.) (Medicei equeſtri dignitate Florentiæ primo donati.)

Motus Aretinorum. Leonar. Aretinus, Blond.

§. IX.

EODEM anno in Aretinis motus rerum nouarum grauis, in extremum pene diſcrimen ciuitatem adduxit. Brandaliæ gens nobilis erat magnis opibus clienteliſque. Eius familiæ principes, quamquam honore & gratia apud ciues pollerent, tamen offenſi legibus, quæ grandiores familias à reipub. gubernatione ſecludunt, infenſi etiam popularibus quibuſdam qui plus nimio poſſe in ciuitate videbantur, de inuadenda repub. conſilium iniere. Spem eis faciebat Mediolanenſis præſul, cuius potentia vbique per Hetruriam implicata atque diffuſa, omnibus caſibus imminebat. Aretini per id tẽpus in ſocietate Florentinorum erant, ex quo facilius ſi viſum eſt, ſi aliquid inde turbaretur, tyranni fauorem promereri. Hac igitur Brandaliæ ducti ſpe, quoſdam è ciuibus præſentem reip. ſtatum indignantes, in ſocietatem facinoris adſciuere, celatiſque externorum auxiliis rẽ perficere maturabant. Expectabatur facultas perficiendi, vt videlicet præfecturam arcis, quæ in ſummo ciuitatis ſita eſt, & portam quandam extra ciuitatem ſeu cuſtodiam obtineret, aliquis exconiuratis. Quod cùm eueniſſet, intus rẽceperunt ad tria millia peditum: & equitum ſexcentos. Sed cum detegi cœpit coniuratio, populus arma corripuit, & pars quædam ad ædes coniuratorum acceſſit, reliqua ad arcem. Sed F qui intrauerant in arcem hoſtes videntes coniurationem detectam, abſque aliquo congreſſu prælij abiere. Cum coniuratis autem populus triduo certans, deinde interponentibus ſe quibuſdam ciuibus compoſitum eſt inter partes, vt coniurati tuti è ciuitate excederent. Qui recedẽtes ad præſulẽ Mediolanẽſẽ acceſſerũt, & honorifice ſuſcepti ſunt ab eo fautore proditionũ. (Brandalia Aretinorũ familia.)

Non

A.C. 1351. Non multo poſt Sachon olim dominans Aretij cum copiis ſuis nocte nemine ſuſpicante profectus eſt ad Burgum oppidum, quod dicitur ſancti Sepulchri nobile,&ſuis per ſcalas mœnia aſcendentibus,non aduertentibus vigilibus deſcendentes in oppidum portas aperuerunt, in quod ingreſſus Sachon ipſum in deditionem accepit. Erat autem tunc id Peruſinorum. Arcibus autem eius duabus aliquandiu ſe tenentibus, poſtmodum eas recepit. Oppidum etiam Anglare quod & Peruſini tenebant, Sachon obtinuit.

Sachon oppidum S. Sepulchri occupat. Blon. ibid.

Anguillaram vocat Blond.

Eodem anno renouata eſt ſocietas Florentinorum,Aretinorum,Senenſium,& Peruſinorũ, quæ ciuitates bellum aduerſus Mediolanenſes exceperant, apparatuſque hyeme facti, quibus æſtate vterentur, multaque per eam hyemem conſtituta,quo pecuniæ haberentur.

Scarparia pene perdita, ſed recuperata.

Inter hæc Scarpariæ oppidum tanto labore nuper defenſum improuiſo caſu pene amiſſum eſt.Florentini enim poſt hoſtium receſſum mœnia perficere ab ea parte qua deerant,curabant, eratque oppidum operariorum plenum, milites verò præſidio nequaquam multi, & ij ipſi aduerſus oppidanos grauiſſimas inimicitias cõtraxerant,vulneraque & rixæ per eos dies inciderant, quibus accenſi animi,&ad vindictam exitiumque parati ſuſpectos inter ſe vtroſque reddiderunt.Hoc hoſtes ſagaciter odorati, docti etiam à ſpeculatoribus quibuſdam, cum equitibus &peditibus Scarpariam acceſſerunt,& nocte tenebroſa valdè ingreſſi ad Forũ clamauerunt. At milites in cuſtodia poſiti, neſcientes factum dubitabant,an oppidani contra eos inſurgentes hoc agerent,& oppidani idem ſuſpicabantur de militibus. Sed poſtquam vtriſque innotuit hoſtes eſſe,eos ingreſſos ſimul viriliter agentes profligarunt, & extra oppidum eiicientes aliquos occiderunt.

Florentinorum ad Pont.max.legatio, ſed irrita.

§. X.

EODEM anno Florentinorum ſociorumq; legati in Galliam miſſi ſunt ad pontificem ſummum tunc Auenione reſidentem,vt contra præſulem Mediolanenſem incenderent eius animum.Cauſæ quidem opportunæ indignationis ſuberant pro Bononia occupata, cuius gratia proceſſus quidem aduerſus Mediolanenſem cœpti à Pontifice ferebantur.Quibus de cauſis magna ſpes ſuberat opes atque vires Romanæ ſedis ad bellum coniungere. Iuerunt ergo oratores cum magna ſpe ciuitatis,mirabilia à pontifice expectantes,quæ ſpes eos fefellit. Nam cùm perueniſſent ad Pontificem, qui miſſi fuerant, magno quidem in honore ſuſcepti ſunt, ac benignè auditi:ſed &ſi ſpecioſa redderẽtur verba, tamen rem atque effectum languidiorem reperierunt.Cauſa huius erat hoſtis ſolertia atque largitio,qui adeundo impigrè,& largiendo magnifice principes Galliæ & Patrum magnam partem in fauorem ſuum conuerterat.His delinitusPontifex,non multum videbatur ab eius amicitia diſtare.Hoc domi oratores per literas

A cognitum fecerunt:vt aliam ſibi ſpem ciuitates reſpicerent. A.C. 1351.

Carolus Ioannis filius,de quo ſuprà eo tẽpore fuerat ad imperium electus.Is quia dudum adoleſcens ſub patre Ciſalpinam per Galliam longo tempore militarat, variéque iactatus in iis fuerat locis,læſus iam tunc a familia Vicecomitum,ob eam rem hoſti credebatur infenſus.Conſilium igitur initum eſt à ciuitatibus hunc in Italiam accerſendi.Arcanè tentata res vſque adeo non ingrata Carolo fuit, vt eius rei gratia quendam e familiaribus amiciſque Florentiam mitteret:qui ſigillatim reipub.gubernatores alloqueretur,pactaque componeret.Quæ quidem res,vt ſpem afferebat magnam,ſic etiã difficultates habere plurimas videbatur.Itaque nec effectum ſortita eſt. B

ſup.§.3.

Carolus 4.imperator in Italiam accerſitur.

Demum Romanus pontifex Clemens ſextus ab oratoribus Florentinorum & aliarum Hetruriæ ciuitatum,quæ erant in fœdere, aſſidua prope flagitatione pulſatus, tria is propoſuit, videlicet ſocietatem Romanæ eccleſię, tranſitum in Italiam Caroli ad imperium delecti, pacem cum præſule Mediolanenſi.Horum trium,quod mallent oratores eligerent,ſeſe eorum voluntatem & electionem ſecuturum.Legati verò inter ſe cogitare tandem præſtare æſtimarunt ad arbitrium eius totum referre.Quod cùm feciſſent ſuſcepta optione Pontifex mitiſſimam innocẽtiſſimamque partem ſibi placere dixit. Eſſe verò eam pacem dare.Neque enim aliud Romanum pontificem(ſi optio illi detur)eligere decere.Itaque daturum ſe operam,vt pax probabilis habeatur.Neque multo poſt facultatem nactus abſque ciuitatum querela hoſtem ſibi conſiliandi publicè in auditorio coram omni multitudine cenſuras in præſulem Mediolanenſem latas remiſit,illumque ad gratiam recepit,nec tamen reſtituta Bononia,ſed in duodecim annos gubernatio eſt illius ciuitatis ei conceſſa.Pro quibus quidem rebus permagnam vim pecuniæ cenſuum nomine ab hoſte ſuſcepit.De pace autem quaſi illa longiorem tractatum exigeret, dilata res eſt .Induciæ modo ad annum ex authoritate Pontificis indictæ,vt per hoc medium tẽpus tractandi maturius agitandique facultas eſſet affutura. C D

Pacem dare Rom. Pont. eſſe.

In hoc pontificis facto multa oratores ſimul noſtros offendebant. Maximè tamen omnium indignabantur ob properatam in eorum oculis reconciliationem, hoſtis, pacis verò negotium dilatum,deinde vicinum ſibi pergrauem atque infeſtum authoritate pontificis datum dolebant,confirmatumque.Augebat inſuper dolorem aduerſariorum lętitia,qui quaſi illis repugnantibus omnia fuiſſent ad votum conſecuti triumphare inde videbãtur.Itaque nec inducię quidem legatis comprobatę ſunt,ſed cuncta ciuitatum ſuarum arbitrio integra reliquere. E

Hęc ab oratoribus per litteras nunciata,ciuitates permouerunt,vt nullo pontificis reſpectu ad [Caroli imperatoris electi præſidia ſpem oculoſque]conuerterent. Cumque tractata ſatis res eſſet conditiones acceptatæ ſunt. Fuerunt autem vt ſummatim dixerim,eiuſmodi.Illi in Italiam venire contra Mediolanenſes: hi pecunias præbere, eique,vt Romano Imperatori ſaue promiſerunt. Ita noua ſpes expectatioq; F

Florentini Carolum 4.in Italiã euocant.

mentes

A.C. 1351. Bettona occupatur.

mentes erexit.

Interea equites circiter duo millia, & pedites totidem duce Nolfo Feretano & Gutio Cortonienſi Peruſinum agrum tumultuoſius ingreſſi, Bettonam oppidum Peruſinorum per proditionem occuparũt. Paulò antè Sachon cũ mille equitibus,& quatuor millibus peditum agrum Peruſinum ingreſſus,non ſolum magnas prædas abegit,ſed & quædam eorum caſtra expugnauit & incendit.Exinde præda onuſtus reuertens, cum per agrum Cortonenſem tranſiret,hoc ſua præſentia effecit, vt Cortonenſes, qui prius ambiguo fauore haberi fuerant ad me B diolanenſem domino cohæreſcerent, & in prælio partes ſectarentur eius.

Vertinæ oppidum quibuſdam ex Ricaſolanis Florentia exilio traditis, propter diſcordias & factiones inter ipſos habitas captum eſt. Et primò quidem copiæ miſſę Florentia ad recuperãdum,impeditę ſunt magis imbribus deſcendentibus.Sed iterum miſſæ copiæ obſeſſum oppidum id,ex pacto dimiſſis exulibus, qui intra erant,cum rebus ſuis in deditionem acceptum euerterunt.Sachon hoſtiliter diſcurrens per agrum Florentinum & Peruſinum, & alia loca, C prædas exercet & incendia.

Mediolanenſis præſul pacem quærit.

§. XI.

ANNO domini 1351. Ioannes vicecomes Mediolanenſis præſul & tyrãnus poſt ciuitates & Longobardiã totã ſibi ſubiugatas etiam Bononiam, & alias ſibi confœderatas,Florentinis bellum mouit,vt ſuprà patuit ſup.§.6. & poſt aliquod tempus pacem fecit.Cùm enim cerneret Mediolanenſis præſul ſe ab adulatoribus deceptum, Piſanóſque ſpei ſuæ defuiſſet, ac D validiorem Hetruſcam rem,quàm ipſe futuram exiſtimaſſet,labaſcenti iam feroci animo ferebatur ad pacem.Mota igitur illius iuſſu pacis mẽtio eſt per Franciſchinum Gambacurtam Piſanum,nec Florentini rem aſpernati ſunt.Quippe non ab iis inferebatur,ſed repellebatur bellũ,ac ſe deſtitutos à ſpe Pontificis,Caroliq; videbãt. His igitur rationibus placente iam vtriſque pace,legatis Serezanum miſſis conuentúque habito,poſt longas diſceptationes:tandem recepta pax eſt his ferè conditionibus.

Pax eſto Florentinis ſociiſque eorum cum præſule Mediolanenſi eiúſque cohærentibus atque ſectatoribus. Præſul exercitus omnes,præſidiáque ex Hetruria deducet, nec poſthac alicui ex ciuitatibus Hetruriæ bellum inferet, Caſtella arceſque quas ceperat in agro Piſtorienſi dimittet,Burgum ſui iuris eſſe ſinet, præſidium ex eo deducet,Piſani,Lucenſeſque medij ſint.Si aduerſus Piſanos Lucenſéſque Florentini bellũ A.C. 1351. intulerint liceat Præſuli opẽ ferre. Idem ius eſto Florentino populo,ſi præſul Piſanis aut Lucenſibus intulerit bellum.Florentini, Aretini, & Peruſini exules ſuos ad ciuitates ſuas reducant quotquot huius belli cauſa extorres patria ſint.Si quis exul alia de cauſa, quàm huius belli exulauerit,nemo reducat,niſi de eo nominatim actum ſit. Sachon & agnati eius patrimo-A nia ſua ab Aretinis recipiant. A.C. 1351.

Genuenſes & Veneti maritimis & naualibus præliis inter ſe variè iactantur, & grauibus incenduntur odiis atrociter dimicantes, & vtraque pars aliquando victrix, aliquãdo victa fuit. Demum cum Cluſio capto à Genuenſibus exiſtimarentur victores eſſe Genuenſes, & Venetias ſibi ſubiiciendas,ipſi Veneti è contrario fuere victores. Genuẽſes & Veneti inter ſe pugnãt. Blon ibid.

Cometes ſub ipſo ſeptentrione menſe Decembri apparuit quo extincto graues ventorũ æſtus ſubſecuti ſunt,& cœleſtis vapor ad modũ trabis priore parte ardente per cœlum labi viſus eſt. Petr' Marcel.lib. de geſt. Ven. c.54.

Anno domini 1353. cœleſtis flamma longũ poſt ſe trahens extinctum limitem à ſeptentrione in auſtrum repente fertur. Infinitus prope locuſtarum numerus in Aphrica,Cypróque apparuit,quem herbarum ſimúlque arborum tenebras depaſcentes frõdes,magnam frugum ſterilitatem fecerunt.Eclipſis ſolis eo tempore ſecuta eſt. Prodigia in cœlo viſa.

Et paulò pòſt Marinus Valerianus Venetiarum dux,cum vſurpare ſibi vniuerſum reipub. dominium quæreret,conuictus ſecuri percuſſus dignum vitæ ſuæ exitum inuenit. Bartolus de ſaxo ferrato præſtabilis iuris ciuilis gloſſator, obiit ætatis ſuæ anno.lvj.relinquens expoſitiones notabiles legum.Ea tempeſtate Belgæ Germaniæ fines ingreſſi,non longè à flumine Rheno centum millia Bragmanzonum ſuperant & eorum ciuitates capiunt.In Hiſpania & præcipuè Sibiliæ & Cordubæ multa ædificia terræmotu corruunt.

Innocentius.6. Pont. ma.201. ſed.a. 9.m. 8.d.26. A.C.1352.

CAP. IX.

CLEMENTE ſexto ad patres appoſito,creatus eſt Auenione, vbi curia erat pontifex ſummus canonicè,qui dictus eſt Innocentius ſextus patria Lemouicenſi Stephanus ante vocatus:epiſcopus Claromontanus, anno domini. 1353. Ab initio verò mundi 5317. Secundum maiorem numerum. 6553. Et ca-

a *Hæc ſic recenſet Petrus Marcellus Genuẽſes denuo reparata claſſe Adriaticum ſinum ingreſſi Pagano Auria præfecto mouerunt & Adriaticum ſinũ* E *ingreſſi pluribus nauigiis interceptis in Hiſtriam proceſſi Parentium occupant & diripiunt Porrò Dux Venetiarum capite damnatus, vocatur ab eodem Marinus Falerius dux 55.electus A.C. 1354.hic cum plurimis plebeij ordinis viris ad perpetrandam optimatum cædem conſpirauit.Et ex illis ſexdecim coniurationis principibus negotium dedit vt ſinguli cum ſexaginta armatis ſtatuto tempore in curiam prorumperent, & ex nobilitate obuium quemque conficerent, & demum Falerium non principem,ſed dominũ proclamarent.Verum Bertrandus ex coniuratis vnus pœnitentia* F *ductus patricij ordinis compatri ſuo rem omnem communicauit,qui confeſtim ſenioribus patrũ & decemuiris rem aperuit,ſicque de coniuratis ſupplicium ſumptum eſt.idem.*

A.C. 1354. ſidebatis. Ciues Sachon tui te, (quos tu diuerſarum partium dicis eſſe) vſque ad extremam obſidionẽ pertulere. Bella tuis iniuriis concitata patienter perpeſſi ſunt, patrimonia, pecunias, corpora denique ſua, pro te tutando protegendoque oppoſuere. Tu quid pro illius meritis eis reddidiſti? O Deus immortalis, pudet etiam nunc illius miſeriæ temporis: pecunia ſuſcepta vrbem patriámque tradidiſti aliis, ſeruitutis turpiſſimum iugum ciuibus tuis de te benè meritis impoſuiſti, imperij iura maieſtatemq́ue pro turpi mercede minuiſti. Audes apud imperatorem Romanum poſtulare, vt patriæ præficiaris cùm tu dudum præfectus iura Romani imperij quantum in te fuit, in illá ſuſtuleris, & commiſſa tibi alteri ſubieceris. Quibus quæſo oculis aſpicere te poſſẽt ciues in patria reſtitutum? Num ſine gemitu & cordis amaritudine viſuros te illos exiſtimas cum ciuitatem illam Hetruriæ caput, tu vnus ciuis inuentus es, qui pecunia accepta alteri dederis in ſeruitutem? Tu ipſe, ſi ſapis in eam vrbem redire vis, in qua non vir, non mulier, non puer denique quiſquàm ſine execratione te ſit præteriturus.

Enimuero non Sachon ſolùm petit in patriam reſtitui, ſed & alij exules in eadem cauſa cum Sachone non ſunt. An putas, imperator horum contentiones atque certamina in vnis atque eiſdem mœnibus poſſe conſiſtere? Oderunt ſe mutuò atque alter alterius exitium quærit. Si ſimul vnis atque eiſdem mœnibus includerẽtur, facibus & incendiis omnia conflagrarent. Nemo eſt eorum qui æquo iure cum cæteris viuere ſciat. Per ſuperbiam atque inſolentiam dominatum affectant. Denique ciues qui nunc in patria degunt, illam ſeruitutem ab illis impulſam & à Sachone traditam, in ſuum ius libertatémque reſtituerunt: nec reditum iſtorum ferre poſſunt, nec ſe tutos exiſtimant, ſi illi reuertuntur. Quare videndum eſt tibi, imperator, vtrùm præſtet illos, qui bene meriti patriæ ſunt, in ea ſinire vel iſtis introductis illos expellere. Nam vtrique ſimul eſſe non poſſunt. Illud rectè plurimum conſiderare debet maieſtas tua, quodcunque de hoc ſtatueris, exemplum fore cæteris ciuitatibus & gentibus vtrum à te probentur occupatores venditoréſque patriarum ſuarum.

Carolus reditũ exulib. non concedit. Carolus cùm hæc audiſſet improbare cauſam exulum viſus eſt, non tamen apertè poſtulata reiecit, ſed differendo & procraſtinando in irritum duxit. Florentinorum verò legati poſt multorum dierum diſceptationem tandem pecuniam dare pacti, cuncta quæ poſtulabant conſecuti ſunt.

Caroli imperatoris ad vrbem iter. Leon. Aret.

§. II.

Carolus Senas venit. HIs peractis, Carolus Piſis ſe mouens, in Volaterranos primò, poſtea in Miniatenſes tranſiit, vtroque in loco benignè receptus. Pauciſque diebus in his locis commoratus, tandẽ Senas peruenit. Vrbẽ illam ingreſſum, tumultus quidam conſecuti ſunt. Denique vt Piſis nuper, ita & Senis qui rempu. ad eam diem gubernauerant depulſis ipſe ciuitatem in ſuam propriam curã adminiſtrationémque reduxit. Adhuc eo Senis exiſtente, Florentini pecuniis ex fide miſſis, contra ſpem ac vota inimicorum præcipua beneuolentia in ſinũ eius irrepſere, vt nemini vni populo per Italiam magis fidere videretur. Non enim antiqua partium leuitate, ſed præſenti commodo res æſtimabat: Itaque plus ab hac vna ciuitate per amicitiam adiutus eſt, quàm à cæteris ſimul omnibus Italici generis. Quod ſi inimicitia, vt auus quondam eius certare voluiſſet, magnæ difficultates erant illi ſubeundæ. Nunc autem & militibus & pecunia à ciuitate adiutus nemine penitus repugnante Romam peruenit. A.C. 1355. Florentini Caroli gratiam pecunia merentur.

Vbi peractis [a] omnibus tranquilliſſimè coronatus eſt, non à Romano præſule cum ibi non eſſet, ſed à legato ad hoc à pontifice ipſo delegato. Hæc facta ſunt in principio anni ſubſequentis, qui fuit quinquageſimusquintus ſuprà. 1300. Mox repetitis Senis cum in ea vrbe paucos dies reſediſſet, Florẽtinis ſociiſq; cuncta indulſit, quæ ad amplitudinem honorémque eorum pertinere videbantur abſque vllo partium reſpectu. In Aretinos quoque eadem indulgentia fuit, quamquàm aduerſantibus maximè exulibus, qui primò eius aduentu pleni ſpe ad eum concurrerant. Ex Senis Piſas, inde per Ligures tranſmiſſo Apennino in Galliam, trans Alpeſq; abiuit. A.C. 1355.

Eodem anno Caſſianum oppidum muro cinctum in oppidi formam redactum eſt iampridem admonitis hominibus opportunitate loci castris hoſtilibus idonei: in quo dudum Henricus imperator ſtatiua, & nuper latrones in ſocietatem coacti, ſedem belli habuiſſent. Quo igitur ea opportunitas adimeretur hoſtibus, communite locum placuit: idq́ue factum eſt validis mœnibus, vt patet. Caſſianũ muris cingitur.

Per hæc ipſa tempora Sachon dudum Aretinorum tyrannus in oppido Bibienna moritur ætate quidem ſenex, erat enim vltra octogenarius: ſed corpore ita robuſto, vt vſque ad extremos ferè vitæ annos arma induerit, & nocturnos diurnóſq; labores militiæ ſuſcipere ac præliis periculiſque intereſſe nunquàm deſtiterit. Dux bello quidem ſatis bonus, niſi quòd audacia nimia parũ cautus, & ob id plerumque detrimenta perpeſſus. Ad ciuilem verò togatámq; vitam nequaquàm aptus. Aretini mortem eius lætis animis complexi ſunt, erat enim terrori dum vixit, fieri ſine peccato poteſt, vt inimici nos ruina lætificet, non malum illius intendentes, ſed magis ſui liberationem. Delere quoque familiam eius conſtituerunt, vnde non multò poſt eius mortem emiſſa iuuentute caſtella illius vrbi propinqua expugnare adorti ſunt. Morte inimici gaudere licet.

a *A.C. 1355. Romæ ad Sanctum Petrum coronatus eſt Imperator Carolus IIII. Auguſtus à Petro Bertrandi Gallo Cardinale Oſtienſi & Veliterno, & Egidio Aluari de Albornotij preſbytero Card. & S. Clementis in Italia legatis Innocentij Papæ VI. Nonis Aprilis die Paſchæ. Onuph.*

A.C. 1356. Sichinum oppidum mœnibus cingitur. A Leon. Aret. A.C. 1356.

§. III.

ALTERO dehinc anno ſcilicet. 1356. Sichinum oppidum mœnibus eſt cinctum. Fuerat enim oppidum nobile, ſed paulò ſupra eum locum in montibus poſitum, & olim à Florentinis euerſum, & oppidanis Florentiam traductis medio deſolationis tempore vicus in via publica ruſticorum mercatibus inereuerat. Quod poſtea mœnibus cinctum antiqui nomē oppidi retinuit. Auxilia quoque miſſa Foroliuienſibus quædam, quo diutius hiſce in locis latronum copiæ, quæ deſcendebant, detinerentur. B Hæc foris.

Domi autem non mediocris perturbatio per hunc annum exorta ex huiuſcemodi cauſa. Vetuſta fuerūt partium ſtudia in ciuitate, de quarum origine & progreſſu ſuprà dictum eſt. Ea poſt illorum, qui cum Carolo militauerant, reditum, aliquamdiu ſeruata acriter, tamen procedente tempore, vt fit, minus cuſtodita, quodammodo exolcuerant, vt iam permulti quo- C rum maiores Gibellinarum partium fuiſſe dicerentur ad rempu. gerendam irreperent, lege nil tale eis licere permittente. Inſurgentes igitur quidam ciuium, & antiquam obſeruantiam prolabi querentes, authores fuere nouę legis ferendæ, vt quorum maiores aut Gibellinarum partium, aut non ſui corporis fuiſſent, ij à regenda repu. prohiberētur, pœna conſtituta aduerſus eos, quæ huius conditionis cum eſſent, magiſtratum aliquem reip. etiam ſibi vltro delatum ſuſcepiſſent. Id verò, quia difficile probatu erat, vt ſeptem reſtium fidem, pro vera proba D tione haberetur, conſtitutum eſt. Hic ciues alij aliunde vexari ſunt cœpti. Duces enim partium hanc maximè curam arbitrantes, deferebant eorum nomina, eoſque condemnari faciebant. Verùm hæc authoritas dudum ab initio non moderatè habita prolabi confeſtim, ac modum tranſcendere cœpit, nec merentes modò, ſed & immerentes in periculum vocati. Creſcenteque indies ſuſpectorum numero, metus vniuerſos peruaſerat, facieſque ciuitatis ex tranquilla, & læta, trepida, & anxia erat effecta. Querelæ magis infronte, q̄ ex verbis erant. Terror enim ac E periculum ſui linguas præcluſerat, propterea quòd non probantes ea, quæ fiebant, quaſi ſuſpecti partibus, ac diuerſa ſentientes periculum ſubibant. Hæc maximè commouerunt homines ad rem corripiendam.

Arcentur magiſtratu Gibellinarū partiū ciues.

A.C. 1347. Quare in principio ſequentis anni huic perturbationi occurſum eſt lege lata, vt ad priorem numerum ducum, inſuper duo plebeij adiungerentur. Deprehenſum enim fuerat per nobilitatem maximè in eo magiſtratu ſæuiri. Itaque ad frænandam, moderandamque eā rem plebeij duo ſunt additi, ſine quorum interuentu, nil decerni poſſet, & ſortitiones refectæ F ex implacabili genere hominum.

Eodem anno ad tutelam ciuium Florentinorum, rerúmque eorum quindecim naues per mare conductæ ex prouincia Narbonenſi ſunt. Ciues enim Florentini, qui Piſis negotiari conſueuerant, variis Piſanorum iniuriis, vexati cum neque immunitas ſeruaretur, neque in aliis gratè humanéque tractarentur, tandem Piſis relictis Talamonem ſe tranſtulerunt. Eo in loco ſtatim celebritas conſecuta eſt, & emporium factum nauéſque mercibus onuſtæ eo vndique veniebant. Inde à mercatoribus ſuſceptæ terreſtri itinere deferebantur. Itaque Piſani per hunc modum deſtituti, quo Talamonis portum incommodarent, prædari nauigantes ac impedire cæperunt. Aduerſus hanc Piſanorum iniuriam conductæ Prouincialium naues non modò Talamonis portum, nauéſque eò nauigantes tutatę ſunt: verumetiam circa Piſas profectæ oſtenderunt Florentinos, nec mari quidem Piſanorum contumelias eſſe laturos.

Cōducſit Florentini naues à Prouincialibus.

A.C. 1357. Talamonis portus celebrat'.

Germanos latrocinantes Florentini metuunt. Leon. Aret.

§. IIII.

PER hæc ipſa tempora ſollicitam ciuitatem habebat Germanorum terror, qui in Hetruriam tranſituri dicebantur. Hæc gens eandem habuit conuentus occaſionem, quam prius habuerat Morialis manus. De quo Moriale (quodam ſcilicet ſic nominato viro Gallico) ſciendum breuiter, quòd anno domini. 1353. vel circa, Morialis iſte cum eſſet diutina militia per Italiam notus, & illud tempus quietum eſſet, à bellis pacificatis cum Mediolanenſi præſule Florentini ſollicitata Gallorum Germanorumque multitudine, quæ ſtipendia habere à diuerſis per Italiam conſueuerat, per magna quidem ac memoranda non defore illis præmia ſua ſit, ſi in vnam latrocinij prædarumque ſocietatem coirent. Prȩualidis quippe virorum robore armorumque futuris nullam ciuitatum Italiæ tantarum virium eſſe, vt ſibi inuadentibus reſiſtere queat. Quamobrem vel pecunia ſe redimere compulſuros ciuitates, vel agros ſingularum, regionéſque populando prædam inæſtimabilem conſecuturos. His rationibus allectos magnam manum coegit. Prima conuentus ſedes in agro Piceno fuit, Eo confluebat quotidie turba facinoroſorū hominū, rapto viuere cupientium, nec externi modò, verum etiam Italici generis. Ea manus omnia circum loca rapinis cœpit inuoluere, & alia ſubinde loca tanquam incendium quoddam apprehendere. Iamque ex agro Piceno exire, atque in Vmbriam Hetruriāque inde ſe transferre cogitabant. Ob hunc metum indies creſcentem, Florentini militem ſeribere, ac Peruſinos & Senenſes nouo fœdere ſibi coniungere pertexerunt, vt ſe mutuo collatis ſimul viribus tutarentur.

Hoſtes autem ſiue latrones illi, ſiue milites fuerant appellandi, cum in Picentibus ſatis bacchati fuiſſent; Apenninum tranſgreſſi, primo in Fulginates, inde in Peruſinos tranſierunt. Peruſini verò, quamquàm auxilia non deeſſent, ob fœdus renouatum, tamen tantam belli molem contra ſe ruere videntes ſtatim cohorruerunt. Erāt enim hoſtiū copiæ ſupra octo millia peditum & quatuor millia armatorum: præterea lixarum & calonum & huiuſmodi hominum, qui caſtra ſectari conſueuerunt, multitudo innumerabilis. Quare, ne eorum ager ſuprema clade afficere-

A.C. 1356.

afficeretur, Peruſini tradita pecunia commeatuque, ne ſe lædant, paciſcuntur. Hoſtes hi de Peruſino in Senenſem, mox inde in Florentinum agrum traſgreſſi, infeſto agmine vſque ad Caſianum vicum, nunc oppidum deuenere. Ibi cùm vaſtarent omnia, tandem hiſdem munerib. placati, in Aretinum agrum, & Typhernatem tranſierunt. In hoc eodem loco prædam pecuniáſque partiti ſunt inter ſe: Erat enim iam autumni extremâ pars. Quid verò poſtea his acciderit non plus inuenio.

Germani in Italia ratiocinantur.

Quaſi ſimilis congregatio poſt duos annos latrocinantium facta eſt, de qua nunc agitur. Quædam enim gens Germanorum variè per Italiá vagata, in Apulia Calabriaque aliquamdiu delituit. Indéque tandem emerſa in Picenũ Gallicúmque agrum, mox ſubinde in Mediolanenſium fines progreſſa, magnos ibi terrores, ac rerum nouationes pepererat. Ex Gallia tandem in agrum Bononienſem reiecta, cùm tranſitum in Hetruriam minaretur, commota ob eũ timorem ciuitas, Apẽnini aditus magnis copiis magnáque ſagittariorum multitudine tuendos curauit, Germani ex Bononienſi in Fauentinum agrum trangreſſi: cum vbique cuſtoditos Apennini aditus ſentirent, & loca quæ ſunt mourana aſpera & difficilia tranſitu, legatos Florentini populi alloquuntur. Dicunt ſe cogitatum, ac rectum iter deſerere velle, nec, ſi poſſint quidem tamen inuita ciuitate tranſituros eſſe. Cogitaſſe verò in Aretinos ducere per Ammonam fluuiũ & Caſentinatem agrum, quo quidem itinere angulus Florentini agri, & hic ipſe montanus, ſteriliſque attingatur.

Germanorum poſtulata.

Hæc poſtulata Germanorum ciuitas demum per legatos certior facta conceſſit: quo certamen contentióque abeſſet. Itaque per Ammonam fluuiũ vadentes Germani, ad Apenninum duxere. Et vna quidem nocte ſub iugo conſtiterunt ipſo quietem ſibi equiſque ſumentes. Poſtridie verò prima luce bifariam partiti copias partem exercitus præmiſere, reliquam in ſubſidiis retinuerunt. Quæ præmiſſa fuerat multitudo, ſtatim prima luce iter aggreſſa, tuto pertranſiit, reliqua verò pars, in qua fuit Conradus Lindo eorum dux, poſtea aliquantulum ſecura eſt.

Germani opprimũtur à montanis.

Interea montani accolæ, Germanorum iniuriis vexati, conuenerant plerique, & tumulos viæ imminentes occuparant. Sunt verò ſaltus difficilimi atque aſperrimi, profundæque, & arctæ conuallium viæ. In iis locis Germanos nacti accolæ inuadere cœperunt, primò quidem pauci & rari, poſt verò plures concurrere. Ab his Germani à frõte reiecti, cùm in itinere ipſo ſubſtitiſſent, ac poſtremi nihilominus ſequerentur, conglobatio facta eſt in via difficili atque arcta, & hinc ripas fluuij præaltas, illinc montes arduos habente. Montani deſuper voluentes ſaxa ingentia, ac in præceps dãtes Germanos in ſubiecta conglobatos valle, ſic obruebant: vt equi & viri ſimul opprimerentur, nec arma nec virtus aliqua Germanis prodeſſet. Quod tamen vnicum videbatur remedium, pars aliqua ex equis deſcendere à duce iuſſa (erant autem ij plurimum ſagittarij) clamore minaci, ac telorũ iactu montanos reiicere conabantur. Sed illi de ſuperioribus irruentes locis poſt leuem pugnã facile ſagittarios diſſiparunt: móxque cominus ferire equitatũ auſi cũ equorũ nullus eſſet vſus, loco iniquiſſimo atq; impeditiſſimo miſerabiliter opprimebát. Et à tergo iá alia detecta manus arcta quædã loca obſederat, ac pedẽ referẽdi facultatẽ abſtulerat. In his difficultatib. cõſtituti Germani: vt quiſq; poterat ſuæ cõſulebat ſaluti. Euaſionis vnica erat via, proſilientes equis arma abiicere, leuéſque & inermes ſeſe, per quæque confragroſa demittere. Sed & hi poſtmodũ per ſyluas, deprehenſi à montanis, qui inſtar imbris vndique confluebant, occidebátur. Nec viri modò, ſed & fœminæ montanorum multos ſeſe vltro dedentes, ſalutémque vitæ precantes, captiuos ſuſcepere, pecuniáſque & argentũ nactæ mulieres nonnullæ ditatæ ſunt. Equi, arma & veſtes, & omnia malè parta, atque direpta, in prædam montanis deuenere.

Fœminæ Germanos capiunt.

Conradus Lindo exercitus dux, cùm nullam diffugij videret viam, ſeſe montanorum in manus vltro permiſit, ingentia pollicitus præmia, ſi vita ſeruaretur: quod & illi cõtigit. Et hæc quidem exercitus pars omnino profligata & deleta eſt, cætera verò pars, quæ primò inceſſerat, iugum Apẽnini tranſgreſſa, cum iam in ſubiectas deſcenderet valles audita reliqui exercitus clade, pauida & ſui diffidens citato agmine ad Decumanum ſerecepit, qui eſt vicus Florentini agri. Ibi munitis caſtris, ac legatis Florẽtinis, qui tranſeundi authores fuerant infeſto minacique clamore penes ſe retentis, illorũ auxilio peropportuno vtebantur. Cõuenerãt. n. illorum quoque locorum accolæ magna in multitudine, hanc etiam partem exercitus deleturi. Vixque iuſſu authoritatéque legatorum ab inuadendo poterant coerceri. Denique niſi affuiſſent legati non minus hęc pars cis Apennini iugum quam illa trans iugum fuiſſet oppreſſa. Sed legati partim metu ſui, vt pote qui eſſent in eorum manibus, partim verecundia promiſſorum adducti maniſeſtiſſimis certiſſimiſque ex periculis eos ſeruauerunt. Iter illorum à Decumano ad viculum Mugellani agri, inde alio quàm prius itinere ad iugũ Apennini redeuntes eo tranſmiſſo in Imolenſem agrum tranſierunt. Irati autem Florentino populo, neque tanti beneficij memores, quòd ſeruati fuerant: ſed infenſi, quòd ſe accolæ delere concupiſſent, vix in tuto conſtiterant, cũ minas querelis permixtas cœperũt contrà Florẽtinos effundere, ac cæteri quoque profligationem exercitus dolo Florentinorum machinatam prædicare. In quo vtique mentiebantur. Neque enim loca trans iugum, in quib9 Germani deleti fuerant, neque homines qui deleuerant, Florentinorum erant. Sed ſuopte ingenio permoti accolę, ob iniurias quoque prius acceptas, eos inuaſerant. Nec multò poſt Conradus Lindo ſeruatus, ad eos rediit, vulnere quidem adhuc laborans. Cæterum incenſu ad vindictam animo reparare bellum cœpit, copiáſque ſtatim indies moliri.

Germanorũ pars euadit incolumnis.

Germani in Florentinos ingrati.

Peruſini & Senenſes diſcordes conciliãtur. Leon. Aret. A.C. 1357.

§. V.

Bellum per hoc tempus grauiſſimum gerebatur inter Peruſinos & Senenſes ob

A.C. 1357.

Cortonæ obſidionem: quam vrbem in fide amicitiáque Senenſium requieſcentē, Peruſini perſequebantur, mutuóque vtrinque clades fuerāt illatæ: Cùm igitur bellando iam vtrique eſſent defeſſi, miſſis ad eos legatis, monendo ac ſuadēdo, tandem arbitrio ſuſcepto Florentini pacem inter eos pronunciauerunt. Qua mox palam facta, ita ſe vtraque ciuitas inuitam renitentémque aduerſus conditiones pacis oſtendit, vt oratores confeſtim Florentiam mitterent pro rebus irritandis. Sed conſtans in eo planè ciuitas fuit, vtque paci maneretur, obtinuit.

Ob eam pacem Germani equites, qui apud Senenſes Peruſinóſque militabant, ad tria millia equitum, ſeſe Lindoni priorique exercitui coniunxerunt. Eo ſupplemento elati, ex agro Gallico, vbi diu fuerant commorati, tranſire in Hetruriam conſtituerunt: nec per Apennini montis iuga, vt prius, ſed patentiori itinere per Ariminenſem vadentes agrum, in Picentes primò, mox inde in Fulginates & Peruſinos tranſierunt. Peruſini tantam belli molem contra ſe irruere cernentes, legatis ad eos miſſis pecunia ab eis vexationem ſuam redemerūt. Itaque pacatè per agrum Peruſinum vadentes, Florentiæ appropinquabant. Erat multitudo ingens, famaque eorum terribilis, multáque ab iis oppida capta, multæque funditus euerſæ regiones ferebantur. Senenſes & Piſani ſimul ac concordiam Peruſinorum audierunt, & ipſi eandem viam ſecuti, pecuniam tradere ſimul, & commeatum inſuper & iuuare paciſcuntur. Ob hoc maiorem in modum elati Germani contra Florentinos minacius loquebantur, & hanc vnam ſe petere vrbem tā longo circumitu prædicabant, ſimúlque permulti vndique & priuatim quaſi beneuolentia ciuitatis adducti, ad concordiam cum Germanis ineundam Florentinos adhortabantur, ſe medios & ſequeſtres offerebant, dicentes cum huiuſmodi genere hoſtis nihil eſſe, quod ciuitas lucrari poſſit. Nō.n.vrbē, nō agrum qui victis offerri poſſit. Quod ſi per dies aliquot in agro Florentino diuerſentur, longè plus dāni allaturos fore, quàm quantum nunc vt ſe abſtineant, ſint recepturi. Adderent incertos belli pugnarúmque caſus aduerſus homines deſperatos, & in armis exercitatiſſimos. Iam enim finitimarum ciuitatum intuerētur exempla, quarum nulla protinus auſa ſit contra tales hoſtes bello contendere. Satíſque nomini gloriæque ciuitatis factum quòd poſtrema, & non niſi derelicta ab iis quæ ſociæ periculoſum eſſe debebant conuentionem inierit.

Germani ſunt inſolentiores.

Peruſini à Germanis pecunia ſe redimunt.

Florētinorū aduerſ. Germanos magnanimitas.

His rationibus permouere ciuitatem nitebantur, ſed Florentinus populus alto inuictóque animo cuncta prius tolerare ſtatuit, quā Germanorum minis, iactationibúſque concedere. Et quo maiora oſtentabantur pericula, eo pulchrius ducebat obuiam proficiſci. Itaque neque pacta, neque conuentiones vllas audire, aut tractari ab aliquo paſſus eſt: ſed paratis impigrè copiis aduentum Germanorum intrepidè expectabat. Fama iam longè latéque vulgarat Florentinos Germanis nequaquam cedere, ſed magno claróque animo ad reſiſtendum parari: atque omnium oculi in Florentinos erant conuerſi: nec Hætruriæ tantum, ſed cæterarum partium Italiæ. Admirabantur quippe homines, ac præclaram ducebant tantam animi generoſitatem ac præſtantiā, & fauebant cuncti, auxiliáque feſtinabant. Quamobrem & à rege Siciliæ, & à Barnaba Mediolanenſi, & de Patauinis, Ferrarienſibúſque auxilia ſuperuenere: ſed hæc poſtnodum. Ab initio autem ſtatim ciuitas ipſa parauerat copias ſuas, ducémque iis præfecerat Pandulfum Malateſtam. Itaque vbi ex Peruſino in Senenſem agrum tranſiſſe Germanos nunciatum eſt, mouens dux cum omnibus ſuis copiis, obuiam progreſſus ad fluuium Peſæ conſtitit, certiſſimo reſiſtendi animo, ſi hoſtes adueniſſent.

A.C. 1357.

Florētinorū dux cōtra Germanos.

Germani contra ſpem ſibi paratam dimicationem cernentes, in Senenſi agro aliquamdiu morati, tandem per Volaterranum vadentes agrum, in Piſanos deuenere. Florētinorum quoque exercitus dux ſecutus illorum motum, tra ductis eo copiis per fines Miniatenſium aduerſus hoſtem ſe oppoſuit. Sícque per diuerſa loca Germanos proficiſcentes ſequebantur copiæ Florentinorum cum duce ſuo. Multíque quotidie ad auxilium Florentinorum ſuperueniebāt ex diuerſis partibus, vnde augebatur valdè exercitus eorum. Et cùm pluries iactanter Germani ſe oſtenderent paratos ad prælium, & Florentinorum gentes ad hoc ſe offerrent, illi recuſabant ſibiipſis trepidantes. Demum per ſilentiū abeuntes Germani, circa Lucam ſe receperunt. Itérque Germanorum ex Luca per Lunenſem Genuenſémque agrum in Galliam fuit. Dux verò ac milites Florentini exercitus triūphātium more poſt Germanorum fugam Florentiam redierunt. Nomen certè ac fama Florentini populi ex hac vna re mirum in modum apud cūctos accreuit, plurimámque exinde ciuitas authoritatem, & gloriam conſecuta eſt.

Germani Florentinos armatos, fugiunt.

Florentini de Germanis fugatis triūphāt.

Eodem anno bellum aduerſus Bibiennam ſuſceptum eſt à Florentinis ex huiuſmodi cauſa. Tarlati & Vbertini potentes Aretinorum familiæ, licet ſtudio partium conuenirent, tamen priuatis inter ſe odiis diſſidebant. Fuerat verò vtraque illorum Florentino nomini inimica. Siquidem, ex Vbertina gente fuerat Gulielminus præſul, qui apud Camaldinum periculoſo certamine conflixit & interiit, ex Tarletis verò Sachon (aliàs Saccon) & agnati, qui multas ſuo tēpore intulerunt moleſtias ciuitati. In Sachonē igitur & filios recentior erat indignatio, Vbertini eorum inimici nō alieni iam à ciuitatis ſtudio putabantur. Redierant quoq; apertè in gratiam per Germanorum aduentum, quo tempore vltro tulerunt auxilium, & cum non contēnenda manu Florentiam venerant, quæ res grataſſima fuit ciuitati. Et acceſſit ad gratiam, quòd paulò pòſt reuerſionem exercitus, Biordum eius familiæ principem ex labore caſtrenſi aduerſus Germanos ſuſcepto in morbum decidiſſe conſtabat: ex quo Florētiæ diem obierat. Cui ciuitas grata memórque obſequij, oſtendit omnem magnificentiam in honoribus ſepulturæ eius exhibendis, fratrémque illius accitū militia inſigniuit, totam denique gentem in gratiam protectionémque ſuſcepit.

Tarlati & Vbertini familiæ Aretinorū.

Horum igitur hortatu bellum aduerſus Bibiennam à ciuitate Florentina ſuſceptum eſt: Actio Farinatæque Vbertinis demandatum; quod ipſi circum ea loca plurima caſtella poſſidebāt.

Bibiēnam Florentini obſident.

Copiæ

A.C. 1358.

Copiæ igitur miſſę cum obſiderent Bibiennam, Aretini pro antiquo Sachonis odio ad augendam obſidionẽ ſuperuenere. Obſidio dura vehemenſque fuit, & ſupra duos menſes acriter pugnatum eſt ab obſeſſis. Tandem cùm nullam ſpem ſalutis intuerentur oppidani, proditis per noctem muris hoſtem ex compoſito receperũt. Inde per oppidum pugna fuit, & Sachoniani omnes in arcem compulſi. Arx deinde obſeſſa & capta fuit. Marcus & Ludouicus Sachonis filij cum quibuſdam agnatis Florentiam ducti ſunt & carceribus aſſeruati. Sicque Bibienna in Florentinorum poteſtatem in hunc modum deuenit. Cætera caſtella: qui filij Sachonis per Caſentinatem agrum poſſidebant, ad Aretinos pleraque rediere.

Sachone cum ſuis debellato Bibienna Florentinis deditur.

Bononia poſt præſulis Mediolanenſis ad Eccleſiam redit. Leo. Aret. Blond. A.C. 1358.

§. VI.

ALTERO dehinc anno in Bononienſibus motus ingens rerum, ac noui belli ſuſcitabatur materia. Mortuo enim archipræſule Mediolanenſi vt ſuprà habitum eſt, qui Bononiam captam tenebat, cum dominatio eius tranſiſſet ad nepotes, præficitur Bononiæ Olegianus, qui dux militiæ in Hetruria fuerat. Erat enim propinquus genere, & authoritatem habebat idoneam ad vrbem conſeruandam, & ante mortem præſulis Bononiæ præeſſe conſueuerat, vt retinuiſſe magis præfecturam, quàm accepiſſe videretur. Stans igitur Bononiæ Olegianus, in ſuſpicionem dominatoribus venit. Varium certè negotium, & modò reconciliatum, modò aduerſum penitus hoſtile habitum. Dilata per hunc modum res eſt vſque ad hoc tẽpus, in quo cum Barnabas contra eum exercitum miſiſſet, difficultate coactus Olegianus, quoniam ad repugnandũ impar eſſet: ſtatuit eccleſiæ Romanæ vrbem reddere. Pactuſque cum legato apoſtolicæ ſedis, vt pro compenſatione Firmium ſibi in Picentibus traderetur, Bononiam legato ſpõte dimiſit. Id poſtquã Barnabas, intellexit, nulla fuit mora, quin bellum acrius vrgeret, & copias inde augeret ad Bononiam opprimendam. Itaque bellum inter legatum & Barnabam exoritur magnũ quidẽ & grandi nixu vtrimq; ſuſceptum. Florentini verò & ſi expertes erant belli, tamen finitimis ipſa propinquitas loci ſuſpiciones varias afferebat. Erat tamen ſic animata ciuitas, vt eccleſiam mallet, quam Barnabam in propinquo habere.

ſup. ante §. I.

Bononia Eccleſiæ Romanæ reſtituitur.

Eodem anno lege ſancitum eſt, vt nemini quĩ dominationem alicuius oppidi, ditionemve haberet, liceret Florentiæ magiſtratum gerere. Huius ferendæ legis cauſa fuiſſe creditur Nicolaus Azarolus, qui longo interuallo Florentiam venerat. Erat enim magnus vir. & multarum vrbiũ dominator, vt qui regẽ ſimul ac regnum Apuliæ multos annos authoritate & ſapiẽtia gubernaſſet. Tunc autem à legato Bononiaq; redibat, magnarum rerum cauſa illuc euocatus. Metuens igitur ſiue ipſe ſiue ciuitas, ne ipſius nomen ſæpius iam per abſentiam remiſſum præſentem tunc magiſtratum ſortiretur. generali lege de cũ

Florentini Dominis oppidorũ magiſtratus interdicunt.

A.C. 1359.

ctis dominatoribus, vt prouideretur cauſa fuit. Neque enim pari iure cum aliis conuenire ſciũt qui cæteris dominari conſueuerunt.

Principio ſequentis anni Volaterranĩ ſeditione ciuium conflictati, in poteſtatem populi Florentini redierunt. Semina belli Piſani per hæc tempora ipſa latenter ſpargebantur quę mox ſegetem armorum calamitatemque vberrimam produxere, Florentinis ad Talamonem emporium celebrantibus angebantur Piſanorũ animi cernentium vrbẽ ſuã, quę portus Florentinorũ eſſe conſueuerat, per illorum demigrationem in ſolitudinem deſtitutam. Simul enim cum Florentinis negotiatoribus, cæteri quoque iſtiuſmodi homines ſecuti negotiorum commoditates, relictis Piſis Talamonem petierant. Piſani ergo nauibus prædatoriis ab initio miſſis, Talamonis portum impedire tentauerunt. Qua in re cum ſibi reſiſteretur à Florentinis, maiori claſſe ad tutelam portus conducta, deſtiterunt quidem à vi aperta, ſed clam infenſis animis moliebantur, vt iam fines quibus ſe ciuitates contingũt, infeſti à maleficis non publica vi, ſed imprimis priuatorum facinoribus redderentur. Non modò enim non vetabant delicta Piſani, ſed quodãmodo inuitabant homines ad ea perpetranda: tantũ, vt fit in populis odium acceſſerat. Iam expugnationes quædam nocturnæ locorum munitorum, & defenſiones armata vi factæ audiebantur cædéſque & rapinæ omnia fœdabant. His de rebus querelæ ſæpius apud Piſanos expoſitæ cum eſſent, eo velamento excuſabantur, quòd priuati homines contra mentem propoſitumque ciuitatis illa commiſiſſent: eoſque ob hoc damnatos publicè, hoſteſque iudicatos aſſerebant: pœnas daturos, ſi vnquam in poteſtatem populi Piſani deueniſſent. Quæ cum ſimulata apparerent, Florentini, quo ſe eadem vlciſcerentur arte, parem licentiam ſuis largiti ſunt, ac patiente repu. Piſanorum finibus priuatim referebantur clades. Hæc aliquamdiu continuata ſic mentes vtriuſque populi irritauerunt, vt parum diſtarent ab aperto bello. Tandem verò Petrabona caſtellum, quod per id tempus Piſanorum erat, per priuatos quoſdam occupatur. Id caſtellum quia maiuſculum erat, Piſani miſſis copiis obſederunt.

Volaterra ni tráſeũt in poteſtatem Florẽtinorũ. A.C. 1359.

Piſani belli ſemina.

Piſani & Florentini ſe mutuis colliduut prælus.

Inter hæc Petrus Gambacurta Piſanorum exul Florentiam venerat & diſcurſiones quaſdam ſuo nomine fecerat in Piſanum agrum, conatus ſiqua poſſet in patriã regredi. Erat enim princeps factionis ciuium, qui per id tempus deiecta premebatur. Piſani quoque ipſi Florẽtinorũ fines impetierant, & circa Barchã oppidũ cũcta vaſtauerant, & quaſdã munitas arces occupare conati ſunt. Ita cum iam honeſtè fieri poſſe videretur, defenſio Petrębonę à Florentinis ſuſcipitur. Miſſis cò copiis, & præſidio quodam iuxta caſtellum munito obſeſſos iam apertè ſuſtentabant. Piſani quoque conſpecto Florentinorum propoſito maiori nixu incubuerunt, ad obſidionem vrgendam. Tandem Florentini turri lignea excitata, & mœnibus caſtelli admota, ſuper iecto põte magno, atrocique certamine caſtellũ ceperũt & in captos ſęuitũ eſt. Corrigere deinde ſuſceptam ignominiam properãtes, contrahere maiorem in modum copias, & bellum inferre Piſanis ſtatuerunt. Tãtaque fuit celeritas feruẽ-

A.C. 1359.

te ira, vt intra paucos dies ad mille & ſeptingentos equites, pedites autem ad quatuor millia mercede conductos in armis habuerint. His addito domeſtico equitatu peditatuque fines Piſanorum ingreſſi, circa Peciolam poſuerunt, caſtra,& caſtella eius regionis pleraque expugnarunt. Dux erat exercitus Florentini populi Bonifacius Lupus Parmenſis,vir magna ſcientia rei militaris,magnaque virtute præditus:ſed ita liber,ac ſui animi, vt ciues ſibi in conſilium traditos nihili protinus æſtimare videretur,nulla iis ſecreta aperiens, nil ex eorum voluntate agens.Et rectè quidē.Sciētia enim rei militaris vix illis,qui tota vita nihil aliud meditati ſunt, contingit,nedum homines plebeij, & otio, & mercaturis aſſueti illam poſſident.

Bonifaci' Lupus dux Florē tini exerci tus qualis.

His de cauſis Bonifacio ſucceſſor datus eſt Rodulphus Varanius Camerinenſis.Qui ſuſcepto exercitu, ac maiorem in modum adaucto pro magnificentia populi Florentini,in conſpectum Piſanæ vrbis copias ducere ſtatuit. Foſſa erat interim manufacta longè ante ciuitatem, hanc Piſani ſuis cuſtodiebant præſidijs, Varanius igitur ad foſſam ducens,quamuis repugnā tibus Piſanis foſſam tranſgreditur, vltra foſſam verò plana erant omnia. Quod enim confidebant Piſani prohibere tranſitum poſſe, nemo curauerat villas euacuare, vel in tutum referre ſubſtantias ſuas. Ad Caſcinam primò, inde ad Sabinum caſtra fecere.A Sabino rurſus mouentes ad ipſa prope mœnia Piſanæ vrbis profecti ſunt.Ibi in conſpectu & facie vrbis militaribus ad ignominiam ludis editis, ac Piſanorum copiis,quæ inter ludos eruptionem fecerant,intra portam compulſis, villis ędificiiſque circumquaque exuſtis cum ſatietas tandem nocendi cepiſſet,per eadem,qua venerant veſtigia retro ducentes,ad pontem Sachi caſtra fecerunt.

Rodulph' Varanius Florentinorum dux in Piſanos mouet.

Florentini Piſas obſident.

In iis locis cùm eſſent,literæ interceptæ ſunt quæ ab oppido Peciolę ad Piſanos mittebātur, quibus ſcriptum erat omnem fere illius oppidi iuuentutem per abſentiam Florentini exercitus in agrum Volaterranum prædandi cauſa profectam,in oppido autē ipſo paucos & imbecilles relictos eſſe:itaque ſubmitti defenſores celeriter poſtulabāt,aliter ſi adueniret hoſtis oppidū defendi non poſſe.Dux ergo perlectis literis, & diligenter re examinata, milites ſtatuit,qui reditū illorū impedirēt:ipſe verò cū reliquo exercitu oppidū obſedit.Itaque cum pars hoſtium ſeu oppidanorū excluſa domo,pars incluſa eſſet & obſidio vrgeretur, pactione caſtellū deditur, niſi intra certum diem, à Piſanis ſuccurratur. Cùm autem arx adhuc nullo pacto facto ſe teneret, & defenderet, cuniculo facto ad fundamenta vnius turris,arcis pars eius cadens ſuper murum oppidi magnam aperturam fecit, per quam milites prædandi cupiditate in oppidū irrumpunt.Oppidani inermes fidem ducis implorantes, & oppidum, ſine alia expectatione dedentes perſtabant.Quod niſi à duce præfectiſque properatum eſſet,ac milites vi prope cohibiti, oppidum nullo pactionis reſpectu diripiebatur. Sicque ægrè temperatum, vociferantibus militibus prædam ad ſe iure belli pertinere.Peciola capta ad alia ſubinde caſtella Piſanorum dux profectus, quædam expugnauit, quædam etiam ſe ſponte dedentia ſuſcepit.Sed

Oppidum Peciolę capitur.

Florentini Piſanorū caſtella occupant.

A.C. 1359.

indignatio querelaque militum ob prohibitam Peciolæ prædam cum indies creſceret, nec duces ſeditionis,inſtigatoreſque deeſſent, veritus dux maiorem in exercitu motum,Miniatę in oppidum exercitum reduxit.Qui verò ſeditionem moliebantur,ducem veriti ſeorſum caſtrametati ſunt,Ex his ad duo millia equitum abeuntes in ſocietatem latrocinij coiere.

Per idem quoque tempus mari Piſani à Florentinis vexabantur, quatuor longis nauibus, quarum duæ de Genuenſibus conductæ. Præerat autem illis Peruſinus Grimaldi,duas verò Nicolaus Azarolus potens in regno ex Apulia miſerat hæ pluribus locis per litus deſcendentes magnas Piſanis intulerūt clades.Et Lilium inſulam oppidumque in illa munitiſſimum ceperunt.Portum quoque Piſanum ingreſſi, turres expugnauerunt & catenas ferreas, quibus portus claudebatur,reuulſas Florentiam tranſmiſerunt:qui iuxta Martis templum olim,nunc Ioānis Baptiſtæ oratoriū ſuſpenſæ,monſtrantur pro magnificentia ciuitatis: quæ non terra ſolum,ſed & mari Piſanos vlta magnifice fuiſſet:

Iidem in mari Piſanos vexāt.

Circa illud [a] tempus Anglici ipſi in Tirienſi agro Francos ſuperant, & Ioannem eorum regē

Io annes Francorū rex capitur. Aem. lib.9.

a *Tantas Francici regni viciſſitudines fuſius aliquantulum Aemyl.verbis expoſiturus ex ipſius Philippi regis morte incipiendum indicaui ait ergo.*

Rex Francus obiit anno eius ſæculi quinquageſimo reliquit liberos Ioannē regē ac Philippū Aurelianenſium ducem.Induciæ cum Anglo in biennium factæ. Rodulphus magiſter equitum, quem ad Cadomum Anglus in poteſtatem redegerat,domum regreſſus ſecuri percutitur:Et Angli priuſquam dies induciarum exiret arcem Guinenſem pecunia corrupto arcis præfecto ceperant.

In Rodulphi magiſtri equitum locumè ſuffectus eſt Carolus cognomento Hiſpanus.Inter hunc & Carolum Nauarræ regem ſimultates intercedebant, quod Engoliſmenſis comitatus, quem ſuum Nauarrus rex eſſe defendebat, ab rege Franco donatus Hiſpano fuerat. Quare eum ad Aquilam Normanniæ vicum ſubmiſſis percuſſoribus nocturna vi nihil tale timentem occidit,continuoque literas ad proceres miſit, hoſtem iure ab ſe cæſum,à quo ſe petitum.inſidiis comperiſſe ſe diceret.Dies ei deinde dicta,ad quā non affuit, niſi accepto obſide Ludouico Andium comite regis filio. Lutetiæ cauſam Nauarrus dixit præſide rege. Conſtitutum eſt eadem illam perduellionis teneri.Reſpectus dati obſidis cruentas in præſentia pœnas ſumi prohibuit:vt tamen iudicij ſpecies aliqua foret, Iacobus Borbonij ducis frater nouus Magiſter equitum manum iniecit,ducique à lictoribus iuſſit. Ex templo tres reginæ intromiſſæ Ioanna Nauarri amita,quæ Caroli Pulchri regis vxor fuiſſet,& Blancha eiuſdem Nauarri ſoror, Ioannis regis nouerca, & altera Ioanna filia Ioannis regis,& Nauarri vxor. Et ipſe Nauarrus.Ita cum quatuor capita,quæ corona regia redimita fuiſſent, demiſſiſſimè precandi finem non facerent Francus veniam dedit.

Caroli Hiſpani cum Nauarro diſſidia.A.C. 1351.

Interea cum Angli dimiſſis copiis alij à Burdegala Toloſam,alij ab Itio Iſdinum vſque excurſiones feciſſent,rexque coactis tribus ordinibus,ſacerdotio,nobilitate,plebe ſubſidia rei pecuniariæ peteret,Nauarrus intercedebat,decretum tamen eſt æs militare regi in triginta millium armatorum ſtipendium.

Nauarrus regi infeſtus.A. C. 1354.

Interea Ioannes rex interceſſionis ac audaciæ Na-

cum

A.C. 1356.

Comprehenditur, & in cuſtodiam traditur. A.C. 1356.

uarri memor recepto Ludouico filio Carolum Delphinum filium Normanniæ ducem dedit: ad quem cum eius gentis proceres inter quos Nauarrus, conueniſſent Rotomagum, rex cum delectu profectus, Nauarrum Ioannemque Haricuriam è menſæ luxu abſtrahendos curauit. Ex templo Ioannes Haricuria vt conſiliorum ſocius, ſecuri percuſſus, Nauarrus in cuſtodiam Luteti[a]m mittitur.

Angli Franciam inuadunt. A.C. 1356.

Cumque rex & Haricuriam, & Eburonicum oppida in poteſtatem redigere conatur, eáque deditionem facere abnuunt, excitus eſt in Normanniam Anglus eius ſæculi anno 56. Dux Claudioceſtriæ cum non contemnenda manu traiecit. Huic continuo Philippus Nauarri frater, Gottofreduſque ſe iungunt. Hi ergo Franci regis fines vrunt, Vernolium, arcemque expugnant, cædem faciunt. Adueniens rex eos coercuit, Bretolum, Tegulariamque recipit. Certa erat hac parte victoria, niſi Angli copias Francorum alio vertiſſent. Altera manus Anglorum duce principe Valliarum Eduardo Eduardi regis filio, vt à duce Claudioceſtriæ regem Francum auerteret, Burdegala mouit. Duo equitum & octo ſagittariorum gentis ſuæ millia ducebat, Secuti ſunt Vaſconum voluntarij belli ſtudio concitati milites proceréſque. Pictonum Bituricúmque fines populantur: paruam Francorum manum arcere populatores conatam fundunt fugantque Ioannes rex relictis in Normannia copiis, quantæ ſatis eſſe poterant, in illum hoſtem ducit: qui velut compos voti factus, quod certum præſenſque exitium, à Nauarro Haricuriiſque, ac duce Claudioceſtriæ auertiſſet in Vaſconiã reditum parat: latuſque Pontificis max. legatum, Cardinalem Petracorienſem agentem de pace in caſtra admiſit, audiuitque. Duræ conditiones ab Ioanne rege, vt irato indigneque laceſſito ferebantur. Re infecta in Pictonum vrbem legatus seceſſit.

Pugna in campis qui belli viſus & malè perruſi vulgo dicuntur geſta 13. Cal. Octo.

Princeps quatuor millibus paſſuum inde conſedit loco opportuno, ac ita munito, vt non facilè à tergo lateribuſque circumiri poſſet. Franci cum non procul ab hoſte conſediſſent, viderentque cum ſe munitiſſimis caſtris continere, facileque factu eſſet, inſeſſis omnibus viis, qua commeatus comportari poſſet, hoſtem ad inopiam redigere, moræ impatientes, ſi hoſtis iuſto prælio ſui poteſtatem non faciat, quacumque ratione pugnare conſtituunt, & velut minime dubia victoria, vt omnis gloria nobilitatis foret, vulgi repudiato peditatu in equeſtri ordine præſidium ſibi omne collocant. Equites tres in partes diuiſi, vt primæ parti præeſſet Brenus magiſter equitũ, ſecundæ Delphinus, tertiam firmaret rex. Ita cum tres eſſent acies ex ſingulis cẽteni equites deliguntur. Hi magiſtro alæ Euſtbatio Ribomontano, & ſuopte ingenio feroces, & teſtimonio ducum & mutua emulatione, & pollicitatione regis ſublatis animis ante ſigna procedunt. Vbi ad rem gerendam ſigno dato vẽtum eſt, ſubditis calcaribus concitant equos, per vineas pedamentáque, per depreſſiſſimas ſcrobes, per altiſſimas foſſas, per ardua, per prærupta enituntur, euadere conantur, nullo clamore, nullo vulnere nulla peſte præſenti imminente à decore auertuntur. Equi ſagittis vndique volantibus pauci imperterriti ad equites perrumpere, nec dubium erat, quin ſi cæteri agi impellique poſſent cladem hoſti inferrent, ſed maxima pars in poteſtate redactis frænis, ſpretiſque calcaribus, alij ſe circumagunt, alij erectis prioribus pedibus equitem excutere contendunt, tumultumque inter ſe inſanámque trepidationem conſternati edunt. Peditemque etiam perturbant. Et erumpentes pari ferme numero hoſtium equites integri, per intermiſſa munitionibus ſpacia vanum prælium trecentorum fecere & ſuccedenti primæ parmatorum aciei occurrunt, obueraîumqee immobilibus armis adorti cedere primos ordines cogunt, laxataque tota acies, & poſtremos etiam pauor perſtrinxit.

A.C. 1357.

Tunc Eduardus princeps cum reliquo equitatu peditatuque regium agmen adoritur. Præſentia regis, ne ſtatim in fugam inclinaretur, effecit, cum duas victas acies conſpiceret miles. Rex animo dextraque non deficit, alibi fuſtibus, alibi ſtrictis gladiis dimicatur. Cæterum cum trecentorum virtus maior quàm fœlicior fuiſſet, cúmque fuſa prima ſecundáque acies omnes vires hoſtis in regem verſæ acerrimè pugnarent, cædes procerum facta eſt. Philippus filius cognomento audax à patre tegendo diuelli non poterat, miram virtutem præſtitit, tandem circumuentus captuſque. Rex militis fortiſſimi, ſtrenuiſſimique munere fungebatur. Anglorum nullus gloriam manus in eum impune iniectæ tulit. In Atrebatis poteſtatem venit. Necdum finis periculi. De captiuis inter victores certabatur, rex a prehenſantibus bucillaeque diſtrahebatur. In eius oculis Francorum aliquot nobiles dilaniabantur cædebanturque, ſed nobiliſſimi Anglorum Vaſconumque aduolantes, ſubmouente ſe turba, deſilientes equis regem adorauere, reuerentiſſimeque ad principem ducebant, qui iam re allata venerabundus occurrit, in tabernaculumque perduxit. Capti nobiles ad mille quingentos, multo minore quàm ad Creſciacum cæde. Quinque omnino armatorum millia deſiderata. Speciem nobiliſſimæ omnis victoriæ captus cum filio rex præbuit.

Rex Ioannes in prælio capitur.

Princeps Eduardus victor regem colit.

Canam regi princeps caſtrenſi apparatu, ſed exquiſitiſſimæ comitatis dabat, ille regio pectore dolorem premebat. Cognouit rex generoſum victorem. Franciam princeps vrere deſtitit, pacatóque agmine Burdegalã Francum duxit. Indeque in Angliam tranſuexit: ſecuratiſſimè magnificentiſſiméque ab Anglis exceptus eſt rex Ioannes. Quem cum hoſtes tantopere colerent, Delphinus filius recipere contendens, pietatis ſapientiæque laudem tulit.

Franci de rege ſuo ſolliciti.

Luteſiam tota ex Francia optimates conuenerant ad eos de rebus reſtituendis tuendiſque relatum: ſed tota res ardenter cœpta elanguit, apparuitque multitudinem rege parenteque orbatam omnibus ſeditionum licentiæque procellis agitari. Furto etiam è cuſtodia eductus à ſuæ factionis hominibus Nauarrus res magis turbauit, nec defuit Anglus. Inducias in biennium, ſed cum exceptione cum Francis fecit, vt liceret ſibi & opem Nauarro ferre, & in Britannia cõtra partes Bleſenſis pugnare. Solum numen Franciam texit.

Nauarrus auctor ſeditionum. A.C. 1357.

Nauarrus concionem Lutetiæ habuit, qua ſignificauit ſe etiam legibus propiorem eſſe nonnullis, qui iure controuerſo armis de regno decertarent. Quod Anglus in ſe dictum arripiens non magna auxilia illi miſit, vt hoc bellum velut lenta tabe paulatim conficeret, quicquid reliquæ ſpei Francis erat, quaſque ipſi videretur leges Ioannes rex, Delphinuſque acciperent volebat autem, vt multis millibus aureorum nummum à rege pro liberatione ſua & ſuorum perſolutis, regnũ Francorum Anglorum regum beneficiarium agnoſceret francus: De auro nihil recuſabat, ius regni quale à parentibus accepiſſet, tale liberis ſe relicturum prædicabat. Et hæc Angli cupiditas ad conſilium vniuerſæ Franciæ, eiuſque ordines delata omnes indignitate mouit.

Franci ad liberandum regẽ aurum cõferunt.

Et Delphinus omiſſis Pariſiis reliquas ciuitates circumibat, opem rebus afflictis petens. Apud ſingulas perfecit, quod apud vniuerſas nequiuerat. Ocitani auctore Ar

A.C. 1359.

ctore Armeniaco comite, non expectatis precibus Delphini, aurum matronarum, & omnia ornamenta contulere. Eos Campani ſecuti ſunt. Quem ſecundiorum rerum curſum Pariſij inhibuere, factionum ſtudia Nauarro excitante. Eo enim contra tendente maieſtas Delphini vilis erat. Multa concilia, & ad D. Iacobi, & aliis locis habita. Re infecta vndique diſceſſum. Quædam etiam cædes factæ, & confugientes ad templorum tutelam abſtracti, iugulatique.

Delphin' Lutetiæ in periculo verſatur. A.C. 1358.

Seceſſerat Delphinus ad auunculum in Germaniam, Lutetiam orantibus Pariſiis reuerſus, vitæ periculum adiit. Præpoſitus mercatoribus Stephanus Marcellus, ne quis per imprudentiam in Delphinum B *manus iniiceret, inſigne Pariſienſium partium Capitulk ei impoſuit. Partes Nauarri in Normannia finitimiſque locis prævalidæ formidoloſaque erant. Et ne quid miſero rerum ſtatu domeſtica peſtis deforet, omni prope Francia plebs à nobilitate ſeceſſerat, quòd eius ſuperbia euerſam Franciam dictitarent. Antequam latius id malum ſerperet, Delphinus nobilitatis manum, quam maximam poteſt cogit. In Bellouacis ad tria millia agreſtium cæſa, In Meldis cum agreſtis vrbanæ plebi ſe iunxiſſet, aliquanto maior vtriuſque ſtrages à Delphino facta. Quo metu cæterarum ciuitatum plebs ad ſanitatem rediit. Et reliquæ vrbes* C *Pariſios ſibi auctore Marcello ſummam rerum arripere indignantes, Delphino aderant. Ex his triginta millia cõfecit, ad fanũ Dionyſij ſuos Nauarrus duxerat à Pariſienſibus accitus. Sed vbi in colloquium cum Delphino venit, ſuſpectus illis eſſe cœpit. In Stephano, iuſtoue prælio ſpes ciuibus nulla. Qui integri erant a factione Nauarri Marcelliique animos ſuſtulere, ac ad D. Antonij portam Stephanum noctu, cum eius portæ claues peterent, iſque denegaret, occidunt, Delphinumque cũ exercitu ex compoſito patefactis foribus recipiunt.*

Rex Anglus Franciam vaſtat. A.C. 1359.

Cum exiuiſſet induciarum dies & Francos Anglus prælio victos bello inuictos cerneret, Iſium tranſmiſit, D *Rhemos tentat, à Burgundionibus centum millia aureorum nummum exegit, ne eorum euaſtaretur ager. Ad Gentiliacum ſuburbanum Lutetiæ vicum copiam pugnæ fecit. Nihil fortunæ commiſcere Franci, ſua vri vaſtarique malebant, & ille omnia ferro flammaque miſcet. Ei cordi erat aut vaſtas ſolitudines Franciam facere, aut in poteſtatem redigere. Cum vſto agro Pariſienſi Carnutum fides popularetur, repentina tempeſtas cum horrendo cæli fragore miniſque ſæuis exorta, eum ita terruit, vt ad Virginis Carnutum præſidis ædem verſus procũbenſque veniam incendiorum, cruoriſque hauſti poſceret, æquamque pacem terræ hominibuſ-* E *que ſe daturum ſe voto mente concepto verbis etiam nuncuparet.*

Pax ad Britiniacũ facta. A.C. 1360.

Ad Britiniacũ vicum vtriuſque gentis conuenere vbi pax æquis conditionibus facta eſt.

Rex in Franciam redit. A.C. 1361.

Ac datis obſidibus quos conuenerat quarto quam fuerat captus anno reuertit Ioannes rex. Ciuitates quas dari placuerat, facere deditionem Anglo abnuebant, Ægrè permiſit, vt tempori cederetur.

Auenionẽ adit. A.C. 1362.

Rex Pontificem inuiſens ſacram militiam profeſſus eſt, & pietatis cauſa, & vt omnem Galliam ea lue liberaret, illoſque in verum hoſtem duceret. Mortuo interea Philippo Burgundiæ duce, eodem item Burgundiæ F *Atrebatumque comite, in Burgundiam ſe contulit, vt ducatum ſucceſſionis iure ad ſe deuolutum reciperet.*

Redit in Angliam. A.C. 1363. Ibique moritur. 6. Cal. Ap. 1364.

Deinde ad reliquas res, antequam in religionis hoſtes moueret, perficiendas, Itium ad Anglos redit, atque Londinum tranſmiſit ibique morbo correptus obiit anno eius ſæculi ſexageſimo quarto, relictis liberis Carolo quinto, Ludouico Andium, Ioanne Bituri- A *gum, Audace Turonum ac Burgundiorum ducibus, ſimul Ioanna Nauarræ regina, Maria Roberti Ambari ducis, Iſabella vxore Ioannis Galeatij Mediolanenſis. Hæc ille lib. 9. reliqua inferius perſequentur.*

A.C. 1360

cum Philippo filio ſuo capiunt. Poſt tres annos Eduardus rex Angliæ Ioannem Francorum regem liberum eſſe voluit, & cum quibuſdam cõditionibus illum dimiſit. Quibus non obſeruatis Eduardus ipſe centum & quinquaginta nauibus & vltra armatis ingentem exercitum in Galliam duxit: & magna clade prouinciam illam afficit, & demum Pariſios obſidet. B

Petrus Fernetius dux Florentini exercitus Lucam occupare tentat. Leon. Aret.

§. VII.

PER extremum illius anni, Rodulpho Camerinenſi, quem milites propter ſeditionem C factam formidabant, nec dux militi, nec miles duci ſatis fidebat: ſucceſſor datus eſt Petrus Fernetius vir egregius bello, ac rei militaris per eã tempora in primis peritus. Is ergo magna ſpe omnium cum belli curam ſuſcepiſſet, principio veris Lucam per proditionẽ occupare tentauit. Erat enim tunc Luca in Piſanorum poteſtatẽ, vt ſupra dictum eſt, ægreque ferebant Lucenſes eorum dominatum. Re igitur arcane cum quibuſdam Lucẽſibus compoſita, cum duobus equitum millibus, & quingentis peditibus Fugetio mouens, ad conſtitutum tempus ſe circa D Lucam oſtendit: ſed paulo ante detecta proditio fuerat, & manus iniectæ quibuſdam coniuratorum. Itaque non ſuccedentibus rebus dux è veſtigio copias reduxit. Barcha per id tempus à Piſanis obſidebatur. Erant quoque per finitima Barchæ loca defectus quidam, & motus: ad quæ cum Florentini Piſanique auxilia ſubmiſiſſent, prælium committitur, in quo præualentibus Piſanis trecenti Florentinorum equites, & ducenti pedites profligati magnam cladem ſuſceperunt: eoque profecti capti ſunt, & caſtella qui de fecerãt omnino amiſſa, & Barcha duriori quàm E prius fuerat obſidione adſtricta.

A C. 1360. ſup. c. 8. § 1.

Piſani Florentinos ſuperant.

Ea velut ignominia tactus Fernetius, quòd primæ res fœde ſibi ſucceſſerant: cum reliquis copiis agrum Piſanum ingreditur, iratus quidem & ſibi & hoſti, certoque confligendi propoſito, nihil aliud meditatus, quàm quòd acceptam cladem, valeret vlciſci. Affuitque fortuna illius cœpto quaſi temerario. Nam cum haud multò Piſis abeſſet, obuioſque Piſanorum equites habuiſſet, pedites quoque mercede conducti ac multitudo vrbana ſtudioſe concurreret, pugnatum eſt aliquandiu dubio euentu: tandem F Fernetij virtus & ardor ſuperauit, fractiſque & profligatis magna ſtrage Piſanis victoriam eſt conſecutus. In eo prælio dux hoſtium captus eſt, ac vexilla Piſanorum cum ingenti multitudine captiuorum, in poteſtatem victoris deuenere. Captiuos, & ducem, & ſigna militaria Piſanorum capta Fernetius cum ingenti gloria Florentiam duxit. Pro quibus rebus geſtis cum ab-

Florentini Piſanos profligãt.

A.C. 1360

ab exultante populo corona laurea ſibi offerretur, accipere renuit, aſſerens maiori rerum triumpho illam conuenire. A

Regreſſus inde in agrum Piſanum maiori apparatu, quam prius, nulla vi coerceri potuit, quin ad ipſa Piſarum mœnia perueniret, leuibuſque aliquot prælijs ad portas commiſſis, profligatis & ibi hoſtibus, & intra mœnia compulſis: nummos argenteos in eo loco percuſſit pro ſigno habentes reſupinam vulpem, quo videlicet inſigni Fernetius vtebatur.

Per idem fere tempus Barcha oppidum, quod (vt ſuprà patuit) fuerat obſeſſum, liberatum fuit. B Nam equitibus à Fernetio eo miſſis, oppidani audita eius victoria animoſiores facti oppido egreſſi in hoſtes ruentes, caſtra contra ſe poſita & eorum præſidia expugnarunt. Itaque vbique ita proſperè rebus geſtis gloria augebatur ciuitatis. Sed haud multo poſt fato quodam, vel (vt Chriſtianorum nomine vtar) diuina prouidentia, cui eſt cura de omnibus, diſponente, verſa ſunt omnia retro, initio facto à Fernetij morte, qui in ipſo victoriarum curſu morbo peſtilenti correptus Miniate in oppido migrauit è vita. C Eius corpus Florentiam deuectum magno gemitu publico funere ciuitas ſepeliuit. Hæc prima perturbatio Florentinorum mentes perfregit: duce optimo ac fortunatiſſimo repente amiſſo.

Petri Fernetij Florentinorũ ducis interitus.

Et ſuperuenit confeſtim Anglorum gens à Piſanis conducta. Erant enim equitum ſuper quatuor millia, peditum verò duo millia, qui per Galliam varijs bellis exercitati, tandem tranſmiſſis alpibus in Italiam deſcenderant. Hos cum Florentinis militare potius optantes propterea quod in Anglia multitudo ciuium Florentinorum negotiaretur, ac noti & amici D plurimis eſſent, malo cõſilio ciuitas neglexerit, horrens ſumptus nimios ſtipendiorum. Militabãt enim mercede, & magna ſtipendia flagitabant, tepeſcentibus igitur Florentinis, Piſani meliori conſilio cuncta polliciti eos ſibi coniunxerunt. Piſas ergo profecti Angli, magnum ſtatim terrorem intulerunt noſtris. Nam Piſani quidem rependendi ignominias auidi, quantos nunquam apparatus prius fecerant, coniunctis ad Anglos cęteris quas habebant copiis domeſtico quidem equitatu peditatuque percupidè inſequenti, haud dubie viribus ſuperiores E reddebantur: præſertim cum apud Florentinos morte ducis omnia per id tempus conturbata eſſent. Apparatibus demum factis, Piſani magna multitudine per Lucenſem & Piſtorienſem & Pratenſem venientes agrum, ad Peretolam tribus millibus paſſuum à ciuitate diſtantem poſuerunt caſtra. Ibi aliquot dies commorati, cum frequenter eorum agmina prope vrbem diſcurriſſent, incendiis & rapinis omnia fœdarunt. Tandem exuſtis omnibus ædificiis ac vaſtatis, Piſana via cum incredibili præda, magnoque captiuorum agmine Piſas rediere. F

Angli à Piſanis mercede conducti Florentinos grauiter moleſtarũt. Blond. ibid.

Cùm Piſis aliquot dies ſubſtitiſſent, illecti ſuperiori præda rurſus inde mouentes, in agrum Florentinum reuertuntur. Eorum iter ad Emporium primò, inde ad ſiniſtram relicta vrbe inter Piſam & Elſam fluuios profecti, demum circa Fighinum ſuperatis collibus deſcenderunt. In his locis, quia ſuſpicione belli plurimum vacabant, propter diſtantiam à Piſis, incredibilem prædam nacti ſunt. Oppidum Fighini expugnare adorti illud ceperunt. Inde diſcurrentes cateruæ latè populabantur, multiſque expugnatis oppidis, multis etiam, metu deſertis, trepidatio maxima cunctos inuaſerat. Copiæ Florentinorum erant profectæ ad oppidum Lanciſæ, ibique caſtra poſuerant. Cumque leuia quotidie prælia inter vtraque caſtra committerẽtur [Piſani ſuperiores euadebant] deinde caſtra Florentinorum amittuntur, captique ſunt permulti, in quibus & præfectus ipſe copiarum Rainutius Fernetius frater Petri, & commeatus & omnia amiſſa impedimenta. Ob hæc Florentiæ audita valdè trepidatum eſt, atque (vt fit in populis) alij duces, alij milites incuſabant, proditos denique ſe magis, quàm victos credere malebant. Tantumque hæc inualuit opinio, vt ad octingentos equites Germani, quaſi parum fideliter verſati in caſtris fuerint, cum ignominia dimitterentur. Reliquis verò omnibus copiis in locum capti ducis Pandulphum Malateſtam præfecerũt. Is enim haud multo ante domo vocatus, quaſi rei militaris peritus, & partibus maximè fidus Florentiam venerat.

A.C. 1360

Florentini à Piſanis proſternuntur.

Pandulphus Malateſta dux Florentini exercitus.

Inter hæc hoſtes elati victoria, iactantia quadam ſignificarunt ſe certa die ad portas vrbis venturos. Non autem ea die, ſed poſt aliquot noctu adeo ex inſperato & improuiſo ſuperuenerunt, vt prius circa Ripolim fuerint, quàm aliquid de eorum aduentu ſciretur. Luce demum exorta copiæ Florentinorum ante portam eductæ conſtiterunt ad reſiſtendum hoſtibus. Itaque hoſtes latè abacta præda, magnoque captiuorum numero coacto, incendiis multarum villarum in oculis ciuium factis, nullo penitus impediente tandem abiere. Nec multo poſt eadem manus Anglorum in Aretinos profecta vſque ad mœnia vrbis populata eſt. Nec terribilius quicquam erat, quam audire nomen Anglorum. Et cum finita iam æſtate remeare Piſas ſtatuiſſent ne præda captiuiſque onuſti impedirentur, ad tranſeundum dolum confingunt. Miſſis enim ad Florentinos nunciis, ſignificarunt ſe Idibus Nouembris ad Saluianum templum eſſet venturos, & Priores Florentinorum ad miſſarum inuitare ſolemnia. Hoc credentes eadem die armati ciues ad portam præſtolabantur. At hoſtes ipſa die crematis ad Fighinum caſtris, per aſperrimos ſaltus cum omni præda & captiuis euaſere incolumes. Piſis tanta gratulatione ſuſcepti ſunt, vt quaſi triumphare viderentur. Quæ quidem res permagna incommoda genuit Piſanis. Militibus ſiquidem intra vna mœnia degentibus tanta multitudine, nihil liberum ciuibus relictum eſt, non vrbs, non ædes, non familiæ. Sæpiuſque eos educere conati Piſani nunquam parere voluerunt, modo pecuniarum defectum, modo hyemis aſperitatem cauſantes.

Angli in Italia maximè formidati.

Angli poſt victoriam inſolẽtes.

Per eandem hyemem apud Barcham (quod oppidum rurſus obſederant Piſani) fracti fuſique ſunt ipſi Piſani, non modica damna accipientes, cæſo eorum magno numero, ac ſignis militaribus aliquot amiſſis.

Principio inſequentis anni Piſani Florentinum agrum maioribus, quàm antea copiis inuadere parauerunt. Acceſſerat enim ad prioris anni

Piſani Florentinos rurſus inuadunt. A.C. 1361.

A.C. 1361. anni copias Germanorum manus,equitum triũ millium nouiter conductorum. Inſuper & Piſanorum multitudo ingens ex vrbe & agro voluntariè ſequebatur. His omnibus ad iter paratis, per Lucenſé,Piſtorienſem,& Pratenſem agrum magno tumultu duxere.Florentini copias quoque maiores per hyemem conductas ex Germania & Gallia expectabant,& venerat pars quædam,non tamen tanta,vt exire in agrum apertũ & caſtra caſtris auderent conferre. Itaque per oppida conſiſtens,à populationibus ſatis habebat hoſtem cohibere.Cum in iis eſſent locis Piſanorum copiæ, Angli per fauces Marinæ fluuij vadentes,agrum Mugellanum intrauerunt: ibi latè prædam captiuoſque omnis generis nacti, abegerunt: reliquæ verò Piſanorum copiæ cum Germanis,cæteroque equitatu inter Pratum & Piſtorium conſiſtebant. Angli per aliquot dies per Mugellanum agrum debacchati, per eandem viam,qua venerant,nullo impediẽte ad alias copias redierunt Piſanorum. Simul autem omnibus copiis congregatis,ad Sextum & Calumnatam agri Florentini vicos caſtra fecerunt.Florentiæ rumor erat,& dolor, & dedecus,pro agro & villis incenſis atque prædatis. Omnia indignatione plena erant,& non ſuccedentibus rebus dux ipſe Pandelphus infamia laborabat,alij nolle, alij neſcire criminabantur. Quæ cum increbreſcerent commeatu petito curam illius belli repudiauit.

Angli prędas ex agro Mugellano agunt.

Inter hęc Piſani propius admotis caſtris omnes colles,qui vbi imminent à Bononienſi via ad montem Fæſulanum occupauerunt.Inde poſtridie deſcendentes. Calen. ipſis Maij agmine quadrato ad vrbem deſcenderunt, tantuſque fuit impetus,vt vix quiſquam extra portam eſſet:qui non præliando intra vrbem compelleretur,ac de turribus & mœnibus hoſtes ferirentur.Noctéque inſecuta multis facibus diſcurrentes in montibus ludos ingẽtibus clamorib⁹ celebrarunt.Ciuitas trepida vtpote,quę videret non modo faces,ſed & voces ipſas audiret,noctem tranſegit inſomnem. Poſtera die hoſtes crematis ædificiis ferè omnibus, quæ Fæſulis, quæ Bononienſi via,& circa ea loca fuerant, & retro mouentes caſtra,tranſmiſſo Arno in viam Piſanam cum omnibus copiis tranſilierunt. Et ſicut in via Bononienſi fecerant, ita & Piſana ad portam vrbis venire conati multis vulneribus repelluntur, conſuetis iam ciuibus vanos metus contemnere. Inde in Aretinum agrum pergentes,vſque ad mœnia vrbis populati ſunt. Mox per Senenſium fines regreſſi,Piſas tandem rediere.Sed ante reditum eorum cum eſſent hoſtes ipſi Aretij,Florentini equitatu omni miſſo contra Piſas,cuncta circa vrbem incẽderunt.Inde Liburnum aggreſſi,cum id oppidum vacuũ defenſoribus,comperiſſent cœperunt illud atque cremarunt. Mox veriti,ne Piſani ad quos noua equitum manus ex Gallia ſuperuenerat,iter interrumperent, per Volaterranum agrum accelerantes,incolumes Florentiam rediere.

Piſani Florentinos intra vrbẽ premunt.

Florentini Piſanos viciſſim lædunt.

Angli Piſanos deſerunt. Blond.ibid.

§. VIII.

CVm finis eſſet illius æſtatis,magnęque apud Piſanos copiæ forent,ac de futuri anni clade formidaretur Florentini ſollicitatis pecunia Anglis cæteriſque Piſanorum auxiliaribus,vt ab illis diſcederent magna impenſa obtinuerunt.Non tamen,vt ſibi coniuncti Piſanos inuaderent(id enim honeſtate quadam militari exceperant)ſed ne Florentinis, neque Aretinis obeſſent.Quod ſi aliis,quàm Piſanis bellum inferrent Florentini, adeſſe ſibi non recuſabant. Per hunc modum pars maxima copiarum à Piſanis receſſit.Manus tantum vna Anglorum remanſit apud Piſanos, quam Ioannes Auguſtinus ductabat:ea fuit circiter mille,& Italici generis aliæ copiæ. A.C. 1359.

Florentini interea vocauerunt Galeottum Malateſtá, virum eximium, ac peritiſſimum rei militaris,eumque ducem ac moderatorem belli præfecerunt. Is qua die ciuitatem ingreſſus eſt,receptis de more ſignis,ſine cunctatione extra vrbem ea detulit via Piſana ad ſecundum ferè lapidem ibi expectabat auxiliares copias.Ipſe autem dux per ſingulos dies in vrbem regreſſus,de agendis cum prioribus & ciuibus conſultabat. Tandem cum omnes copiæ conueniſſent, cæteraque parata forent: contra Piſanos duxit; habens peditum ſupra decem millia,equitum verò ad quatuor milia. Cum his copiis ad oppidum Pecioię primò,mox inde ad Caſcinam conſtitit.In eo loco munitis caſtris, occaſionem bene gerendæ rei cum ſumma prouidentia expectabat.Piſani caſtra hoſtium ſibi vicina intuentes(neque enim plus diſtabant à Piſis,quàm millibus paſſuum ſex prælio decernere ſtatuerunt.Nam & populi multitudo erat ingens,præſertim iuxta vrbem pugnatura,& conductorum peditum equitumque manus Florentinos ſpernere conſueta, ſuperioris æſtatis victoriis fidens. Aderat præterea Ioannes Auguſtinus peritiſſimus bello dux,qui ſpem eorum valdè ſubleuabat. Cum ergo pugnare ſtatuiſſent, Ioannes Auguſtinus Piſis egreſſus ad Sabinum caſtra fecit,qui locus medius erat inter vrbem & hoſtes.Ratio prælij ineundi hæc fuit.

Galeottus Malateſta Florentini exercitus dux. A.C. 1362.

Miſſis ſæpè equitibus ante ad Florentinorum caſtra,qui tumultum ſuſcitarent,ac è veſtigio fugerent,in eam conſuetudinem adducere curauerat, vt iam eorum aduentus inſultuſque contemneretur.Id cum aſtuto conſilio conſecutus eſſet Auguſtinus tandem pomeridiano rempore ſubito profectus cum omnibus copiis mirabili ſilentio,ac diſſimulatione Florentinorum caſtris ſubito ſuperuenit.Calor erat ingens,militumque magna pars inermis,vel ſub tabernaculis iacebat,vel in flumine, quod præterfluit, lauabatur.Cura verò aut ſuſpicio hoſtis per id tempus[venturi]nulla erat.Tum improuiſus hoſtis repentè ad munitiones delatus, ſperauit primo impetu caſtra perrumpere & otioſos inermeſque opprimere. Aretini ab ea parte ſtationem habebant. Qui licet tam repentino aduentu perculſi,nequaquam tamen ceſſerunt,ſed armati ſimul inermeſque ſeſe hoſti obiicientes, primum impetum ſuſtinuerunt. Et iam clamor ſubitò ad arma cæteros concierat, concurrebatque fortiſſimus quiſque ad impetum retundendum. Ipſe dux ætate prouectus, magnęque authoritatis milites accelerabat, & pro temporis anguſtia hortabatur.Cumque concurriſſent vndique,& robur iam virorum adeſſet, non contenti

Piſani cũ Florentinis dimicant.

Strat ęgma Ioannis Auguſtini.

A.C. 1362.

tenti munitiones defendere, eruptione facta hoſtes inuadunt ac pedem referre compellunt. Auguſtinus vbi primam aciem, contra atque ipſe ratus erat, non perrupiſſe ſtationem improuiſo impetu conſpexit, paulatim ſubducere agmen cœpit, ac ſeſe ad Sabinum recipere. Id verò tardius ex eo factum, quòd maxima pars, vt magis lateret, equos dimiſerat, pedéſque venerat ad caſtra perrumpenda. Itaque abeuntibus, qui pone ſequebantur, prima acies fracta in fugam verſa obruitur à noſtris, ac multa cæde proſternitur. Maxima vis Piſani populi, vt pote nocendi auida circa primam fuerat, eorum plurima facta ſtrages, & captiuorum numerus ingens ex ciuibus Piſanis fuit. Dux ab inſequendo longiùs continuit, veritus inſidias ob tam acceleratam hoſtium fugam. Cæſi in prima acie ſupra octingentos Piſanorum, capti ad duo millia. Auguſtinus cum reliquis copiis, quæ ad Sabinum refugerant, deſertis caſtris intra Piſarum mœnia ſe recepit. Poſt hæc Florentini propius Piſas admotis copiis, vbi nemo obuiam prodibat, retro mouentes ſigna, quo ſeſe captiuorum impedimentis exonerarent, Florentiam rediere. Piſani omnes capti, ad ſpectaculum populi curribus quadragintaquatuor per vrbem deuecti, carceri traditi ſunt.

His peractis dux iterũ mouens Piſanos fines ingreditur. Exercitus autem poſtulatione duplicis ſtipendij, & captiuorum contentione malè inter ſe concors, in ſeditione grauiſſima verſabatur, adeo vt neque progredi vlterius, neque parere vellet. Ob eam rem dux pacandis ſanandiſque militum animis, aliquot dies in primis finibus agri Piſani commoratus, tandem compoſitis ad aliquem modum rebus, vltra progreſſus circa vrbem Piſas deuenit. Ibi cum hoſtes affligeret, cladéſque belli inferret, orta rurſus in caſtris ſeditio ad prælium vſque proceſſit. Ea fuit cauſa celerioris receſſus. Dux enim in diſcordia exercitus, prope vrbem hoſtium manere periculoſum ratus, dimiſſa parte militum ipſe cum reliquis Lucenſem agrum perdaſit. Florentiæ verò multorum iam animi ad pacem inclinabãtur. Nam & ſatisfactum dignitati putabant ob victoriam nuper habitam, & tot Piſanos ciues ſpectaculo traductos, & afflictum ſæpius Piſanum agrum. Et accedebat deſperatio quædam ex ſeditione militum exorta, ſuſpicio inſuper nequaquam contemnenda prudentiores terrebat, ne Piſani fractis deſperatíſque rebus vrbem, ac ſua omnia Barnabæ dederent, tyranno potenti, ac rerum nouarum cupido, & qui iampridem manus iniicere in Hetruriam meditaretur. Fuit autem habita hæc victoria contra Piſanos anno domini. 1361. vel circa.

De Vrbano. v. papa: & tranſlatione ſancti Thomæ de Aquino: & pace inter Florentinos & Piſanos.

CAP. X.

DEFVNCTO Innocentio ſexto aſcendit cathedram Petri Vrbanus quintus in numero pontificum 203. Anno domini. 1363.[a] Ab initio verò mundi quinquies 1327. ſecundum autem maiorem numerum ſexies milleſimo quingenteſimo. lxiij. Sedit autem annis octo. Hic creatus Aueniione canonicè intrauit cum curia Italiam, & ad vrbem vſque peruenit, & poſt breue tempus reuerſus eſt in Galliam.

A.C. 1363. Vrbanus quintus pontif. x. 202. ſed. a. 8. m. 2. di. 23.

Cùm autem eſſet in Monteflaſcone, in vrbe orta eſt magna altercatio inter ordinem Prædicatorum, & monachos Ciſtercienſes de corpore beati Thomæ de Aquino. Conquerebãtur enim monachi monaſterij Foſſænouæ dicti ordinis, ab eccleſia ſua fuiſſe eis ablatum corpus beati Thomæ, quod ibi fuerat tumulatum. Nam pergens ad concilium generale Lugdunenſe de mandato domini Gregorij decimi infirmatus in via ad dictum monaſterium iuxta caſtrum Piperni ſitum in Campania declinauerat: vbi in domino requieuit. Et quamuis mandaſſet dictus ſanctus migrans, corpus ſuum Neapolim ad conuentum Prædicatorum deportari tempore congruo, non adhuc illud fuerat impletum ex cauſis diuerſis; ſed iacuerat ibi per annos ſeptuagintaquinque à die tranſitus ſui. Quidam enim potentia fretus, de Caſtro Piperni tractabat occultè auferre ſacrum corpus beati Thomæ ex abbatia, & magnam pecuniam pro traditione eius ab aliquo recipere. Sed cum hoc percepiſſet dominus ciuitatis Fundorum nomine Honoratus, horrens hoc ſacrilegium adſtante venerabili abbate dicti monaſterij, & Fundenſi epiſcopo, abſtulit ipſum corpus mira redolens fragrantia odoris de loco abbatiæ, & detulit in ciuitatem ſuam Fundorum cum diligenti cuſtodia & reuerentia illud ſeruans. Demum cum dictus comes Honoratus, Romam pro ſuis negotiis applicaſſet, ibique inueniſſet generalem magiſtrum ordinis prædicatorum Heliam nomine ad preces eius frequentes, videns ſe non poſſe aptè illud retinere, cum etiam rex Apuliæ illud habere peroptaret, eidem patri corpus ipſum & ordini conſignauit in conuentu dicti ordinis Fundenſi collatum.

A.C. 1362. Inter prædicatores & Ciſtercienſes de corpore D. Thomæ contentio.

ſup. tit. 10. ca. 1. ante. §. 1.

Helias Prædicatorũ generalis. 21.

Interea monachi ordinis Ciſtercienſis accedunt ad curiam magnam ſibi iniuriam factam Prælatis curiæ querulantes in ablatione ſancti corporis de monaſterio ſuo, ad pedes etiam apoſtolicæ ſedis Vrbani tunc Romæ exiſtentis vociferantes. Super quo curia penè tota commota erat contra ordinem Prædicatorum ex illa querela. Cumque pluribus excurſis diebus in hac contentione diutiùs fuiſſet exaſperata, mutatur pontificis mens. Et ſuperueniente ſolemnitate corporis Chriſti, cum ſermo fieret coram Vrbano, & multis cardinalibus, & baronibus de officio ipſo magnificè edito per ipſum beatum

[a] *Quo anno hic pontifex creatus ſit, [illegible] variant. Nam Blon. lib. 10. dec. 2. Anno ſalutis vnde ſexageſimo tertio [illegible] Innocentius Pontifex [illegible] Cardinaleſque apud Aueniouem [illegible] Guilielmũ Griſant Lemonicenſem S. Victoris Maſſilienſis abbatem legatione tunc apud [illegible] fungentem in Pontificem delegerunt: Onuph. verò [illegible] Obiit Innocentius Aueniione pridie Idus Sept. A.C. 1362. vacauit ſedes dies 14. Vrbanus deinde Miniatenſis Gallus electus Aueniione eſt Cal. Octob. eiuſdem anni. Porrò de hoc Pontifice [illegible] Pla. & Onuph. Blon. lib. 10. dec. 2 Nauc. gen. 46 & alij.*

A.C. 1364. Vrbanus 5. Corpus D. Thom. Prædicator. rib. adiudicat.

Thomam ad requiſitionem Vrbani quarti, acclamantibus cunctis dignum fore in munus recompenſationis tam diuini operis ab Vrbano iniuncti: ab ipſo Vrbano ſucceſſore corpus eius ordini concedi: demum Vrbanus ſacrum corpus ordini perpetua conceſſione donauit. Heliæ ergo generali accedenti, & immenſas referenti gratias ait Vrbanus. Tibi tuóque ordini reddidi ſacrum corpus. Sed ne tanti doctoris caput à corpore ſit diuiſum: ipſum tibi caput cœleſtis gratiæ gazophillatium authoritate apoſtolica concedo. Mandauit autem ipſum corpus deferri Toloſam, ſcribens ſtudio Toloſano ſancti extollens gloriam, & approbans apoſtolica authoritate doctrinam.

Pontifex pacem inter hoſtes procurat. Leon. Aret. A.C. 1364.

§. I.

AD pacem quæ tractari incipiebat inter Florentinos & Piſanos reuertendo: Cum de hac ageretur Florentini audire iam tolerabant pontificis Romani vocem: qui per oratores ſuos hanc ſuadebat. Denique opera pontificis factum eſt, vt legati Piſanorum ad oppidum Piſciæ venirent. Ibi cum Florentinis legatis congreſſi de pace agere cœperunt. Et cum de conditionibus pacis agitaretur, Ioannes cognomento Agnellus ciuis Piſanus inter hæc factione ſuorum ſubleuatus dominatum arripuit ciuitatis. Is quia erat ex intimo Barnabæ ſinu, & paulò ante ab eo redierat, nulli fuit dubium, quin ope conſilioq; Barnabæ hæc facta eſſent, quo turbatā ciuitatē ipſe arriperet. Quę cauſa fuit pacis maturandæ. Cōditiones pacis multæ atque honoratæ pro Florentino populo fuere. Nā Petrabona caſtellum, à quo natum fuerat ab initio bellum, Florentinis à Piſanis eſt traditū: & alia quædam Piſanorum caſtella ad ſolum euerſa ex pacto: & immunitates omnes Florētinis Piſis reſtitutæ ſunt. Præterea in annos decem centum millia pondo auri Piſani dare Florentinis promiſere, ſingulis videlicet annis decem millia. Acceſſit etiā & illud honorificum, vt exercitus Florentini populi in finibus Piſanorum eſſet cū pax facta eſt, vtque in oppido Piſciæ tractata factáque fuerit pax loco Florentinis ſubiecto. Hæc omnia pacem honorificam reddiderunt, populus tamen Florentinus vſque adeo pacem datam Piſanis ægrè tulit, vt à Carolo Stroza, qui author ſuaſórque pacis fuiſſe referebatur, vix manus abſtineret.

A.C. 1368. Cum finis impoſitus eſſet bello Piſano, Carolus imperator in Italiam rediit, vocatus à Romano pontifice Vrbano, quo Bernabonem perpetuum eccleſiæ hoſtem vlciſceretur. Idem pontifex cum tranſitum Carolo præparaſſet, à Florentinis, vt ad ſe legatos mitterent, flagitauit. Miſſi ſunt ad eum quatuor è principalioribus ciuitatis. Hos pontifex multis verbis cohortatus eſt, vt in ſocietatem belli aduerſus Barnabā Florentini coirent. Ea deinde per oratores perſcripta cūm eſſent, diligentiori conſultatione habita, tandem negata ſocietas pontifici, eo præ-

Blon. ibid. Nauc. ge. 49.

A textu, quòd pax & amicitia ciuitati cum Barnaba foret. Id reſponſum ſimul pontificem imperatoréq; offendit, & quaſi labente fundamento nihil ſuper ædificari ſolidum potuit. Quamobrē imperator, qui bellum tumultuoſius Barnabæ inferre cœperat, non multò pòſt inſperatò pacem cum illo fecit, ac dimiſſa magna exercitus parte Romam ire conſtituit.

A.C. 1368. Florentini cū Pontifice & imperatore fœdus noluit facere.

Cùm audiretur pace per Galliam facta Carolum in Hetruriam eſſe tranſiturum, Florentini legatis ad eum miſſis, qua mente, quoue animo eſſet tentauere. Fuerat protinus primo ſuo B aduentu ſeu tranſitu optima gratia Florentinus populus apud Carolum, fuerantque per eum benignè indulta permulta, ſed erat ſuſpecta pecuniarum cupiditas, præſertim indigentiæ coniuncta, quarum comparandarum gratia nihil non moliturus credebatur. Idque ſtatim apparuit. Nam ſimul atque ad eum peruenerunt legati accuſatio ab illo facta eſt aduerſus Florentinum populum, quòd non contentus ab ſe dudum conceſſis, iura inſuper quædam Romani imperij vſurpaſſet, id cum querela & indignatione ab eo prolatum, iram ſignificabat & duritiam animi inſigniter offenſi. Erat verò id totū C ars pecuniarum auertendarum. Nec multò pòſt die dicta iter ingreſſus Lucam petiit & à Lucenſibus benignè ſuſceptus finitimo de loco terrorem adauxit. Equites eius atque præfecti Miniate oppido primò ſtatim aduentu quaſi in frōte ab eo collocati, Florentino ex agro prædas abigere cœperunt, & hoſtilia inde tumultuoſius oſtentare. Ipſe autem Volaterrani, ac Prati, & Lucenſis agri, qui à Florentino populo tenebantur, reſtitutionē flagitabat. Nec per interceſſores ab hac poſtulatione quibat diuelli. Quare obſtinationē eius aſpiciens ciuitas, conducere militem, ac fines tueri perrexit. Nec Florentinos ſolum commouit illius in Hetruriam aduentus, D ſed & alias quoque ciuitates nouis rebus inuoluit. Piſanis per id tempus præſidebat Ioānes cognomento Agnellus. Is Lucam ad ſalutandum Carolum profectus: cum ibi caſu prolapſus coſtam fregiſſet, delatus confeſtim Piſas rumor alios ſpe, alios metu concitauit. Totaq; ciuitas fuit in armis, præualentéque diuerſa factione Petrus Gambacurta, qui ad eam diem exularat fauore ſuorum receptus, gubernationē reipub. ſuſcepit. Senis quoque poſt hæc ipſa tempora motus in repu. grauiſſimi fuerunt, variæque defectiones, ac fugæ ciuium. Carolus per E hos tumultus Romam profectus, parumper ibi commoratus: dum pontifici de rebus arcanis quarum gratia venerat loqueretur, tandem iis vt voluerat compoſitis Senas rediit. Senis autē dum eſſet in ſuſpicionem venit: quaſi vrbem illam eſſet alteri traditurus. Quamobrem tumultu populi repente exorto penè oppreſſus eſt, multiſque ſuorum amiſſis Lucam repetiit. Indéque in Galliam mox in Germaniā tranſiit.

Carolus Romam iterū proficiſcitur.

Caroli aduentu res in Hetruria turbantur.

Piſanorū turbatio.

Miniatenſes ſe dedunt Barnabæ. Le. Are.

F §. II.

POST Caroli receſſum Miniatenſium exules iampridem caſtellis quibuſdam occupatis bellum oppido inferebant. Erat in eo

A.C. 1360.

eo oppido Germanorum manus ex Caroli exercitu, cumque iis oppidani diuerſæ factionis, ſed exules fauore opibuſque Florentini populi nitebantur. Quod intuentes aduerſarij, ad Barnabam Mediolanenſem confugientes illius opem implorauerunt, illique oppidum tradiderunt. Barnabo igitur, vt qui iam rem Hetruſcā prius meditaretur, ferre auxilium Miniatenſibus conſtituit. Id verò peringratè facere viſus eſt. Nam Florentini nuper vel ob id maximè in indignationem Caroli pontificiſque inciderant, quòd contra ipſum tunc amicum inire fœdus recuſaſſent. Ipſe verò cum eſſet pax, nulla probabili cauſa, hoſtem fouere, ac bello implicari contra Florentinum populum haud quaquā abnuerat. Florentini cognito Barnabæ propoſito, maiori quàm antea niſu oppidum obſederunt. Nec multò pòſt equitatus aderat Barnabæ magno quidem numero.

Florentini qui noluerant Pontifici contra Barnabam coniungi ab eo deſeruntur.

Dux erat autem Ioannes Auguſtinus vir clarus bello, & iam per Italiam notus. Is audito caſtrorum ordine, & obſidionis forma, quoniam vim afferre ſe poſſe deſperabat in agro ſubſtiterat Piſano, non longius tamen à Florentinorum caſtris, quàm decem millibus paſſuum, dux erat Florentini exercitus populi Ioānes Reginus vir quidem egregius, & bellorum ſciens. Qui cùm videret copias hoſtium morari, nec ad ſe accedere, rectam ipſe rationem ſecutus, ſtandum in caſtris & vrgendam obſidionem, nec obuiam exeundum cenſebat, oſtendens opportunitatem caſtrorum. Vnde ſi aduenirent hoſtes, & conarentur, cum haud dubia ſtrage repellentur: ſi nō aduenirent, nihil eis nocere, nec eos certam exploratamque victoriam incertæ dubiæque prœliandi fortunæ committendam eſſe. Eius conſilium & rectum & prudens ferociores quidam ciuium in magiſtratu conſtituti ita exagitabant, vt totum illius propoſitum ad ignauiam timiditatemque referrent. Plebs quoque vrbana, ob ferociam magiſtratus læta ducis ſocordiam & metum pauoremque increpabat. Quod cum illi innotuiſſet: Eamus (inquit) quo temeritas imperitorum iubet, iam ſcient nec animum mihi, neque conſilium defuiſſe. Inde prima luce copiarū parte ad tuendas munitiones in caſtris relicta, ipſe cæteram multitudinē ſub ſignis ſtructā certiſſimo pugnandi propoſito ad hoſtem rapit.

Auguſtinus verò cum Florentinorum copias ad ſe venire conſpexiſſet ſuos intra munitiones continuit, volens itinere & calore viros equóſque aduerſariorum maximè confici. Itaque calonibus tantum, & leuis armaturæ emiſſis, detineri hoſtem atque fatigati imperauit, ipſe curatis ſuorum corporibus ſtructam paratámque ſubinde aciem cum tempus fuit, eduxit. Cumque ſuperior numero foret, & quietos in fatigatos eduxiſſet, facilè vicit. Captus eſt in eo prœlio dux ipſe Florentini exercitus cum magna multitudine, permulti etiam cæſi, cæterique profligati, nullo neque ordine neque duce, vt cuiuſque ſors obtulit, aufugerunt. Hoſtes poſtridie ſub ipſas munitiones caſtrorum profecti cū eas cuſtodiri intrepidè animaduertiſſent, facilio rem ſibi viam ſoluendæ obſidionis arbitrati, ſi agrum Florentinum ingrederentur, relictis caſtris vſque ad mœnia penè vrbis

Ioan. Aug. belli dux cautus.

Florentini à Mediolanēſi tyrāno vincuntur.

A deuenere, maiorem tumultum de induſtria oſtentantes. Sed ciuitas in eo pertinax fuit nullóque terrore potuit adduci, quin in obſidione perſtaret: confeſtimque reparatis copiis magis quàm prius obſidionem vrgeret. Euenitque haud multò pòſt, vt Miniatis oppidum per proditionem caperetur, Luperello quodam ex minima plebe homine, per abdita ac penè inuia milites nocte recipiente. Ex quo vires hoſtium fractæ ſunt, & diuerſæ factionis homines, qui rebellandi fuerant authores, Florentiam ducti, multitudinis concurſu penè diſcerpti, deinde

A.C. 1369.

B affecti ſupplicio periere.

Haud multò pòſt Miniatem receptum Barnabæ is equites ſub ſpecie auxilij Lucæ commorantes, de occupanda vrbe conſilium inierunt. Tenebat eam Caroli præfectus, nec latuit eum machinatio & fraus. Itaque cum ſe præſidiis roboraſſet, dimiſſi ab eo equites ſunt ſub honeſto prætextu, quaſi non amplius eorum opera indigeret. Ipſe verò ad conditiones, pactaque traiecit animum, pecuniáque accepta demum vrbem relinquere ciuibus paciſcitur. Mutua ob eam rem pecunia data eſt Lucenſibus à Florentinis, auri pondo vigintiquinque millia,

A.C. 1369.

C miſſique eo præſtantiſſimi ciuium, qui in conſtituenda repu. moderandáque ciuitate adeſſent. Nam ipſi quidem Lucenſes, vt qui diu ſub tyrānis vixerāt, iura libertatis penè fuerāt obliti. Per hūc modū libertas Lucenſib. reddita eſt, ex multis & variis fluctuationib. Arcem munitiſſimam olim à Caſtrutio ædificatā in ea quo popularius degeretur, confeſtim ciues euerterunt.

Lucenſes libertatem recuperāt.

Eodem anno Florentini equites octingenti in Galliam miſſi legato Romanæ ſedis, qui Bononiam tenebat, auxilia tulerunt aduerſus Bernabonem. Fuerat enim paulò antè ſocietas inita à Florentinis cum pontifice Romano Vrba-

D no tunc Viterbij commorante. Mouerant autem Florentinos ad ſocietatem ineundam Barnaba iniuriæ circa ſancti Miniatis oppidum illatæ. Mittentes ergo in Galliam equites legato contra Barnabam auxilia præbuerunt. Bellum per id tempus ad Regiū lepidum gerebatur quam vrbem magna vis exercitus Barnabæ circumſidebat. Ille igitur cum aduentum copiarum Florentinorum aduenïſſe cognouiſſet, quo neceſſitas illis redeundi domum iniiceretur, per Placentinum Parmenſémque agrum equitibus miſſis, repente circa Piſas copias oſtendit. Ob eum timorem confeſtim ex Gallia re-

E uocati ſunt equites ad legatum miſſi ſimúlque cum iis ſociorum equitatus acceſſit. Hi omnes in agrum Piſanorum ad hoſtem profecti, prælium committere properabant. Sed hoſtis antequam in præſentiam veniretur, per eam ipſam, qua venerat viam reuerſus, irrito labore longiſque itinerarionibus eos fatigauit. Florētinorum ſociorúmque equites proſecuti hoſtium veſtigia, quædam illis intulerunt damna, ac manifeſtam fugæ confeſſionem extorſerunt. Moxque & ipſi in Galliam reuerſi bellum proſecu-

F ti ſunt. Certamē eius belli per æſtatem longius fuit, tandémque victoria parta eſt aduerſus hoſtem & obſidio Regij diſſoluta. Manus autem Donatus eques Florentinus dux earum copiarum labore nimio confectus, in ægritudinem incidit, ex qua deceſſit.

A.C. 1370.

Boccatii libri vulgares arguũtur.

Vrbanus pontifex, per hæc ferè tempora cõpoſitis Italicæ rebus in vlteriorem Galliam remeauit, & poſt paululum in domino obdormiuit. Circa iſta tempora Floruerunt Franciſcus Petrarcha inſignis poëta Florentinus, qui compoſuit buccolica in verſib. & librũ de remediis fortuitorum, ac etiam de vita ſolitaria.

Ioannes etiam Boccatius poeta Florentinus qui edidit libros in vulgari vanitatibus plenos vt Centinouium, Corbatium, & Philoſtratum. In latino verò, & elegãti ſtilo librum de genealogia deorum, & de mulieribus claris, & de caſibus illuſtrium virorum, cum aliis pluſculis.

Tituli 22. ſumma.

TITVLVS xxij. continet geſta Romanorũ pontificũ & imperatorũ, & ſchiſmatũ & bellorum, quæ fuerunt in Italia præcipuè, & aliis regionibus, & precipuè de rebellione terrarum Eccleſiæ. Et de bellis Florentinorum cum duce Mediolanenſi patre & filio, Et poſtea cum rege Aragonum. Et prius cum rege Vuentceſlao De Tartarorum victoria contra Turcos. De victoriis Sigiſmundi imperatoris contra Turcos. De hæreſibus Bohemorum. De captione Conſtantinopoleos per regem Turcorum, & aliis circa materiam Turcorum. Sed prius de reductione Græcorum ad fidem & Armenorum in concilio celebrato Florentiæ. Ab anno domini. 1371. vſque ad annum. 1457. Intra quod tempus fuerunt pontifices Romani primo Gregorius. xi. Poſt quẽ facto ſchiſmate fuerunt ex vna partium, ſcilicet Italica cum Alemannia & Vngaria Vrbanus vi. Poſt quem Bonifacius. ix. Deinde Innocentius vij. Demum Gregorius xij. Venetus. Ex alia parte vltramontana, ſcilicet Franciæ, Hiſpaniæ & Cathaloniæ fuerunt Clemens vij. Benedictus xiij. qui dictus eſt nomine proprio Petrus de luna. Pontificantibus autem Gregorio præfato ſcilicet xij. Romæ & Benedicto xiij. Auenione Cardinales vtriuſque gerentis ſe pro papa receſſerunt ab eis. Et facto concilio Piſis per ipſos cardinales depoſiti fuerunt ab eis de facto (ſi tamen potuerunt) Gregorius & Benedictus. Et factus eſt tertius papa vocatus Alexander, ex ordine minorum iam prius ad cardinalatum aſſumptus. Quo cito migrante ſucceſſit ei Ioannes xxiij. dictus, cuius nomen proprium fuit Balthaſſar Coſſa, Cardinalis & legatus Bononiæ. Sed celebrato ſolemni & vniuerſali concilio Conſtantiæ in præſentia imperatoris Sigiſmundi tunc regis etiam Vngariæ & Bohemiæ conuenientibus cardinalibus Ioannis xxiij. qui fuerant partim Greg. xij. partim Benedicti, ſed vt dictum eſt receſſerant ab eis, conuenientibus etiam cardinalibus paucis, qui cum Gregorio remanſerant, ad procurandam vnionem Eccleſiæ, vt fieret vnum ouile & vnus paſtor, determinatum eſt à patribus vt ſumeretur via ceſſionis tanquam compendioſior & irrefragabilior. Nam per viam diſputationis ſemper reperirentur obiectiones.

Graue in Eccleſia Dei ſchiſma.

Cardinales tertiũ papam elegerũt, ſi tamen potuerunt.

A Via igitur iſta concluſa Ioannes xxiij. cui non placebat, aufugit occultè à concilio, intendens remanere ſolus in cathedra. Sed ſubitò Deus prouidit, & dominus imperator inſecutus eum in terris ducis Auſtriæ captum reduxit eum ad concilium. Et cum renunciare recuſaret perlectis multis ſceleribus per eum perpetratis, ſcandalizantibus meritò omnes fideles depoſitus eſt & priuatus omni dignitate, & carceribus de- B putatus. Gregorius duodecimus cum eſſet ſenio confectus Arimini reſidens per procuratorem ſuũ ad hoc deſtinatum & deputatum renunciauit propria ſponte papatui, & omni iuri quod in eo haberet, ſicq; ex duabus obedientiis ſcilicet Greg. 2. Ioan. xxij. factum eſt vnum ouile. Cùm autem Benedictus. xiij. dictus Petrus de luna pluries fuiſſet citatus ad concilium, vel ſaltem ad renunciandum exhortatus ab imperatore & regibus pluribus, nunquam voluit aſſentire, ſed permanens in ſua perfidia & contumacia depoſitus eſt, & priuatus omni iure papatus. Vnde & reges, qui prius ei obedientiam dederant, ſubtra- C cta ab eo omni obedientia in cleris regni ſui, eum fugientẽ in inſulam Paniſculæ dimiſerunt. Omnibus igitur congregatis in concilio ad vnitatem paſtoris tendentibus, additis etiam quibuſdam vocibus, è qualibet natione ad voces cardinalium, creatus eſt papa vnicus Martinus, 5. de domo Columnenſium, qui cardinalis dicebatur dominus Oddo. Et celebrato concilio, vbi & quædam conſtitutiones ſunt editæ, cum curia ſua intrauit Italiam. Et Florentiæ in conuentu ſanctæ Mariæ nouellæ reſidentiam fecit per annum & menſem. Poſtmodum Romam profectus D eſt cum curia, vbi poſt duodecimũ annũ ſui pontificatus migrauit ad dominum. Cui ſucceſſit papa Eugenius. 4. Venetus Gabriel in minoribus nuncupatus. Ei autem poſt annos. 16. decedenti Romæ ſucceſſit Nicolaus 5. vocatus prius Thomas. Quo poſt annos 8. vita functo, creatus eſt Calixtus papa. 3. Alphõſus dict⁹ in cardinalatu. Petro de luna decedẽte ſucceſſit ei in antipapatu quidã dictus Eugenius Inſurrexit aliud ſchiſma in Baſilea, vbi etſi prius authoritate Martini, & poſtea E Eugenij fuerit ibi poſitum concilium ad tollendam hæreſim Bohemorum poſtea cum alia tractarentur ad inſtigationem ducis Mediolanenſis Philippi Mariæ, ſcilicet depoſitio Eugenij propter hoc ab Eugenio diſſolutum eſt, & factum propria temeritate ſynagoga ſathanæ, adeo vt deinde depoſito Eugenio creauerunt baſiliſcum, id eſt, antipapam, & antichriſtum videlicet ducem Sabaudiæ, qui dicebatur Amedeus, & vocari ſe fecit Felicem. Qui tempore Nicolai 5. renuncians papatui, remanſit cardinalis legatus Gregorius F poſtquam renunciauit ſponte factus eſt per concilium Conſtantiæ legatus in Marchia, ſed de his omnibus plenius inferius agetur.

A.C. 1370.

Petri de luna pertinacia.

Voces. i. patres in electione Põtif. ſuffragiũ habẽtes.

Baſilienſe concilium diſſolutũ. Felix Pontifex minimè legitimus.

De

A.C. 1370.

Gregorius 11. Pontif. max. 203. ſed. an. 7. m. 2. d. 29.
A.C. 1370.

CAP. I.

ANNO domini. 1371. poſt tranſitum domini Vrbani quinti, ex hoc ſeculo creatus eſt pontifex vrbis & orbis Gregorius vndecimus patria Lemouicenſis, in numero pontificum. 204. Ab initio autem mundi quinquies. 1335. ſecundum minorem computationem, ſecundum alium maiorẽ numerum ſexies 1571. Et ſedit in cathedra Petri annis. 7. & menſibus. 5. Qui Auenione electus, & inthronizatus eſt. Sed poſt aliquot annos terris, quæ ſunt in Italia de dominio eccleſiæ ſe rebellantibus à iuriſdictione eccleſiæ ipſius, papa Gregorius poſt cenſuras publicè fulminatas contra Florentinos, & alios qui cooperati fuerant ad illam rebellionem dimiſſa a Gallia ad vrbem cum curia ſua profectus eſt. Et ibi poſt aliquod breue tempus intolerabili veſicæ dolore migrauit ad dominum.

Curia Romana redit in Italiam. A.C. 1370. Creato igitur Gregorio vndecimo non multò pòſt eum Barnabæ pax recepta eſt, & copiæ ſociorum ſolutæ, equitatuſque Florentini populi in Hetruriam rediit. Per extremum eius anni oratores Florentinorum in vlteriorem Galliam miſſi ad nouum põtificem pro eius aſſumptione gratulatum, mentem illius non ſatis pacatam in rebus Italicis deprehenderunt. Mouit autem eum maximè in Peruſinos cauillatio, quos vt inſtar prædeceſſoris in gratia habere perſeueraret, adduci non poterat. Et ſecuta mox eius vrbis occupatio ſuſpicionem adauxit. Peruſini ſiquidem inopia frumenti laborantes, cùm vndique itinera clauderentur legato, veluti expugnati victique ſeſe dedere coacti ſunt. Manſit tamen in ſuſpicione, ſed pax & ſocietas quædã cum Gregorio renouara eſt, in qua Piſani & Senenſes, & Aretini, ac Lucenſes cum Florentinis fuerunt. (Pax inter Pontificẽ & ciuitates Italię. A.C. 1371.)

Factiones per hæc tempora Florentiæ creuerunt Albitiorum Riciorumque. Hæ familiæ erant opulentæ, principeſque earum in repu. præſtantes viri, diuerſis ſtudiis ad ſe alios traxerant ciues. Contentionibus ac certaminibus pleraque gerebantur. Hæ factiones cum aliquãdiu in ciuitate durauiſſent, tandem laudabili conſilio finis eſt illis à ciuitate impoſitus. Cùm enim populis ob eas, quas retulimus cauſas, maximè ſuſpectus eſſet pontificis fauor, & factionum principes por ſua quiſque magnitudine adſiſtere ſibi ob fauorem illius videretur, ſatietaſque contentionum plurimos haberet ciues, & inuidia principes vrgeret: ob hæc omnia tan(Factiones Albitiorũ & Riciorũ Florentię. A.C. 1371.)

a *A.C. 1376. hic Pontifex ſedem pontificiam poſt ſeptuageſimum annum ex quo fuerat in Gallias à Clemente. 5. delata in vrbem Auenionem tranſtulit: ſuaſione & litteris S. Catharinæ Senenſis, & Baldi Peruſini Iuriſconſulti. Geneb. Accidit autem, vt eo de Italica profectione cogitãte, epiſcopus, quem fortè de ſuo reditu ad ſuam Eccleſiam admonebat ei familiaritatis confidentia diceret. Et tu Pater ſancte, cur non ad tuam accedis Eccleſiam. Quare Gregorius inſtituit properare. Blon. lib. 10. dec. 2. Idẽ habet Aemyl. lib. 9.*

A demum lege data principibus earum familiarum interdicta eſt reipublicæ adminiſtratio. Per hũc modum deturbatis authoribus factiones ipſæ in breui conticuere. A.C. 1370.

Altero dehinc àc tertio anno nihil memoria dignum reperio geſtum, niſi quòd Vbaldinæ gentis caſtella per arces Apennini domita in poteſtatem Florentini populi deuenere gentiſque eius potentiæ hic exitus fuit: per hæc tempora porticus iuxta ædes publicas facta eſt inſigni ſplendore ac magnificentia redemptione domorum ob hoc faciendum dirutarum poſſeſſoribus facta à communitate. A.C. 1373. & 1374

B

Italiæ ſtatus quis fuerit Pontificibus in Gallia imperantibus. Leon. Aret.

§. I.

PRINCIPIO ſequentis anni, qui fuit lxxv. ſupra 1300. ſuſpicio aduerſus pontificem iampridem concepta, magis magiſque indies augeſcebat, nec prius finis, quàm paulatim C exacerbata manifeſtum tandem in bellum prorupit. de quo altius repetentes, vt ſcribit Leon. in hiſtoria Florentina lib. 8. pro rei maiori notitia quædam memorabimus. Fuerat pontificatus Romanus in Gallorum manibus iam inde à Clemente quinto continuatus per annos. lxx. Hi per legatos ex Gallia miſſos ciuitates Romanæ eccleſiæ ſubiectas per Italiã gubernabant. Dominatus eorũ ſuperbus erat, ac penè intolerabilis. Nec eccleſiæ tantum vrbes verumetiam liberas ciuitates ſibi ſubdere cupiebant. Studia verò eorum non pacis, ſed belli. Externorum hominum plena erat Italia. D Arces pluribus locis per liberas ciuitates infinito ſumptu ab illis ædificatæ, non libertatem, ſed coactam miſerãque ſeruitutem populorum vbique teſtabãtur: ipſi & inuiſi omnibus quibus dominabantur & vicinis ſuſpecti atque cauendi. (Galli per 7. annos & põtificatu & ſacra ſede potiti ſunt.) (Galli Pontificũ nomine Italiæ præfuerunt, ſed nimis ſuperbè.)

Cùm hæc eſſet rerum conditio per Italiam legatorumque potentia longè lateque dominaretur, ac formidabilis eſſet: Florentini magnis in ſuſpicionibus conſtituti, pacem tamen & fœdus cum pontifice obſeruabant. Sterilitas annonę per hæc tempora ſuperuenit ciuitati, & vt pote E in vrbe populoſa, indigentia plurimum creuerat, vt vix Florentina plebs ſuſtentaretur. Hæ difficultates legato qui Bononiam tenebat non erant incognitæ. Sæpius enim iam pro amicitia & fœdere rogatus, frumenti facultatem denegarat. In hac igitur tanta difficultate, atque periculo cum ſpes vnica in ſegetibus eſſet, quæ iam plane flaueſcebant, legatus repente omnes copias ſuas in Florentinos dimiſit volens itinera præcludi, & ſimul omnem ſpem futuræ meſſis auferre. Quod niſi ciuitas prudenti conſilio ob uiam iſſet, iugum erat proculdubio ſeruitutis F recipiendum. Nam magnitudo copiarum tanta erat, vt à finibus eas arcere nulla eſſet facultas, præſertim repente aduentantes. Hoc periculum tunc ciuitati imminens, non armis, ſed conſilio depulſum eſt. Data ſiquidem grandi ſumma ſcilicet centum triginta millium florenorum ducibus militiæ, præter legati ſpem, non pacati mo- (Seminario dij Florentinorũ in legato Põtificis.)

A.C. 1375.

do,ſed amici facti nullã calamitatem intulere. Acceſſit [a] ad certam indignationẽ Prati oppidi per eos ipſos dies detecta proditio,quam ſciente machinanteque legato tentatam ferebant. His ergo infenſi ciuium animi, & metu ſimul indignationeque commoti, aduerſus clericorũ malignitatem inſurgere ſtatuerunt.

Ea de cauſa magnæ ſtatim copiæ paratæ. Octoque viri cum poteſtate publica creati,quibus omnis cura belli demandata eſt. Et ciuitas quidem pro accepta nuper iniuria,& pro repellendo in poſterum libertatis periculo, robuſto ac celſo animo ad id bellum ſurrexit. Octo autem virorum prouidentia(fuerunt enim præſtantiſſimi,& ſolertiſſimi viri ſecundum ſæculum)ſub ſequentibus rebus confeſtim eluxit. Nihil enim ferociter & propalàm agendo, ſed remiſſè arcaneque ſingula obeundo, monendo per ſingulas ciuitates homines, & quibus erat opus auxilia pollicendo,ſtragem aduerſariorum breui dedere. Primo omnium Typhernates ab iis impulſi, contra dominatores inſurgentes, iugum ſeruitutis repulerunt. Erat in ea vrbe præſidium nequaquam contemnendum. Attamen raptis armis Typhernates contra præſidium ruentes prælium commiſerunt. Tandem multis interfectis reliquos intra munimina arcis compulerunt. Eaque ipſa nocte Florentini populi auxilia intra vrbem recepta,vna cum ciuibus arcem obſidentes non multorum dierum certamine ad deditionem compulerunt. Qui Peruſium gubernabat legatus,vbi rebellaſſe Typhernates,& arcem à ſuis teneri cognouit,coactis ſubito copiis ad recuperandum Typhernum eas dimiſit. Id verò cum cernerent Peruſini per abſentiam copiarum elati,raptis & ipſi armis in legatum feruntur & arcem, (Erat enim munitiſſima in ea vrbe tunc arx ab hoc ipſo legato conſtructa,) ipſam obſederunt. Ad hos quoque ſubmiſſa ſtatim Florentinorum auxilia & quamquam longior fuerit obſidio,tamen ad extremum ea quoque ciuitas pari tenore ſuſcepit libertatem.

Typhernates Peruſini ab Eccleſia deficiunt.

Inter cætera illi octo viri de voluntate populi,ad augendas vires ſuas contra eccleſiæ prælatos (vt dicitur in chronicis) fecerunt ligam cum Bernabone & Vicecomitibus. Papa autem his auditis miſit Florentiam oratores ſuos ad componendum pacem cum Florentinis, promittens Typhernum & Peruſium dimittere in ſua libertate,quam iam ſibi procurauerãt,dummodo vltra non procederent in bellis,& Bononiam Eccleſiæ dimitterent. Circa quod ciues facto concilio aſſentiebant. Sed illi octo ſecretè interea tractauerunt rebellionem Bononiæ cõtra Eccleſiam,vnde pax non eſt ſecuta,ſed bella. Et à ſapientibus & bonis viris communiter creditum eſt malè fuiſſe factum nõ ſumere pacem, cùm Florentini cum Eccleſia vniti fuiſſent ad exterminandum vicecomites vt tyrannos, & inimicos Eccleſiæ & Florentinorum. Sed non tranſierunt impuniti Florentini. Nam & ſi multum attriuerint ſtatum Eccleſiæ,ipſi tamen conſumpſerunt infinitas pecunias, ſcilicet tres milliones florenorum:inde excommunicati & interdicti. Et Vicecomites ita augmentati in dominio,vt poſtea opprimerent Florentinos nimis. Et inde poſtea ſeditiones in ciuitate inter ciues,& populum minutum,& notabiles ciues decapitati,& bella ciuilia orta. Et ad horam viliſſima plebs dominata eſt,ſcilicet, Ciompi, vt patebit infrà.

Octo virorum in Pontificẽ machinamenta Ioannes Villanus.

Florentini quæ mala perpeſſi ſint ob Eccleſiæ partes derelictas.

Populum minutum i. vilis cõditionis homines. inf.c.3.§. 4.

Secuta eſt paulò pòſt Spoleti,Tuderti,Eugubij,Foroliuij defectio, & Aſculi in Picentibus, & Viterbij in Tuſcis, Nec ruinam parem meminit quiſquam. Cauſa verò tam ſubitæ ſtragis fuit mala dominatio, ac infenſæ iampridem populorum mentes,vt primò facultas apparuit ſeſe in libertatem auidiſſimè vendicantium. Nec tolerabilis ſane iam erat Gallorum clericorum ambitio, qui ciuitates Italiæ ſeruorum habebant loco,nec animos ſibi conciliare hominum vlla cura fuerat, ſed arcibus,muriſque compeſcere.

Multæ ciuitates ab Eccleſiæ ſubiectione ſe ſubtrahũt. Le. Aret. A.C. 1376.

Sed ſuper omnia mentes clericorum debilitauit,ac fregit Bononiæ defectio,quæ quidem vrbs magnis Anglorũ copiis tenebatur. Præerat autem copiis illis Ioannes Auguſtinus. At enim cum pro recuperatione Granaroli oppidi,quod per eos rebellauerat dies,copias eduxiſſet, Bononienſes iampridem ab Octo viris ſollicitati, ſumptis per abſentiam copiarum animis,corripuerunt arma,ac ſe vt cæteri in libertatem vindicauerunt,& ſtatim vt compoſitum fuerat populi Florentini auxilia Bononiæ affuerunt. Copiæ verò illorum Anglorum eductæ vbi Bononienſis populi motum audierunt,Bononiam reuerti non auſæ,Fauentiam ingreſſæ ſunt. Ea ciuitas in fide legati, pontificiſque manebat. Ob id nec refragante populo Angli intra mœnia recepti cum eſſent,mirabili ducis prauitate omnia in ciues fecerũt,quę captis expugnatiſq; vrbibus fieri ſolent. Nam & rapinæ omnia propalam expoſita, & viris aut pulſis aut interfectis mulieres ad libidinem reſeruatæ : ſacraque ac profana miſerabiliter impiéque barbarorum im-

Bononiæ defectio.

[a] *Florentinis ſollicitantibus, & Typhernatibus Peruſiniſque initium facientibus omnia ferè Italiæ oppida Eccleſiæ ditioni ſubiecta à Pontifice defecerunt. Nam cùm Pratenſis Florentinorum excutere iugum Anno Pontificis quinto quæſiuiſſent, hiſque legatus Pontificis,qui tunc Bononiæ erat,fauens copias per aliam ſimulationem miſiſſet, Florentini copias pecunia corruptas auerterunt, & coniuratione detecta Prati in nonnullos animaduerterunt. Nec fecerant Florentini conceptæ iniuriæ,aut legato,aut Pontifici querelam, cui potuit facillimè ſatisfieri:ſed facinus ad vindictã, vel potius,vt apparuit per ambitionem, aggreſſi ſunt omnium,quæ vſquam gentium audita ſunt nefariũ. Vexilla enim perpulchra litteris cubitalibus aureis,vnicis libertas verbis inſcripta in publico plurima pependerunt:que nunciis tradita ſingulas ducentibus cohortes quaquauerſum per terram Eccleſiæ ſunt geſtata. Primique Typhernates,& ciuitatis Caſtelli populus,introducta cum libertatis vexillo cohorte, præſidium Eccleſiæ expulerunt. ex Volaterr. Blondo, & aliis. Ex his apparet Pontificis legatos,qui eius nomine Italiam gubernabant,non ita eſſe damnandos,vt eos Leon. Aret. damnat, nec Florentinos poſſe à graui ſcelere excuſari,qui aduerſus Pontificem maximum omnes ciuitates ei ſubditas excitarunt. Neque verò hæc D. Anton. probare videtur,qui octo viros,quorũ conſilio hæc geſta ſunt ſolertiſſimos viros ſecundum ſeculum vocat:innuens eos humana quadam conſideratione,non cæleſti & diuino inſtinctu ad hæc gerenda impulſos fuiſſe:denique paulò pòſt omnia horum conſilia reprobat.*

A.C. 1375.

immanitate polluta. Vrbem denique ipſam tandem omnibus nudatam cum mœnia ſolùm parieteſque ſupereſſent, ſceleratus dux pecunia vẽdidit principibus Ferratienſium. A

Ioannis Auguſtin impro bitas.

Dum hęc in Italia geruntur, Gregorius Romanus pontifex audita Bononiæ defectione, quo ruentem Eccleſię ſtatum repararet, ſex millia equitum quatuor millia peditum Britonum ferociſſimarum gentium per Galliam ſcripta, in Italiam deſtinauit, cum hiſque legatum de latere, quem Gebennenſem appellabant. Ipſe autem pontifex in Gallia reſidens cenſuras ac pœnas contra Florentinos promulgauit. Erant autem hæ permultæ & horrendæ. B Itaque non contemnere placuit, maximè cum optima ratione probari poſſet culpam omnem in peſſimos illius miniſtros eſſe referendam.

Pontifex Max. Florentinos excómunicat.

Florentini hoſtes Eccleſiæ ſe profitentes ſe contra Eccleſiam muniunt. Ioan. Vil.

Ex prędictis igitur Florentini conſtituentes ſe manifeſtè hoſtes eccleſię & Gregorij pótificis, & curiæ eius, in breui collegerunt maximam ſummam pecuniarum, vt cum bonis Eccleſiarum diu contra Eccleſiam poſſent dimicare. Nã communitas ipſa per reformationes ſeu ſtatutum ordinauit, vt bona immobilia Eccleſiarum territorij ſui venderentur laicis, C non ſolum voluntariis, ſed & coactis ad emendum ratione vicinitatis bonorum eorum ad ipſa bona, ac etiam immobilia ipſius epiſcopatus. Neverò Eccleſiaſtici omnibus reditibus ſpoliati manerẽt, ſic communitas eis prouidit, vt quouſque Eccleſiis redderentur dictæ poſſeſſiones earum venditæ, interea reciperent de reditibus mõtis ad rationem quinque pro centenario, qua ſumma pecuniaria maxima collecta, conduxerunt nouas copias bellatorum [reditus interim] de tempore in tempus integrè perſoluentes, D ac etiam cum Bernabone &, aliis vicecomitibus Mediolanenſibus ſe colligantes.

Poſt aliquot autem annos ſtatuit communitas, vt deſcriberentur omnes, qui de dictis poſſeſſionibus Eccleſiarum emerant, & in ſchedulis redacti per ſortitiones de burſa traherẽtur in certo numero annuatim quouſque finirentur. Qui autem ſic ſortiti nominabantur, accedentes ad officiales montis, totum pretium ſolutũ recipiebant, ſicque poſſeſſiones ad Eccleſiam reuertebantur, quibus reſumptis ceſſabat communitas dare eis illum reditum quinque pro E centenario. Et quamuis plurima immobilia ad ipſas Eccleſias ſic vendita reuerterentur, multa nihilominus ſunt deperdita ex incuria, vel obliuione, & prolixitate temporis.

Florentini ad Pontificem legatos mittunt. Leon. Aret.

§. II.

MISSI igitur iſta de cauſa, de Pótificẽ oratores duo, Alexander Antilla, & Donatus Barbadorius, viri in ſcientia iuris clari, atq; F in agendo dicendoq; in primis efficaces, hi cũ tranſmiſſis Alpibus ad pontificem Perueniſſent, tempus quoque dicendi illis datũ eſſet, publico in auditorio maximo cócurſu cuiuſque generis hominum, qui audiendi ſtudio conuenerant, in hunc ferè modum locuti fuere.

Oratio legatorũ pro Florentinis.

Si tui, beatiſſimè pater, ſiue præfecti ſiue legati, quos ad gubernandas Italiæ ciuitates miſiſti gubernationem populorum amabilem, ac non tyrannidem horrendam in ceruices hominum fuiſſent meditati: nec tibi nunc nos accuſandi cauſa foret, nec nobis excuſandi. Quippe res trãquillę, pacatæque forent, nec vllius querimonia indigerent, immo & gubernatores populorũ fidelitatem, & populi ipſi gubernatorũ moderationẽ debitis laudibus proſequerẽtur, Finitimi verò omni protinus inculatione carerent. Nunc autem (vt par eſt) querela multiplex & varia inſurgit, quod gubernatores fideliũ populorũ infidelitatẽ accuſant, populi autem, non vt fidelib⁹, aut ingenuis, ſed vt ſeruis, ac barbaris imperatũ ſibi conqueruntur, ſuperbiaque, & auaritia, & libidinibus eorum neceſſariò ſe compulſos aiunt tã miſerę ſeruitutis iugũ excutere. Noſque deuotiſſimi ab antiquo Eccleſiæ filij, quos iſti nunc quaſi fautores adiutoreſque defectionis criminãtur, luce clarius docere poſſumus, gubernatores illos id nefariũ ſeruitutis iugũ, quo cæteros miſerabiliter premebãt populos, tyrannico nimiũ conatu ĩ ceruices noſtras extẽdere voluiſſe.

A.C. 1376.

Pontifici quid tribuant Florentini.

Tu igitur, beatiſſime pater, æquiſſimas tuæ ſanctitatis aures inclina: & nõ vt pars, ſed vt iudex rectus & ęquus, cauſam fideliũ tuorũ de põtificali iuſtitiæ ſolio recognoſce. Quo enim longius abes, ac minus vel oculis inſpicere malefacta gubernatorũ tuorũ, vel auribus percipere potuiſti, eo magis debet tua ſanctitas aures ęquiſſimas nobis impartiri. Nos autẽ liberius de illis loquimur, quoniã certiſſimè credimus contra voluntatẽ tuã illa omnia proceſſiſſe. Cũque omnis legitima gubernatio gratia eorũ qui gubernãtur, inſtituta ſit, & pro eorum vtilitate, nõ debet tuæ ſanctitati populorũ cauſa, & iuſtitia minus cõmendata eſſe, quàm eorũ qui à te miſſi ſunt ad gubernandum. Atqui cogitare debebãt gubernatores ſe non ad barbaros, nec ad Saracenos: ſed ad ingenuos Chriſtianos populos gubernandos tranſmitti. Et quo Eccleſiæ nomen, atque religio diuinius ſonat, quoque alieni⁹ à tyrannide armorumque violentia eſſe debet: eo mitius & humanius populos gubernare. Hi autem præclari homines obliti, & qui eos mitterent, & ad quos mitterentur, ita deinde ſe magnificos eſſe putarunt: ſi vitia ſua exercere poſſe, ſi vim & arma, & terrorem cum miſera gemendaque ſeruitute fidelibus populis inferrent. Quid eis quæſumus, tot arces per ſingulas ciuitates infinito penè ſumptu ab illis ędificatæ pro fuerunt? Quid tot mercede conductorum militum phalanges ſingulis vrbibus impoſitę? Nonne hæc probant tales fuiſſe gubernatores, vt cõſcii ſuorũ ſcelerũ de ciuiũ voluntate eis fuerit deſperãdũ, fundamẽtaque ſtatus ſui collocaſſe, nõ in iuſtitia, & benignitate, ſed in violentia miſeráq; tyrãnide, qua ſeruos nobis parere cõpellimus? Hæc, beatiſſime pater, à volũtate cõſenſuq; tuo ſẽper aliena putauimus & putam⁹. At enim ſuperbia illorũ, moreſq; nefarij in gemitũ moxq; in deſperationẽ populos adegerunt, nec vllos infeſtiores per Italiã hoſtes habuit Eccleſia, q̃ gubernatores ſuos. Ab his & cõtẽptus hominũ ſuperbiſſimi & intolerabiles rapinæ, & inhoneſtiſſimæ cupiditates, ne dicã libidines extitere. Hi populos nõ verbis, ſed (quod deterius eſt) rebus hortati ſunt, hi ad inobediẽtiã cõpulerũt. Doles tot ciuitates per Italiam defeciſſe, gubernatoribus imputa, qui hęc machinati ſunt. Arma ſũpta,

Gubernatio omnis eorũ cauſa qui gubernantur inſtituta.

Gubernatores pro Eccleſia quales fuerint.

A.C. 1375.

libertatemq́ue proclamatam à populis indignaris: eiſdem gubernatoribus adſcribe, qui ſæuo tyrannidis iugo in furorem & arma populos adegerant. Equi & elephanti, quibus non eſt intellectus, bonam vel malam gubernationem diſcernunt, atque huic obediunt illam non ferunt, nedum homines ratione præditos hæc non intelligere arbitremur. Nobis autem ab antiquo eccleſiæ deuotiſſimis filiis, qui perſecutiones strageſq́ue innumeras pro defenſione Romanorum pontificum certantes ſubiuimus, quid iſti gubernatores fecerunt, attende.

Pontificij legati in Florẽtinos inhumanitas.

Cum fame populus noſter laboraret (habemus namque ciuitatẽ populoſiſſimã, & quę plurimum importatu indigeat) Cùm igitur fame laboraret ſuperiori anno populus noſter, ac Bononiæ cæteriſq́ue eccleſiæ vrbibus præ magna vis frumenti ſupereſſet, neque precibus, neque obſecrationibus, neque lachrymis pro infima plebe diffuſis impetrare à gubernatoribus valuimus, vt de ſuperabundantia ſua plebi noſtræ fameſcenti, vel in aliqua ſaltem particula ſubuenirent, cum eſſemus loco proximi, publicè ſocij, priuatim amici. Verum quamquàm hæc dura ſunt, & inhumana, & caritatis expertia: tamen non ſunt magna ſi ad ſequentia comparentur. Non contenti enim non ſubuenire poſtulantibus & indigentibus, verum etiam noſtra ipſa profutura ſpe adimere malignitate mirabili gubernatores tui quæſierunt. Nam cum aduenîſſet iam æſtas, & omnis ſpes in ſegetibus eſſet, quę iam flaueſcere incipiebant, ſcientes illi difficultates extremas noſtro populo adeſſe, nec aliud omnino refugium, quàm in nouis ſegetibus habere, repente hi præclari gubernatores ſub ficto caſſationis velamento, vniuersũ equitatum ſuum incredibili multitudine contra ciuitatem noſtram miſere, vt extra vaſtatis agris, ſpeque frumenti adempta, intus verò fame percuntes, quod vnum reſtabat remedium: in eorum poteſtatem, id eſt, ſub eorum ſeruitute & tyrannide venire cogeremur. Quod niſi ſeruaſſet nos primum diuina benignitas, deinde pecuniarum magnitudo (centum enim & triginta millia florenorum equitibus dedimus) proditionibus, doliſq́ue ſubacti in ſeruitutem illorum miſerabiliter trahebamur. Nam aduerſus tam repentinam vim, tantaſq́ue copias improuiſo inopinatoq́ue ſuperuenientes reſiſtendi armis facultas non erat. Nec proderat ſeruare mœnia, cum victus neceſſarius intus deeſſet. Hæc autem qualia ſunt pater optime? an non ſtupenda? an non deteſtanda? an non nefaria? Hac igitur fraude malignitateq́ue detecta, periculumq́ue experti, ſi ſic poſt hæc nos armauimus, vt iterum inferri nobis eadem pericula nequirent: vtrum hoc eſt ſtatum eccleſiæ, ſubuertere, an ſtatum noſtrum à periculo vindicare. Et vtrum nos, qui obuiauimus ac reſtitimus illato nobis periculo, turbationis cauſa ſumus exiſtimandi, an illi qui periculum inferendo nos muniri aduerſus eorum violentiam coegerunt: Quod ſi aliæ ciuitates videntes non armari, fiduciam aſſumpſerunt illorum nefariis iniuriis reſiſtendi, quis iuſtus iudex imputare nobis debet cum pro defenſione noſtra fecerimus omnia, non pro alterius impugnatione. Hæc pro nobis ipſis & iuſta & legitima dixiſſe videmur: & beatitudo tua, ſi rectè iudicare voluerit, debet eadem comprobare.

A.C. 1375.

Florentini in ſedem Romanã quales fuerunt.

Sed quæ poſt hac ſuſpicio reſtet liberè aperiemus: Auditum eſt enim à nobis multa ſiniſtra per æmulos obtrectatoreſq́ue tuæ beatitudinis auribus inſtilata fuiſſe, atque diffuſa aduerſus deuotionem, fidelitatemq́ue ciuitatis noſtræ. Itaque neceſſarium videtur, quæ & qualis fuerit erga eccleſiam Florentini populi deuotio fideſq́ue viceuerſa memorare. Populum Florentinum, beatiſſime pater, ſi antiquæ recitantur hiſtoriæ, ſemper aſſertorem præcipuum Romanæ eccleſiæ reperies extitiſſe. Ob hoc etiam indignationes imperatorum grauiſſimas, & perſecutiones innumeras pertuliſſe. Nullus contra pontifices Romanos, in Italia ſurrexit, qui non & Florentinum populum, vt aſſertorem fautoremq́ue illorum, fuerit perſecutus. Nec rurſus vllo in loco pugnatũ eſt pro eccleſiæ ſtatu in quo Florẽtinus nõ fuerit in armis. Probat primi Friderici perſecutio, qui cũ Romanã eccleſiam crudeliter afflixiſſet, non minori ſæuitia Florentiam afflixit, vt pote Romanorum pontificum ſingulariſſimam aſſertricem. Probat & Henrici filij perſecutio idemtidẽ nobis eiſdem de cauſis illata. Probat & alterius Friderici, qui cum Romanos pontifices exterminaſſet, ſtatum que eccleſiæ per Italiam euertiſſet, ita demum hoc fore ſtabile putauit, ſi Florentinos ſtudio Romanæ eccleſiæ flagrantes, è medio tolleret, atque opprimeret. Itaque & carcere, & tormentis, & gladio, & exterminatione ciuium, & omni crudelitatis impietatiſq́ue genere in Florentinos deſæuiit. Succeſſit vt in generis, ſic etiam in furoris hæreditatem Manfredus, qui Siciliæ regnum poſt Fridericum obtinuit. Hic rurſus, vt pontificibus, ita & nobis, vt fideliſſimis eccleſiaſticarum partium aſſertoribus, bellum intulit, victoſq́ue apud Arbiam maximo prælio domo pepulit: patria extorres diſſipauit. Nec nos ante in patriam noſtram reſtituti ſumus, quàm Romanus tunc pontifex in ſedem ſuam. Sed Mãfredus ipſe non impune hoc egit. Nam Carolus ex Gallia in Italiam vocatus cum veniſſet, in illa memorabili pugna apud Beneuẽtũ cõmiſſa, Florentini tunc exules ſuo proprio agmine ſub vexillo, quod eis Romanus pontifex, vt deuotiſſimis & fideliſſimis donauerat, aduerſus Manfredum vna cũ Carolo pro ſtatu pontificũ pugnauere, victoq́ue & occiſo Manfredo finem perſecutioni impoſuere. Poſt hæc cum huius Manfredi nepos Chunradinus Italiam ingreſſus contra eccleſiam moliretur, noſtræ ciuitatis auxilia interfuerunt ad perſecutorem eccleſiæ opprimendum. Quid poſteris temporibus, ac fere noſtra ætate: cum Ludouicus Bauariæ dux correptis imperatoriis faſcibus, cum magno exercitu Italiam intrauit, Romam tenuit, falſum pontificem, cardinaleſq́ue in ea creari fecit, quiſquam ne magis in veri pontificis, veræq́ue Romanæ ſedis deuotione perſtitit, quàm ciuitas noſtra. Quę & aduerſus terrorem Ludouici armata ſe obtulit [& aduerſus Caſtrutij crudelitatem ſe conſilio oppoſuit.] Nec enim terror armorum, nec imminentis periculi magnitudo, nec exempla cęterarum ciuitatum, quę falſo pontifici adhærebant, populũ noſtrũ à vera fidelitate potuerũt deflectere, quãuis & bellũ & obſidio

Hoſtes Rom. Ec. præcipui.

Carolus primus Siciliæ rex laudatur.

A.C 1375.

& obſidio grauiſſima à Ludouico ſimul & Caſtrutio nobis immineret.

Hæc & huiuſmodi alia permulta, cum pro eccleſia perpeſſus fuerit populus noſter, an ob hæc tibi videturis eſſe populus noſter, cui à tuis gubernatoribus & præfectis in extrema fame ſubuentio frumentaria denegaretur? An tibi videtur dignus populus noſter, vt non ſolùm frumentum ei negaretur, ſed equitatus Anglorum repente ad ſegetes vaſtandas agrorum mitteretur, vt per hoc miſeræ ſeruitutis iugum ſubire cogeremur? Hæc ſi te volente & iubente) quod credere non poſſumus) facta ſint, de ſedis apoſtolicæ, de eccleſiæ Romanæ, de pontificis ſum mi ingratitudine & iniutia cõqueteremur. Sin autem ipſi præfecti contra voluntatem tuam hæc fecerunt, indignationem tuam ipſi merentur, non Florentinus populus, qui contra illorum nefarios conatus neceſſariò ſe armauit.

Deprecantur pontificem.

Quocirca, pater ſanctiſſime, ibi ab intimis viſceribus ſupplicamus, vt ſereno tranquilloq; animo cauſam noſtram diſcernas. Iram verò & indignationem, ſiquam aduerſus non doloſæ tibi linguę infuderunt, deponas. Neque enim decet in cathedra ſancti Petri ſedentem ira vel odio commoueri. Pone tibi ante oculos infantes & pueros, & illam multitudinem ciuitatis noſtræ fame laborantes, quibus non denegata eſt modo frumentaria ſubuentio à præfectis tuis verumetiam miſſus exercitus ad vnicam ſalutis ſpem crudeliter auferendam. Subueniatur ciuitatum illarum miſeræ ſeruituti, quæ ſub illorum, gubernatione fuerunt. Moueat denique lachrymas tuas Fauentia ciuitas fidelis, & innocens ab equitatu præfectorum tuorum hoſtilem in modum direpta. O miſerandam calamitatem! O ſceleratum facinus! O deteſtandam crudelitatem! Quis non fleat aſpiciens necatos ciues crudeliter? Virgines ac matresfamilias ad ſtuprum libidinemque reſeruatas? Infantium ac lactentium turbas, mulieresque ætate prouectas, longis agminibus mẽdicaturas, de propria vrbe laribuſque depulſas? Hæc ſunt opera præfectorum tuorum. Hæc illorum ſanctitas ac religio. Quorum facta ſi tu non damnas, ſed eos perſequeris, qui aduerſus talia reſtiterunt, vide quid Deus ipſe de his iudicaturus ſit, & quæ de huiuſmodi rebus opinio in communi hominum iudicio relinquatur. Legati quidem cum hæc dixiſſent, finem dicendi fecerunt.

Multitudinis & Pontificis de hac oratione ſententia. idem.

§. III.

MVLTITVDO autem, quæ conuenerat ad audiendum, & corona facta circumſtabat in auditorio vehementer commoueri oratione legatorum viſa eſt. Fluxeruntque lachrimę pleriſque qui aderant: nec dubium erat, ſi ſuffragio audientium, res commiſſa fuiſſet, quin Florentini ſententiis omnium abſoluerentur: ita ſuadenter legati dixiſſe viſi ſunt, atque ita in

A flexerat animos oratio. Pontifex verò hæc animaduertens, quamuis ſententia in aliud tempus differebatur: tamen non nihil reſpondendum in præſentia ratus, in hunc ferè modum verba feciſſe dicitur.

A.C 1375.

Audiuimus, Florentini, defenſionem veſtram aduerſus crimina per proceſſus noſtros vobis obiecta. Quoque accuratior fuit veſtra oratio, eo, magis patet omnia collegiſſe. quæ vel in cauſa, vel extra cauſam dici pro excuſatione poſſũt. Et nos quidem vti ſuadetis, iudices erimus recti. Nec ira nec indignatione mouebimur, neque calumniis credemus, ſed ſolummodo veritati. Vos autem viceuerſa hortamur, vt commiſerationes iſtas, & epilogos, ac cætera huiuſmo-B di machinamenta, & artes, quę ad decipiendum iudicem pertinent, miſſa faciatis, & vna ſimul nobiſcum veritatem intueamini.

Quęro igitur à vobis cum populus veſter fuerit impulſor, adiutor, & author ciuitatibus eccleſiæ rebellandi (nam id quidem patet, & negari non poteſt quod eſt omnibus manifeſtum) qua tandem ratione factum à vobis hoc defendere aggrediamini? Nempe illa ratione, qua pro tutela veſtra dicitis id feciſſe (ſic enim quodam loco dictum fuit à vobis, ideo armaſſe vos, ne pericula vobis poſſent inferri) hęc autem verba fronte prima videntur bona & recta. Cuique C enim licet aduerſus illatam vim ſeipſum tueri. Verumtamen ſi arma capiat quis, non vt vim præſentem repellat, ſed occidat eum, de quo ſuſpicatur & metuit, iam homicida eſt, manifeſtéque damnandus. Vos Florenti Typhernum, vos Bononiam, vos Peruſium copias veſtras miſiſtis ad arces expugnandas, ad gubernatores earum deiiciendos, & opprimendos. Hoc autem (pace veſtra dictum ſit) nequaquam eſt vim repellere, ſed inferre nec à domo ſua propulſare violentiam, ſed alienæ domui violentiam facere. Tale igitur eſt factum veſtrum, quale illius, qui hominem occidit, de quo ſuſpicatur, ne ſibi aliquan-D do poſſit nocere quod eſſe damnandum, & contra leges manifeſtiſſimum eſt. Quanquam quid nos de ſuſpicione & metu loquimur: cum appareat vos non metu, vel ſuſpicione, ſed odio magis illa feciſſe.

Sapienter & ſi non ornatè Pontifex orationem legatorum refutat.

Omittamus Typhernum, Peruſium, Bononiam, quas ad rebellandum compuliſtis, quarum arces expugnaſtis fuerit in propinquitate aliqua vobis ſuſpicio vel metus. At Aſculum in Picentibus, & aliæ locorum illorum vrbes, tam procul à vobis, tam longinquæ, tam remotæ, nonne probant manifeſtè vos non ſuſpicio-E ne vel metu, ſed odio contra ſtatum eccleſiæ inſurrexiſſe ad vrbes illas auferẽdas, nec minuere vires eccleſiæ per Italiam, ſed euertere penitus, & delere funditus voluiſſe? Et poſtea aſſeritis vos eccleſiæ filios Romanæ eſſe, nec intelligitis contra vos dicere, quanto grauius eſt filium parenti manus afferre, quam extraneum. Abutimini ad omnia gubernatorum inuidia, & arces per ſingulas vrbes ab eis ædificatas vituperatis quaſi tyrannicum. Denique culpam om-F nem defectionis in gubernatores ipſos refertis. Primum quidem quantum ad arces pertineret, nec nos laudaremus ſi populi ſemper ratione vterentur. Sed vt equi otio, & affluentia cibi intractabiles fiunt & calcitroſi, ita & populi nimia

A.C. 1375. mia interdum quiete & indulgentia inſoleſcunt & arcibus indigent,quibus compeſcantur.Gubernationem legitimam omnem, pro eorum qui reguntur populorum vtilitate inſtitutam eſſe fatemur.Talem noſtram eſſe dicimus. Neque enim ſumus tyranni,nec eſſe volumus. Arces tamen ad populorum ſalutem & vtilitatem pertinere credimus,vt ſe contineant, & acquieſcát: vt leues audaceſque homines (quibus plenæ ſunt vrbes contra bonorum voluntates res nouas ſuſcitare non audeát.Nam quod ad culpam gubernatorum defectionem refertis,ſatis conſtat nobis nullum ante populum defeciſſe, quàm à vobis ſuadendo & pollicendo fuerit ad defectionem impulſus:vt in vobis cauſa ſit,non gubernatoribus noſtris.Ad extremum calamitatem Fauentinorum miſerabiliter deploraſtis, quaſi verò calamitas illa non ex Bononiæ defectione,& rebellione orta ſit. Nunquam Angli Fauentiam inuaſiſſent ſi Bononia in fide permanſiſſet.Itaque qui rebellandi Bononienſibus cauſa fuerunt,iidem ipſi miſerabilis excidij Fauẽtinorum cauſa fuerunt.Et noſtrum eſt de ea calamitate, deque malis contra eos apud vos conqueri.Hæc breuiter reſpondiſſe placuit ad orationem veſtram,non affirmantes,ſed diſceptantes,iuſtitiam tandem facturi in ſententia ferẽda.

Rom.Pon. non eſt tyrannus,neque eſſe vult.

Secundum has orationes mora quædam aliquot dierum & intercapedo fuit, variæ ue in curia opiniones & voluntates. Galli ſiquidem omnes contra Florentinorum cauſam plerique ſentiebant:Italici verò generis cuncti pertinaciſſimum fauorem Florentinis impartiebantur. Demum excuſationibus defenſionibuſque reiectis ſententia pontificis Florentini damnantur,& interdicto ciuitas ſubiicitur vniuerſa. In ſingulorum quoque bona vbicunque reperirentur ius aſperrimè conſtituitur. Aderant oratores Florentini,cum ſententia ferebatur, quo in loco multa facundè, ac libero animo dicta ab illis fuiſſe conſtat. Et illud in primis quoad effigiem Dei Barbadorius conuerſus (is enim maiori ſpiritu nitebatur) nagna voce, ita vt pontifex audiret,Deus (inquit) nos legati Florentini populi ab hac ſententia Vicarij tui iniquè lata, ad te tuamque æquitatem appellamus.Tu qui falli non poteris,nec ira inflecteris, nec ſeruitutem populorum, ſed libertatem amas,& tyrannos libidineſque odiſti,Florentino populo libertatem ſuam defendenti ſubuenies ac propicius protectorque aderis. Et res quidem curiæ ita tranſigebantur.

De cauſa Florentinorum variæ opiniones

Pontificis ſententia Florentini dãnantur.

Cardinalis Genuenſis cum copiis Pontificiis Italiam ingreditur. Blond.ibi.

§. IIII.

BRITONES autem,quos in Italiam miſſos ſuprà diximus à pontifice, ſuperatis tandẽ alpibus in Aſtenſem,& Alexandrinum, & Tortonenſem agrum profecti,dimenſa citeriori Gallia circiter maturationem meſſium in fines Bononienſium peruenere.Florentini verò, quo ab eorum impetu Bononia defenderetur,omnes copias ſuas Bononiæ tranſmiſerunt, & Apennini aditus,quo illis veniendi in Florentinum agrũ facultas deeſſet,cuſtodiri fecerunt.Erat cum Britonibus Gebennenſis legatus:de quo ſuprà fecimus mentionem.Is ergo humana manſuetudine fretus,nec vaſtari agrum, nec cætera multa, quæ natura belli fert,permittebat fieri,& in vrbem miſerat,qui præteritorum veniam impunitatemque offerrent.Qua quidem pollicitatio ne nonnullos Bononienſium in ſuam ſententiam traxerat.Agitatio igitur occulta ad proditionem tendebat,qua vna ſpe Gebennenſis per Bononienſem agrum ſæpius motis caſtris, diutius in iis locis commoratus eſt, tenens ſi qua poſſet,copias quæ intus erant ad exeundum pellicere.Intra vrbem copiis præerat Rodulphus Varianus Camerinenſis, vir ſagaci ingenio, & bellorum ſciẽs:qui moram hoſtium cernens, nihil aliud eos,quam proditionem expectare coniectura ſuſpicatus, exire copias nunquam permittebat. Vnam duntaxat meditabatur vrbis cuſtodiam,putans,id quod erat, niſi ea potirentur vrbe, omnem impetum hoſtis in breui eſſe caſurum.Ferturque eius vox,& prudens & vrbana.Nam cũ hoſtes ipſum allicere fruſtrà,conati, tandem percunctarentur, quid intus maneret, cum ſuis copiis:quid non exiret aduerſus eos, ac pugnam capeſſeret:reſponderi iuſſit ideo ſe non exire,ne illi intrarent. Nec multò pòſt agitata proditio deprehenſa eſt qm̃ ob illius diligẽtiá aſſiduáque cuſtodiá effectũ habere nequibat, capti deinde proditores,detecti ac ſupplicio affecti,irritam expectationem legato fecerunt.

Sup.§.1.

Rodulfus Varianus, ſeu Bien... neas Bononie dux.

Stantibus ad Bononiam copiis, duo Britonum equites fide ſuſcepta Bononiam ingreſſi, probra quædam militariter contra Italos locuti, quoſcunque noſtros in ſingulari certamine prouocabant. Aduerſus eorum intolerabilem iactantiam,cum alij ſilerent,duo primarij iuuenes ſeſe obtulerunt. Dettus Biſſolus Florentinus,& Guido Alcianenſis.Hi non minori verborum acerbitate contra Britones inuecti,cùm minabundi ſe ad pugnam offerrent,data acceptaque duelli fide, conſtitutaque ad pugnam die, inſignibus equis armiſque,in certamen venerũt Locus illis extra vrbem datus,prope hoſtium caſtra.Gebennenſi legato ſecuritatem pollicente. Ibi quatuor pugiles magnis Italorum Gallorũque votis ſinguli aduerſus ſingulos congreſſi pugnauere.Pugna eorum fuit equeſtris,effuſo curſu infeſtis cuſpidibus ſe petentibus. Quod cum ſæpius egregiis animis pariterque feciſſent tandem Biſſoli virtus prima emicuit,tranſfixumque haſta Gallum ad terram proſtrauit. Ipſe verò mox equo proſiliens cum iacentem hoſtem iugulare pergeret, accurrens Gebennenſis parcere illius vitæ captiuumque ſeruare illum precabatur.Id cùm audiret Biſſolus,interrogauit coram omnibus num ſe victorem,ac vitæ illius neciſque Dominum eſſe conſtaret? Cùm id affirmaretur,contentus ea confeſſione faciliter, ac benignè illum Gebennenſi donauit. Reſtabat altera pugna,& ipſa inſignis, omniique nixu agitata.Verum eius quoque exitus talis fuit. Dum ſe infeſtius petunt ambo, vno eodemque tempore mutuis cuſpidibus transfixi corruerunt. Sed Italus primus ſurrexit, iacentemque Gallum ſemianimem captiuum habuit. Donati victores egregiè, magna cum laude Bononiam

Duellum inter Britones & Italos.

A.C. 1376.

Bononiã rediere. Ad iſta, [a] quæ hic narrat Leonar. in hiſto. Floren. adde, quia cùm duellum ſit prohibitum lege, non ſolum canonica: ſed etiã diuina, quia hoc eſt Deum, tentare: vt dicitur 2. q. 5. monomachiam, non catholicè: nec iuſtè legatus permiſit ipſum duellũ, & pręſens adſtitit.

Duellum lege diuina & canonica prohibitum. De Turna. cap.

Aretinorũ cõiuratio.

Per idem tempus apud Aretinos detecta coniuratio grauiori motu ciuitatem concuſſit. Sachonis enim filij, cum amicis paternis ſuæ factionis conſtituerant redire in vrbem, & dominatum arripere. Erant autem tunc Aretini in Florentinorum ſocietate. Itaque ſpes omnis & fiducia coniuratorum de inimicis populi Florẽtini ſumebatur. Nec deerant copiæ Britonum illis Anglorumq́ue, qui opem in re conficienda afferrent. Verum eorum coniuratio patefacta creditur ab ipſorum intimis, ſiue inuidia ſiue indignatione, quia adſciti non eſſent. Ob hoc capti quidam coniuratorum ſupplicio afficiuntur alij fugati.

Ceſenam capiunt pontificiæ ad eum ſolo. ib. d.

Per finem, eius æſtatis Britones fruſtrà Bononienſi in agro commorati, tandem abeuntes Ceſenam petiere. Ducebant verò eos illorum duces & Gebennenſis legatus. Ceſenates in poteſtate pontificis continuo permanſerant, & venienti Gebennenſi Britonibuſq́ue liberè portas aperuerant. Stantibus igitur vrbe copiis, maleficia per noctes patrari cœperunt, vexari etiã in die ciues, & iniuriis affici. Quibus in rebus cum nil valerent querelæ apud legatum factæ, & quotidie magis delicta augerentur, tandem ſuperante patientiam iniuriarum magnitudine in furorem Ceſenates vertuntur, raptiſq́ue per iram armis, Britones aggreſſi ſuprà octingentos eorum interfecerunt, reliquos verò omnes extra vrbem pepulerunt. Arcem in ea munitiſſimam tenebat Gebennenſis, qui veritus ne ciuitas ad hoſtes deficeret, indignationem diſſimulabat, nihilq́ue ſiniſtrum de Ceſenatium facto loquebatur: ſed eos multa perpeſſos indignè, meritò ſimul neceſſarioq́ue aiebat arma corripuiſſe. Verum ea deponere tandem, & ad ſua redire ſuadebat. His verbis confiſi Ceſenates, arma depoſuere. Accitis autem properè Anglorũ copiis, & cum Britonibus coniunctis, per ipſam arcem eas contra populum inermem deceptum quę immiſit. Britones verò irati cædem ſuorum vlciſci properantes, neque ætati neque ſexui pepercerunt, miſeram & innocuam multitudinem trucidantes crudeliſſimè. Angli autem cum eis magis inſiſtebant rapinæ ciuitatis. Vnde & Ceſenates ipſos admonebant ad fugiendum è ciuitate. Vix enim aliqui alij euaſerunt, niſi à ciuitate recedentes. Tanta fuit crudelitas Britonum, vt & lactentes de cunis extraherent, capita eorum ad parietes contũdentes, aliquos alios ſtrangulantes, reliquos perforantes, ipſos occiſos alligantes ad oſtia domorum. Stratæ plenæ erant

Ceſenates trucidant octingentos Britones.

Legati põtificij ſæuitia.

Grauis exercetur à militibus ſæuitia. Stratæ i. viæ. vicis.

cadaueribus & ſanguinibus, iuxta patres reperiebantur filij interempti, ſecus Germanos fratres eorum & cum vxoribus viri. Numerus autem occiſorũ fuiſſe dicitur tria millia: ſdm aliquos quinque millia Dominus autem Galeottus dux exercitus eccleſiæ, hæc fieri ſinebat, quaſi non curans forte ſperans ciuitatem vacuam remanentem, ad eius dominium peruenturam, ſicut poſtmodum accidit. Et vbi Britones hoc egerũt in vindictam, vt inde ab aliis ciuitatibus timerẽtur, citiuſq́ue ſe eis traderent ne paterentur talia; oppoſitum inde ſecutum eſt. Nam tanto horrori omnibus Italicis hoc fuit, vt magis animarentur ad repugnandum eis, ne aliquando deuenirent ad manus tam immanium ferarum, & ſi legatus ad hoc illos induxit, vt dicitur, cum tamen ſub iureiurando promiſiſſet Ceſenatibus ſecuritatem, vt deponerent arma: nedum prælatum eccleſiaſticum vices tenentem vicarij Ieſu Chriſti, ſed Herodem & Neronem dedecuiſſet tam ſæuiſſima ſceleſtaq́ue vindicta.

Sæuitia militum Italos ab obediẽtia Eccleſiæ retrahit.

Sed inter hæc (vt habetur in chro. Florenti.) hoc accidit ſtupendum miraculum, quia cum quidam ex Britonibus ipſis in quadam eccleſia ſuper altare aliquos paruulos trucidaſſet, furoreq́ue ebrius gladio ipſo cruentato percuteret imaginem beati Antonij in pariete depictam, mox ignis deuorans carnes eius corpus inuaſit. Dumque ſic immenſis doloribus vreretur, cucurrit ad mare, & in aquam ſe proiiciens ibi ab igne conſumptus eſt totus cum oſſibus ſuis.

Miles imaginem D. Antonij percutiẽs igne cæleſti comburitur.

Circa id tempus ſtipendiarij eccleſiæ cum eis non daretur ſtipendium, ingreſſi. Oſimum (vel Auximum) & alia caſtella eccleſię plura in Marchia prędati ſunt. Ciuitas quoque Aſculi in Picentibus etiam ſe vendicauerat in libertatem, cui & Florentini copias ad tuendam ſuam libertatem deſtinarunt. Et licet Ioanna regina Sicilię rogatu papę iam bis miſiſſet auxiliares copias, tamen gens à Florentinis miſſa cum aliis confœderatis commiſſo prælio copias regi profligauit. Et demum arx ipſa poſt multã repugnantiam, omni auxilio deficiente dedita eſt, & ad ſolum euerſa.

Gregorius pontifex in Italiam nauigat. Blond. ibid. Ioan. Villan.

§. V.

ANNO autẽ Domini. 1376. Gregorius vndecimus pontifex Romanus in Italiam redire conſtituit, putans multum profuturum, ſi ipſe præſens authoritate ſua rebus gerendis adeſſet. Habere ſe copiatum ſatis arbitrabatur Anglorum Britonumq́ue, quæ fameſiores habebantur in tota Chriſtianitate amicoſq́ue eccleſiæ per Italiam ſupereſſe, quos omnes augere excitareq́ue ſuo aduentu cupiebat. Hac igitur ratione ductus, & indignatione ſaucius, per autũni tempus ex Gallia mouens, multis nauibus Italiam petere contendit. Eius nauigatio difficilis fuit, ſæpiuſq́ue diſſipata claſſis, ita vt Genuæ, Liburni, & circa ea loca diutius detineretur. Cum autem Genuæ decem diebus ſuperſediſſet honorificè receptus, quatuor à Genuenſibus pe-

tit

[a] *Ex hac D. Anton. cenſura apparet, quam iuſtè & Catholicè in Trid. conc. ſeſſ. 25. cap. 19. ſancitum fuerit vt deteſtabilis duellorum conſuetudo fabricante diabolo introducta, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminaretur, & vt Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint eo ipſo ſint excommunicati.*

A.C. 1359.

ctore Armeniſco comite, non expectatis precibus Delphini, aurum matronarum, & omnia ornamenta contulere. Eos Campani ſecuti ſunt. Quem ſecundiorum rerum curſum Pariſij inhibuere, factionum ſtudia Nauarro excitante. Eo enim contra tendente maieſtas Delphini vilis erat. Multa concilia, & ad D. Iacobi, & aliis locis habita. Re infecta vndique diſceſſum. Quædam etiam cædes factæ, & confugientes ad templorum tutelam abſtracti, iugulatique.

Delphin' Lutetiæ in periculo verſatur. A.C. 1358.

Seceſſerat Delphinus ad auunculum in Germaniam, Lutetiam orantibus Pariſiis reuerſus, vitæ periculum adiit. Præpoſitus mercatoribus Stephanus Marcellus, ne quis per imprudentiam in Delphinum B *manus iniiceret, inſigne Pariſienſium partium Capitii impoſuit. Partes Nauarri in Normannia finitimiſque locis prævalidæ formidoloſæque erant. Et ne quid miſero rerum ſtatu domeſticæ peſtis deforet, omni propè Francia plebs à nobilitate ſeceſſerat, quòd eius ſuperbia euerſam Franciam dictitarent. Antequam latius id malum ſerperet, Delphinus nobilitatis manum, quam maximam poteſt cogit. In Bellouacis ad tria millia agreſtium cæſa, In Meldis cum agreſtiis vrbanæ plebi ſe iunxiſſet, aliquanto maior vtriuſque ſtrages à Delphino facta. Quo metu cæterarum ciuitatum plebs ad ſanitatem rediit. Et reliquæ vrbes Pa-* C *riſios ſibi auctore Marcello ſummam rerum arripere indignantes, Delphino aderant. Ex his triginta millia cõfecit, ad fanũ Dionyſij ſuos Nauarrus duxerat à Pariſienſibus accitus. Sed vbi in colloquium cum Delphino venit, ſuſpectus illis eſſe cœpit. In Stephano, iuſtoue prælio ſpes ciuibus nulla. Qui integri erant à factione Nauarri Marcelliique animos ſuſtulere, ac ad D. Antonij portam Stephanum noctu, cum eius portæ claues peterent, iſque denegaret, occidunt, Delphinumque illi exercitu ex compoſito patefactis foribus recipiunt.*

Rex Anglus Franciam vaſtat. A.C. 1359.

Cum exiuiſſet induciarum dies & Francos Anglus prælio victos bello inuictos cerneret, Itium tranſmiſit, D *Rhemos tentat, à Burgundionibus centum milia aureorum nummum exegit, ne eorum euaſtaretur ager. Ad Gentiliacum ſuburbanum Lutetiæ vicum copiam pugnæ fecit. Nihil fortunæ committere Franci, ſua vi vaſtarique malebant, & ille omnia ferro flammaque miſcet. Ei cordi erat aut vaſtas ſolitudines Franciam facere, aut in poteſtatem redigere. Cum vſto agro Pariſienſi Carnutum fines popularetur, repentina tempeſtas cum horrendo cæli fragore minisque ſæuis exorta, eum ita terruit, vt ad Virginis Carnutum præſidis ædem verſus procumberet, ſque veniam incendiorum, cruoriſque hauſti poſceret, æquamque pacem terra hominibuſ-* E *que ſe daturum ſe voto mente concepto verbis etiam nuncuparet.*

Pax ad Brittiniacũ facta. A.C. 1360.

Ad Britiniacũ vicum vtriuſque gentis conuenere vbi pax æquis conditionibus facta eſt.

Rex in Franciam redit. A.C. 1361.

Ac datis obſidibus quos conuenerat quarto quam fuerat captus anno reuertit Ioannes rex. Ciuitates quas dari placuerat, facere deditionem Anglo abnuebant, Ægrè permittit, vt tempori cederetur.

Auenionẽ adit. A.C. 1362.

Rex Pontificem inuiſens ſacram militiam profeſſus eſt, & pietatis cauſa, & vt omnem Galliam ea lue liberaret, illoſque in verum hoſtem duceret. Mortuo interea Philippo Burgundiæ duce, eodem item Burgundiæ F *Atrebatumque comite, in Burgundiam ſe contulit, vt ducatum ſucceſſionis iure ad ſe deuolutum reciperet.*

Redit in Angliam. A.C. 1363. Ibique moritur. 6. Cal. Ap. 1364.

Deinde ad reliquas res, antequam in religionis hoſtes moueret, perficiendas. Itium ad Anglos redit, atque Londinum tranſmiſit ibique morbo correptus obiit anno eius ſæculi ſexageſimo quarto, relictis liberis Carolo quinto, Ludouico Andium, Ioanne Bituri-

A *gum. Andace Turonum ac Burgundiorum ducibus, ſimul Ioanna Nauarræ regina, Maria Roberti Ambari ducis, Iſabella vxore Ioannis Galeatij Mediolanenſis. Hæc ille lib. 9. reliqua inferius perſequentur.* A C. 1360

cum Philippo filio ſuo capiunt. Poſt tres annos Eduardus rex Angliæ Ioannem Francorum regem liberum eſſe voluit, & cum quibuſdam cõditionibus illum dimiſit. Quibus non obſeruatis Eduardus ipſe centum & quinquaginta nauibus & vltra armatis ingentem exercitum in Galliam duxit: & magna clade prouinciam il-B lam afficit, & demum Pariſios obſidet.

Petrus Fernetius dux Florentini exercitus Lucam occupare tentat. Leon. Aret.

§. VII.

PER extremum illius anni, Rodulpho Camerinenſi, quem milites propter ſeditionem C factam formidabant, nec dux militi, nec miles duci ſatis fidebat: ſucceſſor datus eſt Petrus Fernetius vir egregius bello, ac rei militaris per eà tempora in primis peritus. Is ergo magna ſpe omnium cum belli curam ſuſcepiſſet, principio veris Lucam per proditionẽ occupare tentauit. Erat enim tunc Luca in Piſanorum poteſtatẽ, vt ſupra dictum eſt, ægreque ferebant Lucenſes eorum dominatum. Re igitur arcane cum quibuſdam Lucenſibus compoſita, cum duobus equitum millibus, & quingentis peditibus Fugetio mouens, ad conſtitutum tempus ſe circa D Lucam oſtendit: ſed paulo ante detecta proditio fuerat, & manus iniectæ quibuſdam coniuratorum. Itaque non ſuccedentibus rebus dux è veſtigio copias reduxit. Barcha per id tempus à Piſanis obſidebatur. Erant quoque per finitima Barchæ loca defectus quidam, & motus: ad quæ cum Florentini Piſanique auxilia ſubmiſiſſent, prælium committitur, in quo prȩualentibus Piſanis trecenti Florentinorum equites, & ducenti pedites profligati magnam cladem ſuſceperunt: eoque profecti capti ſunt, & caſtella qui defecerãt omnino amiſſa, & Barcha duriori quàm E prius fuerat obſidione adſtricta.

A C. 1360. ſup. c. 8. § 1.

Piſani Florentinos ſuperant.

Ea velut ignominia tactus Fernetius, quòd primæ res fœdè ſibi ſucceſſerant: cum reliquis copiis agrum Piſanum ingreditur, iratus quidem & ſibi & hoſti, certoque confligendi propoſito, nihil aliud meditatus, quàm quòd acceptam cladem, valeret vlciſci. Affuitque fortuna illius cœpto quaſi temerario. Nam cum haud multò Piſis abeſſet, obuioſque Piſanorum equites habuiſſet, pedites quoque mercede conducti ac multitudo vrbana ſtudioſè concurreret, pugnatum eſt aliquandiu dubio euentu: tandem F Fernetij virtus & ardor ſuperauit, fractiſque & profligatis magna ſtrage Piſanis victoriam eſt conſecutus. In eo prælio dux hoſtium captus eſt, ac vexilla Piſanorum cum ingenti multitudine captiuorum, in poteſtatem victoris deuenere. Captiuos, & ducem, & ſigna militaria Piſanorum capta Fernetius cum ingenti gloria Florentiam duxit. Pro quibus rebus geſtis cum

Florentini Piſanos profligãt.

ab-

A.C. 1360

ab exultante populo corona laurea ſibi offerretur, accipere renuit, aſſerens maiori rerum triumpho illam conuenire.

Regreſſus inde in agrum Piſanum maiori apparatu, quam prius, nulla vi coerceri potuit, quin ad ipſa Piſarum mœnia perueniret, leuibuſque aliquot prælijs ad portas commiſſis, profligatis & ibi hoſtibus, & intra mœnia conpulſis nummos argenteos in eo loco percuſſit pro ſigno habentes reſupinam vulpem, quo videlicet inſigni Fernetius vtebatur.

Per idem fere tempus Barcha oppidum, quod (vt ſuprà patuit) fuerat obſeſſum, liberatum fuit. Nam equitibus à Fernetio eo miſſis, oppidani audita eius victoria animoſiores facti oppido egreſſi in hoſtes ruentes, caſtra contra ſe poſita & eorum præſidia expugnarunt. Itaque vbique ita proſperè rebus geſtis gloria augebatur ciuitatis. Sed haud multo poſt fato quodam, vel (vt Chriſtianorum nomine vtar) diuina prouidentia, cui eſt cura de omnibus, diſponente, verſa ſunt omnia retro, initio facto à Fernetij morte, qui in ipſo victoriarum curſu morbo peſtilenti correptus Miniate in oppido migrauit è vita. Eius corpus Florentiam deuectum magno gemitu publico funere ciuitas ſepeliuit. Hæc prima perturbatio Florentinorum mentes perfregit: duce optimo ac fortunatiſſimo repente amiſſo.

Petri Fernetij Florentinorũ ducis interitus.

Et ſuperuenit confeſtim Anglorum gens à Piſanis conducta. Erant enim equitum ſuper quatuor millia, peditum verò duo millia, qui per Galliam varijs bellis exercitati, tandem transmiſſis alpibus in Italiam deſcenderant. Hos cum Florentinis militare potius optantes propterea quod in Anglia multitudo ciuium Florentinorum negotiaretur, ac noti & amici plurimis eſſent, malo cõſilio ciuitas neglexerit, horrens ſumptus nimios ſtipendiorum. Militabãt enim mercede, & magna ſtipendia flagitabant, tepeſcentibus igitur Florentinis, Piſani meliori conſilio cuncta polliciti eos ſibi coniunxerunt. Piſas ergo profecti Angli, magnum ſtatim terrorem intulerunt noſtris. Nam Piſani quidem rependendi ignominias auidi, quantos nunquam apparatus prius fecerant, coniunctis ad Anglos cæteris quas habebant copiis domeſtico quidem equitatu peditatuque percupidè inſequenti, haud dubie viribus ſuperiores reddebantur: præſertim cum apud Florentinos morte ducis omnia per id tempus conturbata eſſent. Apparatibus demum factis, Piſani magna multitudine per Lucenſem & Piſtorienſem & Pratenſem venientes agrum, ad Peretolam tribus millibus paſſuum à ciuitate diſtantem poſuerunt caſtra. Ibi aliquot dies commorati, cum frequentèr eorum agmina prope vrbem diſcurriſſent, incendiis & rapinis omnia fœdarunt. Tandem exuſtis omnibus ædificiis ac vaſtatis, Piſana via cum incredibili præda, magnoque captiuorum agmine Piſas rediere.

Angli à Piſanis mercede conducti Florentinos grauiter infeſtarũt. Bion. ibid.

Cùm Piſis aliquot dies ſubſtitiſſent, illecti ſuperiori præda rurſus inde mouentes, in agrum Florentinum reuertuntur. Eorum iter ad Emporium primò, inde ad ſiniſtram relicta vrbe inter Piſam & Elſam fluuios profecti, demum circa Fighinum ſuperatis collibus deſcenderunt. In his locis, quia ſuſpicione belli plurimum va- A cabant, propter diſtantiam à Piſis, incredibilem prædam nacti ſunt. Oppidum Fighini expugnare adorti illud ceperunt. Inde diſcurrentes cateruæ latè populabantur, multiſque expugnatis oppidis, multis etiam, metu deſertis, trepidatio maxima cunctos inuaſerat. Copiæ Florentinorum erant profectæ ad oppidum Lanciſæ, ibique caſtra poſuerant. Cumque leuia quotidie prælia inter vtraquè caſtra committerétur [Piſani ſuperiores euadebant] deinde caſtra Florentinorum amittuntur, captique ſunt permulti, in quibus & præfectus ipſe copiarum Rainutius B Fernetius frater Petri, & commeatus & omnia amiſſa impedimenta. Ob hæc Florentiæ audita valdè trepidatum eſt, atque (vt fit in populis) alij duces, alij milites incuſabant, proditos denique ſe magis, quàm victos credere malebant. Tantumque hæc inualuit opinio, vt ad octingentos equites Germani, quaſi parum fideliter verſati in caſtris fuerint, cum ignominia dimitterentur. Reliquis verò omnibus copiis in locum capti ducis Pandulphum Malateſtam præfecerũt. Is enim haud multo ante domo vocatus, quaſi rei militaris peritus, & partibus maximè fidus C Florentiam venerat.

A.C. 1360

Florentini à Piſanis profligantur.

Pandulphus Malateſta dux Florentini exercitus.

Inter hæc hoſtes elati victoria, iactantia quadam ſignificarunt ſe certa die ad portas vrbis venturos. Non autem ea die, ſed poſt aliquor noctu adeo ex inſperato & improuiſo ſuperuenerunt, vt prius circa Ripolim fuerint, quàm aliquid de eorum aduentu ſciretur. Luce demum exorta copiæ Florentinorum ante portam eductæ conſtiterunt ad reſiſtendum hoſtibus. Itaque hoſtes latè abacta præda, magnoque captiuorum numero coacto, incendiis multarum villarum in oculis ciuium factis, nullo penitus D impediente tandem abiere. Nec multo poſt eadem manus Anglorum in Aretinos profecta vſque ad mœnia vrbis populata eſt. Nec terribilius quicquam erat, quam audire nomen Anglorum. Et cum finita iam æſtate remeare Piſas ſtatuiſſent ne præda captiuiſque onuſti impedirentur, ad tranſeundum dolum confingunt. Miſſis enim ad Florentinos nunciis, ſignificarunt ſe Idibus Nouembris ad Saluianum templum eſſet venturos, & Priores Florentinorum ad miſſarum inuitare ſolemnia. Hoc credentes eadem die armati ciues ad portam præſtolabantur. At E hoſtes ipſa die crematis ad Fighinum caſtris, per aſperrimos ſaltus cum omni præda & captiuis euaſere incolumes. Piſis tanta gratulatione ſuſcepti ſunt, vt quaſi triumphare viderentur. Quæ quidem res permagna incommoda genuit Piſanis. Militibus ſiquidem intra vna mœnia degentibus tanta multitudine, nihil liberum ciuibus relictum eſt, non vrbs, non ædes, non familiæ. Sæpiuſque eos educere conati Piſani nunquam parere voluerunt, modo pecuniarum defectum, modo hyemis aſperitatem cau- F ſantes.

Angli in Italia maximè formidati.

Angli poſt victoriam inſolẽtes.

Per eandem hyemen apud Barcham (quod oppidum rurſus obſederant Piſani) fracti fuſique ſunt ipſi Piſani, non modica damna accipientes, cæſo eorum magno numero, ac ſignis militaribus aliquot amiſſis.

Principio inſequentis anni Piſani Florentinum agrum maioribus, quàm antea copiis inuadere parauerunt. Acceſſerat enim ad prioris anni

Piſani Florentinos rurſus inuadunt. A.C. 1361.

A.C. 1361.

anni copias Germanorum manus,equitum triũ millium nouiter conductorum. Inſuper & Piſanorum multitudo ingens ex vrbe & agro voluntariè ſequebatur. His omnibus ad iter paratis, per Lucenſẽ,Piſtorienſem,& Pratenſem agrum magno tumultu duxere.Florentini copias quoque maiores per hyemem conductas ex Germania & Gallia expectabant,& venerat pars quædam,non tamen tanta,vt exire in agrum apertũ & caſtra caſtris auderent conferre. Itaque per oppida conſiſtens,à populationibus ſatis habebat hoſtem cohibere.Cum in iis eſſent locis Piſanorum copiæ , Angli per fauces Marinæ fluuij vadentes,agrum Mugellanum intrauerunt: ibi latè prædam captiuoſque omnis generis nacti , abegerunt: reliquæ verò Piſanorum copiæ cum Germanis,cæteroque equitatu inter Pratum & Piſtorium conſiſtebant.

Angli prędas ex agro Mugellano agunt.

Angli per aliquot dies per Mugellanum agrum debacchati, per eandem viam,qua venerant,nullo impediẽte ad alias copias redierunt Piſanorum. Simul autem omnibus copiis congregatis,ad Sextum & Calumnatam agri Florentini vicos caſtra fecerunt.Florentiæ rumor erat,& dolor , & dedecus,pro agro & villis incenſis atque prædatis. Omnia indignatione plena erant,& non ſuccedentibus rebus dux ipſe Pandelphus infamia laborabat,alij nolle , alij neſcire criminabantur. Quæ cum increbreſcerent commeatu petito curam illius belli repudiauit.

Piſani Florentinos intra vrbẽ premunt.

Inter hęc Piſani propius admotis caſtris omnes colles,qui vbi imminent à Bononienſi via ad montem Fæſulanum occupauerunt.Inde poſtridie deſcendentes. Calen. ipſis Maij agmine quadrato ad vrbem deſcenderunt , tantuſque fuit impetus,vt vix quiſquam extra portam eſſet:qui non præliando intra vrbem compelleretur,ac de turribus & mœnibus hoſtes ferirentur.Noctéque inſecuta multis facibus diſcurrentes in montibus ludos ingẽtibus clamorib⁹ celebrarunt. Ciuitas trepida vtpote,quę videret non modo faces,ſed & voces ipſas audiret,noctem tranſegit inſomnem. Poſtera die hoſtes crematis ædificiis ferè omnibus , quæ Fæſulis, quæ Bononienſi via,& circa ea loca fuerant , & retro mouentes caſtra,tranſmiſſo Arno in viam Piſanam cum omnibus copiis tranſilierunt. Et ſicut in via Bononienſi fecerant, ita & Piſana ad portam vrbis venire conati multis vulneribus repelluntur , conſuetis iam ciuibus vanos metus contemnere. Inde in Aretinum agrum pergentes,vſque ad mœnia vrbis populati ſunt. Mox per Senenſium fines regreſſi,Piſas tandem rediere.

Florentini Piſanos viciſſim lædunt.

Sed ante reditum eorum cum eſſent hoſtes ipſi Aretij,Florentini equitatu omni miſſo contra Piſas,cuncta circa vrbem inceẽderunt.Inde Liburnum aggreſſi,cum id oppidum vacuũ defenſoribus,comperiſſent cœperunt illud atque cremarunt. Mox veriti,ne Piſani ad quos noua equitum manus ex Gallia ſuperuenerat,iter interrumperent , per Volaterranum agrum accelerantes,incolumes Florentiam rediere.

Angli Piſanos deſerunt. Blond.ibid.

§. VIII.

A.C. 1359.

CVm finis eſſet illius æſtatis,magnęque apud Piſanos copiæ forent,ac de futuri anni clade formidaretur Florentini ſollicitatis pecunia Anglis cæteriſque Piſanorum auxiliaribus,vt ab illis diſcederent magna impenſa obtinuerunt.Non tamen,vt ſibi coniuncti Piſanos inuaderent(id enim honeſtate quadam militari exceperant)ſed ne Florentinis , neque Aretinis obeſſent.Quod ſi aliis,quàm Piſanis bellum inferrent Florentini , adeſſe ſibi non recuſabant. Per hunc modum pars maxima copiarum à Piſanis receſſit.Manus tantum vna Anglorum remanſit apud Piſanos , quam Ioannes Auguſtinus ductabat:ea fuit circiter mille,& Italici generis aliæ copiæ.

Galeottus Malateſta Florentini exercitus dux. A.C. 1362.

Florentini interea vocauerunt Galeottum Malateſtã, virum eximium, ac peritiſſimum rei militaris,eumque ducem ac moderatorem belli præfecerunt. Is qua die ciuitatem ingreſſus eſt,receptis de more ſignis,ſine cunctatione extra vrbem ea detulit via Piſana ad ſecundum ferè lapidem ibi expectabat auxiliares copias.Ipſe autem dux per ſingulos dies in vrbem regreſſus,de agendis cum prioribus & ciuibus conſultabat. Tandem cum omnes copiæ conueniſſent , cæteraque parata forent : contra Piſanos duxit ; habens peditum ſupra decem millia,equitum verò ad quatuor milia. Cum his copiis ad oppidum Peciolę primò,mox inde ad Caſcinam conſtitit.In eo loco munitis caſtris, occaſionem bene gerendæ rei cum ſumma prouidentia expectabat.Piſani caſtra hoſtium ſibi vicina intuentes(neque enim plus diſtabant à Piſis,quàm millibus paſſuum ſex prælio decernere ſtatuerunt.Nam & populi multitudo erat ingens,præſertim iuxta vrbem pugnatura,& conductorum peditum equitumque manus Florentinos ſpernere conſueta, ſuperioris æſtatis victoriis fidens. Aderat præterea Ioannes Auguſtinus peritiſſimus bello dux,qui ſpem eorum valdè ſubleuabat. Cum ergo pugnare ſtatuiſſent, Ioannes Auguſtinus Piſis egreſſus ad Sabinum caſtra fecit,qui locus medius erat inter vrbem & hoſtes.Ratio prælij ineundi hæc fuit,

Piſani cũ Florentinis dimicant.

Miſſis ſæpè equitibus ante ad Florentinorum caſtra,qui tumultum ſuſcitarent,ac è veſtigio fugerent,in eam conſuetudinem adducere curauerat, vt iam eorum aduentus inſultuſque contemneretur.Id cum aſtuto conſilio conſecutus eſſet Auguſtinus tandem pomeridiano tempore ſubito profectus cum omnibus copiis mirabili ſilentio,ac diſſimulatione Florentinorum caſtris ſubito ſuperuenit.Calor erat ingens,militumque magna pars inermis,vel ſub tabernaculis iacebat,vel in flumine , quod præterfluit, lauabatur.Cura verò aut ſuſpicio hoſtis per id tempus[venturi]nulla erat.

Strategma Ioannis Auguſtini.

Tum improuiſus hoſtis repentè ad munitiones delatus, ſperauit primo impetu caſtra perrumpere & otioſos inermeſque opprimere. Aretini ab ea parte ſtationem habebant. Qui licet tam repentino aduentu perculſi,nequaquam tamen ceſſerunt,ſed armati ſimul inermeſque ſeſe hoſti obiicientes, primum impetum ſuſtinuerunt. Et iam clamor ſubitò ad arma cæteros concietat , concurrebatque fortiſſimus quiſque ad impetum retundendum. Ipſe dux ætate prouectus, magnęque authoritatis milites accelerabat , & pro temporis anguſtia hortabatur.Cumque concurriſſent vndique,& robur iam virorum adeſſet , non contenti

A.C. 1362.

tenti muniriones defendere,eruptione facta hoſtes inuadunt ac pedem referre compellunt. A Auguſtinus vbi primam aciem, contra atque ipſe ratus erat, non perrupiſſe ſtationem improuiſo impetu conſpexit, paulatim ſubducere agmen cœpit, ac ſeſe ad Sabinum recipere. Id verò tardius ex eo factum, quòd maxima pars, vt magis lateret, equos dimiſerat, pedéſque venerat ad caſtra perrumpenda. Itaque abeuntibus, qui pone ſequebantur, prima acies fracta in fugam verſa obruitur à noſtris, ac multa cæde proſternitur. Maxima vis Piſani populi, vt pote nocendi auida circa primam fuerat, eorum plurima facta B ſtrages, & captiuorum numerus ingens ex ciuibus Piſanis fuit. Dux ab inſequendo longius continuit, veritus inſidias ob tam acceleratam hoſtium fugam. Cæſi in prima acie ſupra octingentos Piſanorum, capti ad duo millia. Auguſtinus cum reliquis copiis, quæ ad Sabinum refugerant, deſertis caſtris intra Piſarum mœnia ſe recepit. Poſt hæc Florentini propius Piſas admotis copiis, vbi nemo obuiam prodibat, retrò mouentes ſigna, quo ſeſe captiuorum impedimentis exonerarent, Florentiam redieré. Piſani omnes capti, ad ſpectaculum populi curribus quadragintaquatuor per vrbem deuecti, carceri traditi ſunt. C

His peractis dux iterũ mouens Piſanos fines ingreditur. Exercitus autem poſtulatione duplicis ſtipendij, & captiuorum contentione male inter ſe concors, in ſeditione grauiſſima verſabatur, adeo vt neque progredi vlterius, neque parere vellet. Ob eam rem dux pacandis ſanandíſque militum animis, aliquot dies in primis finibus agri Piſani commoratus, tandem compoſitis ad aliquem modum rebus, vltra progreſſus circa vrbem Piſas deuenit. Ibi cum hoſtes affligeret, cladéſque belli inferret, orta rurſus in caſtris ſeditio ad prælium vſque proceſſit. Ea fuit cauſa celerioris receſſus. Dux enim in diſcordia exercitus, prope vrbem hoſtium manere periculoſum ratus, dimiſſa parte militum ipſe cum reliquis Lucenſem agrum peruaſit. D Florentiæ verò multorum iam animi ad pacem inclinabãtur. Nam & ſatisfactum dignitati putabant ob victoriam nuper habitam; & tot Piſanos ciues ſpectaculo traductos, & afflictum ſæpius Piſanum agrum. Et accedebat deſperatio quædam ex ſeditione militum exorta, ſuſpicio inſuper nequaquam contemnenda prudentiores terrebat, ne Piſani fractis deſperatíſque rebus vrbem, ac ſua omnia Barnabæ dederent, tyranno potenti, ac rerum nouarum cupido, & qui iampridem manus iniicere in Hetruriam meditaretur. E Fuit autem habita hæc victoria contra Piſanos anno domini. 1361. vel circa.

De Vrbano. v. papa: & tranſlatione ſancti Thomæ de Aquino: & pace inter Florentinos & Piſanos.

CAP. X.

DEFVNCTO Innocentio ſexto aſcendit cathedram Petri Vrbanus quintus in numero pontificum 203. Anno domini. 1363.[a] Ab initio verò mundi quinquies 1327. ſecundum autem maiorem numerum ſexies milleſimo quingenteſimo. lxiij. Sedit autem annis octo. Hic creatus Aueníone canonicè intrauit cum curia Italiam, & ad vrbem vſque peruenit, & poſt breue tempus reuerſus eſt in Galliam.

A.C. 1362. Vrbanus quintus pontif. 202. ſed. an. 8. m. 1. d. 23.

Cùm autem eſſet in Monteflaſcone, in vrbe orta eſt magna altercatio inter ordinem Prædicatorum, & monachos Ciſtertienſes de corpore beati Thomæ de Aquino. Conquerebãtur enim monachi monaſterij Foſſænouæ dicti ordinis, ab eccleſia ſua fuiſſe eis ablatum corpus beati Thomæ, quod ibi fuerat tumulatum. Nam pergens ad concilium generale Lugdunenſe de mandato domini Gregorij decimi infirmatus in via ad dictum monaſterium iuxta caſtrum Piperni ſitum in Campania declinauerat: vbi in domino requieuit. Et quamuis mandaſſet dictus ſanctus migrans, corpus ſuum Neapolim ad conuentum Prædicatorum deportari tempore congruo, non adhuc illud fuerat impletum ex cauſis diuerſis; ſed iacuerat ibi per annos ſeptuagintaquinque à die tranſitus ſui. Quidam enim potentia fretus, de Caſtro Piperni tractabat occultè auferre ſacrum corpus beati Thomæ ex abbatia, & magnam pecuniam pro traditione eius ab aliquo recipere. Sed cum hoc percepiſſet dominus ciuitatis Fundorum nomine Honoratus, horrens hoc ſacrilegium adſtante venerabili abbate dicti monaſterij, & Fundenſi epiſcopo, abſtulit ipſum corpus mira redolens fragrantia odoris de loco abbatiæ, & detulit in ciuitatem ſuam Fundorum cum diligenti cuſtodia & reuerentia illud ſeruans. Demum cum dictus comes Honoratus, Romam pro ſuis negotiis applicaſſet, ibíque inueniſſet generalem magiſtrum ordinis prædicatorum Heliam nomine ad preces eius frequentes, videns ſe non poſſe aptè illud retinere, cum etiam rex Apuliæ illud habere peroptaret, eidem patri corpus ipſum & ordini conſignauit in conuentu dicti ordinis Fundenſi collatum.

Inter prædicatores & Ciſtertienſes de corpore D. Thomæ contentio.

ſup. tit. 20. ca. 1. ante. §. 1.

Helias Prædicatorum generalis. 21.

Interea monachi ordinis Ciſtercienſis accedunt ad curiam magnam ſibi iniuriam factam Prælatis curiæ querulantes in ablatione ſancti corporis de monaſterio ſuo, ad pedes etiam apoſtolicæ ſedis Vrbani tunc Romæ exiſtentis vociferantes. Super quo curia penè tota commota erat contra ordinem Prædicatorum ex illa querela. Cumque pluribus excurſis diebus in hac contentione diutius fuiſſet exaſperata, mutatur pontificis mens. Et ſuperueniente ſolemnitate corporis Chriſti, cum ſermo fieret coram Vrbano, & multis cardinalibus, & baronibus de officio ipſo magnificè edito per ipſum beatum

a *Quo anno hic pontifex creatus ſit, ex authores variant. Nam Blon. lib. 10. dec. 2. Anno ſalutis vndeſexageſimo ter deci[illegible] ſque centeno Innocentius Pontifex eſt defunctus Cardinaleſque apud Aueniouem coacti Guilielmũ Griſa[illegible] Lemouicenſem S. Victoris Maſſilienſis abbatem legatione tunc apud vicecomites fungentem in Pontificem delegerunt: Onuph. verò [illegible] Obiit Innocentius Aueníone pridie Idus Sept. A.C. 1362. vacauit ſedes dies 14. Vrbanus deinde Miniatenſis Gallus creatus Aueníone eſt Cal. Octob. eiuſdem anni. Porrò de hoc Pontifice [illegible] Plat. & Onuph. Blon. lib. 10. dec. 2 Nauc gen 46 & alij.*

A.C. 1364. Vrbanus 5. Corpus D. Thom. Prædicator. adiudicat.

Thomam ad requiſitionem Vrbani quarti, acclamantibus cunctis dignum fore in munus recompenſationis tam diuini operis ab Vrbano iniuncti: ab ipſo Vrbano ſucceſſore corpus eius ordini concedi: demum Vrbanus ſacrum corpus ordini perpetua conceſſione donauit. Heliæ ergo generali accedenti, & immenſas referenti gratias ait Vrbanus. Tibi tuóque ordini reddidi ſacrum corpus. Sed ne tanti doctoris caput à corpore ſit diuiſum: ipſum tibi caput cœleſtis gratiæ gazophillatium authoritate apoſtolica concedo. Mandauit autem ipſum corpus deferri Toloſam, ſcribens ſtudio Toloſano ſancti extollens gloriam, & approbans apoſtolica authoritate doctrinam.

Pontifex pacem inter hoſtes procurat. Leon. Aret. A.C. 1364.

§. I.

AD pacem, quæ tractari incipiebat inter Florentinos & Piſanos reuertendo: Cum de hac ageretur Florentini audire iam tolerabant pontificis Romani vocem: qui per oratores ſuos hanc ſuadebat. Denique opera pontificis factum eſt, vt legati Piſanorum ad oppidum Piſciæ venirent. Ibi cum Florentinis legatis congreſſi de pace agere cœperunt. Et cum de conditionibus pacis agitaretur, Ioannes cognomento Agnellus ciuis Piſanus inter hæc factione ſuorum ſubleuatus dominatum arripuit ciuitatis. Is quia erat ex intimo Barnabæ ſinu, & paulò ante ab eo redierat, nulli fuit dubium, quin ope conſilioq; Barnabæ hæc facta eſſent, quo turbatã ciuitatẽ ipſe arriperet. Quæ cauſa fuit pacis maturandæ. Cõditiones pacis multæ atque honoratæ pro Florentino populo fuere. Nã Petrabona caſtellum, à quo natum fuerat ab initio bellum, Florentinis à Piſanis eſt traditũ: & alia quædam Piſanorum caſtella ad ſolum euerſa ex pacto: & immunitates omnes Florẽtinis Piſis reſtitutæ ſunt. Præterea in annos decem centum millia pondo auri Piſani dare Florentinis promiſere, ſingulis videlicet annis decem millia. Acceſſit etiã & illud honorificum, vt exercitus Florentini populi in finibus Piſanorum eſſet cũ pax facta eſt, vtque in oppido Piſciæ tractata factáque fuerit pax loco Florentinis ſubiecto. Hæc omnia pacem honorificam reddiderunt, populus tamen Florentinus vſque adeo pacem datam Piſanis ægrè tulit, vt à Carolo Stroza, qui author ſuaſórque pacis fuiſſe referebatur, vix manus abſtineret.

A.C. 1368. Cum finis impoſitus eſſet bello Piſano, Carolus imperator in Italiam rediit, vocatus à Romano pontifice Vrbano, quo Bernabonem perpetuum eccleſiæ hoſtem vlciſceretur. Idem pontifex cum tranſitum Carolo præparaſſet, à Florentinis, vt ad ſe legatos mitterent, flagitauit. Miſſi ſunt ad eum quatuor è principalioribus ciuitatis. Hos pontifex multis verbis cohortatus eſt, vt in ſocietatem belli aduerſus Barnabã Florentini coirent. Ea deinde per oratores perſcripta cũm eſſent, diligentiori conſultatione habita, tandem negata ſocietas pontifici, eo prætextu, quòd pax & amicitia ciuitati cum Barnaba foret. Id reſponſum ſimul pontificem imperatorẽq; offendit, & quaſi labente fundamento nihil ſuper ædificari ſolidum potuit. Quamobrẽ imperator, qui bellum tumultuoſius Barnabæ inferre cœperat, non multò poſt inſperatò pacem cum illo fecit, ac dimiſſa magna exercitus parte Romam ire conſtituit.

Blon. ibid. Nauc. ge. 49.

A.C. 1368. Florentini cũ Pontifice & imperatore fœdus nolunt facere.

Carolus Romam iterũ proficiſcitur.

Cùm audiretur pace per Galliam facta Carolum in Hetruriam eſſe tranſiturum, Florentini legatis ad eum miſſis, qua mente, quóue animo eſſet tentauere. Fuerat protinus primo ſuo aduentu ſeu tranſitu optima gratia Florentinus populus apud Carolum, fuerantque per eum benignè indulta permulta, ſed erat ſuſpecta pecuniarum cupiditas, præſertim indigentiæ coniuncta, quarum comparandarum gratia nihil non moliturus credebatur. Idque ſtatim apparuit. Nam ſimul atque ad eum peruenerunt legati accuſatio ab illo facta eſt aduerſus Florentinum populum, quòd non contentus ab ſe dudum conceſſis, iura inſuper quædam Romani imperij vſurpaſſet, id cum querela & indignatione ab eo prolatum, iram ſignificabat & ductiam animi inſigniter offenſi. Erat verò id totũ ars pecuniarum auertendarum. Nec multò pòſt die dicta iter ingreſſus Lucam petiit & à Lucenſibus benignè ſuſceptus finitimo de loco terrorem adauxit. Equites eius atque præfecti Miniate oppido primò ſtatim aduentu quaſi in frõte ab eo collocati, Florentino ex agro prædas abigere cœperunt, & hoſtilia inde tumultuoſius oſtentare. Ipſe autem Volaterrani, ac Prati, & Lucenſis agri, qui à Florentino populo tenebantur, reſtitutionẽ flagitabat. Nec per interceſſores ab hac poſtulatione quibat diuelli. Quare obſtinationẽ eius aſpiciens ciuitas, conducere militem, ac fines tueri perrexit. Nec Florentinos ſolum commouit illius in Hetruriam aduentus, ſed & alias quoque ciuitates nouis rebus inuoluit. Piſanis per id tempus præſidebat Ioãnes cognomento Agnellus. Is Lucam ad ſalutandum Carolum profectus: cum ibi caſu prolapſus coſtam fregiſſet, delatus confeſtim Piſas rumor alios ſpe, alios metu concitauit. Totaq; ciuitas fuit in armis, præualenteque diuerſa factione Petrus Gambacurta, qui ad eam diem exularat fauore ſuorum receptus, gubernationẽ reipub. ſuſcepit. Senis quoque per hæc ipſa tempora motus in repu. grauiſſimi fuerunt, variæque defectiones, ac fugæ ciuium. Carolus per hos tumultus Romam profectus, parumper ibi commoratus: dum pontifici de rebus arcanis quarum gratia venerat loqueretur, tandem iis vt voluerat compoſitis Senas rediit. Senis autẽ dum eſſet in ſuſpicionem venit: quaſi vrbem illam eſſet alteri traditurus. Quamobrem tumultu populi repente exorto pene oppreſſus eſt, multiſque ſuorum amiſſis Lucam repetiit. Indéque in Galliam mox in Germaniã tranſiit.

Caroli aduentu res in Hetruria turbantur.

Piſanorũ turbatio.

Miniatenſes ſe dedunt Barnabæ. Le. Are.

§. II.

POST Caroli receſſum Miniatenſium exules iampridem caſtellis quibuſdam occupatis bellum oppido inferebant. Erat in

A.C. 1360.

eo oppido Germanorum manus ex Caroli exercitu, cumque iis oppidani diuerſæ factionis, ſed exules fauore opibuſque Florentini populi nitebantur. Quod inuenientes aduerſarij, ad Barnabam Mediolanenſem confugientes illius opem implorauerunt, illique oppidum tradiderunt. Barnabo igitur, vt qui iam rem Hetruſcã prius meditaretur, ferre auxilium Miniatenſibus conſtituit. Id verò peringratè facere viſus eſt. Nam Florentini nuper vel ob id maximè in indignationem Caroli pontificiſque inciderant, quòd contra ipſum tunc amicum inire fœdus recuſaſſent. Ipſe verò cum eſſet pax, nulla probabili cauſa, hoſtem fouere, ac bello implicari contra Florentinum populum haud quaquã abnuerat. Florentini cognito Barnabæ propoſito, maiori quàm antea niſu oppidum obſederunt. Nec multò pòſt equitatus aderat Barnabæ magno quidem numero.

Florentini qui noluerant Pontifici contra Barnabam coniungi ab eo deſeruntur.

Dux erat autem Ioannes Auguſtinus vir clarus bello, & iam per Italiam notus. Is audito caſtrorum ordine, & obſidionis forma, quoniam vim afferre ſe poſſe deſperabat in agro ſubſtiterat Piſano, non longius tamen à Florentinorum caſtris, quàm decem millibus paſſuum, dux erat Florentini exercitus populi Ioãnes Reginus vir quidem egregius, & bellorum ſciens. Qui cùm videret copias hoſtium morari, nec ad ſe accedere, rectam ipſe rationem ſecutus, ſtandum in caſtris & vrgendam obſidionem, nec obuiam exeundum cenſebat, oſtendens opportunitatem caſtrorum. Vnde ſi aduenirent hoſtes, & conentur, cum haud dubia ſtrage repellentur: ſi nõ aduenirent, nihil eis nocere, nec eos certam exploratamque victoriam incertæ dubiæque præliandi fortunæ committendam eſſe. Eius conſilium & rectum & prudens ferociores quidam ciuium in magiſtratu conſtituti ita exagitabant, vt totum illius propoſitum ad ignauiam timiditatemque referrent. Plebs quoque vrbana, ob ferociam magiſtratus læta ducis ſocordiam & metum pauoremque increpabat. Quod cum illi innotuiſſet: Eamus (inquit) quo temeritas imperitorum iubet, iam ſcient nec animum mihi, neque conſilium defuiſſe. Inde prima luce copiarũ parte ad tuendas munitiones in caſtris relicta, ipſe cæteram multitudinẽ ſub ſignis ſtructã certiſſimo pugnandi propoſito ad hoſtem rapit.

Auguſtinus verò cum Florentinorum copias ad ſe venire conſpexiſſet ſuos intra munitiones continuit, volens itinere & calore viros equóſque aduerſariorum maximè confici. Itaque calonibus tantum, & leuis armaturæ emiſſis, detineri hoſtem atque fatigari imperauit, ipſe curatis ſuorum corporibus ſtructam paratámque ſubinde aciem cum tempus fuit, eduxit. Cumque ſuperior numero foret, & quietos in fatigatos eduxiſſet, facilè vicit. Captus eſt in eo prælio dux ipſe Florentini exercitus cum magna multitudine, permulti etiam cæſi, cæterique profligati, nullo neque ordine neque duce, vt cuiuſque ſors obtulit, aufugerunt. Hoſtes poſtridie ſub ipſas munitiones caſtrorum profecti cũ eas cuſtodiri intrepidè animaduertiſſent, faciliorem ſibi viam ſoluendæ obſidionis arbitrati, ſi agrum Florentinum ingrederentur, relictis caſtris vſque ad mœnia penè vrbis

Ioan. Aug. belli dux cautus.

Florentini à Mediolanẽſi tyrãno vincuntur.

A C

A deuenere, maiorem tumultum de induſtria oſtentantes. Sed ciuitas in eo pertinax fuit nullóque terrore potuit adduci, quin in obſidione perſtaret: confeſtimque reparatis copiis magis quàm prius obſidionem vrgeret. Euenitque haud multò pòſt, vt Miniatis oppidum per proditionem caperetur, Luperello quodam ex minima plebe homine, per abdita ac penè inuia milites nocte recipiente. Ex quo vires hoſtium fractæ ſunt, & diuerſæ factionis homines, qui rebellandi fuerant authores, Florentiam ducti, multitudinis concurſu penè diſcerpti, deinde B affecti ſupplicio periere.

A.C. 1369.

Haud multò pòſt Miniatem receptum Barnabæ is equites ſub ſpecie auxilij Lucæ commorantes, de occupanda vrbe conſilium inierunt. Tenebat eam Caroli præfectus, nec latuit eum machinatio & fraus. Itaque cum ſe præſidiis roboraſſet, dimiſſi ab eo equites ſunt ſub honeſto prætextu, quaſi non amplius eorum opera indigeret. Ipſe verò ad conditiones, pactáque traiecit animum, pecuniáque accepta demum vrbem relinquere ciuibus paciſcitur. Mutua ob eam rem pecunia data eſt Lucenſibus à Florentinis, auri pondo vigintiquinque millia, C miſſique eo præſtantiſſimi ciuium, qui in conſtituenda repu. moderandáque ciuitate adeſſent. Nam ipſi quidem Lucenſes, vt qui diu ſub tyrãnis vixerãt, iura libertatis penè fuerãt obliti. Per hũc modũ libertas Lucenſib. reddita eſt, ex multis & variis fluctuationib. Arcem munitiſſimam olim à Caſtrutio ædificatã in ea quo popularius degeretur, confeſtim ciues euerterunt.

A.C. 1369.

Lucenſes libertatem recuperãt.

Eodem anno Florentini equites octingenti in Galliam miſſi legato Romanæ ſedis, qui Bononiam tenebat, auxilia tulerunt aduerſus Bernabonem. Fuerat enim paulò antè ſocietas inita à Florentinis cum pontifice Romano Vrba- D no tunc Viterbij commorante. Mouerant autem Florentinos ad ſocietatem ineundam Barnaba iniuriæ circa ſancti Miniatis oppidum illatæ. Mittentes ergo in Galliam equites legato contra Barnabam auxilia præbuerunt. Bellum per id tempus ad Regiũ lepidum gerebatur quam vrbem magna vis exercitus Barnabæ circumſidebat. Ille igitur cum aduentum copiarum Florentinorum adueniſſe cognouiſſet, quo neceſſitas illis redeundi domum iniiceretur, per Placentinum Parmenſémque agrum equitibus miſſis, repente circa Piſas copias oſtendit. Ob eum timorem confeſtim ex Gallia re- E uocati ſunt equites ad legatum miſſi ſimúlque cum iis ſociorum equitatus acceſſit. Hi omnes in agrum Piſanorum ad hoſtem profecti, prælium committere properabant. Sed hoſtis antequam in præſentiam veniretur, per eam ipſam, qua venerat viam reuerſus, irrito labore longíſque itinerationibus eos fatigauit. Florẽtinorum ſociorúmque equites proſecuti hoſtium veſtigia, quædam illis intulerunt damna, ac manifeſtam fugæ confeſſionem extorſerunt. Moxque & ipſi in Galliam reuerſi bellum proſecu- F ti ſunt. Certamẽ eius belli per æſtatem longius fuit, tandémque victoria parta eſt aduerſus hoſtem & obſidio Regij diſſoluta. Manus autem Donatus eques Florentinus dux earum copiarum labore nimio confectus, in ægritudinem incidit, ex qua deceſſit.

A.C. 1370.

Gregorius 11. Pontif. max. 203. ſed. an. 7. m. 2. d. 29. A.C. 1370.

CAP. I.

ANNO domini. 1371. poſt tranſitum domini Vrbani quinti, ex hoc ſeculo creatus eſt pontifex vrbis & orbis Gregorius vndecimus patria Lemouicenſis, in numero pontificum. 204. Ab initio autem mundi quinquies. 1335. ſecundum minorem computationem, ſecundum alium maiorē numerum ſexies 1571. Et ſedit in cathedra Petri annis. 7. & menſibus. 5. Qui Auenione electus, & inthronizatus eſt. Sed poſt aliquot annos terris, quæ ſunt in Italia de dominio eccleſiæ ſe rebellantibus à iuriſdictione eccleſiæ ipſius, papa Gregorius poſt cenſuras publicè fulminatas contra Florentinos, & alios qui cooperati fuerant ad illam rebellionem dimiſſa a Gallia ad vrbem cum curia ſua profectus eſt. Et ibi poſt aliquod breue tempus intolerabili veſicæ dolore migrauit ad dominum.

Curia Romana redit in Italiam. A.C. 1370.

Creato igitur Gregorio vndecimo non multò pòſt cum Barnabæ pax recepta eſt, & copiæ ſociorum ſolutæ, equitatuſque Florentini populi in Hetruriam rediit. Per extremum eius anni oratores Florentinorum in vlteriorem Galliam miſſi ad nouum pōtificem pro eius aſſumptione gratulatum, mentem illius non ſatis pacatam in rebus Italicis deprehenderunt. Mouit autem eum maximè in Peruſinos cauillatio, quos vt inſtar prædeceſſoris in gratia habere perſeueraret, adduci non poterat. Et ſecuta mox eius vrbis occupatio ſuſpicionem adauxit. Peruſini ſiquidem inopia frumenti laborantes, cùm vndique itinera clauderentur legato, veluti expugnati victique ſeſe dedere coacti ſunt. Manſit tamen in ſuſpicione, ſed pax & ſocietas quædā cum Gregorio renouata eſt, in qua Piſani & Senenſes, & Aretini, ac Lucenſes cum Florentinis fuerunt.

Pax inter Pontificē & ciuitates Italiç. A.C. 1371.

Factiones per hæc tempora Florentiæ creuerunt Albitiorum Ricciorumque. Hæ familiæ erant opulentæ, principeſque earum in repu. præſtantes viri, diuerſis ſtudiis ad ſe alios traxerant ciues. Contentionibus ac certaminibus pleraque gerebantur. Hæ factiones cum aliquādiu in ciuitate durauiſſent, tandem laudabili conſilio finis eſt illis à ciuitate impoſitus. Cùm enim populis ob eas, quas retulimus cauſas, maximè ſuſpectus eſſet pontificis fauor, & factionum principes por ſua quiſque magnitudine adſiſtere ſibi ob fauorem illius videretur, ſatietaſque contentionum plurimos haberet ciues, & inuidia principes vrgeret: ob hæc omnia tandem lege data principibus earum familiarum interdicta eſt reipublicæ adminiſtratio. Per hūc modum deturbatis authoribus factiones ipſæ in breui conticuere.

Factiones Albiciorū & Riciorū Florentię. A.C. 1371.

A.C. 1370.

Altero dehinc ac tertio anno nihil memoria dignum reperio geſtum, niſi quòd Vbaldinæ gentis caſtella per arces Apennini domita in poteſtatem Florentini populi deuenere gentiſque eius potentiæ hic exitus fuit: per hæc tempora porticus iuxta ædes publicas facta eſt inſigni ſplendore ac magnificentia redemptione domorum ob hoc faciendum dirutarum poſſeſſoribus facta à communitate.

A.C. 1373. & 1374

a *A.C. 1376. hic Pontifex ſedem pontificiam poſt ſeptuageſimum annum ex quo fuerat in Gallias à Clemente. 5. delata in vrbem Auenionem tranſtulit: ſuaſione & litteris S. Catharinæ Senenſis, & Baldi Peruſini Iuriſconſulti. Geneb. Accidit autem, vt eo de Italica profectione cogitāte, epiſcopus, quem fortè de ſuo reditu ad ſuam Eccleſiam admonebat ei familiaritatis confidentia diceret. Et tu Pater ſancte, cur non ad tuam accedis Eccleſiam. Quare Gregorius inſtituit properare. Blon. lib. 10. dec. 2. Idē habet Aemyl. lib. 9.*

Italiæ ſtatus quis fuerit Pontificibus in Gallia imperantibus. Leon. Aret.

§. I.

PRINCIPIO ſequentis anni, qui fuit lxxv. ſupra 1300. ſuſpicio aduerſus pontificem iampridem concepta, magis magiſque indies augeſcebat, nec prius finis, quàm paulatim exacerbata manifeſtum tandem in bellum prorupit. de quo altius repetentes, vt ſcribit Leon. in hiſtoria Florentina lib. 8. pro rei maiori notitia quædam memorabimus. Fuerat pontificatus Romanus in Gallorum manibus iam inde à Clemente quinto continuatus per annos. lxx. Hi per legatos ex Gallia miſſos ciuitates Romanæ eccleſiæ ſubiectas per Italiā gubernabant. Dominatus eorū ſuperbus erat, ac penè intolerabilis. Nec eccleſiæ tantum vrbes verumetiam liberas ciuitates ſibi ſubdere cupiebant. Studia verò eorum non pacis, ſed belli. Externorum hominum plena erat Italia. Arces pluribus locis per liberas ciuitates infinito ſumptu ab illis ædificatæ, non libertatem, ſed coactam miſerāque ſeruitutem populorum vbique teſtabātur: ipſi & inuiſi omnibus quibus dominabantur & vicinis ſuſpecti atque cauendi.

Galli per 7. annos & pōtificatu & ſacra ſede potiti ſunt.

Galli Pontificū nomine Italiæ præſuerunt, ſed nimis ſuperbè.

Cùm hæc eſſet rerum conditio per Italiam legatorumque potentia longè latéque dominaretur, ac formidabilis eſſet: Florentini magnis in ſuſpicionibus conſtituti, pacem tamen & fœdus cum pontifice obſeruabant. Sterilitas annonę per hæc tempora ſuperuenit ciuitati, & vt poté in vrbe populoſa, indigentia plurimum creuerat, vt vix Florentina plebs ſuſtentaretur. Hæ difficultates legato qui Bononiam tenebat non erant incognitæ. Sæpius enim iam pro amicitia & fœdere rogatus, frumenti facultatem denegarat. In hac igitur tanta difficultate, atque periculo cum ſpes vnica in ſegetibus eſſet, quæ iam plane flaueſcebant, legatus repente omnes copias ſuas in Florentinos dimiſit volens itinera præcludi, & ſimul omnem ſpem futuræ meſſis auferre. Quod niſi ciuitas prudenti conſilio obuiam iſſet, iugum erat proculdubio ſeruitutis recipiendum. Nam magnitudo copiarum tanta erat, vt à finibus eas arcere nulla eſſet facultas, præſertim repente aduentantes. Hoc periculum tunc ciuitati imminens, non armis, ſed conſilio depulſum eſt. Data ſiquidem grandi ſumma ſcilicet centum triginta millium florenorum ducibus militiæ, præter legati ſpem, non pacati mo-

Seminario dij Florentinorū in legato Pōtificis.

A.C. do,ſed amici facti nullã calamitatem intulere. A
1375. Acceſſit [a] ad certam indignationẽ Prati oppidi
per eos ipſos dies detecta proditio,quam ſcien-
te machinanteque legato tentatam ferebant.
His ergo infenſi ciuium animi, & metu ſimul
indignationeque commoti, aduerſus clericorũ
malignitatem inſurgere ſtatuerunt.

Ea de cauſa magnæ ſtatim copiæ paratæ. O-
ctoque viri cum poteſtate publica creati,quibus
omnis cura belli demandata eſt. Et ciuitas qui-
dem pro accepta nuper iniuria,& pro repellen-
do in poſterum libertatis periculo, robuſto ac
celſo animo ad id bellum ſurrexit. Octo autem B
virorum prouidentia(fuerunt enim præſtantiſ-
ſimi,& ſolertiſſimi viri ſecundum ſæculum)ſub
ſequentibus rebus confeſtim eluxit.Nihil enim
ferociter & propalàm agendo, ſed remiſſè arca-
neque ſingula obeundo, monendo per ſingulas
ciuitates homines, & quibus erat opus auxilia
pollicendo,ſtragem aduerſariorum breui dede
re.Primo omnium Typhernates ab iis impulſi,
contra dominatores inſurgentes, iugum ſeruitu
tis repulerunt. Erat in ea vrbe præſidium ne-
quaquam contemnendum. Attamen raptis ar-
mis Typhernates contra præſidium ruentes prę C
lium commiſerunt. Tandem multis interfectis
reliquos intra munimina arcis compulerunt.
Eaque ipſa nocte Florentini populi auxilia in-
tra vrbem recepta,vna cum ciuibus arcem ob-
ſidentes non multorum dierum certamine ad
deditionem compulerunt. Qui Peruſium gu-
bernabat legatus,vbi rebellaſſe Typhernates,&
Typhernates Peruſini ab Eccleſia deficiunt. arcem à ſuis teneri cognouit,coactis ſubito co-
piis ad recuperandum Typhernum eas dimiſit.
Id verò eum cernerent Peruſini per abſentiam
copiarum elati,raptis & ipſi armis in legatum
feruntur & arcem, (Erat enim munitiſſima in D

a *Florentinis ſollicitantibus, & Typhernatibus
Peruſiniſque initium facientibus omnia ferè Italiæ op
pida Eccleſiæ ditioni ſubiecta à Pontifice defecerunt.
Nam cùm Pratenſis Florentinorum excutere iugum
Anno Pontificis quinto quæſiuiſſent, biſque legatus
Pontificis,qui tunc Bononiæ erat,fauens copias per a-
liam ſimulationem miſiſſet, florentini copias pecunia
corruptas auerterunt, & coniuratione detecta Prati
in nonnullos animaduerterunt. Nec fecerant florenti-
ni conceptæ iniuriæ,aut legato,aut Pontifici quereiam,
cui potuit facillimè ſatisfieri:ſed facinus ad vindictã,
vel potius,vt apparuit per ambitionem, aggreſſi ſunt E
omnium,quæ vſquam gentium audita ſunt nefariũ.Ve
xilla enim perpulchra litteris cubitatibus aureis,vni-
cis libertas verbis inſcripta in publico plurima pe-
penderunt:que nunciis tradita ſingulas ducentibus co-
hortes quaquauerſum per terram Eccleſiæ ſunt geſta-
ta.Primique Typhernates,& ciuitatis Caſtelli popu-
lus,introducta cum libertatis vexillo cohorte, præſi-
dium Eccleſiæ expulerunt. ex Volaterr. Blondo, &
aliis. Ex his apparet Pontificis legatos,qui eius no-
mine Italiam gubernabant,non ita eſſe damnandos,vt
eos Leon. Aret. damnat, nec florentinos poſſe à graui
ſcelere excuſari,qui aduerſus Pontificem maximum F
omnes ciuitates ei ſubditas excitarunt. Neque verò
hæc D. Anton. probare videtur,qui octo viros,quorũ
conſilio hæc geſta ſunt ſolertiſſimos viros ſecundum ſe-
culum vocat:innuens eos humana quadam conſidera-
tione,non cæleſti & diuino inſtinctu ad hæc gerenda
impulſos fuiſſe:denique paulò pòſt omnia horum conſi-
lia reprobat.*

A ea vrbe tunc arx ab hoc ipſo legato conſtructa,) A.C. 1375.
ipſam obſederunt. Ad hos quoque ſubmiſſa ſta
tim Florentinorum auxilia & quamquam lon-
gior fuerit obſidio,tamen ad extremum ea quo
que ciuitas pari tenore ſuſcepit libertatem.

Inter cætera illi octo viri de voluntate popu- Octo virorum in Pontifice machinamenta Ioannes Villanus.
li,ad augendas vires ſuas contra eccleſiæ præ-
latos (vt dicitur in chronicis) fecerunt ligam
cum Bernabone & Vicecomitibus.Papa autem
his auditis miſit Florentiam oratores ſuos ad
componendum pacem cum Florentinis, pro-
mittens Typhernum & Peruſium dimittere in
B ſua libertate,quam iam ſibi procurauerãt,dum
modo vltra non procederent in bellis,& Bono
niam Eccleſiæ dimitterent. Circa quod ciues
facto concilio aſſentiebant.Sed illi octo ſecretè
interea tractauerunt rebellionem Bononiæ cõ-
tra Eccleſiam,vnde pax non eſt ſecuta,ſed bella.
Et à ſapientibus & bonis viris communiter cre-
ditum eſt malè fuiſſe factum nõ ſumere pacem,
cùm Florentini cum Eccleſia vniti fuiſſent ad
exterminandum vicecomites vt tyrannos, & i-
nimicos Eccleſiæ & Florentinorum. Sed non
tranſierunt impuniri Florentini.Nam & ſi mul-
C tum attriuerint ſtatum Eccleſiæ,ipſi tamen con
ſumpſerunt infinitas pecunias, ſcilicet tres Florentini quæ mala perpeſſi ſint ob Eccleſiæ partes derelictas.
milliones florenorum:inde excommunicati &
interdicti.Et Vicecomites ita augmentati in do
minio,vt poſtea opprimerent Florentinos ni-
mis.Et inde poſtea ſeditiones in ciuitate inter
ciues,& populum minutum,& notabiles ciues
decapitati,& bella ciuilia orta.Et ad horam vi- Populum minutum i.vilis cõditionis homines. inf.c.3.§.4.
liſſima plebs dominata eſt,ſcilicet, Ciompi, vt
patebit infrà.

Secuta eſt paulò pòſt Spoleti,Tuderti,Eugu-
bij,Foroliuij defectio, & Aſculi in Picentibus,
D & Viterbij in Tuſcis,Nec ruinam parem memi
nit quiſquam. Cauſa verò tam ſubitæ ſtragis Multæ ciuitates ab Eccleſiæ ſubiectione ſe ſubtrahũt.Le. Aret.A.C. 1376.
fuit mala dominatio, ac infenſæ iampridem
populorum mentes,vt primò facultas apparuit
ſeſe in libertatem auidiſſimè vendicantium.
Nec tolerabilis ſane iam erat Gallorum cleri-
corum ambitio, qui ciuitates Italiæ ſeruorum
habebant loco,nec animos ſibi conciliare ho-
minum vlla cura fuerat, ſed arcibus,muriſque
compeſcere.

Sed ſuper omnia mentes clericorum debi- Bononiæ defectio.
litauit,ac fregit Bononiæ defectio,quæ quidem
E vrbs magnis Anglorũ copiis tenebatur.Pręerat
autem copiis illis Ioannes Auguſtinus.At enim
cum pro recuperatione Granaroli oppidi,quod
per eos rebellauerat dies,copias eduxiſſet, Bo-
nonienſes iampridem ab Octo viris ſollicitati,
ſumptis per abſentiam copiarum animis,corri-
puerunt arma,ac ſe vt cæteri in libertatem vin-
dicauerunt,& ſtatim vt compoſitum fuerat po-
puli Florentini auxilia Bononię affuerunt. Co-
piæ verò illorum Anglorum eductæ vbi Bo-
nonienſis populi motum audierunt,Bononiam
reuerti non auſæ,Fauentiam ingreſſæ ſunt. Ea
F ciuitas in fide legati, pontificiſque manebat.
Ob id nec refragante populo Angli intra mœ-
nia recepti cum eſſent,mirabili ducis prauitate
omnia in ciues fecerũt,quę captis expugnatiſq;
vrbibus fieri ſolent.Nam & rapinæ omnia pro-
palam expoſita, & viris aut pulſis aut interfe-
ctis mulieres ad libidinem reſeruatæ: ſacraque
ac profana miſerabiliter impieque barbarorum
im-

A.C. 1375.

immanitate polluta. Vrbem denique ipſam tandem omnibus nudatam cum mœnia ſolùm parieteſque ſupereſſent, ſceleratus dux pecunia vẽdidit principibus Ferrarienſium.

Ioannis Auguſtini improbitas.

Pontifex Max. Florentinos excõmunicat.

Dum hęc in Italia geruntur, Gregorius Romanus pontifex audita Bononiæ defectione, quo ruentem Eccleſię ſtatum repararet, ſex millia equitum quatuor millia peditum Britonum ferociſſimarum gentium per Galliam ſcripta, in Italiam deſtinauit, cum hiſque legatum de latere, quem Gebennenſem appellabant. Ipſe autem pontifex in Gallia reſidens cenſuras ac pœnas contra Florentinos promulgauit. Erant autem hæ permultæ & horrendæ. Itaque non contemnere placuit, maximè cum optima ratione probati poſſet culpam omnem in peſſimos illius miniſtros eſſe referendam.

Florentini hoſtes Eccleſiæ ſe profitentes contra Eccleſiam muniunt. Ioan. Vil.

Ex prędictis igitur Florentini conſtituentes ſe manifeſtè hoſtes eccleſię & Gregorij pótificis, & curiæ eius, in breui collegerunt maximam ſummam pecuniarum, vt cum bonis Eccleſiarum diu contra Eccleſiam poſſent dimicare. Nã communitas ipſa per reformationes ſeu ſtatutum ordinauit, vt bona immobilia Eccleſiarum territorij ſui venderentur laicis, non ſolum voluntariis, ſed & coactis ad emendum ratione viciniratis bonorum eorum ad ipſa bona, ac etiam immobilia ipſius epiſcopatus. Neverò Eccleſiaſtici omnibus reditibus ſpoliati manerẽt, ſic communitas eis prouidit, vt quouſque Eccleſiis redderentur dictæ poſſeſſiones earum venditæ, interea reciperent de reditibus mótis ad rationem quinque pro centenario, qua ſumma pecuniaria maxima collecta, conduxerunt nouas copias bellatorum [reditus interim] de tempore in tempus integrè perſoluentes, ac etiam cum Bernabone & aliis vicecomitibus Mediolanenſibus ſe colligantes.

Poſt aliquot autem annos ſtatuit communitas, vt deſcriberentur omnes, qui de dictis poſſeſſionibus Eccleſiarum emerant, & in ſchedulis redacti perſortitiones de burſa traherẽtur in certo numero annuatim quouſque finirentur. Qui autem ſic ſortiti nominabantur, accedentes ad officiales montis, totum pretium ſolutũ recipiebant, ſicque poſſeſſiones ad Eccleſiam reuertebantur, quibus reſumptis ceſſabat communitas dare eis illum reditum quinque pro centenario. Et quamuis plurima immobilia ad ipſas Eccleſias ſic vendita reuerterentur, multa nihilominus ſunt deperdita ex incuria, vel obliuione, & prolixitate temporis.

Florentini ad Pontificem legatos mittunt. Leon. Aret.

§. II.

Oratio legatorũ pro Florẽtinis.

MISSI igitur iſta de cauſa de Pótificẽ oratores duo, Alexander Antilla, & Donatus Barbadorius, viri in ſcientia iuris clari, atq; in agendo dicendoq; in primis efficaces, hi cũ tranſmiſſis Alpibus ad pontificem Perueniſſent tempus quoque dicendi illis datũ eſſet, publico in auditorio maximo cócurſu cuiuſque generis hominum, qui audiendi ſtudio conuenerant, in hunc ferè modum locuti fuere.

A.C. 1376.

Si tui, beatiſſimè pater, ſiue præfecti ſiue legati, quos ad gubernandas Italiæ ciuitates miſiſti gubernationem populorum amabilem, ac non tyrannidem horrendam in ceruices hominum fuiſſent meditati: nec tibi nunc nos accuſandi cauſa foret, nec nobis excuſandi. Quippe res trãquillę, pacatæque forent, nec vllius querimonia indigerent, immo & gubernatores populorum fidelitatem, & populi ipſi gubernatorũ moderationẽ debitis laudibus ꝓſequerẽtur, finitimi verò omni protinus incuſatione carerent. Nunc autem (vt par eſt) querela multiplex & varia inſurgit, quod gubernatores fideliũ populorũ infidelitatẽ accuſant, populi autem, non vt fidelibus, aut ingenuis, ſed vt ſeruis, ac barbaris imperatũ ſibi conqueruntur, ſuperbiaque, & auaritia, & libidinibus eorum neceſſariò ſe compulſos aiunt tã miſerę ſeruitutis iugũ excutere. Noſque deuotiſſimi ab antiquo Eccleſiæ filij, quos iſti nunc quaſi fautores adiutoreſque defectionis criminãtur, luce clarius docere poſſumus, gubernatores illos id nefariũ ſeruitutis iugũ, quo cæteros miſerabiliter premebãt populos, tyrannico nimiũ conatu ĩ ceruices noſtras extẽdere voluiſſe.

Pontifici quid tribuant Florentini.

Tu igitur, beatiſſime pater, æquiſſimas tuæ ſanctitatis aures inclina: & nõ vt pars, ſed vt iudex rectus & ęquus, cauſam fideliũ tuorũ de pótificali iuſtitiæ ſolio recognoſce. Quo enim longius abes, ac minus vel oculis inſpicere malefacta gubernatorũ tuorũ, vel auribus percipere potuiſti, eo magis debet tua ſanctitas aures ęquiſſimas nobis impartiri. Nos autẽ liberius de illis loquimur, quoniã certiſſimè credimus contra voluntatẽ tuã illa omnia proceſſiſſe. Cũque omnis legitima gubernatio gratia eorũ qui gubernãtur, inſtituta ſit, & pro eorum vtilitate, nõ debet tuæ ſanctitati populorũ cauſa, & iuſtitia minus cõmendata eſſe, quàm eorũ qui à te miſſi ſunt ad gubernandum. Atqui cogitare debebãt gubernatores ſe non ad barbaros, nec ad Saracenos: ſed ad ingenuos Chriſtianos populos gubernandos tranſmitti. Et quo Eccleſiæ nomen, atque religio diuinius ſonat, quoque alienius à tyrannide armorumque violentia eſſe debet: eo mitius & humanius populos gubernare. Hi autem præclari homines obliti, & qui eos mitterent, & ad quos mitterentur, ita deinde ſe magnificos eſſe putarunt: ſi vitia ſua exercere poſſe, ſi vim & arma, & terrorem cum miſera gemendaque ſeruitute fidelibus populis inferrent. Quid eis quæſumus, tot arces per ſingulas ciuitates infinito penè ſumptu ab illis ędificatæ profuerunt? Quid tot mercede conductorum militum phalanges ſingulis vrbibus impoſitę? Nonne hæc probant tales fuiſſe gubernatores, vt cóſcii ſuorũ ſcelerũ de ciuiũ voluntate eis fuerit deſperãdũ, fundamẽtaque ſtatus ſui collocaſſe, nõ in iuſtitia, & benignitate, ſed in violentia miſeráq; tyrãnide, qua ſeruos nobis parere cõpellimus? Hæc, beatiſſime pater, à volũtate cõſenſuq; tuo ſẽper aliena putauimus & putamus. At enim ſuperbia illorũ, moreſq; nefarij in gemitũ moxq; in deſperationẽ populos adegerunt, nec vllos infeſtiores per Italiã hoſtes habuit Eccleſia, quàm gubernatores ſuos. Ab his & cõtẽptus hominũ ſuperbiſſimi & intolerabiles rapinæ, & inhoneſtiſſimæ cupiditates, ne dicã libidines extitere. Hi populos nõ verbis, ſed (quod deterius eſt) rebus hortati ſunt, hi ad inobediẽtiã cõpulerũt. Doles tot ciuitates per Italiam defeciſſe, gubernatoribus imputa, qui hęc machinati ſunt. Arma ſũpta,

Gubernatio omnis eorũ cauſa qui gubernantur inſtituta.

Gubernatores pro Eccleſia quales fuerint

A.C. 1375. libertatemque proclamatam à populis indignatis: eiſdem gubernatoribus adſcribe, qui ſæuo tyrannidis iugo in furorem & arma populos adegerant. Equi & elephanti, quibus non eſt intellectus, bonam vel malam gubernationem diſcernunt, atque huic obediunt illam non ferunt, nedum homines ratione præditos hæc non intelligere arbitremur. Nobis autem ab antiquo eccleſiæ deuotiſſimis filiis, qui perſecutiones ſtrageſque innumeras pro defenſione Romanorum pontificum certantes ſubiuimus, quid iſti gubernatores fecerunt, attende.

Pontificij legati in Florẽtinos inhumanitas. Cum fame populus noſter laboraret (habemus namque ciuitatẽ populoſiſſimã, & quę plurimum importatu indigeat) Cùm igitur fame laboraret ſuperiori anno populus noſter, ac Boniæ cæteriſque eccleſiæ vrbibus præ magna vis frumenti ſupereſſet, neque precibus, neque obſecrationibus, neque lachrymis pro infima plebe diffuſis impetrare à gubernatoribus valuimus, vt de ſuperabundantia ſua plebi noſtræ fameſcenti, vel in aliqua ſaltem particula ſubuenirent, cum eſſemus loco proximi, publicè ſocij, priuatim amici. Verum quamquàm hæc dura ſint, & inhumana, & caritatis experti à: tamen non ſunt magna ſi ad ſequentia comparentur. Non contenti enim non ſubuenire poſtulantibus & indigentibus, verum etiam noſtra ipſa profutura ſpe adimere malignitare mirabili gubernatores tui quæſierunt. Nam cum adueniſſet iam æſtas, & omnis ſpes in ſegetibus eſſet, quę iam flaueſcere incipiebant, ſcientes illi difficultates extremas noſtro populo adeſſe, nec aliud omnino refugium, quàm in nouis ſegetibus habere, repente hi præclari gubernatores ſub ficto caſſationis velamento, vniuersũ equitatum ſuum incredibili multitudine contra ciuitatem noſtram miſere, vt extra vaſtatis agris, ſpeque frumenti adempta, intus verò fame pereuntes, quod vnum reſtabat remedium: in eorum poteſtatem, id eſt, ſub eorum ſeruitute & tyrannide venire cogeremur. Quod niſi ſeruaſſet nos primum diuina benignitas, deinde pecuniarum magnitudo (centum enim & triginta millia florenorum equitibus dedimus) proditionibus, doliſque ſubacti in ſeruitutem illorum miſerabiliter trahebamur. Nam aduerſus tam repentinam vim, tantaſque copias improuiſo inopinatoque ſuperuenientes reſiſtendi armis facultas non erat. Nec proderat ſeruare mœnia, cum victus neceſſarius intus deeſſet. Hæc autem qualia ſunt pater optime? an non ſtupenda? an non deteſtanda? an non nefaria? Hac igitur fraude malignitateque detecta, periculumque experti, ſi ſic poſt hæc nos armauimus, vt iterum inferri nobis eadem pericula nequirent: vtrum hoc eſt ſtatum eccleſiæ, ſubuertere, an ſtatum noſtrum à periculo vindicare. Et vtrum nos, qui obuiauimus ac reſtitimus illato nobis periculo, turbationis cauſa ſumus exiſtimandi, an illi qui periculum inferendo nos muniri aduerſus eorum violentiam coegerunt: Quod ſi aliæ ciuitates videntes non armari, fiduciam aſſumpſerunt illorum nefariis iniuriis reſiſtendi, quis iuſtus iudex imputare nobis debet cum pro defenſione noſtra fecerimus omnia, non pro alterius impugnatione. Hæc pro nobis ipſis & iuſta & legitima dixiſſe videmur: & beatitudo tua, ſi rectè iudicare voluerit, debet eadem comprobare.

A.C. 1375. Florentini in ſedem Romanã quales fu erunt. Sed quæ poſt hac ſuſpicio reſtet liberè aperiemus: Auditum eſt enim à nobis multa ſiniſtra per æmulos obtrectatoreſque tuæ beatitudinis auribus inſtilata fuiſſe, atque diffuſa aduerſus deuotionem, fidelitatemque ciuitatis noſtræ. Itaque neceſſarium videtur, quæ & qualis fuerit erga eccleſiam Florentini populi deuotio fideſque viceuerſa memorare. Populum Florentinum, beatiſſime pater, ſi antiquæ recitantur hiſtoriæ, ſemper aſſertorem præcipuum Romanæ eccleſiæ reperies extitiſſe. Ob hoc etiam indignationes imperatorum grauiſſimas, & perſecutiones innumeras pertuliſſe. Nullus contra pontifices Romanos, in Italia ſurrexit, qui non & Florentinum populum, vt aſſertorem fautoremque illorum, fuerit perſecutus. Nec rurſus vllo in loco pugnatũ eſt pro eccleſiæ ſtatu in quo Florẽtinus nõ fuerit in armis. Probat primi Friderici perſecutio, qui cũ Romanã eccleſiam crudeliter afflixiſſet, non minori ſæuitia Florentiam afflixit, vt pote Romanorum pontificum ſingulariſſimam aſſertricem. Probat & Henrici filij perſecutio idemtidẽ nobis eiſdem de cauſis illata. Probat & alterius Friderici, qui cum Romanos pontifices exterminaſſet, ſtatumque eccleſiæ per Italiam euertiſſet, ita demum hoc fore ſtabile putauit, ſi Florentinos ſtudio Romanæ eccleſiæ flagrantes, è medio tolleret, atque opprimeret. Itaque & carcere, & tormentis, & gladio, & exterminatione ciuium, & omni crudelitatis impietatiſque genere in Florentinos deſæuiit. Succeſſit vt in generis, ſic etiam in furoris hæreditatem Manfredus, qui Siciliæ regnum poſt Fridericum obtinuit. Hic rurſus, vt pontificibus, ita & nobis, vt fideliſſimis eccleſiaſticarum partium aſſertoribus, bellum intulit, victoſque apud Arbiam maximo prælio domo pepulit: patria extorres diſſipauit. Nec nos ante in patriam noſtram reſtituti ſumus, quàm Romanus tunc pontifex in ſedem ſuam. Sed Mãfredus ipſe non impunè hoc egit. Nam Carolus ex Gallia in Italiam vocatus cum veniſſet, in illa memorabili pugna apud Beneuẽtũ cõmiſſa, Florentini tunc exules ſuo proprio agmine ſub vexillo, quod eis Romanus pontifex, vt deuotiſſimis & fideliſſimis donauerat, aduerſus Manfredum vna cũ Carolo pro ſtatu pontificũ pugnauere, victoque & occiſo Manfredo finem perſecutioni impoſuere. Poſt hæc cum huius Manfredi nepos Chunradinus Italiam ingreſſus contra eccleſiam moliretur, noſtræ ciuitatis auxilia interfuerunt ad perſecutorem eccleſiæ opprimendum. Quid poſteris temporibus, ac fere noſtra ætate: cum Ludouicus Bauariæ dux correptis imperatoriis faſcibus, cum magno exercitu Italiam intrauit, Romam tenuit, falſum pontificem, cardinaleſque in ea creari fecit, quiſquam ne magis in veri pontificis, veræque Romanæ ſedis deuotione perſtitit, quàm ciuitas noſtra. Quę & aduerſus terrorem Ludouici armata ſe obtulit [& aduerſus Caſtrutij crudelitatem ſe conſilio oppoſuit.] Nec enim terror armorum, nec imminentis periculi magnitudo, nec exempla cęterarum ciuitatum, quę falſo pontifici adhærebant, populũ noſtrũ à vera fidelitate potuerũt deflectere, quãuis & bellũ & obſidio

Hoſtes Rom. Ec. præcipui.

Carolus primus Siciliæ rex laudatur.

A.C 1375.

& obſidio grauiſſima à Ludouico ſimul & Caſtrutio nobis immineret.

Hæc & huiuſmodi alia permulta, cum pro eccleſia perpeſſus fuerit populus noſter, an ob hæc tibi videtur is eſſe populus noſter, cui à tuis gubernatoribus & præfectis in extrema fame ſubuentio frumentaria denegaretur? An tibi videtur dignus populus noſter, vt non ſolùm frumentum ei negaretur, ſed equitatus Anglorum repente ad ſegetes vaſtandas agrorum mitteretur, vt per hoc miſeræ ſeruitutis iugum ſubire cogeremur? Hæc ſi te volente & iubente) quod credere non poſſumus) facta ſint, de ſedis apoſtolicæ, de eccleſiæ Romanæ, de pontificis ſummi ingratitudine & iniuria cõquereremur. Sin autem ipſi præfecti contra voluntatem tuam hæc fecerunt, indignationem tuam ipſi merentur, non Florentinus populus, qui contra illorum nefarios conatus neceſſariò ſe armauit.

Deprecantur pontificem.

Quocirca, pater ſanctiſſime, ibi ab intimis viſceribus ſupplicamus, vt ſereno tranquilloq; animo cauſam noſtram diſcernas. Iram verò & indignationem, ſiquam aduerſus non doloſæ tibi linguę inſuderunt, deponas. Neque enim decet in cathedra ſancti Petri ſedentem ira vel odio commoueri. Pone tibi ante oculos infantes & pueros, & illam multitudinem ciuitatis noſtræ fame laborantes, quibus non denegata eſt modo frumentaria ſubuentio à præfectis tuis verumetiam miſſus exercitus ad vnicam ſalutis ſpem crudeliter auferendam. Subueniatur ciuitatum illarum miſeræ ſeruituti, quæ ſub illorum, gubernatione fuerunt. Moueat denique lachrymas tuas Fauentia ciuitas fidelis, & innocens ab equitatu præfectorum tuorum hoſtilem in modum direpta. O miſerandam calamitatem! O ſceleratum facinus! O deteſtandam crudelitatem! Quis non fleat aſpiciens necatos ciues crudeliter? Virgines ac matreſſamilias ad ſtuprum libidinemque reſeruatas? Infantium ac lactentium turbas, mulieres que ætate prouectas, longis agminibus mẽdicaturas, de propria vrbe laribuſque depulſas? Hæc ſunt opera præfectorum tuorum. Hæc illorum ſanctitas ac religio. Quorum facta ſi tu non damnas, ſed eos perſequeris, qui aduerſus talia reſtiterunt, vide quid Deus ipſe de his iudicaturus ſit, & quæ de huiuſmodi rebus opinio in communi hominum iudicio relinquatur. Legati quidem cum hæc dixiſſent, finem dicendi fecerunt.

Multitudinis & Pontificis de hac oratione ſententia. idem.

§. III.

MVLTITVDO autem, quæ conuenerat ad audiendum, & corona facta circumſtabat in auditorio vehementer commoueri oratione legatorum viſa eſt. Fluxeruntque lachrimę pleriſque qui aderant: nec dubium erat, ſi ſuffragio audientium, res commiſſa fuiſſet, quin Florentini ſententiis omnium abſoluerentur: ita ſuadenter legati dixiſſe viſi ſunt, atque ita in A flexerat animos oratio. Pontifex verò hæc animaduertens, quamuis ſententia in aliud tempus differebatur: tamen non nihil reſpondendum in præſentia ratus, in hunc ferè modum verba feciſſe dicitur.

A.C 1375.

Audiuimus, Florentini, defenſionem veſtram aduerſus crimina per proceſſus noſtros vobis obiecta. Quoque accuratior fuit veſtra oratio, eo, magis patet omnia collegiſſe. quæ vel in cauſa, vel extra cauſam dici pro excuſatione poſſũt. Et nos quidem vti ſuadetis, iudices erimus recti. Nec ira nec indignatione mouebimur, neque calumniis credemus, ſed ſolummodo veritati. Vos autem viceuerſa hortamur, vt commiſerationes iſtas, & epilogos, ac cætera huiuſmodi B machinamenta, & artes, quę ad decipiendum iudicem pertinent, miſſa faciatis, & vna ſimul nobiſcum veritatem intueamini.

Sapienter & ſi non ornatè Pontifex orationem legatorum refutat.

Quęro igitur à vobis cum populus veſter fuerit impulſor, adiutor, & author ciuitatibus eccleſiæ rebellandi (nam id quidem patet, & negari non poteſt quod eſt omnibus manifeſtum) qua tandem ratione factum à vobis hoc defendere aggrediamini? Nempe illa ratione, qua pro tutela veſtra dicitis id feciſſe (ſic enim quodam loco dictum fuit à vobis, ideo armaſſe vos, ne pericula vobis poſſent inferri) hęc autem verba fronte prima videntur bona & recta. Cuique C enim licet aduerſus illatam vim ſeipſum tueri. Verumtamen ſi arma capiat quis, non vt vim præſentem repellat, ſed occidat eum, de quo ſuſpicatur & metuit, iam homicida eſt, manifeſtéque damnandus. Vos Florenti Typhernum, vos Bononiam, vos Peruſium copias veſtras miſiſtis ad arces expugnandas, ad gubernatores earum deiiciendos, & opprimendos. Hoc autem (pace veſtra dictum ſit) nequaquam eſt vim repellere, ſed inferre nec à domo ſua propulſare violentiam, ſed alienæ domui violentiam facere. Tale igitur eſt factum veſtrum, quale illius, qui hominem occidit, de quo ſuſpicatur, ne ſibi aliquan- D do poſſit nocere quod eſſe damnandum, & contra leges manifeſtiſſimum eſt. Quamquam quid nos de ſuſpicione & metu loquimur: cum appareat vos non metu, vel ſuſpicione, ſed odio magis illa feciſſe.

Omittamus Typhernum, Peruſium, Bononiam, quas ad rebellandum compuliſtis, quarum arces expugnaſtis fuerit in propinquitate aliqua vobis ſuſpicio vel metus. At Aſculum in Picentibus, & aliæ locorum illorum vrbes, tam procul à vobis, tam longinquæ, tam remotæ, nonne probant manifeſtè vos non ſuſpicio- E ne vel metu, ſed odio contra ſtatum eccleſiæ inſurrexiſſe ad vrbes illas auferẽdas, nec minuere vires eccleſiæ per Italiam, ſed euertere penitus, & delere funditus voluiſſe? Et poſtea aſſeritis vos eccleſiæ filios Romanæ eſſe, nec intelligitis contra vos dicere, quanto grauius eſt filium parenti manus afferre, quam extraneum. Abutimini ad omnia gubernatorum inuidia, & arces per ſingulas vrbes ab eis ædificatas vituperatis quaſi tyrannicum. Denique culpam om- F nem defectionis in gubernatores ipſos refertis. Primum quidem quantum ad arces pertineret, nec nos laudaremus ſi populi ſemper ratione vterentur. Sed vt equi otio, & affluentia cibi intractabiles fiunt & calcitroſi, ita & populi nimia

A.C. 1375.

mia interdum quiete & indulgentia inſoleſcunt & arcibus indigent, quibus compeſcantur. Gubernationem legitimam omnem, pro eorum qui reguntur populorum vtilitate inſtitutam eſſe fatemur. Talem noſtram eſſe dicimus. Neque enim ſumus tyranni, nec eſſe volumus. Arces tamen ad populorum ſalutem & vtilitatem pertinere credimus, vt ſe contineant, & acquieſcát: vt leues audaceſque homines (quibus plenæ ſunt vrbes contra bonorum voluntates res nouas ſuſcitare non audeát. Nam quod ad culpam gubernatorum defectionem refertis, ſatis conſtat nobis nullum ante populum defeciſſe, quàm à vobis ſuadendo & pollicendo fuerit ad defectionem impulſus: vt in vobis cauſa ſit, non gubernatoribus noſtris. Ad extremum calamitatem Fauentinorum miſerabiliter deploraſtis, quaſi verò calamitas illa non ex Bononiæ defectione, & rebellione orta ſit. Nunquam Angli Fauentiam inuaſiſſent ſi Bononia in fide permanſiſſet. Itaque qui rebellandi Bononienſibus cauſa fuerunt, iidem ipſi miſerabilis excidij Fauétinorum cauſa fuerunt. Et noſtrum eſt de ea calamitate, deque malis contra eos apud vos conqueri. Hæc breuiter reſpondiſſe placuit ad orationem veſtram, non affirmantes, ſed diſceptantes, iuſtitiam tandem facturi in ſententia feréda.

Rom. Pon. non eſt tyrannus, neque eſſe vult.

Secundum has orationes mora quædam aliquot dierum & intercapedo fuit, variæ ue in curia opiniones & voluntates. Galli ſiquidem omnes contra Florentinorum cauſam plerique ſentiebant: Italici verò generis cuncti pertinaciſſimum fauorem Florentinis impartiebantur. Demum excuſationibus defenſionibuſque reiectis ſententia pontificis Florentini damnantur, & interdicto ciuitas ſubiicitur vniuerſa. In ſingulorum quoque bona vbicunque reperirentur ius aſperrimè conſtituitur. Aderant oratores Florentini, cum ſententia ferebatur, quo in loco multa facundè, ac libero animo dicta ab illis fuiſſe conſtat. Et illud in primis quoad effigiem Dei Barbadorius conuerſus (is enim maiori ſpiritu nitebatur) magna voce, ita vt pontifex audiret, Deus (inquit) nos legati Florentini populi ab hac ſententia Vicarij tui iniquè lata, ad te tuamque æquitatem appellamus. Tu qui falli non poteris, nec ira inflecteris, nec ſeruitutem populorum, ſed libertatem amas, & tyrannos libidineſque odiſti, Florentino populo libertatem ſuam defendenti ſubuenies ac propicius protectorque aderis. Et res quidem curiæ ita tranſigebantur.

De cauſa Florentinorum variæ opiniones

Pontificis ſententia Florentini dãnantur.

Cardinalis Genuenſis cum copiis Pontificiis Italiam ingreditur. Blond. ibi.

§. IIII.

BRITONES autem, quos in Italiam miſſos ſuprà diximus à pontifice, ſuperatis tandé alpibus in Aſtenſem, & Alexandrinum, & Tortonenſem agrum profecti, dimenſa citeriori Gallia circiter maturationem meſſium in fines Bononienſium peruenere. Florentini verò, quo ab eorum impetu Bononia defenderetur, omnes copias ſuas Bononiæ tranſmiſerunt, & Apennini aditus, quo illis veniendi in Florentinum agrú facultas deeſſet, cuſtodiri fecerunt. Erat cum Britonibus Gebennenſis legatus: de quo ſuprà fecimus mentionem. Is ergo humana manſuetudine fretus, nec vaſtari agrum, nec cætera multa, quæ natura belli fert, permittebat fieri, & in vrbem miſerat, qui præteritorum veniam impunitatemque offerrent. Qua quidem pollicitatione nonnullos Bononienſium in ſuam ſententiam traxerat. Agitatio igitur occulta ad proditionem tendebat, qua vna ſpe Gebennenſis per Bononienſem agrum ſæpius motis caſtris, diutius in iis locis commoratus eſt, tentans ſi qua poſſet, copias quæ intus erant ad exeundum pellicere. Intra vrbem copiis præerat Rodulphus Varianus Camerinenſis, vir ſagaci ingenio, & bellorum ſciés: qui moram hoſtium cernens, nihil aliud eos, quàm proditionem expectare coniectura ſuſpicatus, exire copias nunquam permittebat. Vnam duntaxat meditabatur vrbis cuſtodiam, putans, id quod erat, niſi ea potirentur vrbe, omnem impetum hoſtis in breui eſſe caſurum. Ferturque eius vox, & prudens & vrbana. Nam cú hoſtes ipſum allicere fruſtrà conati, tandem percunctarentur, quid intus maneret, cum ſuis copiis: quid non exiret aduerſus eos, ac pugnam capeſſeret: reſponderi iuſſit ideo ſe non exire, ne illi intrarent. Nec multò pòſt agitata proditio deprehenſa eſt quãm ob illius diligétiá aſſiduáque cuſtodiá effectú habere nequibat, capti deinde proditores, detecti ac ſupplicio affecti, irritam expectationem legato fecerunt.

sup. §. 1.

Rodul[...] Varian[...] ſeu v[...] Bien.va[...] neus Bo[...] nonien[...] dux.

Stantibus ad Bononiam copiis, duo Britonum equites fide ſuſcepta Bononiam ingreſſi, probra quædam militariter contra Italos locuti, quoſcunque noſtros in ſingulari certamine prouocabant. Aduerſus eorum intolerabilem iactantiam, cum alij ſilerent, duo primarij iuuenes ſeſe obtulerunt. Bertus Biffolus Florentinus, & Guido Alcianenſis. Hi non minori verborum acerbitate contra Britones inuecti, cùm minabundi ſe ad pugnam offerrent, data acceptaque duelli fide, conſtitutaque ad pugnam die, inſignibus equis armiſque, in certamen venerút. Locus illis extra vrbem datus, prope hoſtium caſtra. Gebennenſi legato ſecuritatem pollicente. Ibi quatuor pugiles magnis Italorum Gallorúque votis ſinguli aduerſus ſingulos congreſſi pugnauere. Pugna eorum fuit equeſtris, effuſo curſu infeſtis cuſpidibus ſe petentibus. Quod cum ſæpius egregiis animis pariterque feciſſent tandem Biffoli virtus prima emicuit, tranſfixumque haſta Gallum ad terram proſtrauit. Ipſe verò mox equo proſiliens cum iacentem hoſtem iugulare pergeret, accurrens Gebennenſis parcere illius vitæ captiuumque ſeruare illum precabatur. Id cùm audiret Biffolus, interrogauit coram omnibus num ſe victorem, ac vitæ illius neciſque Dominum eſſe conſtaret? Cùm id affirmaretur, contentus ea confeſſione faciliter, ac benignè illum Gebennenſi donauit. Reſtabat altera pugna, & ipſa inſignis, omniqúe nixu agitata. Verum eius quoque exitus talis fuit. Dum ſe infeſtius petunt ambo, vno eodemque tempore mutuis cuſpidibus transfixi corruerunt. Sed Italus primus ſurrexit, iacentemque Gallum ſemianimem captiuum habuit. Donati victores egregiè, magna cum laude Bononiam

Duellum inter Britones & Italos.

A C 1376. Bonon iā redicre. Ad iſta,[a] quæ hic narrat Leonar. in hiſto. Floren. adde, quia cùm duellum ſit prohibitum lege, non ſolum canonica: ſed etiā diuina, quia hoc eſt Deum tentare: vt dicitur 2. q. 5. monomachiam, non catholicè: nec iuſtè legatus permiſit ipſum duellu, & præſens adſtitit.

Duellum lege diuina & canonica prohibitum. De Tor. na cap.

Aretinorū coniuratio.

Per idem tempus apud Aretinos detecta coniuratio grauiori motu ciuitatem concuſſit. Sachonis enim filij, cum amicis paternis ſuæ factionis conſtituerant redire in vrbem, & dominatum arripere. Erant autem tunc Aretini in Florentinorum ſocietate. Itaque ſpes omnis & fiducia coniuratorum de inimicis populi Florētini ſumebatur. Nec deerant copiæ Britonum illis Anglorumque, qui opem in re conficienda afferrent. Verum eorum coniuratio patefacta creditur ab ipſorum intimis, ſiue inuidia ſiue indignatione, quia adſciti non eſſent. Ob hoc capti quidam coniuratorum ſupplicio afficiuntur alij fugati.

Ceſenam copiæ pōtificiæ ad eunt. Blō. ibid.

Per finem, eius æſtatis Britones fruſtrà Bononienſi in agro commorati, tandem abeuntes Ceſenam petiere. Ducebant verò eos illorum duces & Gebennenſis legatus. Ceſenates in poteſtate pontificis continuo permanſerant, & venienti Gebennenſi Britonibuſque liberè portas aperuerant. Stantibus igitur vrbe copiis, maleficia per noctes patrari cœperunt, vexari etiā in die ciues, & iniuriis affici. Quibus in rebus cum nil valerent querelæ apud legatum factæ, & quotidie magis delicta augerentur, tandem ſuperante patientiam iniuriarum magnitudine in furorem Ceſenates vertuntur, raptiſque per iram armis, Britones aggreſſi ſuprà octingentos eorum interfecerunt, reliquos verò omnes extra vrbem pepulerunt. Arcem in ea munitiſſimam tenebat Gebennenſis, qui veritus ne ciuitas ad hoſtes deficeret, indignationem diſſimulabat, nihilque ſiniſtrum de Ceſenatium facto loquebatur: ſed eos multa perpeſſos indignè, meritò ſimul neceſſarioque aiebat arma corripuiſſe. Verum ea deponere tandem, & ad ſua redire ſuadebat. His verbis confiſi Ceſenates, arma depoſuere. Accitis autem properè Anglorū copiis, & cum Britonibus coniunctis, per ipſam arcem eas contra populum inermem deceptum que immiſit. Britones verò irati cædem ſuorum vlciſci properantes, neque ætati neque ſexui pepercerunt, miſeram & innocuam multitudinem trucidantes crudeliſſimè. Angli autem cum eis magis inſiſtebant rapinæ ciuitatis. Vnde & Ceſenates ipſos admonebant ad fugiendum è ciuitate. Vix enim aliqui alij euaſerunt, niſi à ciuitate recedentes. Tanta fuit crudelitas Britonum, vt & lactentes de cunis extraherent, capita eorum ad parietes contūdentes, aliquos alios ſtrangulantes, reliquos perforantes, ipſos occiſos alligantes ad oſtia domorum. Stratæ plenæ erant

Ceſenates trucidant octingentos Britones.

Legati pōtificij ſæuitia.

Grauis exercetur à militibus ſæuitia. Stratæ vibis.

a Ex hac D. Anton. cenſura apparet, quam iuſtè & Catholicè in Trid. conc. ſeſſ. 25. cap. 19. ſancitum fuerit vt deteſtabilis duellorum conſuetudo fabricante diabolo introducta vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminaretur, & vt Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint eo ipſo ſint excommunicati.

A cadaueribus & ſanguinibus, iuxta patres reperiebantur filij interempti, ſecus Germanos fratres eorum & cum vxoribus viri. Numerus autem occiſorū fuiſſe dicitur tria millia: ſdm aliquos quinque millia Dominus autem Galeottus dux exercitus eccleſiæ, hæc fieri ſinebat, quaſi non curans forte ſperans ciuitatem vacuam remanentem, ad eius dominium peruenturam, ſicut poſtmodum accidit. Et vbi Britones hoc egerūt in vindictam, vt inde ab aliis ciuitatibus timerētur, citiuſque ſe eis traderent ne paterentur talia, oppoſitum inde ſecutum eſt. Nam tanto horrori omnibus Italicis hoc fuit, vt magis animarentur ad repugnandum eis, ne aliquando deuenirent ad manus tam immanium ferarum, & ſi legatus ad hoc illos induxit, vt dicitur, cum tamen ſub iureiurando promiſiſſet Ceſenatibus ſecuritatem, vt deponerent arma: nedum prælatum eccleſiaſticum vices tenentem vicarij Ieſu Chriſti, ſed Herodem & Neronem dedecuiſſet tam ſæuiſſima ſceleſtaque vindicta.

Sæuitia militum Italos ab obedictia Eccleſiæ retrahit.

Sed inter hæc (vt habetur in chro. Florentī.) hoc accidit ſtupendum miraculum, quia cum quidam ex Britonibus ipſis in quadam eccleſia ſuper altare aliquos paruulos trucidaſſet, furoreque ebrius gladio ipſo cruentato percuteret imaginem beati Antonij in pariete depictam, mox ignis deuorans carnes eius corpus inuaſit. Dumque ſic immenſis doloribus vreretur, cucurrit ad mare, & in aquam ſe proiiciens ibi ab igne conſumptus eſt totus cum oſſibus ſuis.

Miles imaginem D. Antonij percutiēs igne cæleſti comburitur.

Circa id tempus ſtipendiarij eccleſiæ cum eis non daretur ſtipendium, ingreſſi. Oſimum (vel Auximum) & alia caſtella eccleſię plura in Marchia prędati ſunt. Ciuitas quoque Aſculi in Picentibus etiam ſe vendicauerat in libertatem, cui & Florentini copias ad tuendam ſuam libertatem deſtinarunt. Et licet Ioanna regina Siciliç rogatu papę iam bis miſiſſet auxiliares copias, tamen gens à Florentinis miſſa cum aliis confœderatis commiſſo prælio copias regi profligauit. Et demum arx ipſa poſt multā repugnantiam, omni auxilio deficiente dedita eſt, & ad ſolum euerſa.

Gregorius pontifex in Italiam nauigat. Blond. ibid. Ioan. Villan.

§. V.

ANNO autē Domini. 1376. Gregorius vndecimus pontifex Romanus in Italiam redire conſtituit, putans multum profuturum, ſi ipſe præſens authoritate ſua rebus gerendis adeſſet. Habere ſe copiarum ſatis arbitrabatur Anglorum Britonumque, quæ famoſiores habebantur in tota Chriſtianitate amicoſque eccleſiæ per Italiam ſupereſſe, quos omnes augere excitareque ſuo aduentu cupiebat. Hac igitur ratione ductus, & indignatione ſaucius, per autūni tempus ex Gallia mouens, multis nauibus Italiam petere contendit. Eius nauigatio difficilis fuit, ſæpiuſque diſſipata claſſis, ita vt Genuæ, Liburni, & circa ea loca diutius detineretur. Cum autem Genuæ decem diebus ſuperſediſſet honorificè receptus, quatuor à Genuenſibus pe-

tiit

A.C. 1376.

Pontifex Genuam venit.

tiit. Horum primum fuit, vt Florentinos à Genua licentiarent, nec commercium haberent cum eis. Secundum, quod ſe colligarent cum eo ſeu eccleſia contra Florentinos. Tertium, quòd à carceribus liberarent Germanum regis Cypri quem captiuum tenebant. Quartum, vt concederent ei aliquot balliſtarios. Sed nihil horum ab eis obtinuit. Vnde circa finem Octobris inde recedens ad portum Veneris applicuit, & inde Liburnum, in quibus locis propter tempeſtates maris cum aliquot diebus permaneret, Piſani & Lucenſes multis & magnis xenus ſunt pótificem venerati. Cardinalis autem Narbonenſis conſobrinus papæ, propter infirmitatem Piſis declinans, ibi diē clauſit extremum, teſtatus ſecundum chronicum, vt dictum fuit quingenta millia florenorum. Nauigantes autem per mare menſe Nouembris, tempeſtate quaſſatæ naues aliquę perierunt, duæ, quæ erant reginæ Ioannæ in quibus erant duo cardinales ſcilicet Florentinus, & Aruernenſis diſcurrerunt vſque Caietam. Deinde applicuit pōtifex Cornetum. Ex quo ſe mouens Romam peruenit. xvij. Ianuarij. Et cum eſſet Corneti, ciuitas Bulſena ſe contra eccleſiam erexit in libertatem, & à Florentinis receperunt auxilia.

Pontifex Romam venit. A. C. 1377.

Interea ſcripſit pontifex ad Florentinos, quod mitterent ad eum in vrbem oratores ad tractandum de pace eos ipſos, qui miſſi fuerāt ad eum cum eſſet Auenione. Sed cum adhuc eſſet Corneti miſit quadringentos bellatores cōtra Viterbienſes. Præfectus verò egrediens cum gentibus Florentinorum & Viterbienſium obuiam eis, profligauit eos captis ducentis ex eis. Cum autem oratores Romam miſſi à Florentinis, recepti fuiſſent ab eo ſatis gratioſe ad oſculum pacis, cum benedictione, & ad diuina officia admittendo, poſt multa colloquia nil concluſum eſt de pace, quia poſtulabat pontifex talia ab eis, quæ nullo modo concedenda videbantur. Reuerſi ergo oratores Florentiam, exponētes poſtulationes pontificis, propter quod nil erat peractum de pace cum Florentiæ tunc eſſet Dominus Petrus de Gambacurtis pro pace tractanda inter eos & pontificem & oratores etiam Barnabæ inito maturo conſilio cum ciuibus, & expoſita intentione Papę, quę non videbatur ad pacem directa, decreuerunt prelium viriliter proſequendum, & nil omittendum de contingentibus. Et quia non paruum æſtimabatur momentum pontificis in Italiam acceſſio atque authoritas, & præſentia: his rationibus ducti, per Bernabonem Mediolanenſem, dedita ſecreto opera, Anglorum multitudo, quæ apud pontificem militabat, relicto pontifice ad Florentinos tranſiuit. Hoc factum eſt ſtatim ab initio anni ſequentis. Quæ quidem res Pontificis amicorumque eius plurimi animos fregit.

Pontifex Florentinos ad pacem inuitat.

Anglorū ad Florentinos defectio.

Florentini aduerſus pontificem ſeſe inſtruunt.

Per idem tempus octo viris, qui ad curam belli authoritate publica delecti fuerant, prorogatum imperium eſt ad ſex menſes quaſi inuoluntariis: cum ipſi populo ſuaderent alios etiam ciues participes faciendos & honoris, & laboris illius, & præcipuè, quia ſæpius id factum fuerat. Nam iidem viri ab initio belli ad illud vſq; tempus magiſtratum continuauerant, quod magnam illis apud multos ciuium conflarat inuidiam, & carpebantur iam eorum facta, & fa-

A.C. 1377.

ctionibus oppugnabantur. Dataque eſt eis magna facultas, quia proſperatum videbatur negotium in manibus eorum, vt magis practicis in his occurrentibus: cum ſecreta multa maximè noſſent. Et inter cætera conceſſum fuit, vt præſtare poſſent quibus videretur vnum vexillum cum armis libertatis. Et quia cœperunt haberi ſuſpectæ congregationes diſciplinarorum, quæ in diuerſis conuentibus religioſorum adunabā tur, ne aliquid mali contra ſtatum ciuitatis machinarentur, ideo miſerunt pro Prioribus & Prę latis religionum, & mandauerunt eis ſub pœnis grauiſſimis, ne permitterent in locis illis tales congregationes fieri. Inſuper conuenientibus in vnum oratoribus omnium ciuitatum & cōmunitatum, quæ cum Florentinis confœderatę erant de communi aſſenſu decreuerunt illos octo deputatos à diu ad curam belli, habere facultatem componendi pacem cum Papa, vel prę lium exercendi, prout eis videretur. Et Dominus Rudolphus de Camerino, & Germanus eius cum eſſet in fœdere cum Florentinis, immo & dux exercitus, quia benè & ſtrenuè ſe habuerat iterum confirmauerunt eum in capitaneum gentis armorum per ſex alios menſes. Dominus autem Ioannes Achus recedens à ſtipendio Eccleſiæ, acceſſit ad Florentinos conductus per annum ſub precio ducentorum, quinquaginta millium florenorum cum octingentis lanceis, & quingentis ſagittatis.

Practicus i. verſatus.

Congregationes diſciplinatorum id eſt pœnitentium laicorum ſuſpectæ.

Eo verò tempore Rudolphus Camerinenſis colligatus cum Florentinis, & aliis contra Papam, mutans propoſitum, deficiens à Florentinis adhæſit Eccleſiæ. Cum enim Fabrianum, intraſſet Rudolphus Camerinenſis, Florentini dux exercitus, cuius oppidani ad libertatem adſpirantes, Florentinorum ſociorumque auxilia conuocarant, ipſe cupiditate opportunitateque finitimi oppidi illectus in poteſtate ſua illud retinuit, nec flagitantibus iubentibuſque octo viris dimittere Fabrianum voluerat. Hinc indignatio coorta, tranſeundi ad hoſtes cauſa fuit. Eius tranſitio, quia ſecretorum conſcius erat, vehementer grata fuit Gregorio, & honore ducatuque gentium illum adauxit, traditis ſibi Britonibus mille quingentis equitibus, quibus ille fretus finitimos Camerino Fabrianoque populos vexare infeſtius cœpit. Contra verò octo viri ſic indignè tulerunt, vt ad portas plateaſque vrbis effigiem eius cum vitiorum dedecoroſis notis depingi fecerint. Nec multo poſt copiis contra eum miſſis Fabrianum ipſum, cuius gratia tranſitionē fecerat, ſibi ademerunt. Et vbi prius factus fuerat ciuis Florentinus & multum dilectus, poſtea factus eſt exul, & rebellis, & proditor, & magnus inimicus.

Rudolph' Camerinēſis à Florentinis deficit.

Per hæc tempora Ioannes, Aretinorum pręſul rempu. inuadere conatus eſt. Hujus rei morus à Gregorio pontifice Romano naſcebatur, affectante adnitentéque pontifice ciuitatem illam à Florentinorum ciuitate diſiungere. Aduerſus igitur hunc motum ciues primo pauidi ignoranteſque conuenere: mox intellecto periculo, cùm arma corripuiſſent, factio præſulis ſuperata, fractaque reſedit. Ipſe verò præſul Aretio pulſus eſt, ædeſque illius crematę, & de quibuſdam propinquis agnatiſque ſupplicium ſumptum.

Ioannes præſul Aretinorū rempu. tētat inuadere.

Ponti

A.C. 1377.

Pontificis oratores Florentiam miſsi. Nauc. gen. 46.

§. VI.

AVDITA autem poteſtate octo virorum Florentinorũ ſuper materia belli, Gregorius ad augendã cõtra eos ciuiũ inuidiam quæ ægrè ferebant tam diutinum eorum officium oratores ſuos Florentiam miſit. Oratores autẽ ipſi fuerunt vnus ordinis minorum, alter ordinis eremitarum, magiſtri in theologia, ſagaces & eloquentes. Literæ autem pontificis non ad magiſtratum, vti conſueuerant, ſed ad populũ ſcribebantur. Ipſique oratores non alibi, quàm in concione populi mandata promere ſe velle affirmabant. Data illis concio eſt, quamquam non ignorabatur pontificis factum, miſſionem q; illã oratorũ nõ ad pacẽ, ſed ſeditionẽ diſcordiáque ciuium ſpectare. Verũ in ciuitate populari audientiam populi flagitantibus denegare vix tolerandum videbatur. Lectæ igitur ad populum ſunt literæ, ac ſubinde oratores auditi. Senſus idem orationis, literarumq; fuit: culpã à populo leuare, atque in gubernatores reipu. transferre, itaque corripi eos, emendarique iubebat. Ea multi lętis auribus audierũt, propter octo virorum maleuolẽtiam. At enim multitudo populi, quæ inuidia honoris illorum non tangebatur, ſed facta magnifica induſtriamque probabat, non ſatis æquo animo verba oratorum audiuit. Ita fruſtrà locuti ad populum, deteriorem potius rem, quàm meliorem effecere.

Florentini ſuſtulerũt interdictũ Pontificis, ſed malèfecerunt. Hoc indicat aug. l. 14. ciuit. c. 14. & tracta tu 41. in Ioan.

Quare haud multò pòſt contẽpta pontificis authoritate, interdicti obſeruatio ſublata eſt, quod illuc vſque ſeruatum fuerat ob reuerentiam ſedis apoſtolicę, & clauſis ianuis eccleſię officiabantur ſecundum formam interdicti, ſed ex tunc celebrare per vrbem agrumque cũctis in templis ſacerdotes iuſſi ſunt. Quod qui fecerunt magis homines timẽtes quam Deum, ſed crimen nequaquam euaſerũt: potius enim debet quis omnia mala tolerare, quàm peccato conſentire, ſecundum Auguſtin. Prędictis autẽ octo viris eſt per annum imperium prorogatũ. Hęc omnia contumaciter facta animum pontificis perculere, vt iam quaſi domita inſolentia ſentiret in poteſtate voluntatéque exhibẽtium reuerentiam conſiſtere, gratuitóque illam præſtari. Et legitur in chro. quòd habito ſuper his

Prauũ Iuris Canonici docto rũ cõſiliũ. Gre. hom. 26. in euã.

conſilio à canoniſtis, cõſultum eſt per eos ciuitatem non teneri ad obſeruationem cenſurarũ à papa illatarum, quia ex odio, & inimicitia ad eos mouebatur. Quod ſi verum eſt ſic, eos conſuluiſſe, vtrum rectum, & verum fuerit conſilium, & non potius fallax & adulatorium ipſi viderint: cum ſecundum Gregor. Sententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt, & ſeruanda, niſi contineat intolerabilem errorem quod ibi non fuit.

Interea comes Lucius miſſus à Florentinis cum copiis eorum, hoſtiliter diſcurrens per terras domini Rudolphi Camerinenſis, multa dãna intulit. At Rudolphus egreſſ᷒ de Camerina cũ trib. millibus bellatorũ, inuitauit ad bellũ comitem Lucium præfatum mittendo chirothecam belli, vt moris eſt, quam & ille accepta

Rudolph᷒ Luciũ ad bellum inuitat.

uit. Et quàm citiſſimè ordinatis aciebus vtriuſque partis congreſſi ſunt in bellum, quod aſperum fuit, Britonibus qui erant cum Rudolpho viriliter dimicantibus. Demum comes Lucius victor extitit. Cùm autem Rudolphus vidiſſet victoriam declinare ad hoſtes, fugiens è caſtris in Colentinum ſe ſaluauit, Lucius autem proſecutus victoriam vſque ad portas Camerini cucurrit. Et cùm Camerinenſes nec ſuis aperirent inde occiſis ex hoſtibus ducentis, circa mille captiui ducti ſunt cum totidem equis. Et vexilla arrepta ab hoſtibus Florentiam miſſa ſunt, feſtúmque de victoria celebratum, quod accidit anno domini. 1377.

A.C. 1378.

Genuẽſes oratorem Florẽtiam mittunt. A.C. 1378.

Interea Genuenſes miſerunt vnum è ciuibus ſuis, vt ſyndicum eorum & oratorem in obſequium Florẽtinorum: propter proceſſus, quos quotidie papa legi faciebat Genuæ contra Florentinos, & propter interdicta poſita Genuæ propter commercium cum Florentinis. Et ſupplicando impetrauerunt à papa, vt tantum decem Florentini poſſent ibi habitare per certum tempus, quod poſtea fuit prorogatum. Et cùm oratores Florentini miſſi fuiſſent Genuam, diſcordia fuit inter ducem eorum & duodecim viros officiales, vtrum deberent audiri. Demũ audientiã dedit eis dux ſine duodecim illis officialibus.

Fulginates tumultuantur.

Ea tempeſtate cum comes Lucius cum copiis Florẽtinorum tranſiret per territorium Fulginatum, vt hoſtium, contigit quod populus Fulginas audacia ſumpta ex vigore illarum gentium tranſeuntium tumultuans, arma corripuerit, & pergens ad palatium domini ciuitatis, qui dicebatur dominus Trincia de Trinciis, nobilis miles de Fulgineo qui eam ciuitatem tenebat pro eccleſia, & violenter ingreſſi palatium eius, occiderunt eum, ac occiſum per feneſtras in plateam proiecerunt. Sed poſt paucos dies pœnitentes rei geſtæ conſtituerũt ipſi ciues dominũ Ciuitatis dominum Chunradum de Trinciis.

Thormaſuccius vir ſanctus quid prædixerit.

In illo tempore in dicta ciuitate, quidam ſanctæ conuerſationis nomine Thormaſucci᷒ habitum gerens tertij ordinis beati Franciſci, vir vtique magnæ abſtinentiæ, ac mundi, & ſui contemptor, qui claruit ſpiritu prophetiæ, is inquam inter cætera pronunciauit tempus mortis eius. Nam cùm ille dominus Trincia ſemel eum interrogaſſet de tempore vitæ ſuæ ſiue curioſitate ductus, ſeu deriſione, cum communiter diceretur ſpiritu prophetico futura prædicere, reſpondit ille. Tantum viues quantum illæſa permanebit campana communitatis quod ita euenit. Nam coniurati in mortem illius domini, cùm ſignum dediſſent ad rumorem ſuſcitandum pulſatione illius campanę in principio pulſationis eius fracta eſt, & ille dominus tunc occiſus. Fertur etiam dę illo, quòd ille dominus iratus contra eum, quia arguebat eum de exceſſibus ſuis, aliquando decreuiſſet eum in ignem iactare qua de re pro illo miſit. At ille in ſpiritu prænoſcens, quid contra eum tentaret, acceſſit Thormaſuccius ad furnariam vicinam, & ab ea petiit, vt prunas ardẽtes ex furno poneret in clamyde eius. Quo facto ad multam inſtantiam eius prunas illas clamyde ſua clauſas detulit coram illo domino, proiiciens eas ante ipſum in terram illæſa

Furnaria .i. mulier furno præpoſita.

A.C. 1366. regis fines, duxit in Caſtulonenſem, ac Henricum nothum, quem Petrus legitimus filius principatu deiecerat, domo reſtituit. Petrum exegit. Is Burdegalam ad Anglum profugit. Princeps Anglus a Guitiis Rontegualliis ſuperatis duce in itinere rege Nauarræ Burdegalam peruenit Petrum in regem reſtituit, Geſquinatem acie vincit, capitque, Henricum fugat. Is cum Franciam ex fuga repetiiſſet, nouo exercitu adiutus, deſtitutum Anglicis auxiliis fratrem victor occidit, rerumque potitus rex coronatur.

Bellū Anglicū renouatū. A.C. 1367. & 1368. Princeps Anglus noua & inſolita vectigalia imponebat tam magnis rebus geſtis egens, iam gentem Anglici tædebat imperij, ciuitates ab Ioanne rege Anglis traditæ flagrabant deſiderio Franci regis. Nihil prius meditati, quàm obſides Francorum, qui apud Anglum aſſeruabantur, vt ſuos interuiſerent dimiſſi, domum reuerterunt. Continuò poſt comitatus Pontiuenſis oppida conſiliis ante præparatis ad Francum defecere. Simul diuerſo loco Cadurcorum vrbs,
A.C. 1369. ac omnia in eorum finibus oppida in fidem rediere.

Anglus domo Burdegalam tranſmiſit. Excurſiones paruæ, ac non magnæ expeditiones factæ. Biturigum dux Lemouices ipſis ſe dedentibus recepit, Maior exercitus moles Itium appulit, multis paſſim locis vagati, ad Iudæam ſuburbanum Lutetiæ vicum caſtra
A.C. 1370. metati ſunt.

Magiſter equitum Maurellus ſtrenuus imperium depoſuit, in eius locum Geſquinas ſuffectus. Anglis Franciam vrentibus nihil per trepidationem egit, ſed opportunis locis adortus, eos ita affecit vt eos conatus audaciæ pudet. Lemouicum vrbem Angli recepere, ac ob iram defectionis direptã incendere.

A.C. 1371. Claſſis etiam Francorum claſſi Hiſpanæ ab Henrico rege miſſæ coniuncta, expugnat quinque & triginta hoſtium naues ad Rupellam. Quo oppido, niſi claſſis Francorum ad euaſtandam oram Angliæ maritimam diuertiſſet, tunc Francus fuiſſet potitus. Qui verò Angli præſidio Pictonibus erant, cum opem fano Seueræ à Francis obſeſſo ferre conantur, vtrobique offenderunt. Pictones enim [illegible] metu ſeſe Biturigum duci dedidere. & repulſo noui hoſtis aduentu, Geſquinas oppidum cepit. Tunc Rupellani deplorata omni ſpe deditionem fecere.

A.C. 1372. Franci etiã Britanniam ingreſſi oppida oppugnare adorti ſunt. Interea apud ſummū Pontificē fidē Francorum inuidiam facere conabantur Angli oratores, quod à Britannico fœdere diſcedere eos dicerent: quod
Hic erat Gregorius vndecimus. vti priores violaſſent, coſ fulmine itaque ſacroſanctæ poteſtatis feriendos conueniſſet: Francus orator & memoriam Ioannis fraude liberauit & Quinti factum à crimine periurij vindicauit. Reliqua erat duplex deſceptatio de iure & regni & bellis, quam cognitionē Pontifex non recepit. Tantum audiuit Francum de Flandria agentem, cōceſſitque vt cum Flandria Francorum beneficium eſſet, Margarita Ludouici Flandriæ comitis vnica filia Philippo Audaci Franco potius nuberet, quàm Amundo filio Angli regis, cui ſponſa fuerat.

A.C. 1373. & A.C. 1374. Rex Francus cum Nauarro amicitiam redintegrauit. Paulò poſt compertum eſt eum quoſdam ſollicitaſſe corrupiſſeque vt regi Franco venenum miſcerent. Ruſus igitur Francorum hoſtis iudicatur. De illo Eburonices nec pri , Cæſaroburgum fruſtrà tentatum.

A.C. 1375. Anno eius ſeculi 76. Eduardus filius, inſequenti Eduardus pater deceſſere. Ricardus Eduardi iuuenis filius duodecim annos natus auo Eduardo regi, qui moriens ita iuſſerat, ſuccedit.

Sub quod tempus Francus rex lege de filiis regum ſanxit, vt mortuo patre rege maximus natu filius continuo ſuccederet, iſque ingreſſus quartum decimū ætatis annum & coronaretur & extra tutelam foret, reſque adminiſtraret. A.C. 1376.

Geſquinas in Aquitania, fuſis fugatiſque multis ſtitis prælio Anglis, Condatum, Brigeracum, Fanum fidei, Caſtellionem, Canderetum, fanum Macarij Lungouem partim vi, partim voluntate ipſorum recepit, Duraſſi arcem alterum ac vigeſimum obſeſſam diem ad deditionem compulit. Dux Audax Anglis ſtio crebro erumpentes crebris præliis deuicit, circumiecta oppida cepit, hoſtes intra huj mœnia compulit. Angliæ ora maritima à Francis vaſtata, quædam etiam oppida capta direptaque ac igni abſumpta. Tota Britannia excepto vno Breſto ad fidem Franci redierat. Angli proceres vniuerſum terrarum orbem circumuiſendis legationibus ſibi conſociare ſtudebant, auertere à Franco, inuidiam illi conflare. In Germania cum Carolo Auguſto, & Venceſlao filio de Francorum iniuria expoſtulantes, ſtramum pepulerunt, vt eò ipſe & ſuos etiam oratores mitteret, qui Anglorum in Francos probra iacta refellerent. Conuentu procerum dato, cum præſidentes, Cæſares pater filiuſque principes legationis cauſam quiſque ſua mutati ſunt. A.C. 1376 & 1377.

Oratione Franci oratoris Cæſares ad Franci partes inclinati profeſſi ſunt ſe in Franciam profecturos, (Carolus & Venceſlaus Lutetiam veniunt.) dataque opera, vt res componeretur, [illegible] quæ a morũ agitarentur conſilia, quorũ obliuio nimis diu pectora tenuerat. Profecti igitur Lutetiam. (A.C. 1378.) Quintus rex ad Dionyſij portam æger lectica eis occurrit. Quæ res ne ei pudori foret Auguſtus pater ætatem podagramque excuſans lectica & ipſe vrbem regiam ingredi voluit. Feſti dies aduentu Cæſarum celebreſque acti. De pace agere iam cœperant, cum prius reginæ Franciæ, ac propè continuis funeribus filiæ regis mors actionem eam interpellauit. Igitur Cæſares domum ſe recipientes, ac rex Francus luctu morbo luctuque retentus. Gandauum oratores miſeri, quo & Angli legati ex compoſito conuenerant, vt de pace commodiore loco ageretur. A.C. 1379.

Affuit & pontificis Max. legatus Archiepiſcopus Rauennatium, qui ad id venerat. Id quoque colloquium diremit ſchiſma ſacræ Eccleſiæ in triginta annos exortum. Itaque pax inter regna conueniri non potuit. Britannus dux princeps legationis Anglicæ in Flandria apud Comitem remanſit, quod eius Amicitiæ erat. Id Francus moleſtè tulit, Francorum hoſtem iudicatum, à Flandro Francorum beneficiario haberi colique. Quare rex malum comiti minatur, ſi vltra hoſtem Francorum Britannum à cæteris pulſum apud ſe habeat, iubetque. Ille in Angliam traiecit, claſſeque accepta Britanniam repetiit. Veneti cupidiſſimè eum receperunt.

Ad octo millia Anglicæ iuuentutis duce Thoma Ricardi regis patruo, Itio mouere, Franciamque metiri ſub ſignis capere. A.C. 1380. Infeſtū iter Andium dux per occaſiones faciebat vetitus à fratre rege æquo loco ſummã rerum fortunæ prælij committere. Hoſtis tandem in Britanniam euaſit, duciſque opes validiores effecit. Geſquinas magiſter equitum dum obſidet Caſtrum nouum quod ab Anicio Aruernorum octo millibus paſſuum abeſt, ac ab Anglicis factionibus inceſſum erat, morbo correptus in caſtris deceſſit.

Motus Flādrici. A.C. 1378. & 1379. Nec Flandria conquieſcebat. Gandauenſes conquerebantur à comite ſuo noua & inſolita vectigalia mercibus, quæ nauibus ad eos ſubueherentur impoſita, ſimulque cognitiones rerum capitalium iudiciaque ab

A.C. 1378.

eo ipſius arbitratu fieri. Brugenſibus æquiorem ſe præbebat. Hi foſſas ducebāt, quibus fluuium Lizam, per fines Gandauenſiū vrbē q; mediā fluentē, in agrum ſuum ex parte deriuarent. Hinc bellum conflatum. Gandauenſes duce Ioanne Leone arma corripiunt, alba capitio induunt, vt id eſſet factionis inſigne aduerſus Comitem Brugenſeſque. Hi cum albatum eſſet in ſe iri ab opere deducendoq; e flumine diſcedunt. Comes etiam eis poſtulata cōcedit, modo tumultuandi finem faciāt, capitiáque ponant. Id multitudo libens factura erat. Leo viribus ne omne conſilium comitis ſpectaret in ſuum vnius caput, eis ſuaſit in amentia perſiſtere. Hi itaque Albati Rogerium Comitis pratorē cum ducentis equitibus ampliſſimum vrbis aream occupare conantem occidunt. Hæc agebat imperita inquietáque multitudo. Optimates verò duodecim è corpore ſuo oratores mittunt, qui regem vti miſereretur vrbis furore percitæ. Comes placabilem ſe præbebat lachrymis optimatium, ſed Leo antequam legati redirent perpulit Albatos vti in ædes, quas ingenti ſumptu in ſuburbio Gandaui comes extruxerat impetum facerent diriperēt que. Ita mentio reconciliationis veniæque interpellata, coactique ſunt Brugenſes cum Comes Teneramundæ abeſſet, aduenientem cum exercitu Albatorū Leonem mœnibus recipere, ac obſides dare. Exin Dāmum profecti intra mœnia recipiuntur. Ibi Leo deceſſit magna ſuſpicione veneni, nec idcirco bellum finitum. Omnem Flandriam efficere ſuarum partium Albati contendebant. Hypras obtinebant aliquot milites equiteſque Comitis, Gandauenſibus oppugnantibus egregiè oppidum tutabātur, quoad plebe portas Albatis aperiente, tempore cedere coacti ſunt. Aldernarda oppugnantibus obſtitit maiore validioréque Comitis præſidio defenſa.

Philippus Audax in Flandriam proficiſcitur., A.C. 1380.

Audax dux quicquid Flandriæ Comiti ſocero periret, ſibi ſpeique ſuæ perire ratus, exorauit fratrem regem vt ire ſe in Flandriam ac conditionibus reconciliare gratiam inter Comitem populareſq; pateretur. Iuit Tornacum, inde ad Albatos miſit oratores. Gens ea æquiorem ſe futuro Comiti ſuo Audaci, quàm veteri principi præſtare viſa obliuio iniuriarum ac maleficiorum fœdo ſancitur. Aedes Comitis Gandauenſium ſūptu publico reſtitui iuſſæ. Ab armis vtrinque in præſens diſceſſum, Comes Gandauum ſe confert, in ſpeciem reuerentiſſimè excipitur. Ad concionem in forum vocat: petit vti inſignia factionum deponerētur. Id Albati aſpernati ſunt. Indignum Comiti viſum, belli nomen tolli inſignia irritamentáque remanere. Paulatim igitur bellum inter nobilitatem, Albatoſque excitatur.

In Ocitania tumultus oritur. A.C. 1379.

Melius fœliciuſque in Francia res geſtæ. Semina malorum in ipſo exortu extincta, & licentia contumaciáque coercita. Frater regis dux Andium grauiſſimè vindicauit ad montem peſſulanum motam. Peſſulani occiderant vectigalium regionem exactores. Sceleris auctoribus gulam fregit, cæteram multitudinem ſupplicem, ac ad pedes procumbentem vita donatam ære multauit. Ocitanos prouinciam rex Fratri Biturigum duci primum dedit: deinde iuſſo eo quod malè audiret inde decedere eam Comiti Fluſſati attribuit, quem ſciebat ab ea gente expeti. Rex Carolus Quintus deceſſit anno eius ſæculi octogeſimo. Tres reliquit liberos Carolum, Ludouicum, Catharinum. hæc ille.

notabiles ex ſuis. Et regina Ioanna inſuper duos alios deſtinauit, vt eſſent mediatores ad componendam pacem ipſam.

A.C. 1378.

Omnibus igitur oratoribus Serezanæ congregatis cum agitaretur negotium, inter cætera capitula tractabatur, quòd colligati deberent ſoluere papæ octingenta millia florenorum intra quatuor annos, quorum medietatem communitas Florentina ſolueret, reliquum cæteri cum eis colligati. Et hoc pro damnis illatis Eccleſiæ. Huic rei firmandæ viſum eſt oratoribus Florentinis nil decernendum per eos, ſed requirendum prius & expectandum iudicium communitatis Florentinæ. Vnde & tres ex eis Florentiam reuerſi ſunt ſuper ipſa re conſultanda. Dominus autem Barnabas ſollicitabat expeditionem huius rei, quia partem ipſius pecuniæ expectabat recipere ab Eccleſia ex certa prætenſa cauſa. In cōmuni autem concilio decretum eſt Florentiæ, quòd & cū tali onere ſolutionis pax concluderetur. Iam enim & feſſi erant, & plurimis diſplicebat contra Eccleſiam belligerare, & cenſuris illis eos manere irretitos.

Miraculoſa pacis denunciatio ſed vana.

Interea hoc accidit dictu mirabile. Nam antequam concluderetur & firmaretur pax paulò antè cum auidè expectarentur noua pacis confectæ, propter id deputatus erat cuſtos ad portam ſancti Frigidiani in noctibus, qui ſubitò nuncio aduenienti cum literis pacis aperiret portulam, vt ingreſſus eius dominis Prioribus fieret notus. Vnde die. 27. Martij anno domini. 1378. ſecunda hora noctis pulſatum fuit ad ianuam ipſam. Et cum quereretur à cuſtodibus portæ, quiſnam eſſet, qui pulſaret reſponſum fuit. Aperite quàm citiſſimè, quia bona noua habemus, & oliuum, quod ex more portatur à nūciantibus pacem. Quam vocē perceperunt non ſolum cuſtodes portæ, ſed & alij. Et egredientes per portulam cœperunt clamare, & ipſi cum illis vocibus pacem habemus. Quæ quidem vox diffuſa eſt in breui per totam vrbem. Quamobrem homines de domibus ſuis egreſſi cum luminaribus diſcurrebant hincinde. Et ad palatiū dominorum currentes, & ſciſcitantes, nòn inuenerunt aliquem nuncium ad eos veniſſe, nec aliquid eos inde ſcire. Et quis detulerit talia noua nunquam potuit inueniri. Vnde & domini priores mandauerunt omnibus, vt domos intrarent ſub grauioribus pœnis, nec aliquod ſignum facerent feſti, niſi prius pulſata campana communi.

Infirmatus eſt autem pontifex Gregorius illis diebus ex paſſione calculi, & in breui vita functus intenſiſſimis doloribus. Repertum eſt autem, ꝙ illa nocte & hora, qua fuit pulſatū ad oſtium portæ, & illa vox pacis audita, tunc migrauit à ſæculo. Eadem etiam hora mortis eius accēſus eſt ignis in palatio papæ Auenione, quo authore ignoratur, nec extingui valuit, quouſque duæ partes eius combuſtæ eſſent. Cùm autem ex vrbe miſſæ fuiſſent literæ, præſentatæ. 29. Martij, ſignificantes infirmitatem mortiferā pontificis: ſubitò ſcripſerunt domino Barnabæ rem ipſam, mandantes oratoribus ſuis, quòd nil concluderent de pace, quia certam exiſtimabāt mortem papæ. Sicque ea non perfecta omnes redierunt ad propria. Cardinalis etiam illuc directus, omnibus aliis omiſſis reuerſus eſt ad curiā Romanam, vt intereſſet electioni futuræ.

De

A.C. 1378.

De ſchiſmate durante triginta annis vſque ad concilium Conſtantienſe.

CAP. II.

GREGORIO vndecimo rebus humanis exempto, anno domini. 1378. ab initio verò mundi. 5352. ſecundum maiorem numerum ſexies milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo factum eſt ſchiſma in Eccleſia Dei, quod diutius durauit, quàm aliud quodcunque, videlicet a per annos triginta & demum ablatum in concilio Conſtantienſi vniuerſaliter celebrato creatus eſt Martinus quintus vt patebit infrà. Cauſa autem ſchiſmatis hęc fuit & per hunc modum.

inf. c. 6. §. 3. Grauiſſimi in Eccleſia ſchiſmatis initia. Blö. AemyL. & Naucl. Romani aliquē Italū in Pōtificē eligi poſtulant.

Solemnibus exequiis Gregorij vndecimi celebratis, principaliores ex Romanis congregati decreuerunt cardinales piè & inſtanter obſecra re, vt placeret eis in apoſtolicū eligere Romanū vel ſaltem Italicum. Status enim eis videri Gallos regnaſſe in Romana ſede, iam ad ciues Romanos, Italoſque redire honorem illum congruum fore. Et ſecundum chron. non ſolum omnes ſimul cardinales adunatos, ſed & ſigillatim eorum quemlibet depræcabantur. Domini autem cardinales benignè eos audiebant, & reſponſa humana, generalia tamen eis exhibebát. Vulgus autem audacius loquebatur, per vicos & plateas clamitando, Romanum volumus. Quod cùm familiares cardinalium audientes dominis ſuis retuliſſent, conſiderantes conditionem illius populi Ramani præcipitem & inconſideratam, vt torrentem impetuoſum, in tumultus & ſeditiones effluere, ſibiipſis pauere cœperunt. Vnde & cōmiſerunt hoc ſcilicet modum placandi Romanos, cardinali Lemouicenſi, qui magis practicus & ſagax inter omnes exiſtimabatur vltramontanos. Hic autem cardinalis ſibi amiciſſimum fecerat archiepiſcopum Barēſem, qui dicebatur dominus Bartholomęus qui ex auo Piſanus erat, ex patre Neapolitanus.

Bartholomæus Barenſis qui & Vrban. 6. quis & vnde fuerit.

Hic natus Neapoli & educatus, poſtquam adoleuerat Auenione in Romana curia diu verſatus, in magnis officiis, & non modico honore fuerat occupatus, dilectus ſatis à Romano pontifice, & cardinalibus. Hunc ergo accerſens cardinalis, vt aſtutum conſuluit, quid fieri poſſet vt populus Romanus quietaretur, & curia Romana ad Gallias rediret. Qui poſt plurima colloquia, reſpondit hoc eſſe remedium, vt vnū (A) nomine tantum, alium re & facto eligerent, quem poſtea ſublato periculo nominarent. Nec ei hoc diſplicuit verbū. Intrantes ergo cardinales in conclaue, & de prouidendo ſolicite vacanti ſedi, poſt aliquot dies, cum Bartholomæum præfatum eligendum decernerent, ſolum ad Romanorum impetuoſum rumorem vitandum vt alio in loco tutior alium crearent, vnus ex cardinalibus, qui alium non ſperabat, quàm ſe intronizandum, notum fieri fecit ab extra vltramontanum electum. Quod cum vulgus ex (B) pectans audiſſet, furiis inuectum conclaue fregit & cum minis & terroribus irruit in eos. Sed cùm didiciſſet Italicū electūm, ſcilicet Bartholomæum Barrenſem archiepiſcopum conquieuit ab inſolentiis deſiſtens.

Leonardus tamen in fine lib. 8. hiſtor. Floreͨ. ſic breuiter dicit: quòd cùm ingreſſi conclaue patres de ſucceſſore deligendo cogitarent inſurgens Romana plebs nullius certi hominis impulſu, ſed ſuopte ingenio permota, Romanum pontificem ex ciuibus Romanis, vel ſaltem ex Italicis creari debere clamitabat. Hæc dicta poſtulataque, cum non inconſona rationi viderentur, augetur tumultus, creſcenſque multitudo (C) paulatim advſque conclaue peruenit. Patres conterriti, quoniam Romanus vel Italus eligi poſtulabatur, Bartholomęum archiepiſcopum Barrenſem, patria Neapolitanum elegerunt. Hunc & poſteris diebus ceſſante, iam metu venerari, vt pontificem perſeuerauerunt, principibus ac communitatibus per orbē (vt moris eſt) domini cardinales per ſuas literas ſolemnes intimarunt Bartholomæū (quem Vrbanum ſextum nuncuparunt) canonicè ab eis electum in Romanum antiſtitem.

Vrbanus 6. Pont. m. 204. ſed. a. 11. m. 6. d. 7. A.C. 1478.

Cardinales metu ceſſante Vrbanum Pontificē venerati ſunt.

Fuit autem in homine illo natura inquieta & dura. Et tunc præter ſpem ad tantæ dignitatis faſtigium ſubleuatus, intolerabilis videbatur. (D) Nulla patrib. gratia, ꝙ ſe potiſſimū delegiſſent, nulla humanitas, nulla conciliatio animorum, ſed contumax, & minabundus, & aſper, malebat vitari & metui potius quàm diligi. Ea peruerſitas patres induxit metu & indignatione aliorſum reſpicere. Itaque clam inter ſe de electione conqueſti cum & metum & violentiam populi Romani accuſarent, abire à nouo pontifice omnes ferme cœperunt (poſt aliquot tamen menſes à die electionis factæ.) Nam vt dicitur in chr. electio eius fuit celebrata. 8. Aprilis, 1378. & mēſe Iulij ſequentis receſſerunt quatuordecim car (E) dinales ab eo præcipuè ex vltramontanis primò per gentes ad ciuitatem Anagniæ, cùm papa tūc eſſet in Tyburtina ciuitate, & ex Anagnia mox ad ciuitatem Fundorum, quæ eſt in principio regni, confinem Campaniæ (Regina enim Apuliæ Ioanna cum percepiſſet cardinales malè contētos, & minus quietos de electione facta per eos, ac etiam ſuſpectum haberet ipſum Vrbanum ne ſibi aduerſaretur in facto regni ſui, ad quod Carolus ius in eo prætendens habere, aſpiciebat, eis vt dicitur, ſecretè ſignificauit ad ciuitates regni tutè poſſe accedere, ſi quid aliter prouide (F) re diſponerent, vnde & de ſecuritate confiſi illuc acceſſerunt.

Florentini autem receptis literis de electione Vrbani, quàm citiſſimè deſtinarunt oratores, octo

a *Hoc ſchiſma, quod omnium ſine controuerſis, teterrimum, & perniocioſiſſimum fuiſſe conſtat, non triginta modo annos, ſed. 44. perdurauit. Nam quamuis in concilio Conſtantienſi Gregorius 12. & Ioannes dictus 23. ſpontè Papatui renunciarint, & Martinus 5. legitimè fuerit in eodem concilio creatus & conſecratus (vt videbimus infrà cap. 7.) tamen Petrus de Luna dictus Benedictus 13. poſt illud etiam concilium in Schiſmate perſeuerauit. Eoque mortuo Aegidius Munionis, Clemens 8. appellatus contra Martinum electus eſt. Illo tandem A.C. 1428. abdicante Schiſma illud fuit penitus ſublatum. Ex Onuph.*

A.C. 1378.

octo duos milites, duos iuriſperitos, & alios quatuor ciues, omnes de nobilibus familiis, qui in ſolenni apparatu Vrbanum viſitarent de ſua aſſumptione congratulantes, deuotam ei obedientiam, vti Chriſti vicario offerentes, demum ſuam ei commendantes communitatem & filiam prædilectam. Poſt receſſum eorum ab vrbe euenit dictorum cardinalium rebellio. Quatuor ex cardinalibus Italicis, ſcilicet Vrſinus Mediolanenſis, Florentinus, & alius quidam, quæſierunt ponere concordiam inter Vrbanum & cardinales, ſed non valuerunt. Vnde demum in Septembri ſequenti, qui Fundis erant congregati cardinales, nouam prouiſionem ediderunt, eligentes cardinalem Gebennenſem qui legatus factus in Italiam intrauit cum Britonibus & Anglicis vt ſuprà dictum eſt, & Clementem ſeptimum nuncuparunt, per orbem litteris diſſeminantes, hanc eſſe canonicā electionem, quia liberam, non illam Vrbani, vt pote, quia violentam & coactam. Et idem inchoatum eſt ſchiſma peſſimum, vt duo dicerentur capita in eccleſia Dei, Vrbanus & Clemens. Vrbano, vt vero pontifici adhæſit Italia Alemannia, & Vngaria: Clementi verò Francia, Hiſpania & Cathalonia. Aſſerebant obedientiales Clemētis ſuum eſſe verum papam ex electione eius canonica, vt pote libera non coacta, non illam Vrbani, quia metu coactam, & ideo ipſum antipapam, & eius ſequaces ſchiſmaticos, & excommunicatos. Econtrario obedientes Vrbano Clementem affirmabant apoſtaticum, non apoſtolicum, cum electio Vrbani fuerit canonica, & hoc proteſtati fuerunt electores ipſi per vniuerſum orbem literis ſuis. Et ſi fuiſſet illatus eis metus cadens in conſtantem virum, tamen quia poſtea ſublata cauſa metus, & data plena libertate reclamandi nihil fecerunt, ſed ratum oſtenderunt habere & gratum, ac voluntarium, quod factum erat, cum per menſem poſt factum Vrbanum venerati ſunt, vt Petri ſucceſſorem & Chriſti vicarium, & id ipſum toti orbi notum fecerunt, & ideo ſchiſmaticos & excommunicatos eius [Clementis ſcilicet] ſequaces & obedientes.

Antipapa. ſup. c. 1. §. 1.

Electio Vrbani fuit Canonica & quare.

Io. Gerſon in lege quomodo quis ſe debeat habere tempore ſchiſmatis.

Multæ diſputationes factæ ſunt circa iſtam materiam, multi libelli editi pro vtriuſque partis defenſione. Periſſimos viros in ſacra pagina,[a] & iure canonico habuit toto tempore illo quo durauit id ſchiſma, vtraque pars ſeu obedientia, ac etiam religioſiſſimos viros: & (quod maius eſt) etiam miraculis fulgentes, nec vnquam ſic potuit quæſtio illa decidi, quin ſemper remaneret apud plurimos dubia. Nam & ſi neceſſarium ſit credere, ſicut vnam eſſe catholicam eccleſiam, non plures: ita & vnicum eius paſtorem vicarium Chriſti, iuxta id Io. x. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor: tamen ſi contingit plures pro ſchiſmate creari ſeu nominari pontifices ſummos vno & eodem tempore, B non videtur ſaluti neceſſarium credere iſtum eſſe vel illum, ſed alterum eorum, qui ſcilicet fuerit canonicè aſſumptus. Quis autem fuerit canonice electus, non tenetur quis ſcire, ſicut nec ius canonicum, ſed in hoc populi ſequi poſſunt maiores ſuos ſeu prælatos. Hæc incidenter dicta ſunt in breui, & ſi non pertineat hoc ad materiam hiſtoriæ.

Neceſſariū eſt credere vnicum eſſe in Eccleſia Paſtorem.

Vrbani Pont. & Clementis Antipapæ geſta. A.C. 1379.

§. I.

C CLEMENS ille, ſic nuncupatus in obedientia ſua cum ſua curia reuerſus eſt in Galliam Auenione reſidentiam ſtatuens. Vrbanus verò Romam reuerſus multos inſtituit Cardinales. E quibus vnum deſtinauit in Alemanniam, ad inducendum nationem illam ad deuotionem & obedientiam ipſius Vrbani. Multiplicauit & Clemens vocatus, cardinales è diuerſis partibus nouos aſſumens. Cum autem vnus eorum Auenione ſermocinaretur publicè contra Vrbanum niſus probare eum non eſſe verum papam, ſubita morte extinctus eſt, quaſi in vindictam ſuæ falſæ probationis. Scit tamen D Deus, an vera, an falſa fuerit probatio.

Vrbanus verò interdictum, & alias cenſuras prolatas à Gregorio vndecimo contra Florentinos relaxauit, & pacem cum eis fecit, & cum Peruſinis, & aliis ciuitatibus, quæ ſe rebellarant eccleſiæ, tēpore Gregorij ſui prædeceſſoris. Sex autem ex cardinalibus, qui eum elegerant, & poſtea ſchiſma fecerant, captos ad ſui inſtantiam Nuceriæ carceribus mancipauit, & non multo poſt necari fecit.

Florentinis à cenſuris liberantur. A. C. 1380.

Indignatuſque contra reginam Ioannam, quia locum præſtiterat ad faciendum ſchiſma, E & Clementi obedientiam exhibuerat, & aliis cauſis ſuperinductis criminalibus, eam regno Apuliæ priuauit & Carolum Francorum proſapia regnum genitum ex Vngaria aſſumptum, ad vrbem accedentem in regem Apuliæ inunxit. Qui adiutus à Ludouico rege Vngariæ germano Andreæ, coniugis olim ipſius Ioannæ, quem illa necari fecerat, in pecuniis & bellatoribus, intrauit Apuliam, regnum obtinens ſine multa reſiſtentia. Ipſamque reginam Ioannam F captam in vltionem eius, quod ipſa marito egerat, ſtrangulari mandauit. Carolus autem, poſtquam potitus eſt regno, exortis diſcordiis inter ipſum & Vrbanum ſuper quibuſdam negotiis adeo ingratus fuit erga Vrbanum, vt in caſtro

Carolus 3. Apuliæ rex. A.C. 1381.

a *Baldus peritiſſimus iuris ciuilis, pontificijque interpres, ſuper tanta re eaque recenti conſultus aliquando poſt edidit Vrbanū ſibi videri Pontificē, quod Purpurati in ipſo negotio prædicaſſent, vt orbi terrarū cōſulerent, ſimulque Bartholomæū ſcirēt pontificio faſtigio ferendo eſſe, ac ſacræ aulæ peritum, iccirco ſe illum deligere. Præterea eo mouetur Baldus, quod poſt deſignationē eius cū inter tumultum diuerſi patres alij in arcem Adriani alij extra vrbem conceſſiſſent, reliqui in vrbem in ædes quiſque ſuas ſe recepiſſent, conticente tandem tumultu ad Vrbanum regreſſi, cum inſignibus ſummi Pontificatus magna excoluerint cæremonia, quod his verbis, his factis, his ſententiis orbem terræ repleuerint, vt totus ferè orbis terræ ita ſit opinatus. Hæc ferè Baldi verba. Ioannes quoque Lignanus ſacri iuris conſultus cauſam Vrbani ſcriptis defendit Contra ædis Vedaſti abbas idem à concilio regis Franci monumentis litterarum Vrbanū dānat. Aem. Baldi ſententiam veriorē eſſe probat D. Anto. & cæteros hiſtoricos qui in ordine veterum Pontificum Vrbanū cenſent, Clementem verò inter ſchiſmaticos & Apoſtaticos etiam oſtendit Sander. lib. 9. de viſ. monar.*

A.C. 1381.

caſtro Nuceriæ eum faceret detineri, ſed ſagacitate quorumdam in habitu transformato manus eius euaſit liber à cuſtodia.

Ludouic⁹ Andegauiæ dux Apuliæ regnum inuadit.

Anno verò Domini. 1382. a Ludouicus dux Andegauiæ, & regis Francorum frater, quinquagintaquinque millia ferme equitum in Italiam ducit: & Apuliæ regnum ad ipſum pertinere prætendens, contra Carolum dimicat per biennium. Et in fine biennij Ludouicus ipſe de hac luce migrauit. Ex cuius morte copiis ſuis diſſolutis partim redeuntibus ad propria, partim morbo & diuerſis calamitatibus conſumptis, ad nihilum tantus conatus eſt deductus, & Carolus remanſit in regno quietus.

Alter quoque Ludouicus (qui ſcilicet erat rex Vngariæ, eo tempore defunctus eſt, non relinquens ſobolem virilem. Proceres autem regni nimis ægrè ferentes gubernationem reginæ relictæ eius, Carolum Apuliæ regem vocant in regem Vngariæ, vt conſanguineum Ludouici, & ad hoc miſerunt oratores ſuos. Carolus autem acceptata electione ſua, cum iam ex vxore ſua Margarita duos pueros ſuſcepiſſet, vnum marem nomine Venceſlaum, alterum fœminam Ioannam nomine, gubernationem regni Apuliæ vxori reginæ dimiſit cum conſiliariis ſuis, & amicis, & infantulos ab ea educandos. Et in Vngariam profectus cum decenti comitatu, poſtquam applicuit, de communi conſenſu principum & populorum coronam accepit Vngariæ. Sed poſt paucos dies dolo reginæ relictæ Ludouici hoc nimis moleſtè ferentis, & amicorum eius interfectus eſt, forte in vindictã ſceleris in Vrbanum perpetrati.

Carolus Apuliæ & Vngariæ rex trucidatur.

Apuliæ regnum variè ſcinditur.

Regnum autem Apuliæ per mortem b eius, & ſchiſma valdè ſciſſum conquaſſatum, & debilitatum eſt. Nam ciuitates plurimæ ſe rebellantes tenebant partes ducis Andegauiæ. Aliæ verò per ſe vſurpabant dominia, multique tyranni ibi multiplicati ſunt. Pauciſſimi verò permanſerunt fideles cum regina Margarita: & pueris eius, præcipuè autem ciuitas Caietana. Adoleſcens Venceſlaus ab æmulis ſuis veneno potionatus eſt, ſed cura exactiſſima medicorum, & medicinę mortem euaſit. Iuuenis factus & bellicoſus, cœpit bella mouere contra occupantes ciuitates regni, tyrannos extingere, omneſque ciuitates & oppida ſibi ſubiicere, inimicos captos carceribus mancipare. ſed hæc poſt multos annos, vnde per anticipationem hic dicuntur.

A.C. 1383.

Venceſla⁹ hic dicitur infra cap. 3. ante §. 1. Ladiſlaus.

Regis Venceſlai geſta.

a *Hic Ludouicus fuit filius Ioannis ſecundi Francorum Regis, de quo ſuprà tit. 21. cap. 9. §. 6. fuit autem frater Caroli 8. alias 5. cognomento ſapientis, Francorum Regis, qui poſt mortem Ioannis Patris, fuit Francorum Rex 69. Onuphrio. 51. Aemylio & aliis, Coronatus A.C. 1365. Regnauitque an. 16. menſes & dies aliquot, qui & obiit A.D. 1381. Ludouicus verò Andegauenſis à Ioanna Regina Siciliæ adoptatus auctore Clemente VI. Pſeudo Pontifice, fuit ne ipſa ſui ſtudioſiſſima euerteretur. Aemyl. lib. 9. & Onuphr Caterum poſt Ioannæ mortem titulo tenus contra Carolum tertium regnauit an. 2. m. 2. d. 9. Carolus porro tertius Ludouici Ducis Dirrachij filius pronepos Caroli Secundi Regis Siciliæ, Rex Hieruſalem, & vtriuſque Siciliæ ab Vrbano Papa Sexto creatus & coronatus, capta & occiſa Regina Ioanna pacificè regnauit in Apulia ann. 4. m. 8. d. 27. in Hungaria extinctus A.C. 1386. vide infrà cap. 2. §. 15.*

a *Poſt mortem Ludouici Andegauenſis Ludouic⁹ Secundus Poſthumus eius filius, regni Siciliæ titulũ aſſumpſit contra Carolum tertium & Venceſlaum, ſeu Ladiſlaum ipſius filium, qui Ladiſlaus mortuo patre ſuo, adhuc puer ſub tutela matris Margaretæ, Rex Siciliæ creatus eſt A.C. 1386. regnauitque contra Ludouicum. 2. ann. 28. m. 5. d. 11. Ex Onuphrio.*

Redit ad hiſtoriam Florentinam. Leonar. Aretin. A. C. 1378.

§. II.

AD geſta Florentinorum per ea tempora redeundo, vt narrat Leon. in hiſtoria Florentinorum libro nono in principio. Mortuo Gregorio vndecimo quod fuit anno Domini milleſimo treceteſimo ſeptuageſimo octauo, turbatio Eccleſiæ ſequens fecit, vt de pace vel bello cum Florentinis non amplius cogitaretur. Itaque depoſita ſunt hinc inde arma. Sed externam pacem inteſtinæ confeſtim diſcordiæ ſunt ſecutæ, quæ quantum nunquam antea ciuitatem turbarunt. Fluxit autem earum origo ex huiuſcemodi cauſa. Octo viros, qui publica authoritate ad curam belli ab initio creari fuerant, ſiue forte ſiue conſilio ex eo genere ciuium fieri illos contigit, qui ad plebem magis inclinari videbantur. Itaque neque primo ſtatim tempore ſatis grata quibuſdam optimatibus eorum creatio fuerat, & auxit mox inuidiam continuatio magiſtratus pluries in eiſdem hominibus prorogat. Attulerat verò carpendi improbandique materiam pontificis offenſio, & ciuitati moleſta ſacrorum interdictio, vexatioque & direptio Florentinorum ciuium in diuerſis locis per orbem terrarum facta: vt multiplicatis hominum querelis non deeſſent iam, qui octo viros eorumque res geſtas, totamque huius rei adminiſtrationem palam deteſtarentur. At enim plebs, & altera pars ciuium octo viros fauebant, eorumque res geſtas incredibili fauore proſequebantur.

Diſcordię ciuilis inter Florentinos origo.

Optimates ergo, quo potentiam octo virorum fautoreſque eorum deprimerent, antiquam ciuitatis controuerſiam renouarunt, & per duces optimarum partium quoſdam, quaſi maiores ſui diuerſarum partium fuiſſent, ab honoribus reip. remouere cœperunt. Habebant verò ad hoc ipſum coniunctam nobilitatis voluntatem, & operam. Qui cum inter duces optimarum partium eſſent, promptiſſimè ad notandum, deponendumque populares homines concurrebant. Nec modus aut moleſtia erat in rebus, meretéſque & immeretes peruadebãtur,

Monitoria lex qualis & quomodo lata.

A.C. 1378.

Qui notati fuiſſent, admonitos nuncupabant eos quaſi moniti eſſent, ne magiſtratum inirent vt pote declarati inhabiles ad reipubl. honores ſuſcipiendos.

Hæc igitur monitoria lex durante bello immodicè exercitata per multoſque vagata ciues, incredibile eſt, quantum ciuitatem quaſſauerit, & vacillantem reddiderit reipu. formam. Sopito deinde per pontificis obitum cum eccleſia bello, Syluester Medix, qui tunc vexillifer fuit iuſtitiæ, emendare prolapſam rem ac frænum monitoriæ legi imponere ſtatuitur. Ad id verò cum aliam legem promulgaſſet, nec deeſſent, qui refragaturi viderentur: plebs ac multitudo vrbana iampridem infenſa nunc ob hoc ipſum erecta populari furore ad ædes illorum: qui legem monitoriam exercuerant, decurrit, iniectiſque flammis eas deflagrauit, viros quoque deletura ſi eos nacta fuiſſet. Sed illi metu cedentes partim ſeſe abdiderant intra vrbem, partim extra vrbem profugerant. Ita lex perlata eſt, & admonendi notandique ciues finis impoſitus. Poſthæc relegati quidam ſunt, ex eo ipſo hominum genere, quos multitudo deiecerat, nonnulli etiam in exilium acti, aliis verò inter grandiores familias adductis adminiſtratio reipu. eſt eis perpetuò interdicta. Octoginta inde viri creati, qui eorum, qui admoniti fuiſſent, querimonias audirent, & quod perperam factum eſſet, emendarent. Per hunc modum ſub his Prioribus ſtatus reipub. mutationem ſuſcepit.

Syluester Medix vexillifer.

Fœdiſſimæ ciuium Florentinorum per ignobile vulgus oppreſſiones. Ioann. Villan.

§. III.

HVIVS Sylueſtri vexilliferi tempore, qui bonum reip. intendebat, anno ſcilicet Domini. 1378. menſe Iunij. ciuitas tota fuit ſub armis, clamantibus multis, Viuat populus & libertas, & moriantur tyranni. Ad quem clamorem concurrerunt artifices omnes, cum ſuis vexillis ad plateam dominorum. Et inde populus procedens perrexit ad domos ciuium, qui admonuerant multos iniuſtè, rabidique nuncupati fuerant, & depredatis illis combuſſerunt. Inter quos fuerunt Carolus Stroza, Lapus de Caſtiliūco doctor iuris, cum ſeptem aliis. Dominus Philippus de Corſinis fuit ſpoliatus rebus ſuis. Monaſterium Angelorum, vbi multa ſubſtantia ciuium fuerat occulta, fuit à populo depredatum, & vnus conuerſus eorum occiſus. Quæſierunt etiam comburere libros cameræ montis, ſed Priores reſtiterunt eis.

Priores autem audientes, quòd quidam Flandrenſes, textores pannorum volebant ciuitatem prædæ exponere, miſerunt familias rectorum cum ſtipendiariis & ciuibus per ciuitatem, & quatuor ex illis textoribus in diuerſis locis ſuſpenderunt, & ſic ceſſauit predatio omnis. Hæc in Chronic. Floren.

His verò Priores alij ſucceſſere, qui cum aliquot dies in magiſtratu fuiſſent, & conſtituta proſequerent, multitudo vrbana, egenteſque plerique, ac ex minima plebe homines, iampridem per diſcordias maiorum ſubleuati, ciuium conuentus agere nocturnos, ac de vendicandis ſibi honoribus tractare cœperant. Demque ſibi in ciuitate, & locum in prioratu conſtituerant petere. Id cum reſcitum eſſet, Priores quatuor ex [eorum] numero corripi iuſſerunt, quo veritas agitatorum exprimeretur, pœnaſque darent quòd priuatim de repubĺ. innouanda, tractarus habuiſſent. At enim plebs, & multitudo conſurgens, ſtatim ad ædes Priorum globo facto, captiuos reddi ſibi minabunda poſtulauit. Et quia id tardabatur, ædes Loyſij Guiccardini (is enim tunc vexillifer iuſtitiæ erat) incendit. Inde per vrbem quaſi victrix diſcurrens, domos locupletum pluribus locis cremauit. Magiſtratum verò quemdam ad compeſcendum eorum motus paulò ante creatum in publicam aream tractum in oculis Priorum laqueo ſuſpendit, lacerauitque. Poſtera deinde die eadem multitudo augeſcens, ædes Poteſtatis expugnauit diripuitque ab eo mox furore ad ædes Priorum reuerſa Priores ipſos magiſtratus ſe abdicare compulit, & in priuatam formam redactos, exauthoratoſque domum remiſit.

A.C. 1378. Plebis Florentina in ipſos vibis magiſtratus cōmotio. Le. Aret.

Nam cum percepiſſent Priores (vt dicitur in Chronico.) quòd miniſtri artis lanæ quærerent rumores in vrbe ſuſcitare, miſerunt pro quatuor principalioribus ex eis: qui adducti & torti cōfeſſi ſunt coniurationem eorum de nocte. Sed mane facto die xx. Iulij eiuſdem anni, vna magna multitudo infimæ plebis habitantium in Camaldulis, & erga Eccleſiam Petri Catellini congregata ad lignum datum cuiuſdam campanæ, & alia multitudo ſimilium habitantium in Bellerrio, cucurrerunt ad plateam dominorum, clamantes: Viuat populus, & captos illos quatuor omnino poſtulantes dimitti. Et quia non ſubitò dederunt, ſed reſiſtebant, furiis inuecti accedentes ad domum vexilliferi, ſcilicet Domini Loyſij: eam cum ſubſtantia combuſſerunt. Et redeuntes ad plateam cum iterum illos repetiiſſent, liberi dimiſſi ſunt. Poſt hæc euntes ad domum executoris, arripuerunt vexillum iuſtitiæ, quòd ibi tenebatur. Et diſcurrentes per vrbem, combuſſerunt domos multorum ciuiū, totamque diem illam in huiuſmodi rapinis & incendiis expenderūt. Clamabantque fieri debere plures milites. Fecerūtque fieri circa ſexaginta milites de diuerſo genere hominum aliquos etiam inuitos. Fecerunt que triginta ſyndicos populi minuti. Petebant etiam libros montis combuti, aut creditoribus intra decem annos capitale reſtitui ſine intereſſe. Continuè in maiorem audaciam prorumpentes, acceſſerunt ad palatium poteſtatis, qui per horā reſiſtens deinde intrare permiſit. Qui ſuæ perſonæ, vel familiæ ſuæ nullam iniuriam inferentes, combuſſerunt ſtatuta, & omnem ſcripturam ibi inuentam, idem facientes de ſcripturis artis lanæ & officialis gratiæ. Reuerſi ad palatium porrigebant certas petitiones pro populo acceptari. Et quia minabantur etiam Dominis & collegis, ſi non exaudirentur, omnia ad votum eis fiebant timore potius, quàm ratione. Demum poſtularunt, quòd volebant ingredi palatium, & quòd Domini Priores deponerent officium redeundo ad domos ſuas. Et promiſſa eis ſecuritate vitæ egreſſi ſunt Priores & popu

Plebs quid faciēdum conſtituerit.

Libri montis ſunt libri pecuniarum publicè creditarū. Intereſſe i. fœnus.

A.C. 1378.

& populus intrans palatium fecit vexilliferum iuſtitiæ & alia prout dicitur in §.ſequenti.

Plebs infima Florentiæ rempu. conſtituit. Leon. Aret.

§. IIII.

IPSA verò multitudo palatium victrix ingreſſa, vexilliferũ iuſtitiæ ſibi creauit Michaelem Landi, hominem ex infima plebe. Sacculos verò ſuffragiorum, in quibus nomina erãt incluſa omnes conflagrauit. Eademque ipſa die concio populi aduocata, multa nouiter conſtituit circa reipu. gubernationem. Et illud in primis, vt vexillifer iuſtitiæ per omne tempus non ex alio hominum genere, quàm ex infima plebe ſumeretur, Collegia verò noua in ciuitate conſtituit. Et Michaeli vexillifero iuſtitiæ, vna cum ſyndicis collegiorum Priores ſibi deligendi eſt poteſtas permiſſa. Hi Priores elegerunt mixtos ex omni colluuione ciuiũ. Plebs tamen & multitudo in cunctis dominabatur, ſortitiones inde refectæ ſatis diligenter & accuratè reficiendis aſſuete priores vexillifer iuſtitiæ, vexilliferi ſocietatum populi, octoviri, qui belli curam habuerant, ſyndici artium ſingularum, his additi nominatim Syluester Medix, & Benedictus Albertius ambo ad equeſtrem dignitatem aſſumpti. Per hos ſortitiones refectæ. Multi præterea ciues ex diuerſa factione per eos dies in exiliũ acti, multi ad tempus relegati.

Plebis concitatæ impetũ quã pernicioſum.

Inter hæc motus quidam noui per ſingulos dies oriebantur, vt pote in ciuitate populoſa, & multitudine concitata, & ad nouas ſpes erecta, aliis diripere bona locupletum, aliis inimicum vlciſci, aliis potentiam ſibi comparare properantibus. Id perpetuum eſſe documẽtum poteſt præſtãtibus in ciuitate viris, ne motũ & arma in arbitriũ multitudinis deuenire patiantur. Neq; .n. retineri poſſunt cũ ceperint ſemel frænum abrũpere, & plus ſe poſſe credũt, quia plures ſunt. Cauenda verò maximè videntur principia ſeditionum inter primarios ciues, ex illis enim ad iſta deuenitur. Monitoriam legem confitentur omnes pernicioſam, deteſtandamque fuiſſe. Sed dũ eam corrigere voluit Syluester Medix, vir ex familia nobili, ampla, & locuplete, maiorẽ in rẽpub. labem induxit. præter propoſitum enim, & credulitatem ſuam egentes, & opifices, & infimæ ſortis homines facti ſunt domini ciuitatis; Ita dùm paucis admonitis ſuccenſere vult, familiam ſuam & omnes ſibi ſimiles dignitate ſpoliauit, & temeritati multitudinis concitatæ ſubiecit. Neque enim finis erat effrænatarum volũtatum egentium hominũ & facinoroſorum, qui arma tenentes locupletum & honeſtorum hominum fortunis cupidiſſimè inhiarũt, nec aliud quàm rapinas cædeſque & expulſiones ciuium meditabantur.

Syluester Medix auctor ſeditionum.

Michael Lãdus Florentinæ libertatis aſſertor.

Quod niſi Michaelis vexilliferri virtus & conſtantia reſtitiſſet, ſupremum id excidium ciuitati fuiſſet. Eum virum etſi ex infima plebe, ex ipſoque opificio prognatum, tamen diuina ſorte præfectum ciuitati illis turbulentis tẽporibus dixerim. Semper enim ſe indignis cupiditatibus oppoſuit ſemper frænum iniecit malignis voluntatibus, monendo, cohortando, caſtigando compeſcuit. Et inerat authoritas quædam natiua, & forma viri non illiberabilis. Et accedebat, quòd per adoleſcentiæ tempora aliquot annis per Galliam militauerat. Itaque nõ domeſtica ruditate ignarus, ſed externa quoque experientia ingens, pariter ſimul & callidè in rebus agendis verſabatur. Per extremòs magiſtratus ſui dies, multitudo rurſus concita raptis repentè armis ad Priorum ædes peruenit. Ibi cùm aream publicam armatorum multitudine compleſſet, magnis clamoribus, vt Priores deſcenderent in concionem, ad leges ferendas poſtulabant. Erant verò leges, quas ferri volebant, pernicioſę atque iniquæ. Nihil enim illo tempore moderatum cogitabatur. Priores in eo planè cõſtantes neque ceſſerunt eorum vocibus, vt eorũ prædeceſſores, nec multitudinem intra ædes recipere voluerunt: ſed clauſis foribus cuſtoditiſque aditibus deſuper reſponderunt, vt abirent armáque deponerent, curæ Priorib. fore, vt propediem illa, quæ cupiant legitimè ſtatuantur. Multitudo igitur per hunc modum abiens cùm ſe deluſam exiſtimaret, conuentus agere maiores cœpit. Denique octoviris ex omni colluuione creatis, apud cõuentum Prædicatorum ſedẽ eorum locauit. His & ſcribæ, & apparitores, inſtar legitimi magiſtratus attributi, & in conſilium, qui forẽt ciues delecti, & tractari poſt hęc ab iis de rep. cœptum, multáque & prouiſa & conſtituta. Increuerátque authoritas metu, vt iã octoviri illi bello præfecti, & alij ampliſſimi viri non ſine reuerentia illos adirent.

Alia plebis infimæ cõmotio.

Cùm eſſent in ciuitate duo capita, & quæ alij ſtatuiſſent, alteri irritarent, confuſio quædam rerum & deſperatio ſequebatur. Octo tamen viri multitudine armatorum ſuffulti, præualere Prioribus putabantur. In tantumque audaciæ proceſſerunt vt tandem quoſdam ex ſuis apparitoribus, & cum eis ſcribam ad Priores mitterent, poſtulantes vt in conſtituta ſua, decretaq; iurarent. Cùm veniſſent autem illi ad priores, ac mandata expoſuiſſent, & iuſiurandum poſcerent, formidantibus cæteris, ac iurare parantibus, vexillifer iuſtitiæ Michael Landi ferens hoc indignè ſtricto gladio protinus in eos ruit, faciémque vnius magno vulnere cæſam percuſſit, alterum verò transfixit, cæteros fugientes inſecutus per ſcalas ædium præcipites egit. Excitis deinde in arma ciuibus, globóque bonorum facto, ipſe cum vexillo iuſtitiæ prodiens, armatus equo inſigni vectus, certiſſimo dimicandi animo ad conuentum prædicatorum proficiſcitur: vbi ſedes erat aduerſariorum, nec eos ibi reperit. Illi enim contumelia ſuorum intellecta, confeſtim multitudinem conuocauerat, & armati magnis agminibus vel vrbem profecti alia via Priorum ædes minabundi petierant.

Principatus nõ eſt bonus.

Michael Landi ferociter. agit.

Vexillifer ergo iuſtitiæ cum eos nec apud ſedem ſuam, nec alibi per vrbem repeririſſet, ad ædes Priorum reuertitur. Ibi tandem octo viros, & infima plebem armatam offendit. Erat verò multitudo maxima ex omni officina

&

A.C. 1378. & colluuione hominum. Hi iampridem roſtra occuparant,& armis ſtructuraque terribiles videbantur: præſertim cum incendia & rapinas per ſuperiores dies multas feciſſent,& in manibus rempubl.habere putarentur. Ædes publicę pro vexillifero Prioribuſque cuſtodiebantur, eas namque vexillifer munitas reliquerat. Itaque vbi rediit vexillifer cum ſuorũ comitatu lapidibus & telis multitudo plebis deſuper feriri eſt cœpta. Et ſimul boni ciues,qui cum vexillo coierant,multitudinem globo facto aggrediuntur. Itaque illi de ſuperiori loco perculſi,& à pari maiori impetu preſſi,tandem profligantur,& in fugam vertuntur eoſque mox ſparſos inſectati ciues,vrbe pepulerunt atque exterminarunt. Hic finis concitatæ multitudinis fuit & hucuſque eorum potentia valuit.

Noui Priores Florẽtiæ creantur. A.C. 1379. Poſt hos alij Priores magiſtratum inierunt. Quo die ingreſſi ſunt,concio aduocata duos ex numero Priorum,qui erant ex infima plebe exauthorauit,ad domum remiſit, & nullum poſt hoc ex infima plebe in prioratu eſſe iuſſit. In locum verò illorum alios ſuffecit ciues, quorum vnus fuit Gregorius Scala eques Florentinus ex familia nobiliori & honorata:qui nuper admonitus indignè fuerat,& ob hoc ipſis, qui legem monitoriam exercuerant, inimicus. Hic ſtatus fere tribus annis in ciuitate durauit,cum plebs & mediocre genus hominum,rempub.tenerent & ei inhærentes quidam maiores viri pene dominarentur. Per ea tempora Vrbano pontifice (vt dictum eſt)auferente interdictum,ciuitatem afflictam ea res quodammodo releuauit,& ceſſante multitudinis furore,aliquanto melior ciuitatis conditio videbatur. ſup. §.1.

Suſpiciones graues in repub. ortæ. Leon. Aret.

§. V.

CÆTERVM ſuſpiciones in republ.grauiſſimæ gubernatores torquebant. Nam & multi ex his,qui domi remanſerant, pro ademptis ſibi honoribus grauiter ferre credebantur præſentem reipub. ſtatum & eos qui pulſi fuerant nulli dubium erat reditum affectare. Suſpiciones hę ſolicitos reddebant nouos reip. gubernatores. Coniurationeſque ciuium contra remp.initæ,ſeu illæ fictæ ſeu verę fuerint,crebrò proferebantur:per quas multi domi ſuppli cio affecti ciues,multi etiam metu fugati.

Exules Florentinorum cõtra remp. nouas res moliũtur. Anno igitur Domini.1379.foris omnia quieta,præter hoc,quod erat exulum metus. Illi enim magna multitudine vbique diſperſi ſollicitam domi reddebant ciuitatem. Principio Senis profecta manus quædam exulum Figum occupare tentauit, ſed profligata obtinere non valuit. Alia manus exulum ad Carolum ſe contulerat,qui iam Italiã intrauerat, vt [a] finito bello Taruiſij cui interfuerat pro parte Ludouici re

[a] *De hoc bello ſic ſcribit Pet. Marc. lib. de geſt. Venet. c. 60. Nouum deinde cum franciſco Carario bellum exortum. Is ſuis viribus parum fidẽs, Ludouicum Pannoniæ regem ſibi ſocium aſciuit. Veneti vero præter terreſtres copias ingentem claſſem decernunt, eiuſque imperium Michaeli Delphino committunt. Ingens interea Pannoniorum vis ex Pannonia in Taruiſinos fines erupit, omnia rapinis cæde & incendio vaſtans.*

A.C. 1379.

A gis Vngariæ contra Venetos,regnum Apuliæ ſi bi ab Vrbano collatum, & a regina Ioanna ab ipſo Vrbano ablatũ,ſibi acquireret,quo ad eius poſſeſſionem. Sperabantque exules ipſi à Carolo auxilium obtinere ad redeundum in ciuitatem. Miſerat autem ad Carolum ciuitas legatos tres notabiles ciues,cum eſſet Pataui,inſpiciendi cauſa,mentemque eius pertentandi, ſimulq; B ad ſpeciem commiſſum eſt, vt pacis negotium inter Genuenſes & Venetos adiuuarent. Redeũtes legati diuerſa referebant de Carolo,& de exulibus. Nam Thomaſius Stroza(qui vnus erat ex illis) paruifaciebat cœptum Caroli,& multum exules honorabat, quoad verba,& quoad facta eorum. Alter,qui Donatus Barbadotius erat, diuerſa de Carolo, de exulibus verò nec ſe vlla ſcire nec dicere poſſe aiebat. Sicque ſimultas quædam orta eſt inter illos viros. Et obiectum eſt Barbadorio, quòd Bononiæ quoſdam exulum ad cœnam vocaſſet ſeorſum ab aliis legatis, C qua ſuſpicione diuerſarum partium haberi eſt cœptus,vnde & poſtea in breui decapitatus: vt infrà patet.

Inter hæc Iannotius quidam Salernitanus, Caroli præfectus cum aliqua manu equitum Bononiam venerat. Et quo magis præfectus ille appropinquauerat, eo magis ſuſpicio exulum augebatur,& multa multi (vt fit in tali re)nunciabant. Tandem duo ex Octo viris, qui bello præfuerant,litteras Prioribus recitabant, quibus nunciabatur certa die exules cum præfecto Caroli ad ciuitatem eſſe venturos,magnamque D coniurationem intra vrbem verſari, rem verò ita compoſitam eſſe,vt pluribus locis per vrbẽ ſuccenſis,exules vnà cum præfecto Caroli in vrbem recipiantur. Index verò huius arcani Antonius erat Bruſcoli comes,homo perleuis,qui & nunciabat ſimul,& præmium indicij flagitabat. At vbi iſtud reſcitum eſt, nulla fuit mora, quin præſtantes viri, de quibus modo aliqua ſuſpicio fuiſſet in iudicium raperentur. Et nocte quidem illa nonnulli in ędibus ſuis capti ſunt,cum nihil penitus ſuſpicarentur. Proditio in vrbe detegitur.

Die autem facta ad eos, qui erant extra vr- E bem in ſuis prædiis, ſatellites miſſi ſunt. Redierant enim per eos dies quidam præclari viri, qui ad tempus annuum fuerant relegati,& non dum confiſi vrbe in villis ſuis morabantur. In his erant Pierus Philippi Albitius, vir & prudentia & authoritate & familia clarus, Carolus Stroza,vir pari æſtimatione. Ad hos igitur comprehendendos miſſi ſatellites Pierum Albitium ceperunt. Qui cum tutari ſe poſſet (fiebat enim concurſus clientũ ſuorũ)tamen innocẽtia confiſus ire ad magiſtratũ maluit. Carolus verò F Stroza cum non procul à villa venientes ad ſe lictores vidiſſet,hortatu ſuorum per poſticum euaſit, Itaque paulò pòſt villam perſcrutati, vacuam domum illam repererunt. Capti ſunt etiã Cyprianus Mangio, Iacobus Sacgetti, Donatus Barbadorius,Philippus Stroza,Ioannes Anſelmi & alij quidam. Ne verò ciuitas ob talium virorum pericula fluctuaret, confeſtim auxilia equitum peditumque conuocare placuit & qua- Clari in repu. viri quaſi coniurantes in tempu. capiuntur.

A.C. 1381.

& quatuor viros ciuitatis cuſtodiæ præficere quibus & militem conductũ: & vrbanã multitudinem parere iuſſerunt. Fuerunt autem Thomaſius Strozа, & Benedictus Albertj, hi ambo equites, alij duo ex plebe obſcuri generis.

Cùm verò de coniuratione quæreretur, nullum in captiuis crimen, nec rei notitia reperiebatur, nec tenuiores quidam homines, qui ab initio capti fuerant, quemquam eorum nominabant. Quamobrem cùm ſatis eſſet manifeſtum ob ſuſpitionem ſolummodo illos eſſe captos attingere illos magiſtratus nolebat. Verùm inimici aduerſariįque eorum in republica & ferociores quidam ex plebe homines magiſtratum criminando plebemq́ue concitando atque vrgendo, non prius deſtiterunt, quàm cõcurſu multitudinis vi prope adhibita ſupplicio vltimo afficiuntur. Ex hoc iam miſeranda quædã ciuitatis conditio erat, & plenę pauoris atque odij mentes, vt pote ad ſanguinem verſa: magnis & innocentibus viris ſupplicio affectis. Depoſuit arma plebs, & in ſuam quiſque domum reuerſus eſt.

Nobiles florent. ui ob ſol. m cõiuratio- nis ſuſpi- tionem ſupplicio afficiuntur.

Nec multis poſt diebus, dum comitia nouis prioribus ſortiendis haberent, reſumpta rurſus arma ſunt, verentibus qui rempub. tenebant, ne quis diuerſa ſentiens ad magiſtratum ſumeretur, & idipſum vi & armis vitare properantibus cumq́ue ſecundum comitia noui magiſtratus iniſſent, ſuadentibus quatuor viris cuſtodiæ vrbis profectis, ne qua ſuſpicio in poſterum ſortitionibus ineſſet ſex & quadraginta viros creari placuit: qui vnà cum Prioribus collegiſq́ue, purgandis diluendiſq́ue ſuſpicionibus prouiderent, vt quieti otioq́ue ciuiũ proſpicerent. Hi pluribus diebus re arcanè diſcuſſa, tandem vnum de quadraginta hominibus vetuerunt ad triennium accipere magiſtratũ. Viginti præterea ex nobilitate ad plebem, totidem ex plebe in grãdiores familias traduxere. Multa inſuper contra exules eorumq́ue patrimonia ſunt ab eis, & pleraque omnia malignè conſtituta. Et res quidem domi turbulentiſſimę erant, foris autem per hæc ipſa tempora metus ingens augebatur, quòd præfectus Caroli, de quo ſupra diximus, ex Bononia Ariminum perueniſſe atque inde in Hetrutiam venire nunciabatur, magnámque Florentinorum exulum manum illum ſequi affirmabant. Ea formido effecit, vt Ioannes Auguſtinus tunc primum dux belli à ciuitate deligeretur.

Magnæ in Italia copiæ Caroli nomine conueniunt. Leon. Aret. Ioan. Vil. A.C. 1380.

§. VI.

PRincipio inſequentis anni, ſcilicet. 1380. ingentes copiæ in agro Senenſi conueniſſe ferebantur. Itali, quibus præerat Albericus Barbianenſis comes, & Germani & Vngari. Omnes hæ copię per Italiam Carolo parabantur. Confluxerat ad hos exulum multitudo ingens magna ſpe in vrbem redeundi. Senenſes autem cum ager eorum ab his vaſtaretur, tandem pecunia tradita, vt inde abirent, paciſcuntur. Idem faciunt Piſani, ne ſuum agrum inuaderent. Florentini cum has Senenſium Piſanorúmque pactiones audiuiſſent, ipſi quoque oratoribus ſuis in agrum Senenſem miſſis, pecunia decidere tentauerũt. Id verò ſiue maiore ſpe rerum ſiue maleuolentia, & odiis iam contractis, non eſt à præfecto Caroli receptum: ſed modo id poſtulatum, vt patrimonia exulibus reſtituerentur, quæ publicata fuerant, eorumq́ue reditus poſt annum arbitratu Caroli ponerentur, vnde iter eorum in agrum Lucenſem fore demonſtrabant. Conqueſtus tamen eſt grauiſſimè Caroli præfectus, de calumnia ſibi iniuſtè illata, in ciuibus Florentinis, innocentibus quidem, & cum quibus nullam rem penitus habuiſſet necatis, & de querela Bononienſibus facta, propter quam dimiſſus ab eis inclementer fuiſſet. Hæc ab illo dicta offenſionem animi ſignificabant maiorem, quàm verbis proferretur. Itaque ex agro in vrbem munitaque loca res inferri iuſſerunt, vt minus prædæ, vel damni illi poſſent afferre, & à Bononienſibus cæteriſq́ue ſociis auxilia poſtularunt: ducémque belli Ioannem Auguſtinum tunc primò delectum celeriter venire iuſſerunt.

Florentini à vexatione redimere ſe cupiunt.

A.C. 1380.

Et cùm præfectus cum ſuis copiis ad Elſam fluuium, & ex eo ad Peſam ad nouem milliaria Florentiam appropinquaſſet, quibuſdam rapinis, & incendiis peractis, & rixis cum Florentinorum equitibus, nullúſque motus ob eorum appropinquationem appareret, quem illi quaſi expectabant in ciuitate fieri, hincinde per diuerſa loca vicina extra territorium Florentinorum diſcurrebant.

Per medium autem illius anni Carolus ex Vngaria intrauit Italiam, Ariminum applicans, qui ſecum habebat ſeptem millia Vngarorum, & Italici generis circiter mille. Oratores autem ab eo ſub primo ſtatim aduentu Florentiam miſſi ſunt. Hi exponentes cauſam ſuæ legationis inchoarunt à rememoratione cõiunctionis, quam ſemper domus regia habuerat cum populo Florentino, & duo tantummodo capita virilis ſtirpis ex vna progenie ſupereſſe; Ludouicũ ſcilicet Andegauiæ ducem, & Carolum docuerunt. Ad Carolum verò ex conceſſione Ludouici, & pontificis Romani decreto regnum ſcilicet perueniſſe, quandoquidem Ioanna regina multis ſe alioquin ſceleribus, & nunc ad extremum ſchiſmaticis abominationibus inquinauerit. Veniſſe ergo in Italiã Carolum, vt regnũ ſibi debitum ab iniuſto poſſeſſore extorqueret, & idcirco petere à Florentino populo, vt pro antiqua domus beneuolẽtia, pro pollicitatione dudũ facta, fœdus ſecum ineat, & viribus pecuniiſque perſoluat ad regni conſecutionem.

Legatorũ Caroli poſtulata & Florẽtinorũ reſponſum.

Sed legatis primò reſponſum eſt à Florentinis, & oſtenſum nullam pollicitationem factam ſuper huiuſmodi. Deinde dictum nec velle, nec debere Florentinum populum in diuiſione regiæ domus, quam ſemper coluerit, alterutri parti inhærere, neque contra Roberti progeniem, ſucceſſionémque abſque nota ingratitudinis fœdus coire poſſe, aut vires conuertere, cum & à Roberto, & à filio eius reginæ parente dubiis formidoloſiſq́ue temporibus fuerit ciuitas ipſa protecta atque adiuta. Quod ſi aduerſus extraneos alienoſq́ue poſtularetur auxilia haud

grauatè

A.C. 1380

grauatæ Florentinus populus exhiberet. In pecuniis autem & ſi eadem ſit ratio, tamen difficultates maiores inſtare pro varia ciuitatis fluctuatione. Cùm hoc reſponſo dimiſſi oratores, dum illud referunt Carolo moleſtè tulit.

Hæc cùm Florentiæ audita eſſent, ad placandum conciliandumque eius animum, duo ciues notabiles deſtinantur oratores ad eum: qui nomine ciuitatis eum viſitantes ei donum faciant quindecim millium florenorum. Quę cùm Ariminum ad eum detuliſſent; Carolus nec dona recipere voluit. Et ad pecuniam reſpondit, nec ſi centum millia ei offerrent, ſe contentum fore. Hæc pecunię reiectio plurimum animos eorum, qui rempublicam tenebant, fregit. Et auxerunt mox eorum timorem Aretini Carolum in Hetruriam euocantes; & dominium ciuitatis ipſius ei tradentes. Huius traditionis cauſa extitit, magna diſcordia, inuidia, & ſeditio orta inter ipſos Aretinos, vt alter alterum expelleret. Cùm ergo Carolus veniſſet Aretium omnis multitudo Florentinorum exulum ad eum confluxit. Erant tunc ibi Florentini legati miſſi, ad concordiam inter Aretinos faciendam. Quidā autem exulum occidit vnum ex iis legatis Florentinis: ſcilicet Ioannem Moys, qui vnus fuerat ex octo viris qui bello fuerant præſidentes: propter quod multa fuerunt contra exules Florentię inſtituta, & domus peteuſſorū euerſę. Cumque Carolus Aretij moram traheret copiæ eius cum Florentinis bellatoribus aliqua prælia licet leuia faciebant, rapinis & vaſtationibus inſiſtentes, & caſtella aliqua capere tentantes, quibus tamè viriliter reſiſtebat Ioannes Auguſtinus cum ſuis, ſcilicet quatuor millibus equitum & peditum multitudine magna.

Carolus Aretiū venit.

Inter hæc oratores ad Carolum miſſi Dominus Roſſius Eritius, & dominus Bettinus Couonius equites ad placandum mentē eius. Reſpondebat ille ſe amicum non inimicum Florentinorum, ſed pollicita ſibi & regi Vngariæ dudum auxilia ſibi velle exhiberi. Licet autem nulla ſuper hoc obligatio in rei veritate eſſet, quia tamen rex in armis aderat, & ſecum exules adducebat cumque pecunias illum quærere palàm eſſet, vt redimeret vexationem ſuam ad conditionem verſa ciuitas quadraginta millia pondo auri dare paciſcitur, & ille abducere copias, nec in poſterum exules fouere repromittit. Ea pecunia ferè omnis Ioanni Bauo duci vngarorum, quos ſecum duxerat Carolus, tradita eſt. Ipſos autem exules Florentiorum rex humaniſſimè conſolatus, expectare tempus monuit, ſibi, ſi negotium regni ſuccedat, curę fore, vt in patriam reſtituantur.

Oratores à Florentinis ad Carolum miſſi.

Interea Carolus Aretio præfectus Romam petiit, & ab Vrbano benignè honorificeq; ſuſceptus, opportuna parabat ad expeditionē in dies. Pacem ergo Carolus firmauit cum Florentinis cum pactionibus iſtis, quod rex non daret fauorem exulibus eorum, nec eos offenderet. Et ipſi Florentini non pręſtarent adiutorium reginæ Ioannæ contra eum, vel Vrbanum papam. Et quòd Florentini mutuarent Carolo quadraginta millia florenorum intra tres menſes, quos tenebantur dare Vrbano ex conuentione in pace facta inter eos & eccleſiam, quos ipſe reſtitueret eis, vel ageret, vt papa pro debito ſibi ſoluto acceptaret ſecundum Chron.

Carolus Romam venit.

A.C. 1381

Carolus tertius Apuliæ regnum occupat. Naucl. Gene. 46. Io. Villa. Aemyl.

§. VII.

ANno igitur Domini 1381. & domi & foris multæ fuerunt mutationes. Nam domi ſtatus reipublicæ mutatus eſt, foris autem victa captaque regina Ioanna. Carolus poſſeſſionem regni conſecutus eſt per hunc modum; vt dicitur in Chron. Carolus poſtquam fuit coronatus ab Vrbano, profectus eſt cum copiis ſuis verſus Neapolim: vbi tunc erat regina Ioanna in caſtro nouo (aliàs Caſtro oui) Dominus autem Otho maritus eius erat cum gentibus armorum extra Neapolim ad pugnandum contra Carolum. Cum autem appropinquaſſet ciuitati, nobiles introduxerunt eum Neapolim, clamantes Viuat rex. Receptus ergo in vrbe honorificè, vt rex, obſedit caſtrum nouum, in quo erat Ioanna cum baronibus ſuis, & ita circundedit, vt nullus aditus pateret ingrediēdi vel egrediēdi, niſi ex parte maris. Otho cōiunx eius ciuitatē obſidebat ab extra. at cū certa die ſtatuta pararet ſe ad ingreſſum ciuitatis cum copiis ſuis manu violenta: Carolus (cum hoc notum eſſet) cum exercitibus ſuis obuiam ei venit. Et pugna conſerta, equus Othonis cecidit ſubter eum, vnde & captus fuit cum Germano, & exercitus eius diſſipatus.

Carolus Othonem Ioannæ maritum capit.

Cernens ergo regina Ioanna ſe euadere non poſſe manus eius, cùm nec ſuccurſum ſperaret, & victualia deficerent, & caſtrum continuè impugnaretur, poſtulauit ſe alloqui velle Carolū ipſum, & conceſſum eſt illi. In hortum ergo caſtri aduocato Carolo, Ioanna reuerentia ſibi regia exhibita, inquit. Ego te habui hucuſque in filium, amodo, ex quo ſic placet Deo, te recognoſco in dominum meum. Recommendo tibi honorem meum, & maritum meum Othonem. Cui Carolus reſpondit. Ego te dilexi vt matrem & ita facere intendo in poſterum & honorem tuum, & Domini Othonis recommendatum habebo. Et tunc Ioanna educta de caſtro, ad alium locum honorificè aſſociata, ducta eſt, & bene cuſtodita, & tandem ſuffocata. Multique barones eius capti, & duo cardinales antipapę. Totumque regnum ſub dominio huius Caroli tertij fuit, operante Deo magis, quàm virtute humana. Et Aretium ciuitas finitima in miſerandas eſt calamitates prolapſa.

Ioanna Carolo regi ſeſe dedit.

Ioannæ reginę mors A.C. 1382.

Suſpiciones Florentię maximè augebātur, relegationes, & exilia. Accedebat ad priorem metum Caroli victoria, & reginæ captiuitas. Vide-

Florentini ob Caroli victoriam ſoliciti.

a Regina Ioanna Siciliæ quatuor viris nupſit, quorum: primus fuit Andreas, eius conſilio ſtrangulatus, vt diximus. Secundus fuit Ludouicus Tarentinus Rex cum ipſa coronatus. A.C. 1352. Tertius fuit Iacobus Aragonenſis Infans Maioricarum, qui obiit A.C. 1375. Quartus denique hic fuit Otho Brunus villenſis Princeps Tarentinus, ductus A.C. 1376. ex Onuphrio.

rar,

A.C. 1381. rant enim exulum ſpem totam ab eo principe dependere, & necatos quoſdam aduerſariorum fuiſſe prætextu illo, quòd cum Carolo vel eius præfecto coniurationem iniiſſe dicebantur: Et ſi dolebat ciuitas ſucceſſionem, Roberti regis mirabili ruina deletam, tamen quo Carolus, ſi fieri poſſet, in amicitia teneretur, legatos octo ad eum miſit, qui ciuitatis nomine gratularentur in quibus Robertus Aldobrandini & Bertinus Cononius equites Florentini principes fuere. Hi cùm ad Carolum veniſſent, benignè amiceque recepti ab eo, & auditi ſunt cum ſumma teſtificatione amoris ad ciuitatem. Quæ res Florentiæ nunciata ſuſpicionem ante de rege conceptam attenuauit. Itaque quo contineretur in amicitia rex duo ex oratoribus remanere apud regem iuſſi, reliqui peractis ſolemnitatibus domum rediere.

Cùm autem proſperitas ſumma regi adeſſet, calamitas miſeranda Aretinorum & deflenda ſuperuenit ex huiuſmodi cauſa. Carolus cum accepto Aretij dominatu ſuperiori tempore ex Hetruria abiret, quemdam ex comitibus ſuis episcopum ſcilicet Vitiuenſem, natione Gallum hominem ficte compoſitum (cuius malignitas regi erat incognita) Aretinis præfecerat exiſtimans, quòd epiſcopus religioſè, pacateque ciuitatem gubernaret. Is ergo quo potentiam eorum, qui regi ciuitatem dediderāt minueret, ſimulatione pacis, ac tranquillitatis ſtudio aduerſarios horum in vrbem reuocauit, atque recepit. Hi erant Gibellinarum partium homines longis temporibus exules, inter quos Sachonis filij agnatique, & Vbertinum genus præpotens Aretinorum & familia rediere. Ex hoc etiam ſtatim euenit, vt ad fauorem illorum, quos beneficio ſuo reſtitutos, proptereaque eos ſibi obnoxios intelligebat, præfectus inclinaret: illos verò ſuſpectos haberet, & inimicos arbitraretur, qui regi dederant ciuitatem, quòd in reſtitutione aduerſariorum eos plurimum offendiſſet. In tanta igitur peruerſitate rerum, tantaque confuſione ciuitatis cum boni viri, ac bene de rege meriti deprimerentur, exuleſque nuper reducti in honore haberentur: plurima querela erat, & indignatio maxima, ac iam non occulta in præfectum odia. Quod ille intelligens, & ab iis etiā qui redierant irritatus, præcipuos quoſdam ex eo numero, qui dominationem regi tradiderāt, capit, & in carcerem trudit nonnullos etiam interficit, alios fugat, & inſequitur. Et ita Gibellinorum factio, quæ ante amplius quadraginta annis exulatat, malignitate præfecti in vrbem reducta, plus poſſe incepit.

Blondus vocat Virdimenſem vel Virdurenſem

Aretinorū miſera calamitas.

Gibellinorū factio Aretij reſtituitur.

Profugi quidam ciuium hæc tanta præfecti ſui flagitia ad regem detulerunt. Ille verò deteſtatus eius malignitatem, ſucceſſorem præfecto miſit Iacobum Carazolum Neapolitanum, ac reducere amicos ſuos, fouereque honoribus iuſſit. At cum hoc ſenſiſſent Sachonis filij, & Vbertini, ac tota illa Gibellinarum partium factio ſcilicet noui præfecti aduentum, magnam multitudinem ex caſtellis & clientelis ſuis in vrbem contraxerunt, parati ad reſiſtendum. Itaque cū præfectus nouus ad vrbem veniſſet, & in abſceſſu veteris præfecti vim illi afferre quidam pararent, mouentes illi arma ad ædes illorum, qui redierant, diſcurrerunt. Et quamquàm reſiſteretur egregiè, tamen quia illi magnas habebant copias iampridem contractas, tandem pernicerunt. Pulſique aduerſarij ad arcem, nouumque præfectum ſe receperunt. Cùm verò arx ipſa & nouus præfectus obſideretur, oppugnareturque apertè, ciues in arcem compulſi vna cum præfecto remedia cogitabant. Per id tempus Albericus comes, Italicique ſub eo in ſocietatem coacti, in finibus Peruſinorum Cortonenſiumque degebant. Hos aduocare placuit: prædamque bona inimicorum polliceri illis. Miſſis ergo, qui hoc rogarent, illiſque offerrent, motus impigrè Albericus cum copiis ſuis aduenit, receptuſque per arcem, & in vrbem immiſſus: cū etiam ex arce deſcendentes ciues amicique eorum adiuuarent, Sachonis filij & agnati, Vbertini etiam omneſque eorum copiæ ex vrbe pelluntur. Sed Albericus Italicique ſub eo militantes, non illorum duntaxat domos, ſed vniuerſam ciuitatem diripuere, corporibus quidem ciuium parcentes, bona verò ſine diſtinctione aliquæ rapinæ prædæque ſubiicietes. Nec multò pòſt aliæ copiæ non minores ſuperuenere, quibus præerat Villanutius. Hæ quoque in vrbē receptæ, ſi quid ſuperfuerat ex priori direptione abraſerunt. Hi duo exercitus ſex ferè menſibus in vrbe Aretio commorati ſunt, incredibili præda, locupletibuſque ſpoliis ditati. Ciues miſerandi & inopes, per finitimas ciuitates, oppidaque diſperſi migrauere.

Nouus Aretinū præfectus mittitur.

Coniurationes aduerſus Florentinorum rempu. aperiuntur. Leon. Aret. Ioanes Villanus.

§. VIII.

PER hæc ipſa tempora Florentiæ delationes ciuium variæ, & coniurationes aduerſus rēpublicā, ſiue veræ ſiue fictæ per ſingulos dies proferebātur. Boni, qui remanſerāt in vrbe trepidi latitanteſque vix conſpici ſe patiebantur. Quippe inter tantam vel maiorum acerbitatem, vel ſatellitum calumnias, quis aut ſperare incolumitatem, aut ſibiipſi confidere malebat? Igitur ciuitas mœſta & afflicta inteſtino ſimul atque externo morbo, quem tolerare diutius non valens ad extremum decuſſit. Duo maximè ſuptemi per hæc tempora ciuitatem gubernabant, Thomaſius Stroza, & Georgius Scala. Hi quamquam erant equites ex optimis familiis, tamen eos ad plebis multitudiniſque deflexerant partes iniuriæ dudum ſuſceptæ. Nā Georgio Scalæ notā admonitionis fuerat inuſta. Qua ille iniuria exacerbatus, ſaciari vindicta nō poterat. Thomaſius Stroza, qui fuerat vnus ex octoviris, bello ecclesiaſtico gerendo, iactatus tunc cētentionibus eorum, qui diuerſa ſentiebant, partes animo auxerat acerbas, vt etiam gentilibus agnatiſque ſuis inimicus eſſet, atque infeſtus. Circa hos duos multi ex plebe ſatellites ac ſedioſiſſimi quique verſabantur. Hinc delationes ciuium, hinc ficta crimina, atque priuilegia in exules acerbiſſima, & malorum omniū officina proficiſci putabantur.

Ioānes erat Cābij, vir & famæ integræ, & æſti-

A.C. 1382.

mationis inter ciues non exiguæ. Iuxta ædes huius fortè nocte perambulans vnus ex ſatellibus (erat enim mos ſingula ſcrutari, & olfacere) ſtrepitum & verba intra domum ſenſit. Hinc inde, vt voluerat, occaſionem nactus, ſtatim detulit caterуam armatorum à Ioanne Cambij paratam eſſe domi, ad ſtatum ciuitatis euertendũ. Erat verò id totum inane. Nullos enim ille domi habuerat præter familiam propriam, & villicum, qui vt fit, de rure porcum adduxerat. Cùm ergo ſcrutata confeſtim domus vanum crimen eſſe docuiſſet: delator tamẽ audax & improbus, ſcire ſe ac vidiſſe aſſeueraret, detinetur tandẽ à magiſtratu veritatem, vel columniam eruturo. Tandem de induſtria compertum eſt confictum fuiſſe crimen contra hunc, quia non acceptus partibus foret, & alios eſſe, quos eodem modo, eſſet in calumniam vocaturus.

Scrutatores noctur ni falſo cõiurationis probos ciues infimulant.

Qui autem dictum Ioannem Cambij infamauerat falſo, dicebatur Iacobus Bartholomei Pratenſis, qui etiam dicebatur Scatizat, homo malæ conditionis, ſatelles prædictorum domini Georgij & Thomæ Strozæ. Hic quia captus cõfeſſus eſt ſe calumnioſè accuſaſſe, & alia, ex quibus quærebant aliqui facere nouitates, intendebat capitaneus occidere illum Scatizam. Quicũ ſupplicio afficiendus eſſet, Georgius & Thomaſius precibus primò & minis deinde cum parũ proficerent, ad vim conuerſi, coacta ſatellitum manu ſuorum plebeque concitata, nocte ad magiſtratum, (ideſt, capitaneum baliæ) venientes reum arripuere, magiſtratum etiam interfecturi ſi nãciſci potuiſſent: ſed ille periculum vitans, in ædes Priorum aufugerat. Ibi violentiam ſibi factam conqueſtus, quando iuſtitia vi impediatur, nolle ſe permanere teſtatur, ac ſe magiſtratu abdicat. Indigna cunctis res fœdáque videbatur, & horrebant planè iam homines tantam peruerſitatem atque licentiam. Rem igitur corrigendam Priores rati, magiſtratum conſolati ſunt. ac benè ſperare polliciti, properantem abire non permiſerũt. Demum accitis præſidiis & in area quæ eſt circa palatium collocatis, cum iam ſatis muniti aduerſus vim eorum, qui reum abſtulerant, viderentur: magiſtratum cohortat: vt iam nihil vereretur, & opẽ ſuam polliciti virgam iuſtitiæ reſumere compulerũt, & ad prætorium ſuum remittunt. Magiſtratus ſimul, vt in ædes ſuas reuerſus eſt, cohortem miſit ad Georgium Scalam capiendum, qui inopinatè & mirabiliter (quod nemo exiſtimaſſet) prope ædes ſuas captus, nemine ex tot amicis, & ſatellitibus opem ferente, ductus eſt ad magiſtratum. Thomaſius verò Stroza cum hæc intellexiſſet, fuga ſibi conſuluit. De Georgio poſtridie ſupplicium ſumptum eſt: magno concurſu populi clamantis & poſtulantis reum necari.

Capitane' baliæ.i.prætor iuri dicẽdo præfectus.

Inter hæc Simon Blaſij, vnus ex delatoribus, cum ex vrbe aufugeret, captus à quibuſdam, ac reductus cum ad magiſtratum traheretur, medio itinere à concurrenti multitudine interficitur, inde laceratum corpus ludibrio trahitur per vrbem. Eodemque tempore filius eius alia in parte ciuitatis adoleſcens occiditur, eodemque modo cadauer eius per orbem tractum patri coniũgitur. Triduo autem poſtea cum duo alij ex numero ſatellitum damnati in ora totius populi ſecuri percuterentur, & multitudo concitata ſumpſiſſet arma, perque vrbem diſcurreret: veriti Priores, ne incendia cæteraque, quæ ira ferre ſolet, patrarentur: aduocata concione ad alias curas populum traduxere, permulta in republica corrigenda eſſe docentes, & viros eligendos, qui cum publica poteſtate illa corrigant, atque emendent. Ita concione vocata in ſua quiſque tribu venire in concionem iuſſi. Hęc dum aguntur ita deferbuit, dum enim quiſque aut ſui aut propinquorum nominationi ſtudet, nocendi & debacchandi prǽterlabitur occaſio. Cùm frequens tandem concio adeſſet, viri circiter centum diliguntur, quibus poteſtas publica demãdata eſt conſtituendi, emendandiq;.

A.C. 1382.

Noua eligitur Florentiæ poteſtas.

His peractis vexillo partium optimarũ prodire in medium, ac incedere per vrbem iuſſo, ſequenti numeroſa ciuium multitudine, luſtrata vrbe ſine cuiuſquã violentia vel iniuria, vergẽte in occaſum ſole reditum eſt ad ædes Priorũ cum ſumma ciuium gratulatione, atque letitia.

Poſt hæc hi quibus poteſtas commiſſa fuerat in vnum coeuntes, decreuerunt exulibus quibuſcunque ac relegatis, qui poſt Syluestrũ Medicem vexilliferum damnati fuiſſent, reditũ in vrbem patere. Suſpenſiones quoque & prohibitiones ciuiũ à republica, & inter grauiores familias reductiones omnes poſt eum vexilliferum factas, irritas eſſe & inanes. Carceres inde effracti, & captiui omnes exempti, præter quàm ſiquis priuatim ob æs alienum captus fuiſſet. Artium capita ad viginti vnum redacta duobus abolitis, quæ ſuperaddita nuper ex humiliori opificio fuerant. Inter hæc denuo relegati multi eorum, qui ante in republica potentes fuerant, damnati etiam quidam, & hoſtes iudicati. Exules deinde in vrbem reducti multa innouari coegerunt, & tumultus crebro excitati, & reſumpta arma modo depoſita, concionéſque ſæpius conuocatæ, poteſtates ciuibus traditæ donec purgata demum vrbe & bonis exulibus reſtitutis, honoribuſque ad redeuntes tranſlatis ciuitas formam ſtabilitatemque ſuſcepit.

Nouæ rei, Florẽtinæ ſtatuta.

Ex Chronic. Florẽ.

Paulò pòſt iterum in principio Martij miniſtri viliſſimi artis lanæ, qui vulgariter dicuntur Ciompi, ex Camaldulo congregati magno numero, cum aliquibus exulibus rebànnitis, cum vexillo quodã inſignito ac armis partis Guelphæ venerunt vſque ad Eccleſiam ſanctæ trinitatis, clamantes, Viuat pars Guelphæ. Sed poſt combuſtionem quarumdã domorum per alios homines repreſſi ſunt. Die ſequenti iidem tumultuantes venerunt in plateam dominorum & cum ad ſonitum campanæ ciues concurriſſent armati, recedentes Ciompi de platea acceperunt vexilla à vexilliferis, & firmauerunt ſe ad ſanctum Georgium ad pugnandum cum inuadentibus eos. Vexillifer iuſtitiæ dominus Rainaldus Ganfiliazius cum vexillo voluit procedere contra illos, ſed ne ſequeretur maius periculũ, de conſilio aliorũ id omiſit. Et quidã boni & prudentes poſuerunt ſe medios ad cõponendam concordiã inter magiſtratus & eos & facto parlamento publico ad ea, quæ petierunt ipſi Ciompi, etſi multa ex illis forent irrationabilia, tamen ad ſedandum eorum furorem fuerunt exauditi.

Rebanniti ideſt, bis exules denunciati. A.C. 1382.

Die

A.C. 1382. Parlamentum publicum.i. totius populi.

Die ſequenti audientes Priores, quod adhuc fiebant congregationes Ciomporum ad ſanctũ Ambroſium, & aliorum in alio loco, fecerunt congregari in platea dominorũ, quot ciues potuerunt armatos, & gentes armorũ. Et egrediẽs de palatio vexillifer dedit in manibus vexillum iuſtitiæ domino Donato de Accaiolis, & vexillũ partis Guelphæ dño Floreſio de Saluiatis, & mãdauit omnibus, vt ſequerentur vexillũ eũdo per ciuitatem, & qui nõ ſequeretur, vt hoſtis iudicaretur. Et princeps militiæ Ioannes Auguſtinus cum ſuis erat cum eis. Et cùm dominus Frãciſcus de Rucellariis eſſet cum octingẽtis Ciõpis, & cũ inſignibus partis Guelphæ prope plateam ſanctæ Mariæ nouellæ, mandauerunt illi, vt illis datis eis ſequerentur cæteros, quod & fecit, & poſt diſcurſum per ciuitatẽ reuerſi ſunt ad palatium, & omnes depoſitis armis in domos ſuas quietata ciuitate redierunt.

Altera die fecerunt parlamentum, & congregatis Prioribus & collegis, & aliis de communi conſenſu dederunt baliam, & poteſtatẽ omnem ſibi reformãdi ciuitatem, & ſtatuẽdi, quæ forent vtilia. Quo facto multa caſſarunt de iis, quæ fuerant ſtatuta in alio parlamento. Et cùm iterum alia congregatio Ciomporum in villa ſancti Galli facta diſcurreret, fuerunt profligati à capitaneo populi, & in die ſequenti aliqui ex eis decapitati, & aliqui relegati, ſic ceſſauit tumulus Ciomporum.

Ludouici in Italiam expeditio nunciatur Leon. Aret. Æmyl. lib. 9.

§. IX.

PER extremum eius anni literæ ex Gallia venerunt, per quas ſignificabatur a Ludouicũ

A cum Andegauiæ ducem cum magno exercitu in Italiam eſſe tranſiturum. Adoptatum enim à Ioanna regina, ac filium ſucceſſoremq́ue regni deſignatum, venire in Italiam conſtituiſſe ad reginam liberandam, regnumq́ue ex manibus Caroli eripiendum. Hæc eadem cum pluribus ſimul locis ſignificarentur, in ſuſpicionem verſa ciuitas de futuro euentu belli ſollicita eſſe cœpit. Nequaquam enim paruo conatu, ſed totis penè Francorum viribus inſurgebatur ad tranſitum in Italiam faciendum. Timebaturq́ue iam B inde quonam res tanta foret tandem euaſura. Exempla verò literarum ſtatim ad Carolum miſſa. Principio inſequentis anni multa ſimul premebant ciuitatem. Nam & domi res admodum ſollicitæ, & foris ſuſpicio ingens ab iis copiis, quæ Aretium occupabant, & ducis Andegauenſis aduentus iam inde terrorem ac formidinem afferebat. Cùm iis igitur, quæ Aretium oc-occupabant gentibus agitata res eſt, ac diligentiſſimè deducta. Cùm enim non Florentinis modo, verum & cunctis finitimis ciuitatibus eſſent terrori, & iam Senenſes Piſaniq́ue vexationes ſuas redimere pararent, interceſſere Florentini, hortantes ac monẽtes, vt ciuitates in v- C num vires ſuas, conſiliaq́ue conferrent. Siue enim pecunia decidendum eſſet, longè facilius omnes ſimul, quàm ſingulos tranſacturos: ſiue vi reſiſtendum, confœderatos in vnum facilius repugnaturos. Ipſi verò Bononienſium Barnabæq́ue auxilia iampridẽ contraxerant & ſimul ſollicitabant regem pro copiis amouendis. Per hanc tandem diligentiam effectum eſt, vt quàm minimo impendio copiæ, poſcente iam regni periculo abirent.

A.C. 1382.

Florentini de Gallorum euentu ſolliciti. A.C. 1381.

Præſidium ab Aretio dimouetur.

Oratores Andegauenſis ducis Florentiam miſsi. Leon. Aret.

§. X

DE tranſitu verò Gallorum in Italiam ab ipſo initio per magna res viſa eſt, & continuò creuit opinio. Poſt literas enim ducis Andegauenſis, per quas ſuum Florentinis ſignificabat aduentum, oratores Francorum regis Mediolanum peruenerant: indéque ſignificauerũt ad Florentinos ſociósque mandata habere, quæ E referre in communi omnium conuentu habebant. Proinde rogare Florentinos, vt ſocios conuocent, ſe quidem breui eſſe venturos. Reſcriptum eſt à ciuitate ſe lætis animis expectare tãtorum principum oratores. Venirent ergo, quãdo commodum foret, ſocios enim tempore affuturos. Venientes igitur Florentiam oratores, multa dixerunt de iuſtitia cauſæ, & de magnitudine apparatus. Quibus prolixè explicatis, ad extremum poſtularunt, vt Florentini ſociiq́ue cœptum Andegauenſis ope conſilióque iuuarent. Reſponſum eſt oratoribus, dolere ciuitatẽ de ſanguinis regij diſſidio & pro concordia in- F tercedere paratam. De poſtulatis autem non niſi ex Priorum decreto reſponderi poſſe. Scripſiſſe verò legatos ſociorum ad ſuas ciuitates, quarum voluntas cum audita fuerit, reſponſum darent. Illi verò ad alia properantes loca rogarũt vt

a Ob hunc in Italiam tranſitum grauis profectò tota Gallia eſt excitata ſeditio, quam ex Æmyl. breui ſermone comprehendam. Anno eius ſæculi altero D & octogeſimo in Italiam proficiſci Ludouicus magno belli apparatu conſtituit, & vt pecunias ad tãtũ bellũ neceſſarias haberet, nomine regis rerum venalium vigeſimam indixit. Pariſij, Ambiani, Rotomagẽſes id retrectarunt, cæteræ vrbes exẽplum harum ſecutæ ſunt. Cúmque non vectigalis, ſed ſubſidij nomine eam poſtea vellet pecuniam exigere, neutiquam eam potuit extorquere. Deniq; cũ quoquomodo vellet iſtam pecuniã corrogare plebis concurſu facto à turba oppreſſus obtrituſq́ue eſt in foro olitorio. Inermis deinde plebs ad ædes publicas impetu fertur, plũbeaſq́ue malleos cor- E ripit. His armata exactores redemptoreſq́; quoſcunq; vrbem peruagata adipiſci poterat conficit. Viis vicisq́ue catenas prætendit, carcerem regij iuris inuadunt, cuſtodias emittunt, vinctos ſoluunt. Pontifex regiæ vrbis & optimates Lutetia, procul à veſania fugiunt plebs Pontificiæ coerctionis carcerem irrumpit, eáque ex cuſtodia imprimis rapiunt Ambrorum cumq; ſibi ducẽ præficiunt, iubent Sequanæ ac Matronæ confluẽtes occupare, ne regij ea parte Lutetiam, id quod antea fecerant frænarent. Plebs verò Rotomagenſis cõmota quemdam nomine Craſſum ſellæ curuli impoſitum per vrbem circumferunt, regem per licentiam ſalutant, iubent eum pro poteſtate propoſito edicto vectigalium F ius abrogare, ſubſidij nomen tollere, tandem ſpes veniæ oſtentata ea lege, vt mulcta ſexaginta millium cæteris irrogata, auctores ſeditiones capite luerent ſed ſupplicia poſtea intermiſſa, pecunia tamen exacta.

A.C. 1383.

vt vel literis, vel per oratores ſignificare ſibi reſponſum curaret. Denique honeſtis verbis ex ſociorum conſenſu denegata auxilia ſunt.

Nec multò pòſt Andagauenſis cum exercitu ſuperatis Alpibus in Taurinos deſcendiſſe nunciabatur: adduxiſſe verò equitũ ſuprà 30. millia & alias inſuper copias in Italiam ſuperadditurum. Hoc tanto apparatu attonitæ mentes futurum horrebant. Nec multò pòſt Caroli regis aderant legati ſocietatem ac defenſionem mutuam poſtulantes. Eodémque ipſo tempore oratores alij à duce Andegauenſi Florentiam venerunt cum ingentis beneuolentiæ ſignifica- B tione. Non enim veniſſe aiebant eum, vt Florẽtinis cæteriſq; ciuitatibus noceat, ſed vt faueat & opituletur; nec agrum Florentinum ſuis copiis attingere, ſed alio itinere profectutũ. Rogare, vt vel auxilia ſibi ciuitas coniungat, vel otioſam ſpectatricémque ſe præbeat certaminis, neutri parti moleſtam vel fauentem.

Diuerſorũ principũ eodem tẽpore legationes.

Per hocipſum tempus Ludouici quoque Vngariæ regi aderant oratores Carolo fauentes, hortanteſque Florentinum populum, vt cum Carolo rege, cúmque Vrbano pontifice vires conſocient. Venire quidem in Italiam Gallos C non minus pro Eccleſiæ ſubuerſione, quàm regni inuaſione. Ciuitas haud dubiè ad Caroli pontificiſque Vrbani fauorem erat propenſior, ſed deterrebat magnitudo potentiæ, quam non fama aut rumor, ſed pręſenti fide Andegauenſis afferebat. Itaque mediam quamdam viam ſecuta ciuitas, vtriuſque partis oratores in honore habebat plurimo. denique Andegauenſis oratorib. gratiæ actæ, & oblata gratanter ſuſcepta, & cũ ſpe optima dimiſſi. Legatis verò Caroli negare poſtulata, neque aſſentiri placuit. Id D modo reſponſum eſt, Florentinum populum per oratores ſuos regi coram ſuper his reſponſurum.

Legati deinde ad Carolum miſſi excuſationem fecerunt, quòd ciuitates, quæ erant in fœdere cùm Florentino populo, non conſentirent in ſocietatem regi?deuenire. Hi erant Piſani, Senenſes, Lucenſes, Bononienſes, Peruſini: quorum Bononienſes maximè renuebant, propter naturam loci, qua duci Andegauenſi erat tranſeundum, nec ſibi & agro infeſtas reddere & prouocare tantas copias volebant.

Andegauenſis interea dimenſo citerioris Gal- E liæ ſpacio in Bononienſem agrum deuenerat. Ad ipſum quoque oratores miſſi, Ludouicus ſeu Loyſius Marſilius ordinis eremitarum, ſancti Auguſtini theologus. Hic erat famæ præcipuæ in ſapientia, eloquentia, ac vitæ probitate, & duo ſplendidiſſimi milites Loyſius Guiccardinis, & Gutius Cini. Hi in agro Bononienſi obuiam facti illi, aduentum eius in Italiam gratulati ſunt, & ciuitatis deuotionem erga ſe, domúmque regiam oſtenderunt, benignéque ſuſcepti ab eo, ac benè de ſe aduentúque ſuo ſperare iuſſi dimittuntur. Iter huius per agrum F Gallicum & Picenum. Inde per Marſos regni fines ingreſſus, magnos continuo motus rerum ſuſcitauit. Nam principes quidam populi, qui erga reginam afficiebantur Ioannam, etſi iam defunctam, frequentes ad eum tanquam ad ſucceſſorem legitimum defecerunt, vt Carolo dificillima regni defenſio redderetur. Acceſſit inſuper & illud incommodum, quòd per hæc tempora Ludouicus Vngariæ rex vnica ſpes Caroli atque refugium, e vita migrauit. Qui cùm nullum virilis ſtirpis filium reliquiſſet, regni gubernacula ad vxorem filiáſq; delata parum firma videbantur, vt inde ſubſidium foret ſperandum.

Milites. i. equeſtri ornati dignitate.

Ludouic° Andegauẽſis dux Apuliç regnũ cõtra Carolum ingreditur.

A.C. 1384.

Ludouici Vngariæ regis mors.

Per hæcipſa tempora Vrbanus pontifex Romanus timens vicinitatem Andegauenſis, ac præſentiam Gallicarum copiarum formidans, à Florentino populo multis & ſupplicibus verbis pecuniarum ſubſidia poſtulabat. Erant ſibi pecuniæ multæ ex pace debitæ. Hæc poſtulatio pontificis à fautoribus Caroli adiuta. Nam duo reges, duoque pontifices de regno certabant. Et erat vna eadémque cauſa. Demum hũc effectum ſortita eſt, vt dimiſſo Ioanne Auguſtino qui princeps militiæ Florentini populi erat, & ad ſtipendia pontificis conducto pecuniç pontificis nomine ſoluerentur, Auguſtinus igitur ſuſcepta pecunia militeque in ſupplementum contracto, Romam ad pontificem profectus eſt, nec multò pòſt à pontifice Neapolim miſſus Caroli vires adauxit. Quæ res Andegauenſis animum vehementer offendit. Itaque & palam conqueſtus eſt de Florentino populo, & in Galliam ſcripſit, vt Florentinis & eorum bonis manus iniicerentur.

Florentini Vrbano adhærentes Carolum adiuuant.

Eodem anno miſſi Genuam oratores controuerſiam ſedauerunt. Erat verò huiuſmodi. Veneti cum ex maximo nuper prælio a pacem fecerent cum Genuenſibus, inter cætera promiſerunt Tenedum inſulam dimittere: ex cuius occupatione ortum ab initio fuerat bellum. Pœna ad hoc poſita fuerat centum quinquaginta millia auri. Florentini à Venetis rogati fideiuſſerunt, niſi ea fierent, pecuniam ſoluere. Quæ cum facta non eſſent, nulla fuit mora, quin bona Florentinorum ciuium, quæ Genuæ, vel alibi in poteſtate erant Genuenſium, caperentur Veneti autem à Florentinis de hoc compellati reſponderunt per ſe non ſtetiſſe, quo minus Tenedos, vt conuentum fuerat dimitteretur, cæterum peruicatia præfecti ſui hoc accidiſſe. Atque ita cum non tam re ſatisfacere, quàm verbis cauillari viderentur, querelæ indignationis materiam attulerunt. Cùm Genuenſibus quidem res, vt melius fieri potuit, compoſita eſt, ad Venetos autem oratores miſſi ſunt ad hæc expoſtulanda. A.C. 1383.

Cõtrouerſia inter Florẽtinos & Genuẽſes ſedatur.

Eo qui ſecutus eſt anno. 1383. peſtis iam prius cœpta deſeuit: fugæ ciuium ſecutæ ſunt ad euadendum aëris infectionem, per quas vacuefacta vrbs ſuſpicionem dedit, ne à plebe infima inuaderetur. Itaque lex lata eſt ne quis ciuis Florentinus domo abeſſet

a *Demum cum tam acri & diuturno bello Veneti & Genuenſes defeſſi eſſent Sabaudiæ ducis interuentu pax cum Genuenſibus, Ludouico rege, & ſociis his conditionibus facta eſt. Vt captiu᷒ vtrinq; reſtituerentur, Veneti Tenedo cederent, Decimo quoque anno ſeptem aureorum nummum millia Hungariæ regi perſoluerent, ob idque Dalmaticam oram totam Venetis redderet, nullibique ſalem fieri ſineret. Pet. Marc.*

quentios

A.C. 1383.

quo frequentior eſſet vrbs, ne deſerta à bonis, perditorum re linqueretur poteſtati. Sed neque lex, neq; inhibitio tenere potuit perfugas quippe aduerſus timorē mortis propoſitæ, timor omnis alter tanquam leuior ſuccumbebat. Et vt dicitur in Chronic. venire fecerunt multos fideles ex Caſentino, ſtipendio conductos ad cuſtodiam plateæ dominorum & ciuitatis. Et circa feſtum Ioannis baptiſtæ decedebant ex peſte, cum tamen quaſi vacuata eſſet ciuitas ex fuga ciuium, à numero ſexagenario in octogenarium & centenarium dietim, & circa medium Iulij ducenti vſque ad trecentos & vltra moriebantur in die. Et in nocte ſanctæ Mariæ Magdalenæ vna multitudo Compiorum poſuerunt ciuitatem ſub armis, diſcurrentes per ciuitatem cum aliquibus exulibus clamantes, Viuant viginti quatuor artes, & Guelphi erigentes aliqua vexilla. Sed octo viri Guardiæ, & Domini Priores, & capitaneus populi procedētes contra eos diſſipauerunt eos, & aliquos captos decapitarunt, & quieuit ciuitas. Ea peſtis aliquot menſibus ciuitatem afflixit, & inſignes aliquot viros abſumpſit. Ob eam cauſam nihil dignum memoria domi, vel foris eo anno geſtum eſt.

Peſte . fugiente Florentini vrbem deſerunt.

Peſtis in Florentinos graſſatur.

Octo viri Guardiæ ſunt octo viri cuſtodiæ vrbis præpoſiti.

Galli equites in Italiam intrant. Leon. Aret. Aemyl.

§. XI.

ALTERO dehinc anno ſcilicet. 1384. Gallorum alia manus per priorum veſtigia tranſmiſſis Alpibus in Italiam venit, Andegauenſi ſupplementum allatura. Ducebat verò Enghiranus (vel Enguerranus) quidam Gallus, vir domi potens, & militia clarus. Erant autem equitum ſupra duodecim millia. Hi cum circa Mediolanum perueniſſent, adiuti pecuniis & commeatu à Barnabone Mediolanenſi, ac ex longa via refecti, non iter illud tritum per Gallicum & Picenum, ſed ad dexteram flectentes per Placentinum Lucenſemque agrum Hetruriam petierunt. Florentini, quamquam ſpecioſa dabantur verba, ex agro res omnes in oppida referri iuſſerunt. Galli per Lucenſem agrum profecti, cum Florentinorum primum fines ingreſſi ſunt, non longè à Miniate oppido caſtra fecere. Et quamquam pacata obtulerant, tamen regionem cunctam prædati, ne ab oppugnatione quidem munitorum locorum temperarunt. Sex diebus à Miniate ad Stagiam profecti, quod ſpatium vel vno die ſatis commodè potuiſſet confici, prædæ rapinæque omnia exponentes, in fines Senenſium deuenere. Hoc demum loco contumaciter loqui de Florentino populo cœperunt, & niſi pecuniæ darentur, minas iacere: Florentini armato milite oppida tutantes, eorū minas longè contēpſere.

Galli in Italia prædas agunt.

In his locis dum eſſent Galli, in ſpem venerunt Aretij capiendi. Exules enim Aretini ducibus Sachonis filiis Gallos adeuntes, docuerunt vrbem illam eſſe Caroli, aduerſus quem tanta dimenſi ſpacia progrediantur. Eam verò vrbem capere nullum eſſe negotium propterea quòd ambitus mororum permagnus ſit, defenſores autem pauci ob ſuperiores illius vrbis calamitates: ſe inſuper dare ingreſſum poſſe, propterea quod ex factione ſua obſcuri generis homines ſint intus, qui nihil aliud, quam aduentum eorum præſtolentur. Hæc audientes Galli negotium ſuſceperunt, ſed quo diſſimularent, iter continuantes in Cortonienſem Peruſinumque agrum tranſeuntes quaſi in regnum abirent, tranſierunt. Inde verò ex itinere parte copiarū ſuarum cum exulibus præmiſſa, dux cum reliquis omnibus ſecutus eſt. Exules igitur conſtituta nocte ad vrbem profecti, antequam ſentirentur mœnia duobus locis conſcenderunt. Ciues per tumultum exciti concurrerunt impigrè ad mœnia, ac deturbare hoſtem magna vi aggrediuntur. Dum ad mœnia, qua hoſtis conſcenderat, præliatur, ac magnis clamoribus res geritur, alia parte vrbis refracta à proditoribus porta, hoſtes maiori agmine irruperunt. Ad eam quoque portam concurſum eſt ab Aretinis, & prælia multis ſimul locis eodem tempore committuntur. Tandem maioribus hoſtium copiis, continuo inundantibus, vicatim prope expugnata vrbs ad primam lucem capitur tota præter arcem. In eam enim iuuentus ita vt armata erat, refugiens egregiè illam defendit. Per hunc modum Galli Aretium ingreſſi diripuerunt vrbem. Captum eſt autem Aretium à Gallis triennio fere poſt quàm ab Italicis fuerat direptum.

A.C. 1384.

Galli Aretium capiunt præter arcem.

Florentiæ verò vbi hæc audita ſunt, terror & querela ciuitatem inuaſit. Terror quidem pro Gallorum propinquitate, quam infeſtam & grauem ſuſpicabantur fore: querela verò, quia hoc iam quidem futurum ſuſpicati, remedium non adhibuiſſent in exulibus Aretinorum coercendis. Sed affuit ſtatim doloris medicina, quòd eadem illa nocte, qua captum eſt Aretium: certiſſimi nuncij Florentiam venerunt de obitu Ludouici Andegauenſis, quem in Apulia a morbo conſtabat interiiſſe: quare paulò pòſt ſignificantibus per ironiam Gallis quaſi læta & proſpera ſe Aretium cepiſſe, reſponſum eſt à Florentinis eodem figmento, non tam gaudere eos debere pro Aretio capto, quam dolere pro Andegauenſis morte. Nec eſſe, quòd de eo dubitent: cum & genus morbi, quo defunctus ſit, & horam obitus certiſſimè ſciant.

Ludouici Andegauē ſis obitus A.C. 1384.

Galli hæc audientes ab initio contemnebant fictam rem arbitrati, magnoque niſu intra vrbē, & extra tentauerunt arcem peruincere. Sed erat in arce egregia Aretinorum manus, viri bellaces, & impigri ad pericula obeunda. Ij ſingulis diebus eruptionibus factis ita prælia

a *Dum trahitur tempus in Apulia, morbo an veneno (vtrumque traditur) deceſſit Ludouicus. Corpus proceres exercitus in Franciam retulere, nullam ex aduerſo vim, nullas inſidias experti, maieſtate nominis Francici tuti. Aemyl. Onuph. verò ſic de eo ſcribit. Ad 12. Calen. Octob. A. 1384. obiit apud Barum Apuliæ vrbem ob vulnera in prælio accepta: ibique ſepultus. Nota obiter quam infalicem ſortita ſit exitum hæc expeditio Clementis 6. pſeudopontificis iuſſu à Ludouico Valeſio ſuſcepta.*

A.C. 1378.

eo ipſius a-bitratu fieri. Brugenſibus æquiorem ſe præbebat. Hi foſſas ducebāt, quibus fluuium Lizam, per fines Gandauenſiū vrbē q́; mediā fluentē, in agrum ſuum ex parte deriuarent. Hinc bellum conflatum. Gandauenſes duce Ioanne Leone arma corripiunt, alba capitio induunt, vt id eſſet factionis inſigne aduerſus Comitem Brugenſeſque. Hi cum albatum eſſet in ſe iri ab opere deducendoq́ue flumine diſcedunt. Comes etiam eis poſtulata cōcedit, modo tumultuandi finem faciāt, capitiáque ponant. Id multitudo libens factura erat. Leo viribus ne omne conſilium comitis ſpectaret in ſuum vnius caput, eis ſuaſit in amentia perſiſtere. Hi itaque Albati Rogerium Comitis prætorē cum ducentis equitibus ampliſſimum vrbis aream occupare conantem occidunt. Hæc agebat imperita inquietáque multitudo. Optimates verò duodecim è corpore ſuo oratores mittunt, qui regem vti miſereretur vrbis furore percitæ. Comes placabilem ſe præbebat lachrymis optimatium, ſed Leo antequam legati redirent perpulit Albatos vti in ædes, quas ingenti ſumptu in ſuburbio Gandaui comes extruxerat impetum facerent diriperēt́que. Ita mentio reconciliationis veniæque interpellata, coactique ſunt Brugenſes cum Comes Teneramundæ abeſſet, aduenientem cum exercitu Albatorū Leonem mœnibus recipere, ac obſides dare. Exin Dāmum profecti intra mœnia recipiuntur. Ibi Leo deceſſit magna ſuſpicione veneni, nec iccirco bellum finitum. Omnem Flandriam efficere ſuarum partium Albati contendebant. Hypras obtinebant aliquot milites equitéſque Comitis, Gandauenſibus oppugnantibus egregiè oppidum tutabātur, quoad plebe portas Albatis aperiente, tempore cedere coacti ſunt. Aldernarda oppugnantibus obſtitit maiore validiorḗque Comitis præſidio defenſa.

Philippus Audax in Flandriam proficiſcitur., A.C. 1380.

Audax dux quicquid Flandriæ Comiti ſocero periret, ſibi ſpeiq́ue ſuæ perire ratus, exorauit fratrem regem vt ire ſe in Flandriam ac conditionibus reconcilia re gratiam inter Comitem populareſq́; pateretur. Iuit Tornacum, inde ad Albatos miſit oratores. Gens ea æquiorem ſe futuro Comiti ſuo Audaci, quàm veteri principi præſtare viſa obliuio iniuriarum ac maleficiorum fando ſancitur. Aedes Comitis Gandauenſium ſūptu publico reſtitui iuſſæ. Ab armis vtrinque in præſens diſceſſum, Comes Gandauum ſe confert, in ſpeciem reuerentiſſimè excipitur. Ad concionem in forum vocat, petit vti inſignia factionum deponerētur. Id Albati aſpernati ſunt. Indignum Comiti viſum, belli nomen tolli inſignia irritamentáque remanere. Paulatim igitur bellum inter nobilitatem, Albatoſq́ue excitatur.

In Ocitania tumultus oritur. A.C. 1379.

Melius fœliciuſq́ue in Francia res geſtæ. Semina malorum in ipſo exortu extincta, & licentia contumaciáque coercita. Frater regis dux Andium grauiſſimè vindicauit ad montem peſſulanum motam. Peſſulani occiderant vectigalium regionem exactores. Sceleris auctoribus gulam fregit, cæteram multitudinem ſupplicem, ac ad pedes procumbentem vita donatam ære multauit. Ocitanos prouinciam rex Fratri Bicurigum duci primum dedit: deinde iuſſo eo quod malè audiret inde decedere eam Comiti Fluſſati attribuit, quem ſciebat ab ea gente expeti. Rex Carolus Quintus deceſſit anno eius ſæculi octogeſimo. Tres reliquit liberos Carolum, Ludouicum, Cathærinum. hæc ille.

notabiles ex ſuis. Et regina Ioanna inſuper duos alios deſtinauit, vt eſſent mediatores ad compo- A nendam pacem ipſam.

A.C. 1378.

Omnibus igitur oratoribus Serezanæ congregatis cum agitaretur negotium, inter cætera capitula tractabatur, quòd colligari deberent ſoluere papæ octingenta millia florenorum intra quatuor annos, quorum medietatem communitas Florentina ſolueret, reliquum cæteri cum eis colligari. Et hoc pro damnis illatis Eccleſiæ. Huic rei firmandæ viſum eſt oratoribus Florentinis nil decernendum per eos, ſed requirendum prius & expectandum iudicium communitatis Florentinæ. Vnde & tres ex eis B Florentiam reuerſi ſunt ſuper ipſa re conſultanda. Dominus autem Barnabas ſollicitabat expeditionem huius rei, quia partem ipſius pecuniæ expectabat recipere ab Eccleſia ex certa prætenſa cauſa. In cōmuni autem concilio decretum eſt Florentiæ, quòd & cū tali onere ſolutionis pax concluderetur. Iam enim & feſſi erant, & plurimis diſplicebat contra Eccleſiam belligerare, & cenſuris illis eos manere irretitos.

Miraculoſa pacis denunciatio ſed vana.

Interea hoc accidit dictu mirabile. Nam antequam concluderetur & firmaretur pax paulò C antè cum auidè expectaretur noua pacis confectæ, propter id deputatus erat cuſtos ad portam ſancti Frigidiani in noctibus, qui ſubitò nuncio aduenienti cum literis pacis aperiret portulam, vt ingreſſus eius dominis Prioribus fieret notus. Vnde die. 27. Martij annò domini. 1378. ſecunda hora noctis pulſatum fuit ad ianuam ipſam. Et cum quæreretur à cuſtodibus portæ, quiſnam eſſet, qui pulſaret reſponſum fuit. Aperite quàm citiſſimè, quia bona noua habemus, & oliuum, quod ex more portatur à nū D ciantibus pacem. Quam vocē perceperunt non ſolum cuſtodes portæ, ſed & alij. Et egredientes per portulam cœperunt clamare, & ipſi cum illis vocibus pacem habemus. Quæ quidem vox diffuſa eſt in breui per totam vrbem. Quamobrem homines de domibus ſuis egreſſi cum luminaribus diſcurrebant hincinde. Et ad palatiū dominorum currentes, & ſciſcitantes, non inuenerunt aliquem nuncium ad eos veniſſe, nec aliquid eos inde ſcire. Et quis detulerit talia noua nunquam potuit inueniri. Vnde & domini priores mandauerunt omnibus, vt domos intrarent E ſub grauioribus pœnis, nec aliquod ſignum facerent feſti, niſi prius pulſata campana communi.

Infirmatus eſt autem pontifex Gregorius illis diebus ex paſſione calculi, & in breui vita functus intenſiſſimis doloribus. Repertum eſt autem, ꝙ illa nocte & hora, qua fuit pulſatū ad oſtium portæ, & illa vox pacis audita, tunc migrauit à ſæculo. Eadem etiam hora mortis eius accēſus eſt ignis in palatio papæ Auenione, quo authore ignoratur, nec extingui valuit, quouſ- F que duæ partes eius combuſtæ eſſent. Cùm autem ex vrbe miſſæ fuiſſent literæ, præſentatæ. 29. Martij, ſignificantes infirmitatem mortiferā pontificis: ſubitò ſcripſerunt domino Barnabæ rem ipſam, mandantes oratoribus ſuis, quòd nil concluderent de pace, quia certam exiſtimabāt mortem papæ. Sicq́ue ea non perfecta omnes redierunt ad propria. Cardinalis etiam illuc directus, omnibus aliis omiſſis reuerſus eſt ad curiā Romanam, vt intereſſet electioni futuræ.

A.C. 1378.

De ſchiſmate durante triginta annis vſque ad concilium Conſtantienſe.

CAP. II.

GRegorio vndecimo rebus humanis exempto, anno domini. 1378. ab initio verò mundi. 5352. ſecundum maiorem numerum ſexies milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo factum eſt ſchiſma in Eccleſia Dei, quod diutius durauit, quà m aliud quodcunque, videlicet a per annos triginta & demum ablatum in concilio Conſtantienſi vniuerſaliter celebrato creatus eſt Martinus quintus vt patebit infrà. Cauſa autem ſchiſmatis hęcfuit & per hunc modum.

inf. c. 6. §. 3. Grauiſſimi in Eccleſia ſchiſmatis initia. Blō. Aemyl. & Naucl.

Solemnibus exequiis Gregorij vndecimi celebratis, principaliores ex Romanis congregati decreuerunt cardinales piè & inſtanter obſecrare, vt placeret eis in apoſtolicū eligere Romanū vel ſaltem Italicum. Statis enim eis videri Gallos regnaſſe in Romana ſede, iam ad eiues Romanos, Italoſque redire honorem illum congruum fore. Et ſecundum chron. non ſolum omnes ſimul cardinales adunatos, ſed & ſigillatim eorum quemlibet depræcabantur. Domini autem cardinales benignè eos audiebant, & reſponſa humana, generalia tamen eis exhibebār. Vulgus autem audacius loquebatur, per vicos & plateas clamitando, Romanum volumus. Quod cùm familiares cardinalium audientes dominis ſuis retuliſſent, conſiderantes conditionem illius populi Ramani pręcipitem & inconſideratam, vt torrentem impetuoſum, in tumultus & ſeditiones effluere, ſibiipſis pauere cœperunt. Vnde & cōmiſerunt hoc ſcilicet modum placandi Romanos, cardinali Lemouicenſi, qui magis practicus & ſagax inter omnes exiſtimabatur vltramontanos. Hic autem cardinalis ſibi amiciſſimum fecerat archiepiſcopum Barēſem, qui dicebatur dominus Bartholomęus qui ex auo Piſanus erat, ex patre Neapolitanus.

Romani aliquē Italū in Pōtificē eligi poſtulant.

Bartholomæus Barrenſis qui & Vrban' 6. quis & vnde fuerit.

Hic natus Neapoli & educatus, poſtquam adoleuerat Auenione in Romana curia diu verſatus, in magnis officiis, & non modico honore fuerat occupatus, dilectus ſatis à Romano pontifice, & cardinalibus. Hunc ergo accerſens cardinalis, vt aſtutum conſuluit, quid fieri poſſet vt populus Romanus quietaretur, & curia Romana ad Gallias rediret. Qui poſt plurima colloquia, reſpondit hoc eſſe remedium, vt vnū A nomine tantum, alium re & facto eligerent, quem poſtea ſublato periculo nominarent. Nec ei hoc diſplicuit verbū. Intrantes ergo cardinales in conclaue, & de prouidendo ſoliciti vacanti ſedi, poſt aliquot dies, cum Bartholomæum præfatum eligendum decernerent, ſolum ad Romanorum impetuoſum rumorem vitandum vt alio in loco tutior alium crearent, vnus ex cardinalibus, qui alium non ſperabat, quàm ſe intronizandum, notum fieri fecit ab extra vltramontanum electum. Quod cum vulgus ex B pectans audiſſet, furiis innectum conclaue fregit & cum minis & terroribus irruit in eos. Sed cùm didiciſſet Italicū electūm, ſcilicet Bartholomæum Barrenſem archiepiſcopum conquieuit ab inſolentiis deſiſtens.

A.C. 1378.

Leonardus tamen in fine lib. 8. hiſtor. Florē. ſic breuiter dicit: quòd cùm ingreſſi conclaue patres de ſucceſſore deligendo cogitarent inſurgens Romana plebs nullius certi hominis impulſu, ſed ſuopte ingenio permota, Romanum pontificem ex ciuibus Romanis, vel ſaltem ex Italicis creari debere clamitabat. Hæc dicta poſtulataque, cum non inconſona rationi viderentur, augetur tumultus, creſcenſque multitudo paulatim aduſque conclaue peruenit. C Patres conterriti, quoniam Romanus vel Italus eligi poſtulabatur, Bartholomęum archiepiſcopum Barrenſem, patria Neapolitanum elegerunt. Hunc & poſteris diebus ceſſante, iam metu venerati, vt pontificem perſeuetauerunt, principibus ac communitatibus per orbē (vt moris eſt) domini cardinales per ſuas literas ſolemnes intimarunt Bartholomæū (quem Vrbanum ſextum nuncuparunt) canonicè ab eis electum in Romanum antiſtitem.

Vrbanus 6. Pont. m. 204. ſed. a. 11. m. 6. d. 7. A.C. 1478.

Cardinales metu ceſſante Vrbanum Pontificē venerati ſunt.

Fuit autem in homine illo natura inquieta & dura. Et tunc præter ſpem ad tantæ dignitatis faſtigium ſubleuatus, intolerabilis videbatur. D Nulla patrib. gratia, ꝙ ſe potiſſimū delegiſſent, nulla humanitas, nulla conciliatio animorum, ſed contumax, & minabundus, & aſper, malebat vitari & metui potius quàm diligi. Ea peruerſitas patres induxit metu & indignatione aliorſum reſpicere. Itaque clam inter ſe de electione conqueſti cum & metum & violentiam populi Romani accuſarent, abire à nouo pontifice omnes ferme cœperunt (poſt aliquot tamen menſes à die electionis factæ.) Nam vt dicitur in chr. electio eius fuit celebrata. 8. Aprilis, 1378. & mēſe Iulij ſequentis receſſerunt quatuordecim car E dinales ab eo præcipuè ex vltramontanis primò per gentes ad ciuitatem Anagniæ, cùm papa tūc eſſet in Tyburtina ciuitate, & ex Anagnia mox ad ciuitatem Fundorum, quæ eſt in principio regni, confinem Campaniæ (Regina enim Apuliæ Ioanna cum percepiſſet cardinales malè contētos, & minus quietos de electione facta per eos, ac etiam ſuſpectum haberet ipſum Vrbanum ne ſibi aduerſaretur in facto regni ſui, ad quod Carolus ius in eo prætendens habere, aſpiciebat, eis vt dicitur, ſecretè ſignificauit ad ciuitates regni tutè poſſe accedere, ſi quid aliter prouide F re diſponerent, vnde & de ſecuritate confiſi illuc acceſſerunt.

Florentini autem receptis literis de electione Vrbani, quàm citiſſimè deſtinarunt oratores,

a Hoc ſchiſma, quod omnium ſine controuerſia, teterrimum, & pernicioſiſſimum fuiſſe conſtat, non triginta modo annos, ſed. 44. perdurauit. Nam quamuis in concilio Conſtantienſi Gregorius 12. & Ioannes dictus 23. ſpontè Papatui renunciarint, & Martinus 5. legitimè fuerit in eodem concilio creatus & conſecratus (vt videbimus infrà cap. 7.) tamen Petrus de Luna dictus Benedictus 13. poſt illud etiam concilium in Schiſmate perſeuerauit. Eoque mortuo Aegidius Munionis, Clemens 8. appellatus contra Martinum electus eſt. Illo tandem A.C. 1428. abdicante Schiſma illud fuit penitus ſublatum. Ex Onuph.

A.C. 1378.

octo duos milites, duos iuriſpetitos, & alios quatuor ciues, omnes de nobilibus familiis, qui in ſolenni apparatu Vrbanum viſitarent de ſua aſſumptione congratulantes, deuotam ei obedientiam, vti Chriſti vicario offerentes, demum ſuam ei commendantes communitatem & filiam prædilectam. Poſt receſſum eorum ab vrbe euenit dictorum cardinalium rebellio. Quatuor ex cardinalibus Italicis, ſcilicet Vrſinus Mediolanenſis, Florentinus, & alius quidam, quæſierunt ponere concordiam inter Vrbanum & cardinales, ſed non valuerunt. Vnde demum in Septembri ſequenti, qui Fundis erant congregati cardinales, nouam prouiſionem ediderunt, eligentes cardinalem Gebennenſem qui legatus factus in Italiam intrauit cum Britonibus & Anglicis vt ſuprà dictum eſt, & Clementem ſeptimum nuncuparunt, per orbem litteris diſſeminantes, hanc eſſe canonicã electionem, quia liberam, non illam Vrbani, vt pote, quia violentam & coactam. Et idem inchoatum eſt ſchiſma peſſimum, vt duo dicerentur capita in eccleſia Dei, Vrbanus & Clemens. Vrbano, vt vero pontifici adhæſit Italia Alemannia, & Vngaria: Clementi verò Francia, Hiſpania, & Cathalonia. Aſſerebant obedientiales Clemẽtis ſuum eſſe verum papam ex electione eius canonica, vt pote libera non coacta, non illam Vrbani, quia metu coactam, & ideo ipſum antipapam, & eius ſequaces ſchiſmaticos, & excommunicatos. Econtrario obedientes Vrbano Clementem affirmabant apoſtaticum, non apoſtolicum, cum electio Vrbani fuerit canonica, & hoc proteſtati fuerunt electores ipſi per vniuerſum orbem literis ſuis. Et ſi fuiſſet illatus eis metus cadens in conſtantem virum, tamen quia poſtea ſublata cauſa metus, & data plena libertate reclamandi nihil fecerunt, ſed ratum oſtenderunt habere & gratum, ac voluntarium, quod factum erat, cum per menſem poſt factum Vrbanum venerati ſunt, vt Petri ſucceſſorem & Chriſti vicarium, & id ipſum toti orbi notum fecerunt, & ideo ſchiſmaticos & excommunicatos eius [Clementis ſcilicet] ſequaces & obedientes.

Antipapa. ſup. c. 1. §. 1.

Electio Vrbani fuit Canonica & quare.

Multæ diſputationes factæ ſunt circa iſtam materiam, multi libelli editi pro vtriuſque partis defenſione. Peritiſſimos viros in ſacra pagina,[a] & iure canonico habuit toto tempore illo

Io. Gerſon in lege quomodo quis ſe debeat habere tempore ſchiſmatis.

A quo durauit id ſchiſma, vtraque pars ſeu obedientia, ac etiam religioſiſſimos viros: & (quod maius eſt) etiam miraculis fulgentes, nec vnquam ſic potuit quæſtio illa decidi, quin ſemper remaneret apud plurimos dubia. Nam & ſi neceſſarium ſit credere, ſicut vnam eſſe catholicam eccleſiam, non plures: ita & vnicum eius paſtorem vicarium Chriſti, iuxta id Io. x. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor: tamen ſi contingit plures pro ſchiſma creari ſeu nominari pontifices ſummos vno & eodem tempore, B non videtur ſaluti neceſſarium credere iſtum eſſe vel illum, ſed alterum eorum, qui ſcilicet fuerit canonicè aſſumptus. Quis autem fuerit canonice electus, non tenetur quis ſcire, ſicut nec ius canonicum, ſed in hoc populi ſequi poſſunt maiores ſuos ſeu prælatos. Hæc incidenter dicta ſunt in breui, & ſi non pertineat hoc ad materiam hiſtoriæ.

Neceſſarium eſt credere vnicum eſſe in Eccleſia Paſtorem.

Vrbani Pont. & Clementis Antipapæ geſta. A.C. 1379.

§. I.

C CLEMENS ille, ſic nuncupatus in obedientia ſua cum ſua curia reuerſus eſt in Galliam Auenione reſidentiam ſtatuens. Vrbanus verò Romam reuerſus multos inſtituit Cardinales. E quibus vnum deſtinauit in Alemanniam, ad inducendum nationem illam ad deuotionem & obedientiam ipſius Vrbani. Multiplicauit & Clemens vocatus, cardinales è diuerſis partibus nouos aſſumens. Cum autem vnus eorum Auenione ſermocinaretur publicè contra Vrbanum niſus probare eum non eſſe verum papam, ſubita morte extinctus eſt, quaſi in vindictam ſuæ falſæ probationis. Scit tamen D Deus, an vera, an falſa fuerit probatio.

Vrbanus verò interdictum, & alias cenſuras prolatas à Gregorio vndecimo contra Florentinos relaxauit, & pacem cum eis fecit, & cum Perusinis, & aliis ciuitatibus, quæ ſe rebellarant eccleſiæ, tẽpore Gregorij ſui prædeceſſoris. Sex autem ex cardinalibus, qui eum elegerant, & poſtea ſchiſma fecerant, captos ad ſui inſtantiam Nuceriæ carceribus mancipauit, & non multo poſt necari fecit.

Florentinus à cenſuris liberantur. A. C. 1380.

Indignatuſque contra reginam Ioannam, quia locum præſtiterat ad faciendum ſchiſma, E & Clementi obedientiam exhibuerat, & aliis cauſis ſuperinductis criminalibus, eam regno Apuliæ priuauit & Carolum Francorum progenie ſapia regnum genitum ex Vngaria aſſumptum, ad vrbem accedentem in regem Apuliæ inunxit. Qui adiutus à Ludouico rege Vngariæ germano Andreæ, coniugis olim ipſius Ioannæ, quem illa necari fecerat, in pecuniis & bellatoribus, intrauit Apuliam, regnum obtinens ſine multa reſiſtentia. Ipſamque reginam Ioannam F captam in vltionem eius, quod ipſa marito egerat, ſtrangulari mandauit. Carolus autem, poſtquam potitus eſt regno, exortis diſcordiis inter ipſum & Vrbanum ſuper quibuſdam negotiis adeo ingratus fuit erga Vrbanum, vt in caſtro

Carolus 3. Apuliæ rex. A.C. 1381.

a *Baldus peritiſſimus iuris ciuilis, pontificijque interpres. ſuper tanta re eaque recenti conſultus aliquando poſt edidit Vrbanũ ſibi videri Pontificẽ, quod Purpurati in ipſo negotio prædicaſſent, vt orbi terrarũ cõſulerent, ſimulque Bartholomæũ ſcirẽt pontificio faſtigio ferendo eſſe, ac ſacræ aulæ peritum, iccirco ſe illum deligere. Præterea eo mouetur Baldus, quod poſt deſignationẽ eius cũ inter tumultum diuerſi patres alij in arcem Adriani alij extra vrbem conceſſiſſent, reliqui in vrbem in ædes quiſque ſuas ſe recepiſſent, conticente tandem tumultu ad Vrbanum regreſſi, cum inſignibus ſummi Pontificatus magna excoluerint cæremonia, quod his verbis, his factis, his ſententiis orbem terræ repleuerint, vt totus ferè orbis terræ ita ſit opinatus. Hæc ferè Baldi verba. Ioannes quoque Lignanus ſacri iuris conſultus cauſam Vrbani ſcriptis defendit. Contra ædis Vedaſti abbas idem à concilio regis Franci monumentis litterarum Vrbanũ dãnat. Aem. Baldi ſententiam veriorẽ eſſe p[ut]at D. Anto. & cæteros hiſtoricos qui in ordine veterum Pontificum Vrbanũ r[eferunt] cenſeri, Clementem vero omnes ſchiſmaticos & Apoſtaticos etiam oſtendit Sander. lib. 9. de viſ. b. mon.*

A.C. 1379.

A.C. 1382.

caſtro Nuceriæ eum faceret detineri, ſed ſagacitate quorumdam in habitu trausformato manus eius euaſit liber à cuſtodia.

Ludouic° Andegauiæ dux Apuliæ regnum inuadit.

Anno verò Domini. 1382. a Ludouicus dux Andegauiæ, & regis Francorum frater, quinquaginta quinque millia ferme equitum in Italiam ducit: & Apuliæ regnum ad ipſum pertinere prætendens, contra Carolum dimicat per biennium. Et in fine biennij Ludouicus ipſe de hac luce migrauit. Ex cuius morte copiis ſuis diſſolutis partim redeuntibus ad propria, partim morbo & diuerſis calamitatibus conſumptis, ad nihilum tantus conatus eſt deductus, & Carolus remanſit in regno quietus.

Alter quoque Ludouicus (qui ſcilicet erat rex Vngariæ, eo tempore defunctus eſt, non relinquens ſobolem virilem. Proceres autem regni nimis ægrè ferentes gubernationem reginæ relictæ eius, Carolum Apuliæ regem vocauerunt in regem Vngariæ, vt conſanguineum Ludouici, & ad hoc miſerunt oratores ſuos. Carolus autem acceptata electione ſua, cum iam ex vxore ſua Margarita duos pueros ſuſcepiſſet, vnum marem nomine Venceſlaum, alterum fœminam Ioannam nomine, gubernationem regni Apuliæ vxori reginæ dimiſit cum conſiliariis ſuis, & amicis, & infantulos ab ea educandos. Et in Vngariam profectus cum decenti comitatu, poſtquam applicuit, de communi conſenſu principum & populorum coronam accepit Vngariæ. Sed poſt paucos dies dolo reginæ relictæ Ludouici hoc nimis moleſtè ferentis, & amicorum eius interfectus eſt, forte in vindictā ſceleris in Vrbanum perpetrati.

Carolus Apuliæ & Vngariæ rex trucidatur.

Apuliæ regnum variè ſcinditur.

Regnum autem Apuliæ per mortem [b] eius, & ſchiſma valdè ſciſſum conquaſſatum, & debilitatum eſt. Nam ciuitates plurimæ ſe rebellantes tenebant partes ducis Andegauiæ. Aliæ verò per ſe vſurpabant dominia, multique tyranni ibi multiplicati ſunt. Pauciſſimi verò permanſerunt fideles cum regina Margarita: & pueris eius, præcipuè autem ciuitas Caietana. Adoleſcens Venceſlaus ab æmulis ſuis veneno potionatus eſt, ſed cura exactiſſima medicorum, & medicinę mortem euaſit. Iuuenis factus & bellicoſus, cœpit bella mouere contra occupantes ciuitates regni, tyrannos extingere, omneſque ciuitates & oppida ſibi ſubiicere, inimicos captos carceribus mancipare. ſed hæc poſt multos annos, vnde per anticipationem hic dicuntur.

A.C. 1383. Venceſla° hic dicitur infra cap. 3. ante §. 1. Ladiſlaus.

Regis Venceſlai geſta.

a Hic Ludouicus fuit filius Ioannis ſecundi Francorum Regis, de quo ſuprà tit. 21. cap. 9. §. 6. fuit autem frater Caroli 8. alias 5. cognomento ſapientis, Francorum Regis, qui poſt mortem Ioannis Patris, fuit Francorum Rex 69. Onuphrio. 51. Aemylio & aliis, Coronatus A. C. 1365. Regnauitque an. 16. menſes & dies aliquot, qui & obiit A. D. 1381. Ludouicus verò Andegauenſis à Ioanna Regina Siciliæ adoptatus auctore Clemente VI. Pſeudo Pontifice, fuit ne ipſa ſui ſtudioſiſſima euerteretur. Aemyl. lib. 9. & Onuphr. Cæterum poſt Ioannæ mortem titulo tenus contra Carolum tertium regnauit an. 2. m. 2. d. 9. Carolus porro tertius Ludouici Ducis Dirrachij filius pronepos Caroli Secundi Regis Siciliæ, Rex Hieruſalem, & vtriuſque Siciliæ ab Vrbano Papa Sexto creatus & coronatus, capta & occiſa Regina Ioanna pacificè regnauit in Apulia ann. 4. m. 8. d. 27. in Hungaria extinctus A. C. 1386. vide infrà cap. 2. § 15.

a Poſt mortem Ludouici Andegauenſis Ludouicus Secundus Poſthumus eius filius, regni Siciliæ titulū aſſumpſit contra Carolum tertium & Venceſlaum, ſeu Ladiſlaum ipſius filium, qui Ladiſlaus mortuo patre ſuo, adhuc puer ſub tutela matris Margaretæ, Rex Siciliæ creatus eſt A. C. 1386. regnauitque contra Ludouicum. 2. ann. 28. m. 5. d. 11. Ex Onuphrio.

Redit ad hiſtoriam Florentinam. Leonar. Aretin. A. C. 1378.

§. II.

AD geſta Florentinorum per ea tempora redeundo, vt narrat Leon. in hiſtoria Florentinorum libro nono in principio. Mortuo Gregorio vndecimo quod fuit anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octauo, turbatio Eccleſiæ ſequens fecit, vt de pace vel bello cum Florentinis non amplius cogitaretur. Itaque depoſita ſunt hinc inde arma. Sed externam pacem inteſtinæ confeſtim diſcordiæ ſunt ſecutæ, quæ quantum nunquam antea ciuitatem turbarunt. Fluxit autem earum origo ex huiuſcemodi cauſa. Octo viros, qui publica authoritate ad curam belli ab initio creati fuerant, ſiue forte ſiue conſilio ex eo genere ciuium fieri illos contigit, qui ad plebem magis inclinari videbantur. Itaque neque primo ſtatim tempore ſatis grata quibuſdam optimatibus eorum creatio fuerat, & auxit mox inuidiam continuatio magiſtratus pluries in eiſdem hominibus prorogat. Attulerat verò carpendi improbandique materiam pontificis offenſio, & ciuitati moleſta ſacrorum interdictio, vexatioque & direptio Florentinorum ciuium in diuerſis locis per orbem terrarum facta: vt multiplicatis hominum querelis non deeſſent iam, qui octo viros eorumque res geſtas, totamque huius rei adminiſtrationem palam deteſtarentur. At enim plebs, & altera pars ciuium octo viros fauebant, eorumque res geſtas incredibili fauore proſequebantur.

Diſcordię ciuilis inter Florentinos origo.

Optimates ergo, quo potentiam octo virorum fautoreſque eorum deprimerent, antiquam ciuitatis controuerſiam renouarunt, & per duces optimarum partium quoſdam, qua ſi maiores ſui diuerſarum partium fuiſſent, ab honoribus reip. remouere cœperunt. Habebant verò ad hoc ipſum coniunctam nobilitatis voluntatem, & operam. Qui cum inter duces optimarum partium eſſent, promptiſſimè ad notandum, deponendumque populares homines concurrebant. Nec modus aut moleſtia erat in rebus, merēteſque & immerētes peruadebātur.

Monitoria lex qualis & quomodo lata.

A.C. 1378.

Qui notati fuiſſent, admonitos nuncupabant A eos quaſi moniti eſſent, ne magiſtratum inirent vt pote declarati inhabiles ad reipubl. honores ſuſcipiendos.

Hæc igitur monitoria lex durante bello immodicè exercitata per multoſque vagata ciues, incredibile eſt, quantum ciuitatem quaſſauerit, & vacillantem reddiderit reipu. formam. Sopito deinde per pontificis obitum cum eccleſia bello, Syluеſter Medix, qui tunc vexillifer fuit iuſtitiæ, emendare prolapſam rem ac frænum monitoriæ legi imponere ſtatuitur. Ad id verò cum aliam legem promulgaſſet, nec deeſſent, qui refragaturi viderentur: plebs ac multitudo vrbana iampridem infenſa nunc ob hoc ipſum erecta populari furore ad ædes illorum: qui legem B monitoriam exercuerant, decurrit, iniectiſque flammis eas deflagrauit, viros quoque deletura ſi eos nacta fuiſſet. Sed illi metu cedentes partim ſeſe abdiderant intra vrbem, partim extra vrbem profugerant. Ita lex perlata eſt, & admonendi notandique ciues finis impoſitus. Poſthæc relegati quidam ſunt, ex eo ipſo hominum genere, quos multitudo deiecerat, nonnulli etiam in exilium acti, aliis verò inter grandiores familias adductis adminiſtratio reipu. eſt eis per petuò interdicta. Octoginta inde viri creati, qui eorum, qui admoniti fuiſſent, querimonias audirent, & quod perperam factum eſſet, emendarent. Per hunc modum ſub his Prioribus ſtatus reipub. mutationem ſuſcepit.

Sylueſter Medix vexillifer.

Fœdiſſimæ ciuium Florentinorum per ignobile vulgus oppreſſiones. Ioann. Villan.

§. III.

HVIVS Sylueſtri vexilliferi tempore, qui bonum reip. intendebat, anno ſcilicet Domini. 1378. menſe Iunij. ciuitas tota fuit ſub armis, clamantibus multis, Viuat populus & libertas, & moriantur tyranni. Ad quem clamorem concurrerunt artifices omnes, cum ſuis vexillis ad plateam dominorum. Et inde populus procedens perrexit ad domos ciuium, qui admonuerant multos iniuſtè, rabidique nuncupati fuerant, & depredatis illis combuſſerunt. Inter quos fuerunt Carolus Stroza, Lapus de Caſtiliūco doctor iuris, cum ſeptem aliis. Dominus Philippus de Corſinis fuit ſpoliatus rebus ſuis. Monaſterium Angelorum, vbi multa ſubſtantia ciuium fuerat occulta, fuit à populo E depredatum, & vnus conuerſus eorum occiſus. Quæſierunt etiam comburere libros cameræ montis, ſed Priores reſtiterunt eis.

Priores autem audientes, quòd quidam Flandrenſes, textores pannorum, volebant ciuitatem prædæ exponere, miſerunt familias rectorum cum ſtipendiariis & ciuibus per ciuitatem, & quatuor ex illis textoribus in diuerſis locis ſuſpenderunt, & ſic ceſſauit predatio omnis. Hæc in Chronic. Floren.

His verò Priores alij ſucceſſere, qui cum aliquot dies in magiſtratu fuiſſent, & conſtituta proſequerent, multitudo vrbana, egenteſque plerique, ac ex minima plebe homines, iampridem per diſcordias maiorum ſubleuati, ciuium conuentus agere nocturnos, ac de vendicandis ſibi honoribus tractare cœperant. Denique ſibi in ciuitate, & locum in prioratu conſtituerant petere. Id cum reſcitum eſſet, Priores quatuor ex [eorum] numero corripi iuſſerunt, quo veritas agitatorum exprimeretur, pœnaſque darent quòd priuatim de republ. innouanda, tractarus habuiſſent. At enim plebs, & multitudo conſurgens, ſtatim ad ædes Priorum globo facto, captiuos reddi ſibi minabunda poſtulauit. Et quia id tardabatur, ædes Loyſij Guiccardini (is enim tunc vexillifer iuſtitiæ erat) incendit. Inde per vrbem quaſi victrix diſcurrens, domos locupletum pluribus locis cremauit. Magiſtratum verò quemdam ad compeſcendum eorum motus paulò ante creatum in publicam aream tractum in oculis Priorum laqueo ſuſpendit, laceraitque. Poſtera deinde die eadem multitudo augeſcens, ædes Poteſtatis expugnauit diripuitque ab eo mox furore ad ædes Priorum reuerſa Priores ipſos magiſtratus ſe abdicare compulit, & in priuatam formam redactos, exauthoratoſque domum remiſit.

A.C. 1378.

Plebis Florentina in ipſos vibis magiſtratus cō motio. Le. Aret.

Nam cum percepiſſent Priores (vt dicitur in Chronico.) quòd miniſtri artis lanæ quærerent rumores in vrbe ſuſcitare, miſerunt pro quatuor principalioribus ex eis: qui adducti & tor C ti cōfeſſi ſunt coniurationem eorum de nocte. Sed mane facto die xx. Iulij eiuſdem anni, vna magna multitudo infimæ plebis habitantium in Camaldulis, & erga Eccleſiam Petri Catellini congregata ad lignum datum cuiuſdam campanæ, & alia multitudo ſimilium habitantium in Pellettrio, cucurrerunt ad plateam dominorum, clamantes: Viuat populus, & captos illos quatuor omnino poſtulantes dimitti. Et quia non ſubitò dederunt, ſed reſiſtebant, furiis inuecti accedentes ad domum vexilliferi, ſcilicet Domini Loyſij: eam cum ſubſtantia combuſſerunt. Et redeuntes ad plateam cum D iterum illos repetiiſſent, liberi dimiſſi ſunt. Poſt hæc euntes ad domum executoris, arripuerunt vexillum iuſtitiæ, quòd ibi tenebatur. Et diſcurrentes per vrbem, combuſſerunt domos multorum ciuiū, totamque diem illam in huiuſmodi rapinis & incendiis expenderūt. Clamabantque fieri debere plures milites. Fecerūt que fieri circa ſexaginta milites de diuerſo genere hominum aliquos etiam inuitos. Fecerunt que triginta ſyndicos populi minuti. Petebant etiam libros montis comburi, aut creditoribus intra decem annos capitale reſtitui ſine intereſ E ſe. Continuè in maiorem audaciam prorumpentes, acceſſerunt ad palatium poteſtatis, qui per horā reſiſtens deinde intrare permiſit. Qui ſuæ perſonæ, vel familiæ ſuæ nullam iniuriam inferentes, combuſſerunt ſtatuta, & omnem ſcripturam ibi inuentam, idem facientes de ſcriptuтis artis lanæ & officialis gratiæ. Reuerſi ad palatium porrigebant certas petitiones pro populo acceptari. Et quia minabantur etiam Dominis & collegis, ſi non exaudirentur, omF nia ad votum eis fiebant timore potius, quàm ratione. Demum poſtularunt, quòd volebant ingredi palatium, & quòd Domini Priores deponerent officium redeundo ad domos ſuas. Et promiſſa eis ſecuritate vitæ egreſſi ſunt Priores & popu

Plebs quid faciēdum conſtituerit.

Libri montis ſunt libri pecuniarum publicè creditarū. Intereſſe i. fœnus.

A.C. 1378. & populus intrans palatium fecit vexilliferum A iuſtitiæ & alia prout dicitur in §. ſequenti.

Plebs infima Florentiæ rempu. conſtituit. Leon. Aret.

§. IIII.

IPSA verò multitudo palatium victrix ingreſſa, vexilliferũ iuſtitiæ ſibi creauit Michaelem Landi, hominem ex infima plebe. Sacculos verò ſuffragiorum, in quibus nomina erãt incluſa omnes conflagrauit. Eademque ipſa die concio populi aduocata, multa nouiter conſtituit circa reipu. gubernationem. Et illud in primis, vt vexillifer iuſtitiæ per omne tempus non ex alio hominum genere, quàm ex infima plebe ſumeretur. Collegia verò noua in ciuitate conſtituit. Et Michaeli vexillifero iuſtitiæ, vna cum ſyndicis collegiorum Priores ſibi deligendi eſt poteſtas permiſſa. Hi Priores elegerunt mixtos ex omni colluuione ciuiũ. Plebs tamen & multitudo in cunctis dominabatur, ſortitiones inde refectæ ſatis diligenter & accuratè reficiendis aſſuere priores vexillifer iuſtitiæ, vexilliferi ſocietatum populi, octoviri, qui belli curam habuerant, ſyndici atrium ſingularum, his additi nominatim Syluester Medix, & Benedictus Albertitius ambo ad equeſtrem dignitatem aſſumpti. Per hos ſortitiones refectæ. Multi præterea ciues ex diuerſa factione per eos dies in exiliũ acti, multi ad tempus relegati.

Plebis concitatæ imperiũ quã pernicioſum.

Inter hæc motus quidam noui per ſingulos dies oriebantur, vt pote in ciuitate populoſa, & D multitudine concitata, & ad nouas ſpes erecta, aliis diripere bona locupletum, aliis inimicum vlciſci, aliis potentiam ſibi comparare properantibus. Id perpetuum eſſe documẽtum poteſt præſtãtib. in ciuitate viris, ne motũ & arma in arbitriũ multitudinis deuenire patiantur. Neq; n. retineri poſſunt cũ ceperint ſemel frænum abrũpere, & plus ſe poſſe credũt, quia plures ſunt. Cauenda verò maximè videntur principia ſeditionum inter primarios ciues, ex illis enim ad iſta deuenitur. Monitoriam legem confitentur omnes pernicioſam, deteſtandamque fuiſſe. Sed dũ eam corrigere voluit Syluester Medix, vir ex familia nobili, ampla, & locuplete, maiorẽ in rẽpub. labem induxit. præter propoſitum enim, & credulitatem ſuam egẽtes, & opifices, & infimæ ſortis homines facti ſunt domini ciuitatis. Ita dum paucis admonitis ſuccedere vult, familiam ſuam & omnes ſibi ſimiles dignitate ſpoliauit, & temeritati multitudinis concitatæ ſubiecit. Neque enim finis erat effrænatarum volũtatum egentium hominũ & facinoroſorum, qui arma tenentes locupletum & honeſtorum hominum fortunis cupidiſſimè inhiatũt, nec aliud quàm rapinas cædéſque & expulſiones ciuium F meditabantur.

Syluester Medix au ctor ſeditionum.

Michael Lãdus Florentinæ libertatis aſſertor.

Quod niſi Michaelis vexilliferri virtus & conſtantia reſtitiſſet, ſupremum id excidium ciuitati fuiſſet. Eum virum etſi ex infima plebe, ex ipſóque opificio prognatum, tamen diuina ſorte præfectum ciuitati illis turbulentis tẽporibus dixerim. Semper enim ſe indignis cupiditatibus oppoſuit ſemper frænum incuſſit malignis voluntatibus, monendo, cohortando, caſtigando compeſcuit. Et inerat authoritas quædam natiua, & forma viri non illiberabilis. Et accedebat, quòd per adoleſcentiæ tempora aliquot annis per Galliam militauerat. Itaque nõ domeſtica ruditate ignarus, ſed externa quoque experientia ingens, pariter ſimul & callidè in rebus agendis verſabatur. Per extremos magiſtratus ſui dies, multitudo rurſus concita raptis repentè armis ad Priorum ædes peruenit. Ibi cùm aream publicam armatorum multitudine compleſſet, magnis clamoribus, vt Priores deſcenderent in concionem, ad leges ferendas poſtulabant. Erant verò leges, quas ferri volebant, pernicioſę atque iniquæ. Nihil enim illo tempore moderatum cogitabatur. Priores in eo planè cõſtantes neque ceſſerunt eorum vocibus, vt eorũ prædeceſſores, nec multitudinem intra ædes recipere voluerunt: ſed clauſis foribus cuſtoditiſque aditibus deſuper reſponderunt, vt abirent armáque deponerent, curæ Priorib. fore, vt propediem illa, quæ cupiant legitimè ſtatuantur. Multitudo igitur per hunc modum abiens cùm ſe deluſam exiſtimaret, conuentus agere maiores cœpit. Denique octoviris ex omni colluuione creatis, apud cõuentum Prædicatorum ſedẽ eorum locauit. His & ſcribæ, & apparitores. inſtar legitimi magiſtratus attributi, & in conſilium, qui forẽt ciues delecti, & tractari poſt hęc ab iis de rep. cœptum, multáque & prouiſa & conſtituta. Increuerátque authoritas metu, vt iã octoviri illi bello præfecti, & alij ampliſſimi viri non ſine reuerentia illos adirent.

Alia plebis infimæ cõmotio.

Principatus nõ eſt bonus.

Cùm eſſent in ciuitate duo capita, & quæ alij ſtatuiſſent, alteri irritarent, confuſio quædam rerum & deſperatio ſequebatur. Octo tamen viri multitudine armatorum ſuffulti, præualere Prioribus putabantur. In tantumque audaciæ proceſſerunt vt tandem quoſdam ex ſuis apparitoribus, & cum eis ſcribam ad Priores mitterent, poſtulantes vt in conſtituta ſua, decretaq; iurarent. Cùm veniſſent autem illi ad priores, ac mandata expoſuiſſent, & iuſiurandum poſcerent, formidantibus cæteris, ac iurare parantibus, vexillifer iuſtitiæ Michael Landi ferens hoc indignè ſtricto gladio protinus in eos ruit, faciémque vnius magno vulnere cæſam percuſſit, alterum verò transfixit, cæteros fugientes inſecutus per ſcalas ædium præcipites egit. Excitis deinde in arma ciuibus, globóque bonorum facto, ipſe cum vexillo iuſtitiæ prodiens, armatus equo inſigni vectus, certiſſimo dimicandi animo ad conuentum prædicatorum proficiſcitur: vbi ſedes erat aduerſariorum, nec eos ibi reperit. Illi enim contumelia ſuorum intellecta, confeſtim multitudinem conuocauerat, & armati magnis agminibus vel vrbem profecti alia via Priorum ædes minabundi petierant.

Michael Landi ferociter agit.

Vexillifer ergo iuſtitiæ cum eos nec apud ſedem ſuam, nec alibi per vrbem reperiſſet, ad ædes Priorum reuertitur. Ibi tandem octo viros, & infima plebem armatam offendit. Erat verò multitudo maxima ex omni officina

&

A.C. 1380. & quatuor viros ciuitatis cuſtodiæ præficere quibus & militem conductũ: & vrbanã multitudinem parere iuſſerunt. Fuerunt autem Thomaſius Siroza, & Benedictus Alberti, hi ambo equites, alij duo ex plebe obſcuri generis.

Cùm verò de coniuratione quæreretur, nullum in captiuis crimen, nec rei notitia reperiebatur, nec tenuiores quidam homines, qui ab initio capti fuerant, quemquam eorum nominabant. Quamobrem cùm ſatis eſſet manifeſtum ob ſuſpitionem ſolummodo illos eſſe captos attingere illos magiſtratus nolebat. Verùm inimici aduerſariique eorum in republica & ferociores quidam ex plebe homines magiſtratum criminando plebemque concitando atque vrgendo, non prius deſtiterunt, quàm cõcurſu multitudinis vi propè adhibita ſupplicio vltimo afficiuntur. Ex hoc iam miſeranda quædã ciuitatis conditio erat, & plenę pauoris atque odij mentes, vt potè ad ſanguinem verſa: magnis & innocentibus viris ſupplicio affectis. Depoſuit arma plebs, & in ſuam quiſque domum reuerſus eſt.

Nobiles Florentini ob ſol[am] coniurationem ſuſpitionem ſupplicio afficiuntur.

Nec multis poſt diebus, dum comitia nouis prioribus ſortiendis haberent, reſumpta rurſus arma ſunt, verentibus qui rempub. tenebant, ne quis diuerſa ſentiens ad magiſtratum ſumeretur, & idipſum vi & armis vitare properantibus cumque ſecundum comitia noui magiſtratus iniſſent, ſuadentibus quatuor viris cuſtodiæ vrbis profectis, ne qua ſuſpicio in poſterum ſortitionibus ineſſet ſex & quadraginta viros creari placuit: qui vnà cum Prioribus collegiſque, purgandis diluendiſque ſuſpicionibus prouiderent, vt quieti otioque ciuiũ proſpicerent. Hi pluribus diebus re arcanè diſcuſſa, tandem vnum de quadraginta hominibus vetuerunt ad triennium accipere magiſtratũ. Viginti præterea ex nobilitate ad plebem, totidem ex plebe in grãdiores familias traduxere. Multa insuper contra exules eorumque patrimonia ſunt ab eis, & pleraque omnia malignè conſtituta. Et res quidem domi turbulentiſſimę erant, foris autem per hæc ipſa tempora metus ingens augebatur, quòd præfectus Caroli, de quo ſupra diximus, ex Bononia Ariminum perueniſſe atque inde in Hetruriam venire nunciabatur, magnámque Florentinorum exulum manum illum ſequi affirmabant. Ea formido effecit, vt Ioannes Auguſtinus tunc primum dux belli à ciuitate deligeretur.

Magnæ in Italia copiæ Caroli nomine conueniunt. Leon. Aret. Ioan. Vil. A.C. 1380.

§. VI.

PRincipio inſequentis anni, ſcilicet. 1380. ingentes copiæ in agro Senenſi conueniſſe ferebantur. Itali, quibus præerat Albericus Barbianenſis comes, & Germani & Vngari. Omnes hæ copię per Italiam Carolo parabantur. Confluxerat ad hos exulum multitudo ingens magna ſpe in vrbem redeundi. Senenſes autem cum ager eorum ab his vaſtaretur, tandem pecunia tradita, vt inde abirent, paciſcuntur. Idem faciunt Piſani, ne ſuum agrum inuadant. Florentini cum has Senenſium Piſanorúmque pactiones audiſſent, ipſi quoque oratoribus ſuis in agrum Senenſem miſſis, pecunia decidere tentauerũt. Id verò ſiue maiore ſpe rerum ſiue maleuolentia, & odijs iam contractis, non eſt à præfecto Caroli receptum: ſed modo id poſtulatum, vt patrimonia exulibus reſtituerentur, quæ publicata fuerant, eorumque reditus poſt annum arbitratu Caroli ponerentur, vnde iter eorum in agrum Lucenſem fore demonſtrabant. Conqueſtus tamen eſt grauiſſimè Caroli præfectus, de calumnia ſibi iniuſtè illata, in ciuibus Florentinis, innocentibus quidem, & cum quibus nullam rem penitus habuiſſet necatis & de querela Bononienſibus facta, propter quam dimiſſus ab eis inclementer fuiſſet. Hæc ab illo dicta offenſionem animi ſignificabant maiorem, quàm verbis proferretur. Itaque ex agro in vrbem muniaque loca res inferri iuſſerunt, vt minus prædæ, vel damni illi poſſent afferre, & à Bononienſibus cæteriſque ſocijs auxilia poſtularunt: ducémque belli Ioannem Auguſtinum tunc primò delectum celeriter venire iuſſerunt.

Florentini vexatione redimere ſe cupiunt.

Et cùm præfectus cum ſuis copiis ad Elſam fluuium, & ex eo ad Peſam ad nouem milliaria Florentiam appropinquaſſet, quibuſdam rapinis, & incendiis peractis & rixis cum Florentinorum equitibus, nullúſque motus ob eorum appropinquationem appareret, quem illi quaſi expectabant in ciuitate fieri, hincinde per diuerſa loca vicina extra territorium Florentinorum diſcurrebant.

Per medium autem illius anni Carolus ex Vngaria intrauit Italiam, Ariminum applicans, qui ſecum habebat ſeptem millia Vngarorum, & Italici generis circiter mille. Oratores autem ab eo ſub primo ſtatim aduentu Florentiam miſſi ſunt. Hi exponentes cauſam ſuæ legationis inchoarunt à rememoratione cõiunctionis, quam ſemper domus regia habuerat cum populo Florentino, & duo tantummodo capita virilis ſtirpis ex vna progenie ſupereſſe, Ludouicũ ſcilicet Andegauiæ ducem, & Carolum docuerunt. Ad Carolum verò ex conceſſione Ludouici, & pontificis Romani decreto regnum ſcilicet perueniſſe, quandoquidem Ioanna regina multis ſe alioquin ſceleribus, & nunc ad extremum ſchiſmaticis abominationibus inquinaperit. Veniſſe ergo in Italiã Carolum, vt regnũ ſibi debitum ab iniuſto poſſeſſore extorqueret, & idcirco petere à Florentino populo, vt pro antiqua domus beneuolẽtia, pro pollicitatione dudũ facta, fœdus ſecum inear, & viribus pecuniiſque perſoueat ad regni conſecutionem.

Legatorũ Caroli poſtulata & Florẽtinorũ reſponſio.

Sed legatis primò reſponſum eſt à Florentinis, & oſtenſum nullam pollicitationem factam ſuper huiuſmodi. Deinde dictum nec velle, nec debere Florentinum populum in diuiſione regiæ domus, quam ſemper coluerit, alterutri parti inhærere, neque contra Roberti progeniem, ſucceſſionémque abſque nota ingratitudinis fœdus coire poſſe, aut vires conuertere; cum & à Roberto, & à filio eius reginæ parente dubiis formidoloſiſque temporibus fuerit ciuitas ipſa protecta atque adiuta. Quod ſi aduerſus extraneos alienoſque poſtularetur auxilia haud

grauatè

rant enim exulum ſpem totam ab eo principe A dependere, & necatos quoſdam aduerſariorum fuiſſe prætexru illo, quòd cum Carolo vel eius præfecto coniurationem iniſſe dicebantur: Etſi dolebat ciuitas ſucceſſionem, Roberti regis mirabili ruina deletam, tamen quo Carolus, ſi fieri poſſet, in amicitia teneretur, legatos octo ad eum miſit, qui ciuitatis nomine gratularentur in quibus Robertus Aldobrandini & Bertinus Couonius equites Florentini principes fuere. Hi cùm ad Carolum veniſſent, benignè amiceq́ue recepti ab eo, & auditi ſunt cum ſumma teſtificatione amoris ad ciuitatem. Quæ res Flo B rentiæ nunciata ſuſpicionem ante de rege conceptam attenuauit. Itaque quo contineretur in amicitia rex duo ex oratoribus remanere apud regem iuſſi, reliqui peractis ſolemnitatibus domum rediere.

Blondus vocat Virdimenſem vel Virdunenſem. Aretinorū miſeranda calamitas.

Cùm autem proſperitas ſumma regi adeſſet, calamitas miſeranda Aretinorum & deflenda superuenit ex huiuſmodi cauſa. Carolus cum accepto Aretij dominatu ſuperiori tempore ex Hetruria abiret, quemdam ex comitibus ſuis epiſcopum ſcilicet Virinenſem, natione Gallum C hominem ficte compoſitum (cuius malignitas regi erat incognita) Aretinis præfecerat exiſtimans, quòd epiſcopus religioſè, pacateq́ue ciuitatem gubernaret. Is ergo quo potentiam eorum, qui regi ciuitatem dediderāt minueret, ſimulatione pacis, ac tranquillitatis ſtudio aduerſarios horum in vrbem reuocauit, atque recepit. Hi erant Gibellinarum partium homines longis temporibus exules, inter quos Sachonis filij agnatiq́ue, & Vbertinum genus præpotens Aretinorum & familia rediere. Ex hoc etiam ſtatim euenit, vt ad fauorem illorum, quos benefi- D cio ſuo reſtitutos, proptereaq́ue eos ſibi obnoxios intelligebat, præfectus inclinaret: illos verò ſuſpectos haberet, & inimicos arbitraretur, qui regi dederant ciuitatem, quòd in reſtitutione aduerſariorum eos plurimum offendiſſet. In tanta igitur peruerſitate rerum, tantaq́ue confuſione ciuitatis cum boni viri, ac bene de rege meriti deprimerentur, exuleſq́ue nuper reducti in honore haberentur: plurima querela erat, & indignatio maxima, ac iam non occulta in præfectum odia. Quod ille intelligens, & ab iis etiā E qui redierant irritatus, præcipuos quoſdam ex eo numero, qui dominationem regi tradiderāt, capit, & in carcerem trudit nonnullos etiam interficit, alios fugat, & inſequitur. Et ita Gibellinorum factio, quæ ante amplius quadraginta annis exulatat, malignitate præfecti in vrbem reducta, plus poſſe incepit.

Gibellinorū factio Aretij reſtituitur.

Profugi quidam ciuium hæc tanta præfecti ſui flagitia ad regem detulerunt. Ille verò deteſtatus eius malignitatem, ſucceſſorem præfecto miſit Iacobum Carazolum Neapolitanum, ac reducere amicos ſuos, fouereq́ue honoribus iuſſit. At cum hoc ſenſiſſent Sachonis filij, & Vbertini, ac tota illa Gibellinarum partium factio ſcilicet noui præfecti aduentum, magnam multitudinem ex caſtellis & clientelis ſuis in vrbem contraxerunt, parati ad reſiſtendum. Itaque cū præfectus nouus ad vrbem veniſſet, & in abſceſſu veteris præfecti vim illi afferre quidam pararent, mouentes illi arma ad ædes illorum, qui redierant, diſcurrerunt. Et quamquam reſiſteretur egregiè, tamen quia illi magnas habebant copias iampridem contractas, tandem pernicerunt. Puliſq́ue aduerſarij ad arcem, nouumq́ue præfectum ſe receperunt. Cùm verò arx ipſa & nouus præfectus obſideretur, oppugnareturq́ue apertè, ciues in arcem compulſi vna cum præfecto remedia cogitabant. Per id tempus Albericus comes, Italiciq́ue ſub eo in ſocietatem coacti, in finibus Peruſinorum Cortonenſiumq́ue degebant. Hos aduocare placuit: prædamq́ue bona inimicorum polliceri illis. Miſſis ergo, qui hoc rogarent, illiſq́ue offerrent, motus impigrè Albericus cum copiis ſuis aduenit, receptuſq́ue per arcem, & in vrbem immiſſus: cū etiam ex arce deſcendentes ciues amiciq́ue eorum adiuuarent, Sachonis filij & agnati, Vbertini etiam omneſq́ue eorum copiæ ex vrbe pelluntur. Sed Albericus Italiciq́ue ſub eo militantes, non illorum duntaxat domos, ſed vniuerſam ciuitatem diripuere, corporibus quidem ciuium parcentes, bona verò ſine diſtinctione aliquæ rapinæ prædæq́ue ſubiiciētes. Nec multò pòſt aliæ copiæ non minores ſuperuenere, quibus pręerat Villanutius. Hæ quoque in vrbē receptæ, ſi quid ſuperfuerat ex priori direptione abraſerunt. Hi duo exercitus ſex ferè menſibus in vrbe Aretio commorati ſunt, incredibili præda, locupletibuſq́ue ſpoliis ditati. Ciues miſerandi & inopes, per finitimas ciuitates, oppidaq́ue diſperſi migrauere.

Nouus Aretiū pręfectus mittitur.

Coniurationes aduerſus Florentinorum rempu. aperiuntur. Leon. Aret. Ioanes Villanus.

§. VIII.

PER hæc ipſa tempora Florentiæ delationes ciuium variæ, & coniurationes aduerſus rēpublicā, ſiue veræ ſiue fictæ per ſingulos dies proferebātur. Boni, qui remanſerāt in vrbe trepidi latitanteſq́ue vix conſpici ſe patiebantur. Quippe inter tantam vel maiorum acerbitatem, vel ſatellitum calumnias, quis aut ſperare incolumitatem, aut ſibiipſi confidere malebat? Igitur ciuitas mœſta & afflicta inteſtino ſimul atque externo morbo, quem tolerare diutius non valens ad extremum decuſſit. Duo maximè ſupremi per hæc tempora ciuitatem gubernabant, Thomaſius Stroza, & Georgius Scala. Hi quamquam erant equites ex optimis familiis, tamen eos ad plebis multitudiniſq́ue deflexerant partes iniuriæ dudum ſuſceptæ. Nā Georgio Scalæ notā admonitionis fuerat inuſta. Qua ille iniuria exacerbatus, ſaciari vix dicta nō poterat. Thomaſius Stroza, qui fuerat vnus ex octouiris, bello eccleſiaſtico gerendo, iactatus tunc cōtentionibus eorum, qui diuerſa ſentiebant, partes animo auxerat acerbas, vt etiam gentilibus agnatiſq́ue ſuis inimicus eſſet, atque infeſtus. Circa hos duos multi ex plebe ſatellites ac ſedioſiſſimi quique verſabantur. Hinc delationes ciuium, hinc ficta crimina, atque priuilegia in exules acerbiſſima, & malorum omniū officina proficiſci putabantur.

Ioānes erat Cābij, vir & famæ integræ, & æſti-

A.C. 1382.

mationis inter ciues non exiguæ. Iuxta ædes huius fortè noctè perambulans vnus ex ſatellibus (erat enim mos ſingula ſcrutari, & olfacere) ſtrepitum & verba intra domum ſenſit. Hinc inde, vt voluerat, occaſionem nactus, ſtatim detulit cateruam armatorum à Ioanne Cambij paratam eſſe domi, ad ſtatum ciuitatis euertendū. Erat verò id totum inane. Nullos enim ille domi habuerat præter familiam propriam, & villicum, qui vt fit, de rure porcum adduxerat. Cùm ergo ſcrutata confeſtim domus vanum crimen eſſe docuiſſet: delator tamē audax & improbus, ſcire ſe ac vidiſſe aſſeueraret, detinetur tandē à magiſtratu veritatem, vel columniam erituro. Tandem de induſtria compertum eſt confictum fuiſſe crimen contra hunc, quia non acceptus partibus foret, & alios eſſe, quos eodem modo, eſſet in calumniam vocaturus.

Scrutatores nocturni falſo cō iurationis probos ciues infamant.

Qui autem dictum Ioannem Cambij infamauerat falſo, dicebatur Iacobus Bartholomei Pratenſis, qui etiam dicebatur Scatizai, homo malæ conditionis, ſatelles prædictorum domini Georgij & Thomæ Strozæ. Hic quia captus cō feſſus eſt ſe calumniosè accuſaſſe, & alia, ex quibus quærebant aliqui facere nouitates, intendebat capitaneus occidere illum Scatizam. Quicū ſupplicio afficiendus eſſet, Georgius & Thomaſius precibus primò & minis deinde cum parū proficerent, ad vim conuerſi, coacta ſatellitum manu ſuorum plebeque concitata, nocte ad magiſtratum, (ideſt, capitaneum baliæ) venientes reum arripuere, magiſtratum etiam interfecturi ſi nāciſci potuiſſent: ſed ille periculum vitans, in ædes Priorum aufugerat. Ibi violentiam ſibi factam conqueſtus, quando iuſtitia vi impediatur, nolle ſe permanere teſtatur, ac ſe magiſtratu abdicat. Indigna cunctis res fœdáque videbatur, & horrebant planè iam homines tantam peruerſitatem atque licentiam. Rem igitur corrigendam Priores rati, magiſtratum conſolati ſunt, ac benè ſperare polliciti, properantem abire non permiſerūt. Demum accitis præſidiis & in area quæ eſt circa palatium collocatis, cum iam ſatis muniti aduerſus vim eorum, qui reum abſtulerant, viderentur: magiſtratum cohortati vt iam nihil vereretur, & opē ſuam polliciti virgam iuſtitiæ reſumere compulerunt, & ad prætorium ſuum remittunt. Magiſtratus ſimul, vt in ædes ſuas reuerſus eſt, cohortem miſit ad Georgium Scalam capiendum, qui inopinatè & mirabiliter (quod nemo exiſtimaſſet) prope ædes ſuas captus, nemine ex tot amicis, & ſatellitibus opem ferente, ductus eſt ad magiſtratum. Thomaſius verò Stroza cum hæc intellexiſſet, fuga ſibi conſuluit. De Georgio poſtridie ſupplicium ſumptum eſt: magno concurſu populi clamantis & poſtulantis reum necari.

Capitaneº baliæ.i.prętor iuri dicēdo præfectus.

Inter hæc Simon Blaſij, vnus ex delatoribus, cum ex vrbe aufugeret, captus à quibuſdam, ac reductus cum ad magiſtratum traheretur, medio itinere à concurrenti multitudine interficitur, inde laceratum corpus ludibrio trahitur per vrbem. Eodemque tempore filius eius alia in parte ciuitatis adoleſcens occiditur, eodemque modo cadauer eius per orbem tractum patri coniūgitur. Triduo autem poſtea cum duo alij ex numero ſatellitum damnati in ora totius populi ſecuri percuterentur, & multitudo concitata ſumpſiſſet arma, perque vrbem diſcurreret: veriti Priores, ne incendia cæteraque, quæ ira ferre ſolet, patrarentur: aduocata concione ad alias curas populum traduxere, permulta in republica corrigenda eſſe docentes, & viros eligendos, qui cum publica poteſtate illa corrigant, atque emendent. Ita concione vocatā in ſua quique tribu venire in concionem iuſſi. Hęc dum aguntur ira deferbuit, dum enim quiſque aut ſui aut propinquorum nominationi ſtudet, nocendi & debacchandi præterlabitur occaſio. Cùm frequens tandem concio adeſſet, viri circiter centum diliguntur, quibus poteſtas publica demādata eſt conſtituendi, emendandiq;.

A.C. 1382.

Noua erigitur Florentiæ poteſtas.

His peractis vexillo partium optimarū prodire in medium, ac incedere per vrbem iuſſo, ſequenti numeroſa ciuium multitudine, luſtrata vrbe ſine cuiuſquā violentia vel iniuria, vergēte in occaſum ſole reditum eſt ad ædes Priorū cum ſumma ciuium gratulatione, atque letitia.

Poſt hæc hi quibus poteſtas commiſſa fuerat in vnum coeuntes, decreuerunt exulibus quibuſcunque ac relegatis, qui poſt Syluestrū Medicem vexilliferum damnati fuiſſent, reditū in vrbem patere. Suſpenſiones quoque & prohibitiones ciuiū à republica, & inter grauiores familias reductiones omnes poſt eum vexilliferum factas, irritas eſſe & inanes. Carceres inde effracti, & captiui omnes exempti, præter quàm ſiquis priuatim ob æs alienum captus fuiſſet. Artium capita ad viginti vnum redacta duobus abolitis, quæ ſuperaddita nuper ex humiliori opificio fuerant. Inter hæc denuo relegati multi eorum, qui ante in republica potentes fuerant, damnati etiam quidam, & hoſtes iudicati. Exules deinde in vrbem reducti multa innouari coegerunt, & tumultus crebro excitati, & reſumpta arma modo depoſita, concionéſque ſæpius conuocatæ, poteſtates ciuibus traditæ donec purgata demum vrbe & bonis exulibus reſtituris, honoribuſque ad redeuntes translatis ciuitas formam ſtabilitatemque ſuſcepit.

Nouæ rei. Florētinæ ſtatuta.

Ex Chronic. Floré.

Paulò pòſt iterum in principio Martij miniſtri viliſſimi artis lanæ, qui vulgariter dicuntur Ciompi, ex Camaldulo congregati magno numero, cum aliquibus exulibus rebannitis, cum vexillo quodā inſignito ac armis partis Guelphæ venerunt vſque ad Eccleſiam ſanctæ trinitaris, clamantes, Viuat pars Guelphæ. Sed poſt combuſtionem quarumdā domorum per alios homines repreſſi ſunt. Die ſequenti iidem tumultuantes venerunt in plateam dominorum & cum ad ſonitum campanæ ciues concurriſſent armati, recedentes Ciompi de platea acceperunt vexilla à vexilliferis, & firmauerunt ſe ad ſanctum Georgium ad pugnandum cum inuadentibus eos. Vexillifer iuſtitiæ dominus Rainaldus Ganfiliazius cum vexillo voluit procedere contra illos, ſed ne ſequeretur maius periculū, de conſilio aliorū id omiſit. Et quidā boni & prudentes poſuerunt ſe medios ad cōponendam concordiā inter magiſtratus & eos & facto parlamento publico ad ea, quæ petierunt ipſi Ciompi, etſi multa ex illis forent irrationabilia, tamen ad ſedandum eorum furorem fuerunt exauditi.

Rebanniti ideſt, bis exules denunciati. A.C. 1383.

Die

A.C. 1382. Parlamentum publicum. i. nomina totius populi.

Die ſequenti audientes Priores, quod adhuc fiebant congregationes Ciomporum ad ſanctũ Ambroſium, & aliorum in alio loco, fecerunt congregari in platea dominorũ, quot ciues potuerunt armatos, & gentes armorũ. Et egrediẽs de palatio vexillifer dedit in manibus vexillum iuſtitiæ domino Donato de Accaiolis, & vexillũ partis Guelphæ dño Floreſio de Salniatis, & mãdauit omnibus, vt ſequerentur vexillũ eũdo per ciuitatem, & qui nõ ſequeretur, vt hoſtis iudicaretũr. Et princeps militiæ Ioannes Auguſtinus cum ſuis erat cum eis. Et cùm dominus Frãciſcus de Rucellariis eſſet cum octingẽtis Ciõpis, & cũ inſignibus partis Guelphæ prope plateam ſanctæ Mariæ nouellæ, mandauerunt illi, vt illis datis eis ſequerentur cæteros, quod & fecit, & poſt diſcurſum per ciuitatẽ reuerſi ſunt ad palatium, & omnes depoſitis armis in domos ſuas quietata ciuitate redierunt.

Altera die fecerunt parlamentum, & congregatis Prioribus & collegiis, & aliis de communi conſenſu dederunt baliam, & poteſtatẽ omnem ſibi reformãdi ciuitatem, & ſtatuẽdi, quæ forent vtilia. Quo facto multa caſſarunt de iis, quæ fuerant ſtatuta in alio parlamento. Et cùm iterum alia congregatio Ciomporum in villa ſancti Galli facta diſcurreret, fuerunt profligati à capitaneo populi, & in die ſequenti aliqui ex eis decapitati, & aliqui relegati, ſic ceſſauit tumulus Ciomporum.

Ludouici in Italiam expeditio nunciatur Leon. Aret. Æmyl. lib. 9.

§. IX.

PER extremum eius anni literæ ex Gallia venerunt, per quas ſignificabatur a Ludouicũ cum Andegauiæ ducem cum magno exercitu in Italiam eſſe tranſiturum. Adoptatum enim à Ioanna regina, ac filium ſucceſſoremque regni deſignatum, venire in Italiam conſtituiſſe ad reginam liberandam, regnumque ex manibus Caroli eripiendum. Hæc eadem cum pluribus ſimul locis ſignificarentur, in ſuſpicionem verſa ciuitas de futuro euentu belli ſollicita eſſe cœpit. Nequaquam enim paruo conatu, ſed totis penè Francorum viribus inſurgebatur ad tranſitum in Italiam faciendum. Timebaturque iam inde quonam res tanta foret tandem euaſura. Exempla verò literarum ſtatim ad Carolum miſſa. Principio inſequentis anni multa ſimul premebant ciuitatem. Nam & domi res admodum ſollicitæ, & foris ſuſpicio ingens ab iis copiis, quæ Aretium occupabant, & ducis Andegauenſis aduentus iam inde terrorem ac formidinem afferebat. Cùm iis igitur, quæ Aretium occupabant gentibus agitata res eſt, ac diligentiſſimè deducta. Cùm enim non Florentinis modo, verum & cunctis finitimis ciuitatibus eſſent terrori, & iam Senenſes Piſanique vexationes ſuas redimere pararent, interceſſere Florentini, hortantes ac monẽtes, vt ciuitates in vnum vires ſuas, conſiliaque conferrent. Siue enim pecunia decidendum eſſet, longè facilius omnes ſimul, quàm ſinguli tranſacturos: ſiue vi reſiſtendum, confœderatos in vnum facilius repugnaturos. Ipſi verò Bononienſium Batnabæque auxilia iampridẽ contraxerant & ſimul ſollicitabant regem pro copiis amouendis. Per hanc tandem diligentiam effectum eſt, vt quàm minimo impendio copiæ, poſcente iam regni periculo abirent,

Florentini de Gallorum euentu ſolliciti. A.C. 1381.

Præſidium ab Aretio dimouetur.

a Ob hunc in Italiam tranſitum grauis profecto tota Gallia eſt excitata ſeditio, quam ex Æmy. breui ſermone comprehendam. Anno eius ſæculi altero & octogeſimo in Italiam proficiſci Ludouicus magno belli apparatu conſtituit, & vt pecunias ad tãtũ bellũ neceſſarias haberet, nomine regis rerum venalium vigeſimam indixit. Pariſij, Ambiani, Rotomagẽſes id retrectarunt, cæteræ vrbes exẽplum harum ſecutæ ſunt. Cúmque non vectigalis, ſed ſubſidij nomine eam poſtea vellet pecuniam exigere, neutiquam eam potuit extorquere. Deniq; cũ quoquomodo vellet iſtam pecuniã corrogare plebis concurſu facto à turba oppreſſus obtriuſque eſt in foro olitorio. Inermis deinde plebs ad ædes publicas impetu fertur, plũbeoſque malleos corripit. His armata exactores redemptoreſq; quoſcunq; vrbem peruagata adipiſci poterat conficit. Viis viciſque catenas prætendit, carcerem regij iuris inuadunt, cuſtodias emittunt, vinctos ſoluunt. Pontifex regiæ vrbis & optimates Lutetia, procul à vrſania fugiunt plebs Pontificiæ coercitionis carcerem irrumpit, eáque ex cuſtodia imprimis rapiunt Ambrorum eumq; ſibi ducẽ præficiunt, iubent Sequanæ ac Matronæ confluẽtes occupare, ne regij ea parte Lutetiam, id quod antea fecerant frænarent. Plebs verò Rotomagenſis cõmota quemdam nomine Craſſum ſellæ curuli impoſitum per vrbem circumferunt, regem per licentiam ſalutant, iubent eum pro poteſtate propoſito edicto vectigalium ius abrogare, ſubſidij nomen tollere, tandem ſpe veniæ oſtentata ea lege, vt mulcta ſexaginta millium ſeſtertiis irrogata, auctores ſeditiones capite luerent ſed ſupplicia poſtea intermiſſa, pecunia tamen exacta.

Oratores Andegauenſis ducis Florentiam miſſi. Leon. Aret.

§. X

DE tranſitu verò Gallorum in Italiam ab ipſo initio per magna res viſa eſt, & continuò creuit opinio. Poſt literas enim ducis Andegauenſis, per quas ſuum Florentinis ſignificabat aduentum, oratores Francorum regis Mediolanum peruenerant: indéque ſignificauerũt ad Florentinos ſocióſque mandata habere, quæ referre in communi omnium conuentu habebant. Proinde rogare Florentinos, vt ſocios conuocent, ſe quidem breui eſſe venturos. Reſcriptum eſt à ciuitate ſe lætis animis expectare tãtorum principum oratores. Venirent ergo, quãdo commodum foret, ſocios enim tempore affuturos. Venientes igitur Florentiam oratores, multa dixerunt de iuſtitia cauſæ, & de magnitudine apparatus. Quibus prolixè explicatis, ad extremum poſtularunt, vt Florentini ſociique cœptum Andegauenſis ope conſilióque iuuarent. Reſponſum eſt oratoribus, dolere ciuitatẽ de ſanguinis regij diſſidio & pro concordia intercedere paratam. De poſtulatis autem non niſi ex Priorum decreto reſponderi poſſe. Scripſiſſe verò legatos ſociorum ad ſuas ciuitates, quarum voluntas cum audita fuerit, reſponſum darent. Illi verò ad alia properantes loca rogarũt vt

A.C. 1383.

vt vel literis, vel per oratores ſignificare ſibi reſponſum curaret. Denique honeſtis verbis ex ſociorum conſenſu denegata auxilia ſunt.

Nec multò pòſt Andagauenſis cum exercitu ſuperatis Alpibus in Taurinos deſcendiſſe nunciabatur: adduxiſſe verò equitũ ſuprà 30. millia & alias inſuper copias in Italiam ſuperadditurum. Hoc tanto apparatu attonitæ mentes futurum horrebant. Nec multò pòſt Caroli regis aderant legati ſocietatem ac defenſionem mutuam poſtulantes. Eodémque ipſo tempore oratores alij à duce Andegauenſi Florentiam venerunt cum ingentis beneuolentiæ ſignificatione. Non enim veniſſe aiebant eum, vt Florẽtinis cæteriſq; ciuitatibus noceat, ſed vt faueat & opituletur: nec agrum Florentinum ſuis copiis attingere, ſed alio itinere profectũ. Rogare, vt vel auxilia ſibi ciuitas coniungat, vel otioſam ſpectatricémque ſe præbeat certaminis, neutri parti moleſtam vel fauentem.

Diuerſorũ principũ eodem tẽpore legationes.

Per hocipſum tempus Ludouici quoque Vngariæ regi aderant oratores Carolo fauentes, hortanteſque Florentinum populum, vt cum Carolo rege, cúmque Vrbano pontifice vires conſocient. Venire quidem in Italiam Gallos non minus pro Eccleſiæ ſubuerſione, quàm regni inuaſione. Ciuitas haud dubiè ad Caroli pontificiſque Vrbani fauorem erat propenſior, ſed deterrebat magnitudo potentiæ, quam non fama aut tumor, ſed præſenti fide Andegauenſis afferebat. Itaque mediam quamdam viam ſecuta ciuitas, vtriuſque partis oratores in honore habebat plurimo. denique Andegauenſis oratorib. gratiæ actæ, & oblata gratanter ſuſcepta, & cũ ſpe optima dimiſſi. Legatis verò Caroli negare poſtulata, neque aſſentiri placuit. Id modo reſponſum eſt, Florentinum populum per oratores ſuos regi coram ſuper his reſponſurum.

Legati deinde ad Carolum miſſi excuſationem fecerunt, quòd ciuitates, quæ erant in fœdere cùm Florentino populo, non conſentirent in ſocietatem regiꝰ deuenire. Hi erant Piſani, Senenſes, Lucenſes, Bononienſes, Peruſini: quorum Bononienſes maximè renuebant, propter naturam loci, qua duci Andegauenſi erat tranſeundum, nec ſibi & agro infeſtas reddere & prouocare tantas copias volebant.

Andegauenſis interea dimenſo citeroris Galliæ ſpacio in Bononienſem agrum deuenerat. Ad ipſum quoque oratores miſſi, Ludouicus ſeu Loyſius Marſilius ordinis eremitarum, ſancti Auguſtini theologus. Hic erat famæ præcipuæ in ſapientia, eloquentia, ac vitæ probitate, & duo ſplendidiſſimi milites Loyſius Guiccardinis, & Gutius Cini. Hi in agro Bononienſi obuiam facti illi, aduentum eius in Italiam gratulati ſunt, & ciuitatis deuotionem erga ſe, domúmque regiam oſtenderunt, benignéque ſuſcepti ab eo, ac benè de ſe aduentúque ſuo ſperare iuſſi dimittuntur. Iter huius per agrum Gallicum & Picenum. Inde per Marſos regni fines ingreſſus, magnos continuo motus rerum ſuſcitauit. Nam principes quidam populi, qui erga reginam afficiebantur Ioannam, etſi iam defunctam, frequentes ad eum tanquam ad ſucceſſorem legitimum defecerunt, vt Carolo dificillima regni defenſio redderetur. Acceſſit inſuper & illud incommodum, quòd per hæc tempora Ludouicus Vngariæ rex vnica ſpes Caroli atque refugium, e vita migrauit. Qui cùm nullum virilis ſtirpis filium reliquiſſet, regni gubernacula ad vxorem filiáſq; delata parum firma videbantur, vt inde ſubſidium foret ſpetandum.

Milites. i. equeſtri ornati dignitate.

Ludouic' Andegauẽſis dux Apuliç regnũ cõtra Carolum ingreditur.

A.C. 1384.

Ludouici Vngariæ regis mors.

Per hæcipſa tempora Vrbanus pontifex Romanus timens vicinitatem Andegauenſis, ac præſentiam Gallicarum copiarum formidans, à Florentino populo multis & ſupplicibus verbis pecuniarum ſubſidia poſtulabat. Erant ſibi pecuniæ multæ ex pace debitæ. Hæc poſtulatio pontificis à fautoribus Caroli adiuta. Nam duo reges, duoque pontifices de regno certabatn. Et erat vna eadémque cauſa. Demum hũc effectum ſortita eſt, vt dimiſſo Ioanne Auguſtino qui princeps militiæ Florentini populi erat, & ad ſtipendia pontificis conducto pecuniç pontificis nomine ſoluerentur, Auguſtinus igitur ſuſcepta pecunia militeque in ſupplementum contracto, Romam ad pontificem profectus eſt, nec multò pòſt à pontifice Neapolim miſſus Caroli vires adauxit. Quæ res Andegauenſis animum vehementer offendit. Itaque & palam conqueſtus eſt de Florentino populo, & in Galliam ſcripſit, vt Florentinis & eorum bonis manus inijcerentur.

Florentini Vrbano adhærentes Carolum adiuuant.

Eodem anno miſſi Genuam oratores controuerſiam ſedauerunt. Erat verò huiuſmodi. Veneti cum ex maximo nuper prælio [a] pacem fecerent cum Genuenſibus, inter cætera promiſerunt Tenedum inſulam dimittere: ex cuius occupatione ortum ab initio fuerat bellum. Pœna ad hoc poſita fuerat centum quinquaginta millia auri. Florentini à Venetis rogati fideiuſſerunt, niſi ea fierent, pecuniam ſoluere. Quæ cum facta non eſſent, nulla fuit mora, quin bona Florentinorum ciuium, quæ Genuæ, vel alibi in poteſtate erant Genuenſium, caperentur. Veneti autem à Florentinis de hoc compellati reſponderunt per ſe non ſtetiſſe, quo minus Tenedos, vt conuentum fuerat dimitteretur, cæterum peruicacia præfecti ſui hoc accidiſſe. Atque ita cum non tam re ſatisfacere, quàm verbis cauillati viderentur, querelæ indignationis materiam attulerunt. Cùm Genuenſibus quidem res, vt melius fieri potuit, compoſita eſt, ad Venetos autem oratores miſſi ſunt ad hæc expoſtulanda.

Cõtrouerſia inter Florẽtinos & Genuẽſes ſedatur.

A.C. 1383.

Eo qui ſecutus eſt anno. 1383. peſtis iam prius cœpta deſeuit: fugæ ciuium ſecutæ ſunt ad euadendum aëris infectionem, per quas vacuefacta vrbs ſuſpicionem dedit, ne à plebe infima inuaderetur. Itaque lex lata eſt ne quis eiuis Florentinus domo abſſet

a Demum cum tam acri & diuturno bello Veneti & Genuenſes defeſſi eſſent Sabaudiæ ducis interuentu pax cum Genuenſibus, Ludouico rege, & ſociis his conditionibus facta eſt. Vt captiui vtrinq; reſtituerentur, Veneti Tenedo cederent, Decimo quoque anno ſeptem aureorum nummum millia Hungariæ regi perſoluerent, obidque Dalmaticam oram totam Venetis redderet, nullibique ſalem fieri ſineret. Pet. Marc.

quentior

A.C. 1383.

quo frequentior eſſet vrbs, ne deſerta à bonis, perditorum re linqueretur poteſtati. Sed neque lex, neq; inhibitio tenere potuit perfugas quippe adue ſtus timorẽ mortis propoſitæ, timor omnis alter tanquam leuior ſuccumbebat. Et vt dicitur in Chronic. venire fecerunt multos fideles ex Caſentino, ſtipendio conductos ad cuſtodiam plateæ dominorum & ciuitatis. Et circa feſtum Ioannis baptiſtæ decedebant ex peſte, cum tamen quaſi vacuata eſſet ciuitas ex fuga ciuium, à numero ſexagenario in octogenarium & centenarium dietim, & circa medium Iulij ducenti vſque ad trecentos & vltra moriebantur in die. Et in nocte ſanctæ Mariæ Magdalenæ vna multitudo Compiorum poſuerunt ciuitatem ſub armis, diſcurrentes per ciuitatem cum aliquibus exulibus clamantes, Viuant viginti quatuor artes, & Guelphi erigentes aliqua vexilla. Sed octo viri Guardiç, & Domini Priores, & capitaneus populi procedẽtes contra eos diſſipauerunt eos, & aliquos captos decapitarunt, & quieuit ciuitas. Ea peſtis aliquot menſibus ciuitatem afflixit, & inſignes aliquot viros abſumpſit. Ob eam cauſam nihil dignum memoria domi, vel foris eo anno geſtum eſt.

Peſte fæuiente Florentini vrbem deſerunt.

Peſtis in Florentinos graſſatur.

Octo viri Guardiæ ſunt octo viri cuſtodiæ vrbis præpoſiti.

Galli equites in Italiam intrant. Leon. Aret. Aemyl.

§. XI.

ALTERO dehinc anno ſcilicet. 1384. Gallorum alia manus per priorum veſtigia tranſmiſſis Alpibus in Italiam venit, Andegauenſi ſupplementum allatura. Ducebat verò Enghiranus (vel Enguerranus) quidam Gallus, vir domi potens, & militia clarus. Erant autem equitum ſupra duodecim millia. Hi cum circa Mediolanum perueniſſent, adiuti pecuniis & commeatu à Barnabone Mediolanenſi, ac ex longa via refecti, non iter illud tritum per Galliçum & Picenum, ſed ad dexteram flectentes per Placentinum Lucenſemque agrum Hetruriam petierunt. Florentini, quamquam ſpecioſa dabantur verba, ex agro res omnes in oppida referri iuſſerunt. Galli per Lucenſem agrum profecti, cum Florentinorum primum fines ingreſſi ſunt, non longè à Miniate oppido caſtra fecere. Et quamquam pacata obtulerant, tamen regionem cunctam prædati, ne ab oppugnatione quidem munitorum locorum temperarunt. Sex diebus à Miniate ad Stagiam profecti, quod ſpatium vel vno die ſatis commodè potuiſſet confici, prædæ rapinæque omnia exponentes, in fines Senenſium deuenere. Hoc demum loco contumaciter loqui de Florentino populo cœperunt, & niſi pecuniæ darentur, minas iacere: Florentini armato milite oppida tutantes, eorũ minas longè contẽpſere.

Galli in Italia prædas agunt.

In his locis dum eſſent Galli, in ſpem venerunt Aretij capiendi. Exules enim Aretini ducibus Sachonis filiis Gallos adeuntes, docuerunt vrbem illam eſſe Caroli, aduerſus quem tanta dimenſi ſpacia progrediantur. Eam verò vrbem

A capere nullum eſſe negotium propterea quòd ambitus murorum permagnus ſit, defenſores autem pauci ob ſuperiores illius vrbis calamitates: ſe inſuper dare ingreſſum poſſe, propterea quod ex factione ſua obſcuri generis homines ſint intus, qui nihil aliud, quam aduentum eorum præſtolentur. Hæc audientes Galli negotium ſuſceperunt, ſed quo diſſimularent, iter continuantes in Cortonienſem Peruſinumque agrum tranſeuntes quaſi in regnum abirent, tranſierunt. Inde verò ex itinere parte copiarũ ſuarum cum exulibus præmiſſa, dux cum reliquis omnibus ſecutus eſt. Exules igitur

B conſtituta nocte ad vrbem profecti, antequam ſentirentur mœnia duobus locis conſcenderunt. Ciues per tumultum exciti concurrerunt impigrè ad mœnia, ac deturbare hoſtem magna vi aggrediuntur. Dum ad mœnia, qua hoſtis conſcenderat, præliatur, ac magnis clamoribus res geritur, alia parte vrbis refracta à proditoribus porta, hoſtes maiori agmine irruperunt. Ad eam quoque portam concurſum eſt ab Aretinis, & prælia multis ſimul locis eodem tempore committuntur. Tandem maioribus hoſtium copiis,

C continuo inundantibus, vicatim prope expugnata vrbs ad primam lucem capitur tota præter arcem. In eam enim iuuentus ita vt armata erat, refugiens egregiè illam defendit. Per hunc modum Galli Aretium ingreſſi diripuerunt vrbem. Captum eſt autem Aretium à Gallis triennio ferè poſt quam ab Italicis fuerat direptum.

Galli Aretium capiunt præter arcem.

A.C. 1384.

Florentiæ verò vbi hæc audita ſunt, terror & querela ciuitatem inuaſit. Terror quidem pro Gallorum propinquitate, quam infeſtam & grauem ſuſpicabantur fore: querela verò, quia hoc iam quidem futurum ſuſpicati, remedium non adhibuiſſent in exulibus Aretinorum coercen-

D dis. Sed affuit ſtatim doloris medicina, quòd cadem illa nocte, qua captum eſt Aretium: certiſſimi nuncij Florentiam venerunt de obitu Ludouici Andegauenſis, quem in Apulia a morbo conſtabat interiiſſe: quare paulò pòſt ſignificantibus per ironiam Gallis quaſi læta & proſpera ſe Aretium cepiſſe, reſponſum eſt à Florentinis eodem figmento, non tam gaudere eos deberé pro Aretio capto, quam dolere pro Andegauenſis morte. Nec eſſe, quòd de eo dubitent: cum & genus morbi, quo defunctus ſit, & horam obitus certiſſimè ſciant.

Ludouici Andegauẽſis obitus A.C. 1384.

E Galli hæc audientes ab initio contemnebant fictam rem arbitrari, magnoque niſu intra vrbẽ, & extra tentauerunt arcem peruincere. Sed erat in arce egregia Aretinorum manus, viri bellaces, & impigri ad pericula obeunda. Ij ſingulis diebus eruptionibus factis ita prælia

a *Dum trahitur tempus in Apulia, morbo an veneno (vtrumque traditur) deceſſit Ludouicus. Corpus proceres exercitus in Franciam retulere, nullam ex*

F *aduerſo vim, nullas inſidias experti, maieſtate nominis Francici tuti. Aemyl. Onuph. verò ſic de eo ſcribit. Ad 12. Calen. Octob. A. 1384. obiit apud Barum Apuliæ vrbem ob vulnera in prælio accepta: ibique ſepultus. Nota obiter quem infalicem ſortita ſit exitum hæc expeditio Clementis 6. pſeudopontificis iuſſu à Ludouico Valeſio ſuſcepta.*

A. C. 1385.

conſerebant, vt mirificè bellum accenderetur. Quod enim plures erant ciuium inter ſe pares, non ad vnum aliquem ſumma rerum, delata erat, ſed vna quæque dies ſuum habebat ducem. Ille verò, cuius ea die imperium belli erat ita pulchrum ducebat excellete, vt nullum periculum prætermitteretur. Galli etiam per ſe natura feroces ab iis prouocati ſtudioſiſſimè aderant. Structis aciebus incredibili virtute ante ipſam arcem pugnabatur, nec leuibus certaminibus, circa dies quadraginta in hunc modum pugnatum eſt. Tandem Galli ob mortem Andegauenſis conſilio mutato, non vltra progredi, nec Apuliam petere, ſed in Galliam B redire ſtatuerunt. Ob hoc cum pecunia opus forer, de dedenda Florentinis vrbe cogitare cœperunt. Id verò cum intelligerent Sachonis filij, totáque illa Gibellinorum factio, quæ cum Gallis in vrbem ingreſſa erat, acerrimè reſtiterunt. Fauebatque his Barnabas Mediolanenſis, qui noua affinitate cum Andegauenſi contracta multum & authoritate & gloria apud Gallos valebat, qui & ipſe pecunias pollicebatur. Sed expeditior viſa eſt Gallis Florentinorum via & pecunia promptior. Itaque poſt habito patrium C reſpectu ad Florentinos conuertuntur. Qui etiã arcem tenebant ciues, & Caroli præfectus hoc idem cupiebant, veriti longiorem obſidionem, & ne vrbs in manibus aduerſariorum, relinqueretur formidantes.

Galli in patriam re in fecta redeunt.

Miſſi ergo duo ex decem officialibus baliæ pacti ſunt dare pro Aretio eis concedendo quadraginta millia florenorum ipſis Gallis, qui ciuitatem occupauerant, & quinque millia duci eorum, & aliis diuerſis perſonis circa quindecim millia. Et menſe Nouembris. 1384. Galli ciuitatem Aretij dediderunt in manibus Florentinorum ſoluta pecunia. Præfectus autem regis Caroli, vt redderet arcem, quam tenebat, recepit D octodecim millia ſibi promiſſa. Dominus Donatus de Acciaiolis pro communi Florentiæ recepit arcem. Et Galli quidem reuerſi ſunt in regionem ſuam: præfectus autem Caroli Florentiam acceſſit, & de Florentia Neapolim ad Carolum narrans rem geſtam. Qui totum ratum habuit liberè Florentinis dimittens. Super quo gaudioſum fuit feſtum Florentiæ celebratum. Miſſique ſunt capitaneus & Poteſtas, & alij ciues notabiles ad formandam ciuitatem ipſam Aretinam.

Officiales Galliæ. i. magiſtratus iuridictio præpoſiti. Florentini magna vi pecuniæ Aretium recipiunt à Gallis.

Vrbani Pontificis & Caroli regis diſſidia. Leon. Aretin. Blond.

§. XII.

POSTQVAM dum Andegauiæ deceſſit è vita, & gentes eius hincinde fuerunt diſperſæ, licet aliquas terras obtinuerit in regno, Carolus tamen potiſſimum dominabatur in regno. Vrbano autem tunc placuit eum curia ſua e Roma Neapolim proficiſci, exinde Nuceriam, quæ per quindecim milliaria, vel circa diſtat a præfata ciuitate. Et cum ibi reſideret: diſſenſio non modica inter Carolum regem & Vrbanum orta eſt. Cauſa fuiſſe dicitur in Chronic. eo quòd [a] Carolus concedere noluit certum aliquarum ciuitatum Dominium cuidam nepoti ſuo, quod ipſe poſtularat, quin immo rex heri fecit aliquam iniuriam Vrbano. Adeo autem creuit indignatio inter pontificem inhumanum, & regem ingratum, cui tamen fauebant multi ex cardinalibus, vt pontifex minueret eidem quaſi ablaturum ſe regnum, & cardinales regi fauentes tractarent eum à papatu deponendum. Ita indignatio & ira exarſit inter eos, vt congregatis cardinalibus ante eum, Vrbanus ipſe quoſdam pileo priuauerit, aliquos incarcerauerit, & torqueri fecerit, vt ſchiſma tentantes. Proceſſus formans contra eos, vt contra hæreticos, aliqui verò Neapolim aufugerunt. Quod cum rex Carolus perceperiſſet ſubitò obſedit Nuceriam, bellum exercens contra papam ſatis durum. Et in eo captus fuit nepos papæ: & poſitus in caſtro Oui ſub fida cuſtodia. Cùm autem aliquandiu obſidio permanſiſſet, Genuenſes oratores ſolennes deſtinarunt in Galeis Neapolim, vt concordiam inter eos tractarent, & conuentio inter eos nulla haberi potuit.

A. C. 1385.

Anno autem 1385. menſe Maij ſecundum Chronic. Dominus Thomas de ſancto Seuerino cum pluribus aliis baronibus regni manu armata eduxerunt per vim Vrbanum de dicto loco obſidionis. Licet aliqui dicant, quod in habitu transformato adiutus à quibuſdam religioſis occultè de Nuceria abierit. Qui Beneuentum proficiſcens, & inde Barum, in galeis Genuenſium ibi paratis mare ingreſſus Genuam tandem applicuit. Excommunicauit autem pontifex Carolum cum pluribus aliis.

Pontifex Vrbanus à Carolo rege obſidius liberatur A. C. 1385.

Interea mortuo Ludouico rege Vngariæ, vt dictum eſt, vocatus Carolus à baronibus Vngariæ ad capiendum regnum id, cum illuc profectus aduenìſſet, vt ſoluere poſſet ſtipendiariis ſecum in ſocietatem conductis, prædari fecit omnes mercatores, qui erant Neapoli, & in aliis terris ſuis, Florentinos duntaxat, vt aſcenderet quantitas ablatorum ad ſummam quadraginta quinque millium florenorum. Et interrogatus cauſam huius vſurpationis, reſpondit aliam nõ eſſe, niſi neceſſitatem ſuam, vt poſſet ſecum conducere gentes armorum.

ſup. §. 10. Carolus mercatores Florentinos bonis ſpoliabat.

Cùm verò Genuæ aliquandiu Vrbanus moram traheret, duo ex Cardinalibus ſuis ſcilicet Cardinalis Rauennas natione Frigolanus, E & Dominus Galeottus de petramala receſſerunt clam ab eo accedentes ad Clementem. Qui honorificè fuerunt ab eo recepti, & beneficiis amplificari, ab Vrbano verò excommunicati, & omnibus beneficiis priuati.

Cardinales duo Vrbanum deſerunt.

Et quia Neapoli Carolus dimiſerat vxorem ſuam Margaritam reginam cum duobus pueris

F a *Pontifex cum Neapoli paucis fuiſſet menſibus, Nepotem ſuum creari Principem Capuanum à Rege contendit quod denegatum mi is & violentia obtinere adniſus eſt; adeo vt cum rex vrbis atque palatij exitu adhibitis cu todibus, ne aliquid malignaretur prohibere coactus ſit. Diſſimulata tamen iniuria Pontifex acerrimi vir ingenij a rege impetrauit. Nuceriam vrbem præſtatis caumata ſibi & curiæ inhabitandam concedi. Blond. lib. 10. dec. 2.*

A.C. 1386.

Tumultus in regno Neapolitano.

Hunc Vẽcelſlaũ, Ladiſlaũ vocat Blõ. & infra. cap. 3. ante

pueris paruulis ex ea ſuſceptis Vuentceſlao & A
Ioanna ad gubernationem regni cum quibuſ-
dam populus Neapolitanus tumultum fecit cũ
quibuſdam baronibus regni contra reginam
Margaritam & filium,& quædam obtinuerunt
ab eis, vt amotionem quarumdam gabellarum,
& inſtituerunt ſex gubernatores ciuitatis Nea-
politanæ. Suſpicatum autem eſt hoc proceſſiſſe
ab Vrbano hoc ſuggerente. Plures etiam ex ipſis
Neapolitanis papam ſollicitabant ad profici-
ſcendum illuc offerentes ei dominium ciuita-
tis: quod quidem primo facere diſpoſuit,ſed ma
turiori conſilio ductus mutauit propoſitum, B
conſiderans ex hoc poſſe ſibi imminere pericu-
lum vitæ: nec poſſe auferre dominium à regina
& filio propter multa obſtantia.

Cardinales quinque cæſi iuſſu Vrbani Io. Vill.

Miſerabilis Eccleſiæ ſtatus. A.C. 1386.

Anno 1386. cum Vrbanus recederet de Ge-
nua (vt dicitur in Chronic.) occidi fecit quin-
que ex cardinalibus, quos incarcerauerat, cum
erat Nuceriæ, & ſecum captiuos duxerat, & ex
Genua Lucam perrexit, vbi honore multo ſu-
ſceptus per aliquot menſes manſit. Tunc ad eũ
Peruſini miſerunt decem ciues ex nobilioribus
ſupplicantes, vt Peruſinum cum curia ſua acce-
dere dignaretur, & ad placitum reſidere: ita ta- C
men, quod Dominium & gubernatio ciuitatis
apud eos permaneret. Hoc tamen Florentini
diſſuadebant, eis cautos reddentes & dubios,
ne per aduentum ſuum regimen ciuitatis amit-
terent. Veruntamen quia papa plura poſtula-
bat à Peruſinis, quæ illis viſa ſunt non con-
cedenda, vacui reuerſi ſunt nil concludentes.

Reginald⁹ Vrſinus Eccleſiæ vrbes vſurpat.

Ea tempeſtate Dominus Rainaldus Vrſinus
abſtulit eccleſię ciuitatem Cornetanam, in qua
tunc erat Cardinalis Vrſinus, & paulò an
tè ſibi etiam vſurpauerat vrbem veterem, &
Spoletum omnemque illam regionem. Aquil- D
lam quoque ciuitatem regni Apuliæ poſſidebat
tyrannicè, ſe vocitans comitem Caglagozum.
Cardinalis autem præfatus Vrſinus legatus Vr-
bani abſtulit ciuitatem Narnij Bucciolo conſor
ti ſuo, quam ſibi vſurpauerat, & caſtella plura,
ipſum etiam Bucciolum captiuauit, & ciues A-
meliæ ciuitatem ipſam ei ſponte tradiderunt.

Florentini Pontificẽ orant, ſed non exorant.

Dum Vrbanus adhuc Lucæ moram traheret,
Florentini per ſuos oratores pluries ſupplica-
runt eidem, & exhortati ſunt: vt pacem compo
neret in regno Apuliæ faueretque filio Caroli
Vuentceſlao, & bellum à Bononia amoueret, E
de Peruſio. & Typherno non ſe intromitteret,
ſed liberos dimitteret. Verba bona reddebantur
in genere & in ſpecie nil concludebatur.

Viterbienſes Dominum ſuum capiunt & in fruſta concidunt. Ioann. Villa. Hic autem Franciſcus de Viro à Blondo dicitur.

§. XIII.

ANNO 1387. menſe Maij copiæ eccleſiæ
ac Romanorum, dum obſiderent Viter-
bium, cui tuncdominabatur præfectus Vici ty-
rannicè, multaque damna inferrent incolis, vna
dierum Viterbienſes arma corripientes inſurre-
xerunt contra præfectum dominum ſuum, &

A.C. 1386.

A captum occiderunt in fruſta concidentes. Non
tamen ſe tunc eccleſiæ reddiderunt, ſed cum
propinqui præfecti, qui plura caſtra eis vicina
poſſidebant, tunc multum eos infeſtarent bel-
lum inferendo, ad ea vitanda ſe eccleſiæ tradi-
derunt intra vrbem recipientes cardinalem Vr
ſinum legatum, nec tamen per hoc immunes
fuerunt à prælijs.

Viterbienſes ſe Eccleſiæ tradunt.

Sequenti menſe Iulij miſit Clemens antipa-
pa qui reſidebat Auenione, oratores Florentiam
vt ei obedientiam exhiberent ſuadens, & con-
tra Vrbanum, qui adhuc Lucæ erat armarentur,
B ſed nil obtinere potuerunt.

Menſe verò Auguſti cum præpararet ſe Vr-
banus ad eundum Peruſinum: timentes Peruſi-
ni, ne bellum ipſe ſuſcitaret contra Eugubium
vrbem, & inde potentiam ſuam augeret, ideo li-
gam fecerunt cum Domino Rainaldo Vrſino, &
cum comite Butonio dominante Engubij ad de
fenſionem ſtatuum ſuorum ad inuicem.

Pontifex de regno Neapolitano inuadendo cogitat.

Menſe Septembri ſequenti Vrbanus prædi-
cari fecit crucem contra Dominum Othonem
de Breſiuch, & Dominum Thomam de ſancto
Seuerino, qui Neapolim occupauerant, conce-
C dens indulgentiam, quę data eſt iis, qui pergunt
ad conqueſtum terræ ſanctæ, pergentibus con-
tra præfatos Dominos. Parum tamen vel nihil
per hoc profecit, quia nullus aſſumpſit arma
contra prædictos.

Pontifex Vrbanus Peruſium venit.

Sexcentæ lanceæ. i. equites armati lanceis.

Circa fidem eiuſdem menſis Vrbanus rece-
dens de Luca, profectus eſt Peruſium cum octo
cardinalibus, & ſexcentis lanceis aſſociatus, per
maritimam Senenſium, territorio Florentino-
rum omiſſo, quia indignatus erat erga eos: Pe-
ruſini vero eum honorificè ſuſceperunt. In re-
ceſſu verò ſuo frenum equi fractum eſt, & mitra
D eius de capite cecidit, quod in malũ omen qui-
dam interpretati ſunt. Tria autem Peruſini ſup-
plicantes deprecati ſunt pontificem ſcilicet
quòd regionem in pace tenere niteretur, bene
ſe haberet cum Florentinis, ac reſidentiam ibi-
dem faceret. Quibus reſpondit pacem rem bo-
nam eſſe, ſed prius intendebat terras eccleſiæ
inuaſas ſibi reſtitui. De concordia verò cum
Florentinis protunc non eſſe tractandum, quia
ſemper optauerat pacem & amicitiam cum eis,
& nec potuerant ad hoc humiliari. Et cum Do
minus Rainaldus Vrſinus infeſtus eſſet terri-
E torio Peruſinorum hoſtiliter diſcurrens per re-
gionem Peruſini legatos miſerunt Florentinis,
cum quibus Rainaldus erat colligatus, exponẽ-
tes querelas contra illum. Inſuper ſuadentes,
vt oratores mitterent ad Vrbanum, pro recon-
ciliatione cum eo fienda. Et cum miſſi fuiſſent
duo milites, Dominus Rainaldus Gianfiliatus,
& Dominus Otho caſtellanus, graues ei fuerunt
etiam ad videndum data eis repulſa, vt amplius
ad eum non accederent. Super quo Peruſini val
dè indignati ſunt contra pontificem, talibus ver
F bis vſi contra eum, vt aliquando eos ipſe for-
midaret.

Cum verò cardinalis Monopellanus, Vrſi-
nus eſſet Viterbij, vicarius pro eccleſia, placuit
pontifici alium deſtinare vicarium. Sed præfa-
tus cardinalis populum commouit ad non ad-
mittendum illum. Quo reuerſo Peruſium, Vr-
banus de eius repulſa non parum turbatus eſt:
mittenſque pro cardinale ipſo cum ad eum ac-

 cederet

A.C. 1387. Narnium & Interamnum Eccleſiæ eripiuntur. Cola.i. Nicolaus.

cederet, in via eum capi fecit, & carceri mancipari. Propter hoc Cola Vrſinus germanus dicti cardinalis in vindictam abſtulit Narnium Eccleſiæ: & Interamnum, prædæ eas exponens, qui tamen prius eas Eccleſiæ reacquiſierat. Pontifex tamen ſubitò miſſis copiis Narnium reſumpſit conſentiente populo, quamuis dictus Cola in arcem refugiens eam aliquo tempore retinuerit.

Clemens Antipapa legatos Florentiam mittit.

§. XIIII.

NOVEMBRI ſubſequente Clemens antipapa deſtinauit ſolemnes oratores ex Auenione Florentiã. Qui honorificè ſuſcepti ſunt quibuſdam nobilibus obuiam eis egredientibus. Magiſtratus tamen ante audientiam eorũ, vt viri timorati, voluerunt habere conſilium à venerabili ſacræ paginæ profeſſore magiſtro Aloyſio Marſilio ordinis Eremitarum peritiſſimo viro, & laudabilis vitę ac famæ eximię, vtrũ ne liceret illos legatos audire. Quibus vir ille magni conſilij reſpondit licitè fieri poſſe, quia exponendo rem vtilem Chriſtianitati poterunt iuuare, & executioni mandare. Si contrarium proponerent, non exequi illam, ſed eos licentiare à ciuitate. Quod fuit obſeruatum. Concluſio autem orationis expoſitæ erat, quòd communitas Florentinorum operam daret, vt fieret concilium vniuerſale, in quo determinaretur vter è duobus verus eſſet Pontifex, & alter apoſtaticus. Et ſi in concilio ipſo determinaretur ipſum eſſe apoſtolicum decernebat Vrbanũ facere cardinalem ſuum. Si autem iudicaretur Vrbanus papa legitimus, ſe totum ponebat in manibus eius, vt de ſe diſponeret quomodo ei placeret. Multumque commendantes communitatem ipſam, multa obtulerunt, & inter cætera, vt Clemens faceret Florentinos vicarios in terris eccleſiæ, vicinis ſibi, & interea reditus Eccleſiæ nulli darentur, ſed tenerentur ſequeſtrati per communitatem vſque ad determinationem cauſæ, poſtea declarato per concilium illi conſignarentur.

Poſtulata Clementis à Florentinis.

Reſponsũ Florentinorum ad poſtulata.

His auditis habuerunt magiſtratus maturum conſilium, & tractatum ad inuicem, & poſt aliquot dies reſpõſa dedere. In primis, quia non videbatur ſpectare ad eos de concilio tractare, ſed ad reges & principes maioris poteſtatis, quos tamen adhoc ipſi ſollicitarent. Quantũ verò ad obedientiam & inhærentiam papę, non intendebant aliquo modo diſcedere ab eo quod tunc vſque tenuerant, quouſque per Eccleſiam ſeu concilium aliud determinaretur. Sicque legati dimiſſi ſunt fruſtrati ſua intentione.

Florentini Vrbanum Pontificẽ nolunt relinquere.

Circa idem tẽpus rex a Franciæ miſit oratores ſolemnes Florentiam, ſignificantes quòd Ludouicus ſeu Loyſius, filius ſcilicet eius qui prius venerat in Italiam dux Andegauiæ, rex Hieruſalem & Siciliæ, vna cum matre ſua veniebat in Italiam ad conquirendum ex integro regnum ſuum Siciliæ. Quapropter ab eis poſtulabat auxilium, vel ſaltem, quod aduerſario eius nõ pręſtarent fauores contra ipſum. Suadebant inſu-

A.C. 1378.

a *Hic rex Franciæ fuit Carolus 6. filius Quinti, cuius tempora fuere his noſtris nequaquam diſſimilia, ſic autem ex Aemylio rerum ſub eo geſtarum ſummam hoc loco recenſebimus.*

Carolus 6. rex coronatur. A.C. 1380. prid. Non. Nouem.

Mortuo Carolo 5. auctoritate principum ſancitum eſt, vt primo quoque tempore Carolus 6. rex ſacraretur. Audax patruus ac Borbonius auunculus puſillos educandos curarent, dux Andium patruorum maximus natu rector Franciæ vocaretur, maxima quæque de re ad ſanctius procerum concilium referret, ipſique ſententias rogaret. Oliuerius Cliſſorus genere Britannus magiſter equitum ab rege dictus. Rhemis coronationis die cum ſacris magna cæremonia factis ad epulum peruentum eſſet, ſummumque locum rex lotus cepiſſet, contentio de proximo aſſidendi iure nata, inter Andium ducem Franciæ Rectorem & Audacem Burgundiæ ducem, aulam turbauit. Rex decreuit, vt Burgundiæ duci Parium nemo anteferretur. Lutetiam regreſſo rege primum omnium de rebus Britannicis actum fuit.

Bellum Britannicum. A.C. 1381.

Angli Franciam emenſi Britanniam intrauerant, Nannetes oppugnabant, defendente nobilitate Franciæ, Abire infecta re coacti ſunt, quod eruptione facta Franci quoſdam nobiliſſimos illorum occiderant. Ducem Britannum ab Anglis ex profeſſo ſtantem populares orarant, vt ſe fidei Franci regis committeret, ſe in Francos non pugnaturos, ac ſi ipſe in eos arma caperet ab illo defecturos. Francum enim regem reſpiciebant. Dux tot neceſſitatibus compulſus pacem per oratores à Franco rege petiit, deprecanteque rectore impetrauit, cautumque eſt, vt Angli illæſi dimitterentur. Nouo iureiurando fidelitatis Britannus ſe deuinxit. Peruinci autem nulla vi potuit, vt de Clemente idem quod Franci ſentiret. Rector totus Clementis erat & Clemens ſe regem eum effecturum pollicebatur. Quod etiam præſtitit (ſi tamen potuit) eum vtriuſque Siciliæ regem deſignans, vt ſcripſit D. Anton. Qua de cauſa expeditiones in Italiam ſuſceptæ ſunt. de quibus cum à D. Anton. fusè ſatis dictum ſit, reliqua quæ in Galliam geſta ſunt proſequemur.

Longinquo autem, & ambiguæ aleæ bello ingenti & exercitu, & pecuniæ vi opus erat. Cæteri Franci Duces non moleſtè ferebant, ſpem honoris noníque regni parandi procul ablegari Andium ducem, placet ope iuuari ſummum virum, Clementiſque cauſam. Sauoſus Gazæ regiæ cuſtos theſauro cedere Rectori coactus eſt, nec iccirco ſtipendia veteri militi perſoluebantur, nouuſque conſcribebatur, agreſtes vexabantur, nec vrbana plebs conquieuit. Lutetiæ audaciſſimus quiſque coit, domoque extractum prætorem mercatorum, ad Rectorem proceresque ducunt, habitaque oratio de miſeriis plebis eam nomine vectigalium, nomine ſubſidij pecuniæ ferendi, ac collationibus aliis ſuper alias ad extremam inopiam redactam. Dormannus iuris præfectus, reſpondit poſtero die certius eis reſponſum datum iri. Poſtridie i[…]u regis Ioannes Maureſius plebẽ concione habita [illegible] poſcere nititur. At ea mente perditiſſimi quique conuenerant, ne blanda oratione permulſi manibus temperarent. Iudæorum domos adorti foribus effractis omnia miſcent, prædantur, maritos, vxores, liberos abſtrahunt, ſed & in menſarios publicanoſque impetu facto, æs, aurum, argentum diripiunt, libros rationum ac ſyngraphas diſcerpunt. Aegre edicto regis factum eſt, vt Iudæorum patresfamilias matronæque dimitterentur, iiſque parui liberi reſtituerentur.

Iudæi diripiuntur & fugantur.

Tota Francia tumultuatur.

Exemplum licentiæ totam Franciam peruaſit. Omnes vrbes tributa collationeſque pecuniæ detrectabat

Ociani

A.C. 1382. Ocitani Comitem fluſſatem rectorem habebant, miſſum ad ſe iterum prætorem Ioannem Biturigum ducem aſpernabantur. Comes aduenienie Ioanne duce in armis ſe oſtendit leuique prælio cohortes eius fudit, deinde auctor etiam Ocitanis fuit, vt patruum regis prætoremque conſenſu acciperent. Dux & Comitem, & gentem tradentem ſe in fidem accepit. Dux Rector res Italicas cogitatione, conſiliis, ſpe complectebatur, Clemens incitabat, nihil ei denegabat, ſacras decimas ei in ſumptum belli exigendas dederat magna ſacerdotum indignatione. Eo præterea mouebantur homines, quod cùm Clemens ſex & triginta ſuæ factionis Cardinales haberet eorum cupiditati, prope ſola Francia propoſita erat, quod reliquus terrarum orbis Vrbanum vnicum Pont. Max. agnoſceret. Qui verò Purpuratorum Clementem ſequebantur, ſacris Franciæ beneficiis imminebant nullo litterarum Muſæique Pariſienſis reſpectu.

Ioannes Geſſoriacus theologus cauſam ſcholaſtici ſacerdotij apud regem egit, in exactas decimas inuectus. Quare offenſus Rector, quod ea Italici belli conſiliis aduerſa eſſent, noctu hominem ex Muſæo raptum in cuſtodiam egit. Orta luce ſchola vniuerſa affuit. Redditus Geſſoriacus ad Vrbanum, in vrbem ſe contulit. Rectorem quoque ſcholaſticorum Rector dux comprehendi iuſſerat, quod ab Vrbano litteras accepiſſet, is fuga periculum vitauit. Quare aliquot millia liberaliũ diſciplinarum ſtudioſi Lutetia alij alio dilapſi ſunt.

Vrbanum [illegible] Francia ſola non agnouerit. Oratores regum ſub vnum idemque tempus ex diuerſiſſimis regionibus affuere Castulonenſium Hungarorumque. Commemorabant reges ſuos vniuerſæ gentis conuentu habito cauſam Vrbani ſanctam indicaſſe. petebant vt Francus cum reliquis ſentiret, ſchiſma tolleretur. Reſpondit Dux Clementis ſtudioſiſſimo, ipſum quoque Francum regem Sapientem conuentum ſuorum habuiſſe, de eorum ſententia ſtatuiſſe Vrbanum terrore Romanorum delectum, Fundana comitia, vbi liberis ſuffragiis creatus ſit Clemens, ſanctiora Romanis videri. Regem patris Sapientis veſtigiis inſiſtere.

Bellum Flandricũ. A.C. 138.. Interea in Flandria bellum gerebatur Carolo Sapiente rege ortum. Oliuerius Rogerij prætoris à Gandauenſibus occiſi conſobrinus, quadraginta naues, quæ commeatu onuſtæ Gandauum ferebant, intercepit. Id Comite vltore factum Ioannes Prunellus vnus ex Gandauenſium tribunis ratus, cum Comes Inſulæ ageret, Aldenardam magnam Albatorum manum duxit, repentinoque aduentu vrbem ingreſſus duas portas, & quod muri inter eas Gandauã ſpectatio diruit. Id vbi accepit Comes Gandauum miſit, qui id arguerent. Reſponderunt iniuſſu ſuo id factum. Refutabantur, quod iam menſem Aldenardæ Prunellus cum Albatis demoliendi ageret: Gandauenſes pari crimine Comitẽ inſimulabant, quod Oliueri de ſe latrocinium non perſequeretur. Superbum Comiti videri poterat, tam ex æquo ſecum à ſuis popularibus agi, moleſtia deuorata, vt Aldenarda reciperetur. Hinc Oliuerius, illinc Ioannes ſolum verterunt. Aldenardam receptam Comes reſtituit, firmauitque præſidio. Cumque Ioannes in Brabantiam ſibi exilium conſciuiſſet, ab eius gentis duce impetrauit vt ſibi liceret illum prehendere, ac vinctum, Inſulam ducere, vbi ceruice cæſa rotæ inſertus eſt. eademque ratione & Brugis & cæteris inoppidis, Albati ad ſupplicia à Comite trahebantur.

Gandauẽſes contra Comitem rebellant. A.C. 1381. Gandauenſes meritò territi ne in poteſtatem illius venirent, in communi metu vnum idemque omnes ſentire, conſpirare, in medium pro ſe quiſque conferre, quicquid opis, operæ, cõſilij ac rei haberet, patriam,

A libertatem, vitam ſuam, ſuorum tegere. Speciem reip. conſtituunt in claſſes, in centurias, in decurias diſtribuuntur. Tribunos qui præſunt habent, & ciuilium & militarium artium peritos. Bellum illud ſeptem annos tenuit, plus ducenta millia virorum abſumpſit, ſalutem popularibus, dignitatem Comite tutante. Hypræ Albatæ factionis erant. Gadauenſes tria millia ſuorum illis ſubſidio miſere, ſimul ipſi nouem millibus armatorũ profecti Curtracum petiere, vt Comitem eum viginti millibus pugnatorum à tergo adorirentur: eodemque tempore Hypreuſes cum præſidio vrbe egreſſi alia parte premerent. Explorata re comes aduenientes Hyprenſes A.C. 1383. B inſidiis excepit, ad duo millia & quadringentos occidit, fugã effuſè fecit, ac tantum terroris vtrique hoſti iniecit, vt Hypræ & Curtracum deditionem fecerint. Nec multo poſt longè maximis copiis Gandauum obſedit, ſed auxiliis à Bruxellenſibus Eburonibuſque miſſis, tantũ animi fuit Gandauenſibus, vt ad mœnia Comite ſtante, altera portarum, qua non obſidebantur egreſſi, Teneramundam petierint, eamque expugnarint, reſque ita geſſerint, vt Comes vltro ſoluerit obſidionem.

Aliquanto poſt cladem acceperunt ſex circiter C millia quingentis deſideratis partim in acie cæſis, partim cũ in proximum fanum confugiſſent incenſis. Philippum deinde Artenillam ducem bello gerendo paciue iungendæ creauere. Is primum omnium de compoſitione cum Comite facienda egit. Tornaci conuentus habitus. Philippus omnium rerum ius præterquam vitæ & mortis Comiti permittebat. Comes petebat ſine exceptione omnia ſibi permitti. hac renunciata legatione, auctore Philippo elegerunt ipſum Comitem adoriri, & aut in acie emori, aut ferro Comitem vincere. Quinque millia Albatorum ex omni numero ſunt qui duce Philippo Brugas contendunt, vbi non magno exercitu captas Brugas alij ſcribunt, oppidanis feſto D ſanctoque die ſacris deditis, alij vero tradunt Comitem alieno loco victum intra mœnia refugiſſe, Albatos victores fugientium tergo inſtantes oppido potitos. Comes antequam omnes ex oppido exitus intercluderentur, ſe Inſulam contulit. Philippus quicquid alienigenarum hominum Brugis degebat, violari voluit: de Hyprenſibus ingens præda capta, & Comitis gazam. Philippus deinde Dammum, Cuſã, Hypras, Caſſeth, Bergas, Beburgum, Furnas, Poperingas, Curtracum, recepit. Aldenardam imperata facere abnuentẽ, obſedit. Ad centum millia bellatorum in armis habuiſſe eum tunc ferunt. Albatorum aliquot turmæ co- E horteſque excurſiones ad mœnia vſque Inſulæ fecerunt, ac in Tornacenſium ac Franci regis fines ferrum ignẽque intulere.

Quare rex impulſus Audace genero deprecante Comiti auxilia promittit. In Atrebates copiæ ductæ. Liʒæ fluminis pontes Flãdri perfregerant præter vnũ præmiſit rex Magiſtrum equitum ad eum occupandũ. Is telis tormentiſque hoſtes inceſſens in ſe verſos tenuit, interea dum delecti milites procul à conſpectu nauibus traducti Albatos à tergo adoriuntur. Hi circumuenti cæſique ad tria millia, quibus cuſtodia pontis à Philippo tradita fuerat, ac ponte refecto exercitus F traductus. Philippus allato aduẽtu regis cum ſexaginta millibus pugnatorum Francis ad Roſæbeccã occurrit. Miraculo fuit quod cum caligo denſa lucem obſcuraret, vbi Villarius flammulam explicare cœpit mira ſerenitas reddita, omnia circa proculque patefecit. Denique pugna graui atrocique & diuturna commiſſa Flandri non tam regiorũ impreſſione, quam ſuorum concurſatione & conſternatione vincuntur: Ad triginta

Franci in Flandriam auxilia mittunt. A.C. 1383.

A.C. 1387.

ginta millia in prælio deſiderata, in fuga plus decem millia cæſa. Secundum hanc victoriam Aldenardæ obſidio vltro ſoluta. Dammum, Bruga, Hypræ, Caſletũ, Berburgum, Grauelingæ Furnæ, atque ignobilia oppida præfecturæ in fidem redi ere. Curtracum receptum Frãci incenderunt, cum in æde ſacra viſiſſent affixa aurata calcaria Francorum prælio Curtracenſi cæſorum.

Rex Lutetiam redit & eius geſta A.C. 1383.

Regreſſus rex victor ad Dionyſij, Deo opt. maxi laudes, martyribus gratias egit. flammulam Petrus Villarius reſtituit. Lutetiam ingreſſus Virgini vota perſoluit, ad concionem in regiam ciues incolaſque vocauit, Præfectus iuris atroci acerbaque oratione in Malleatos inuectus eſt. Rex ſuorum patruorum pro regia vrbe precibus delinitus, & plebis miſerabili fletu ad miſericordiam impulſus Trecenta nomina edidit: hi capite luerũt, cæteri ære multati, catenæ reuulſæ ac in arcem Luparam latæ. Interea Albati Gandauenſes fœdus cum Anglis percuſſere. Traiecerant in continentem duces Angli octingentos equites, decem millia peditum. Hi ſe Gandauenſium amicos profeſſi cæteræ Flandriæ bellum inferebant, fuſis fugatiſque qui illos arcere finibus conabantur, & Berburgo Grauelingaque in poteſtatem redactis Hypras obedere. Caſletum oppugnant. Ad famam magiſtri equitum à Franco rege miſſi appropinquantis incenſis caſtris Grauelingam ſe receperunt. Mox ea à Francis vi expugnata, Anglis per auerſam portam Burburgum repetentibus. quod & ipſum paulo poſt obſeſſum. ac deditum pactione eſt, vt Anglis ſine fraude abire liceret.

C

Mors Comitis Flãdriæ A.C. 1384.

Sub quod tempus Comes ad fanum Odemari morbo deceſſit. Margarita eius filia eadem Audacis vxor ſe hæredem adijt. In Aruernis, Lemouicibus Tictionibus, perditiſſimus quiſque coniuratione facta duce quodam Petro Bruerio in nobilitatem, in ſacerdotes arma ceperat. Eos dux Biturigum congredi auſos deuicit alij tunc ferre, alij paulo poſt reſti pœnas dedere. Bellum Anglicum animo conſilioque agitabat rex, claſſem multis locis ſed inprimis Cluſæ inſtrui ornarique iuſſit. Qui eam incenderent Atremas Gandauenſium dux ſubmiſerat. Re per indicem palam facta, dum fuga ſibi auctores conſulerent, alij retracti fuga ceruice pœnas dedere, alij Dammum effugere Hoc oppidum paulò antè militum ſocordia a Franciſco Atreno occupatum, Franci obſederunt integrum ibi menſem inter diu oppugnantes retenti, cumque Atremus nocte concubia aufugiſſet, luce orta oppidum ceperunt incenderuntque. Tandem Gandauenſes publice veniam pacemque demiſiſſime petentes in fidem accepit Audax. Turrim rex Cluſæ extruxit inſtar arcis tutandis nauibus. Hæc ille reliqua ad Franciam pertinentia paulò poſt perſequemur.

A leas ex tribus, quas regina Margareta mater Venceſlai tenebat circa portum ad impugnandum Neopolim, tertia fugiendo euaſit. Clemens autem antipapa Auenioni reſidens, licentiam dedit iis, qui Neapolim pro duce Andegauiæ retinebant, vt venderentur vaſa aurea & argentea eccleſiarum conflata, vt ſtipendia poſſent militibus conductis conferre. inde notabile detrimentum illatum eſt eccleſiis. Multa igitur prælia peracta ſunt in regno Apuliæ inter ciuitates, quæ reginæ Margaretę & filio adhærebant, & eas, quę ducem Andegauiæ vt Dominum recognoſcebant. vnde penuria maxima ſecuta eſt victualium, vt complures fame deficerent. A.C. 1388.

Pontifices verò inter ſe contendentes de papatu Vrbanus & Clemens, alter alterum diebus ſolemnibus excommunicatum pronunciabat, vt ſchiſmaticum cum ſequacibus ſuis. Inde magna confuſio in Chriſtiana religione ſequebatur. Dabaturque magna occaſio delinquẽdi. Nam cum prælatus aliquis vel religioſus committebat aliquem exceſſum, de obedientia vnius tranſibat ad alium, quaſi abdicãs ſchiſma, vnde non ſolum non puniebatur exceſſus, ſed commendabatur, & venerabatur impius. Schiſma quam perniciosum.

B

Anno autem Domini. 1388. menſe Auguſti: Vrbanus receſſit à Peruſio cum copiis Anglorum, vt pergeret a Neapolim ad capiendam ciuitatem. Sed cum eſſet iuxta Narnium, orta eſt diſſentio inter capitaneos ſtipendiariorum. Nam multi eorum iam conducti à Florentinis, noluerunt cum eo progredi, ſed fidem ſeruare, quibus ſe obligauerant, Remanſeruntque cum pontifice ducenti, equites, cum quibus profectus vſque Ferentiam ciuitatem Campaniæ. Et non multopoſt reuerſus eſt, ad vrbem, non gratioſe receptus à Romanis. A.C. 1388. Pontifex Romam venit. A.C. 1389.

C

Anno autẽ 1389. fuit magna cõtrouerſia inter Vrbanum, & populum Romanum exorta, ex eo quòd papa elegerat in ſenatores Romæ quemdam. quem Romani ſuum inimicum reputabant & populus arma corripuit. Quidam autem, vt mediatores concordiam poſuerunt inter eos: illo dimiſſo, in ſenatoria dignitate. Et papa, vt populum ſibi beneuolurum redderet, indixit & publicè prædicari & diuulgari fecit per regiones generalem indulgentiam Iubilæi in vrbe pro anno ſequenti, non tamen habita fuit in deuotione fidelium, ſicut illa de cẽtenario, & poſtea de quinquagenario. Vnde & modicus ex eo concurſus fuit in vrbem propter talem indugentiam. Contẽtio in vrbe inter Pontificem & Romanos. Blond. Iubilei promulgatio.

D

Circa idem tempus cardinalis Rauennas à Clemente deſtinatus fuit Florentiam, quætens Florentini à Clemente ſollicitantur.

E

per, vt obedientiam Clementi exhiberent, pluribus rationibus declarantes ipſum ſolum verum eſſe Romanum pontificem. Ipſis autem reſponſum eſt, Florentinos nemini partium exhibituros adiutorium, ſed operam daturos iuxta poſſe eorum, ad concordiam ipſorum. Obedientiam verò alteri, quàm Vrbano dare non velle, ſed in ea permanere vſque ad determinationem concilij, ad quod celebrandum ipſum & alios principes hortabantur.

Eodem anno miſit Loyſius dux Andegauiæ quinque Galeas armatas Neapolim in ſubſidiũ illorum, qui ciuitatem illam, pro eo tenebant. Vt autem applicuerunt illuc, ceperunt duas Ga

a *Pontifex cum deſiderio teneretur Neapolim repetendi, Ladiſlao admodum puero & Ioannæ ſorori ad quod regnum Caroli hæreditate peruenerat, regnum auferre conſtituit. Multi enim proceres Ludouico Andegauenſi ſtudere ſoliti, vt propriæ magis vtilitati conſulerent, quam quia pontifice afficeretur ſpem illi*

F *maximam ſi acceſſiſſet, faciebant: ſed magna fide vſi Caietani, pueris ſeruatis regnum quoque ſeruarunt. Pontifex enim ferentinum vſque delatus, cum nullas rebellione puerorum metu ab his, qui fieri promiſerãt intellexiſſet, Romam venit Blod. lib. 10. d. 2.*

multis

A.C 1386. multis promiſſionibus Florentinos auertere ab obedientia Vrbani,& non valuit. Nam cum Vrbano erat Dominus Angelus de Accaiolis ab eo factus epiſcopus Florentinus , & poſtea cardinalis, qui per ſuos amicos & conſanguineos in ciuitate potentes defendebat partes Vrbani. Demum cardinalis Rauennas collectis copiis bellatorum cum pecuniis ſibi ab antipapa tranſmiſſis,profectus eſt ad vrbem veterem : & iunctus in fœdere cum Domino Rainaldo Vrſinate,bella mouens diſcurrebat hoſtiliter contra terras,quas poſſidebat Vrbanus.

Moritur Vrbanus papa. Demum in Septembri Vrbanus Romæ diem clauſit extremum anno Domini. 1389. Eccleſiamque dimiſit ſatis depauperatam & conquaſſatam. Et à quibuſdam fuit opinatum veneno eum fuiſſe extinctum, ex eo quod corpus eius multum intumuit etiam poſt mortem , & credētiarius eius paulò poſt eum migrauit.

Carolus rex Apuliæ rex Hungariæ coronatur. Nau. gen. 47.

§. XV.

Credentiarius. i. prægustator epularum. Naucl. gen. 47. Hic Giambonus Ioannes de hor uach Banus à Naucler. dicitur.

De geſtis in diuerſis regnis,& temporibus prætaxatis circa annum Domini. 1385. reuertendo. Rex Apuliæ Carolus poſtquam Vngariam adueniens regni præfati coronam accepit in Alba regali ciuitate ad hoc operam dantibus Gyambono vno ex primoribus regni illius baronibus,& quibuſdam aliis, de conſenſu & voluntate mariæ filiæ olim Ludouici regis Vngariæ & Iſabetτę(vel Iſabellæ ſiue Eliſabethæ matris eius,& vxoris dicti Ludouici , quibus ipſe moriens dimiſerat regnum , & ipſum poſſidentes renunciauerunt Carolo, ſeductæ falſis promiſſionibus vna dierum cum Carolus eſſet in camera palatij ſui à Budæ ad reſpiciendum tripudia puellarum procurante regina Iſabetta vxore olim Ludouici,quæ tunc ſecum erat,in eodem loco vulneratus fuit ad mortem à quodam milite nuncupato Fracaſſo balagio cum aliis armatis. Vulneratus autem fuit ductus ad Miſinghiardum,vt curaretur,& ne euaderet,venenum additum fuit. Mortuus autem delatus fuit ad quandam eccleſiam ſine honore, quinimo, quia excommunicatus fuerat ab Vrbano ſepultura eccleſiaſtica caruit:iuſtè Deo ſibi tetribuente ſecundum opera eius,qui & matrem propriam(vt dicitur in Chronic.) interire fecerat,& eccleſiam perſecutus fuerat.

Blaſius Borbach à Naucl. dicitur.

a *Paulo aliter Nauclerus gene. 47. rem narrat, hoc modo. Regina Eliz. hic h tanto de vertice deiecta rem tectis rep arare inſidiis parat. Nec Palatini Garenſis ſuggeſtio defuit. Habebat hic hominem nobilem in clientela ſua nomen ei Blaſius Forbach. Hunc in necem Caroli armant. Anno igitur 1385. die Purificationis Carolus eius adiit hoſpitium. Eadem & Palatinus Garenſis hora intrauit. Regina igitur & Palatino ad regis latera ſedentibus Blaſius int auit, letali ei vulnerat & aufugit , exportatur rex, vnde paulò poſt moritur. Hac ille. Conſentit tamen D. Ant. Onuphrius.*

A Cum autem innotuit Florentiæ coronatio eius. viij. Februarij maximum feſtum factum eſt. Nam pulſato ad Parlamentum literæ ſuper huiuſmodi lectę ſunt publicè,ſolemniter proceſſio miſſæ celebratione,feriæ demandatæ,haſtiludia peracta & palæſtrę. Sed quia gaudium hypocritæ ſcilicet mundi ſuauis apparentis,ſed non verè exiſtentis,ad inſtar puncti:vix tanta feſtiuitas finem habuerat , & luctus & gemitus eodem menſe populo nunciatur de morte ipſius Caroli & in dolorem & fletum verſa eſt cithara. Ex eius autem morte magnæ nouitates ſecutæ ſunt B in regno Apuliæ bellorum & deuaſtationum in ter ſectatores reginæ Margaretæ vxoris Caroli, & adiutores partis ducis Andegauiæ. A.C 1386. Parlamentum. i. Comitia populi. Iob. 20.

A.C. 1386. Anno verò ſequenti cum regina Iſabetta per ſuos fideles aggreſſum feciſſet in Gyambonum alias Ioannem bonum ſupradictum ad capiendum eum:licet is modicā comitiuā ſecum haberet:ita viriliter operatus eſt:vt non ſolum illæſus enaderet manus eorum:ſed ipſe accepit matrem & filiam reginas:Fracaſſum balagium interfecit cum omnibus aliis qui operati ſunt ad mortem Caroli,& capita eorum tranſmiſit Nea C polim ad reginam Margaretam vxorem Caroli. Miſerunt aliquando Florentini legatos ſuos ad partes vtraſque , ſi forte fieri poſſet concordia inter eos de iure regni per contractum matrimonij inter filium ducis Andegauiæ , & filiam olim Caroli Ioannam. Per hoc enim videbatur pax in regno poſſe haberi. Sed nihil eſt obtentum.

Cardinalis Aquileienſis patriarchatum à dir. Cardinalis de Francia factus patriarcha Aquileienſis venit Frigolium,vt acciperet poſſeſſionem eius. Et cum ei reſiſterent Vtinenſes cardinalis auxilia quæſiuit à Domino Paduano. D Cuius ſubſidio,& ſi partem Frigolij obtinuit Vtinenſes ſe defenderunt ſecreto adiutorio Venetorum:ne Dominus Paduanus ibi dominium acquireret.

Mauri mare Siculū infeſtant. Circa id tempus infideles,qui dicuntur Mauri,diſcurrētes per mare Siculum cum ſuis lignis ceperunt aliqua nauigia Chriſtianorum quæ ad partes ſuas adducentes ſeruos vendiderunt inuentos in eis.

Anglorum in Hiſpaniam expeditio. Aemyl. lib. 9. Eadem tempeſtate dux Leucaſtriæ filius regis Angliæ cum magnis copiis tranſiuit in Hiſpaniam ad eam ſibi ſubiugandam prætendens E ius in regno illo habere,& ad eum pertinere ratione vxoris ſuæ,quę filia erat Petri Hiſpaniæ regis ſine maſculis decedentis. Multa prælia aduerſus Hiſpanos conſtituit:in quibus & magnas obtinuit victorias,territorij tamen illius nil acquirens,ad propria cum ſuis reuerſus eſt. Miſerat enim rex Franciæ magnas copias ad regem Hiſpaniæ in auxilium , vt ſua tueretur contra Anglicos,& ne ei regnum auferrent:vnde prælia lere nō potuit:ſed poſtea pax ſecuta eſt iter eos. Ipſo anno ſcilicet 1386. rex Franciæ fecit ma

Caroli 6. in Angliam nauigatio impedita. vide Aem. lib. 9.

F a *Huius belli Anglici originem & cauſam ex Aemylio noſtro more referemus vt hiſtoria Franciæ ſuam continuationem ſortiantur.*

Ioannes Viennenſis in Scotiam proficiſcitur. A. C. 1385.

Ioannes inquit ille , Viennenſis multò antè dux bello mari gerendo deſignatur,tunc in Scotiam ad amicum fœderatumque regem ſexaginta nauium claſſe copias tranſportare iuſſus,vt inde Anglos premeret magna expectatione iuit,impigrè res geſſit oppida aliquot

A.C. 1388.

pontificio animi diſſiderentur, iureiurando inter ſe adiguntur nullã mentionem facere cæterarum rerum, de ſolo hoſto Sarraceno, vel tollendo, vel ſaltem coercendo intra fines Aphricanæ barbariæ cogitaturos.

Tunetam vrbem regiam caputque Aphricæ curſum direxere. Vident barbaros ſub ſignis ſtantes, vt littore prohiberent, ſagittariorum Anglicorum virtute effectũ eſt, vt deſcẽſio pateret. Expoſitæ copiæ victrices ſe exiſtimabant, quod Aphricam tenerent, vrentibus noſtris agros mapaliaque, Numidas velociſſimum equitum genu rex barbarorum immittebat, qui grauem armaturam, cataphractumque equitem noſtrum procul vagari non ſinerent. Et erat maximè impar certamẽ occurrentibus enim cedebãt, cedentibus inſtabant. Optimum igitur viſum omiſſis leuibus prælijs cum de ſumma re in certamen non deſcendere Barbarus. vrbem obſidere oppugnareque.

B

Inerant & multi & nobiles delectique propugnatores, vrbs regia & egregiè tentabatur & egregiè defendebatur. Præfectus præſidij imperatoris Chriſtiani colloquium petit. Nonnulli Genuenſium Tunicam linguam probe norant. His interpretibus præfectus quæſiuit, quæ iniuria Francos Angloſque in Aphros armaſſet. Reſponſum eſt, Genuenſes eſſe vnam Chriſtiani nominis ciuitatem, iiſque odio religionis ab Aphris bello latrocinióq; vexatis, eos nõ minus offenſos quam ſi Lutetia, aut Londinum oppugnata forẽt. Hoc verborum initio de compoſitione agi cœptum. Simul rex barbarus legatos miſit. Conuenit vt Aphri finibus ſuis ſe continerent, abſtinerent ora maritima Italiæ Galliæque, ac inſulis Aphricæ Europæque interiectis captiuos Chriſtiani nominis redderent, decem millia aureorum præſentia numerarent. In has leges fœdere icto deportatus Genuam vnde ſoluerat exercitus. Frãcique ac Angli inde profecti ſancta fœliciaque expeditione potius, quam bello, ad ſuos quiſque cum gloria gratulationeque rediere. hæc ille.

C

D

Amuratis Turcorũ tyranni mors.

Anno verò 1389. in partibus orientalibus in Ruſſia fuerunt magna prælia & occiſiones inter b Amorathabay dominũ Turciæ & Lazarũ dominum Ruſſiæ. Demum Lazarus in bello captus fuit, & Amorathabay vulneratus letaliter, ita vt poſt triduum moreretur.

E

b *Hic Turcorum imperator Amurathes paſſim ab omnibus dicitur, Orcanis filius & Ottomanni illius ſæuiſſimi imperij inſtitutoris nepos. Regnauerat autem Ottomannus 28. octo annos (de quo ſuprà tit. 20. cap. 8. §. 9. aliqua diximus) ſub quo incredibile dictu eſt quantum res Turcica claruerit: magnã certè Bithyniæ partem breui ſubegit, oppidaque ad Euxinum poſita non pauca cepit: qui moriens Orchani filio regnũ per manus tradidit: Sub quo diſſidio Græcorum Catacbuſeno & Palæologis contendentibus adeo res Othomannica creuit, vt Pruſiam Græcis ademerit, & dum Catacbuzeno magis quã Palæologis fauet, primus in Europam ab eo accerſitus traiecit, Caramanum etiam perfidia in illum vſus, cuius filiam in vxorem duxerat, interfecto eius filio adoleſcente, non exigua eius parte exiuit, qui poſt vigeſimum ſecundum imperij annum Amurathem filium (de quo agit hoc loco D. Anton.) hæredem reliquit. Hic autem paternam auitamque fælicitatem æmulatus, in Caramanum auitum paternumque non minus infeſtus, quàm pater fuit. Mox ab imperatore Palæologo ſollicitatus in Burgaros, fratremque Peleponeſſi principem, qui bellum mouerat 12. Turcorum millibus in Europam tranſportatis egregiè Burgaros hoſteſque imperatoris vltus eſt. Hic Europæis opibus illectus dum imperij hoſtes vlciſci ſimulat vſus Genuenſium nauibus Helleſpontum ad Abydon ſuperat cum ſexaginta millibus Turcarum, anno 1363. ex Aſia iterum in Europam traiecit, tanquam ſocius vel inuitis Cæſaris ad reliquias belli perſequendas & pœnas exigendas de defectoribus, mox Callipolim in Cherſoneſſo, & aliquot vicina Helleſponti oppida expugnat, Thraciam peruagatur, & Philippopolim occupat, deinde Adrianopolim, vbi ſedem Regni conſtituit, denique cum plures in bello occidiſſet, quam vllus ſuorum prædeceſſorum, & 47. bella in Europa Aſiaque tali fortuna confeciſſet, vt in nulla victus ſuccubuerit, a Seruo quodam Seruiano, ſiue Triballo, ſiue Hungaro Seruiæ Comitis Lazari patroni ſui necem vindicaturo (vt Turcis & Latinis placet) vel (vt volunt Græci) à quodam Milloe generoſo milite interfectus eſt, ſub A.C. 1353. Ex Pio ſecundo, Iouio de rebus Turcicis, Bapt. Egnatio Naue. gen. 44. Genebrardo.*

F

A.C. 1388.

Turcorũ rex Amurathes in Europam tranſit.

De dominio Mediolanenſi contentio inter Vicecomites. Blon. ibid. Ioannes Villanus. Bernar. Corius Onuph.

§. XVII.

D

AD partes Italiæ, præcipuè ad ea, quæ geſta ſunt in Longobardia & Tuſcia, & de diſſenſionibus inter ducem Mediolanenſem & Florentinos hiſtoriam reſtringendo annum. 1485. reſumimus: in quo quidem ſecundum chronic. cum duo ex vicecomitibus Mediolani dominium exercerent, ſcilicet dominus Ioãnes Galeatius comes virtutum tunc nuncupatus, alter verò dominus Barnabas auunculus eius (hunc alij Barnabonem vocant) quia regnum duos non benè capit, præfatus Ioannes Galeatius affectans ſolus dominium obtinere, modũ quærens ad capiendum Barnabam ſine conflictu armorum, ſimulauit ſe ex voto vel ſua deuotione pergere ad indulgentiam cuiuſdam eccleſiæ iuxta Mediolanum. Sumpta ergo comitiua non modica quorum aliqui inermes, alij occultè armati, vt nil ſuſpicionis ingereret, cum mœnibus Mediolani appropinquaſſet: Barnabas qui ibi reſidentiam faciebat, hoc audiens & cauſam acceſſus, obuiam perrexit cum paucis armis vacuus, vbi nulla erat ſuſpicio per modum viſitationis, & velut alter Iudas eo ſalutato cum à ſuis capi fecit, & duci in carcerem diligentiſſimè cuſtoditum.

Regnum duos non capit.

E

Hic carcer fuit Mediolanenſi arx. Blon.

F

Sic Mediolanum ſolus arripuit, & paulò pòſt ciuitates, quas idem poſſidebat. Diuiſerant enim ciuitates plures Longobardiæ ſeu Galliæ citerioris inter ſe, vt aliquibus dominaretur Bar-

A.C. 1388.

nabas cum filiis ſuis aliàs Ioannes Galeatius A poſſideret à patre mortuo Galeatio ſib relictas. In ipſa enim diuiſione dominij inter ſe Placentia, Parma, Cremona, Laudum Brixia, contigerant Barnabæ. Galeatio verò Papia, Vercellæ, Nouaria, Tortona, cæteræque ciuitates ad alpes verſæ obuenerunt. Mediolanum vtrique commune relictum eſt.

Hæc prima vxor Catharina dicta eſt filia Ioannis regis, Onuph.

Et adoleſcens cum eſſet, filiam regis Franciæ duxit vxorem. Qua mox defuncta, pro ſtabiliori concordiæ vinculo Barnabas filiam in matrimonium accepit. Barnaba igitur ſic mortuo, filij eius duo aufugerunt, & Ioannes Galeatius B omnes ciuitates Barnabæ in proprium dominium accepit. Pro ſui autem excuſatione, rei tam enormis, cum non ſolum auunculus eſſet, ſed & ſocer, diuulgari fecit ideo factum quia veneno quæſierat illum extinguere. Nouit ille, qui nihil ignorat, eius rei veritatem. Non poſt multos dies in carcere illum veneno perire fecit. Sicque crudeliſſimus tyrannus, in multis proditor, perſecutor Eccleſiæ, ſecundum exigentiam operum ſuorum mercedem congruam recepit Bernabo ipſe.

Barnabæ Eccleſiæ perſecutoris dignus exit⁹. A.C. 1385. 14. Cal. Dec. Bernabonis aſtutia.

Dicitur autem cùm eſſet Barnabas in carcerem truſus: rogaſſe quemdam ordinis minorum ſibi tranſmitti ad eius confeſſionem audiendam qui ei valdè ſimilis erat. Quo ad ſe veniente poſt multa colloquia cum receſſurus eſſet, accepit Barnabas ipſe habitum fratris veſtimentis ſuis induens eum. Tranſiens autem per primam & ſecundam cuſtodiam propter ſimilitudinem vultus incognitus fuit. Sed cùm perueniſſet ad tertiam Barnabas ad carcerem arctum fuit reductus.

Ferrariæ tumultuatur.

Eo tempore cùm Nicolaus Marchio Eſtenſis longo tempore dominium tenuiſſet Ferrariæ, vt vicarius Eccleſiæ populus tumultuans arma atripuit violentia quadam exigens à Marchione, vt traderet in manibus eorum dominum Thomam Tortonenſem, qui exactor erat pro eo collectarum & gabellarũ. Quem interficientes in fruſta minuta conciderunt. Sed ne rumor, vel ſeditio augeretur, tunc Marchio diſſimulans ac ſe muniens eum gentibus armorum: plures ex eis qui ad homicidium id concurrerant, acriter puniuit, alios palam occidendo, alios clam, addiditque fortalitia in Ferraria.

Collacta i. tributa.

Eorũ qui de Petrus mala dicebantur internus.

Ipſo anno menſe Maij Bartholomæus domini magi de Pertamala principalis illius familiæ Florentiam aduenicns, ſe & omnia caſtra ſua poſuit in manibus dominorum Priorum & collegarum eorum. Qui de communi conſilio decreuerunt, quòd reſtitueret communitati Florentiæ Anglare caſtrum, & quædam alia caſtella, quæ erãt de iuriſdictione Aretinorum. Et de caſtellis ei remanentibus fecerunt eum commendatum Florentinæ communitati. Et per modum cenſus omni anno in natiuitate Ioannis Baptiſtę pallium offerret eius eccleſiæ. Inſuper ſtatuerunt centum florenos ſibi dari à communitate menſatim per decem annos pro prouiſione ſua. Et hic fuit principium totius ſtirpis eorum de Petramala, nam & à Marco filios domini Petri, ablatum fuit caſtellum ipſum Petræmalæ & dirutum, ac etiam omnia alia caſtra eorum de Petràmala abſtulerunt, vel

Menſatim .i. ſingulis menſibus. Stirpis. i. extirpatio tius.

violentia illata, vel pactione media. Quæ omnia ſpeluncas quaſi latronum ad prædones retinendum cum diu poſſediſſent ipſi de Petramala (fuerant tamen prius iuriſdictionis Aretinorum) ideo Florentini ea voluerunt habere habito principali.

A.C. 1388.

Rerum Hetruſcarum, quæ Senis, Eugubij, Florentiæ & alibi euenerunt expoſitio. A.C. 1385. Ioannes Vilanus Blon. lib. 10. dec. 2.

§. XVII.

EADEM tempeſtate mutatus eſt ſtatus regiminis in ciuitate Senenſi. C Nam cum gubernaretur per infimos plebeios nobiles & cum eis populares, mediocres inſurrexerunt contrà dictos plebeios, aliquos ex eis interficientes, alios proſcribentes propter eorum mala opera. Ipſique nobiles cum populo regimen aſſumpſerunt, ad hoc ad hoc adiuti à Florentinis. Fuit tũc temporis magna cariſtia omnium ad victum pertinentium. Nam ſextarium frumenti vendebatur quadraginta ſolidis & vſque ad quinquaginta. Vini congium tempore vindemiarum octo, olei vrceus libris nouem, carnes quoque in caro foro erant. Et niſi communitas prudenter & caritatiue prouidiſſet, frumenta ex aliis locis procurando, maxima D penuria fuiſſet. Ex frumento conducto communitas amiſit de precio dato circa triginta millia florenorum: ſi tamen amiſſio hæc diminutio dici debet, & nõ potius augmentatio meritorum, & dilatatio beneuolentiæ ſuorum ciuium. Quo etiam tempore multi nobiles comitatus Aretij ſe commendatos fecerunt communi Florentiæ cum ſuis caſtellis, vt comites montis de Glio, & aliqui ex Vbertinis, per modum cenſus offerentes pallium in feſto beati Ioannis Baptiſtæ.

Magna rerũ caritas.

Anno verò 1386. cùm eſſet diſſentio inter populum Eugubinum, & dominum Antonium comitem Vrbinatem, qui tyrannicè Eugubium E poſſidebat: Florentini, vt ponerent concordiam inter dictum comitem Vrbinatem & Eugubinos, miſerũt vnum ex ciuibus oratorem ad eos. Qui comes cum ſaluum conductum ſeu ſecuritatem conceſſiſſet oratori, & omnibus ciuibus cum eo venientibus, inter cæteros orator ſecum adduxit Eugubium dominum Franciſcum de Gabrielis, qui caſtellum poſſidebat Cantiani. At ingreſſos Eugubium tam oratorem, quàm dominum Franciſcum captos carceri mancipauit. poſt paucos tamen dies oratorẽ à carcere liberauit, cum domino autem Franciſco in carcere conſtituto F pacem compoſuit, vnam ex arcibus Cantiani ſibi retinens, alteram illi concedens. Non ferentes autem tantam iniuriam in violatione ſui legati contra ius gentium Florentini,

A.C. 1386.

Comitis Vrbinatis perfidia.

A.C. 1381.

tini collectas copias equitum, & peditum contra dictum comitem Antonium miſerunt quæ hoſtiliter diſcurrentes circa Eugubium & Vrbinum damna & deuaſtationes plurimas inferentes, ad portas vſq; Eugubij attigerunt. Quamobrem, ne deteriora pateretur coactus fuit comes præfatus reſtituere liberè dom. Franciſco ante dicto Cantianum, & pacē cum Florentinis facere, ac commendare ſe communitati Florentinæ cum terris ſuis, & pro cenſu annuo pallium offerre in feſto beati Ioannis, exules inſuper in Eugubium reducere.

Pacē cum Florētinis facit.

Florentini Lucinianū Senēſibus eripiunt.

Eodem anno Licinianum oppidum de Senenſibus eſt receptum. Tenuerant enim id oppidum Senenſes longo tempore per Aretinorum diſcordias ac ſeditiones ſuſceptum. Sed poſtquàm Aretium in poteſtatem eorum deuenerat, repetitum à Florentinis, ac receptum eſt ex Bononienſium ſententia, quibus ea controuerſia commiſſa eſt. Tunc etiam Suſinana & Colerectum, & alia quędam Vbaldinę gentis caſtella per Apenninum ſita ad ſolum diruta ſunt: & hoc creſcente ſuſpitione Ioannis Galeatij, qui ex ea familia reliquus, militię dedita opera famā ingentem ac potentiam ſibi comparauerat. Et tunc, magni dux belli, quod Patauinus contra Veronenſem gerebat inſigni victor prælio, ſermone ac fauore plurimo celebratur. Quia vero confectum erat Bellum, ferebant multi in Hetruriam eſſe venturum, ne igitur inuitamento paternarum arcium pelliceretur, arces illas diruere placuit principio inſequentis anni ſcilicet 1385. turbationes domi graues exortæ ſunt ex huiuſmodi cauſa Benedictus erat Alberti, eques Florētinus, ex familia magna & opulēta. Ipſe tamen potius ſuo ingenio, quàm agnatorum voluntate in turbulentis illis temporibus cum Tomaſio Scala, & Georgio Scala ſenſiſſe videbatur, multumq; in republica nocuiſſe. Supplicio certè illi quod de ciuibus egregiis ſumptum eſt, armatus affuerat. Hunc mutato poſtea reipublicæ ſtatu, ciues qui redierant, præcipue vero interfemorum propinqui, oderant plurimum, ægreque patiebantur. Cumque ſortitionibus magiſtratuum (quæ tertio Calend. Maias fieri conſueuerunt) vexillifer ſocietatis Benedictus ex tractus fuiſſet, quem magiſtratum. 8. Idus Maij erat initurus, & forte contigiſſet, vt eodem illo tempore Philippus Magalottus eques Florentinus eius gener vexillifer iuſtitiæ futurus eſſet, homo iuuenis & authoritati illius maximè obnoxius, metuere aduerſarij & inſurgere cęperūt, nequaquam permiſſuri, vt tantam nāciſceretur poteſtatē. Et arma quidē ſtatim parati ſunt cœpta & occulte primò, mox apertius ex agro & clientelis in vrbem accita. Deinde à genero incipientes obiecta ſibi minori ætate, nec tanti magiſtratus capaci, effecerunt, vt magiſtratus illi negaret. Alterque in eius loco ſortitus eſt ex intimo aduerſariorum (vt ita dixerim) ſuiu. Is cum magiſtratum iniiſſet, & aduerſariis Benedicti faueret, tādem ille pulſus vrbe relegatur. Relegatus item cum eo Cyprianus eius agnatus, & magnæ parti familiæ interdicta reipublicæ adminiſtratio. Ad ciues deinde eius factionis conuerſi multos pepulerunt, multis interdixerunt rempublicam gerere. Ita purgata vrbe percuſſaque contraria factione, ipſi certius et firmius guber-

A.C. 1387.

Graui in ciuitate Florentię turbatio. Ex Leon. Arc.

nationem aſſeruere.

A.C. 1387.

Ioannis Galeatij cum Mediolanenſib. mores geſtae. Leo. Aret. Blo.

§. XVIII.

PER hæc ipſa tempora [a] ſuſpitio de Ioanne Galeatio Mediolanenſi indies creſcens, magis ac magis ciuitatem premebat. Nam cùm ab initio ſui dominij adoleſcens, tranquillioris vitæ auidus putaretur, eminebat tamen in eo forma egregia, & mores ad grauitatem compoſiti, & ſeu vera, ſeu ficta bellorum deteſtatio, ac turbationum. Etſi gener Barnabas effectus, qui erat auunculus, nec eo modo ſublatæ ſuſpitiones, adeo eſt inuida dominandi cupiditas: & quo tutior foret, Mediolano abſiſtēs Papiæ degebat. Magnaque illi cura erat paternas & veteres amicitias tuendi, nouas inſuper comparandi, manſuetudine vel clementia conciliare ſibi animos hominum properabat. Hæc per ſe grata acceptiora faciebat Barnabas acer, immitiſque natura: quare & fama proſperior, & populorum fauor iuuenem complectebatur. Tandem cum capto Barnaba & mortuo (vt dictum eſt) omne dominium eius ſibi adſcripſiſſet, ſuſpicio ſubinde & formido non parua orta eſt Florentiæ de eo. Poſtmodum feruente inter Patauinum & Veronenſem bello: cum duo inter ſe conflictati imbecilliores eſſent effecti, repente ſe immiſcuit eorum certaminibus, & Patauino coniunctus Veronenſem deleuit: Veronęque & Vincentiæ dominus factus, ad priorem potentiam magnum ſuperaddidit incrementum, nec multo poſt aduerſus Patauinum ſuſcepto bello ipſum quoque dominatu ſpoliaturus videbatur. Nec immerito illius magnitudo à liberis populis formidabatur, pręſertim cum in Bernabone, & in Patauino deprehenſus eſſet, aliud fronte ſimulare, aliud corde ſentire. Itaque quanto ſpecioſiora prædicabat verba, tanto ſuſpectior habebatur. Iam vero quicquid per Hetruriam ſtrepebat, ab eo putabatur oriri. Maxima vero formido habebat Bononienſem ciuitatem, non inconſuetam vicecomitum dominatu; quamque Ioannes archiepiſcopus huius patruus magnus & Olegianus tenuiſſet. Ij cum eſſent ſocij, Florentini populi, ob eum metum perſeuerabant in fœdere.

sup. §. 16.

Patauinus Franciſcus Carrarius Veronēſis Anton. Scaliger. dict. Veronæ & Vincentiæ dominus.

Nam Senenſes quidem, & ipſi veteres ſocij iam tunc ſunt ad Mediolanenſes viſi reſpicere cupidi rerum nouarum, ac magnitudinem

[a] Ioannes Galeatius filius Galeatij Matthæi nepos Patri ſucceſſit in adminiſtratione paternæ ditionis prid. Non. Aug Ann. Chr. 1378. Hic Dux primus Mediolani creatus eſt ab imperatore Venceſlao Nonis Septemb. A. C. 1395. præfuit annis 7. duobus minus diebus, à patris vero obitu ad ducatum an. 17. m. 1. d. 2. omnino vero an. 24. m. 1. Hic enim Petrum Thilardi Mediolanenſem Archiepiſcopū ad Venceſlaum imperatorem oratorem miſit, optinuitque ingenti magis data pecunia quàm tanti ſuaſione oratoris creari in Ducem Mediolani, primus in ea familia eo titulo inſignitur. Blon. lib. 10. dec. 2. vide inf. c. 3. §. 23.

A.C. 1388.

Senenſes Mediolanenſib. ſeſe cõiungũt.

populi Florentini poſt Aretium ſuſceptum non A læto animo reſpicientes. Vrebat inſuper Licinia ni exorta poſſeſſio, & Cortonij Politianiq; ablatio. Cortonenſes enim cum in fide Senenſium eſſent, illis neglectis ſe ad Florentinos conuerterunt. Idem fecerunt Politianenſes. Nam cum diſcordia inter principes orta alteri alteros pepuliſſent, pulſiq; ad Senenſes confugiſſent, in quorum erant fide, & eorum auctoritate reſtitui in vrbem molirentur: altera pars, quæ tenebat oppidum, ad Florentinos cõuerſa, eorum auxilium implorabat, & oppidum dedere Forentino populo parata erat. non recipiebatur aperte oppi- B dum, ſed auxiliis fouebatur. Quibus indignationibus commoti Senenſes nihil non turbationis quæſituri videbãtur. Iam illi quidem legatos arcanis de rebus ad Galatium miſerant, famaque increbruerat ſeſe, & illi vrbem dediditſe, & prouocaſſe Galeatium ad rem Hetrúſcam capeſſendam: non alia de cauſa, quàm vt Florentinos vlciſcerentur. Ob hæc igitur cuncta ſuſpitionibus redundare cæperunt.

Ioannis Rictij aduerſus Galeatium oratio. Leon. Aret.

§. XIX.

Ioan. Vil.

DENIQVE cũ his de rebus ad concilium ciuium referretur, aſſurgens Ioannes Rictius in hunc modum orationem incæpit.

Hic homo multa ſigna facit. Licet enim in illo, de quo hæc ſcriptura ſunt, pacis erant ſigna, in hoc belli: in illo cupienda: in hoc formidanda, tamen nil vetat etiam de tam diuerſis eadem verba proferri. Nam & hic homo multa ſigna facit: & quidem magna & terribilia, nec vllo modo à nobis negligenda. Nam ſi in Gallia ſolum eius cogitatio verſaretur eſſet id quidem à nobis nequaquàm formidãdum. Nunc autem Senenſibus finitimis noſtris aduerſus nos iratis, ſeſe vſque adeo impartiri, ſpeſque ac fiduciam eorum ſuis opibus augere, Lucenſes vero ac Piſanos ſtudioſiſſime ſibi vendicare, & vbique per Hetruriam nomen eius pullulare atque oriri, ſigna ſunt manifeſta illum moliri aliquid à contra ciuitatem noſtram ſpes cogitationeſque ſuas in nos conuertiſſe.

Galeatij cupiditus imperij maxima.

Nec alienum ſane videbatur Hetruriæ cæptum ab illius progenie, quod dudum Mediolanẽſium præſul, huius Galeatij patruus magnus, & poſtea Barnabas patris german⁹ aggreſſi ſunt. Habet vero iſte facultatem & fiduciam longe maiorem, quàm ſui maiores habuerant, ob hanc recentem Senẽſium à nobis alienationem. Conſiderate huius naturam dominandi cupidiſſimam, & ſitim immenſam extendendi imperij. Erat ſibi paternum regnum lõge ampliſſimum, cum omnia ferme loca inter Mediolanum & alpes poſſideret, non contentus paternorum, Barnabas inſuper regnum concupiuit, mirabilique arte ſibi illud coniunxit. Huic quoque duplicato imperio non acquieſcens, Veronam & Vincẽtiam cum magna ditione & innumerabilibus pene oppidis ſuperaddidit. Nec his etiam contentus Patauium vrbem cum tota Patauinorum potentia ſibi vẽdicare perrexit. Nec in eo conſiſtit inexplebilis eius cupiditas iam Bononiam appetit, quaſi hæreditariam. Iam Apenninũ eius tranſgreſſa ſpes ad Senenſes Lucenſeſque extenditur. Hæc igitur intuentes, ô ciues, inſurgere debetis, & ad defenſionem libertatis veſtræ meditari. Neque enim credendum eſt illum Senas & Lucam concupiſcere, Florentiam vero non appetere: ſed illas habere vult, vt hanc adipiſcatur. Illud præterea conſiderandum eſt, non eadem mente contra nos illum venire, qua contra ciuitates alias. Cogitat enim ſeruitutem vos pati nõ poſſe, qui libera in ciuitate nati, non modo non ſeruire, ſed dominari aliis conſueſtis. Itaque neque ſub iugo tenere cæteras vicinas vrbes, firmiterque poſſidere exiſtimat, niſi Florentiam magna ruina proſternat: vt etiam ſi liberare ſe cupiat, nullam habeat facultatem. His igitur rationibus illum inimiciſſimo contra nos eſſe animo putandum eſt, ac omni niſu inſurgendum ad ſa- C lutem libertatemque noſtram retinendam, & pecuniis armis & conſiliis enixè conandum, quo relictam nobis à parentibus gloriam non amittamus. Nam turpe quidem foret, immo turpiſſimam cum maiores noſtri ex parua & exigua magnam & opulentam hanc patriam fecerint, nos vſque adeo à virtutibus eorum degenerare, vt hæc grandia & præclara nobis relicta tueri neſciamus, præſertim cum neque pecuniæ nobis, neque opes deſint. Libertatem vero non ſolum pecuniis & opibus, verum etiam vitæ anteferre debemus.

Florentiæ non vult moderate dominari Galeatius.

D At enim dicet quiſpiam Rectè mones, ac facere cuncta parati ſumus ſed tu remedia nobis oſtende. Dicam igitur, quæ mihi videtur. Primũ & antè omnia caueudum cenſeo: ne illius aut fictis verbis, aut fronte compoſita decipiamur. Eſt enim in eo altus & reconditus ſenſus, ac profunda quædam voluntatis diſſimulatio, vt in Barnabæ prius, mox in Veronenſi, inde in Patauino deprehenſum eſt: quos omnes eodem artificio ad extremum peruertit cum aliud ageret, aliud ſimularet. Sit igitur in mentibus noſtris ſemper hæc fixa, firma immobilis ſententia, nihil illum vſque adeo cupere ac moliri, quã E & Florentiæ dominaretur, huiuſque gratia omnia facere, quæ facit. Deinde copias iam nunc parandas eſſe dico, quæ contra illius ſubitos improuiſóſq; conatus queant reſiſtere. A repentinis enim inuaſionibus maximum nobis periculum imminet, cum & copias habeat ingentes, & ſit ipſe dominus volũtatum deliberationumq; ſuarum, & momento temporis mãdari poſſit, & fieri, cuius contrarium quouſque ſimulabit, nobis verò niſi prius paratæ ſint copiæ ad reſiſtendum, nihil in tempore ageremus. Non poſſunt enim ſubita repentinaque pericula, collectis F euocatiſque copiis propulſari. Paratas iam ad hoc ipſum ſtructaſque eſſe oportet, quo pericula repente ſuperuenientia propulſemus. Viros præterea diligendos cenſeo, magna prudentia, longaque experientia probatos, qui tanquam in ſpecula reipublicæ conſiſtant, & ſagaciter

Aduerſus Galeatium quid faciendum.

omnia

A.C.

omnia vigili cura circumſpiciant,& attendant. A Vtiliſſimum inſuper exiſtimo vicinos omnes noſtros in amicitia continere. A vicinis enim facultas præbetur nocere volentibus,& aufertur. Bononienſes verò fouendos auxiliis,& in ſocietate conſeruandos puto. Vrbs enim hæc ſi ab hoſtibus occuparetur, permagna nobis pericula afferret. Hæc omnia non raptim neque tepidè,ſed qua decet moderatione facienda puto:ne ipſi,qui bellum timemus, velle aliis bellum inferre videamur. Mittendos etiam cenſeo in vlteriorem Galliam legatos ad Francorum regem,qui iſta denuncient & conſilium petant. B facilè enim erit(vt ſunt Gallorum animi) vel ex hac ſola poſtulatione conſilij mentes quorumdam procerum erigere ad alpes ſi expedierit,tranſeundum. Dixi,quę mihi in præſenti facienda videantur, vos quid futurum ſit optimum reſpiciatis.

Florētinorū in Francorū regē Carolū 6. legatio.

Ea cùm dixiſſet Ioannes Riccius, concedit. Cæteri verò qui in concilio aderant,huius ferè ſententiam comprobarunt. Itaque ciuitas id conſilium ſecura,cauere diligentius, & circumſpicere cuncta perrexit.

Florentini ſe contra Galeatium copiis muniunt.
Leon.Aret.
Blon.

§. XX.

PER idem tempus in Picentibus atque Vmbris magnæ copiæ in ſocietatem cogi nunciabātur,mox Hetruriam petituræ, quas & obſeruare,ne obeſſent,& ſibi coniungere Florentini perrexere. Hæ copiæ per hyemem coactæ vt primum ver aduenit,Peruſinum agrum ingreſſæ modo ad Cortonienſium, modo ad Senenſium fines deflexere. Grauis profectò vicinitas,& quæ omnia latè turbaret. Ad hos igitur A.C.1388. Florentini miſſis oratoribus cōuentiones quaſdam inierūt, quæ res magnam ſuſpicionē apud Senenſes & Peruſinos induxit. Et quicquid poſtea per eas copias geſtum eſt, quaſi id peractum à Florentinis eſſet,ciuitati ferebatur acceptum. Tetigit quoque ea ſuſpicio Galeatium Mediolanenſem, præſertim poſtquam Carolus Barnabæ filius cum his ſeſe copiis coniunxit,& Antonius Veronenſi dominatu pulſus.

De Politiano inter Senēſes & Florentinos controuerſia.

Senenſes verò his copiis conterriti oratores Florentiam miſere, varieque tractatum eſt de controuerſiis ſopiendis, & de coniunctione priſtina retinenda. Difficultatem rebus afferebat Politianum oppidum, quod neque deſeri cum honeſtate,neque retineri poſſe ſalua Senenſium amicitia videbatur. Nec vna eademque mens ciuium erat,cum alij dimittendum omnino oppidum exiſtimarent, quo Senenſes in amicitia tenerentur,alij nequaquam demittendum, ſed retinendum conſeruandúmque cenſerent, vtpote Senenſibus aliis quoque rebus incenſis,nec ſi illud recipiant quieturis. Erant enim ferociores quidam, qui mittendas in Galliam copias, & Patauino,qui tunc à Mediolanenſi premebatur opem ferendam exiſtimarent. Per hanc variationem ſententiarum,quamquam frequenter agitarentur conſilia,nihil tamen conſtituebatur.

A.C. 1388. Galeatius Patauium occupat.

Inter hæc Galeatius Patauium accepit. Quod poſtquā Florentiæ auditū eſt,duplicata ſuſpicione bellum expectabatur certiſſimū, & magis q̄ antea de conciliandis Senenſibus cura ſubibat. Erant Florentiæ Politianenſes legati,qui cum variationem voluntatum ciuium intellexiſſent quòd alij omnino oppidum alij nec recipiendum, nec auxiliis fouendum cenſerent,docti,vt creditur à fautoribus ſuis,ad ærarium profecti politianum oppidum in bonis Florentini populi referrique iuſſerunt, allegantes, quòd ad dedendum id oppidum mandatum habebāt,quæ verò in bonis populi ſcripta ſunt,ea ſine decreto populi alienari non poſſe, Politianum igitur per hūc modum receptum eſt. Ea receptio quoquo modo facta plurimum Senenſium animos irritauit, quaſi parum integra fide per contumeliam atque iniuriam ſibi oppido illo adempto. Nec poſt hac iram texere,aut pepercerunt querelis, apertè iam Mediolanenſi potentiam adſciſcentes. Ipſe quoque Galeatius conqueri tunc primum cœpit de Florentinis, quòd Barnabæ filium,& Antonium Veronenſem inimi- C cos ſuos opibus augerent. Nec multò pòſt quaſi pararentur ſibi inſidiæ Florentinos omnes ex oppidis vrbibúſque ſuis pepulit. Quæ poſtquam Florentiæ audita ſunt, nulli fuit dubium quin bellum adeſſet,ac parandas iam inde copias, quibus illi reſiſteretur omnes cenſebant. Simúlque in vlteriorem Galliam mittendos legatos,qui aliquem principum contra hanc potentiam excitent,& Ioannem Auguſtinum Barnabæ filio coniungendum,mittendóſque ſimul ad tranſalpinam Galliam ad paternas amicitias D clientelaſque concitandas.

Politianū Florentinis deditur

Galeatius apertus Florentinorū hoſtis.

In medio apparatu futuri belli Petrus Gambacurta Piſanorum princeps Florentiam venit, & quaſi communis amicus monendo atque hortando Florentinum populum ad curam pacis reuocauit. Tantúmque valuit authoritas huius viri,vt arma iam ſumpta è manibus extorqueret. Fœdus itaque in triennium firmatum quo Mediolanenſes, & Florentini, & Senenſes vno ſimul vinculo colligati ſunt. Ictum eſt autem id fœdus Piſis authore Gambacurta,legatis ſingulorum in eo loco coeuntibus approban- E tibuſque poſt ſatis longam diſceptationem.

Fœdus inter Mediolanenſes Florentinos & Senenſes.

De Bonifacio nono electo poſt obitum Vrbani ſexti.

CAP. III.

VIAM vniuerſæ carnis Vrbano ingreſſo anno dñi. 1389. à mūdi autē initio ſecundū minorem numerum qninquies mille ſimo.352. ſecundum maiorem ſexies.1588.aſſumptus eſt ad pontificatus apicem [Petrus vel Perinus Tomacellus] F qui nuncupatus eſt Bonifacius octauus ex Neapoli oriundus,& ſedit Romæ annis xv. Clemēte Auenione ſe prætendente legitimum ſponſum Eccleſiæ. Erat autem Bonifacius (vt dicitur in chron.)cum fuit creatus papa ſatis iuuenis,quia trigintaquatuor annorum,qui licet nō

Bonifacius nonus Pōt.max. 205. ſedit an.14.m. 11. Blon. & Nauc. A.C.1389

A.C. 1388.

eſſet in ſcientia peritus, tamen bonæ conditionis naturalis, & gratioſus habebatur [& ſatis prudens inuentus eſt in regimine temporali: & præterea tanti animi, vt primus populi Romani vim omnem in pontificem tranſtulerit, creatis ſuo nutu magiſtratibus omnibus munita arce S. Angeli & pontibus] Tempore tamen huius valdè infamis curia habebatur de labe ſimoniaca, vt beneficia non tam meritis conferrentur quàm plures pecunias offerentibus. Et repleuit orbem terrarum indulgentiis plenariis, ita vt paruæ eccleſiæ in ſuis feſtiuitatibus paruo pretio eas obtinerent pro porrigentibus manus adiutrices in ſubſidium earum eaſdem tamen circa finem ſui pontificatus omnes quas contulerat, reuocauit ſub eo prætextu, vt potius eleemoſynę quę ꝓ huiuſmodi fiebāt eccleſiis, cōuerterentur ad reparationē tectorum eccliſię ſancti Pauli, iuxta vrbem, quæ corruerant.

Tempore eius fuit a Iubilæus antiquitus inſtitutus. ſ. anni 1400. vnde ad vrbē pro indulgentia habenda peregrinationem aſſumpſerunt innumeri populi fidelium, & vltramontanorū.

ſancta Brigida catalogo ſanctorū adſcribitur. vide infrà tit. 24. c. 9.

Hic adſcripſit ſanctorum catalogo beatam Brigidā de Suetia, quæ illis temporibus ad dominum migrauerat, & religionem nouam inſtituerat ſub regula Auguſtini cū additione quarūdā ſpiritualiū conſtitutionū: monaſteria renouans duplicia. ſ. monachorum & monacharum in vno ambitu, ſub vna eccleſia, & vno cellario & vna coquina degentium: ſed ſeparatim habitantibus viris à mulieribus cum pluribus clauſuris, ne pateret acceſſus adinuicem. Ipſa multas reuelationes habuit, quæ in ſcriptis redactæ magnum volumen perficiunt.

Infelix exitus bonorū Eccleſiaſticorū collatorū propinquis.

Bonifacius iſte tres habuit Germanos, quos multum exaltauit in ſæculo. & ditauit, quorum tamen filij ad extremam paupertatem deuenerunt, vt eorum exemplo diſcant cęteri de patrimonio crucifixi nolle ditari.

Anno autem domini. 1390. Bonifacius papa deſtinauit Neapolim dominum Angelum de Accaiolis cardinalem Florentinum in legatum ad coronandum Ladiſlaum filium Caroli in regem Hieruſalem & Siciliæ. Qui rex duxit in vxorem filiam Manfredi de Claromonte de Sicilia, recepta ab eo maxima dote in pecunia, & iocalib., ac lapidibus precioſis, quibus ſatis indigebat propter bella ſibi imminentia.

Ludouici 2. Andegauēſis traſitus in Italiā. meminit huius Aem. li. 9.

Sed eodem anno Loyſius ſeu Ludouicus dux Andegauiæ, qui anno præcedenti fuerat coronatus à Clemente dicto in ſua obedientia Auenione ad inſtantiam & requiſitionem regis Franciæ in regem Siciliæ, & Apuliæ & Hieruſalē magna claſſe cum matre ſua peruenit Neapolim, cum nauibus videlicet octo, & galeis quatuordecim & octo brigantinis, multis baronibus, militibus & gentibus armorum aſſociatus.

In regno Neapolitano grauia bella.

Qui receptus fuit cum magno gaudio & honorificentia à populo, & nobilibus ſuæ partis. Multi tamen ex principibus regni non obediebant ei, ſed Ladiſ-

a *Hic Pontifex annū Iubilæū tertio celebrauit ab Vrbano. 6. indictum. A. C. 1390. quod ab Vrbano indictum fuerat, vt tradidit* D. *Anton. ſup. cap. 2. §. 14. & quarto more veteri. A. C. 1400. in hoc autē tantis ab vniuerſo orbe Chriſtiano frequētata eſt vrbs Roma populis vt ſoli Romani quæſtib. inhiātes, maiora quæque pōtifici fuerint permiſſuri. Onup. Blō. li. 10. dec. 2.*

A.C. 1389.

lao. Ingreſſus autem Neapolim, quæ prius tenebatur pro eo cepit poſt breue tempus arcē ſancti Eraſmi, & caſtrum oui, & omnia fortalitia. Regibus igitur bellantibus adinuicem, & contendentib. de principatu per plures annos multiplicata ſunt mala ſuper terram illam.

Boldrinus a Marchione Anconitano dolo perimitur.

Cùm Boldrinus capitaneus militiæ gentis armorum multa opera feciſſet in ſeruitium eccleſiæ tandem vnus ex germanis papæ Bonifacij, quem inſtituerat Marchionem in Marchia Anconitana, inuitans eum ad prandium ſecum in ablutione manuū proditoriè eum occidi fecit, exiſtimans ex morte eius quietius & plenius dominium poſſidere, cuius contrarium accidit. Nam amici & gentes illius Boldrini, multa mala & homicidia fecerunt in vindictam illius.

ſup. c. 2. §. 12.
Cardinalis Rauennas Bonifacio adhæret.

Ea tempeſtate cardinalis Rauennas, qui (vt dictū eſt) receſſerat ab Vrbano, & adhæſerat Clementi, deſtinatus ab ipſo Clemente in Hetruriam, poſtea verſus vrbem, ad pugnandum contra copias Bonifacij papę. & terras eccleſiæ inuadendas, concordiam egit cum ipſo Bonifacio, reſtituens ei terras eccleſiæ inuaſas, & reconciliatus eſt cum eo pileo ſibi dimiſſo.

Societas latronum quæ eſſet, & Cardinalis Rauennæ geſta. Ioan. Vill.

§. I.

ANNO 1392. Cùm cuiuſdam ſocietatis, a initæ inter capitaneos armigerorum, poſt pacem factam inter Mediolanenſes & Florentinos, cum ſociis (quæ dicebatur ſocietas latro-

a *Societates latronū non ſolùm in Italia, ſed in Gallia eo tempore coiuerunt: quæ quoniam ad hiſtoriam Francorum ſpectant, hoc loco inſeram: quæ de his habet Aemyl. Feſſis bello ducibus, Franco Angloque regibus dimiſſiſque exercitibus, qui militum rem laremq́; familiarē habebant: hi ſe domum receperant: quibus verò fortuna omnes in dextra audaciaque ſita erant, ij coitionibus factis diuiſique in turmas cohorteſque ſuos duces; ſua ſigna habebant: loca munita arceſq́; inſederāt, & ſe locorū regionumque ac mortaliū propugnatores dictitabant: vt ſancta præſcriptione dū omnes ſe metuendos ipſi præbent; ſinguli eorum duces ex vniuerſorum metu quæſtum ſibi ſuiſque facerent. Pacem enim qui circumcolebant, ab eis redimebant, vt tuto agros colere domique cum coniugibus liberiſque manere liceret, iique Pactitij vocitabantur: In Aruernorū autē potiſſimū, Lemonicū, Ruthenorum, Cadurcorū finibus conſtiterant. Ex his in Lemonicibus: Vantadoram arcē Capito niger, gente Britannus obtinuerat: Cū morbo deceſſiſſet. ſucceſſere duo fratris filij, iuuenes impigri, armis inuicti, dum etiam dolo capere conantur capti dolo ſunt. Aſſueto patruo agreſtibus pacem pretio accepto dare, ipſi nobiliſſimos viros fraude circumuenire ſtudebant. Cùm duos egregios ordinum ductores in ſe a Biturigum duce mitti comperiſſent, Guilielmum Vitricularium ac Ioannem Blonasonem, ſubornant qui nunciaret, ſi ſibi præmio foret, vltro tradituros arcem, decem millibus aureorum acceptis portam arcis ſe patefacturos. Conſilium eis erat ingreſſos cum auro Francos duces comprehendere, nec niſi altero pondere auri redemptos dimittere. Cōtrà ingreſſi portā occupauere, datóq; ſigno iis, quos in inſidiis noctu collocarant, & arcē & ambos Capitones in poteſtatem redegere. Arx liberata Capitones reſti pœnas dedere. hæc ille.*

num

A.C. 1389.

num,quia diſcurrebant latrocinando, & ciuitates Hetruriæ faciebant ſe redimere, aliàs multa damna inferebant)cum eſſent multa millia,vna pars permanſit in territorio Peruſino, quorum dux erat Biordus de Michelottis, qui cum exulibus Piſanis plurima dettimenta inferebant ciuitati. Cardinalis autem Rauennas ſupradictus, cum eſſet in partibus illis, quæſiuit concordiã ponere inter ipſos Peruſinos exules,habitatores vrbis,& his pactionibus confecit, vt ciuitatem ipſam Peruſij papæ traderent, qui præſentialiter ad habitãdum accederet,& cum ab ea diſcederet libera remaneret, & quòd etiam exules poſſet in ciuitatem reducere, cum quibuſdam aliis conditionibus,quod totum extitit executioni mandatum.

Peruſium Pontifici deditur.

Cùm autem Bonifacius Peruſium aduenisſet & cum curia ſua ibi reſideret, arbitratus ibi rutè & quietè manere, accidit vt quendam Aghinolphum comitem papa inſtitueret capitaneũ ad reddendum ius ſingulis, & iuſtitiam miniſtrandam, & ad ſui etiam tuitionem. Sed vna dierum quidam ex exulibus reductis in ciuitatẽ ſeditionem fecerunt,& correptis armis ad inſtãtiam Pandulphi de Baglonib⁹ aliquos ciues occiderunt aduerſarios ſuos:petierunt etiã à pontifice,vt dictum Aghinolphum ab illo officio capitaneum amoueret quod & fecit,peiora formidans ſi eos non audiret.Sicque ciuitas quieuit ſub deuotione pontificis.

Bonifaci⁹ Peruſium venit.

A.C.1393. Bion. hæc ad.A.C. 1397. refert.

In principio anni ſequentis erant Peruſini in magnis contentionibus, & diſcordiis cũ exulibus ſuis,& pontifice Bonifacio ibi reſidente,cũ non modico ſui periculo & multa incommoditate,propter penuriam victualium,quæ erant in cariſſimo foro.Quamobrem miſit pontifex oratorem ſuum Florentiam,rogans,vt placeret eis deſtinare Peruſium aliquos bonos ciues ſuos qui componerent pacem inter habitatores Peruſij ciues,& exules eorum, ac etiam cum ipſo pontifice.Fama vulgauerat publica, quod non poterat fieri, niſi per Florentinos, quia partes diſſidentes conueniebant in eorũ arbitrio.Fuerunt ergo ad hoc deſtinati duo notabiles ciues prudentes,& magnæ æquitatis, ſcilicet Guido domini Thomæ,& Andreas de Minabertis.Cõgregati verò ſunt in caſtro Bertonę epiſcop⁹Firmanus orator pro parte pontificis,oratores etiã ciuium Peruſinorum,ac etiam oratores exulum coram prædictis viris. Explicatis differentiis eorum quàm citiſſimè omnes conſenſerunt partim oratores habentes ſufficiens mandatum ad id compromittere in oratores Florentinos, & ſtare iudicio, & ſententiæ eorum. Sed ciues illi Florentini,vt prudentes,zelatores honoris Eccleſiæ, & pontificis eius, noluerunt aſſentire: ſed perſuaſerunt,& inclinarunt partes, vt compromitterent in pontificem,& ipſe promiſit põtifex non aliud laudare & ſententiare,niſi quod arbitrarentur dicti ciues Florentini. Quo facto determinatum fuit,vt exules in ciuitatem reducerentur cum certis modis,& conditionibus.Et Florentini & papa promiſerunt obſeruationem ſententiæ pro vtraque parte.

Eodem tempore pontifex ipſe concordiam fecit cũ ciuitatibus omnibus Marchiæ, & reddito cenſu annuali, pacem fecit eum eis,remittens offenſas præteritas.

A.C. 1393.

Tunc etiam Romani profecti contra Viterbienſes, quibus dominabatur Gyannes (vel Ioãnes)Sciarra,in via obuiã habuerunt multos Britones bellatores, qui ſibi vſurpauerant aliquas terras eccleſiæ circunſtantes, contra quos pugnantes,profligarunt plures ex illis occidentes.Viterbium autem accedentes fecerunt concorditer eos ſubiici papæ,cuius vicarius Gyannes fuit ibi dimiſſus.

Societatis latronum duces Peruſinis moleſti.

Biordus de Michelottis Peruſinus, & Azo de caſtello cum quibuſdam aliis de ſocietate latronum,cum moleſtarent terras eccleſiæ incurſibus ſuis & rapinis, Florentini operam dederunt, vt concordiam haberent cum pontifice: ad quod efficiendum pontifex tradidit illis decem millia florenorum,promittentibus non moleſtare amplius terras eius. Ipſi autem Biordo homines de Caſtro plebis ſe tradiderunt, rebellantes ſe à Peruſinis. Et cum hoc perturbaret pacem paulò antè factam: Florentini quæſierunt eos reducere ad conſeruanda pacta pacis.Qui noluerunt acquieſcere, dicentes ſe velle eſſe ſubiectos Peruſinis liberis,& nõ pontifici. Ne autem magis pax perturbaretur tolerauerunt illos manere ſub Biordo.

Menſe Iulij eiuſdem anni, vnus ex exulibus in ciuitatem reductis,cum fuiſſet occiſus à parte illorum qui dicebantur Becherini, & ipſos interfectores captos capitane⁹,vt iuſtitia exigebat,morti tradere vellet: Pandulphus de Baglonibus cum quibuſdam aliis complicibus petiit illos captos liberos relaxari, & nullo modo occidi.Pontifici idem videbatur,ne pax ciuitatis magis perturbaretur ex nece illorum. Dum autem res ipſa adhuc ſuſpenſa maneret, exules reducti congregati in non paruo numero ſeditionem fecerunt, arreptiſque armis interfecerunt ipſum Pandulphum de Baglonibus cum pluribus ſociis ſuis, ac etiam germanum ſuum, necnõ & dominũ Nicolaum cũ filio,& conſortibus ſuis. Oddonem quoque de Oddonibus & Pelliuum Cuchi de Baglonibus,qui tũc vnus erat de prioribus ciuitatis,& dominum Rainerium de Raineriis, & plures alios,domos etiam Pandulphi & Pellini & aliorum combuſſerũt. De Becherinis inſuper occiſi ſunt partim in vrbe,partim extra circa centum homines.Exilio verò traditi ciues trecenti vel circa. Ita autem res erat exacerbata, vt pontifex remedium adhibere non valeret: ſed auguſtiatus cernens ſe deceptum ab exulibus, quibus beneficium contulerat reductionis in vrbem, timens ſibiipſi, nocte eadem de vrbe recedens,profectus eſt Aſſiſium ciuitatem propinquam ad vndecim milliaria,& inde Spoletum,Romã non multò pòſt profecturus.Reliquit autem Peruſij vnum cardinalem vicarium ſuum, in mala diſpoſitione ciuitatem relinquens.

Circa illud tempus Marchio germanus papæ cepit quoddam caſtrum,quod erat domini Gentilis de Camerino excepta arce. Sed dominus Gẽtilis vocans Biordum in auxilium ſuum, per ipſam arcem introducẽs copias eius in caſtrum, cepit dictum Marchionem,& gentes ſuę partim mortuę fuerunt,partim captę.Ex quo plures ciuitates Marchiæ deficientes ab eccleſia tradide-

A.C. 1394. tunt ſe partim Domino Gentili, partim Biordo. A manens, ſed nil horum egit. Quinimo poſt plurimos annos pontificatus ſui vſurpatiuè retenti, in concilio Conſtantienſi, in quo renunciauit

Narnia diripitur. Narnienſis ciuitas tunc tota prædæ expoſita eſt à ſtipendiariis. Nam gentes Ioannis Teutonici introductæ in ciuitatem à Gibellinis, prædatæ ſunt eam. Pontifex autem copias miſit illuc, quæ ingreſſæ per arcem, quod reſtabat, rapuerunt. Quo tempore plurimæ ciuitates & caſtra in Marchia & Romandiola, in ducatu Spoletano, in patrimonio, quaſi ſimilia paſſæ ſunt à ſocietate latronum. Tandem poſt annum facta eſt concordia inter pontificem & Biordum reconciliatum cum eccleſia cum his conditionibus vt retentis ſibi aliquibus caſtris eccleſiæ vt vicariatum habuit à papa Peruſium Tudertum, vrbem veterem.

Bonifacius à Bandereſiis vexatur, & Petrus de luna Pontifex eligitur. Blondus Aemyl.

§. II.

ANNO domini 1394. menſe Maij: Romæ inſurrexerunt a Bandarenſes ſimul cũ populo contra Bonifacium pontificem ex quibuſdam diſcordiis ortis inter eos, & adeo contra eum ſuccenſuere, vt crederetur, quòd manus in eum inieciſſent, nec vitæ eius peperciſſent. Sed obuiatum eſt, ne tantum ſacrilegium ſequeretur. Nam rex Ladiſlaus, ab eo iam coronatus, cum tunc Romæ adeſſet pro quibuſdam à pontifice gratiis impetrandis, armis correptis cum ſuis eum defenſauit. Et demum concordiam poſuit inter pontificem & Banderenſes illos cum populo, qui ſibi vſurpare quærebant totale dominum vrbis vt eos in pace dimiſit. (Nauc. gen. 47.)

Clementis 7. Antipapæ mors & Benedicti electio. A.C. 1394. In ſequenti Septembri migrauit à ſeculo qui in obedientia ſua vocatus eſt Clemens ſeptimus Auenione. Cui per electionẽ cardinalium ſucceſſit in antipapatu b Petrus de Luna conſanguineus regis Aragonum vocatus à ſuis Benedictus decimus tertius. Hic quidẽ peritus iuris fuit etiã in literis, calidiſſimus verò, in mũdi negotiis. Hic per orbem litteris ſuis ſignificauit ſe eſſe paratum renunciare iuri papatus ad tollendum ſchiſma per multos annos iam permanens, ſed nil horum egit.

a *Hæc ſic Blon. recenſet. Pontifex varias interim à Bandareſiis perſecutiones eſt perpeſſus: adeo vt Baſilicæ principis Apoſtolorum Petri canonici alienationem facere enormem recuſantes à Bandareſiis expetitam, & propterea in Pontificis cubiculo latitantes illum per vim refractis foris eduxerint.*

b *Secundum Clementis obitum Franci duces cum Auenionenſibus purpuratis agebant per legatos ne feſtinarent in defuncti locum ſufficere vt interea iniretur ratio ſchiſmatis finiendi. Hactenus ducum voluntatem reueriti ſunt, vt pro quiſque eorum per ſancta iuraret, ſe, ſi eligeretur, pontificatum depoſiturum, modo Romanus idem faceret, vt totius orbis terrarum conuentu ſacræ ſedi certus imponeretur Pontifex. Aemy. lib. 10.*

alius ſcilicet Gregorius, qui verus papa in Italia, & pluribus aliis nationibus habebatur, ipſe ſemper obſtinato animo in ſchiſmate permanſit, nec citatus ad concilium acceſſit, ſed in ſuo errore dies ſuos compleuit, vt infrà patebit. (Petri de luna pertinacia. infrà c. 6. §. 2. & 7. ante §. 1. A.C. 1395.)

Principes ad Petrum de Luna legatos mittunt. Anno ſequenti menſe Iunij miſſi ſunt oratores à rege Franciæ, & Angliæ, & aliis principibus Chriſtianitatis ad ipſum, qui dicebatur Benedictus, exhortantes ex parte mittentium ad renunciandum papatui, ſi & ille qui Romæ reſidebat, renunciaret, ad auferendum peſtiferum ſchiſma. Qui habito conſilio & tractatu ſuper B his cum cardinalibus ſuis, reſpondit ſe hoc impleturum dummodo Romanus primus eſſet ad cedendum papatui, nec aliud obtulit, vel aliter ſe facturum. Quamobrem oratores ſine fructu ad ſuos dominos reuerſi ſunt.

Biordus Peruſinus Eccleſiæ hoſtis excõmunicatur. Cum ciuitas Tudertina ſub Dominio Malateſtæ filij Pandelphi, de Malateſtis teneretur, quia hoc pontifici non erat gratũ, cũ de iuriſdictione eſſet eccleſiæ, conſortes ſui perſuaſerunt ac voluerunt, quòd eam dimitteret, & Piſaurum rediret ciuitatem ſuam ſeu vicariatum eius, ſibi ab eccleſia collatum. Quo peracto Tudertini ipſi dederunt dominium eius Biordo Peruſino, C quod ſuſcepit in dedecus pontificis. Quinimmo & vrbem veterem ciuitatem eccleſiæ vſurpauit, & alias ciuitates & caſtra, inde eiiciens gentes eccleſiæ, multa damna & deuaſtationes inferens in patria illa diſcurrendo huncinde hoſtiliter. Ob eam rem Bonifacius pontifex non ſolùm Biordum excommunicauit, cum ſuis complicibus, vt manifeſtum eccleſiæ inimicum & bonorum eccleſiæ vſurpatorem: ſed crucem cõtra eum prædicari fecit, indulgentiam generalem largiendo plenariæ remiſſionis pergentibus contra eum, & ſuos in bellum.

D Eodem anno menſe Iunij cum pontifex caſtellum Caſtrocari in Romandiola Florentinis vendidiſſet, vndecim millibus florenorum, miſerunt Florentini copias ſuas ad obtinendum. Caſtellanus enim recuſabat hoc dare, quamuis ſuper eo mandatum haberet à pontifice. Et ad reſiſtendum auxilia habebat à Forliuienſibus, Vrbinatibus, & Bononienſibus: quibus non placebat caſtellum illud à Florentinis poſſideri. Vnde cum in ſe forte eſſet, & benè munitum poſt aliquam obſidionem ea ſoluta receſſerunt E ſine obtentu eius, indignati contra Bononienſes & Foroliuienſes de ſubſidio miniſtrato.

Reges Chriſtiani ad Bonifacium oratores mittunt. Anno Domini 1396. Menſe Septembri venerunt multi oratores ad vrbem miſſi à multis regibus Chriſtianitatis, videlicet à rege Franciæ, à rege Angliæ, à rege Hiſpaniæ, à rege Nauarræ: à rege Aragonum: qui omnes obedientiam exhibuerunt Clementi, & poſtea Benedicto ſucceſſori eius exhortando & rogando Bonifaciũ vt ad remouẽdũ ſchiſma, vellet renunciare omni iuri, quod prætenderet in papatu: cum & Be F nedictus ſe pararet ad idem faciendum. Qui reſpondit ſe eſſe verum & indubitatum pontificem ſummum, & nullum alium, propter quod nulla via mundi intendebat renunciare. Vnde reuerſi ſunt ad dominos ſuos nihil obtinentes.

Fœdus

A.C. 1402.

Fœdus inter Pontificem & Florentinos, & Ioannes Galeatius moritur. Blond. Leon. Aretin.

§. III.

ANNO autem Domini. 1402. paulo ante mortem ducis per oratores Florentinos initum eſt fœdus colligationis, & publicatum inter pontificem & Florentinos hac conuentione: vt pro communi tutela ſtatuum ſuorum pontifex quinque millia equitum, Florentini ſex millia tenerent. Id maximè mouit ad ineundum fœdus pontificem, quod parum tutus videbatur in vrbe, cum ſentiret etiam vrbem dolo ducis tentari ad defectionem. Secuta verò quam citiſſimè ducis morte, pontifex cum fratrem ſuum Ioannellum nomine, Florentinorum equitum præſidio fultum, ad recuperandũ Peruſium miſiſſet, fauore exulum multa oppida & caſtella, tum metu tũ vltro ſe dedentia recepta ſunt. Ipſum deinde Peruſium obſidetur adeo perterrefactis ciuibus, vt ſe futuros in poteſtate pontificis dicerent: dummodo in vrbem exules nõ redirent. Sed ſeruanda illis fides erat, quorum opera tot oppida in poteſtatem eorum veniſſent. Et in dies magis opprimebãtur ciues omni ope deſtituti, vt proculdubio in poteſtatẽ pontificis veniſſent, niſi Ioannelli viri imbellis paruiq; animi terrore obſidio foret intermiſſa. Nam cum à nouo duce Mediolani [a] Ioanne Maria, Octobon tertius equitum trium millium præfectus ad liberandam obſidionem ex Bononia miſſus fuiſſet, tãtus terror Ioannellum inuaſit, vt non expectatis hoſtibus, quibus ſuperior erat & numero & virtute, relictis omnibus, quæ capta erant, cum ſuis copiis Tudertum petiit, magno cum ſuo pontificiſque dedecore.

Põtifex vrbes verſus dictiõis recuperat.

Anno domini 1404. miſſi ſunt oratores à Papa ſeu antipapa Benedicto pro ſchiſmate amouendo ad vrbem ad Bonifacium. Qui procurata cis ſecuritate ſeu ſaluoconductu applicantes ad curiam hortati ſunt ad ſchiſma auferendum triplicem ad hoc viam exponendo. Prima, vt pontifices ambo cum ſuis cardinalibus conuenirẽt in vnum locum, & ibi tractarent concordiam ſimul. Secunda, vt ſoli cardinales accederẽt, & in quo conuenirent, illud fieret. Tertia, quòd conuenirent epiſcopi & alij prælati ſolum, & quem iudicarent verum pontificem, & vnicum eccleſiæ ſponſum remaneret ſolus in ſede. Sed nullus modus horum acceptatus eſt.

Benedict⁹ Antipapa ad Bonifacium oratores mittit.

Pontifex vero die 29. Septembr. infirmatus grauiter ex febre & calculo ſeu lapide intra triduũ ſpiritum reddidit. A multis vulgatum eſt, quòd cum ſecundum medicinam carnalem diceretur ſibi, quòd per coitum cum muliere liberaretur à calculo, ex quo deceſſit, minimè acquieſcere

Bonifacij pontificis obitus, & cauſa mortis.

[a] *Ioannes Maria vicecomes Ioannis Galeatij filius 2. Mediolanenſium dux creatus anno 1402. regnauit an. 9. m. 3. d. 14. occiſus aliquot ciuium conſpiratione. 17. Cal. Iun. A.C. 1412. Onuph. de hoc infra. c. 5. §. 42. & 43.*

A.C. 1404.

voluit tanto ſacrilegio contra diuinam legem, eligens potius pudice mori, quàm impudice viuere. Et ideo valde commendandus fuit. Sepultus eſt autem in eccleſia ſancti Petri, cuius ſepulchrum honorificum eſt, quaſi in ingreſſu eccleſiæ.

Ioannis Galeatij de Florentinis querimonia, & Florentinorum ad eum reſponſiones. Leon. Aret. Blon.

§. IIII.

POST narrationem de operibus pontificis Bonifacij, & contingentibus circa terras eccleſiæ, ad geſta in Italia per principes & communitates ſtylum vertendo. Anno domini 1389. ſtatim maiores, quàm primæ Florentiæ renouatæ ſunt ſuſpiciones. Galeatius enim procuratam ſibi necem à Florentinis querebatur, idque per literas quibuſdam proceribus & ciuitatibus ſignificauit. Conquerebatur etiam acerbè, quòd Ioannes Ricius in publico Florẽtinorum concilio, cum vocaſſet fraudulentum hominem, atque infidum, & quòd ei in Barnabam perfidiam exprobraſſet, ab eoq; quaſi ab hoſte cauendum eſſe monuiſſet, audiente ciuitate, & approbante. Referebat enim ad fidem rei huius principium orationis illius fuiſſe. Hic homo multa ſigna facit. Hinc accepta occaſione cunctos Florentini nominis, per oppida & loca ſua verſari, commorative vetuit in poſterum. Quæ vbi Florentiæ audita ſunt, nulli fuit dubium, quin bellum adeſſet, & omnis ſpes vnquàm futuræ pacis in tanta vacillatione & inconſtantia perderetur. Placuit tamẽ ad calumnias eius reſpondere, ne forte taciturnitas conſcientiam arguere videretur. Nec ſibi ſolum, ſed ad Venetos, Genuenſes, & Piſanos, literis miſſis, quæ de procurata morte ſcripſerat, magnifice refutata ſunt. Non enim morem eſſe Florentini populi veneno aduerſarios necare, ſed armis aperte, cum expedit, bellum inferre. Venenis autem & proditionibus vti, tyrannorum eſſe, non populorum: ſed ipſum cauſam belli quærere, & ea fingere, quæ nouit vera non eſſe. Quòd autem ciues Florentinos locis & oppidis ſuis pepulerit, ſe contra facturos eſſe. Itaque publico edicto inuitare omnes ſuos, vt libere commorari Florentiæ, ceteriſque in vrbibus Florentinorum poſſint.

vide ſ. c. 2. §. 19. Ioan 11.

Reſponſio Florẽtinorum ad Galeatij calumnias.

Inter hęc autem omnia maioribus vtique ſuſpicionibus redundare cœperunt. Senenſes quidem & Peruſini fœdus Piſis ictum ratum habere noluerunt. Galeatius verò ciuitatis oratores ad regem Francorum proficiſcentes per viam capiendos detinendoſque curauerat. De his omnibus querelæ ciuitatis nomine ad Petrum Gambacurtam, qui auctor & ſuaſor fuerat fœderis delatæ ſunt. Sed ipſe vir bonus, ſynceriqne animi, quantum valebat, & poterat turbulentis rebus medebatur, & ſatisfaciebat quidem Florentino populo rectitudine iudicij, ac bona voluntate. Itaque Mediolanum proficiſci volentem ad hæc expoſtulanda Florentini retinuerunt, formidantes illius ſtatui, ac Piſanorum libertati. Multa tamen, & per hunc ipſum virum, & per alios

A.C. 1402.

lios eoipſo tempore cũ Senenſibus agitata ſunt, conantibus Florentinis, ſi qua poſſent, ad veterem amicitiam reduci. Atque his de rebus ſæpe oratores miſſi ſunt etiam eum oblatione Politiani relinquendi in manib. ſociorum. Hæc & per ſe, & per legatos Bononiẽſium, cæterorúque amicorum Florentini quęſierunt. Sed cuncta incaſſum, adeo Senenſium animos indignatio exacerbauerat, præſertim cũ haud multo prius facto, & opera Florentini populi, per Ioannem Auguſtinum & copias eius in ſocietatẽ coactas ſe impeditos agnoſcerent, vt metu ad amicitiam Florentinorum redire compellerentur. Sed neque oblata humanitas, neque minæ terroreſve profuerunt aduerſus mentes Senenſium obſtinata indignatione ſaucias. In Peruſinis quoque motus erar non diſſimilis, conquerentibus iampridem, quòd eorum exules à Florentinis fouerent, quodq́ue latrones in ſocietatem coacti, Florentinorum opera eos offendiſſent. Etiam arces quædam per proditionem tentatæ, vt Miniatis oppidi, & Anglaris. Et in Aretinis motus quidam conati per Angelum Tarlatum Petramalenſem & Barrholomæum eius agnatum. Ita bellum etſi nondum erat, tamen haud dubiè parabatur.

Senenſes aduerſus Florentinos indignati.

Peruſini item.

Inter hæc rex Francorum per oratores ſuos nunciauit Florentinos protegere ac tutari velle, prout ab eo poſtulauerant Florenrini. Ob hæc autẽ duo poſtulabãtur. Primum, vt ciuitas Clementem, vt verum pontificem Romanum ſectaretur in ſpiritualibus. Secundum vt donũ aliquod annuum cẽſus nomine regi dare inſtitueret: quo appareret protegendi tutandíque ius regi incumbere. Hæc vtraque magno animo negata ſunt regi, quoniam alterum vacillationem fidei, alterum diminutionem libertatis cõtineret. Itaque maluit Florentinus populus ſuis propriis viribus bellum periculoſum & maximum ſuſtinere, quàm illa regi concedere, quæ erant contra dignitatem. Nec poſtulantibus regiis oratoribus ad ſuum arbitrium pacem, remittit, conſenſit ob earumdem rerum ſuſpiciones.

Florentini cur Francorũ regẽ protectorẽ noluerint.

Galeatius bellum indicit Florentinis. Blon. lib. 10. dec. 9. Ioannis Galeatij epiſtola.

§. V.

A.C. 1390.

DEMVM verò cum hincinde exarſiſſent animi, Galeatius per literas ſuas bellum indixit. Exemplum literarum earum ſubiicit Leonardus, quod tale erat, Galeatius Florentinis.

Pacem Italicam, omnĩ ſtudio hactenus indefeſſa intentione quæſiuimus, nec laboribus pepercimus, nec impenſæ. Optabamus enim, quòd laſſaca longis guerris Italia, ſemel temporibus noſtris in pace quieſceret, idque taoto animi feruore flagrauimus, vt nõnunquam per malos interpretes vitio nobis adſcriptum fuerit, quod humanitate & charitate nitebamur. Sed omnia fruſtra tentauimus præualentibus conſiliis impiorum. Maluit enim non dicimus magnifica veſtra communitas (de qua nil tale opinari poſſumus) ſed paucorum archiguelphorum veſtrorum ſeu rabies ſeu diffidentia male fundati & tremuli ſtatus ſui, qui florentem illam ciuitatẽ ſub libertatis ſpecie tyrannizant, guerram quàm pacem deligere, & pacis indigam patriam & Italiam pro magna parte ſtrepitibus bellorum irrumpere, violatis (quod execrabilius eſt) in grande damnum & inæſtimabilem iacturam magnificorum filiorum noſtrorum Senenſium ac Peruſinorum, ignominiamq́ue noſtram, occultè primò, quàntum fieri potuit, & tandem palam fœderibus vniuerſalis ligæ, quæ fuerat longis temporibus & validis ſolennitatibus conſummara. Vtinam in ipſos ſolos, & non in alios pacis auidos, & in eorum capita, & non in ipſam miſerandam patriam, deteſtabilia hæc ſua conſilia & opera redundarent. Quibus præter naturam noſtram, & omne propoſitum noſtrum, ad vlciſcendum illatas filiis, & amicis noſtris contra conuenta ligæ fœdera, innumerabiles offenſas aduerſus tyrannizantem archiguelphorum veſtrorum ſtatum à die pronunciationis huius noſtræ diffidentiæ in arma prouocamur, neceſſariò.

A.C. 1390.

Ad has literas prolixius duriuſq́ue eſt reſponſum à Florentinis cum ſingulorum capitum reprobatione. Pacem omni ſtudio quæſiuiſſe eum qui nihil aliud, quàm bellum per omnem vitam fuerit meditatus. Qui nuper Veronenſem fractum aduerſo prælio repente bello armiſq́ue inuaſerit, fingens illum contra ſe inſurgere velle, qui vix propria mœnia poterat à priori hoſte defendere. Patauino nunc, qui cum ſe coniunxerat ad Veronenſem euertendum, mox ſimili fictione bellum intulerit, atque oppreſſerit. Qui gener ſocerum, nepos patruum mirabili impietate prodiderit. Qui non diſſimili fictione cauſam belli quærens, vix ſiccatis adhuc fœderis Piſani literis, necem ſuam procuratam in concilio Florentini populi ſimulauerit, quo pacem rumperet, bellum inferret, nunc fœdus violatum à Florentinis dicere, cum Florentini quidem ad vnguem ſeruauerint: ipſe verò priuſquam concluſum fuerit, de violatione cogitauerit. Quiſpe vana inflatus regnum Italiæ ſperet, atque affectet. Se quidem fuiſſe paratos iuris diſceptationi ſtare. Sed quoniã non iure, ſed bello & armis inuadantur, viriliter repugnaturos. Quod potentioribus quibuſdam indicat bellum non vniuerſæ ciuitati, in eo apparitu rum eſſe, quàm ſtultè crediderit malis ſuaſoribus, cùm vnanimem ſit ciuitatem totam ad retundendum eius conatus repperturus. Atque ita bellum magno elatóque animo eſt à Florentinis receptum.

Florentini Galeatij obiecta diluunt.

Intelligit Barnabã Vicecomitem vide ſu c. 2. §. 16.

Bellum iſtud Florentini populi cum duce Mediolanenſi Ioanne Galeatio cœptum eſt nonageſimo anno ſupra mille trecentos, medio quaſi vere. Durauit autem fere annis duodecim quáquam interceſſerit nõnunquam pax, verum ita infida atque ſuſpecta, vt vix ab armis diſcederetur, ac reſumeretur confeſtim bellum; vt oſtenderetur. Et bellum iſtud Mediolanenſe tantis opibus tantaque contentione animorum à Florentino populo geſtum eſt, vt proculdubio. bellorum

A.C. 1389.

lorum omnium, quæ is populus vnquam geſſit, maxmum ſit exiſtimandum: vt diffuſè proſequitur de eo Leonardus in hiſto. Floren. in 10. & vltim. lib. ciues verba ponimus: ſed aliquando abbreuiata.

Per id tempus ciuitas viris opibuſque maximè florebat, & nitebatur contra potentiſſimum hoſtem, cuius magnitudo dominij inſtar cuiuſdam regni per Italiam habebatur. Adde inſuper & callidiſſimum. Sed etſi ſerpens callidior eſſet penè omnibus animantibus, quæ erant ſuper terram & inſidias calcaneo mulieri, ciuitatis, ſcilicet Florentinæ eam foret citius deuoraturus, ipſa deuotis precibus, non ſuis viribus ſed diuina prouidentia operante, contrito capite ſerpentis per mortem eius euaſit tyrannidem virulentam illius. Nec in eo bello tam diutino noſtratibus ſolum certatum eſt armis, ſed magnos inſuper exercitus potentiſſimoſque duces ex Gallia & Grmania Florentini exciuerunt, vt admirandum ſit populum vnum ad tantas res gerendas, vel magnitudine animorum, vel opibus, ſuffeciſſe. Cauſæ verò ac ſeminaria huius belli in in præcedenti. §. expreſſa ſunt. Initium verò gerendi per hunc modũ fuit.

Bellũ contra Medioſanenſes quale.

Initium belli inter Florentinos & Galeatium Blon. ibid. Leonard. Aret.

§. VI.

Eqvites & pedites magno numero Senis conuenerant paulò ante indictionem belli. Venerant autem partim ex Gallia per Lucẽſet, & Piſanos paulatim trãſeuntes, partim ex agro Piceno in Peruſinos prius trãſgreſſi, cum exules à Florentinis palam adiuti, redire in vrbẽ nitebantur, mox ex Peruſinis in Senenſes tranſierunt. Cùm igitur bellum mouere decretũ eſſet, hoſtium equites ad tria millia, peditum ad mille quingenros Senis profecti, non procul ab vrbe ipſa prima die conſtiterunt. Duces verò equitatus erant Ioannes Actij ex Vbaldinis, & Iantedeſcus nepos Sachonis dudum Aretinorum tyranni. Erant verò ambo præſtantes bello viri amboque Floretini popu inimici. Quippe & Vbaldidæ gentis caſtella Florentini per ſuperiora tempora euerterant & Sachonis filiis Bibiennam primo, mox cæteras, quas tenebant, arces abſtulerant.

Profecti igitur Senis, ac ea die intra Senenſium fines morati, vbi nox aduenit iter arripientes, tranſmiſſo monte, qui [a] Lucus dicitur, per ſuperiorem Arnum deſcenderunt. Promiſerant enim quidam oppidum illis prodere quod iuxta flumen Arni conſiſtens à patrono ciuitatis nomen habet, & voluerunt proditores portam capere, ſed deterriti oppidanorum concurſu, & fortuito aduentu quorundam auxiliariorum deſperata re, ab incepto deſtiterunt. Vnus autem eorum diſſimulato itinere ad hoſtes trans fugit, conatumque irritum cecidiſſe oſtendit. Ea igitur ſpe deſtituti hoſtes, per ſuperiorem Arnu profecti in fines Aretinorum tranſierunt, prædis ac rapinis omnia fœdantes. Inde per Ambram fluuium in fines Senenſium ſunt reuerſi. In iis verò locis conſiſtentes, diſcurſiones & bellum tumultuoſius intulerunt.

A.C. 1390.

Mediolanenſes oppidũ prope Arnum tentant.

Aduerſus hunc repentinum motum, quamquam non ſatis parata ciuitas erat, tamen quæcunque potuit equitum & peditum ſubſidia in Aretinos miſit, quo conatibus hoſtium obuiaretur. Nam Gibellinæ factionis homines iam per ea loca ſeſe plurimum crexerant, nouóſque fieri motus affectabant, ſtudio magis partium, quàm vlla probabili ratione ducti. Inter hos maximè eminebant gentiles, agnatique Sachonis dudum Aretinorum tyranni, quibus caſtella quædam & oppida ex vetere fortuna ſupererant, magnæque eorum clientelæ & amicitiæ per agrum Aretinum vigebant. Hi ergo ſtatim, vt motum eſt, percupidè arripuerant bellum, & ſuarum partium homines in ſpem maximam erexerant. Itaque haud multò pòſt & defectiones aliæ fieri cœptæ ſunt, & Lucinianum oppidum nobile, quod tunc Florentini poſſidebant, ad hoſtes defecit.

Per idem ferè tempus aduerſus Bononienſes, qui erant Florentinorum ſocij, motum eſt bellum. Galeatius enim miſſis repente copiis, ab exercitu Bononienſes inuaſit, Præerat autem huic exercitui Iacobus Vermis Veronenſis. Erant cum eo & alij ductores, ſed ſumma rerum ad Iacobum referebant. Hi omnes magno tumultu Bononienſem agrum ingreſſi, oppida quædam expugnauerunt. Bononienſes autem in eo periculo conſtituti, hæc Florentiam celeriter nunciarunt, & auxilia popoſcerunt. Itaque Florentini multis de rebus ſolliciti, vno eodémque tempore, & de reſiſtendo aduerſus propinquos hoſtes, & de ſociorum tutela curam ſuſcipere cogebantur. Ioannes Auguſtinus inclinsea tempeſtate dux cum Florentino populo militare conſuetus, in Apulia per hoc tempus degebat. Hunc igitur confeſtim euocare placuit & ſimul ad Rainaldum Vrſinum egregiæ potentiæ hominem magnóque bello ducem reſpicere, cumque cum ſuis copiis accerſere, imperiumq; totius belli per Hetturiam ſibi vni polliceri in agrum item Picenum mittere ad alios milites conducendos. Ei Auguſtinus quidem celeriter ex Apulia mouẽs factis maturè aduenit, ſtatimque ad Bononienſes miſſus eſt. Magna enim & præcipua cura Florentinis erat, Bononienſes in ſocietate retinendi. Rainaldus autem Vrſinus in Hetruria expectabatur. Qui cum apparatus feciſſet omnes, ac iter ingreſſus foret, dolo ac proditione quorundam apud Aquilam vrbem interficitur, cuius viri interitus multa turbauit, ſed affuit medicina haud quaquam diſpar, quòd apud hoſtes quoque Ioannes, qui erat præcipuus belli dux, haud multò pòſt concepto in caſtris morbo ac Senas relatus diem obiuit.

Bononienſes bello impetũt à Galeatio.

a Hunc montem Blon. in Hetruriæ deſcriptione lupum: oppidum verò, S. Ioannes vt puto nominat.

Auguſtinus

A.C. 1390.

Auguſtinus Bononienſium hoſtes fugat. Blond. ibid. Leon. Aret. Aemyl.

§. VII.

BONONIAM verò cũ per ueniſſet Auguſtinus coactis in vnum Florentinorum ac Bononieſium copiis quæ ad quatuor millia equitum fuerunt, peditum ad duo millia, quos ad hoſtes duxit. Nec expectauerunt hoſtes, ſed deſerta obſidione caſtelli Premalcore quod tũc obſidebãt in Mutinẽſem agrũ ſe receperũt. Auguſtinus pulſis hoſtibus reducere caſtella prius amiſſa in poteſtatem Bononienſium nitebatur. Et erat quidem optima ſpes bello in iis locis ſuperandi. Habebat verò ſecum ad terrorem hoſtis Barnaba filium Carolum, & Luchinum ex eadem familia ortos, ad quos imperium Mediolani ſucceſſione legitima ſpectare dicebatur. Conſtituerat autem redactis in poteſtatem caſtellis primo amiſſis, in Mutinenſes fines tranſire, indeque aduerſus Mediolanẽſem bellum inferre. C

Florentini ex Germania & Gallia auxilia euocant.

Inter hęc maior cura Florentinos detinebat. Non enim, ſi in Hetruria reſiſterent, neque ſi Bononienſibus finibus hoſtem pepuliſſent, ſatis eſſe putabant: ſed ardebant animi cupiditate mirabili caput ipſum hoſtile per Galliam inuadendi. Quare miſſis in Germaniam legatis, Stephanum Bauariæ ducem magnis pecuniis maximiſque præmiis oſtenſis, vt tranſiret in Italiam commouebant, Franciſcũ quoq; Carrarienſem, qui capto parente in Germaniam ſe receperat, Florentini excitabant vt ad recuperandam dominationem paternam in Italiam reuerteretur. In Galliam quę tranſalpinam legatione alia miſſa, Iacobum Armeniaci comitem, bello inſignem virum magnis propoſitis pręmiis euocabant. Vtrobique infinita quædam vis pecuniarum à Florentinis impenſa. D

Dum hæc per Galliam & Germaniam prouiderentur, bellum nihilo ſegnius in Hetruria gerebatur. Hoſtes enim vallem Arni ſuperioris ingreſſi, omnia longè ac late populabantur inſuper caſtella quædam Aretini agri ad defectionem coegerant, tandemque munitiſſimam arcẽ, cui nomen eſt Battifolle, tribus miliaribus ab Aretio diſtantẽ per proditionem acceperũt. E

Battifolle oppidum captum.

Cũ enim meſſis eſſet, ac oppidani metendis colligendiſque ſegetibus intenti eſſent: ſeſeque populariter extra oppidum effudiſſent: presbyter quidam inuitato ad epulas cuſtode arcis, illum vi illata detinuit, ac turrim ingreſſus (erat enim celſa & egregia in arce turris) hoſtes vocauit, eiſque venientibus arcem & oppidum tradidit. Oppidani omnes capti, bonaque eorum direpta fuerunt. In hoc ergo caſtello ſtationem habentes hoſtes, ac ex propinquo loco die noctuque Aretio imminentes: & vſq; ad mœnia aſſiduis prope incurſionibus infeſtantes, maximum in diſcrimen ciuitatem coniecerant. F

Aretini à Sachonis filio grauiter premuntur.

Aduerſus illud periculum remedium fuit illud maximè Aretij quod ciues Aretini non tam pro tutela vrbis, quam pro vita & ſanguine decertabant. cum enim dux eſſet Sachonis nepos, cuius pater atque auus Gibellinę factionis principes in Aretinis fuerant, non tã Florentinorum ſtatus quàm partium ſtudia incenſis animis agebantur. Itaque & cuſtodire vrbem, & vigilias impigre obire & cuncta ſagaciter prouidere nunquam ceſſabant. Gibellinis autem omnibus arma ademerant, nec quenquàm eorum exire, niſi per diem domo patiebantur. Per hunc modum vrbs illa ex maximo periculo ac pene ex hoſtium faucibus erepta eſt, atque ſeruata. Premebantur tamen intolerabili bello. Nan poſt Battifolle occupatum ab hoſtibus frequentia caſtella diuerſarum partium labe polluta rebellarunt, ac bellum percupide intulerunt.

Nec verò Florentini interea ſegnes aut tepidi erant, ſed apud Colle, & Bonitium, & Stagiam coactis copiis, Senenſes ab ea parte vſque ad mœnia infeſtabant. Itaque Senæ & Aretium vno eodemque tempore enixiſſimè premebantur, & ager Florentinus, qua Senas ſpectat, laborabat, & erat pluribus ſimul locis mirabili contentione implicatum bellum. Hæc quamquam erant magna, laboriſque & impenſarum plena, tamen non tantam pro his curam Florentinus populus ſuſcipiendam cenſebat, quantam pro iis quæ ex Gallia & Germania ad opprimẽdum hoſtem ventura auxilia, mente & cogitatione prouiderat. Intelligebat enim, ſi bellũ ſolũmodo in Hetruria ſibi illatum repelleret, fore, vt longitudine belli ciuitas contereretur. Hoſtem quipe, ſi per Galliam in pace degeret, nec domi bellum ſentiret, perpetuo ſuffecturum ad belli ſumptus in Hetruria ſuppeditãdos: ſi autem per Galliam pateretur bellum pecunias illi facile defuturas, et pericula maxima nouo in dominatu ſubiturum. Domi igitur, vt hoſtis bella periculaque ſentiret, neceſſarium videbatur. Hoc itaque conſilio, Florentini per legatos ſuos ſemel atque iterum miſſos, ex Gallia ſimul & Germania exercitus, & proceres ad tranſeundum Alpes, veniendumque in Italiam aduerſus hoſtem magnis pecuniis magnaque præmiorum oſtentatione excitabant. Et res quidem in Germania agitatę proſperum finem habuere.

Bellum in hoſtili ſolo gerẽdũ ſi hoſtem ſuperare volumus.

Franciſcus Carrarienſis Patauium occupat. Blondus ibid. Leon. Aret.

§. VIII.

VENIENS enim Franciſcus Carrarienſis cum Germanorum equitatu mirabili celeritate & audacia Patauium ingreſſus eſt, eamque vrbem plaudentibus ciuibus ſuis ſtatim recepit, præter arcem, quæ licet amiſſa vrbe pro Mediolanẽſi tenebatur. Hoc verò vbi auditum eſt, confeſtim Ioannes Auguſtinus cum Florentinorum Bononienſiumque exercitu Mutinenſem agrum tranſgreſſus Regio ac Parmæ terribiliter imminebat citra Padum inferens tumultuoſe bellum, ne valeret hoſtis Patauinum ad ſuccurrendum arci auxilia mittere. Nec multo poſt dux Bauariæ cum Germanorum exercitu venit. Hac igitur inſigni plaga percuſſus Mediolanenſis domi & in Gallia laborare cœpit.

Dux Bauariæ venit Italiam.

Amiſſo

A.C. 1390.

Amiſſo enim Patauio maxima vrbe, Verona quoq; & Vincentia vix in eius ptāte conſiſtebant, ad omnem motum trepidæ & incertę, ac rerum nouarum plurimum auidę. Nam Verona quidem publice ſumptis armis antiquos dominos inuocauerat, & Vincētia vix & anxie continebatur. Quod ſi tunc fuiſſet viuus Antonius Veronenſis nuper à Galeatio pulſus, ſuas & ipſe vrbes pari tenore recepiſſet. Sed ille interierat relicto filio admodum paruulo. Id vnum populos continuit quòd caput non erat, ad quod ſummam rerum referrent, & ſimul dux Bauariæ à Veronenſibus expectatus debito tempore non venit. Itaque Veronenſes odio habentes dominatum Mediolanenſis correptis armis eiecerunt officiales eius.

In Veronēſi ciuitate grauis ſeditio.

Sed ſubitò orta diſcordia inter eos fuit. Nam boni ciues & ditiores cupiebant in libertate degere, vnde iam elegerant Antianos, & vnum ex eis capitaneum: populus autem affectabat principatum eorum, qui dicuntur de Scala, & idcirco inſurgentes contra aliam partem eos ſuperauere prędantes aliquos ex illis, miſeruntque oratores Venetias ad filium domini Antonij de Scala, qui exiſtens ætatis annorum ſex ibi manebat cum matre ſua. Qui vocati venerunt vſque ad Paduam, ſed non vltra; quia Mediolanenſis iam miſerat quendam Hugolottum nomine cum copiis ſuis, & cum obſediſſent ciuitatem orta prædicta diſſenſione, illi notabiliores ciues, qui fuerant deuicti à populo & aliqui eorum prædati intromiſerunt in ciuitatem copias Mediolanenſis, qui auxilio illatū profligarunt populum, & de ciuitate eiecerunt. Poſtmodum verò gentes armorum introductæ prædatæ ſunt omnes de ciuitate illa diuites & pauperes, victum populum & victores eius. Tantuſque fuit numerus occiſorum, & eiectorum & fugientium, vt ciuitas remaneret quaſi vacua in manibus ſtipendiariorum. Qui inde aſportarunt quaſi infinitam ſubſtantiam omnis generis rerum, quam expoſuerunt venalem Venetiis & aliis ciuitatibus. Talem finem propter diſcordias ſortita eſt illa ciuitas magnifica inter ciuitates Longobardiæ.

Silius Scaliger Antonij filius ad Veronēſem principatum euocatur.

Hugolottus Blācardus Veronam mittitur.

Stephanus dux Bauariæ oratores Florentiam mittit.

Haud multò pòſt Stephanus Bauariæ dux aduenit Paduam, miſitque oratores Florentiam ad excuſandam ſui retardationem acceſſus, impeditum ſe fuiſſe aſſerens, dum ad Italiam properaret, à ducibus Auſtriæ & præſule Aquileienſi, & propterea contigiſſe, vt Verona, quæ ab hoſte defecerat, expectans eum, amitteretur: & ſuper hoc plurimum dolere. Letari tamen dicebat quòd aduentu ſuo Patauium ſit conſeruatum, & abſque ſua ſuique exercitus præſentia ſeruari ciuitatem illam vtique non potuiſſe tenentibus hoſtibus eius munitiſſimam arcem. Eſſe verò conſilium ſuum non prius exercitum Patauio educere, quàm arx fuerit recepta. Interim darent operam Florentini, vt Ioannes Auguſtinus qui citra Padum erat, cum ſuo exercitu ei coniungatur, vt terribiliores hoſtibus fiant. Præterea ſe nouos milites ex Germania expectare, quare pecuniis opus eſſe, & pro venturis qui expectabantur, & pro iis qui iam cum eo venerant.

Hæc & huiuſmodi dicta fuerunt à legatis ducis Bauariæ reſponſumque iis datum eſt in hunc maximè modum. Diſplicere Florentinis impedimenta duci data, ac maximum dolorem accepiſſe de Veronenſium caſu. Sed adhuc ſupereſſe maximam ſpem in illis ciuitatibus cum quanto magis eas læſerat hoſtis, tanto inimiciores illas ſibi effecerit. Quod ſuo aduentu Patauium conſeruaſſe affirmet, id & credere & gratias agere. Quod verò commorari circa arcem ſtatuerit, nec prius in hoſtem proficiſci quàm arx recepta fuerit, id quidem conſilium nequaquam probare. Franciſcum Carrarienſem cum multitudine Patauina, & cum aliqua parte militum ſatis eſſe ad arcem oppugnandam & vrbem tuendam. Ducem verò ipſum cum ſuo inuictiſſimo exercitu in Vincentinos Veronenſeſque tranſire debere. Facilia quidem ſibi futura omnia, ſi celeriter trepidos titubanteſque adoriatur. Exercitum verò qui cum Ioanne Auguſtino citra Padum erat, tranſire ad eū nequaquam poſſe maximis fluminibus intermediis fluentibus. Pecunias demum, quas ſoluiſſe oportuit: eas iam perſolutas, vt benè nouerat, pro maiori exercitu, quam ipſe adduxerat, properaret itaque in Vicentinos ducere exercitus, & Veronenſes: ciuitatem tamen cum tempus fuerit de pecuniis cogitaturam.

A.C. 1390. Florentinorum reſponſum oratorib. Bauari datum.

Bauari cum Florentinis contentio. ibid.

§. IX.

EO reſponſo dato ſiue metu, ſiue indignatione in propoſito ſuo permanſit, exireque in hoſtes apertè negando nunquam conſenſit exercituſque citra Padum nuper miſſus in Bononienſes remeauit, propter defectum ſtipendij ſui, propter quod Ioannes Auguſtinus dux rediit & ipſe. Per hunc modum aduerſus hoſtem proſpera quædam & bonæ ſpei frigeſcere quodammodo, & debilitari cæperunt. Tenebatur ab hoſtibus adhuc Patauij arx, & licet oppugnaretur, viriliter reſiſtebat, & copiæ hoſtiles ad eam tuendam multiplicabantur. Dux autem Bauariæ indignatione concepta, cum nec poſtulatæ pecuniæ mitterentur, deſerturum ſe cuncta, & in Germaniam reuerſurum minabatur. Sollicita pro his ciuitas cuncta facere decreuit quibus Patauiū ſeruaretur. Quare & pecunias duci tradere conſenſit quò ille ſaltem quouſque arx caperetur permaneret, & noua Patauium auxilia mittere deſtinauit, iam plurimum ambigens de barbari hominis fide, à quo etiam nonnihil arcani agitati cum hoſte deprehēderat. Et cōmuniter creditum eſt ab hoſte fuiſſe corruptum magnis promiſſionibus. Vnde in hoſtem nunquam exire voluit niſi ſemel, & leuiter tranſeundo. Arx demum capta eſt, & caſtra Patauina à Mediolanenſi defecerunt: eā & Franciſcus Carrarienſis accepit. Dux autem Bauariæ licentiatus à Florentinis, ſine honore rediit ad patriam,

Patauij arx capta.

A. C. 1390. Florentini cũ Senenſibus dimicant.

In Hetturia verò enixiſſimè gerebatur bellũ, & erat locis pluribus variè implicatum. Florentini tamen præualere videbantur. Quippe Mediolanenſis domi percuſſus non eadem, qua prius alacritate ſubſidia in Hetruriam ſubmittebat. Quare Florentini maioribus ſubnixi viribus, vſque ad mœnia Senarum hoſtes fatigabant: ab ea maximè parte, quæ Stagiam, Colle, & Bonitium ſpectat. Præerant autem militibus Florentinorum Donatus Acciaiolus eques Florentinus, & Biliotus Biliotti. Equitatum habebant optimum ex Italicis & Germanis. Dux autem militiæ nemo omnibus præſidebat. Intra vrbem verò Senarum cariſtia erat annonæ, & peſtis populum affligebat, nec voluntas eadem omnium erat ciuium. Multi enim bellum contra vicinos ſuſceptum, & Mediolanenſis adhærentiam improbabant. Quas ob res ſeditione inter ciues coorta deuentum eſt ad arma, parsq; nobilitatis pulſa, cum ſuis omnibus caſtellis, Florentino populo adhæſit, bellumque vrbi Senarum intulit. In his Orlandus Malauolta, & agnati omnes, & alij quidam ex præcipuis familiis Senenſium fuere.

Michelottus aduerſus Peruſinos bellũ gerit.

Ea tempeſtate Michelottus de Michelottis ciuis Peruſinus, & tunc exul cum eſſet ad ſtipendium Florentinorum, adiunctis aliis exulibus Peruſinorum cum ducentis lanceis mouit bellum ipſis Peruſinis. Et vt illuc applicuit, cepit caſtellum Dirutæ. Et paulò pòſt tractans cum aliquibus ab intra, ingreſſus eſt noctis tempore per quoddam foramen factum ſecretè, ab iis, qui intra morabantur, in Eccleſiam ſancti Dominici, ipſe Michelottus cum ſolis exulibus. Alios ſocios ſuos bellatores miſit ad vnam ex portis ciuitatis, promittens illam ab intra aperire. Sed timens, ne illis ſociis ingreſſis ciuitas exponeretur prædæ eorum, mutauit propoſitum non introducens eos, exiſtimans ſe poſſe cum ſociis ciuitatem capere, & quòd alij ciues arma corriperent in ſuum adiutorium. Sed ſpes & cogitatio fefellit ipſum, quia omnes contra eum ciues inſurrexerunt occidentes eum, & multos ex ſociis. Si ſocios intromiſiſſet, vrbem obtinuiſſet. Qui ſocij reuerſi ſunt Dirutam.

Adornij à Fregoſiis Genua pelluntur.

In Auguſto dicti anni Genuenſes ſumptis armis, expulerunt à ducatu dominum Antonium Adornum, qui vrbem illam rexerat pluribus annis non vt dux, ſed vt dominus. Fecerũtque ſibi nouum ducem dominum Iacobum de campo fregoſo virum vtique ſatis dilectum à ciuibus.

Dominus Franciſcus Carrarienſis cum copiis Florentinorum & Bononienſium, facto ponte ſuper fluuium Lice intrauit in Puleſinem marchionis Ferrarienſis, qui erat locus ſatis tutus, ceperuntque plura caſtra marchionis Ferrarienſis, hominesque ac iumenta. Exinde ſcripſit marchioni, quòd ſi diſcederet à Mediolanenſi, omnia ſibi ablata reſtitueret: & cum colligatio eius cum Mediolanenſi cauſa eſſet eneruationis ſui ſtatus, idcirco illo dimiſſo, colligaret ſe cum Florentinis, & ſociis eorum, ſicut fecerant prædeceſſores ſui, & benè ſibi eſſet. Quod cum placuiſſet Marchioni, perſuaſioni eius acquieuit. Et miſſis oratoribus ſuis, & aliorum Venetias ad hoc tractandum ibi concludi non potuit, impedientibus quibuſdam amicis Mediolanenſium, ſed poſtea Ferrariæ res perfecta eſt vt colligatus eſſet cum Florentinis & ſociis.

A.C. 1390. Marchio Ferrarienſis Florentinis coniungitur.

Menſe Iulij dicti anni Florentiæ & in comitatu multi infirmati ſunt diſenteria, & peſtis ciuitatem inuaſit, & multos etiam de medio ſubtraxit. Eo anno damna facta ſunt innumera, deuaſtationes, prædæ, & incendia, & captiuitates hominum in Hetturia & Gallia citeriori, & aliis locis circumiacentibus diuerſis tẽporibus.

Bononienſes Florentiam legatos mittunt.

§. X.

PER hoc ipſum tempus legati Bononienſium tres Florentiam venerunt. Erant verò ex præcipuis magiſtratibus delecti homines. Cauſa huius legationis fuit, quòd iam fatigati Bononienſes, ac futuram ſumptuum magnitudinem exhorrentes, deponere bellum, & qualemcunque potius recipere pacem cupiebant. Hi cum audientiam ciuium Florentinorum à magiſtratu poſtulaſſent, ſibique exhibita eſſet, in hunc modum verba fecerunt.

Bononienſium ingenia.

Si eadem opulentia nobis Florentini, quam in vobis conſpicimus, eſſet, animus certè non deeſſet ad perſeuerantiam belli. Quippe & fortis eſt populus noſter, & manu promptus & celſi animi in periculis capeſſendis. Et in hac quidem parte nemini populorum Italiæ ciuitas noſtra cedit. Pecunioſi verò (quod fas ſit dicere) nequaquam ſumus ad comparationem veſtri. Non enim eo ingenio ſunt homines noſtri, vt induſtria multa in acquirendo vtantur, nec vlli eorum per Galliam & Britanniam negotiando diſcurſant: ſimplices autem magis homines, ac ſuis rebus contenti, eo quod habent domi, læto animo perfruuntur. In huiuſmodi autem moribus opulentia non fit, quam induſtria parit diligentia exauget. Cùm igitur bellum per hoc tempus non lacertis, ſed pecuniis geratur, & magnitudo contentionis magnos efflagitet ſumptus, impar tanto diſpendio Bononienſis populus veniam deprecatur. Hactenus enim quantum potuit, ſuffecit, iam amplius ſufficere nequaquam valet. Itaque ne ſocij taciturnitate decipiantur, hoc ipſum notum facere vocis ante tempus decreuit. Nam bonorum ſociorum eſſe putant, nil diſſimulare, nil occultare, nec aſtuto conſilio, ſed bona fide incedere. Cunctis igitur apud nos ritè diſcuſſis non videmus ſupra tres menſes in his, in quibus tunc ſumus, expenſarum oneribus durare poſſe. Quamobrem videtur nobis hoc medio tempore totis viribus adnitendum, vt victoriam de hoſte, vel honeſtã pacem, ſi fieri poteſt, conſequamur.

Socij boni eſt nil diſſimulare.

A.C. 1390.

conſequamur. Pacem ſi bona ſit, communiter recipiendam ſuademus. Tranſacto autem eo tẽpore ſi duret bellum, non videmus ſupra nongentos equites mercede conductos in certum aliquem numerum peditum in communem ſocietatem poſſe conferre. Quod ſi maiora ſubſidia bellum poſcit, nec iſta ſufficiunt, quę afferre valemus, pecunias nobis mutuo date ex fide cum poterimus reddituris. Sin verò nec iſta vultis, rogant vos Bononienſes, vt cum bona venia veſtra ſibi liceat pacem & concordiam per ſeipſos quærere, ac onus belli deponere, quod ferre non valent in fraternitate veſtra & amicitia omni modo perſeueraturis. Hæc denunciare vobis miſſi ſumus.

Ea cùm dixiſſent legati dicendi finem fecerunt: pertulit animos cunctorum hæc denunciatio, & quaſi fundamenta rerum labi viſa ſunt. Nimis enim neceſſaria illorum ſocietas videbatur ad bellum. Spatio igitur ad reſpondendum ſumpto, cum res in conſilio maturè agitata eſſet, tandem legatis Florentinus magiſtratus per hunc modum reſpondit.

Nos quidem, ô viri Bononienſes, quæcunque ſignificantur à ſociis de ſtatu rerum ſuarum commendare ſolemus. Aut enim proſpera ſunt quæ ſignificantur, & vnà cum illis lætitiam ſumimus: aut aduerſa: & vnà cum illis remedia cogitamus. Sine ſociis autem de re ſociorum conſtituere non licet. Atque nos ij fuimus, qui ſemper de veſtro populo magnam & egregiam opinionem habuimus, & ciuitatem veſtram ſupra quàm fortè manu ſtrenuam, etiam opulentam exiſtimauimus. Maximam enim ciuitatem, ac rebus omnib. affluentiſſimã, multis diuitiis abundare par eſt. Neque verò tam facultatem, erogandi deeſſe populo veſtro credimus, quàm voluntatem. Sunt enim pergraues omnibus belli ſumptus, ſed præſertim populo ac multitudini, quæ futura pericula non diſcernit. Veruntamen, vt medici, quos curant ægrotos, vrere, ac ſecare interdum compelluntur & partem corporis cum dolore abigere, quo cætera conſeruentur: ita & gubernatores reipublicæ futurum periculũ inſtar medicorum præuidentes, etiam cum dolore cogere debent populos partem facultatum ſuarum pro conſeruatione cæterarum partium erogare. Amiſſa enim libertate in poteſtatẽ victoris omnia transmigrant, ac inſuper dedecus & infamia ſeruitutis adeſt, quæ etiã morte eſt à generoſis hominibus repellenda. Atqui illud palam eſt in hoc bello, principalius, ab hoſte ciuitatem veſtram magis impeti, quàm noſtram. Non quòd odium ſit diſpar, ſed quòd Bononiam in poteſtate maiorum ſuorum fuiſſe iactat, atque vt hæreditatiam illam repoſcit. Ex quo fit, vt nos vobis magis quàm vos nobis auxilium feramus. Paci verò ac promiſſionibus eius, quantũ cõfidere poſſitis, voſipſi exiſtimate per exempla Patauini & Veronenſis, ac cæterorum, quos fidei ſuæ credentes fraudulenter peruertit. Nihil tamen cupit magis, quàm vos à nobis deſiungere. Videt enim ſtantibus ſimul ciuitatibus nocere nõ

Optima ſimilitudo.

A poſſe, ſeparatos verò, vel decepturum, ſe facilè, vel oppreſſurum confidit. Quid igitur prudentes viri agere debent? Nonne in contrarium niti, quàm hoſtis affectet? vt cum ille in ſeparatione interitum, vos in coniunctione vnicam ſalutis viam exiſtimetis.

A.C. 1396.

Reſpõdet obiectionibus.

Enimuero non valet populus Bononienſis onera belli perferre. At longè maiora feret, ſi libertatem amittit. Quæ enim nunc grauia videntur, tunc leuia fuiſſe putabuntur. Verum hæc mala infanda, ne experiri vos ſinat diuina benignitas. Quod autem ad pecunias B mutuo poſtulandas attinet, cogitare debetis, quanta ſint onera ciuitatis noſtræ. Nos enim, vt ſcitis, totum onus Hetruſci belli ſuſtinemus ſine vlla participatione ſociorum. Per Galliam verò quis neſcit, quam incredibilia ſint profluuia impenſarum noſtrarum. Itaque mutuo poſtulare à nobis, nec honeſtum, nec tolerabile eſt. Illud verò nequaquam ſilendum nobis videtur, quòd huiuſmodi colloquia per vos inducta inimiciſſima ſunt vtilitati veſtræ. Nihil eſt enim, quod tam alere bellum poſſit, quàm ſi audierit hoſtis alteram ciuitatum noſtrarum C iam eſſe defeſſam, ac de omittendis belli oneribus, & de qualicunque pace cogitare. Tunc enim ſpem nimirum ſuſcipiet, tunc ſe attollet, tunc enixius perdurabit. Itaque ſupprimendæ ſunt huiuſmodi cogitationes & voces, ac vt hoſtis ipſe pacem appetat, expectandum. Multa ſunt enim, quæ nobis ſpem optimam afferre debent, recuperatio Parauij, præſentia Germanorum, copiæ inſuper noſtræ citra Padum exiſtentes. Ex Gallia quoque tranſalpina magnas copias venturas eſſe ad ruinam hoſtis irreparabi- D lem expectamus. Victoria profectò in manibus noſtris eſt, niſi per ſocordiam illam abiiciamus. Quare vt decet fortes viros, vtque nomen & fama ciuitatum noſtrarum flagitat, celſo & inuicto animo incumbendum eſt ad bellum. Nec illud tribus menſibus: ſed vel ruina hoſtis, vel poſtulata ab eo pace, quæ communis ſit ciuitatum noſtrarum, eſt metiendum. Aliter verò ſi fiat, non tam pacem, quàm ſeruitutem ſub nomine pacis expectate.

Legati cum hoc reſponſo abierunt. Quæ cùm domi retuliſſent, quaſi rationibus victi Bononien- E ſes conſtantius quàm ante perſeuerauerunt in fœdere. Bauari ducis præſentia in Gallia in hoc profuit, vt Patauium recuperaretur. In cæteris cum multum potuiſſet, nocere hoſti, vel noluit vel neſciuit, vel non eſt auſus, & vt dictum eſt in patriam ſuam reuerſus eſt. Per extremum illius anni Ioannes Auguſtinus cum copiis Florentinorum & ſociorum, per Vincentinum Veronenſemque agrum caſtra pluribus locis poſuit. Sed iam vrbes pridem confirmatæ, & militum præſidiis ſtructæ erant. Et quia ſuſpiciones quædam in caſtris exortæ fuerant aduerſus Fauentinum Aſtorgium, qui cum ſuo F equitatu erat in eadem militia, quaſi tractaret interfectionem ducis exercitus, & Franciſci Carrarienſis, redire Patauium conſtituerunt.

Bononienſes in fœdere contra Mediolanenſem cõfirmati.

A.C. 1391.

Florentini è Gallia auxilia euocant. Aemylius libro nono. Blondus. A. C. 1391.

§. XI.

ALTERO dehinc anno ſcilicet Milleſimo ttecenteſimo nonageſimo ptimo maximi motus, & quanta nunquam prius cettamina extitetunt. Florentini enim poſt ducis Bauatiæ teceſſum, ſpem atque animum conuetterant ad Gallotum in Italiam tranſitum. Miſerant enim legatos in Galliam ad ſollicitandos proceres, inde pecuniam abundè pollicentes. His pollicitationibus præſtantem bello virum, ac domi potentem exciuerant Iacobum Armeniaci comitem. Etat verò ſumma ſpes in illius aduentu. Hac ſpe concepta Florentini, omni ſtudio eius accelerabant aduentum. Per idem tempus cum oppidum Ragiolum defeciſſet ad hoſtes, à Florentinis vehementer oppugnabatur, vt reſumeretur. Tandem cum amplius non poſſet ferri obſidio eius milites, qui etant in oppido, abite incolumes pacti, incolas deſeruetunt. Capitur oppidum, atque diripitur, & igne iniecto totum oppidum conflagratur. Multos ignis conſumpſit, alij captiui Florentiam ſunt ducti, & de authoribus rebellandi ſumptum eſt ſupplicium.

Ragiolum oppidũ à Florẽtinis capitur, & incẽditur.

Inter hæc Florentini ducem Gallorum vehementer ſollicitare non deſiſtebant. Nec ille ſegnis, coacto ſiquidem impigrè exetcitu ex Gallia mouetat. Cumque circa Rodonum (vel Rhodanum) perueniſſet, multa in iis locis impedimenta offendit. Fautores Galeatij multi & potentes, primò exhortationibus & precibus, deinde minis & ſeditione exetcitus itet illius impedire niſi ſunt. Vnde vnus ex batonibus ſociis ſuis, cum tecuſaret eum ſequi contra Mediolanenſem, ſed tedire ſe velle aſſereret dux ille toto reliquo exetcitu ſuo contra illum & ſequaces eius inſurgens, armis eum attriuit. Cùm ergo comes in propoſito fixus manens, omnia & pecunias & gratiam Galeatij contempſiſſet & ſeditionem exercitus per cædes aliquorum ſedaſſet alpibus ſuperatis Italiam intrauit. Simulque Ioannes Auguſtinus cum de aduentu Gallorum certior factus eſſet, ipſe Patauio mouens magno tumultu alia ex parte hoſtem inuaſit. Caſtra faciens tranſito Atheſi, omnia tumultu trepidationeque compleuit. Dabat verò illi facultatem maximam, quòd Galeatius omne robur exercitus ſui Gallis venientibus oppoſuerat. Per Veronenſem poſtea, Brixienſem ac Bergomatium agtum copias ducens apud Abduam flumen cum exercitu conſtitit. Diſtabat is locus à Mediolano non amplius ſexdecim millibus paſſuum.

Galli autem ad ſiniſtram Padum habentes ſecus fluuium iter faciebant. Erat verò eotum propoſitum cum regionem præteriſſent, qua Ticinus Padum ingreditur, tunc cum primum facultatem nacti forent, Padum tranſire, ac Mediolano exercitum admouere. Hoc igitur propoſito iter facientes, cũ magna ſui ſpe, magnoque hoſtium terrore aduentabant. [a] Eſſe verò in Gallorum exercitu ferebantur quindecim millia equitum pugnaciſſimorum hominum. Præterea multitudo ingens peditum, lixarumque & calonum turba, quæ caſtra ſequi conſueuit. Galeatius autem Mediolanenſis Alexandriam oppidum tenebat, poſuetatque in eo loco Italotum optimum equitatum, duceſque belli egregiè peritos. Erant cum Gallis Florentinorum legati duo, Rainaldus Ganfiliatij eques Florentinus, & Ioannes Riccius. Hi Gallos, ac præcipuè eorum duces ab omni dimicatione, quantum poterant, authoritate & rationibus reuocabant, ſuadentes, vt vitata interim pugna, Mediolano copias admouete properatent. Altetum enim exercitum ibi præſtolari, qui ſe cum Gallis coniungat, eo facto victoriam certiſſimam eſſe in manibus, nec hoſtem expectaturum. Nec ea, quæ dicebantur, vana erant. Inctedibilis profectò metus hoſtem inuaſerat, adeo vt ſimul ac ſiniſtrum aliquid ſenſiſſet Mediolanum vbi erat eius aula, deſerturus crederetur. Legati igitur iſta mouebant.

A.C. 1391.

Galli autem, innata eis ferocia gentis, in omnem periculum ruere promptiſſimi erant. Itaque expugnato oppido, cui caſtellatio nomen erat, ab Alexandria niſi ſex millibus diſtante, cum in eo loco conſtitiſſent tandem ad ipſam Alexandriam vbi copias hoſtium conueniſſe audietant, pugnaturi duxetunt. Erant tunc immenſi calores: nam ad octauum Calendas Auguſti hæc agebantur. Equites autem hoſtium intra mœnia intenti, equis vtique recentibus aduentum Gallorum expectabant, illi feſſi & calore fatigati per metidiem aduenerunt. Addunt errorem alium. Vbi enim appropinquarunt oppido, deſcendentes ex equis, aciem ſtruxetunt pedeſtrem, denſam quidem & proculdubio ſuperiorem futuram, ſi pectoribus & lacertis pugnaretur. Ita ſtructi ad hoſtes contenderunt, relictis poſt ſe aliquo intetuallo equis, quibus fuerant aducti. Hoſtes verò cum ea conſpexiſſent, emiſſo per alias portas equitatu tranſuerſis itineribus ad equos impetum fecerunt. Profligatiſque cuſtodibus, equos ipſos ſeſſoribus vacuos magna ex parte adduxetunt, teliqui palantes per agrum longè à ſuis aufugerunt. Ex hoc iam conditio Gallotum deterrima reddebatur. Neque aderãt equi, quibus abire poſſent, & in pugnam à fronte non exibatur. Itali enim ex equis pugnare conſueti, pedeſtrem Gallorum aciem equitatu à lateribus maximè laceſſebant, ac procellas equeſtres interdum dantes mirum in modum fatigabant. Quod ſi quando Galli ſeſe cohottantes in hoſtes impetu facto progrederẽtur, cedentes equites facilè abibant mox redeuntes in ordinẽ Gallos perſequebãtur.

Galli Caſtellatium oppidum expugnat.

Galli cum Italis pugnãt, ſed infœliciter.

[a] *Hi milites perditorum quorumdam manus fuit, qui latrociniis poſt pacem inter reges Angliæ & Franciæ factam, Galliam noſtram infeſtarunt de quibus ſuprà §. primo diximus. Vnde non mirum eſt, ſi tam turpiter in prælio ceciderint, & Florentinorum ſpem ſint fruſtrati.*

Per

A. C. 1391. Galli a Mediolanenſibus ſuperati. Comitis Armeniaci mors.

Per hunc modum cum aliquamdiu eos fatigaſſent, tandem animo defeſſos, ac ſeſe vix ſuſtinentes, calore & laſſitudine magis, quã ferro ſuperarunt. Comes ipſe Armeniaci Gallorum dux ab hoſtibus captus, ex vulnere in prælio accepto, ac ex animi dolore & corporis ærumna, proxima nocte interiit, cęterorum verò Gallorum plurimi interfecti, reliqui capti ſunt. Nam quia equis carebant, ferè nemo euaſit.

Iaco. Verinus hic præfectus ab Aemyl. dicitur.

Dux autem exercitus Mediolanenſis Iacobus Verinus Alexandriæ tunc erat, ſub quo habita eſt iſta victoria ab hoſte. Legati Florentini, qui cum Gallis erant, in manus hoſtium captiuati B deuenerunt, cum pecuniis quas ad Gallos portauerant. Et Rainaldus quidem cito liberatus, redemptus tamen duobus millibus & quingentis florenis Ioannes Riccius perdiu in carcere detentus ſeptem millibus florenorum redemptus eſt.

Per hunc modum maximi labores, & infiniti penè ſumptus Florentini populi in tranſitu Gallorum facti in irritum ceciderc. Decies centena & ducenta ſexagintaſex millia florenorum auri expenſa per eos menſes relata ad ærarium comperio. Victoria fuit ingens ac plena, & profectò neceſſaria hoſti in ſummo C tunc diſcrimine conſtituto. Et ſic patet quia non in multitudine victoria belli, & de ſe & de ſua virtute præſumentes humiliat dominus.

1.Mach.3. Iud.6.

Mediolanenſes victores alium inuadunt exercitũ. Leonard. Aretin. Blondus.

§. XII.

VICTIS apud Alexandriam Gallis, duces hoſtium in illa exultatione victoriæ per quàm celeriter aduerſus alium exercitum, qui ad Abduam ſtabat, duxerunt. Ioannes autem Auguſtinus quamquam profligatos fuiſſe Gallos audierat, tamen quia ab hoſtibus manabat rumor, non penitus adhibendam fidem cenſebat. Retro tamen aliquanto caſtra mouit, & in agro Cremonenſi, cui nomen victum, conſtitit. In eo loco dum eſſet Auguſtinus hoſtes repente ſuperuenerunt, nec longè ab eo mille quingentis paſſibus poſuerunt caſtra. Erat inter vtrumque exercitum nuda planities, quam riuus arbuſtis conſitus dirimebat. Hoſtes igitur cum in propinquo eſſent, tranſmiſſo riuo noſtros ita laceſſebant, vt vſque ad caſtra impetum facerent. Auguſtinus verò ſuos omnes intra caſtrorum munimenta ſeruabat, nec quemquam in hoſtem exire patiebatur. In hunc modum per quatuor dies perſeueratur. Cernere verò erat alacres hoſtes ob victoriam nuper de Gallis partam, alteram ſe victoriam in manibus habere exiſtimantes. Et augebantur quotidie aduentitio milite, nec abire poſſe Florentinorum ſociorúmque exercitum præ-

A dicabant. Auguſtinus cum aliquot dies hoſtium inſultus pertuliſſet, ac patientia ſua auxiſſet illorum audaciam tandem ſuos arma capere, ac intentos ſignum expectare iubet. Cumque hoſtes iactabundi adueniſſent, ac ſuperiorem dierum fiducia tumultuoſius ſubiiſſent caſtra ſignum confeſtim dat, emiſſuſque bifariam equitatus dextra læuaqua hoſtes inuadit. Committitur ingens prælium, ſed quia ſub ipſis caſtris pugnabatur, & quòd iam pridem ad hoc ipſum ſtructæ paratæque erant acies, non tulerunt hoſtes: ſed ad extremum fracti cum ingenti ſuorum ſtrage præcipites aguntur. Cæſi ex iis permulti, capti etiam equites ſupra mille ducentos & in iis præcipui quidam ductores. Hac plaga hoſtibus inflicta, cum eorum iactantia perculſa eſſet, mouere poſtridie ſigna Auguſtinus conſtituit. Quare ſtatim orta luce ad Ollium duxit, hoſtes verò licet non eadem, qua prius, audacia, tamen ſecuti ſunt: ac poſtremum agmen interdum laceſſebant. Cùm ad flumen Ollij ventum eſſet, timens Auguſtinus ne in tranſitu ipſo ab hoſtibus inuadatur, in hunc modum prouidit.

Modus quo flumen exercitus incolumis contra caſtra hoſtium tranſiit.

Sagittarios Anglicos, quos in exercitu habebat ad quadringentos, flumen tranſire fecit: & per vlteriorem ripam dextra læuaque collocauit, atque exinde ferire hoſtes cum aduenirent, iuſſit. In poſtremo autem agmine delectos equites conſtituit, qui hoſtes ſubmouerent, cæteram multitudinem tranſire mandauit. Cùm omnes iam tranſiſſent præter delectos equites, qui agmen claudebant, tunc equites ipſi ad ripam venientes tranſire cœperunt: hoſtes autem illos perſecuti, à ſagittariis in vlteriori ripa ſtantibus ſubmouebantur, qui viros equoſque ferientes à flumine repellebant: atque ita licet cum labore magno, nullo tamen cum detri-D mento flumen tranſmiſſum eſt. Poſt eum diem liberior fuit inceſſus. Auguſtinus enim celeriter anteueniens nullo impediente Mintium amnem tranſiuit. Reſtabat Atheſis fluuius. In eo tranſmittendo ſumma difficultas, & periculum maximum fuit. Nã cũ appropinquaret Auguſtinus, & per ea loca exercitum duceret, hoſtes ruptis aggeribus fluuij, regionem totam inundauerant. Ea difficultas atque periculum valdè turbauit Florentinorum ſociorumque exercitum. Terram ſiquidem operientibus aquis, quo ſe verterent neſciebãt, & ſimul hoſtes E ſecuti veſtigia, ſuperuenerant. Quare nec ante proficiſci impedientibus aquis, & hoſtibus à tergo imminentibus, neque rurſus in eo, quo conſtiterant loco, ob defectum commeatus diutius manere poſſe videbantur.

Auguſtinus deludit aduerſarios.

In his anguſtiis cum eſſet exercitus periculoſum cæterum neceſſarium conſilium Auguſtinus capit. Ante lucem repente mouens, per aquoſa duxit, diemque totam ac noctem profectus in arido conſtitit, atque inundationem fluuij inter exercitum ſuum, & hoſtes mediam dereliquit. Hoſtes ab initio noſtros deſeruiſſe caſtra nequaquam intelligebant. Quippe Au-F guſtinus ad ſpeciem vexilla eminenti loco affixa reliquerat in caſtris, quæ hoſtes procul cernentes ibi eſſe putabant. Sed cum neque viri, neque equi vlli prodirent: appropinquantes

A.C. 1391.

demum exploratores deſerta repererunt caſtra, nec tamen hoſtes ſecuri ſunt, quoniam longè iam abierant noſtri, & ipſi inundationem & inſidias formidabant.

Poſt hæc Auguſtinus ad ripam Atheſis, qua ſibi commodius fuit, profectus ad quoddam Parauinorum oppidum (hæc amica iam erant loca) Atheſim nauibus tranſiit. Ibi in tuto conſtituti reficere ſe ex longa fluctuatione, & quaſi naufragio perrexerunt. Amiſſi ſunt eo itinere pedites omnes, equiteſque permulti: quicunque videlicet parum robuſti erant. Illud autem cenſuerunt omnes, non alium quemque ducum præter vnum Auguſtinum ex tantis difficultatibus ſeruare exercitum potuiſſe. Fuit enim dux rei militaris ætate ſua omnium peritiſſimus. Et erat tunc extrema ætate, quæ prudentiam & cautionem augere ducibus ſolet. Nam iuuenes plerunque feruor & audacia præcipites egit.

Auguſtini ducis laus.

Florentini Senas obſident. Leonardus Aretinus.

§. XIII.

QVA æſtate hæc per Galliam gerebantur, eadem alius Florentinorum exercitus Senarum mœnia pulſabat. Fuerunt autem in eo exercitu equitum quatuor, millia peditum verò mercede conductorum duo millia. Inter hos erant ſagittarij Genuenſes ad mille ducentos expugnationibus aptiſſimi. Omnes hæ copię apud Colle oppidum conuenerunt. Profectique illuc [aliqui] ex decem viris baliæ vexilla publica, vt moris eſt, duci tradiderunt. Obſeruatum eſt de cœlo in traditione ſignorum (fidelius tamen fuiſſet auxilium à Deo poſtulando expectare, quam ſyderum poſitionibus ſubiici.) Dux exercitus fuit Loyſius Campanus propter egregiam rei militaris famam euocatus. Is ergo armato ſtructoque exercitu quaſi extra portas oppidi vexilla ſuſcepiſſet ſtatim mouens in Senenſes duxit, ac prima die apud Iſciam fecit caſtra, poſtridie verò in Roſiæ plano, inde mox in alia & alia loca tranſiit: Cauſa verò crebræ mutationis caſtrorum illa fuit: quòd circa maturationem ſegetum erat, intra vrbem verò Senas cariſtia defectuque annonæ plurimum laborabatur, & ſi noua perderentur frumenta, irreparabilem inopiam hoſtes ſubibant. Ob eam rem maiori ſtudio adhibito, cuncta populabantur. Commeatus ex Florentino Aretinoque agro ei præbebantur. Capta ſunt quædam munita loca, & incendio conflagrata, pugnæ inſuper quædam circa vrbem commiſſæ, & capti ex Senenſibus, ciues nobiliſſimi quidam.

De cœlo in rebus agendis obſeruatio vana.

Cum ergo in Senenſibus Florentinorum exercitus eſſent, & maxima detrimenta cladeſque inferrent, venerunt nuncij Florentiam celeres, narrantes Gallos extinctos ab hoſtibus

Florentini cæde ſuorum conſternati. ſup. §. 11.

C.A. 1391.

A vt dictum eſt, ſed & alium exercitum ſcilicet quem ducebat Auguſtinus pariter oppreſſum. Quibus auditis ceciderunt animi Florentinorum arbitrantium hoſtes poſt tantam victoriam non quieturos, ſed & in Hetruriam deſcenſuros. Sed cum paulò pòſt certiores facti eſſent, quia exercitus Auguſtini ſeruatus erat, ſpem & vigorem animi reſumpſerunt: & ad bellum parantes Auguſtinum ipſum in Hetruriam reuocarunt. Nam & Iacobus Verinus Veronenſis, dux militiæ Mediolanenſis ſuperatis B alpibus deuenerat in Piſanos agros, deinde in Senenſium fines, volens & confirmare ciuitatem ſuperiori bello afflictam, & copias, quę apud Senenſes erant, ſibi adiungere. Ea cum feciſſet retro conuerſus ad colle & Bonitium duxit habens equitum duodecim millia, peditum mercede conductorum tria millia. Sed & ex Senenſibus & Piſanis multitudo ingens voluntariorum ſequebatur. Bonitium conuenerunt duces & milites Florentini populi, qui duces erant Loyſius Campanus, & Ioannes Auguſtinus ex Gallia tunc euocati, Habebant C verò præſtantiſſimum equitatum ex Italis & Germanis per Italiam militare conſuetis. Sed erant diſpares numero. Hoſtes enim longe plures & potentiores habebantur. Noſtri tamen opportunitate oppidorum freti equeſtria prælia multa in his locis habuerunt. Et poſt mutationem caſtrorum per diuerſa loca, demum hoſtes in Piſtorienſes tranſierunt: quos copiæ Florentinorum ſecutæ iuxta oppidum Tizani caſtrameratæ ſunt, diſtantes ab hoſtibus per duo milliaria.

Inter hæc magna auxilia Florentinis ſu-D peruenerunt. A Bononienſibus equitum duo millia, ſagittarij quadringenti. His præerat Ioannes Barbianus comes. Miſerunt & alij ſocij auxiliares copias. Itaque neque duces rei militaris periti neque magnitudo exercitus ciuitati defuit. Adeoque pares erant, vt non detrectarent pugnam, ſed vltro ſe fortunæ prælij offerrent. Apparatus certè fecerunt omnes tanquam haud dubiè pugnaturi. Hoſtes verò territi de magnitudine copiarum: quæ ſingulis diebus in caſtra Florentinorum confluebant, penuria etiam commeatus impediri abire ſta-E tuerunt. Quare ante lucem mouentes ad Vitolinum caſtrum duxerunt exercitum, & poſtea in ſubiectam planiciem circa Nebulam fluuium deſcenderunt. Hoc poſtquam auditum, eſt Florentinorum in caſtris, arma raptim ſumpta ſunt, & clamabant omnes ruendum eſſe poſt fugientes hoſtes. Aduerſus hunc temerariũ motum, præcipitemque voluntatem militum Auguſtinus pertinaciſſimè reſiſtebat. Sciebat enim prudentiſſimus dux, quam periculoſum eſſet ad nutum hoſtis circumagi. Permultæ qui-F dem, vel in ipſa fuga inſidiæ conſueuerunt eſſe. Quare ſatis eſſe dicebat, ſi hoſtes aufugerent, ſiue id ſimulatum, ſiue verum eſſet. His verbis ac præſenti auctoritate milites regens præſtabat. Miſſiſque omnes in partes exploratoribus iter, ac progreſſum hoſtium ſciſcitabatur.

Milites vtriuſque partis ueniunt.

Periculoſum eſt ad nutum hoſtium circumagi.

Cùm autem certior factus eſſet maiorem hoſtium partẽ circa Nebulam fluuium deſcendiſſe, in collibus verò partem reſtare, validas equitum turmas, ac pedites magno numero præ

milit

A.C. 1392.

miſit ad hoſtes, qui in colle remanſerant, inuadendum: ipſe cum reliquo exercitu ſtructus, intentuſque ſequebatur. Qui præmiſſi erant equites, celeriter progreſſi hoſtes, qui in colle reſtabant, inuaſere: ſtatimque acris pugna committi cœpta eſt: ſed noſtri aucta continuo ad clamorem manu, fiduciaque ſequentis exercitus meliori ſpe dimicabant. Hoſtibus verò continuo decreſcebant vires, quia deſcendebant aſſiduè nec vlli regrediebantur. Et iam multitudo peditum Florentinorum ſuperuenerat, & magno clamore, & impetu inuadebat. Quare tandem fracti hoſtes non ſine magna cæde profligantur. Capti equites hoſtium ſupra ducentos inter quos Taddæus Verinus propinquus ducis & Ioannes Appianenſis Piſanus, & Gentilis Camerinenſis fuerunt. Pedites verò multi fuere ingens præterea multitudo capta,

Ea victoria ſublatis militum animis, neque iam ducis præcepto neque iam vlla alia vi contineri potuerunt, quin deſcenderent ex collibus ac poſtremum agmen hoſtium inuadere properarent. Erant iam hoſtes apud Plebem uenalem ibique ſtructi, ac compoſiti ſuos expectabant. Qui cum inuaderentur à noſtris conuerſi è veſtigio hoſtes, incautè ruentes in ſe noſtros non ſine magno detrimento vſque ad colles ipſos, ex quibus deſcenderant, præcipites egerunt. Ita qui non paruerunt duci temeritatis ſuæ pœnas dedere. Hoſtes poſt hoc continuato itinere ſe in Lucenſem agrum receperunt, qui in agrum Piſanum profecti aliquanto quoque in Lucenſi diutius caſtra fecerunt. Et pugnam ſe poſcere iterato iactabant, nec tamen ſequebatur effectus,

Mediolanenſes Florentinos fugant.

De pace inter Florentinos & Mediolanenſes tractatur. Idem.

§. XIIII.

ERAT iam autumni extremum, frigoraque & pruinæ deducendum in hyberna militem ſuadebant. Belli autem clades hincinde inflictæ pacem æquabilem recipere poſſe videbantur. Fuerat iampridem mentio pacis inducta, primò per Petrum Gambacurtam Piſanorum Dominum, eo maximè tempore, quo dux Bauariæ in Italiam venire dicebatur, deinde per ducem Genuenſium cum Gallorum exercitum tranſire in Italiam cognitum eſt. Vtrumque tempus alienum à pace Florentini exiſtimabant. Itaque licet aperte illam non repudiaſſent, tamen differendo, ac ſocios allegando rem in longum protraxerunt. Sed iam ceſſante Gallorum & Germanorum ſpe, animi Florentinorum ferebantur ad pacem. Quare intercedentibus amicis legati Genuam miſſi ſunt à Florentinis & ſociis & à Galeatio Mediolanenſi. Affuerunt & Romani pontificis legati ad pacem ſuadendam adiuuandamque. Magnus enim, per Italiam motus fuerat huius

A belli & ad quietem omnium pertinere ſedatio eius videbatur. Legati Florentinorum fuere tres, ſcilicet Philippus Adimari, Ludouicus Aretinus, & Guido Thomaſij. In tractanda verò pace multæ difficultates oriebantur, maximè pro Patauij negotio. Franciſcus enim Carrarienſis, liberationem parentis ab hoſte captiuati obſtinatiſſimè flagitabat, Mediolanenſis verò Patauium vrbem repoſcebat. De Senenſibus quoque non parua contentio, eo quod Florentini Ptolomæos & Malauoltas nobiliſſimas familias, quæ per id bellum domo pulſæ exu-

B labant, reduci in vrbem Senatum petebant. Erat quoque diſceptatio de Lucignano.

Tandem poſt multas variaſque diſceptationes cum ſatis iam tritæ res viderentur, & quid honeſtè peti, vel negari poſſet, deprehenſum eſſet, & quibus in rebus ſupereſſent differentiæ appareret, quo pax concluderetur ad arbitrium amicorum differentias retulere. Fuerunt autem arbitri tres, Richardus Charazolus Neapolitanus magnus Rhodi magiſter. Is tunc aderat à pontifice Romano legatus: & Antonius Adornius Genuenſium dux ſuo priuato nomine. Additus honoris gratia eſt populus

Arbitri pacis inter Mediolanenſem & Florentinos componendæ.

C Genuenſis in cuius vrbe pax agitabatur, ſed pro vna duntaxat perſona. Idque expreſſe actum vt nihil ratum foret, niſi quod ab omnibus concorditer laudaretur. Ante ſententiam cum de obſeruatione futuræ pacis ſermo eſſet, & dicerent ij qui rem tractarent, fideiuſſores idoneos ab vtraque parte præſtandos fore: reſpondens Guido Thomaſij vnus ex legatis Florentinis. Enſis inquit fideiuſſor ſit. Iam enim Galeatius, & quid nos poſſimus expertus eſt, & nos quid ipſe poſſit experti ſumus. Hanc generoſam vocem aduerſarij quoque probauerunt, turpe exiſtimantes metum oſten-

D dere cum alij non metuerent.

Arbitrij igitur re maturè diſcuſſa, demum ex compromiſſo pacem pronunciarunt: his ſcilicet conditionibus: Vrbs Patauina cum omnibus oppidis, quę in poteſtatem ſuam redegerat Franciſco Carrarienſi adiudicata fuit. Damnatus autem, vt penderet Mediolanenſi quingenta millia Florenorum in annos quinquaginta, ſingulis videlicet annis decem millia. De parente liberando, nil expreſſè actum, ſpes tantummodo dabatur Galeatium propria liberalitate illum dimiſſurum. Caſtella hincinde ablata

E excepto Licignano (id enim in pendenti remanſit) vt redderentur prouiſum, vtque exules Senenſium bonorum ſuorum fructus perciperent. Idem actum de Patauinis exulibus. Id inſuper additum, ne Galeatio Mediolanenſi exercitus vel copias vllas vltra aquam Frigidi verſus Hetruriam mittere ſeu habere liceret, niſi Senenſes & Peruſini, vel eorum alteri à Florentinis ſociiſve ac complicibus vexarentur, tunc enim mittere & auxiliari licere. In hac ſententia maximè querelam habuit penſio pecuniarum Patauino impoſita. Nam cætera æquis animis

F Florentini & ſocij pertulerunt. Hoc vnum indignati ſunt. Nec verè clam fuit ducem, & populum Genuenſem pro Mediolanenſi ſtetiſſe, his tamen laudatis Florentini acquieſcere ſtatuerunt. Per hunc modum pax recepta eſt, & ceſſatum ab armis.

Mili-

A.C. 1392.

Milites dimiſsi in ſocietatem latronum coeunt & belli renouandi ſunt ſemina. Leo. Aret. A.C.1392.

§. XV.

PRINCIPIO anni ſequentis, etſi pax erat, ſuſpiciones tamen nequaquam paruæ exortæ ſunt ex huiuſmodi cauſa. Actum fuerat in pace, vt prouideretur ab alterutris: ne equites vel pedites, qui apud Florentinos,& ſocios, vel apud Mediolanenſem militaſſent, ita dimitterentur,vt in ſocietatem latrocinij coirent. Id duabus cautelis aſſequi poſſe videbatur, vna ſi non tota ſimul agmina, ſed paulatim dimitterentur: altera ſi duces ad eam rem idoneos penes ſe retinerent. Florentini igitur, & ſocij id bona fide ſeruaturi erant. At enim, qui cum hoſte militauerant, ductores quidam non diu poſt pacem factam ſecedere ab illo, & in ſocietatem coire cœperunt,iterque à Bononienſibus,& Ferrarienſibus poſtulare. Quod ſi non concederetur, in eos ſe tranſituros minabantur. Ea res ſuſpiciones maximas peperit, ne ſimulata ab hoſte miſſione, vires ſibi reſeruaret, ac ſub alterius nomine Florentinos ſocioſve adoriretur. Negare igitur iter placuit, & auxilia Bononiã à Florentinis miſſa ſunt, quo illorum conatibus repugnaretur. Et ſimul Galeatio ſcriptum pro obſeruatione conuentorum. Sed tamen ductores illi, de quorum tranſitu dubitabatur,diuerſo itinere per Parmenſem, inde per Lucenſem, Piſanumque agrum ſecus inferum mare in fines Senenſium deuenere:poſtea inde mouentes in Picenſibus conſtiterunt, maiorem latrocinij ſocietatem augentes.ibi cum ſatis aucti roboratique fuiſſent, reuerti in Hetruriam, ac ciuitates vexare minabundi cœperunt, & ad redemptionem ſui populos compellere.

Hæc magnam ſuſpicionem Florentinis ſociiſque afferebant. Augebat ſuſpicionem obſtinatio Senenſium, qui poſt pacem infenſis nimium animis remanſiſſe cernebantur.

His addebatur inhumana tractatio legatorũ Florentinorum,qui dudum apud Alexandriam capti fuerant, præcipuè Ioannis Riccij, cui poſt pacem factam additi fuerant & compedes & triginta millium indicta redemptio. Accedebat inſuper,quòd Franciſcum Carrarienſem ſeniorem nihilominus captum retinebant.Ob eas ſuſpiciones Florentini & ſocij fœdus inter ſe renouare conſtituerunt. Quamobrem Bononiæ conuenientes ſingulorum legati,ſocietatẽ eiſdem fermè conditionibus, quib. erat prius,renouarũt. Fuerunt in eo fœdere Florentini, Bononienſes, Patauini, Ferrarienſis Marchio. Illudque in fœdere adſcriptum,vt cuique aut ciuitati,aut principi venire in fœdus volenti locus eſſet.Ob quã facultatem haud multò pòſt Mantuanus in ſocietatem fœduſque acceſſit.Ita Florentini & ſocij pacem verbis prædicantes optimo conſilio

Fœdus Italorum contra Mediolanẽſẽ.

A ſe aduerſus futuri belli inſidias muniebant.

Cõmouit tamen maximè Galeatium Mantuani confœderatio nec verbis quereliſque pepercit ac Florentinos pacem nolle, ſed bellum optare cõqueſtus eſt,ſuóſque ipſe apparatus clã, & aſtutè moliebatur vt poſtea de Piſanis apparuit.

Eo anno ludi magnificentiſſimè facti ſunt ob honorẽ a Frãcorũ regis. Significauerat enim rex ad gaudium & lætitiam Florentini populi filium ſibi primogenitum natum. Hoc ergo ſuſcepto nuncio,ciuitas ob eam rem,ludos ſolemnes ad diem certam ſtatuit, idque latè per Italiam diuulgauit. Genus hoc ludorum torneamentum appellant. Eſt autem pugna equeſtris armis,apparatu,& certamine verum prælium repræſentans.Iuuenes & equi eorum ornati inſigniter thorace, & caſſide,& omnibus armis affatim muniti. Nec quicquam deerat ad veram pugnam, niſi quòd enſes, quibus pugnabant,nec aciem,nec cuſpidem,habebant.Erãt tamen ferrei & graues,& ad feriendum accommodati.Fecerunt autem iuuenum turmas duas & ſingulis turmis dux ſuus erat. Pugnam verò commiſerunt certa die,modo cumulatim, modo ſparſim ſeſe mutuo peruadentes,inſectationéſque,& fugæ,& conuerſiones & dimicationes ſpectaculo dignæ. Hæc tamen omnia vanitas immo iniquitas,quia contra mandatum eccleſiæ: quæ prohibet torneamenta, extra eodem per totum.Hæc tamen apud regem Francorum,& alios principes relata famam ciuitatis magnam grandius extulerunt.

A.C. 1391.

Torneamentum deſcr.bitur.

a *Carolus 6.hic rex erat, de quo ſup.c.2.§. 14.multa diximus, cui res accidit memorabilis hoc tempore quam ex libr.10.Æmyl breuiter perſtringemus paulò altius ſumpto aliquantulum exordio. ait ergo.Rex iam ætate florebat, ſimul cætera regno contributæ regiones feſtis pace læta degebant In Britannia verò rerum nouarum initium aliquod factum eſt.Carol: Bleſenſis in acie cæſi,duo filij apud Anglos captiui erant.Hos ingenti pondere auri redemit Magiſter equitũ Francorum biſq; reducibus eorũ maiori filiam deſpondit ipſe quem Britannus. Ea res curam duci acuit, æmulus ducatus ſibi abiectos: diſſimulato in præſentiam dolore, gentis proceribus conuentum Venetos indicit. Magiſter equitum vnus tum ex eorum numero affuit.Eo in concilio nihil actum, niſi de re communi Britanniæ: nulla aduerſa ſuſpicio iniecta Magiſtro equitum.*

Bellũ Britannicum inchoatum, ſed non perfectum. A.C.1391.

Dimiſſo conuentu vocatus ad ſolenne conuiuium, cum ſummis viris iuit.Poſt epulas petſit dux vt ædes quas magnificentiſſimas ipſe inchoarat, ille inuiſeret.Eas cum perpaucis amicorum, vt nullo tali metu ingreſſum,qui ad id ipſum armati ſtabant, comprehendunt.Regem per oratores grauiter incuſante defendebat dux ſe iniuria in inuidiam vocari. Fas ſibi eſſe hoſtem ſuũ in poteſtatẽ redigere.qui Britannus in Britãnia in ſe ducẽ Britannũ nefaria cõſilia iniret.Id primum regi non probabatur, bellumque imminere videbatur. Deinde cum ſtudioſiſſimè dux Burgundiæ Audax Britannum tegeret permulſa regis ira purgatio accepta,dimiſſo Magiſtro equitum,neque id niſi multo

A.C. 1392. *multo auro, ac non contemnendis finibus multato, quod non multò poſtilli agente rege reſtituit Dux.*

Poſt illud accidit res memoratu digna propter ipſius exitum. Petrus Crao ampliſſimæ familiæ vir, in aula Francica plurimum poterat, & inprimis apud regis Fratrem Ludouicum, Mediolanenſem ducem creatum. Sed nihil incertius aura aulica perleui momento ea gratia circumagitur. Leui de cauſa Ludouicus Craoni iratus apud regem effecit, vt ei regia vrbe aulaque voce præconis interdiceretur. Crao ratus hanc ſibi iniuriam ignominiamq; iniuſtam à Magiſtro equitum, cum quo ſimultatem exercuerat, ſecrſſit in Andes atque, inde in Britanniam vtrinque delectis ſumma audacia hominibus noctu Lutetiam ingreſſus Magiſtrum equitum adortus vulneribus affectum pro mortuo reliquit in Andeſque rediit. Vulneribus ægrè percuratis, Magiſter equitum impleuit noua regem ira, non in Craonem modo, ſed & in Britannum.

Rex tantum animo certamen imbibit, vt omni cogitatione in vnam vlciſcendi curam verſus, neque cibum, neque quietem caperet. In Canomannos profectus, eo copias vt Britannum eucrſurus conuenire iuſſit. Ad 5. Calend. Iul. anno eius ſæculi nonageſimo ſecundo è Canomannorum vrbe egreſſus, obſecrantibus ducibus mediciſque, vt maneret, æſtuoſiſſimo die, feruenti ſole, ſub meridianum tempus leui galericulo capite opertus, in equum inſiliit, iuſſis ſeſequi quibus cordi foret. Vix dum ad alterum ab vrbe lapidem peruenerat, cum penitus conuulſa mente, furoreque percitus, ſtringit repente gladium, vnum & alterum comitum occidit, complures malè multat, quoad laſſitudine confectus, equo delapſus excipitur. Ferunt quemdam inſolita ſpecie eremitam ei occurriſſe prehenſoque habenis equo dixiſſe. Quo miſer ruis? proderis. ad eiuſque conſpectum mentem immutatam: ſiue mortalium cuiuſpiam vera ſpecies ſiue oculorum ludibrium præſtigiæque ei ſe optulere abiereq; præ preſenti pauore nomine prehendere, aſſeruareue, aut inſequi auſo, percontarique quis, vnde, quid afferret, ſiue rex eam ſpeciem animo concepit. Idque argumentum alienatæ mentis non cauſam alienandæ extitiſſe. Pro mortuo inter manus Canomannis reportatur, ibique per multos curatus dies, cum initio nec ſe, nec ſuos noſſet, paulatim conualeſcere ac reſipiſcere cœpit. Reſtitutus ita animus vt ſemper diffideretur ſanitati pectoris per interualla periclitantis titubantiſque.

Rex in Phrenesim incidit. A.C.1392.

Rex Carolus quomodo mẽte affectus ſit.

Ad fanum Maclouij ſtabat Britannus, metus aduentantis regis in naues cariſſimis quibuſque rebus impoſitis, cum vxore liberiſque in Angliam tranſmiſſurus, cum audito caſu regis conſilium ſoluendi depoſuit. Is aduerſus regis caſus Britannum ab hoc quoque periculo liberauit. Et Magiſter equitum aduerſo rumore erat, quod præter id auri, quo Bleſenſis filios captiuos de Anglo, ac rurſus, quo ſe de Duce Britanno redemerat, cum è vulneribus æger dubia ſpe vitæ teſtaretur, tantam vim auri pretioſæque ſupellectilis legauit, vt id nõ potuiſſe illũ cogere, niſi ſpoliatis paſſim popularibus vulgò fremerent. Ea vtique res quantam inuidiam illi conflauit, tanta Britannum leuauit. Quã velut indignitatem contumeliamque vbi conualuit quod præſens ferre vir nobiliſſimus nequiret, in ditionis ſuæ fines ſe recepit, tunc animo ducis à geminis proceribus, vti ſaluti communi proſpiceretur expugnato, obliuio iniuriarum vtrinque ſancita, ac gratiæ reconciliatio facta ſanctèque culta. Sed hæc aliquãto poſtea.

Nunc Lutetiam rege à Canomannis reportato, conuentus de ſumma rerum adminiſtranda habitus. Dux

A *frater vt proximus gradu regni procurationem ſibi petebat, denegata eſt iuuentæ tanta rerum moles, Patruis arbitrium rerum demandatum. Qui verò ſoluti publica procuratione vtebantur intima regis familiaritate, ad illum oblectandum aut noua ludorum oblectamenta inueniebant, aut obſecundabant qualiacumque excogitanti, vt & illud ſi modo ipſius, ac non in ipſum alterius id fuit commentum.* A.C. 1392.

Adulta virgo nubebat nobili adoleſcenti, nocturniſque ludis rex cætero ornatu depoſito, vultu in Leonini oris imaginem perſonato reliquum corpus pice delibutum, multóque lino depexo, ac in villos confecto,
B *ita contexit, vt hiſpidi ſemiferique portenti ſpeciem ſpectantibus præberet. Eodemque habitu quinque præterea nihilo ſaniores, in cœtum principum prodeunt, in orbemque reſte data choreas pedibus plaudunt. Tota ex regia concurſus fit ad picatorum ſpectaculum. Aurelianenſis ſtudio clarius viſendi, correptam facẽ propius admouit: ſcintilla ex ea in regem fortè incidens, repentinum in omnes illos effuſa flamma conflauit incendium. Duo inopes conſilij auxiliique pertinaci conflagratione miſerabili vlulatu periere, duo inter manus elati cum biduum animam traxiſſent, expirauere*
C *vnus ruens in propinquam promi cellam, aqua vinoque ſe perluens ſalutem ſibi peperit. Concurſu ad regem facto, vxor Biturigis regem antequam ad viuũ flamma iam corpus lambens perueniſſet, veſte candata fluxáque eum inuoluit, ac ignem reſtinxit. Aurelianenſis errorem imprudentiamque excuſans crimine ſe liberauit. Et inualetudo mentis regis multo magis ſuſpecta mortalibus fuit, nec vlla piacula cœleſtiũ placandorum omiſſa. Hæc illa, quæ porrò deinceps euenerunt, ſuo loco poſtea referemus.*

Rex horrẽdũ vitæ periculum adit. A.C. 1393.

D Mediolanenſis ad tollendas de ſe ſuſpiciones legatos Florentiam mittit. Leonard. Aret.

§. XVI.

POST HVIVSMODI ludos legati Mediolanenſes Florentiam venere. Hi cum optimam principis ſui voluntatem erga pacis obſeruationem multis verbis prædicaſſent, ſi
E qua ſuſpicio ſubeſſet, ad eam ſe reſponſuros, ac ſatisfacturos ſe obtulerunt. Nihil enim gratius illi fore, quàm omnem ſuſpicionem de medio tollere, vt quemadmodum pura mente incedit, ita exiſtimetur. Cùm ad hæc generaliter reſponſum fuiſſet, Florentinorum ſcilicet populum de illiꝰ volũtate optimã nõ ambigere, putareq; ſe pacẽ firmã, & certã habere velle vnus ex legatis. Nõ eſt ſatis (inquit) ô Florẽtini, illo modo agi. Non enim ideo miſſi ſumus, vt generaliter ageremus: ſed vt reſponderemus iis, propter quæ
F vos ſuſcepiſſe ſuſpiciones princeps noſter cognouit: ea, quoniam vos tacetis, nos exprimemus. Tria, vt ab oratore veſtro intellectum eſt, ſuſpicionem de illius voluntate apud vos pepererunt. Vnum dimiſſio copiarum, quæ mox aucto numero in ſocietatem latrocinij coierunt, alterum obſtinatio Senenſium ciuium, tertium quòd Franciſcus Carrarienſis ſenior, & legati veſtri non ſint dimiſſi. Horum ſingulorum excuſationes legitimas audire vos rogamus, vt deſinatis

Oratio eorũ, qua ſuſpiciones de Mediolanẽſi conceptas tollunt.

A. C. 1392. deſinatis aliquando ſuſpicari. Primò quantum ad copias attinet, erant apud illum permagnæ equitum copiæ, multique & præclari ductores quos omnes magno ſuo incommodo retinuit apud ſe, ea ſolummodo cauſa, ne dimiſſi patriæ pacem conturbarent. Tres tantum ex multis diſceſſerunt, Broglia videlicet, & Brandolinus, (quos propter conuentiones cum illis ab initio initas retinere non potuit) & Biordus Peruſinus: qui condicente ac poſtulante Romano pontifice dimiſſus eſt, cui etiam Bononienſes ſocij veſtri ab eodem pontifice rogati iter liberum conceſſere. De Biordo igitur nulla vobis iuſta querela eſſe poteſt. Quid de ſuperioribus illis duobus multo minus. Hi enim ne vos ſocioſque veſtros attingerent, per longa itinera ac prope deuia in agrum Picenum, vnde conducti fuerant, ſunt reuerſi. At poſtea in ſocietatem latrocinij conierunt. Quid ad ipſum neque enim præſtare debet, ne huiuſmodi hominum genus, poſtquam ab eo diſceſſerit, latrocinetur. Quinetiam ex iis, qui vobiſcum durante bello militarunt, magna ex parte ſocietas illa latrocinij conflata eſt.

Quid duritiam Senenſium? an quiſquam illi imputare debet, qui ſtatim recepta pace illos ad quietem exhortatus eſt? Reliqua eſt querela de Franciſco Carrarienſi patre ac de legatis veſtris: Quæ quidem iuſta forent, ſi de liberandis illis in pace conueniſſent. Sed cum eorum liberatio non fuerit promiſſa, nec conceſſa, quis admirari vel imputare principi noſtro debeat, ſi illi non dimittantur? Sed & legati veſtri apud Alexandriam iure belli capti in eorum, qui ceperunt, manus deuenerunt: quos nec redimere ipſe debuit nec illis, qui iure belli ceperant, auferre. Ex his tamen ſplendidus miles Rainaldus Ganfiliatij ſatis humaniter dimiſſus eſt. Ioanni Riccio fortuna contigit veniſſe in manus militis durioris animi, qui infinita quædam ab eo ſperaret. Hæc, vt videtis, nihil ad ſe. Si igitur quiſquam fuerit de optimo illius animo ſuſpicatus, eam ſuſpicionem deponere debet. Ipſe certè ſi ſuſpicari vellet, plures probabilioreſque cauſas haberet ſuſpicandi, ob receptionem Mantuani in viſceribus eius domini exiſtentis, & ob fœdus tanto ſtudio renouatum & auctum.

Legati Mediolanenſes iſta dixere. Florentini autem cum legatorum dicta recenſerent, admirabātur inprimis, q illi dixerunt ex legato Florentini populi tria illa ſuſpicionem afferentia cognouiſſe, conſtabat enim nunquam de hac re mandatum alicui legato tradidiſſe. Tandem compertum eſt Gratiam quemdam ſic nominatum ordinis eremitarum, ea tempeſtate inſignem theologum, qui aliis de rebus ad Galeatium miſſus fuerat, monendo & exhortando illa dixiſſe ex ſeipſo. Itaque reſponſum legatis datum eſt: Nunquam Florentinum populum de illius optimo animo poſt pacem dubitaſſe. Quod autem de illis tribus quererentur, dictum eſt ſe certiſſimè ſcire nunquam legato ſuo talia commiſiſſe. De facto autem Mantuani non debere admirari. Non enim amicitiam eius cum Florentino populo nunc incipere: ſed eſſe percueterem. Nec pro bello cuiquam inferendo in ſocietatem fuiſſe receptum, ſed pro pace quieteque ſeruanda. Actumque expreſſe fuiſſe in eo fœdere, quod renouatum eſt, vt pax ſeruaretur, nec aduerſus illius quęcunque conuēta quicquam fieret. Cum hoc reſponſo legati remiſſi ſunt.

Florentini legatis Mediolanenſis reſpondent.

Petri Gambacurtæ mors indigna. Blon. ibid. Leon. Aret. Ioan. Vil.

§. XVII.

PETRVS Gambacurta princeps Piſarum interfectus eſt eodem anno. Pro cuius rei pleniori notitia ſciendum, quo hic fuit modeſti animi vir, ſub cuius gubernatione ciuitas Piſāna diu requieuit. Populo autem Florentino in primis amicus erat. Habuit verò adiutorem rerum getēdarum Iacobum Applianēſem ſcribam ſeu cancellarium, quem ab adoleſcentia ſua, vt filium educauerat, & erudiri fecit in multis. Cúmque per multos annos ei eſſet obſecutus, cuncta etiam ſecretiſſima & arduiſſima eius tractabat, & in eam paulatim aſcendens deuenit potentiam, vt dominatori etiam ipſi formidabilis eſſet. Multa enim per manus eius diſponebantur. Vnde amicitias plurimas acquiſiuit. Factionem etiam ſibi non mediocrem comparauerat in Piſanis, præſertim eorum hominum, qui Mediolanenſi fauebant, & Florentinis aduerſabantur. Nam has quidem partes Iacobus ipſe vehementer auxerat, filiumque eius Ioannem vigente nuper bello ad Galeatiū palam miſerat aduerſus Florentinos militaturum. Hic Ioannes in fuga illa hoſtium ex agro Piſtorienſi facta, captus à gentibus Florentinorum fuit, quæ res facinus iam compoſitum longius retardauit. Oſtendit verò Galeatius quanti faceret iſtum iuuenem, quamquam ſibi placerent illius cogitata, quòd Ioannem Riccium (de cuius captiuitate ac retentione ſuprà dictum eſt) Appianenſi conceſſit, quo filium redimeret.

Ioannes Riccius à captiuitate liberatur. ſu. §. 9

Redempto igitur iuuene, ac Piſas reuerſo ſuſpiciones maiorem in modum creuerunt. Multi Petrum monebant, vt ab inſidiis caueret. Nam comparari ab Appianenſi vires, ac ſe præmunire non obſcurum erat. Nec ſanè ipſe negabat, ſed aduerſus Lanfrancos inimicos ſuos, ne quid mali pateretur ab eis, ſeſe munire prædicabat. Petrus autem Gambacurta, vtpote vir bonus, qui de alio non crederet, quod ipſe non faceret, quamuis ſæpè admonitus fidem non adhibebat. Præcipuè ſuper hoc cautum eum reddidit vicarius vallis Nebulæ, & plures Piſani. Sed paucis diebus ante dominus Iacobus præfatus occidi fecerat in domo ſua dominum Iacobū de Lanfrancis, & filium & famulos, amicos domini Petri. Etiam potuiſſet remedium adhiberi interfectioni ei⁹, ſi voluiſſet, & permiſiſſet armari ciues amicos ſuos, poſtquam ciuitas cœpit tumultuari. Sed exiſtimauit tumultū poſſe ſe ſedare colloquium habēdo cum ipſo Iacobo. Qui facta magna collectione peditum, ingreſſus ciuitatem occidi fecit proditoriè dictum dominum Petrum iuxta domum ſuam, iacuitque corpus exanime ante oſtium domus. Cùm ergo ſero factum eſſet, delatum eſt corpus eius ad Eccleſiam ſine luminaribus, vel aliqua ſolennitate exequiarum. Diſcurritque per ciuitatem

A.C. 1392.

tem pro parte Gibellina dominium eius ſibi vſurpans, duóſque filios domini Petri vulneratos, & captos veneno extinxit, miſitque pro copiis ad Mediolanenſem ad ſui adiutorium. Prædæ etiam exponi fecit domos aliquas mercatorum, præcipuè Florentinorum. Eodemque menſe Octobris ſumpſit ſibi nomen capitanei & defenſoris Piſarum, vt fuerat dominus Petrus. Et miles factus, creauit & ipſe quatuor milites, ex quibus duo erant filij ſui. Talem ergo retributionem Iacobus de Appiano, vt ingratiſſimus, & perfidus proditor & homicida, reddidit tauro ſuo benefactori. Qui deinde malè fortunatus eſt.

Siculi à regina deficiunt, ſed poſtea puniuntur.

Ea tempeſtate cum quidam proceres Siculi cepiſſent inſulam Siciliæ, vt domini regina filia regis ad quam ſpectabat dominium illud, aufugit in Aragoniam. Multi autem populi illius inſulæ ſe ſubtraxerunt à dominio illorum procerum, & miſerunt pro regina ipſa, vt reuerteretur. Rex autem Aragonum dedit eam in vxorem cuidam ſuo conſanguineo, & cum galeis armatis remiſit eam in Siciliam. Quæ vt applicuit, partem eius recuperauit. Proceres autem illi, qui cauſa rebellionis fuerunt quæſierunt cũ ea cōcordiam. Quę reſumptis viribus fecit illos capi, & interfici, & comitem Clarimontis fecit decapitari.

Genuæ grauis ſeditio concitatur: & tota Italia bellis quaſſatur. Ioannes Villanus.

§. XVIII.

IPSO anno Antonius Adornus dux Genuenſium, relegauit quoſdam ciues, & timens ſibi de reuolutione ſtatus ſui, adiutorium bellatorum petiit, & obtinuit à Mediolanenſi, ſcilicet centum equites & trecentos pedites. Quamobrem indignati Genuenſes inſurrexerunt contra eum, quærentes eum expellere à dominio cum auxilio, qui vnam portam frangentes ciuitatem ingreſſi fuerant. Et ſeditione facta & bello ciuili inter eos, poſt homicidia plurium præualuit, & victor remanſit in dominio dux ille, qui trecentos ex ciuibus exilio tradidit, aliquos etiam occidi mandauit.

Cùm autem dictus dux malè ciuitatem gubernaret, & tyrannicè, non ferentes populus & nobiles iniuſtitias eius, inſurrexerunt contra ipſum, & poſt aliquas rixas ſeu bella cum eo, demum expulerunt eum de ciuitate, & fecerunt alium ducem, ſcilicet dominum Antonium de monte alto. Prior autem dux clam aufugit ad quoddam caſtrum ſuum.

Andegauiæ dux cõtra Siculos præualet.

Tunc etiam in regno Apuliæ comes Albericus, & dominus Otho capitanei gentis armorum reginæ Margaritæ, & filij eius Ladiſlai prælium inierunt cum comite, Tricatici principe exercitus Ludouici ducis Andegauiæ. Porrò profligati & ſuperati ſunt, qui pro regina & Ladiſlao erant, & penè omnes capti vel

A mortui.

A.C. 1392.

In illo anno Lucæ Lazarus Franciſci de Ginniſiis, vnus ex primoribus ciuibus ſeditionem faciens, ingreſſuſque palatium Antianorum, occidit Fortiguerram de Fortiguerris vexilliferum iuſtitiæ, & domos eius prædari fecit, & ipſe factus eſt vexillifer. Poſtea captus fuit & occiſus Nicolaus de Collitortis ſtrenuus vir militiæ, qui plures honores in præliis in militia pro Lucenſibus obtinuerat. Poſt quem & dominum Bartholomeum Fortiguerram ſimili B ſententia condemnauit, & aliquos alios de ciuitate expulit.

Lucæ tumult' exoritur.

Menſe Iunij eiuſdem anni congregati ſunt ſimul armigeri multi (qui dicebantur ſocietas latronum) in territorio Peruſino. Horum capitanei erant comes Ioannes de barbiano, & Azus de caſtello, & Broglia & Brandolinus & Ioannes Teuconicus de Petramala cum quatuor millibus armigerorum, vt facerent populum diuerſarum ciuitarum ſe redimere à vexationibus eorum.

Societas latronum congregatur.

Maximè autem minabantur Florentinos C moleſtare, niſi eis darent centum millia florenorum. Et cum videretur Florentinis nimis exceſſiua poſtulatio, decreuerunt eis non acquieſcere, ſed cum copiis ſuis & aliis procurandis illis pugnaciter reſiſtere, & additis ad ſuas quibuſdam copiis auxiliaribus ex Bononia & Ferraria, miſerunt eas in territorium Aretinum.

Quamuis autem ſufficerent ad defenſionem, tamen quia multa damna inferebant illi quotidie in diuerſis locis mutarunt propoſitum, iudicantes minus detrimenti recipere in componendo cum eis in parte quantitatis poſtulatæ, quàm damnis eorum quotidianis affici. Vnde D quadraginta millia florenorum conuenerunt eis dare, ita vt nil offenſionis eis inferrent per annum integrum. Poſtmodum proceſſit latronum illorum ſocietas contra Senenſes & Piſanos, & poſt damna illata à Senenſibus receperunt ſeptem millia florenorum: à Piſanis duodecim millia. Lucenſes autem antequam inuaderētur ab eis concordarunt cum eis pro octo millibus. Poſt hæc reuerſi ſunt Peruſium prædas diuidentes, & per diuerſas regiones diſperſi ſunt.

E

Florentini milites præſidiarios dimittunt, & rem pecuniariam conſtituunt. Idem.

§. XIX.

MENSE Auguſti dicti anni. 1392. Florentini cùm non valerent amplius ſuſtinere tanta grauamina præſtantiatũ propter nimiã F conductionem ſtipendiariorum decreuerunt ſolùm ſibi retinere ducentos & quinquaginta equites, & ducentos pedites, & alios licentiauerunt honeſto modo. Et quia debitum ærarij creuerat ad nimiam quantitatem, ſtatutum fuit per conſilia opportuna, quòd annuatim retineretur ciuibus creditoribus montis ratione præſtantiarum ſolutarum quarta pars totius, quod debebant ipſi ciues à monte recipere de ſuo intereſſe.

A.C. 1392.

eſſe. Verbi gratia, Si quis ſoluiſſet communitati in præſtantiis in totum mille à monte debebat habere annuatim quinquaginta. Sed dempta ſeu retenta quarta parte ex quinquaginta recipiebat triginta & octo libras & duos ſolidos. Et poſtea in capite quatuor annorum illa quarta pars, quæ retenta fuerat reſtituebatur ciuibus ex integro. Fuit inſuper ordinatum, quòd quicunque in præteritum emiſſet illa iura montis à ciuibus teneretur reuendere ipſi communitati eo pretio, quo ipſe emerat, additis tamen duobus pro centenario. Quamuis autem non videretur honeſtum communitatem fidem frangere ſuis creditoribus in promiſſo, tamen quia neceſſitas impotentiæ non habet legem, & nulla eſt impoſſibilium obligatio, ex quo communitas non poterat, excuſabatur ab iniuſtitia & iuſtè ſic prouiſum fuit.

Fidē frangere creditoribus qñ licet. Dig. de reg. iur. l. impoſſibilium. & in 6. ti. 10. c. nemo.

In illo etiam tempore cum ciues Alexandriæ quæ eſt ſita in Gallia citeriori eieciſſent rectorem ciuitatis, qui ibi poſitus erat à Mediolanēſi vicarius ſuus, tunc quidem ſimulauit ſe hoc non curare, ſed miſſis illuc gentibus armorum paulatim, poſtquam fuit ſufficienter prouiſum, ne ſe rebellarent totam expoſuit vrbem prædæ illorum.

Anno autem domini 1393. fuerunt allatæ Florentiam quædam reliquiæ ſanctorum & largitæ arti mercatorum ac collocatæ in oratorio ſancti Ioannis baptiſtæ, & à quodam nobili, vnum os ſecundi digiti manus beati Ioannis baptiſtæ quas reliquias firmiter aſſerebat ſe recepiſſe à quodam milite Imperatoris familiariſſimo ei. A quadam etiam nobili matrona olim vxore cuiuſdam Florentini, qui fuerat cubicularius Imperatoris Conſtantinopolitani, fuerunt ex Veneriis Florentiam adductæ multæ reliquiæ diuerſorum ſanctorum in diuerſis locellis quarundam tabularum collocatæ. Et inter eas erat ibi de oſſe colli beati Ioannis baptiſtæ & maxilla ſiniſtra cum parte dentis, quæ omnes reconditæ ſunt in dicto oratorio Ioannis Baptiſtæ cum magna veneratione ciuium & proceſſione cleri. Et conſules artis mercatorum conſignarunt prædictæ matronæ ob retributionem tanti muneris annuatim in vita ſua ſexaginta florenos quod obſeruatum ei fuit.

Ipſo anno in Siciliæ inſula populi diuerſarum ciuitatum, & primo Panormitani rebellarunt ſe reginæ & Charalanis: & ſe reduxerunt ad diuerſas arces & fortalitia: Sed rex Aragonum miſit illuc claſſem armatorum cōtra illos indéque multiplicata ſunt bella in regione illa. In Galeata Romandiolæ fuerunt terræmotus magni & multi, ruentibúſque ædificiis non paucis oppreſſi ſunt eorum habitatores.

Tumultus Siculi.

Fœdus Italiæ populorum & motus Florentiæ ortus
Leon. Aretin.
Ioan. Vill.

§. XX.

EA tempeſtate Florentini, & ſocij ſe corroborantes, Ariminenſes, Fauentinos, Rauennates, Imolenſes, Typhernates, in ſocietatem ſuſceperunt. Quo autem plures accedebant ad fœdus, eo crebriores moleſtiæ ſequebantur ob copias in ſocietatem latrocinij plures per Italiam coactas, quæ confœderatis terrores & damna varie inferebant. Domi verò eodem anno motus fuit, ſumpſitque arma populus, & contentionem egit armatus. Per eam contentionem quidam Albericorum pulſi, reliquis eius familiæ honores adempti. Cauſa huius fuiſſe creditur, non tam recens aliquid admiſſum, quàm vetus partium contentio, ex eo tempore cœpta, quo Benedictus eius familiæ princeps armatus in foro affuit: dum ſupplicium illud indignum de Petro Alberico, ac cæteris optimatibus ſumeretur: cuius rei indignatio atque dolor in mentibus filiorum atque agnatorum reſederat, per eamdem contentionem certo numero ciuium delecto reipu. reformandæ. Iſtam tamen nouitatem ciuitatis quam Leonardus ſic abbreuiat chronico diffuſe proſequitur: quod ſatis fidele exiſtimatur.

A.C. 1393.

Florentiæ plebs inter ſe contendit.

Menſe Octobris. 1393. detectus fuit quidam tractatus dominis Prioribus à duobus exulibus quo aliqui ciues cum quatuordecim artibus diſponebant ciuitatis ſtatū mutare. Et ex nominatis de illa conſpiratione tres capti fuere, qui tot ri ſocios denunciarunt præcipue Albertactius & dominus Cyprianus de Albertis & vnus de Adimaribus. Hi autem vocati à dominis cauſam ignorantes confiſi de innocentia (vt creditur) ſua ſubito ſe præſentarunt. Tunc etiam plures literæ præſentatæ fuerunt dominis de ea re ſignificantes. Tres autem illi prænominati ad rectorem miſſi fuerunt tanquam rei. Hoc autem inuentum, ſiue verum ſiue fictum fuit, publicatum fuit ciuibus multis ad hoc requiſitis, & dies, qua rumor fieri debebat expreſſa. Decretum igitur eſt à ciuibus, vt tractatus iſte diligenter examinaretur & rei punirentur. Et fuit facta commiſſio huius examinationis octo guardiæ officialibus adiunctis eis triginta quatuor ciuibus.

Artes ſunt collegia artificium.

Illis diebus cum quidam à familia Poteſtatis duceretur captus quia hora prohibita noctis inceſſerat, Ioannes de Bucellis vexillifer ſocietatis mandauit militi, vt captum relaxaret. Quod cum non faceret exclamauit ille Ioannes. Hæc iniuria fit Guelphis. Audiens clamorem cœtus ruſticorū aduocatus de comitatu ad cuſtodiam ciuitatis, collocatus in eccleſia ſancti Apollinaris, egreſſus eſt eccleſiam & clamare cœpit: Viuant Guelphi, Cum his congregati complures armati cum eodem clamore procedentes vſque ad plateam dominorum, & interrogati ex parte dominorum, quid peterent, reſponderunt interfectionem Albertactij, & domini Cypriani, intendentes introire in palatium domini capitanei, vbi illi detenti erant, vt ibi occiderent eos, ſed à duobus notabilibus viris verbis mollibus fuerunt retracti ab inceptis. Et duo illi de Albertis, vt tutius ſeruarentur, de palatio capitanei tranſlati ſunt in palatium dominorum. Cum timeretur ſeditio ciuitatis, poſuerunt vigiles noctis, qui cuſtodirent ciuitatem, & multos etiam ex comitatu aduenire fecerunt, ac dominum Cortonij cum vigintiquinque equitibus & centum & quinquaginta peditibus pro cuſtodia, & ad obuiandum ſeditionibus. Exinde fecerunt

Tumultus Florentiæ excitatur.

A.C. 1393.

fecerunt pulſare companam ad parlamentum iuxta morem, data libertate omnibus, vt venire poſſent ad audiendum, quæ tractanda erant pro bono reip.

Congregato igitur omni populo in platea domini Priores cum collegis ſuis in Aringheria ſe collocarunt, & per Seruinianum notariũ reformationum fuit propoſitum populo, quòd per prouiſionem ſexaginta ciuibus, qui tunc fuerunt coram omnibus ſimul, cum dominis Prioribus, & collegis & capitaneis partis Guelphæ & octo Guardiæ, & ſex mercantiæ, daretur facultas & balia prædictis ſimul adunatis concordantibus vel ſaltem duabus partibus eorũ omnium, ad reformandum ciuitatem, prout eis videbitur, & placebit, quod totum populo placuit & approbauit. Deinde ſubitò prædicti habentes baliam & poteſtatem, vt multis placerent omnes de familia Albertina declararunt magnates, priuantes eos omni adminiſtratione reipub. ſeu officiis, exceptis tamen filiis domini Nicolai de Albertis. Et ad conficiendum ſcrutinium officiorum, addiderunt præfatis de balia tot ciues vltra officiales, vt eſſent viginti ſex pro quolibet quarterio vrbis, ac etiam ad capitudines artium vnum pro qualibet adiungi decreuerunt. Sequenti verò die ipſi elegerunt vnum capitaneum baliæ: qui rationem nulli reddere teneretur de geſtis per eum, ſeu ſyndicari à quoquam. Hunc declararunt & nominarunt fore dominum Franciſcum de Gabrielis de Cantiano. Cui aſſumpta virga cum officio, aſſignatus fuit locus habitationis ſuæ manſio ſancti ſepulchri, quæ eſt ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani in ponte veteri ſita, exinde per officiũ baliæ deliberatum fuit, vt ſcrutinium partis Guelphæ quod tunc erat in vſu, igni traderetur & aliud nouiter formaretur. Similiter etiã ſcrutinia omnia ſeu a imburſationes omnium officiorum ab extra ciuitatem combuſta ſunt, vt per eos noua reficerentur. Et eodem modo ſcrutinium confectum tempore Bardi Martini combureretur, & reſeruarentur alia duo facta anno domini. 1381. & aliud confectum 1391. cũ hoc etiam addito, quòd, qui obtineret in illo præſenti ſcrutinio anni videlicet. 1393. admitti ad officia, poneretur & connumeraretur cum aliis in illis duob. ſcrutiniis anni. 1380. & 1391. Qui autem non obtineret in præſenti, extraheretur de illis duobus, vt priuatus officio. Deliberauerunt inſuper, quòd noui Priores eligerentur ad manus, ideſt, voluntatem eorum ex nouo ſcrutinio per nouos acceptatores. Item quòd eligerentur duo vexilliferi ſocietatis ex quolibet quarterio extracti de nouo ſcrutinio.

Reformãdæ reip. magiſtratib. facultas committitur.

Scrutiniũ officiorũ, ſortitionẽ magiſtratione.

quarteriũ vrbis. i. regio.

Capitudines artium i. capita & duces Collegiorum artificum.

Mutatio reip. Florentinæ.

Die autem vigeſimaquarta dicti menſis tota ciuitas fuit ſub armis exclamando publicè, Viuat populus, & pars Guelpha. Quidam autem, qui clamabant, Viuat populus & artes, fuerunt profligati. Et vnus eorum qui videbatur audacior, Leonardus ſcilicet Nicole tinctor occiſus fuit. Venerunt ergo omnes vexilliferi ſocietatis cum vexillis ſuis, aſſociati cum ſuis armati in A plateam dominorum clamantes, Viuat populus & pars Guelpha. Et tunc a dominis Prioribus fuit datum vexillum inſignitum armis populi domino Donato de Accaiolis militi, & aliud vexillũ cũ ſigno partis Guelphæ. ſ. aquila rubea datum ab eis fuit domino Rainaldo Ganfiliazi. Et cum dictis vexillis ſimul cum capitaneo baliæ aſſociati pluribus ciuib pluries circumierũt plateam dominorum clamantibus omnibus Viuat populus & pars Guelpha. Et circa finem diei reuerſi ſunt omnes vexilliferi cum vexillis ad domum ſuam. Et duo milites dicti conſigna B runt vexilla ſua Prioribus: quæ in feneſtris palatij eorum appenſa ſunt.

Mane ſequenti tota platea dominorum repleta eſt hominibus armatis Guelphis, & tunc fuerunt ad confines iudicati dominus Cyprianus, & Albertactius, & Neborſius, & Petrus de Albertis in diuerſis locis, aliqui alij in pecunia condemnati, alii carceri perpetuo mancipati, Tũc etiam ad requiſitionem artis lanæ fuit decretum, & ſub certa pœna prohibitum, quòd non poſſent intromitti in vrbem panni lanei alienigenarum, niſi ex certis locis & paucis. Et C portæ ciuitatis clauſæ ea die manſerunt vſque ad horam nonam, quia timebatur nouitas. Et ſeptem homines in diuerſis locis tunc fuerunt occiſi. In palatio autem continuè & ſollicitè intendebatur cõfectioni ſcrutinij. In ſortitione autẽ nouorũ Priorũ in fine mẽſis multi armati ad plateam concurrerunt. Illis autem nominatis & in palatio acceptatis, reuerſi ſunt omnes quietè ad domos ſuas, & octo guardiæ mandarũt per præconem omnes arma deponere, & ad artificia ſua redire. Quinque tamen dieb. ciuitas manſit ſine pulſatione horarum propter ſuſpiciones. Fuit etiam determinatum per concilia, ꝙ D de aliquo maleficio perpetrato in illis rumoribus nõ poſſet cognoſci, ſeu quiſquam puniri.

Confines. i. finium populi.

In Nouẽbri autẽ noui priores pacificè officiũ ſuſceperunt, ſed inde ad paucos dies orta eſt aliqua ſuſpicio ſeditionis. Vnde quidã qui tumultuãtes clamauerãt, Viuãt artes, capti fuerunt & capite plexi. Aliqui alij ex illis fugientes exilio relegati. Et pro cuſtodia maiori plateæ fuerunt conducti ducenti ſtipendiarij ibi reſidentes. Fuit autem ſcrutinium ex toto perfectum. 21. Decẽbris. Tunc etiam ſtatutum eſt, quod nullus va- E leat aſſumi ad vexilliferatum iuſtitiæ, niſi compleuerit ætatis ſuæ quadrageſimum quintum annum.

A.C. 1394.

In Februario ſequenti fuit interfectus vnus ex vexilliferis ſocietatis in foro nouo. Captus autem occiſor, condignam recepit retributionem. Nam in Curru poſitus nudus, & tenalliis ignitis ſæpè attractatus in illo loco ſuſpẽdio vitam finiuit: vſque ad veſperam in patibulo dimiſſus. Sequenti autem Martio Ioannes Auguſtinus militiæ dux diem obiit iuxta ciuitatem in ſua habitatione ſitam in loco qui dicitur Pulueroſa, publicoque ciuitatis funere elatus eſt maximis honoribus ſepulturæ eius im- F penſis. Fuit Auguſtinus genere Anglicus. ſed lõga militia per Italiam aſſuetus, in multiſque verſatus bellis famam & gloriam rei militaris ſibi præcipuam comparauerat. Sepultus eſt in eccleſia cathedrali.

Forcipib. ignitis homicida dilaniatur.

Tenalliæ, i. forcipes.

a *Imburſationes erant nomina illorum qui ad magiſtratus peruenire poterant, quæ erant in quodam ſacculo repoſita, & inde qui ſorte extrahebantur hi magiſtratum aſſequebantur.*

A.C. 1394.

Bellum aduerſus Mediolanenſem recrudeſcit. Leon. Aret.

§. XXI.

ANNO domini. 1394. vt ſcribit Leonard. in hiſto. Floren. magni rerum motus nouiter exhorti ſunt, & ad bellum reditum eſt nō tamē aduerſus Galeatium Mediolanenſem apertum fuit bellum, ſed aduerſus alios eo ſubmittente. Mortuo ſiquidem Alberto Ferrarienſi domino, Nicolaus filius eius etſi illegitimus admodum adoleſcens de voluntate patris & Ferrarienſium ſucceſſit in principatu. Actius verò ex eadem familia ob ſuſpicionem affectati imperij Ferrariæ commorari vetitus, primo Venetias, inde Florentiam ſe contulerat: vbi moram trahens ſatis honeſtè ac magnificè, & in honore apud ciues habitus: cum per aliquod tempus eo modo perſtitiſſet, demum cupiditate dominandi per ſeipſum ardens, & ab aliis inſuper quibuſdam incenſus, clam Florentia abiit cum paucis comitibus, & in Flaminiam ſe contulit. Inde mox propius accedens, per amicos & cliētes contractis ſubitò viribus, repētino tumultu cuncta inuoluit, vt nō ſolum in his locis, quæ ad argentam & Rauennam conuerſa exiſtunt, verumetiam in Mutinenſi defectiones variæ fierēt, ac extremo in periculo ſtatus Nicolai poneretur.

Cognouit ciuitas ſtatim Actium non ſuis viribus, ſed alienis iſta moliri, & quis eſſet author machinatorque, & qua de cauſa non ignorauit, Itaque primo reducere Actium pro amicitia familiæ ad arbitrium conatum eſt. Mox vbi illum alieniorem ſenſit, ad tutelam Nicolai, vtpote D ſocij & confœderati ſurrexit. Non parua quidem fuit contentio, nec exigui temporis. Fauebant enim Actio Rauennates, & Foroliuienſes. Ioannes verò Barbiani comes vir militaris, & magnum habens equitatum, domi ſuæ Actium receperat, & enixiſſimè adiuuabat, defectionesq; oppidorum ab ea quidem parte plurimæ ſunt ſecutæ. In Mutinenſi verò aliæ equitum turmæ quib. præerat Philippus & Marcoualdus Piſaui omnia peruadebant, nec deerant etiam accolarum fauores.

Gargonſā latronum principes Florētinis eripiunt.

E Per id tempus alia multitudo equitum & peditum in ſocietatem latronum coacta, quibus præerant Broglia & Brandolinus, Gargonſam caſtellum agri Aretini furtim occupauit, diſcurſioneſque hoſtiles per multa loca faciens, rapinis ac præliis cuncta inuoluerat. Ob eas turbationes decem viros publica authoritate ad curam belli creare placuit Florentinis. Hi & aduerſus Gargonſam militem oppoſuerunt, qui à populationibus hoſtem cohiberet, & Ferrariam magna equitum auxilia miſerunt, quibus præfuit Conradus comes, & ita bellum in Aretinis F & Ferrarienſibus eodem tempore concitatur. Vtrobique Galeatij factum fuiſſe non erat obſcurum. Nam qui Gargonſam occupauerant equites, paulò antè ab eo dimiſſi fuerant, & qui Ferrarienſem præmebant, ab eodem authore proficiſci cernebantur. Actium nequaquam per ſe tanta poſſe manifeſtiſſimè apparebat. Florentini igitur iſta cernentes ita ſuſceperunt Ferrarienſe bellum vt non aliena, ſed propria res agi

A.C. 1395.

A videretur. Nam Bononienſes ſiue metu copiarum, quæ in Mutinenſi conuenerant, ſiue amicitia Actij velut medij quidam perſiſtebant.

Per idem tempus legati imperatoris Romani, qui dicebatur a Venceſlaus, Patauium primo, inde Mantuam venientes, ſignificarunt imperatorem ipſum ac regem Bohemorum exiſtentem, audiſſe contentiones, quæ illis & ſociis eorum ſint aduerſus Mediolanenſem. Itaque conſtituiſſe ob eam rem, ſi modo confœderati velint in Italiam tranſire ad Mediolanenſis potentiā retūdendā, quo reb. ſuis contētus ſit: & alienas B nequaquam inuadat: Hæc legatorū oblata & Patauino, & Mantuano optima videbantur illiuſque aduentum in Italiam ſuſcipiendum adiuuandumque cenſebant. At enim Florentini periculoſū nimis conſiliū exiſtimabāt, ob metum ac ſuſpicionē Mediolanēſis aliū maioris faſtigij principem in Italiam accerſere. Itaque peruicerunt tandē Florentini, vt legatis reſponderetur, nullum ſibi ad præſens eſſe bellum aduerſus Mediolanenſem: ; ſed pacem agere quam ſeruaturum illum eſſe confidunt. Quod ſi aliquando ſecus fieret, tunc ad principem confugituros C eſſe ac benignis illius pollicitationibus vſuros. In Galliam tamen haud multò pôſt legatis miſſis fœdus cum Francorum rege quæſierunt: putantes per hanc maximè viam Galeatium contineri poſſe.

Florentini cū Francorū rege fœdus feriūt.

a *Cæſar Venceſlaus rex Romanorum electus eſt procurante patre Carolo imperatore ex rege Bohemiæ A.C. 1376. deinde coronatus Aquiſgrani eodem anno pridie nonas Iulij regnauit cum patre annos duos m. 8. de 15. & ſolus an. 21. m. 5. d. 28. Hic autem Cæſar omnium ignauiſſimus, & imperio pe nici.ſiſſimus fuit. cui deinde imperium abrogatum eſt A.C. 1400.* D *Obiit. 18. annis poſt Pragæ & Bohemiæ apoplexia or rep us A.C. 1418 Vide de eod. in f. §. 35. & Aeimyl. lib. 10. & a ios.*

Gargonſa Florentinis redditur & Barbianenſis deluditur. Leonardus Aretinus, Blondus. A.C. 1395.

§. XXII.

E ANNO ſequenti, ſcilicet. 1395. cum bellum gereretur apud Gargonſam, & apud Ferrariam, vtrumque fœliciter confectum eſt à Florentinis. Nam Galeatius Mediolanenſis, ductores illos & equites, quos miſerat occultè Gargonſam, ad alias opportunitates traducere volens, author fuit vt Gargonſa Florentinis redderetur. Qua ex re & gratiam iniit, vt mediator, & rem ſuam egit.

In Ferrarienſibus verò longius & durius fuit certamen, nec viribus ſolum, ſed etiam fraudibus certatum. Barbianenſis enim pactus magna pro mercede Actium interficere, alium F quemdam Actio valdè ſimilem, & veſtitu illius indutum occidit. Quem cùm eis, cum quibus pactus erat, cæſum ac ſanguine fœdatum oſtendiſſet, mercedem accepit, ingentem videlicet vim argenteorum vaſorum, & duo inſuper Nicolai oppida, Lucam videlicet, & Fœlicem. Quibus receptis, haud multò pôſt Actius viuentem incolumen maximo cum riſu & lætitia ſe oſtendit. Ex hoc iam deterior Nicolai conditio effecta

Barbianēſis pro Actio alium ei ſimilem interficit. Hæc oppida lucum & Cōcilice Blon. nominat.

A. C. 1395.

cta eſt, ac rebelliones crebriores inductæ. Miſcuerat ſe huic certamini Fauentinus Aſtorgius qui & ſua ſponte cum eſſet Barbianenſis inimicus, & Florẽtinorum rogatu bellum ſuſceperat, & crebris diſcuſſionibus Barbianenſem, Actiũque vexabat.

Ruſticorũ motus.

Inter hæc multitudo agricolarum & colonorum inter Ferrariam & Argentam inſurrexit, armiſque aſſumptis nouis rebus ſtudebat. Quorum fiducia cum Actius ſine Barbianenſi Padum tranſiſſet, ac ſeſe illis admiſcere pergeret, ſentiens hæc Fauentinus Aſtorgius cum ſuo Florentinorum equitatu (ad mille ducentos equites fuere) cumque peditum multitudine Fauentia profectus, Padum nauibus trãiecit: Inde Actium & ſuos repente aggreſſus, eos ſine magno certamine profligauit. Et (quod maximum fuit) Actius ipſe à Conrado comite Florentinarum copiarum duce captus eſt, & Fauentiam ductus, ibique carceri aſſeruatus. Per hunc modum conatus cecidere, etſi poſtea reliquiæ huius belli, & in Mutinenſi, & in illiſipſis locis diutius permanſerunt.

Actius capitur.

Capto Actio rebúſque eius profligatis, Florentini ductores ſuos, & milites quos per illa loca habebant, ad obſidendum Barbianum miſerunt. Erat enim Florentinis aduerſus Ioannem Barbiani indignatio quod dudum ab initio tumultus Actiani, cùm oratores Florentini populi pro rebus componendis ad Actium veniſſent, ac eũ deterrerent à bello: Ioannẽ etiã Barbiani comitem, ne aduerſus Nicolaum Ferrarienſem bellum inferret, liberius commonerent, ac Florentinos nequaquam id laturos eſſe proteſtarentur, hic inquietus & militaris vir, contumelia verborum vſus. Quanta (inquit) hæc veſtra Florentini arrogantia eſt? Iam verò Italia tota nemo ſtrepitum facere poterit, cui intereſſe nolitis. Quicquid per Hetruriam, Galliam, Flaminiã emergit, pertinere ad arbitrium veſtrum exiſtimatis. Magiſtri & gubernatores omnium eſſe vultis, & nunc aduerſus Actium ex illa familia ortum, quam vobis amicam prædicatis, quòd iura ſua perſequi velit, denunciatis bellum, ac mihi cæteriſque eius iuſtitiæ fautoribus, ſi illi auxilio fuerimus, comminamini. Ite igitur & me cum equitatu meo intra fines veſtros expectate. Neque enim alibi, quàm in terra veſtra armatus rem vobiſcum tranſigam.

Florentini aduerſus Barbianenſem indignatio.

Barbianus obſidetur.

Cùm ſupra contumeliam verborum facta improba ſequerentur, non tulit populus Florentinus, ſed copiis ad Barbianum miſſis iactantiam illius ſic retudit, vt qui ſe armatum expectari in terra Florentinorum minabundus denunciauerat, eum domi & intra propria mœnia obſideret. Venit etiam Fauentinus Aſtorgius, & Nicolai Ferrarienſis, cuius res gerebatur copiæ, & circa Lucum, & alia eius oppida conſederunt. Tota res tamen, atque cœptum magis Florentini populi videbatur. Quamobrẽ Bononienſes conqueſti ſunt palam, indignantes quòd Florentini illis in locis oppida acquirere & poſſidere vellent, ac Ioanni comiti aduerſus Florentinos non occultè fauebant. Idem faciebant Rauennates & Imolenſes nequaquam amantes Florentinorum vicinitatem.

Militabat per hoc tempus apud Galeatium Mediolanenſem Albericus Barbiani comes, huius Ioannis propinquus. Erat verò Albericus vir magnus, ac princeps militiæ Galeatij. Hic ergo dolens oppida ſua obſideri, cõmeatũ à Galeatio petierat, & omnia parauerat quaſi ad opẽ ferendam venturus. Id Galeatius per oratorẽ ſuũ Florentinis denunciauerat, nec ſe poſſe continere Albericum, quo minus ad ſuccurrendum domui ſuæ veniret. Hoc igitur nuncio, & ſimul indignatione Bononienſium, & quòd iam ſatis pœnarum ille dederat proteruiæ ſuæ, obſidionem ſponte ſua Florentini diſſoluerunt. In reductione verò exercitus Florentini Caſtrocarum à papa conceſſum eis obſederunt: ſuper quo Bononienſes grauiter indignati ſunt, adeo vt dicerent oratoribus Florentinorum, qui Bononiæ erant populum Bononienſem nunquam eſſe paſſurum Florentinos in Flaminia habere dominium, ſatis illis Hetruriam eſſe debere. Similiter Foroliuienſes, & alij vicini ita ægrè ferebant, vt magnas copias congregarent ad reſiſtendum Florentinis. Sicque bellum Caſtrocari intercedentibus Venetis cæteriſque amicis depoſitum eſt. Vnde quia nec maturum, nec ſatis conſideratum huiuſmodi belli cœptum fuit ideo finem habuit non congruentem honori ciuitatis.

Albericus Comes Barbiani qualis.

Fœdus Italicorũ contra ſocietatem latronum

Reſumpta practica. i. tractatu inter ſe de eadẽ re habito.

Eodem anno Mediolanenſis tractauit facere ligam cum Florentinis, & eorum colligatis cõtra ſocietatem ſtipendiatiorum latrocinantium ſimul collectam, ad defenſionem ſuorum ſtatuum contra eos, ne cogerentur ab ipſis ad redimendum ſe. Et prima vice poſt prolixum tractatum adinuicem, cum concordari non poſſent nihil eſt concluſum. Poſt aliquot menſes reſumpta practica in eadem re colligationem fecerunt ad id quod dictum eſt. Colligati autem ex vna parte fuerunt Mediolanenſis, Piſani, Senenſes, & Peruſini, ex alia parte Florentini, Bononienſes, Lucenſes, Marchio Ferrarienſis, dominus Cortonienſis, dominus Patauinus, Malateſtæ, Aſtorgius Fauentinus, dominus Imolenſis, & Tiphernates. Et contractus in huiuſmodi fuit ſtipulatus in præſentia dominorum priorum Florentiæ, & oratorum dictarum communitatum & dominorum, qui omnes ratificauerunt.

Ea tẽpeſtate initũ eſt magnũ certamẽ in partibus a Vngariæ inter regẽ Vngariæ & Baiazetũ

a *Hoc certamen eſt illud nobile contra Baiazethem Turcorum tyrannum ad Nicopolim prælium geſtũ, ab eo minimè diuerſum, quod §. 24. auctor memorat. Nam ſemel tantum Chriſtianos in Hungaria conflixiſſe cum Turcis hoc tempore Hiſtorici memorant. Pius 2. in Europ. cap. 4. Nauc. gen. b. 47. Aemyl. lib. 10. & alij. Hoc tantummodo inter ſe diſcrepantes quod pugnam ad Nicopolim ſub Calepino Baiazethis filio acciſiſſe Pius 2. ſcribit. alij verò ſub Baiazethe. Fuſius autem ex Aemyl. totam rem referam.*

Audax filius Ioannes aduerſus Turcas auxilio Sigiſmundo Hungariæ regi exercitum duxit præmiſſis ad Germanos proceres, tutum tranſitum peterent, iter ſine iniuria maleficoque facturis. Conſeneſcentibus enim apud nos ſacri belli, Aſiaticarumque rerum conſiliis, & aliis ſuper alia beliis inter noſtros exorientibus, poſtremo & ſchiſmate pontificia æterni hoſtes Turcæ, mala noſtra ſuam occaſionem rati, ſpi-

A.C. 1396.

itus, qui piorum in eos armis ceciderant, ſuſtulere. Vetere enim apud illos nobilitatis indole exoleſcente, nouorum hominum familiæ quatuor ſunt exortæ, quæ ſibi nomen ingens dextra fecere. Hi erant Aſambac:, Ca delori, Caramani, Othomāni, Othomanni fœlicitas longè maxima extitit.

Huius pronepos Baiazethes quem alij Paxaitem vocant, Amurathis filius Hungaros bello continenti vexabat, regiones Hungariæ attributas finitimas vrens. Ceperat Burgariæ nobilem vrbem, eodem quo & in Epiro & Aſia aliæ ſunt nomine Nicopolim, Ioannes Burgundiæ dux Francorum qui in hoc bello militabant princeps iam Budam peruenerat, copiáſque cum Sigiſmundo rege iunxerat. Ibi conſilium de ratione belli gerendi habitum. Placuit primo quoque tempore in hoſtem mouere, & vt i ardore militum pugnam & hoſtem poſcentium. Danubium tranſeunt. Vbi in Bulgariam atque hoſticum ventum eſt, oppida præſidiis Turcarum inceſſa expugnant. Sui fiducia, ac hoſtium contemptus in dies augetur. Vno etiam ſatis magno prælio Franci victores, captiuos interemere nullius virtuti nullius nobilitati parcentes, ac quaſi certa vniuerſi belli victoria, in omnem luxum, laſciuiam libidinemque effunduntur. Auditas e iam apud noſtros rerum voces Ioannes Hungarus ſcribit, illis haſtis, quæ in Turcas ferrentur, non modo hominem non metuendum ſed & cœlum ruens ſuſtineri ac fulciri poſſe, quam dicti vecordiam vindex cœleſtium vis magna piorum cæde vlta eſt.

Turcorū cū Chriſtianis ad Nicopolim pugna.

Ad Nicopolim noſtra caſtra caſtris hoſtium collata ſunt, Sigiſmundo placebat, vt Hungari Turcicarum rerum periti prima in acie conſiſterent, Franci agmen clauderent Id ignominioſum ſibi ratus Audacis filius Audax in Turcas cum ſuis ruit, priuſque concurrit quàm è caſtris Sigiſmundus ſigna efferret. Pugnauerunt tamen Franci egregiè, cumque hoſtium ſagittis equi confoderentur, ipſi cataphracti ex equis deſiliunt, plures pro ſuorum numero occidunt hoſtium, nec dubia victoria ſi ſecundæ Turcarum aciei recenti integræque, Hungari, & ipſi recentibus illibatiſque viribus occurriſſent: ſed Francorum equi vacui, vt ſtrati frænatique erant, incautra conſternati reuertentes errorem iniecere. Rati enim Hungari cæſos ſocios amicóſque ſe fugæ mandarunt, quam victor mox hoſtis infeſtam cruentamque illis reddidit. Captus Ioannes Burgundio cum multis ſuorum Sigiſmundus ex effuſo curſu nauim in Danubio nactam conſcendēs, non prius fugæ finem, quā in Euxinum Pontum delatus fecit Ioannes Audacis filius ducentis millibus Aureorum numeratis Turcæ ad ſuos rediit cum multis ſimul & captis & dimiſſis. Hæc ille. De exercitu Chriſtianorum occiſa feruntur 20. millia, & de Turcis 60. millia. Geſta hæc ſunt A.C. 1395. vel vt alij ſcribunt 1396. Naucl. & alij.

Baiazetis in Hungaria pugna.

filium Amurathi principis Turcorum. In quo ſanguis effuſus eſt copioſus, occiſis plurimus ex vtroque exercitu, multò tamen abūdantius ex Turcis, quamuis ipſi Turci in campo remanerent.

Florentini aduerſus Foroliuienſes inſurgunt.

Menſe Auguſt. eiuſdem anni Florentini miſerunt copias, quarum fecerunt ductorem & capitaneum generalem Rodulphum de camerino contra Foroliuium faciētes omnem deuaſtationem poſſibilem circa ciuitatem illam ob vindicandam iniuriam eis illatam, quia impedierant adeptionem poſſeſſionis caſtelli Caſtrocari. Erat etiam cum eis Aſtorgius Fauentinus cōtra Foroliuiēſes: ſed oratores Venetorum deſtinati ad hoc ita operati ſunt, vt quæſtio & controuerſia omnis, quæ erat inter dictas partes, commiſſa fuit decidenda de iure & de facto ipſi dominio Venetorum. Quamobrem ſoluta obſidione reuerſæ ſunt copiæ Florentiam.

A.C. 1396.

Galeatius dux primus Mediolanenſis creatur. Blo. li. 10. de. 2.

§. XXIII.

IN illo tempore Mediolanum Galeatius procurauit, & obtinuit ingenti quantitate pecuniæ, vt dicitur pluſquam cētum millibus florenorum ab imperatore Venceſlao, rege etiam Bohemiæ dignitatem ducatus, vt in poſterum nominaretur & eſſet dux Mediolanenſis. Quam conſecutus eſt per manus oratorum dicti imperatoris menſe Septembri cum magna ſolennitate & gaudio Mediolanenſium accipiendo biretum, nomen, & alia inſignia ducatus. Vnde poſtmodū vocatus eſt Mediolanenſis qui prius dicebatur, & erat comes virtutum.

Birretū. i. galerus. A. C. 1395.

Tunc etiam inter regē Franciæ, [a] & regē Angliæ factæ ſunt treugæ ex guerris prius adinuicem habitis, vnde ſecuta eſt pax magna, & ad firmitatem eius matrimonia ſunt inter eos celebrata, filiam vnius regis alteri dando in vxorē.

Induciæ inter Anglū & Francū factæ. Ex Le. Ar.

Per extremum huius anni motus in republ. Florentina fuit ex huiuſmodi cauſa. Donatus erat Accaiolus miles Florentinus, ex familia nobili admodum honorata. Ipſe quoque vir magnæ virtutis magnæque authoritatis, & in gubernanda repu. haud dubiè princeps. Is cum omni ſuperiori tempore eadem ſenſiſſet, quæ cæteri, qui vna ſecum in repub. verſabantur: tunc quæcumque tandem illum cauſa induxerit: mentem conuerterat ad eam partem ciuium quæ excluſa erat ab honoribus, reſtituendam. Idque cum Angelo Richoueri vexilliferi iuſtitiæ filio & cum aliis quibuſdam agitauerat. Res erat difficilis & ardua, & non ſine contentione tranſitura: tamen confiſus authoritate & potentia ſua, ſe eam perfecturum ſperabat. Cùm igitur hoc intellexiſſent, qui rēpublicam gubernabant, confeſtim inſurgentes huiuſmodi propoſitum exagitare cœperunt, ac ita ſe comparare, vt nullo modo paterentur tale quicquam fieri. Iámque priores commonefacti ſeſe erexerāt ad rem, ſi quis eam tentaret improbandam, & quaſi inimicam publicæ quieti puniendam. tunc metu deterriti Angelus Richoueri, & Guido quidam ſcriba, qui totius ſecreti erant cōſcij impunitate promiſſa, cogitationem & ordinem rei magiſtratibus aperuere.

Donatus Accaiolus tumultus auctor.

Donatus ergo ea de cauſa ad Priores vocatus

a Hoc ita Aemyl. commemorat. Anno eius ſæculi 95. rex Angliæ Richardus Calitium tranſmiſit cum Franco rege in colloquium deſcendit, Iſabellam filiam ſeptēnnem Francus ei deſpondet ac in manum tradidit, oppida Breſtum ab eo. & Cæſaroburgum recepit, alterum Britanniæ alterum Normanniæ contributum. Sic ergo inter Francos & Anglos induciæ in triginta annos pacta ſunt. Geneb.

ab

A.C. 1396. ab amicis & familiarib. ſuis, quorũ ſatis magna erat multitudo, retinebatur, ſuadentibus, vt domi manum ſuam colligeret: quorum concurſu, munitus aut perficeret, quod cogitauit, aut certè nihil mali paterentur, fautores quidem & ſuaſores ita monebant. Ille verò inter ſpem & metum ambiguus, cùm aliquanto ſtetiſſet, tandem parere ſtatuit: plurimumque confiſus authoritate ſua, & propinquorum fauore, quorũ aliqui in magiſtratu erant, cum iam in palatium veniſſet, captus & detentus eſt. Quo facto omnes illius fautores diſſipati ſunt, & nunquam poſt hæc comparuerunt: Ipſe biduo cuſtoditus tertia nocte demum ſic in exilium agitur, vt de palatio ad portam cum multitudine armatorũ deduceretur, ne inimici ei nocere valerent, Acti præterea in exilium ſunt plures ex eo genere hominum, qui reſtitutionem affectabant.

Quidam ciuitate libera principibus viris obeſt. Excellẽtia in libera ciuitate eſt moleſta.

Obfuiſſe huic viro duo, maximè ex ſtimabantur, Primum nimia potentia, nec ipſa coercita, deinde libertas reprehendendi nimia, quarum altera inuidiam altera maleuolentiam plurimorum, ſibi comparauit. Legati ad ciuitatem miſſi domum eius frequentabant, & omnes quibus aliquid negotij cum ciuitate erat C ad hanc tanquam ad patronum confugiebant, quæ quidem res non niſi ab amicis eius probabatur, inimici verò ducem & dominum per calumniam vocitabant, adeo excellentia omnis in ciuitate libera moleſta eſt. Libertas reprehendendi nimia ſibi plurimum obfuit. Ipſe quidem vir integer, vitia hominum ferre non poterat, crebroque ea exagitabat. Ea verò res non tantum proderat reipub. quãtum ſibi nocebat. Ciues enim in libera ciuitate benignè monendi, & dirigendi ſunt, non contumelia verborum D exagitandi. Ob hæc ille pulſus & relegatus, patria caruit.

Cauſam verò relegationis publicæ literæ ad germanum eius Romanæ eccleſiæ cardinalem ſcriptæ declarant. Inquiunt enim in eis ciues, ſe inuitis & dolentibus principem ciuem in exilium actum fuiſſe, quoniam extraordinario tempore in ſpem nouorum ſuffragiorum, nouæque reſtitutionis ciues quoſdam erexerat, atque parauerat, vt ſi non deliberatione publica obtinere poſſent: vi tamen & armis eam facere aggrederentur.

E In chron. additur, quòd cum dominus Donatus detineretur in palatio, multi ciues armati venerunt ad plateam dominorum, petentes dominum Donatum decapitari. Quibus à dominis & collectis reſponſum eſt, quòd patientes eſſent, nec rumores ſuſcitarent, quia ita ageretur de domino Donato, quòd contenti eſſent de punitoine eius. Et cum tractaretur in conſilio de pœna ei inferenda, ipſe de licentia magiſtratus intrauit locum concilij genibus flexis denudatus ter dicens. Miſeremini mei, confeſſus peccatum ſuum, & miſericordiam petens. Fuit F autem relegatus Barlettæ, ad quem locũ adeundum ſe obligauit ſub pœna viginti millium florenorum. Et pro huius impletione dedit filios duos obſides, quibus ſeruatis filij liberati ſunt, Quidam pro huiuſmodi negotio capti, dimiſſi fuerunt, aliqui tamen exulati, & aliqui officiis priuati. Ex Barletta autem dominus Donatus ſcripſit literas ſatis prolixas magiſtratibus Florentinis, oſtendens innocentiam ſuam in ea re.

Donatus Accaiolus veniã à ciuib. petit.

A Initio poſtea plures cõcilio, verum deberet fieri alia inquiſitio ſuper ea re ad inueniendum reos nunquam potuerunt concordare. Et ſic omiſſa eſt alia inueſtigatio. Illi autem duo ſcilicet Angelus Richoaeri vexilliferi filius & Meſſer Guido inquiſiti à capitaneo abſoluti fuerunt, vt nõ poſſet amplius procedi contra illos. A.C. 1395.

B

Genuenſes Francorum ditioni ſubiiciuntur. Aemyl. li. 10.

§. XXIIII.

ANNO domini. 1396. cum diſſenſiones multæ fuiſſent inter Genuenſes, & duces ſæpe mutarentur, demũ rex Franciæ cepit dominium eius. Qui etiam ſignificauerat Florentinis, quòd quia mittebat copias ſuas ad ipſos Genuenſes, ipſi non impenderent eis auxilium aliquod vel fauorem, ſed potius ſibi, ad quod efficiendum ſe obtulerant. Miſit autem rex Franciæ vicarium ſuum comitem ſancti Pauli, nobilem virum ad gubernandum eam, inferiora verò officia partim Guelphis, & partim Gibellinis committebat. Ad hoc autem, vt rex obtineret dominium illud multum operatus eſt dominus Antonius Adornius qui fuerat dux. Et pro mercede operis eius accepit à rege quadraginta millia florenorum & duo caſtra in Francia. Hoc autem ægrè tulit dux Mediolanenſis quia diu concupierat etiam cum multis impenſis eam ſibi ſubiugare. Tunc etiam cum oratores Florentinorum eſſent in Francia, facta eſt colligatio inter regem Franciæ & Florentinos ad defenſionem & conſeruationem ſtatuum in Italia, reſeruata facultate cuilibet ex colligatis cum Florẽtinis, vt qui vellet poſſet cum eis coniungi. In ea autem pactione & dicta liga confectum eſt, vt quicquid terrarum adipiſceretur in Hetruria, eſſet Florentinorum & colligatorum cum eis. Quod autem extra Hetruriam acquireretur, regis Franciæ foret, hoc etiam ſeruato, vt nihil fieret cõtra Romanam eccleſiam. A.C. 1396.

Comes S. Pauli regis Vicarius Genuæ quẽ Buſſicandũ vocat. Aem.

Status. i. dignitas & dominiũ.

Eo anno rex Vngariæ cum maximo exercitu Vngarorum, Teutonicorum, Gallicorum, & Valachienſium profectus eſt in bello contra Baiazethum dominum Turcorum. Erat autem exercitus Chriſtianorum. 35. millium equitum. Turcorum verò inter equites & pedites ducenta millia hominum & vltra. Et cum plura prælia adinuicem confeciſſent, demum occulto Dei iudicio Chriſtiani ſuperati ſunt à Turcis ita tamen, quòd etſi de chriſticolis occiſi ſunt ad viginti millia, & aliqui capti, de Turcis interfecti ſunt ad ſexaginta millia.

Chriſtianorũ cõtra Turcos prælia. Vide Aemyl. li. 10. & Naucl ge. 42 & ſup. quæ §. 22. notauim.

In illo etiam tempore nouitas fuit in ciuitate Firmana. Nam multi ex ciuibus arreptis armis inſurrexerunt contra dominum Antonium qui paulò ante ſibi dominium vrbis vſurpauerat, & plurimos occidi fecerat, & alios exilio damnauerat. Ipſe autem dominus Antonius in ipſa inſecutione facta contra eum in arce ſe cõtutauit, & inde miſit pro comite Carrarienſi ſibi vicino cum copiis eius. Qui receptus in arcem cum ſuis proceſſit contra ciues, qui ſe rebellarant, & poſt cædem multorum ciuitas penè tota prædæ expoſita eſt.

Firmanæ ciuitatis clades.

A. C. 1396. Florétino rum res.

Quo ad Florentinos in eo anno. 1396. quanta nunquam prius certamina parabantur. Principio enim eius illi ipſi ductores & milites, qui nuper Lucenſes inuaſerant, Aretinum in agrum reuerſi ad vſque prope vrbis mœnia prædis rapinis, & incendiis cuncta fœdauerunt. Inde circa Burgum & Anglare tranſeuntes, ab ea quoque parte omnibus vexatis, tandem inter Cortonam & Aretium conſederunt, rapinis & incendiis omnia miſcentes. Alia rurſum ingẽtior robuſtiórque multitudo apud Ioannem Barbiani comitem parari nunciabatur, in ſocietatem latrocinij coitura: Futuros autem dicebant, qui Barbiani conuenerant, non paucioes ſex millibus equitum. Ipſe enim Ioannes incredibili odio in Florentinos exarſerat, nec verbis minisq; parcebat, ſed iactabundus denunciabat inuaſionem & bellum.

Aduerſus hæc pericula inſurgentes Florentini, eos qui in ſuo iam ſolo inimicè verſabantur, viribus ſuis oppoſitis excedere finibus compulerunt. Aduerſus autẽ eam manum, quæ Barbiani parabatur, non viribus, ſed conſilio & prudentia vſi ſunt. Ducibus enim equitum, qui iam Barbiani conuenire cœperant, largita pecunia effecerunt, vt inde cum ſuo equitatu abirent, in quorũ numero fuerunt Ludouicus Cancelli, & Philippus Piſanus cum equitibus mille quingentis. Hæc fuga Barbianenſis cogitationes irritauit, recuſantibus poſtea aliis in eam ſocietatem coire, quæ prius diſſoluta erat, quàm penè incepta. Cum igitur Ludouicus Cancelli cum eo equitatu in fines Bononienſes ſe recepiſſet, Florentini ſumpta occaſione, quoniam & ipſi eiſdem artibus oppugnabantur authores fuerunt, vt Ludouicus cum Bartholomæo Pratenſi & Antonio Obice in ſocietatem coirent, quo & ipſi pati fallacia inimicos vlciſcerentur. Hi ergo duces conuenientes cum ſuis copiis Parmenſibus, & Reginis damna inferre cœperunt. Veniebant ad Florentinos à duce Mediolanenſi querelæ pro rapinis & maleficiis huius ſocietatis. Cui reſpondebatur non eſſe illas copias Florentini populi, tantum modo eos obligaſſe ad futura ſtipendia, ſi requirantur: interim ſui iuris eſſe, & ſuo arbitratu vagari, quo iure & ipſe Mediolanenſis dux Brogliam, Brandolinum, & Biordum habebat obligatos. Exinde prædicti duces cum ſuis exercitibus, attritis rebellibus Nicolai Ferrarienſis, fines Piſanorum cum magno tumultu ingreſſi ſunt. Conduxerant enim eos illuc exules Piſanorum, quorũ principes erant familia de Gambacurta, ſecretò autem Lucenſes, vt vindicarent iniurias eis illatas non multò antè.

Florentini contra Mediolanenſem occultè pugnãt.

Ioannes autem Barbianenſis cum ſuis venit in adiutorium Piſanorum vocatus ab eis. Miſerunt autem Florentini auxilia ad Lucenſes, vt defenderent ſe à Piſanis, non vt Piſanorum fines inuaderent. Inter hæc Florentinorum legati, qui Mediolani erant ſignificauerunt Albericum comitem & Leonardum Maleſpinam cũ ingenti multitudine equitum dimiſſos à duce Mediolanenſi quo in ſocietatem coirent ad tutelam Piſanorum. Quo nuncio commoti Florentini, quaſi medios & ſequeſtres ſeſe inter Piſanos & Lucenſes interpoſuerunt, miſſiſque ad vtroſque legatis concordiam ſuaſerunt, quæ tandem recepta eſt, ea conditione, vt Barbianenſis cum ſuis Hetruria diſcederent, & Pratenſis & ſocij ex finibus Lucenſium abirent, Barbianenſis tamen recedens, Ferrarienſi & Mantuano damna multa inferebat, & Florentini exulibus Piſanorum fauebant, vt Appianenſis cum Piſanis infeſtius vrgeretur.

A.C. 1396. Cõcordia inter ciuitates Italiæ inita.

Bellum in Hetruriam Mediolanenſis apertè mouet. Leonard. Aretin.

§. XXV.

STANTIBVS in hunc modum rebus cum bellum quidem apertum non eſſet, cæterum ſuſpicionibus & querelis omnia redundarent, Piſanorum autem exules à Lucenſibus Florentiniſque occultè fouerentur: intelligens hæc Appianenſis, non vltra tolerare huiuſmodi pericula conſtituit: & Galeatium hoc ipſum iampridem cupientem meditantemque magis incendit ad bellum in Hetruria concitandum. Acta res eſt magno conſilio, magnóque apparatu, nec vnquam vires hoſtis tantum, quantum in hoc tempore patuerunt. Cùm enim Florentinos inuadere ſtatuiſſet: magna vndique agmina multique ſimul duces quaſi ad præſcriptum Piſis conuenere. Ex inferioribus quidem Hetruriæ locis Paulus Vrſinus, & Othobonus Parmenſis, & Ceccobinus Biordi frater, eodemque ferè tempore Broglia cum aliis item copiis Piſas petebat. Hi quatuor ductores ex Hetruria. Ex Gallia verò Ioannes Barbiani comes, & Paulus Sabellus & Lucas de Caſalli cum alio item magno equitatu, & poſt hos Albericus dux militiæ venire nunciabatur.

Copiæ Mediolanẽſis contra Florentinos.

In hac tãta redundantia hoſtilium copiarum Florentini plurimum trepidare cœperunt, & Bartholomæum Pratenſem, cæteróſque in ſocietatem coactos, quaſi diſſoluta ſocietate ad ſtipendium conduxerunt, eóſque partiti ſunt per oppida. Venerat per hoc tempus Bernarbo (vel Bernardon) militiæ dux à Florentino populo vocatus, ac ſummæ rei præfectus, vir genere Aquitanicus, cæterum lõga militia per Italiam cognitus. Is ad ſexcentos equites delectos ſecum duxerat, peditesque militare conſuetos ſupra ducentos: Cùm his copiis apud Miniate & Fugetium cõſtitit. Rogati ſunt inſuper auxiliares Bononienſes, ac cæteri ſocij, ſed parua, & eaipſa tarda ac lenta auxilia venerunt. Inter hæc Paulus Vrſinus, & Othobonus Parmenſis cum ſuo equitatu Piſas mouentes, agrum Lucenſem ingreſſi ſunt. Ibi cum Ioanne Barbianenſi coniuncti Albericum venientem ex Gallia præſtolabantur, ac hoſtilem in modum omnia peruadebant. Lucenſes in periculo conſtituti auxilia à Florentino populo implorabant. Quibus cum auxiliari placuiſſet, Bernardon dux Miniate ex oppido profectus, Fugetium primo inde in Lucenſes tranſiit.

Cum igitur in Lucenſibus eſſent Florentinorum copiæ, omnibus ad eas partes intentis, Iacobus

A.C. 1396.

cobus Appianenſis quod iampridem machinatus fuerat, aggreſſus eſt Miniate oppidum per proditionem auferre. Benedictus erat Mangiadorus Miniatenſis, vir domi nobilis, & eam vſque diem fidelis exiſtimatus, Hunc Piſis degentem Appianenſis magnis pecuniis impulerat ad facinus & maximum & audaciſſimum perpetrandum, vt occupato repente oppido, ac tumultu excitato, per amicos homines ſuæ factionis, & per auxilia, quæ præſtò ſibi forent, id oppidum Florentinis auferret. Res opportuna videbatur, quòd nulla Florentinorum præſidia in oppido remanſerant, hoſtium verò ingentes, ac robuſtæ copiæ Piſis & circum ea loca degebant, paucis horis, ſi expediat, affuturæ. Ratio verò tranſigendi hæc inita eſt. Erant ædes præſidis in extrema parte oppidi ita conſtitutæ, vt extra & intus egreſſum ingreſſumque haberent. Has occupare conſtituit, ac per ædes auxilia hoſtium ſuſcipere. His itaque compoſitis Benedictus cum equitibus decem & ſeptem Piſis mouens, occaſuro iam ſole Miniate peruenit. Ingreſſus autem oppidum, ſic vt erat, armatus, cum iis quos adduxerat comitibus, quaſi nunciaturus aliquid, quòd feſtinato opus eſſet, apud præſidem contendit. Admittitur ſine vlla dubitatione ad præſidem. Ille verò ſtatim, vt in conſpectum præſidis venit, eductis gladiis nil tale ſuſpicantem cum ſuis inuadit atque interficit. Mox ſublato clamore, oppidaniſque ad libertatem vocatis, igne ſignificat hoſtibus, vt ad ſe maturent. Oppidani attoniti primo atque incerti cum hoſtes adeſſe cum exercitu putarent, nec alteri confiderent, maximo in metu perſtabant. Procedente autem tempore cum nulla hoſtium auxilia adeſſe ſentirent, conuenientes in vnum ac ſeſe cohortantes, inuadere occupatores ſtatuerunt. Facto igitur impetu ad præſidis ædes quanquam illæ munitæ forent, & ab iis qui eos tenebant egregiè defenderentur, tamẽ cũ alij aliunde inuaderent, ac ignem foribus iniicerent, tandem diffiſi occupatores aduerſus tantam vim poſſe reſiſtere, nulla venire auxilia cernentes ad fugam reſpicere cœperunt, Benedictus ipſe per tenebras ſeſe extra oppidum abiiciens, per prærupta quædam euaſit. Ex comitibus autem eius quidam capti ſunt: cæteri fugientes latitantesque euaſerunt. Expugnatæ autem ſunt ædes demum poſt mediam noctem, cum primis fere tenebris occupatæ fuiſſent.

S. Miniatis oppidum quomodo ferè captũ & liberatum fuerit.

Præſidem mirabili audacia interficit.

Ex oppido fugatur.

Erat nox media cum Florentiæ nunciatum eſt cæſum eſſe præſidem, atque ædes ab interfectoribus teneri, hoſteſque ab iis vocari, expectarique. Confeſtim magiſtratus exciti eo nuncio, ciues trepidè vocauerunt, magnoque in metu ciuitas ea nocte fuit. Oppidum enim natura muniriſſimum, & multitudinis maximæ capax, in quo per idoneam belli ſedem fore conſtaret, ſi amiſſum foret, actum de libertate putabatur. Ac nimirum tantas hoſtium copias ad hoc ipſum conueniſſe interpretabantur. Cum igitur de his conſultaretur agereturque, & amiſſum omnino oppidum omnes putarent, alter ſub prima luce nuncius veniens, ſeruatum oppidum proditoreſque pulſos fuiſſe retulit. Ex hoc ſecundo nuncio tantam lætitiam ciuitas ſuſcepit, vt maximo liberata malo videretur. Admirantibus autem cur auxilia occupatoribus non

A veniſſent: compertum eſt cum venirent per noctem auxilia peditum, incidiſſe primo in inſidias noſtrorum, qui & alia de cauſa repoſiti exules capere volebant, & ex hoc ſuſpicatos hoſtes rem eſſe detectam, retro abiiſſe. Sic fortuna potius oppidum ſeruauit, quam vlla hominum prouidentia. Die autem facta Ceccolinus Biordi frater, cum equitatu adueniens pulſos occupatores reperit, quare è veſtigio cõuerſus Piſas reduxit.

Imo Dei prouidentia admirabilis.

Poſt Miniatis detectam proditionem & fraudem, dux militiæ Florentini populi ex agro Lu-
B cenſi Fugetium rediit, ac ſuperiori periculo monitus oppida cuſtodire intentus erat. Inter hæc Albericus comes, princeps militiæ ducis Mediolanenſis cum ſuo equitatu Senas petierat, ac cæteros omnes ductores ad ſe vocauerat. Itaque apud Senenſes tandem, omnes vndique copiæ in vnum coierunt. Ob eam rem dux etiam Florentini populi ab illa quoque parte ſeſe opponere iuſſus, eo properauit. Sed erat viribus admodum diſpar, neque enim ſub diuo caſtra facere poterat ob imparitatem copiarum, ſed incluſus per oppida fines tueri cogebatur. Fiebatque natura loci, vt neceſſario diſtraheretur, in-
C certus quo tandem hoſtes forent euaſuri, Aretium enim & Florentia tantidem diſtant ab vrbe Senarum, vt quoquo verſus ſe conuerteret hoſtis pericula ſubeſſent. Fuit autem tunc fama & opinio, hoſtes in Aretium agrum eſſe tranſituros, quamobrem dux quoque populi Florentini ad eam ſe maxime partem conuerterat.

At enim hoſtes cum ſatis omnia parata fuerunt, præter expectationem omnium Florentiam petierunt. Erant autem equitum ſupra decem millia: peditum verò incredibilis multitudo, in quibus exulum, & latronum, & facinoroſorum permagnæ erant cateruæ. Iter eorum
D per Thiantium fuit, ſuperatoque monte circa Panzanum prima fecerunt caſtra, idque caſtellum ceperunt. Indeque ad Greuem fluuium deſcendentes tranſuerſis itineribus ad vrbem duxerunt, circa Pazolaticum & Cerioſam, & ea loca inſtar diluuij cuiuſdam omnia inundantes, agmina infeſta, vſque ad mœnia vrbis diſcurrebant. Agricolæ pauidi & ex improuiſo oppreſſi (neque enim indictum erat bellum) cum coniugibus & liberis, raptaque ex hoſtibus ſuppellectili fugiebãt, pecora poſt ſe in vrbem agentes. Fumabant villæ incendiis, agri rapinis ferue-
E bant, cuncta tumultu & trepidatione plena erant. Ad hæc multitudo vrbana, talium periculorum inſueta, ad portas diſcurrebat, & quid fieret, aut vbinam eſſent incendia ſciſcitabantur. Hoſtes quicquid erat villarum apud Giogoli, & Marignolam, & Sophianum populati, multiſque incendiis factis, in viam Piſanam deſcenderunt. Ibique villarum, ædificiorumque quicquid ab ea parte fuit populati ſunt, & contra vrbem terribiliter imminebant, vt etiam bellica inſtrumenta ſuper ipſam portam ad repellendos hoſtes ponerentur. Inter hæc dux & copiæ populi Florentini, conſpecto iam hoſtium im-
F petu Florentiam redierunt, ac opportunis locis conſiſtentes, quantum fieri poterat, à populationibus cohibebant. Hoſtes tranſmiſſo Arno, ac vltra citraque populati, circa Signiam conſtiterunt, idque caſtellum omni ſtudio expugnare

O 4 ador

A.C. 1397.

ctandam profecti ſunt, erant verò iuuenes octo. Initium cædis facere conſtituerant à ſplendido eqnite Maſo Albitio, ea tempeſtate magno viro & in republica admodum potente. Illo enim in terfecto faciliorem viam exiſtimabant fore ad cætera, quæ cogitauerant obeunda. Sed Maſus à ſpeculatore illorum obſeruatus, paulo antequam illi ſuperuenirent, inſcius omnium forte ſeceſſerat in proximam aromatariam tabernã, atque ita caſu quodam ſeruatus eſt. Illi enim venientes ad locum, vbi ſpeculator eum reliquerat, cum hominem non viderent, nihil commorati prætericrunt. Profecti deinde in forum vetus ac multitudinem opificum ad arma cohortati, duos ex diuerſa factione homines ſibi obuiam factos interſecerunt. Sed cum multitudo ad eos inuiſendos concurrerent, nulli tamen arma ſumerent, nec ſe illis coniungerent, abire conſtituerunt. Profecti itaque vſque ad ſeruorum templum, ac poſtmodum data ſpe renocati, tandem in ædes ſacras Reparatæ ſe incluſerunt. Ibi demum obſeſſi & capti ſunt. Qui tradi ti in manibus capitanei, & poſtea executoris, poſt paucos dies ad pedes palatij Dominorum capite cæſi ſunt. Ciueſque aliqui eorum confeſſionibus denotati, ex vrbe aufugerunt, abſenteſque damnati ſunt. Vnus etiam ex Adimaribus Pigellus nomine, poſt paucos dies detectus conſcius talis conſpirationis, in muro capitanei exteriori, publice decapitatus eſt. Aliqui etiam, vt ſuſpecti de huiuſmodi, pecunia mulctati.

Conſpirationis capita plectuntur.

Florentinorum de Mediolanenſi nobilis victoria. Blond. ibidem Leonar. Areti.

§. XXVII.

POST hæc de bello Mantuano proſpera nunciata ſunt. Aduentu enim Caroli Malateſtæ cum auxiliaribus copiis, victoria parta eſt, hoſtibus terra aquaque fugatis, capta ſunt hoſtium caſtra, equitum circa duo millia in captiuis relata, nauigia verò omnis generis ſupra centum & viginti in flumine Padi in manus eorum, qui vicerunt deuenerunt. Capti ſunt homines circa ſex millia, equorum duo millia a & bõbardę plurimę in bello terreſtri. In prælio autem conſerto in Pado multi occiſi, & galeones arrepti cum fulcimentis eorum deſtructis pontibus factis ab hoſtibus ſupra Padum & ſupra Mincium fluuios. Hac igitur plaga perculſus Mediolanenſis Albericum militiæ ducem ex Hetruria reuocauit, vt confirmaret ſuos aduerſo prælio conterritos, ac noui ducis nouorumque militum aduentu erigeret. Abeunte igitur ex Hetruria Alberico, & ſuum equitatum adducente, Florentini ſuperiores effecti, caſtra per hoſtile ſolum poſthac faciebant, ac Piſanos, primo, vſque ad mænia populati ſunt, deinde traducto in Senenſes exercitu, vaſtitare incendiiſque omnia fœderauerunt, ob vindictam incendiorum per Florentinum agrum nuper factorum.

Florentini Piſanorũ & Senenſium agros depopulantur.

a *Paulò ante ſiquidem Berthordus Scuartbz ſiue niger Germanus artis Chemicæ peritus apud Venetos excogitauerat machinam æneam, quam à ſono terribili (nempe à bombo & ardeo) Bombardam dixerunt.*

Et cum proſperæ in Hetruria res eſſent, in Galliam citeriorem conuerti rurſus, & laborare cœperunt. Qui enim apud Mantuam nuper viſcerant, nequaquam victoriam ſecuti ſunt. Quaſi enim totum confeciſſent vires ſuas diſſoluerunt. Itaque hoſtes refecto exercitu, nauigiiſque paratis, fines Mantuanorum aqua terraque iterato inuaſere, & intra munimenta, quod illi Seraglium vocant, penetrarunt, multaque caſtella & omnia nauigia cœperunt. Vnde in magno rurſus periculo Mantuanus conſtituitur. Nam neque Carolus Malateſta aderat cuius virtute maximè victoria parta fuerat, neque Florentinorum auxilia præter paucos equites. Triremes quoque, & cætera nauigia de Venetis nuper cõducta poſt victoriam abierant. Itaque hoſtes ſolitudinem defenſorum nacti, facile omnia peruadebant. Socij iampridem Mantuano bello fatigati, cum illud renatum ignauia victoris cernerent, tardè nimium ac lentè auxilia remittebant. Spes quoque pacis ſuperinducta reddebat homines tardiores. Iam enim pridem legatis miſſis pax Imolæ tractabatur mediis ac diſceptatoribus legatis Romani pontificis & Venetorum. Mox ex Imola Venetias fuerat agitatio traducta. Ab hac ſpe homines plurimum dependebant præſertim cum Veneti affectare pacem etiam ſui cauſa viderentur.

Belli ſors mutata in Gallia.

Inter hæc motus ingens exortus eſt in Piſanis. Milites ducis Mediolanenſis qui piſis erant maximas contumelias Piſanis inferebant, quos cum illi non ferrent, ad verba prius & minas, tandem ad arma ventum eſt, prælioque per vrbem commiſſo, ſuperante populi multitudine milites franguntur multaque cæde ac vulneribus diſſipantur. Vulneratus eſt in ea pugna Paulus Sabellus equitum præfectus, Nicolaus verò Palauicinus, & alij ductores capti. Arma, & equi, & omnia, quæ Piſis habuerant milites, à furenti populo ſunt deprædata ac direpta lactabantque Piſani ea mente ſumpta à militibus arma vt vrbem caperent ac diriperent. Hæc inimicitia & diſcordia magnam ſpem Florentinis præbuit Iacobum Appianenſem, ac Piſanos tota mente à Galeatio defeciſſe: confeſti mqu e litteræ gratulationis plenæ à Florentinis ſcriptæ, mox etiam oratores miſſi, qui pacem & auxilia Piſanis offerrent: oratores quidem libenter & honorificè Piſis recepti ſunt, ac ſpes optima tradita fœderis ineundi. Sed fuit Galeatius mirabili ingenio ad populos, & amicos in beneuolentia continendos. Fatendo enim errorem ſuorum militum & ducum, ac eos increpando, Piſanos autem laudando, quòd neceſſitate coacti prælium iniiſſent pro iniuriis propulſandis, eos continuit. Appianenſis quoque Florentinorum antiquus hoſtis, haud facilè eorum fidei ſe committebat. Itaque demum irrita expectatione res Piſanorum fruſtrata eſt.

Piſana ſeditio.

Mediolanenſis aſtus in populis retinendis.

Redintegrato igitur aduerſus Piſanos bello, dux militiæ Florentini populi cum exercitu profectus, inter vrbem Piſanam & proximum littus maris caſtra fecit: & quicquid erat Liburnum

A.C. 1397.

num inter, ac Piſas longè lateque populatus, tandem poſt multos dies onuſtum præda militem reduxit. Per extremum eius anni Veneti (apud quos de pace agebatur) cernentes per Mediolanenſem ducem ſtare, quo minus ad pacem æqualiter veniretur, propinquitatem verò illius & potentiam nimiam formidantes: ad commune Florentinorum ſociorumque fœdus & ipſi acceſſerunt. Legatiſque ad Galeatium ducem, miſſis, vt à bello deſiſteret, hortati ſunt, alioquin ſe pro ſalute Mantuani bellum ſuſcepturos denunciarunt. Hoc Venetorum factum maximè deterruit Mediolanenſem veritum ne ſi illi bellum ſuſciperent, ipſe impar tantis viribus reperiretur. Itaque ſtatim de pace tractari, efficacius cœptum eſt, volente ac poſtulante Galeatio. Hic tractatus Papiæ agitabatur. Interim verò apparatus maiores fieri placuit, quibus hoſtis, niſi pacem reciperet, inuaderetur: earum rerum gratia legati in Germaniam & Galliam miſſi ſunt ad duces & exercitus in Italiam conducendos.

Veneti cũ Florentinis contra Mediolanenſem fœdus ineunt.

Per eadem fere tempora Biordus, qui Peruſij, & aliis ciuitatibus dominabatur, à quodam Peruſino ſuæ factionis interficitur. Hic ſecundum chron. abbas ſancti Petri de Peruſio fuit de Guidalottis, qui in principio menſis Martij cum germano ſuo nepotibus, & aliis amicis acceſſit ad domum dicti Biordi, dicentes ſe velle ei loqui ſecretè in camera. Qui cum amicos eos haberet fiducialiter in cameram ſecretam intro duxit. Nam pater dicti abbatis fuerat amiciſſimus Biordi, quem venerabatur, vt patrem. Illi igitur Biordũ nil tale ſuſpicantem occiderunt, ita vt non perciperetur à quoquam. Et regreſſi domum ſunt, & ciuitatem. Putauit interfector illius cędem pergratam ciuibus ſuis ob libertatis recuperationem, idque vt beneficium percupidè recepturos exiſtimauit. Sed non eadem libertatis cura omnibus erat. Itaque nemine ciuium ſequente factum illorum, & parentes, & agnati interfectoris à fratribus & amicis Biordi interficiuntur. Populuſque ad arma concurrens re diuulgata cucurrit ad domos illorum de Magalottis, qui facinus perpetrarant, & eis prædatis igni expoſuerunt: à quo mater abbatis ibi reperta, conſumpta eſt. Vix autem ipſe interfector fugiens mortem euaſit. Florentini autem ad cõponendas ſedandaſque huiuſmodi turbas, partem equitum ſuorum Peruſium miſerunt, & cum eis oratores, qui de caſu Biordi condolerent, ac vires ciuitati offerrent.

Principes Italiæ ad Mediolanenſem deficiunt. Blond. ibid. Leonar. Aretin. A.C. 1398.

§. XXVIII.

ANNO Domini. 1398. comites Puppij & Balnei, itemque Vbertini, cum omnibus eorum caſtellis ad Mediolanenſem defecerunt. Hic rerum motus per ſeipſum magnus videbatur, & augebat ſuſpicionem quod diu agitata defectio fuerat, occultis conuentibus apud Vrbinates & Foroliuienſes frequenter actis, ex quibus maiora defectionis huius fundamenta eſſe credebantur. Accedebat inſuper ad terrorem, quod Ciuitellam, caſtellum Aretini agri ſatis nobile, & opportuno ad bellum ſitu, hoſtes per fraudem paulò ante occuparant. Itaque pluribus ex locis bellum inſurgere videbatur. Ciuitas huiuſmodi periculis aſſueta aduerſus hos terrores remedia parabat, nec deſerebat interim Mantuani curam. Inſuper ex Gallia Bernardum Armeniaci comitem germanum eius, qui apud Alexandriam interierat Florentini ad tranſeundum in Italiam excitabant. In Germania verò duces Auſtriæ potentiſſimi, à Venetis ſimulque Florentinis legatis ſollicitabantur. nec multò poſt Ciuitella obſeſſa à Florentinis tandem non vi expugnata, ſed pactione recepta eſt.

A.C. 1398.

Eo anno induciæ cum Mediolanenſi per decennium factæ ſunt. Cum enim alias fuiſſet tractata pax legatis Romani pontificis, & Venetis mediantibus, & nihil fuiſſet concluſum, immo à Mediolanenſi denegatum, poſtquam Veneti proteſtati ſunt ei ſe conſerendos cum Florentinis & ſociis ad pugnandum contra eum, cœpit timore acquieſcere. Verum quia in tractanda pace multæ difficultates oriebantur, facilior viſa eſt via induciarum per modum treugæ, vt dictum eſt per decennium. Per hunc modum ab armis tunc ceſſatum eſt. In Galliam & Germaniam legatis ſcriptum eſt, ne amplius duces exercituſque commouerent. Nec tamen quietæ fuerunt induciæ, ſed plenæ ſuſpicionum & inſidiarum. Haud enim multò pòſt factas ipſas inducias, ductores quidam & equites, qui apud hoſtem militauerant, quaſi finitis ſtipendiis ex Gallia in Hetruriam venerant. Hi fines Lucenſium populati ſunt, ac ſubinde per Volaterranos profecti in Collenſem agrum diſcurſiones fecerunt, & cum præda & captiuis hominibus in Senenſium fines ſe receperunt.

Induciarũ tempore res parum in Hetruria pacatę.

Senenſes quoque haud pacato animo eſſe videbantur, multiſque de rebus controuerſias renouabant. Comites autem & Vbertini nullo modo quieſcere poterant. Cauſa verò huius erat, quod pleraque caſtella eorum per Caſentinatem agrum ita circumdabantur à noſtris, vt niſi per ſolum Florẽtini populi ad ea importari nil poſſet. Florentini autem vetabant per eorũ ſolum commeatus importari. Quod ſi vi & armis importari conarẽtur, vi & armis illis reſiſtebatur. Itaque neque ſal, neque oleum, neque cætera quæ ad victum opus eſt habere valentes quaſi obſidebantur. Ob has difficultates perculſi, turbare omnia cupiebant. De his rebus querelæ apud Venetos, qui fuerant induciarum autores cum ſæpè ab alterutris deferrentur tandem effecerunt, vt illi tædio victi ſatis exiſtimarent fore, ſi in Gallia nil fieret aduerſus induciarum fidem, in Hetruria verò, ſi quid fieret nil curare viderentur. Quæ quidem res ſagaciter animaduerſa per hoſtem, demum effecit, vt tota cogitatio ſua in Hetruriam conuerteretur. Vbi & materiam habebat paratã ad agendum, & ſine indignatione ſociorum poſſe agere cognoſcebat.

Duplex

A.C. 1398.

Duplex proditio ab vno eodemque homine agitata. Ioannes Villanus.

§. XXIX.

Per hæc ipſa tempora, quidam de Barbialla duplicem tractatum proditorium perpetrauit. Nam cum Iacobo Appianenſi, qui dominabatur Piſis, compoſuit, vt traderet ſibi illud caſtellum Barbialæ, ſtatuens diem & horam, qua mitteret gentes ſuas ad illud capiendum, & ipſe idem reuelauit Florentinis & Bernaboni ducti militiæ eorum: quòd ordinauerat cum Appianenſi, vt gentes eius accederent ad capiendum caſtrum: vnde Bernarbo ex inſidiis illos aggrederentur, quod & ſecutum eſt. Nam ſtatuto tempore gentes Appianenſis, euntes ad caſtellum capiendum Bernabo cum ſuis inuaſit & profligauit, captis ex eis trecentis hominib⁹, & quingentis equis. Remunerationem ille accepit a communitate de ſua proditione pecuniam non modicam. Idem Bernabo cum copiis ſuis hoſtiliter diſcurrens pene vſque ad mœnia Piſarum, tulit inde prædam multam, inter cætera quinque millia iumentorum, & duo millia pecorum.

Gentes. i. milites.

Defuncto Ioanne filio domini Iacobi Appianenſis, cum ipſe Iacobus eſſet infirmus ad mortem, procurauit cum ciuibus Piſanis, vt filius ſuus Gerardus vocatus eligeretur à populo in capitaneum Piſarum loco ſui & iurare fecit gentes armorum, quæ à Mediolanenſi miſſæ fuerant, vt ei obedirent, ſicut & ſibi. Poſtquam mortuo prędicto Iacobo Appianenſi, & honorificè ſepulto ſucceſſit in dominio dictus Gerardus filius eius. Anno verò pręcedēti duo cōmiſſatij, qui erāt Piſis ex parte ducis Mediolanenſis, ſimul cū vno fratre magiſtro theologiæ ordinis Minorū, ſuaſerāt ipſi Iacobo, quod cū multa beneficia recepiſſet à duce, propterea hortabātur, vt traderet ſibi in cuſtodiam Piſas, Plumbinum, Liburnum, & Caſinam. Qui reſpondit ſeſe ſuſuper hoc cogitaturum. Et cum intelligeret per hæc, quod quærebat dux dominium ſibi vſurpare ſignificauit Antianis, & ordinauit, quod populus ſumeret arma, & inſurgeret contra Paulum Sabellum ducem ſtipendiorum, qui miſſi fuerant à Mediolanenſi. Quod & fecerunt, prædantes illos cum duce ſuo, & captiuantes. Et compertum eſt, quod ordinauerat ipſum Iacobum occidere, & filium eius, & ciuitatem capere. Aliqui ciues huius rei conſcij fuerunt magna pœna condemnati, & relegati. Demum commiſſarij & capitanei bellatorum relaxati.

Blond. ibi.

Menſe Iulij dicti anni fuerunt Genuæ magnæ rixæ, & diſſentiones inter Guelphos & Gibellinos, propter quod vicarius, qui ibi erat ex parte regis Francię, non valens eos pacificare, recedens profectus eſt ad Aſtenſem ciuitatem. Poſtea aliquam concordiam fecerunt, licet parum permaneret. Nam Gibellini inſurgentes contra Guelphos ſuperauerunt eos, auferentes eis regimen ſeu officia ciuitatis, & totum remanſit in manibus Gibellinorum.

Genuæ inter Guelphos & Gibellinos contentio vide infrà cap. 1. §. 8.

A.C. 1399.

Eo tempore Ioannes Craſſolini Piſanus, Florentiam veniens fœdus & amicitiam Piſanorū Florentinis obtulit. Iacobo enim Appianenſi & Ioanne filio eius defunctis, vt dictum eſt, gubernatio eius vrbis ad Gerardum filium eius iuniorem deuenerat. Hic contraria, quam pater via, ad Florentinos mente & animo inclinati videbatur, & potentiam Mediolanenſis habere ſuſpectam. Itaque Ioanne Craſſolini occultè Florentiam miſſo per Rainaldum Gianfiliatij, & Guidonem Thomaſij magnos ea tempeſtate viros, offerri fœdus & amicitiam fecit. Poſtulabat verò pro tutela ſui ſtatus, vt ſexcentos equites, ac ducentos pedites Florentinorum impenſa ſibi tenere liceret. Nam & in Piſanis æmulos quoſdam habere ſe dicebat, quos comprimere hac potentia opus foret, & aduerſus vim externam ſe munire. Hæc publicè relata in concilio ciuium varias ſententias habuere. Vtilis quippe videbatur amicitia & confœderatio Piſanorum cæterum & impenſa illam emere non ſatis decorum exiſtimabant. Erant etiam, qui non perſeueraturos Piſanos infœdere dicerent pro innato odio Florentinorum, tandem legato reſponſum eſt. Si velint Piſani & Gerardus in fœdus amicitiamque venire, læto animo recipientur, ac prompta erunt, parataque ciuitatis auxilia, & omnium copiarum Florentinorum. Mercedem verò pro equitibus & peditibus certa pactione promittere, alienum à dignitate Florentini populi id videri: qui amicitias non conſueuit pretio emere, ſed fide & beneficiis promereri. Et ita res Piſana tunc remanſit infecta.

Piſani fœdus & amicitiam Florentinis offerunt.

Florentini Piſanorū Societatē negligunt.

Res in Hetruria turbulentæ. Leonar. Areti.

§. XXX.

Alterò verò anno, qui fuit 1399. induciæ nuper factæ valere & ſeruari dicebantur, ſed in Gallia. Nam in Hetruria turbabantur omnia, & plena erant inſidiarum. Galearius enim Mediolanenſis, quantum nunquam alias conatum omnem ad rem Hetruſcam conuertens, Piſas in ditionem ſuam ac poteſtatem redigere ſtatuit. Idque paulò pòſt aſſecutus eſt. Gerardo quippe Appianenſi non id animi eſſe robòriſve apparebat, vt tantæ moli rerum ſufficere crederetur, & timebant multi Piſanorum, ne ad Florentinos declinaret. Ea occaſione inuitatus Mediolanenſis ad Piſas capiendas animum conuertit, & modo pollicendo, modo pericula oſtendendo effecit, vt retento ſibi Plumbino, & pecunia accepta, Gerardus Piſas duci traderet. Augebat terrorem, quod alia ſubinde molitu rus ferebatur dux ipſe Mediolanenſis, factus iam Dominus Piſarum.

Nam poſt redactos in ſuam ditionem Piſanos, de Senenſibus idem facere conſtituiſſe illum fama erat. Licet enim Senenſes odio Florentinorum ſe cum illo coniunxerant, tamen fœdus erat, & amicitia, & voluntaria quædam obſecutio non autem ſubiectio. Retinebat enim

Galeatius in ſuam poteſtatē Piſas redigit.

A.C. 1399

eſſe voluerimus, ac libertatem dignitatemque à maioribus nobis relictam tueri. Sed ante omnia, quæ ſupra commemoraui, mala per hoc tempus ex ciuitate remouere neceſſarium eſt. Sint aliqui vigiles in repub. & poteſtatem habeant agendi ne ſingula ad multitudinem referre, & expectare illius decretum compellātur. Res enim plerunque celeritatē, & ſilentium poſcunt, quibus decreta multitudinis inimiciſſima ſunt. Ceſſent calumniatorum in præſtantes viros maledicta & crimina. Intelligant omnes pericula imminere, multáque virtute, induſtria, ac impenſa opus eſſe ad illa repellenda.

Eius de rebus agendis ſententia.

A

B

His domi conſtitutis, foris iam prouidendū cenſeo. Milites parandum & duces, qui præſto ſint expeditionibus noſtris, pluris enim fiemus & ab inimicis & ab amicis, ſi ſufficientem circa nos potentiam conſpexerint. Quod ſi potentia non aderit, omnes contemnent. Hoc de toto genere dixiſſe volo. De Senenſium verò & Peruſinorum formidata occupatione, ac de cæteris in conſultatione propoſitis, quid mihi videatur breuiter ſubiiciam. Primum ne Senas occupet aduerſarius, ego iam nullum remedium eſſe puto, præſertim cum illi nobis infenſi, omnem noſtram exhortationem, & auxiliorum pollicitationem aſpernentur. Quamobrem neque literas, neque legatos ad illos publicè mittendos cenſeo. Priuatim autem ſuadeo cum potentioribus quibuſdam ex ciuibus experiri, pollicendo auxilia, ac eos cohortando ad libertatem retinendam. Et de Senenſibus quidem, non mihi videtur multum laborandum. Siue enim dominus, ſiue non dominus, tamen omnia ad libitum de illis hactenus diſpoſuit. Itaque parum lucrabitur nunc, ſi dominus fiat. Peruſinos verò amicos & beneuolos nobis, vtinam non reieciſſent quidam noſtrorum ciuium, apud quos reſpectus Bonifacij plus valuit, quàm reſpectus propriæ ciuitatis. Fuit autem tunc meum conſilium, & eſt nunc etiam, in fœdus & ſocietatem Peruſinos eſſe recipiendos. Poſtquam autem recepti fuerint, tunc Bonifacio pontifici, quid egerimus, & qua de cauſa ſignificandum, ſibiq́; oſtendendū melius ſecum agi, ſi à Peruſinis ciuibus, quàm ſi à Galeatio Mediolanenſi Peruſium teneatur. Quare celeriter mittendum cenſeo, qui fœdus ac ſocietatem ab eis poſtulatam offerat, & ad conſeruationem ſtatus ſui, ac libertatis ſuæ omnes opes noſtras polliceatur.

C

D

Verum in his duobus non multum ſpei collocandum mihi videtur, propterea quòd Senenſes iampridem à nobis totis animis abierunt. Peruſini autem verendum eſt, ne iam cum aduerſario tranſegerint. Quod igitur tu remedium afferes? dicet quiſpiam, an mouendum nobis bellū putas, & conatibus Galeatij obuiandū? Nequaquam, periculoſum enim nobis foret, ſi abſque ſociis bellum moueretur. Sed in quo maximam ſpem habendam putem, quæſo diligenter attendite. Ad Venetos legationem prudentium virorum mittendam cenſeo, illiſque oſtendendum, quanta & qualia per Hetruriā moliturī vt continuo apprehendendo loca nos includere ac circumdare pergit. Cum verò hæc oſtenderint, legati, nihil Venetos rogent, ne dignitatem ciuitatis noſtræ imminuant, ſed verbis & rationibus doceant non minus ad illos, quā ad

Legatio ad Venetos mittenda adicatur.

E

nos huiuſmodi pericula pertinere. Neque enim credendum eſt lōginqua & remota cupere, propinqua verò non deſiderare. Sed nunc arte quadam nos circumuenire atque inuadere cogitat, quo nobis oppreſſis & à communi ſocietate ſubtractis, cæteros deinde ſocios imbecilliores factos adoriatur. Cogitandum eis eſſe, vtrum præſtet nunc obuiam ire illius conatibus, an expectare, vt ille per otium ſine impedimento vllo membra ſocietatis euellat, præſertim cum ſint contra inducias & pacem, quæ ille per Hetruriam agit. Nos quidem, ſi concurrant ſocij paratos eſſe in ceruicem eius clades inferre. Sin autem tepeſcant ſocij Florentinos ſibiipſis, vt in rem ſuam putauerint, proſpecturos. Hæc eadem apud Bononienſes, & Patauinum, & Ferrarienſem per eoſdem legatos exponantur. Spero autem vt neque fruſtrà hæc dicantur à legatis noſtris, neque fruſtrà audiantur. Dixi quæ mihi videntur prouidenda, vos autem quod optimū futurum ſit conſilium ſumatis.

A.C. 1399

Huius ſententiam ſecuti magiſtratus, ac ciues multa domi ac foris, quemadmodum ille ſuaſerat prouiderunt, ſed quantum ad Peruſinos tardè, illi enim cito recepti Galeatio ſe iā totos permiſerant, apud Senenſes quoq; irrita Florētinorum opera fuit. Itaque Galeatius paulò pòſt propoſitum ſuum proſecutus, Senas & Peruſiū ſuæ ditioni imperioque ſubiecit. Hæc omnia ſic ab eo fiebat, quaſi aduerſus induciarum conuenta nihil prorſus ageretur. Nam Piſani & Senenſes illius complices in pactione induciarum fuerant, & Peruſini neutrius partia per id tempus habebantur.

Mirabilis habitus in omnibus ferè hominum generibus mutatio, de qua volat. lib. 22. & Platiua. Naucl. gen. 47. Ioan. Vil.

§. XXXII.

PER hæc ipſa tempora anni. 1399. mirabilis factus eſt populorum motus: omnis quippe multitudo veſtes exteriores induit albas, lineas tamen, ad pedes vſque protenſas, cū caputiis ad modū capparum religioſorū, quib. facies velabāt, ad oculos tantū foraminib. ad videndum relictis. Omnes mares & fœminæ, laici, & clerici & religioſi cuiuſcunque ordinis, grādes & paruuli ſimilibus veſtibus huiuſmodi incedebant, monialibus & recluſis exceptis, quibus non licebat clauſtra exire. Incredibilique deuotionis ardore longa horum dealbatorum agmina, ad vicinas vrbes commeabant, proceſſionaliter bini pergentia, pacem & miſericordiam ſupplici clamore ſæpè clamantia, ac laudes & hymnos in latino vel vulgari decātantia, præcipuè ſequentiam illam quam dicunt Grego. edidiſſe. Stabat mater doloroſa, iuxta crucē lachrymoſa, dum pendebat filius, cum verſibus ſequentib. Prorſus mirāda res, & quaſi incredibile negotiū, niſi oculis noſtris vidiſſemus. Peregrinatio iſta ordinaria erat nouem vel decem dierum ieiunantibus, qui poterant, illis diebus & aliquibus in pane & aqua. Acceſſus verò in aliena oppida etiam parum antea pacata

F

A. C. 1399.

liberi fuerunt. Nemo per id tempus dolo fallere tentauit; nemo aduenarum oppreſſus. Tacitæ cũ hoſtibus induciæ fuere. Innumeræ paces ex mortiferis & diutinis inimicitiis in diuerſis locis cõfectæ ſunt. Confeſſiones & communiones frequentatæ.

Confeſſionis & cõmunionis frequentatio.

Cumque proficiſcerentur populi in alienas vrbes & alij in ſuas aduentarent, mira hoſpitalitas vbique, & benigna ſuſceptio. A communitatibus prouidebatur de victu etiam mille hominibus ſine pretio. Durauit hic motus per duos vel tres menſes ad plus. Vndecunque autem hoc initium habuerit haud obſcurum Dei opus fuiſſe negari non poteſt. Et alijquidem dixerunt ex Hiſpania hoc habuiſſe exordium, alij in Scotia, alij in Anglia, nonnulli ex Frãcia. De modo etiam dicebatur apparuiſſe beatam virginem Mariam cuidam ruſtico, & reuelaſſe ei filium ſuum contra mundũ propter ſcelera eius valde turbatum. Vnde ad reconciliandum eum & placandum, illud obſeruandum. Nihil tamen certi de hoc habitum eſt.

Lucenſes primi albis induti.

Primi omninm Lucenſes fuere, viri & mulieres induti huiuſmodi albis numero circa tria millia, qui Florentiam aduenerunt. Nobiles & ignobiles viri præcedebant, poſtea ſequebantur mulieres (vt dictum eſt) faciebus velatis dño decantantes, quibus de victu prouiſum eſt à cõmunitate: & ad Lucenſes prius venerãt Genuẽſes talibus induti cũ eiſdem cerimoniis. His cõſpectis tantus confeſtim deuotionis ardor conſecutus eſt, vt etiam, qui ante rẽ auditam deriſerant, primi omnium ſuorũ ciuiũ veſtes ſimiles aſſumerent, & quaſi à Deo correpti, motu ſimili vagabãtur. Aduenerũt poſtea ex Piſtorio ſimili habitu induti, numero quatuor millia poſt hos ex Prato.

Poſt Genuenſes.

Item Piſtorienſes.

Decretum igitur fuit Florentiæ, vt diebus nouem proceſſionaliter pergerent per ciuitatẽ, vel extra propè ad diuerſas Eccleſias laici ordinati per ſua quarteria cũ ſigno ſuo, viri primo bini cũ clericis & religioſis albis lineis induti, quos ſequebatur epiſcopus ciuitatis etiam lineis coopertus. Nec aliquis ex tali habitu erubeſcebat, ſed milites, doctores, mercatores, ſapiẽtes, & inſipientes aderant ſequentibus etiam mulierib. ſenibus cũ iunioribus cum canticis & laudibus. Circa finem Auguſti hoc inchoatũ eſt Florẽtiæ. Et mane quidem omnes ſimul, poſt prandiũ verò diuidebantur in plures ſocietates, euntes extra ciuitatem ad diuerſa loca deuotionis vt Fæſulas, Miniatem, & huiuſmodi. Deferebatur verò ab omnibus ſocietatib. imago crucifixi ſculpta, vel ſaltem picta in ante pro vexillo. Poſt nouem dies cõuenerunt ſimul plures mares & fœminæ, conſtituentes diuerſas ſocietates ad proficiſcendum longius, per diuerſa loca diſtantia territorij Florentini quarũ aliquæ Aretium, aliç ad ſanctam crucẽ vallis Arni inferioris, aliæ aliò peregrinabãtur. Quocunq; autem perueniebant albatorũ agmina, eorum locorũ incolæ ſimili exẽplo mouebantur. Et ita ex Gallia in Hetruriam, ex Hetruria in Vmbriam ex Vmbria in Sabinos, Picentes & Marſos, cæteraſq; ſubinde gẽtes progreſſa commotio, ad extremas Italiæ oras peruenit: nullos in populos nõ peruagata.

Imago Crucifixi.

Et his diuina clementia quamdam præparationem hominibus procurauit ad mortem eis A propinquam. Multi enim & magni, & obdurati peccatores conuerſi ſunt tunc ad pœnitentiam quos Deus ad ſe vocauit anno ſequẽti peſte graſſante Florentiæ, vt dicetur, & poſtea in Gallia; vt ad illud alludere videatur, quod Chriſtus dixit. Videte regiones, quia iam albæ ſunt ad meſſem, ſcilicet colligendam per falcem mortis. Dũ hæc religio tenuit animos, nihil de periculis belli cogitabatur. Sed poſtquam finis fuit dealbatorum feruori, ad primas rurſus curas animi redierunt; Piſa, Senas, Peruſium eſſe in poteſtate Mediolanenſis periculoſiſſimum videbatur. B Comitum verò & Vbertinorum caſtella ex parte alia regionem clauſiſſe. Acceſſit inſuper ad hæc quòd Huguitius Cortonæ dominator deſciuiſſe à Florentinis credebatur, ac Mediolanẽſi adhæſiſſe. Signa certè peſſima erant, quod ille noua quædam a Florentinis poſtulabat, ac frumentum deferri ad Politianenſis per ſuæ ditionis loca prohibebat, & in paludibus, quas Clanes vocant, impedimenta poſuerat vt nihil deferri per aquam ſe inuito poſſet. Lucenſes verò Piſanis finitimi ſiue ſponte ſiue metu coacti ad Mediolanenſis amicitiam magis reſpicere videbãtur, nec fœdus renouare cum Florentinis C voluerunt.

A.C. 1400.

Albhorum finis maiorum.

Bellum aduerſus Cortonienſem Florentini ſuſcipiunt. Leon. Aret.

§. XXXIII.

HÆC erat conditio rerum, cum annus 1400. ſuperuenit. Initio eius anni nihil D prius, quam aduerſus Cortonenſis Huguitij expeditionem prouiſum. Montanina eſt arx in extremis Aretinorum finibus poſita, Cortonæ proxima, Hanc tenebant quidam nobiles, erant verò Huguitij Cortonenſis ita familiares, vt omnia facturi illius gratia putarentur. Natura verò huius loci talis erat, vt multum noſtris nocere poſſet, ſi inde bellum inferretur, multum etiam Cortonenſibus, ſi nobis adeſſet: igitur quibuſdã Aretinis commiſſo negotio, Mõtanina per fraudem occupatur. Venetorum enim ſpecie profecti, cum eos, qui intus erant, in colloquiũ vocaſſent, atque illi nihil veriti deſcendiſſent, E repente ingreſſi arcem, qui venerant, fumo, vt conſtitutum erat, ſignificarunt, ſubitóque eo concurſum eſt. Per hunc modum Montanina poſſeſſoribus adempta ſuſpicionem ab ea parte imminuit.

A.C. 1400.

Deinde per Fabianum Boſcoli Florianum miſſum, impedimenta in Clauibus poſita delére curauerunt, & ſimul Nicolao Albergotti negotium datum, vt cum equitibus intentus circum ea loca eſſet, acſi Huguitius accurrens tolli impedimenta vetaret, illum inuaderet, ac interficere ne cunctaretur. Verum Huguitius F neque accurrit ad prohibendum, neque exire Cortona auſus eſt. Itaque ſublata impedimenta ſunt nullo repugnante, ac præſidium, quod ille iuxta paludem munierat, crematum.

Impedimẽta è clauibus ſublata.

Per idem tempus equites Galeatij Mediolanenſis circiter quadringenti in Caſentinatem agrum venerunt. Variis enim querelis ac difficultatibus

Galeatius in Caſentinates equites mittit.

A. C. 1409.

cultatib. intricata Caſentini loca, ob eas, quas ſupra diximus, rationes materiam belli cupientibus opportuniſſimam afferebant. Bellum quoque per hoc ipſum tempus inter Bononienſes & Fauentinum, Aſtorgium fuerat exortum, pro caſtello Saraſolo nuper occupato. Huius quoque turbationis Galeatius author nutritorque credebatur. Albericus certè comes, vir Galeatio deditus, in ſocietatemcum Bononienſib. contra Fauentinum Aſtorgium coierat, ſimulque coniunctis copiis bellum grauiſſimum inferebant.

Peſtis grauiſſima.

Peſtis ſigna quædam ab initio huius anni terrere homines inceperant, quæ mox per æſtatem plurimum deſæuiit cum incredibili ſtrage cuiuſque ſexus atque ætatis. Vnicum huius mali remedium in fuga repertum eſt. Fugerunt itaque ciues populariter, Bononiam plurimi demigrantes, & tamen inuacua deſertáque vrbe ſupra triginta hominũ millia peſtis aſſumpſit.

Rerũ magnæ in Hetruria mutationes.

Eodem anno multa per Hetruriã innouata ſunt. Nam & apud Lucenſes Paulus Guiniſius imperium ciuitatis arripuit: & Huguitius Corronenſis, de cuius fide dubitabatur, è vita migrauit: & Robertus Puppij comes, qui apertè à Florentinis defecerat, diem clauſit extremum. Hæc omnia varios affectus pepererunt. Corronæ imperium ſuſcipit Franciſcus de Caſali Huguitij propinquus, melior profectò ac ciuilior quàm Huguitius fuerat. Robertus verò Puppij comes pœnitentia ductus, quòd à Florentinis receſſerat, extremo vitæ tempore filium ſuum Florentino populo commendauit, ac tutores ex ciuibus complures illi reliquit. Per hunc modum recuperata gratia puer à populo Florentino fideliter ſuſceptus, ac benignè tractatus eſt, multaque in Caſentinati [agro] pro ſalute pueri & conſeruatione oppidorum prouiſa. Paulus autem Guiniſius poſt imperium Lucæ ſuſceptum medius quidem haberi volebat, magis tamen ad Mediolanenſem inclinare putabatur: vnde à Florentinis requiſitus de renouando fœdere, bonis verbis poſtulationem reiiciebat.

Coniuratio Florentina. Leon. Aret.

§. XXXIIII.

EODEM anno magna coniuratio aduerſus rempub. inita fuit, quæ mox patefacta turbationes maximas in ciuitate peperit. Ciues enim Florentini, magna multitudine ob terrorem peſtis, Bononiam petierant. Ibi cum eſſent omnis generis homines, quidam ex iis qui ob eum ciuitatis ſtatum infenſi erant primoribus colloquia & tractatus habere cœperunt. Creſcenſque indies multitudo ad grandem numerum peruenerat. Conſilium eorum fuerat remp. inuadere, pulſiſque potentibus gubernationem ciuitatis arripere. Iamque Priores ac cæteros magiſtratus, quos ſtatim conſtituerent, deſignauerant, partim ex ſuo corpore, partim ex medio cri genere hominum. Cum hæc ita compoſita eſſent, ac tempus iam rei patrandæ veniſſet, Minias Ricius, vnus ex coniuratis, Syluestrum Adimatem adſciſcere volens totam rem illi patefecit, & conſcios nominauit. Ea cum Syluester audiuiſſet, ambiguus, atque anceps illum dimiſit. Ipſe ad Bartolomæum Valoris profectus ne-

A gotium refert. ille ſtatim, vt audiuit, ad magiſtratum detulit. Per hunc modum patefacta coniuratione de quibuſdam ſupplicium eſt ſumptũ, multi præterea abſentes dannati exularũt.

A. C. 1400.

Per extremum huius anni Ioannes Bentiuoglia Bononienſis, magnus in ciuitate ſua vir, ac ſummæ apud multitudinem gratiæ in Bononienſibus dominationem ſuſcepit. Hoc vbi Florentiæ auditum eſt, confeſtim oratores ad eum miſſi ſunt, qui ciuitatis nomine gratularentur. Quoque res inſignior acceptiorque foret, ex collegiis, decemque viris nouo exemplo oratores delegerunt homines tunc in magiſtratibus ampliſſimis conſtitutos. Hi Bononiam profecti magna atque lata verborum ſerie, pro ſuſcepta poteſtate gratulati ſunt ac vires omnes Florentini populi obtulerunt ad ſtatum dignitatemque illius conſeruandum. Miſit & Galeatius Mediolanenſis legatos ſuos ad hæc eadem facienda. Magna quippe vtriuſque cura erat nouum eius vrbis dominatorem ſibi coniungere, magnumque rerum agendarum momentum in coniunctione illius vtrique reponebant, propter magnitudinem potentiæ ſituſque opportunitatem, quas quidem res vtraque pars ſummo ſtudio ſibi vendicabat.

Robertus imperator deligitur. Leon. Aret.

§. XXXV.

CVM eſſet hic ſtatus rerũ per Hetruriam nouæ quædam ſpes, nouáque conſilia ſuperuenerunt. Initium verò rerũ hinc fluxit Carolus imperator (de cuius tranſitu in Italiam ſupradiximus) filios reliquit duos, Venceſlaum & Sigiſmundum. Venceſlaum, quòd erat maior natu, ante obitum ſuum Cæſarem appellauit, ac ſucceſſorem ſibi in imperio delegit. Eidem quoque regnum Bohemiæ per manus tradidit. Mortuo igitur Carolo cum principatum multos per annos Venceſlaus tenuiſſet, nullaque illius actio cerneretur principatu digna, cum neque in Italiam tranſire, neque cætera imperij munera obire curaret, duæque tantummodo artes illius circumferrentur, vna voluptatibus ſe dedere, altera cumulationi pecuniarum intendere, cætera verò omnia negligere, ſegniter atque diſſolutè ſe gereret. Eà cum diutius faceret ac nomẽ authoritasq́; Romani imperij in illo deperiret, electores imperij his reb. permoti, de conſenſu & cõſilio aliorũ procerũ illo antiqua to ac remoto, Robertũ Bauariæ ducem magnæ rei virũ, magnæque authoritatis ad imperium delegerunt a. Robertus igitur ſic vt diximus ad imperium electus, confeſtim oratoribus ſuis in

ſup. tit. 21. c. 9. an. 9. 1.

Venceſlaus imperator qualis.

Naucl. ge. 47. Aemy. lib. 10.

Robertus deligitur Imperator remoto Venceſlao.

a *Cæſar Venceſlao ab imperio amoto Cæſar Fridericus 4. rex Romanorum, ex duce Brunſuicenſi ſuffectus eſt. A. C. 1400. Cal. Sept. qui quoniam ante priu. au. co onationem occiſus fuit, ideo D. Anton. eum hoc loco prætermiſit. In eius mox locum Rubertus alias Robertus ex duce Bauariæ & Comite Palatino rex Romanorum appellatus eſt 4. Men. Sept. A. C. 1400. regnauit an. 9. m. 8. d. 22. Onuph. Egnat. & aliis Coronatus Coloniæ ab epiſcopo Colonienſi. Obiit in Oppenheym in Germania. A. C. 1410. Onuph.*

A.C. 1401. Italiam miſſis, fauorem & gratiam ſedis apoſtolicæ ſibi procurabat. Nam ſuberat controuerſia omnes enim pariter Alemanniæ proceres ac populi, Vëceſlaum deſeruerant: ſed erãt, qui nihilominus illum imperatorem appellarent.

Huic ergo nouiter electo, quia proſpera eius fama erat, ac magna facturus credebatur, Florentini mentem intendere cœperunt. Circumdati enim vbique à ciuitatibus & oppidis, quæ in poteſtate atque arbitrio Mediolanenſis erãt, magnitudine inſuper potentiæ ac multitudine copiarum eius deterriti, ad externas opes reſpicere cogebantur. Itaque & oratores illius Romam petentes, omni ſtudio proſecuti ſunt: & ipſi confeſtim ad nouum principem legatis in Germaniam miſſis, tranſitum eius in Italiam hortari cœperunt, vt opes auxiliaque Florentini populi venienti offerrent. Ille verò legatos Florentinorum libenter audiuit, ad pecunias maximè reſpiciens, atque inde ſperans ſe multa poſſe conficere.

Florentini ad imperatoré legatos mittũt.

A.C.1401. Altero dehinc anno ſtatim vere primo turbationes in Bononienſibus grauiores exortę ſunt. Ioannes enim Bentiuoglia aduerſus Fauentinũ Aſtorgium à Bononienſibus iampridem cœptũ continuabat bellum. Ad hoc Florentinorum ſimul, ac Mediolanenſis auxilia contraxerat. Incubuerat quoque huic bello Albericus comes, qui acerbas cum Aſtorgio inimicitias exercebat. Sed cum Aſtorgius quoque defenſores ſuos haberet, & in primis Carolum Malateſtam virum potentem, ac bello inſignem, pax tandem fit inter Bononienſes & Fauentinum. Eam pacem Albericus comes indigniſſimè tulit: quia cum eſſet Bononienſibus fœderatus, ſe inuito cum communi hoſte recepta pax eſſet. Itaque ſe deceptum prædicans atque deluſum, iram & indignationem, aduerſus Ioannem Bentiuogliã conuertit, exulibus Bononienſibus poſt hac fauens atque eos promouens, & adhortans ad bellum nouo dominatori inferendum. Habebat verò Albericus equites ad mille ducentos, cum eo equitatu exulibus coniunctis omnia peruadebat. Ex hoc iam defectiones oppidorum fieri ſunt cœptæ, tumultuque & trepidatione omnia miſcebantur. Dominator autem ipſe voluntate quidem ac ſtudio partium ad Florentinos ferebatur, ſed formidabat Mediolanenſis potentiã & ob hoc medius quidam eſſe cupiebat. Nec Florentinis petentibus fœdus renouari conſenſerat. Cùm tamen poſtea bello, ac magis ſuſpicionibus premeretur, neceſſitate compulſus, equitum ſubſidia à Florentinis poſtulauit. Florẽtini autem, quo manifeſtius ille ſuarum partiũ eſſe detegeretur, non ſolum equites, quos petierat, verumetiam Bernabonem, militiæ ducem ad eum miſerant. Ex hoc iam bellum in Bononienſibus propalam erat nec occulta Galeatij opera aduerſarij fouebantur.

Bononienſes inter ſe pugnãt. Bl. ibid. A.C.1401.

Per Hetturiam verò manifeſtum non erat bellum, ſed ita indies creſcebat Mediolanenſis potẽria, vt tandem apprehenſura omnia videretur Florentini verò iſta cernẽtes, magis ac magis ad Robertũ imperatoré nouiter electũ reſpicere pergebant, ſperantes per illius aduentum in Italiam Mediolanenſis potentiam vel omnem vel maxima ex parte eſſe perituram. Nam & odia inter eos ſuberant acerba, & veneno ſe à Galeatio petitũ [medico ſubornato] Robertus publicè ciuitatib. ac regib. ſignificarat [Credo timebat Galeatius dux ne fortè rex Robertus ratum habere nõ vellet quod Venceſlaus eũ de ducatu inueſtiuerat] Denique in hac ſpe conſtituti: magna pecuniarum largitione aduentum eius in Italiam Florentini paciſcuntur. Ducenta enim florenorum millia polliciti ſunt. Huius ſummæ partem prius, quàm domo proficiſceretur, dare illi conuenerant, reliquam verò partem cum in Italiam veniſſet, ac hoſtile ſolum Galeatij intraſſet. Ex hoc iã apparatus fiebant ab illo, vt tranſiret & à Florẽtinis, quo pecunias exoluerẽt. Crebrique oratores & nuncij ad vtroſque commeabant. Ad perſoluendas verò pecunias, quoniam immodica erat ſumma, miſſus eſt Ioannes Bicci, vir prudens, & integer ac ſingularis apud mercatores fidei qui ſolutionẽ Venetiis curaret. Is ſumma cũ fide, ac diligentia omnia peregit. Fama iam per Italiam vulgauerat magnos exercitus circa Rhenum parari nouo cum imperatore Italiam tranſituros, erectique cunctorum animi in expectatione erant. Nec minor apud Mediolanenſem prouidentia vigebat, equites parare, pecunias congerere, ciuitates & oppida in poteſtate ſua continere, aditus locorum, & flumina diligentius cuſtodire.

Robertum imperatoré Florẽtini euocãt. Nauc. ibid.

A.C. 1401.

Conuerſis in expectatione noui principis animis, ingens ſeditio in Piſtorienſibus oritur. Sunt enim apud illos non in vrbe modo verũetiã per agros factiones duæ magnis contentionibus inter ſe diſſidentes. Ricardus igitur eques Piſtorienſis, princeps alterius factionis in ſuſpicionem venerat res nouas moliri. Cùm ergo inimici eum exagitarent, amici verò tuerentur, tãdem metu aduerſariorum, & fauore ſuorum adductus, caſtellum in Apennino, cui Sambuca nomen eſt, occupauit, venienteſque aduerſus ſe inimicos egregie fudit. Ex hoc iam concurſus erat ad illum, non ex Piſtorienſi ſolum agro, verumetiam ex Bononienſi & Mutinenſi. Sunt enim finitima loca, & factionum ſtudia iampridem per ea clientelas amicitiáſque contraxerant. In vrbe verò Piſtorio diuerſis ciuium animis, & diuerſiſſima inter ſe ſentientibus, periculum erat ne ciuitas illa vel cladem aliquam pateretur, vel inferret. Miſſæ igitur Piſtorium equitatum ac peditum copiæ, vrbem cuſtodiebant.

Seditio in Piſtorienſib. oritur.

Circa Sambucam verò præſidia quædam cõmunita ſunt, ne diſcurſari licentius obſeſſi valerent. Sed tanta erat Richardi prouidentia, tantáque eorum qui cum illo erant audacia, vt ſæpè fuſos fugatoſque obſeſſores præcipites ageret, nocturniſque ac diurnis inſultibus cuncta circum loca redderentur infeſta, maximumque ex ea re nomen Richardus eſt conſecutus.

Roberti imperatoris in Italiam aduentus, Naucl. ibid. Leon. Aret. Blon.

§. XXXVI.

ROBERTI verò in Italiam aduentus (vt plerumque euenire ſolet) tardior fuit, quàm ab

A.C. 1401. ab initio crederetur. Per extremum enim autumni Tridentum venit. Cum igitur Tridentum perueniſſet Robertus, quo celerius pecuniæ ſoluendæ conditionem appoſitam adimpleret, Brixienſem agrum cum exercitu ingreſſus eſt. Brixia enim vrbs à Mediolanenſi Galeatio tenebatur. Ipſe verò tunc pecunias de Florentinis habere pactus fuerat, cum ſolum Mediolanenſis intraſſet. Sunt autem finitimæ vrbes Tridentum & Brixia, maximè circa Benacum lacum, territoria commiſcentes. In iis locis cù eſſet nouus imperator, duces Galeatij cum ingentibus copiis aduerſus illum conuenerunt. Habebat verò Galeatius optimum equitatum ex Italicis viris confectum.

Italici Germanis equitibus præſtantiores.

Poſtquam verò contra Germanos equites Italici conſtiterunt, ac leuia prælia inici cœpta ſunt, mirabile quantum Italici præſtare videbãtur. Germani enim frænis vtuntur leuibus ac ſimplicibus. Huiuſmodi autem fręna, vt ad celeritatem, & curſum aptiora ſunt: ita ad flectendum in gyrum equos, verſandumque in prælus inutilia exiſtunt. Italicis verò frænati erãt equi, in gyrum flecti, ac verſari conſueti. Itaque & laceſſere hoſtes, & redire ad ſuos, ac ex medio curſu deflecti facillimum erat. Præterea Italici equites armis affatim protecti, nullum periculum recuſabant. At Germani deterius armati erant, plerique eorum pectoralia duntaxat, & loricas habebant, quare in iaculatione magis confidebant. Ob hæc illi cito ſpreti ab Italicis atq; adeo contẽpti ſunt, vt auderẽt pauci Italorum equites multos Germanorum inuadere. Tandem verò maiori vi caſtra imperatoris aggreſſi, ita Germanos turbarunt, vt trepidaretur totis caſtris, multiſque ſuorum amiſsis cedere & demum retro ſigna referre cogerentur. Ita proſtratis ſuorum animis, ac metu deiectis, Tridentum imperator ſuos reduxit.

Colonienſis præſul ac Auſtriæ dux imperatorẽ deſerunt.

Et quoniam res malè ſuccedere videbantur & alteri alteros incuſabant, Colonienſis præſul, & Lupoldus Auſtriæ dux ab imperatore abeuntes cum maxima copiarum parte domum redierunt: Imperatorque ipſe Tridenti tectus pudore ſolummodo tenebatur, nec quid agendum eſſet facilè conſtituebat. Nam & redire trans alpes irrito cœpto permagnum dedecus ſui nominis, & remanere in Italia debilitatis viribus vanum exiſtimabat. Inter hæc Franciſcus Carrarienſis & alij quidam proceres, qui circa illum erant, & cum his Florentinorum legati, Patauiũ vt ſe conferret, hortati ſunt. Sic enim & famam eius ſeruari poſſe, & ſupereſſe adhuc ſpem magnarum rerum per Italiam oſtendebant. Ille verò, quamquam redire trans alpes cupiebat, tamen partim pudore, partim ſpe retentus, ſequi illorum conſilium ſtatuit. Quare Tridento profectus Taruiſium primo, inde Patauium acceſſit.

Legati Florentinorũ ad imperatorẽ miſſi.

Patauij verò cum eſſet noua Florentinorum legatio ad eum peruenit. Fuerunt autem legati quatuor equites Florentini in primis nobiles ſcilicet Ramaldus Gianfiliarij, Maſus Albitius Philippus Corſinus, & Thomas Sachetus. Adduxerũt verò equites Italicos ſexcentos optimè inſtructos, quibus præerant Sforcia, & Baltaſſar Mutinenſis, ſuſcepti igitur ab imperatore, & benignè, cum de reparandis rebus tractare-

A rur, deprehenderunt mentem eius nõ ſatis alacrem, neque magnæ fiduciæ plenam. Inquit enim neque ſibi, neque Florentinis tantas eſſe vires, quæ ſuffecturæ videantur ad Mediolanenſem euertendum: quare pontificem Romanum ac Venetos accedere ad ſocietatem, belli neceſſarium fore. Pecunias verò tantas poſtulabat, vt palam eſſet ipſum de ſuo nihil afferre, ſed omnia Florentinorum ſumptibus peragenda eſſe. A.C. 1401.

Imperatoris puſillanimitas.

Ea cum deprehendiſſent legati: ſtatuerunt vt Maſus Albitius & Andreas Victorij (is enim in prioribus legatis apud imperatorem fuerat)
B Florentiam redirent, ad ſingula, quæ audiſſent & vidiſſent edocenda. Neque enim ſatis commode literis oſtendi poterant. Hi ergo cum rediſſent, ac ſingula retuliſſent in concilio ciuiũ debilitarunt omnium mentes. Nam & facere, quæ poſtulabantur, impoſſibile quodammodo videbatur, ac ſi abiret imperator, manifeſtum periculum ab hoſte remanebat, qui ductus exiſtimatione, ac ſuperbia victoriæ, nil non auſurus merito credebatur. Denique in concilio re diſcuſſa, decreuerunt omnia facere pro imperatore in Italia retinendo. Itaque per legatos, qui
C Patauij remanſerant, magna auxilia Italici equitatus, & magnam inſuper pecuniam polliciti ſunt in Italia remanentij & per hyemem quacunque poſſet bellum inferenti: verè autem primò hoſtile ſolum intranti, ac illic bellum gerenti, illud inſuper promiſerunt, neque pacem, neque inducias, nec concordiam vllam cum hoſte facere, niſi priùs requiſito, & conſentiente Florentino populo. Procuraturos interea omni niſu, vt pontifex ac Veneti cum eo iungerentur quod difficile factu aiebant fore, ſi bellũ proſpere ſuccederet. Hæc per legatos imperatori nũ-
D ciata, tractatus varios apud illum habuere. Nam ſe his obligare non ſatis honeſtum videbatur & erant alioquin difficilia factu. Oriebantur etiam controuerſiæ quædam pro pecuniis in aduentu ſuo promiſſis, quarum partem aliquã ad huc ſibi deberi contendebat. Eam verò eſſe ſummam nonaginta millia florenorum, quam ante omnia ſibi tradendam eſſe aiebat: poſteà verò, ſi ita videretur, de nouis conuentionibus agitandum. Florentini promiſſas quidẽ pecunias ſub conditione dicebant, quæ conditio cum ab imperatore impleta non ſit, ita nec pe-
E cunias deberi & tamẽ ex ea ſumma viginti quinque millia iam eſſe perſoluta.

Robertus imperator Venetiis excipitur honorificè. A.C. 1402. Leon. Aret.

§. XXXVII.

F PER huiuſmodi altercationes, cum menſis ferè conſumptus eſſet, ac ſolutio pecuniarum penitus negaretur, indignatione concepta imperator abire conſtituit. Equitatu igitur per terram ad Taruiſium præmiſſo, ipſe Venetias petiit viſendi cauſa mirabilẽ ciuitatem, atque ſibi illam, ſi qua poſſet, conciliandi. Suſce-

A.C. 1401.

prius autẽ à Venetis inſigni magnificentia, cunctiſque exhibitis, quæ ad honorãdos principes exhiberi ſolent. Cùm de facto ſuo poſtridie loqueretur, grauia, & infenſè aduerſus Florentinos conqueſtus eſt, quòd eum ſollicitaſſent, impuliſſentque tranſire in Italiam feſtinanter nimium, ac non ſuo tempore, & nunc promiſſa conuentaque facere recuſarent: ex quo fit, vt deſtitutus, ac deluſus contra decus nominis ſui redire in Germaniam compellatur.

Erant tunc Venetiis Florentinorum legati duo, Philippus Corſini, & Rainaldus, viri prudentes, ac benè morati: qui ea de cauſa imperatorem ſecuti Venetias fuerant. Hi querelis reſpondentes, inſtar mortis acerbiſſimæ ſibi dixerunt, eſſe, aduerſus ea loqui, quæ princeps dixiſſet. Veruntamen dandam ſibi veniam, primo, quòd non ſponte, ſed coacti, deinde, quòd pro excuſatione ciuitatis ſuæ, non pro cuiuſquam accuſatione ſint locuturi. Omnem igitur accuſationem, & querelam circa pecunias verſari, ſe fateri promiſſas fuiſſe pecunias à ciuitate verum quomodo promiſſæ fuerunt attendendum. Nam in eo iudicium iuſtæ vel iniuſtæ querelæ verſari. Primò enim eius ſummæ quæ promiſſa fuerat, pluſquam dimidiam partem, antequam domo ſe moueret imperator, pro parãdo ornandoque exercitu ſoluere conueniſſe, eamq; parte ex fide fuiſſe perſolutam. Itaque de ea cõqueri imperatorem, neque poſſe, neque debere. Reliqua verò pecuniarũ pars, ita promiſſa fuit, vt annexam conditionem haberet, tunc demum eſſe ſoluendam, cum ipſe potenti cum exercitu in hoſtilem Galeatij terram veniſſet. Harũ duarum conditionum (quod bonavenia dictum ſit) nulla penitus impleta eſt. Nam neque veniſſe dicitur, qui non ſtetit, neque potenti cũ exercitu venit, qui exercitus formidine hoſtium tã ſubitò retroceſſit. Verba quidem recto ſenſu, non cauilloſè ſuſcipienda ſunt.

Imperator Florentinos accuſat quos legati tuẽ tur.

Nec verò Florentinus populus tantam pecuniarũ vim promiſit, vt tacto protinus hoſtili ſolo recederet, ſed vt ad ruinam hoſtis in ſolo perſtaret. Quid ergo, quiſquam conqueri valeat de Florentino populo non videmus. Ipſe certè populus, ſi vellet, iuſtè cõqueri poſſet pro tãtis pecuniarum diſpendiis, quantas iam erogauit falſa ſpe inductus. Veneti cum hæc audiſſent, cauſam ciuitatis probare viſi ſunt. Concordiam tamen pro communi vtilitate ſuadebant, quæ cũ haberi non poſſet, imperator abiit. Profectus verò vnius diei nauigatione cum apud Ctauolam conſtitiſſet, Veneti maiori conatu adhibito tandem aſſecuti ſunt, vt Florentinorum legati remiſſionem in eis facerent. Id cùm factum eſſet, miſſis ad imperatorem ampliſſimis viris eũ Venetias reduxerunt. Hic iam pecuniis ſuſceptis, equitatuque reuocato cum aliquot dies Venetiis conſtitiſſet, ſumpta meliori ſpe Patauium rediit, & quod reliquum erat hyemis in ea vrbe conſumpſit, ac modo expectationem dedit, quaſi Romam petiturus, modo ademit. Tandem verò cum neque pontifex Romanus, neque Veneti in fauorem auxiliumque eius palam deſcenderent: Florentini autem ea poſtularent, quæ difficilia factu videbantur differre cœptum ſuum in aliud tempus conſtituit, atque ita menſe Aprili Patauio mouens magnis itine- A ribus trans alpes abiuit.

Imperator re infecta redit in Germaniam.

A.C. 1401.

Legatio Galeatij ad Venetos, & datum ex Florentinis reſponſum. Leon. Aret.

§. XXXVIII.

B PER hocipſum tempus legati Mediolanenſis ad Venetos profecti, querelam, & incuſationes aduerſus Florentinos poſuerunt. Veneti autem cum ea audiſſent, vocatis Florentinorum legatis, qui tũc alia de cauſa Venetiis erant, cuncta illis nota fecere: & reſpondendi ſi vellent, facultatem præbuere. Subiiciam verò, quæ tunc obiecta ab aduerſariis, & quæ reſponſa ſunt, vt iuſtitia cauſæ à legentibus examinari poſſit. Mediolanenſis igitur legati à Venetis introducti orationẽ huiuſmodi in Florentinos habuere,

C Vobis potiſſimum, ô Veneti, qui induciarum & pacis authores ſuaſoreſque fuiſtis, querelæ faciendæ ſunt aduerſus eos, qui contra fidem ac iuſiurandum, inducias & pacem violauerunt. qui enim alicuius concordiæ author ac ſuaſor eſt, is & onus quodammodo ſuſcipere videtur eam ſeruatum iri. Ex quo fit, vt ſi non aliud, at ſaltem, quam meremur opinionem, de vtriſque noſtrũm debeatis ſuſcipere. Dicimus ergo illos homines eſſe maximè deteſtandos, quibus neque fidem ſeruare cura eſt, neque promiſſa conuentaque tueri. Cũque ſit omnis defectio promiſſorum, & fidei turpiſſima, maximè tamen D abominanda ac nefaria exiſtimari debet, quæ contra pacis conuenta bellum & turbationem per fidefragium inducit. Nam ſi fides, ac iuriſiurandi ſanctitas ex hominib. auferatur, quod tandem reſtat vinculũ inter homines, quo alter alteri confidere queat? Itaque quicunque fidem ac promiſſa in pace frangit, is communem hominum ſocietatem diſſoluit. Nota ſunt vobis, ô Veneti, quæ nuper acta fuerunt in conuentione induciarum & pacis, & quàm ſolenniter promiſſa illa iurataque fuerunt. Vt autem Florentini E ea ſeruauerint voſipſi vidiſtis. Stante enim pace, nulloque tale aliquid ab eis expectante, Robertum (qui ſe Romanorum imperatorem fecit) per legatos ſuos in Germaniam miſſos concitarunt: vt aduerſus Galeatium Mediolanenſem, cum quo pacem fecerant ac ſolenniter iurauerant, in Italiam tranſiret. Eamque ob rem magnam vim pecuniæ tradere illi pacti ſunt, conuentione expreſſe inita, vt tunc pecunias traderent: cum ſolum illius, cum quo paulò antè fecerant pacem, hoſtiliter ad eius ſubuerſionem ac ruinam ingreſſus fuiſſet. Legatoſque palam F apud illum iſta de cauſa habere non dubitarunt, vt admirati debeant omnes tantam doloſitatem, ac fraudem in illis extitiſſe.

Fidẽ Frangere quantũ ſit nefas

At iidem ſunt Florentini, qui non per Italiam modo, verumetiam per Galliam ſæpenumero ſuis nunciis & literis vulgauerunt ſe pacis & quietis auidos impeti ab aliis, atque vexari: nunc autem apparuit per effectum non pacem

Florentini inquieti.

A.C. 1402.

pacem, ſed bellum, non quietem, ſed turbationem, atque vexationem aliorum ipſos quærere, nec vllo modo poſſe quieſcere propter inquietudinem animi, & ſuperfluitatem pecuniarum. Hæc eadem ciuitas contra maiorum inſtituta & mores, Gallos & Germanos exteras ac barbaras nationes & Italico nomini infeſtas & inimicas, tranſire in Italiam procurauit: vt quos natura ipſa oppoſitis alpibus ab Italia excluſit, eos in Italiam, ac in ceruices Italorum inducerent. Tantaque eſt concilij cæcitas, vt non intelligant ſi Galli & Germani in Italiam traducantur, communem omnium Italorum eſſe perniciem, nec minus in ceruices ſuas, quàm cæterorum illos traduci. At populus Romanus in eo maxime laudem & gloriam promeruit, quòd Cimbros, & Teutones Italiam inuadere parantes magna ſuorum exercituum dimicatione deleuit: quòdque Gallos, multis ac maximis prælijs fractos, à ceruicibus Italorũ remouit. Hi autem noui (vt ſeſe ipſi prædicant) Romani, illas ipſas barbaras immaneſque nationes etiam pecunia tradita in Italiam traducere curauerunt. Tanta eſt horum hominum inquietudo ac peruerſitas, & patriæ gentiſque ſuæ deteſtanda obliuio. Etenim qui patriam ſolum inimicis produnt, quomodo ſint appellandi nemo ignorat. Odium certè Italorum omnium promerentur, qui exteras inimicaſque nationes ad conculcandam Italiam data pecunia traduxerunt.

Galli & Germani Italorum hoſtes.

Romanorum maxima gloria Gallos & Germanos vincere.

Reſpondent Florentinorũ obiectionibus.

Dicent aduerſarios ſuos per Hetruriam à Galeatio foueri, quibus reſpondemus. Non indigerent Piſani & Senenſes cuiuſquam ope, niſi ab iſtis petulantiſſimè vexarentur. Nunc autem ob pericula rerum ſuarum ad Galeatium confugerunt. Nec ſane eum pudet, ſi Piſanos & Senenſes paternos amicos ab iniurijs Florentinorum ſuperiori bello defenderit. Illud certè pluſquam manifeſtum eſt, non ſponte ſua Galeatium ſeſe rebus Hetruriæ miſcuiſſe, ſed vocatum & rogatum ab iis, qui magna ex parte ſpoliati ac rebus exuti, ferre amplius horum iniurias & contumelias non valebant. Quare illorum ſuperbia in vicinos deteſtanda eſt, non Galeatij ſubuentio reprehendenda. Vt autem breuiter concludamus tribus de cauſis ad vos ô Veneti, miſſi ſumus. Vna, vt quæramus de pace contra fidem violatam. Altera vt pœnam contractui appoſitam à violatoribus poſtulemus. Tertia ne admiratio vobis ſit ſi contra fractores pacis bello reſiſtamus. Quorum primum honeſtatem, ſecundum iuſtitiam continet, tertium neceſſitatem. Ea cùm dixiſſent Mediolanenſes legati, finem dicendi fecerunt.

Florentinorum aduerſus Mediolanenſem reſponſio.

Florentinorum autem legati cum hæc omnia intellexiſſent, parumper inter ſe collocuti, cum ad ſingula obiectorum capita, quid reſpõdendum foret, ſtatuiſſent demum pro honore ciuitatis in hunc modum locuti ſunt.

Nobis quidem ô Veneti, lucrum ingens videri debet, per aduerſarios noſtros huiuſmodi ſermonem inductum fuiſſe. Nam ſi illi tacuiſſent, veritas forſan in obſcuro lateret, quæ nunc illorum excitata, in lucem emerget. Inducias & pacem cum Mediolanenſi Galeatio vobis authoribus ac ſuaſoribus ita fecimus, vt putare- A mus illum nocendi, inſidiandique nobis animum abieciſſe. Ea nos credulitate inducti, non modo ex manibus arma, verumetiam ex mentibus omnem belli cogitationem poſueramus. At enim is vt pote qui nunquam niſi bella turbationeſque cogitauit, etiam poſt pacem hoſtili mente ſe geſſit.

A.C. 1402.

Galeatij contra pacem geſta.

Omittimus ductores equitum ſuorum paulò pòſt pacem factam Lucenſium ſociorum noſtrorum agrum hoſtiliter populaſſe, diripuiſſe Volaterranos, de Genuenſibus & Collenſibus B hoſtilem in modum prædam, & captiuos abegiſſe, & apud Senenſes ſuæ ſeditionis cum ea præda, captiſque ſe recepiſſe. Quæ omnia contra iuſiurandum, contraque promiſſorum integritatem, & fidem ab eo ſunt facta. Omittimus inquam iſta ac præterimus, verumtamen illud, quo tandem ſpectat, quod poſt eandem pacem maioribus copiis in Hetruriam miſſis Piſas finitimam nobis vrbem, omniaque eiuſdem vrbis oppida caſtellaque occupauit, ac ditioni poteſtatique ſuæ ſubegit. Senas item finitimam nobis vrbem in ſuum dominium traduxit. Peruſium & Aſſiſium ſibi ſubditas fecit. C An hæc, qui faciebat, pacem ac iuſiurandum ſeruabat? Neque enim is ſolum inferre bellum, dicendus eſt, qui mœnia ictu percutit, verumetiam is, qui parat, aut fabricatur machinas ad expugnandum, licet nondum illas muro admouerit. Non enim oportuit Galeatium pace facta bellum meditari, neque poſitis è manibus armis, mentem nihilominus armatam retinere. At cum circundabat nos apprehenſione tot oppidorum & vrbium cum quaſi obſidionem parabat, & veluti machinas ad expugnandum fabricabatur, num D pacem frangebat? num aduerſus fidem, ac iuſiurandum ſuum veniebat? Negari non poteſt. Quare illa, quæ de violatoribus induciarum, & pacis, ac fidei, promiſſorumque defectione aduerſarij dixerunt, nos quoque magis aſſeueramus, illumque violatorem pacis fractorem promiſſorum, defectorem fidei, ac iuriſiurandi contemptorem oſtendimus: noſque reſtitiſſe aduerſus illius fidefragium neceſſitate compulſos veriſſimè allegamus.

Qui bellũ infert.

Probant Mediolanenſem fidem fregiſſe.

Niſi forſan quiſquam vſque adeo mente captus eſt & hebes: vt cum ille miſſis in Hetru- E riam copiis, Piſas capiebat, Senas poteſtati, ac ditioni ſuæ ſubijciebat, Peruſinos & Aſſiſinos ſibi ſubditos faciebat cum Lucenſem omni ſtudio ad ſe traxerat, atque idem de Cortonenſi facere nitebatur, non intelligat hæc omnia ad opprimendum Florentinos, cum quibus paulò antè pacem fecerat comparari? illumque dum hæc agebat contra fidem ac iuſiurandum promiſſaque ſua, pacem violaſſe. Quare ſi per Italiam, & alia loca publicauimus aliquando, nos pacis & quietis auidos ab illo impeti, at- F que vexari, veriſſimè publicauimus. Qui enim poſt pacem ac iuſiurandum contineri non potuit, quin ad oppreſſionem noſtram omnia pararet, quid feciſſe credendum eſt ante pacem ac iuſiurandum? Nam quòd (inquit) nos quieſcere non poſſe, ſinat quæſo, vt alij iſta dicant, qui iſthic quieti ſunt. Ipſi certè à quo non gentiles, non agnati, non propinqui, non ſocij, non vicini eſſe tuti vnquam potuerunt, qui

A.C. 1402.

Veronam & Patauium ſibi per fraudem ſubiecit, qui nunc Hetruriam totam ſibi ſubdere meditatur, nec vllo modo ſatiari cupiditas eius poteſt, iſta dicere de nobis nequaquam congruit, qui cupimus quieſcere, dummodo ſineremur.

Gallos & Germanos cur Florentini euocauerunt.

Nam quod de Gallis & Germanis in Italiam traductis legati eius dixerunt, quis quæſumus huius traductionis cauſa fuit, niſi illiusinquietudo, & violentia, qui non contentus in Gallia dominari, Hetruriam inſuper, ac Flaminiam ſibi ſubdere incredibili cupidine dominandi pergit, ac eouſque cupiditatis ambitioniſque proceſſit, vt regnum Italiæ ſibi repromittat? cuius nulla verba, niſi ſimulata, nullum factum, niſi doloſum, nulla fides, niſi maculata, vitiataque exiſtit. De quibus, ſi nobis non creditur, Veronenſis ac Patauinus interrogetur, quos dolo ac fraude peruertit. Interrogentur Piſani & Senenſes, quorum tyrannidem concupiuit, ac doloſe arripuit. Nam in ſuos, quid egit, commemorare erubeſcimus. Aduerſus tantam cupiditatem, tantamque perfidiam, ſi reſiſtere conamur, ac ex eo turbationes aliquæ per Italiam oriuntur, vel gentes aliquæ externæ adueniunt, quis harum turbationum eſt cauſa? Ille ne, qui mouet atque impellit, an nos qui neceſſitate coacti pro tutela noſtra ſubſidia quotumcumque procuramus? quamquam imperatorem Romanum in Italiam tranſire alienum videri non debet. Cæteri autem, qui tranſierunt, non ſexcenta millia, vt Cimbri & Teutones, nec tales ac tanti fuerunt, vt ab Italia vniuerſa fuerint formidandi. Ad extremum, quam ipſi pœnam pro violata pace & induciis poſtulant, eam nobis à Mediolanenſi deberi dicimus pro violatione ac fideſtragio per eum commiſſo. Deque ea re cognitionem veſtram & aliorum quorumcumque flagitamus. Nam quòd aiunt neminem admirari debere, ſi nobis bellum inferat, iampridem certè omnes deſierant admirari, cum illius conſuetudo ſemper fuit per fas nefaſque prælium inferre: cuius violentiæ reſiſtemus, in deo & in iuſtitia noſtra ſpem habentes. Hæc tunc à legatis dicta, & reſponſa ſunt.

Veneti autem audientes Florentinorum legatos valdè probauerunt. Cumque ſatisfactum honori ciuitatis putarent, ipſi tanquam medij quidam lenire iram grauibus, ac prudentibus verbis conati ſunt.

Ea tempeſtate [a] Tamburlanus incredibilis

[a] *Quoniam iſte Tamburlanus (quem alij Themyrim, alij Demyrli, alij Themircathbum vocant) licet eſſet ſuperſtitioſiſſimus Machometani delirij cultor, Chriſtianos tamen amauit, & Baiazethem infenſiſſimum Chriſtiani nominis hoſtem Conſtantinopolitano Græcorũ ſine dubio imperio potiturũ, & latinorum exterminio incumbentem fugauit, cepit, ad fœdiſſimã ſeruitutem compulit, & turpiter mori coegit, de eo ſuſius aliqua hic annotare decreuimus. vt in hoc opere in quo Alexandri, Pompeij, Attilæ, Totilæ, & ſimilium geſta diligentiſſimè ex aliis ſcriptoribus collecta, ſunt tanti imperatoris geſta, qui rerũ geſtarũ magnitudine omnes alios barbaros principes ſuperauit, tam curſim tamque leuiter non præterirentur. Sequar autem Continuatorem Belli ſacri, qui omniũ quos viderim ſtudioſiſſime huius viri geſta complexus eſt. Sic igitur ille.*

Themyris natione Tarthus, humili inter ſuos loco natus, patre Sangalo, qui apud Samarchandam ſtipem oſtiatim colligebat, pueritiam apud parentes egerat, cum ciuibus cuſtodiendis operam locauit in quo exercitio occupatus, cum reliquis paſtoribus coniuratione inita, pecus iumentumque omne finitimis abegit.

A.C. 1402. Themyris patria & parentes. Contin. Bel. ſac. li. 6. c. 1. Latrocinia exercet.

Quo factum eſt, vt breui armentorum gregumque copiam magnam & furtorum. i. latronum manum haud contemnendam contraxerit. Congregata igitur armentariorum cohorte, ſtabulum quoddam aggreditur, quod muris & hominibus munitum erat, à quo oppugnando licet ei crus fractum fuerit, non prius deſtitit, quam omnia in poteſtatem a ſuis redigerentur.

Hac victoria conciliatis ſibi omnium animis, palam ad eum confluebant hominũ equeſtrium pedeſtriumque copiæ, quæ vltro ipſum ducem petierunt, ad Saracenos opprimendos. Themyris igitur hoſtiliter ciuitates irrumpens, opes ingentes paruo quidem tempore congeſſit. Capto deinde loco ſitu munitiſſimo, præſidium in eo extruxit, ex quo in prætereuntes graſſabatur crudeliter, regulos aliquos excurſionibus vexans, quoſdam vita & imperio priuans. Inprimis autem prouinciæ duos tyrannos Chaydarem & Mirxiem ſibi coniunxit: quorum opibus fretus Babyloniam vrbem, quam Baldacam vocant Euphrati adiacentem bello inuaſit. Caſtris igitur in conſpectu vrbis Baldacæ metatis, cũ ſæpius oppugnatam vi capere non poſſet, Soldanum Mediæ ſupplementum virorum ſuis offerentem vrbem intrare permiſit ratus annonam multitudine citius abſumptam iri, atque inopiam obſeſſos ad deditionem pellecturam. Contigit itaque Soldanum à fame oppreſſis interfici & victoria potitum eum demum exercitum victorem reducere.

Belli dux eligitur.

Baldacam Mediæ vrbem capit.

Vbi præter dignitatem regiam ſumma illi defertur poteſtas. Qua non contentus de tollendo Samarchandæ tyranno, patriæque principatu occupando conſilia iniit. Itaque vt priſtinis victoriis robur virium accederet, & potentior ad ſubiugandam patriam euaderet, conſcripto exercitu quadringentorum equitum millium, ſexcentorum peditum, Aſſyrios, Albaniam, Medos & Scythas inuadit: quos admodũ in paucis annis ſub actos imperata facere coegit. Reuerſus Samarchandam cum exercitu, interempto tyranno imperium patriæ arripit. Tandem in Hircanos mouens, Caduſios aggreditur, atque ſubegit Arabiam inde fœlicem petens legationibus muneribuſque Arabum delinitus, atque Maſſagetarum, qui Perſidem inuaſiſſe nunciabantur, audacia reuocatus Samarchandam rediit: vbi ingenti congregato exercitu tribus præliis ſemper repulſus Scythas. i. Tartaros aggreſſus eſt, & in vrbem Chiriam, quam de nouo conſtruxerat, eſt reuerſus: vbi reparatis copiis, tranſuerſiſque itineribus nihil tale verentes Scythas aggreditur, commiſſa pugna deuincit, omneſque Agoras & Hordas. i. ciuitates & caſtella eorum depopulatur. Magna deinde præda onuſtus per Hiberiam Colchidemque tranſito Phaſe fluuio Chiriam regreſſus, malè afflictum exercitum ibi refecit.

Tyrannidem patriæ inuadit.

Hic dum otium trahit admonitus Caphæ tunc Genuenſium coloniæ ingentem eſſe animalium vim, vrbi vim inferre parat. vt autem vrbis dominium, & pecuniarum vim aſſequeretur magnum negotiatorum numerum eo mittit, iubetque pretioſiſſimarum pellium mercem in vrbem Capham tranſuehere ad vendendũ iuſto ſatis pretio. Quo commercio vrbem auro argentoque exhauſtam, ſtatim ne merces in Europam traiicerentur, circundat, tandemque poſt continuas acerbaſque oppugnationes, & vrbe & pellibus potitus eſt.

Capham vrbe qua ratione potitus ſit.

Poſtea

A.C. 1402.

Poſtea Themyres cum cerneret Othomannidas cæteras familias bello perſequi, cōiectura facili aſſecut' eſt Baiazethem monarchiam ambire, nullumque neque ſuperiorem, neque parem illum laturum. Quo tempore centum circiter homines à Baiazethe eiecti, opem & auxilia eius implorabant, vt in patriam ab eo reducerentur. Adiiciebant quoque ſe non recuſare pœnas, ſi quid contra fœdera in Baiazethem commiſiſſe deprehenderentur. Mittit itaque legatos ad Baiazethem, qui cum primo magnis laudibus euehunt, quod ad tutandam religionem Machometi tam ſtrenuè pugnare: deinde edicunt, ne amicis moleſtus eſſe pergat, exules reſtituat, aut actione inſtituta, ſuam de his ſententiam expectet. Nihil pacati ad ea reſpondit Turcus. Quare ei ille ſtatim per præconem iubet Baiazethi renunciare bellum, niſi exules malit reſtituere: communis enim religionis homines, neceſſarios ſuos atque clientes, nullo modo ipſum poſſe negligere.

In Baiazethē cur arma mouerit. ca. 2.

Erat inter exules Caſanes, qui Armeniæ imperabat, Aſſambechi nepos, hunc in regnum reſtituere geſtiebat Themyris. Nam Machometani præter cæteras gentes Armenios miro fauore proſequuntur. Igitur Sebaſtiam ab Baiazete occupatam Armeniæ metropolim aggreditur, eo tempore quo Meletinem Baiazethes oppugnaret etiam Armeniæ oppidū. Baiazethes cum Europæ imperiū iam ambiret, Themyris conatus in Aſia propter clientelas quas in ea habebat maximas, haud magni faciebat. Præfecerat autem Sebaſtiæ Orthobolē filium, qui ſæpius oppugnantem vrbem Themyrem multis cladibus repellebat, at demum per cuniculos ſuffoſsis mœnibus ciues ad deditionem inclinantur. Pax a tyranno data, modo dimiſſo cum reculis Turcico præſidio, ſex decim millia ſuorum militum in vrbem reciperent. Quo peracto Cheriam redire conabatur.

Sebaſtiam Armeniæ vrbem capit.

Vixque tertiis caſtris aberat, cum nunciatur ſubortoin vrbe Sebaſtia tumultu Orthobatem reducem, ac præſidium ſuum trucidatum ab hoſtibus: vnde pedem referens caſtris vrbem iterum cingit quindecim continuis diebus magnis viribus oppugnat. Deinde initis cum oppidanis fœderibus petit ſagittarios quos in oppido habuerant præſidium, illi concedunt, quibus acceptis, altera die abſciſſis pollicibus in vrbem mittit. Deinde vi captam vrbem cum ingrederetur, omnis ſexus, omnis ætatis, omnis ordinis homines in forum cōuocare iuſſit, melioris ſexus omnes, quotquot decimum quartum annum exceſſiſſe compererat, obtruncari, igni cadauera iniici, ex capitibus verò turrim media in vrbe conſtrui mandat. Mulieres poſtea in patentes campos, & pueros educi & turmas equitum in eas immittit, pueroſque conculcare præcipit. Sed proceres regem adeuntes crudelitatem tam feram placare ſtudebant, inter quos Ligur quidam negotiator humanitatis eum admonebat. Ad quem ille conuerſus. Me, inquit, qui totius orbis malleus, ipſaque Dei ira ſū æſtimas tu hominem? Falleris. Quibus dictis in puerorum agmen primus irrumpit, eumque equitatus omnis ſecutus, matres cum liberis equorum vngulis contriuit. Oppidum poſtea exuſſit, abducto Orthobarle Baiazethis filio, ac adoleſcentibus qui ſuperſtites erant reliquis.

Iterum vrbs potitur.

Eius crudelitas inhumana.

Poſtquam Baiazethes captæ Sebaſtiæ, & necis filij Orthobalis nuncium accepiſſet, diſſimulare dolorem haud potuit. Sed cum opilionem fiſtula cantiunculam meditantem audiiſſet, O beate, inquit, quam dulce canis, quam læto animo, qui nec Sebaſtiam, nec Orthobalem amiſiſti. Non latuit dictum Themyrem, qua propter Baiazethi pacem vltro offert, ſi is reſtitutis exulibus ipſi tantum butyri mitteret, quantum ad onerandum duo camelorum millia ſufficeret, totidemq; tentoria, quæ paſtoribus eſſent vſui, & ſi in omnibus Turcorum Meſquitis Themyres monarcha Aſiæ pronunciaretur, æs quoque argentum & aurum, Themyris imagine ſignatum admitteretur, & Moſes Baiazethis filius in Perſiam ad eum mitteretur, officij cauſa tyranno ſeruiturus. Ad hæc iratus Baiazethes cum latrone ſibi pacem intercedere non poſſe inquit. Proinde abeant, Themyri armis non verbis opus eſſe renuncient.

Baiazethes aduerſus Themyrem indignatio. cap. 3.

A.C. 1402.

Themyres quibus cō ditionibus pacem Baiazethi offerat.

Themyres habito delectu conſcripſit exercitū. Octuaginta myriadum armatorum habuiſſe Themyrim tradunt quidam. Baiazethes & ipſe ex Europa atque Aſia cogit ingentes copias, quæ hominum tercentum millium numerum excedere dicebantur. & quam maximis itineribus in Armeniam properat. Sed cum Themyrem exercitum in Phrygiam deduxiſſe nunciaretur, eò celerrimè contendit. Ad Stellam montem (quo in loco olim Mithridates cum Pompeio pugnauerat) ventum eſt: vbi metatis caſtris, vix quindecim ſtadiorum ſpacium inter eos relictum. Themyris Saccrucbum filium cum decem millibus velitum contra Baiazethem mittit, vt hi quoquo modo poſſent hoſtem ad pugnam elicerent. Saccrucbus Perſarum atque Caſtidarum nobilitate ſtipatus in hoſtem agmine compoſito mouebat. Pro Baiazethe pugnæ initium dedit Europæi militis fortitudo, quæ magno in hoſtem impetu delata, Perſas iam pedem referre coegerat, atque ad caſtra hoſtium vſque progreſſa virtutis atque audaciæ monumenta reliquit. Baiazethes veritus ne ab hoſtibus circumduceretur, ordinum ductorem magnis conuiciis reuocat. Themyres porro recedentes tanta vi tantoque numero perſequitur, vt citiſſimis paſſibus, in caſtra ſe reciperent. Aſianus miles fugam eſſe ratus confeſtim abiectis armis ſalutē fuga quærit.

Pugna Themyris cum Baiazethe. A.C. 1400.

Baiazethes res ſuas peſſimo loco contemplatus velociſſimam equam conſcendit, quæ ſiti ſtimulata dum ad flumen veniſſet & potaſſet multum de pernicitate remiſit. quare factum eſt, vt aſſecutus à militibus Themyris captiuus ad Tyrannum traheretur. Hac victoria potitus Themyres, omnes Aſiæ regiones, quæ Turco parebant, in poteſtatem redegit, Pruſiamque Baiazethis regiam occupat, Gynecaeum deinde Turci captum cum vxore Baiazethis. ferunt in ea pugna Turcorum ducenta millia cecidiſſe. Adductus ad Themyrem Turcus aliquibus primo contumeliis et affectus. Nam ei accipitres & canes, & huiuſmodi animalia offerri iuſſi, quod audiuiſſet eum ſeptem millia virorum aluiſſe, qui accipitres alerent, pauiſſeque canes ſex mille. Cumque is accipitrum & venationis ſtudium ſe maximè decere aſſereret quod patre Amurathe, & auo Orchano regibus ortus eſſe, Themyres eius reſponſo offenſus aſino præpoſitere impoſitum per caſtra deduci iubet militibus deridendum: vinculis deinde mancipatum conuiuio adhibuit, in quo Baiazethis vxorem ab eo ardentiſſimè amatam ad fundendum vinum compulit, qua indignitate commotus Turcus Themyri conuitium fecit, quo is ad riſum excitatus abductum inde cuſtodiæ mancipauit.

Baiazethes fugit & capitur.

Cumque Turci, qui Themyris caſtra ſequebantur, ingentem vim auri cunicularijs ſpopondiſſent, ſi actis cuniculis, in caſtrum, quo detinebatur Baiazethes eum inde eriperent, illi iam conſummato labore in eum locum prodierunt, vbi cuſtodes vigilabant: à quibus capti, Themyrique oblati pœnas audaciæ luerunt. Dehinc aureis vinctum cathenis caueæ incluſit Baiazethem more ferarum, ſcabelli loco vtens eo, quoties equum aſcenderet, proiectiſque fruſtulis, vt canem

Baiazethes aureis cathenis vincitur.

ſub

A.C. 1402.

ſub menſa paſcebat, qui tot calamitatibus ludibriiſque impar ægritudine contracta fato functus eſt in Ionia, cum eo in hiberna conceſſiſſet Themyres.

Inducias deinde cum Indorum rege paciſcitur: Nã Meſopotamiæ, Syriæ, Aegyptique regna ſubigere meditabatur, quæ omnia vni parebant Memphitico regi. Igitur coacto exercitu duodecies centum millium armatorum Meſopotamiam petiit, atque Alepiam vrbem obſidione cingit, qua occupata atque direpta, Edeſſam ſimili modo in poteſtatem redigit. Meſopotamia potitus, Syriam deuaſtat. inde Aegyptum regẽ per nuncios interpellat, vt Cœloſyriam ſibi tradat, qua legatione irrita, per Paleſtinam iter fecit, ſacraque Hieroſolymorum loca inuiſit. Aſpera deinde obſidione cum Damaſcum defatigaſſet potitur vrbe, propugnaculum, in quod præſidium ſe receperat, occupare vi contendebat, licet qui intus erant, ſignum ſpontaneæ deditionis ederent. Itaque ex aduerſo multo ſubliniorem arcem erigit, ex qua omnis generis tela in ſubiacentem hoſtem conicit, & maiori parte muri diruta in propugnaculum irrumpit, & ſuperior euaſit. Inde abducto exercitu in Aegyptum properat. Soldanus, vt eum ab Aegypto auerteret, Mamaluchorum duodecim millia ſelegit, qui Damaſcum peterent, vt ad vrbem recipiendam Themyres exercitum ab Aegypto reduceret. Quare is depopulata Aegypto Damaſcum iterum obſidet, & cum in vrbe annona deficeret neque ſubſidiorum ſpes vlla effulgeret Mamaluchis, qui in præſidio erant recedentibus vrbem occupauit, eamque magnificentiſſimumque eius templum cum ſceleratis ſacrificulis incendit, & ſolo æquauit. Subiugatis hoc modo plurimis regionibus condidit apud ſuos Mercantam vrbem in quam familias totoque orbe deportatas diuitias deduxit. Tandemque ſenio confectus, voluptatibus ipſe indulgens, finem vitæ accepit. A.C. 1430. Hæc autem memorabilis eius refertur conſuetudo. Ad deditionem vocans antequam mœnia adoriretur, primo aduentu ſigna candida conſpecto maximè in loco proponebat. Qui eo die imperata facerent ſine inſigni iniuria in fidem eos recipiebat: Poſtero die purpurea, vt cruentam mortem ſibi obeundam ſcirent. Tertio die atra velut vndique funeſta, vt ſimul & hominum, & manium, tectorumque excidium, cæde, ruina, igne operirentur. Ab hoc nefario inſtituto mens efferata nullis precibus reuocabatur, Virgines pueroſque cum velamentis, inſignibuſque ſupplicum, miſerabilique alio habitu ad deprecandum patriæ interitum, aut ſaltem ſibi veniam petendam prodeuntes tantum abfuit vt immitis animus ad genua eum procumbere niterentur, admitteret, vt conculcandos, obterendoſque funditus frequenti equitum ala præberet. De hoc Pius 2. lib. 1. coſmogr. cap. 80. & li. 2. cap. 4. & alias ſæpe. Crinitus lib. 1. de hon. diſcipli. cap. 1. Egnat. Sabellic. Aemyl. lib. 10. Naucler. gene. 47. Continuatio belli ſacri lib. 6. cap. 1. 2. 3. 4. & alij. Poterat fractis iam Turcorum opibus, Aegyptiis adhuc trepidantibus, ora Syriæ omni præſidio deſtituta, ac aliquandiu velut prædæ expoſita, cum Hieroſolymis Aſianum Chriſtianorum imperium recuperari, ſi occidentales principes ad eam rem animum adieciſſent.

Themyris multas regiones occupat. c. 4.

Damaſcũ occupat.

potentiæ imperator ethnicus moritur. Equidem fuerat hic apud Tartaros, humili loco natus ſed tantas vires in proceſſu temporis adeptus eſt, vt Dominus Tartarorum exiſtens, duo decies centena millia hominum in caſtris ſuis diceretur habere. Qua multitudine fretus aggreſſus eſt Amurath imperatorem Turcorum cum copiis maximis, & ſi non tantis. Qui cum magna victoria Turcos attriuit, dictum Amurath illorum Dominum captum, catenis aureis vinctum, currui ſuo, quo vehebatur, affixum, quaſi triumphans, quoquo circumferebatur, ducebat. Et ſuper humerum eius loco ſcabelli in vilipendium pedem ponebat: cum currum vel equum aſcenderet. Armenios prius proſtrauerat, Subuerterat Perſas, Ægyptios deſtruxerat, Damaſcum pene deleuerat. Et quocumque eius tranſcenderat nomen ſola fama, quaſi à Deo miſſus fuiſſet ſcelerum vltor terribilis imminebat. Hic etiam poſtea cepit Smyrnas, locum inexpugnabilem, quem Amurath dicebat vinci impoſſibilem. Tunc Tamburlanus decapitari fecit illum Amurath, qui Tamburlanus dicitur fuiſſe beneuolus Chriſtianis.

A.C 1402.

Tamburlani, quẽ alij Tamerlanũ vocant, mors, eius potentia admirabilis. Naucl. gener. 47. Aemy. lib. 10.

Amurathem pro Baiazethe à Tamburlano captum eſſe putat.

Mediolanenſis in Bononienſes mouet. Blond. ibid. Leon. Aret. A.C. 1402.

§. XXXIX.

EO, qui ſecutus eſt anno, qui fuit ſecundus poſt mille quadringentos, circiter Bononiam magnis contentionibus belligeratum eſt. Ante receſſum enim imperatoris Galeatius ſucceſſu rerum elatus, partes copiarum in Bononienſes miſerat, ad nouum eius vrbis dominatorem, ſi fieri poſſet, opprimendum. Sed cum imperator abiiſſet: tunc maiores omnino copias palam, ac ſuo nomine in Bononienſes miſit. Præerant verò his copiis Mantuanus princeps, nuper in gratiam, & amicitiam Mediolanenſis reuerſus, & Pandulfus Malateſta, & Othobonus Parmenſis, aliique ductores complures, ac ſtatim ob aduentum hoſtium maximo in periculo ciuitas verſabatur. Exules enim extra vrbem ſatis potentes, ad defectionem caſtella & oppida compellebant, ciues autem intra vrbem non omnes dominatu lætabantur.

Florentini verò hæc pericula intuentes, confeſtim ab ipſo initio Bernabonem ducem cum magno equitatu in Bononienſes remiſerunt. Addiderunt verò poſtea & alias copias: cum hoſtium creſcere exercitum cognouiſſent. Venerunt & à Patauino, & ab aliis ſociis ſatis magna auxilia: ſed Patauinus duos præcipuè ex filiis ſuis vna cum auxiliariis copiis ad ſubſidia Bononienſium tranſmiſit: vt tandem omnes vires Florentini populi ac ſociorum, omneſque vires hoſtium circa Bononiam congererentur. Vtrique verò circa vrbem faciebant caſtra, ſed hoſtes longius: Florentini propius, vt eſſent medij inter hoſtium caſtra & vrbem. Præerant autem noſtrorum exercitui Bernabon dux militiæ populi Florentini, hoſtium verò exercitui Albericus comes. Cum in hunc modum aliquandiu ſtetiſſent tandem hoſtes (quoniam plures & potentiores erant) inuadere Florentinorum, ac ſociorum ipſorum caſtra ſtatuerunt. Erant tunc Flo-

Florentini Bononienſibus opitulantur.

A.C. 1402.

Florentinorum caſtra apud Caſcletium vicum procul à Bononia quatuor millibus paſſuum. Videbaturque eius loci neceſſaria defenſio: propterea quod inde aqua ex flumine Beni Bononiam ducitur, quam ſi deriuaſſet hoſtis, permagnæ difficultates in vrbe ſequerentur.

Pugna Florentinorũ & Mediolanenũ.

Hoſtes igitur è caſtris ſuis profecti, ſtructo agmine caſtra noſtrorum repentino impetu inuaſerunt. Concurſum eſt acriter à noſtris, ac egregie repugnatum, & aderat Bernabon militiæ dux adhortator & moderator. Sed tantus fuit hoſtium impetus, ac tam vehemens & repentinus, vt pontem, qui eſt ſuper flumen, deiectis noſtris occuparent, ſimulque non ex ponte modo, ſed pluribus ex locis aduerſus noſtros penetratum. Nec poſthac prælium fuit, ſed cædes paſſim, ac fuga. Captus eſt Bernabon exercitus dux, & ductores alij ferè omnes, præter eos, qui fuga arrepta in vrbem Bononiam ſe receperũt. Duo Patauini filij fortiter dimicantes, tandem Mantuani principis ſe in manus permiſerunt. Caſtra ab hoſtibus capta ſunt cum inæſtimabili præda. Traxit mox poſt ſe huiuſmodi caſus ruinam maiorem.

Florentini vincũtur.

Bernarbõ dux Florẽtinorũ militiæ capitur.

Ciues enim Bononienſes aduerſo prælio erecti, arma ſumpſerunt diuerſæque factionis homines audaciores facti, ceruices aduerſus dominum erexerunt, prœliaque nocturna per vrbem commiſſa ſunt: in quibus Ioannes Bentiuoglia incredibili virtute pugnans, omnium iudicio commendationem maximam eſt conſecutus. Primus enim ac princeps bellator, & amicorum & inimicorum confeſſione exiſtimatus eſt. Sed cum tota ciuitas eſſet in armis, & hoſtes extra mœnia victores omnia tenerent, pars illa ciuium, quæ aduerſabatur, vna portarum capta exules, ac partem copiarum hoſtilium intra vrbem receperunt. Tunc demum redundante inimicorum multitudine Ioannes Bentiuoglia ſuperatur & tandem occiditur. Duo erant Bononiæ Florentinorum legati, Nicolaus vzanenſis, & Bardus recta fides. Horum Bardus in ipſo tumultu captæ vrbis vulneratus, paulò pòſt interiit. Nicolaus verò captus ab hoſtibus, ac Papiam ductus, miſerabili ærumna detentus eſt. Bononiæ poſt reuerſionem exulum magiſtratus ciuium creati ſunt, & forma quædam rei publi. libertatiſque reducta. Hoc enim Galeatius exulibus promiſerat, ſed hæc bidui ac tridui lætitiam habuere. Quidam enim ex ducibus cum robore militum per vrbem diſcurrentes, ac nomen Galeatij inclamantes, exauthorato ciuium magiſtratu dominatum omnem in Mediolanenſem redegere. Ita populus ſimul, exuleſque deluſi, ſubdere tandem colla, ac iugum ſeruitutis ſuſcipere coacti ſunt. Florentini cum & profligatum exercitum, & captum ducem cognouiſſent, maximo in metu ac trepidatione fuerũt. Cũ verò inſuper Bononiã in man' hoſtium deueniſſe auditum eſt, multo magis trepidarunt: hoſtes ſingulis horis adeſſe putantes.

Bononia capitur, & Ioannes Bentiuoglia occiditur.

Galeatius dominatũ Bononiæ occupat.

Florentini pene deſperantes animum reſumunt. Blon. ibi. Leon. Aretin.

§. XL.

AMISSO autem duce, ac militibus, cuncta deſperationis plena videbantur. Quod ſi hoſtes ſequi victoriam properaſſent, irremediabile periculum ciuitas incurrebat. Sed illi ſiue ignauia, ſiue diſcordia tempus agendi inutiliter labi paſſi ſunt. Itaque cum multi ſubinde dies interceſſiſſent, nec hoſtes cum exercitu venirent, ciuitas reſumptis paulatim animis inſurgere, ac reparare vires perrexit. Et aduerſ' Vbaldinorum clientes, qui poſt victoriam hoſtium rebellauerant, & aduerſus Richardum Piſtorienſem, cuius ſectatores poſt aduerſum prælij caſum multa inuaſerant loca, miſſæ auxiliares copiæ illorum conatus repreſſere. De remediis verò tantorum periculorum conſultantibus, duo potiſſimum occurrebant: vnum ſi Bonifacius pontifex Romanus, alterum ſi Veneti bellum ſuſciperent. Et ſuberat certa ſperandi ratio. Nam pontificem quidem Romanum occupatas vrbes Peruſium & Bononiam grauiter ferre non erat obſcurum, & Venetis creſcere Mediolanenſis potentiam nequaquam ſibi placere iam pridem oſtenderant. Apud vtroſque igitur ſummo ſtudio quæſita ſocietas eſt, ſed ſubſtiterant ambo, & veluti timentes horrebant bellum excipere: Pacta certè non ſatis æqua Veneti poſtulabant vt & maiori impenſa Florentinorum, quam Venetorum bellum gereretur, & nihilominus in poteſtate arbitrióque Venetorum eſſet pacem, quandocunque vellent, ſine vllo Florentinorum conſenſu facere. Hæc dura ſane videbantur, & aliena à Florentini populi dignitate.

A.C. 1402.

Pontificis & Venetorum auxilia implorant.

Inter hæc ſpes ſuperuenit pacis. Hoſtes enim poſt captam Bononiam pacem optare videbatur, atque ea de cauſa Venetias miſerat legatos, & conditiones ſatis æquas proferebat. Quæ audientes Florentini deceptionem, & fraudem verebantur. Pacem tamen ſimul & confœderationem recipere decreuerant, putantes ſimul & ſi ſocietas iniretur, durabiliorem fore pacem & poſtulata illa Venetorum poſt factam pacem nequaquam multi fore æſtimanda. Itaque legatis ſuis ſcripſerant, vt paucis correptionibus additis, pacem cum hoſte, ac ſocietatem cum Venetis firmarent.

Ducis Mediolanenſis in medio rerũ proſperarum curſu obitus.

Cùm his rebus intenta ciuitas eſſet, fama ſuperuenit de Galeatij morte. Ea mors primo à Paulo Guiniſio Lucenſium principe nunciata fuit, non tamen ab initio certa, deinde rurſus certa & affirmata, cæterum admodum arcana. Itaque ſtatim ad legatos, qui Venetiis erant, ſcriptum eſt, ne paci neue ſocietati conſenſum præſtarent. Veneti à Florentinorum legatis, mortem illius primum cognouerunt, cum nihil ante de ea re ſenſiſſent. Et ſigna conſpecta ſunt, quòd copiæ quædam per Placentinum et Lucenſem agrum in Hetruriam deſcendentes, ex medio repente itinere reuocatæ fuerant, & quod ducibus exercitus Bononiæ exiſtentibus præceptum venerat, ne ſe ex loco commouerẽt. Veritate demum comperta, cognitum eſt Galeatium non multo poſt Bononiam captam ægrotare cœpiſſe morboque demum interiiſſe, apud Marignanum caſtellum Mediolanenſis agri. Hæc ab initio occulta fuerunt tandem verò patefacta, cum iam celari amplius non poſſent, ac funebris pompa magnificentiſſimè perſoluta. Illud etiam cognitum eſt, Galeatium dum ægrotaret, pacem cum Florentinis ſummo deſi-

derio

A.C. 1402. decio affectaſſe, indeque miſſionem legatorum ad Venetos,& procurationem nouæ pacis fuiſſe exortas. Conſiderabat enim filios à ſe relinqui admodum paruulos in medio periculorum maximorum. Itaque feſtinabat pacem facere, prius, quam è vita diſcederet. Idque aſſecutus fuiſſet, ſi vel parum amplius ſuperuixiſſet. Ex illius confeſtim morte tanta rerum conuerſio ſecuta eſt, vt qui prius vix vllam ſalutis ſpem reliquam habebant, hi maximè confiderent: qui autem ſe viciſſe putabant, omnem ſpẽ amitterent reſiſtendi.

Breuis morum & totius vitæ Galeatij narratio. Ioannes Villanus.

§. XLI.

HIc facit finem Leonardus Aretinus in hiſto. Florentina, quam in decem libros diſtinxit: quæ autem ſequuntur, excerpta partim ſunt ex quodam libello ab eodem edito de quibuſdam notabilioribus geſtis temporibus ſuis, partim ex chronico Florentino, partim ex aliorum ſcriptis,& relatibus plurimorum, quæ vidimus, vel audiuimus oculis & auribus noſtris, Secundum chronicon Florentinum hic Ioannes Galeatius comes virtutis prius dictus poſtea dux Mediolanenſis creatus ab imperatore magnus vtique Dominus ſeu potius tyrannus fuit in Italia: ſicut quicunque alius ex longis temporibus retroactis, & vt vir magnificus amicitiam cum magnis principibus procurabat etiam infidelibus cum magnis muneribus illos viſitans, vt nomen ſuum vocaretur in terris. Statura procetus erat,& pulcher aſpectu, non mediocriter litteratus, eloquentia clarus, callens ingenio,& in agendis aſtutus & ſagax, adeo ambitione deuictus, vt Dei timore poſtpoſito proditionibus non parceret,& veneficiis, vt omnibus dominaretur per tyrannidem, & demum rex Italiæ fieret.

Duas vxores habuit ſucceſſiuè, quarum primam filiam regis Franciæ veneno extinxit, & ſi duos iam ex ea filios ſuſcepiſſet, hoc agens non ob aliam cauſam, niſi quia verbum ſibi durum, & graue protulerat. Secundam vxorem ſuſcepit conſobrinam, ſcilicet filiam Barnabæ auunculi ſui ſine diſpenſatione, licet poſtea obtinuerit. Vnum ex fratribus ſuis conſobrinis veneno perire fecit, ex ſuſpicione, quam habuit contra eum quaſi ipſe vnum ex filiis ſuis morte naturali defunctum veneno extinxerit. Exinde ſub prætextu deuotionis voti ſui implendi pergens Mediolanum, Barnabam ipſum ſibi paternaliter obuiantem capi & incarcerari mandauit,& veneno vitam finire, eiuſque duos filios Barnabę interfici iuſſit: alios duos perpetuo exilio relegauit: vt dominio eorum & patris vſurpato liberius potiretur. (Galeatij immania & horrenda facinora.)

Et cum auxilio Domini Paduani & Mantuani, inſurgens contra Veronenſe Dominium, promittens illis portionẽm dare dicti Dominij Veronam arripuit ſibi ſoli totam retinens. Poſt quæ & domino Franciſco de Carraria ſeniori Paduam abſtulit; ipſum in carcerem truſum veneno interimens. Plures ex conſiliariis ſuis ſub prætenſis iuſtis cauſis iugulari fecit. ſubſtantias eorum rapiens opulentas: regem Franciæ potionari tentauit, vt dux Aurelianenſis gener ſuus gubernacula illius regni ſuſciperet. Dominum Petrum Gambacurtam, optimum virum Piſis dominantem ordinauit occidi per Iacobum Appianenſem; quo in Piſis regnante mortuo, Piſas ſuæ tyrannidi ſubiugauit. Robertum Bauarum imperatorem Romanorum per medicum ſuum magna corruptum pecunia virulento cibo quæſiuit conſumere. voluptatibus & laſciuiis vt equus vacabat & mulus, quibus non eſt intellectus: Eccleſiam & eius præſidentes parum reuerebatur.

Cum hic tam proſperos quotidie haberet ſucceſſus, timentes ſibi Florentini, pluries tractauerunt cum pontifice colligationem perficere, qui ad hoc tardus exiſtebat, veritus potentiam ducis: Demum huic rei acquieuit his pactionibus, vt pontifex ad ſtipendium ſuum mille quingentas haberet lanceas, Florentini verò duo millia ad defenſionem ſtatuum vtriuſque. Interitu autem ducis turbata ſunt omnia apud hoſtes, cum & filios reliquiſſet paruulos, & militiæ duces ſtatim inter ſe de potentia certantes quòd ruinam principum machinarentur. Vnde ſecutum eſt, vt Gallia ciſalpina impleretur tyrannis diuerſis, diuerſa ſibi dominia ciuitatum illarum vſurpantibus. In Hetruria autem non multo poſt data eſt pax Senenſibus. & cum Piſanis tacito quodam conſenſu à bello ceſſatum. Et Peruſium & Bononia ex manibus hoſtiũ ſublatæ, in poteſtatem Bonifacij pontificis deuenere, vt dicetur. (Galeatij interitu omnia reſtituuntur in Hetruria.)

Mors ducis Galeatij. Blon. Naucl. Leon. Aret.

§. XLII.

CVm igitur ipſe dux Mediolanenſis capta Bononia iam ſibi Florentiæ deſpondiſſet imperium,& vt rex fieret, coronam cæteraque regum inſignia præparaſſet, quibus vti conſueuerunt, diuina prouidentia qua regna conſtituuntur humana, inanes eius cogitatus reddidit. Nam tertia die Septembris in anno. 1402. ex febre peſtilentiali de medio ſubtractus eſt, qui quamuis ex locis peſte infectis receſſiſſet, & mirabili cuſtodia remediis contra infectionem vteretur, terminos tamen à Deo ſibi conſtituros pręterire non potuit. Et cometes menſe Martij prius exortus cum cauda nigra creditur eius mortem prænunciaſſe. Corpus eius Mediolanum reductum, magnificis exequiis ſepultum eſt. (Diuina prouidentia regna conſtituũtur.)

Ex teſtamento verò eius ſucceſſit prior eius filius Ioannes Maria nuncupatus, in ducatu Mediolanenſi, cum omnibus territoriis eiuſque pertinentiis. Inſuper & dominium Bononiæ, Senarum, Peruſij,& Aſſiſij eſt illi adiectum. Secundo filio ſcilicet Philippo Mariæ, Papia, Verona, Vincentia, pluримаque præter eas oppida ceſſere. Gabrieli filio naturali Piſæ relictæ ſunt. Quæ ciuitatum diſtributio, magna ex parte à ſapientibus viris, vt à principe minime in eo prudente, ſed nimis fortunæ blanditiis credente (Filij Galeatij & eorũ dominia.)

facta

A.C. 1402.

facta culpatur. Nunquid enim vir ad cætera egregius, ac prudens ita rerum ignarus erat & ita fortunæ fidens fauoribus, vt quæ per vim, fraudem dolumve de alienis ceperat, permanſura diutius penes filios exiſtimaret? Cùm nullum violentum perpetuum, quinimmo gaudium hypocritæ (teſte Iob) ideſt tyranni, ad inſtar puncti. Et vt de reliquis taceatur, an Pontifices omnes Romanos ita paruifaciebat, aut ignauos inſulſoſque putabat fore, vt quæ ſummo iure ad eccleſiam pertinerent, diutine à tyrannis poſſideri paterentur, & patrimonium Petri tanto tempore poſſeſſum, tantáque impenſa ſæpius ab imperatoribus tyranniſque recuperatum, auferri ſibi per ignauiam æquo animo ferrent?

Galeatij v. in diuidēda filiis hæreditatem prudentia notatur. Ariſt. 3. metaph. ca. 5. Iob. 20.

Nunciata Florentiæ ducis morte, magna lætitia populū exhilarauit, vt pote qui ex ſerpentis faucibus euulſa libertate, omnia in tuto conſiſtere iudicarent. Cùm autem filij ducis dominium pacificè cepiſſent, paulò pòſt orta eſt haud parua inter primores cōſilij ducis diſſenſio, tractantibus ſingulis rempubl. in priuatam, odiaq; priſtina inuicem renouantibus. Hoc primo ad ſimultatem deinde ad aperta odia, atque arma deſcendit. Capita factionis erant Franciſcus Barbauarius, qui primum inter omnes locum penes priorem ducem tenuerat, & Antonius Vicecomes, cum quo omnes nobiles ſentiebant. Hic populi tumultu excitato domum Franciſci occidendi cauſa profectus, cum ille in caſtellum, vbi dux, materque eius erant, profugiſſet, ſpoliata domo, fratrem plurimoſque ex amicis eius interfecit. Inde eius opera quidam per populum electi, quorum conſilio dux, quia adoleſcentior erat, tegeretur. Magnaque in diſſentione ciuitas Mediolanenſis fuit diutius.

Inter conſiliarios Mediolanenſes factiones.

Cremona à fide Ducis deficit.

Vulgara ciuium Mediolanenſium diſcordia Vgolinus ex familia nobili Caualcaboum, mota ſeditione Cremonæ dominium occupat, Ducis magiſtratu vrbe pulſo, Laudenſes, reiecta extra vrbem Gibellinorum, quæ ante cæteros ſuppeditabat, factione, & ipſi ſibi tyrannum creant Ioannem Vinialem eorum ciuem. Hos ſecuti Brixienſes, Bergomenſes, & Placentini à duce deſciuerunt confiſi omnes auxilio legati apoſtolici ſcilicet Balthaſaris Coſciæ (vel Coſſæ) diaconi cardinalis eſt partes Longobardiæ à Papa deſtinati cum magnis copiis ſuis, & Florentinorum, & Caroli Malateſtæ ducis belli: qui & ad defectionem cohortati ſunt, & rebellantibus auxilia pollicebantur. Brixia primo Franciſcus iunior, Patauini dominus filius, dedentem ſe præter arcem cepit; per quam paulò pòſt intromiſſi equites illum vrbe eiecerunt.

Erant omnia ducis in occaſum interitumque tendentia, cum domi ciuium ſeditiones, foris rebelliones, & vrbium eſſent defectiones: cum Mantuæ dominus, vnus ex ducis conſiliariis, Carolus Malateſta eius affinis, cum præfato legato pontificis, inſcio oratore Florentino, qui Ioannes Caſtellanus erat, ducis nomine fœdus inierunt de Bononia, Peruſio, ac cæteris Eccleſiæ vrbibus & oppidis reſtituendis, ſi finibus ducis cum exercitu excederet. De Florentinis, deque Tuſciæ rebus nulla eſt habita mentio. Quod cū

A.C. 1403.

A graue illis videretur neque id iure fœderis factum quererentur, omnis huiuſmodi res, quæ ad Tuſciam ſpectaret, ad pontificis decretum reiecta eſt. Inter legatum ac ducem pace publicata, Bononienſes, vt potius ab ipſis, quàm à duce vrbis pontifici dederetur, armis ſumptis aduerſus ducis milites acri certamine euicerunt vt abeuntibus illis vrbem legato traderent. Peruſini quoque certo de non recipiendis exulibus pacto fœdere, & ipſi fratri pontificis domino Ianconello vrbem reſtituere.

B

Florentini bellum proſequuntur. Ioan. Villan.

§. XLIII.

LICET autem pace facta inter ducem & Pontificem, Florentini ope Pontificis deſtituti eſſent contra fœderis iura, nòn tamen animos ſubmiſerunt, ſed audacius bellum proſecuti, Vgolino, qui Cremonam ceperat, mille & ducentos miſere equites quibus cū & copiis C ſuis fultus Mediolanenſem agrum adeo infeſtum reddebat, vt populus ad arma ſumenda præ tumultu ſæpius commoueretur. Petro inſuper Roſſo Parmenſi (cuius ope Parma à duce defecerat) auxilia & pecuniæ miſſæ ſunt. Lacerabatur vndique ducis ſtatus, & magna calamitas vrbes eius omnes peruaſerat adeo ſua ſponte, nullo impulſore Gibellinorum Guelphorumque factio exaſperatis odio animis mutua cæde graſſabatur.

Laceratur ducis Mediolanēſis ſtatus.

Conſpecta Florentinus populus tam aduerſa adoleſcentis ducis fortuna vt eius vrbes tum à D ſe deficerent, tum diſcordiis & inteſtino odio vexarentur: bellum neque petita, neque data pace remiſerunt, ſatis in tuto res ſuas fore rati, cū hoſti, nedum inuadendi aliena, ſed ne tuendi quidem ſua pòteſtas eſſet futura enim adeo erāt omnia, vt nec quidem ciuitas ipſa Mediolanenſis ei pro voluntate pareret & reliquæ vrbes maiori ex parte in aliorum arbitrio eſſent & communi quadam & inteſtina ſeditione, nunc hac nunc illac factione vrbe pulſa, militaris libido omnia ſpoliaret. Alexandria, Vercellæ, Nouaria à Marchione Montisferrati occupatæ ſunt, Pa- E pia domeſtico odio lacerata eſt, Placentia ob domeſticas factiones ſæpè à militibus direpta, deſerta ferè ciuibus viſa eſt, Raræ denique eius regionis vrbes iram auaritiamque militum effugerunt. Brixiam Pandulphus Malateſta occupauit, prius tamen occupauerat eam dominus Patauinus, qui vocatus à ciuibus in dominiū ſuum cum multis copiis equitum & peditum illam cepit excepta arce. Sed Farinus Canis illuc cum copiis ducis pergens, per arcem ciuitatem ingreſſus, eam recuperauit pro duce Mediolanenſi Farinus Canis Papiam, Alexandriam, & Torto- F nam, multáque prętereà ſibi ſubegit. Otho poſtmodum Bontertius Placentiam, Parmam, Regium, pulſis prioribus dominis, vt tyrannus tenuit. Verona quoque ad antiquos Scalæ principes quamuis parum regnarint, defecit. Quæ mala omnia à diuiſione Mediolani inter primores conſilij exorta originem

A.C. 1403. traxerunt:& Antonius,Petrus, & plures alij diuerſa cæde perierunt. Et Laudenſes etiam Guelphi aſſumptis armis, eiecerunt officiales ducis & vnum ex eis ciuem dominum conſtituerunt expulſis Gibellinis & in parte occiſis. Idemque in Crema actum eſt.

Vidua ducis Galeatij in ſubditos ſuos animaduertit. Menſe Ianuarij dicti anni.1404, duciſſa vxor olim Galeatij duci Mediolani, & mater Ioannis Mariæ qui ſucceſſerat in ducatu, ordinauit vt omnes de conſilio ſuo ad eam accederent in arcem ſeu caſtellum, vbi pro maiori ſui & filij tutela degebant. Et cum acceſſiſſent, nil ſibi ſiniſtrum ſuſpicantes poſt etiam colloquia alios dimittens, tres retinuit, quos decapitari mandauit, ſcilicet dominum Antonium, & dominum Galeatium Petrum, & alium Galeatium. Mane autem facto, fecit corpora in pheretris collocata, in platea deponi, vt aſpicientes cæteri timorem haberent, Sed dominum Antonium vicecomitem in carcerem truſit. Ipſa etiam duciſſa, cum Alexandria defeciſſet à Mediolanenſi miſit illuc Fatinum Canem cum copiis imponens, vt ſi eam caperet, omnes ciues prædæ exponeret. Quod & fecit, dominium eius pro ſe retinens. Demum ipſa Duciſſa veneno extincta eſt.

Duciſſa Mediolanenſis Veneno perit. Dux autem præfatus Ioannes Maria, cum dominaretur Mediolani in adoleſcentia conſtitutus, crudelis, immanis, & ferus ita erat, vt non procul eſſet ab inſania. Plurimos ex ciuibus ſine cauſa iuſſit occidi. Ipſe nonnullos viuos lacerandos canibus magnis edendoſque obiecit. Adeóque eius dementia humanum ſitiebat ſanguinem, adeo efferatis erat moribus, vt à domeſticis interficeretur: verentibus, ne ipſis quoque aliud aſperius patiendum foret. Ob hanc tantam Longobardiæ cladem Florentini ab inferendo bello ceſſarunt: ſatis eſſe ducentes domeſtica mala, quibus ad internecionem tenderet.

Audita fratris morte Philippus a Maria, cum dominium ad eum hæreditario iure deuolueretur, pergit Mediolanum, ſuperatiſque illis qui ſibi vrbis dominium vſurparant, vrbem ingreſſus in ducatu ſuccedit. Qui poſtmodum paulatim recuperatis vrbibus amiſſis, pacem fecit cum Florentinis. Sed ſtatu ſuo firmato & ampliato dominio, fracto fœdere pacis, grauia & diutina bella cum Florentinis exercuit, non minus virulentus ſerpens, quàm pater, vt infrà patebit.

Diſturbia .i. aduerſi caſus. Ante mortem tamen duciſſæ & filij eius ducis, anno domini.1404.menſe Aprili mane fuerunt reperta quinque corpora occiſorum ſine capitibus induta nigra veſte in porta ſancti Ambroſij, nec agnoſcebantur, quorum corpora eſſent. Quamobrem, & ob alia diſturbia frequentia, populus Mediolani correptis armis, tumultuans per ciuitatem diſcurrit, petens à Duciſſa & duce, quod duodecim ciues deputarentur ad

a *Philippus Maria Vicecomes Ioannis Galeatij ſecundus filius tertius Mediolani dux, creatus die obitus fratris 7. Cal. Iunij A.C. 1412. regnauit annos 35. menſ. 2. d. 29.*

A gubernationem ciuitatis, quos ipſi eligerent. Itemque, quòd filij duciſſæ ponerentur in manibus eorum ad cuſtodiam, quouſque adoleſcerent. Item quod redditus, & fortalitia ac cõductio bellatorum eſſent in arbitrio eorum, Et poſt aliquam contradictionem ad ea omnia conceſſa ſunt eis cum certa limitatione. Et tunc ex vrbe Laudenſi aduenit Mediolanum dominus Franciſcus de vicecomitibus, arbitratus ſe fieri dominum ciuitatis. Quod ei non contingit licet magnus potentia in ea haberetur. Deſtruxerunt autem ciuitatulam eius ſalnis palatiis B habitationis dominorum. Datus eſt ergo adoleſcens in manibus, & ſub gubernatione illorum duodecim. Et licet ſub nomine eius omnia fierent, ipſe tamen quaſi honeſtè, vt captiuus tenebatur. Cùm autem animaduerteret Duciſſa malè ſe habere, & periculis magnis ſe cum ſuo filio duce ſupponi, decreuit ob maiorem ſui & filij ſecuritatem, pergere ad habitandum in caſtellũ Montiæ, valde forte, & munitum, & quia de caſtellano eius magis confidebat in fidelitate eius quam de quocunque alio. Eis autem illuc ingreſſis, ipſe Caſtellanus proditionem fecit, tradens arcem & ciuitatem domino Franciſco de C Vicecomitibus. Qui ciuitate & arce captis, honeſtè captiuauit Duciſſam cum filio duce Ioanne Maria. Simile quid egit dominus Zacharias de Papia erga filium ſuum alium iuniorem, Philippũ Mariam vocatũ Comitẽ Papiæ. Cũ enim fuiſſet ſibi datus in cuſtodiam, vt perſonæ de qua magis dux pater eius confidebat, eum detinebat, vt honeſtè carceratum, intendens ſibi vſurpare dominium Papiæ, cum facultas adeſſet concors in propoſito malo cum dicto domino Franciſco Vicecomite. D A. C. 1404

Dux Mediolanẽſis à duodecim viris cuſtoditur.

Caſtellan' .i. cuſtos caſtri.

Ladiſlaus in regem Hungariæ creatur.

§. XLIIII.

ANNO præcedenti videlicet.1402.menſe Iunij cum rex Apuliæ a Ladiſlaus fuiſſet vocatus à maiori parte procerum E

a *Hiſtoria Hungarici regni ex Nauclero ſic colligitur. Mortuo Carolo Rege Apuliæ & Hungariæ (vt dictum eſt ſupra cap.5.§.15.) Regina Maria è carcere, in quem coniecta fuerat poſt Caroli mortem liberata, Budam vna cum coniuge Sigiſmundo venit. Ibi regni conſilium actum eſt, in quo Regina Perfidiã procerum regni accuſat, qui ſe regno ſpoliare conati erant. Tum Sigiſmundus vna cum iudicibus cauſa cognita. 32. regulos ſecuri percuſſit. Horum procerum mors multorum laborum & diſcriminum cauſa fuit. F Ipſe enim Sigiſmundus à ſuis poſteà captus & carceri mancipatus mortem vix euaſit. Hac igitur occaſione proceres Hungariæ nonnulli Ladiſlaum Apuliæ regem genere Caroli regis defuncti propinquum ad regnum euocauerunt. Naucl. gen. 47. Vide etiam Aemylium lib.10.*

Vngariæ

A.C. 1403.

Vngariæ in regem eorum, cum repudiaſſent eũ quem tunc habebant, ſcilicet Sigiſmundum de Bohemia, filiũ Caroli imperatoris & germanũ Ladiſlai regis Bohemorum, & ab imperio depoſiti profectus eſt ipſe Ladiſlaus, vſque Giadriam cum magna cõmitiua. Ad quem acceſſerunt multi procerum, & prælatorum Vngariæ, acceptando eum in regem ſuum, & ei coronam regni imponi fecerunt per epiſcopum Strigonienſem, ad quem de more ſpectat talis coronatio. Cùm autem miſiſſet comitem Tritaticum de ſancto Seuerino, ſapientem & prudentem virum, cum lanceis trecẽtis, & pluribus Vngaris vice regis, ad capiendum poſſeſſionem regni, reperit multos barones Vngaros, qui mutato propoſito volebant, & petebant dominum Sigiſmundum prius ad regnum vocatum: qui etiam alios, qui vocauerant Ladiſlaum, in regem ſuum ad idem conuerti fecerunt. Eam ob rem decreuit reuerti in Apuliam, relicto regno Vngariæ cernens ſe deceptum ab Vngaris.

Bononia in ditione Eccleſiæ retinetur.

Eodem anno poſtquam legatus Baltazar ceperat Bononiam pro eccleſia quidam ciues, vt dominus Ioannes Gozzini, & dominus Bonifacius germanus eius ac plures alij factionis eorum, fecerunt tractatum cum omnibus qui portas ciuitatis cuſtodiebant pro legato, vt eam auferrent eccleſiæ & legato eius & reduceretur ad popularem ſtatum. Et facta congregatione ducentorum militum: & quingentorum peditum in caſtro plebis certi homines ingreſſi ſunt Bononiam, armati capientes plateam. Sed ſubito populus aſſumptis armis in fauorem legati, illos ingreſſos profligarunt. Captus autem dominus Bonifacius capite truncatus eſt. Vnus etiam ex filiis domini Ioannis captus, detentus eſt in carceribus, vt pro eo redimendo, recíperet [legatus] duo prædicta caſtella, quæ reſeruabantur pro dicto domino Ioanne. Et cùm indies obtineri non poſſent, illum decapitari fecit. Et cùm dominus Ioannes Venetias perrexiſſet, deſerens illorum tutelam, à legato capta ſunt dicta caſtra. Voluerunt autem Bononienſes, & obtinuerunt à legato ciuitatulam cuſtodiri ab eis. Aſſiſium quoque per copias eccleſiæ reſumptũ eſt cum arce, nec valuerunt hoſtes ipſum defenſare.

Aſſiſiũ ab Eccleſia recuperatur.

Florentini multa caſtra inuadunt.

Interea dum Longobardiam varij vexarent caſus, Florentini Andreuo Vbertino, qui vallem tenebat Ambræ, & Petro Balneorum comiti, qui partium prioris ducis fuerant, bellum intulere, paucoſque intra menſes ambo eorum caſtellis amiſſis aufugerunt exiortes aliena ope vitam ducentes miſeram. In agrum quoque Senenſiũ maritimæ excurſiones prædæque factæ ſunt. Et Caſtillionæ caſtrum, quod Piſcariæ dicitur, iuxta mare ſitum: cum incolæ eius extra eſſent ad opera, copiæque Florentinorum eos inuaderent, refugientibus habitatoribus eius in caſtrum, ſimul cum eis milites Florentinorum intrarant, capientes ipſum ac arcem eius. Paulò pòſt Senenſes pulſo externorum præſidio, quod ſcilicet pro duce Mediolanenſi erat, in libertatem ciuitatem redegerunt. Et mittentes oratores Florentiam pro pace conficienda, gratioſè fuerunt viſi & auditi, conuentionibus & pactis concluſis, in quibus exauditi fuerunt largè in poſtulatis.

A.C. 1404. Pax facta inter Senenſes & Florentinos.

Septima Aprilis, Milleſimo quadringenteſimo quarto perfecta & publicata eſt pax inter Florentinos & Senenſes. Eodem menſe dominus Ferrarienſis Nicolaus, ex proditione ab intra procurata, cum ſuis cœpit ciuitatem Regij, excepta ciuitatula eius, quæ cuſtodiebatur pro Othone Bonterrio. Qui ſubitó his auditis cum copiis illuc profectus per ciuitatulam ciuitatem ingreſſus expulit gentes Marchionis & dominium Regij reſumpſit.

Marchio Ferrarienſis Venetis Puleſinũ aufert.

Idem Marchio Ferrarienſis, cum haberet frequentem tractatum cum hominibus regionis illius, vt data opportunitate auferret Venetis Puleſinum Ronici, accidit, vt cum quadam die vicarius ibi ex parte Venetorum, cum omnibus gentibus ſuis profectus fuiſſet ad capiendum quoddam caſtrum in territorio Veronenſi, Marchio tempus aptum intuitus, acceſſit cũ copiis ſuis, cepitque plura caſtella, obſidenſque Ronicum poſt virilem defenſionem demum obtinuit. Sicque Marchio poſſedit dominium totum Puleſinum ſeu Pulegium. Quamobrem Veneti ad ſtipendium conduxerunt dominum Othonem Bonterrium ad bellum contra eum, qui cum ſuis multa damna fecit belligerando in territorio Ferrarienſi.

Otho Bõterrius tyrannus Parmenſis.

Hic Otho Bonterrius crudeliſſimus tyrannus, poſtquã Petrus Parmenſis ciuis cũ tribus millibus peditum, & ducentis equitibus, ex ſuis caſtris accedens Parmam, habito prius tractatu & aſſenſu cum ciuibus ſe rebellandi à duce, ceperat eã dominũ ſe cõſtituẽs, ſuperueniens ipſe Otho poſt paucos dies, ciuis & ipſe Parmenſis, ingreſſus ciuitatem receptus fuit concorditer à dicto Petro ad participandum cum eo dominium pro medietate, qui & arces ciuitatis etiam obtinuerunt. Erat tamen Petrus magis dilectus, vt magis ipſe dominus videretur. Cùm autem Florentini tractarent dictum Othonem ad ſtipendiũ ſuũ conducere quia nimia & indecentia ille poſtulabat, recuſatus fuit. Quamobrem valdè indignatus contra Florentinos, decreuit auferre illam medietatem dominij Parmæ ipſi Petro, quia amicus erat Florentinorum, licet eſſet frater eius iuratus, & in ſignum fidelitatis ad conſeruandum dominium ex vna hoſtia conſecrata ſimul communicaſſent. Quod cogitauerat, vt proditor impleuit, auferens Petro ex toto dominium Parmę, & ſibi arrogans, & complures ex ciuibus prædatus eſt. Pætrus autem, ad ſua caſtra aufugit. Cui Florentiam venienti, & vt amico ſe commendanti pro ſubſidio gentium ad recuperandum iura ſua, Compatientes Florentini conceſſerunt plures bellatores. Demum peſſimus ille Otho delectatus in ſanguine hominum, vt fera ſylueſtris, poſt aliquod tempus, & Parmam amiſit, & Regium, & vitam. Nam ſemel occurrẽs Marchioni Ferrarienſi aſſociato cum Sforſia capitaneo ſtrenuo armigerorum, & ſalutanti eum, vt amico tunc exiſtenti, Sforſia illum occidit, & Marchio Regium cepit.

Eiuſdem mors.

Eo tempore cum comes Albericus de Barbiano, bella plurima feciſſet contra Aſtorgium dominum Fauentinum, & pluribus annis ſibi meſſes abſtuliſſet, propter quod fame

A.C. 1404.

valida inualeſcente incolæ ad alias ciuitates, & loca accedebant ad habitandum neceſſitate ducti: Aſtorgius obtulit dominium Fauentiæ,& aliorum ſuorum locorum Florentinis.Sed quia petebat certas conuentiones, & prouiſiones ab eis quæ nimis graues viſæ ſunt, nil concluſum exriuit.Vnde cum pontifice Romano, & legato eius,qui erat Bononiæ,fœdus iniit dando ei dominium. Sed quia ei promiſſa ſeruata non fuerunt:abiit pauper,& dolens ad habitandum Vrbinum: Circa id tempus Pōſtremulus defecit à duce.Et quia illa ciuitas in diuiſione ita perſiſtit,vt ſi quid vna pars agit, alia aliud quærat, vna pars ciuitatis ſe dedit Petro de Roſſis Parmenſi,de quo ſuprà,& poſſeſſionem pro eo ſumpſit epiſcopus Veronenſis eius germanus, & quędā etiam caſtra ibi propinqua,alia pars aliis ſe tradidit.Papa autem Bonifacius vt dictum eſt

ſup.§.3. ſuprà defunctus eſt anno domini 1404.

De Innocentio ſeptimo papa, & aliis geſtis in diuerſis partibus.

CAP. IIII.

Seditio in vbe exorta. Naucl. ibid. Innocentius7.Pōt. max.106. ſed.a. 2.d. 21. A.C.1404.

EX hac luce ſubtracto Bonifacio nono prima Octobris populus Romanus arma aſſumpſit,& tumultuans per ciuitatem ſeditiones, & rixas, & homicidia perpetrauit ex ſuis, maximè hoc operam dantibus Columnenſibus & Sabellis,nec cōtradicentibus Vrſinis. Cardinales autem intrantes conclaue.xvij. Octobris elegerunt canonicè dominum Coſmam de Sulmone cardinalem Bononienſem anno domini. 1404. qui vocatus eſt Innocentius. 7. Seditque annis duobus vel circa. Hic fuit vir ætate grandæuus ac multarum,magnarumque rerum experientiā callens. Ante electionem verò fecerunt adinuicem promiſſionem cardinales,quòd quemcunque eorum contigerit eligi ille omni ſuo conatu operam daret ad ſchiſma tollendum.

Audito autem tranſitu Bonifacij, ex Apuliæ Ladiſlaus, quàm citiſſimè cum magnis copiis acceſſit ad vrbem,intendens operam dare,vt ad ſedem Petri eligeretur ſibi beneuolus, & amicus.Sed cum applicuiſſet reperit iam peт electionem celebratā,Innocentiū ſublimatum.Ad hūc igitur pontificē Ladiſla' poſt primas grarulationes,honeſtiſſimam ſalutandi congratulandique cauſam acceſſus ſui prætexit, ingenteſq; copias ſe duxiſſe in fauorem eccleſiæ, vt magis ad electionem faciendam cardinales liberi forent. Erat autem re vera(vt creditur)augendi regni cupiditas.Purgato enim Apuliæ regno aduerſariis & ſub manu eius redacto,in id potentiæ creuerat,vt iam & pontifici Romano, & Florentinis cæteriſque populis ſuſpectus planè & formidabilis haberetur, præſertim cum in eodem rege ſumma calliditas eſſet cum maxima dominandi cupiditate coniuncta, nec domi ſedens per præfectos, ſed ipſe præſens exercitum ductare, ac expeditiones obire conſueuit. Adiuuabat in-

A.C. 1404.

A ſuper eum incredibilis populorum fauor quòd ipſe ſolus ex ſtirpe regia reliquus vnicè colebatur.Cùm igitur in vrbe eſſet,occultè Romanos ſua præſentia in pontificem concitabat, mentē erigens ad vrbem capiendam.Nec aperta vi moliebatur rex,nec in præſens rem ipſam vrgebat: ſed clam irritando ciues,ac pontifici reddendo infeſtos. Putauit enim, vt pontifex illorum petulentiam non ferens,ex vrbe migraret, & Romani inde ad ſe conuerterentur.Et ſimulans fauorem pontificis cum in differentiis quibuſdā eſſet cum Romanis, conſtituit ſe quaſi mediatorem ad concordiam inter eos perficiendam,hac

Ladiſlaus Romanos aduerſus Pontificē concitat.

B facta conuentione,vt gubernatio vrbis in temporalibus penes populum reſideret in manu videlicet decem virorum per eos vocandorum: illa autem pars, quæ antiquitus dicebatur Leonina,ſcilicet circa ſanctum Petrum pontifici remaneret cum caſtro ſancti Angeli. Senator autem vrbis de voluntate pontificis, & conſenſu populi aſſumeretur. Hæc tamen pacta parum permanſerunt.Rex autem ipſe pro quibuſdam gratiis ſupplicans, in aliquibus fuit exauditus & inter cætera,quòd per triennium totam Cā-

C paniam & oram maritimam,& Aſculum poſſideret: ſicque reuerſus eſt Neapolim. Dominus autem Ianconellus germanus dicti Bonifacij, qui pro eccleſia dominabatur Perufij pacificè dominium ei dimiſit,quem Innocentius gubernatorem miſit. Et alter germanus, qui Marchiam regebat,gubernacula eius dimiſit legato papæ.

Eodem tempore oratores regis Franciæ Genuam aduenerunt, & tantum operati ſunt, & perſuaſerunt, vt communitas ipſa Genuenſis cum archiepiſcopo ſuo,& cum cardinale de Fliſcho,qui ibi erat pro Romano pontifice,omnes

D ſubtraxerunt ſe ab obedientia priſtrina erga Romanum,adherentes Benedicto, vt vero pontifici, quòd magis imputatum eſt ad leuitatem, quàm veritati melius cognitæ. Iidem oratores regis Franciæ inde profecti Piſas,ad idem reduxerunt Piſanos cum domino ſuo Gabriele Maria filio illegitimo ducis Galeatij. Vnde & per ciuitatem ipſam,& per totum territorium eius diuulgatum fuit,& mandatum obedientiam remotam,& ablatam ab Innocentio,dari & offerri[debere]Benedicto.

Genuēſiū leuitas notatur.

E Non multò pōſt Benedictus, poſtquàm cognouit Genuam ad deuotionem ſuam, & obedientiam conuerſam,illuc profectus eſt cum curia ſua, vt valeret iuriſdictionem ſuam aptius ampliare. Qui honorificè, vt ſummus antiſtes, ſuſceptus eſt à Genuenſibus, & veneratus. Sed & Papa Innocentius Romæ vt magis firmaret ſtatum ſuum vndecim creauit cardinales., penè omnes Italicos. Cùm verò Romani inſolentia ſua frequenter tumultuarentur contra pontificem,propter quod & cardinales, & mercatores pro ſui ſecuritate ad habitandum circa ſanctum Petrum ſe contulerunt,& cum magna cuſtodia

Benedict' Antipapa Genuam venit.

F illius partis vrbis decreuit pontifex ſe cum curia Viterbium transferre. Sed non impleuit id, deuictus aliquorum precibus ex primoribus vrbis, veniam poſtulantibus de patratis,& offerentibus arcem Capitolij,& inſtitutionem liberam ſenatoris.

Pontificis

A. C. 1405.

Pontificis cum Romano populo graue diſsidium. A. C. 1405. Onup. Bl. Ioan. Vil.

§. I.

ANno domini 1405. ortæ ſunt diſcordiæ inter pontificem & Romanos. Populus ſiquidem Romanus paulò antè receptum immodicè exercebat libertatem, ex principibus autem Columnenſes & Sabelli plurimum poterant, Vrſini verò neglecti, atque ſuſpecti populo, quòd pontifici fauere putabantur. Curia ſanè plena atque locuples, Cardinales, & multi, & magnæ dignitatis. Pontifex apud baſilicam Vaticani cupidus otij, & præſente contentus ſtatu, modo frui ſineretur. Sed tanta peruerſitas quorumdam potentum Romanorum erat, vt nullus quieti relinqueretur locus. Et quibuſdam aſſerentibus Ladiſlaum cum exercitibus ſuis ad vrbem capiendam venturum, acceſſerunt quatuordecim ciues principaliores vrbis ad pontificem, poſtulantes, vt pro bono & maiori tutela ciuitatis fortalitia traderentur in manibus ſuis & præcipuè illud quod erat ad pontem Miluium ſupra amnem Tiberim extra vrbem, per quem ex Hetruria tranſitur in Latium. Et cùm non ad libitum exaudirentur, locuti ſunt audacius, quàm decebat tantum pontificem audire, quaſi comminantes.

Quæ cùm audiſſet nepos papæ, Ludouicus nuncupatus de Miglorottis, nimis ægrè & indignanter tulit, & poſtea temerariè vindicauit. Romani igitur cupientes pontem in ſuam poteſtatem redigere, ne quando inde noceri Latio poſſet, nocte inuadentes ſubita vi capere pontem adoriuntur. Cui rei milites pro parte Eccleſiæ ibi deputati reſtiterunt, ac magna vi vtrinque pugnarunt. Sub primam tandem lucem, re ex fumo cognita, celeriter alij milites Eccleſiæ Romanos in fugam verterunt aliquibus occiſis, pluribus vulneratis. Illi in vrbem reuerſi in Capitolio conſiſtunt, multitudinem conuocant. Feſtus erat dies: & plebs vino calens concurſat. Sumuntur raptim arma, vexilla promuntur ad oppugnandas pontificis ædes ire pergunt. Milites Eccleſiæ cõtra inſtare, parare tela, cohortari ſeſe, expectare forti animo populi impetũ ante molẽ Hadriani, quæ malè pacata erat, gentibus eccleſiæ vallum iacere. Nox denique certamen diremit. Ea nocte vigiliæ vtrinque in armis actæ.

Secutis mox deinde diebus de concordia agitatum eſt. Cuius rei gratia Romani ciues quatuordecim venere. Hi poſt multa cum pontifice agitata domum redeuntes, paulò ſuprà molem Hadriani inuaduntur, capti ex eis vndecim. (Nã cæteri in ipſo impetu dilapſi euaſerant) ad Ludouicum pontificis nepotem, cuius iuſſu fuerant capti, adducũtur. Deniq; omnes vndecim crudeliter interfecti ſunt. Inter hos duo fuerant ex duodecim viris, qui ad gubernandam rempub. creati fuerant, cæteri autem nouem ex primariis ciuibus: & (quod dolendum fuit) nonnulli ex

A iis, qui eas moleſtias inferri pontifici permoleſtè ferebant. Huiuſce autem rei, cum celeriter fama per vrbem vulgata eſſet, itur confeſtim ad arma, complentur omnes aditus, clamoribus & vociferationibus omnia reſonabant. Pontem Adriani caterua ingens occupat. Erant autem ij cæſorum agnati & propinqui. Stabatque ferri acies mucrone coruſco ſtricta: parata neci, cæſorum corpora iacebant media in via ſanguine fœdata, magniſque vulneribus confoſſa. A. C. 1405.

Pontifex hæc ſentiens miro dolore angebatur. Res enim tota eo inſcio tranſacta fuerat. Vir B erat vtique pacificus, & miris, à cuius lenitate nil magis abhorrebat, quàm cædes, & humani ſanguinis effuſio. Mœſtus itaque ſeſe, ac fortunam deplorabat ſuam oculos interdum ad cœlum tollens, quaſi Deum inuocaret teſtem ſuæ innocentiæ erga Romanum populum. Pontifex igitur his curis anxius, nec quid ageret, nec vbi conſiſteret præ nimio dolore ſciebat. Circunſtãtium verò variæ erant ſententiæ: alij confeſtim abeundum cenſebant, nec impetum populi Romani tam inſigniter læſi irritatique expectandum eſſe inſuper haud procul ab vrbe eſſe re- C gias copias, quas pro Romanis ſtare non ambiguum erat, alij nullo modo abeundum, ſed obſidionem tolerandam, auxiliaque ex amicis oppidis, acceſſenda cenſebant. Erant etiam qui poſtera vel altera die abeundum putarent, vt ſimul colligendarum rerum ſpacium eſſet, & vt non fuga, ſed migratio videretur.

Pontifex mitis & à cæde abhorrens.

Demum vicit ſententia eorum, qui ſuadebant è veſtigio abeundum. Igitur ſarcinulas colligere, & impedimenta componere contendunt curiales. Quod vbi pro temporis anguſtia factum eſt, primo turma equitum, deinde impedi- D menta pediteſque proficiſcuntur. Poſt hos pontifex cum omni curialium turba. Extremum fuit equitum agmen, qui aliquo interuallo ſecuti, vim, ſi qua immineret, à tergo repellerent. Superarant quatuor diei horę, cum vrbem egreſſi ſunt prædicti, profecti non ſine magno timore circiter ſecundam noctis horam ad vicum Cæſienum duodecim millia paſſuum ab vrbe conſederunt. Ibi per eam noctem commorati, poſtridie prima luce caſtra mouerunt & circa ſextam diei horam Sutrium peruenerunt. Sutrini omni multitudine extra portam diffuſa, E alacri vultu pontificem receperunt.

Pontifex Viterbiũ ſe recipit.

Sequenti die Viterbium aduenerunt, partem autem ſuarum rerum curiales ſecum Viterbiũ detulerunt, partem ex feſtinantia receſſus, & ex defectu iumentorum ferentium reliquerunt, quæ omnia remanentia Romani rapuerunt occiſis etiam aliquibus ex curialibus. Ioannes de Columna plurimos ſub ſe habens milites, & primus Columnenſium, qui ſimul cum populo fuerat ingreſſus ad prædandum palatium pontificis, & ibi ſe collocauerat ad habitandũ: miſit nuncium ad ſollicitandum regem Ladiſlaum F vt in vrbem accederet promittens ei tradere dominium eius. Qui non tardus adueniens, cum multis copiis ad eccleſiam ſancti Petri deſcẽdit. Nec tamen placuit populo aduentus eius: ſed multi ſuper hoc murmurabant, & obtrectabant. Et quotidie alij ſuperuenientes per vrbem in diuerſis locis ſe collocabant.

Abſente Romano Pontificis à tyranno Roma occupatur.

A.C. 1405.

Vna autem dierum quidam armiger de exercitu regis, contentiones habuit cum quodam Romano, & à verbis contumelioſis ventum eſt ad verbera, magnaque rixa confecta eſt inter

Romæ orta ſeditio militaris.

Romanos iuuantes conciuem ſuum, & ſtipendiarios regis defendentes commilitonem ſuũ. Et in pluribus locis vrbis diffuſa eſt talis rixa, quam ſecuta eſt occiſio plurium ex vtraque parte, & combuſtio aliquarum domorum, durauitque rixa vſque ad noctem. Quamobrem rex pauens furorem populi Romani, receſſit ab vrbe cum ſuis. Et Columnenſes & Sabelli aduerſarij pontificis ipſi etiam ex vrbe egreſſi ſunt.

Aduerſarij Pontificis ex vrbe recedunt.

B Et depoſitum & irritatum fuit, officium id, creatum paulò antè ad regendam vrbem & alium modũ regiminis inuenerunt. Sicque quieuit ciuitas. Cùm autẽ eſſet põtifex aliquot mẽſes Viterbij commoratus. Romani pœnitentia ducti, vrbẽ pontifici reddiderunt, ac multis legationib. miſſis reuocauerunt. Itaque reuerſus Innocentius Romam miro applauſu populi Romani ſuſcipitur. Non tamen nec tunc quietæ res, quoniam moles Adriani, in qua præſidium regis erat, obſidebatur, telaque & machinæ per vrbem volitabant, metuebatúrque à copiis regis. Demum C poſt aliquot menſes, & arx recepta eſt, & pax cũ rege ex ſuperioribus incurſationibus facta.

Eo tempore cum Aſtorgius dominus Fauentinus, conceſſiſſet dominium ſuæ ciuitatis legato, qui reſidebat Bononiæ, & licentiam obtinuiſſet à legato habitandi in Fauentia, & percipiendi fructus ſuarum poſſeſſionum, legatus profectus Fauentiam, fecit eum capi, & decapitari, aſſignans pro cauſa, quòd volebat tractare proditionem.

Anno. 1405. cum longo tempore familiæ Ordelaforum diu tenuiſſent dominium Foroliuienſe, nullo in dicto anno eorum remanente ſuperſtite, populus eius accepit ſibi dominium ſcribentes legato, quòd ſi dimitteret eos ſic regi, cenſum Eccleſiæ debitum darent. Sed legatus non conſenſit, immo cum copiis ſuis perrexit ad capiendam vrbem. Qui reſtiterunt viriliter pugnantes. Demum cum timeret legatus, ne ſe traderent alicui alteri, permiſit eos populariter ſemetipſos regere dando cenſum.

Foroliuienſes Põtifici cẽſum præbentes liberi relinquuntur libertati.

A C. 1405.

Piſarum varij domini & Gabrielis Mariæ mores: Naucl. ibid. Ioan. Vil.

E

§. II.

EX geſtis Innocentij ſeptimi vertatur ſtilus ad bellum, quo Florentini ceperunt Piſas tempore illo. Cùm dominium Piſarum à Petro Gambacurta, tranſiſſet in Iacobum Appianenſem per proditionem occiſorum eius, & in filium Iacobi poſt mortem ipſius, deinde ab eo dux Mediolanenſis Ioannes Galeatius illud accepit. F Qui moriens per teſtamentum ipſum reliquit filio ſuo illegitimo, quem ex concubina ſuſceperat, Gabriel Maria nuncupato, cuius imperium tenuit per tres annos vel circa. Hic autem cum tyranni more viuens, plura iniqua, miniméque ferenda patraret, odium ciuium incurrit. Qua ex re, vt tutior ſtatus eius redderetur,

Gabriel Maria Piſarũ dominiũ vult dimittere.

A nuncium ſecretum Florentiam miſit petitum, vt aliquem grauiorem ciuem ad ſe mitterent, quocum de communi vtilitate tractaret. Miſſus eſt Maſus Albirius ordinis equeſtris, vir prudentiſſimus in ſæculo, ad vicum Piſanum quo Gabriel acceſſerat, agitaturus cum eo de ineundo fœdere cum Florentinis, ſperans eorum coniunctione ſe fore in ſuo dominio firmiorem. Nil ibi cõcluſum eſt. Nihil enim mandatorum habebat Maſus, cum neſciretur, quæ Gabriel eſſet poſtulaturus. A quo ita diſceſſit, vt diceret ab eo poſtulata Florentiæ ſe relaturum.

A.C. 1405.

Maſus i. Thomas.

B Non potuerunt hæc ita occultè fieri, quin eorum fama ad Piſanos perueniret. Qui aliquid ſuſpicati de ciuitatis venditione agitatum, tumultum populi libertatem clamantis excitarũt. Gabriel ſuperatus à populo, vna cum matre, cuius potiſſimum conſilio vtebatur, in arcem fugit. Firmoque relicto iam in arce præſidio, defuncta matre Serezanam conceſſit: vbi de tradenda Florentinis vrbe agitari cœptum eſt: Oblata ſpe vrbis potiundæ, Ginum ex familia Caponum virum prudentem, & rebus gerendis accommodum ad Buccicaldum, qui pro rege C Franciæ Genuam tenebat, alterum oratorem ad Gabrielem mittunt, vt de tradenda vrbe tractarent. Multis deinde poſtulatis agitatiſque, tandem amiſſa omnĩ recuperãdæ vrbis ſpe, Gabriel Buccicaldi cohortatione ciuitatem cum omni eius ditione vendidit Florentinis prætio ducentorum millium florenorum, reſeruato ſibi oppido Serezanæ, Fauentia, quibuſdam aliis caſtellis paruis illis finitimis reſeruatis. Mandatum eſt Gino, qui conuentionis author fuerat, vt arcem reciperet pro populo Florentino. Eam autem receptam tradidit Laurentio Raffacano, D qui cum quingentis peditibus ad cuſtodiendã arcem miſſus fuerat. Capta eſt arx munitiſſima pridie Cal. Sept. an. 1405.

Fecerant poſt reſtitutam libertatẽ Piſani ad expugnandã arcem præparamenta. Itaque Laurentium monuit Ginus, vt diligenter arcis cuſtodiæ incumberet oſtenditque, qua ex parte capi poſſet, quæve pericula imminerent, niſi ad omnia remedia animus intentus paratuſque eſſet. Inde Florentiam rediit. Verum paucos intra dies ignauia eorum, qui arcis cuſtodiæ deputati erant contigit, vt Piſani ea parte, qua dictum E fuerat, arcem ingrederentur, militibus ducibuſque eorum non ad defenſionem, ſed fugam intentis, ita arx capta, ſoloque tenus euerſa eſt. Inde Piſanum bellum difficile ſanè ſecutum eſt tredecim menſibus confectum. Arce recuperata Piſani oratores Florentiam ad petendum pacem miſere. Verum eorum verba adeo in ferendis excedebant conditionibus (nam caſtella per Gabrielem tradita reſtitui poſtulabãt) adeo etiam præteritarum offenſionum memoria valuit, vt illis recedere iuſſis, non de pace, aut fœdere: ſed de bello cogitarent.

Multa equidem populum Florentinum ad F bellum contra Piſanos tanquam neceſſario ſuſcipiendum incitabant. Primum emptio optimo iure facta, vt non iniuria, ſed iuſtè arma ſumerentur. Deinde arcis amiſſæ pudor incitabat, animos quod dedecus victoria futura reſarciendum putabat. Antiquum præterea odium Piſanorum erga rempub. Florentinam, cui delendæ

Piſani bel li rationes.

ſæpius

A.C. 1405.

ſæpius omni ſtudio incubuiſſent. Studia inſuper
Gibellinarum partium, quarum ſemper fautores
fuere, hærentes imperatoribus cæteriſque qui
aut imperium, aut ruinam Florẽtinæ vrbis quæ-
rebant. Accedebant ad odia renouanda plurima
aſperaq́ue bella, inter Piſanos & Florentinos ma
iori odio, quàm viribus geſta. Nunquam præter-
ea quiſquam ſe Florentinorum hoſtem præbue
rat, cui non confeſtim ſponte ſua opem & auxi-
lia ſubminiſtrarent, exiſtimantes Florentini po-
puli damna ſuo accedere emolumento. Memine
rant quoque nuper Anglicos qui in Italiam tran
ſcenderant, præmio ab eis conductos, ab eiſque
Florentinum agrum multis calamitatibus vexa
tum. Itaque cum ſæpius rem Florentinam publi
cam ſuis conſiliis: & opere nutantem ac dubiã
reddidiſſent, viſum eſt optimum, ciuitatem illã
ſubigere, à qua in dies tot pericula iminerent. Ad
hoc etiam accedebat commoditas maritimi por
tus, qui in Piſanorum arbitrio ſitus, mercaturas
quibus Florentinus populus alitur impediret.
Magna quoque ſecuritas ab externo hoſte, & fu-
turæ pacis ſpes oſtendebatur, iis in poteſtatem re
dactis: qui & nouorum bellorum cauſam indies
præberent, & quieti paciq́ue aduerſi forent. quis
enim credere poſſet ab iniuriis eorum quieturos
eos, qui ipſi inter ſe nullo contenti ſtatu, diſcor-
des inſidiiſque inuicem domeſtica ſemper fa-
ctione, mutuáque cæde vrbem ſuam fœdarent.
Pacem igitur bello redimendam eſſe, nec præ-
termittendam eius vrbis oblatam expugnandæ
occaſionem. Hæc in conciliis & vulgo iactata, ci
uium animos ad bellum erectos acrius incende
runt, vt vrbem tanto pretio emptam, malorum-
q́ue omnium caput & originem, vi & armis ado
rirentur.

Belli Piſani apparatus. Leo. Aret.

§. III.

DECRETO itaque indictoque communi
conſenſu bello, parabant omnia ad expe-
ditionem ſpectantia. Primum decem viri in an-
num creati de quorum ſententia, auctoritatéque
gereretur bellum. Hi exercitum pararunt duo-
decim millium equitum peditumque, quibus
præficitur dux Bertoldus Sanonæ comes. Qui
ad hoſtes profectus, accepto exercitu primum
balnea montis Piſani per vim capta diruit, dein
de ad vicum Piſanum pergit, oppidum iuxta Ar-
num fluuium muris, turribus, & arce munitum,
loco eminenti & ad expugnandum difficili. E-
rat in eo præſidium electorum militum à Piſa-
nis miſſum. Id oppidum Bertoldus omni ex
parte obſidere cum parte copiarum, & oppu-
gnare acri certamine cœpit, reliquum exercitum
ad vaſtandum hoſtium agros deſtinauit, quæ la
te omnia populabantur. Erat ducis ſententia, ſi
eo caſtro potiretur (quia prope erat, diſtans ſci-
licet à Piſis octo milliaribus) faciliorem fore vr-
bis obſidionem. Ad obſidionem eius varia tor-
menta, machinæ, balliſtæ, & quas appellant bom
bardas, erant ad expugnationem parata. Quoti-
die magna cum cæde hominum ad muros pu-
gnabatur. Qui intra oppidum erant, adeo ab his
viriliter defenſabatur, vt pluribus menſibus irri
ta obſidio euaderet. Culpata eſt hæc in re ducis

Vicus Piſanus oppugnatur.

A negligentia, vt artis militaris inſcij, & parum in
bello prouidi.

A.C. 1406.

Quo poſt ſex menſes dimiſſo. Obizus Caro-
lus ei ſuffectus eſt. Ea tota hiems in obſidione
vici Piſani, & recipiendis caſtellis ac populatio-
nibus conſumpta eſt. Graue bellum exterius Pi-
ſanis erat, quod multo grauius inteſtinum diſſi-
dium effecit. Erant in ciuitate factiones duæ, al-
tera Gibellinorum Guelpharum alia. Prioris ca
put erat familia eorum, qui dicebantur Agnelli
ſeu Raſpantes, alterius familia dicebatur Gam-
B bacurta, quos vocabant & Bergolinos. Initio
belli Gibellini vrbem regebant, expulſis ante
Gambacurtis. Viſum eſt admodum vtile ad vr-
bis defenſionem Piſanis, odia inteſtina ſopiri, e-
xuleſque in vrbem reduci, quo facilius pluriũ
concilio auxilioque vnita ciuitas defenderetur.
Aduocarunt igitur Ioannem Gambacurtam cũ
ſua ſecta. Qui in vrbem reſtituti, abolitis priori-
bus, vt videbatur, odiis, firmataq́ue inter eos iu-
reiurando pace, publicæ vtilitati conſultare vi-
debantur. Addita eſt etiam religio, cuius vincu-
lum frangere nefas, & ſceleſtum putatur. Ambo
enim earum familiarum capita eiuſdem hoſtiæ
C ſacramento fœdus inter ſe firmarunt.

Diſſentio inter Piſanos.

At paulò poſt repetita priorum iniuriarum
memoria, neque pluris religionem, quam fidem
faciens Gambacurta, occiſo Ioanne Agnello,
multiſque ex primoribus aduerſæ factionis ciui
bus cæde ſublatis tirannidem vrbis occupat, ſpe
rans propter priſtinam ſuæ domus coniunctio-
nem cum Florentinis, ſe ſua voluntate ſuſceptã
tirannidem retenturum. Stultè id quidem, qui
ſibi perſuaſiſſet tantum exercitum paratum eſſe,
tantam impenſam factam, tot labores aditos, vt
ſolus vrbis dominio potiretur. Scripſit tamen
Florentinis, vt ſub fide publica liceret oratores
D mittere. Quod negatum eſt, niſi prius, quæ dictu
ri eſſent, ſignificaret: tunc quoque, an daturi eſ-
ſent, deliberaturos, qua ſpe excluſi omnia ad to-
lerandam obſidionem parauerunt neceſſaria.

Gambacurtæ infidelitas.

Et cum ad ſingula, quæ ad tutelam vrbis ſpe-
ctarent, eſſent intenti Piſani: tamen maximè illa
angebantur cura, vt frumentum vndecunque in
vrbem comportaretur. Nulli enim ambigebát
obſidionem diutinè ferri poſſe, ſi famem euitaſ-
ſent, quæ extremum malorum omnium videre-
tur. In primis triremis in Siciliam ad triticum
emendum miſſa eſt, quæ frumento onuſta cum
E ad littus valde hoſtes fugiens appuliſſet, incenſa
eſt, & frumentum omne abſumptum. Quæ res
haud paruum terrorem Piſanis incuſſit. Ne ta-
men frumenta ſibi deeſſent, triremes alias in Si-
ciliam miſere. Preparatis, qui pro maritimo cõ-
meatu agenda videbantur, ad curam terreſtris
auxilij conuerſi; Angelum Pergulenſem primo
mille equitum præfectum in ſubſidium accer-
ſiuerunt. Qui cum per agrum Senenſium mari-
timum ad ferendam opem Piſanis pergeret pro
pe Volaterras à Florentinorum equitibus ad id
diſpoſitis interceptus, acie victus eſt, ipſe cum
paucis territo fugit. Gaſparem deinde Vbaldinum
F virum inſignem in armis, cum mille quingentis
equitibus peditibus quadringentis conductum
præmio aduocarunt. Huic oppoſitus eſt Ludo-
uicus, pontificis Innocentij nepos, haud paruo
pretio cum mille equitibus à Florentinis cõdu-
ctus. Hic additis copiis Gaſparem in ſultans fu-

Fames extremum malorum.

Piſani ad ferendam obſidionẽ ſe comparant.

Auxilia Piſanorum funduntur.

A.C. 1406.

dit,ac fugauit.Demandatum erat præfectis equitum,qui in locis finitimis vrbis erant,quòd omni ſtudio curarent,ne quid frumenti, alteriuſve rei,quæ ad victum pertinet,deferretur.

Obſidio Piſana.

§. IIII.

CVM autem obſidio vici Piſani præter opinionem longius traheretur viſum eſt ipſas Piſas caput belli petendas atque obſidendas fore.Sed cum videretur difficilis,niſi fame tantę vrbis expugnatio,tam infenſis præſertim ciuium animis vtiliſſimum viſum eſt prouidere,vt commeatus terra mariq́ue intercluderetur: & terra quidem præfectis equitum negotium datum eſt: vt vndiqueà commeatu inuehendo prohiberentur.Multi deferentes capti,pœnas dederunt,quo metu perterriti cœteri ab importando abſtinuerunt.Ad maritimos autem commeatus prohibendos,pontem ſupra Arnum mare verſus vrbi propinquũ firmiſſimis lignis ac trabibus erexere defixis intra aquas ſudibus groſſioribus: quo reditus exituſque præcluderentur.In vtraque fluminis ripa pons caſtellis firmiſſimis munitus eſt,ne quis pontem diſturbare valeret. Vnicuiq; caſtello ſuus præfectus datus eſt cum valido præſidio,quo facultas hoſtibus diſſipandi pontem auferretur. Erant præterea Florentinorum copiæ ab vtraque vrbis parte haud procul à mœnibus caſtris poſitis quæ omnem ſpem auxilij externi auferebát.Ad hæc ex ordine pręparanda Maſus Albitius miles,& Ginus Caponus decreti. Decreto inſuper publico cautum eſt,vt qui ciues ſubditiq́ue capite damnati, aut mulctati,ob noxam pecunia, aliave de cauſa exules facti:vſque ad finitum bellum ſua impenſa in caſtris militaſſent, aut alios pro ſe miſiſſent, condonata pœna reſtituerentur. Multi inde ſpe reſtitutionis conuenere quæ cohors plurimum in bello fuit operata.

His rebus territi Piſani cũ ſpes maritimi frumenti adempta eſſet:& vndique terra obſeſſi forent, externam opem implorare coacti ſunt. Et primum ad regem Ladiſlaum miſere, qui vrbem illi traderent aduocarentq́ue ad eam capiendã,quę ſe vltro in ſuam ditionem offerret. At is reiectis oblationibus,nequaquam ſe cum Florẽtinis eorum gratia bellum aliquod ſuſcepturum reſpondit. Eoq́ue reſponſo perculſa ciuitas(& iam fames increſcebat)regi Franciæ ſeorſumq́ue duci Burgundiæ (is Ioannes vocabatur)vrbem obtulere,ſe ſuaque vtrique liberè dedentes. At rex Florentinis ciuitatem oblatam deditamq́ue ſignificans,ducem bellum ciueſq́ue,qui bello gerendo præerant per caduceatorem ac literas rogauit,vt ab armis diſcederent,cum regiæ ditionis ciuitas facta eſſet. Reſponſum eſt à Florentinis emptam à ſe vrbem eſſe ab eo,qui in illa ſummum ius imperiumq́ue à patre relictum haberet credereq́ue ſi notum hoc regi extitiſſet,ſe nequaquam illum pro eius modeſtia, animiq́ue æquitate,quicquam quod iniuſtum videri poſſet poſtulaturum,emptionẽ legitimè factã eſſe & pecuniã perſolutã, vt nulli dubiũ eſſet quo iure ad eos ſpectaret,neque ciuibus Piſanis vllum arbitrium iure permiſſum ſe aut ciuitatem dedendi.

Piſæ ſe regibus dedunt.

Rex Franciæ Piſas tuetur.

Venundatos enim non ſui, ſed alieni iuris eſſe. Enumerata ſunt præterea mutua odia. Piſanorumq́ue in Florentinos iniuriæ motaq́ue ab illis bella quibus Florentina ciuitas maxima ſubiiſſet pericula. Cariorem inſuper debere eſſe regiæ prudentię Florentinã vrbem quam ſuos pręceſſores inſtauraſſe fama erat, ſemper auxiſſe certè,& conſeruaſſe cõſtaret quàm ciuitatem Piſanam,quæ non in regis gratiam,ſed in odium Florentinorum deſperatis rebus quærat nunc in antiqua deuotione atque amicitia verbis diſſidia iniicere. Verumtamen miſſuros ſeſe ad regem oratores qui eiuſmodi rationibus docerent Florentinum populum iuſtum mouiſſe bellum,ſperare quoque regem, ſi id poſtularetur, auxilia daturum.

Acquieuit his verbis regis nũcius & vt vir prudens regi reportaturũ hæc ex ſe dicẽs ſperare ſe ait haud ingratam illi eam reſponſionem fore. Burgundiæ ducis caduceator paucos poſt dies adueniens verbis minacibus iuſſit exercitum inde abire confeſtim, obſidionemq́ue relinquere eius vrbis,quæ ſuo Domino à ciuibus tradita extitiſſet:cumq́ue eiſdẽ rationibus ſuam cauſam tutarentur Florentinorum præfecti vir leuis, & ira feruidus commotus animo acrius,inſultare verbis minas & contumelias addens iuſſi lictores quidam hominem veluti dementem, in flumen (quod propinquum erat)deiicere, qui tamen ope circunſtantium ex aqua, ne ſuffocaretur, extrahitur.

Triremes interim ad naues obſeruandas in Siciliam profectas paratæ fuerant quæ cum frumẽto oneratæ redeuntes,intelligerent fruſtrà ſe aditum tentaturas, vrbe vndique obſeſſa obq́ue id retrocedere vellent,orto aduerſo vento,qui illas inportum compulit paruo certamine captę ſunt ereptumq́ue frumentum demerſis & nauibus & in caſtra oppidaq́ue quę fame vrgebantur,comportatum eſt,ex quo inopia incopiam verſa eſt.

Florentini Piſanorũ frumentũ capiunt.

Intenti ad omnem rei benè gerendæ occaſionem Piſani cum Arnus fluuius continuis imbribus exercuiſſet præter ſolitum id quod accidit rati vim magnam ingentium trabium, quas de euerſis domibus ceperát in flumen detulerũt, quæ in pronum delatæ pontẽ aquæ impetu ſuo diſſoluerent. Accidit magna ex parte, quod opinati ſunt,Nam maior pars pontis diſturbata eſt adeo vt nulli tranſitus daretur caſtellaq́ue & caſtra mutuo ſubſidio priuarentur. Eam rem conſpicati ciues concurſu omnium ad id caſtellum quod in ripa erectum erat,facto omni conatu expugnare adorti ſunt.Saluti fuere præfecti equitum duo quæ cum alia de cauſa ferme ſoli flumen tranſiſſent animaduerſa caſtelli expugnatione cum quatuor fere equitibus magnis clamoribus iam exercitum aduentare clamitantes pugnantem populum aggreſſi ſunt adeoq́ue inter hoſtes ſe immiſcuere vt vni ex pręfectis equus occiſus ſit.Piſani credentes alias copias præfectos ſequi territi ab oppugnatione deſtiterunt fugienteſq́ue in vrbem reuerſi ſunt. Multi ex eis capti ſaucij interfectiq́ue ſunt.Atrox enim aliquandiu certamen fuit.Piſanis in ea expugnatione ſalutis ſpem ponentibus.Hi qui in altero caſtello circa flumen erant,aſcenſis lembis,nauiculiſq́ue tranſito alueo opem ſociis tulerunt.

Piſani põtem ſuper Arnũ poſitum euertunt.

Turbabant complura aduerſa Piſanorũ mentes quie-

A.C. 1406.

tes,quibus ad deditionem copellerentur: Nam & maxima pars oppidorum, caſtrorumq; tum vi,tum fame à Florentinis recepta erāt:& iā vicus Piſanus poſt decimum obſidionis menſem in poteſtatem venerat. Fames quoque rebus cæteris perículoſior populum vrgebat,& tum maritimi tum terreſtris auxilij ſpe ſublata animos ciuium debilitabat,& iam cōſumptis herbis radicibuſque immunda animalia comedere compulſi erant,multique indies fame interibant ex plebe. Hoc fœdo ſecundo ſpectaculo territi Piſani mulieres,ſenesq;,& imbellē turbā extinde foras eiiciebant. At Florentinorum præfecti in vrbem redire compulerunt quo citius conſumptis cibis,cogente fame,aut tumultus eſurientium excitaretur, aut vrbis deditio fieret. His tot malis deuicti ciues, creſcente indies fame cum tabida corpora per vicos, moribundique ante oculos verſarentur omni deſperata ſubſidij ſalute velut ſtupidi incerta conſilia verſabant animo,neque deditionem ſibi perſuadentes,neque valentes tolerare famem.

Piſani fame laborant.

Gambacurtæ opera Piſæ Florentinis deduntur. idem.

§. V.

HANC ob rem ſibi metuens Ioannes Gambacurta,penes quem tradendæ vrbis poteſtas erat:tādem oratores noctu in caſtra data publica fide miſit, qui de cōditionibus agerent vrbs concedendæ. Id tamen ſecretè agi voluit Gambacurta, quoniam verebatur, ne ſe inuito vrbs à ciuibus traderetur. Agebatur de conditionibus cum Gino & Bartolomæo Corbinallo:qui ambo ex decem viris erant. Re pluribus noctibus agitata,tandem pacti ſunt decem viri dare Ioanni Gambacurtę florenorum millia quinquaginta & oppida quæ de comite Balnei capta erant. Inſula præterea Gorgona, Capraria, & Gilium conceſſa. Exuléſque Piſani omnes qui ſuæ factionis erant,reſtituti ciuitati. Inſuper & familiæ Gambacurtæ immunitas data. addita eſt præterea Florentiæ domus,pluraque alia conceſſa,quæ ex authoritate populi confirmanda detulit Florentiā Ginus. Dati ſunt propterea vtrimque obſides pro conſeruandis, quæ fuerant conuenta. Quamuis autem certi eſſent Florentini paucos intra dies famem coacturam Piſanos ad vrbem dedendam,& eos per vim capi poſſe, tamen ſatius viſum eſt, vrbem pacatè ingredi ne à militibus diriperetur, quā aut per diſſenſionem populi, aut famis auxilio ciuitas periclitaretur. Erat in conditionibus, vt Ioannes primo vrbem,deinde oppida ſingula, quę in poteſtate eſſent Florentinis traderet. His conditionib. per Ginum Florētiam delatis,iuſſúque populi cōfirmatis Ginus authoritate omnium magiſtratuum ad recipiendā vrbem in caſtra rediit,confeſtimque deditio facta eſt,Florētinorúmque pręſidia in vrbem intromiſſa quinto idus Octobris anno à natiuitate ſaluatoris poſt milleſimum 1406.

Recepta ſummo cū otio ciuitate,panis abundè omnibus datus eſt, nec crudele quicquam aut aſperum in vrbe patratum. Poſt ingreſſam

A vrbem palatium,in quo magiſtratus ſupremus erat Ginus petiit ab iiſque deditionem comprobari vellent, clauéſque portarum in ſignum deditionis tradi. Hæc tanta fortunæ commutatio nonnullorum flexit animos,ad contemplandam variam rerum humanarum ſortem. Nam cum,qui in magiſtratu vrbi præfuerant,à Gino peterent,quid acturi eſſent,è palatio abire, domos & Florentiam ire iuſſi ſunt,& qui paulò antè imperare cæteris ſoliti erant alterius imperio parere coacti ſunt. Poſtridie cum ſtatus ciuitatis eſſet conſtituendus: Ginus vtile fore ratus ad mitigandum ciuium animos,& ad ſpem futuri erigendos,concione aduocata.

A.C. 1406. Rerum humanarum incōſtātia.

Neſcio,Piſani ciues(inquit)veſtro ne delicto an noſtra virtute veſtram ciuitatem in noſtrum arbitrium Dei volūtas redegerit,ſed exiſtimandū videtur ſummi Dei prouidētiam veſtrorum tum aduerſus eccleſiam ſuam, tū aduerſus voſmetipſos,tum erga nos facinorum memorem, vos illis ſubdidiſſe,quibus ſemper inimiciſſimi extitiſtis. Nam ſcelus per vos perpetratum in Dei antiſtites, quos crudeli morte in mari ſuffocaſtis: & inteſtinæ diſſenſiones, proditioneſque ciuiles mutuis ſemper odiis inter vos excitatæ,mala quoque permulta, quorum authores contra nos extitiſtis ad vindicandā tantam iniquitatem crudelitatémque altiſſimum prouocarunt. Quo enim animo(vt de nobis loquamur) erga nos fueritis, ipſi teſtes ſumus: quos nullum ob noſtrum delictum ſæpius in libertatis diſcrimen deduxiſtis. Nam & Anglorum gentem,noſtra memoria per vos in noſtrā perniciem comparatam, noſtrum territorium omni clade vexare iuſſiſtis, & nuper vice comitum familiam,libertatem noſtram appetentem omni ope iuuiſtis,& ducem Mediolani, vt nos ſibi ſubderet,in dominū accepiſtis veſtrum. Multas alias à vobis in nos iniurias omittendas duxi:vnum tamen minimè prætermittendum eſt,neminem vnquam fuiſſe Florentini populi hoſtem quæ vobis non fuerit amicus cui non faueritis alacres omnibus malis,quę inferrētur nobis. Hæc cauſa nos maximè mouit ad conſulendum libertatis noſtræ ſaluti, quam dubiam per vos reddi conſpiciebamus.

Cur Piſani in aliorum poteſtatē venerunt.

Veſtris igitur meritis, veſtris operibus coactus eſt merito populus Florentinus vt aliquando eos ſibi ſubiiceret qui ſe aliorum ſubditum maſſe voluiſſent. Gratia Dei factum eſt,vt potiremur victoria, pacatique ingrederentur vrbem milites noſtri,abſque alicuius noxa. Nihil cuiquam ablatum nulla vel parua quis iniuria affectus Id egimus:vt non deſtrui tātam ciuitatem velle,ſed conſeruare acceptam videremur. Hoc vobis argumentum ſit quo erga vos animo Florentinus populus in pace vobis ſit futurus cum belli tempore & in victoriæ licentia(quæ ſolet eſſe inſolentior) tanta moderatione vſi ſumus ſeruantes vobis ciuitatem,quam delere pro arbitrio licebat. Seruati ad vnum eſtis omnes & bona ſua ſingulis conceſſa & cibus inſuper abundè præbitus, quo eſurientia corpora reficerentur. Mittite Florentiam,qui adeant ſenatum noſtrum,& vos veſtraque omnia illius iudicio liberè permittant. Certus ſum & humanitatem & clementiam vberiorem apud hoſtes quondam reperietis, quàm ſitis apud ciues veſtros experti

Piſarum occupatio per florentinos maximè pacata.

A.C. 1404.

paruo qui poſtea patuit. Nam capta arce & ea munita proditionem exercuit erga dictum dominum Brunorum, & fratres eius paruos, ipſos capiens & carceri mancipans, ac dominium Veronęp to ſe accepit, poſtea à Brunorus dimiſſus eſt in Alemanniam cum vno ex fratribus. Cauſam huius, vt auſtam aſſignabat, quia cum in captione Veronæ à duce fuiſſet ſibi promiſſa Vincentia nec tamẽ ſibi conceſſa, ideò pro ea Veronam acceperat.

Veneti cũ Mediolanen. fœdus ineũt.

Eo tempore Veneti multum indignati ſunt ex eo, quod cum perſuaſiſſent, vt pacem facerer, ſcilicet domino Franciſco Patauino cum duce Mediolanenſi noluerat aſſentire. Quamobrem ſtatuerunt contra eum bellum mouere, & facere colligationem cum duce Mediolanenſi ad offenſionem Patauini & hoc ante fuerat, quàm Patauinus obtinuiſſet Veronam. Qua capta cum in pactis ligæ poneretur, quod interea dum bellum duraret contra Patauinum, Veneti in pignus tenerent Vincentiam & Veronam cum ea amiſſa non poſſent capitula ſeruari, colligatio illa diſſoluta eſt. Poſtea tamen in deditionem acceperunt Vincentiam Veneti, profligatis copiis Patauini, quæ ad illam capiendam contendebant. Qui poſt hæc miſit Marchionem Ferrarienſem ad Venetos, & ſuos oratores alios ad querelam exponendam contra eos & nihilominus pacẽ cũ eis, & concordiã affectando. Cui data ſunt generalia verba, & cor eorum non erat rectum cum eo. Sed capta Verona magis exoſum eum habentes decreuerunt ſtatum eius iuxta poſſe ad nihilum deducere. Vnde & conduxerunt ſtipendio ſex millia equitum & peditum magnam multitudinem ducemque exercitus inſtituerunt Pandulfum de Malateſtis dominum Piſauri. Quod intelligens dominus Patauinus, & ipſe conduxit gentes multas ad ſui defenſionem. Idemque fecit Marchio Ferrarienſis qui adiuuabat, vt affinis, partes eius colligatus cum eo. Florentini autem hæc videntes miſerunt oratores ſuos ad Venetos, quætentes inter eos pacem componere. Sed nil horum valuerunt obtinere, gratias tamen agentes eis de labore ſuo, & bono affectu pacis ad eos.

Veneti cũ Patauino de Verona certant.

Pãdulph⁹ dux Venetorum cõtra Veronenſem inuaſorem mittitur.

Pãdulfus igitur dux exercit⁹ ſumpta poteſtate officij perrexit Taruiſium, vbi copiæ Venetorum erant congregatæ & cum eis profectus eſt contra Patauinos, poſueruntque caſtra ſua non longè à ciuitate omne genus damnorum inferentes contra eos, habueruntque plures conflictus adinuicem in quibus læſæ ſunt pluries copiæ Venetorum. Fixi tamen ſteterunt in locis, vbi caſtrametati erant. Et quia loca illa erant paluſtria, peſtis ibi orta eſt propter hoc, tum etiam quia penuriam habebant victualium lentè exercebantur ad prælium. Dux autem infirmatus fecit ſe Venetias deferri & quia infirmitas perſeuerabat. Piſaurũ infirmus delatus eſt, & ali⁹ capitaneus loco ei⁹ inſtitutus. Et ad fortius prælium exercendum auxerunt exercitum conducentes Veneti dominum Mantuanum, & dominum Iacobum Vernienſem, qui cum copiis aliis magnis miſſi profecti ſunt cõtra Veronenſes facientes magnas deuaſtationes in locis illis. Dominus autem Patauinus viriliter reſiſtebat illis.

Eodẽ anno cũ dñs Patauinus miſiſſet magnã

A.C. 1405.

A partem ſuarum gentium Veronam pro tuitione copiæ Venetorum profectæ ſunt ad locum, qui dicitur Picuatico diſacho: locum valde fortem & circundatum muris & foſſatis, & violenter illuc ingreſſi magnam prædam inde aſportantes pro ſe munierunt, in notabile damnum Patauinorum. Cumque continuaretur bellum inter Venetos, & dominum Patauinum cum quo (vt dictum eſt) colligatus erat Marchio Ferrarienſis gener ſuus, quem vt filium diligebat, tanta cariſtia victualium inuaſit terras Mar B chionis, vt ſubditi ſui magnas querelas mouerent contra eum propter quod ad querelas auferendas conſulens ſuis deficiens à Patauino ſocero ſuo, concordiam egit cum Venetis vnde magnum detrimentum Patauino ſecutum eſt.

Marchio Ferrarienſis à Patauino deficit.

Anno autem mileſimo quadringenteſimo quinto Dominus Mantuanus, & Dominus Iacobus Vernienſis, capitanei gentis Venetorum menſe Iunij decreuerunt prope ciuitatem mouere bellum, vt auferrent Veronenſibus recollectionem frugum. Veronenſes autem cum iam paterentur penuriam victualium & timerent famem ſequendam nimiam, ſi meſſes amitterẽt, C ac etiam exoſum habentes dominium Patauini propter proditionem factam dominis eorum antiquis, illis ſcilicet de Scala, Gulielmo & Brunoro, armis correptis tumultum fecerunt, & aperuerunt vnam ex portis ciuitatis copiis Venetorum. Qui ingreſſi diſcurrerunt per vrbem capientes dominium eius pro Venetis. Quamuis autem Dominus Iacobus ſecundo genitus Franciſci de Carraria, qui ciuitatem regebat faceret aliquam reſiſtentiam cum gentibus ſuis cito ſuperati ſunt & aufugerunt in arcem. Gentes autẽ, quæ cum eo erãt cõuentione facta cum hoſtibus, dimiſſę fuerũt ſaluis earum D perſonis & ſubſtantiis. Remanſit autem dictus Dominus Iacobus, obſeſſus in arce à copiis Venetorum cum quibuſdam. Ad quam obtinendam cum præliaretur occiſiones & damna ſecuta ſunt multa in obſidentibus & obſeſſis balliſtis, bombardis & aliis viis. Tandem conuentionem dictus Dominus Iacobus fecit cũ Venetis tradere fortalitia certis pactis, ſed prius voluit habere ſaluum conductum ab eis eundi Patauium ad patrem & in reditu ea tradere promiſit. Et cum ipſum ſaluum conductum liberum obtinuiſſet, pergens ad patrem in via antequam applicaret captus eſt à gentibus Venetorum, pro eorum excuſatione dicẽdo, quod non E obſeruaſſet promiſſa. Captus verò miſſus eſt Venetias, & carceri aſſeruatus.

Carrarienſis Gulielmum Scalam Veneno necarat eiuſque filios incarcerem cõiecerant.

Veneti Verona potiuntur

Arces Veronenſes traduntur Venetis

Saluus cõductus .i. fides publica.

Eodem tempore, quia copiæ Venetorum circa Patauium inſiſtebant deuaſtationi frugum propter hoc populus Patauinus hoc non æquè ferẽs, ne famem incurreret tumultum fecit, ſed Dominus Frãciſcus ſuo opere & induſtria quietauit eum. Et animaduertens periculum ſuum, quæſiuit concordiam facere cum Venetis. Sed quia petitiones Venetorum nimis erant graues & difficiles, ideo nihil eſt concluſum.

Quietare. i. componere.

F In menſe autem Nouembri cum Veneti tenuiſſent Patauium obſeſſum per plures menſes adeo quod defecerant eis victualia neceſſaria: cum dominus quæreret ſe concordare cum capitaneo Venetorum interea populus tumultuãs contra dominum tradiderũt ſe Venetis, introducen

Item Patauium obtinent.

ducen

A.C. 1408.

ducentes gentes eorum. Fugiens autem ipſe cū tertio filio eius capti ducti ſunt Venetias & carceri vbi erat alter filius ei⁹ adiudicati. Poſtea in fine Ianuarij fecerūt eos veneficio vitam finire, & viliter ſepeliri quod ad ſæuitiam non modicam imputatum eſt eis.

De Gregorio.xij.Papa,& Alexandro.v.Papa,& quibuſdam geſtis diuerſarum partium terræ.

CAP. V.

Mors Innocētij.7. Naucl.ge.47.Onup.Æmyl.

ANno domini milleſimo 406. menſe nouembri Innocentius ſeptimus migrauit ad dominum, graui infirmitate à domino viſitatus. Poſt cuius honorabiles exequias more ſolito celebratas cardinales conuenientes, ſe omnes obligauerunt ſub grauiſſimis iuramentis & ſolennibus: quòd quicunque eorum eſſet electus laboraret ad tollēdum ſchiſma, & vniouē eccleſię procurandam. Et ingreſſi cōclaue intra paucos dies elegerunt inpontificem ſummum patriarcham Conſtantinopolitanum, natione Venetum, & nobilem ſecundum ſeculum iam ſeptuagenarium, Qui ex Angeli priori vocabulo aſſumpſit ſibi in papatu Gregoij nomē duodecimi eius nominis.

Gregor.12.Pontif.207.ſed.2.8.m.7.d.8.A.C.1406.

Fuit vir iſte à pueritia magnæ ſanctimoniæ & ſapientiæ. Hic electus iterum & denuo fecit iuramentum & votū omnia facere ſibi poſſibilia ad vnionē eccleſiæ dandā. Vt autē fuit tranſiatus Innocētij Florentiæ nuncitus, vir religioſus, ordinis prædicatorum per cuncta laudabilis frater Ioannes Dominici: egregius prædicator potens in operē & ſermone coram domino, & omni populo qui pluribus continuatis quadrageſimis Florentiæ prædicauerat in eccleſia cathedrali, & ſanctæ Mariæ nouellæ, & bis in die cum maxima gratia & fructu, propter fragrantem odorem ſanctitatis eius, & facundiam, ſapientiam: vt feruidus zelator eccleſiaſticæ vnitatis, tūc moram trahens cum multis fratribus in conuentu ſancti dominici Fæſulanenſis diœceſis ab eo funditus ædificato: acceſſit ad magiſtratum Florentinum: exortans ipſum & perſuadens operam dare cum eligendo pontifice pro vnione facienda. Qui cum non ſurda aure audientes decreuerunt cōmuni conſilio ipſum ad curiam deſtinare, futuram electionem præuenientes. Quo facto pedeſter, & humilis, & pauper Romam profectus eſt: inuenitque cum applicuiſſet conclaue cardinales intraſſe.

Ioannes Dominici laudes vide infra. tit.23.c.11.§.3.

Ioannes Dominici Romā ad vnionem procurandā pergit.

Quamuis enim mortuo Innocentio in ambiguo eſſent procedere ad electionem, vel potius ſuperſedere: & expectare ſi forte Benedictus vellet renunciare poſt literas ad eum directas vt vel ſic congregato vtroque collegio cardinalium, ab omnibus ſimul vnus poſt renunciationem illius eligeretur a.: quam vnionem efficiendam principes & communitates chriſtianitatis pluries vtrunque rogauerant demum conſiderantes pericula magna, quæ poſſent contingere in tali mora, quæ breuis

A eſſe non poterat, & iterū nullo præſidēte ex illa parte, confuſio & ruina poterat formidari diuerſis ex cauſis, demum decreuerunt electionem ſequi, per chiro graphum facta promiſſione, iuramento, & voto à quocunque cardinalium, vt ſi contingeret eum eligi, daret omnem operam & diligentiā abſque fraude & dolo vllo ad vnionem efficiendam etiam ſi oporteret eum propter hoc papatui cedere.

A.C 1406.

Cardinales procurandam ſe vnionē iurant.

Electo igitur Angelo & Gregorio duodecimo nuncupato immediatè renouauit ipſe pro-
B miſſionem iuramenti, & votum, quod ipſe cum cæteris ante electionem fecerat. Quod cum per literas ſignificari mandaſſet principibus & communitatibus plurimis omnes gauiſi ſunt gaudio magna valde, ſpe futuræ vnionis eum ad cœlum extollentes. Præfatus autem frater Ioannes Dominici, in publico poſtmodum conſiſtorio opportunitate ſibi data: ex parte communitatis Florentinæ coram Gregorio, & cardinalibus tam ſcientificè, quàm luculenter ſermocinatus eſt, ſupplicās, exhortans & rationibus pluribus ipſam vnionem, quantum
C in eis erat, conſequendam, ad quod communitas ipſa offerebat ciuitates ſuas, & caſtra pro loco & omne auxilium & fauorem.

Gregori⁹ ſe iterum voto adſtringit vnione procuratiū.

Paulò pòſt Florentini miſerunt quatuor ſolemens viros in oratores, ſcilicet Dominum Iacobum Altouitam epiſcopū Fæſulanū, ordinis Prædicatorum, dn̄m Maſſum Albitium & dominū Rainaldū Ganfiliaſum milites, & Honofriū Strozum ad viſitādum pontificem & congratulandum de promotione ſua & reuerentiam vt ſummo antiſtiti exhibendam vt moris eſt. Qui honorificè ſunt ab eo, & curia tota recepti &
D grauiſſimè auditi cùm ad idem deprecarēturſcilicet efficiendam vnionem. Cognoſcens autem Gregorius præfati fratris Ioannis ſcientiam ſanctam conuerſationem eius in domino cuius olim familiaritatē habuerat Venetūs cum in minoribus eſſet: nec ignorans ſapientiam, facūdiā & induſtriam eius in agendis (erat enim tenaciſſimæ memoriæ vt pene omnia in mente recenter haberet, qui fere cuncta plegerat) ei mandauit, vt à curia non recederet: frequenter accerſiri eum faciens in conſiliis ſecretis.

Florētini legatos ad Pontificē mittunt.

Gregor. Ioannes Dominici in vrbe retinet.

E

Gregorius & Benedictus ſibi mutuo ſcribunt. Naucl. ibid. Aemyl.

§. I.

STATIM ergo Gregorius aduerſario ſcripſit Benedicto nuncupato benignè ad pacē illum inuitans & ſe ad abdicationem mutuam offerens. Aduerſarius totidem fere ſyllabis reſcripſit. Eadem inuitatio fuit, eadem cohortatio. Tractatur de loco, vbi ſimul habeant
F conuenire: Et poſt, conueniunt de ciuitate Sauona, quaſi in medio conſtituta: & ad quam per mare, & terram eſſet acceſſus. Et vt ſequi videatur effectus, incipiunt appropinquare. Recedit ab vrbe Gregorius Senas pergens, & exinde Lucam, Benedictus verò Genuam. Interea patefactæ ſunt Gregorio à fide dignis inſidię ſibi paratæ Sauonæ à Benedicto: quod ciuitas illa pro ſe. ſ. Benedicto erat munita.

Gregori⁹ & Benedictus conuenire ſimul volūt vel ſingūt.

Benedictus & Gregori mors,

Erat enim ille Benedictus (etſi literatus) calli diſſimus

A.C. 1406.

diſſimus hominum, verſipellis, & ſuis aſtutiis vt anguilla, de manibus ſtringentis elapſa, lubricus & verſatilis: Gregorius autem, vt agnus innocens, & ſine felle columba. Percipiens ergo Gregorius aduerſarium non verè quærere vnionẽ, ſed ſui ſubuerſionẽ, vt ſolus remaneret in ſede Petri mutauit vt ſapiens propoſitũ ſuum in eundo Sauonam. Et quamuis quidam dixerint, quòd trepidauit timore, vbi non erat timor, & has ſuſpiciones immitterent ſui vel ipſe ſimularet, ne Papatum dimitteret, non ſic alij viri timorati non ſic, ſed quòd iuſtam cauſam timoris & deceptionis habuerat. Miſerũt nihilominus nuncios & literas alter ad alterũ tractantes de alio loco, & nunquam conuenire potuerunt. Benedictus, vt magis ſimularet intentionem ſuam, & votum ad vnionem efficiendam, adhuc ad Gregorium magis appropinquauit, ad portum Venereum veniens.

Gregorius cur non adierit Sauonam.

Gregorius autem Lucæ permãſit per plures menſes, ibique creauit quatuor cardinales, ſcilicet præfatum Ioannem Dominici, quẽ prius archiepiſcopum Raguſinum inſtituerat, non illa quærentem, ſed renuentem, præualuit tamen voluntas Pontificis, ne diuinæ voluntati videretur obſiſtere. Secundus fuit dominus Antonius nepos ipſius Gregorij Bononienſis, prius ab eo epiſcopus factus. Tertius Gabriel etiam Venetus, & dicti Antonij ſocius indiuiduus, prius Senenſis epiſcopus. Et hi duo ex religione Cœleſtinorum ſeu congregatione quæ Venetiis habetur fuerunt aſſumpti viri timorati & mundi contemptores, Gabriel verò is fuit qui poſt Martinum ſucceſſit in Pontificatu vrbis dictus Eugenius: vt infrà patebit. Quartus fuit vir etiam multum religioſus & probus epiſcopus. Dictam tamen promotionẽ cardinalatus aliqui multum ægrè tulerunt, Oratores plurium principum Lucæ exiſtentes ſuadebant Gregorio, vt iret Sauonam, & præcipuè regis Franciæ: qui meritò habebantur ſuſpecti, quia aduerſario adhærebant. Alij contrarium conſulebant quia non eſſet tutus acceſſus Gregorij, vt Ladiſlaus rex Apuliæ, & alij intimi animi & timorati viri. Et cùm poſt multam practicam de loco conuenire non poſſent & iam res deſperata eſſet de vnione, creauit Gregorius, & alios plures cardinales viros prudentes, probos & peritos, & inter cæteros magiſtrum Lucam ordinis Humiliatorum, ab eo prius Fæſulanum epiſcopum factum, decrepitæ iam ætatis, ſed magni conſilij virum ſacræ Theologiæ profeſſorem peritum & magnæ famæ & probitatis. Quod etiã magis conturbauit cardinales antiquos ſuos.

Cardinales quatuor à Gregorio creãtur Pius. 2. lib. 2. coſmog. c. 58.

in ſ. c. 3.

Practica. i. mutua partiũ collatio.

Cardinales à Benedicto & Gregorio diſcedunt concilium Piſis celebraturi. Aemyl. lib. 10. Blon. lib. 10. dec. 2.

§. II.

SVBLATA igitur ſpe omnino conueniẽdi ſimul inter Benedictum & Gregorium cardinales priores, dum adhuc Lucæ eſſent, vnde & propinqui cardinalibus Benedicti habuerunt ſecretum tractatum adinuicem vtriuſque pontificis cardinales recedẽdi ab eis, & vt in aliquo loco conuenientes celebrarent generale concilium, vocãtes ad id omnes prælatos Eccleſiæ. Quod executioni cito mandatũt recedẽtes illi à Luca, & alij à portu Veneris ad terras declinãtes Florentinorum. Hic receſſus cardinalium, qui fuit occultus (timebant enim ne Gregorius faceret eos capi, vt conſpirantes contra eum) factus fuit anno dñi. 1408. menſe Maij. Et primo conuenerunt aliqui eorum cum illis Benedicti in Liburno, & ſequenti Iunio mortuus eſt Piſis cardinalis Florentinus de Accaiolis. Gregorius autem cũ paucis creatis ab eo cardinalibus reuerſus eſt Romam, & alter cum paucioribus in Franciam.

A.C. 1408.

1. Super ea re Florentiæ diutius eſt diſputatum per venerabilem virum dominum Laurentium de Ridolfis, militem & vtriuſque iuris egregium & famoſum doctorem cathedrã tenentem Florentiæ. Verum præſuppoſito pro conſtanti, quòd ambo pontifices ſcandalizarent totam Eccleſiam, ex violatione manifeſta promiſſionis, iuramenti & voti faciendæ vnionis Eccleſiæ cum non darent ad hoc operam, ſi d. ſimulabant, colludentes adinuicem, ſicque peſſimum ſchiſma valdè Eccleſiæ nociuum iã inueteratum permanebat, poſſent cardinales conuocare concilium, & citato vtroque ad veniendum ad ipſum, non parentes, ſed in contumacia perſiſtentes poſſent deponi, & ad alterius electionem procedi. Vbi poſt longam diſputationem, pro & contra per triduum factã, in præſentia plurimorum doctorum in theologia, & iure vtroque, nullo contradicente, ſed omnibus annuentibus, determinatum fuit per illum licitè & canonicè fieri poſſe.

Miles. i. nobilis eques.

An Pontifices tẽpore ſchiſmatis deponi poſſint.

Sed probandũ erat præſuppoſitum in quæſtione eſſe verũ. Nã etſi verũ iudicari, vel credi poſſet ex parte Benedicti, viri callidi, & ambitioſi, quod poſtmodum declarauit rei euentus (nam poſt concilium Conſtantienſe, in quo tota Chriſtianitas conuenit, etiam qui erant de obediẽtia Gregorij, ille ſolus pertinax fuit, nec comparere, nec mittere voluit, nec renunciare, ſed in ſuo ſchiſmate ſolus permanens deceſſit) tamen de Gregorio non idem apparuit, licet vulgus ex diuulgatione cardinalium, & aliquorum, hoc ſentiret, ſcilicet quòd colluderet, vel ſimularet, quinimmo contrarium oſtẽſum eſt. Nam concilium Conſtantiæ celebrandũ ipſe approbauit, ſuos cardinales miſit, & quia decrepitus erat, ire non valens procuratorem miſit Carolum Malateſtam ad renunciandum, Nec tranſgreſſor iuramenti, vt voti iudicari debuit, ſi non debito modo agere potuit quod promiſit, alio ei inſidiante, vt nondum clarificatus de iure ſuo, id ſibi ſoli vſurparet.

Benedicti pertinacia.

Gregori⁹ deponi nõ potuit.

Gregori⁹ deviatione iuramenti excuſatur.

Firmata igitur cõcluſione illa, vt vera, quæ [a]

a *Petrum de luna, alias Benedictum. 13. ambitioſiſſimum hominem ſimulatè vnionem captaſſe rei certè probavit euẽtus vt vere aſſerit D. Anton. Quare hanc horum Doctorum concluſionem quatenus ad Benedictum ſpectat certã eſſe non negauerim. Sed cum Gregorius 12. vir ſine dubio probus, verè & ſincere vnionem deſiderauit, quod apertè demonſtrauit dum in concilio Conſtantienſi libens ſuo iuri ceſſit, hac doctorum opinio quoad hũc Pontificem dubia erat, ratione cuius D. Anton. hanc concluſionem incertam eſſe meritò aſſerit, Sanderus lib. 7. Monarchiæ id ſcie tradidit.*

A.C. 1406.

inçerta erat, conuenientes vtriuſque Pontificis cardinales, conferentes de loco determinando pro concilio celebrando vniuerſali, decreuerunt ciuitatem Piſarum, vt locum aptiorem. cui rei communitas Florentina conſenſit. Vnde ſignificantes geſta per nuncios & literas vocarunt ad concilium celebrandum Piſis omnes epiſcopos, prælatos, & principes ac communitates, exhortantes ad mittendum ad ipſum oratores ſuos, ac ſubtrahendum obedientiam à Pontificibus illis: quos etiam citauerũt ad eundum illuc. Quibus peractis paulatim cœperunt principes, & communitates obediẽtiam illis auferre de territoriis ſuis vt Veneti in Italia, & alij in aliis etiam ſubſequentibus regionibus, & dominiis, & cõmunitatibus etiã ipſe imperator Sigiſmundus, rex Vngariæ, qui tunc erat non multò antè nouiter electus mortuo germano eius Venceſlao vel Ladiſlao rege Bohemiæ, depoſito prius ab imperio propter inutilitatem, & multiplicem exceſſum: ac etiã Roberto, qui ei ſucceſſerat, ſed non coronato defuncto, concilio celebrando adhæſit. Remãſit autem in obedientia & reuerentia Gregorij rex Apuliæ Ladiſlaus cum ſuis, ac etiam quædam ciuitates Italiæ præcipuæ, quæ erant Eccleſiæ. Cùm Benedicto [a] autem penè nullus, à cunctis nempe fuit derelictus, niſi forte à rege Aragonum: Mare autem per nauẽ ingreſſus fecit quatuor cardinales nouos, & excommunicauit regem Franciæ, & omnes alios, qui receſſerant ab obedientia ſua, vt rebelles Eccleſiæ.

Gregoriũ nõ omnes deſeruerunt.

Benedictũ omnes deſerunt penè.

Gregorius autem cum gentibus armigeris Florentinorum pro ſui ſecuritate, datis etiam obſidibus à Florentinis, ex Luca Senas, deinde ad vrbem reuerſus eſt, excommunicans & pileo, & omni dignitate, & beneficiis priuans, omnes cardinales, qui contra eum conſpirauerant recedentes ab eo, vt hæreticos & ſchiſmaticos, ac etiam per orbẽ ſignificauit regibus & principib. de coniuratione eorũ, & indebito receſſu ab obedientia eius, vt nõ acquieſcerẽt nec crederẽt verbis eorum, quod tamẽ parum profuit, omnibus ferè vt dictum eſt, geſta eorũ approbantibus.

Gregorius Cardinales cõciliũ celebrãtes excommunicat.

A.C. 1407.

Quia verò vrbs Romana erat in magnis ſeditionibus & rixis, Gregorius cum curia ſua de beneplacito regis Ladiſlai profectus eſt Caietam, vbi aliquandiu moram traxit. Sed quia in collatione beneficiorum & epiſcopatuum Gregorius, vt iuſtus & timoratus, nolebat regi obedire frequenter iniuſta petenti, rex nil regalis conditionis habens, aut diuini timoris priuatus omni pietate & fide, vt caſtra cõtinuè ſequens, ambitione ſubmerſus, ad dilatandum imperium per fas & nefas, demum anno. 1409. vel 1410. licentiauit eum à regno, qui per mare tranſiuit cum curia ad Ariminum, vbi à Carolo domino Ariminenſi cum omni honore & gaudio receptus eſt, qui ſolus perſeuerauit cum ſuis in obedientia Gregorij vſque ad renunciationem eius.

Gregorius Roma Caietã diſcedit.

Ladiſlaus Gregoriũ regno expulit.

Nam Veneti, etſi diſtuliſſent ſubtrahere obedientiam & fidem à Gregorio, tamen celebrato concilio Piſis, & creato Alexandro, vt dicetur, cum plures reges, & principes, ac etiã oratores, deſtinati à concilio, & Alexandro accedentes Venetias perſuaderent ad obedientiam & reuerentiam exhibendam Alexandro, & nõ alteri, ipſi Veneti, vt viri graues in agendis collectis, quos habere potuerunt ibi, doctoribus & magiſtris peritis in Theologia & iure, ad tractandam materiã & indagandam, in hanc ſententiã cõuenerunt Alexãdro, vt vero & indubitato paſtori Eccleſiæ fore obediendum & eũ in omni reuerentia habendum. Quod & fecerunt.

Veneti à Gregorio deficiũt & Alexãdro adhærent.

Interea cum rex licentiaſſet Gregorium, Raguſinus cardinalis dominus Ioannes Dominici, vir magni animi & ſani conſilij, de voluntate Gregorij in habitu transformato, ſcilicet ad modum cuiuſdam plebani, ſeu decani, per nauiculam fecit ſe deferri ad locum vbi imperator Sigiſmundus dicebatur eſſe, & ad eum accedens, & ſe manifeſtans, cum eo ſecretè tractauit, de modo tenendo in congregando conciliũ aliud, vbi ex toto auferretur ſchiſma, ꝙ vbiq; per Piſanũ [a] cõciliũ vel cõciliabulũ

Cardinalis Raguſinus pro alio cõcilio celebrãdo legatus mittitur.

a *Cùm Gallorum duces Benedictum eo profecti orarent, vt pacem terris Eccleſiæ redderet, memor iuriſiurandi, quo antequã Pontifex eſſet ſe obſtrinxerat, cogendum Patrum concilium curaret, in cuius authoritate fore ſe profiteretur, ac ſitis videretur inſignibus pontificatus nomineque ſe exueret, multa de iure cauſa ſuæ verba fecit, perorauit ſe non deſerturum Dei viuentis Eccleſiam. Cùm finem obſecrandi non facerent, nec antiquiorem cauſam ſuam faceret totius orbis terrarum conſpirante conſenſu, nihil impetratum. Re infecta dimiſſi duces. Apparebat eos ira ſuccenſos: ad quam mitigandam regi ius decimæ in annum cogendæ conceſſit, ſummis hominis querimoniis, expoſtulationibuſque, Benedictique nomine in dies magis inuiſo. Tandem à Franco milite regioq; prætore, obſideri oppugnarique cæpit, edictumque ne quis ſacra ab eo beneficia, expectationumque munera ab eo acciperet. Qui eius ſectam ſequeretur, iis interdictum iure vectigalium, redditu umque Eccleſiaſticorum. Proinde ſeceſſio ab eo facta & ſolitudo circa eum. Quo metu ignominiaque permotus ne à quoquã violaretur, ſacroſanctum Domini corpus præ ſe ferens, in Cathaloniam ad natales ſuos Terraconenſeſque conceſſit. A*

a *Hoc concilium D. Anton. nunquam pro legitimo agnoſcit: nam hic, vt vides, vocat illud, conciliabulum, & §.3. & congregationem, pro concilio, nec id immerito, nam cũ nullũ concilium generale poſſit ſine auctoritate Romani Pontificis congregari, nec valet aliquid ordinatum in illo niſi ſit Romani Pontificis auctoritate approbatum, diſt. 17. c. regula. & vetus Eccleſiaſtica regula eſt præter voluntatẽ Romani pontificis concilia non poſſe celebrari, vt eſt hiſt. Trip. lib. 3. cap. 9. idque probat D. ipſe Anton. infrà cap. 13. ante §. 1. hoc concilium nullius Pontificis auctoritate indictum neque probatum, vim & robur habere non potuit. Præterea, ſi hoc Chriſti Domini noſtri verbum verum eſt: ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. Matth. 7. quis non videt Piſanam congregationem non fuiſſe legitimum concilium, quæ ſchiſma non ſuſtulit, ſed potius auxit, cum tres ſe pro Pontificibus poſtea geſſerint, cum tamen antea duo ſolum titulum illum vſurparent. Non ſic Conſtantienſi concilio accidit, quod à Ioanne dicto 23. (quem plerique vt verum Pontificem venerabãtur) indictum. & à Gregorio 12. approbatum finem ſchiſmati tam exitiali impoſuit non autem illud. Vnde illud fuiſſe verum concilium agnoſcitur.*

Conciliũ hoc Piſanũ an fuerit legitimum.

(cum

A.C. 1408.

ſeum non eſſe authoritate alicuius eorum, qui ſe gerebant pro Pontifice congregatum) non erat ablatum ipſum ſchiſma, ſed augmentatum ex duobus, tribus iam ſe pro Papa gerentibus. Inde alio recedens, reuerſus eſt Ariminum, quo ſe iam Gregorius cum ſuis contulerat.

Concilium Piſanum celebratur. Niuel. A.C. 1408.

§. III.

CONGREGATIONE igitur facta pro concilio Piſis tempore ſtatuto de diuerſis regnis, & nationibus aduenientes numerati ſunt multi prælati. Et relatione omnibus facta de ſcandalo, quod inferebant duo illi Pontifices, colludentes adinuicem, & nolentes vnionem Eccleſiæ quærere, prout promiſerant decretum eſt, vt oratores mitterentur ad vtrumque vt ad locum accederent, quorum operam Benedictus detiſit, dicens controuerſiam fore de iure Papatus inter ſe, & Gregoriũ, & nihil ad eos ſpectare de re ipſa. Gregorius verò reſpondit non ad eos pertinere congregare concilium, ſed ad ipſum, vt Pontificem Romanũ, quod & celebrare volebat non Piſis, ſed in alio loco: videlicet in foro Iulij circa Aquileiã ipſoſque cardinales eum ſequi debere ad locũ non ipſe eos, quia non decet a capite membra diſcederet ſed omnia membra caput ſequi. Vnde ipſe Gregorius cum curia ſua, etſi parua, ad locum determinatum, & prælatis, principibus & communitatibus publicatum acceſſit tempore ſtatuto. Sed ſolum de obediẽtia ſua prælati, quæ adhuc vigebat in regno, profecti ſunt aliis potius ad Piſanam ſynodum vel congregationem accedentibus. Ibi breuiter expleuerunt, quæ viſa ſunt eis expedientia illi negotio. Cardinalis Raguſinus inter cæteros adſiſtentes, ab vno ex familiaribus ſuis ab aduerſariis corrupto, veneno potionatus vix mortẽ euaſit, infirmatus grauiter, & ex vi Veneni pellem vetuſtam dimiſit, vt ſerpens.

Pontifex nõ debet ſequi Cardinales ſed ipſi eum.

Ex concilio autem ipſo redeuntibus Ariminum, in via paratæ fuerunt Gregorio inſidiæ ad capiendum eum. Quibus ſibi ſecreto inſinuatis, in habitu transformato cum paucis aliis præceſſit non vt papa aliuſque ſecutus in apparatu papali, & comitiua non modica illum ſe fingens captus eſt. Sed cognito eum nõ eſſe, dimiſſus eſt, non ſine iniuriis. Sicque manus illorũ euadens in nomine domini Ariminum cum ſuis reuerſus eſt. In tot autem aduerſis & perſecutionibus tam conſtans, & magnanimus fuit, vt nil videretur de his curare, ſciens, quia ſecundum prophetiam, non eſt malum in ciuitate, ſcilicet mundi, quod non fecerit domin⁹, malo de pœnæ intelligẽdo, aut etiam de malo culpæ, non agendo, ſed permittendo. Sic fixus erat in iis, quæ ſibi conſciẽtia dictabat, vt nullus poſſet eum à ſuo propoſito euocare, ſic modeſtus, vt probus videretur, ſic ſapientiæ deditus, vt a ſpeculatione & diſputationibus non ceſſaret.

Gregorij 12. magnanimitas.

Amos 3.

Deus cui⁹ mali auctor.

Congregati interea Piſis proceſſerunt in cœpto ſuo. Poſt legitimas enim modo ſuo citationes, non comparentes, ſed contumaces, contra eos ſententiam depoſitionis, & priuationis protulerunt, Gregorium & Benedictum, vt hæreticos & ſchiſmaticos prohibentes Chriſticolis cunctis, ne quem eorum Papam nominarent, aut tanquam Romano Pontifici obedirent. His peractis ad electionem alterius proceſſerunt. Vnde conclaue ingreſſi cardinales vtriuſq; partis, more conſueto pertractãtes rem ipſam, elegerunt in præſulem ſummum Petrum de Candia cardinalem Mediolanenſem ordinis minorum: virum vtique valdè peritum in Theologia ſpeculatiua, hunc nominarunt Alexandrum. 5. anno domini. 1409. Qui anno vno [a] ſedem Petri tenuit, ſecundum communem opinionem. E Piſis, non multò pòſt Piſtorium acceſſit, ex quo diebus aliquibus tranſactis Bononiam ſe tranſtulit. Ad eũ accedens Ludouicus dux Andegauiæ, filius alterius Ludouici qui cum Carolo tertio de regno contenderat, ſed non præualuit, veneratus eſt vt Papam. Tandem migrauit à ſeculo (vt dicitur) toxicatus in clyſterio.

A.C. 1409.

Alexander 5. Põt. max. 208. ſe. m. 10. d. 8. A.C. 1409.

a *Imo verò, ſi Onuphrio credimus menſes tantũ decem, dies 8. Hic Pontifex ſedit. Addidit autem D. Anton. ſecundum communem opinionem ſignificans ex ſua ſententia Alexandrum. 5. legitimum non fuiſſe Pontificem, ſed Gregorium duodecimum. Nam cum Ioannis Dominici Cardinalis Raguſini ſectator fuerit & diſcipulus, qui ſemper Gregorij. 12. partes eſt ſecutus, ipſe quoque hunc Gregorium verum vbique & legitimum Pontificem prædicauit. Hinc ſuprà. §. 2. decretum doctorum Theologiæ, & vtriuſque iuris tenentium tam Gregorium 12. quàm Benedictum. 13. deponi poſſe dilucidè refutauit. Hinc etiam ſupra. cap. 3. §. 2. Hunc Gregorium verum papam etiam tempore concilij Conſtantienſis & in Italia & aliis in locis habitum fuiſſe refert, & infra cap. 6. §. 2. Hunc etiam Gregorium à multis Deum timentibus & peritis creditum fuiſſe tempore euſdem concilij verum Pontificem aſſerit, quamuis ſoli Malateſtæ exteriorum honore Pontificis proſequerentur. Idem etiam in ſumma huius tituli cum de creatione huius Alexandri egit hac correctione eſt vſus ſi tamc potuerunt. Sententiam D. Anton. laudat Sand. lib. 7. de viſibili monarchia, Nam de tribus Pontificibus tempore Conſtantienſis concilij verba faciens cum de Gregorio loquitur, interiecit, quem titulum iuſtiſſimum habuiſſe putauerim.*

Gregorius 12. huius ſchiſmatis tempore verus fuit Pontifex.

Ea quæ ſub Gregorio in Italia euenerunt. A.C. 1407.

§. IIII.

DE iis, quæ acciderunt temporibus ſupradictis in Longobardia, Tuſcia, & regno & principibus & communitatibus aliis videndum eſt breuiter. Superiori tempore, ſcilicet anno domini. 1407. cum Paulus Vrſinus capitaneus multitudinis magnæ bellatorum in diſſenſione & turbatione maneret cum Gregorio Papa, eo quod creditor eius exiſtens in ſexaginta millib. florenorũ & vltra, tũ ratione ſtipendij, tũ ratione mutui ſibi facti in ſua coronatione, nil ab ſe habere valebat præ paupertate & quia habẽs ſub ſe duo millia equitũ, nõ habebat ad nutriẽdũ eos recessit ab vrbe, & ad caſtra ſua perrexit verſus vrbẽ veterẽ

A.C. 1408. Poſtea, requiſiuit ciues Tuſcanellæ, qui amici ſui erant, vt reciperent in ciuitate ipſa aliquos ex ſuis ſtipendiariis. Qui eos recipientes, honorabiliter tractauerunt, in omnibus ſuis locantes. Non multò pòſt perſonaliter cum reliquis ſui exercitus illuc profectus, vt mus in pera, ignis in ſinu, ſerpens in gremio, remunerauit hoſpites ſuos. Nam proditoriè vſurpans ſibi dominium ciuitatis, prædatus eſt eos opponens eis pro executione tanti ſceleris, quòd quærebant proditionem eius. Audiuit Gregorius & ingemuit, ſed quid remedij afferret nõ habuit.

Occupauit Tuſcanellam.

Vxores regis Ladiſlai.

Rex Ladiſlaus cum in Apulia obſideret ciuitatem Tarentinam, in qua dominabatur ducíſſa, vxor olim domini Raimundelli de Balzo cum filiis ſuis comitibus Litij, poſt multa prælia adinuicem geſta, demum concordiam cum ea fecit per hunc modum, quia illam (cum ſpecioſa eſſet, licet iam annorum triginta octo). Neapoli duxit vxorem cum filiis Tarentum accipiens. Hæc vocata eſt regina Maria, quæ longo tempore regi ſuperuixit ad ſua reuerſa. Aliam quoque vxorem habuit ante filiam regis Cypri, quam dicitur Veneno extinxiſſe nullum ex aliqua filium habens. Veneno & ipſe potionatus, cum eſſet adoleſcens, exenteratis mulis calidis intromiſſus, malitiam virus euicit. Siue autem ex eo, ſiue ex cauſa alia quã ſi balbutiens non promptè verba valebat exprimere.

Ludouicus de Miglorottis, nepos olim Innocentij Papæ, rebellis Eccleſiæ & eius paſtori, cum multas ciuitates ſibi vſurpaſſet in Marchia, cernens ſe inſufficientem ad reſiſtendnm poteſtati Eccleſiæ, amicitiam & concordiam cum rege Ladiſlao iniit. Pro cuius rei fœdere Aſculum poſtquam expoliauit ei conceſſit. In eius quaſi compenſationem rex eum comitem inſtituit Monopolis, & quorumdã circa illud caſtrorum. Sed non multò pòſt rex [illam] ei abſtulit ſub aliquo prætextu.

Colũnenſes vrbem capere volentes ab Vrſinis fugantur.

Menſe Iunij eiuſdem anni Ioannes Columnenſis, & dominus Nicolaus eiuſdem familiæ cum pluribus aliis nobilibus ex Romanis, ad inſtantiam regis Ladiſlai, cum ei ſpem dediſſent dñium vrbis ſibi tradendi, nocte ingreſſi ſunt vrbem cum quadringentis equitibus, & totidem peditibus tumultuantes, & diſcurrerunt cum clamoribus per ciuitatem, exiſtimantes, quòd populus Romanus inſurgeret in eorum fauorem. Sed cogitatio eorum maligna feſellit eos in foueam incidentes, quam fecerant. Nam populus ſubito correptis armis proceſſit contra eos, coniungens ſe cum Paulo Vrſino, qui in vrbe erat ad ſtipendium Eccleſiæ cum mille equitibus, inſultumque fecerunt contra Columnenſes cum ſuis, & eos cito ſuperantes ab vrbe expulerunt. Ceperunt tamen Ioannem Columnam, & Nicolaum, & alios plures: qui omnes captiui fuerunt Pauli Vrſini. Rex autem Ladiſlaus cum exercitibus ſuis, ad mœnia vrbis expectans rei proſperum ſucceſſum, eius nullum ſignum videns, non eſt auſus ingredi, nec aliquod ſubſidium in tali conflictu Columnenſibus præſtitit, timens audaciam populi Romani. Hoc tamen emolumenti rex percepit, quod cum aliqua cauſa octo-

A ginta ex equitibus Pauli Vrſini ciuitatem egreſſi fuiſſent, & ignorantes factum regis obuiaſſent ei, capti ſunt ab eo. Cùm igitur intentum à rege non habuiſſet effectum, cum copiis ſuis receſſit multum ſe elongans ab vrbe. Paulus verò Vrſinus poſt hæc ad caſtra ſua acceſſit ab eis exigens multa millia florenorum: Ipſa verò nocte Gregorius cum cardinalibus ſuis aufugit in caſtrum ſancti Angeli, & aliqui etiã Viterbium ierunt: Sed & mercatores in magno timore fuerunt, ne prædæ exponerentur. A.C. 1408.

Principiũ de loco cõuentus põtificũ variæ ſententiæ.

B Poſt hæc menſe Auguſti Gregorius conſignatis quibuſdam terris Eccleſiæ Paulo Vrſino, quoad ſcilicet reditus papæ, pro ſatisfactione ſeu debito ei ſatisfaciendo, Viterbium, exinde Senas venit: vbi cum aliquandiu maneret cum cardinalibus multi reges & principes miſerunt legatos ad eum. Et aliqui quidem vt rex Angliæ, rex Apuliæ, Imperator, & aliqui alij, diſſuadebant eius acceſſum Sauonam, propter quem ab vrbe diſceſſerat, allegantes cauſam, quia ciuitas illa nimis erat in poteſtate regis Franciæ, & ab aduerſario, vt callido viC ro caperetur, & deiiceretur. Alij verò ſuadebãt progreſſum eius ad eum locum, vt tutum & non dubium locum vt rex Franciæ, Florentini & oratores Benedicti. Veneti dicebant aliũ locum eligendum non ſuſpectum. Sic tamen perplexus Gregorius Lucam pergens, magis ad locum appropinquauit, vt ſuprà dictũ eſt. ſup. §. 1.

Eodem anno cum dominus Franciſcus de Caſali poſt Huguitium defunctum dominum Cortonieſem ſumpſiſſet dominium Cortonij & ſatis prudenter regeret amicus Florentinorum, menſe Octobris, Aloyſius frater eius D conſobrinus, cum quibuſdam cubiculariis ipſius domini Franciſci, in quadam venatione tractauit & conſpirauit in mortem dicti domini Franciſci. Quod & perfecit. Nam vna dierũ in palatio ſuo in ciuitate conſpirantes interfecerunt eum nil tale ſuſpicantem, multis vulneribus afficientes, vxor autem eius cum clamaret ſuccurſum petens, in capite vulnerata eſt. Populus autem hæc ſentiens arma corripuit. Aloyſius verò ad ſedandũ populum, & quaſi timorem ei incutiendum, iuſſit corpus illius E ſic perforatum per feneſtras ad terram proiici in plateam. Quo facto vnuſquiſque timens ſibi, reuerſus eſt in domum ſuam, & Aloyſius dominium Cortonij aſſumpſit.

Frãciſcus de Caſali interficitur.

Ladiſlai regis in Italia potentia.
A.C. 1408. Ioan. Vil.

§. V.

REx Ladiſlaus anno domini 1408. Romã cepit. Paulò enim ante exercitus regis, F qui erant in Marchia Anthonitana, quorum dux erat comes Carrarienſis, continuè ciuitates Eccleſiæ capiebat, & iam Eſculium (vel Aſculum) poſſederat. Dominus etiã Camerinenſis cernens non habere ſe poſſe ſuccurſum à Pontifice concordiam cum rege iniit, aliique plures domini circunſtantes. Videns igitur rex, quia tempus eum iuuabat, & ad votum ei proſperitas arridebat, decreuit Romam capere, & ſuo dñio ſubiugare. Et priꝰ quęſiuit per oratores

A.C. 1407.

oratores à Florentinis, & obtinuit, quod nullum præſtarent adiutorium Romanis, aut pontifici in aggreſſu huius rei nec impedimenta præſtarent. Menſe ergo Martij ad vrbem applicuit cum duodecim millibus equitum & totidem peditum nō quidem ingreſſurus in eam, ſed caſtrameraturus circa eam. Sed & quatuor galeas armatas poſuit in faucibus Tiberis, vt nil inde poſſet victualium deportari in vrbem propter quod quàm citiſſimè penuria non modica in vrbe orta eſt. Ad defenſionem verò ciuitatis intus erat Paulus Vrſinus cum copiis ſuis, qui tamen continuè practicam gerebat occultam concordandi ſe cum rege. Columnenſes & Sabelli & alij plures ab intra cum rege ſe intelligebant. Menſe autem Aprili miſit rex exercitum ſuum ad fauces Tiberis, vt caperet ciuitatem Oſtiam. Ciues autem eius cum non ſperarent ſuccurſum ab vrbe poſt aliquam repugnantiam eam in dominium ipſi tradiderunt. Oſtia capta & concordia cum Paulo Vrſino habita reuerſus eſt cum exercitibus ſuis prope vrbem. Quamuis autem pars copiarum Pauli aliqua leuia bella gereret cum gentibus regis, tamen nocte Paulus ipſe ad regem in caſtra acceſſit ad dandum modum captionis ipſius vrbis, & plures Romani ex Columnenſib. Sabellinis, & aliis.

Romam obſidet Ladiſlaus.

Oſtia capitur à Ladiſlao.

* Die igitur 24. Aprilis pars exercitus regis in vrbem introducta eſt. At populus Romanus animaduertens proditionem Pauli & aliorum ſubitò deſtinarunt oratores ad regem in caſtra ſibi liberè tradentes ciuitatem. Quo facto rex Apuliæ Ladiſlaus 25. Aprilis dicti anni ingreſſus eſt vrbem cum omnibus gētibus ſuis, cū magno triūpho, cepitq́ue dominiū eius, & de equo deſcendens habitationem conſuetā camerio papæ ad habitandū, iuxta palatiū papæ ingreſſus eſt. Eodemq́ue die Capitolium in deditionem accepit, & alia fortalitia vrbis. Officialium verò priorum vrbis vnuſquiſque deſcēdit in domum ſuam, vt priuata perſona.

Ladiſlaus vrbe potitur per proditionem.

Eodem tempore præparata fuerat claſſis Genuēſium tredecim galearum benè munita, Sed eos recedentes à Genua ex tempeſtate ſuperueniente oportuit declinare ad portum Veneris. Illic autem ſuperſedentes certificati ſunt, quòd rex Ladiſlaus iam Romam obtinuiſſet, quamobrem reuerſi Genuam data tranquillitate depoſuerunt armamenta. Nam propterea mittebantur Romā, quod vt claruit, gubernator Genuę tractatū fecerat cū Paulo Vrſino capiendi Romam per Paulum Vrſinum pro Papa Benedicto. Et forte illud ſecutū fuiſſet niſi diuina prouidentia per tempeſtatem illam exortam id impediſſet. Ex hoc poterat deprehendi dolus Benedicti. Cùm hæc audiuit Gregorius, cum lętitia nunciauit cardinalibus, ſcilicet vt eis innoteſceret malitiam Benedicti, qui nō vnionem affectaret, ſed eius oppreſſionem, & ſui exaltationem, & ideo non facilè ei credebat. Nec ex ſe procedebat, quin fieret vnio, vt promiſerat, ſed ex parte alterius.

Genuēſiū de vrbe capienda cōſilium.

Rex Ladiſlaus capta Roma, & aliis multis ciuitatibus Eccleſiæ, cum magnis exercitibus deſcendit in Tuſciam verſus Senas. Quamobrem Florentini miſerunt ad eum

Ladiſlaus in Tuſciā deſcendit.

A.C. 1408.

A legatos ſuos, prius tamen ipſi à Senenſibus inueſtigarunt de eorum intentione, ſi diſpoſiti erant permanere in fœdere colligationis inito cum eis, & legato Bononiæ ad defenſionem ſtatuum contra infeſtantes eos. Quod cum feciſſent, & inueniſſent eos omnino fixos in fœdere ſocietatis contractæ, nec ab ea diſceſſuros, quātacunque damnificatione eis facta, demum acceſſerunt ad regem in caſtra, ac etiam oratores Senenſium habito ſaluo conductu.

Et primo quidem Florentini expoſuerunt quod eis fuerat iniunctum, in hac videlicet
B ſubſtantia, quòd cum communitas Florentina ſemper fuerit amica, & affectuoſiſſima ad maieſtatem ſuam, & ſuorū prædeceſſorum, pluri maque beneficia receperit ab eis, ciuitas ipſa ſatis admirabatur. quòd ita hoſtiliter copię ſuæ diſcurriſſent per territorium Senenſium: cum ipſi eſſent colligati cum eis & ſociis, & in nullo Senenſes ſuam maieſtatem læſiſſent, ſed in veneratione habuiſſent, & haberent. Optabant que ab eo noſſe animum ſuum circa Hetruriam [an vellet ſcilicet in ea nouas res moliri] cum tamen alias promiſiſſet de prouincia illa
C non ſe intromittere. Senenſes poſtea perorantes quaſi idem expoſuerunt. Et Florentinis quidem reſpondit, quòd vtique oblitus non erat magnę amicitię, & dilectionis ſuorum circa ciuitatem illam, & ipſe etiam eam cōſeruabat. Mitteret in breui ſuos oratores Florentiam, qui exponerent, in quo querelas haberet contra eos, & ab ipſis, quæ requirebat. Senenſibus autem reſponſum dedit, quòd ſuæ voluntatis minime erat vel fuerat, quòd copiæ eos dannificarent, ſed non poterant tales gentes coerceri, quin talia agerent, cum etiam in terris ſuis
D idem operarentur. Verùm ad eos deſtinaret oratores ſuos exprimētes voluntatē ſuā ad eos.

Florentini ad Ladiſlaū oratores mittūt.

Ladiſlai ad eos reſpōſio.

His reuerſis ad ſuos, paulò pòſt venerunt Florentiam legati regis exponentes querelas eius magiſtratibus. In primis quidem quòd ſtipendio conduxerant Florentini exules Peruſines contra eum in Marchia Anchonitata, ex quorum opere damnum ſuſceperat ſexaginta millium Florenorum. Nam cum papa ei conceſſiſſet exactionem pecuniarum, quæ debitæ erant cameræ apoſtolicæ in regione illa propter deuaſtationes factas à Peruſinis, illas non
E valuerat exigere. Secundo ex eo, quòd confœderationem egerant cum legato Bononienſi inimico ſuo, copias & mittendo in auxilium contra eum, cum tamen ipſe legatus abſtuliſſet terras comiti Alberico Barbianenſi eius amico & confœderato. Tertio, quia conceſſerant cardinalibus facultatem & locum faciendi concilium ad deponendum verum, & ſanctum pontificem Gregorium, quod tendebat ad ſui exterminium, & ſuper hoc exaggerabat querimonias. Quarto, quòd Florentini læſerant dominium Lucæ ſibi commendatum, in
F querendo ei auferre montem Caroli quamuis non valuerint.

His obiectis reſponſum eſt à magiſtratu per ſingula, & primo non verè, ſed calumnioſe regem contra eos inuehi, & permaximè de facto concilij, quòd ideo Piſas cardinalibus pro loco concilij conceſſerant, vt auferretur ſchiſma de Eccleſia, ad quod efficiendum quē-

A.C. 1408

libet fidelium intelligebant teneri operam dare quatenus inde alicui communitati vel principi ſequeretur aliquod detrimentũ ſemperq; ſuiſſe ſtatus fuiſſe,& futuros eſſe fauorabiles. Et cũ vltra ea data fuiſſent aliquæ auditiones, ſi qua vellent exponere, demum ex parte regis petierunt fœdus colligationis cum eis ad conſeruationem ſtatus tunc præſentis & dominij, contra omnes ei aduerſantes. Qui habito ſuper his à ciuibus conſilio, vnanimiter decreuerunt nullam tunc cum eo, colligationem faciendam. Cúmque res non ita cito expediretur, ſollicitabantur oratores regis reſponſionem faciendam. Et quia arbitrabantur, quòd petita non exaudirentur, quia erant diuerſę opinionis inter ſe, ideo magiſtratus ad tollendam eam ſuſpicionem congregari fecit in concilio omnes notabiles ciues, oratoribus præſentibus, vt intelligerent apertè voluntatem populi. Expoſuere itaque ſe, nullo modo tunc dictam colligationem congruè facere poſſe, ex eo quòd iam erant colligati cum Senenſibus,& cum legato Bononienſi ea conditione & pacto, vt cum nullo alio colligationẽ liceret facere, niſi de conſenſu ſociorum Senenſium & legati, vnde cum bona honeſtate & fide non poſſe infringere fœdus cum illis cùm ipſe prius veniſſet hoſtiliter ſine cauſa iuſta contra Senenſes eorum colligatos. Sed & in omnibus fœderibus ligæ præfatis ſemper excepiſſe in liga domum Franciæ, & regnum Apuliæ,& Eccleſiam Dei, contra quos agere nolebãt. Sed cum receſſerint gentes ſuæ cum eo à territorio Senenſium, tunc poterit aliquid de liga pertractari. Quod ſi non faceret, cogebantur ad auxilium Senenſium colligatorum agere contra ipſum, vt fidem ſeruẽt. Receſſerunt deinde legati iſta regi referentes, quæ parum ei placuerunt.

Florentini cũ Ladiſlao fœdus recuſant.

Miſſi quoque legati regis ad Senenſes, vt requirerent ligam cum eis contra omnes, aſſerentes ciuitatem ipſam velle ſua libertate gaudere, reſponſa acceperunt in præſentia quingentorum ciuium in concilio ordinatorum, quod non poterant ſine conſenſu Florentinorum confœderatorum. Audiens hæc rex turbatus eſt,& omnis exercitus eius. Quod & facto oſtendit. Nam cum ſuis excurſiones egit prope Senas omne damnum inferens. Et deficientibus eis victualibus, non multò pòſt profectus eſt prope Aretium ad mille paſſus omnia deuaſtans, nil rapinæ & iniuriæ omittens. At Florentini non dormitabant, ſed conductas ſtipendio gentes mittunt ad repugnãdum eius nequitiæ. Ad vnam portam facientes inſultum copiæ regis, cum ad ingreſſum acriter contenderent: qui intus erant reſiſtentes viriliter pepulerunt ab ea.

Florentini contra Ladiſlaum copias mittunt.

Exinde præfectus rex verſus Cortonium (vel Cortonam) cœpit ſecretè tractare cum eo qui dominabatur Aloyſio (qui vt dictũ eſt ſuprà, occidi fecerat fratrem ſuum conſobrinum dominãtem ante eum) de traditione ciuitatis. Et quia confœderatus ſeu commendatus erat Florentinis, illuc ad eum pro defenſione miſerãt dominum Iacobum Ganfiliatium cũ quingentis peditibus. Cúmque rex per ſuos inſiſteret collectioni, aut deſtructioni frugum, quę iam erat albæ ad meſſem, timentes Cortonenſes ſegetes ſuas auferri,& nõ minus ad manus Florentinorum deuenire, quorum dominium non multum diligebant occultè noctu miſerunt ad caſtra regis ciuitatem ei in deditionẽ offerentes, diem ſtatuentes, qua mœnibus ciuitatis apptopinquaret. Dominus autem Iacobus præfatus, de eare titubans cautum reddidit dominũ Aloyſium, ſed obaudiuit, & quærens inde Aretium ire, licentiam obtinere nõ valuit ab officio decem virorum. Factum eſt ita vt iuxta condictum, appropinquantibus copiis regis ad mœnia, Cortonenſes ciues eius ianuas aperuerint. Quibus ingreſſis captũ eſt Cortonium pro rege. Nec Aloyſius dominus, nec Iacobus commiſſarius Florentinorum euaſerunt manus bellatorum, ſed captiui ducti ſunt in caſtra ad regem. Quorum Aloyſius miſſus Neapolim diu in carceribus eſt detentus, pœnam luens ſui fratricidij. Iacobus verò pecunia nõ modica à communitate redẽptus.

Veneti de pace cum Ladiſlao & Florentinis tractant. Ioan. Vil.

§. VI.

MISERVNT autẽ Veneti oratores ſuos ad regem Ladiſlaum, cum adhuc eſſet Peruſij, vt perſuaderent ei de pace facienda cũ Florentinis, Et cum tractaſſent negotium cũ vtraque parte videntes rem indiſpoſitam, reuerſi ſunt Venetias, gratiis tamen eis exhibitis ab vtraque parte de affectu,& labore accepto. Rex autem Apuliæ animaduertens non proſperari opus ab eo intentum, dimiſſis copiis ſuis in diuerſis regionibus, in ducatu Spoletano,& patrimonio Eccleſiæ, in Marchia,& Peruſio [a] ad bella exercenda cum aliquibus reuerſus eſt Neapolim.

In diebus illis cum audiſſet Ludouicus dux Andegauiæ, & filius ipſius Ludouici, qui deſcenderat in Italiam contra Carolum regem Apuliæ patrem regis Ladiſlai, exiſtens tunc Auenione, oppreſſiones & congreſſus hoſtiles quos Ladiſlaus rex contra Florentinos, & eorum colligatos agebat miſit oratores ſuos Florentiam, exponentes pro parte eius ſe optare colligationem facere cum eis contra præfatũ Ladiſlaum occupatorem regni ſui, multa offerendo in fururum. Et quia Piſis in concilio, quod tunc celebrabatur (ſi concilium dici poterat, quod nullius pontificis fuerat authoritate firmatum) erant qui ſuper his habebant ple-

a *Huius profectionis cauſam hanc Blondus cõmemorat. lib. 10. dec. 2. Ladiſlaus verò, dum Iaderã vrbẽ premit recipitque, feſtiuo percuſſus eſt nuncio: Neapolitanos cõiuratione cũ aliquot regni procerib. inita,& populis, in rebellionem animis apparabibuſque pendere. Quare is res Iadera Venetis, quorum pluries fuerat vendita, Neapolim rediit,& reuocato item Arbrico, ſeueriore quàm prius diſciplina vſus neminem in regno eſſe permiſit, qui vel oppidi vel arcis obtinuerit dominatum. Et cum multos patria eiiceret principes viros, Tum in Seuerinatis familiam crudeliter animaduertit, quorum primores capitali iudicio ſunt affecti.*

num

A.C. 1408.

num mandatum:duo ex decem viris baliæ Pi-
ſas acceſſerunt cum oratoribus illis,& cum ha-
bentibus id mandatum, fuit fœdus ligæ ini-
tum inter Florentinos, Senenſes, Legatum
Bonouienſem ex vna & Ludouicum Andega-
uenſem regem Apuliæ prætenſum ex parte alte
ra cum his pactionibus vt Ludouicus quin-
gentas lanceas, & quinque galeas armatas te-
neret & Florentini cum ſociis mille lanceas in
offenſionem regis Ladiſlai.His firmatis Ludo
B uicus notificatione geſtorum ſibi facta,galeas
quinque in Prouincia Prouinciæ armari fecit.
Et eis paratis mare ingreſſus eſt& Liburnum
cum eis applicuit.

Menſe Iulij equites per terrã Piſas Præmiſe-
rat.Cui in terram deſcendenti cardinales ob-
uiam proceſſerũt, Piſas vſque aſſociantes Ale-
xandrum ibi tunc Papam creatum viſitauit,
& adorauit his enim in illo concilio ſeu con-
gregatione [a] fuerat ad paparum ex cardi-
nalatu Mediolanenſi aſſumptus.In quo conci-
lio conuenerunt, viginti quatuor cardinales
C quorum aliqui fuerũt Gregorij alij Benedicti,
Tres patriarchę,Centum octoginta archiepi-
ſcopi,vel epiſcopi,Trecenti abbates, ducenti
octoginta ſacrę theologię profeſſores,& orato
res & mandatarij diuerſorum principum chri-
ſtianitatis.

Patres cõcilij Piſani.

Hi congregati poſt citationes legitimas v-
trique pontifici factas(ſi tamen facere quibãt)
vt in contumaces,& non comparentes contra
eos ſentẽtiam priuationis,& depoſitionis pro-
tulerunt hæreticos & ſchiſmaticos declaran-
tes.Poſt quæ conclaue ingreſſi dicti cardina-
D les vigeſimo ſexto Iunij elegerunt in Pontificẽ
& publicarunt Petrum de Candia quem Ale-
xandrum.5.nominarunt. Ab ipſo igitur Ale-
xandro Ludouicus Andegauenſis poſtulauit
ſibi concedi regnum Hieruſalem & Siciliæ ſi-
bi debitum.Qui cum cardinalibus habito tra
ctatu poſtulata conceſſit cum ſcilicet vacaret
dictum regnum& ad eccleſiam deuolutũ eſſet.
Et quia alias per Benedictum fuerat de dicto
regno Auenione coronatus non eſt eis viſum
congruum illud iterare.

Deponuntur Pontifices.

Alexãder 5. pontifex creatur.

Menſe autem Auguſti ſequentis anni 1309.
E factus eſt idem Ludouicus vexillifer eccleſiæ
datis ſibi inſigniis ad procedendum contra La
diſlaum eccleſiæ inimicum:cum faueret Gre-
gorio iam ab eis depoſito,& concilij inimico.

Ludouic⁹ Andegauẽſis Rex Siciliæ & Hieruſalẽ deſignatur.Aemy. lib.10. A. C. 1409.

Eodẽq; menſe decretum eſt per Alexãdrum
& cardinales quod Florentinorum capitaneus
qui erat dux Malateſta de Malateſtis cũ duobus
millibus lancearum,& mille quingentis pediti
bus & legatus Bononienſis cum copiis ſuis ac
Ludouicus cum ſuis proficiſcerẽtur in bellum
verſus Romã contra Ladiſlaũ qui eã vſurpaue

Malateſta belli contra ladiſla. à concilio deſignatur.Aemy.

a *Nota hoc loco quam ſit neceſſarium, vt ſit
F vnus in Eccleſia pontifex maximus qui inter cætera
e iam legitimum & vniuerſale concilium ſua aucto
ritate indicere & confirmare poſſit. Nam quamuis
in hoc virorum eccleſiaſticorum nobili conuentu,
tam multi, tamque celebres viri conuenerint,non
tamen Concilium,ſed congregationem fecerunt, quia
videlicet eis defuit Romani pontificis auctoritas.
vide quæ ſupra § 2.notauimus.hoc remedio non ſana
ta ſed grauius affecta multiplicata velut triplici ſe
ditione,res eccleſiaſtica.Aemyl.*

A.C. 1409.

A rat,& multas quidẽ ciuitates & caſtra eccleſiæ
receperunt ad obedientiam Alexandri,vt vrbẽ
veterem:Viterbium,Montemflaſconem& alia.
Ipſe autem Alexander cum Piſas peſtis aliquã
tulum inuaſiſſet inde receſſit cũ curia ſua Pra-
tum exinde Piſtorium petens, vbi & hyema-
re conſtituit.

Comes autem Troiæ,qui vnus erat ex prin-
cipalioribus capitaneis regis Ladiſlai cùm tũc
eſſet Peruſij audito quod non ſolum copię Flo
B rẽtinorum,legati & Ludouici Andegauenſis ſi
mul collectæ proficiſcerentur cõtra Romã,ſed
& Paulus Vrſinus,& comes Talliachozi à La-
diſlao defecerãt,& hoſtibus adhæſerãt,condu-
cti à Florẽtinis & legato dubitans de reuolutio
ne vrbis & amiſſione copiis collectis regis,qui
hincinde diſperſæ erant cum duobus millibus
equitum ex Peruſio ad vrbem concitus acceſſit
& illuc adueniens cũ Ioanne columnẽſi,& do-
mino Nicolao,& Baptiſta & cum aliis Sabel-
lis ad reſiſtendum ſe parabant loca munientes
opportuua & ſuſpectos ex vrbe emittentes.
C Cum autem multa & copiæ legati, & ducis
Andegauenſis,& Florentinorum tentaſſent ad
capiendum vrbem,& omnis eorum fruſtrare-
tur conatus viriliter reſiſtentibus hoſtibus
legatus Viterbium reuerſus eſt,Dux Andega-
uenſis receſſit & galeam aſcendens applicuit
demum Florentiam,poſtea Pratum inde Piſto
rium ad Alexandrum pontificem cum eis tra-
ctans de agendis in vere futuro & ob pecuniã
procurandam in prouinciam profectus eſt.

Vrbs à põtificiis tentatur, ſed fruſtra.

De vrbe recipienda conſultatur tandem capitur.Ioannes Vilanus.

D

§. VII.

INTEREA Dominus Malateſta dux exer-
citus Florentinorum vna cum Paulo Vrſi-
no, qui remanſerant circa Romam decreue-
runt vrbem ipſam capere pro Alexandro Pon-
tifice & ad hoc efficiendum habuerunt ſecre-
tum tractatum cũ quodam ex primoribus ciui
tatis Lælio nomine qui habebat magnam ſe-
quelam in vrbe.Et cum plura ad hoc ordinaſ-
E ſent,quibus obuiabatur propter diligentẽ cu-
ſtodiam,quam comes Troiæ procurauerat v-
na dierum Malateſta capitaneus ſe cum copiis
ſuis per duodecim milliaria elõgauerat ab vr-
be. Quod intelligens comes Troianus exiſti-
mans ſe poſſe in conflictu Paulum vrſinum cũ
ſuis proſternere,abſentibus copiis Florentino
rum cum ſuo capitaneo inſultum fecit trans
Tyberim pergẽs contra gẽtes Pauli vrſini:ſed
fraudatus eſt ſpe ſua.Nam in eo belli congreſ-
ſu Paulus vrſinus viriliter dimicans ſuperauit
comitem Troianum multis occiſis & aliis ca-
ptiuatis.Sicque gentibus comitis profligatis,
F & hinc inde diſperſis.Lęlius hoc audiens cum
ſuis clientelis excitauit tumultum in ciuita-
te.Paulus Vrſinus in adiutorium eorum mi-
ſit ex equitibus ſuis. Vndefactum eſt vt Pau-
lus cum Romanis ſe regi rebellantibus Ro-
mam caperet pro Alexandro pontifice.Comes
autem Troianus,& barones,qui eum iuuabãt,
impetum Romani populi non valẽtes ferre:ex
vrbe fugam arripuerunt.Paulus vrſinus ad do
mos eorum antiquas in monte Iordane pergẽs

Paulus Vrſinus comitẽ Troiæ ſuperat.

A.C. 1410.

reſedit. Romani vrbe dedita deuotioni & obedientiæ Alexandri officia,ſolita inſtituerũt ad gubernationem vrbis. Mallateſta autem dux exercitus Florentinorum audita vrbis deditione ſubito cum ſuis profectus eſt ad vrbem. Et cum ingredi vellet cum inſigniis & vexillo Florentinorum Romani aliquãtulum reſtiterunt deinde acquieuerunt ei. Qui ingreſſus quaſi triumphum gerens,in campo Floræ ſe collocauit menſe Ianuarij. Nec multò pòſt omnia fortalitia vrbis vi acceperunt & Tyburtina ciuitas & Oſtienſis etiam ſe tradiderunt.

A.C. 1410.

Hæc Florentiæ nunciata magnam lętitiam populo attulerunt.

Cùm autem Florentini ſuaderent Alexandro nõ Bononiam pergere,prout tractauerat, ſed Romam,vt magis firmaretur populus Romanus in obedientia eius:non eſt ei viſum bonum,ſed melius,vt legatus Bononienſis eo ſe conferret ad conſolidandum,quæ geſta erant & poſtea ipſe accederet. Recedens ergo Alexander cum curia de Piſtorio,Bononiam profectus eſt,& honorificè ſuſceptus.

Alexãder Bononiã proficiſcitur.

Romani autem miſerunt oratores Florentiã vt & ipſi Florentini cum eis deſtinarent ſuos oratores ad Alexandrum vt perſuaderent ei Romam adire pro firmiori ſtatu ſanctæ eccleſię. Qui ſimul applicantes Bononiam cum expoſuiſſent ei commiſſa quamuis pluribus ex cardinalibus videretur idem , & conſulerent, perſuaſione tamen legati Bononienſis Baltaſaris decreuit protunc non ire, ſed promiſit mittere vnum cardinalem , & poſtmodum in breui ſe venturum Dux exercitus Florentinorum Malateſta Februario ſequenti reuerſus eſt Florentiam cum copiis & inſigniis & commendatus de ſua induſtria & victoria belli,licentiatus eſt,quia eo opus non erat,& cum optima gratia ciuium reuerſus eſt ad propria.

Cum rex Ladiſlaus eſſet Neapolim reuerſus,iterum quæſiuit pacem facere cum Florentinis mediante quodam ciue Florentino Gabriele ſcilicet Brunelleſco. Et poſt multos tractatus ſuper huiuſmodi cum multa peterent Florentini in capitulis faciendæ pacis, vt quod dimitteret terras eccleſiæ liberas , obedientiam præſtaret Alexandro non Gregorio & alia quędam,pene omnia aſſentiebat ſe facturum,cum hoc quòd Florentini Ludouico Andegauenſi , non ſexcentas lanceas prout conuenerant cum eo : nec aliquod adiutoriũ ei præſtarent contra eum. Quod cum recuſarent Florentini,& papa cum cardinalibus,nihil eſt concluſum. Paulo poſt Alexander cum circa annum, vt papa pene ab omnibus fuiſſet veneratus,diem clauſit extremum Bononiæ,vt communiter dicitur veneno interemptus.

Genuæ proditio detegitur.

§. VIII.

AD ſuperiora aliquantulum tempora redeundo, Anno Domini. 1409. Genuæ detecta eſt quædam, quæ parabatur proditio, qua tractatum fuerat per Gabrielem Mariam

A filium illegitimum ducis Mediolanenſis præmortui ſcilicet Galeaij, qui Florentinis prætio tradiderat Piſas, vt Dominus ciuitatıs , ſe cum Facino cane,& cum gentibus armorum, & exulibus Genuenſium venturos prope Genuam , prætendentes alio ſe proceſſuros ad bellum. Ordinatumque erat cum aliquibus ciuibus ab intra,dare eis ingreſſum in vrbem per vnam portarum,& capere ciuitatem. Cum autem veniſſet Genuam præfatus Gabriel ante terminum præfixum proditionis cum quinquaginta militibus quaſi quædam alia nego- A.C. 1410.

Ab intra. i. in vrbe degentibus.

B tia acturus,captus fuit à gubernatore Genuæ, & ab eo decapitatus,vt proditor regiæ maieſtatis Franciæ vice cuius ibi fungebatur gubernator & prius ipſi Gabrieli abſtulerat Serezanam.

Gabriel Maria capite plectitur.

Anno vero milleſimo.cccc ix.cum diutinum & graue bellum fuiſſet inter Marchionem Ferrarienſem , & Dominum Othonem Bontertium , qui dominabatur per tyrannidem Parmæ & Regij,& aliis in locis,cœperunt tractare adinuicem de pace componenda. Et vt citius perueniretur ad effectum pacis conuene-

C runt in hoc,quod in certo loco cuiuſdam prati ſibi inuicem occurrerent,vt mutuis collocutionibus rem expeditius perficerent. Die igitur ſtatuta vterque proceſſit cum quingentis equitibus ad locum determinatum, dimiſit tamen vterque equites ſuos circa locum præfixum illius prati , & cum quinquaginta ſociis ad pratum id vterque concurrit. Aliter tamen & aliter. Nam ſocij Marchionis erant benè armati , ſocij verò Othonis inermes , vt pote non ſuſpicantes,quod Marchio conceperat. Cum ergo in prato conuenientes collo-

D querentur, Dominus Otho vulneratus fuit à ſociis Marchionis & ſiue Marchio fuerit primus ad percutiendum, ſiue Sfortia , qui cum Marchione aduenerat , capitaneus ſuit exercitus,ipſum alij omnes ſecuri totum perforantes dilacerauerunt,quem occiſum ſocij aufugientes dimiſerunt. Sicque vir ſanguinum & doloſus, qui per ſæuitiam , vt fera peſſima plauſtra occiſorum impleuit propter partialitates,non ſine ſanguine ſuo canos ſuos deduxit ad inferes,vt qui ſanguinem ſitierat , ſanguine repleretur.

Othonis bontertij mors terribilis.

E Eodem anno Ioannes nuncupatus Buccialdus,qui Genuam gubernabat pro parte regis Franciæ,cum frequenter infeſtaretur ab exulibus Genuenſium,& Facino cane, & quibuſdam etiam ab intra ciuibus,& quietius degere valeret,iniit fœdus colligationis cum Domino Mediolanenſi & quibuſdam aliis: vt ex eo efficacius Genuenſes ſibi ſubiugatos teneret,& Facinum reuinceret. Egreſſus vero quadam vice cum multitudine armatorum,profectus eſt in Longobardiam aliqua diſpoſitur⁹. Hoc ſentientes exules Genuenſium ſimul adu-

Gubernator Genuæ fœdus cum Mediolanenſi facit Aemy. lib. 19.

F nati, tractarunt cum quibuſdam Gibellinis, qui intra ciuitatem erant , reditum ſuum ad vrbem. Vnde cum adiutorio Facini , & Marchionis Montisferrati,& gentibus eorum, venerunt iuxta mœnia Genuæ. Qui & introducti ſunt in vrbem per eos,cum quibus tractatum fecerant & rumore in ciuitate ſuſcitato correptis armis occiderunt , quem dimiſerat

Genuenſes Gallis expulſis libertatem recuperãt.

B uccial

A.C. 1410.

Buccicaldus loco ſui,gubernatorem cum ſuis ſocijs,clamantes: Viuat libertas. Sicque excuſſerunt à ſe iugum ſeruitutis illius. Constituerunt que duodecim ciues gubernatores ciuitatis, & què reconciliarunt Guelphi cum Gibellinis: & Marchionê Montisferrati principalem inſtituerunt gubernatorem. Poteſtatem verò elegerunt vnum ex ciuibus Gibellinum. Poſt modum Gibellini è ciuitate principales ex Guelphis pepulerunt. Vnde nouitates plures ſecutæ ſunt. Erecta autem Genua in libertatē, B Buccicaldus ſua incautela dominium amiſit.

Giadria à Ladiſlao venditur. Fet. Marcellus c. 63. qui eā Iaderam nominat.

Eodem anno quamuis rex Ladiſlaus noſſet ciues Giadriæ, quę eſt in Sclauonia, magnum odium & inimicitias habere ad Venetos, ex eo quod Veneti ipſi præcedentibus temporibus contra eos egerant in bellis, & ipſe quoque rex multa obſequia & magna à Giadrenſibus accepiſſet, cum profectus fuiſſet in Vngariam ad regnum illud recipiendum, tamen proditoriè rex vendidit ciuitatem illam centum millibus Florenorum & menſe Auguſti dedit eis poſſeſſionem vrbis. Prius autem C eduxerat de ciuitate illa plures ex principalioribus ſub aliqua ſpecie boni. Si enim illi affuiſſent ciues, ſatis creditur eos non obtinuiſſe. Ob hoc indignati plurimi ex Giadrēſibus quaſi venditi fuiſſent in ſeruos, recedentes per diuerſas regiones domicilia ſua ibi conſtituerunt. Ex eo regi magnum dedecus ſecutum eſt.

Galliæ Ciſalpinæ ſtatus.

In diebus illis Gallia ciſalpina tota prælijs conquaſſabatur: cum multi tyranni ſibi ciuitates plures vſurpaſſent, filij autem ducis defuncti nullam fere poteſtatem exercere valebant, & quamuis cuncta nomine eorum fierent, regimen tamen erat in manibus Gibellinorum & Facini canis.

Circa id tempus quidam de Ordilafiis, illegitimus tamen, tractatum fecit cum Foroliuienſibus capere dominium ciuitatis Foroliuij, & rebellare eam facere legato. Et cum ciuitatem ingreſſus eſſet cum adiutorio aliquorum: tamen à quibuſdam miſſis à Florentinis ſuperati ſunt & profligati. Sed & caſtra quæ ſunt in valle Lamona, ſe rebellarunt legato Bononienſi, quæ in deditionem accepit Ioannes Aſtorgij Dominus Fauentinus de voluntate eorum, dicens ad ſe illa pertinere iuridicè. E Et hic finem facit Ioannes Villanus chronici ſui Florentini, quod in vulgari edidit.

Ioannes Villanus auctor Chronicorum Florētinorum.

De Ioanne vigeſimo tertio Papa quum Ladiſlaus Apuliæ rex ex Vrbe profugauit.

CAP. VI.

Ioānes 23. Onup. 22. Pon. max. 209. ſed. ar. 5. d. 5. A.C. 1410.

DEFVNCTO Alexandro quinto Bononiæ, cardinales in conclaui adunati, vt moris eſt, elegerūt a in Romanum pōtificem eū qui Vualdaſſar (vel Baltaſar) Coſſa nominabatur, qui erat cardinalis diaconus ſancti Euſtachij vocatus in ſua obedientia Ioannes. xxiij. de regno Apuliæ oriundus. Vir quidem fuit in temporalibus magnus, in ſpiritualibus nullus omnino atque ineptus, vt ſcribit Leonar. Aretinus. Anno. 1410. à natiuitate Domini creatus fuit. Ab initio vero mundi quinquies 1373. ſecundum minorem numerum, ſecundum maiorē numerum ſexies 1519. Poſt creationem verò ſuam Bononiæ fere per annum conuerſatus cum curia, Romam tandem petere conſtituit. Fuerat enim illa prius aliquantulum de Ladiſlai regis manibus extorta, vt patuit ſuprà. Iter eius per agrum Florentinum & Senenſem, inde ad vrbem fuit.

a *Sunt qui dicant non probe liberam fuiſſe electionem, quod Balthazar Coſſa, & legatus Bononienſis eſſet, & armatos mil tes tum in vrbe, tum in agris pro ſtatione habuerit, vt ſi precario id obtinere non poſſet, minis & armis tandem conſequeretur. Blond.*

A.C. 1410

Ioannes Romam petit.

Poſt hæc apparatus facti, & miſſæ aduerſus Ladiſlaum copiæ. Duces militiæ erant Paulus Vrſinus & Sfortia. Aderat quoque Ludouicus Andegauenſis, cui poſſeſſio regni quærebatur, iampridem ab Alexandro rex appellatus. Ab his commiſſo in finibus regni prælio, Ladiſlaus profligatur. Quod ſi duces militiæ, qui erant pro parte pontificis, & ducis Andegauenſis, & alij ſequi voluiſſent, aut ſciuiſſent vti victoria, actum fuiſſet de regno, ſed immorando ac tempus terendo recipiendi ſeſe ac reparandi vires facultatem victo regi dederunt. Vox poſtea fuit Ladiſlai, qua die profligatus eſt, & ſui corporis & totius regni poteſtatem in manibus hoſtium fuiſſe. Secunda verò die corporis ſui poteſtatem amiſiſſe, regni tamen adhuc dominos eſſe potuiſſe; ſi proſecuti victoriam fuiſſent. Tertia verò die nec D iam ſui corporis, nec regni capiendi habuiſſe poteſtatem, quoniam aduerſus illorum vim iam remedia comparaſſet.

Nobilis Andegauēſis de Ladiſlao victoria. Le. Aret. A.C. 1411.

Ladiſlai de ſui victoria dictū.

Poſt hæc fortuna varia fuit, vt modo pax inter pontificem & regem, modo bella vigerent. Ad extremum vero rupta pace, ac Paulo Vrſino cum pontificis copiis in Picentibus obſeſſo, pontifex Ioannes Roma pulſus à Ladiſlao rege, & copiis ſuis, Florentiam venit. cum enim non multo ante pontifex pacem feciſſet cum rege, præſtitit ei rex obedientiam, dimiſſo Gregorio. Et licet non multum de eo confideret pontifex ſciens eum facile fractorem eſſe fidei; non tamen credebat pro tunc contra eum aliquid attentaturum. Nam & ſi diceretur regem verſus Romam accedere, cauſam huius rei rex diuulgauerat, quòd quia pontifex cito ad concilium eſſet iturus, expediret non longe eſſet ab vrbe ad compeſcendos inſurgentes tumultus: ne nouitas fieret. Sed re vera dominium intendebat vrbis reſumere, ad quod eum Romani exules excitabāt. Quodam igitur mane fractis mœnibus in aliqua parte ingreſſus eſt rex vrbem. Quod audiens Ioannes pontifex, & intelligens eum hoſtem, aufugit cum curia, cum non haberet F defenſorem.

Florentiā Pontifex venit. A.C. 1411.

Rex autem vrbem capiens in primis mercatores Florentinos ſpoliauit doloſe. Nam cum ſua mercimonia & alia precioſiora occultaſſent paulo ante hoc timentes, præconizari fecit omnes tutos eſſe, & ſubſtantias eorum, propter quod illi aſſecurati occultata palam produxerunt. Quo facto eos, & omnia bona eorum

A.C. 1411.

rum, non vt rex,ſed vt pyrata peſſimus prædatus eſt. Factiones magnæ per illud tempus in Florentinis vigebant,aliis pontifici,aliis regi fauentibus. Ob eas factiones pontifex intra vrbem inuitatus non eſt,ſed in ſuburbano epiſcopi reſedit,curia autē intra vrbem recepta. Rex igitur præfatus per hæc ipſa tempora vrbem Romam,& alias omnes vrbes vſque ad fines Senenſium Florentinorumque occupauit.

Ladiſlai regis dolus.

Qui cum terribilis ac potens eſſet,lateque per Italiam dominaretur,nec vlla reſiſtendi cerneretur ſpes,Ioannem pontificem impulit ad externa tranſalpinaque auxilia reſpicere.

Sigiſmundus imperator & pontifex de celebrando concilio deliberant. Nau. ibid. Aemy. lib. 10. Leo. Aret. A.C. 1413.

§. I.

SIGISMVNDVS a per id tempus imperium ſuſceperat:germano eius Venceſlao rege Bohemiæ imperio priuato propter ineptitudinem eius, & Roberto Bauaro poſt illum electo,ſed iam defuncto. Ad hunc igitur Sigiſmundum,vt ſtrenuum & magnanimum, regem etiam Vngariæ cum in finibus Italiæ eſſet, Ioannes pontifex duos ex cardinalibus Romanæ eccleſiæ legatos miſit, iampridem tamen inter eos agitata re litteris & nunciis. Vnicum quippe remedium & imperatori & pontifici videbatur generale conciliū aduocari. Sed erant circa hoc ipſum conſtituenda permulta,ceu locus,tempus &modus. Miſſi ſunt igitur his de cauſis ad Sigiſmundū legati. Horum miſſio legatorum ruinæ pontificis initium fuit,ſed amotionis ſchiſmatis & vnionis faciendæ non modica pars.

Leonard' Aretinus papæ ſecretarius.

Qua in re non videtur prætereundum (inquit Leonardus Aretinus in his perſonaliter ſe recipiens) mirabile quoddam, quod tunc accidit,vt omnia cælitus gubernari cognoſcamus. Communicauerat(ait) mecum pontifex arcanè(ſecretarius enim eius erat) mentem & cogitationem ſuam dicens:In loco concilij totum eſt. Nec alicubi eſſe volo, vbi imperator plus poſſit. Legatis igitur iſtis,qui à me mittūtur,mandata ampliſſima poteſtatemque maximam ad honeſtatis ſpeciem,dabo,quæ palam oſtentari poſſint, atque proferri: ſecreto autem,mandatum reſtringam ad loca certa, & ipſa enumrauit. Cum in hoc propoſito multis diebus fuiſſet,tempus aduenit, quo legatos proficiſci oportebat. Tunc remotis cæteris præter me vnum(inquit Leonardus) legatos ſecreto allocutus eſt,multiſque verbis co-

a *Roberto Imperatore A C. 1410. Calen. Iunij mortuo,inter regnum fuit menſium trium & dierum 12. poſt quod Iudocus Barbatus ex Marchione Morauiæ Rex Romanorum creatus regnauit menſes 6. qui tamen quia neque prima corona fuit inſignitus,à D. Antonino prætermittitur. Quo mortuo A. C. 1411. Imperator Cæſar Sigiſmundus 16. Romanorum in occidente Imperator,regnauit & imperauit an. 26. m. 8. dies aliquot. De quo Cuſpinian. Eguat. & alij.*

A.C. 1413

A hortatus ad munus legationis diligentiſſimè obeundum: oſtendens quanti ponderis illa res eſſet,cuius rei gratia mitterentur. Deinde conuerſus ad beneuolentiam:cum eorum prudentiam fidemque laudaret, ac melius illos cognoſcere quid facto opus eſſet,quam ſeipſū diceret,dum iſta commemorat atque inculcat affectus ipſe beneuolentia propoſitum diu cogitatum momento temporis immutauit. Decreueram(inquit pontifex) loca quædam nominare,à quibus nullo modo diſcederetis,ſed

Diuinitus Pontifex immutatur.

B in hoc temporis puncto ſententiam muto, ac veſtræ prudentiæ totum permitto. Vos quid mihi tutum, quid formidandum, cogitetis. Chartulamque,in qua ea loca ſcripta erant,in eorum conſpectu lacerauit abſque vlla alicuius loci nominatione.

Conſtantia ad concilium deligitur.

Legati igitur ad ſignificandum profecti, Conſtantiam pro loco concilij delegerunt, vrbem & tráſalpinam & imperatori ſubiectā. Quod ipſi imperatori multum placuit. Sed hoc vbi intellexit Ioannes pontifex incredibile quantum indoluit, ſeipſum & fortunam ſuam deteſtatus,quod iam à cogitatione pro-

C poſitoque illo priſtino reſtringendorum locorum deſciuiſſet. Sed voluntati Dei reſiſtere nemo poteſt. Iam enim decreuerat Deus, vt fieret vnum ouile & vnus paſtor,quamuis pontifex aliud intenderet. Ioannes igitur principio hyemis è Florentia Bononiam adiit. Nec multò pòſt congreſſum Sigiſmundi petens in Galliam profectus ciſalpinam, Placentiæ primo cum illo congreditur. Inde ad Laudenſem vrbem profecti,ambo menſe fere toto in ea vrbe fuere. Ex Laude tandem Cremonam petierunt. Conditio Galliæ mihi per id tempus nō

Ioannis Pont. & Sigiſmundi congreſſ'. Gen. 50. Ioan. 10. Leo. Aret. hæc dicit.

D peſſima modo: verumetiam miſerabilis viſa eſt. Adeo quaſſatas vrbes ac regionem totam bello afflictam vaſtatáque oſtendimus. Dux a Mediolanenſis erat Philippus, Galeatij primi ducis filius. Is iuuenis tunc velut ex longo principatus morbo vires reſumere incipiebat. Nec dum tantum poterat,vt cæteras vrbes recuperare de manibus occupantium valeret. Itaque ſingulis fere ciuitatibus ſinguli dominabantur tyranni. Vbique magna pars ciuium pulſa aut necata:vbique villæ & ædificia exuſta. Ioannes relicto apud Cremonam impera-

Philippus dux Mediolanenſis miſerabilis.

E tore Mantuam petiit. In ea vrbe paulo longius commoratus,tandem exacta hyeme tota Bononiam rediit.

Ea æſtate cum Bononiæ reſideret Ioannes: ſuſpenſis omnium animis,& ad concilium ſe præparantibus Ladiſlaus b rex Apuliæ præ-

a *Hic Philippus Maria vicecomes, de quo ſuprà cap. 3. §. 43. non modo paternam ditionem non recuperauit,ſed poſt ſtupendam quæ facta erat paterni principatus euerſionem,ad eam deuenit rerum inopiam, vt arcis Papiæ præfecti beneficio vitam*

F *inibi tutatus educationi neceſſaria à ſingulis mendicauerit amicis. Blond. lib. 1. dec. 2.*

b *Ladiſlaus ſpem conceperat vniuerſæ Italiæ regno potiundi. Tam opportunè obiit, vt veneno ſublatum non abſit ſuſpicio. Succeſſit ſoror Ioanna minor nihilo illa ſuperiore Ioanna regina ſanctius fœliciuſque Neapolitanis nomen. Aemyl. Obtinuit regnum poſt mortem fratris. 8. Id. Aug. A.C. 1414.*

A.C. 1413. *1414. coronata à duobus epiſcopis legatis Martini. 5. A.C. 1419. regnauit an. 20. de hac infra c. 7. §. 6.*

ter ſpem expectationemque omnium moritur. Cum enim exercitu coacto magnis copiis Perufium vſque veniſſet, Florentini conterriti relicta pontificis ſocietate, per ſeipſos receperunt pacem [data grandi pecunia.] In qua inter cætera obtinuerunt Florentini ab eo, vt Cortonium eis traderet, certam magnam pecuniæ ſummam recepturus ab eis, quod factum eſt. Et per hunc modum Cortonium tranſiit ad dominium Florentinorum. Quibus peractis retrocedens rex non ſatis bona valetudine Neapolim rediit, ibique poſt paucos dies è vita migrauit. Eius mors Florentinos, cæteraſque liberas ciuitates magnis ſuſpicionibus, & maniſeſtiſſimo certiſſimoque periculo liberauit. Nullum enim diffugium erat eo viuente, quin colla tandem ſubmittenda fuiſſent, præſertim cum magna pars ciuium iã tunc ad illum inclinaret. Nec credendum eſt regem pacem illam cum Florentinis egiſſe, vt quietem affectantem & amicitiam cum inimicus omnis veræ pacis eſſet, ſed vt ſub ea negligentiores redderet, & incautos, ſicque improuidos occuparet, vir ambitioſiſſimus, & dolo, & infidelitate pleniſſimus. Nec ſuis ſe ipſe credebat, vnde & in caſtris non ordinariè, vt regalem maieſtatem decet, ſed vt ſcurra, nunc cum iſto, nunc cum illo è ſcutiferis cibum ſumebat veneni ſuſpectus. Et cum iam ad extrema veniſſet, dicebat, Florentia, Florentia, Eamus Florentiam, ſuos vocabat, & Paulum Vrſinum capite, & tenete, & huiuſmodi & ſimilibus verbis vitam finiuit, quod contigiſſe videtur circa annum. 1413. Cuius morte quieuit ciuitas Florentina annis fere decem vſque ad annum Domini. 1413.

Mors Ladiſlai regis Apuliæ. — *Ladiſlai regis mores.* — *Ladiſlai regis morientis ſermones.*

Interea vero concilium generale celebratum eſt Conſtantiæ, vt dicetur. Et regina a Ioanna ſecunda: germana regis Ladiſlai, ei defuncto ſucceſſit in regno Apuliæ. Et dux Mediolanenſis Philippus vires reſumpſit, & ciuitates Longobardiæ amiſſas recuperauit. Pontifex maximè illius morte releuatus eſt, vt iam nil eſſet, quod illum cogeret ad Sigiſmundum reſpicere. Sed tamen, quia concilium à pontifice, ſimulque imperatore in eorum congreſſu illo Gallicano ſolenniter fuerat publicatum, & locus Conſtantiæ indictus, tempuſque præfixum quo adeſſe oporteret, noluit pontifex promiſſis deeſſe, quamuis multi eum temporaliter diligentes ſibi contrarium ſuaderent, quod ſibi accidit formidantes & annunciantes. Exiſtimauit tamen ipſe in breui reuerſurum ſe firmiorem in ſede Petri.

Poſt mortem Ladiſlai quæ euenerunt in Italia.

Ioannes vigeſimustertius Conſtantiam venit. Naucl.

§. II.

ITAQUE circiter Calendas Octobris Bononia ſe mouens per Veronenſem Tridentinumque agrum tranſitiſſis alpibus Conſtantiam acceſſit. Cui imperator Sigiſmundus cum magna & decenti comitiua per aliquot milliaria obuiam venit, ipſum, vt papam, venerans; & ſummo honore in Conſtantiam introducens. Incredibilique principum prælatorũque frequentia cœpit concilium a celebrari, ita vt eſſent in eo loco equorũ ſupra triginta millia: ex quo multitudinem, hominum licet coniectari.

A.C. 1410

Illuc quoque acceſſit cardinalis Raguſinus Dominus Ioannes Dominici, ordinis prædicatorum pro obedientia & parte Gregorij qui à multis, Deum timentibus & peritis adhuc reputabatur pontifex ſummus, quamuis ab extra ſoli Malateſtæ cum venerarentur. Prædictus igitur cardinalis, vt legatus miſſus à Gregorio, confirmauit concilium ipſum eius authoritate. Treſque alij cardinales Gregorij, vt Dominus Gabriel, qui poſt Martinum electus dictus eſt Eugenius, Dominus Antonius cardinalis Bononienſis, & alij illuc acceſſerunt. Et ex illis duabus obedientiis, ſcilicet Gregorij & Ioannis factum eſt vnum ouile. Deſtinauitque Gregorius ipſe iam decrepitus Arimini reſidens, dominum Carolum Malateſtam ad concilium, inſtituens eum ſuum procuratorem cum ſpeciali & ſufficienti mandato ad renunciandum.

Conciliũ Conſtantienſe. — *Gregori' etiam tẽpore concilij reputabatur verus pontifex.* — *Confirmatur à Gregorio 12.*

Vir iſte Carolus princeps illius familiæ, fuit, Arimini pro eccleſia dominium tenens. Huic nihil deeſſe videbatur ad excellentiam laudis. Idem robuſtiſſimo ac pulcherrimo corpore, & concilij maximi, ac magnitudine animi pene immenſa. Idem egregia liberalitate, & religione Chriſtiana deuotus, & (quod rarius eſt in dominis inuenire) ſtudiorum literarumque peritiſſimus, in bellis tamen non multum fortunatus.

Laudes Caroli Malateſtæ.

Diſcordiæ interim inter Ioannem pontificem Sigiſmundumque oriri cœperunt: quæ alterum alteri, ſuſpectum plane, inimicumque reddidere. Quæ cum procederent longius, ac indies magis pericula cernerentur, Ioannes clam abire conſtituit, veritus ne, quod accidit ſibi contingeret papatu oporteret cedere, vel priuari, qui ad hoc venerat, vt apoſtolicus permaneret. Adiutus ad hoc, & plane inuitatus factione fuit Moguntini archiepiſcopi & Friderici ducis Auſtriæ, ex Artheſia: qui cum imperatori aduerſarentur, creſcere eius authoritatem ex oppreſſione pontificis condolebant.

Ioannis 23. & Sigiſmundi diſcordiæ. A.C. 1415.

Ioannes itaque cum iam amplius quatuor menſibus in concilio fuiſſet, randem propter ſuſpicionem noctu incognitus cum paucis eo mirantibus fugiens Scafuſam abiit. Cardinalium nemo fuerat conſcius. Secuti ſunt tamen poſtea plerique eorum ſub ſpecie reducendi reconciliandique. Qui cum nihil perficerent vim concilij verentes, Conſtantiam rediere, ne forte ſuis dignitatibus priuarentur. Ioannes autem pontifex Burgundiam petere feſtinans, iuſſu Friderici a ducis Auſtriæ prædicti

Ioannes Pontifex Conſtãtia fugit.

a *Ioanna 2. Regis Caroli 3. filia: regnum obtinuit poſt mortem Ladiſlai fratris VIII. Id. Aug. A.D. 1414. regnauit ann. 20. Onuph.*

a *In hoc totius Europæ potentum inſigniũque virorum cœtu celeberrimo ſupra quadraginta hominum millia ſimul fuere. Blond. dec. 2. lib. 1.*

a *Cæſar poſt Ioannis fugam accuſauit Fridericum*

A.C. 1415.

cum, quod tutor, ad nto quæ Papæ in fugiendo fuerit, & abſoluit omnes ſubditos Friderici ab obedientia eius, priuauit eum feudis & omnibus bonis, corpus & bona ipſius expoſuit omnibus. Sed mediatoribus Principibus inter Regem & Ducem Fridericū compoſitio facta eſt, qua ipſe iurauit Papam Ioannem Concilio repræſentare, & fecit in eo quantum potuit, & ipſum Ioannem vſque ad cellam Rudulphi perduxit. Naucl. ex actis Concilij.

per viam retentus imperatori traditur. Timuit enim magnitudinem rei Fridericus: præſertim cum per id factum imperatorem ſimul, & concilium in ſuam ruinam prouocaſſet. Itaque ex protectore proditor factus, vel potius ex malo promiſſo fidem reſcindens & pœnitens, reducere illum, ac tradere conſtituit. Non tamē Conſtantiam reductus eſt, ſed alia per oppida captiuus detentus. [Pontificatu] ſeu ſponte, ſiue inuitus (quod magis videtur) ſe abdicauit. Multis enim articulis enormium ſcelerum de eo in concilio perlectis, tanquam eccleſiam ſcandalizans, & maximè, quia vnionem non quærebat, propter quod concilium congregatum erat, ſed ſchiſma continuare, quod ex fuga patebat, & ſi non ceſſerat, tamen depoſitus fuit iudicio concilii.

Vide ſeſſ. 11. & 12. eiuſdem Con. tom. 3. Conc.

Lentum deinde concilij negotium fuit: cū & corrigere in eccleſia permulta, ac tollere pęnitus ſchiſma niteretur, quæ tempore non breui egebant. Viuebant enim adhuc Gregorius & Benedictus, ambo, & ſi in concilio nuper Piſano damnati, tamē pōtifices ſe nuncupabant. Sed Gregorius vir ſanctus, vt pote qui eccleſiæ & vnionem & reformationem ſemper optauerat, per a Carolum Malateſtam

Gregorius vir ſanctus vnionis Eccleſiæ ſtudioſiſſimus ſe pōtificatu ſponte abdicat. vide ſeſſ. 14.

a *Is inſignia Pontificum indutus, in anguſtiſſima ſella conſedit, ac velut Gregorij perſonā gerens depoſitiſque ſacris inſignibus ac relicta ſella ſe abire pontificatu profeſſus eſt. Benedicti animus peruicacior. Duces franci eum de ſententia nō mouerant. Sigiſmundus ſi ſua præſentia regia auguſtaque maieſtate adducere poſſet, vt conſentientis nominis Chriſtiani fidei ſe crederet, experiri ſtatuit. Perpauci Cæſares in bello, vt de hoſte victoriam ferrent tot labores adiere, vt Sigiſmundus bello infelix, vt pacem Eccleſiaſticam conſtitueret. Perpinianum Terraconenſis ditionis oppidum ſe contulit, quo ex compoſito Terraconenſis rex Benedictuſque congreſſi ſunt. Actum eſt cum Benedicto, vt cum tantus conſenſus generis humani ſine numine eſſe non potuerit, non alienum à religione ſua exiſtimaret, profiteri ſe in auctoritate totius orbis futurum. Septuaginta ſeptem annos natus erat Benedictus, facundia literaturaque præſtans, qua vel priuatus nemini ſuorum temporum cederet, voce, latere ſpirituq; animi magnitudinem adæquante. Septem continentes horam cauſam ſuā orauit. Peroratio ac ſumma rei fuit, vt contenderet ſe verum eſſe pontificem. Dicendo diem eximebat, nec aduerſus tam obſtinati animi orationem tot annis commentatam, Cæſari regiue, quid contra fando contenderent occurrebat: niſi vt ne diffidere cauſæ ſuæ videretur hæc eadem vel per legatos Conſtantiæ, vel eo profectus ipſe coram prædicarent. Expugnari fando non potuit. Re infecta colloquium diremptum. Rex ſuos cunctos edicto vetuit ſacra iura beneficiaue à Benedicto petere. Aemyl.*

A.C. 1415.

procuratorem ad hoc ſuum omni iure ſuo, quod in papatu haberet, renunciauit ſolenniter, hoc petentibus congregatis, in concilio & expedire vnioni faciendę iudicantibus. Qua recepta cum magna iucunditate, patres nihilo minus venerandum illum, & omni laude dignisſimum, antiquum dierum ex Gregorio Angelum primum ſuum nomen reuerſum, legatum illum inſtituerunt in Picentibus conſiſtentem. Qui durante concilio non multo poſt renunciationem obdormiuit in domino, plenus dierum ſepultus Arimini.

Sed Benedictus non ſic, ſed in ſua pertinacia perſeuerans, quamuis pluries fuerit ad cōcilium vocatus, quinimmo imperator ipſe perſonaliter ad eum acceſſerit, & alij principes ad perſuadendum acceſſum eius ad concilium, vel ſaltem cedendum, vel renunciādū, vt aſpis ſurda aures obturauit. Et ne cogi poſſet, ad quandam inſulam paniſcolam dictam, cum paucis acceſſit locum inexpugnabilem. Cuius obſtinatione percepta, poſt omnem diligentem admonitionem, & citationem, & prolixā expectationem a depoſitus fuit ab omni concilio, declaratus nil iuris in papatu ei remanſiſſe, ſed vt hæreticus & ſchiſmaticus à cunctis haberetur. Vnde & egregius apoſtolicuſque prædicator natione Cathalanus magiſter Vincentius, qui fuit ſanctorum catalogo adſcriptus propter eminentes virtutes eius & miracula à Calixto papa, vt dicetur infra, qui prius erat ſub obedientia eius, & prædicabat pro iure eius perſpecta eius obſtinatione, prædicauit poſtea publicè contra eum, quòd non erat apoſtolicus, ſed apoſtaticus. Et ipſe ſanctus pater adhæſit concilio, & veneratus eſt geſta eius. Ipſo concilio durante defunctus eſt cardinalis Florentinus videlicet Dominus Franciſcus de zambarelis, Patauinus natione, doctor egregius vtriuſque iuris, & eloquens, qui edidit notabilem lecturam ſuper Decretales & ſuper Clementinas. Hic ex vicariatu epiſcopi Florentini aſſumptus fuit ad epiſcopatum ipſum, & ab ea dignitate in cardinalem promotus.

infr. tit. 23. c. 3. § 9.

a *Petrus de luna, dictus Benedictus 13. bis Pōtificatu priuatus eſt. Primo, Nonis Iunij in Concilio Piſano, A. 1409. Deinde in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 37. Septimo Cal. Aug. A. 1417. Vide Concil. Conſtan. ſeſſ. 37.*

Ioannes Huſs & Hieronymus de Praga comburuntur.

§. III.

IN ipſo etiam concilio damnatus fuit & cōbuſtus Ioannes a Hus hæreſiarcha, vnde de

a *Cum à Proteſtantibus quærimus, vt ſuarum edant origines Eccleſiarū non illi quidem, vt D. Ireneus dicit lib. 3. aduerſus hæres. ca. 3. ad maximæ & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem*

A.C. 1415.

ſidem per ſucceſſionem epiſcoporum peruenientem vſque ad nos recurrunt, ſed ad Ioannem Vuiccleffum & Ioannem Huſſum & Hieronymum Pragenſem tanquã ſuæ militiæ primos anteſignanos ſeſe conferunt. vnde eos Lutherus in libro de ſeruo arbitrio ſanctos vocat. & eos exempli cauſa afferat Melancthon pro cœtu viſibili in reſponſione ad quartum articulum Bauaricæ inquiſitionis & non multis ab hinc annis Theodorus Beza illuſtrium virorum iconas (illuſtres vocat inſignes cuiusque ſectæ apoſtatas, quorum nomina in inferno conſcripta ſunt, corpora verò in terris magna ex parte ſupplicus dignis affecta) quos tãquã glorioſos Eccleſiæ Dei refuſores ſe ſequi iactitat, ab iſtorum perditorum formis inchoatur. quod B *dum hi faciunt recentem admodum ſuæ tam prædicatæ Eccleſiæ originem confitentur, vt pote quæ ſuperiori tantum ſæculo enata ſit, & ex Hercinia demum ſylua tanquam Erimãthius ille aper emerſerit. Sed ſi volumus opiniones iſtorum cum Proteſtantium conferre dogmatibus, & hos paucos errores, quos D. An. illis attribuit cum erroribus noſtrorum nouatorum comparare, non à nobis modo, ſed ab iſtis etiam eos diſſentire perſpiciemus. Nam in primis non negant Proteſtãtes ab eccleſiæ miniſtris temporalia bona poſ*C*ſideri poſſe, cum eorũ miniſtri plurima bona poſſideãt, & Eccleſiaſticorum noſtrorum iura & bona in Scotia & Anglia vbi maximè regnãt, vſurparint. Præterea ipſi nõ agnoſcũt in momento poſt conſecrationem verũ Christi corpus in Euchariſtia contineri, cum nihil illi conſecrationi tribuant, ſed ſolum fidei energiam in hoc myſterio prædicent. Denique Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie infantibus neque ipſi porrigunt, neque eã ita neceſſariã ad ſalutẽ vt iſti prædicant. Multa præterea fuerunt illorum dogmata, quæ neque Lutherus, neque Caluinus, neque alij tempore noſtro noui Euangelij buccinatores ſequuntur. Vt diſertè* D *notat Henricus Pantaleon homo Lutheranus in ſua Chronographia ſcribens, ſecta Huſſitarum varios articulos eſſe partim recipiendos, partim diligenter reiiciendos à Piis. Illos autem videre licet apud Pium 2. lib. de orig. Bohemorum. cap. 53. & Tom. 3. Concil. in con. Conſt. ſeſſ. 12. Item apud Thomam Vualdenſem Doctrin. Fid. lib. 1. cap. 34. 38. & 42. Vnde apparet illos neque cum Vicleffo neque cum Huſſo conuenire. Et proinde quot ſunt inter illos hæreticorum ſectæ, tot ſunt hæreticorum ſynagogæ, quarum aliæ aliis non reſpondent. cum tamen fides Catholica, ſicut & eccleſia vna ſit. vide Sander. lib. 7. de viſib. mon. & Staplet. lib. 3. Controuerſ. capitul. 7. & 8.*

nominantur hæretici, qui dicuntur huſſæi, li- E cet habuerint aliquod initium à Ioanne Vuicleff Anglico, tamen iſte magis dilatauit & ampliauit errores, ex qua hæreſi infecti ſunt penè omnes Bohemi.

Multi erant errores eius. Nam aſſerebat nihil temporalitatis & iuriſdictionis temporalis licitè poſſe ab eccleſia, & eccleſiaſticis poſſideri, cum tamen multi ſanctiſſimi pontifices hoc egerunt, corpus Chriſti verum non eſſe in ſacramento altaris, niſi in momento poſt conſecrationem. Ipſum ſacramentum debere dare omnibus etiam laicis, etiam in- F fantibus ſub vtraque ſpecie, ex eo quòd Chriſtus dixit. Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: quod a Auguſtinus ex

a D. Aug. hunc locum de ſpirituali manducatione exponit in Io. trac. 26. cuius hæc verba ſunt. Hunc A *itaque cibum & potum (ſcilicet corporis & ſanguinis) ſocietatem vult intelligi corporis & membrorũ ſuorum, quod eſt ſancta Eccleſia in prædeſtinatis, & vocatis, & iuſtificatis & glorificatis ſanctis, & fidelibus eius. Quorum primum iam factum eſt, id eſt, prædeſtinatio: ſecundum & tertium factum eſt & fit, & fiet, id eſt iuſtificatio & vocatio, quartum autem nunc in ſpe eſt, in re autem futurum eſt, id eſt glorificatio. Huius rei ſacramentum, id eſt vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in dominica menſa præparatur, & de menſa dominica ſumitur, quibuſdam ad vitam, quibuſdã* B *ad exitium. Res verò ipſa cuius & ſacramentum eſt omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicunque eius particeps fuerit & trac. 27. hoc ergo nos docuit & admonuit myſticis verbis, vt ſimus in eius corpore ſub ipſo capite in membris eius edentes carnem eius non relinquentes vnitatem eius. Hunc etiam locum de ſpirituali mundatione interpretatur poſt Aug. D. Thom. in 3. p. quæſt. 65. ar. 3. & q 73. art. 3.*

*Cæterum idẽ Aug. alibi hunc locum de vera & reali corporis Chriſti manducatione in ſacroſancta Euchariſtiæ ſacramento declarauit, vt lib. 2. contra aduerſar. legis & Proph. cap. 9. diſputans contra Mani*C*chæos. Eat, inquit, aduerſarius iſte legis & prophetarum retro cum ſuis ſimilibus ſociis, qui dixerunt. Durus eſt hic ſermo quis eum poteſt audire, nos autem audiamus & intelligamus duo teſtamenta in duobus filiis Abrahæ, duobusq; mulieribus eius commixtione ſeratis. ſicut duos in carne vna Chriſtum & Eccleſiam iſtis nolentibus ſine vlla obſcuritate cognoſcimus, ſicut mediatorem Dei & hominum hominem Ieſum Chriſtum carnem ſuam nobis manducandam, bibendumq; ſanguinem dantem fideli corde atque ore ſuſcipimus. quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quam perimere, & huma*D*num ſanguinem potare, quam fundere. Quibus verbis D. Aug. hæc verba propriè & litteraliter exponens Chriſti carnem & ſanguinem nos corde & ore ſuſcipere profitetur. Idem facit quæſt. 58. ſuper Leuit. his verbis. Cum Dominus dicat, Niſi manducaueritis carnem meam & biberitis meũ ſanguinem non habebitis vitam in vobis, quid ſibi vult quod à ſanguine ſacrificiorum, quæ pro peccatis offerebantur tantopere populus prohibetur. ſi illis ſacrificiis vnum hoc ſacrificium ſignificabatur, in quo ſit vera remiſſio peccatorum. à cuius tamen ſacrificij ſanguine in alimentum ſumendo non ſolum nemo prohibetur, ſed ad bibendum potius omnes exhortamur, qui volunt habere* E *vitam. Itaque dubitari non poteſt ex mente D. Aug. hunc locum propriè & ad verbum exponi debere. Neque verò rationi diſſonum eſt vnum & eundem locum aliquando verè & propriè, aliquando myſticè & ſpiritualiter exponi poſſe. vide Sanctesi. Repet. 3. de. Euch. c. 1. Quæ quidem ipſe annotanda duxi non vt ſceleratis perfidisq; Huſſitis patrocinarer, qui ex hoc loco vtriuſque ſpeciei communionem vrgebant vel maximè. & pueris neceſſariam eſſe prædicabant. contra quos D. Anton. optimè myſticam D. Aug. huius loci expoſitionem producit: ſed vt D. Auguſt. nequaquã facere pro Caluiniſtis & Zuinglianis oſtenderem, qui* F *hunc locum interpretans, aliquando litteraliter eos planè ſuo fortiſſimo gladio iugulat, qui volunt hic imaginariam quandam Chriſti ſumptionem, non veram realémque conſtituere. Porro quomodo in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento verum Chriſti corpus contineatur nos poſt multos alios ex D. Aug. verbis oſtendimus ſupra tit. 10. cap. 8. §. 12.*

A.C. 1415.

D. Aug. quomodo verba Chriſti niſi mãducaueritis carnem filii hominis, &c. expoſuerit.

Iacob. 6.

Gal. 4.

Leuit. 3.

A.C. 1415.

A poni de ſumptione ſpirituali ſacramenti: quę eſt per caritatem quam habent paruuli baptizati. Sed adulti ſumere debent tempore ſtatuto ab eccleſia, & ſub ſpecie panis corpus & ſanguinem ſumunt: quia concomitanter totum eſt ſub vtraque ſpecie. Reprobabat etiam imagines Chriſti & ſanctorum quaſi idololatriam cùm tamen aliàs in concilio vniuerſali fuerint approbatæ non vt eas adoremus, ſed illud quod nobis repræſentatur per eas vt dicitur de conſe. diſt. 3. Venerabiles.

B Cum ergo in his & aliis erroribus permaneret obſtinatus, nec rationibus & authoritatibus ſanctorum acquieſceret, combuſtus publicè fuit. Et poſt eum alius quidam Hieronymus nomine eius ſectator: cum ad probandum ſuos errores ad concilium veniſſet & publicè diſputaret cum magna audientia & apparenti eloquentia captus eſt, & hæreſim ſuam abiurare nolentem, condemnari decretum eſt per concilium ad ignem. Et a quia imperator non videbatur hoc æquanimiter ferre, propter ſaluum conductum eis datum, reſpondit ei ſacroſancta ſynodus, eum argui

Item Hieronymus de Praga.

C non poſſe de fide mentita: quia concilium ipſum non dederat ei ſaluum conductum & concilium maius eſt imperatore, & ideo non potuiſſe contra voluntatem concilij id concedere, præcipuè in factis fidei. Cui determinationi, vt bonus filius Eccleſiæ acquieuit, & ille combuſtus fuit, cineres pro miraculis relinquens.

Concilium Conſtantienſe Ioannem Huſſum & Hieronymum Pragenſem iure flammis addixit.

D a *Quoniam Proteſtantes de hoc maximè queritantur, quod ſacrum hoc & venerabile concilium Ioannem Huſſum & Hieronymum Pragenſem flammis tanquam Hereticos ſuo decreto addixerit, iiſque fidem datam fefellerit fuſius de his agemus. & primò eos fuiſſe Hereticos, ne ipſi quidem Proteſtantes negabunt. Nam inter alia Ioannis Vuiccleffi deliramenta vnum hoc fuit. Deus debet obedire diabolo, omnia eueniunt de neceſſitate abſoluta, & multa huiuſmodi quæ certè Ioannes & Hieronymus ſequentes Heretici ſunt cenſendi. Iuſtum autem eſſe Hereticos punire, probat doctè Alphonſus à Caſtro. lib. 2. de iuſta Hereticorum punitione. cap. 2. & ſequentibus.*

E *Quare hoc primum eſſe ratum volumus, eos fuiſſe Hereticos, & iuſtè tanquam tales potuiſſe puniri.*

Nunc de modo & ratione punitionis aliqua dicamus. Hoc enim aduerſarij maximè vrgent, dum eos aduerſus fidem datam fuiſſe combuſtos conqueruntur. Itaque ex Æneæ Syluio libro de origine Boiemorum. cap. 13. Nauclero. generat. 48. Volumine ſecundo. & actis concilij Hiſtoriam fuſius declarabimus. Venceſlaus Bohemiæ rex requiſitus à Concilio miſit Ioannem Huſſum Conſtantiam cum ſaluo conductu Sigiſmundi im-

Huſſus Conſtantia diſcedit.

F *peratoris. Hic cum vidiſſet concilium attendere facta ſua, timore perculſus aufugere parat, clamque aſcendit currum ruſticanum, & ſtraminibus tectus exiuit ciuitatem. Innotuit hoc magiſtro ciuium, qui conuocatis ſatellibus inſecutus eſt eum, deprehenſumque in fuga, reduxit in vrbem. Fit concurſus populi ad ſpectaculum, & turbatione facta inter manus reducentium elabitur latibu-*

A.C. 1415.

A *la quærens, ſed mox deprehenditur, ac Ioanni papæ traditur, qui in palatio octo diebus, deinde cuſtodiæ mancipatur apud prædicatores. Per hæc tempora & Hieronymus venit Conſtantiam cum vno clerico.*

Auditus eſt Ioannes Huſſus in conſeſſu patrum, ætate maior & authoritate habitus, licet doctrina & facundia ſuperior eſſet Hieronymus. lecti ex omni natione patres diuini atque humani iuris doctores, ſæpe cum his colloquia habuere, dogmata eorum à lege diuina aliena eſſe monſtrarunt, neque bonis conducere moribus. Rogarunt, ne plus ſape-

B *re quam Eccleſia vellent, peregrinas opiniones relinquerent, ingenia ſua Vuiccleſſorum inſania non macularent, eloquentiam, quam præditi eſſent in corroborandis Eccleſiæ inſtitutis non euertendis exercerent, poſſe eos in conſpectu Dei, & in militanti Eccleſia ſublimem conſequi locum. Stetere in propoſito pertinaces, neque victi rationibus vinci voluerunt.*

Primores magnæ Synodi, vbi pertinaciam & immutabiles animos perditorum hominum aduertere runt, membra Eccleſiæ putrida, quæ ſanari non poterant, ne reliquum corpus inficerent, reſecanda

Tanquam Heretici ambo cõdemnãtur.

C *cenſuerunt. Lata eſt aduerſus pertinaces ſententia cremandos eſſe, qui doctrinam Eccleſiæ reſpuerent, condemnataque hæreſis Vuicleffi. Prior itaque Ioannes Huſſus combuſtus eſt. Hieronymus tamen aliquantulum ſe exhibuit faciliorem. Nam & in publico patrum conſeſſu Vuiccleffi hæreſim abiurauit, & Ioannis Huſſi condemnationem ſua ſententia comprobauit: poſtea tamen rurſum ad vomitum reuerſus eſt, ſéque iniquè in condemnationem Vuicleffi & Ioannis Huſſi conſenſiſſe aſſeruit, vt habetur ſeſſ. 27. eiuſdem Concilij. Quare & ipſe cum reſipiſcere nollet, pari ſupplicio affectus*

D *eſt ſabbato ante exaltationem ſanctæ Crucis anno Chriſti 1415. hæc ſicut narrauit ita geſta ſunt.*

Porrò hoc malè habent Proteſtantes, quod cum fide publica muniti hi ad Concilium venerint, tamen à Concilio ſupplicio affecti fuerunt. Sed ſciant in primis Hieronymum nullo auctore & fideiuſſore ſe eo contuliſſe, quare nihil contra fidem datam in illum eſt geſtum. Ioanni verò Huſſo fides quidem data fuerat ab Imperatore, non ab ipſis patribus, vt apertè Hiſtorici teſtantur. Quare Patres fidem violare non potuerunt, quam ne-

Concilium fidem a ſe datã non violauit.

E *quaquam ipſi, ſed imperator dederat: Vnde ſicut erat in poteſtate imperatoris, ſi Patres fidem ei publicam dediſſent, eumdem comprehendere, & prout iura dictant punire: ſic profectò Patres in eum ſuo iure animaduertere potuerunt, quamuis ei imperator eum futurum incolumem ſpopondiſſet: Hoc enim & ratio & iura teſtantur, rem inter alios actam, aliis præiudicium afferre non debere.*

Quod verò ſcribunt Heretici in Concilio Conſtantienſi decretum fuiſſe fidem hereticis non eſſe ſeruandam, falſiſſimum eſt, cum illi Patres diuini

F *humanique iuris peritiſſimi fidem etiam hoſtibus ſeruandam non ignorarint. ſed hoc voluerunt, hócque ad pium Imperatoris animum mitigandum ſanxerunt, ex fide publica imperatoris, non ſibi ablatam fuiſſe poteſtatem & auctoritatem quo minus in Hereticos pertinaces poſſent ſuo iure animaduertere. Hoc apertè loco D. Anton. declarat, imperatorémque laudat, quod huic Patrum admoni-*

Hereticorũ contra Cõcilium calumnia.

A.C. 1417.

admonitioni acquieuerit. Hoc etiam ipſius verba concilij, ex quibus hanc calumniandi cauſam Hæretici arripuerunt apertè demonſtrant, quæ in ſeſſione 19. ſic habentur. Declarat ſancta Synodus ex ſaluo conductu per Imperatorem aut alios principes Hæreticis conceſſo, nullum fidei Chriſtianæ aut Iuriſdictioni Eccleſiæ præiudicium generari poſſe aut debere, quo minus liceat iudici Eccleſiaſtico, ac huiuſmodi perſonarum erroribus inquirere, eoſque punire quantum iuſtitia ſuadebit, ſi ſuos errores reuocare pertinaciter noluerint, etiamſi de ſaluo conductu confiſi ad locum venerint iudicij, aliàs non venturi. Nec ſic promittentē, cum fecerit quod in ipſo eſt, ex hoc remanere obligatum: hæc ibidem. Ex quibus verbis tantum abeſt, vt fidem non eſſe ſeruandam Hæreticis concilium ſtatuat, vt contrarium planè tenere videatur. Nam promittentem debere facere quod in ipſo eſt denunciat, vt fides ei ſeruetur, cui ipſe dedit: & proinde fidem ipſe iuxta hanc concilij determinationem ſeruare & tenetur, & nihil omittere eorum, quę alios ad fidem, quam ipſe dedit, ſeruandam poſſunt inducere. Quod verò eum, vbi id fecerit, non manere obligatum adſtruit non mirum eſt quia impoſſibilium (quale eſt illud) nulla eſt obligatio. l. impoſſibilium. D. de regulis iuris.

Prælati autem in concilio innumerabiles congregati ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt Chriſticolarum, diſtincti ſunt in quinque nationes, videlicet Italicam, Gallicam, Anglicam, Hiſpaniam, & Germanicam: & ſub his comprehenſa ſunt omnia regna principatus fidelium. Ordinatumque eſt ſpiritu ſancto ſuggerente, quod nunquam alias puto ſeruatum, & hoc ad maiorem concordiam & firmitatem rei gerendæ, vt vltra voces cardinalium, qui erant ex triplici obedientia ſcilicet olim Gregorij, Ioannis & Benedicti: adderentur ex quolibet dictarum nationum quinque prælati, qui vocem cum cardinalibus in electione facienda haberent. Ad quod aſſumpti viri venerabiles, & omni reuerentia digni vt nullus ambigeret à Deo factum, quod vnanimiter à tot cardinalibus, & tot nationum vocibus geſtum eſſet. Conclaue igitur eis intrantibus, intra paucos dies electus eſt ab omnibus poſt aliquam diſcuſſionem, & vocum variationem, vnanimiter & concorditer dominus Otho cardinalis de Columna, vocatuſque Martinus quintus, & conſecratus eſt cum omni lætitia, & ſolemnitate.

Quinque nationes in Concil. Conſt. cōgregatæ Seſſ. 41, Coq.

Verùm ad tollendum omnem ſcrupulum, & contentiones, quæ innumeræ poterant exurgere circa beneficia olim collata, & gratias conceſſas, & ordinationes factas, & alienationes: quia quilibet illorum trium aſſerens ſe verū & indubitatum Romanæ Eccleſiæ Pontificem, per conſequens alios reputabat, & prædicabat ſchiſmaticos, nilque valere, quod ab eis fiebat, ideo ſanctiſſimè ſtatutum fuit vt quodcunque fuiſſet factum in partibus obedientiæ alicuius illorum, id eſſet ratum, firmum, & ſtabile. Epiſcopi ergo facti, & cardinales à Gregorio, & Ioanne & Benedicto ante depoſitionem, vel renunciationem alicuius eorum, remanſerunt in ſua dignitate & honore omnes cenſuræ, quas aliqui contraxiſſent in tali ambiguo, ablatæ ſunt. Et temporibus illis quibus durauit dictum ſchiſma in duos, & poſtea in tres, laici & aliis ſimplices, qui ſequebantur veſtigia maiorum ſuorum credentes in iſtum vel in illum communiter iudicantur excuſati coram Deo & hominibus: cum eſſet in eis ignorantia, quaſi inuincibilis, & iuris poſitiui, quantum ſcilicet ad iſtum vel illum papam tenendum. Sed qui cauſa honoris, vel temporalitatis alicui eorum adhærebat, contra conſcientiam venerans illum, nō excuſabatur.

A.C. 1417.

Approbantur geſta triū Pōtificū in ſuis obediētiis Seſſ. 14. & 22.

B Et ad cautelam fuit facta quædam relaxatio generalis omnium cenſurarum, quas quicunque incurriſſent ratione dicti ſchiſmatis ac etiam omnes indulgentiæ plenariæ poſitæ in quibuſcunque locis ad inſtar alterius indulgentiæ poſitæ alicubi annullatæ ſunt. Qui verò erant in aliqua vna dignitate plures conſtituti, quæ diuidi non poſſet, vni eorum dabatur, alteri aliud recompenſatorium, ſicut in ordine prædicatorum erant duo magiſtri ordinis in duabus obedientiis, magiſter Leonardus de Florentia in obedientia C Ioannis, & quidam alius notabilis magiſter in obedientia Benedicti. Decretum fuit, vt magiſterium totius ordinis, cum vnum ſit, ſicut & ipſe ordo, remaneret Leonardo, alteri loco ei conceſſus eſt epiſcopatus Catinenſis, notabilis dignitas in Sicilia, & ſic in ſimilibus. Dicitur etiā bullas ſolēnes regni Apulię adeundi & poſſidendi fuiſſe conceſſas per concilium duci Andegauenſi Ludouico, & ſucceſſorib. eius.

Relaxātur cēſuræ omnes Seſſ. 37.

Duob. in eadē dignitate quomodo prouiſum.

Nauel. 16.

D

Conſtitutio Conc. Conſt. contra Simoniachos facta ſeſſ. 43.

§. IIII.

IN ipſo autem concilio editæ ſunt quædā conſtitutiones ſalutiferæ, quarum vna talis eſt contra Simoniachos. Multæ contra Simoniacam prauitatem ab olim editæ ſunt conſtitutiones, quibus morbus ille non potuit extirpari, nos volentes de cætetò, vt poſſumus, prouidere ſacro approbante concilio declaramus quòd ordinati ſimoniacè ab excommunicatis ordinum ſuorum ſint eo ipſo iure ſuſpenſi. Electiones autem, poſtulationes, confirmationes & quæuis prouiſiones Simoniacæ, E Eccleſiarum, monaſteriorum, & dignitatum, perſonatuum, officiorum & beneficiorum quorum cunque deinceps factæ, nullæ ſint ipſo iure nullúmque per illas ius cuicūque acquiratur. Nec promoti confirmati, & prouiſi faciant fructus ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem tanquā iniquè ablata percipientes teneantur. Statuentes inſuper, quòd dantes & recipientes, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrāt, etiam ſi pontificali aut cardinalatus præfulgeant dignitate.

F Item alia conſtitutio contra mendicantes tranſeuntes ad alias religiones monachales ſine diſpenſatione papæ, excepto ſi tranſeant ad Carthuſienſes. Ex concilio Conſtantienſi. [volentes conſeruationi ordinum mendicantium prouidere, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus quod de cætero] Nullus religioſus ordinum mendicantium

Mendicantes ad religionē nō mendicantiū trāſeū tes excōmunicantur. Habetur extrau. com. c. 3. tit. 8.

A.C. 1416.

quorũcunq;,cuiuſcunq; gradus,ſtatus,cõditionis aut religionis exiſtat, quantumcunque & qualitercunque poſſit & debeat virtute cuiuſcunque licentiæ aut indulti Apoſtolici ſeu pœnitentiarij noſtri curam gerentis,vel alia quauis authoritate hactenus,etiam per bullas apoſtolicis facultatum quarumuis tam legatorum vel nunciorum ſedis Apoſtolicæ quam alia authoritate maximè de transferendis fratribus aut aliquibus præſertim ordinum mendicantium profeſſoribus in genere vel ſpecie,ab huiuſmodi ordinibus mendicantium ad monaſticos ordines ſub quacunque verborum forma appareant admitti, aut recipi per aliquos etiã ſuperiores ordinis ſeu monaſterij ſeu loci monaſtici,ſeu alias in monachum vel fratrem alicuius ex ordinibus monaſticis tam ſancti Benedicti,quàm Ciſtercienſis: Cameldulenſium, Valliſumbroſæ Canonicorum regularium ſancti Auguſtini,vel aliis expreſſis & non expreſſis,ordine Cartuſienſi duntaxat excepto, ſub pœna excommunicationis,quam tam recipiẽtes,quàm recepti ipſo facto incurrant. A qua ſententia nullatenus poſſint abſolui citra ſedem apoſtolicam excepto mortis articulo,& nihilominus taliter facta non teneant, nec vllius exiſtunt efficaciæ vel momenti. Hæc ibi.

De excõmunicatis nõ vitãdis certo modo nõ vocatis habetur hæc cõſtitutio in Syn.baſilienſi ſeſſ.20.

Item alia conſtitutio ſeu decretum illius concilij circa excommunicatos.Inſuper ad vitanda ſcandala,& multa pericula,quæ conſciẽtiis timoratis cõtingere poſſunt,Chriſti fidelibus,tenore præſentium miſericorditer indulgemus, quòd nemo deinceps à communione alicuius in ſacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcunque diuinis intus vel extra prætextu cuiuſcunque ſententiæ, aut cenſuræ eccleſiaſticæ à iure vel ab homine promulgatæ,generaliter teneatur abſtinere, vel aliquem euitare aut interdictum eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia aut cenſura huiuſmodi fuerit,in vel contra perſonam, collegium vel vniuerſitatem, eccleſiam vel locum certum vel certam à iudice publicata vel denunciata ſpecialiter & expreſſè, conſtitutionibus apoſtolis & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus aquibuſcũque.Saluo,ſi quem pro ſacrilega manuum iniectione in clericum,ſententiam latam à canone adeo notoriè conſtiterit incidiſſe, quòd factum non poſſit vlla tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari, nam à communione illius licet non fuerit denunciatus,volumus abſtineri iuxta canonicas ſanctiones.

Et nota,quòd licet aliqui dicerent iſtam cõſtitutionem non fuiſſe ab hominibus approbatam alij eſſe temporalem, & vſque ad ſequens concilium inde ad quinquennium celebrandum duraturam: Martinus papa interrogatus ſuper his, reſpondit fuiſſe ſimpliciter & abſolutè editam,& approbatam ab eo.

Nota & aliud ſcilicet quod ordinatum tũc fuit, quòd inde ad quinquennium aliud celebraretur concilium,quod vtique profunctoriè impletum fuit.Nam in capite quinquennij

A concilio aſſignato Senis,& miſſis qui in concilio præſiderent vice Papæ ſcilicet magiſtro Leonardo Florentino ordinis prædicatorum generali,& quodam epiſcopo, conuenientib, aliquibus epiſcopis,& prælatis, ſed paucis cœperunt congregari.Et factis modicis ſeſſionibus ſine vllis ordinationibus ibi editis, in breui completum,& reſolutum eſt.

A.C. 1417.

B

De Martino quinto papa in Conſtantienſi concilio electo.

CAP. VII.

Martinus 5.Onup.3. Põt. max. 210.ſed. a. 13. m. 3.d. 10.A.C. 1417.

MARTINVS igitur natione Romanus,prius Otho vocatus, ex familia Columnenſium, ſedit in ſede Petri,vt verus, vnicus & indubitatus paſtor Eccleſiæ,anno domini 1417.Ab initio mundi 5388. ſecundum maiorem numerum ſexies millesimo dcxiij.Sedit autem an-
C nis. 14. Imperator Sigiſmundus poſtulauit à Martino, vt legatum mitteret in Bohæmiam ad conuertendum illos hæreticos (iam enim multum infecerat peſtifera illa hæreſis patriã) venerabilem virum,& omni laude digniſſimũ (de cuius laudibus alias dicemus) dominum Ioannem Dominici cardinalem Raguſinum ordinis Prædicatorum.Quod & fecit.

Ioannes Dominici in Bohemiã mittitur dequo inf.tit. 23. c.9.§.3.

Hic ergo aſſumpta legatione poſt diſceſſum Martini à loco concilij ſoluti, profectus eſt ad partes illas. Expertus autem illos fore duræ ceruicis,& incorrigibiles perſuaſit Imperato-
D ri,vt illos gladio exponeret, antequam totam illam regionem inficeret hæreſis illa.Nõ enim ita inualuerat,quin multi adhuc immunes ab errore illo remanerent,& ideo cum adiutorio illorum facilè poſſet infectos extinguere. Sed Imperator nimis compatiens illis, quia regnum ſuum erat, cogitauit in proceſſu temporis poſſe ſine materiali gladio illis mederi, & ab errore reuocare. Sed contrarium accidit. [a] Nam cum quotidie augeren-

De bello Huſſitarũ.

E [a] *Cùm Huſſitarum bellum eorum, quæ vnquam ab Hæreticis geſta ſunt anteactis temporibus ſæuitia & atrocitate aduerſus Catholicos primum locum teneat vt in hac Hiſtoria,quæ tot bella pro religione ſuſcepta continet iſta viciniora & propiora non deforent: operæpretium me facturum putaui,ſi quæ hoc loco D. Anton.in vniuerſum ſummatimque recenſere viſum,ea pluribus verbis enarrare.Quamuis autem de hoc ſcripſerint Aeneas Syluius in lib.de origine Bohemorum, & in Coſmogr. lib.2.cap. 34. Cochlaus lib.de Huſſitis, Hiſtoria Gallica de bellis religionis cauſa ſuſceptis,Nauclerum tamen in gener.48.de hoc bello agentem ſequar*
F *qui & eleganter ſatis & breuiter rem ipſam perſecutus eſt.*

Ioannes Monach⁹ belli Huſſitarum auctor. A.C. 1418.

Surrexit in Bohemia poſt Ioannem Hus Ioannes quidam ex ordine Præmonſtratenſi impius monachus, ad omne ſcelus audax, qui cum predicaret

Praga

A.C. 1418. Pragæ apud Sanctum Stephanum, neque bene ſapere videretur, officio motus eſt per epiſcopum, monaſterium hinc Carmelitarum inuiſit: tum ſingulis fere diebus ſacram Euchariſtiam per ſuas Eccleſias circumuectabant Hæretici, quas cum paucas eſſe dicerent, ductore Nicola eius loci domino, vnde Hus originem duxerat, in regiam tumultuariè prorumpentes Venceſlaum orauere, vt ſibi ampliores Eccleſias daret, quia iam populi maiorem partem obtinerent. Audiuit rex benignè Nicolaum pro multitudine orantem, vtque in poſterum diem rediret, iuſſit. Deinde miſſo populo ad Nicolaum qui manſerat, conuerſus. Tu inquit qua nos & regno eiiceres orditus es telam, & ego laqueum inde efficiam, quo te poſtea ſtrangulem. Ille abiens populares magis ac magis accendit.

Vēceſlaus rē ad fratrē ſcribit. Rex in arcem Vicegradenſem vrbi vicinam ſe recepit, miſſis ad fratrem Sigiſmundum oratoribus, qui eius auxilium implorarent: Conſulibus autem nouæ ciuitatis Pragenſis, ne vlterius ab Hæreticis Dominicum corpus in pompa deferri ſinerent, imperauit. Huſſitę tumultuari incipiunt. At Hæretici poſt hac ad Eccleſiam Carmelitarum conuenientes, ad Eccleſiam Sancti Stephani per plurimas plateas Euchariſtiam circumtulere, & domum ſacerdotis ſuis ineptiis non conſentientis diripuere, & ſublato clamore ingenti furentes prætorium petiere. Conſules vndecim metu perculſi, fuga ſaluati ſunt, ſeptem qui remanſerant, & cum his iudex vrbis, alij nonnulli ciues raptim intercepti, ex altiſſimis feneſtris in forum præcipitati, lanceis & verubus irati populi excepti, dirum ſpectaculum præbuere, ſtante in foro Ioanne monacho ſacrum Chriſti corpus ſanguinario populo miniſtrante. Camerarius regni, qui cum 300. equitibus ad ſedandum tumultum venerat, vbi furentem plebem animaduertit de ſua vita ſollicitus fuga ſibi conſuluit. Ea cum regi renunciarentur, cunctique circunſtantes attoniti facinus deteſtarentur, At ego inquit pincerna, futura hæc præſcieram. Quem rex indignatus correptum, repente in pedes ſuos proſtrauit, & arrepto pugione conatus eſt interficere: ſed impeditus à circunſtantibus ægrè illi vitam dimiſit. Nec mora paralyſi correptus ægrotare cœpit, atque intra octo & decem dies ſignatis nominibus Hæreticorum, quos neci deſtinauerat, fratrem aſſiduè vocitans, & amicorum auxilia anxius expectans, ante vita exceſſit, quam vocati principes adeſſent. Mortuus eſt autem rex Venceſlaus anno 1418.

Ioannes Ziſca Huſſitarū princeps bellū aggreditur. A.C.1419. Anno 1419. Venceſlao defuncto Ioannes Ziſcha nobilis genere, infectus Huſſitarum veneno, & rapinarum auidus collecta perditorum hominum multitudine, in Eccleſias quæ reſtabant impetum fecit, imagines Chriſti Domini noſtri & ſanctorum confregit, monaſterium Carthuſienſium Pragæ vicinum inuaſit, monachos eius ordinis, tanquam populo inutiles migrare aliò iuſſit. Venere per idem tempus ex montibus Pragam circiter quadringenti viri, lepra Huſſitarum infecti.

Arcē Vicegradēſem inuadit. A.C.1420. Ziſca hos ſibi adiunxit & arcem Vicegradenſem negligenter cuſtoditam inuadere cupiens, ad locum, quem Crucem appellant profectus eſt. Ibi ſuprà 40000. virorum ex Hæreticis conuenere, qui ſuam multitudinem conſpicati, animum ad omne facinus adiecere. Multa ibi aduerſus Sigiſmundum Cæſarem, quem regium hæredem ſuis conatibus aduerſum norant decreta, Sophia interim anxia, crebris nunciis Sigiſmundum vocare, vicinorum conſilia

A petere. Sigiſmundum male vſum concilio in Turcos qui ſe iampridem caſtris exuerant, arma prius mouere, quam Bohemiam petere libido inceſſit. At dum Turcos laceſſere parat Bohemiam amiſit, & Vngariā nō aſcendit. Ea propter cum ſerum eſſet eius auxiliū, arcem Pragenſem, & minorem ciuitatem præſidio muniuit. Hæretici paſſim per regnum cōuentus agitare, ſollicitare populos minis ac blanditiis, implere nouam ciuitatem ſuis hominibus parant. A.C. 1422.

Praga Sigiſmundo deditur. Cùm hic eſſet rerum ſtatus legati Sigiſmundi ſuperuenere, qui regni gubernationē accipientes cum ciuitate Pragenſi ea lege inducias fecere, vt B arce Vicegradenſi reddita, liceret ciuibus oratores ad Sigiſmundum mittere, deque re ſua cum eo tranſigere, Ziſcha, quæ occupauerat loca reſtitueret. Conditionibus acceptis atque completis, externi Hæretici vrbem reliquere: conſulatus ex priſco more gubernationē iniit. Quietiore reddita ciuitate, nondum Catholici qui exceſſerant redire auſi, expectabant Sigiſmundi aduentum. Sed interruperunt litteræ ab eo miſſæ, in quibus ſcriptum erat ipſum breui venturum, regnumque eo modo gubernaturum, quo pater Carolus Prouinciam gubernaſſet. Quibus ex verbis Hæretici intellexerunt, ſectam ſuam excludi debere. C Sigiſmundus ad feſtum Natiuitatis Brunnam, quod eſt Morauiæ oppidum petiit, ibique Pragenſibus veniam petentibus ea lege pepercit, vt catenas & repagula tota ex vrbe deponerent, ſuos magiſtratus acciperent. Paruit attonita ciuitas, eleuatis in cœlum manibus, primores gratulabundi noui regis aduentum expectabant.

Sigiſmūdi error. A.C.1421. Nec dubium videbatur, quin tota Bohemia labes Huſſitarum exceſſiſſet, ſi ex Brunna Sigiſmundus recta via Pragam veniſſet. Sed Vratiſlauiam Sleſiæ caput acceſſit: quo in loco populus non diu antea conſulatum à Venceſlao inſtitutum obtruncauerat, cuius D ſceleris auctores ſecuri percuſſit. Quod vbi Pragæ renunciatum eſt, ciues hoc exemplum veriti, manifeſto deſciuerunt, & allecto Chemcone, qui arci præerat, in totum regnum litteras dedere, ne quis Sigiſmundo aditum præberet, qui non alia cura teneretur, quam regni perdendi.

Ziſcha cōdit vrbem Thabor. A.C.1421. Vſus adeo proſperis ſucceſſibus Ziſcha ciuitatem condidit dictam Thabor, ſectatores Thaboritas fraudem ſacrato nomine vſurpato obtegens. Sigiſmundus imperator multa conatus, vt regnum acciperet, ſed eo perfidiæ magis ac magis inuoluti ſunt, vt paſſim Catholici cum Hæreticis rebellare cura-E ret. Pragenſes enim quo facilius tueri ſe aduerſus regem ſuum poſſent in auxilium Ziſcham vocauere, qui apud Pragenſes ex conſilio ſuorum ſacerdotum omnes ſanctorum baſilicas delere adortus eſt. Hinc plurima monaſteria & plurimæ Eccleſiæ vno impetu diſiecta.

Diſſenſio inter Huſſitas. A.C. 1423. & 1424. Ex quo diſſenſio inter eum & Pragenſes facta eſt, & Ziſcha cum ſuis ad Thaboritas reuerſus eſt, vbi multis præliis cōtra Catholicos geſtis ſemper victor euaſit, captis oppidis ſacerdotes Catholicos & populum vbique cremauit, Sigiſmundi exercitum ſtrauit aliquoties.

Sigiſmūdus Ziſchā ſibi conciliat. A.C. 1426. F Poſt multa Sigiſmundus, vbi Ziſchæ cuncta ex ſententia cedere animaduertit, & illum eſſe vnum ex quo res Bohemicæ penderent, conciliare eum ſibi ſtatuit multa pollicens. Suſcepit conditionem homo, & dum conuenta completurus Sigiſmundum petit

A.C. 1418. inter eundum apud caſtellum Puſcoiam peſte tactus expirauit.

Ziſcæ mors. 1417.

Zifcha mortuo ingens mœror inuaſit exercitum, nec mora duæ factiones exortæ, atque Thaboritæ in duos exercitus diuiſi ſunt, alij vetus nomen tenuere, alijs Orphanorum ob mortem ducis inditum nomen: qui etſi aliquando inter ſe diſſentirent, vbi tamen extrinſecus vis ingruit, iunctis viribus ſe defendebant: egrediebantur ad vicinos prædas agentes.

Diuiſio Thaboritorũ. A.C. 1418.

Martini Pontificis ſtudiũ. A.C. 1429.

At Martinus Pontifex maximus, vbi Bohemicã hæreſim creſcere animaduertit, priuſquam longius ſerperet, Cardinalem Vintonienſem Anglicum in Germaniam proficiſci iubet, qui contra Bohemicam labem vicinos in arma concitaret, cui & imperator adiumento fuit. Erant tres exercitus Saxoniæ duces & Stagnates ciuitates primum duxere, ſecundum Francones Marchione Brandeburgenſi duce, tertium Otho Treuerenſis epiſcopus, quem Rhenenſes ſecuti ſunt, Baioarij & ciuitates imperiales Sueuorum.

Catholici arma capiunt, ſed fruſtrà. A.C. 1430.

Ingreſſi Bohemiam tribus locis poſtquam ſyluã tranſiere, iuncti ſimul ante Miſnam caſtrametati ſunt. At hæretici correpto raptim milite contratendunt, noſtri attoniti hoſte non viſo fugerunt, inſtrumentaque bellica cum præda dimiſerunt. Occurrens Catholicis Cardinalis, vt in hoſtem redirent, hortatur, quod cum fruſtrà faceret, turpis fugæ comes factus eſt. Hoſtes præda potiti ſunt maxima, nec prius Teutones fugere, quàm Bohemi perſequi deſtitere.

Sigiſmundus Germaniam armat. A.C. 1431.

Sigiſmundus his cognitis Norimbergam properat, Martinus quoque Pontifex maximus Iulianũ Cardinalem cum ea legatione mittit, vt Bohemis bellum inferat. Is Germaniam ingreſſus ad Sigiſmundũ diuertit. Decreta eſt noua in Bohemos expeditio, dux belli Marchio Brandeburgenſis declaratus: ingreſſus eſt Bohemiam per viam quæ ducit ad Teplã. In ea expeditione Albertus & Chriſtophorus Bauariæ, & Fridericus Saxoniæ duces Ioannes & Albertus Brandeburgenſes principes, Herbipolenſis, Brabenburgenſis, Eiſtetenſis epiſcopi, Societas Sueuorũ quam S. Georgij vocant imperiales ciuitates, Moguntinenſis, Treuirenſis, Colonienſis archiepiſcopi auxilia miſere. ſuprà 40. millia equitum fuiſſe traduntur, peditum minor numerus erat.

Catholici Bohemiã depopulãtur. A.C. 1432.

Ingreſſus Bohemiam Cardinalis, numeroſam expeditionem ductans multas hæreticorum villas incendit, oppida diripit, in quibus non auaritia tantum, ſed crudelitas etiam militum graſſata eſt, quoſque obuios paſſim necauere, nec ætatis nec ſexus habita ratione. Bohemi, qui iampridem hoſtem affuturum acceperant, expeditas legiones coegerant. Inter hæc ſiue proditio in exercitu fidelium fuit, ſiue inanis mentes eorum pauor inuaſit totis caſtris trepidatum eſt, & priuſquã hoſtis viſus fœdiſſima cœpta fuga. Mirari Iulianus vnde hic timor, quæ cauſa fugæ tanti exercitus, hortatur quiſque forti animo hoſtem expellent. de vita, de religione bellum gerere, turpe Germanis, quos totus orbis concelebrat, hoſti nondum viſo cedere. Sed fruſtrà erat cohortatio apud eos, quorum pudorem metus euicerat, ablata ſunt raptim ſigna, multi etiam abiectis armis ac ſi atergo inſtaretur, trepido curſu fugam maturauere. Quibus & Cardinalis inuitus ſe comitẽ dedit. Hoſtis ex alieno metu audax factus, affuit impedimentiſque omnibus, quib. per ſyluam non erat facilis exitus & ingenti præda potitus eſt. Hactenus de bello Huſſitarum vſque ad concilium Baſilienſe, in quo cum Bohemis inita aliqua ſpecies concordiæ eſt, ſed poſtea bella recrudeuerunt vt eo loco dicemus. A.C. 1418.

tur auerſi à veritate in errorem illum declinantes, coacti in magno exercitu armis vtebantur cogentes varijs cruciatib. omnes ad aſſenſum ſui erroris. Monaſteria religioſorum, quia contraria prædicabant eis, combuſſerunt & euerterunt, occidentes eis renitentes, vel de patria eiicientes. Sicque in breui totum illud regnũ Bohemiæ à fide deuiauit, quia cãcer vlceroſus non cito, vt oportuit, aduſtus eſt. Ita cardinalis Raguſinus cernens rem irreparabilem, nec verbis ibi opus eſſe, ſed gladiis, quib. falſa pietate motus Sigiſmundus parcendum exiſtimauit, inde recedens Budam ciuitatem Vngariæ adiit, ibique infirmatus ad mortem dies ſuos finiuit in gloria. Et licet omnem pompam exequiarum ordinaſſet reſecandam, tamen prælati & proceres non ſunt paſſi ſine magnificentia honoris corpus eius ſepulturæ mandari. Sepultus eſt autem in Eccleſia fratrum ſancti Pauli primi Eremitę regulariter viuẽtium, qui vſque in hodiernum diem habetur in magna veneratione, & clarere dicitur miraculis.

Bohemi in errore pertinaces bellum pro impietate gerunt.

Ioannis Dominici mors.

Ioannes dominici miraculis claret.

Benedictus autem Apoſtaticus relictus ab omnibus in inſulam Paniſcolæ cum paucis ſe contulit, vbi manens in ſua pertinacia trãſiuit annos Petri ad cumulum ſuæ dãnationis: nec mirum, quia non in ſede Petri, moriensque docuit ex ſuis eligendum vnum. Quo mortuo creatus eſt quidam dictus Egidius, ſed rex Aragonum cum illo compoſuit & Martino, vt renunciando omni ſuo iuri, quod prætendebat, cum tamen nullum haberet, illi daret quãdam honorabilem dignitatem & opulentam, ac etiam Martinus duos cardinales creauit de partibus Aragoniæ, prout poſtulauit ipſe rex Aragonum, ſicque nullæ remãſerunt reliquię ſchiſmatis.

Benedict' antipapa moritur.

A.C. 1417.

Martinus in Italiam ſe recipit.
Blon. de. 4. lib. 1. Naucl.
ibid. A. C. 1318.
Leona. Aret.

§. I.

PERACTO demum concilio Martinus papa quintus in Italiam reuerſus, per fines Mediolanenſium, Mantuanorum, Ferrarienſium, Rauennatum, Foroliuienſium, Florentiã venit: Bononiam vitans, quæ ſe per id tempus in libertatem vindicarat. Florentiæ verò per biẽnium reſedit cum curia ſua peropportuno loco ad rem Eccleſiæ componendã. Braccius enim Peruſinus tunc temporis magnus habebatur. Nam & dux rei militaris peritiſſimus, & magnitudine animi conſilióque pollebat & aderat ei quædam ciuili adumbrata moderatione honeſtas. Hic ex oppido Montone Peruſini agri nobilibus admodum parentibus ortus, ſtatim ab adoleſcentia rei militari ſe tradidit, multiſque vulneribus atque laboribus peri-

Braccij Peruſini ſucceſſus.

A.C. 1419.

peritiam tandem authoritatemque boni ducis eſt aſſecutus. In fide & Chriſtiana religione pene nullus. Exulabat per id tempus Peruſina nobilitas fere omnis, inter quos Braccius licet admodum iuuenis, conſilio tamen & authoritate princeps habebatur. Denique varia militia per Italiam acta, multiſque rebus proſperè geſtis, in id potentiæ authoritatiſque accreuerat, vt Peruſinos diuerſæ factionis, qui domi erant, vi & armis compulerit nobilitatẽ recipere. Ipſe verò dominus Peruſinæ vrbis, à populo ſimul nobilitateque ſit delectus.

Prius enim, qui domi erant, potentiam eius formidantes, ſimul cum Ceccolino etiam Peruſino vocauerant Carolum Malateſtam ad gubernationem Peruſij, & expugnationem Braccij contra eos venientis. Qui Carolus cum Ceccolino profecti in prælium, ordinatis aciebus contra Braccium & Tartaliam cum copiis eorum, in primo quidem congreſſu Carolus profligauit eos, ſed nimis elati de ſua victoria, & de ſuo minus ſolliciti periculo cum ſe refectioni darent, armis depoſitis, Braccio cum ſuis inſultum faciente contra eos imparatos, vix tempus habentes ad arma reſumenda cœperunt viriliter repugnare. Conſertoque certamine ſuperati ſunt, captis Carolo Malateſta & Ceccolino, licet Carolus magnanimiter cateruis hoſtium circũdatus dimicaret, ſed equo eius occiſo ſe Braccio dedidit. Et Ceccolinus quidem, quia æmulus & inimicus Braccij erat in carcere aſſeruatus vitã finiuit, ſiue veneno, ſiue gladio, vel alio modo. Carolus vero diu in tuta cuſtodia tentus eſt, donec magna pecuniæ ſumma redemptus eſt.

Braccius à Carolo Malateſta vincitur & vincit.

Ipſe quoque Braccius proſecutus victoriã ad Ariminum poſſidendum perrexit. Sed Ariminenſes implorato Venetorum auxilio, vexilla Venetorum in ſignum in mœnibus erexerunt, propter quod ille à cœptis deſtitit. Hinc capta vrbe Peruſina, magnificentius cœpit vires extendere, ac multas ſibi vrbes ſubditas facere, & præcipuè ciuitates, & Eccleſiæ oppida. Quem cum Martinus argueret de iniuſtitia, & terras Eccleſiæ vſurpatas repeteret, in contumacia perſiſtentem publicè & nominatim excommunicauit, & excommunicatũ denunciari mandauit, & Florentiæ, & per alias ciuitates Italiæ, & omnes ei fauentes huiuſmodi graues alias cenſuras contra eum fulminando. Ille vero adeò contemnebat cum complicibus ſuis, vt ipſi excommunicarent papam in deriſum & opprobrium. Demum Florentinis mediatoribus compoſita eſt concordia inter Martinum & Braccium, ipſo veniam petente ad pedes pontificis, quibuſdam ciuitatibus ſibi relictis & oppidis per modum vicariatus, aliis eccleſiæ reſtitutis. Sicque reconciliatus fuit eccleſiæ. Sed parum pax illa permanſit Nam poſtea, vt patebit, maior eſt inimicus effectus. a

Martinus Braccium excommunicat.

Inf. §. 4.

Ioannes qui papatui renunciauerat Florentiam ad Martinum contendit.

A.C. 1418. Leon. Aret.

§. II.

PER hæc ipſa tempora poſtquam Martinus aduenit Florentiam, Ioannes qui depoſitus papatu fuerat in concilio Conſtantienſi & Baltaſar nuncupatus, venit, & ipſe Florentiam Poſt captiuitatem enim illam de eo factam & abdicationem in Bauaria ſeruabatur in carcere. Erat autem ſcrupulus quidam apud multos, quoniam depoſitio abdicatioque illius violenta fuerat, non iure ſubſiſtere. Quod ſi illa dubia, Martini quoque electio in ambiguum vertebatur, quoniam non vacante eccleſia prouideri de nouo paſtore non potuerit. Ob hunc timorem, & ſimul ne Germaniæ principes hoc habentes idolum, per eam occaſionem aliquid, quandoque molirentur, redimendum Ioannem ſeu Baldaſarem, & in Italiam reducendum prouidit. Igitur per hunc modũ exemptus carcere, cum in Galliam perueniſſet conſilio Martini cognito (id erat vt perpetuo carceri Mantuæ ſeruaretur) antequam Mantuam veniret, rurſus aufugiens in Ligures abiit adiutus ab aliis. Hic cum eſſet liber, & ſui iuris, ſiue conſcientia ductus, ſiue quia deſperabat aliquid poſſe proficere, ſiue quia periculum illis erat, qui iuuerant fugam, ſua ſponte Florentiam venit, ac ſeſe Martini pedibus ſubiiciens, eum vt pontificem verum, & vnicum recognouit. In aduentu eius tota ciuitas obuiam profuſa multis lachrymis, & incredibili commiſeratione reſpexit hominem è tantæ dignitatis faſtigio in tantas calamitates prolapſum. Ipſe quoque, quia miſerabili prope habitu incedebat, omnis commiſeratio populi augebatur.

A.C. 1419

Suſceptus à Martino tandem interceſſione ciuitatis, primus cardinalis efficitur, nec tamen annum integrum, ſuperſtes è vita migrauit, & ſecundum aliquos veneno adiutus. Solenniſſimæ eccleſiaſticæ exequiæ ſunt ei exhibitæ. Sepultuſque ſolus in oratorio Io annis Baptiſtæ in ſepulchro partim æneo ſeu orichalceo, partim marmoreo. Martinus autem pace cum Braccio facta, cum & oppida recepiſſet, ac omnia pacata viderentur, Romam petere conſtituit. Hoc autem munus & dignitatem ciuitati conceſſit id ſupplicanti, vt eccleſia cathedralis Florentiæ ex epiſcopali ad Metropolitanam promoueretur pallio decorata, cui epiſcopus Fæſulanus & Piſtorienſis, vt viciniores pro ſuffraganeis cõſignati ſunt, & non alij. Nec tamen ſatis beneuolo animo erga Florentinos recedere videbatur, carminibus quibuſdam quæ de ſe vulgo circumferebantur commotus, quæ à pueris frequenter per vrbem cantabantur in vilipendium eius, & laudem Braccij. Incipiebat autem cantilena illa. Papa Martino non vale vno quattrino. Nec credendum eſt illam pueros edidiſſe niſi quidam filij Belial eos docuiſſent. Hæc cum percepiſſet Martinus, non ita æquanimiter tulit, quin vni ex ſuis ſecretariis, Leonardo ſcilicet Aretino, ſibi ſoli colloquenti illud referendo indignationem oſtenderet. Cui Leonardus.

Baltaſar Coſſa qui & Ioãnes moritur. A.C. 1149.

Florentia fit archiepiſcopat⁹.

Cantilena in Martinũ papam.

t. Papa Martinus non valet vnum obolum.

Quid eſt inquam? Nam ad aures quoque meas hæ puerorum nugæ peruenerunt. Ille verò nihil ad hæc, ſed iterato ſubiunxit, quòd cantitabatur à pueris. Statuit autem Leonardus pro ciuitatis honore, vt vulneri infenſionis huius mederi poſſet, quædam placabilia depro-

A.C. 1419. depromere. Cum alia (inquit) ciuitas, beatiſſime pater, tibi & Romanæ ſedi tantas commoditates vtilitateſque attulerit, quantas dum in ea reſediſti, Florentia contulit, nihil glorioſius, quam pontificatus iſte tuus reperiri poterit. Veniſti Florentiam cum nihil temporalis dominij poſſideres, occupatis vbique per aduerſarios oppidis, Bononia quoque parere abnuente, vt tibi neceſſarium foret, cum ex Ferraria Florentiam venire velles, per Rauennatem, & Foroliuiẽſem agrum longo ambitu iter deflectere. Te autem Florentiæ commorante, & cætera oppida in poteſtatem tuam rediere, & Bononia ipſa, quæ prius eam erexerat ceruicem ſubmiſit. Contulit ad hoc plurimum opportunitas huius vrbis, propterea quòd Braccius amicitiam fidemq́ue Florentini populi ſecutus, ad te venire non dubitauit, & intercedente ciuitate diſcordias omnes cõponere, atque oppida reddere. Illiuſque poſtea tu fretus opera, Bononiam tibi parere vi adhibita compuliſti, vt longe lateq́ue nunc tua potentia dominetur. Te inſuper Florentiæ commorante, cum proſpera de te, ac de loco tuæ reſidentiæ circumferrentur, Cardinales ab Hiſpania deſerto Benedicto, hunc ipſum locum aduenientes, te vt verum atque vnicum pontificem recognouerunt. Quo facto tres obedientiæ dudum ſeparatæ, in te vno conglutinatæ ſunt. Ad hæc duo incrementa quæ hoc in loco ſuſcepta, tertium illud præſtantiſſimum excellentiſſimumq́ue omnium fœlicitate mirabili cumulatur, quod qui dudum fuerat Ioãnes pontifex, de cuius depoſitione propter vim adhibitam multi dubitabant ſecuritate atque fiducia huius loci Florentiam venit, tibiq́ue ſe ſua ſponte ſubiecit, ac Dominum & pontificem veriſſimum recognouit. Quo facto omnis ſcrupulus ambiguitaſque ſublata eſt. Neque enim de vi vlla aliquis ſollicitus eſſe poteſt, cum ipſius voluntaria ſit in loco ſibi tutiſſimo conſpecta ſubiectio. Et acceſſit, quod paulo poſt defunctus eſt, vt admiratio & querela, & (vt ita dixerim) fortunæ ludibrium tolleretur. Illud certè conſtat: nullo alio loco illum ad te venturum fuiſſe, niſi in hac vrbe, in qua per magnas amicitias priuatim & publicè ſe habere ſentiebat.

Florentiæ quæ Pontifici beneficia ſint collata.

Hæc ſunt pro quibus gratiam tuam Florentia promeretur, cuius vel opportunitate, vel obſequio, vel auſpicio tanta pontificatui tuo ſuperaceſſerunt incrementa. Nam puerilibus quidem nęniis aures admouere, & quid illa ætas loquatur attendere, vix tuæ videtur eſſe grauitatis.

Martinus hæc audiens lætari admodum viſus eſt, loquentemq́ue laudauit, ac veriſſima dicere conſenſit. Et cum abire ſtatuiſſet, vocato ad ſe Florentinorum magiſtratu. Valde (inquit) obligor huic ciuitati, cognoſco enim quam multa mihi in illa, & per illam proſpera acciderunt. Deinde illa enumerans, eodem ordine quo ſibi à Leonardo dicta fuerant, cũcta recenſuit. Qua autem die receſſit, ea conſecrata fuit eccleſia ſanctæ Mariæ nouellæ in qua eccleſia & conuentu reſidentiam fecerat ac etiam eccleſia ſanctæ Mariæ nouæ, quarum conſecrationes per alios factas ipſe vltimis o- A rationibus in itinere conſtitutus perfecit, relinquens indulgentiam ſeptennem perpetuo duraturam die conſecrationis eas viſitãtibus. A.C 1419.

Martinus Florentia diſcedit.

Martini mores, & præſertim tenacitas notantur. Leo. Aret.

§. III.

HIc igitur pontifex Martinus, antea nequaquam vir ſagax exiſtimatus, ſed benignus: in pontificatu tamen ita opinionem B de ſe prius habitam redarguit, vt ſagacitas quidem in eo ſumma, benignitas vero non ſuperflua, nec nimia reperiretur. Romam applicatus, reſidentiam ſuam iuxta eccleſiam apoſtolorum domibus ſatis humiliter ædificatis elegit. Hoc in eo communis fama redarguit, nimis cupidè inſiſtere cumulationi pecuniæ, vt nequaquam dicere valeret id primi apoſtoli, Argentum & aurum non eſt mihi, Act. 3. quia in cæleſtes theſauros ea portarunt pauperum manus. Sed ipſum theſaurum temporalem valde augmentatum, manus propinquorum præcipuè nepotis principis Salernitani C (ad quem eo moriente deuenit) in ſtipendiarios, & hoſtes eccleſiæ erogantes conſumpſerunt. Creauit ipſe plures cardinales, & inter cæteros virum religioſiſſimum dominum Nicolaum ordinis Cartuſienſium.

Nicolaus Cartuſienſis Cardinalis idẽque Bononienſis epiſcopus qualis.

Hic Nicolaus Bononiæ cum eſſet prior in monaſterio Bononienſi dicti ordinis, vna voce cleri & populi vocatus fuit in epiſcopum Bononienſem cum vacaret eccleſia. Quem plurimum renitentem confirmauit, & inſtituit Martinus Conſtantiæ pontifex creatus. Epiſcopus autem factus, nihil dimiſit de obD ſeruantia & auſteritate ordinis ſui, & in humilitate eximia Domino ſeruiens, reditus ſuos pauperibus erogabat, & reparationi eccleſiæ, & cultui diuino ampliando, multaq́ue bona opera operatus eſt Dominus per eum in diœceſi ſua Bononienſi. Quorum ciues ingrati & immemores, quia ciuitatẽ rebellẽ eccleſiæ de mandato Martini papæ interdicto ſuppoſuit mortẽ ei intẽtarũt. Sed occultè mutato habitu fugiẽs, impetũ furoris eorũ euaſit. Qui poſtmodũ cardinalis preſbyter à põtifice creat⁹, ſicut in epiſcopatu fuerat antiſtitum exemplar inſiE gne, ita in cardinalatu extitit cardinalium ſpeculũ. Deſtinatuſq; legatus ad hoc inter Florentinos & Venetos colligatos ex vna & ducem Mediolanenſem ex parte altera iam feſſos expenſis, & laboribus diutini belli cõpoſuit pacẽ. Legatuſque miſſus poſtea in Galliã tranſalpinam, ſatis laborauit ad concordiam ponendam inter [a] regem Franciæ, & ducẽ Burgũdię.

Eiuſdem geſta.

a *Hic rex fuit Carolus 7. de quo dicemus infrà c. 9. §. 10. Cæterũ tanta irarũ moles quæ fere regno exitiũ attulit originem habuit ex his quæ refert Aemy. lib. 10. hoc modo: In aula regia gliſcebant factio*F *nes aliis Aurelianenſem, aliis Burgundionem affecto rege Carolo. 6. ad regni regimen vocantibus. Multiplices ſimultates, modo ſumptæ, modo in ſpeciem depoſitæ. A.C. 1405. deceſſit Audax. Maior irarum moles inter patrueles, quàm inter patruum fratriſque filium vtraque pars ſuas cliẽtelas & domeſticas & externas habebat. Vrbs regia in contraria factionum*

A.C. 1415. *num ſtudia ſcindebatur.*

Anno eius ſeculi ſeptimo regis frater Ludouicus Aurelianorum dux cum à regina ex puerperio decumbente multa iam nocte rediret, occiditur. Percuſſores, ne quis à tergo vltor inſequeretur, murices poſt ſe dum in ædes Burgundionis ſe reciperent ſparſere. Inde ſe ex vrbe in Atrebates recepere. Author ignorari diu non potuit. Igitur dux & ipſe in ditionis ſuæ oppida profectus nouam armorum cauſam nactus, in Eburones exercitum duxit, epiſcopo ſuo infenſiſſimos, quod cum eſſet ex familia Bauarorum ducum, ipſe omnino hypodiaconus maioribus ſacris initiari nollet, aureſſus a ſacerdotio. Eam fruſtrationem Eburones indignè tulere. Pugnatum, ſeptemdecim millia ex ea gente cecidere. Victor Burgundio formidoloſior factus.

Interea Valentina cum liberis ex duce occiſo procreatis, regis fidem implorabat, ne fratris cædem inultam pateretur. Ad diluendum crimen dux Ioannes comitatu non inermi, vt par eſſet, ſi aduerſarij contra molirentur, affuit. Defuncti manes deteſtatus poſtulabat, vt iure caſus diceretur, exitus fuit, vt non cau a probaretur, ſed venia nobiliſſimo Duci daretur gratiaque delicti fieret. Nec iccirco certamina animorum extincta ſunt. Varij rerum motus multiplices hominum conatus, temporum conditio miſera, qualem fides ſit eſſe rege mente affecta, ducibus diſſentientibus, pace incerta, domeſtici belli expectatione, eoque contentionis eſt deſcenſum, vt etiam lanij cruori aſſuetum hominum genus, in partes reciperentur, Burgundioni cauſa ſe iunxere. Demque eo ventum eſt, vt Burgundio à rege & proceribus defectionem faciens, & ſe Regina, quæ à rege ſeceſſerat, abducta filia Catharina coniungens, & omnium rerum vectigaliumque immunitatem præterquam ſalis ſe daturum prædicans multas Galliæ vrbes in partes ſuas traxerit, tandem tamen in congreſſu quodam cum Delphino occiſus, & quaſi Aurelianenſis manibus parentatus eſt A.C. 1418. Cuius filius Philippus dictus, cum patris necem vlciſci cuperet grauiores in regno tumultus excitauit. Ad componendam igitur pacem inter regem Carolum 7. & hunc Philippum Burgundiæ ducem hic Cardinalis Bononienſis in Galliam a Pontifice maximo miſſus eſt, vt hoc loco ait D. Anton.

Calculo moritur. Demum reuerſus, cum Eugenius ſucceſſor Martini cum ſua curia Senis reſideret, infirmatus ex calculo, nullo remedio fieri potuit, vt illum eiiceret. Nec mirum, nam corpore poſt mortem exenterato, repertus eſt lapis in collo veſicæ incarnatus, groſſus ad modum oui parui Gallinæ, cuius exequiis honorabiliter funeri exhibitis, præſente pontifice delatum eſt corpus ad monaſterium Carthuſienſe ſancti Laurentij prope Florentiam, ibique in eccleſia ſepultum, prout ipſe mandauerat.

Fuerunt quoque & alij plures cardinales à Martino creati altera vice videlicet nepos ipſius Martini, dominus Proſper de Collunenſibus ſatis iuuenis ſeu adoleſcens. Dominus quoque Iulianus Cæſarinus, vir ſcientia & virtutibus clarus, qui ab eodem miſſus fuit Baſileam ad celebrandum concilium, & exterminandum hæreſim Bohemorum, vt infra patebit. Prædicti duo ſimul publicati & pileati incedebant per vrbem. Dominus quoque Dominicus de Capranica vita & ſcientia laudabilis valde, cardinalis fact⁹, & accept⁹ fuit ab aliis

Cardinales à Martino creati.

inf.c. 10. ante §.1.

ſed non publicatus, tunc autem pileatus, propter quod in electione Eugenij Martino defuncto non fuit cum cæteris admiſſus, ſed poſtea opera imperatoris Sigiſmundi, cardinalis ab Eugenio receptus, & inter cardines terræ honorabiliter collocatus. A.C. 1415.

Braccius Martini pontificis hoſtis.

ſup.§.1.

§. IIII.

PASSVS eſt autem Martinus perſecutionem non modicam à Braccio Peruſino ſupra nominato. Non enim permanſit in reconciliatione & amicitia eccleſiæ, ſed reuerſus ad vomitum ſuæ rebellionis, & contemptus pontificis: ita vt comminaretur ei ethnicus ipſe & publicanus ſtatum, eius ſupprimere, & ad celebrandum miſſas priuatas pro vno baiocho compellere. Et quia Florentini videbantur ei fauere, ſiue ratione priſtinæ amicitiæ, ſiue timore potentiæ ſuæ, ne aduerſario eorum adhæreret, ſed potius ipſis in adiutorium eſſet, Martinus papa indignationem adauxit contra Florentinos. Humiliauit tamen Deus citò ſuperbiam ſuam, vt patebit. Inſuper papa Martinus miſit in Marchiam gentes armorum ad extinguendum gladio materiali hæreticos Fraticellos ſcilicet de opinione, qui ibi multū abūdabāt, & aliqua caſtra errore illo tota infecta erant: vt Maſſatium, Meliorata, cuius homines vel occiſi, vel expulſi ſunt deſtructis locis habitationis eorum. Qui fugientes in Græciam ſe tranſtulerunt.

Baiocho. i. quincunx vel ſemis. inſt.§.5.

Fratricelli qui ſint vi de ſup. tit. 21.ca.5.§.1.

Fratricelli hæretici in Græciā fugiunt.

Nec præterire volo horribile, quod accidit circa illud tempus in Fulginatibus. Cum enim Nicolaus filius Hugolini Trincæ, patri ſucceſſiſſet in regimen Fulginei, aliis duobus, germanis eius Cunrado & Bartolomæo quædam caſtra poſſidentibus, pro portione ſua hæreditatis paternæ, accidit vna dierum, vt circa ciuitatem Nuceriæ conuenirent dictus Nicolaus & Bartolomæus fratres vna cum Braccio præfato cognato ſuo, & domino Camerinenſi cauſa recreationis, & venationis. Cum autem ſero factum eſſet, declinauit Nicolaus cū germano ſuo & domino Camerinenſi ad arcem Nuceriæ. Dominus enim dictæ ciuitatis eos inuitauerat, vt quieſcerent. Braccius, & ſi inuitatus noluit ire. Caſtellanus autem arcis Fulginatis, odiū tenebat occultè in corde ſuo contra dictum Nicolaum, quia in adulterio cum vxore ſua permanebat. Nactus ergo horam ſe vindicandi de tanta iniuria, in lecto quieſcentes nocte Nicolaum & Bartolomæum occidit, Camerinenſem tantum ligauit. Mane autem facto vexilla erexit eccleſiæ, patenter eiiciens corpora occiſorum extra ad terram, exiſtimans fauorem ab eccleſia obtinere in tanto ſcelere, quæ tamen flagitij erat ignara. Quidam, qui erat in coniuratione ad excutiendum iugum ſeruitutis de ceruicibus ſuis, ab illis trincis profectus eſt quam citiſſimè ante rem detectam ad quoddam caſtrum, vbi reſidebat Chunradus germanus occiſorum, ſub prætextu alicuius negotij allocuturus, ſed reuera eum interfecturus. Sed præmonito Chunrado ab aliis ſecreto, quid ille nuncius agere intenderet captus ab eo, & diris ſuppliciis interemptus eſt.

Adulteriū quot mala conſequātur.

Caſtellanus duos germanos in lecto opprimit.

Brac-

A.C. 1420.

Braccius autem rem deteſtatus, obſedit ciuitatem illam, & cum nullum videret, vel ſperaret Caſtellanus ſuccurſum, voluit caſtellanus ſe vt mortuum tradere in manibus Braccij: dummodo dilaceratus in poteſtate aliorum non traderetur. Quod cum non aſſentiret, deſperatus homo ille primo quidem vxorem ſuam viuam de arce proiecit ad terras: deinde ſeipſum proiecit ex loco ita eminenti, vt in terra totus confractus expiraret. Recepta igitur arce, Camerinenſis è vinculis eductus eſt ſoſpes, Chunradus autem frater illorum ſuſcepto dominio Fulginei, vt ſæuiſſimus leo rugiens ita efferatus eſt in ſanguine conſanguineorum illius caſtellani, & vxoris eius & amicorũ, vt nec ætati, nec ſexui parceret, prægnãtes etiam ſecans & fœtus in vtero perdens in vltionem necis fratrum ſuorum, ita vt oportuerit pontificem legatum velociter mittere ad ſedãdum inſaniam furoris illius. Qui Chũradus tyrannidem exercens in ſubditos, & inimicis eccleſiæ fauens, demum poſt plures annos captus à legato Eugenij domino Ioanne Cornetano, decollatus eſt. Sicque progenie illorum de Trincis extincta Fulgineum cum oppidis ſuis ad dominium eccleſiæ abſolutè reductum eſt.

Caſtellan' primo vxorem deinde ſe interimit.

Braccius in Apulia ſtrenuè agit.

§. V.

BRACCIVS autem Peruſinus, adaugens quotidie dominium, diuitias, & numerũ bellatorum, vocatus in regnum Apuliæ à regina Ioanna ſecunda in adiutorium contra aduerſarios ſuos, plura bella ibi egregiè egit. Ob quorum remunerationem regina ſibi Capuam conceſſit, quæ vna dicitur eſſe ex clauibus regni: qua ſcilicet faciliter intratur in regnum. Sfortia verò de Cotignola dux, & ipſe ſtrenuus non minoris æſtimationis fuit (alij enim rei militaris peritiã maiorẽ in eo quã in Braccio, alij parem arbitrabantur) hic multas & magnas res geſſerat & per omnes militiæ gradus ad famæ, atque culmen gloriæ aſcẽderat: & præcipuè in partibus Apuliæ dux exercitus reginæ Ioannæ affectus, & plures ibi ciuitates & oppida à regina conſecutus. Inter hunc & Braccium tandiu amicitia fuit, quamdiu vtrique minores fuerunt. Auctos vero atque potentes æmulatio atque contentio irritauit. Itaque & prælia inter ſe nonnunquam commiſere, & cum inflammati plurimum eſſent animi contra ſeinuicem: ad certamen ſe pararunt. Sed Sfortia dum eſſet cum copiis ex parte vna fluminis Piſcariæ, & Braccius cum ſuis, ex altera, equeſter alios præcedens tranſiens flumen ibi ſubmerſus eſt, nec corpus eius quæſitum vnquam valuit reperiri. Non multo prius Sfortia ipſe vexillifer eccleſiæ in ciuitate Auerſæ decapitari fecerat Tartagiam in militia nõ mediocris conditionis propter proditionem quandam quam tractabat perficere. Copiæ autem Sfortiæ filio ſuo remanſerunt, & ſi iuuenculo, tamen iam in armis ſtrenuo, cuius virtus militiæ & dignitas quantum poſtea creuerit infra patebit.

Braccij & Sfortiæ cõtentiones.

Præfatus igitur Braccius, hoſtis publicus factus Eccleſiæ, propter quod & anathematizatus notoriè in tantum ſuperbiæ culmen aſcendit, vt ſibi perſuaderet regnum Apuliæ adepturum. Nec erat nimis difficilè, ſi ciuitatem Aquilanam, quam obſederat, accepiſſet, quæ altera dicitur eſſe clauis regni. Et Aquilani cernentes à regina auxilia neceſſaria ſe habere non poſſe, propter debilitatem virium ſuarum, ad pontificem oculos direxerunt, ſuppliciter ſuffragia poſtulantes ad obſidionem illius hoſtis remouendam. Quibus non defuit pius & prudens antiſtes, ſed inuocato prius diuino adiutorio per proceſſiones ſolennes, & orationes iniunctas generaliter cum munere indulgentiarum, collectis copiis eccleſiæ & comitis Franciſci Sfortiæ, & exulum Peruſinorum, deſtinauit contra Braccium, mandato ſibi prius facto, vt obſidionem ſolueret cum nil iuris ibi haberet. Contra quem contemnentem Deum & eccleſiam, & ad acies ſuas inſtruendas in habitu non proprio (ne ab hoſtibus cognoſceretur) diſcurrentem eccleſiæ milites proceſſerunt ad pugnam. Omnis autem intentio, & conatus eorum erat ad perſonam Braccij inuadendam, & præcipuè Peruſinorũ exulum: qui cum recognoſcentes (& ſi mutato habitu) impetum fecerunt vnanimiter in eum & ad mortem vſque afflixerũt. Eductus autem è caſtris non multo poſt ſubmerſus in anima & corpore mortuus eſt, & quia hoſtis eccleſiæ & excommunicatus ſepultus eſt in inferno. Sepultura quoque non eccleſiaſtica, ſed ſubiugalis [animalis] corpus humatum. Sicque ſublata eſt obſidio, & eccleſia à comminationibus ſuis & perſecutionibus liberata. Nec enim debuit de hac vita tranſire aliter, quam cæteri hoſtes eccleſiæ, quorum ceruices erectas concidit altiſſimus. Peruſium & aliæ ciuitates ab eo vſurpatæ ſub dominio eccleſiæ rediere.

A.C. 1420.

Braccius ad regnũ Apuliæ aſpirat.

Pontifex in Braccium & precib' & armis pugnat.

Braccij Peruſini mors miſeranda.

Hoſtes Eccleſiæ male pereũt.

Eo tempore quidam fuit ordinis minorum frater Bernardinus nomine, Senenſis natione venerabilis vitæ, & famæ præclaræ, egregius prædicator, qui quotidie poſt miſſarum celebrationem populis prædicabat, diſcurrens per ciuitates & oppida Tuſciæ, Longobardiæ & ducatus Spoletani, & cum tanta gratia, vt eccleſias & plateas audientibus impleret, & fructum plurimum Deo offerret, ex verbi Dei ſemine per eum ſparſo. Hic quendam circulum mellifluum adinuenit, vt creditur pia intentione, vt ſcilicet mellifluum nomen Ieſu quaſi obliteratum in cordibus fidelium incaleſceret. Nam pictum vel ſcultum Ieſu nomen in magna tabula ornata populo oſtenſum faciebat adorare. Hoc & ſi ſimplicibus videretur deuotionem afferre, ſapientes arbitrabantur idololatriam, vel ſaltem ad ſuperſtitionem tendere: cum populi magis venerarentur illas literas, quam ſignificatum per eas ſcilicet Ieſum Chriſtum. Imitati ſunt eum aliqui prædicatores ordinis minorum, tales tabulas cum illo nomine in proceſſionibus ferentes, & cruci quæ de more anteferetur præferentes. Hinc ortæ ſunt magnæ in populis contentiones, aliis factum commendantibus, aliis reprobantibus: cum etiam aliqua ad exaltationem illius nominis prædicando Bernardinus proferret

De D. Bernardino. de quo in frà tit. 14. ca. 5.

Ieſu nomẽ in tabula depictum Bernardinus geſtabat.

Auctor vitæ D. Bernardini paulo aliter rem narrat vide Sur. to. 5.

ferret

A. C. 1420. ferret,quæ veritati non videbantur inniti. Demum ad curiam Romanam citatus ſuper his fuit. Et Martinus papa habita prius ſolenni per magiſtros & prælatos diſcuſſione materiæ & rationis adinuentione illa, vt ſuperſtitioſa & periculoſa oſtenſa, Martinus prohibuit illud amplius fieri, nec populis ſic oſtendi. Quod Bernardinus filius obediẽtiæ humiliter mãdatũ acceptauit,& integrè obſeruauit. Et ad hoc facit quod habetur.2.q.5.conſuluiſti. Quod ſanctorum patrum documento non eſt ſancitum,non eſt ſuperſtitioſa adinuentione præſumendum.

Step.5.Huberto epi. Mog.

Ioanna ſecunda Apuliæ regina qualis. Vide Blon.dec.3.lib.1.Aemyl. lib.10.

§. VI.

DE iis,quæ temporibus illis acciderunt, nouitatibus in regno Apuliæ Romæ præſulante Martino & ſub regina Ioanna ſecũda,aliqua breuiter perſtringentur. Hæc ſiquidem Ioanna ſatis inconſtans,& parum pudica, filia Caroli tertij regis Apuliæ,& germana Ladiſlai regis,eo defuncto anno domini 1412.vel circa ſucceſſit in regno. Quæ duxit in virum Comitem Marchiæ Prouincialem nomine Iacobum,ad quorum nuptias magnificè celebratas deſtinati ſunt à Florentinis oratores notabiles ciues, qui honorificè ſunt recepti, & duo ex eis milites effecti ſcilicet Laurentius de Ridolfis doctor iuris vtriuſque, & Pallas Nofri de Stroſſis.Sed ſine multo temporis interuallo ortæ ſunt diſſentiones graues, & quærelæ adinuicem, in ignem iracundiæ mutuæ ſuſurrationibus ligna miniſtrantibus.Quę adeo excanduit, vt procurante regina illum oportuerit eam dimittere,& ad propria inglorium redire.

Metuens autem regina regnum ſibi auferri, vel à pontifice, vel à duce Andegauiæ ad ſui robur, & regni firmamentum, vocauit regem Aragonũ[a] Alphonſũ nomine,ſatis iuuenem ad regni conſortiũ illũ adoptãs in filiũ,& hæredem inſtituens. Qui cum decenti apparatu ad eam Neapolim acceſſit, de immenſo munere magnificas gratias agens, & dilectione eximia ſe offerens ad omnia quæ decet filium tantam & talem matrem venerari. Post tamen breue tempus cœperunt ſuſpiciones oriri inter matrem & filium, illa quidem verente, ne nimium dominij ſibi præſumeret, illo verò, ne vt mulier inſtabilis, fixa conuelleret, cum non deeſſent, qui ad hoc inſufflarent. Eapropter decreuit filius rex Aragonum ſuorum conſilio habito, matrem ad regionem longinquam transferre ne ad propoſitum mutandum impulſores haberet. Statuitque diem, qua hoc aptius perfici valeret. Deo tamen diſponente,res non fuit ita occultè ordinata,quin regina præſenſerit cauta reddita. Vnde & ipſa ſibi prouidit, vt ad eam accedens detineretur in caſtro. Cum igitur vna dierum rex ad caſtrum ſeu palatium Capuanum, vbi regina reſidebat, accederet, quaſi matrem viſitaturus, re autem vera eam honeſtè captiuaturus: egreſſus ipſe de caſtro nouo aliàs de caſtro Oui vbi habitabat, quod in alio extremo Neapolis ſitum eſt, fortiſſimum acceſſum habens per terram & per mare,iuxta portum, in quo naues conquieſcunt, applicuit ad locum. Et cum iam equus, cui inſidebat, pedes priores ponere inciperet in ponte ligneo,per quem intratur in caſtrum, qui ſuper hoc fuerat edoctus nimis cito erexit pontem, exſtimans equum iam totum aſcendiſſe. Quod rex perpendens ſuſpicatus inſidias, retroceſſit cum equo, velociter recurrens ad caſtrum nouum. Detectis igitur vtriuſque inſidiis & dolis, regina omnes Siculos & Cathalanos, qui erant in ciuitate,detineri fecit,rex autem Aragonum retinuit in caſtro ſuo, magnum Seneſcallum qui gubernabat regnum pro parte reginæ. Hic tunc ſe reperit in caſtro nouo. Et quia regina mulrum afficiebatur ad Seneſcallum ſiue amore carnali,ſiue amore amicitiæ, & vt ſibi neceſſarium, capti autem à regina Siculi, & alij nobiles & barones valdè erant intimi regi, ideo de communi concordia facta eſt permutatio, vt omnes Siculi,& alij dimitterentur, & Seneſcallus reginæ redderetur.

A. C. 1420.

Inter Ioãnam & Alphonſum diſſidium.

Quibus peractis, cum iam nota facta eſſent odia matris & filij adoptati ſibi & aliis, rex Aragonum claſſem ſuam, quam parauerat ad pugnandum contra maioricas, miſſo nuncio clerici ad ſe vocauit Neapolim: quæ intra paucos dies ad portum applicuit in regis auxilium cum pluribus nauibus magnis, & galeis armatis. Hoc regina audito, pro tutiori loco ad aliam ciuitatem tranſiuit vicinam, Sfortia tamen, qui tunc in humanis degebat princeps exercitus reginæ cum copiis ſuis deſcendit ad littora portus,ad repugnandum deſcendentibus ex galeis ad terram Cathalanis & Siculis.

Cúmque à manè vſque ad meridiem obſtitiſſet,cernens hoſtes præualere,cum ſuis ex vrbe aufugit,ciuibus autem in nullo reſiſtentib, ſed cum vxoribus & filiis ſecum pretioſiora geſtantibus,Neapolim deſerentibus: rex cum gentibus per mare adductis ciuitatẽ ſine cõtra dictione accepit in feſto beati Barnabæ menſe Iunij anno domini.1424.Igni domos & Apothecas

a *Alphonſus rex Aragonum & Siciliæ vltra Pharum à regina Siciliæ cis Pharum Ioanna 2. 12. Cal.Octobr.An. 1420. & rex Siciliæ ea mortua deſignatus. Adoptione priuatus an. 1433. prælato ſibi Ludouico 3. Andegauenſi: vi tamen contra reginæ voluntatem ſuſcepta ſemel regni iura tenuit. Qua mortua A. C. 1434.contra Renatum tertiò ab ea adoptatum regnare cœpit in ſchiſmate quo victo, & regno exacto A. C. 1442.Neapolique 8.Idus Iunij capta, ſolus regnum pacificè obtinuit. Regnauit autem ab obitu Ioannæ reginæ an.24.à Neapoli capta.an.16.di.22.Onuph.*

A.C. 1430.

potheças ſtratæ quæ dicitur Rubettina, expoſuit nocte illa, & domos multis bonis refertas in prædam ſuorum per biduum conceſſit. Sed nec ſtipendiatij Sfortiæ ſuis pepercerunt amicis. Nam obuiantes Neapolitanis, qui ad diuerſa loca migrabant, quæ ſecū pauca deferebāt abſtulerunt. Hæc vidi oculis meis, cum illis diebus ad viſitandum conuentum Prædicatorum profectus, Neapoli me reperiſſem.

Neapolis ab Alphōſo capitur & diripitur.

Regina autem Ioanna attendens, quā ignominiosè & iniuriosè ad eam ſe habuiſſet [Alphonſus] omnē adoptionem factā & irritauit, & annullauit propter vitiū ingratitudinis regni ex hæredem faciens. Sed loco eius in filiū adoptauit primogenitum ducis Andegauiæ Ludouici, qui cum Ladiſlao pugnauerat pro regno, ius in eo prætendens. Qui eum magna comitiua accedēs honorificè & affectuosè receptus eſt in ciuitate Auerſana. Nam Neapolim poſſidebat rex Aragonum, ſed in proceſſu ipſam exproditione Iacobucij Caldorij amiſit & complures alias ciuitates regni, vt modica ſibi portione regni remanente, ad Siciliam declinaret. Et regina Neapolim reuerſa eſt cū curia ſua, & adoptiuo filio Ludouici naturali legitimo. Eique extunc ducatum Calabriæ conceſſit hæredem regni relinquens. Sed cum Conſentiæ in calabria reſideret, vbi & vxoris nuptias Celebrauit, morbo correpť migrauit ad Dominum, filios non relinquens, & ſuperuiuente regina.

Strata. i. via publica.

Seneſcallus regnum pro libidine moderatur & ex tinguitur

Eiuſdem mors. A. C. 1433.

§. VII.

EA tempeſtate magnus ſeneſcallus, aſtutus & ſagax, gubernationem regni exercebat ad placitum cuncta diſponens, adeo vt maieſtatis regiæ regina nomen tantum, ille verò executionem & reditus habere diceretur. Quamobrem, proceribus regni exoſus eſt effectus, & ipſi reginæ, ambitione ſua ſingulos ipſe contemnens. Factum eſt autem cum vna die cum celebraret nuptias filio ſuo Neapoli, cui in vxorem dederat filiam Iacobucij Caldorij principis exercitus reginalis, multi nobiles & barones aduenerunt congratulantes & feſtiuantes. Ipſe verò fere nunquam viſus eſt tāto effundi gaudio & iucunditate, vt die illa, aſſerens ita firmatum ſtatū ſuum, quòd amplius ei formidandum non eſſet. Sed ſubitò conuerſum eſt gaudium in mœrorem, & vox cantus & ſymphoniæ in luctum & planctum amarū. Nam nocte media cum iam omnes in ſtratis quieſcerent, & ipſe ſeneſcallus in palatio reginę remāſiſſet, ecce ſiccarij, ſubmiſſi à procerib. & regina (qui vna conſpirauerant in mortem illius) cum magno clamore [adſunt] & inſtāter pulſant cubiculi oſtium, excitantes eum & ad-

A monentes, vt feſtinus exurgeret, quia ex repētino accidente regina periclitaretur ad mortē. Euigilans ille mandat puero, vt aperiat oſtium quo peracto armati inermem, & ſe induentem aggrediuntur: & vulneribus multis confoſſum mortuum reliquerunt. Diuulgatur homicidiū, nullus mutire auſus eſt, nedum tumultuare: neſcientibus omnibus, vnde illud proceſſiſſet: corpus verò illius ſine honore aliquo, vt pauperrimi & abiectiſſimi delatum eſt in eccleſiam, quàm citiſſimè tumulandum. Regina autem pro ſui excuſatione, ſine ſcitu eius aſſerebat illud peractum. In qua re oſtenſum eſt, quàm vana gaudia mundi, & vita incerta.

A.C. 1433

Ex improuiſo c[illegible] [illegible]

B Demum regina Ioanna fere per annum poſt mortem eius, quem in filium adoptauerat Andegauiæ ducis filij ſuperuiuens diem clauſit extremum, regnum relinquens Renato germano præmortui adoptiui eius filij. Cuius exequiis ſolēniter celebratis, miſerūt proceres regni, & maiores oratores ſuos in Franciam, qui vocarēt Renatū ad regnū Apuliæ ſibi à regina capiendum. Sed quia in bello recenter conſerto inter regem [a] Franciæ & ducem

C

a Bellum hoc quamuis auctorem & ducem præcipuum habuerit Philippum Burgundiæ ducem ob paternam cædem à Delphino patratam irritatum: regis tamen Angliæ auſpicus & nomine gerebatur Cuius belli originem, & progreſſum paulo altius reſumemus.

Quo anno (Aemyl. ait) Pontifex creatur Martinus eo in Francia nondum veteribus malis ſublatis, noua exorta, Henricus 5. Quarti filius rex Anglus Catharinam Franci regis filiam per oratores nuptui petebat, reſponſum eo tempore neque ducibus vacare, neque regi operæ eſſe de ea re agere. Hanc repulſam interpretatus, ac velut ignominia accenſus, domeſticis malis ægra re Francica, in Normaniam hyeme appetente tranſmiſit Areſluctus oppugnationem obſidionémque paucos dies ſuſtinuit, exin deditionem fecit. Rotomagum fruſtra tentatum, iam Franco milite vndique conueniente, Calitium verſus flexit. Samonam, amnē traiecit. Ad Blangium aſſecutus eſt magiſter equitum Alebretus. Eo die iuſto prælio pugnatum non eſt maiorum copiarum expectatione, quæ poſtridie affuturæ erant. Nocte proxima vulgus militum, quòd nox prægelida foret, & in caſtris & in propinquis locis ingentem ſtruem lignorum accenderant, ita vt omnia perſpicua hoſti forent. Quæ contemplatus Anglus orta luce cum iam ſub ſignis ſtaret miles Francus, nō omnes direxit continuò in oppoſitam aciem copias, ſed partem in eā circūmiſit ſemiermium turmā, quæ extra caſtra noctu ſibi circa ignes locū delegerant. Ea irruente repente hoſte, partim nullo certamine cæſa, partim refugiens ad ſigna, tumultum ac trepidationem ſuis iniecit. Vtrimque tamen pugnatum, ſed diſpari Marte euentuq́;. Ex Anglis ducenti fermè cum fratre regis duce Eboracenſi cecidere. Francorum decem millia, ſed maior quàm pro numero cæſorum cædes viſa, quod capti duces Aurelianenſis, ac Borbonius, Buſicandus præterea, ac nobiliſſimarū familiarū proceres permulti: victor præda grauis, exercituq́; captiuis pleno, Calitium quo initio profecturus erat tranſmiſit.

D

Anglus [illegible] Franc[illegible] exor[illegible] [illegible] A. C. 1418

E

Prælio ad Blangium cir. 8 Kal. Nouem.

F

Burgundiæ

A.C. 1419. *Sigiſmundus Cæſar, vir ſanctus, vt Eccleſiæ pacē* A
reddidit, ita inter duas regias nobiliſſimas ſeuare
Sigiſmundus imperator in Franciam venit. A.C.1419. *iras conabatur. In Franciā venit comitatu nobiliſſimo. Ad eum excipiendum proſequendúque Franci nihil reliqui fecere, quo Cæſareum nomen apparatius magnificentiusque coli poſſet. Eum etiam rex Angliæ honorificentiſſimè coluit, & Calitij & Londini. eo enim cupidiſſimus iungendæ pacis tranſmiſit. Pax inter regias reconciliatore Auguſto iungenda erat ſed eius rei proſperè agi cœptæ progreſſum interpellauit nuntius, in continenti ad quadraginta Anglorum à Francis collatis ſignis occiſos.*

B *Interea ſimultates & odia, quæ aliquantulum in aula ſopita videbantur recrudeuere, Burgundioq́ue defectione facta Carnutes Tricaſſesq́; vltro ſeſe dedentes recepit. cum interim Normannia bello ardcret, quod deſcenſione facta Cadomum Anglus Falæſiam, Aroburgumque ad ditionem facere coegerat, & Rotomagum obſiderat. In dies factio Burgundionis maiores vires naneiſcebatur. Ioannes Villarius proditione vnius portæ noctu regiā vrbē magna manu ingreſſus eā, regemq́; ac aulā omnē Burgundionis ad ſtudia fecit, ægrè Delphino elapſo. Qui Burgundionem ipſum in colloquio inter eos habito occidendum curauit, vt diximus. Eius morte exacerbata ſunt omnia.* C

Lutetia pro Burgundione capitur. A.C.1420. *Nam Philippus occiſi Ducis filius acerrimus necis paternæ vltor extitit. Rotomagum ſeptē menſium obſidione fameque domitum Anglus receperat, cum eo dux fœdus init. cunctaque prona ei ad victoriam reddidit, vrbem regiam, Carnutes, Tricaſſes, regem, reginam Catharinam virginem, quæ omnia in poteſtate patris fuerant, ei tradit. Vtque Delphinum à ſpe regni paterni excluderet Lutetiæ voce præconis citandum curat, ac indignum qui in regnum ſuccedat pronunciat, cuius fide Dux pater circumuentus, ac cæſus ſit.*

D *Prætereà in Tricaſſibus Catharina patre qui mente captus erat, nihil detrectante nubit Henrico his legibus, vt rex gener, liberique ex Catharina procreati in regno ſuccederēt. Interea rem Franciam adminiſtrarit Anglus, Relíquique Francia diceretur. Eo nomine bellum gerens adiuuante duce Senones, Melodunum, Melaos cepit. Maiore igitur fœlicitate, quam cuius ſpem ex Anglia ſoluens animo conceperat, cum vxore Franca demum tranſmiſit. Frater eius dux Clarentiæ Francicarū rerū ab eo procurator relictus. Rotomago in hoſtium miſit, in Andes peruenit. Francis, qui in præſidio erant inſultans. ac vt latius belli terrorem funderet, copias ad propinquum vicum duxit, vbi cum Scotis Delphini partes tuentibus contemptim manus conſeruit, vbi impetu multorum in ſe ruentium cecidit.*
Catharina Henrico nubit. Henricus in Angliā redit. A.C. 1421.

E

Adnuncium occiſi fratris Henricus rex relicta
Redit in Franciam & moritur. A.C. 1422. *domi vxore Franca, & ex ea filio bimulo Henrico 6. in continentem rediit, ſed in ſequenti anno in hortis Vicennarum morbo deceſſit, Tres & quinquaginta dies ſuperſtes illi rex Francus fuit. Succeſſit ei Carolus 7. annum agens primum & vigeſimum ſub quo bellum maiore conatu ac viribus & fœliciore numine Ioanna puella ei capitulante geſtum eſt vt infrà videbimus.*

F *Quo tempore Dux Philippus minus iam acer Anglorum partium defenſor propiora reſpiciebat. Renatus dux Ambari habebat in matrimonio Iſabellam vnicam filiam Caroli ducis Lotharingi. Antonius Comes Vallemontenſis beneficiarius ac frater Caroli ducis Lotharingi ducatum Lotharingiæ gentilitio iure morte Caroli ſuum prædicabat,*

A *Fratriſque filiam excludēdā. Renatus verò ius vxoris cognationiſque defendebat. Armis agi cœptum.* A.C. 1422.
Vallemontēſis ſuis, viribus impar auxilio Philippi ducis ſubnixus prælium commiſit. Captus Renatus ac ad Burgundionem ductus. hæc ille.
DuxRenatus in bello captus. A.C.1433.

Burgundiæ, Renatus cum pluribus aliis fuerat captus ab hoſtibus, & adhuc detinebatur, illuc proficiſci non valuit, vxor tamen eius mulier virilis, & prudens, vna cum filio ſuo B primogenito aſſociata oratoribus illis, & aliis plurimis Neapolim perrexit honorabiliter exoptanterque recepta, cum communiter regnicolæ dominium Francorum affectarēt, Aragonenſium horrerent. Elapſus eſt annus & vltra, antequam ille Renatus liber dimitteretur, & in regnum regrederetur. Interea rex Aragonum audita morte reginæ, ex Sicilia ad Apuliam reuerſus eſt, tractans cum aliquibus dominis regni, prioribus amicis ſuis ſi forte regnum ipſum obtinere valeret. Sed quæ poſtea ei acciderunt aduerſa & proſpera infrà patebit. C

Manfredi & ſequacium eius noua religio.

§. VIII.

D His breuiter decurſis geſtis in partibus regni Apuliæ iam ad narrationem præliorū, quæ in Hetruria & Gallia Ciſalpina peracta, ſunt per Venetos & Florentinos ex vna & ducem Mediolanenſem ex parte alia reuertamur, vt appareat miſeria mundi nunquam à motu quieſcentis, cum tamen omnes quietem appetant, ſed niſi in ipſum Deum, nunquam inueniant. Sed antequam prælia carnalia ingrediamur, libet referre aliquid de pugna ſpirituali, quæ illis temporibus accidit.
Omnia quietē appetunt.

Venerabilis vitæ quidam Manfredus nomine, Vercellenſis, religioſus, ordinis Prædicatorum erat peritus & timens Deum. Hic prædi- E cans in partibus Longobardiæ neſcio quo ductus ſpiritu populis nunciabat propinquum Antichriſti aduentum, & quaſi tempore ſuo eſſet futurus inducebat ad hoc ſuas rationes ex ſcripturis, præcipuè Apocalypſis. Ex terrore huius doctrinæ exprimentis horribilia, quæ facturus ſit cum venerit Antichriſtus, in quo omnes concordant, multi vtriuſque ſexus cōtemnentes ſæculum, iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus habitum ſub eo receperunt tertij ordinis, ſeu de pœnitentia beati Dominici, ita vt tranſcenderent numerum quadrin- F torum, mares centum, fœminæ trecentæ & ſupra. Hi in communi viuebant ſeparatim viri à mulieribus, de labore manuum ſuarum in ſudore ſuo, non omiſſis diuinis officiis & frequentantes confeſſionē & cōmunionē in ſumma honeſtate & caritate conuerſantes: omni poſſeſſione & reditu carebāt omnino. Omnes

A.C. 1434.

Longobardi erant& ſimplices.Qui ex Longobardia Bononiam profecti ſunt cum eorum patre Manfredo prædicto.

Martinus papa attendens genus illud periculoſum poſſe ſcandala generare, conatus eſt congregationem illam diſſoluere, ad propria remittendo:ſed non valuit, cum illis ita affectis ad illum Manfredum ſpiritualiter, vt ab eo nulla poſſent ratione diuelli, tũ qnia ita redolebar eorum conuerſatio in conſpectu laicorum, vt ab omnibus moleſtantibus defenderentur. Ex Bononia Florentiam applicuerunt, in arctiſſimo victu honeſtiſſimè & lætanter domino ſeruiebant. Et licet Martinus tunc Florentiæ exiſtens prohiberet aliquid eis eleemoſynaliter dari, vt in patriam, & ad ſuos redirent, non obediebatur ex compaſſione & deuotione populi concepta ad eos. Examinari fecit papa illum Manfredum, & nihil reprehenſione dignum in eo inuentum eſt, nec in congregatione illa. Pontifice cum curia ad vrbem accedente, ſecuta eſt cõgregatio illa, quã cum magno rigore diſciplinæ regebat, pro minimis contentionibus & ad cippos mittens & lacte doctrinæ frequentis nutriebat. Maior pars earũ in breui in domino obdormiuit Romæ. Remanentes in magnis anguſtiis vitæ degebant, vexatæ cõplures earum à dęmoniis, Aliquibus iuniorib. apparebant ſpiritus in veſtibus albis, vt angeli lucis, ſi tamẽ ipſi erãt, & afferẽtes eis pater noſter minima vitrea & perforata euaneſcebanr. Sperabatur ab illis Manfredus papa futurus, & à multis earum Antichriſtus manifeſtandus. Tranſactis pluribus annis tempore Eugenij Maufredus ipſe nimis aliquando credulus viſionibus illarum quieuit in domino, in conuentu Mineruæ ſepultus. Poſt quod diuiſæ ſunt in duas partes mulieres, quæ & paulatim defecerunt per mortem, & aliquæ in ſpiritu. Et quæ expectabant non viderunt, nec illum papam, nec antichriſtũ. Prædicabat Bernardinus cõtra eũ arguens factũ illud, & Manfredus contra Bernardinũ in aliquib. doctrinæ ſuæ eũ ſuggillãs.

Cippus eſt cõpedũ genus eſt.

Cõgregatio religioſorũ, quã Põt. non probat, malè perit.

De Philippo Maria duce Mediolanenſi & præliis eius cum Florentinis. Leon. Aret. Blon. dec. 3. lib. 2.

CAP. VIII.

Bellũ Florentinorũ contra Philippũ.

DIVTVRNAM Florentini populi pacem primo excepit bellum cum Philippo Mediolanenſi duce ceptum anno ſupra. 1323. ita vario geſtum marte vt penes eos ſteterit victoria qui ante ferme pro victis habebantur. Eius initiũ tum ducis culpa parum pacis iura ſeruantis contractum fuit tum aduerſãte pontifice Martino qui Florentinorum opes debilitari frangique cupiebat. Quæ vt notiora fiant paulò videtur altius eius origo repetenda.

Recuperato poſt fratrẽ interfectum Mediolano plurimiſque paternæ ditionis vrbibus in poteſtatem redactis ampliandi dominij cupidine Philippus animum adiecir ad oppugnandam ciuitatem Genuenſem, variis factionibus laborantem, cuius dux erat Thomas Fregoſius vir prudens magnique animi & ad reſiſtendum paratı. Veritus ergo ne a Florentinis illi ſubſidia ſuppeditarentur omni ſtudio pacem cum illis quæſiuit. Et primo ſancti Antonij abbatẽ ad tentandũ Florentinorũ animos deinde ſex oratores, qui apertè de pace inter eos firmanda (cum iam pluribus annis tacita odia viguiſſenr) agerent, Florentiam miſit.

A.C. 1418. Philippus Maria ad Genuã occupandã animũ adiicit. Blon. dec. 3. li. 2.

Summa poſtremæ legationis fuit nulli ignotum eſſe quãtas attulerint Italiæ clades bella, quæ inter vicecomitum familiam, & populum Florentinum hactenus extitiſſent, cupere ducem vt nedum ſubmouerentur bellorum, quæ oriri poſſent, occaſiones, ſed ſumma perpetuaque concordia inter eos ſtatueretur omniſque armorum (à quibus ducis animus abhorreter) tolleretur ſuſpicio. Scire ſe Venetos ſemper pacis Italiæ fuiſſe amatores, pontificis animum ſibi compertum eſſe à diſcordiis maxime alienum nihil obeſſe, ſi pax ſequeretur, quo minus vniuerſa Italia in otio eſſet diutius quietura. Sibi mentem immemorem eſſe præteritarum diſcordiarum quin potius meminiſſe ſe poſt paternam mortem cum Longobardis omnis bello flagraret, Florentinos cum parua impenſa plurimum damni ſibi inferre potuiſſent ab armis ceſſaſſe, hortari ſe Florentinos ad ſumendum eam pacem quã ſinguli appeterent, cum eſſet omnibus profutura, velle ducẽ eos habere parentis loco neque quicquã malle quam notum eſſe vniuerſis nihil ſibi antiquius pacis & quietis cupiditate. Hanc ſe proculdubio maiorum ſuorum ambitioni longè anteferre.

Mediolanenſis ad Florentinos legatio.

His in freqnenti ſenatu recitatis fuere plurimi & ſeniores præſertim qui dicerent eam pacem tanquam inſidam reiiciendam eſſe: & (id quod poſtea re ipſa comprobatum eſt) legatorum verba plena videri inſidiis omniaque ad fallendum ſpectare. Ducem vnum ore loqui alterum animo occultum gerere, pacem ab eo oſtentari bellum intus latere cui nulla pax cordi eſſet, ſed cupiditas regnandi: non quæri ab illo cõcordiæ fœdus qui dominari cuperet omni ſpe externi auxilij deſtitutos, iugum ſeruitutis ſubituros, optare illum ſopiri ſpecie pacis Florentinos quo ſecurius Genuenſes expugnet. Simulatque ij in poteſtatem redacti ſint paternum ampliandi dominij ſumpturum animum, ardere illum cupidine regnandi & ab eis incipere qui eſſent proximiores. Emerſurã paulò poſt eam flammam latius quam reipu. expediat ſi pacis titulo intus ignis nutriatur, eandem filio mentem fore quæ fuerit patri. Expugnatis Genuenſibus tranſlaturum illum arma in Tuſciam, ſiqua fuerit facultas, conſultius videri præſidio adeſſe Genuenſibus quo vicino bello deſtineatur quàm contracta ſimulata pace illos deſertos auxilio pati, tutiora ſẽper conſilia dubiis eſſe pręferenda, non tantũ pręſenti, ſed futuro quoque prouidendum eſſe.

Populi Florẽtini de Mediolanenſi duce præſagia.

Alij dandam petenti pacem ſenſebant neq; prætermittendam præſentem quietem futuri belli metu & Genuenſibus in poteſtatem redactis ducem adeo non potentem fore vt ab eo occupandæ Tuſciæ periculum immineret, cum omnis eius patria adeo diutinis inteſtiniſque factionibus & bellis vexata iaceat, vt

Pacis alij ſtudioſi fœdus cũ Mediolanẽſi ſenẽdũ cẽſent.

multis

A.C. 1422. multis annis nequeat exurgere in priores vires. Poſſe fieri, vt vera ab oratoribus dicerentur, neque deſperandum pacis illum fœdera ſeruaturum cuius nomen adeò mortales allicit, vt abominandum videatur oblatam vltro repudiare pacem. Reſtitiſſe Florentinos quondam per annos duodecim parenti, cuius opes & imperium longe lateque etiam in Tuſcia diffuſum erat, multo facilius filio imbecilliori admodum obſiſti poſſe, ſi quid inſaniet. Neque enim eius res adeò ſecundas eſſe, vt à multis annis occupandæ Tuſciæ vacare queat, tempora interim conſilia ſecum ferre.

His variis orationibus agitatis, ſeu fatis volentibus, ſeu quia pacis nomen plurimos mouebat, fœdus cum oratoribus firmatum eſt. Cuius conditiones inter cæteras extitere, ne duci citra Pontremuli oppidum Tuſciam verſus, citraque Mutinam arma mouendi, aut citra cruſeulum fluuium verſus Bononiam vllas copias mittendi, ſocietatem incundi, vrbemve aut caſtra capiendi, aut oblata tenendi aut auxilia cuiquã mittendi ius eſſet, nulloq; fœdere cuipiam citra hos fines iungi poſſet. Quæ iureiurando firmata ſunt.

Philippus maria ſibi Genuam ſubiugat. Ex Leon. Aret Blon. hæc ibi. habet.

§. I.

PACE conſtituta dux Genuam tum longo bello tum inteſtinis factionibus debilitatam capit. Ægrè autem tulit emptum de Genuenſibus belli tempore Liburni portum quod fuerat ditionis Piſanorum propter pecuniã illis ad vſum belli datam, quam poſtea occaſionem prætulit pacis violandæ cupiditati. Erat tunc ciuitas Florentina longa pace admodum opulenta opes ampliſſimæ pecuniis affluebat ciues, & vt fieri ſolet, ex rerum copia orta ſuperbia neque pontificem vereri, neque quemuis alium magnipendere finebat. Quod autem Martiuum offendit, fauor erat Braccio Peruſino bellicoſo duci, multaſque ciuitates eccleſiæ occupanti per Florentinos præſtitus concordia deinde opera Florẽtinorũ cum pontifice, & reſtitutione quorundam oppidorum captorum facta, ad vrbem proficiſcitur Pontifex indignatus plurimum, vt poſtea queſtus eſt, ob verborum contumeliam puerorum, nõ repreſſam. Poſtmodum Alphonſus ſancti Euſtachij cardinalis legatus ad regendam Bononiam deſtinatur, cuius fauore prima cũ duce belli origo manauit. Animaduerſa enim populi mobilitate cum defectionem timeret, quo recentem ſtatum aliquo firmiori auxilio muniret, ſocietatis fœdere cum Florentinis iungi per oratorem poſtulauit: quo ob eam rem denegato ne nouæ contentionis aut belli cauſa oriretur legatus idem petiuit à duce.

Legatus põtificis cum duce fœdus percutit. Ille pacem pertæſus nouarumque cupidus rerum eam ſocietatem amplectitur inito fœdere, inquo vtriuſque animus idem ſentire videbatur. Vnde malorum omnium initium eſt profectum. Nam violata hoc fœdere per ducem pace, cuius legibus cauebatur nomina-

A tim, ne Bononiam ſociam recipere aut fœdere aliquo cum ea iungi liceret, Florentini pacem ab eo non ſeruatã per litteras queſti ſunt. Dux ad ſimulandum ac diſſimulandum promptus, miſſis Florentiam oratoribus fœdus illud ea ratione tutari conatus eſt, vt eius dicerent legati non ad infringendam pacem (cuius eſſet cupidiſſimus) ſed ad ſecuritatem ſuo ſtatui timentis id à ſe factum eſſe, multiſque verbis de ducis animo ad ſeruandam Florentinorum amicitiam diſſeruerunt. At qui culpã excuſare A.C. 1422.

B nõ poterãt abierũt animis dubiis, ac ſuſpenſis.

Superuenit obitus Georgij Ordelaſi vicarij Foroliuienſis qui ſuperſtitibus filio impubere & Lucretia vxore Ludouici Alidoſij vicarij Tindenſis filia deceſſit è vita (Vicarios autem eos appello qui ciuitates aut oppida, vicario pontificum nomine tenent) Lucretia parum ciuibus fidens propter Catharinam, quæ viri ſoror fuerat & alterius, ideſt Gibellinæ factionis fautrix erat paterno conſilio in ciuitate regenda vtebatur quod Catharina ægrè ferens ſuos ad defectionẽ hortabatur. Lucretia cum

C iis quos ſibi fidos putaret quo filij ſtatus firmior eſſet ſocietatem antea cum Florentinis initam renouauit reliqui ciuium ſuadente Catharina in ducis fauorẽ inclinarunt iique vrbis illius capiendæ oblatam ſpem minime repudiarunt. Lucretiam dux primo tentat vt ab rogata Florentinorum ſocietate ſibi hærere & fœdere iungi vellet, auxilia inſuper pollicitus, ſi opus ſit pro filij tutela. Illa cupiens cœptam cum Florentinis ſocietatẽ ſeruare benignè reſpondit ſi caſus tulerit ſe opem illius imploraturam. Eadem & Catharinæ per internuntios Lucretia Georgij Ordelaſi vxor cum Florẽtinis fœdus renouat hæc Blon. ibid.

D ſignificauit & hortatu ſuo ſi ſuã ſectam ſequi vellet multo plura ei, quãLucretiæ eſt pollicit⁹.

Sata inter duas mulieres ciueſque diſcordia plures equitum turmas in agrum miſit Bononienſem contra pacis conditiones. Quod admirati admodum Florentini & eam rem minime ſpernendam, vt maius incendium excitaturam rati legato ſcripſere mirari ſe, quid ſibi tam ſubitus tot equitum aduentus vellet, neque recte ab eo factũ qui ducis equites ad perturbandum otium in agro Bononienſi otioſos eſſe ſineret. Suſpicari ſe aliquam occultiorem fraudem contra ſe à duce machinatam eſſe, rogare vt eum equitum numerum miſſum faceret. Ad ea reſpondit legatus eos equi-

E tes ſuo rogatu à duce miſſos quibus ad recuperandum caſtrum Bononienſe vteretur neque vllum ab eis Florentinis periculum imminere. Reſponſum eſt ab oratore ridiculum id neque veriſimile videri, tantũ equitum numerum pro tã paruula re à Longobardia excitatum. Verum dies palam facturos, quem hi dolum ſecum portarent. Hanc auxit ſuſpicionem Marchio Ferrarienſis, qui & ipſe ſcripſit eos equites ſua cauſa veniſſe qui paulò poſt Lugum oppidum cõceſſere Foroliuio propin-

F quum. Ibi cum aliquamdiu morarentur Dux ſolita calliditate vtrique & Lucretiæ & Catharinæ ſcripſit, ſe eius cauſa miſiſſe equites quo volẽti auxilio eſſe poſſet: Lucretiã in Florẽtinorũ ſocietate repudiato ducis fœdere perſeuerat: Catharina, quique cum ea ſẽtiebãt oblata auxilia cepere excitatóq; tumultu à Lucretia

A.C. 1422.

captamq́ue in cuſtodiam tradunt, vnde fugiẽs Forum Popilij petiit, ducis equites à ciuibus in vrbem recipiuntur.

Foroliuiũ à Duce Mediolanenſi per proditionẽ capitur.

Capta proditione ciuiũ vrbe, varia Florentinorum concilia agitabantur, quidam bello vindicandam tantam iniuriam cenſebant, quidam tentanda omnia prius, quàm ad arma deueniretur. Violatum pacis fœdus erat tranſgreſſiq́ue longo interuallo fines in eius cõditionibus ſtatuti. Defendẽdam Lucretiam omnes vociferabantur, & vim vi repellendam. Nunc tandem emergere fructus pacis tantopere à duce hactenus petitæ. Quo autem facilius de bello, ſi opus foret, agi poſſet, decemviri creantur qui è veſtigio duos equitum præfectos cum ſexcentis equitibus ad Forum Popilij mittunt pro Lucretiæ tutela. Ne autem inconſulte bellum appetere viderentur viſum eſt in primis & literis & oratoribus queri de violata pace, ſiquo modo poſſet abſque certamine res componi. Quæſti ſunt igitur primũ per literas cùm duce pacem ab eo interruptã eſſe, cum ſciret fœdere ſe, ne id faceret prohiberi, æquum videri, vt reuocaret equites, vrbemq́ue relinqueret, quam per iniuriam cepiſſet. Marchioni deinde Ferrarienſi Nicolao ſcripſere, vt ducem cohortaretur ad ſeruanda pacis fœdera, quæ eſſent inter ſe more ſolẽni firmata.

Ad ea reſcripſit dux ſe per oratores, quos Romam miſſurus eſſet, reſponſurum. Id tantũ ſcire eos velle, ſe pacem optare, quæue cõmiſſa forent, præter ſuam voluntatem geſta. Oratores cum Florentiam veniſſent, multis verbis ducẽ ab eo incœpto excuſare conati ſunt, aſſerentes illum omnino ſeruaturum pacem, equites inſuper reuocaturum, ac vrbem redditurũ pollicitũ, ſi eorum ſecuritati, à quibus vrbs tradita erat, conſuleretur: nolle enim eos, qui ſecum ſenſiſſent, aduerſæ factionis, iudicium arbitriumq́ue ſubire, ſpectareq́ue ſe, ſi qui ciues ex maioribus ad ducem mitterentur, rem procul dubio eſſe conuentu ram. His dictis eũ ſummam ſpem concordiæ oſtendiſſent, Romam profecti ſunt.

Florentini ad Pontificẽ oratorẽ mittunt.

Ad pontificem verò miſſo oratore Marcello iuriſconſulto geſta per ducem narrantes & eius fraudes multiplices quæſti ſunt & Alphonſi legati iniurias, cuius fauore & aſtutia Foroliuiũ in ducis poteſtatem veniſſet. Quod factum Marchionis ſimulatione cum excuſaretur, obteſtantis ſuo nomine iam vrbem captã teneri: rogabant pontificem, vt ciuitatem ſuã à tyrannis eximeret, mandaretq́ue duci, vt omnem equitatũ ad ſe reuocaret. Ad hæc Martinus (qui & belli fautor putabatur) reſpondit ſe Braccij bello Aquilam obſidentis impediri de quo dictum eſt ſuprà, & ideo minus rebus Flaminiæ vacare poſſe. Egit tamen orator, vt aduocato ad curiam Alphonſo, cardinalis Senenſis dominus Gabriel, qui factus pontifex Eugenius dictus eſt, è Piceno, vbi legatus erat Bononiam proficiſceretur.

ſuc. c. 7. §. 4. & 5.

Marchio ferrarienſes Foroliuium occupat. Blon. ibid. Leon. Aret.

§. II.

Dvm hæc agitantur Nicolaus Marchio, eam ciuitatem ſuo nomine teneri, & gubernari palam dictitans, per oratorem nũciat Florentinis, ſi paterentur Foroliuium à ſe aut tueri, aut ſuo nomine teneri, curaturum ſe, vt copiæ ducis in Longobardiam redirent: quo fieret, vt omnis belli occaſio tolleretur. Huic reſponſum eſt, non pati honorem reipubli. Florẽtinæ, à ſe ſtatum ſocij, & amici pro derelicto haberi, recteq́ue fore, ſi daret operam Marchio vt ciuitas Pupillo reſtitueretur. Neque enim aut ſua, aut ducis eſſe, vt aliena caperẽt. Neque eſſe prudentiæ ſuæ alienam culpam in ſuam traducere velle, aperteq́ue cognoſci, hæc omnia à duce confingi decipiẽdi gratia, vt oſtenderet ſe nulla in re pacem violaſſe. His longè contraria narrauit paulò pòſt archiepiſcopus Genuenſis ad vrbem vadens, qui mandatum ſibi ab eo referre Florentinis ait, ſe quæ fecerit, Martini gratia feciſſe: miſiſſe enim equites qui pontifici auxilio eſſent. Vrbem Foroliuij ab eis de põtificis voluntate captam, tanquam locum idoneum, in quo in eundo & redeundo quietem capere, & impedimenta tuto relinquere poſſent.

A.C. 1424.

Ducis Mediolanenſis fraudes.

Huiuſmodi fallendi artibus, & aliam dux adiecit, miſſo Florentiam oratore Franchino, iuriſcõſulto, ſummæ authoritatis viro, qui ſuis verbis diceret ſe pacem omnino cum eis cupere, quacunque pontifex & Veneti conditione vellent, quorum arbitrio leges pacis eſſet permiſſurus. Suaſitq́ue, vt oratores ad ducem mitterent, per quos ſperaret proculdubio rem facilè componi poſſe. Ei quoque oratori parum fidei adhibitum, cum eius verba ad dolum ſpectare viderentur. Ne tamen oblata pax ab eis ſperni videretur Bartholomæus Valoris, vir egregij animi conſiliiq́ue, & Nellus iuriſconſultus Mediolanum miſſi Qui ad vrbem Laudæ, cum perueniſſent viginti millia paſſuum Mediolano propinquam, ducis iuſſu propius adire prohibiti ſunt, aſſerentis ſe, cum à loco peſte infecto venirent, niſi poſt quadrageſimã diem eos non auditurum, miſſurum tamẽ, qui eorum poſtulata audirent, & ſuo nomine, quæ agenda eſſent, tractarent. Ad quæ oratores ad ducem ſe non ad alios ire iuſſos reſponderunt neque peſtem ſe, ſed pacem ſecum ferre, quam ſi reſpueret, armis decernendum eſſe.

Re infecta oratores reuerſi, ciuitatem ſummo aduerſus ducis calliditates odio incenderunt. Oratio Bartholomæi præſertim dolos detegentis animos ciuium commouit, qui publico in cõcilio cum de legatione ſua deq́ue ducis tergiuerſatione referret huiuſmodi habuit orationem.

Si cum eo viro, Florentini ciues, nobis res eſſet, qui vlla fœderis, aut iuriſiurandi iura aut ipſe noſſet, aut à ſuis maioribus accepiſſet, & non cum eo, qui ab adoleſcentia totus ex fraude penderet, forſitan oratorum eius cæterorumq́ue, qui de pace nobiſcum locuti ſunt, verbis aliqua ex parte credendum putarem. Sed cum bellum acerrimum inſtet nobis ab eo, qui nullas niſi perfidiæ leges norit, non quid dicat, ſed quid agat, non quid loquatur, ſed quid moliatur, animaduertendum eſt. Pacis fœdera miſſis equitibus abrupit, fidem ſoluit, iuſiurandum contempſit, capto Foroliuio

non

A.C. 1423. Foroliuio non ſua, ſed aliena id factum opera ſim ulauit, multis variiſque verbis ac legationibus eluſi ſumus multis fraudibus appetiti, multis dolis decepti. Omnia tyranni huius cõſilia eo pertinent, vt receptaculum nobis propinquum habeat, quo nobis bellũ inferre, & parua impenſa vires noſtras debilitare queat. Parentis animum aſſumpſit, & eius veſtigiis hæret, qui nos ſemper per pacis ſpeciem oppreſſit. Hæc fuit cauſa quærendæ quondam nobiſcum pacis, vt ſubactis Genuenſibus liber vicinorum metu in nos arma facilius verteret. Bello hæc immanis ambitio reprimenda eſt: quæ exæſtuat imperandi cupiditate. Proinde fraudes ſuperandæ ſunt viribus, & aperto marte illius inſidiæ reprimendæ. Paremus igitur, quę ad bellum gerendum ſpectant ne ſerpens ille nos imparatos inueniat, & à ſe tanquam nullius conſilij homines deluſos glorietur. Pacem interim, ſi vera non ficta offeratur minime repudiemus. Eo tendant conſilia & opera noſtra, vt non mouiſſe bellum, ſed motum repreſſiſſe videamur. Hac legatione renunciata, conſpectóque ducis ad decipiendum animo, & à concordia alieno, de gerendo bello decreuere.

Martinus inter Ducem & Florentinos pacem componere vult. idem.

§. III.

sup. c. 7. §. 1. MARTINVS pontifex qui Ducis rebus timebat ob potentiam Florentinorum & quia Braccius, qui tunc circa Aquilam occupabatur, vt patet ſupra, vir bello egregius, ſperabatur (id enim pollicitus erat) cum tribus equitum millibus in auxilium Florẽtinorum venturus, conſpiciens maiorem belli excitari molẽ, quàm quæ per Ducẽ ferri poſſet, rogatu quoque oratoris Florentini id magnopere petentis Antonium Luſcum virum ſuæ ætatis prudentia & eloquentia ſingulari oratorẽ ad Ducem deſtinauit, vt pacem ſuaderet. Qui multis rationibus pacis cauſam egit. At ducis animus conſueta animi ſimulatione vtens, omnem præteritorum culpam à ſe reiecit, illam in Marchionem transferens, cuius opera vrbs capta eſſet omnino pacem ſe velle, ſed vrbis reddendæ nequaquam penes ſe arbitrium eſſe. Marchio interim, & ipſe noui belli infamiã fugiens per oratores Florentinos ſolicitat, vt pro redintegranda pace, cuius dux cupidus erat, legatos ad ſe mitterent. Mandata enim habere ab eo ſe, quibus pacem apertè polliceatur, qui conditionibus ante petitis aſſenſurum ſe promittat. Miſſis legatis, pluribuſque diebus variis locutionibus ne quicquid conſumptis cum ad interponendam moram omnia agi viderentur fruſtrati ſpe pacis Florentiam redeunt.

Imolã capit Mediolanenſis. Vide Blõ. in fine li. 1. dec. 3. Interea cum variæ incurſiones vtrinque rapinęque in Flaminia fierẽt Ludouicus Alidoſius, neque duci néque Florentinis aperte fauens, amiſſa Imola, captiuus ad ducem perducitur. Capta eſt autem prædicta vrbs proditione militis, qui ad hoſtem tranſiens, qua arte & loco ciuitas capi poſſet, dedocuit ducem ſe conſtituens proditionis. Nouerat enim quæ pars arcis parum firma cuſtodiis eſſet. Fertur hanc calamitatem ab vmbra paterna poſt eius obitum multis annis antea prædictam tempuſque vrbis [capiendę] & diẽ deſignatam. Ob eam cauſam decreta iterum ad pontificem legatio, quæ diceret iam duas vrbes ſuæ ditionis cum omni territorio à duce occupatas, rogaretque vt pro communi pace vrbes eas repeteret. Fore ſi id egiſſet, ab armis ceſſaretur. Ille vt antea non eſſe ſibi id integrum reſpondit, propter Braccij moleſtiam eis notã. Satiſfeciſſe tamen quoad potuerit eorum precibus, cùm legatum eis acceptum Bononiam deſtinaſſet. Sed tamen paulo poſt ad preces ducis, qui legatum nimis fauentem Florentinis apud potentes incuſabat remouit, & archiepiſcopum Arelatenſem Ludouicum, qui poſtea cardinalis ab eo eſt factus, vrbi Bononiæ præfecit. A.C. 1423.

Diuerſis in locis dum hæc aguntur, Florentini deſperata, quam tanto tempore quæſierant, pace, ad bellum gerendum conuerſi, eius adminiſtrandi pro reipu. ſalute poteſtatẽ decem viris dedere. Multa interim Florentiæ variis ſententiis iactabantur. Aſſerebant ex melioribus quidã, neceſſarium ad tuendam libertatem bellum ſuſcipi aduerſus ducem: cum leuis aut nulla fides potius habenda Philippo videretur, qui tam apertè pacis leges violaſſet captam contra fœdus vrbem ſociam atque vicinam, & dum ſe pacis auidum oſtentat, quo remiſſiores eorum animos reddat, proditione Imolam ſuo imperio adieciſſe, procliuem eũ ad peierandum, & multa alia mala eius recenſentes. At verò nonnulli ex ſenioribus amplius cenſebant conſulendum, minime inutilem, aut pernicioſam parui temporis moram videri, ſi conſilio regatur, cui nil tam aduerſum habeatur, quàm feſtinatio. Ducem apertè profiteri pacem ſe cupere, pontificiſque decreto, quod equites ſui egiſſent, corrigi emendari que poſſe. Expectandum igitur paululum, ſi quo modo daretur reſarciri pacem, legationibus mittendis. Florẽtini bellum cõtra Mediolanenſem decernũt. Bion. dec. 3. l. 2.

Obiiciendis purgandiſque criminibus, circircumacto fere anno cum ducis abhorrentis pacem milites Flaminiam vaſtarent, decẽ viri qui priorib⁹ ſuffecti erãt, decreto bello copias equeſtres ac pedeſtres comparant, ad ſex millia equitum & tria millia pretio conducunt, quibus præerant præfecti rei militaris multum periti Pandulphus Malateſta, Vrſus ex familia Vrſinorum, Ludouicus Obitius Lucanus Nicolaus Colentinus Arditio Camerinẽſis, multique præterea equites nobiliſſimi, quibus præficitur belli dux Carolus Malateſta, vir bello & pace inſignis de quo plura dicta ſunt ſupra. Hic coacto in vnum exercitu, caſtra prope Foroliuiũ metatus eſt, ſi qua occaſio aut ſeditio ſe offerret vrbis recipiendæ. caſtella quoque aliquot vi expugnauit, prædæ parũ tulit cum omnia pecora agreſtéſque in vrbem comportatis eorum rebus refugiſſent. Summa erat decem virorum, baliæ ſolicitudo, in exercitu terreſtri cõparando, quo ſuperior copiis ducis eſſet. A.C. 1424 Belli duces aduerſus Mediolanenſem. ſup. c. 6. §. 2.

Sed non minor erat cura vt fauore exulum Genuẽſiũ dux poſſeſſione Genuæ pelleretur.

A.C. 1425.

Exules Genuam tentant, ſed fruſtra.

Eorum hortatu claſſem comparant viginti quatuor triremium cum Infante Hērico regis Aragonum fratre in auxilium pecuniis datis. Quæ inſtructa parataque portum Genuæ ingreſſa eſt, ſi quomodo ſeditio in vrbe oriretur. Oſtendebant ſe ex nauibus exules & in primis Thomas Fregoſius antea illum dux ciues ad liberandam de tyramo vrbem exhortantes aſſerētesque ſi occaſionem præſentem amiſiſſent poſtmodum fruſtra eorum auxilia imploraturos. Sed obturauerunt aures ciues ad eorum voces: apud quos plus valuit odium in Cathalanorum gentem ſibi admodum infenſam, quàm exulum beneuolentia. Ea res prohibuit nouitates in vrbe fieri amica Thomæ: & cum receptura ſi alio auxilio niſus eſſet. Re infecta capto Delphini portu ea æſtate verāq; otam maritimam infeſtam frequentibus incurſionbus reddiderunt.

Carolus Malateſta Foroliuium obſidet. Blon. ibid. Leo. Aret.

§. IIII.

CAROLVS interea cum Foroliuium obſideret: ciues ægrè paſſi vaſtari latè agros ſeque intra mœnia clauſos teneri maiora ſubſidia ad ſe tuendos vocant (nam ad eam vſque diem ſexcenti tantum equites vrbis ſubſidio aderant) & à Duce petierunt. Miſſi ſunt equitū quatuor milla, quibus Angelus Pergulēſis præfectus eſt. Iis cęteris quoq; equitibus in vnum coactis caſtrum Zachonatiæ, quod comes Albericus tenebat, fœdere cum Lucretia iunctus, obſedit ſtatimque expugnandum, vt quam citiſſimè Foroliuium ire poſſet caſtris illic poſitis, caſtróque ac foſſa circundatis ſumma vi oppugnare adortus eſt. Albericus ſe diutius oppidum tueri aduerſus tantam belli molem diffiſus, Caroli opem ad tollendam obſidionem implorauit. Qui multum ad belli famam conferre arbitratus, eam obſidionem ſua opera ſolui: veſperi cum omnibus copiis caſtra mouet: èueſtigio copiis iter ingreſſus tanta procella continuus imber exortus dienoctúque tota via effuſus eſt, tantaque noctis obſcuritas incubuit, vt ſummo cum labore ad decem millia paſſuum conſiderēt. Plures aqua vndique redundante itinere fatigati, in itinere conſtitere alij per ignotas ſemitas delati longius procul à ſociis aberrarunt. Tandem cum paulò poſt exortum ſolem in conſpectum hoſtium veniſſent ſubito in aciem nullo adhibito ordine deſcenderunt. Nam cum maior pars quidem firmandis caſtris alij ſumendo cibo, quieteque feſſis danda occupati eſſent, apperent conflictum reliqui, & in iis Arditio, nulla ſumpta quiete, neque curatis corporibus, repentino impetu in hoſtes irruerunt, eiſque in fugam verſis in prædam impedimentis relictis ab hoſtibus conuerſi ſunt, locumque illis ſe à fuga colligendi, inque prælium redeūdi dedere. Qui facto agmine victores in fugam vertunt. Alij ſubinde præfecti ſuis fugientibus occurrunt.

Carolus Malateſta adſoluendam obſidionem pergit.

Florentini Mediolanenſes fugant.

Haud dubium eſt Carolum victoria poti-turum fuiſſe, ſi cæteri præfecti priorum impetum ſecuti fuiſſent. Sed dum cunctantur, dum imperium duci expectant ab hoſtibus ſuperantur. Æquo marte aliquandiu pugnatum. Demum Florentini tum nocturni itineris labore, cum certamine limóque terræ (omnia enim imber occupauerat) viribus exhauſti profligantur. Et prius hoſtis ad locum, vbi Carolus erat, peruenit quam ſuos fugatos ſciſſet. Hac in acie ducis prouidentia deſiderata eſt, qui neque loco, neque tempore rem fortunæ commiſerit. Plures capiūtur inter quos Carolus, multi ſibi fuga ſalutem parauere. Vrſus ac Ludouicus eo prælio occubuerunt. Pandulus Rauenam, Tolentinus Ceſennā reliqui in poteſtatem hoſtium deuenerunt.

A.C. 1424.

Ea victoria elatus Angelus Ceſennā Ariminumque petens, multis in ea regione oppidis & caſtellis receptis Ariminum haud dubiè in poteſtatem redegiſſet, niſi prohibitus fuiſſet à duce. Nam vt Carolus eſt ad eum deductus, nō pro captiuo aut hoſte habuit, ſed vt tutorem ſibi fratremque à patre relictum in honore habuit, abire illum, quovellet, venarique (quo exercitio admodum delectabatur) permittens. Tandem cum multis cumulatum donis in patriam Philippus remiſit.

Carolus Malateſta à Duce humaniter tractatur.

Tanti exercitus clade, quæ anno. 24. ſuprà. 1400. contigit, accepta decemviri nouis copiis comparandis vacant. Inter hos optimæ ſpei adoleſcentem Othonem, Braccij apud Aquilam in prælio interfecti filium cum magna paterni equitatus parte videlicet mille ducentorum conducunt. Huic cum præfecti munia nequaquam per ætatem paruam exercere poſſet, Nicolaum Piccininum, qui cum ala equitum ſub patre militauerat conſiliarium adiutorem que dederunt. Is cum in Tuſciam veniſſet: primam expeditionem & eā infauſtam fecit in valle Lamonis quę ditionis erat Ludouici Māfredi ſocij, & amici ducis. Nam incurſione in eam vallem in conſultius facta ab agreſtibus & mōtanis ita intercluſus eſt: vt neque regredi, neq; progredi facultas eſſet. Pugnando interficitur dictus Otho filius Braccij reliquis aut captis aut diſſipatis.

Otho Braccij filius à Florentinis conducitur.

Eiuſdem mors.

Nicolaus Fauentiam captus perducitur quā ciuitatem Guidantonius Manfredi tenebat ducis in eo bello partes ſecutus. Eū Nicolaus, qui in libera cuſtodia erat, hortari non deſtitit: vt Florentinis potius propinquis, quorum opera promptiori ad ſe iuuandum vti poſſet quam lōge abſenti domino (cuius auxilia in aduerſis tardiora futura eſſent) faueret. Magis enim pendendum eſſe propinqui hoſtis motum quam ſpem auxilij longè remoti. Idem quoque Guidantonius, cum Carolum auunculum ſuum in bello captum viſitaſſet, ab eo redargutus eſt, quod amicitiam ducis prætuliſſet amicitiæ Florentinorū cùm vicinior eſſet & reſpublica Florentinorum diuturnior & beneficia ab eis recepiſſet nō nulla. Hęc verba cùm altius pectori hæſiſſent facilè apud eū valuere. Acceſſit adflectēdū animū, quòd ingentia ducis promiſſa nullo loco apparebant: & decemviri tum pecunia, tum promiſſorum ſpe impulerunt, vt meliora conſilia ſecutus animum applicaret ad tutandam rempubli. Florentinam: quæ maxime eo bello opera illius ſuſtentata eſt, ac defenſa.

Guidantonius ad Florentinos deficit.

Omnis

A.C. 1424. Omnis enim ferme belli moles in Fauentiã eſt A conuerſa:& duce defectionis iniuriam vlciſci quærente,& Florentinis pro illius vrbis tutela,tanquam pro communi patria pugnantibus Nicolaus quoq; à cuſtodia liberatus eſt,factuſque omnium equitum,qui ſub Othone erant, præfectus.

Florentinorum ad Pontificem legatio.

§. V.

Poſt acceptam cladem pluraque amiſſa caſtella,Rainaldus Albitius,Vrſuſque oratores ad pontificem decernuntur qui petant vt bes captas per ducem etiam ſe adiutoribus recuperare.Sublata eſſe Braccij quæ ante retuliſſet,impedimenta facillimum fore,ſi animum intendat,ducis copias Flaminia pelli,eamque reſtitui in eccleſiæ ditionem:quęrantur quoq; nimios fauores per legatũ Bononienſem cõtra Florẽtinos hoſtibus ſcilicet ſuis impendi,quibus equi,arma,veſtes,commeatus , liberum iter ſubminiſtraretur,ſuos verò his omnibus in rerdici,& plus odij in ſe,quam in aduerſarium oſtentari. Periniquum videri tantas ſuppeditari opes illi,cuius pater,patruus,auus,progenitores ſemper hoſtes ſe Romanorum pontificum præbuiſſent eorúmque ciuitates ac prouincias occupaſſent : oppugnari autem eos qui omni ope,impenſa,fauore Romanam Eccleſiam defendiſſent:quarum rerum recens adhuc extaret memoria:Rogare pontificẽ, vt illi mandet,ſi aũt nequeat , aut nolit Florentinis adeſſe ſaltem ab iniuria abſtineret requirere pontificis honorem, vt ſe æquum iudicem, nulli fauentem parti inter armis decernentes præbeat:quamquam æquius videretur, & pontificis officio dignius iis fauere,qui pro reſtitutione rerum ſuarum ſumpſiſſent arma quam cum eo ſentire,qui bona eccleſiæ vſurpaſſet.

Pontifex legatos florentinorũ deſpicit. Hæc quoque legatio à Martino contempta eſt,aſſerente , quamuis Braccius ſublatus eſſet, Peruſij tamen cæterarúmque vrbium, quas ille iniquè poſſediſſet,recuperandarũ,quę ppinquiores vrbi eſſent,curam rebus cæteris ſe pręferre.Quo ad legatum attineret diſplicere ſibi ait,ſi in partem ducis declinaret,ſcripturum ſe tamen,vt in neutram partẽ declinet. Quo reſponſo exiſtimatum eſt cupere Martinum trahi in longinquum bellum & in eo ducem ſuperiorem eſſe.

Item ad venetos legatio deſtinatur. Alia ſubinde legatio Venetias decreta eſt, Pallas videlicet Strotius eques,& Ioãnes de familia Medicorum qui exponerent dolos & fraudes ducis in violandis pacis fœderibus per eum expetitæ:Qui per varias ſimulationes diſſimulationeſque duas eccleſiæ vrbes ceperit, multaque præterea ſociorum ſuorum oppida: F quo ex propinquis locis inuadere t Florentinos palàm ab eo & ſuis dictitari non omiſſorũ bellũ ducẽ,quoad paterni dominij inTuſcia vrbes,& loca recuperauerit,quę omnia partim pontifici partim ſubdita eſſent populo Florentino cogitarẽt cõſultarẽtq;,quid agendũ foret. Non eſſe tutum ducis potentiam augeri;reprimendum videri ruentis ambitioſi iuuenis imperum, non tolerandum illũ verbis offerre pacem re acerrimum bellum gerere , non finiturum cupiditatem dominandi ſi Tuſciam ſubegerit.Appetiiſſe illũ pacem Florentinorũ quo Genuam expugnaret omni auxilio derelictam. Feciſſe poſtea cũ ipſis Venetis per decẽniũ pacẽ quoad Florentinos debellarit & ſi hos ſibi obedientes fecerit,Venetos proculdubio inuaſurũ quo recuperet paternas vrbes. Et ideo cũ ſint prudentiſſimi futuræ tempeſtati , dum tẽpus datur,prouidendum.Salubre videri obB uiã ire futuris periculis.Aut enim paci & quieti Italię cõſulendum eſſe aut bello inſanam temeritatem contundendam. Se quidem optare pacem,quam ſi dux reſpuat armis decernẽdum potius,quam ſeruiendum illi.

Veneti oratores ſe,qui de pace agerent , ad ducem miſſuros reſpondere.Qui cum ad eum veniſſent verba ambigua:& dolis plena retulerunt.Miſſi quoque ſunt ad Signiſmundũ imperatorem legati qui iniurias erga ſe ducis narrarent hortarenturque ad coronam in vrbe capiendam , ad eam rem & impenſam & milites polliciri. Item ad imperatorem.

C Dum hæc à pontifice & Venetis poſtularentur Pergulanus partitis (bifariam copiis) ipſe cum ſuis in agrum Florẽtinorũ ingreſſus.Porticũ oppidũ à ſe captũ diripuit.Dandala deinde,Caſſianóque,& compluribus caſtris in Flaminia in poteſtatem redactis Caſtrocarum obſedit. Reliqui in vallem Ballineã deſcẽdentes, cũ quædã caſtella ſe eis dedidiſſent omnia rapinis,incendiis,ſpoliis,cæde nullo ſexus diſcrimine perfœdarũt.Arcẽ Gorzani,ad quã cũ omni ſupellectili pretioſiori Gerardus Gambacurta eius vallis dominus confugerat diutius D oppugnatam deſperata victoria reliquere,obſidióque Caſtrocari adueniente hyeme omiſſa eſt. His actis Pergulanus dimiſſis in hybernа militibus , à Duce acceſſitus abiit. Florentini augendis copiis intenti Bernardinum ex familia nobili Vbaldina , virum armis inſignem in eorum præſidium cum duab. turmis equitum exciuerunt. Piccinino quoq; equites , qui ſub Othone conducti erant,tradiderunt,Qui omnes decemvirorum iuſſu Fauentiam profecti ſunt. Agri & oppida Florẽtinę ditionis diripiũtur. Blon. hęc habet.

E Philippus interim,vt nouo bello Florentinos diſtraheret,in Hetruriam ad oppidũ,quod Burgum ſepulchri vocant ditionis Caroli Malateſtæ , eos equites , quos Angelus habuerat Pergulanus,pluréſque alios miſit quibus Guidonem præfecit Torellum vt agrum Aretinũ vicinaq; oppida infeſta bello redderet.Franciſcum verò Sfortiam quem patre defuncto fauore pontificis cum duobus equitum millibus conduxerat,contra Fauẽtiam ire iuſſit quo diſtractis duplici bello hoſtium copiis ſuis robore impares eſſent. Ad eius regionis tutelam,ne deſtituta præſidio videretur,deſtinatus eſt Vbaldinus , qui plurimis leuibus præliis cum hoſte commiſſis tandem Torelli aſtutia in inſidias pugnando deductus cum diu eſſet ſummis viribus vtrinque certatum tandem numero & virib. impar hoſte ſuperante capitur multi eo prælio ceciderunt pluribus captis pauci euaſere. Non minor hæc , quam apud zachonariam Nonum bellum aduerſus florentinos.

A.C. 1424

zachonariam aduerſo tempore accepta plaga A multorum animos terruit cum omnis ea hora ad victoriam ducis mentem flexerit.

Nicolai Piccinini ad ducem tranſitus. Blon. ibid. Leo. Aret.

§. VI.

VIGESIMVS quintus ſuprà 1400. annus difficilis formidãduſq; Florentinis fuit. Nã & plura Aretini agri caſtella ad hoſtẽ defe- B cere, & Nicolai Piccinini ad ducem tranſitus, magnũ pauorẽ Florentinis incuſſit. Cum enim Nicolaus Tolentinus ſubſidio Florentinis miſſus eſſet, Piccininus quoque cum ſuis copiis ad Fauẽtiam ire iuſſus fuiſſet, iter per vallem Arni equitibus præmiſſis fecit exploratiſque, & ſitu, & munitionibus oppidorum cum in territorium Aretinorum veniſſet, relictis Florẽtinis Torello adhęſit ſiue maioris ſpe pręmij ſiue, vt ipſe aſſeruit, decem virorum multa pollicentium, pauca ſeruantium iniuriis compulſus. Fauentiæ tamen inter eum, & du- C cem pacta inita dicuntur. Hac prudentiſſimi præfecti defectione maximè Florentini ciues ſunt conſternati: & ſuæ enim vires diminutę erant & hoſtis adauctę. Neque dubium erat, quin ſi Torellus Piccinini conſilium ſecutus eſſet, magnam calamitatem Florentina reſpublica acceptura fuiſſet. Hortabatur enim Torellum, cuius ſuprema poteſtas in ea regione eſſet, vt è veſtigio in vallem Arni deſcenderat. Profligato enim Vbaldino nullum præſidium in his locis eſſe, facileque fore, vt val- D lis Arni oppidis potiretur, eam oram omnem mediam inter Aretium & Florentinam eſſe. Sperare ſe primo impetu ea oppida conſternata metu, ſuiſque auxiliis diffidentia, in poteſtatem deuentura. Quod ſi accideret ſeclu ſa à præſidio Florentinorum Aretina ciuitas, omnique ſpe deſtituta, deficeret ad ducẽ. Cortonam quoque Aretinorum exemplum ſecuturam.

Et haud dubium, ſi eius conſilio Torellus ſtetiſſet magnum iam diſcrimen adeſſe reipub. Florentinæ, territis præſertim omnibus & ad E reſiſtendum repetino hoſti imparatis. Sed dux cautus, necdum Piccinino ſatis fidens ſalubre conſilium omiſit. Ita in eiſdem locis, captis pluribus caſtellis, acta hyeme eſt commoratus.

Florentinorum ad Põticem legatio.

Dum inter ſpem metúmque agitantur tres à Florentinis oratores ad pontificem mittuntur Reinaldus Albitius de ordine equeſtri, Nellus iuriſconſultus, Angelus Philippi oratum, vt pacem inter ſe & hoſtem quæreret. Hi multis verbis ad eius officium dignitatémque, cum pater eſset communis chriſtianorum omnium, ſpectare affirmabant primum tutari F ciuitates & prouincias Romanæ eccleſiæ ſubditas, eaſque à tyrannis eruere deinde authorem & arbitrum eſse pacis & cum ſcitet, qui fructus ex bellis prodeant & martem eſse com munẽ ſæpiúſq; eos: qui primo viciſsent mutata poſtmodũ fortuna victos ſuccubuiſse, debilitatam eſse multorum proditione ſuam remp. ſed adhuc multũ ſupereſse, & viriũ & pecuniarum quib. exterorũ, ſi qua deeſsẽt, auxilia implorẽt.

A.C. 1425.

Itẽ ad Venetos. Petrus Marcellus idẽ tiá referẽ ca. 65.

Miſſus inſuper Venetias Laurentius de Ridolfis, iuriſconſultus magnæ vir authoritatis, qui eos ad ſocietatem, & commune fœdus hortaretur cõtra potentiam tyranni quẽ doceret non eſſe eo animo, vt rebus ſuis & parta de ſe victoria acquieſcat, raptum illum dominandi cupiditate ad violandum contractã ſecũ pacẽ, ſimulat Florentinoscum debellaſſet arma aduerſus Venetos moturum. Deſtinaſſe illum ſibi Italiæ imperium, quod vt facilius cõſequi poſſet Genuenſes primum ſubegiſſe, quo par eis claſſe maritima eſſet. Appetiſſe deinde debiliorem partẽ, vt ea victa validiores appeteret. Eo illum ſocietate Venetis iunctum eſſe, quo Florentinos deſtituerent, ſi aduerſus eos mouiſſet arma. Sed tanti facturum Venetorum fœdus quanti fecerit Florentinorum. Nullam fidem habendam eſſe verbis, aut promiſſis eius, qui tam apertè ſe contra pacis conditiones fefelliſſet. Proinde Florentinis adhuc vires ſuppetere, quo eis ſumma gloria ingentes opes, magnum imperium pararetur.

Venetorum ad ducem legatio.

Recuſarunt primo fœdus Veneti, quamuis vera dici conſtaret propter ſocietatem cum Philippo ante initam. Oratores tamen decreuerunt ad eum primarios viros, qui pacem illi ſuaderent: ne videretur aliena per iniuriam appetere. Trahebaturverbis à duce res & procraſtinãdo terebatur tẽpus, vt appareret illum maiora cupere, quam dicendo oſtentaret. Ea res dilatioque primò nõnullã Venetis iniecit ſuſpicionem, ſi ſuperior Philippus fuiſſet, omnem belli molem ad ſe conceſſuram. Suſpẽtos deinde conſiliique incerti animos erexere ad ſuſcipiendam belli curã verba Frãciſci Carminiolæ: qui antea à duce aufugerat, inuidorum, qui mentem eius à ſe alienauerant, metu. Is cũ omnia ducis conſilia calleret, affirmauit procul dubio illius eſſe animi vt ſubactis Florentinis Venetos appeteret bello: multiſque verbis perſuaſit ad fœdus cum eis ineũdũ pro cõ muni defenſione. Orator quoq; Laurẽtius hortando, monẽdo, ſuadendo, futura monſtrando pericula iam multorum animos flexerat ad ſocietatem.

Quòd præſentiens dux (multorum quippe iam vulgatæ ſententiæ erant) ſuis oratoribus Venetias miſſis iiſdem quibus ſe pacis cupidum ſimularat artibus, rem protrahebat. Iis verò, qui apud pontificem erant oratoribus, vt de reconciliatione Florentinorum agerent per literas mandabat id quod optabat ſuſpicaturos alios fore, dum pax tractãdo differretur, ſe quas vellet, pacis conditiones Florentinis in Tuſcia oppreſſis daturũ nequaquam fore contentum infinitæ ambitionis virũ ſpoliis Florentinorum maiora illum appetere, quam quæ oſtẽtet verbis, nullam fidem nullum iuſiurãdum apud eum ſtatum eſſe, maiora auſurum, ſi prima ſuccedant, proinde cogitent de ſalute propria.

At Laurentius eorum, quæ in vrbe tractabantur ignarus, occulta & ad dolum ſpectantia ducis verba conſiliaque euoluens orabat Venetos vt priuatę quoq; libertatis quę ſua pdita in diſcrimine verſaretur, rationem haberent. Fraudulentam eſſe ducis mentem: iã palã eſſe pacis fœdera ab eo violata, & quo

magis

A.C. 1425.

magis oſtentat verbis ſe pacem cupere, eo intenſius de inferendo bello cogitare. Rogabat, vt ducis fidem à ſe cognoſcerent, quos ille ſemper fallaci pacis commemoratione decepiſſet. Venetorum quoque agi rem ea ſocietate aſſerebat, qua profectò aut vtraque reſpublica ab illius inſidiis tuta eſſet, aut ducis vires minuerētur. Quæ verbis ſæpius iterata, multorum ciuium mentem inclinarunt ad firmandam cum Florentinis ſocietatem. Legati verò eius non à Philippo, ſed à Florentinis teſtabantur pacem abruptam eſſe, cum Liburni caſtello diruto, Thomam Genuenſiū ducem, cui bellum intulerat, grandi pecunia iuuiſſent. Laurentius manifeſtum id, nouumque calumniandi genus aſſeuerabat, nulla enim lege, nullo inſtituto, nullo fœdere prohiberi Florentinos emere portum, qui paulo antea ditionis territoriique Piſanæ ciuitatis extitiſſet: quæ cum omni ſuo iure à Gabriele ducis fratre ducentis millibus aureis fuiſſent empta. Itaque nullam cenſeri debere iniuriam cuiquam factam eſſe, ſi iura ciuitatis Piſanæ præter iuſtitiam occupata, ſua impenſa recuperaſſent, bene eſſe dicebat, nihil aliud à duce ineptius afferri poſſe, quo à ſe exorti belli culpa amoueri queat.

Blond. ibid.

§. VII.

Carminiola Veneno à Duce petitus aduerſus eum Venetos concitat. Blond. lib. 2. dec. 3. Leo. Aret.

CARMINIOLA interim, qui Taruiſi morabatur, aſtutia ducis veneno appetitus, re per ancillam detecta, ac ſceleris authore ſecuri percuſſo Venetias venit, palamque eſt quæſtus Philippi qui ſe immeritum veneno tollere curaſſet, iniquitatem, multa diſſerens de infeſto illius erga Venetos animo, non ad pacem, ſed ad bellum ſpectantis, quod in tempus magis opportunum differret arriperent ergo occaſionem eo tempore oblatam peſſumdandi ſerpentis, dolo & nequitia miſcentis omnia. Se duce ſi velint, vires tyranni debiliiati confringique poſſet, & eo deduci, vt nihil ab eo timendum poſſe videretur. Cū variæ ſententiæ ciuium eſſent, partim præſenti partim futuræ paci conſulentium: tandem & Laurentij & Carminiolæ conſiliis moti, de ſocietate agere cœperunt. Oratoribus ducis reſponſum per legatos illi antea ſignificaſſe, qua in ſententia tum etiam perſiſterent, niſi infra Longobardiæ metas, quas ſuo beneficio dilatarit, acquieſcat, Venetos ei hoſtes futuros: qua in ſententia perſeuerare in animo eſſe, niſi ab armis deſiſtat. Illius rem verbis trahere ſpe pacis, quæ Romæ inter ducem, & Florentinos iam pro confecta habebatur. Ægreferebat dux Venetos, præter fœdus antea inter eos initum, ſibi belligerandi leges imponere: præſcribereque, quibus terminis acquieſceret. Ideoque pacem æquam à Florentinis poſtulabat, vt poſtmodum tutus ab Hetruria Venetos ſecurius aggrederetur. Ipſi quoque eam rem veriti ſocietate cum Florentinis iungi cupiebant. Sed lentius id agebatur, quo meliori conditione ſua leges fœderis fierent, Florentinorumque animi ad eorum ſocietatem, quam ad pacem ducis ſemper dubiam, quāuis cōditiones eſſent æquiſſimæ, proniores erāt.

Dux Mediolanenſis cum Florentinis pacem cupit.

Pontifex autem, qui pacem ante aſpernabatur, ſentiens Venetos ad eam ſocietatem procliues, quærebat, ac ſuadebat pacem, non tantum ſuo quantum amicorum conſilio impulſus. Erant enim plures infenſi Venetis, quorū vires, quoniam authoritatem pontificis contemnere, atque inſolentius abuti rebus eccleſiaſticis viderentur diminui cupiebant. Et iam de pace ęquis conditionibus conuentum erat vt vtrique ablata reſtituerentur, vtque equites pedit eſque omnes in Galliam redirent, ignorantibus legatis Florentinorum, quæ Veneriis tractarentur. Sed à decem viris (iam enim conditiones pacis acceperant) tabellarij venerunt, iubentes eam concluſionem in octauum diem differri.

Interim Laurentio ſignificant de pace conuentum eſſe cum duce, niſi infra biduum de ſocietate decernant Veneti, neceſſarium fore per pontificem concordiam ſtatui. Illi autem non ignari ducis animum à ſe alienum, & ad vlciſcendum paratum, ſtatim ſocietatem ad ducis vitam cum Florentinis pepigere. Conditiones adiectæ, vt ſexdecim equitum, octo peditum millia mutua impenſa belli tempore conducerentur, communi quoque impenſa claſſis maritima & in Pado haberetur, vtq; pacis bellique arbitrium penes Venetos eſſet. Quæ in Longobardia caperentur, cederent Venetis, quæ in Flaminia aut Tuſcia, quæ ditionis pontificum non eſſent, Florentinis. Publicato fœdere, & Marchio Ferrarienſis Nicolaus, & Mantuæ, Dominus Franciſcus in eam ſocietatem venerunt. Idque additum in fœdere, vt Nicolaus dux fieret copiarum quæ à Florentinis conducerentur vtque Parma, ſi expugnaretur, aut deficeret à Philippo, Nicolao tribueretur. His infra præſtitutum tempus Romam nunciatis, legati ducis pace poſtpoſita Florentiam redeunt.

Fœdus Florentinorū & Venetorū cō tra Mediolanenſem.

Et cum rogaret ſæpius pontificem Antonius, ne ducis ſalutiferam pacem negligeret, arbitrari enim ſe nunquam permiſſuros Venetos, vt Florentini in eo bello ſuccumberent, reſpondere ſolitus erat Martinus. Sine paulo amplius caſtigari ſuperbiam Florentinam, quę nondum ſatis repreſſa eſt. Neque enim verendum eſſe, vt Veneti pro aliorum ſalute ſuā in diſcrimen adducerent. Erant qui dicerent concupiſſe Martinum bellum protrahi longius, quo feſſi ac debilitati Florentinorum animi, ſe ob ducis odium, ſuaque ſibi ſubderent, quæ admodum vana cogitatio fuit.

Eidem quoque adhæſerunt Fridericus & Amedeus Sabaudiæ a dux: cui Philippi poten-

Amedeus Sabaudiæ dux Florētinis ſe cōiungit.

a *In ſynodo Conſtantienſi Adolphus 2. Cliuiæ, & Amedeus Sabaudiæ comites, d· nati ſunt iuribus amplioribus, duceſque imperij conſtituti Geneb. hoc à Concilio conceſſum beneficium Amedeo cum Sigiſmundus Lutetiæ aucto·itate imperiali confirmare vellet, à regni proceribus eſt prohibitus, nolentibus ne quicquam in regno pro imperatoris dignitate ſanciri. Aemy.*

tia

A.C. 1425.

tia ſuſpecta erat,neque pace,neque bello vtilis,in Tuſcia Senenſes. Alphonſus quoque rex Aragonum & Philippo & Genuenſibus exoſus,fratrem cum claſſe haud parua contra Genuam ſe miſſurum ſpopondit. Equitatus inſuper & Veneti & Florentini conducunt, ſe ad bellum,ſi opus ſit parantes. Hoc rerum apparatu belli ducem deſignant Carminiolam,virum tum bello ea tempeſtate clariſſimum, tũ odio,vt prædicabat,aduerſus Mediolanenſem ſingulari. Antea tamen quam noui quicquam tentarent,iterũ à duce per oratorem poſtulãt Veneti,vt conditiones in pace Florentinorum adſcriptas obſeruet, vt intra meras conſtitutas ſe teneat,quæ in bello cepiſſet reſtituat iis quibus ablata eſſent. Se fideiuſſores ſpondent pacis actæ cum Florentinis ſeruandæ. Quæ ſi à duce denegarentur,vtatur mandato, vt bellum indiceret Philippo. Interim copiæ quæ multę conuenerant,in agrum Veronenſem,& loca Brixanis propinqua ire iuſſæ. Dux perplexè,vt certa ſententia elici nequiret,reſpondit. Nequaquam igitur denunciatione belli territus,& ipſe copias ſuas,quæ diſperſæ erant, cõtrahit,equitatum peditatumque omnem, qui in Tuſcia,quiue in Flaminia bellum gerebat, accerſit nihilo conſultius rem gerens,ſed priſtino more ſecluſus, conſpectumque hominum fugiens,bellum per internuncios adminiſtrabat.

Carminiola belli aduerſus Philippũ Dux.

Veneti Philippo bellum indicunt.

Carminiolæ aduerſus Philippum geſta. Blond.lib.3. dec. 3.

§. VIII.

MAGNO ab vtriſque apparatu facto ſtudebat Carminiola per aliquot egregiũ facinus initium fieri decertandi. Primo arcis Brixiæ ſublimioris cuſtodes pecunia & ingentibus promiſſis ad proditionem, tentauit. Id cum parum voto reſpondiſſet, Guelphorum ſectam duci aduerſam tentare ſtatuit ad defectionem. Qua in ſuam ſententiam traducta noctu effracta muri parte,cum magna exercitus parte vrbem ingreditur,eamque partem(quarta enim eſſe dicitur)occupat,quam ſoli Guelphi habitabant. Eodem die(ſic enim conſtitutum erat,vt duci imponeretur) Nicolaus Marchio Ferrarienſis agrum Parmenſem depopulatus,magnam hominum pecorumque prædam abegit. Carminiola igitur cum ſuis Brixiam obſedit. Quæ cum tribus arcibus ſit firmiſſimis munita,prima in monte ſita eſt,quæ imminet vbi præter mœnia vrbis ſecunda paulo inferius,tertia,quæ noua eſt,eſt iuncta ſecundæ. Infra hanc planicies eſt ad quartam vrbis partem,duabus tantum portis diſtincta in qua Guelphi habitabant. Cætera vrbis loci à Gibellinis incoluntur.

Brixiam diu obſeſſam tandem expugnat Carminiola.

Carminiola hac vrbis parte, cui noua arx imminet,per deditionem recepta,vna cum ciuibus è veſtigio,quo tutiores ab incurſu propinquæ arcis eſſet foſſam latam propinquamque fecit. Eamque frequentibus caſtellis & militibus partem muniuit:quo tutiores ab in-

A iuriis hoſtium eſſent. Deinde arcem nouam inferiorem,quæ fere ſextam partem vrbis occupat,aggreſſus eſt. Eam tanto militum ardore tot præliis,tot machinis oppugnauit, vt decem continuis diebus nulla quiete,nulla ab aſperrimis præliis,nulla à vulneribus intermiſſione aut die aut noctu data, cogerentur feſſi labore,vulneribus debilitati defenſores, octo dierum inducias ad ſe dedendos petere. Cumque omnis via ferendi ſubſidij ſecluſa hoſti B foret,arcem tradidere ea conditione,vt eos cũ rebus ſuis liberos abire liceret.

A.C. 1425.

Dux interea Philippus accerſitis quæ in Hetruria erant,copiis, mandat, vt deſtitutis, quæ erant pontificum ditionis vrbibus & oppidis,cætera firmis munirent præſidiis. Ij ergo ex Hetruria deſcendentes numero quatuor millia equitum & mille peditum, ſe coniunxerunt cum aliis Philippi copiis. Simul ergo adunati quindecim millia equitum & peditũ conficiebant,quibus cum deeſſet imperator, datus eſt eis Carolus Malateſta Piſaurienſis, C ſed tamen hic tantus exercitus ad impediendam obſidionem Brixiæ profectus,parum perfecit. Qui autem erãt in arcibus, expectantes ſubſidiũ à Philippo,poſt cõmiſſum certamen eorum qui erant cum Malateſta cum copiis Carminiolæ,dum viderent ſuos victos abire, deſperata ſpe ſalutis poſt aliquot dies arcem reliquerunt. Et ſic primam & ſecundam arcẽ cepit Carminiola. Demùm immorati circa tertiam arcem montanam, cæteris difficiliorem ad capiendum,diuerſarum machinarum multitudine,& bombardarum,magna vi turris in D medio ſita diſiecta eſt,& reliqua ædificia ictu lapidum contrita ita ſunt vt poſt duos menſes tolerata obſidione eius, de tradenda arce pacti,cum rebus ſuis incolumes abierunt. Fuit igitur in expugnandis arcibus, tum muris & turribus mora obſidionis protracta in ſeptimum menſem. Id vero in expugnatione Brixiæ,& poſt deuictam & captam vrbem per arduũ fuit comparatio commeatus, quo ciuitas ſuſtentaretur, cum Philippo duci omnia vrbi propinqua loca parerent, neque frumenti inuehendi locus daretur,& tamen mirabili E induſtria& maximo labore procuratum eſt, vt importaretur annona, & ciuitas ſuſtentaretur.

Ducis copiæ Hetruriam deſerunt.

Dum autem Brixia pari ferme conatu & oppugnatur & defenditur,nullo nondum certo, in quam partem fortuna inclinaret, indicio, Paulus Guiniſius Lucæ tyrannus, ſperans per aliorum diſſentiones ſuas augeri opes, ad ſexcentos equites ex diuerſis locis coegit,quibus præfecit maiorem filium Ladiſlaum nomine, vt eius ſtipendia ſequeretur, qui veriſimiliter videretur bello ſuperior futurus. Id autem egit vt & per incrementum filij regnaret tutius,& F ſibi obnoxios redderet,quorum fuiſſet partes ſecutus. Florentini cum parari ab eo equites præſentirent,mille ſibi equitum præfecturam detulere, quam aſpernatus cum exiſtimaret belli victoriam penes Mediolanenſem fore,filium ad eum ire iuſſit. Qua ex re & Venetis & Florentinis ſumma aduerſus eum indignatio coorta eſt. Ea poſtmodum cauſa fuit:vt fœdere pacis excluderetur,quoniam neutrius partis fau-

Paulus Guiniſius lucæ tyrãn' Mediolanenſi iungitur.

A.C. 1426.

tis fautor fuiſſet. Fertur a Venetorum ducem, virum prudentiſſimum, poſt pacem factam Florentinis oratoribus dixiſſe, eos recte facturos ſi memores Pauli iniuriarum, inſanum tyranni conſilium caſtigarent. Florentini interea cum Philippi copiæ Tuſciam reliquiſſent ſummam curam ad recuperanda, quæ amiſerant, caſtella adhibuerunt. Quorum partem cum vi expugnaſſent, reliqua poſtmodum pacis conditionibus ſunt reſtituta. At vero Veneti vrbe Brixiæ recepta, ad capienda oppida caſtellaque agri Brixiani, ſumma diligentia vacant, & nonnullis caſtellis vi captis, facilio rem comportandæ annonæ aditum præbuere.

Florentini loca in Tuſcia amiſſa recuperant: & Veneti Brixiani agri caſtella capiunt.

a Hic Venetorum Dux Franciſcus Foſcarus ſi-lius eſt, vir ſingulari ſapientia & eloquentia, ac vere principatu dignus, ſub cuius adminiſtratione Veneti imperij fines non parum fuere prorogati. Petr. Marc. lib. de geſt. Venet. cap. 65.

Martinus pontifex pacem curat componendam. Blond. ibid. Leo. Arc. Petr. Marc.

§. IX.

CIRCA hæc occupato Carminiola duce exercitus, Martinus pontifex, cuius opera, vt credebatur à multis, bellum antea tractũ fuerat, veritus ne amiſſa Brixia, reliquarum quoque vrbium diſcrimen ſubiret, de pace agere cœpit, literiſque ducem, Venetos, Florentinos ad pacem cohortatus, illius ſpe minime dubius cardinalem ſanctæ crucis, virum ſanctiſſimum Nicolaum, prudentia & æquitate inſignẽ primo Venetias legatum miſit, qui cum ciues haud abhorrere concordiam ſenſiſſet, Mediolanum profectus, Philippum quoque pacis cupidum comperit. Florentiam non adiit, quoniam ſciebat ciuitatem diutino bello exhauſtam pacem optare, & apud Venetos pacis & belli arbitrium eſſe. Sabaudiæ dux Amedeus de pace eſt poſtulatus. Egit igitur legatus, vt ſinguli oratores decernerent, qui Ferrariæ conuenirent, de concordia ſe authore, ſuaſoreque acturi.

A.C. 1427.

Qui omnes cum ad locum conſtitutum venifſent multis vtrinque agitatis: tertium tandem poſt menſem Calen. Ianuarij pax concluſa eſt his conditionibus, quod omne territorium Brixienſe, quod nondum Veneti ceperant, valle Camonica excepta, à duce Venetis traderetur, atque omnia oppida caſtellaque citra Ollium ditionis Cremonæ, Bergomum inſuper, omniſque eius ager Venetis cederet, vtque quæ de Florentinis ceperat, Florentinis reſtituerentur, Amedeus verò capta teneret. Hæc vt à Philippo rata haberentur, legatus Mediolanum abiit, hortatus illum, vt acquieſceret. Satius eſſe ait partis alicuius, quàm totius principatus periculum ſubire. Prudentis viri eſſe parere tempori à quo conſilia omnia ſumenda eſſent. Vtile certe fore, nolle certare cum aduerſa fortuna. Omnia non in eodem ſtatu ſemper futura. Accidere poſſe, vt minori impenſa recuperet amiſſa, quàm quæ ſint perdita. Denique eam eſſe pontificis mentem, vt quacunque conditione præſentibus conſulat rebus, ſe quoque illum hortari, vt concordiam appetat, & pontificis authoritatem ſequatur.

Pacis conditiones.

A.C. 1427.

At vero dux, tum Florentinorum, qui ſe põtifici reſtituere ciuitates eccleſiæ quærentem impedierint, ſuperbiam incuſabat, tum Venetorũ, quibus fœdere iunctus erat, aliena occupandi cupiditate grauiter quæſtus: legati tamen viri grauiſſimi verbis commotus, in totas pacis conditiones deſcendit. Ea vtrinque facta, excepto per ducem pacis fœdere, cum Carminiola ad recipienda oppida, caſtraque in pacis conuentu profectus eſſet à mœnibus omnium repulſus eſt, contemptis ac pro nihilo habitis legibus pacis, Quare indignatione permotus legatus Romam rediit.

Variis moribus, varia à reliquis natura dux fuit. Inconſtans animo, & noua in diem verſans conſilia, nulli credens, in nullo penitus fidens, promiſſorum haud fidelis cuſtos, quem dilexerat, paulo poſt procul à ſe eiiciebat: callidi ingenij & varii: vt qui nunc bellũ cuperet nunc pacem. Suo innixus conſilio ſpernebat cæteros, ſemper procul à conſpectu hominum recluſus, atque omnia per internuncios agens. Fertur initio belli primores Mediolanenſium magnam vim auri obtuliſſe Philippo, ſi eorũ conſilio fineret geri bellum, illum verò admodum ſuſpicioſum, ac ſi nemini crederet, obſtantibus adulatoribus oblatam pecuniam repudiaſſe: cum aſſereret percludendam populis omnem belli gerendi facultatem, eam enim ad appetendam libertatem optimam viam eſſe.

Ducis Mediolanenſis mores.

Itaque ſiue ſuopte ingenio, ſiue bellum paci præferentium impulſu abiectis concordiæ legibus (& iam hyems erat) armis ſe tutari, atque hoſtem aggredi parat. Multos enim equites conduxerat, quos Veneti firmam fore pacem exiſtimantes, vt parum vtiles miſſos fecerant, quibus ille fiſus agrum Mantuanum, quo omnem timorem ſuſpicionis repelleret hoſti, incurſionibus populationibuſque vaſtauit, quod facinus tum Venetos tum Florentinos ad inſtaurandum bellum acriores reddidit, ac paratiores. Hinc namque ducis fidei per ducem violatæ iniuria, hinc Mantuani fœderati damna ſtimulant ad vltionem animos. Additur ad fœderatos Venetorum Marchio Montisferrati, & Orlandus Pauiſinus, qui arma inferrent Philippo: Dux Sabaudiæ neque bello, neque paci vtilis fuit vt qui ſola cauſa pecuniæ capiendæ moueretur. Genuenſes quoque exules ſuam operam ſunt polliciti in ſuæ vrbis oppugnatione, qui tamen vnico prælio ſuperati ſunt.

Philippus inita iam fœdera violat.

Grauius quam antea bellum à Philippo geritur. Leon. Aretin. Blond. ibid.

§. X.

CONDVCTO nouo equitatu, Veneti, Florentinorum copiis additis, in breui magnum exercitum conficiunt. Phillippus exiſtimans

A.C. 1426. exiſtimans apud eum qui prior mouiſſet arma, prærogatiuā belli fore: copiarum parte agrum Brixienſem populando, vrendoque, tecta multiplici calamitate affecit. Claſſe quoque confeſtim in Pado parata, caſtella quædam, in quibus Caſale maius fuit: terra, nauibuſque quę ſecus aquam ſunt expugnata cœpit. Videbantur res ducis meliori quam prius fortuna eſſe, Non enim Venetorum copiæ cō ſilio Carminiolæ ducis ad balnea ob aduerſam valetudinem profecti, vti poterant. Quo abſente res Venetorum non eodem, quo ante conſilio viribuſque agebantur: vt videretur ſuperiore loco fortuna Mediolanenſis eſſe. Vt his autem obſiſteretur, paratæ ſunt è veſtigio à Venetis naues triginta oblongæ (quas galeones appellant) inſtructæ armamentis, machiniſque omnibus quæ ad oppugnanda hoſtiū munimēta pertinerēt. Datus eſt illis dux, maritimæ expeditionis admodū peritus: nautæq; omnes maris exercitio aſſueti. Quę claſſis ingreſſa Padum ad ducis naues proficiſcitur, & armorum vſu, & arte nauigandi peritior hoſte.

Bricellum Turricellā vocat Blō. Ceperat ducis claſſis vnius proditione, quod Venetorum ditionis erat Bricellum oppidum propre flumen, arx munitiſſima in fide manens, ſumma cura defenſabatur, ad cuius expugnationem cum machinæ, variaque ad diruendum arcem tormenta à Cremona comportata forent, adueniens Venetorum claſſis viribus ſuperior, & ſoluit obſidionem, & recepto oppido iis, quæ importata erant potita eſt. Inſecuta deinde naues hoſtiles, commiſſo certamine in fugam verſas ſuperat octo nauibus captis, pauloque poſt Cremonam verſus claſſe ducta, repagula, oppugnaculaque omnia fluminis aſcenſum prohibentia, magno certamine ſuſtulit. Parta vbique victoria; cum nautæ iniuſſu ducis egreſſi ad aquam, prædatum in agrum Cremonenſem deſcendiſſent: palanteſque nullo ordine vagarentur, ſpoliis agreſtiū intenti, præfectus equitum in vrbis tutelam relictus, diſſipatos aggreditur, & trecentis, & vltra occiſis, multis captis, reliquos turpi fuga

A.C. 1427. ad naues compulit. Relicta Cremona claſſem Ticinum verſus, cum mouiſſet, lembis veritus inſidias Cremonam reuertitur, exiſtimāſque eiſdem copiis, eodemque præfecto defendi vrbem, acceptam contumeliam vlciſci parat, dumque milites incautius exponit populabundos, maiori quam ante equitatu (noui enim aduenerant equites) repulſus, parua iactura ſuos reuocat ad naues.

Et iam æſtas aderat, cum dux Carminiola recuperata valetudine à balneis Patauium venit, inde Brixiam petens quinto ab vrbe lapide cum paucis conſedit, copiis omnibus, quas interim Veneti multas conduxerant, ſe ſequi iuſſis, miſſis in vrbem decem equorum millibus. Albericus Cunij comes, treſque alij equitum Philippi præfecti, ab Octolingo oppido (id octo millibus paſſuum diſtat à Brixia) prodeuntes, vſque ad vrbis portas excurſione facta, omnis generis onerati præda redibant: Sed emiſſo ex vrbe equitatu, & præda recuperata eſt: & vnus ex præfectis cum parte equitum captus.

Eodem die Carminiola vrbem ingreſſus, ægre tulit non ſuo ductu ſecundum id equeſtre prælium factum. Conuenerant ex Venetis equitum quatuordecim millia, peditum ſex millia cum magno numero curruū, qui commeatum & machinas bellicas portarent. Cum his in agrum hoſtilem menſe Maio profectus Carminiola primo Montemclarum (id opulentum eſt oppidum) obſedit: pluribus prælijs tētato oppido, cum egregie defenderetur, ex eo loco Octolingum mouit caſtra, ſperans perfacile ſe oppido potiturum. Sed nocte præcedēte ad mille equitum Mediolanenſium oppidum ignorante Carminiola intrarunt, qui ſe intra portas continuere, quoad hoſtes metarentur caſtra. Qui per negligentiam (nihil enim hoſtile timebant) per calorem curantes corpora diſſolutius, quàm par erat ſe habebant, vagi, incompoſitique, tanquam in pacato forent. Solus Ioannes Strotius eques Florentinus, quem præfectum diximus turmæ equitum, quos Marchio Ferrarienſis ex formula habebat, & ad exercitum miſerat, in armis cum ſuis tantum periſtabat, ſtationē tenens in cuſtodiam cæterorum. Conſpiciebatur ab oppidanis hoſtiū negligētia. Eruptione igitur poſt meridiem, vbi æſtus increbuerat, facta, magno impetu caſtra inuadunt nullis munitionibus firmata. Solus cum ſuis Ioānes conſerto cum hoſtibus prælio rem ſuſtentat, & dum paruo numero cum maioribus hoſtium copiis pugnat, occubuit. Illi magna ſtrage edita, mille quingentis equitibus captis, tandem excitatis à ſomno militibus, intra oppidum compulſi ſunt. — Ioannis Strotij equitis Florentini mors.

Carminiola deinceps caſtra quo ab hoſtiū incurſu tutiora forent, curribus (ij ad duo millia erant) circundedit. Conſiderans autem oppidorum agri Brixienſis expugnationem longiorem fore, ne reliquum æſtatis inutili bello conſumeretur, Cremonam obſidere ſtatuit, exiſtimans ea capta facilè reliqua in poteſtatē venire. Vt autem à Mātua commeatus, machinæque vſui belli, atque obſidionis neceſſaria Pado commodius in caſtra deferri poſſent, arcem, cui Bina eſt nomē, ſupra Ollium cum pōte ſita, maximo conatu vi cepit, impoſitoque præſidio valido, firmatis muris atque arce, quę crebris machinarum ictibus confracta erat, inſtaurata caſtra prope Cremonam ſecundum Padi ripam millia ſex poſuit.

Hac re perterritus Philippus: omnibus, qui ſua ſalua vellent, ſequi iuſſis, quod nūquā antea fecerat, Cremonam contendit, luſtratoq; exercitu (multi enim ad eū confluxerant vndique) prope hoſtem tribus millibus paſſuū caſtra locauit. — Philippus magno agmine Cremonā pergit. Erat eorum qui ſecuti erant tum equitū, tum peditū ingens, ſed plurimū minime apta bello multitudo. Erectis omniū ad ducis aduentū animis ad pugnā, ne fruſtra aduenisse videretur, vtque aliquod ſuę virtutis op' quiſque ederet, quo beneuolentiā principis iniret, hoſti pugnandi copiā fecere. Carminiola apud Summum (id nomen villæ eſt) habens caſtra minime abnuit certamen, ſed eductis aciebus in pugnam prodiit. Pluribus horis, & (finis mēſis Iunij erat) acriter eſt pugnatū & nullam in partem belli fortuna inclinante, tandē feſſis diutino prælio omnibus, ęquo marte diſ ceſſum

A.C. 1427.

ceſſum eſt.Fertur ſigno receptui dato,adeo vtriuſque exercitus milites inuicem bellando immixtos fuiſſe,vt plurimorum equitum turmæ cum ad ſuos ſe recipere opinarentur,in hoſtium manus incautè vi exorti pulueris deuenirent,cũ neque ſigna inſpiciendi, neque ſuos præter vocis ſonum internoſcendi facultas daretur. Dum hæc apud Cremonam geruntur, Amedeus Sabaudiæ dux,& Marchio Montiſferrati aliquibus equitum turmis omnẽ Mediolanenſem agrum vſque ad vrbis portas depopulati ſunt. Quæ res Philippum coegit rebus ſuis timentem relicto exercitu Mediolanum cum paucis copiis redire,paruóque equitatu impetus hoſtium eſt repulſus.

Cremonæ obſidionem Carminiola deſerit. & Caſale maius oppugnat & capit. Leon. Aret. Blo.li.3.d.3.

§. XI.

DIffiſus Carminiola tantam vrbem, tanto exercitu munitam obſideri à ſe poſſe,Caſale maius,oppidum iuxta Padũ petit,juſſo claſſis Venetæ præfecto eo deducere naues,quo facilius expugnaretur. Fráciſcus cognomento Sfortia haud inferior ex præfectis equitum Philippi , abeuntem exercitum inſecutus,poſtquam nulla in parte carpi hoſtẽ ac ſe poſſe vidit,itinere ad Binam flexo,expugnatiſque arcibus, potitus impoſito præſidio in caſtra redit. Ea re per Carminiolam comperta confeſtim cum expeditis equitum ad Binam aduolat,ſi fortè ibi Franciſcum offenderet:quem cum abiiſſe cognouit, denuo arcem expugnat.Cúmque eius cuſtodes è muris præcipitatos audiſſet , eius iuſſu milites à Franciſco impoſiti in flumen deiiciuntur.Statimque ad Caſalis obſidionem(id firmo præſidio defendebatur)reuerſus,oppidũ cõtinente, flumineq; circundatũ oppugnat.Nõ muro,ſed alto depreſſoq; aggere cingebatur oppidum:ideoque locus ab ictu lapidũ tutus turris præ alta portæ imminet quæ ducit ad padũ,ea bõbardarũ lapidibus uaſſata in ſubiectam corruit foſſam.Per has ruinas dum ingredi milites nituntur,veriti oppidani,ne vi capti præda eſſet hoſtibus , certa ſeſe conditione tradiderunt. Quo recepto aliquamdiu eo loci exercitus caſtra ſtatiua habuit.Interim ſimulans ſe ad diuerſa loca oppugnanda cum omni exercitu aditurum,hoſtes eo in ſubſidium profectos ſępius eluſit,quod illi ægre ferebant,cum nullo certo conſilio vti poſſent.

Carminiola Caſale maius oppugnat, & capit.

His ſæpius ſimulatis , demum Maclodium oppidum,maiori ex parte circumdatum palude,ſubita obſidione cingit,eo cõſilio,vt ſi hoſtes ad tollendã obſidionem pergerent,ex difficultate loci facile ſuperarentur.Id ægre maior pars ducis præfectorũ ferens,rem indignã clamitabat.Sinere hoſtem,quæ velit loca petere,nulloque obſiſtẽte expugnare. Largiri eo modo audaciam hoſti,ſuis imminui. Dedituros ſe omnes ſimul,ac ſenſerint ſe obſideri, ſi nemo in defenſionem occurrat.Prodi cauſam eius,à quo ſtipendia accipiat,ſinẽdo ſua,prout hoſti placuerit capi. Tentandam igitur belli fortunam,neque ſinendos fideliſſimos ſubditos ludibrio ſimul,& libidini hoſtibus eſſe.Vociferare omnes ferme armis imbellem hoſtẽ appetendum,magis palude , quam viribus fidentem.Quidam ætate & armorum vſu peritiores,maturo non præcipiti: conſilio vtendũ cenſebant, hoſtes eo loci eſſe vbi ſolum via ſinuoſa,arcta,& peranguſta ad eos adiri queat, & eam magis pediti,quam equiti vſui eſſe,reliqua omnia aquis paluſtrib⁹ teneri, nequaquã equiti peruia,obſecrare,vt eam ſententiã abrogent,hoſtem cunctando magis,quam decertando vinci poſſe,ſi ſecus agatur,magnam ex eo euenturam calamitatem.

Maclodiũ oppidum obſidet Carminiola.

Carolus dux exercitus Philippi,neque ætate neque vſu doctior,iuniorum ſententiã ſecutus,hoſtem aggredi decreuit ac ſingulos præfectos in ordinem ſtructa acie ire iubet, Carminiola ſuos excipere aduentum hoſtium mãdat,& conſerto prælio pedites in paludem miſſos haſtis,ac ſagittis à lateribus ferire hoſtẽ præcipit.Quæ res maximo momento victoriæ fuit.Non enim poterant aut egredi è via , aut vitare crebros ictus , quibus latera patebant. Cúm aliquamdiu haud æquis artibus pugnatum eſſet,ſuperati tandem hoſtes in fugã verſi ſunt.Præfecti ferme omnes euaſere cum equitatus parte.Captus eſt Carolus,& cum eo ad mille equitum,omnia impedimenta amiſſa cũ maxima iactura. Conſtans eſt inter omnes fama,Philippum ea die ſpoliari potuiſſe principatu,ſi Carminiola captos equites retinuiſſet,omnes enim fere nobiliores,& bello vtiles capti erant.Sed dum obſequitur præſentibus moribus,dum cunctatur,dum prædæ partiendæ vacat,dũ equites liberos dimittit (vt à quibuſdam creditur,Philippi fortunę aduerſæ miſertus) victoria de manibus lapſa eſt.Actum enim de ſtatu illius principis erat,ſi præfectos fugientes inſecutus,è veſtigio parta victoria caſtra ad Cremonam mouiſſet. Tantus enim timor incuſſerat omnes,tanta rerum deſperatio animis hominum inerat,tanta victoriæ fama veris falſa adiiciens increbruerat , vt proculdubio omnes ferme in Venetorum ditionem venturi fuiſſent, omni ſpe fortunæ melioris præciſa.

Carolus Malateſta iuniorum ſententia decipitur.

Poterat proculdubio obſidere Cremonam ponte Abduam nullo reſiſtente iungere,& populatis agris ad ipſum Mediolanum proferre arma.Quæ omnia ab eo neglecta, præbuere Venetis immutati animi proditoriſque ſuſpicionem.Nam dum , expugnandis recipiendiſque Brixienſis agri oppidis , atque ad leuiora circumagendo exercitũ,tradeqúe omnia exequendo tempus terit,ſpacium dedit Philippo exercitus recuperandi.Cùm enim præfecti equiteſque integri ad vnum omnes rediiſſent, facilè fuit equorum armorumque iacturam reſarcire. Arma & veſtem Mediolanenſes, equos diuerſarum vrbium ciues oppidani quoque permulti ſubminiſtrarunt. Pecunia vndecunque contracta breui tempore inſtaurato exercitu, præfecti Philippi continuis incurſionibus , Carminiolæ oppida

A.C. 1428. Brixia expugnanti infeſtiq́ue impedimento A erant, quo minus pro voto victoria vteretur.

Philippus aductius Venetos auxilia parat.

Quamuis Philippi copiæ diminutæ non eſſent, ſuamq́ue rem ſummis viribus tutaretur, tamen multa timens, ſibiq́ue diffidēs Philippus Sigiſmundum imperatorem in ſuum auxilium exciuit. Vtq́ue terrorem ſuſpicionéque Venetis incuteret, Brunorum ex familia Scala, quæ antea Veronæ, & Marſilium Carrarienſem, cuius pater auúſque Patauij imperitauerant, vt in Italiam ad recuperandas auitas vrbes exercitum traducerent, hortatus eſt, ſperans eorum auſpicio eas ciuitates à Venetis deſcituras. Cùm Sabaudienſi verò datis per cauſam matrimonij (filiam enim eius occulte deſponderat) Vercellis redemit, quo ab ea parte tutior omnes copias Venetis opponeret. Intelligens autem auxilia externa non ſatis in promptu eſſe, ea ad terrendos hoſtes aduocabantur quo facilius deſcenderent ad pacem. Cū pontifice autē Martino per oratores agit occultè, vt veluti ſua ſponte pacem quæreret. Obierant inſuper nonnulli ex ſuis præfectis, qui in re militari admodum præſtabant, vt pace ſibi opus eſſe cenſeret, deſtitutus his viris, in quibus maximè reſidet belli cura.

Vercellæ quomodo in ditione Sabaudienſis ducis venerint.

Ineunte hyeme Pontifex legatum eundem qui priorem pacem firmauerat, cardinalem ſanctæ crucis ad componendam pacem mittit, iuſſis omnibus, quorum intererat bellum, oratores Ferrariam decernere. Florentini diuturna impenſa exhauſti pacem optabant, Sabaudiæ ducis, qui iam cum Philippo occultè pacem fecerat, oratores pacem ſuadebant, haud quaquam Philippi poſtulata improbantes, Veneti inter ſpem metumq́ue dubij, hoſtis vires minui cupiebant. Hinc ambitio & maiorum rerum appetitus bellum continuare ſuadebāt. Philippi quoque ea poſtulata erant, quæ omnem belli timorem excutere viderentur. Interim, quamuis hyems eſſet aſperrima, tamen à Carminiola multa oppida tum in Cremonenſi, tum in Brixienſi, agro ad hoſte capta.

A.C.1428.

Re pacis contentionibus variis diu protracta, tandem virtute legati, authoritateq́ue poſt quintum menſem eſt conſtituta menſe Martio anno ſuprà .1428. Conditiones hæ ſunt additę paci, vt Brixia cum omnibus eius ditionis oppidis caſtelliſq́ue, etiam quæ ad eam diem Philippus teneret, his quoque additis, quæ de Cremonenſi agro capta erant, vtque Bergomū cū omni eius vſque ad Aduam territorio, Venetorum eſſent, vtique omnia quæ de Florentinis teneret, intra certam diem reſtituerētur. A Venetis dicti ſunt ſocij Mantuanus, Ferrarienſis, Palauiſinus, Montisferrati Marchio. à Florentinis ſocij Senenſes, nonnulliſq́ue extremæ Miguriæ dominis fœdere cautum eſt, & paci conſultū. Adiectū eſt inſuper vt vxor liberiq́; Carminiolæ, qui in Philippi poteſtate ad eam diē fuerant, bonáque per eum poſſeſſa, reſtituerentur. De Paulo Lucenſi tyranno nullam in partem eſt actum verbis tantum ſignificatum pro amico ab vtriſque haberi. Relicti ſunt tamen indiſcuſſi termini finium agri & oppidorum, quæ ex Cræmonenſium ditione ſunt Venetis attributa. Cuius rei arbiter Ferrarienſis dictus eſt.

A.C. 1428.

De bello Florentinorum contra Lucenſes. Blon. dec. 3. l. 4. Leon. Aret. Pet. Marc.

CAP. IX.

AMBIGEBAT nemo poſt publicatam pacem, Florentinis quietem ab armis lōginquam fore, ſed Deo permittente, & hominum vitio operante, Bellum Lucenſe nullis id ſuſpicantibus ſubito exortum eſt. In miſſione quidem B equitum peditúmque, quæ poſt pacem fieri conſueuit, Nicolaus Fortebrachius Florētinorum equitum turmæ præfectus, coactis militibus, qui miſſionem ægro ferebant animo, magna manu agrum Lucenſem populabūdus adoritur. Cauſam, quam prætendit, neſcio inanemq́ue crediderim eam, quæ armis diſceptanda foret. Occupabat autem eius vrbis tyrannidem (vt dictum eſt) Paulus Guiniſius, qui in bello Philippi nulli hærens, præcipuè extra pacis fœdera relictus eſt. Nicolaus autem ſu.ca.8.§.8. præfatus ſiue ſponte ſua prædandi cauſa, ſiue C nonnullorum Florentinorum, quibus bella quæſtui erant, ſuaſu, arma in Paulum mouerit incertum relinquitur. Opinio tamen quorundam fuit Florentinorum aliquorum conſilio id actum. Publicatum decretum, quo poſt modum aduerſus tyrannum bellum fuit ſumptū notum id fecit.

Paulus Guiniſius de Florentinis conqueritur.

Improuiſo bello laceſſitus Paulus, ne id Florentinorum opere fieret addubitans, per oratores Nicolai iniuriam queſtus, petiit, vt ſe vellut amicum auxilio tuerentur: aut ſi id videretur graue, ne hoſti pecunia, ope, ſubſidiove fa- D uerent. Scire enim ſe non eſſe vnius equitum præfecti vires adeo validas, vt diutius in armis poſſit ſuis opibus perſiſtere. Reſponſum ambiguum datum eſt, neque tyranno fautores ſe [præbere] cum fœdere exceptus eſſet, neque inimicitiam armati, & parati ad bellum in ſe velle ſuſcipere. Quicquid Nicolaus egerit egiſſe vltro, & nullius impulſu, non eſſe ſuæ authoritatis dimouere eum ab incœpto, qui ſui iuris eſſet, & Florentinis amicus. Ratus, quod futurum erat Paulus, veritus q́ue Florentinorum calliditatem, qui alieno nomine ſecum certarent, ad Mediolani, & item ad Venetorum du- E ces Nicolai iniuria expoſita, ſubſidium poſtulauit. Captis nonnullis de Lucenſibus caſtellis, cum tyrāno vires ad defenſionem deeſſent, ingraueſcente indies bello hortatus eſt Nicolaus Florentinos ad eam vrbem à tyranno eripiendam. Facilè quidem id fore ciuitate nullo præſidio ſuffulta ſe quidem, ſi pecunia fauoreq́ue ſibi adſiſterent, intra paucos menſes vrbē illis traditurum, & Philippus ad ineundam cū populo Florentinorum amicitiam, ad id bellū cohortatus, equites ſi opus ſit, & auxiliū pollicetur. Re Florentiæ inter paucos primū bellū F ne aduerſus tyrannum ſumēdum eſſet, & talis vrbs in poteſtatem redigenda, ſæpiuſq ue quæſitis conciliis diſcuſſa, variis ſententiis diſceptabatur: partim noua reprobantium bella, quietemq́ue ſuadentium, partim id probantium certamen, ex quo ciuitas opulentior, tali ſubacta vrbe eſſet futura. Maior populi pars tyranni perdendi odio bellum affectabat, prudentiores

A.C. 1429.

dentiores ſenioreſque vt rem difficilem inhoneſtamque abhorrebant. Tandem variatis vtrimque ſententiis Rainaldus Albitius, ex equeſtri ordine, populi partes ex voluntate ſecutus in hunc modum diſſeruit.

Florentini de bello Lucenſi deliberant.

Scio Florentini ciues (inquit) hanc rempublicam diurino bello fatigatam otio egere, & quiete à turbine bellorum. Sunt duo hæc, quibus populi maximè gaudent, non ſolum ſalutaria, ſed & neceſſaria: adeo vt qui hæc improbet, non videatur conſulere ſaluti vrbis ſuæ. Sed ea niſi depulſo belli timore non poſſunt eſſe diuturna. Otiũ quidem & quies appetẽda ſunt, niſi in iis lateat ſuſpicio, vel pótius ſemẽ occultioris mali. Scitis belli, quod nobiſcum cum duce Mediolanenſi viguit, Paulum Guiniſium fautorem & adiutorem, licet occultum fuiſſe. Scitis illum nobis ſpretis, qui ſocietatẽ eius quęſiuimus, filium ſuum, cum turma equitum in auxilium hoſti miſiſſe, & iuuiſſe pecunia. Scitis hunc tyrannum fuiſſe nobis ſemper infenſum, neque palam hoſtem nobis, ſed hoſtili ſemper animo, lætum noſtris rebus aduerſis, ſecundis anxium. Proximo certè bello hoſtis partes ſecutus, contra nos erat moturus arma, niſi Venetorum belli ſocietas emerſiſſet, vt non voluntati, ſed metui ſit tribuendum, ſi ab armis deſtitit, quod potuit tamen, id egit. Nam cum noſtra ſtipendia vltro oblata contempſiſſet, minori commodo dignitatéque ad Philippum tranſiit, quo maior nos alterius opibus opugnandi facultas eſſet. Nunquam ille nobiſcum fœdere iungi voluit, quoniã ſemper alienus à noſtra vixit ſalute. Neque id fortaſſe mirum, natura enim ita eſt cõparatum, vt tyranni oderint reſpublicas, cum non niſi per libertatis amiſſionem regnare queant. Nihil eſt inter ſe magis contrarium, quàm reſpub. & tyrannus, qua magis publicæ vtilitati infeſtũ. Altera legib. viuit, alteri ꝓ legibus eſt libido. Quid ille nobis faceret, ſi poſſet, qui propriæ matri eripuit libertatem, peſſundatamque tenet in mancipij modum? Hunc niſi cum datur facultas, tollamus penitus, obſeruabit tempus memor Nicolai iniuriarum, quas nobis authoribus ſe pati aſſeuerat, ſempérque in vltionem paratus erit. Si quis emerſerit ad nocendum caſus, nihil eſt quod ab eo negligatur, vt nos poſſit perdere. Hoſtes noſtros ſibi noſtri odio conſtituet dominos, malens ſe perire, quàm nos eſſe ſaluos.

Tyranni oderũt reſpubl.

Tyrãnis & reſp. contrariæ.

Luca à Florentinis cur tãtopere expetatur.

Eſt præterea ciuitas illa propinqua Piſanæ vrbi, quæ quanta cura propter incertos rerum caſus tenẽda ſit, quis ignorat? Tollenda ſedes eſt noſtris hoſtibus, ex qua non paruum diſcrimen imminere videtur. Nullus pręterea nobis imminet à Longobardis timor niſi per ciuitatem Lucanam, quam ſcimus ab externis ſæpè fuiſſe poſſeſſam. Prætęrea vtilitatem agnoſcite, quæ plurima futura eſt ciuibus noſtris, tum fertilitate terræ, tum maris opportunitate. Nã quòd quidam otium, & quietis ſpeciem præ ſe ferant, ipſi teſtes ſumus, quanto damno nobis conſtet pax olim cum duce Philippo, facta bellum & ingens & nefarium ex pace eſt ortũ & adeo anceps ſtatus noſtri diſcrimen, vt in periculum ventum ſit libertatis. Itaque non ſemper pax ſalutaris fuit, ſed ea, ex qua requies longinqua ſperetur, non cui ſuſpicio fraudis inſit. Quapropter cum ſit tutiſſimum prouidere, ne quis obeſſe queat, & id facilè videatur, quoniam omni externa ope tyrannus deſtituitur, vos hortor quibus reipublicæ cura eſt, quique otium futurum appetitis, vt accipiatis quod vltro offertur, quódque parua impenſa breui tempore Nicolaus ſe daturum ſpondet. Ampliores erant opes Piſanæ vrbis, cum illã emimus è Gabriele Vicecomite, opulentior certè & ciuiũ numero, virtute, atque fortunis validior, & tamẽ poſt amiſſã arcẽ decreto bello omnes rerũ & temporum difficultates conſtantia & virtute ſuperauimus, eáque vrbe potiti ſumus, quæ ante fuerat nobis inimiciſſima, vt non voluntate ducti, ſed extrema neceſſitate coacti deditionem fecerint. Itaque poſtmodum ſecuti ad hanc diem ab iis vixim⁹ à quibus in diem aut ſuo, aut alieno Marte oppugnabamur.

Pax non ſemper ſalutaris.

Itidẽ quo ſecurius fruamur pace, hic à nobis tyrannus eſt exterminandus. Neque enim eſt, vt exiſtimet aliquis illo mortuo eam ciuitatẽ recuperaturã eſſe libertatẽ. Extant plures filij, quorum maior penes Philippũ eſt, cuius præſidio in tyrannide perſeuerabit. Hęc haud incerta diſcrimina euitare ſi cupimus, delẽda eſt nobis inimica tyrannidis ſedes. Et quidem perfacilis victoria ſpondetur nobis, & parui laboris opus fore videtur. Imparatus tyrãnus eſt, nullo neq; ſuo neq; externo ſubſidio munit⁹. Odio præterea omni populo eſt, vt veriſimile ſit nolle illũ pro tyrãniſtatu pugnare quin potius cupere, vt excutiat ſeruitutem. Quanta verò ſit futura vtilis, quãta ſecuritas rerũ ea ciuitate deuicta, à qua plura nobis mõſtrantur pericula facilè eſt ei, qui ſano vtatur cõſilio, iudicare. Intercluderetur quidẽ via & faculas Mediolanẽſibus ducibus in Tuſciã tranſcendẽdi, cum duo veluti clauſtra, quibus oppugnari noſtra reſpub. poſſit, fuerint hoſtibus interſepta. Ideo, ciues præſtantiſſimi, id bellum mea ſententia ſuſcipiẽndum decerno, quod neque diuturnum erit: neque magno negotio conficietur. Commoda verò tot tantáque ex hac victoria parabuntur, vt nulla maiora ad præſens conueniens ſit optare.

Florentinorum de hoc bello variæ ſententiæ. Leon. Aret.

§. I.

HIs dictis erat varius in concione ſermo, partim eam impugnantibus orationem, partim comprobantibus. Seniores quidem & qui prudentia & rerum vſu præcellere exiſtimabantur, vt inutilem & iniquam, maximéque diſcriminis impugnabant, neque enim conducere ciuibus nouis indiem bellis implicati, viderique tanquam inquietos homines, pacem atque otium od iſſe. Tandem Nicolaus Vzanus qui quietem armis præferebat in hunc modum verba fecit.

Vetus ſapientiſſimorum virorum ſententia eſt, prudentiſſimi ciues, eos qui hunc locũ ad dicendum aſcendunt, omni priuata affectione depoſita liberos accedere ad conſulendum omniáque ſua conſilia referre ad rempublic.

A.C. 1429.

Ariſt. lib. 1. rhet. Dem. in oratio. de his qui in Cherſoneſſo.& Sal. in Catil. coniur.

ſalutem.Quocirca mihi ille optimus videtur A ciuis,qui id ſuadet, id agit, quo ſui ciues otio &quiete fruātur,quæ duo ſunt nobis maximè ſalutaria.Et profectò id nos reſpicere in dicẽdi ſententia decet,quod certa coniectura poſſit aſſequi,ſalutarem exitum habiturum.Nam qui in rebus dubiis certam ſibi ſpem futurorũ pollicentur,rarò ſui deſiderij cõpotes fiũt.

Rerum humanarum dominam conſtat eſſe fortunam,quæ rarò conſiliis hominum reſpõdere conſueuit.Qua propter id conſilium amplecti oportet,quod certa ratione ſuſceptum, procul abſit à temeritate fortunę.Verum quoniam de re grauiſſima agitur, & diſceptando veritas elici ſolet,agendorumq́ue ratio inueniri,ęqua mente feratis,ſi alienæ ſententiæ author ero.Certus ſum,ciues præſtantiſſimi,probatiſſimum atque integerrimum virum Rainaldum,quæ dixit omnia, bono animo dixiſſe,idq́ue ſuaſiſſe,quod pro ſalute reip.duceret faciendum.Hortatur ad ſuſcipiendum bellum aduerſus tyrannum Rainaldus:id putat vtile parui temporis atque impenſæ. At verò mihi multiſque præterea ſecus videtur, bellorum varietates,pericula,fortunæ mutationes, diſcrimina cogitanti.Mouere quidem bellum in noſtra eſt ſitum voluntate, ſuſceptum verò C deponere,& ab armis deſinere,in fortunæ eſt arbitrio conſtitutum,quo magis principia mea tuenda ſunt,& futuri caſus extimeſcendi,ineo præſertim bello,quod iniuſtum eſt, & nobis dedecus ac maleuolentiam, & multorum ſimultates ſecum trahat.

Bellũ moue re hominũ eſt,non autem finire.

Conſiderandum etiam atque videtur, qua mente vicini noſtri hoc bellum ferant qui partim inuidia, partim odio, partim ſui timore, nobis aduerſabuntur.Cùm pontifice olim, & cum Venetis ſæpius egimus vt bello, quod inter nos & ducem vigebat,finis imponeretur. D Queſti multis verbis,nos adeo pecuniis exhauſtos,vt amplius ea impenſa nequiret ferri.Vrbem auro exinanitam,ciues oppreſſos cenſu, mercaturam interruptam multoties deplorauimus, ſupplicum more poſtulantes pacẽ nõ vtilem ſolum, ſed neceſſariam nobis, noſtro ſuaſu,noſtris precib.concordia ſecuta eſt præter ſociorum voluntatem.Quid nunc dicet põtifex:quid Veneti,reliquique,apud quos paupertatem noſtram oſtentauimus:ſi nondum deletis prioris belli veſtigiis ſi nõdũ exſiccato ſcripturarum attramẽto,nouo nos implicuerimus bello?Proculdubio non inopiam,non labores,non defatigationem cauſam pacis prædicabunt fuiſſe:ſed aliam quamdam, vt inuidiam,aut maleuolentiam aut odium extitiſſe quæ omnino à nobis fugienda ſuſpicio eſt.

Mihi certè vtiliori concilio videtur vti, qui poſt diutinum bellum pacem quærunt & poſt longos labores quietem ſequuntur, quàm qui poſt habita pace,bella ex bellis ſerẽtes,requiẽ aſpernantur.Suſcipi enim debent(vt ſapientibus placet)bella,vt in pace viuatur,nõ vt poſt vnius finem aliis nos minime neceſſariis implicemus.Hoc enim eſſet ſemper in continua calamitate & miſeria verſari.Bellũ nuper geſſimus periculoſiſſimum cum duce Mediolani, in quo futuri eramus inferiores, niſi aliorum ope, auxilióque illius potentia contuſa eſſet. Equidem id bellum alacres ſuſcepimus, lõgo

Bella cur ſuſcipienda Cic. 2. offic.

A.C. 1429.

laſciuientes otio,tanquam parui temporis,& aut magnæ impenſæ., vt omnes dictitabant, futurum:at fortuna poſtmodum præter ſpem noſtram,& grauiſſimum iſtud reddidit,& temporis longioris magno cum ciuium detrimento.Hoc quidem bellum facillimum multi putant,& paruæ moræ:ſed quis nouit ex vobis, quid ſit ſuſcepto bello euenturum, quæ fors illius immineat nobis? Quis nouit hominum partim nobis inuidentium,partim ſibi proſpicientium conſilia? Quis ſcit an Philippus ſit tyranno ſuas copias ſubminiſtraturus?Quis ſit B an pontifex,qui diutius infenſum animum in nos geſſit eam vrbem nobis ſubdi fuerit permiſſurus? Cui notum eſt, an Senenſes de ſua libertate ſollicíti, & ſibi timentes pro defenſione tyranni illius nobis inferant arma? Quis eſt è vobis tam prudens tam cõſilio prouidens, vt ſibi certam victoriam repromittat? Quis fortunam ſemper in bellis dubiam, ac ducentem,nobiſcum ſpondeat futuram?Multi ſunt diſcrimina,quæ bellorum caſus ſecum ferant,qui maiorem timorem incutęre: quàm ſpem vllam promittere debent.

Equidem huius belli magis euentum horreo,quo vim alteri inferimus,quàm quo repulimus illarum.In altero iniuſtitia verſatur,iniuria.& Dei offenſa:in illo cauſa iuſta, defenſio legum & equi boniq́ue fauor,& apud omnes ſui tuendi laus.Sperandum quidem Deum magis fauturum repellenti iniuriam, quàm inferenti:magiſq́ue proſpecturum ſaluti eorũ qui ſe iuſtè defendunt, quàm qui oppugnant iniuſtè.Non eſt autẽ æqua cauſa,aut iuſta,quæ nos impellat ad inferendum Lucano bellum. Si non ſenſit nobiſcum,non eſt loco miraculi habendum. Sibi & patriæ quieti proſpexit, procul à bellis eſſe voluit, quod conſilium haud quaquã reprehendẽdum videtur. Quod ſi qua data eſt nobis indignandi occaſio aduerſus eum,qui hoſtem noſtrum filij iuuit præfectura,quid meruit ciuitas vniuerſa, ſemper eiuſdem factionis, & vt plurimum ſocia & amica nobis?Nunquid plecti pro tyranni (quẽ ſumme oderunt) culpa merentur ciues? Si eo pulſo ad nos ciuitas queſtum mittat,quænam ratio eſt,quã propter eos armis ſubigere quæratis:à quibus nulla in re aut offenſi eſtis aut laceſſiti?Quid his reſpondebitis?Quam probabilem cauſam veſtri afferetis belli?Nullam certè,niſi ambitionis,& dominij nimiam cupiditatem. E

Bellum, quo alteri vim inferimus iniquum, & quo vim repellim' iuſtum.

At nullo neque diuino,neque humano iure permittitur per iniuriam & iniquitatem aliena vſurpare. Iuſta cauſa debet eſſe bellorũ quæ aut pro iniuriis propulſandis ſuſcipi debent, aut pro patria conſeruanda, & horum bellorum fœlices exitus eſſe ſolent.Iniuſta verò arma rarò victoria comitatur,infamia,dedecus,opprobrium ſequi ſolet.Si Piſanam vrbẽ vi & armis cepimus id optimo iure à nobis a-F ctum eſt.Nam primo ab eo empta eſt,cuius vendendæ ius,poteſtaſq́ue erat. Tum eam inuaſimus vrbem, quæ vt plurimum hoſtili in nos animo fuit,& odio ferè immortali, & ab ea multa diſcrimina nobis ſumma cum noſtra pernicie emerſerunt. At Lucanæ ciuitatis contraria Piſanis natura fuit. Nam & ea alterius factionis partes, & nunquam

Bellum iuſta cauſa ſuſcipiendum.

A.C. 1429.

nunquam nos petiit bello,ſed multis bellorū turbinibus nobiſcum ſenſit,vt abominandum videatur,nos velle eam ſubigere vrbem, quæ plura in noſtram remp.benefacta quam noſtræ in illam recenſere queat.

Ingratitudine facinus nullum iniquius.

Nullum in hominum vita iniquius facinus neque pernicioſius ingratitudine, quæ ſola omnia complecti ſcelera videtur. Neque enim aut amicitiæ iura tueri, aut venerari potentes aut colere deos, aut alicui beneficio ingratus reſpondere poteſt. At quid ingratius reperias quam bene de nobis meritos armis peſſundare,& eius moliri ſeruitutem ciuitatis, quæ ne nos ſeruiremus, omni ope auxilioque pugnauit? Quamobrem hortor vos oroque, vt non tam repente ad bellum proſiliatis, eius præſertim ſuaſu, cui bella quæſtui ſunt, cuius nil refert, victi ne an victores habeamus: eius maximè intereſt bellum trahi longius, quo plus ſtipendiorum à nobis accipiat. qui id offert, quod dandi nullam habet poteſtatē. Mea quidem opinio eſt ab iniuſtis armis abſtinendū eſſe, potiuſque pro honore præteritas tyranni iniurias æquo animo tolerandas, quàm propter illius odium, ciuitatem de nobis optimè meritam oppugnandam. Deum oro, vt eam vobis mentem deliberando præſtet, quę ſit cōſentanea noſtræ reipublicæ ſaluti.

Florentini tandem in Lucenſes bellum decernunt. iidem.

§. II.

VARIVS deinde diuerſa ſentientium animus fuit, prout quemque proprium commodum trahebat, tamen, vt ſæpiſſimè cōtingit, melior pars à maiori ſuperata eſt, bellū que decretum decembri menſe anni. 1429. pro eo adminiſtrando decemuiri creati ad ſex mēſes. Maximè ad id bellum populum incitabat memoria filij à tyranno in auxilium ducis miſſi, dum maximè bellum arderet. Obſtinati animi quoſdam ciues ambitione cupiditateque quibus bella vſui erant, opeſque eorum aliorū damno augebantur, plus æquo valuiſſe tradunt, Nicolaūque priuati cuiuſdam ciuis cōſilio ad arma tyranno inferenda motum. Nicolao itaque confeſtim ſcriptum eſt, vt quod bellum ante ſua ſponte nouiſſet, authoritate populi Florentini illud adminiſtraret, caſtella traderet, quæ cepiſſet, ſtipendia inſuper præbita ſunt. Bernardinus ex ſtirpe Vbaldina nobili & perantiqua, vir bello egregius cum duabus equitum turmis ad id bellum conductus, pluresque additi tum equites tum mercenarij. Ad purgandū Florētinos ab iniuria ſuſcepti belli, ad pōtificē Martinū, ad Philippū, ad Venetos, ad Senēſes Bononienſeſque, & legatū oratores miſſi ſunt, & ad Marchionem Ferrariēſem. Omnes perplexè reſponderunt. Philippo excepto: qui rem laudauit, ſuamque in Florentinorum gratiam ad id bellum pollicitus eſt operam, callido quidem animo, quo noua moleſtia vexarentur.

Paulus Guiniſius Senenſes contra Florentinos excitat. iidem.

§. III.

PAVLVS poſtquam publico Florentinorum conſenſu ſe oppugnari animaduertit, legationesque auxilium poſtulantes fuiſſe irritas, in primis Senenſes ſollicitauit: ſi quo pacto excitari poſſent ad belli ſocietatē, ſuadendo, hortando, monēdo, prædicabat ſe deuicto Florentinos Senarum imperium appetituros eiſdemque armis eis libertatē oblaturos, quibus ſibi dominium arripuiſſent. Expergiſcerentur itaque, dum tempus & facultas daretur conſulendi, & dū ſibi proſpicere poſſent. Nullam ſecuritatē eis dari ſe deuicto, neque quietum populum Florentinum poſt adeptam victoriā, neque vlla pacta aut fœdera ſeruaturā eam gentē, apud quam nihil ſanctum eſſe, aut inuiolatum ambitio ſineret. Cùm egent, aut in periculo aliquo verſantur, multa Florentinos polliceri ſolitos; tranſacto periculo, nulla promiſſa, nulla pacta, nulla conuenta ſeruare, ſed omnia penſare pro eorum vtilitate. Veriſimiliuſque videri Florentinos appetituros eam vrbem, qua cum ſæpius manus conſeruiſſent, quam quæ fleuerint eius calamitatem quæ ſemper in ſocietate eorum fideq; vixiſſet.

Hæc pluraque alia in eam ſententiam dicta excitauerunt Senenſium animos iam ſua ſpōte titubantes ad conſultandum, quid conduceret rebus ſuis, & infenſa & dubia erat eis Florentinorum potentia, neque dubitabant, quin deuicta ea ciuitate à Florentinis arma in eos mouerentur. Multæ ad id ſuſpiciones eos impellebant, & id præcipue, quòd audierant Florentiæ à nōnullis in vulgus iactata verba hæc ac decantata, ſcilicet. Aue maria gratia plena, habita Luca, adibitur Sena. Quib. verbis haud obſcure bellum Senenſibus annunciabatur. Igitur oratores Florētiam e veſtigio tū Venetias mittunt. Hos vt hortarentur bellum nulla iuſta cauſa ſuſceptum omittere, ne cogerentur per vim oppreſſo Lucano opem ferre, illos vt rogarent, vt pacis componendæ authores eſſent & ſimul peterent non ſe adiutores fore, ſi contra eos à Florentinis mouerentur arma. A Florentinis reſponſum eſt, haud iniuria illatum tyranno bellum, tum quia filium in rebus eorum dubiis aduerſus ſe miſiſſet hoſti, tum quia falſa calumnia culpaſſet tyrannus Nicolaum, Florentinis hortantib. ſe armis appetiſſe, æquum videri eum, qui iniuſtæ, & pro alterius iniuria queratur, iuſtam dare cauſam criminandi. Se verò cum Senenſibus antiquū ſeruaturos fœdus nihilque acturos, quo ab eorum ſocietate deſiſtere viderentur. Venetorum oratio fuit, etiamſi à Florētinis in Senenſes intentarētur arma, nō poſſe ſe æquo iure illorū libertatem tueri, cum in fœderibus ante actæ pacis ſocij à Florentinis ſint deſcripti. Reuerſi oratores cum quæ acta eſſent expoſuiſſent, maior in ciuitate ſuſpicio coorta eſt, cœptumque tractari, quo maximè modo tyranno opitularentur. Nam ſi is occubuiſſet, Florentinorum vires timebant, & auxilia deſperabant: cum neque Mediolanenſem, neque Venetos ſibi confiderent fautores.

Senenſes Florentiā & Venetias oratores mittunt.

Senenſes pro Lucēſib. arma ſumunt & alios ad id impellunt. Blo. ibid. Leon. Aret. A.C. 1430.

§. IIII.

NICOLAVS interea, atque Vbaldinus Lucanum agrum, tum populationibus

A.C. 1429.

Senenſes Paulo ſe cõiũgunt.

tum oppidorum quæ multa ceperant præda infeſtum reddebant. At tyrannus cum Senenſium animos fluctuantes ſenſiſſet, pecunia ſe illos impulſurum in ſuum ſubſidium ratus, grandem vim auri Senas miſit, qua equites pediteſque contra Florentinos deducerentur. Et cùm plures pecunias ſe daturum promitteret, è veſtigio de inferẽdo bello ſtatuerũt. Antonio Petructio optanti quærentique, comparandi militis negotium datum eſt,& pecunia impenſa. Is Romam profectus copias conduxit annuente pontifice, ægrè bellum Lucenſe ferente, quæ mari Lucam delatæ ſunt. Aliæ irẽ copiæ in agro paratæ Bononienſi, quæ poſt ad Florentinos defecere.

Senẽſes cõtra Florentinos Genuẽſes ac Mediolanẽſes excitant.

Cùm hyems iam appeteret, quieſque tam apud obſidentes, quàm apud obſeſſos futura fore videretur, Antonius Senenſis Florentinis aduerſus, cui à magiſtratu tyranni defendendi cura demandata erat, Genuam ac Mediolanum profectus, vtrunque ducem hortatus eſt ad præſidia Lucano impendenda tyranno. Superbiam & ambitionem Florenrinorũ culpabat, qui dominandi cupiditate ſemper cum finitimis decertauerint. Aſſerebat minimè in eorum rem videri, talem ciuitatem ſubiici populo Florentino, dari aditum terra hoſtib. pugnandi cupidis ad inuadendam Liguriam, & in Galliam tranſcundi. Multaque in eam ſententiam diſſeruit, quæ Philippum mouerunt in auxilium tyranni, & à pace ad belli curam animum conuerterunt: ſed calliditate aſtutoque non aperto conſilio vſus eſt.

Mediolanẽſis alieno nomine cũ Florentinis bellum gerit.

Nam decreuit Franciſcum Sfortiã mille equitũ præfectũ veluti & tyranni & Senenſium ſtipendiis cõductum, auxilium obſeſſis ferre. Conduxerat inſuper Antonius nonnullos piratas Cathalanos, qui littus Piſanum infeſtum mercatorib. reddebant, littuſque ſæpius egreſſi pecorum agreſtiumque prædas abigebant.

Luca à Florentinis obſidetur. A.C. 1430.

At Florentini cum nullæ aut paruæ copiæ Lucanum tyrannum tutarentur (nõdum enim externa ſubſidia aduenerant) obſidere vrbem parant, & commeatum prohibere. Igitur Nicolaus & Bernardinus partitis copiis binis caſtris cinxere vrbem, ſinguliſque portis ſingulæ ſtationes erectis caſtellis oppoſitæ additæque machinæ permultæ, quibus portæ murique lapidibus quaterẽtur. Ex contemptu hoſtis negligentia in caſtris (vt fit) exorta eſt omniſque rei militaris cura omiſſa. Qua re animaduerſa tum electæ iuuentutis ciues, tam mercenarij milites (qui ad duo millia erãt) ſub ortu ſolis eruptione facta Nicolaũ adoriũtur pellũtque caſtris, & in fugã omnes verſi ſunt.

Florentini à Lucẽſib. fugantur.

Fuiſſet eo die magna clades accepta, niſi eruptione audita Bernardinus ſubſidio fugientibus occurriſſet, cuius aduentu repreſſi hoſtes in vrbem rediere, nonnullas bõbardas raptim ſecum ferentes. Tentatis omnibus quæ neque obſidione, neque præliis tyrãnum ad deditionem compellere quibant, alia ratione vrbem expugnare aggrediuntur: authore Philippo Bruniliſco maximoomnium ea tempeſtate architectore. Hic enim eſt, qui modum ad inuenit & formam ædificandi illam teſtudinẽ maximam cupulæ Eccleſiæ maioris Florenrinæ ſine armatura aliqua, quæ etiã perfecta eſt,

A.C. 1430.

Philippi Bruiuliſci conſilium irritum.

Igitur Philippus regionem vrbis propinquam contẽplatus, primùm flumen Anſerim oppoſitis repagulis reprimere ab aquarũ curſu, ita vt in immenſum excreſceret, deinde lata foſſa aquæ curſum in vrbem inducere, tum cęteros riuulos in alueum fluuij deriuare ad augendum aquæ vim, quo plana vrbis aquarum inundatione mergerentur, ſtatuit. Maximi laboris id opus fuit, licet incaſſum euaſerit conſilium. Nam ciues poſtquam veluti diluuium ſibi parari intellexerunt, præaltis aggeribus circa vrbem, qui vim aquarum continerent è regione fluuij erectis, id periculum euitarunt deductam, enim verſus vrbem aquam repulerunt aggeres, à quibus ſecuri ciues facta eruptione, diſturbatiſque hoſtiũ operibus aquas ad caſtra Fortebrachij defluere compulerunt. Et ita magno accepto incommodo caſtra mutare compulſus eſt.

Erant apud Mediolanenſem ducem, Venetorum Florentinorumque legati, hortãtes inter cætera (ob certas enim pacis conditiones acceſſerãt) vt nil noui tẽtaret, quo pax violaretur. Pręſenſerant enim animum ſuapte natura mobilem, atque inconſtantem, de mittẽdo Lucenſi ſubſidio cogitare. Qui vnum ore, aliud in pectore habens: nil ſibi antiquius pace reſpondit, nihilque acturũ ſe, quo turbatæ quietis, aut otij vlla oriretur ſuſpicio. Ideoque præfectos equitum, quibus ad eam diem ſtipendia miniſtraſſet miſſos ſe facturum. Callidum id reſponſum fuit, cum pro euitanda belli ſuſpicione eis commeatum ſe daturum eſſe diceret quos ad bellum Lucanũ iam deſtinaſſet. Egit igitur cum Franciſco Sfortia, vt aſpernato armorum otio miſſionem flagitaret.

Dux Mediolanẽſis clã auxilia Lucẽſi. ſubminiſtrat.

Is magnopere tanquam in re noua multis verbis palam contendit cum duce, vt abire liceret, velleque ſe Beneuentum proficiſci, quoniam in rẽ ſuã eſſet bellis, quæ in regno Neapolitano orta dicebãtur, intereſſe. Accepta clam pecunia, à Mediolano cum equitibus peditibuſque veris principio mouit Parmam verſus. Vbi ſuos expectare ſimulans, præmio omnibus qui ſequi vellent propoſito, multos ex compoſito à duce dimiſſos conduxit. Magna coacta manu, cum plures ad eum conueniſſent, dubitabatur à multis quod poſtea euenit. Sed quia veriſimile erat illum ex animo loqui quod optabant, facilè credidere. Petierat paulò antè miſſionem comes Antonius vnus ex præfectis ducis, vir audax, & Florentinis infeſtus. Hunc ſecuti ſunt octingenti equites ferme ex iis qui ſub Philippo duce militabant, tanquam eius ſtipendio defuncti. His per fraudem actis Antonius Lucam petens, & vires & animum addidit obſeſſis. Omnia enim fere caſtella à Nicolao capta è veſtigio ad tyrannum defecere.

Franciſcus Sfortia aduerſus Florentinos ſtrenue agit. Blon. ibid. Leo. Aret.

§. V.

FRANCISCVS Sfortia deinde via Pratenſi cum montes ſuperare nequiret (ſaltus enim omnes ab ea parte firmiſſimis præſidiis tenebantur) Pontremulum deflexit, tutéque in Hetruriam deſcendit: cúmq; pluribus equitum

A.C. 1430. equitum turmis,peditibus octingentis Lucam appropinquans,Nicolaum obuiam profectũ prælio fudit.Qua ex re Florentinorum copiæ retro Piſas verſus tribus paſſuum millibus ceſſere,caſtellis quibuſdam portis vrbis oppoſitis,cum præſidio relictis.Quæ Franciſcus cum Florentini acie certare nollent,breui tempore expugnauit. Dolum ducis conſpicari decẽ viri maioribus copiis exercitũ auxere.Franciſcus tum ſpe prædæ, tum, vt hoſtis potius ſuis tuendis,quam oppugnandis alienis vacare cogeretur,vna cum tyranni filio vallem Nebulæ,regionem pacatam,atque opulentam ingreſſus, caſtrum Stilliani magna vi cepit,atque diripuit.Vrgente deinde commeatus inopia,Lucam reuerſus eſt.Vbi cum ſtipendium à tyranno peteret,is auarus, vt qui magna ex parte pecunia exhauſtus erat, rem procraſtinabat.

Interea decem viri ad relinquendum tyrannum Franciſcum ſollicitabant pecunia, non vt à fide deficeret, ſed poſt ſemeſtre ſpacium quo conductus fuerat,Beneuentum,vt ante iactauerat,peteret. Tyrannum quoque magnis promiſſis ad vrbem tradendam allicieb ant. C Quæ à rancisco comperta Philippo nunciatur.Ille damnata hominis auaritia,qua è ſtatu deiici malebat,quam pecunia carere, cœpit ſuſpicari,quod verebatur futurum. Incitabat Philippum Antonius Senenſis ad priuandum vrbe tyrannum,augens iniectam ſuſpicionem & ſimul aſſerens magnam vim auri,& argenti ab eo poſſideri.Ille ſpe ductus prædæ, adiecit animum ad eius ſubuerſionem.Mandat igitur Franciſco curet,ne quid priuata eiuſmodi cõſilia afferant detrimenti, & Senenſi Antonio datum eſt negotium tyranni capiendi, ſi quid D moliretur noui.Erãt in Florentinorum caſtris qui confictis literis & Franciſcum & tyrannũ in mutuum odium acuerent, alteri alterius conſilia ſecreta ſignificantes:qua ex re vtrinque proditionis aucta ſuſpicio eſt.Haud paruo contracto odio Franciſcus decreuit tandem populum ad defectionem impellere,cõmunicatoque cum Senenſi conſilio, ſecreta cum lorentinis colloquia culpans, facile ciues ad rebellandum Paulo commouit.

Philippus ad Lucam occupãdã animum adiicit.

Præſtituta die Antonius Senenſis acceptis ſatellitibus arcem ſub alterius negotij ſpecie E ingreſſus,tyranum cum filio cepit, direpta ſupellectili,pecunia multo minore, quàm fama erat,partim ad Philippum miſſa, partim vſui reſeruata,captiui ambo pater cum filio ad ducem miſſi ſunt.Ciuitas libertati reſtituta,anti quos magiſtratus creat. Franciſcus ſimulata profectione,quo promiſſos à Florentinis num mos acciperet(qui fuiſſe dicuntur circa octoginta millia)à Senenſibus poſtulat,vt oppida quæ paternæ ditionis fuerant,ab eis poſt obitum occupata reſtituerentur,quod ſi negligerent,armis ius ſuum vendicaturum. Hac ſpe F Florentinis iniecta,grandem illi pecuniam ob receſſum perſoluunt,acceptaque à ciuibus pecunia,ſe veris principio reuerſurum pollicetur.Inſtare etenim hyemẽ, quæ tum eis tum ſuis equitibus ex annonæ cariſtia grauis eſſet admodum futura:ſed in tempore ſe affore promittit.Inde abiens conuerſo itinere Longo- A bardiam verſus Mirandulam oppidum petit.

Poſt receptam libertatem Lucani Florentiam legatos mittunt, pacem orantes, quam pulſo tyranno ſe habituros ſperarant,rogare, vt potius ſuorum quondam erga Florentinũ populum meritorũ meminiſſent,quam iniuriarum tyranni,quæ ſe inuitis,ac gementibus accidiſſent,ſe æquis conditionibus poſtulare pacem quæ vtrique populo videretur profutura,commemorare pericula bellorum,& varios fortunæ caſus,ac certam pacem dubiæ vi B ctoriæ præferendam.Reſponſum tulere, non deſerturos bellum Florentinos,quod iuſtis ex cauſis ſuſcepiſſent,non libertatem ab illis ademptam,ſed nouam tyrannidem illis quæſitam eſſet.Proinde abirent, ac rebus præſentibus tempore conſulerent,meliori conditione futuros,ſi vrbem ſponte traderent, quam ſi coacti vi & armis ſuperarentur.Legatidato reſpõſo Lucã reuertuntur,populũ ad defenſionem hortantur,aſſerentes Dei operam non eis defuturam:& ſimul & vt à Philippo,& Franciſco ſpes ſubſidij eſſet collata.

A.C. 1430. Lucenſes oratores de pace Florẽtiam deſtinant.

Florentini denuo Lucam obſident.
Blond.ibid.Leon.Aret.
§. VI.

DECEM viri baliæ confiſi Franciſci receſſu,omni Lucam præſidio ſpoliatam cito in poteſtatem peruenturam,nouis conductis copiis,auctoque exercitu denuo vrbem obſidione cingunt, caſtelliſque ad ſingulas portas erectis,ciues & fame,& continuo labore feſſos vrgent acrius adeo vt obſidionẽ minime laturi amplius viderẽtur.Philippus,qui bellum ad eam diem aluerat,ſciens Florentinos in belli ſumptus auro argentoque exhauſtos,& iã pertæſos cœpti,quo illos nouo implicaret bello,cũ Genuenſibus egit, vt Lucanos primũ in fœdere reciperẽt, tum denunciarẽt Florentinis,vt ab illo bello deſiſterent, cũ eorũ ſocij facti eſſent.Igitur poſt cõtractũ fœdꝰ oratores Florentiã mittũt,poſtulãtes,vt ab armis deſiſterent,neque de cætero bello ſociis eſſent moleſti,quos ſibi tuendos ſuſcepiſſent. Ad ea reſponſũ eſt,mirari populũ Florentinũ ciuitatẽ natura ſeruã,neque tunc ſui iuris,ſed alteri ſubditã,petere quod eorũ arbitrij minimè foret.Nihil enim à Genuenſibus agi poſſet,quæ ad publicã rẽ ſpectarent,niſi quatenꝰ ab eo qui eis imperaret permitterẽtur. Ideo dicerẽt ſi qua à duce Mediolani eorũ domino mandata de ea re ſuſcepiſſent: cũ nõ eſſent eorũ iuris aut velle,aut nolle,niſi quantũ ducis eſſet volũtas.His verbis legati admodũ cõmoti animo abiere:minitãtes paucos intra dies cogniturο Florẽtinos liberi ne an ſerui forẽt.

Genuenſes in ſuã ſidem Lucã recipiunt.

Confeſtimque cum Genuam rediiſſent,Nicolaum cognomento Piccininũ, equitum ducis præcipuum præfectum, qui apud Ligures in oppidis Genuenſium hyemerat,prout à duce iam conſtitutum erat,ad Lucæ defenſionẽ miſere.Dum hæc parantur obſidioni vrbis intenti Florentini, ducem belli Guidantonium Vrbini creant, eiuſdem nominis Fauentinum vicarium ad ſua ſtipendia ſumpſere.Erat equitum ſex millium peditum verò quatuor millium numerus,qui in exercitu Florentino

A.C. 1430.

militabant, præter auxilia quæ multa decem virum iuſſu ad id bellum conuenerant.

Interea Philippi conſpecta fraude Veneti cum Genuenſium nomine Nicolaum aduerſus Florentinos miſſum intelligerent, per oratorem apud ducem quæruntur violata eſſe ab eo fœdera pacis, qui præter conuenta præfectos ſuos variis fallaciis, confictiſque tabellis in auxiliis Lucanorum ire iuſſiſſet. Non enim tanta calliditate id machinatum fuiſſe, quin aperta veſtigia apparerent, omnia ea conſilia à ſe profecta. At ille in ſolita perſiſtens ſimulatione, nulla ſua opera id factum fuiſſe tuebatur. Genuenſium id opus eſſe, qui ſocio & amico auxilia decreuerint. Neque verò id à ſe potuerit prohiberi. Quamuis enim ſub ſua ditione forent, nullo tamen pacto, nulla lege vetari, quin cui velint proprio ſumptu auxilio eſſe queant. In multis enim libertatẽ illis conceſſam, qua ſuo iure vtendi facultas admiſſa eſſet. Licere quoque & Venetis ſecundum fœderis formulam ſubſidia Florentinis, quæ velint mittere. Hoc dato reſponſo cũ Venetias orator reuertiſſet, haud ignaris Philippi conſilij (palam enim erant Venetis) viſum eſt, nil tunc noui tentandum eſſe. Suadebatur tamen à Florentinis, vt bellum inſtaurarent, cum magna pars abeſſet præfectorum, qui ſub Philippo militabant. At illi prioris belli impenſa debilitati, decreuere haud quaquam nouo implicari bello.

Philippi Mariæ verſutia.

Venerat Piccininus trãſito Macra flumine ad Petram ſanctam oppidum Lucanorum, Guidantonius cum exercitu per ripam Anſeris, quæ ad Lucam vergit, poſuerat caſtra, foſſaque circundederat, quo tutiora ab incurſu ciuium redderetur. Piccininum enim vis aquę (media enim ferè hyems erat) prohibebat à trãſitu, cuius copiæ duarum ferme legionum numerum conficiebant. Erat in caſtris Piccinini rerum omnium, quę nauibus à Genuenſibus ſubuehebantur, copia, apud Florentinos verò ex difficultate annonæ comportandæ ſumma inopia, adeo vrgente fame, vt multi deſertis abirent caſtris, quidam ad hoſtes tranſirent, qui res conſultandi cauſam duci ac præfectis dedit, mutanda ne eſſent caſtra, an fortuna certaminis expectanda. Inter conſultandi tempus Anſer paululum imminutis aquis facultatem præbuit fluminis tranſeundi. Præmiſerat ad ripam fluminis Nicolaus agaſones, iumentaque cum frumento, quod ſuperato fluuio in vrbem fame oppreſſam cõportaretur. Dubitabat tamen vadi ignarus Nicolaus aquam ingredi, qua in re cum hæſitaret, paululum iumenta cum cuſtodibus vltra ripam vagantia, atque longè à militibus diſperſa cõſpicatus equitum Florentinorum præfectus quidam prædandi cupidus, cum turma equitum noto vado vlteriorem ripam tranſgreſſus nonnulliſque nil tale ſuſpicantibus ex improuiſo captis ad ſuos redijt.

Caſtra Florentinorũ prope lucã ſita.

Interea tumultum ſentiens Nicolaus, conſpecto hoſtium regreſſu dempto que traiiciendi timore ſuos ad tranſeundum flumen hortatus eſt. Inque primis ipſe aquam ingreſſus, (& iam veſper erat) ad hoſtes cum equitatu omni peruenit. Superataque foſſa cum eos fere in-

A compoſitos repeiiſſet, hortatus ſuos ad pugnã commiſſo prælio fudit ac fugauit. Superueniere quoque ab vrbe plures ſubſidiariæ cohortes, quæ præcipuè ad victoriam contulerunt. Profligati omnes ſunt, maximaque ex parte capti. Qui ſuperfuerunt profecti Piſas poſt ſolis occaſum peruenere. Culpatur de hac incuria tum dux exercitus parum ad bellum inimici prouidus, tum præfecti equitum nonnulli inter ſe diffidentes, qui mutuo odio ab hoſte malebant vinci, quàm aut ſe tueri,

A.C. 1431.

B aut potiri victoria, dummodo alterius pernicies ſequeretur, nihili pendentes aut eorum famam, aut reipu. pericula. Piſis timore amiſſi exercitus pauor ingens fuit, atque tumultus. Territæ quippe & conſternatæ erant omnium mentes, vt ſi hoſtis eo caſtra poſt victoriam mouiſſet, vrbem proculdubio abſque vllo certamine fuiſſet capturus. Caſtra cum omni tormentorum bellique apparatu amiſſa, perdita quoque impedimenta omnia, cæteraque militari vſui neceſſaria. Pauci & ij agreſtes interfecti, plures vulnerati, equi ad quatuor millia in hoſtium poteſtatem redacti. Potuit Nicolaus

Grauis in vrbe Piſis perturbatio.

C vel Piſas petere metu territas, vel prædabundus in agrum Florentinum nullo impediente ſi libuiſſet, tranſire: ad quæ multorum præſertim Genuenſium ſuaſiones hortabantur. Sed vtrunque renuit ille, ſatis à ſe factum dicens, qui vrbem obſidione, & fame liberaſſet. Id ſane Philippi conſilio factum conſtat: qui nulla in re pacem à ſe violatam videri volebat, recipiendis tamen, quę defecerant caſtellis operam Nicolaus dedit, quo magis ciuitas quieſceret ab hoſtium metu & ſimul vt commeatus ex propinquis locis facilius in vrbem com-

D portaretur.

Exercitus reparatur.

§. VII.

ACCEPTA exercitus clade decem viri inſtaurandis copiis ſumma cura incumbunt ſingulis equitum præfectis impenſa pecunia, qua equites repararentur, quæ tamen cura erat præcipua ciuitatis. Orta deinde ſuſpicione Senenſes pro Lucanorum defenſione,

E quam cum ſua coniunctam dicebant, arma ſumpturos, orator à Venetis & decem viris Senas miſſus eſt, qui peteret, ne eo bello ſe immiſcerent, in quo nihil eis præiudicij fieri poſſe, neque enim ad eos vllam belli cauſam ſpectare, nec debere eos pro aliena quiete ſuſcipere laborem belli ſatius eſſe cum finitimis ac propinquis amicitiam ſeruare, quam externos & procul à ſe remotos tueri. Sibi cum Senenſibus pacem & fœdus eſſe, videant diligenter, ne quid ab eis tentaretur, quod vtriſque non paruæ calamitatis materia eſſe poſſet.

F Creatus conſulto fuerat populi capitaneus qui ſupremus eſt vrbis magiſtratus, Antonius Petructius, antea, vt retulimus, miſſus ad excitandos tum Philippum tum Genuenſes ad ferendum ſubſidium Lucanis. Is aſperum reſponſum dari oratoribus iuſſit. Non eſſe in rẽ Sup. §. 4.
Senenſium vrbem Lucam ſubiici Florentinis: nam ex eorum damno ſua calamitas penderet.

Si Flo-

A.C. 1431.

A Si Florentini ea vrbe potirentur: facilè in ſe verſuros arma, ſe tamen ex tempore conſiliũ capturos in quo ſalus patriæ contineretur. Apparebat his verbis eos obſequuturos Philippi quieté aſpernantis voluntati, bellumque eius nutu decreturos fœduſque paulo poſt cum Genuenſibus fecerunt, vt communi impenſa bellum gererent pro Lucanæ vrbis libertate. Huic fœderi additus eſt Martini pontificis ſuaſu Ludouicus Plumbini, Dominus, parum memor beneficij à Florentinis ſuſcepti, qui B teſtamento patris tutores filij relicti ad ætatem vſque adultam ei dominium ſeruarunt. His rebus moti decem viri: Franciſcum, qui Mirandulæ hyemarat, vna cum Venetis magnis pollicitationibus ad ſua ſtipendia traducere conati ſunt. Quorum poſtulatis cum exquiſitæ conditiones afferrentur, aſſentiri videbatur. Philippus tranſitum eius ad hoſtes vetitus, oblato filiæ nondum nubilis matrimonio, ab eo propoſito auertit: inque ſuas traduxit partes. Suſpẽſis tũ Venetis tũ Florẽtinis ad mouẽdũ Philippo denuo bellũ ſuperuenit Ma C tini mors pontificis: qui ducis cauſæ admodum fauerat. Id tum ſpem tum metum incuſſit multis iis præſertim, qui eum habuerant nouorum authorem conſiliorum.

Martini 5. Pontificis mors. A. C. 1431.

Sciendum, quòd ante mortem quaſi per annum Martinus miſerat non ſolum dominum Iulianum cardinalem Baſileam, & pro concilio & contra Bohemos, ſed etiam cardinalem Bononienſem, ſcilicet Cartuſienſis ordinis, Dominum Nicolaum in Franciam, ad componendam pacem inter regem a Franciæ, & du- D

Ex Gallorum Chr. vide Aem.

a *Multa quæ ad hunc locum pertinent ſuperius à nobis ſunt recenſita: ſ. pere. ſ. vt de Carolo. 7. ſub quo maximè iſta euenerunt plenius diſſeramus. Carolus (inquit Aemyl. 1ſ.) primus cum iam Ocuanorum animis confirmans, quos Araucicenſis princeps, vt ad Burgundionem deficeret, ſollicitabat, Delphinatium iuuentutem conſcripſiſſet, & ex Italis milite mercede conducto in Aruerniam ſe contuliſſet, reſque ibi à Ioanne ſaltuario turbari cœptas pulſo auctore compreſſiſſet, allata morte patris maiore iam conatu res agere conſtituit. Aderant egregij* E *exercitus duces, ac milites ex his ciuitatibus, quas integras, ab aduerſariorum factione ac dominatu Anglorum ſua virtus fideſque ſeruarat. Erant etiam nõ nulla hæque illuſtres familiæ, quæ quod opes oppidaque haberent beneficiaria regum, alia Henrici, alia Caroli, cogebantur aut alterum ſecuiæ alterum offendere, aut ancipiti gratia diſtineri. Obſidebant Angli Crepantum, Butatius magiſter equitum eximere clauſos obſidione conatus, duobus ſuorum millibus deſideratis, reliquis ſibi fuga conſulentibus, capitur oppidum amiſſũ. Hoſtes ex Andibus Cenmanniſque prædam ingentem maxime pecorum abigentes, Frãcus in finibus Sagienſium aſſecutus præda exuit, ad* F *mille quingentos occidit. Fanum Michaelis, cuius excelſæ radices arcis Oceano alluuntur hoſtis obſidebat præſidia diſponit, turreſque ex materia excitat, & munitionibus circundat. Britannus enixè rem Francicam iuuit, inde claſſis profecta hoſtium naues fudit, fugauit, frumentum cuius inopia laborabant importauit. Claſſiarij iuncti oppidanis præſidioque munitiones expugnant, ea de cauſa obſidionẽ ſoluũt.*

Variante belli fortuna Vernolium hoſtes capiũt,

Carolus 7. in regni initio res geſtæ. A. C. 1424. & 1425. & 1426. & 1427.

cum auxilio Francis occurrentibus, initio pugnæ victi tandem eripuiſſent victori victoriam. Quinque ferme millia cecidere. Dux Alenconius captus, ac paulò pòſt redemptus eſt. Ferox victor Canomannos oppugnat, deditio facta eſt. Mox cum non ſatis valido præſidio relicto diſceſſum eſſet, oppidani regios euocant, mœnibuſque recipiunt. Præſidium miſſo ad ſuos nuncio quo ſtatu res foret conglobati turrim per opportunam ſaluti tutandæ occupant. Breui Tallabotus Anglicæ nobilitatis clariſſimus bello dux affuit. Regiis pulſis, de auctoribus defectionis ſupplicium ſumptum Ligerim vſque imperium Anglorum peruenerat.

A.C. 1432. Angli in bello ſuperiores.

Nec cuiquam dubium erat quin Aurelianum nobilem ad Ligerim vrbem tentaturi eſſent, Ciuium fides eo bello enituit. Suburbia, quæ inſtar vrbis erãt ſolo adæquant, & diuiſis inter ſe partibus Comiti Salebérienſi vrbem grauiter oppugnanti animo præſenti & imperterrito ad omnia occurrunt. Eo conatu repulſus obſidere vrbem cœpit, in vlteriore & citeriore ligeris ripa propugnacula extruens ne ingreſſus egreſſuſue cuiquam pateat. In Biturigibus erat rex. Ex finitima ciuitate ſpes auxiliorum commeatuſque per diu clauſos ſuſtinuit. Vbi fames ingraueſcit, ſtat ſententia non dedere ſe Anglo, ſed Burgundionis fidei ſe credere. Id non abnuebat Burgundio, ſed id non poterat, niſi auctore Anglo fieri. Salebérienſis id nequaquam concedere ei voluit: qui deinde è mœnibus tormento ictus biduo poſt deceſſit.

Aureliani obſidio. A.C. 1428.

Iam mortales, immortaleſque rem Francicam reſpiciebant, Ioanna Lotaringa puella duodeuiginti circiter annos nata, ſub patre oues paſcere ſolita, ad regem ducitur, prædicans ſe mente diuinitus admonita venire, profiteri que ſe Anglos Francia exacturam. Mirabundo rege multiplici percontatione procerum vexata ſemper ſibi conſtitit, nullum ei verbum niſi pudicum ſanctumque excidit. Concilio ducum ſanctorumque non aſpernenda res viſa. Militari ergo habitu, accepto ab rege exercitu, ducibuſque traiecto flumine, obſeſſis ſeptimum iam menſem clauſis, auxilia commeatuſque intulit crebriſque eruptionibus obſidionem ſoluit, circunferendoque bello variis ducum conatibus, circumiecta oppida, quæ hoſtis occuparat recepit, leuibus præliis quæ tamen in ſummã vniuerſæ rei ſpem proficerent, Anglo fatigato. Ad tria hoſtium millia in Belſia cæſa.

Ioãna puella obſidione Aurelianum liberat. A.C. 1429.

Nec fortuna ſe offerenti defuit Francus rex: vtque Anguſtior ſuis hoſti formidoloſior foret, auctore ac duce puella Rhemos ad ſacrum Chriſma regnique inſignia ſuſcipienda profectus, quod ab Antiſſiodorenſibus commeatu ſubleuaretur, pacato agmine per eorum fines inceſſit. Fanum Florentij & mœnibus admiſit, & commeatu iuuit. Ad Tricaſſes nouem dies hæſit, conuenit, vt præſidium incolume abiret, ciues ſe dederent. Catalaunum nullam ſe dedendi regi moram interpoſuit. Rhemi ſummo plauſu, fauſtiſque acclamationibus exceperunt. Sacratus coronatuſque Surſſiones recepit.

Rex Rhemos ad coronationẽ proficiſcitur.

Ad vrbem regiam copiæ ductæ, Belfordienſis in eam regreſſus, diligentia virtute nullũ locum omnia attentanti hoſti opportunum reliquum fecit. vulnus etiam ad portam Honorati accepit Ioanna, reque infecta copias reduxit, ac bellum ad fanum Petri Moſterienſis vertit. Puella recepto Moſterio, fruſtraque tentato Caritatis fanos caſtra inde mouet, vt obſeſſo compendio opem ferret. In oppidũ quidem irrupit, ſed eruptione poſtea facta in poteſtatem hoſtium venit. Rotomagum ducta ab Anglis ſu

Puella Lutetiam expugnare tẽtat. A.C. 1430.

perſtitionis

A.C. 1431. Puella Rotomagi cō bāritur. A.C. 1431.

perſtitionis falſæque religionis inſimulata, igne cremata eſt. Aurelianenſes puellæ ſtatuam poſuere. Obſidio Compendij virtute præſidij erumpentis & auxiliis exteriore parte aduenientibus ſoluta eſt. Melodunenſes præſidium Anglorum in arcem compulere, ac regiis euocatis coegerunt illud ea relicta ſibi ſalutem paciſci. Cornolium ſine certamine receptum, ac maxime præterea Bryæ pars.

Henricus 6. rex Franciæ Lutetiæ ab Anglis coronatur. A.C. 1432.

Angli verò Henricum 6. Quinti & Catharinæ Franciæ regis filiæ filium euocant ex Anglia, Lutetiæ in æde ſacrarum maxima coronatur, operante Cardinale Vinceſtrienſi. Nec id francos terruit, quo minus ſecundarum rerum curſu vterentur.

Franci multas vrbes Anglis eripiunt. A.C. 1433. & 1434.

Carnutas arte recepere, præmiſſo ſub lucem agitatore cum curru, qui tanquam in macellum piſces importans cum in portam promendi donandique piſcis cuſtodi conſiſteret, antequam cataracta demitti poſſet aduolauere inſidiatores, occupataque porta vrbe potiuntur. Dux vero Philippus minus iam acer defenſor Anglicarum partium propiora reſpiciebat. In Normania Caleti iuſſi in francos pugnare armis in Anglos verſi, cum franciſque iuncti, & fiſcanum & circuniecta munita loca hoſti ademere. Alia parte fanum Dionyſij Duce Franci noctu occupauere. Opes Francorum maioribus in dies augebantur incrementis, ſed vniuerſa Frācia belli mala ſcatiebat, cultu agrorum intermiſſo. Quare adacta permagna nobilitatis pars, quam Anglici tædebat imperij, ſe ad Burgundionem contulere.

Pax Atrebatenſis inter Carolum & Burgundionem. A.C. 1435.

Hi apud Philippum ducem in magno erant honore prædicabantque Carolum regem de Burgundionibus, & præclare ſentire, & amice loqui, ac ad omnem mentionem cæſi Ioannis Ducis ingemiſcere. Ita Ducis ira deflagrante, ſimul duobus Romanis Cardinalibus vltro citroque commeantibus efficitur vt in Atrebates Anglorum ducū Franciique regis, ac Burgundionis Ducis oratores conueniant. Ibi de pace agi cœptum Anglo regni Franciæ æmulo ſatisfieri nō potuit, æquiorem Burgundio reſpiciendis ſanandiſque patriæ malis ſe præbuit, nec quicquam Francus propinqua cognatione iuncto Duci denegauit. Nam diſſociandus ab hoſte dux præpotens erat, ac gratia quanticunque reconcilianda. Ita indignatio quæ ſumpta Anglos Franciæ dominos impoſuit eadem depoſita Francos ab externo dominatu vindicauit.

Lutetia in regis poteſtatem redit. A.C. 1436.

Ad famam pacis Atrebatenſis inprimis Regia vrbs animos ſuſtulit, optimateſque paulo apertius ferro quid ſentirent: coitiones conſpirationeſque factæ, ac aliquot eorum ad regios duces clam profecti accepta fide nemini defectionem vllamve rem ſecus factam fraudi fore, rationem tradendæ vrbis compoſuere. Traiectis ſub nocte ponte ad Piſciacum copiis, duces regij prima luce cum ad portā D. Micchaelis perueniſſet, optimates ex compoſito multitudinē ad arma in Anglos capienda concitant. Simul Anglis tumultu Vrbano, & hoſte pro mænibus perſtrepente territi Regij aliam portam refringunt, alij adiuuantibus ciuibus in muros ſcalis ad hoc præparatis euadunt, fit Anglorum fuga. Ciues catenas viis viciſque ad impediendam fugam prætendunt, ferro premunt, cædes paſſim fit: ita vrbs regia ad priſtinum redit imperium, & Burgundionum ad eam diem inuiſum nomen fauſtum fœlixque factum, ac memoria factionum ſublata. Villarius vt in intercipienda vrbe operam præcipuam Burgundioni nauarat, ita in reddenda regi virtutem præſtitit ſingularem.

A.C. 1432. Calitium Burgundio obſidet, & Flandriā domat. A.C. 1437.

Burgundio Calitium obſidit, ſed ibi plus negotij ei aduerſus ſuos quam hoſtis fuit. Terra egregiè vrbem premebat portum abſtructurus: in eius faucibus naues multas ſabura graues ſuppreſſerat cæterum æſtu recedente è breuibus moles obiecta ab obſeſſis detractæ liberatumque oſtium portus, & claſſis ex Anglia copias egregias tranſuehebat: ad cuius aduentantis famam vetus miles nihil territus permanendum, & fortunam prælij tentandā cenſebat. Tyro miles in Flandria tumultuario delectu eductus domum ſpectabat, nec imperio precibuſue retineri potuit. Coactus dux obſidionem ſoluit. Mutua exorta ſuſpicione Dux copias ſub ſignis ducebat Brugas, oppidani quod viſum eſt copiarum intr oire, atque ipſum ducem paſſi, cum plures, quam tutum videretur ingredi conarentur, fores portæ obiecerunt, turrimque armati tutabantur. Dux incluſique altera porta refractis clauſtris ſibi exitum repererunt. Maiori ſucceſſus ira dux, vrbem commercio cæterarum probibitam fama domuit. Veniam impetrauere ingentem vim auri pacti, ac quamplurimis demiſſiſſimorum animorum legibus obſtricti nudatis pedibus aperto capite ex vrbe ſuppliciter occurrentes Duci ſub ſignis aduenienti. Sic ſua dignitas Franciæ reſtituta. Hæc ad annum vſque circiter milleſimum quadringenteſimum trigeſimum ſeptimum euenere, quæ poſtea geſta ſunt commodiore loco & tempore opera differemus. Porro extant inter inferius Gerſonis duo opuſcula in huius Puellæ Ioannæ defenſionem, quam nonnulli magiæ ſuperſtitioniſque arguebant. Pius ſecundus etiam in Aſia cap. 20. & in Europa cap. 43. eam laudat. Eius etiam Fulgoſus lib. de claris mulier. vitam copioſe deſcribit.

Bellum inter Carolū 7. Franciæ regē & Burgundiæ ducem Philippum.

cem Burgundiæ: loco enim tempore fuerant grauiſſima bella inter eos. Et quodam tempore dux Burgundiæ præualuit multum contra regem Franciæ, quem ducem adiuuabat rex Angliæ, & multas terras ei abſtulit. Poſtea reſumptis viribus rex recuperauit amiſſa, & multa arripuit oppida, & ciuitates etiam Burdegalam de territorio Anglorum.

Tunc autem obtulit ſe regi Franciæ quædam puella, filia ruſtici, aſſueta gregē paſcere, dicēs ſe miſſam adiuuandum exercitum eius, ætatis octodecim annorum vel circa. Quæ in multis eos inſtruxerat in bellando, & ciuitates capiendo. Hæc equitabat apte, vt miles, in exercitu ibat cum eis, inſidias inimicorum detegebat, & modum ad capiendas ciuitates docebat, & multa alia admiratione digna agebat, quo autem ſpiritu ducta, vix ſciebatur. Credebatur magis ſpiritu dei, hoc patuit ex operibus ſuis. Nihil enim inhoneſtum in ea videbatur, nihil ſuperſtitioſum, in nullo à veritate fidei diſcrepabat, ſacramenta confeſſionis & communionis frequentabat, & orationes. Et poſt multas victorias regis Franciæ, in vno conflictu cum Burgundionibus copiarum regis Franciæ capta, ab eis occiſa eſt. Deinde facta eſt pax inter eos poſt millia milliū vtriuſque partis occiſorum, & regiones vaſtatas & deſolatas. Habuit initium hoc bellum propter interfectionem vnius ducis Burgundiæ violantis alterius torum.

Creatus exinde Eugenius pōtifex, Venetus natione multorum animos auxit, nonnullo-

rum

A.C. 1432. [E]ugenius [p]apa creaut. Ex [L]eo. Aret. Biond. id habet. ibi. A.C. 1431. Ad pacem omnes hortatur.

rum debilitauit. Acceſſerant Romam de more gratulátium pontifici Philippi, Venetorum ac Florentinorum legati petentes maximè, vt authorem præberet ſe pacis ſeruandæ. Is acrioribus verbis ſingulos ad pacem hortatus, ſe hoſtem futurum illi minatus eſt, qui pacem, & ictum fœdus violaſſet. Deprecantibus tamen Florentinis Micheletum mille equitum præfectum, vt eis ſubſidio belli eſſet (inopia enim equitatus vrgebantur) conceſſit. Senas inſuper miſit cardinalem Bononienſem legatum, qui omnes ab armis, & bello mouendo deterreret. Quæ res Ducis pacem horrentis animum à pontifice alienauit, cauſámque præbuit multarum Eugenij, quibus poſtea vexatus eſt, calamitatum. Hoc bellum à Florentinis motum contra Lucenſes, maxime attriuit Florentini populi opes, ac in ſummum diſcrimen adduxit, cum & Piſæ vix & anxiè retentæ ſint in poteſtate, & omnia caſtella Piſani Volaterraniq; agri fuerint amiſſa, & in Aretinis fluctuarent omnia, & in Florentino agro caſtella quędam Senenſes occupaſſent, & intra vrbem crebris intolerabilibúſque tributis ciues exinaniti, & ærarium penè eſſet exhauſtum. Querelarum itaque plena erãt omnia, vt fieri ſolet in populo malè ſuccedentibus rebus, nec quicquam erat odibilius, quàm hi ciues, quorum opera bellum fuerat ſuſceptum.

Lucenſe bellum quot mala Florentinis attulerit.

Et communiter à ſapientibus, & non paſſionatis bellum illud iudicabatur iniuſtum ex parte Florentinorum. Si enim tyrannus læſerat, & iam punito tyranno ciuitas liberata erat, quid cauſæ iuſtæ contra eam habere poterant, cum quærerent cum eis pacem? Verba etiam Nicolai de Vzano in ſua concione in concilio habita ſatis hoc oſtendunt. Vnde væ illis, qui infinitorum malorum cauſa extiterunt, inde ſecutorum, procurantes & perſuadentes bellum iſtud.

Bellum Florentinorum contrà Lucenſes iniuſtum.

Florẽtini Lucam iterum perſequuntur. & aduerſus Philippum Veneti cum Florentinis fœdus feriunt. Leonar. Aret. Blond. & Petr. Marc.

§. VIII.

AVCTI nouo equitatu Florentini, rurſus Lucam infeſtis armis aggrediuntur, qua permoti re Genuenſes portum Piſanum duabus onerariis nauibus & quinque triremibus infeſtum reddidere. Conſpecta ad violanda pactis fœdera Philippi pertinacia, Venetos de bello aduerſus eum inſtaurando conſilium capere coegit. Renouato igitur cum Florentinis fœdere, cui Montisferrati Marchio & Orlandus Parauiſinus acceſſere, Carminiolam belli ducem in agro Brixiano tenentem copias ſui conſilij cõcium fecere. Philippus id quod erat, ſuſpicatus Venetorum Ducem, aliqua re inſigni quemadmodum antea, bellum eſſe moturum, diligentiori cura aſſeruabat omnia, miſſis præſidiis ad loca ſingula, à quibus peri- A culum imminere arbitraretur, quæ res illi admodum profuit. Nam Carminiola, ſicuti priori fecerat bello, alicuius vrbis defectione arma inferri quæritans, cum cuſtode arcis Laudę vt bis egerat de illius proditione, qua patefacta in proditorem eſt animaduerſum.

A.C. 1432.

Philippus, vt illum ſuis vlciſceretur artibus, Suncini Cremonenſium oppidi cuſtodi arcis mandat, vt fingat ſe Carminiolæ arcem die conſtituta traditurum, tranſactis conditionibus, qua die, quáque ratione arcem traderet. Ad præſcriptum tempus cum magna B parte exercitus noctu acceſſit Carminiola, nonnulliſque in arcem intromiſſis, Nicolaus Tolentinus ac Franciſcus ex inſidiis cum magna equitum manu prodeuntes, hoſtem nil tale verentem inuadunt, qui poſt acre prælium tandem fuga ſalutem petens, ad mille equites amiſit. Non tamen his deterritus, in agro Cremonenſi metatus eſt caſtra.

Carminiola dum proditione Cremonenſem arcem tentat proditione repellitur.

Dum hæc aguntur à Venetis, Nicolaus Piccininus, cum audiſſet renouatum in Longobardia bellum, ex Genuenſium Lucæ propin- C quis, & iis qui receperat caſtellis, profectus in agrum Piſanum, incurſione facta plura caſtra tum vi expugnauit, tum voluntaria (vt quæ Florentinos ſemper odiſſent) deditione facta cepit. Addiderat ſe ei Antonius Piſanus, quẽ diximus in primis à Philippo in Lucæ præſidium veniſſe. Qui cum ſingulos ad defectionem ingentibus promiſſis ſolicitaret, multi patriæ extorres ad eum confluxere, ſpe libertatis Piſanæ vrbis recuperandæ. Et forſam ſecuta eſſet defectio, niſi detecta proditione, qui- D dam equites mulctati capite fuiſſent, relegati tum Florentiam ciues ferè omnes, nequid noui moliri poſſent. Relicto ad infeſtandam vrbem cum cohorte exulum Antonio, ipſe verſus Volaterras proficiſcitur, captiſque nonnullis, in itinere caſtellis plura intuliſſet vrbi mala, niſi Michelettus auxilio præmiſſus impetus Nicolai cohibuiſſet.

Multa Florentini caſtra amittunt.

ſup. §. 4.

Suadebat interim Senenſibus Nicolaus, vt aduerſus Florentinos mouerent arma. Qui cũ reſpondiſſent ſe à Philippo promiſſa expecta- E re duorum millium auxilia, tunc ventura, ſpopondit Nicolaus, cum Florentinis mouiſſent bellum, & ex eorum agro prædas abegiſſent. Ea re maturè conſultata vallem Ambræ ex improuiſo inuaſerunt, comes Cunij Albericus cum duabus equitum turmis ad Nicolaum venerat vſque ad Senenſes ire iuſſus. Erat in vallæ Elſæ Nicolaus regione oppidis referta, quæ expugnationi opportuna erãt, niſi illum potiundi Aretij ſpes oblata à propoſito auertiſſet.

Senenſes cõtra Florentinos mouent.

F Aretini poſtquam ſub ditione Florentina venere, conſtanti animo ſemper in fide perſtiterunt. Sed Mariottus quidam ciuis, nec ſuis contentus rebus, & aliorum fortunis inuidens Nicolaum allexit ad ſpem vrbis potiundæ. De qua tradenda cogitans, duos in eandem ſententiam traxit. Tertius ab eo tentatus dolo palam facto, ſaluandæ ciuitatis cauſam præſtitit. Nam appropinquante hoſte, omnis ciuitas ad defendendam vrbem vna concurrens ſupplicium de proditoribus (qui capite puniti ſunt) poſtulauit. Fruſtratus ea ſpe Nicolaus nonnul

Aretium proditione tentatur.

A.C. 1432.

nonnulla caſtella cepit,atque diripuita & vallis Amræ oppidula tria à Senenſibus capta ſunt.

Cremona ab exercitu veneto obſidetur. iidem.

§. IX.

INTEREA cum Cremona binis obſideretur caſtris,copiæ vero Philippi diminutæ eſſent quoniam Nicolaus Tolentinus ad Florentinos tranſierat atque ad opitulandum Eugenio miſſus pontifici erat: Piccininus ad reprimendas hoſtium vires ex Tuſcia reuocatur à Philippo. Erant enim in Venetorum exercitu ad millia hominum viginti quatuor, Philippi verò nequaquam pares. Claſſem quoque maiorem Veneti,quam ſuperiori anno in Pado parauerunt nauium ſexaginta, inque ea decem peditum millia locauerunt, præter remiges,aliamque calonum multitudinem,qui ferme pedites æquabat. Huic Nicolaus Taruiſanus præficitur. Armauerat Philippus etiam in Ticino claſſem,ſed paulo numero inferiorem militibus tamen,apparatuq; nõ diſparẽ. Eius præfectus deſignatur Ioannes Grimaldus Genuenſis vir belli naualis peritiſſimus.

Michelettus Florentinus,, Albericum Senenſem vicit.

Dum apud Cremonam verſatur fortuna belli Michelettus Florentinorum dux congreſſus acie apud collam oppidum cum Alberico equitatus Senenſis præfecto, qui omnibus copiis agrum Florentinum populabundus intrauerat, fudit ac fugauit,ad mille aut amplius equitibus captis. Qua victoria Florentinorum res in Tuſcia ſuperior viſa eſt. Id quoque admodum profuit, quod Albericus Philippo in ſuſpicionem proditionis equitum venit:ideoque in Longobardiam eſt reuocatus. Rei bene geſtæ gloria irritatus Fortebrachius,ægreque ferens ſibi Michellettum eſſe præclarum,relictis Florentinis Typhernates inuaſit. Pontifici pollicitus ſe eam vrbem (ab eo enim defecerat) in ditionem eccleſiæ redacturum. Cuius receſſu Florentinorum equitum vires paulo exhauſtæ ſunt, lentiuſque iam in Hetruria bellum gerebatur.

Apud Cremonam verò acrius certabatur. Et cum Venetorum numero, & robore ſuperior foret potentia, viſum eſt Philippi præfectis claſſicæ expeditionis fortunam experiri. Prouocabant ſingulis diebus Philippi equites leuibus præliis hoſtem,quo animus illorum auerteretur ab armandæ claſſis ſuſpicione. Statuto vero tempore Nicolaus & Franciſcus pręcipui Philippi duces naues aſcendunt impoſitis electis ex equitum numero viris, qui tecti armis aduerſus nauales milites certamine ſuperiores eſſent. Erat Venetorum claſſis ad certamen prompta,ſed ignaua Philippi. Hæc Cremonam applicuerat equitibus munita. Neque id prius eſt animaduerſum, quam in prælio fulgentia aduerſariorum arma conſpecta ſunt,cum ipſæ aquæ impetu claſſis Philippi in hoſtem fertetur. Excepit eam haud inferio animo Venetus. Commiſſaque pugna

Pugna naualis.

A cum inſolitos ferri aquis conſpicerent armatos idque erat ſuſpicatus dux claſſis, & ipſe Carminiolam rei admonens,poſtulauit, vt & ipſe ſuis,qui in propinquo erant opem ferret, niſi forte mallet hoſtem victoria potiri. Ille ſeu dolo(vt quidam ſuſpicati ſunt) ſeu ſuperbia,cuius erat impotentior, præfecti ſpreuit poſtulata, verborum addita contumelia, ſuo illum conſilio ad eam diem rem naualem adminiſtraſſe,ſuiſmet viribus certaret. Deſtitutus ſuorum auxilio Venetus, cum ad noctem

B vſque pugna eſſet protracta, tandem quatuor amiſſis nauibus ſuos reuocauit.

Poſtera die auctis viribus,Philippi pręfecti, maioribuſque etiam nauibus impoſitis copiis ad hoſtem diluculo pergunt. Atrox atque aſperum certamen fuit, nec abſque multorum finitum cæde,nam altera alteri naui inſerta, veluti collato pede pugnabatur, ſaxis,verutis, ſagittis,gladio, igne attctabatur:ardentes volabant faces,omnia ſanguine & cęde redundabant,nulluſque fugæ relinquebatur locus. Ad hæc bombardæ multis mortalibus vitam abſtulere,vulnera & ſanguis ante ora obuerſa

C bantur,nec quicquam niſi de inferenda agitabatur morte. Aderant hortatores,hinc Philippi præfecti,illinc dux Venetus, cęterique quibus nauium cura ſingularum demãdata erat. Tandem Philippi claſſis integris ac nouis munita viris,quos equi vehebant,vnica Venetos Carminiolæ culpa qui eos ſuo deſtitui auxilio eſt paſſus,ſuperat: atque in fugam vertit. Quinque tantum naues ex tanta claſſe euaſere,reliquæ cum omni bellico apparatu in poteſtatem hoſtium deductæ. Ad duo millia ex Claſſis Philippi vincit Venetam.

D vtraque acie(quod raro ante contingit) deſiderati ſunt:præda ingens fuit partim diſtributa militibus,partim in caſtra conuecta. Duæ de triginta ex maioribus nauibus Papiam ſub ductæ,gratum Philippo ſpectaculum, præbuere. Vt qui Venetos maritimis expeditionibus aſſuetos,nauali prælio ſuperaſſet. Magnum ex amiſſa claſſe Venetis detrimentum acceſſit, ad quadraginta enim aureorum millia calamitas æſtimata eſt,non tamen minuit ea clades animos Veneti ſenatus,ſed acrius ardentiuſque ad belli curam incubuerunt.

E

Veneti aliam claſſem contra Genuenſes inſtruunt. Blond. ibi. Petrus Marc. Leo. Aretin.

§. X.

E VESTIGIO enim nulla aduerſa conterriti fortuna,viginti triremes paruo tempore armarunt,duce Petro Laufedano: cuius virtus pluribus naualibus claruerat pugnis.

F Et inſtructas,parataſque in mare inferum aduerſus Genuenſes miſere:quo acceptam ab illis contra pacis antiquæ fœdera iniuriam vlciſcerentur. Huic claſſi ad idus Auguſti quatuor longas naues inſtructas milites Florentini addiderunt,quibus virum mari expertum præfecerunt Raimundum Manellum, cuius

opera

A.C. 1422.

opera potiſſimum victoria parta eſt. Ingreſſi quoque ſunt naues nobiles quidam Genuenſes, patria extorres, qui multum tum concilio, tum viribus ad rem agendam profuerunt. Genuenſes ad famam parati, claſſem & ipſi quatuor & viginti triremes, ac onerariam nauem ex naualibus deduxerunt. Huius claſſis præfectus creatus eſt Franciſcus Spinola, vir primarius, magnæque inter ſuos authoritatis. Appropinquauit Genuę claſſis hoſtium ad millia paſſuum decem, in ſinum quendam quem rapallum vocant, delata. Quod cum eſſet in vrbe nunciatum iuſſus eſt Franciſcus in hoſtem ferri. Ille libens, ſpeique plenus vt qui victoriam verſaret animo, in conſpectum aduerſariorum delatus, ſuos corpora curare arma expedire, ſeſéque ad pugnam parare iubet. Inde præciſſa oneraria naue, quæ terrore incuſſo ſubſiſteret, ſuo impetu triremes hoſtis petit: qui ſimulata fuga cœpit cedere, vt inſequendi veluti fugiẽtes cupiditate Genuẽſis claſſis dimiſſo ordine diſſiparetur. Indein primam prętoriam nauem a remos flecti, & verti iubet, quem impetum impauidus præfectus excepit pugnabatur vtrinque præſenti animo & viribus, tres Venetorum triremes à Genuenſibus premebantur, quas capiendi ſpe ductus Spinola, proram ad eas vertit. Tunc Florẽtina nauis, cui Raimundus præerat, ſuorum conſpicatus periculum, magna remorum vi fertur in Genuenſem, latusque impetit, parumque abfuit detexis remis, quin eo impetu prætoria ſubigeretur. In eã Florentinus inſiluit miles acerrimoque edito prælio ſuperatam nauem deuictamque capit. Capto duce cum cæteræ naues metu conſternatæ deficerent animis octo à Venetis, non tamen abſque cæde & vulneribus capiuntur, reliquæ in fugã verſæ. Diutius tamen æquis vtrinque viribus maioribus odiis certatũ eſt. Nam Veneti vincere aſſueti, acceptam Genuenſium opera in Pado cladem vlciſci cupiebant: Genuenſes verò, ne minoris viderentur animi quàm hi, qui in claſſe Philippi pugnaſſent, ſumma vi pro victoria certabant. Florẽtini etiam Genuenſium odio principium dederunt victoriæ. Hi tum in prætoria naui capienda, tum in expũgnandis aliis ſtrenui militis, ac præfecti operam nauarunt.

Altera pugna naualis.

Parta victoria claſſis Piſas rediit. Nõ eſt. n. fugientes proſecuta, qm̃ multi interierant, plures vulneribus erant confecti. Ad octingentos partim gladius partim mare abſumpſerat, ad duo millia erant vulnerib. debilitati. Capti in ea pugna ipſe claſſis præfectus, multiq; alij ex nobilioribus, qui captis nauibus præerant, primoque Florentiã, indéque Venetias ſunt miſſi. Hanc naualem victoriã ſecuta eſt in Tuſcia Micheletti proſperitas, qui nonnulla de Volaterranis oppida, & item de agro Piſano, quà Florentiam itur, recuperauit: quoque tutior via foret migrantibus, prope vicum Piſanum ſtatiua habuit. Nam Antonius Piſanus cũ naui exulum ex caſtellis Lucanorum agrum hoſtilem infeſtum populationibus reddebat. His mari terraque in Tuſcia geſtis, nihil in Longobardia geſtum eſt ea tempeſtate memoratu dignum.

Micheletti in Tuſcia res proſperæ.

Suſpecta fide Carminiola apud Venetos erat, propter denegatum conſilium & auxilium laboranti claſſi. Diſſimulabant tamen omnia, quæ ab eo aſſeuerabãt maturo cõſilio facta in fortunã claſſis deuictæ culpã reiciẽtes. Id agebãt, ne auerteretur ducis animus à cõſiliis belli, qui tamẽ indies magis ſigna proditoris oſtendebat. Nã cũ in principio autunni capiendæ vrbis Cremonæ facultas oblata eſſet, eam occaſionem ſponte omiſit. Delituerant apud Cremonæ pomœria noctis ſilentio Venetorum militum cohortes plurimæ, ac tam diu quieuere, quo ad murorum excubiæ circa ortum ſolis cuſtodias relaxantes ſomno ſe darent. Illæ ſcalis admotis mutum, cum aſcẽdiſſent nullo impedimento nonnulla propugnacula, turreſque præſidio valido firmarant. Venerat ad tertium ab vrbe lapidem cum exercitu Carminiola, peditatu omni ſilẽtio noctis, vt cæteris ſubſidio foret præmiſſo primo qui murum aſcenderant, confiſi venturo præſidio è muro eiſdem ſcalis diſſiluere, ortóque ad clamorem occurrentium certamine, vi portam propinquam ceperunt, repellentes ciues militeſque, qui eo defendendæ vrbis gratia confluebant. Duos dies porta à ſe capta defenſa eſt, tandem nullo præſidium afferente, deſerti à reliquis, vigilia, labore & vulneribus confecti deſperata ſalute, amiſſa porta, virili animo occubuerunt. Potuit facillimè ciuitas capi, ſi Carminiola exercitũ ad mœnia admouiſſet. Seddũ cunctatur, dum ſimulato metu inſidias & inanem timorem oſtentat, milites admiſſos perdidit, & id egit, vt merito poſtmodum ſupplicio afficeretur. Illi enim non erat tanto exercitui timendum, cum militum cohortes biduo portam abſque diſcrimine tenuiſſent. Erat autumni tempus continuis imbribus moleſtum, multique in caſtris equi interibant, ideoque exercitus eſt in hyberna miſſus.

A. C. 1423.

Cremona Carminiolæ culpa capta nõ eſt.

Piccininus in Marchionem Montisferrati deinde in Venetos mouet, & de Carminiola ſumptum ſupplicium. Bl. de. 3. lib. 4. Mar. Leo. Aret.

§. XI.

NICOLAVS interea Piccininus, cũ occidentale Genuę littus (cuius multa loca, authore Barnaba Adurno deſciuerãt) nõ abſq; nimiæ crudelitatis nota in poteſtatem redegiſſet, tranſtulit arma in Montisferrati Marchionem fœdere Venetis coniunctum, atque intra paucos dies illum exuſtis agris, incenſis villis omníque clade vaſtatis regionibus triginta oppidis ſpoliauit. Inde in Cremonenſem agrum deſcendens, duo oppida de Venetis iuxta Padum ſita cepit. Quæ res maiorem ſuſpicionẽ nem præbuit Venetis, Carminiolam animo à ſe alieno eſſe. Cùm enim in propinquo plura oppida forent, in quibus milites hyemabant, vt facilè iis ſuccurri poſſet, nunquam vel parui auxilij ſignum oſtendit. Hæc tam aperta illius animi corrupti oſtentatio Venetos compulit, vt ſecreto de illius ſupplicio cogitarent. Iactabantur enim vulgo multifariæ

A.C. 1433

eius proditiones deprehenſæ. Dicitur eã conſultationem octo menſes ante agitatam, quàm caperetur [hinc certe apparet] miranda ſenatus Veneti taciturnitas, & priſcæ virtuti Romanorum comparanda. Nam cũ ducenti ferme viri concilio: quo de eius pœna eſt agitatum interfuiſſent nunquam vel parua eius ſuſpicio emanauit.

Senatus Veneti taciturnitas mira. A.C.1433.

Vocatus demum vna cum Mantuano domino Venetias, per ſpeciem tractandæ pacis, cum ciuitati appropinquaret, multi præclari viri obuiam de more, prodeuntes, eum ad palatiũ principis deduxere. Ibi primo congreſſu benignè exceptus, cum per concilij capiendi cauſam ad noctem vſque verba protracta eſſent, omnibus eius comitib. abire iuſſis, ipſe in carcerem conijcitur. Quæſtionibus adhibitis, literisque, quas inficiari nequibat productis, ad hoc domeſticis teſtibus proditionis cõuictus vigeſimo poſtquam captus fuerat die in foro inter duas columnas ore, ne loqui poſſet occluſo, capite plexus eſt. Capita criminum duo in vulgus manauerunt. Vnum denegari in claſſem ſubſidij, alterum neglectæ Cremonæ culpa, cum biduo obſeſſis pe..tibus nullam opẽ tuliſſet. Hic finis ducis fuit bello præclari, quẽ ex fortuna [a] humili virtus ad ſummum prouexerat. Iuſtitia ſeueritáſque in eo ſumma viguit, latrocinia furtáq; ab eo in caſtris acerrimè vindicata. prædonib. infenſus, honoris cupidus, multorum ſupplicio vias tutas à latronibus etiam inter arma reddidit. Venetorum mores perteſum à fide prolapſum dicunt. Hac morte pacis mentio de qua Ferrariæ per oratores partium tractari cœptum erat, ſublata eſt: atque in bello perſeueratum.

Carminiolę mores.

Sublato belli duce, gerendi belli ratio Mãtuano, tribuſque Venetis, eſt concredita. Sed dum tardiuſcule armorum munia ſuſcipiunt, Piccininus fortunam etiam Carminiola præſente cœptam ſecutus, cum de Cremonenſiũ ditione multa cepiſſet, in pontis Ollij expugnatione, occipiti ex ſagitta percuſſus ex equo cecidit moribundo ſimilis. Læſus erat is neruus, quo læua pars corporis alitur. Ideoq; poſt medicorum curam, vſumque balneorum, ſiniſtrum latus eſt debilitatum. Quæ res Philippi ſecundas compeſcuit, pluráque oppida opulenta. quæ præſente Carminiola defecerant à Venetis recepta ſunt, quædam machinis expugnata. Ioannis inſuper Marchionis Montisferrati aduentus (is patria pulſus ad Venetos confugerat) multum animi adiecit ad bellum gerendum. aſſerentis ducis Philippi opes, & animum eo bello debilitatum.

Piccininus ſagitta percutitur.

Marchio Montisferrati ad Venetos tranſit.

At in Tuſcia Nicolaus Tolentinus aucto equitum numero, de volũtate pontificis (cuius ſtipendia recipiebat) accepta pecunia ad Florẽtinos tranſiis. Is Sauonam veniens Vrſinorum oppidum, populata maritima regione Groſſetum vſque, in agrum Florentinorum deſcendens, ſe Micheleto coniunxit, cómuníque conſilio multa de Senenſibus, atque omnia ferme quæ ditionis Piſanæ amiſſa erant, recuperauerunt. Cúmque ad oppidum Topolum (vbi plures Philippi equitum præfecti cum magno equitatu tranſituri Senas conuenerant) peruenissent, prælium inter eos cõmiſſum eſt haud inferius cæteris, quæ antea eo bello in Tuſcia erant commiſſa. Superatus Philippi equitatus quamuis numero ſuperior, fugatuſque eſt, captus Bernardinus eorum dux, & cum eo equites amplius mille. Antonnius quoque Piſanus cum ad caſtrum põtis eræ fugiſſet, in poteſtatem hoſtium, peruenit.

A.C. 1433

Mōtē Topulum vocat Bloa.

Inter hæc cum imperator Sigiſmundus nõdum coronatus, ex Germania per Longobardiam iturus Romam hortatu Philippi in Tuſciam tranſcendiſſet, reſedit ad tempus Lucæ, expectans, quæ multa fuerunt promiſſa Philippi. Pollicitus enim erat inter cætera ſuis eũ copiis opibúſque deducturum. Sequebantur eũ Vngari, Bohemi, Germani equites peditesque ad duo millia. Qui cum audiſſent Florentinum ducem apertis, patentibusque campis habere caſtra, ad ſexcẽtos equites ex robuſtioribus cũ Lucanorum prætidio hoſtes de improuiſo inuadunt. Vnus præ cæteris fortitudine inſignis, cum ad tentorium Micheletti penetraſſet, claua ferrea caput eius percuſſit. Irritus tamen is fuit ictus propter caſſidem, qua tectum habebat caput, non tamen abiit inultus. Barbarum enim Micheletti s gladio tran fixum peremit. Hoc repentino tumultu arreptis armis Florentini in hoſtes feruntur, diſſipatoſque in fugam pluribus interfectis vertũt. Id Sigiſmundus cum non culpa ſua factum excuſaſſet, poſt duos menſes pacato ſimilis Senas petiit, tum infenſus pontifici, tum Florentinis hoſtis. Ante verò quàm Luca decederet, Lucenſis ager omnis ab hoſte igne ferroque vaſtatus, ſeges omnis corrupta eſt, nulláque arbor fructifera relicta. Tenebant ad eam diem Senenſes caſtella quæ in valle Ambræ ceperant in quibus oppidum erat natura munitũ quod Caput ſyluæ appellãt, proditione captũ infinitib. vallis Arni ſuperioris, vnde variis hoſtium incurſionib. loca propinqua reddebantur infeſta. Suaſerant imperatori Senenſes, vt arma aduerſus Florentinos ſumeret. Ille imparatus bello, vt qui pacem præ ſe tuliſſet, ſuis ſi quid vellent, arbitrium permiſit gerendi bellũ. Quidam ad tuendum id oppidum acceſſere. Plures in arce, cui nomen eſt Caſtellinata (decem millia paſſuum abeſt à Senis) ſimulata proditione deprehenſi pœnas dedere, multi occiſi ſunt, plures truncati membris, ſuæ temeritatis teſtes Senas reuerſi ſunt.

Sigiſmundus imperator Romã conſcẽdit.

Germani cuiuſdam temeritas.

Cũ vires Florentinorũ in Tuſcia ſuperiores eſſent, placuit vt coactis copiis ager Senenſis deuaſtaretur. Quod & factum eſt citra vrbem omnibus depopulatis, & prædis peractis. Inde Caput ſylvę oppidum obſeſſum poſt multam cædem captum eſt. Genuenſes quidam accepta à Venetis claſſe, orientale littus nonnullis receptis oppidis rapinis incendiiſque afflixerunt. Genuenſis verò claſſis amiſſis tribus circa Siciliã tẽpeſtate triremibus, Genuã rediit. Mutatis belli ducib. Venetorũ & fortuna mutata eſt,

Florentini in Tuſcia ſuperiores.

a *Franciſcus Carminiola, agrario patre, ſuilloque gregi i..tento editus iuxta Çarminiolam, adoleſcens bo..s reliquoque pecori alendo intentus primum fuit. Egnat. lib. 3. de exemplis reip. Venet. cap. 4.*

A.C. 1433.

eſt. Nam oppidum Bordillanum quod præſentia Carminiola defecerat, vi expugnatum deletumque proditionis pœnas dedit. Deinde Romaninghum & Fontanella opulentiſſima oppida recepta ſunt à Venetis, deinde præclarum oppidum Suncinum poſt obſidionem per duos menſes, & poſt multas oppugnationes omnibus modis factas, demum deditum fuit ſaluis equitibus & peditibus cum rebus ſuis. Quinque menſes iam Senis degerat Sigiſmundus, cum miſſis ad Eugenium legatis qui de ſe coronãdo agerẽt, certo inito fœdere Romã menſe Ianuarij proficiſcitur: anno dñi ſuprà. 1433. ad coronã imperialẽ ſuſcipiendã.

Veneti benè rem gerunt.

De Eugenio Pontifice Max. & proditione contra eum detecta. Blo. de. 3. li. 4. Pius 2. li. 2. Coſmo. ca. 58. Leon. Aret. Aemyl. Onuph.

CAP. X.

HISTORIAM belli Inchoati inter Philippum ducem Mediolanenſem & Venetos ac Florentinos colligatos, ſequebatur intermixta coronatio Sigiſmundi imperatoris ab Eugenio. Sed quia ab ipſo Eugenio, & ſub ipſo multa magnifica geſta ſunt & memoria digna, ne vt ſupra, ſicco pede tranſeamus, de eo nunc altius repetamus. Siquidem Martino de hac vita ſubtracto, qua die ecclipſim naturaliter paſſus eſt ſol poſt ſolemnes exequias eius, dominis cardinalibus in conclaui conſtitutis in cõuentu Mineruæ ordinis prædicatorum, intra pauciſſimos dies creatus eſt ſummus antiſtes dominus Gabriel cardinalis Senenſis natione Venetus, Eugenius. 4. in papatu nuncupatus, qui cathedram Petri tenuit annis. 16. anno domini 1431. menſe Martio coronatus. Hic ſtatura fuit procerus, gratioſus aſpectu, nec animo minor, liberaliſſimus ad pauperes, ad reparationem Eccleſiarum munificus, religioſos Deum timentes eximio foucbat affectu pariter & effectu, cultus diuini & Chriſtianæ religionis dilatandæ zelator præcipuus. Ipſe ab adoleſcentia bonis ſuis pauperibus erogatis ſtatum clericorum ſæcularium, religioſè & in communi viuentium (qui Cœleſtini dicũtur) Venetiis deuotus apprehendit. Ex quo poſt annos plures à Gregorio duodecimo in epiſcopum Senenſem aſſumptus eſt, & inde ad cardinalatum, demum in præſulem ſummum [electus eſt] Statum quidem Eccleſiæ inuenit ſatis potentem, & opulentum, ac quietum: ſed ſub eo permittente Deo, & demeritis hominũ exigentibus, ac malitia tyrannorum operante præcipuè ducis Mediolanenſis valdè perturbatus eſt & diminutus: multáſque perſecutiones Eugenius paſſus, & inſidias vitæ iniuſtè quas æquanimiter tolerauit.

Eugenius 4. Põt. ma. an. 16. ſe. a. 15. m. 11. d. 21. A.C. 1431.

Eugenij laudes.

Pius 2. lib. 2. Coſ. ca. 58.

Cõcilium Baſilienſe à Martino & Eugenio indicitur. Nauc. gen. 48. Aemyl.

Aduerſus Eugeniũ Romani proceres rebellant. Blon. li. 4. dec. 3.

In primis autem creatus pontifex dominũ Iulianum Cæſarinum, cardinalem diaconum ſancti Angeli quem Martinus prędeceſſor eius legatum deſtinauerat in Baſileam, ad celebrãdum ibi concilium eius authoritate, maximè ad extirpandam hæreſim Huſſitarum, quæ totum ferè Bohemiæ regnum infecerat, in idip-

A ſum confirmauit. Et quia pecunias Eccleſiæ à Martino relictas diligenter requirebat, Laurentius de Columna, & quidam alij proceres Romani rebellantes ſe Eccleſiæ, hoſtiles excurſus cum armigeris vſque ad vrbem fecerunt. Quam ob cauſam ad reprimendam violentam audaciam eorum, ad ſtipendium conduxit Eccleſiæ Nicolaum Fortebrachium, & Antonium comitem pontis eræ. Qui poſt tẽpus aliquod inimici eius ſunt effecti, ipſã Eccleſiã impugnantes, & oppida eius ſibi vſurpãtes.

A.C. 1433.

Quidam etiam religioſus nomine Maſius

B ex ordine minorum, qui tranſitum fecerat ad monaſticum, prior cuiuſdam eccleſiæ ſatis familiaris Martino pontifici, & in agibilibus mũdi, vt induſtrius ab eo occupatus, quia poſt mortem Martini notam fecit Eugenio nõ modicam pecuniæ quantitatem ad eccleſiam ſpectantem, occultatam ab officialibus quibuſdã Martini, & ſibiipſis attributam: ob eam rẽ in gratiam Eugenij receptus eſt, & honoratus ab eo, Sed peſſimus hic, & ingratiſſimus, in tantũ facinus ſacrilegij proſiliit, vt cum aliquibus aliis proditionẽ tractaret, in procurando mor-

C tem pontificis vi armorũ, & vſurpatione caſtri ſancti Angeli. Qua detecta captus & confeſſus mercedem ſuæ iniquitatis accepit, degradatus, & à curia ſæculari ſuſpenſus. Cuidam autẽ nobili ciui Romano, qui conſcius fuerat conſpirationis, ex benignitate & clementia plurimorum ſupplicationibus deuictus Pontifex pepercit.

Quidam Carmelitarum ordinis, magnus prædicator, natione Gallicus cum pluribus annis per Franciam prædicaſſet cum maximo populorum concurſu, magnas faciens com- Carmelita vt hæreticus comburitur.

D motiones in bonum, etſi non ſecundum ſcientiam, ad vrbem veniens cum oratoribus Venetorum, qui affectuoſè eum pontifici commẽdatum faciebant, captus ad inſtantiam cardinalis Rothomagenſis tunc vicecancellarij & procuratoris ordinis ipſius Carmelitarũ, pro hæreſib. prædicatis examinatus, & vt relapſus conuictus, degradatus ſolẽniter ad ignem adiudicatus, conſumptus eſt. Vtque innoteſcat conſtantia & iuſtitia Eugenij, fallacia aduocatorum, & aſtutia mulierum, quod tunc eo in vrbe exiſtente accidit, breuiſſimè referam.

E Romanus quidam non infimæ conditionis pannos quoſdam furatus eſt non modici valoris, captus à ſenatore vrbis, ex maleficio veniebat morte mulctandus. Quod cum intenderet ſenator, propinqui eius & amici, quæſierũt de manib' illius cauſam ſubtrahere, vnde ſubmiſerunt aduocatos, qui in publico conſiſtorio pie quer ularentur de ſeueritate ſenatoris contra eum, exponentes, quòd abſtulerat quædam parui valoris linea vela, ſcilicet igni apta quorum dominus non curaret illum recepiſſe. Vnde cum in re tam vili ſenator durius vi-

F deretur procedere, quàm æquitas dictaret, ſupplicabatur beatitudini ſuæ, vt alteri cauſam committeret decidendam. Sed nil profecerunt verba mendacioſa aduocatorum, nec preces amicorum, nec amoueri valuit à iudicio ſenatoris, qui ſententiam ſuſpendij in eũ protulit. Cum verò duceretur ad mortem ecce mater eius in via occurrens mulieribus

A.C. 1432.

conſtipata,verſus filiũ acceſſit,ſimulans oſculari eum,& vltimum valefacere. Cui cum omnes locum dediſſent, inclinata ad filium inciſorio,quod ſecum detulerat:funem circa collũ confregit,&alia vincula manus. Et à circũſtantibus aditus, per turbam diffugiens facta aliqua rixa inter familiam Senatoris & populi multitudinem adſtantis:ille reus inter adſtantes fugiens,quolibet ei locum cedente,ad domum aliquam declinans mortem euaſit.

Inciſorium .i. forcipes.

Sigiſmundus coronatur imperator.Naucl.ibi. A.C.1432.

§. I.

SIGISMVNDVS Imperator cùm vrbi appropinquaret,dominus Eu genius obuiam deſtinauit aliquos cardinales, & plures prælatos,ac proceres Romanorum, qui in vrbem aſſociantes cum honore maximo & ingenti gaudio eum introduxerunt. Et in gradibus Eccleſiæ beati Petri cum ſolenni apparatu,& comitiua conſiſtens ipſe Eugenius,imperatorem genibus flexis pedem oſculantem ad oſculum oris reuerẽter excepit,& poſt aliquot dies ſeruatis conſuetis cæremoniis,& iuramẽto præſtito fidelitatis corona aurea ab eo in imperatorem coronatus eſt.

Locus ipſe poſtulare videtur,poſtquam mẽtio de Sigiſmundi coronatione incidit,vt paucis de hoc coronationis more nouo imperatorum diſſeratur. Coronabãtur priſci temporis viri(vt quidã inquiũt) laurea corona,qui poſt deuictas bello vrbes, aut ſubactas prouincias exercituſque hoſtiũ fugatos ac cæſos,à ſenatu vel exercitio impatores appellati triũphabãt. Cęſar dictator geſtandæ dieb.ſingulis laureę, ius à ſenatu impetrauit. Carolus magnus Grecorum defectu apud Latinos ob eius in Romanam Eccleſiam & pontifices merita adept⁹ imperium,primus à Romanis dictus eſt Imperator,& à Leone pontifice coronatus. Atque hinc noua coronandi à pontificibus imperatoris conſuetudo eſt exorta. Qua verò corona Carolus,& qui ab eo manarunt vſi fuerint,incertum eſt. Sigiſmundus autem diebus noſtris coronari viſus eſt aurea corona,margaritis gẽmiſque diſtincta, ſemicirculo ſupra caput in crucem reflexo,per Eugenium apud beati Petri Baſilicam,& eã capiti impoſitã deportare. Inoleuit autẽ vſus vel abuſus potius vt ante coronationem reges Romanorum, poſtea verò imperatores, dicantur,quaſi minus fuerit regem,quàm imperatorem eſſe, quæ barbara peruerſitas dicenda eſt. Nam regium antiquiſſimum nomen eſt,& apud Romanos dum liberi erant, propter Tarquinij ſuperbiam execrandum. Imperatorum verò in Libera ciuitate conſuetum ac laudabile, cuius gloria plurimi fuerunt nobilitati. Neque poſt actũ triũphum id nomen reſidebat. Et hi viri triũphales appellabantur. Marcus Cicero orator (vt innumerabiles prætereantur,imperator eſt ab exercitu dictus,cuius triumphus belli ciuilis clade impeditus eſt.

Gel.li.6.c.6. Vnde mos coronandi imperatores proceſſerit.Le. Ar.

Corona imperatoris qualis. Imperatorũ nomẽ antegũ laudabilius.

Id docet Cic.lib.2.epiſt.ep. 10.

A Hæc ſcripta ſunt,vt plene conſtet,quantum diſtet hæc ſimulata nullam ob rem geſtam coronatio, ab illa vera, quæ alicuius ſingularis virtutis in bello gratia concedebatur. Nam eligendi imperatoris noua extat inuentio, & à Gregorio 5. Romano pontifice, & natione Germano adinuenta anno domini.M.iij. Quę conſuetudo ad hanc diem Italorum culpa perſeuerat,vel potius diſpenſatione diuina, qua regna conſtituuntur humana, ſecundum prophetiam Danielis. Dan. 2.

Digne autem hic Sigiſmundus virtutibus ſuis & victoriis contra Turcos, & laboribus B pro Eccleſia toleratis meruit coronari. Ipſe enim maxima cauſa fuit, & operam dedit,vt ſchiſma trium pontificum tolleretur. Et poſt coronationem ab vrbe recedens,concitus Baſileam profectus eſt,vbi congregatis iam multis prælatis,& plurib. cardinalib. Eugenij intentantibus depoſitione Eugenij,& creationẽ alterius,omnino ſub terribili comminatione prohibuit,ne ſchiſma fieret,licet poſt ipſo recedente temerariam præſumptionem ſuã illi non dimiſerint,vt infrà patebit. Fuit hic proculdio vir inclytus,præclara facie, corpore tũ C ſpecioſo tum robuſto,magnitudine animi ſiue pace ſiue bello eximia,liberalitate verò tãta,vt hoc vnum illi vitio daretur,quòd largiẽdo, & erogando ſibiipſi facultates detraheret ad negotia,belláque obeunda.

Sigiſmundi Imperatoris laudes.

Nimis etiam compaſſus eſt Bohemis, eorũ regno ſuſcepto hæreditario iure fratre eius ſine filiis defuncto rege Bohemiæ. Nam cum iã eſſent infecti illa hęreſi Huſſitarum,non tamẽ ita multiplicati & roborati erant, quin facilè gladio poſt obſtinationem deprehenſam potuiſſent eradicari,vt ſibi conſultum fuit à leD gato,illuc propter hoc directo cardinale Raguſino domino Ioanne Dominici, exiſtimãte illos aliquando poſſe verbis conuerti. [a] Sed in

Sigiſmundus cur in Huſſitas nõ animaduertens fuerit deceptus.

Continuatio belli Huſſitarũ. A.C.1433.

a *Locus poſtulare videtur ,vt quæ ſuprà de Huſſitarum bello nos dicturos ſpopondimus,referamus , ſicque pleniorem de Bohemis hiſtoriam pro ratione noſtra inſtituti ex Nauclero contexemus.*

Per idem tempus , aut ille ſcripſit Sigiſmun- E *dus imperator Bohemis , captum eſſe iam ſua opera Baſilienſe concilium,hortari eos qui ſe audiri de religione cuperent,eo proficiſci. Scripſit & Baſilienſis ſynodus Bohemis,vt legatos mitterent qui fidei ſuæ rationem oſtenderent , ſecuritatem itineris, & quæ vellent dicendi libertatem promittens. Fuerant inter eos duæ ſententiæ. Orphani & Thaboritæ,plebs fere omnis negabat eundum eſſe. Nobilitas verò omnis Mainardum ſecuta,petendum eſſe concilium aiebat. vicit hac ſẽtẽtia.legatio 300.equitum Baſileam miſſa,cuius principes fuerunt Guilielmus. Procopiis Raſus,Ioannes Rochezana, Nicolaus Ga*F *lecus & Petrus Anglicus patria profugus.*

Bohemorum legati Baſileã ad Cõcilium veniunt.

Exceptos Bohemorum legatos hoſpitaliter poſtridie in concione accerſitos,Iulianus Cardinalis benigne allocutus luculenta oratione,ad ea quæ pacis & vnionis ſunt hortatus eſt. Bohemi pauca reſpondere, ſe veniſſe vt innocentiam ſuam patefaciat vniuerſali Eccleſiæ,petereque publicam audientiam, in qua laici

A.C. 1434

liti quoque ſint, neque id negatum eſt. Interrogati quænam illa eſſent, in quibus à Romana eccleſia diſſentirent, quatuor articulos propoſuere. de diuina Euchariſtia, quam ſub ſpecie panis & vini ſumendã eſſe neceſſariò affirmabant de cœtu laicorum omnium. quod clericis interdictum diuina lege dicebant: de prædicatione verbi, quam liberam omnibus arbitrabantur, de publicis delictis, quæ nulla ratione toleranda dicebant. verum cum legatus affirmaret de Bohemis ſe alia accepiſſe, inter quæ eſt illud religionis mendicantium inuentum eſſe diabolicũ, aſſurgens Procopius id verum eſſe annuit, eo quod neque Moſes, neque Patriarchæ, neque prophetæ, neque Chriſtus, neque Apoſtoli Mendicantes inſtituere. legatus placidè argumentum hominis inſulſi diſſoluit, dicens eccleſiæ quoque decreta, quæ ſancto ſpiritu dirigente duntur, opera Dei eſſe, quamuis & mendicantiũ vita ex euãgelio ſumpta videri poſſit. Selegerunt & Bohemi quatuor magiſtros, qui ſuos articulos ex diuina lege ſumptos oſtenderent, & qui eos confutarent ex patribus totidem aſſumpti. diſputatum eſt quinquaginta diebus. Poſtremo cum victa Huſſitarum ſecta vinci nollet, ad tractatus ventum tentatũ ſi forte amicè trahi poſſent, miſſi ex concilio in Bohemiam viri doctiſſimi.

Nobiles Bohemi aduerſus Huſſitas arma ſumunt. A.C. 1434.

Dum hæc aguntur, Thaboritæ & orphani Mainardo cæteriſq; nobilibus offenſi eſſe cœperunt. Conuenere namque ſæpe inter ſe Barones errorem ſuum recognoſcere miſeros ſe dicere, qui cum regis imperium abdicauerint, Procopij iugum ferunt. Ne verò vſurpare ſibi regnum Barones viderentur, ex media nobilitate aſſumendum ducem conſulunt. Itum eſt in ſententiam. Alſcio Ricenburgenſis antiquæ nobilitatis homo dux generis declaratus eſt, quem Capitaneum vocauere.

Procopius Pelſznam obſidet ſed fruſtrà

Procopius his cognitis Orphanos & Thaboritas in expeditionem ducens, ad vrbem Pelſznam, quam fideles incolebant, caſtra ponit, atque II. menſium obſidione & crebris oppugnationibus vrget. Oppidani extrema paſſis ad Synodum Baſilienſem miſere oratum, ne fidelem vrbem in manus hæreticorum venire ſinerent. Patres ex priuato argento ſymbolum dederunt auro octo millia nummum Mainardo mittentes, qui collecto exercitu ſubueniret obſeſſis.

Pragam Catholici occupant. A.C. 1435.

Per idem tempus ea pars Pragæ quæ noua ciuitas appellatur, ab Orphanis impoſito præſidio tenebatur cui præfectus erat presbyter lupus Rochezanæ infenſus aduerſus quem prædicando plebem incitabat. Ille in veteri ciuitate apud ædem S. Mariæ lupum viciſſim maledictis lacerabat, ob quam rem creſcentibus odiis clauſerunt Orphani aditus veteris ciuitatis in nouam, turreſq; ligneas erexerunt, vt miſſilibus oppidanos in veteri vrbe infeſtarent. Ea occaſione vſus Alſcio conuocata nobilitate concionem habuit. Placet omnibus cum ea manu militum quam Mainardus comparauerat, Pragam peti, nec morati; veterem ciuitatem ingrediuntur, parereque omnes Alſcioni iubent, fit tumultus, committitur in vrbe bellum, disiecta ſunt turres ciuitatis omnes, in poteſtatem Alſcionis facta. Pelſznenſes re cognita, Procopio è muro eludere, venturos breui qui obſidionem ſoluant.

Procopius cum Catholicis pugnat & cæditur

Is vbi alium nuncium de geſtis Pragenſibus accepit ſoluta obſidione cum omnibus copiis Pragam contendit. Nobiles armis decertare contra illum contendunt. Relicta itaque ciuitate, obuiam hoſti pergunt in agris latè patentibus currus contra currus concurrunt. Decreuerat Procopius pugnæ copiam haud quaquam facere niſi prærogatiuam videret. At equitatus nobilium prætergreſſus, vltimam partem apertam videns raptim ingreditur cædem magnam facit. trepidatur vbique caſtris, cæduntur paſſim pedites, fit fuga, inſtant nobiles, ſternuntur fugientes. Procopius vbi ſuos retinere non poteſt inter confertiſſimos hoſtes dilapſus cum cohorte aliquantiſper hoſtis impetum tulit, multiſque caſis circumuentus multitudine equitum, telo in incertum miſſo confoditur, pari modo & alter Procopius, qui minorem appellari ſe volebat, in eodem globo fortiter pugnans. Sic Thaboritarum & orphanorum ſceleratis exercitus inuicti prius victi ſunt, Coapho è prælio fuga dilapſus, cum magna parte equitatus in Coloniam ſe recepit.

A.C. 1435

Nobiles Huſſitas perduelle qua ratione deleuerint.

Confecto bello cum multa millia captiuorum eſſent Mainardus concilio procerum accerſito perdere peſſimam plebem ſtatuit, quæ nutrita in armis omnem ætatem in rapinis egerat. Sed veritus ne ſimul innocentes interficeret voce præconia edici iubet, vt qui ſub Procopio militaſſent, in horrea proxima ſe reciperent, vt eis ſtipendium publicum daretur donec pacaretur regnum.

Introierunt horrea pleraque Thaboritarum Orphanorumque millia, homines nigri ad ſolem & ventum indurati, clauſa ſunt confeſtim oſtia & ignis immiſſus quo illa hominum colluuies poſt multa patrata ſcelera exuſta contemptæ diuinum religionis pœnas luit.

Sigiſmundus cum Bohemis fœdus facit.

Sigiſmundus audita Thaboritarum Orphanorũmque clade legatos in Bohemiam mittit, hortatus vt ſe regem ſuſcipiant, quem fratri ſucceſſorem ius gentium dederat. Illi magno numero apud Bruſpenam conueniunt; regémque ſuum ſalutant.

Venerunt etiam ſeorſum Coapho & Ioannes Rochezana de ſuis rebus acturi legati quoque Baſilienſis Concilij, qui Pragæ fuerant, & cum Bohemis certo modo conuenerant eò ſe contulere Sigiſmundus auditis quæ de religione in communi placuerant conuenta probauit, eáque ſeruari mandauit. Ea huiuſmodi fuere Bohemis & Morauis eccleſiaſticam vnitatem pacémque complectentibus, ſeque in cæteris omnibus præterquam in vſu communionis vtriuſque ſpeciei vniuerſalis eccleſiæ ritu ſe conformantibus auctoritate domini noſtri Ieſu Chriſti & eccleſiæ ſub duplici ſpecie panis ſcilicet ac vini his qui conſueſſent diuinæ Euchariſtiæ communicare licebit. His & quibuſdam aliis ſic conſtitutis Rochezana cum aliis quatuor preſbyteris nomine totius clerici ſibi adhærentis ſedente Sigiſmundo pro tribunali, in foro ciuitatis aſſiſtente Alberto genero duce Auſtriæ magnaque procerum & oratorum circunſtante corona Obedientiam Romanæ eccleſiæ ſe præſtare profeſſus eſt. Sequenti verò die haud abſimili ſolemnitate abſoluti ſunt ab anathemate cæteriſque cenſuris hæretici & in eccleſiam per legatos introducti. Vbi cum diuina celebrarentur Rochezana perfidiæ ſuæ non immemor diuina re peracta, ei quem iuſſerat adeſſe ſacramentum ex calice dedit. Et quamuis alter ex legatis in aliena eccleſia id ſibi non licere aſſereret, in pro

Bohemis vſus calicis conceditur. A.C. 1436.

Bohemi eccleſiæ Romanæ obediẽtiã promittunt.

A.C. 1432.

propoſito tamen perſtitit.

His compoſitis Sigiſmundus Pragam venit: vbi extremis honoribus exceptus eſt. Philibertus epiſcopus Conſtantienſis natione Gallicus, & collegæ ſui ex Baſilea miſſi, eccleſiaſticos introducere ritus: ſacerdotes inſtituere, ſanctorum imagines reducere, aquam benedictam in ædibus ſacris reponere, baptiſmatis fontes, altaria conſecrare, ſpurcitiam omnem abolere. Paruere quamplurimi. Rochazana verò complices reſiſtere, obloqui, blaſphemare, plebem modis omnibus auertere. Sigiſmundus autem cum eccleſias pollutas intrare nollet, templum S. Iacobi, quod fratrum Minorum fuerat & in quo machinæ bellicæ aſſeruabantur, reſtitui ſibi popoſcit. Annuit ciuitas, & aliqui monachi introducti ſunt, qui verbum Dei prædicarent. Redierunt & alij Mendicantes, tum Cæleſtini, S. Mariæ Theutones Hieroſolymitani, & nonnullorum monaſteriorum abbates, ſacerdotes quoque S. Georgij. Reſtituti ſunt & cathedralis eccleſiæ Canonici, vicarij & manſionarij: diuinumq; officium inſtauratur. Noua facies vrbis, nouus populus: quibus ex rebus liquet imperatorem, quæ fœdera cum hæreticis percuſſit, neceſſitate magis admiſiſſe quàm voluntate, voluiſſe autem ſenſim ad veram religionem prouinciam reducere. hæc Nauclerus ex Aenea & nonnulla alia, quæ ante & poſt mortem optimi imperatoris euenerunt de Huſſitarum bello refert.

Diuina ritè in Bo-

in proceſſu temporis ita zizania illius erroris creuerunt, & totum agrum Bohemiæ impleuerunt, vt poſtmodum nec igni, nec gladiis potuerint eradicari, & ſi bellis ex parte diminuti ſint.

Huſſitarum Hereticorum pertina ia vide quę ſuo c. 7. ante § 1 notauimus.

Cùm primum Sigiſmundus Romam dimiſiſſet, vbi per menſes aliquot pacificè reſederat, per Tudertinum agrum ac Peruſinum tranſiens, Ariminum petiit. Optauerat ſatis ac poſtulauerat per Florentiam iter agere, ſed non acquieuerunt ciues formidantes ex ingreſſu eius nouitates exurgere, cùm non vſquequaque eſſent vniti, ſed adinuicem æmulantes contenderent, quis eorum videretur eſſe maior. Inde per Rauennatem, ac Ferrarienſem & Mantuanum agrum tranſiens, & in ciuitatibus pluribus conferens militiam, doctoratum & varias dignitates, trans Alpes abiuit, & quidem tanta varietate animi, vel fortunæ, vt inimiciſſimus Philippo Mediolanenſi abierit: cuius fauore & opibus Italiam intraſſet. Venetorum autem hoſtis, quibus maximè inimicus venerat (vnde ardua temporibus præteritis prælia multa cum eis peregerat pro recuperandis, ciuitatibus quibuſdam à Venetis [poſſeſſis] in quibus prætendebat ius habere. Inuitatus à duce exercitus Venetorum Carolo Ariminum amiciſſimus tamen ipſis Venetis acceſſit: Florentinis quoque, licet grauiter apud Lucam ab eis fuiſſet offenſus) non inimico animo eſſe viſus eſt. Demum in Germaniam rediit viſitatis prælatis in Baſilea, vt dictum eſt.

Imperator redit in Germaniam.

Sigiſmun. imp. mors A.C. 1437.

Albertus rex Roma. A.C. 1438. reg. an. 1. m. 9. d. 27.

Ferè poſt triennium reuerſionis in Vngariam ad patres ſuos appoſitus eſt. Cui ſucceſſit in imperio ac regno Vngariæ Albertus Auſtrię dux. Sed multo tempore ſuperuiuens ad coronam imperij non peruenit. Reliquit tamen filium ex vxore filia Sigiſmundi ſupradicti qui maſculum nullum habuit, ſed tantum fœminam. Qui filius adultus factus nunc Vngarię poſſidet regnum.

A.C. 1439.

Sed in imperio Alberto defuncto Fridericus huius nominis 3. ſucceſſit, de quo infrà. Et vt magis innoteſcat de virtutibus Sigiſmundi & Florentini ducis exercitus, qui dictus eſt Philippus Scholarius, miles Florentinus, ſciendum quòd ipſe Sigiſmundus viginti amplius bellis variis temporibus geſtis, Sarmatas & Turcos in Chriſtianos Europæ irruentes ſuperauit, & propriis in ſedibus quieſcere compulit. Imperauit autem annis 25. & de hac luce ſubtractus eſt anno Domini 143.

Bella Italica odij in Eugenium ſeminaria Nauc. ibid. Blon. lib. 5. & 6. dec. 3. Pius 2. l. 2. Coſ. cap. 48. A.C. 1434.

§. II.

INterea Venetis & Florentinis ex vna, & Philippo Mediolanenſi ex altera parte inimicitiam adinuicem & bella gerentibus, Eugenius viſus eſt non in medio conſiſtere, ſed magis Venetis & Florentinis adhærere, forte quia arbitrabatur illos magis iuſtitiam fouere. Quamobrem non minimam Philippi indignationem incurrit in magnum detrimentum, & diminutionem ſtatus eccleſiæ. Vnde multa aduerſa à Philippo ei procurata ſunt. Et cùm nec ſatis fama proſpera Eugenij foret, præſertim quia pontificatum tranquilliſſimum à Martino ſuſceptum, ipſe confeſtim magnis perturbationibus inuoluiſſet, cardinales plures ab eo receſſerunt, aliqui clam inſalutato hoſpite, alij patenter occaſione inuenta alicuius bonæ rei faciendæ & Baſileam pergentes, vbi concilium generale celebrandum decretum fuerat per Martinum, & poſtea per Eugenium confirmatum, ſimul cũ multis alius epiſcopis & prelatis conuenerunt. Nam Philippus omnes ſuæ iuriſdictionis ciuitatum epiſcopos illuc cum mandato direxit contra Eugenium conſpirantes. Franciſcus autem Sfortia, qui cum equitatu apud Mediolanenſem militauerat, per ſpem alleuiandæ militię dimiſſus in Picentes deuenit. Ibi cum dedentia ſeſe oppida per multa ſuſcepiſset, clarus ſucceſſu iter in Apuliam ab initio deſtinatum omittere ſtatuit, ac circum ea loca vires extendere.

Huius propinquitas Eugenium intra vrbem Romam trepidare coegit. Et accedebat terrori, quod Nicolaus Braccij ſororis filius qui aliter Fortebrachius cognominabatur, qui ſub Eugenio paulo ante militauerat, alienatus atque infenſus pontifici quaſi eum opprimere dolo tentaſſet, magno tumultu Tyburtinam ciuitatẽ occupauerat. Indeq; Romæ bellũ grauiſſimũ inferebat. Intra vrbẽ verò nihil ſani, neq;

paca

A.C. 1433.

pacati videbatur. Nam & Romani ægrè ferre cœperunt geſta Eugenij propter excurſus hoſtiles, qui fiebant circa vrbem, & rapinas pecorum, & non minus inſtigati (vt credebant) ab amicis Philippi, & ſollicitati iam conſpirabant ad captionem eius. Suſpicionibus horum vehementius permotus, clam ne deprehéderetur, in habitu monachali ad Tyberim cũ paucis pergens, in paratam ſibi nauiculam deſcédit per fluuium ipſum ad Oſtiam tranſiens. Quod vt perpẽderunt Quirites, contumeliis & iaguriis inſecuti ſunt eum aliquantulum. Reuerſi autẽ ad vrbem, ingreſſi palatium Papæ omnia prædati ſunt, quæ inuenire valuerunt. Animiſque correptis, tumultuoſis rumorib. populus concitatus ſe pótifici rebellauit, caſtro tamen Creſcentij ſeu ſancti Angeli benè munito pontificis dominio reſeruato, quod diu oppugnatum, & viriliter repugnans per abbatem ſancti Gaudentij caſtellanum, obtinere minimè valuerũt.

Eugenius papa fugit ex vrbe. Blon. Dec. 3. lib. 6.

Romani in pótificẽ tumultuantur.

B

Verum quod agere nequiuerant in perſonã Eugenij, ſuppleuerunt in nepotem ſuum, dominum Franciſcũ Venetũ Cardinalem ab eo creatum, in principio ſuæ promotionis tunc camerarium, quem captum in Capitolio ſub honeſta cuſtodia detinebant per plures menſes. Demum Eugenius ex Oſtienſi portu, triremibus Florentinorum ibi paratis vectus eſt Piſas, quaſi ſpoliatus: ſed cũ omni honore ibi ſuſceptus & copiosè prouiſus Florentiam profectus cum ingenti ſolennitate & gaudio proceſſionaliter clero & populo cum magiſtratibus omnibus obuiam procedentibus, tandem in conuentu beatæ Mariæ nouellæ cum decenti ornatu collocatus eſt: vbi curiam tenuit, collocatis Cardinalibus & aliis prælatis in diuerſis per vrbem locis.

C

Eugenius Florentiã venit.

D

Hocquoque in loco multa ab eodem pontifice tentata haud ſatis quieti & paci conuenientia. Et illud in primis, ꝙ Bononienſes vi & armis cogere in ſua imperia pertexit. Ex quo turbationes ortæ graues, ac penè in bellum reditum. Bononienſes enim ab illo vexati Mediolanenſis auxilia confeſtim vocauerunt, copiiſque hincinde coactis, equitatus Venetorum Florentinorũq; pontifici conceſſus, non longè ab Imola à Piccinino profligatur. Duxq; copiarũ Florẽtini Nicolaus populi Tolentinus, Mediolanũ captiu⁹ tranſmittitur, poſt paucos dies ibi defunctus, vt dicitur veneno extinctus. Cui honorabiles valdè exequiæ in maiori Eccleſia celebratæ ſunt.

Nicolaus Tolentinus Florentini dux exercitus Mediolanum captiuus ducitur.

E

De Exilio Coſmæ Medicæi & eiuſdem reuocatione. Blon. li. 6 dec. 3. Pius 2. li. 2. c. 54. A.C. 1433.

§. III.

EA tempeſtate vehemens in repu. Florentina mutatio facta eſt, Coſma relegato Venetias in ciuitatem reducto. Sed vt plenius negotium intelligatur, oportet prius relegationẽ eius, & cauſam enarrare. Anno igitur domini ſuprà 1433. Eugenio adhuc Romæ reſidente, cũ ciuitas Florentina ſecta eſſet in partes duas, ſibique inuicẽ aduerſarentur æmulantes & obſeruantes, accidit, vt quidam Prioratus ſorte

F

A

exiret omnino conglutinatus vni dictarum partium. Temporis igitur opportunitate captata ciues illius factionis vnanimes decreuerunt operam dare efficacem ad deiectionem partis aduerſæ, hoc cum magiſtratu principali tractãtes. Et quia partis illius cenſebatur primarius Coſmas de Medicis præ diuitiis, amicitia, & prudentia, vna dierum vocatus eſt ab ipſo magiſtratu ſine cauſæ expreſſione. At ille (licet ab amicis ei diſſuaderetur acceſſus, formidantib. quod euenit) nihil ſibi conſcius de læſione reip. publ. confidens in innocentia ſua parere diſpoſuit, & ſine mora eis ſe præſentauit. At illi conſpirationẽ iam in eum factã exequi cupientes eum tenuerunt ſub arcta cuſtodia in palatio, ne quis eum alloqueretur; cœptúque in conciliis agitari, quid de eo agendum; quibuſdam æmulis eius dicentib.: Si dimittimus eum ſic, omnes ad ſe trahet, & ciuitatis dominium tollet, vnde reus eſt mortis. Alij non ſolum amici, ſed neutrales, ad bonum & pacem reipub. intendentes, econtrario loquebantur, dicentes. Quid mali fecit iſte? Nihil morte dignum egit: ſuſpicionibus non eſt iudicandum, ſed & his per relegationem obuiari poteſt. Qui primi erant inter æmulos ſuos, ad mortem inſtabant & ſchiſma erant inter eos. Denique pecuniæ cui obediunt omnia, oblata non modica ſumma, aliquibus principalibus, per amicos ſuos ſecretò, redempta eſt vita eius. Nam placati muneribus verſi ſunt in mitiorem ſententiam, non mortis, ſed relegationis. Quod citius fuit executioni mandatum.

A.C. 1434.

Coſmas de Medicis Florẽtinorum princeps

B

In carcerẽ cõiicitur.

Ioan. 11.

C

Eccleſ. 10.

Relegatus enim fuit Venetias cũ fratre germano ſuo Laurentio. Et immunitate ſibi conceſſa, ne in via ab inimicis inuaderetur, illuc profectus eſt. Diuina autem prouidẽtia operante, hoc ei accidit, quod quaſi nunquam relegatis illo modo euenit. Nam in capite anni à ſua emiſſione anno ſcilicet 1434. magiſtratus tunc præſidens ei beneuolus, arbitratus iniuſtè & per inuidiam non per ſuum exceſſum fuiſſe relegatum, ſtatuit eum reuocandum ad vrbem. Quod cũ percepiſſent primores alterius factionis inimici eius, armati cum ſectatoribus ſuis ad palatium dominorum concurrerunt, commotionem quærentes in ciuitate excitare, & contra priores inſurgere, ſed illi benè muniti ſibi prouiderant. Et quia ſequelam nõ habuerũt, Eugenius etiam, qui illo anno ciuitatem aduenerat, ad ſedandum rumorem, & remouendum ſeditionem & ſcandalum ciuiũ, ſuaſit illis, qui inſultum fecerant, vt arma deponerent, & res quietarentur. Quod cùm factum fuiſſet, qui ſic armati diſcurrerant, nõ putantes ſe tutos vrbẽ egreſſi ſunt. Exinde ad parlamentum pulſatum eſt, & concurrente omni populo, in plateam dominorum, quædam ordinata ſunt pro bono reip. quibus publicè perlectis omnis populus aſſenſum præbuit.

Relegatur cum fratre Laurentio Venetias.

D

A.C. 1434.

E

Sequela, i. ſequaces. & ſibi adhærentes.

Reuerſus eſt igitur Coſmas à dñis Prioribus reuocatus cum omnibus ſuis, fratre, filiis & aliis ac etiam, qui cum eo relegati fuerant, amicis. Qui cum ingenti gaudio populi ingreſſi ciuitatem pontificem viſitauerũt. Magnifici domini Priores, & omnes noti, de reuerſione ſua congratulati, Deo gratias egerunt. In tanta autem mutatione bifaria hoc bonum accidit

F

Parlamentum, i. comitia populi.

A.C. 1435.

vt nullus ſanguis effunderetur. In proceſſu temporis ordinatum eſt, quod quidam ex ciuibus dicti a Accopiatores, ex imburſationibus ciuium in officio Prioratus certo modo aſſumerentur, quaſi in poteſtate eorum conſtituto, quis ad officiũ illud vocaretur. Quod per plures annos ſeruatum eſt. Scrutinia quoque officiorum ſingulorum de nouo facta, qui fuerũt principales in illa cõſpiratione, vnde & poſtea in illo diſcurſu cum armis ad palatium fautores, ad tempus certum in determinatis ciuitatibus relegati. Et qui confinia non ſeruarunt, vt rebelles perpetuò exulauerunt. Et qui fuerant in priori mutatione relegationis Coſmæ amoti, id est ab officiis remoti, in ſecunda poſtea reuocato eo fuerunt exaltati, ad officia omnia admiſſi cum amicis ſuis. Et econtrario, qui fuerant alterius factionis ad officia admiſſi, remanentes in ciuitate, vt ſuſpecti fuerunt amoti ab ipſis. Multáque alia ordinata ſunt ad confirmationem illius ſtatus. Qui autem fuerat Vexillifer iuſtitiæ in relegatione Coſmæ cum eſſet capitaneus Piſis, vocatus ad iudicium in via ſiue ſubitanea morte, ſiue veneno periit. Coſmas citò Vexillifer iuſtitiæ per ſortitiones Accopiatorum factus eſt. Nec viſus eſt vindictam expetere de aduerſariis ſuis, niſi iuſtitia exigente.

In Florentina rep. aliquid innouatur.

a *Accopiare Italis eſt copulare & coniungere, vnde & hi magiſtratus Accopiatores dicti quod ciues ſortitione facta in magiſtratibus reipublicæ ipſi copularet atque coniungerent. De his porrò Accopiatoribus hæc habet Blon. lib. 6. dec. 3. Creati ciues trecenti, qui ſummam rerum omnium poteſtatem ſine prouocatione haberent.*

De Concilio Baſilienſi. A.C. 1431.

§. IIII.

Nauc. gen. 48.

IN illo tempore cum turba plurima Baſileæ conueniſſet epiſcoporum & aliorum prælatorum, vnà cum quibuſdam Cardinalib. qui ab Eugenio receſſerant, videlicet Placentino, Bononienſi, domino Antonio Veneto, Arelatenſi, Aragonenſi, Hiſpano, Cypriano, & domino Iuliano Romano Cardinale ſancti Angeli legato in concilio generali ibi deputato, animaduertens Eugenius ex fideli multorum relatione, illos congregatos non vacare ad extirpationem hæreſis Bohemorum, & reformationẽ Eccleſiæ, propter quod concilium fuerat ordinatum, ſed ad deformationem & conſpirationem contra ſe ad eum deponendum, tanquam fautorem bellorum & diſcordiarum, ac bonorum Eccleſiæ dilapidatorem, ac virum ſanguinum: vnde & Eccleſiam ſcandalizantem, ne ſchiſma ſequeretur, deſtinauit ſolemnes oratores, eccleſiæ prælatos Baſileam, inter quos fuit abbas de Sicilia, tunc Panormitanus epiſcopus (qui ſuper decretales notabilem lecturam compoſuit) ad monendum illos, vt deſiſterent ab inceptis rationibus, reuincendo intentatum opus eorum: B ipſumque concilium authoritate Apoſtolica diſſolutum eſt, & legatus reuocatus ab ea præſidentia. Illi tamen obturauerunt aures ſuas, non audientes vocem domini, ſed congregatione illa facta conciliabulo nullas vires habente, niſi vt ſynagoga ſathanæ authoritate ſuæ temerariæ præſũptionis cœperunt Eugenium ad concilium adeundum citare, ſollicitati ad hoc à duce Mediolani ægrè pontificatum eius ferente, quia non ſibi fauebat.

Eugenius Baſilienſe Conciliũ diſſoluit.

Congregatio Baſilienſis nõ conciliũ, ſed conciliabulũ & ſynagoga Sathanæ.

B *Ioannes de Turre cremata in ſumma de Eccleſia. lib. 2. c. 100. probat Concilium Baſilienſe licet à principio legitime indictum fuerit, tamen ceſſaſſe legitimũ eſſe multas ob cauſas. Primum, quia eos qui miſſi erant a Papa Eugenio 4. vt concilio præſiderent, noluit in authoritate ſua recipere, iuxta morem conciliorũ vniuerſaliũ. Deinde quia eius cõcilij decreta ſynodi quidem vnanimi conſenſu fuerunt concluſa. tum quia multi prælati & doctores vtriuſque iuris eiuſmodi decreta reſiſterunt. tum quia in fraudem legatorum, quos a Caſtelle & Angliæ regibus miſſos in itinere eſſe ac ſynodo iã appropinquare cognouerant, ad definire feſtinabant, cum dictos legatos nolle aſſentiri ſciebant. quod factum, inquit, eſt in ſeſſ. 18. & addit. Nullus ſanæ mentis vir qui nouit cum quanta grauitate, integritate, & modeſtia, fidei iudicia tractanda ſunt, iudicabit eſſe vniuerſali conſenſu totius Eccleſiæ concluſa, Spirituque ſancto dictata, in quibus huiuſmodi factiones & practicæ interuenerunt. Præterea eiuſdem concilij decreta negat ab Eugenio 4. approbata vnquam eſſe, licet progreſſum concilij aliquando approbaſſet. In eo autem quod decreta non approbauit ait Eugenium ſapientiſſime feciſſe, propterea quod decreta ipſa nũquam examinaſſet, vtrum aliquid minus rectum, minus verum, aut minus expediens continerent. Vnde mos, inquit, fuit ſummorum Pontificum cùm confirmaturi eſſent decreta conciliorũ vniuerſalium, quibus perſonaliter non interfuerant congregare ſynodum prælatorũ, qui erant ſub patriarchatu Romano & ibidem diligenti examinatione facta illa confirmabant, ſicut de B. Sylueſtro legitur cùm decreta Conc. Nicæni approbauit. Idem diebus poſterioribus Papa Clemens 5. etiã feciſſe legitur, vt Ioannes Andreæ in principio Clementinarum ponit, de conſtitutionibus factis in concilio Vienneſi. Hæc ille & Sand. lib. 7. de Viſib. Monar. Addo etiam Pium huius concilij reprobantem auctoritatem, qui cum initio huic Baſilienſi Concilio adhæſiſſet, poſtea ab eo receſſit, & quicquid in hoc Concilio cõtra Eugeniũ fecerat dixeratúe in bulla retractationis damnauit, & Surium, qui in editione ipſius Concilij de multis, quæ ibi contra Eugenium habentur illud redarguit: vnde patet, quam meritò iſtud concilium ab Eugenio fuerit diſſolutum, omniq; auctoritate priuatum, & cùm nulla Concilia abſque Romani pontificis auctoritate rata & firma eſſe poſſint. Vt ſcribit Iul. 1. in epiſt. contra Orientales pro Athanaſio cap. 291. & habetur diſt. 17. c. regula. dicens, Nec vllum ratum eſt aut erit vnquam concilium, quod non fuerit eius auctoritate fultum. Patet in hoc concilio geſta poſt ipſius diſſolutionem omnino inualida extitiſſe. Quod maxime contra Caluinum annotare volui, qui ex Eugenij quarti depoſitione, & Amedei electione falſiſſimè concludere nititur Eccleſiam periiſſe: propterea quod Eugenij depoſitio & Amedei electio irrita poſtea fuerit, cum ex his quæ diximus conſtet eo tempore, quo ab hoc Baſilienſi Concilio hæc tentata ſunt, tunc illud legitimum concilium eſſe deſiiſſe. Vide plura apud Franc. Turrianum li. 3. Dogmaticum Characterum.*

Concilium Baſilienſe legitimum non fuiſſe poſt diſſolutionem oſtenditur.

Caluinus in prologo ſuarũ Inſt.

Impera-

A.C. 1433.

Imperator Sigiſmundus iam coronatus il luc adueniens, omnino ſub comminatione hoc fieri prohibebat, cum ſchiſma immediatè præteritum cum tanto labore vix fuerat ablatum. Cardinalis etiam ſanctæ crucis ordinis Cartuſienſum, qui à Martino fuerat in Franciam legatus miſſus, ad pacem inter regem & Burgundiæ ducem componendam, ſuperueniens ad obuiandum malis idem omnino diſſuadebat. Veneti quoque ſe mediatores conſtituerunt ad reconciliandum cardinales aduerſos Eugenio. Quo peracto inde abeundo reuerſi, ab eo benignè recepti ſunt, & in dignitatibus ſuis permiſſi, exceptis Arelatenſi & Hiſpano, qui in Baſilea remanſerunt.

Amedeus dux Sabaudiæ cur habitum religionis aſſumpſerit.

Non multo ante dux Sabaudiæ potens in dominio, & non minus in diuitiis magnus cōgregatis, ſpiritu (vt creditur, & rei exitus demonſtrauit,) ambitionis ductus, curam regiminis temporalis filio relinquens, habitum eremiticum ſimulata religione aſſumpſit, locum quemdam Ripaliam ad habitandum cum aliis eligens. Qui igitur in Baſilea congregati erant, inter quos aliqui priuati epiſcopatu, & dignitatibus ſuis ab Eugenio propter ſcelera ſua, ſuam temeritatem proſequentes, depoſito Eugenio à papatu erexerunt ſibi in Idolum prædictum ducem Sabaudiæ Amedeum dictum, quem apoſtaticum factum [a] Felicem nuncupauerunt. Qui inthronizatus non in ſede Petri, ſed Luciferi, qui ſedem ſuam poſuit ad aquilonem, aliquos cardinales inſtituit, & inter eos magiſtrum Ioannem ſacræ theologiæ profeſſorem, ordinis prædicatorum, qui multum laborauerat, in ſermonibus, & diſputationibus in fauendo conciliabulo, ſed cito morte ſubtractus eſt. Alter fuit abbas Siculus de quo ſuprà, qui erat ſtipendiarius vna cum Domino Ludouico Romano magno ſalario, & eximij iuris profeſſores, à rege Aragonum ad Eugenium parum affecto ex eo quod iuſtiria dictante ei prohibuerat terras regni Apuliæ inuadere, cum ibi nullum ius obtineret: & multum operabantur in fauorem conciliabuli & fœlicis infœlicis creari.

Amedeus non Papa ſed Idolū.

1434.

Amedeus quales cardinales creant.

Sed quales oro veritatis amatores, qui pri⁹ pugnas verborum, pro Eugenio fecerant multas: & poſtea à veritate auerſi, & venales effecti, iā contra ipſum pro infœlice fœlice præliabantur. Et abbas quidem in mercedem ſuæ iniquitatis Pileum recepit: quem tamen poſtea inde recedens dimiſit Panormum reuerſus. Ludouicus autē in breui vita functus eſt. Et per hūc modū Baſilea peperit baſiliſcū. Hic tamē ne veneno ſui ſchiſmatis inficeret alios, Eugenius Florētię degēs maturo cōſilio ſuper hoc habito, cū cardinalibus ſuis, & aliis prælatis eccleſię & cōſenſu, in publico cōſiſtorio, orationib⁹ ſolēnib⁹ pręmiſſis, ne videretur liuore vindictę, nō zelo iuſtitię procedere ſentētiā excōmunicationis fulminauit contra illum Amedeum apoſtaticum, & omnes eius ſequaces. Et ſiquidem immenſa cupiditas eum non deuiciſſet, ſed theſaurum ſuum, per tempora congregatum exponere voluiſſet, ſatis dilataſſet obedientiam ſuam, quæ tamen fines territorij ſui non exceſſit, & ea quaſi à ſuis violenter exorta. Deus autem eliciens ex malis bona maiora, permiſit in eo auaritiam & ambitionem ſuperare, cum pro exaltatione ſummi pontificatus ſui pecunias ſuas non acquieuit diminuere: ſed ex ipſo ſtuduit augeri, beneficiorum vacantium fructus ſibi reſeruans, & alia exercens, ex quibus diuitias accumularet. Permanſit autem hoc ſchiſma vſque ad tempora Nicolai quinti ſucceſſoris Eugenij immediati, vt infrà patebit.

Eiuſdem auaritia.

Epiſcopi Longobardi in Eugenium coniuratio. Blond. li. 6. dec. 2.

§. V.

CVM Florentiæ Eugenius cum ſua curia reſideret, & tractaretur, vt pro aliquo tempore cauſa recreationis in curia epiſcopali ſancti Antonij extra & prope muros Florentiæ permaneret, quidam Longobardus epiſcopus tantæ audaciæ & temeritatis ſacrilegæ extitit: vt cum Nicolao Piccinino, qui tunc in Hetruria cum copiis erat, tractaret, vt illuc ſi accedere & manere Pontifices contingeret, noctu veniens cum ſocietate ad id opportuna Eugenium caperet, & captiuatum ſecum duceret. Sed detecta proditione epiſcopus ille ad domum cuiuſdam ex cardinalibus ſe contutauit: cum immunitas in domibus eorum non valeat violari. Et quia murmur multus erat in populo hoc proceſſiſſe à Philippo Mediolanenſi, ille habita ſecuritate vitæ (quam ex tanto flagitio merebatur degradatus amittere) in publico conſiſtorio ſcelus confeſſus declarauit Mediolanenſem eius proditionis minime conſcium, vel participem: ſed propria ſuæ nequitiæ intentione id egiſſe. Veniamque poſtulans à clementiſſimo principe impetrauit à curia dimiſſus.

Pontificis clementia.

Ea circa tempora Eugenius plures eccleſiæ cardinales inſtituit, videlicet Cornetanum natione, Dominum Ioannē de Vitelleſchis archiepiſcopum Florentiuum, Camerinenſem, Dominum Albertum de Albertis Florentinū, Gallicum

Multos etiam Cardinales Eugenius.

a *Amadeus iſte, qui & fœlix falſi nominis Pōtifex dictus, Cardinale vno & electorib⁹ triginta duob⁹ eligētibus, abſens elect⁹ eſt, eiuſque electio cōfirmata in ſeſſione 39. Conciliabuli Baſilienſis 15. Calen. Dec. A.C. 1439. ſedit in Cathedra non Petri, ſed Luciferi, vt dicit D. Anton. an. 9. men. 5. poſt quod tempus eximia Dei Domini noſtri benignitate, & fœlicitate noſtri ſæculi prope ſingulari, nullum ſchiſma in Eccleſia Romana vel ad breuiſſimum tempus ſuſcitatum eſt: ſed per veros & legitimos pontifices abſque vlla controuerſia & diſſidio Eccleſia Catholica ſpacio centum & quadraginta annorum gubernata fuit. Quapropter ſicut præterita ſchiſmata aliquam errandi cauſam præbere potuerunt: ita etiam iſta iā per tot annos, moribus præſertim tam deprauatis continuata decem & nouem Pontificum ſucceſſio, ſine vllo ſcandalo omnes ad agnoſcendum verum pōtificem Chriſti Domini noſtri vicarium & D. Petri ſucceſſorem debet excitare.*

Amedeus excommunicatur.

A.C. 1435.

Gallicum Epiſcopum Maurianenſem Capuanum archiepiſcopum de regno oriundum, Genuenſem archiepiſcopum, magiſtrum Ioannem Hiſpanum ordinis Prædicatorum, qui multum laborauerat in Baſilea pro defenſione iurium Eugenij, Dominum Petrum Venetum nepotem ſuum, alium ſuum, nepotem Cardinalem creauerat Romæ, cum Domino Agnolotto Romano. Poſtea Græcos, Nicænum & Rutenum, & Dominum Ludouicum Paduanum, deinde Dominum Ioannem Hiſpanum, & Thomam Bononienſem. Ex Prioribus autem iam migrauerant Rothomagenſis Aragonenſis, ordinis Prædicatorum, & poſtea vrſinas cardinalis in Balneis.

Eugenius ſ monaſteria monialium diſſolutè viuentium aliis attribuit.

Et vt zelator præcipuus religioſæ conuerſationis, multa monaſteria monialium diſſolute & inhoneſte conuerſantium euacuauit, dignitatem abbatiſſalem extinguendo, & moniales eorum ad alia monaſteria tranſmiſit. In via ſancti Galli monaſterium ſancti Syluestri, illud concedens ſeruitis de monte Sonario. Monaſterium ſanctæ Mariæ de mue, illud conferens canonicis regularibus abbatiæ Feſulanæ. Monaſterium ſanctæ Luciæ, illud tribuens Carmelitis, ſed poſtea illis ſponte dimittentibus, ſororibus de pœnitentia beati Dominici Monaſterium de querectio, ipſum hoſpitali Domini Bonifacij ſibi contiguo conſignans. Monaſterium Chiariti, id eremitanis de obſeruantia elargiendo, licet poſtea dicti fratres auctoritate apoſtolica ad eccleſiam ſancti Bernabæ tranſierint. Monaſterium ſanctæ Vrſulæ non longe à dicta eccleſia, ſororibus tertij ordinis beati Franciſci concedens. Monaſterium de Ricobolis, eremitis illud attribuendo. Monaſterium Ciſtertienſium, monalium in via Pinti, monachis Ciſtertienſibus regulam obſeruantibus aſſignando. Aliud extra ciuitatem ſcilicet ſancti Donati diſſolutiſſimum, eiectis quibuſdam ad vitam regularem reformando.

Virorũ quoque monaſteria reformantur.

Sub eo quoque monaſterium Septimi Ciſtertienſe, valde diſſolutum & diſſipatum, reductum eſt ad vitam regularem ex monachis nigris abbatiæ Florentinæ cum cardinalis Firmanus haberet id in commendam. Similiter & monaſterium ſancti Saluij ex monachis etiam abbatiæ Florentinæ. Monaſterium etiam ordinis minorum de Monticellis multum deformatum ad normam reduxit optimam. Romæ eccleſiam Lateranenſem conceſſit canonicis regularibus, Eccleſiam ſancti Pauli monachis ſanctæ Iuſtinæ, & multa alia monaſteria illis conceſſit in diuerſis ciuitatibus vt conuentum Auerniæ fratribus obſeruantiæ ſancti Franciſci. Tunc etiam inchoatum eſt monaſterium à fundamentis monialium, quod dicitur Muratarum, ſub titulo annunciatæ & regula dicti Benedicti, ſub abbatiſſa Agatha, quæ prius habitabãt in oratorio ſito ſuper pontem Rubaconte, valde arcto, nunc degunt in ſpatioſo loco. & pulcherrimo in ſtructuris, officinis, clauſtris, & horto, quæ nunc traſcendunt numerum centenarium in magnis obſeruantiis, ieiuniis, ſilentiis, exercitiis, tenuitate victus, & veſtitus diuinis officiis omnes concurrentes. Extra canonicas horas continuo die noctuque, duæ ex ſingulis choris in

Monaſteriũ muratarũ in Florentia.

A eccleſia viciſſim aliæ aliis ſuccedentes pſalterium perlegunt: ſub cura diœceſani domino militant, frequentantes confeſſionem & communionem cum ordine indeficienti. Nedum autem proprietas apud aliquam reperitur, ſed nec poſſeſſiones, aut reditus in communi habent monachis conceſſas, victum ſibi parcum laborare manuum & eleemoſynis eis largitis procurant, in ſumma charitate vnum cor, & vnam animam in domino habentes. Quod monaſterium per Ioannem de Bencis conſtru- B ctum à principio vſque in finem per eum conſummatum eſt, prope vrbis mœnia abintra & verſus portam, quæ crucis dicitur.

A.C. 1436.

Proprietas apud Muratas non reperitur.

Ioannes de Bencis fundator monaſterij muratarum.

Inſuper cum monaſterium ſancti Marci Florentiæ inhabitarent monachi ſylueſtrini ſub regula Benedicti militantes, & fama eorum obſcura eſſet, & ingrata populo dictæ eccleſiæ placuit Eugenio viſitationem dicti monaſterij quibuſdam prælatis imponere, & de eorum vita inquirere. Quibus peractis relatione facta pontifici de relaxatione & diſſolutione conuerſationis illorum, ad ſupplicationes princi C paliter Coſmæ & Laurentij de Medicis, ac etiam popularium dictæ eccleſiæ, dictum monaſterium ſancti Marci fratribus prædicatoribus ſub obſeruantia degentibus, in conuentu ſancti Dominici Fæſulanæ diœceſis, & conuentu ſancti Georgij Florentini vniris per viã permutationis ſeu tranſlationis [conceſſum eſt] ea ordinatione diſpoſita: vt fratres prædicatores habitantes in ſancto Georgio ad ſanctum Marcum habituri tranſirent, & monachi Sylueſtrini econuerſo ad ſanctum Georgium transferrentur, cum bonis etiam immobili- D bus ſancti Marci, quodam agro (quod poſtea factum eſt pomœrium) cum quibuſdam domunculis iuxta eccleſiam exceptis. Cui ſententiæ & definitioni prædicatores paruerunt. Sylueſtrini autem locum ſancti Georgij accipientes, nihilominus, ad concilium Baſilenſe appellarunt. Quod nil eis profuit.

Monaſterium S. Marc. Prædicatorib' conceſſũ.

Sumpta igitur poſſeſſione conuentus, Coſmus, vt vir magnificus [monaſterium cœpit, ædificare, & dirutis prioribus officinis, vt ineptis & inutilibus, non deſtitit quouſque omnia conſummauit, quæ nunc apparent, eccle- E ſiæ ſolum addens maiorem capellam. Primo & ſecundo clauſtro perfectis, ex agro priori & horto contiguo viridarium ſpacioſum, arboribus fructiferis conſitum, muris altis circundatum conſtituit. Armarium longum & latum fieri fecit, ita notabile ſicut in tota Italia, libris notabilibus in diuerſis facultatibus nõ ſolum Latinis, ſed & Græcis, qui fuerant Nicolai de Nicolis viri ſtudioſi, linguæ vtriuſque periti, illud exornans. Ipſa autem eccleſia conſecrata fuit per cardinalem Capuanum in die epiphaniæ, Domino ipſo Eugenio cum cardi- F nalibus & aliis curiæ prælatis, ex conuentu ſanctæ Mariæ nouellæ, vbi reſidebat ad ipſam eccleſiam ſancti Marci accedentibus, & miſſarũ ſolemniis per dictum cardinalem celebratis, intereſſentibus indulgentiam relinquens annorum ſeptem & quadragenarum totidem die illa viſitantibus eccleſiam ipſam perpetuo duraturam, & die illa cum nocte ſequenti ibi requieuit, quod fuit anno Domini. 1442.

Coſmus Medices Prædicatorum cœnobium conſtruit.

Cathedralis

A.C. 1436.

Cathedralis Eccleſiæ Florentinæ dedicatio. A.C. 1436.

§. VI.

PRIORI autem tempore per plures annos paulo antequam Bononiam pergeret Eugenius eccleſia cathedralis, qui olim ſanctæ Reparatæ, nunc nuncupata eſt ſanctæ Mariæ de flore, per ipſum Eugenium conſecrata eſt cum mira ſolemnitate. Nam pons ligneus incredibili celeritate, ac mirabili opere ædificatus eſt ab eccleſia prædicatorum, vbi pontifex habitabat, ad ipſam baſilicam dedicandam. Is verò pons non ſolum ad magnificentiam pertinuit, verumetiam ad neceſſitatem. Tantus etiam in ipſa dedicationis die (quæ fuit Dominica annunciantionis) concurſus hominũ fuit ex agro & finitimis oppidis, & ipſa vrbana multitudine, vt cõpleretur omnes aditus, omneſque viæ. Non enim pontifex cum cardinalibus & prælatis præ nimia turba apte tranſire valuiſſet. Incepit autẽ is pons à porta ipſa eccleſiæ prædicatorum, inde nouam plateam ſecans, vſque ad caput viæ quæ ducit ad eccleſiam ſanctæ Mariæ maioris, per ipſamque viam continuato ponte vbique vſque ad templum Baptiſtę, proximamque ſubinde baſilicam peruenit. Erat vero altitudo pontis circiter bracchiorum quatuor, pedeſque lignei tranſuerſa ſuſtentabant ligna, ſuper quibus tabulata erant. A latetibus vero columnæ, paribus inter ſe diſtantes ſpaciis inſurgebant, in altitudine brachiorum ſeptem quibus columnis alia exiliora ligna in extrema altitudine iungebantur. Super his vela erant, quibus põs tegebatur vniuerſus, cum papilionibus vtrinque pendentibus. Pauimentum rurſus ab vtroque latere, vſque ad zonam hominis à vicis erat munitum.

Pons admirabilis Florentiæ conſtructus.

Per hunc pontem incedens pontifex, magna & ipſe pompa magnoque ornatu, cum omnium cardinalium, prælatorumque multitudine ad baſilicam conſecrandam peruenit, ſpectante populo de inferiori loco, & cum lætitia tantum apparatum intuente. In quo officio vexilliferum iuſtitiæ, qui tunc erat, militẽ fecit. Indulgentiamque ſeptennem cum quadragenis totidem perpetuo duraturam eccleſiam illam in die illa annunciationis viſitantibus dereliquit. Et peracto officio per eundem pontem ad eccleſiam prædicatorum reuerſus cum comitiua ſua eſt. Factum eſt hoc anno Domini. 1436.

Ante verò ipſam conſecrationem, per aliquot annos Eugenius ipſe cultum diuinum in officiis ampliauerat inſtituendo ſcholam clericorum, qui quotidie intereſſent cum ſuperpelliciis miſſæ decantandæ, & horis diurnis, completorio dempto, ſub magiſtro eis præficiendo, qui in grammaticalibus, & cantu eos inſtrueret, & non minus in moribus: certa prouiſione pro mercede ſui laboris ſtatuta. Locus autem, quo clerici illi pro inſtructione eorum conuenirent, prope eccleſiam ipſam deputatus eſt. Et ij quidem legitime nati à decimo anno vſque ad decimum quintum aſſu-

Eugenius cultum diuinum auget.

En tibi ſeminariorum originem.

A mendi & deſcribendi, & vſque ad ſacerdotium retinendi erant ab antiſtite ciuitatis, & conſulibus artis lanæ, quibus etiam certa prouiſio ſingulis decreta fuit, nouem videlicet floreno rum annuatim in ſubſidium aliquod librorum, & victus à monte Florentino recipiendo rum. Vacante enim ſede archiepiſcopali Florentina per annum & vltra ex reditibus archiepiſcopatus dicti temporis, ipſe Eugenius tantam pecuniæ ſummam in monte poſuit, vel credito emit, vt poſſet ex paguis dicti crediti de quantitate prædicta ſingulis clericis

A.C. 1437.

Prouiſio i. Penſio annua.

Pagua i. cẽſus.

B prouideri, Sed poſtea propter guerras ſuperuenientes, exhauſto ærario, per multos annos, nec ipſis clericis à mõte collatum eſt aliquid, ſed nec eccleſiis, monaſteriis, capellis, hoſpitalibus, & aliis creditoribus montis (non ſupportante hæc onera communitate, id eſt has collectas quas præſtantias vocant quicquam) redditum eſt, nec redditur, ſtatuto edito ſuper bis ſic dictante. Quę autem iuſtitia, quæ equitas, quæ caritas hoc dictet, vt ſic defraudentur piæ defunctorum voluntates, ipſi viderint, qui legem dederunt.

C Magnificauerat per prius ipſam eccleſiam Gregorius duodecimus & Ioannes xxiij. prædeceſſores ad inſtantiam & requiſitionem cõmunitatis, quę curam in temporalibus cõceſſerat artis lanę conſulibus, ſicut & oratorij Baptiſtæ mercatorum artis conſulibus, ad numerum duodenarium canonicorum, qui prius erat in ipſa eccleſia deputatus: & alios duodecim addendo, quos conſules ipſi cum vacarẽt dicti canonicatus, haberent præſentare, & archiepiſcopus confirmare: quibus de præbendis prouiderent conſules ipſi de ſubſtantiis ar

Eccleſia Florentina à quibus Pontificibus ornata

D tis & tantumdem maſſę quantum prius eccleſia habebat pro diſtributionibus quotidianis quæ iis qui interſunt officiis dantur, ſuperadderent, quod adhuc minime adimpletum eſt. Martinus autem quintus ſucceſſor prædicatorum ad magnificentiam decoris eius hoc ſuperaddidit, vt ex epiſcopali ſede in metropolitanam eam promouerit. Et ſic ornatus ſpiritualis eccleſiæ indies auctus correſpondet exteriori pulchritudini marmoribus variis exornatæ.

Meſſa. i. cumulus.

E

Pax inter Italiæ principes. Blond. lib. 6. dec. 3. Leo. Aret.

§. VII.

INTEREA concordia inter Eugenium & Philippum Mediolanenſem ſecuta eſt. Imolaque & alia quædam Flaminiæ oppida pontifici reſtituta. Stabilita quoque pax iterum cũ Florentinis & Venetis, inita confœderatione, in qua & Veneti & Mediolanenſis ac Florentini comprehenſi ſunt, eo pacto, vt ſi quis eo-

F rum alterum offenderet, cæteri omnes adiuuare eam partem, quæ offenſa foret, tenerentur. Hæc & ſi ſolemniter facta & plena maximæ ſpei forent durationem minime habuerunt, cuius cauſa infra dicetur.

Cùm adhuc Eugenius ipſe cum curia reſideret Florentiæ, quoddam horribile dictu geſtum eſt, Fabriani notabili oppido, & populoſo

A.C. 1437. loſo, quale & ethnico dedeceret. Nam cum Thomas vocatus de clauellis, qui cum filiis tribus ſcilicet Baptiſta, Guidone, & Bulgaro dominabatur ibi, & in quibuſdam aliis caſtris vicinis pro eccleſia tanquam vicarius eius & per longa tempora ante talem tenuerat vicarium cum ſuis præcipue Clauello quodã vocato viro ſtrenuo in armis in feſto Aſcenſionis dominicæ intereſſet miſſæ ſolemni, quæ cantabatur in eccleſia maiori, infra miſſam, quidam qui conſpirauerant in mortem eius, in eccleſia præſentes, armis accincti, inſultum gladiis fecerunt in patrem cum duobus filiis (tertius aberat à loco illo) & interfecerunt eũ in ipſa eccleſia infra miſſarum ſolemnia. Nec contenti tanto ſacrilegio, filios eorum paruulos occiderunt gladio, vel veneno. Et euacuatis domibus eorum ſubſtantia (quæ multa erat) ſtatuerunt inter ſe, quis quid acciperet, erexerunt que ſe in libertatem non recuſantes dominium eccleſiæ, ſed tyranidem Clauellorum. Cauſa quæ mouit illos ad tantum flagitium, fuit durum iugum ſeruitutis, quo premebantur impoſitionum nimiarum. Et dura locutio ad eos, quando quærulabantur in huiuſmodi. Poſtea quæſierunt abſolutionem à Papa.

Familia de Clauellis ſa bronui nefarie occiditur.

Eugenius Bononiam proficiſcitur.

Recepta autem ab Eugenio ciuitate Bononiæ, poſt Mediolanenſem confœderationem haud multo poſt dedicationem baſilicæ præfatam, Eugenius cum curia ſe Bononiam tranſtulit. Sed ante acceſſum quidam Baltaſar de Offida miles factus, deſtinatus ab eo Poteſtas illuc, aſpectu deſpicabilis, ſed animo audaciſſimus, iuſtitiam populo miniſtrabat ſecundum æquitatem cordis ſui magis, quam ſecundum iura. Et vt callidus, amicos ſibi & familiares fecit magnis & notoriis ſceleribus irretitos, ea intentione (vt patuit) vt alios malefactores per eos notificatos extingueret. Quibus punitis, & eoipſos, quorum flagitia, & ſibi & omnibus pene nota erant, ſupplicio affecit. Et vt gratia exempli de iudiciis eius aliquid appareat, vnum riſu dignum in medio afferatur. Amiſerat vnus diues auarus trecentos aureos, vel circa in ſacculo contentos. Ipſos inueniens in via pauper quidam fidelis & bonus, ſacculum vt erat cum pecunia illi reſignauit amiſſione audita. At ille florenos numerans reperit vnum aureum deficere de quantitate, quam aſſerebat amiſſam. Et cum pauper ſe ſacculum non aperuiſſe, ſed prout inuenerat reddidiſſe reſponderet, diues illum trahit ad iudicium coram dicto Poteſtate. Petit ſibi reſtitui ab inuentore, quod amiſerat ſcilicet trecentos aureos, à qua ſumma vnus deficiebatur. Reſpondit pauper ſe, quod inuenit, & prout inuenit, conſignaſſe. Profert Baltaſar ſententiam definitiuam dicens: Ex quo ſumma aut pecunia tua amiſſa aureorum eſt trecentorum & inuenta à paupere iſto eſt ducentorum nonaginta nouem, conſtat, quia iſta non eſt pecunia tua quam amiſiſti. Et quia non inuentus eſt adhuc dominus ſummæ huius ducentorum nonaginta nouem iſti inuentori conſigno, & conceda, vt ex ea filias nubiles, quas habet, nuptui tradat dotando.

Baltaſar of fidanus quis fuerit.

Cæterum cum Dominus Antonius Bentiuoglia reuerſus Bononiam, magnam ſequelam ciuium haberet, caudamque non modicã ſecum traheret comitantium, coorta eſt ſuſpicio vehemens contra eum, ne forte ciuitatem eccleſiæ ſubtraheret. Quamobrem ſub prætextu alicuius honeſtæ cauſæ poteſtas ipſe eũ ad ſe vocari fecit. Ille nil contra ſe tractari ſuſpicatus, ſe illico præſentauit, & mandato eius detentus ſine mora capite plexus eſt. Quod multis diſplicuit, & cauſa ignota fuit, cum tamen non multo ante ipſe Dominus Antonius Bononiam reuerſus operatus ſit, vt deficeret à duce, & perueniret ad Eugenium. Nondum tamen papa Eugenius illuc acceſſerat, quando decapitatus fuit.

Antonius Bentiuoglia capite plectitur. Blon. lib. 7. dec. 3.

Poſtquam autem Eugenius Bononiam pergens illic aliquamdiu manſiſſet, & Comes Frãciſcus Sfortiæ filius circa illas partes maneret ad ſtipendium ligæ, vna dierum ille Baltaſar de Offida profectus eſt ad comitem ſub prætextu alicuius rei opportunæ, re autem vera eum capturus, & forte perempturus. Notificatæ ſunt ei inſidiæ, & proditio, tunc autem erat ad obſequia ligæ ſcilicet Florentinorum & Venetorum. Itaque cum perueniſſet ad eum Baltaſar, comes præueniens, cepit eum, & in laqueo quem abſconderat comprehenſus eſt pes eius, ductumque captiuum diro carceri mancipauit & crudeliſſimo affecit ſupplicio. Nam (vt dicitur) ipſum [a] nudum in pelle animalis recenter excoriati inuoluens eum ligauit, vt in nullo ſe poſſet manibus iuuare, eique ad comedendũ & bibendũ miniſtrari fecit, ſed vermes ex pelle orti paulatim conſumpſerunt eũ.

Caſtrum Butrij magnum & opulentum, tunc à gentibus armorum eccleſiæ Petri & Pauli, & aliorum totaliter in prædã expoſitũ eſt, propter illud comes Franciſcus valde indignatus eſt contra Eugenium, aſcribens proditionem ſibi paratam, cuius tamen, vt creditur, non erat conſcius: cum non eſſet vir ſanguinũ neque doloſus, ſed clemẽtiſſimus & magnanimus. Depredatio autem Butrij ipſi Eugenio imputata fuit ſaltem indirectè, quia à gentibus eccleſiæ à ſe conductis factum hoc fuit, quas coercere potuit, & debuit. Deus autem iudex iuſtus, & patiens, omnia iuſto ſuo iudicio, & ſi nobis occulto permiſit.

Caſtrum Butrij direptum. Eugenius à ſanguine abhorrens.

Inter hæc Luca iterum à Florentinis obſeſſa eſt ex huiuſcemodi cauſa. Venerant in agrũ Lucenſem permagnæ equitum copiæ Philippi Mediolanẽſis, ducebat autem eas Piccininus petebatque à Florentinis vt pacatè ſibi tranſire in Senenſium fines liceret. Florentini autem ſuſpicantes fraudem aliquam ſubeſſe, trãſitum negauerunt. At ne forte vi tranſitum adoriretur, Franciſcum Sfortiã celeriter vocatũ (erat enim Venetorum Florentinorumque militiæ dux prius factus) venientibus oppoſuerunt. Initium hyemis erat cum hæc facta ſunt ſtatimque habita eſt per vniuerſam hyemem ambigua pax cum fines agri Florentini Piſani que à copiis ſuis defenderentur, ab hoſtibus vero circum ea loca deſidentibus ſuſpiciones

a *Non abſimile fuit ſiapharum ſupplicium apud Perſas vſitatum quod propter atrocitatem ſuã mens quodammodo horret, & manus ſcribere refugit vide Plutarchum ſi vis in Artaxerxe.*

magis

A.C. 1438. magis,quam apertũ bellũ inferretur.Sereſanã A tamẽ,& alia quædã Lucenſis agri caſtella per eã hyemẽ ceperunt hoſtes,& duo parua loca in Pſal.95. agro Piſano ad extremum occupauerunt.

A.C. 1438. Trãſacta demũ hyeme noſtros maiori apparatu Piſis egreſſos non expectauerũt hoſtes.Erant enim afflicti lõga hyemis militia,ſed trãs Apenninũ abeuntes in Galliã ciſalpinã ſe receperũt.Florentinorũ copię receptis omnibus caſtellis primo amiſſis cũ materia deerat belli,Lucẽſes inuadere cõſtituerũt,eis ſuccẽſentes quòd hoſtibus auxilia pręſtitiſſent, quòdque eos cõmeatu,cæteriſque rebus, quæ ſunt B ad vſum belli ſuſtẽtaſſent.Itaq; in Lucẽſes verſis ſignis,cuncta ferme eorum caſtella ceperũt Blond.lib. 8.dec.3. &Lucã ipſam obſederũt,vt parua admodũ,vel nulla euaſionis ſpes ſupereſſe videretur. Nam hoſtiũ copiæ per ſuperiorẽ hyemẽ diutius in agro Lucẽſi cõmoratæ, omne quaſi frumentũ eius verbis cõſumpſerãt, nona autẽ frumenta priuſquã matureſcerẽt,Florentinorũ copiæ vaſtauerãt:quare in extremo cõſtituta ciuitas frumẽti defectu peritura credebatur nutriebat tamẽ eorũ ſpem Nicolaus Piccininus,qui ſe vẽ- C turũ ad obſidionẽ ſoluendã minitabatur,& apparatus quoſdã ad oſtẽtationẽ faciebat. Quid autem poſtea acciderit de Luca,dicetur infra, ſed pri⁹ de reductione Gręcorũ enarrãdũ,quæ fuit circa illud tempus,res vtique digna perpetua memoria,poſtea de bello contra Lucam.

De reductione Græcorũ,& bello Venetorũ & Florentinorũ contra Ducem Mediolanenſem propter Lucam. Eugenius ad Græcorũ vnionẽ ſtabiliendam Conciliũ primo ferrariæ deinde Florentiæ celebrat. A. C.1438. Blond. lib.8.dec.3. Pius 2.lib.2.coſmog. c.52. & 54.Aemy.Naucl.tom.4.Concil.

D

CAP. XI.

CVm Eugenius Bononiæ in curia reſideret,Gręci [a] patriarcha ſcilicet & imperator eorũ cũ proceribus imperij ipſius tractare cœperunt per oratores cum eo de cõcordia & vnione faciẽda eorũ cũ Latinis, vt vnũ eſſet ouile & vnus paſtor.Ad quod efficiendũ poſtulabãt B cõciliũ generale celebrari,in quo præſente Romano põtifice,& patriarcha Conſtantinopolitano,ac imperatore ſuo,p doctores vtriuſq; partis diſceptaretur rationibus,quid tenendũ reſpuendũve foret de veritate Chriſtianæ religionis.Quibus annuit ſummus antiſtes.Vnde ex Cõſtantinopoli præfati patriarcha,& imperator cũ fratre ſuo,& magno comitatu numero fere quingentorum ſe mouentes Venetias applicuere.Ibi percipientes conciliũ generale Baſileę congregatũ diſſentire ab Eugenio,aliquãdiu ſubſederũt animo ſuſpenſi,de loco ac- C ceſſus ſui:nec enim cõgregati Baſileę poſt diſſolutionẽ & irritationẽ factã cõcilij per Eugeniũ deſiſtebãt à proſecutione incœpti:ſed ſollicitì inuitabãt gręcos Baſileã ad cõciliũ id accedere. Præualuit tamen authoritas Eugenij cum ſuaſionibus plurimorum vt ad præſentiam ſuam ſe conferrent.

Et vt ſatisfaceret petitioni eorũ concilium generale indictũ eſt,& publicatũ Ferrariæ celebrãdũ quo ipſe Eugenius cũ ſua curia è Bononia profectus eſt:&venientibus Gręcis epiſcopis,& aliis prælatis,qui haberi poterãt, in breui vocatis,cœpit materia agitari de proceſſione ſpiritusſancti:quẽ à patre & filio procedere Latina fatetur eccleſia Gręca negabat Verũ quia peſtis Ferrariã cœpit inuadere,trãſlatum eſt conciliũ aſſentientibus cũctis Florentiã.Et cum Eugenius eo tendere ſtatuiſſet, inſidiæ ei in via paratæ ſunt ad capiendũ eũ.Sed detectis eis declinauit à via recta,alteram inſuetã aſſumens,& periculũ euadens.Florentiã ingreſſus ſummo cũ honore,& gaudio ſuſcipitur locat⁹ in eccleſia prædicatorum. Paulo poſt ſecutus E eſt eũ patriarcha & imperator Conſtantinopolitani cum doctoribus ſuis & proceribus, cum magna ſolemnitate in vrbem ingreſſi, & honorabiliter collocati in diuerſis manſionibus. Patriarcha vero Conſtantinopolitanus plenus dierum,paulo poſt in fide Romanæ eccleſiæ migrauit è ſæculo, ſepultus in eccleſia ſanctæ Mariæ nouellæ.

Conciliũ Ferranenſe A.C. 1438.

Transfertur Florẽtiam.

Conuenientibus igitur Latinis & Græcis die ſtatuta,in loco determinato reſidentiæ papæ in conuentu prædicatorum, publico conſiſtorio,loca vnicuique decentia omnes ſortiti ſunt.Et pontifex ſummus in trono eminentiori ornato reſedit,facie verſa ad oriẽtẽ iuxta F quẽ reuerẽdiſſimi Dñi cardinales à dextris & ſiniſtris diſtincti paulò inferius.Imperatori verò Græcorum ſedes parata eſt decora, econtra pontificem in aliquali diſtantia,vultu conuerſo ad occidentem.Doctores Latini diſputantes in latere per tranſuerſum,ſedes acceperunt verſi ad meridiem, Gręci verò magiſtri conſidebant verſi ad aquilonem:cæteri circũ

Patriarchæ Conſtantinopolitani confeſſio.

a *Hic Patriarcha Ioſephus dictus eſt,quẽ Florentia die 8.Iunij in confeſſione Romanæ Eccleſiæ diem obiiſſe certiſſimum eſt:Cum enim eſſet ſolus,ac horam mortis ſuæ,quæ etiam ſubitanea erat,præſentiret,ita ſcriptum reliquit,vt habetur in ſeſſ.vltima Concilij Florent.) Quoniam ad extremum vitæ meæ perueni,idcirco pro meo munere dilectis filiis,benignitate Dei,meam ſententiam bis literis palam facio.Nam quæ D.N.Ieſu Chriſti Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ſentiat,ac celebret,omniame quoque ſentire,credereque profiteor,ac ipſis plurimum aſquieſco.Beatiſſimum autem Patrẽ Patrum ac ſummum Pont.Romæque veteris Papam, D.N.Ieſu Chriſti Vicarium eſſe concedere,atque animarum Purgatorium eſſe non inficior.Hæc ille. Imperator vero omni laude digniſſimus,qui huic Cõcilio interfuit,Ioannes,VIII.Manuelis iunioris filius,Palæologus,96.oriẽtis Imperator dictus eſt.Ex actis Concilij. Cæterum hoc præclarum & memorabile Concilium ſanctiſſimus Dominus noſter Gre-* A *gorius.13.Græcorum vnionis præter cæteros ſtudioſiſſim⁹ in Græcã linguã yris nãuari Romæ curauit, vt noſtro hoc ſæculo,ſicut & ſuperiori Græci cũ Romana eccleſia in fide & religione conueniant atque Turcorũ iugũ quod eis propter ſeparationẽ ab Eccleſia Romana eſt impoſitũ vna cũ peruerſis quib⁹ ſubo rãt opinionibus Deo propitio tãdẽ aliquãdo excutiãt.* A.C. 1438

A.C. 1438.

Domini terra humi.

dantes plurimi aliqui ſteterunt, aliqui in Domini terra ſubſtratis tapetis ſe locauerunt. Et ex Latinis quidem aſſumpti ſunt quatuor, duo epiſcopi, vnus Colloſſenſis ordinis prædicatorum in theologia doctor egregius, & vtriuſq; idiomatis peritiſſimus, alter ordinis minorum doctiſſimus, & duo alij, abbas generalis Camaldulenſis vtriuſque linguæ peritus, Dominus Ambroſius, & magiſter Ioannes de monte nigro, profundus theologus, ordinis prædicatorum prouincialis Longobardiæ. Et in capite eorum reſidebat Dominus Iulianus cardinalis ſancti Angeli, qui nuper venerat ex Baſilea dimiſſo conciliabulo. Ex Græcis epiſcopus Nicenus, & epiſcopus Epheſinus: & quidā alij. Arguens autem in ea diſputatione fuit magiſter Ioannes de monte nigro præfatus ſolus & reſponſalis Epheſinus ſolus. Vt autē omnes intelligerent cum arguens idiomate latino vtebatur, & reſponſalis Græco: medius autem cōſtitutus eſt vtriuſque linguę[a] peritiſſimus quidā, qui própriſſimè fideliſſime, & eloquenter verba latina arguentis referret in greco reſpōſali, & verba greca ei⁹ interpretaretur in latino.

Locus ab auctoritate in theologia plurimum valet.

Poſt aliquas propheticas & ſubtiles ratiōes, & reſponſiones inductas, placuit partibus procedere per locum ab authoritate qui eſt potiſſimus in theologica facultate. Inductæ ſunt authoritates[b] multorū doctorū grecè ſcribētiū, vt Anaſtaſij, Cyrilli, Dydimi, Chriſoſtomi: & maxime magni Baſilij, qui habetur apud eos

a *Hic interpres fuit Nicolaus Saguntinus vtraque lingua diſertiſſimus, ingenio facundiaque iuxta promptus. Piu. 2.*

b *Has auctoritates poteris legere in eodem Cōcil. ſeſſ. 25. & apud D. Thomam opuſc. 1. contra errores Græcorum & alios: ſed qui plures in hanc rem ſententias ſimul adduxerit quam Gennadius Scholarius patriarcha Conſtantinopolitanus, arbitror poſſe neminem ex quo aliquas nos hoc loco recenſebimus. Cyrill⁹ Ale. in Ioan. ſic ſcribit: Ecce. n. ecce Spiritū veritatis, id eſt, ſuiipſius Paracletum dicens, à patre procedere cum dicit. Nam quemadmodum proprius eſt ſpiritus filij, cum naturaliter ab eo ſit, & ab eo procedat, ſic etiam Patris eſt proprius. Gr. Nyſſ. hom. 3. ſuper pater noſter. ſpiritus inquit filij dicitur, quia ab eo accipit, ab eoque procedit, & ex eo eſt, quemadmodum ex patre. & paulo poſt. Spiritū veritatis eum appellauit, id eſt ſuimet. Nō enim ab vnigeniti eſſentia alienus ſpiritus intelligitur, procedit autem naturaliter ab ea cum nihil aliud præter eū ſit quoad identitatē naturæ. & in ho. 4. Sāctus ſpiritus & ex patre dicitur, & ex filio pręterea eſſe oſtenditur. Siquis ſpiritum Chriſti (dicit Apoſt. Rom. 8. non habet, hic non eſt eius, Baſilius in 3. ad ver. Eunom. Quod auctoritate quidem ſpiritus ſanctus ſecundus à filio ſit, & ab eo habeat eſſe, & in ſumma ab ea dependeat cauſa religionis ratio tradit. In actis pimæ Synodi hæc habentur. Spiritum ſāctum ex patre procedere, proprium autem eum eſſe filij & ab eo ſcaturire. Athanaſius, Ne credat quis, inquit, quod filius, quod non habebat accipiebat, is enim ſuperne mittebat vt Deus, & inferne eum ſuſcipiebat vt homo. ex eo igitur in eum deſcendebat, ex eius deitate in humanitatem ipſius. Has & multas is affert alias ſanctorū Patrum Græcorum ſententias ex quibus patet Gręcos recentiores contra doctorum priſcorū auctoritatē ab eccleſia Romana deſciſcere.*

A.C. 1438.

in magna veneratione ſanctitatis, & doctrinæ qui in libro ad Eunomiú de ſpiritu ſancto expreſſe aſſerit ſpiritū ſanctū procedere non ſolum à patre, ſed à filio. Et cum reſponſalis iam nō haberet quid diceret, ſubterfugiū quæſiuit negans hoc Baſilū in eo libro ſcripſiſſe, ſed mēdoſe interpretatū cum in codicibus ſuis grecè ſcriptis ſecum delatis hoc minime reperiretur. Adducti ſunt plures codices Baſilij ad Eunomium græce exarati, quorum aliqui erant apud Græcos: alij penes Latinos noſtros Græci ſermonis peritos. Et cū in noſtris & aliquibus Grecorū de Cōſtātinopòli adductis liquide haberetur ſpiritum ſanctum à patre & filio procedere: deprehenſa eſt malitia græcorum, quod ſcilicet corruperāt ſcripta Baſilij, filium ſubtrahendo in ipſa proceſſione. Et cum imperator Gręcorum diceret in partibus ſuis plurimos haberi tales libros Baſilij græce ſic continentes, & illis paucis tunc in medium adductis non ſtandū, reſpondit Dominùs cardinalis diſputationi præpoſitus. Domine imperator cū decreueritis ad certamen venire, oportuit magnificentiá veſtrā arma veſtra vobiſcū adducere, non in certamine ipſa expectare. Sicque Greci confutati fuere, & deuicti. Huic diſputationi præſens fui. Sed & aliis diebus conuenientes in diſputatione, demum conuicti, errorē ſuū cōfeſſi ſunt, & ad emēdationē parati, & ad vnionē ac icorporationē cū Romàna eccleſia diſpoſiti apoſtolicę ſedi ſe ſubiiciētes,

Spiritum ſanctum à Patre filioque procedere probatur.

Ille tamen Epheſinus acerrimus diſputator permanens in perfidia ſua, cum aliis ad veritatem fidei reuerti noluit. Verum ad patriam rediens cum cardinalis Venetus deſtinatus legatus in regionē illā, Conſtantinopoli morā traheret, & in eius ſocietate eſſet venerabilis epiſcopus Coronēſis, Dominus Bartholomęus de Florentia ſacræ theologiæ profeſſor egregius & Græci idiomatis non ignarus, placuit eidē imperatori Græcorū, & proceribus eius, vt fieret publica concertatio inter epiſcopum Epheſinū prefatū & Coronenſem epiſcopū, iá fama ibi celebrem. Quo facto Epheſinus prefatus itetū ab eo ſuperatus & cōfuſus eſt, & tanta ex eo abſorptus triſtitia, vt intra paucos dies expirauerit cum ſua perfidia.

Conſtantinopolitana Eccleſiæ Romanę conciliatur. ex geſtis Concilij.

§. I.

ET eo anno ſcilicet 1439. in die Dominica menſis Iulij, celebrata eſt ſolennis miſſa in eccleſia maiori Florentię, Et pręſentibus Eugenio papa cum cardinalibus. & aliis multis epiſcopis & abbatibus, ac etiam imperatore Græcorum cū aliis Gręcis, & Dominis prioribus Florentinorū cū vexillifero, & maximo populo ibi congregato cum ingenti gaudio, facta eſt dicta reconciliatio conſtantinopolitanę cum eccleſia Romana, & confeſſio fidei ſecundum ſymbolum, quod cantatur in eccleſiis Latinis per Græcos, & ſuper his facta declaratio fidei tenendæ ab omnibus fidelibus Latinis & Græcis, quæ ſic incipit.

Literę ſactæ vnionis.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam conſentiente ad infraſcripta chariſſimo filio noſtro Ioanne Palæologo imperatore illuſtri, & loca tenentibus

A.C. 1438. tenentibus venerabilium fratrum noſtrorum patriarcharum, & cæteris orientalem eccleſiam repræſentantibus. A

Pſal. 95. Lętentur cœli, & exultet terra &c. & infra. In nomine igitur ſanctæ trinitatis patris & filij & ſpiritus ſancti, hoc ſacro vniuerſali approbante Florentino concilio definimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicque omnes profiteātur, quod ſpiritus ſanctus ex patre & filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam, ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex patre ſimul & filio & ab vtroque æternaliter, tanquam ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit, declarantes quod id quod ſancti patres & doctores dicunt, ex patre per filium procedere ſpiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc ſignificetur filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidem cauſam, ſecundum Latinos principiū ſubſiſtentiæ ſpiritu ſancti, ſicuti & patrem. Et quoniam omnia, quæ patris ſunt, pater ipſe vnigenito filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe patrem, hoc ipſum quod ſpiritu ſanctus procedit ex filio, ipſe filius à patre æternaliter habet, à quo etiam æternaliter genitus eſt. B C

Filius habet à patre, vt ab eo procedat Spiritus ſanctus. Definimus explicationem verborum illorum, filio, quæ veritatis declarandæ gratia & imminente tunc neceſſitate licitè & rationabiliter Symbolo fuiſſe appoſitam.

Item in azimo ſiue fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici. Sacerdoteſque in altero ipſum Domini corpus conficere debere, vnumquemque ſcilicet iuxta ſuæ eccleſiæ ſiue occidentalis ſiue orientalis conſuetudinem.

Purgatorium eſſe conſtituitur, vide eundem oratione 3. Item ſi vere pœnitentes in Dei caritate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint, & omiſſis, eorum animas pœnis purgatoriis poſt mortem purgari, & vt à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueuerunt ſecundum eccleſiarum inſtituta. D

Animæ purgatæ mox Deū vident. vide eundē oratione 4. Illorumque animas, quæ poſt baptiſma ſuſceptum nullam omnino maculam incurrerint, illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus (prout ſuperius dictum eſt) ſunt purgatæ in cœlum, mox recipi, & intueri clare ipſum Dominum trinum, & vnum ſicuti eſt, pro meritorum tamē diuerſitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali, mox in infernum deſcendere, pœnis tamē diſparibus puniendas. E

Itē definimus ſanctā apoſtolicā ſedē & Romanū pontificē in vniuerſū orbē tenere primatū, & ipſū pontificē Romanum ſucceſſorē eſſe F

Ioan 21. beati Petri, principis apoſtolorū, & verū Chriſti vicariū, totiuſque eccleſiæ caput, & omniū Chriſtianorū patrē & doctorē exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regēdi, & gubernādi vniuerſalē eccleſiā à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenā poteſtatē traditā eſſe, quemadmodū etiā in geſtis œcumenicorū cōciliorū, & in ſacris canonibus cōtinetur. Renouātes inſuper ordinē traditū à canonibus, cæterorū venerabilium patriarcharum, vt patriarcha Conſtātinopolitanus ſecūdus ſit poſt ſanctiſſimū Romanū pontificem, tertius verò Alexandrinus, quartus verò Antiochenus, & quītus Hieroſolymitanus, ſaluis videlicet priuilegiis omnib⁹ & iuribus eorum. Datū Florentiæ in ſeſſione publica ſynodali ſolenniter in eccleſia maiori celebrata, anno incarnationis Dominicę. 1439. pridie nonas Iulij pontificatus noſtri anno, xj. Errabāt Græci in tribus cōmuniter. Primo quòd ſpiritus ſanctus procederet à patre, ſed non à filio. Secundo quod non erat purgatoriū poſt hanc vitā. Tertio quòd eccleſia oriētalis & conſtantinopolitana non eſſet ſub eccleſia Romana, nec patriarcha Cōſtantinopolitanus eſſet inferior Romano pontifice. Horū quodlibet eſt hæreticum. In aliis ritibus ſuis, qui non importāt hęreſim (licet rationabiliores ſint ritus eccleſię occidētalis ſeu Romanę) fuerunt permiſſi manere, ſicut, quòd celebrēt in fermētato, quod baptizēt in alia forma quā nos videlicet Baptizetur ſeru⁹ Dei. N. in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti Amen. Itē quòd ordinati in ſacris, vtantur matrimonio contracto ante ſuſceptionē ipſorum ordinū ſacrorū. Itē quod nutriāt Barbam. Itē quia dent ſacramentum euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie omnibus etiam paruulis, & multa alia.

A.C. 1439.

Tres Græcorum errores, quorū duos ſequuntur Proteſtantes tertium minime.

Inſuper & Armeni, & aliqui ex India miſerunt oratores ſuos Florentiā ad Domiū Eugeniū, poſtulantes & ſupplicātes inſtrui, & erudiri in iis, quę ſunt fidei à Romana eccleſia, & vniri cū ea in caritate Chriſti. Qui examinati in paucis reperti ſunt diſſentire à catholica fide & in illis ſubiecerūt ſe correctiōi apoſtolicæ, ſedis. Quę de concilio prælatorū decreuit in ritibus ſuis, qui non ſunt contra veritatem fidei permitti, ſicut & Græci, licet diſſimiles ſint à moribus Latinę eccleſię. In aliquib⁹ verò, q; à fide vera diſcrepabāt, prohiberi, vt quòd ſacramētū confirmationis nō habebāt in vſu conferēdi illi nationi, declarato eis, quod illi ſicut& cætera ſacraria deberēt accipere, credere, & cōferre, & aliqua alia, quæ nūc nō occurrunt mēti. Quibus determinationibus acquieuerunt.

Armenij cū Romana eccleſia conſentiunt. vide Concilium.

Caieta ab Aragoniis oppugnatur. Blon. li. 7. de. 3. Ac. li. 10. vide ſ. c. 7. A. C. 1433.

§. II.

SED ne geſta inclita in Apuliæ regno ex toto poſt tergum dimittamus, de his aliqua breuiter inſeramus, cum etiam ad Mediolanēſem ſpectent altius pauca repetendo. Poſt mortem Ioannæ ſecundæ reginæ Apuliæ, cum vocatus à proceribus regni ex ordinatione eius fuiſſet Renatus dux Andegauiæ ad ipſum capiendū, quia captus à duce Burgundiæ, detinebatur, retardauit aduentū. Et interea Alphonſus rex Aragonū è Sicilia regnū ingreſſus plures ciuitates vſurpauit, & aliquos ex principibus regni amicos & confœderatos ſibi fecit. Exinde cum magna claſſe. Caietam per mare & terram obſedit, vt nil victus poſſet inferri.

Et cum victualia intra deficere inciperent, ſtatuerunt Genuenſes eis ſuffragia miniſtrare. Vnde de voluntate Mediolanenſis (cui nunc ſubditi erant) onerata naue frumenti, cum claſſe armata profecti ſunt verſus Caietam, & cū

Genuenſes ad Caietanos mittūt auxilia.

A.C. 1439.

propinquaſſent ad ciuitatem claſſis Aragonenſis contra eam egreſſa eſt,& in ea erat rex Aragonum Alphõſus,& duo ex germanis eius multique proceres,nobiles & prælati.Conſertum eſt prælium nauale,atrox & horrendum, vt ſe inuicem facie ad faciem gladiis lapidibus,& ſagittis impeterent.Dnique claſſis Aragonenſis,ſuperata eſt à Genuenſibus capto rege Alphonſo,[a] & fratre eius & multis nobilib[us] regnicolis,Siculis,& Aragonenſibus.Solus vnus ex fratribus regis Petrus Infans ex dignitate vocatus,cum triremi aufugiens euaſit .Soluta ex hoc obſidione Caietæ , de victualibus prouiſum eſt abundanter.

Et quia ducem claſſis Genuenſis deputauerat Mediolanenſis ſibi fidelem , & iuſſis eius omnimodo obtemperant mãdauitẽ Philippus regem Aragonenſem cum germano etiam rege captos ad conſpectum ſuum adduci.Quem dux Mediolanenſis,non vt hoſtem recepit,ſed vt amicum & familiarem humaniſſimè & honorificentiſſime tractauit,& poſt non multos dies liberaliſſime dimiſit,mirabili certè magnificentia in duobus ſimul regibus,ac tot proceribus liberandis.Quid autem ad inuicem condixerint,vel pacti fuerint,in tanta beneuolentia oſtenſa ignoratur, ſed ea liberalitas amittendi Genuam cauſa fuit.

Genuẽſes, Mediolanenſis iugum excutiunt.

Genuẽſes enim vſque adeo indigne tulerũt regem Aragonenſem,inimicum ſuum, abſque aliquo ſui reſpectu fuiſſe dimiſſum,vt Mediolanenſis ſeruitutis iugo repulſo,in libertatem ſe vindicarent.Florentini verò & annona primum,& mox auxiliis multum eos iuuarunt.

Rex Aragonum ad regnum redit.

Rex igitur dimiſſus reuerſus eſt ex captiuitate ad regnum,& non multo poſt plures ciuitates & oppida regni arripuit,& ipſam Caietam in deditionem accepit,& caſtrum inexpugnabile in cacumine(in quo pars ciuitatis magna ſita erat)ædificari fecit.

Demũ dimiſſus dux b Andegauẽſis Renatus

a *Tres Alphonſi Regis fuerũt fratres qui hic à Blondo nominãtur.Secuti fuerant aduenientẽ Regẽ fratres.Nauarræ Rex vnus,& duo , quos ex gentis more appellant Infantes,Sancti Iacobi & Galitiæ Magiſter vnus,Henricus nomine,alter Petrus venit etiam in victoris poteſtatem Princeps Tarentinus, & Sinueſſanus & Fundani filius .Caietæ obſidio ex templo ſoluta eſt,Aemyl.*

Renatus dux Andegauiæ & rex Neapoli deſignat[us] è captiuitate liberatur.A.C. 1437. vide de hoc bello plura apud Pium 2.lib.2. Colle. 65.

b *Nonnulla ad liberationem regis Renati , & ad Neapolitanũ hoc bellũ ſpectantia à D.An.prætermiſſa ſũt, quæ ex Aemylio addere hoc loco viſũ eſt.*

Renatus adhuc Burgundionis captiuus erat, cum morte fratris locupletior factus,ducatuque Andium & comitatu Prouinciæ auctus,cogebatur, vt multo quam cum captus fuerat ditior , multo ac multo pluris ſe redimere. Ad expediendum pro redemptione aurum domum dimiſſus fuerat,obligata iureiurando fide,eaque ſalua,quæ illi antiquior regno extitit,procul abire,regnumque Neapolitanum capeſſere niſi anno perſoluto non poterat.Iſabella vxor virilis animi mulier,cum duobus ex eo filiis Ludouico & Ioanne in prouincia militem, claſſemque parabat.Alphonſus interea claſſe ex Sicilia profectus Neapoli excluſus:inſulã Aenariam tenuit ac deinde Caietam prouectus euocatis proceribus ſuæ factionis eam vrbem terra marique obſedit.Secuta eſt Genuẽſium expeditio,ideo ſuſcepta , quod Genuẽſes in ea A *vrbe magnum ſuarum fortunarum partem habebãt nobiliſque illa inter inſulas Pontias de Aragoniis Genuenſium victoria:cuius initium & exitum ſatis luculenter D.Anto.expoſuit.*

A.C. 1438.

Iſabella prius & Renatus poſtea Neapolim nũ peruenĩũt A.C.1438.

Poſt quam victoriã Iſabella Caietæ claſſe delata receptaque,inde Neapolim profecta , conuentum habuit ſuarum partium procerum frequentem.Renatus vero prius à Burgundione religione iuriſiurandi ſolutus,& liber dimiſſus eſt, quam valle Caſteti quam ille in ditione habebat,ab eo accepta, Flandriæque contributa. Tunc Renatus Neapolitanum B *bellum ductu auſpiciiſque gerere conſtituit cum Genuenſibus amicitia inſtituta.Itaque ſua eorumque claſſe Neapolim nauigat, rex ſalutatur, res gerere incipit.Eugenius pontifex Iſabellam copiis egregiis iuuerat , Renatum ſanctitate magis nominis, quam viribus iuuabat ſuarum iam rerum anxius cura cuius maxima ſpe ſubnixus ad eam diem Renatus,cum præclara facinora toto regno,egiſſet bellum circumferens,Neapolim compulſus eſt.Quæ ab Aragoniis,vt refert D.Anton.recepta,nulla reliqua ſpe incolumitatem ſibi ſuiſque diſceſſu pactus in Franciam abiit.Hæc ſunt quæ de hoc bello Neapolitano* C *à D.Anton.prætermiſſa Aemyl. recenſuit. Cæterum tempus poſtulare videtur,vt ad continuandam hiſtoriam Francorum accedamus,& quomodo Angli tota pene Francia expulſi ſint referamus,& quod ſupra cap.9.§.7.nos facturos recepimus cõpleamus.*

Rex Renatus Neapolis regnũ dimittere cõpulſus eſt.A.C. 1443.

Delphinus à patre ſecedit A.C.1440.

Lutetia recuperata & Flandria à Burgundione domita,cum iam Franciæ ſua dignitas reſtituta videretur,Renati frater Carolus apud regem in magna gratia erat:eius nutu agebantur omnia.Id quod permulti ægerrime ferentes,Delphino auctores fuere, vt ex aula iniuſſu patris cederet , In Borboniorũ D *fines ſe contulit,ac ex propinquo ſollicitabat Aruernorum nobilitatem,vt in eius verba iurarent. Reſponſum,iuraturos ſe ea duntaxat exceptione ne quid in regem moueretur.Continuo & rex cum copiis affuit filij adoleſcentiæ pater ignouit,de principe conſiliorum notho Borbonij filio ſupplicium ſumpſit. Mox Delphinus peccatum virtute obliterauit. Talebotto Anglo Diepam obſidente cum exercitu profectus obiectas oppidanis munitiones perrupit,commeatum intulit,obſidionẽ ſoluit.*

Aurelianẽſis dux è captiuitate liberatur.A.C. 1441.

*Burgundio verò ſummo iure in captiuo ſuo Renato vſus alienum captiuum Ducem Aurelianẽſẽ longe antiquiſſimum ſibi eſſe duxit ſumma gratia ſibi re*E *conciliare.Negotium id iungitur Ducis vxori fœminæ regia maieſtate more præcipue in Gallia recepto vt auctoribus mulieribus res magnæ gerantur.Ea agendo moliendoque peruicit,vt oratores ab rege Anglo Calitium,ac inde in finitima oppida conuenirent.Ibi primum de communi pace agi ceptum. Deinde copia loquendi cum Aurelianenſi facta quem ad id Calitiũ Angli ea rogante tranſuexerant, cum eo conuenit,vt obliuio iniuriarum ſanciretur, & cœlibo toro duceret Margaritam filiam Cleuenſis Ducis ex ſorore Burgundionis procreatam. Proinde quadringentis millibus ſcutatorum redemptus ope*F*ra Burgundionis perſanctè affinitatem amicitiamque coluit.Anglica pax coniungi non potuit.*

Induciæ inter Francos & Anglos. A.C. 1420.

Induciis primum in duodeuiginti menſes, deinde in triennium factis,vtraque,regia affinitate iungitur Anglo Margarita Renati filia deſpondetur.Anglus in gratiam ſacre Renati intra certam diem pollicetur ſpõſæ ſuæ patruo Carolo quod is paterno dominatu Comes Cænomãnus diceretur,Cænomãnis ceſſurũ ſe.Ita Cænomanno aliquanto poſt ad Frãcos rediere

Interea

A.C. 1437 *Interea externum bellum quæſitū rogatuque Renati in Tullenſes Mediomatriceſque itum. Spinale dedentibus ciuibus receptum, vrbs Mediomatricum obſeſſa: ibique ex ſubſtitit cum parte copiarum. Cæteras Delphinus ducit in Baſilienſium fines, cum Heluetiis manu conſeruit, quibus infenſus erat, quod moleſti erant Auguſto fratri Sigiſmundo Auſtrio duci, quorum fraternum ſibi nomen intercedebat. Ad quatuor eorum millia cecidit, reliquos fudit fugauit que interiores eorum fines penetrare aſperitas prohibuit locorum, proximis euaſtatis ad patrem regem in Lotharingia quintum iam menſem ſedentem rediit. Mediomatrices ducentis ſcutatorum millibus pacem redemere. Secuta eſt deinde mors Philippi Mariæ Ducis Mediolanenſis, de qua D. Anton. inf. c. 11. §. 16. & grauis de Inſubrum imperio cum Franciſco Sfortia contentio, de qua idem capitulo duodecimo §. ſecundo.*

[Induciæ violatæ. A.C.1449.] *A conſiliis autem Italicarum deinceps rerum Carolum regem Francorum auertit rupta fides Anglicarum induciarum Franciſcus cognomine Terraconenſis partes Anglicas profeſſus, induciarum die nondum circumacta, repentina irruptione cepit Filicerias oppidum opulentiſſimum Britanniæ contributum idem Normanniæ finitimum. Qua de re Britāno expoſtulante francus rex miſit ad Sombroſettum, rerum Anglicarum in continente adminiſtratorē, qui reddi peterent oppidum, ac de iniuriis ſatisfieri. Reſponſum id iniuſſu regis ſui factum, ſed Filiceriæ non reddebantur, & Terraconenſis erat ex intimis amicis Henrici. Proinde Franci Pontem arcem (id oppidi eſt nomen) arte ceperunt, præmiſſo prima luce curru lignis onuſto, ſubſequentibus, ne qua ſuſpicio ſubeſſet, ſatis magno interuallo militibus raris habitu materiatorum cum fabrilibus inſtrumentis. Ab his aurigáque occupata porta, ex compoſito affuere duces cum copiis. Ita arx ponſque ac oppidum captum. Vernolium prodente priſtinario oppidano nocte receptum. Arcem Angli aliquandiu tutati, tandem coacti deditionem fecere. Pons Ademari vi, Lexouij voluntate ipſorum recepti, Meduntini ab Anglis defecere. Vernum Anglis qui in præſidio erant pactis, niſi intra certam diem Rotomago ſibi auxilia venirent abituros ſe, ea die præterita deditur. Conſtantia, fanum laudi in fidem ſine certamine rediere. Terror vndique Rotomagum circumſtabat, & induciæ haud dubiæ ruptæ, & ſpes pacis ſublata: quod proceres Angli aſpernarentur omnes conditiones pacis niſi certa Franciæ parte Henrico attributa, optimo habenda iure, ſolutáque omni Franci regis in ſe imperio. Id pernegabat Francus. Is interea Rotomagum obſedit. Inerat validum præſidium, & egregij duces. Carolū regem ciues circumſpiciebant. Angli intentius omnia circumſpicere, ne prodi poſſent. In tanta vrbe inuitis oppidanorum animis difficile erat omnia cauere. Aliquot ciues re compoſita duas turres & quod inter eas muri eſt, occupauere, ac Francos demiſſis ſcalis recipiebant. Senſit Anglus, occurrit, & qui conſcenderant, deiicit, & qui conſcendebant deturbat, proditores obtruncat. Ciues poſtridie duce Archiepiſcopo Sombroſſetum in publico circumſtant, orant, vt ſuæ, vrbiſque ſaluti proſpiciat, mittique patiatur oratores, qui ſalutem illi vrbique paciſcantur. Itum ad regem, nihil ciuibus denegatum. Renunciata legatione non probant Angli conuenta, occupant arcem & quod vocant, palatium.* Nihilo ſecius *Franci intra mœnia recepti.*

[A.C. 1437 Rhotomagum à Frācis receptum.] *Angli eruptionem tentant, coerciti, ac in obſidionē iniam clauſi vt cum peterent, vt incolumes dimitterentur, nouis legibus illigantur.* Dux Sombroſſetus, *vt ex quinque Normanniæ oppidis decederet, deducereturque præſidia, Caltebeco, Monuillari, Iulia bona Tancredi uilla Areſtuctu. Ad fidem promiſſorum obſes Tallebotus maneret. Ita dimiſſus cum reliquis dux. Cætera quæ conuenerant oppida reddita. Areſtuctum præfectus redditurum ſe negauit, obſeſſus oppugnatúſque & terra & mari dicto paruit, Ad Faleſiam plurimus labor fuit, quod egregius miles eam tutabatur, In oppidum Henricus ab ingētia merita Talleboto dono dederat. Conuenit vt Tallebotum Franci recepta Faleſia dimitterent.*

[Pugna ad forminiacum 17. Cal. Maij 1450.] Exin *ex Anglia auxilia venere, ad tria millia nouorum militum: & mille circiter Veteranorum, ex præſidiis oppidorum quæ fidem non mutarant collecti. Cum hac vtraque manu pugnatum Carentum inter ac Baiocas ad vicum Forminiacum, perpauci Anglorum euaſere, cæteri cæſi captique: Tam ſecundis francorum rebus Terraconenſis ad Francum trāſit, filiceraſque reddit. Circunferunt arma, ne in* N*ormannia quid reliquum belli ſit. Ea haud magna deinde negotio confecta placuit perſequi cætera & in Aquitaniam recenti terrore mouere, ac omni ex continente hoſtem exigere.* [Normannia vniuerſam Carolus recuperat. A.C. 1451.]

[Aquitania Angli pelluntur. A.C.1451.] *Omnes copiæ vndique contractæ, ac mox quatuor in partes diuiſæ vno eodemque tempore quatuor oppida obſidebantur oppugnabanturque. Arquio, Rio,* Franciacum, *Caſtellio. Ita dum diſtinentur conſilia viréſque Anglorum Burdegalenſes ad Francum mittunt de conditionibus tradendæ vrbis, quibus ex ſententia conceſſis, & comes fluſſatium, & principes Buziorum in fidem veniunt, quorum exempla obſeſſa oppida ſequuntur. Iam omnis Aquitania recepta præter Baionam: eo itum, cum eruptionibus pugnatur acie, vincitur, ſuburbanus locus permunitus expugnatur, de deditione oppidani cum Franco agunt. In cœlo candida crux conſpicitur, in religionē id vertere Angli depoſita rubra candidam communi conſenſu ſumpſere.*

[Burdegala ad Anglos deficit. A.C.1452.] Nec *diu in fide Burdegala manſit. Inſequenti anno ad coniurationis factæ clandeſtinum nuncium Talebotus quinque millia peditum tranſmiſit, vrbemque recipit, ac circumiecta pleraque oppida. In cum Ioannes Borbonij ducis filius. Ad Caſtellionem caſtra poſita, ſuperuenit repentino aduentu hoſtis, terroremque ad munitiones vſque intulit. Centum etiam ferme ſagittarios occidit metu torpidos. Erum pente è caſtris nobilitate ſigna collata. Inter pedites Tallebottus erat ætate ingraueſcente eques, ſuos ad virtutem acuebat, tormenti ictu concidit antequam expiraret haud dubia iam Francorum victoria, filio ſuadebat, vt dum facultas foret, in tutum ipſe ſe reciperet, Adoleſcens mortem occumbente patre, vitæ fugaque prætulit. Minor quam pro nomine ducis, victoria fuit. Minus duo millia deſiderata, amplius duo millia propinquo receptu Caſtellionem conceſſere, ſed & hi mox rediti.* [Pugna ad Caſtellionem 3. Id. Iulij.]

[Burdegala iterum recuperatur A.C.1454.] Supremum *eo bello palium rem vniuerſam decreuit, poſſeſſionemque certam reſtituit Francis, vrbis Aquitaniæ principis, quā per tot deinceps ætates Angli obtinuerant. Burdegala enim cū expugnationē aliquot dies ſuſtinuiſſet, cōceſſit tandē in nouas aliquātoque grauiores cōditiones. Angli dimiſſi ciuibꝰ venia data: ac ne reſpicere vltra poſſet Anglos duplici arce firmātur, & quæ defecerāt in fidem rediere.*

A.C. 1439.

Mili victoria Angli ſine noxa dimiſſi anno eius ſæculi quinquageſimo ſexto, eoque Francis fœlici, nulla re in continenti Anglis reliqua præter Calitium & ei contributos anguſtos fines.

Hæc ille. Noſtro *demum ſæculo An.* 1558. *Franci Duce Franciſco Guiſiano* Chriſtianiſſimo *principe Calitium vrbem omnium opinione inexpugnabilem ſeptimo obſidionis die 5. Januar. expugnarunt, mox Guinam arcem munitiſſimam captam incendũt & Hamam capiunt, denique Anglos ex tota Anglia exturbant. Geneb.*

Denique cum in mediis Galliarum tumultibus ſe Hugnenottis Angli iniunxiſſẽt, Narmanniãq; *vaſtaſſẽt fortiſſimum maris portum, vulgo portum gratiæ occupãt à ſeptembri anni* 1562. *vſque ad finem Iulij, è quo prius non exierunt, quam grauiſſima peſte inde diſcedere coacti ſunt, quæ diſcedentes in Angliã vſque eos comitata eſt, ita vt Londini ſolum eo anno pluſquam viginti hominum milia perierint. vt Idẽ.*

tardéque veniens propter detentionem de eo factã à Duce Burgũdię ingreſſus regnũ in Neapoli, quæ pro eo tenebatur, cum honore magno & gaudio ſuſceptus eſt. Indeque plura certamina inter eum, & regem Aragonũ, de iure regni contendentes inuicem conſerta ſunt. Augebãtur vires regis Aragonum, gentibus & ciuitatibus ſeſe ei dedentibus, vltro vel vi coactis, & econtra Renati minuebantur, vt poſt breue tempus ipſa ciuitas Neapolitana obſideretur à rege Aragonum. Vna autem dierum germanum eius Petrum Infantem dictum, virum valde bellicoſum, circum euntem mœnia ciuitatis, quę ſunt iuxta littus maris, lapis ex bombarda emiſſus percutiens caput eius totum aſſumens in mare traiecit: nec vnquam valuit reperiri. Sicque truncatum corpus, in eccleſia ſancti Petri martyris cum ſolemni põpa ſepultum eſt. Cum autem obſeſſa eſſet ciuitas noctu per cloacam ſubterraneam, hoſtes ingreſſi eam ceperunt. Renatus autem in caſtrum nouum refugiens cum nullum ſperaret ſubſidium, caſtrum dedit liber abire permiſſus. Qui Florentiam aduenіens, vbi erat Eugenius cum curia ſua, aliquam diu ibi moratus, & humane & honorifice tractatus, tandem ad propria eſt reuerſus. Totumque regnum Apulię rex Aragonum nullo reſiſtente poſſedit, de facto, cum in Renatus bullas apoſtolicas prius obtinuerit in concilio Piſano, & quod maius eſt) in concilio Conſtantienſi conceſſionis ſibi factæ ab eccleſia de dicto regno.

Alphonſus Neapoli capta regno libere potitur.

Paulò poſt ſolennes nuptias celebrauit filio ſuo illegitimo Ferdinando nuncupato, ad quas etiam deſtinati oratores Florentini congaudentes interfuerunt: nondum enim litem mouerat Florentinis, ſed pacẽ habebat cũ eis. Miſſus fuit orator ad congratulationem Dominus Iannoctius de Manettis, miles Florentinus cum alio. Qui Iannoctius multum peritus in lingua latina, græca, & hebraica ſermocinatus eſt luculenter coram eo publice, multum commendando eum à patria, vnum erat, à potentia, ab induſtria, adiiciens quoddam exemplum cuiuſdam præpotentis Domini valde bellicoſi, & ſemper ad alia anhelantis qui vna dierum colloquium habuit cum vno ſapienti barone multum familiari ſibi de his, quæ intendebat agere in mouendo prœliũ contra terram vicinam, cui ait ille. Domine mi, poſtquam ceperitis illam ciuitatem cum multo labore, quid vltra facietis? Qui reſpondit. Ibimus poſt contra talem aliam ciuitatem. Et ille. Capta ea, quod cum magna expenſa, & periculo fiet, quid poſtea fiet? Et Dominus. Laborabimus pro alia patria. Et poſt multa ſic enumerata, & reſponſa, ait baro. O Domine, nonne melius eſt vobis, quam latum illud Dominium in pace habeatis, & gaudeatis: quam quotidie alia quærere, ſemper laborare, periculis ſe exponere, & nunquam quieſcere? Certe ſic.

A.C. 1438.

Redit ad bellum Lucenſe. Leo. Aret. Berga obſidetur. Blond. lib. 8. dec. 3. A.C. 1437.

§. III.

CVM autem Franciſcus omnem ferme ad vrbem Lucæ aditum, tum foſſis, tum vallo præcluſiſſet, captis nonnullis humilioribus caſtellis Nicolaus ad oppidum Bergam diuertit tum loci natura, tum defenſoribus munitum. Id poſitis caſtris cum obſideret, militeſque nihil hoſtile timentes (triginta enim paſſuum millia Franciſcus aberat) cuſtodias obirent negligentius, ſummum adiit diſcrimen. Nam miſſus à Franciſco cum leuis armaturæ, peditatu præfectus, incompoſitos de improuiſo adortus hoſtes, & ſimul, qui in præſidio caſtri erant, ex præparato egreſſi portas, maiorem, quam pro numero tumultum exciuere. Aſpera vtrinque dimicatio fuit, tamen fuſi fugatique Nicolai milites, Ludouicus adoleſcẽs Domini Mantuani filius, qui cuſtodiæ caſtrorum præerat, accepto vulnere captus eſt, reliquus exercitus facto globo armis ſumptis ſuis auxilio accurrerunt, præfectuſque paratior ad manꝰ venerat: at Frãciſcus cũ Ludouico rediit obſidio poſtmodum ab hoſtibus relicta eſt.

Inſtabant verò apud Florentinos Veneti, vt quoniam Luca in poteſtatem eorum procul dubio ventura erat, Franciſcus ad ſe mitteretur, vt additis copiis flumine Abdua ponte iũcto Mediolanenſem agrum depopularetur, fore vt dux propinquo fatigatus bello, curam abiiceret Lucę tuendę. Verum cũ id impetrare nequiſſent (id enim tentari opinio peruaſerat, quo Lucani obſidione liberarentur) ipſi ſuis viribus fabricato ponte exercitum traducere conati ſunt. Et id ſucceſſiſſet conſilium, niſi continuus imber rem diſturbaſſet. Propter ſuperum enim regionum nocturnas pluuias adeo flumen excreuerat, vt nulla facultas daretur palos, aut naues in aluco ſiſtendi, nauicularumque vſus nullus eſſe poterat. Videntes Veneti eorum conſilia ſecus, vt rati erant cecidiſſe, & Nicolaum fore bello ſuperiorem, rurſus à Florentinis petiere, vt Franciſcum trãs Padum in eorum ſubſidium deſtinarent. Id cum difficile videretur (vulgo enim iactabatur id cauſa aduertendæ Lucanæ obſidionis quæri, neque in rem Florentinam fore, tam longè à ſuis pręſidiis talem ablegari ducem belli) impetrarunt, vt regium Franciſcus peteret, Parmenſem-

Veneti ab obſidione Lucæ Florentinos reuocare volunt.

A.C. 1437.

menſémque agrum popularetur, quo tuendæ illius vrbis cauſa Nicolaus ab obſidione Bergomi amoueretur.

Cœperat enim, demoliruſque erat nonnulla caſtra de Bermogo, & ipſius expugnationi incumbebat. Sed cum ſciuiſſet Nicolaus Regium veniſſe Franciſcum, timens Philippi rebus è veſtigio Parmam, relicto Bergomo conceſſit, eoque ad ſe maiore ducis copiarum parte conuenire iuſſo fabros lignarios, currus, iumentaque, pontibus ligneis, ſcalis, commeatuque ferendis accommodata cogens, palam B vociferabatur ſe ad liberandam obſidionem Lucam profecturum. Hoc apparatu territi Florentini, dum Venetis egere, vt finerent Franciſcum ad obſidendam Lucam reuerti, cuius auxilio Nicolao obſiſti poſſet. Id Veneti aſſenſere, ſatis ſibi factum rati eam belli molem à ſe in Tuſciam tranſlatam. Retro igitur Franciſcus per montes Mutinenſes tranſito Apennino verſus Lucam proficiſcitur. Secutus eſt eum alio itinere Nicolaus. Poſtulauit autem Franciſcus à Florentinis obnixe, augeri ſibi copias. Sed cum nulli eſſent in propinquo equites, Venetos rogarunt, vt Guidantonium Manfredum equitum quingentorum præfectum ad Franciſcum ire finerent. Quod facilè conceſſum fuit.

Fráciſcus autem auctis copiis, à Venetis, & à Florentinis præteriti temporis merita ſtipendia poſcebat. Pari enim ſumptu conductus fuerat. Quod poſcebat à Florentinis, quamprimum ſatis eſt ei factū. Veneti autē ob denegatum ante ad ſe Faranciſci aditum indignati, ſtatuerunt nulli niſi qui eis Padum militaret, ſtipendia præbere, ideoque varias cauſas afferre, cur ab eis niſi certa conditione non deberetur. Multaque aduerſus eum ſunt oblocuti, quæ mentem Franciſci ſatis turbarunt. Exiſtimabant plures(id quod haud ambiguum videbatur) hoc reſpōſum eo ſpectare, vt Franciſcus ira motus obſidionē dēſereret cœptā, Florētiniq; cū ignominia pellerētur. Fráciſcus verò paululū cōmotus, à Florentinis etiā, quæ à Venetis debebantur, volebat ſolui, ſigna quædam præ ſe ferens animi cum Philippo reconciliati. Nam & oratores eius ad ſe miſſos præter opinionem benignè excepit, humaniterque eſt allocutus, neque verbis ſimultatem aliquam aduerſus eum oſtendit. Hac difficultate ducti Florentini, cum Franciſco egerunt, vt parumper differret poſtulata, quo ad mitterent ad Venetos pro pecunia ſoluenda.

Dux erat Fráciſcus Fuſcarus de quo ſu. Vide eius orationē apud. Biō.

Miſſus eſt ad Venetos confeſtim vir, prudentia, virtutéque inſignis, Coſmas de Medicis: qui ad id munus potiſſimum eſt electus tum quia ciuis optimus erat, & in republica præſtans, tum quia acceptus Venetorum duci, multiſque ciuibus ſumma beneuolentia coniunctus, ſperabatur eo potiſſimum oratore rem communem abſque difficultate cum Venetis & Fráciſco tranſigi poſſe. At Veneti cum bellum ab eis remotum eſſet, paucam de ſociis gerebant curam. Multis rationibus oſtendit Coſmas à Venetis pro iure fœderis promiſſa ſtipendia peti, ita enim illius fidem mereri, qui magno ſuo incommodo Regium, quo ipſi à Piccino tuti eſſent tranſiſſet. Pe- A riculum fore ſi contemptus ab eis Philippo hæreat, qui ſola re haud dubium foret illum fore ſuperiorem bello, ſed contempta Coſmæ adhortatio eſt, & poſtulata neglecta. Multi enim capi Lucam ægrè ferebant. Re infecta, Coſma Ferrariam, inde Florentiam reuertitur.

A.C. 1437.

Piccininus in Florentinum agrum tendit. Blon. ibid. Leonar. Aret. Petrus Marcellus. lib. de geſt. Venet.

§. IIII.

INTEREA Piccininus tranſitu Apennini prohibitus, agrum Mutinenſem petit, commeatum verò, quem Lucam erat comportaturus, eiſdem iumentis Caſtellionem Lucenſium oppidum in iugis Apennini C deferri iuſſit. Ipſe per agrum Bononienſem, aut per Flaminiam ſe Lucam ſimulat iturum. Inde Banoniam verſus iter aggreditur, miſſis ad pontificem Ferrariæ tunc reſidentem nunciis, qui tranſitum pacatum peterent per territorium Bononienſe. Quo conceſſo, ſpem dedit Eugenio ſe contra Franciſcum iturum, quo ablata per eum Eccleſiæ reſtitueret, data vtrinque fide publica, Nicolaus cum Bononiam prætergreſſus neminem violaſſet, poſitis iuxta Idicem fluuium, via flaminia caſtris: cum fingeret ſe in Hetruriam traiecturum, Aſtor- D gium Manfredum cum duabus equitum turmis ad obſidendum Oriolum Florentinorum caſtrum præmiſit, ipſe è veſtigio ſecutus oppidum vi expugnatum hoſtili more diripuit.

Franciſcus Sfortia cum Mediolanenſi pacem facit.

Deſperato Venetorum auxilio Franciſcus iam antea tentatam cum Philippo Mediolanenſi pacem proſequitur, haud annuentibus Florentinis. Qui cognita eorum mente cum res ſuæ in arcto verſarentur, & hinc ſtaret hoſtis acerrimus, illinc Lucæ potiundæ ablata ſpes videretur, per occulta tum conſilia tum præſidia, illi ſubminiſtrabantur, authores hor- E tatoreſque eius pacis fuere. Cernebant enim ſe à ſociis deſtituros, ſolos à Philippi copiis oppugnari. Hanc pacem iniit, pepigitque Franciſcus nonnulla Florentinorum mentione habita. Conditiones pacis multæ fuerunt, in quibus illæ erant præcipuæ, vti ei Philippus certa ſtipendia intra conſtitutum diem ſolueret, tum vti reuocaret Philippus equitatum peditatumque omnem Florentinorum dominio vtque de eorum ditione per ſuos capta reſtituerentur. Luca liberata obſidione, fœdus pacis in decenniū firmaret cū Florentinis: Ca- F ſtella, & oppida amiſſa ab eis cederēt Florentinis, Lucanorum ius poteſtaſque vltra ſex milliaria nō protenderetur. Qui eorum armis alterum laceſſeret, ſe eos bello perſecuturum oppugnaturúmque pacis violatores. Filiam quoque Franciſco Philippus deſpondit. Multáque præterea conditionibus adiecta, quibus nulla in re fœderi, quod inter Venetos & Florentinos ictum erat (omnia enim Franciſci no-

A.C. 1437.

mine acta erant) derogabatur.

Magna videbantur inter Philippum Florentinoſque iacta reconciliandæ gratiæ fundamenta. Verùm animus ſubdolus, quietem abhorrens, ex viginti capitulis, quæ in pace inita erant, nullum præterquam de danda pecunia ſeruauit. His actis, cum exceſſiſſet Orilo Nicolaus, idque d. ſtitutum, præſidio eius Florentini recuperaſſent, in finibus agri Forolíuienſis poſuit caſtra, inde Rauennam, quæ à Venetis tenebatur, profectus cum diutius oppugnaſſet, deditione tandem facta eam recepit. Relictoque ibi præſidio, Imolam, Forolimum, Bononiam, præter conuenta cum pontifice ciuium proditione cepit.

Gatta Meſata à rep. Venetarei militaris gubernator caſtra à Nicolao Piccinino occupata recuperat. biada.i.ſegetes.

Hæc dum contra pontificem aguntur: Gatta melata, vir bello ſtrenuus, atque impiger, rei militaris Venetorum gubernator factus (nam Marchio Mantuanus contracto in Venetos odio eos deſeruerat) accepto exercitu in agrum Bergomenſem profectus, omnibus, quæ à Nicolao capta fuerant in poteſtatem redactis, agrum Cremonenſem, cum iam flaueſcerent blada, latè populatus eſt. Qua re motus Nicolaus, contractis in vnum copiis, præſidióque vrbibus à ſe captis impoſito, ipſe con feſtim magnis itineribus Padum traiecit, ac oppidũ agri Cremonenſis Caſale maius cepit iuxta Padum obſidione cinxit, & cũ muri turreſque machinatum ictu conquaſſatæ eſſent oppidani deſperato ſubſidio cum præſidio ſeſe dedidere. Rogabant iterum Veneti Mantuanum, vt ſuo exercitui præeſſe vellet, cuius dux vt antea, crearetur. Ille verò, qui iam cum duce contra eos occultè conſpirauerat, procul ſe à bellorum cura abeſſe velle aſſerebat. Neque enim militiæ labores amplius ſe ferre poſſe profitebatur. Filiũ quoque maiorem cum in militiam poſtulaſſent, negauit, aſſerens animũ ſibi eſſe nemini fauere. At verò is equitatũ parabat, quo ducis exercitui facilius iũgi poſſet.

Caſale Maius Picciri nus occupat.

Nicolaus Piccininus in Venetos mouet.

Sollicitabat agri Brixienſis oppidanos Nicolaus ad defectionem, intentuſque erat ſi qua poſſet Gattam melatam arte intercipere. Hortabatur Gattam Mantuanus (cui ad tria millia equites pediteſque erant) vt copiis ſecum iungeret. Id veritus vir ſagax, & prudens ac de Nicolai tranſitu, déque ſubditorum fide dubius, duos equitum profectos Veronam miſit. Id moleſtum fuit Mantuano, diſſuadebátque mittendi conſilium, quo facilius præſidio nudatis, deſciſcendi daretur facultas. Plures dies in fallendo hoſtem, ſi poſſet Nicolaus conſumpſit, ſed Gatta prudenter vitauit. Poſt hæc cum Nicolaus cum omnibus copiis Mantuani opera Ollium tranſiſſet, omnia ferme Brixianæ planiciei oppida ſe illi tum ſponte dedidere, tum meſſis amittendæ metu Callendæ enim Iuliæ erant. Sola, Mons clarus, Vitium, & Placiolum, in fide mãſerunt.

Caſtra munierat Gatta prope Brixiam milliaria quinque. Cuius tamen ſubitus aduentus defectio oppidorum ciues conterruit. Et cùm partem exercitus Gatta pro cuſtodia in vrbem miſiſſet, ab altera ciuium factione repudiata eſt, aſſerente ſuis ſe viribus vrbem tutari velle. Duæ námque factiones altera Pibellinorum, Guelphorum altera ciuitatem

Brixiæ duæ erant factiones.

A diſtinebant. Guelphi aliorum timore arces à ſe cuſtodiri contendebant. Magnum motum ea res conciuit in ciuitate, & haud procul à ſeditione erant. Præfecti Veneti virtus (is Franciſc⁹ erat Barbarius) prudentia & eloquentia ſingulari ſuadendo, hortando, monendo, deprecando, omnem compeſſit motum. Paucos deinde poſt dies in vlteriorem oram, Veronam verſus traductis militibus omnia regionis illius caſtella triduo cepit Piccininus. Plures quoque montani, qui in variis vallibus erant (ea gens mobilis eſt & inconſtans) tranſiit ad B Philippum. Miſſi tamen à Venetis eo nonnulli præfecti, & aduerſæ factionis viri hoſtes exultantes lætitia magna cæde ædita fuderunt.

A.C. 1437.

Fräciſcus Barbarius Brixianos continet.

Veneti maximam claſſem inſtruunt. Blon. lib. 8. dec. 3. Leonard.. Aret. Pert. Mar.

§. V.

Cvm inferiores terreſtri bello Veneti eſſent, claſſem maximã armare decernũt C vt ob priuatum diſcrimen Mantuanum ad ſua tutanda reuocarent, & ſimul vt cæteris in fide perſtantibus animus augeretur. Et claſſi, quæ erat centum quadraginta quatuor nauium ad varios belli vſus fabricatarum, dux præficitur Petrus Lauredanus, vir ea tempeſtate & belli & pacis artibus præclarus. Has maiores naues quadraginta aliæ minores ſecutæ ſunt, vſui neceſſaria afferentes. Apparatus claſſis ingens erat, tum machinis, tum omni tormentorum genere, quæ ad expugnanda oppida pertinerent, ſiue aqua ſiue terra pugnandum D foret. Rediens à Roadi obſidione Nicolaus, paucos & intra dies eo oppido potitur, & multis aliis ſe tradentibus vltro. Erant Brixiæ maiori ex parte Venetorum copiæ duce Gatta. Ob eam rem parabat obſidere vrbem Nicolaus, confiſus ſe eam in poteſtarem fame redacturum. Id timentes Veneti, decreuere vt Gatta cum maiori equitum parte ibi, & aliis in vrbibus opportuni defenſores locarentur. Data eſt ei quoque facultas maiorem equitum peditumque numerum conducendi, quo Nicolao obſiſti, & ſua defendi poſſent.

E Cum autem Vrtium oppidum non armis ſed proditione Nicolaus cepiſſet, quod multum Brixienſes perturbauit, proptérque hoc omnes ſuaderent Gattam, ac equitatum, & peditatum pro vrbis defenſione retinendos ſolus Franciſcus Barbarius præfectus ex parte Venetorum, ne nudæ defenſoribus paterent hoſti aliæ ciuitates, & præcipuè Verona, hortatus eſt Gattam, vt modico præſidio ibi relicto, exercitum omnem, non qua antea tentauerat via, ſed per montes tranſitis propinquis paludibus Veronam duceret. Quod ille fecit, & montes aſperrimos, & infeſtis hoſti- F bus plenos, per præcipites ſaltus & pene inuios quatriduo profectus, cum pluribus locis ferro via eſſet aperienda, tandem pluribus præ his octingentis equitibus amiſſis maximo labore Veronam venit.

Gatta Veronam petgit.

Interim cum maxima in expectatione claſſis parata foret, timens rebus ſuis Marchio Ferra

A. C. 1438.

Marchio Ferrarienſis ſe aduerſus Venetos parat.

Ferrarienſis Nicolaus(incertus enim erat,quo duceretur)ad duo millia equitum, & quingentos pedites aduerſus externam vim,ſiqua ingrueret,prætio conduxit,opera Eugenij pontificis,qui tunc erat Ferrariæ propter conciliũ quo Greci venerant,renouato cũ Venetis fœdere. Dum claſſis padum ingreſſa expectat diutius,quàm belli gerendi ratio poſtulabat:datũ eſt Mantuano tẽpus,ea loca quibus claſſe noceri poterat muniendi, ac præſidiis firmandi. His enim caſtellis iuxta Padum egregiè munitis,palos ingentes catenis colligatos iuxta ripam triplici ordine defixit: quibus acceſſus ad terram nauibus prohiberetur. Propugnacula inſuper frequẽtia & caſtella in locis opportunis diſpoſuit,ex quibus milites ripam ab aſcenſu hoſtium defenſarent. Inter cætera Hoſtiliam oppidum,in Padi ripa omni arte ſepſit, tum palis,tum propugnaculis, tum catenis, quibus aditus nauium arceretur.

Dum hæc à Mantuano aduerſus claſſem præparantur, Nicolaus Piccininus ad obſidendam Brixiam,à qua Gatta aberat, vt ſuprà patuit,intẽtus,aquas fiſtulis in vrbem perductas, flumina quoque & propinquos riuos auertit tribuſque caſtellis vrbem cinxit. Erumpebant quotidie Brixiani aduerſus caſtellorum cuſtodes,& aſpera certamina certabãtur. Nicolaus gloriæ cupidus, Brixiam expugnare cogitans ſperabat aut vi(cum pauci milites vrbem cuſtodirent)aut fame,aut obſidionis tędio ciues deditionem facturos. Igitur contractis vndique copiis,ſimul coacta magna ruſticorũ manu,multis machinis & bombardis comportatis,caſtris poſitis vrbem cinxit. Erat equitum Brixiæ præfectus Taddæus Eſtenſis, vir bello vtilis,& prætor Franciſcus [Barbarus] magni vir cõſilij, qui conductis in ordine militibus deſcriptoque per centurias populo,eruptione facta cum in fugam hoſtes,qua eruperant,vertiſſent,magna edita cæde[in vrbem ſeſe receperant]. Hoc veluti contemptu indignatus Nicolaus addit milites,plures bombardas oppoſuit,quibus & mœnia & turres deiicerentur, aliiſque in locis ſimile tormenti genus erexit, qubus turres & muri conquaſſarentur. Qui adeo diebus paucis confracti ſunt, vt plures ciues deditionem cogitarent: ſed prætoris diligentia, qui ſingulis locis ſingula præſidia præfectóſque diſtribuerat,ad mœnium defenſionem,ciuium animos ad vrbis liberorumq́ue defendendorum cura conuertit. Quo factum eſt,vt omnes vna mente obſidionis laboriſque pericula ſe ſubituros denunciarent.

Brixia acerrimè impugnatur,ſed ſtrenuè propugnatur. Blon.ibid.Petr. Marc. Leon. Aret.

§. VI.

Mulierum in vrbe defendenda virtus.

PLVRIBVS diebus aſpera prælia cum hoſtibus erant,ac multi ex vtraque parte cadebant. Nam cum magnam murorum partem Nicolaus machinis ſtrauiſſet, ex ipſis ruinis ciues cum hoſte pugnabant. Id aliquamdiu maximo labore ciuium fuit, nocturna, ſcilicet reparatio murorum, quo interdiu ceciderãt loco. Ad hoc quoque opus

A perficiendum fœminæ etiam mixtæ viris ſummo ſtudio,velut in eo conſiſteret ſalus patriæ incumbebant. Verum cum ea res haud ſatis firmum præſidium afferret, ibidem aggere denſiſſimo à parte interiori murorum altitudine,æquabant. Cuniculis quoque via in vrbem tentata eſt ab hoſtibus,ſed in caſſum hi conatus euaſere,cum ciues ipſi ſimili opere occurrentes hoſti, igne, fumo,ferro, eorum labores repuliſſent. Tentatum inſuper à Nicolao aliud vrbis potiundæ conſilium. Nam partem murorum à fundamentis foſſam,verſus ciuitatem

B impellere,ac per ruinas vrbem ingredi cogitabat. At præfecti, qui venturam ad ſe ruinam proſpexerant, ciuiũ & militum auxilio contis trabibuſque impulſum [murum] ſuprà hoſtes ruere fecerunt, qua ruina multi mortales extincti ſunt. Compertumq́ue eſt omnis generis fœminarum maximam fuiſſe operam in vrbe defendenda, magnamq́ue laudem conſeruandæ patriæ tuliſſe. Non enim ſola viris arma opportuna ſubminiſtrabant, ſed etiam ipſæ armatæ pro viribus pugnabant cominus, & certè locum quemdam,à ciuibus labore defeſ-

C ſis deſperatione deſertum quædam, ſolæ accurrẽtes fœminæ hoſtem repreſſere paulisper quoad integri ſuccederent feſſis, neque virorum filiorũmque in eatum aſpectu,aut ſauciorum,aut mortuorum dolor à tutela murorum auertit,&vrbis defenſione. Vrgebat ciuitatem peſtis præualida, qua plurimi interibant. Placuit igitur emittere voluntarios. Magna multitudo ætatis imbecillis tum viri mulieresq́ue ac pueri vrbem reliquerunt. Fuit quoque illa prętoris prouidẽtia haud parua, qua mortuos publica impenſa ſepeliri, & ſaucios adhibitis medicis curari ordinauit.

D Multa à Nicolao ad expugnandũ vbrẽ ſunt excogitata,quę omnia vrbé defendẽtiũ virtus, & fortitudo ſuperauit. Nã fiſtulas aquarum in vrbẽ fluentium interrupit,riuos procul ab vrbe deflexit,muros diruit,cuniculos egit,continuis præliis ciues & milites defatigauit. Quæ omnia cum in vacuum cecidiſſent, ira motus Nicolaus ſtatuit omnibus copiis viribuſque per turris Morabellanæ ruinam vrbem ſubigere. Commiſſa vtrinque acerrima pugna,tandẽ obſtinatione ciuium hoſtes ſunt reiecti, cum pluribus horis æquis viribus pugnatum eſſet

Turrẽ Mõbellanam vocat Blo.

E multis vulneratis amplius ducentis ex hoſtibus cecidere,ex defenſoribus 40. Omiſſa eius loci pugna,Nicolaus oppidanos labore defeſſos ratus quieti vacaturus, è veſtigio ad aliam partẽ vrbis,cum omnibus copiis oppugnandam acceſſit. Ibi quoque cũ diutius nec quicquam aditum tentaſſet,reiectus ciuium cõſtãti ad defenſionem animo oppugnationẽ reliquit. Peribant enim multi ex ſuis multi vulneribus debilitabantur. Sæpius deinceps diuerſis in locis, quæ commodiora oppugnationi videbantur acerrima,comportatis,ad pugnã-

F dum variis machinis, prælia commiſit. Sed multis vtrinque pereuntibus, Nicolai equites peditesq́ue, cum plures ictu lapidum interfectos laceratoſque multos vero actos è muris præcipites,ſociorũ turbã partim cæſã partim ſemiuſtulatam vidiſſent,ſublato clamore ducem increpabant,ꝙ tot præclaros bello viros

certæ

A. C. 1438. certæ morti incaſſum addixiſſet, ita quòd tum ſolis vocibus, tum deſperatione vrbis recipiendæ adductus, in fine menſis Decembris exercitum in hyberna dimiſit. Octingenti & amplius ex ciuibus, & mercenariis vltraduncentos, ex hoſtibus vltra duo millia ea obſidione ceciderunt.

Brixiæ obſidio ſoluitur.

A.C. 1438. Ne tamen omnino intermiſſa obſidio videretur, Italianus Philippi præfectus eum duobus equitum millibus in captis oppidis ap impediendum commeatum relictus, variis incurſionibus terrebat vrbem nullo otij ſpiramento dato. Soluta obſidione, præcipua Venetis eo comparandi frumenti cura erat: Nicolaus quoque ad id incumbebat maximè, ne quid frumentarij ſubſidij ad ciues deferri poſſet. Ereptis enim frequentibus in conuallibus & montibus caſtellis, foſſiſque obductis ademerat vehendæ annonæ facultatem. Conatus eſt tamen Gatta (quem ducem exercitus Veneti conſtituerant) in vrbem frumenta mittere, ſed interceptum eſt in itinere à Nicolao, non abſque deferentium detrimento. Accepta tamen per Italianum clade apud pontem Sarchæ fluuij exacto eius præſidio & filio occiſo, paululum Venetorum res eſt reſtituta, reliqui ad montes confugientes, commiſſa pugna cum Venetorum præfectis profligati ſunt, quo prælio ad mille hominum ex Philippi militibus occubuere. Poſtquam obſeſſis itineribus omnis ſubſidij aditus erat præcluſus alia ratio à Venetis ſubueniendi vrbi eſt excogitata, res vtique ardua. [a] Modus autem prouidendi & deferendi annonam Brixiæ fuit valdè mirabilis, & difficillimus & ingenioſus per Benacum lacum qui ob breuitatem dimittitur.

a *Hic modus ſic breuiter à Petro Marcello deſcribitur.* Ex *Atheſi naues quadam attractæ vſque ad ſancti Andreæ lacum, inde in* Benacum *à* Peneta, *&* Torbolum *mirabili quadam arte* Sorbolo *quodam auctore* Cretenſi *per montes demiſſæ ſunt.*

Veneti aduerſus Mediolanenſem præſidium comparant. Blon. ibid. Leon. Aret. Pet. Marcel.

§. VII.

QVÆ ad Brixiæ ſtatum pertinebant compoſitis, & prouiſione facta de annona, haud ignorabant Veneti Mediolanenſem numero & virtute exercitus ſuperiorem futura æſtate (ſicut accidit) Veronam, aut Vincentiam inuaſurum. Neque erat vnde nouos milites compararent, quibus hoſtis viribus obſiſteretur. Id vnum ſuarum rerum præſidium cenſebant fore, ſi Franciſcus ex Piceno in eorum auxilium veniret. Id difficilè dicebant, propter contractam cum eis antea Franciſci indignationem. Non tamen diffidebant illum in ſuam partem trahi poſſe, Florentinorum quibus erat amiciſſimus interceſſione. Sed verebantur, ne id à Florentinis denegaretur, qui meminiſſent quanto cum faſtu & con-

A temptu ſociorum, Coſmæ & Iuliano oratoribus, olim de communi re agentibus reſpondiſſent. Suppudebat quoque pro ſubſidio orare Florentinos, faterique ſe eorum opera egere. Neceſſitas tamen pudorem vicit. Miſſoque Florentiam legato Iacobo Donato, qui Coſmæ Laurentióque fratri (hi primarij habebantur ciuitatis viri) ſumma familiaritate coniunctus erat, cum eis cæteriſque ciuibus qui ad id opportuni videbantur, multis verbis contendit, vt Franciſcus in eorum ſubſidium B pergeret, quod haud magno certamine impetrauit. Sciebant enim Philippum nil eorum ſeruaſſe, quæ ex fœdere promiſiſſet. Sæpius quidem eius fidem dubiam & inſtabilem experti, nolebant illum bello Venetorum ſuperiorem eſſe quoniam veri erat ſimile, ſi præterita animaduerterent, relictis Venetis Philippum in ſe arma verſurum. A.C. 1438.

Venit interim menſe Ianuarij Florentiam pontifex Eugenius concilium habiturus pro Græcis, qui oratoris Veneti præcibus Franciſcum hortatus eſt, ad capienda à Venetis ſti- C pendia, ipſe fide publica pollicitus ſe ei, quæ de Eccleſia Romana tenebat id (enim petebatur) conſeruaturũ. Contracto igitur per quinquennium inter Venetos & Franciſcum fœdere hæ conditiones interea ſunt adſcriptæ, vt tum Venetorum, tum Florentinorum vnicus dux belli eſſet, quatuorque equitũ & duorum milliũ peditum, ſtipendia ſibi impenderent. Vtriuſque inſuper populi copiæ tũ conductæ, tum conducendæ ſibi parerent. Additumque vt Nicolaus Ferrarienſis Marchio D cum mille quingentis equitibus, quorum Guidantonius eſſet præfectus, & Boriſius Nicolai filius cum equitibus mille, Venetorum Florentinorumque ſumptu ſub Franciſco militarent. Id palam factum fœdus Nicolaum pepulit, vt copiis vndecunque contractis agrum Veronenſem inuaderet, exiſtimans ſe facilè ea vrbe potiturum. Itaque à Benaci ora cum exercitu profectus pluribus in locis Atheſim tranſire Mantuani auxilio conatus, ſæpius ab hoſte repulſus, tandem ductorum, qui bus id demandatum erat ignauia, ponte naui- E bus iuncto copias traduxit. Tranſgreſſus flumen Pringineacum oppidum validum ac opulentum, cum aliquamdiu ſummis viribus oppugnaſſet, facta deditione recepit. Deinde Baldum receptum eſt. Plurima inſuper oppida de Veronenſibus ac Vincentinis, tum ſponte, tum vi in poteſtatem redacta. Omnibus ferme agri Veronenſis oppidis potitus Nicolaus vna cum Mantuano vrbem cœpit obſidere, tum natura, tum copiis, tum fide ciuium munitam, ſed annonæ, quæ ſumma erat, cariſtia debilem. Interea iuxta Benacum lacum F paululum fortuna Venetis fauit. Nam cum Italianus eo cum magno equitatu peditatuque ad Madernum oppidum deſcendiſſet, tum Brixianorum copiis, tum militib. quos triremes vehebant, occurrentibus, cum ab ortu ſolis ad veſperam vſque acriter dimicatum eſſet, fuſis fugatiſque multis & interfectis, ipſe equo deiectus noctis beneficio euaſit. Quadringenti in ea dimicatione capti, in quibus tres haud ignobiles equitum præfecti fuere.

Fräciſcus Sfortia Dux belli Venetorũ & Florentinorũ.

Borſum Eſtenſem vocat. Blo.

Italianus à Venetis vincitur.

Ob-

A.C. 1439.

Obſidio Veronæ & quædam aliæ.iidem.

§. VIII.

Chorium rus vocat Blon.

Fráciſcus Sfortia in agrum Patauinũ venit.

DVM hæc apud Veronam,& Benacum fortuna varia geruntur, Franciſcus cum ſuis equitibus ac peditibus(ad ſex millia erant)à Piceno recedens ad vicum ſe contulit antiquæ Hadriæ, tribus millibus paſſuum propinquum. Inde impedimentis alio itinere præmiſſis,ipſe per ligneos pontes, tum in Pado,tum in paludibus iunctis nauibus,adhibitis galeonibus,qui ab hoſtium incurſu tranſitum tam variis in locis tutarentur,in agrum Patauinum copias tranſmiſit.Expoſitis in terra ſuis, id egit confeſtim dux belli peritiſſimus,vt quamprimum omnes Venetorum præfecti,cum ſuis equitibus, atque peditibus ad ſe conuenirent,vt iuncto exercitu hoſtem deprimeret victoria exultantem.

Obſidio Veronenſis ſoluitur.

Nicolaus ſummis viribus Veronam oppugnabat,admotus ad mœnia machinis atque bombardis ad proſternendos muros, quo aditus in vrbem pateret. Sed audito Franciſci cũ omnib.Venetorum copiis aduentu, deſperata victoria obſidioneq; relicta,ad oppidũ Suauũ, quod in poteſtate erat exercitum duxit,miſſis Mantuam verſus machinis atque tormentis, reliquoque obſidionis apparatu.Duo erãt itinera,per quæ Veronam iretur,alterũ per montes, alterum per planiciem, vtraque via diuerſis modis erat præcluſa, partim foſſatis, partim caſtellis & propugnaculis,& multitudine magna ruſticorum,vt Franciſcus ire non poſſet ad liberandam ab obſidione vrbem.Erat Venetorum exercitus quatuordecim equitum,peditum ſex millium, numero. Nicolao nequaquam pares erant copiæ. Quæ res metum iniecerat,ne diſcrimen belli cederet fortunæ.

Oppidum leonicum expugnat. Fráciſcus. Dux vni parcẽs oppido multa alia obtinet.

Franciſcus primo Leonicum oppidum viginti ſtadiis Nicolao propinquum, validoque munitum præſidio,in eius ferme conſpectu obſedit.Et cum acri certamine muros aggrederetur, opidani rebellionis conſcientia, ne vltimo afficerentur ſupplicio veriti, omni conatu reſiſtebant: plures ex eius equitibus grauiter ſauciati, & in iis præfecti duo, ad iram Franciſcum commouerunt.Qui minatus oppidi deſolationem, totis viribus ad eorum expugnationem incubuit.Deſperata illi ſalute, ſponte ſe ei dedidere, magis veniam ſperantes ex ea deditione, quàm ſi vi caperentur. Recepto oppido,ac mitigata ira Franciſcus pepercit omnibus, exiſtimans ea clementia cæteros, qui deſciuiſſent, illorum exemplum ſecuturos. Quæ res minimè prudentiſſimum ducem fefellit, Paruo enim negotio omnia ferme de Veronenſibus atque Vincentinis ad eam diem capta,in poteſtatem rediere.

Cùm verò ad Suauum duceret exercitum comperit ibi Nicolaum,omnes copias contraxiſſe,ea mente,vt quacũque ſiue per planiciẽ ſiue per montes Veronam hoſtis peteret,tranſitum impediret. At Franciſcus priuſquam Nicolaus ſuſpicari poſſet, qua effecit iter factu-

A.C. 1439

AdRegnam vocat. Blo.

A rus,iuxta montem in loco, quem Annogtiam vocant,conſedit.Inde Veronam miſſis,qui milites populumque ad inuadenda montana caſtella hortarentur,ipſe per montes aciem direxit:expugnatis,quæ iter impediebant caſtellis, ac partim direptis partim præſidio impoſito, Veronam nullo hoſte obuio proficiſcitur.Sed cũ peſtilentia ingrueret,tranſito Atheſi ad tertium lapidem via, qua itur Hoſtiliam, caſtra menſe Auguſto locat.Nicolaus timens,ne à reditu intercluderetur, incenſis propugnaculis, B caſtelliſque omnib. in foſſa erectis, & ipſe Atheſim tranſit. Franciſcus è veſtigio ad oppugnandum Suauum reuertitur,& poſt aliquam defeſſionem ciues tandem ſe dedidere. Eo accepto ad cætera,quæ adhuc in fide Philippi perſiſtebant, expugnanda in Vincentinum agrum conceſſit. Recuperatis quæ defecerant oppidis ad Atheſim rediit: atque eo quo antea loco,caſtra locat.

Summa ei cura erat commeatus Brixiam comportandi. Etenim præter famem & bel- C lum continuum,quæ vrbem vexabant, accedebat & peſtis ingens quæ ciues admodum terrebat, ſingula per ſe mala pernicioſiſſima. Deferebatur tamen ex Benaco lacu per montana loca ad ciues annona,pauca tamen, quæ haud quaquam ſatis ad eos alendos eſſet, ex quo & herbis vndiquaque conqueſtis, & fœdis etiam animalibus famem ſedare plurimi cogerentur.Nicolaus, qui caſtra in plano poſuerat, quo iter id impediret, ſentiens Venetorum naues in lacu ſecus littus ductas, milites vagos ferri,ac negligentius cuſtodire omnia cum paucis equitibus egreſſus caſtris D ad lacum pergit, coactiſque,quæ circa erant copiis, nautas & milites nil tale ſuſpicantes aggreditur. Commiſſo certamine & naues & milites omnes capiũtur,exceptis paucis quos fuga per montes tutos fecit.Eo illato damno cum Nicolaus in caſtra reuertiſſet,Franciſcus ineunte hyeme bidui iuxta Atheſim iter emẽſus,ea qua naues traductæ erant,via ad lacum profectus,enixe operam dedit,vt claſſis ex materia,quæ multa erat littori propinqua, de integro reſtauraretur.Ea breui tempore cõſtru- E cta,plurimo vſui fuit.Erant circa lacum ea parte,quæ ad Veronam vergit, oppida plurima inter ſeſe partium ſtudio bellantia,quædã Venetorum,quædam Philippi cum fauerent parti.Hæc ferme omnia Franciſcus in poteſtatem redegit. Qua ex re motus Nicolaus aduerſo littore ſuis auxilio occurrens, ad extremam lacus oram Tridentum pergit: atque apud oppidum, quod Riuam dicunt,cum haud magna manu conſedit,prohibiturus,ne quid annonæ Brixiam comportaretur.Cùm vtrinque certamina iuxta lacum committerentur, & tandem in acie pugnatum eſſet diutius,Nico- F lai copiis fuſis ac fugatis,multi capti ſunt,plures ad vicinia caſtella monteſque fugere.Nicolaus in turrim quandam fugit occultè, quæ facillimè expugnata eſſet, ſi eo loco tantum virum latere credidiſſent. [a] Noctu

Franciſcus oppida multa recipit.

a *Hoc memorabile Nicolai Piccininii facinus ſic refert Egnat.lib.7.de exemplis Ven.Reip.c.1.3 Is dicens; victus a Franciſco Sfortia Veneti exercitus impe-*

A.C. 1439.

imperatore, cum Gardam oppidum fuga circa Bena A cum lacum periiſſet videns nullam ſuæ ſalutis ſpem, quoniam Garda oppidulo ſatis fidere nequiret nouum facinus & ante eam diem inauditum eſt aggreſſus, vt ſacco incluſus à Germanico milite per Sfortianorum caſtra ferretur, quaſi panem is ad ſuos deferret.

verò per hoſtium ſtationes clam à valentiore viro portatus, nonnullis conniuentibus, ad ſuos reuerſus periculum euaſit.

Nicolaus proditione poſtea Veronam capit, ſed. poſtea perdit. Blo. ibi. Leo. Aret. Pet. Marc.

§. IX.

CVM parum ſuccederent Nicolai aduerſus Franciſcum conſilia, relicto lacu cum omni ferme ſuo exercitu Veronam rediit. Oblata ſpe proditionis eius vrbis capiendæ per arcem, quam Ciuitatolam veterem dicunt, ingreſſus mœnia de improuiſo vrbem capit omnem, excepta arce quadam in monte ſita, & ponte, qui ſubeſt arci. Poſt Nicolai diſceſſum Franciſcus, cum aſcendiſſet montem itinere verſus tridentum ſumpto, montanis, quæ defecerant, recipiendis caſtellis intentus accepit Veronæ defectionem. Varia militum ac præfectorum erat ſententia. Quidam vt abiiceret recuperandæ vrbis curam, & aliarum cuſtodiæ & ſaluti vacandum, ab aliis alia tum pericula, tum difficultates afferebantur, quibus abſcinderetur ſpes omnis auxilij ferendi, iter niuibus eſſe impeditum, cum pro maiori parte per montes eſſet tranſeundum, atque viam ferme quinquaginta milliarum & difficultatum hyemis aſperæ & frigoris conficiendam, verendumque eſſe, ne vrbis proditioni clades ſuorum militum adderetur, quæ futura eſſet extrema calamitas Venetorum. Solus Franciſcus vir magnanimus, conſiliiſque, & ſententiis omnium poſtpoſitis contraria ſentiens, honorem ſuum, & Venetorum ſalutem expoſtulare dixit, vt quamprimum ad recuperandam vrbem proficiſceretur.

E veſtigio itaque ipſe cum electis equitibus & peditibus (& iam aduesperaſcebat): per montes oppletos niuibus iter ingreſſus, ad primam noctis horam octo millibus paſſuum confectis, parum quieti temporis dedit. Deinde ante diluculum (nihil enim ea nocte, aut equi, aut homines cibi ſumpſerant) longa confecta via ad Atheſim flumen in planitiem, deſcendit: ac viginti milliarum confecto itinere, iterum aſcendens duodecim millibus paſſuum iter faciens Veronam peruenit. Qui in arce erant, quam nondum ceperat hoſtis, ſuorum aduentu cognito multa lætitiæ ob inſperatum ſubſidium ſigna ediderunt. Qua ex re moti duces hoſtium cum parte exercitus portam, qua ventus erat Franciſcus egreſſi, certamen atrox commiſerunt. Diutius

Frãciſcus ad Veronã recuperandã proficiſcitur.

eſt acri, pugna certatũ, vrgente tamen Franciſci milite, & acrius pugnante, dare terga hoſtes ſunt compulſi: immixti victi, victoréſque vna proſequente Franciſco vrbem ingrediuntur. Quo audito tantus hoſtem terror inuaſit, vt de fuga cogitaret. Nicolaus ac Mantuanus cum omnibus copiis quatriduo, poſtquã vrbem ceperant, noctu abierunt.

Recepta Verona (quæ res Venetorum ſtatum ſeruauit) aduerſariorum prædam, multa enim per varia loca nil aduerſi ſuſpicantes reliquerant, militibus ſuis in reſtaurationem eorum, quæ multa tum ob veniendi celeritatem, tum aſperitatem viarum amiſerant, diſtribuit. His geſtis Franciſcus ad Benacum pergit priori via, vbi de reficienda de integro claſſe, per quam Brixiani ab inopia annonæ ſubleuarentur, ſedulo operam dedit, quæ accitis operariis ex materia propinqua haud priori inferior inſtauratur, quæ ad comportanda frumenta, & ad eius regionis turanta oppida plurimo vſui fuit. Montes inde è regione Brixiæ aſcendens plura caſtella deperdita, quibus tranſitus annonam, ferentibus impediebatur recuperauit. Animaduertens Nicolaus ſummis Brixiam defendi viribus, atque expugnandæ ciuitatis Franciſco duce ſpem dari nullam conſilium ſumpſit in Tuſciam contra Florentinos tranſeundi. Quidam id Philippi conſilio factum credunt, vt Ioannis cardinalis Cornetani, qui ſecum contra Florentinos conſpirauerat, copiis iungeretur. Alij eo conſilio Nicolaum in Tuſciam tranſiſſe fuerunt, quo Franciſcus opem Florentinis, relicto Venetorum bello ferre cogeretur. Et id ſimile verò facilè videbatur: præſertim cum pauci admodum in Tuſcia milites relicti eſſent, qui eos defenſarent ab incurſantibus hoſtibus.

A. C. 1439.

Verona recuperatur.

Brixia relicta Piccininus in Tuſciam tranſit.

Ioannes Cornetanus Archiepiſcopus Florentinus patriarcha & Cardinalis quid fecerit. Blond. dec. 4. lib. 1. Pius 2. lib. 2. cap. 4. ſupra. §. 9. 58.

§. X.

ANNO domini 1440. geſta ſunt hæc notabilia, quæ nunc referuntur, Eugenio Florentiæ cum curia ſua reſidente, poſt receſſum recentem Græcorum: & prius de ipſo cardinale Ioanne Cornetano, de quo eſt tactum, eſt enarrandum. Hic Ioannes cum eſſet curialis, familiaris multum effectus Eugenio, defuncto domino Americo de Corſinis primo archiepiſcopo Florentino, poſt vocationem ſedis illius per annum, & vltra, inſtitutus eſt ab Eugenio præfatus Ioannes Cornetanus archiepiſcopus Florentinus & ex ea dignitate aſſumptus eſt ab eodem ad Cardinalatum, prius tamen ad patriarchatum Alexandrinum. Idem legatus deſtinatus ad vrbem & ad partes regni, conductis copiis multis Romã, quæ rebellis papæ per ſex annos mãſerat, dominio eius reſtituit. Cardinalis autem nepos papæ, Venetus, qui in rebellione vrbis fuerat

Curialis. i. aulicus.

A. C. 1440.

fuerat captus,& per menſes multos detentus, A iam fuerat liberatus.

Præueſtina etiam ciuitas,quæ contra Eccleſiæ fuerat,vi armorum capta eſt.Contra aliquos qui fuerant illius rebellionis & factionis cauſa, proceſſum eſt,& præcipuè contra quemdam plebeium dictum Boncellum, qui primus excitauerat tumultum in ciuitate,& quaſi præfectus vrbis Capitolium in cuſtodia habebat.Hic cum magna diligentia quæſitus, ne ex tanto ſcelere euaderet impunitus captus fuit:& in curru per vrbem ductus ſuſpenſus eſt,& poſtea quatuor partes ſectus. B Hic etiam in regnum Apuliæ ingreſſus, quæſiuit regem Aragonum de regno eiicere bellum gerendo.

Et vna dierum,quæ ſolenniſſima erat,cum rex in caſtris eſſet verſus Caietã,& diuina audiret,nil ſuſpicatus contra eum agendum ab hoſte propter feſti celebritatem, cum hoſtis eccleſiaſticus eſſet: repente cardinalis ipſe cum copiis ſuis profectus eſt contra eum. Et niſi per modicam moram ante regi fuiſſet prænunciatus cardinalis aggreſſus propinquus contra eum, vtique captiuus fiebat.Sed C fugiens velociter ſic euaſit manus eius.

Cornetanus Cardinalis hoſtẽ die feſto aggreditur: vnde res ei malè ſuccedunt.

Parum exinde proficiens reuerſus eſt ad vrbem, & circumſtantes ciuitates. Tyrannus autem aliquos perſecutores Eccleſiæ extinxit, & inter cæteros præfectum vrbis, qui multa mala intulerat terris Eccleſiæ, captum decapitari fecit. Antonium comitem pontis eræ Piſanum & cruentiſſimum hoſtem manifeſtum Florentinorum (qui Eccleſiæ vſurparat aliqua oppida) in bello ſuperatum, in arbore oliuarum in campo ſuſpendi fecit. D Chunradum dominum Fulginei,qui multum fauerat Braccio contra Eccleſiam certanti,& aliis inimicis Eccleſiæ capta ciuitate Fulginei per proditionẽ,cepit cum filiis,& captum ad arcẽ Soriani tranſmiſit,qui tandem ſententiam capitalem accepit.

Demum cum præmiſſis copiis vrbem egredi vellet, iturus Cornetum facta conſpiratione contra eum,cum eſſet in ponte iuxta Adriani ſepulchrum,quod dicitur caſtrum ſancti Angeli, caſtellanus ipſius loci egreſſus E è caſtro,quaſi ad obuiandum ei ex reuerentia tenuit manum eius,catenaque, a vt ordinatum fuerat,ſubleuata eſt à terra,ne tranſire poſſet, à quibuſdam autem ſatellitibus caſtri cum haſtis aduncatis trahebatur ad caſtrum, quo facto cum quæreret retrocedere,lapſus eſt cum equo.Sicque captus adductus eſt in caſtrum ſancti Angeli vulneratus. Vulnus autem non erat incurabile,ſed veneno mors ei accelerata eſt.Cauſam vel occaſionem ruinæ prædicti cardinalis, hanc ſcriptam reperi F fuiſſe.

a Hæc ſic refert Blondus: Cardinalis portam exiturus æneã,quæ in Vaticani ſuburbia ducit,illico demiſſa, decidit,& portam clauſit,quã ma ea de cauſa latenter in ſuperioribus ſæpe ſederat præfectus cataractæ,quæ in momento catena medium complexa pontem ſeſquicubitis quatuor eleuauit,pendentibus ſub fornice ponderibus,quæ arcis cuſtodes ruere attracto funiculo permiſerunt.

Cùm ipſe Ioannes cardinalis legatus pontificis eſſet in vrbe, cum magno equitum peditumque numero, hoſtis admodum eorum exiſtimatus eſt à Florentinis. Et Venetis contemptis ſpernens promiſſa comparato exercitu Fugineum obſedit,cepitque. Qua ex cauſa conqueſti Florentini apud pontificem tantam iniuriam, & veluti proditionem ſociorum legati, ad iram atque odium patriarcham concitauerãt.Incitabant inſuper [eum] indignatio in Franciſcum,à quo è Piceno turpiter eiectus erat, quem factum belli ducem grauiſſimè ferebat.

A. C. 1441.

Per internuncios autem inſcio pontifice cum Philippo clam inito fœdere poſtulauit vt Nicolaus poſthabita Brixia ad expugnandum ſecum ipſum belli caput, Florentiam accederet. Florentinis nullos præter admodum paucos adeſſe milites. Haud magno conatu improuiſam vrbem opprimi poſſe, aut regnaturos in ea exules. Permulti enim erant, qui relictis Venetis duci fauerent, Sibi quatuor millia equitum, duorum peditum exercitum eſſe, vt ſi Nicolao iungeretur:haud dubiam in manibus fore victoriam. Fama vulgata eſt ſi ex voto res ceſſiſſet, illum ſubactis Florentinis poſt Eugenij mortem, ſibi pontificatum vendicaturum.

Quicunque eius animus fuerit ipſe nouit. Fœdus certè cum Philippo ab eo ſancitum eſt.

De bello Florentinis inferendo quæ literis interceptis comperta mortis cardinalis cauſa fuit.Data eſt enim opera quorundam conſilio,quib.& patriæ & pontificis,ſalus erat cæteris rebus antiquior [vt ſic ille comprehenderetur,& moreretur] Verum quamuis ſic quidam ſcripſerit, quia alij aliter dicunt relinquatur iſtud iudicio Dei,qui omnia nouit, etiam antequam fiant.

Nicolai Piccinini in Bononienſes & Florentinos profectio. Blon. dec. 4 li. 1.

§. XI.

ANNO eodem Nicolaus media hyeme,aſſumpta equitum ac peditũ electa manu (ad tria millia,erant) Februario menſe traiecto Pado in reficiẽdis macie confectis equis,in Placentino Parmenſique agro paululum ſubſtitit.

Lento poſtmodum gradu(nam niues itinera occupauerat)menſe Martio Bononiã copias produxit. Statuerat verò antea quo quique loco præfecti bellũ gererent. Quoſdã enim Brixiam infeſtare,alios circa lacum obſiſtere hoſtibus,nonnullos Veronam, in quam Franciſcus hyemandi gratia miſſis in hyberna copiis conceſſerat,continuis excurſionibus iuſſit laceſſere.

Sed maior rerum moles,quam præ ſe ferret, à Nicolao quærebatur: in ipſam Florentinam vrbem,in qua eius ſtatum euertendũ,inſidiæ & vires parabantur. Nicolaus igitur,quãuis iniquo tempore à Bononia motis caſtris

A. C. 1440.

Nicolaus de euertēda Florentia cogitat.

Flaminiam petiit, ac quædam de Florentinis caſtella dedit Guidantonio Manfredo tenenda, exiſtimans iam tempus adeſſe, quo Apenninum trāſiret, cumq; alium longè arduū fruſtrà tentaſſet, paululùm regreſſus per vallem Baliſeam & Anomonis fluuij, quamuis niues plurimæ (quas per loci accolas ſubmoueri iubebat) impedimento eſſent ad extremum vallis ſaltum, vbi Manradi caſtrū eſt, quòd à Florentinis magno tenebatur præſidio & firmo, peruenit. Facillimè aditu prohiberi poterat propter locorum aſperitatem, ni varij generis milites ad cuſtodiam ſaltus poſiti, audito Nicolai aduētu adeo pauere cœpiſſent, vt vix hoſte conſpecto, relicta ſaltus cuſtodia in fugā verſi liberum aditum Nicolao dediſſent, qui ſuperato monte, nullo obſtante in Maugellū deſcendit ad paululum caſtellum, quod vocāt Politianum. Ibique aliquandiu ſtatiua habens

Nicolaus Politianum oppugnat.

nequaquam multis prælijs, magnóque conatu caſtellum oppugnauit. Erant autem cum eo Florentini exules permulti, quorum vtebatur conſilio, expectantes ſi res proſpere ſuccederent, in ciuitatem violentia reuerti. Id magnū timorem ciuibus incuſſit, ac pontifici, cui & Philippi & Nicolai calliditates notæ erant, eóſque hoſtes ſemper & infidos eſſet expertus. Sed & exules Florentini, non minoris conditionis conſanguineos, & amicos in ciuitate non paucos habebant.

Pontifex cū Venetis & Florentinis fœdus init.

Poſt patriarchæ cardinalis obitum fœdus cum Venetis & Florentinis pontifex pepigit pro defenſione communi, ea inter cæteras cōditione, vt æqua omnium impenſa in milites fieret, è veſtigioque Ludouicum Parauinum archiepiſcopum Florentinum, quem poſtea cardinalem creuit, virum ſolertem, ac magni animi, & ad res gerendas prompti, cum pecuniis pro legato miſit: à quo equites peditéſque qui ſub patriarcha militauerant, denuò conducerentur, atque in Tuſciam deducerentur. Erāt autem in Florentinorum defenſionem eis par uæ copiæ aduerſus tantam belli molem, deque vrbis ſtatu admodum timebatur. Et profectò, ſi fortuna vti ſciuiſſet Nicolaus, nequaquam dubium eſt, quin magno in diſcrimine res Florentina fuiſſet. Erat magno in periculo ciuitas non tam externi hoſtis ſollicita quam trepida de aliquo ciuili motu quem dubitabat fauore exulum excitari. Nec ſolū Mugelli oppida in periculo videbantur, ſed in vrbem ipſam timor penetrauerat, cùm hoſtiū vſque ad quartum lapidem fieret incurſiones. Erat prætereà in vrbe annonæ cariſtia, quæ ciues ſollicitos tenebat, vt ſi Nicolaus ad ea loca, ex quibus annona vehebatur, exercitum duxiſſet: magnum motum in ciuitate cariſtia excitare potuiſſet.

Florentia in magno verſatur periculo.

Prouidētia diuina erga Eccleſiam.

Sed diuina prouidentia (cui eſt cura de omnibus, & maximè de Eccleſia ſua, quæ in capite ibi erat) non defuit illis in tantis periculis conſtitutis. Illiqúe hoſti iniuſto clauſit oculos mentis, vt expedientia ad propoſitum ſuū non exequeretur, ſed contraria. Cùm igitur reipub. Florentinæ fortuna ruinam minari videretur (oppugnatores enim multi erant, defenſores pauci) agitatum eſt ſæpius inter vrbis primores variosque magiſtratus, qui publicis conſiliis aderat reuocandus ne eſſet Franciſcus in Tuſciam, an his copiolis, quæ aderant ſalus defendenda. Cenſebant quidam tutiora conſilia ſemper eſſe capienda, quæ fore videbantur, ſi dux egregius ad belli munia cū parte exercitus accerſeretur nullam dari ſecuritatem Nicolaum aliquod caſtellum, aut aliquā belli ſedem, vel vi vel exulum gratia recepturum, obſeſſurum itinere, ſi velit, quibus ſubminiſtrentur frumenta ignotum eſſe, populum totum voluntatem ſemper ad peiora mobilem, præſertim vbi ingruat fames. Si paululum Nicolao fortuna indulſerit, nouos timēdos hoſtes, qui vt plurimum in rebus dubiis emergerent, malum naſcens facilius extingui poſſe, quàm ſi corroboretur, non enim de aliquo oppido aut caſtello, ſed de patria, de ipſa vrbe, de ipſa rep. certamen eſſe. Ideo videri tutius vitare id periculum, quàm in eum locū deduci, ex quo haud facilè emergi queat.

Florētinorū de præſenti periculo variæ ſententiæ.

Alij maioris animi, nec conſilij peioris viri ab ea ſententia diſſidebant, Arbitrantes Franciſcum nullo pacto reuocandum. Nihil enim eſſe quod magis opter Nicolaus, quā Franciſci diſceſſum & vt Brixia in Philippi veniat poteſtatē, quod proculdubio, ſi ille abeat, ſit futurum. Et eam profectò, ſi Philippus ceperit, reliquas vicinas vrbes recepturum. Franciſci enim viribus conſiliiſque, & conſeruatam ad eam diem Brixiam, & Veronam ſua virtute de manibus hoſtium ereptam, cupere Philippum Venetos eius ducis auxio priuari cuius opere, & virtute ad eam horam ſtarent Venetorum opes. Non ſuis, ſed alienis fiſum viribus Nicolaum ſuperaſſe Apennini iuga, propter patriarchæ cardinalis fœdus nunc ea ſpe deſtitutum, remiſſurum animos, neque cōmiſſurū rē fortunæ, in qua verſetur Philippi ſalus. Solere in huiuſmodi tumultu maiorem metum, quàm pro re excitari, diem mitigare timorē & graues res vſu leuiores videri. Pręterea futuras pontificis copias, quibus hoſtis vires comprimantur. Adequitaſſe quondam ad vrbis Romæ mœnia cum exercitu Annibalem, vt obſidione Capuam liberaret, quàm nequaquam omiſerint tanti ducis aduentu. Eodem modo nequaquam Franciſcum accerſendum videri, ſed aliis copiis remp. tutandam, firmandas præſidio ciuitates & oppida validiora, neque imminere ſtatim periculum, ſi qua ab hoſte capiātur, reditura omnia in fidem, cum deferbuerit Nicolai impetus, quem neceſſe ſit in terra hoſtica quotidie fieri remiſſiorem, præſertim tam procul à domo militantem. His dictis decretum eſt præſentibus tantum copiis obſeruare hoſtes, & ab excurſionibus prohibere.

Mors Cardinalis Nicolao nunciata eum turbat. Franciſcus Puppij comes à Florentinis deficit. Blond. ibi. Leon. Aret.

§. XII.

PENES Politianum ſtatiua habente caſtra Nicolao, mors patriarchæ cardinalis nunciata dolorē ſimul & pauorē incuſſit. Nā & conſilia ſecum inita, in irritum ceſſerant, & ſuis

A.C. 1440.

ſuis tantum copiis non ſatis confidebat Florentinis nocere poſſe: retroducere verò turpiſſimum ducebat. Igitur vlterius progredi ſtatuit, & aliquid audere facinus, antequam vires hoſtium augerentur. Ea opinio proditione Franciſci comitis Puppij eſt confirmata. Egerāt cū eo exules promiſſa totius Caſentinatis ore(cuius maiorem tenebat partem) ditione, vt à Florētinis deficeret. Ille immemor ſe ab eo populo quem ſibi pater tutorem moriēs reliquerat, ad eam diem auctū opibus & dignitate, ad aduerſarium deſciuit. Itaque motis caſtris Caſentinum ingreditur, Bibiennam oppidum caſtellaque omnia Florentiæ ditionis paruo labore comiti traduntur arce excepta, quam ſanctum Nicolaum appellant, vbi in eius obſidione diebus circiter triginta ſex cō ſumptis, tandem fames ad deditionem cōpulit, eaque cum reliquis comiti data. Culpant Nicolaum multi qui in paruo caſtello diutius tempus terens omnem bene gerendæ rei occaſionem omiſerit, certè ea mora & ſpatiū Florentinis datum eſt ad equites & pedites comparandos, & legato pontificis ad copias Eccleſiæ per varia loca diſperſas contrahendas, & in Tuſciam traducendas.

Interim duo equitum præfecti, à Franciſco miſſi via Mutinenſi in auxilium Florentinis venere. Quæ res auxit animos ciuium, & ſpem attulit poſſe præſentibus copiis rempublicam defendi. Sperabatur etiam propediem affore pōtificis equitatum peditatúmque, quē ad ſex millium electorum virorum dicebant eſſe. Magno enim ſtudio & diligentia Ludouicus copias coegerat, citatóque gradu Aretium verſus duxerat, cuius in agri finibus ad oppidum ſepulchri ex Caſentino venerat. Nicolaus in agrum Typhernatem progreſſus, cum ciues ne quicquam populationis terrore ad deditionem tentaſſet, in territorium Peruſij conceſſit, vbi aliquandiu velut in pacato commoratus, & pecunia & commeatu adiutus paululum quieuit.

Franciſci Sfortiæ res in Longobardia geſtæ.

Franciſcus interea certior factus nequaquā Nicolai conatus à Florentinis timeri, pateſq; aut copioſiores milites oppoſitos Nicolao pōte ſupra Mintium iuncto, traductóque exercitu, oppida caſtelláque omnia (quæ ad triginta numero erant) quæ aut ſponte defecerant ad Nicolaum, aut vi capta erant, ea æſtate expugnauit & accepit. Illa inſuper in poteſtatem redegit quæ olim Mantuanus iuris Veronēſium occuparat. Sæpius etiam ſecunda prælia cum hoſtibus fecit, mille quingentis, aut amplius militibus captis. Brixiæ quoque obſidionem tum comportatis iis, quæ ad victū pertinebāt, tum noua meſſe, quam metu vacui agricolę in vrbem conuexerant reddidit leuiorem. Claſſe verò ac peditibus expugnata oppida circa Benacum in ditionem Venetorum redacta. Qua fortuna confiſus Franciſcus de tranſeundo flumine Abdua iuncto ponte cogitauit.

Nicolai in Tuſcia res geſtæ.

Interea cum pontificis duce Ludouico & Florentinorum copiæ, eſſent apud Aretium coactæ, vt occurrerent Nicolao ad Anglarium oppidum in finibus agri Aretini profectæ, iuxta oppidum caſtrametatæ ſunt. Nicolaus cū Peruſium paruo comitatu volentibus ciuibus

A intraſſet, paucos poſt dies accepta pecunia cum exercitu ad obſidendum Tiphernum profectus, annonæ inopia vrgēte, vrbe ea proculdubio per deditionem potitus eſſet, niſi equitum præfecti duo ſtrenui viri, cum ala equitum per medias hoſtium ſtationes de improuiſo intraſſent, qua re ſaluti ciuitatis eſt conſultum. Venerat maior quàm pro re à Longobardia rumor, omnia ibi mutata eſſe equites Philippi captos, oppida amiſſa, proſtratas acies virtute Franciſci liberatam obſidione Brixiam, amiſſa omnia recuperata, & ipſi iam Phi

B lippo perniciem imminere. Eius quoq; nuncij Nicolaum aduocabant, cui etiam literis mādatū erat, ne acie certaret. Hac in caſtris Nicolai inter equites vulgata fama, Longobardi omnes (quæ magna pars erat) ſalutem patriæ præferentes aliorum calamitatibus, ſparſim fremere, nequaquam curā ſuarum rerū poſtponendā eſſe, ſatiuſque videri tueri propria, quā appetere aliena, conſectari eos caſtella ruſtica ac montana, vt opulentiſſimā ciuitatem, ferri les agros, villas frequētes, parētes ac liberos à ſe derelictos hoſtibus prodant. Nullum eſſe

In exercitu Nicolai turbatio.

C lucrum perdere domeſtica, vt quærantur extranea. In dubio eſſe euentum belli, ideoque in primis conſulendum ſaluti patriæ, relicta verò ſuo tempore curanda, ni redeat, ſe proculdubio abituros. Huiuſmodi vocibus Nicolaus reſpondit, aut diuites eos ex victoria futuros, aut ſubituros, quem caſum dederit fortuna. Motis à Typherno caſtris ad Burgum peruenit, eo animo, vt inſidiis & calliditate aduerſarios ſuperaret. Conſueuerant Florentinorum profecti quoquo die ſtructis paratiſque aciebus, quo ab incurſu hoſtium

D tuti eſſent, diligentius pabulatores mittere, ſeruare vigilias, omneſque inſidias præcauere, propter hoſtis propinquitatem, in qua diligentia parum eſt perſeueratum.

Nicolaus caſtra Florentinorum inuadit. Blon. ibid.

§. XIII.

Tertio Calendas Iunij anni. 1440. ea die, qua Patri & Pauli Apoſtolorum celebritas eſt, cum equites pabulatum negli-

E genter ſatis & abſque vllo præſidio eſſent incauti, & pedites qui diei ęſtus erat ingēsa ſtratis corporib. quieti indulgerent multi negligetius, q̄ par eſſet: Nicolaus (cui hæc nota erant) relictis apud Burgum impedimentis, expedito milite duplici acie inſtructus, velut ad certam victoriam in hoſtes equitabat: vna, qua pabulatores, altera qua ipſe caſtra peteret. Norant Florentini Nicolaum, & literis & nunciis Philippi reuocatum, ideoque ſuis præfectis mandauerant, nec vllo modo cum hoſte prælium conſererent. Satis eſſe illum cogi ad receſſum, quod ſine vllo eorum diſcrimine

F futurum erat. Nicolao quoque id mandatum erat notum; ideoque ad certamen allicere cupiebat. Sperabat inſuper cum à diuerſis ducibus, & præfectis exercitus agеretur, fore, vt nequaquam in capeſſenda pugna in vnam ſententia conuenirent, ſed quemlibet ſuo conſilio ſtatutum. atque ita illos abſque

Acies à diuerſis ductæ facilius diſſipantur.

A.C. 1440.

A.C. 1440.

certo ordine in prælium euntes facilè ſuperari poſſe. Diem præterea ſibi elegit feſtum, quo ſciebat omnia aſſetuari negligentius, vt his rebus facilè perſuaſerit hoſtes haud magno certamine terga verſuros.

Et forſan ſucceſſiſſet conſilium magna cum Florentinorum clade, niſi Michelettus, veteranus & prudens ductor, armatus equo aſcenſo omnia circum caſtra perluſtrans, aduentum hoſtium ex colle, in quo oppidum eſt, conſpexiſſet. In his planiciem, quæ ad Burgum pertinet (ea quatuor milliaria protenditur) proſpectans elato puluere aduentare hoſtem, ad arma è veſtigio clamauit, accerſitiſque ſuis in primis ad ponticulum deſcendit, quo videbatur hoſti tranſitum dari. Eò & præfecti cæteri confeſtim accurrunt, de modo pugnandi conferentes. Tribus aciebus rem geri placuit & qui, cuique præeſſet ſtatutum. Subſidiariæ cohortes cum ſignis apud legatum relictæ, quæ vbi opus eſſet, præſidio pugnantibus forēt. Pedites ſagittariique iuxta ripam torrentis latera hoſtium ferire iuſſi. Inito prælio variè diúque, & æquis penè viribus pugnatum eſt, & hoſtibus ob victorias præteritas ſuperbe (vt qui turpiſſimum vinci ducerent) inſtantibus & aliis pro vlciſcendis iniuriis conſequendique belli gloria, nil laboris, nil periculi recuſantibus. Inſtabant hortatores, tum legatus, tum etiam ſeniores præfecti, tum etiam Florentini legati quorum ſollicitudo, & virtus ea die laudata eſt. Cùm omnia conſilia, omnes vires Nicolaus intentaſſet tandē victus fugatuſq; Burgū petiit cum parua manu, reliquis aut captis aut ad varia diſperſis loca: numerus vtriuſque partis pugnātium octo millia hominum fuiſſe dicitur, equites ad mille octingentos capti, qui omnes poſtridie amiſſis equis atque armis ad ſuos redire ſunt permiſſi. Mortua quadraginta ex Nicolai militibus, vulnerati plures. Iuuentus Burgi, quæ armis ſumptis tanquam ad prædam Nicolaum tunc erat ſecuti, capta ferè omnis ac prætio redempta.

Aſſerunt plurimi magis Dei virtute, quàm virib. vel induſtria humana habitam fuiſſe victoriā. Nam ſecundum humanū iudicium, ille aſtutus Nicolaus ita ordinauerat bellum, quod victoria ei cedebat. Hic autem plurimum nocuit auaritia ſuorum. Nam cum hoſtes viderentur iam deficere, & quaſi fugere, plures ex Nicolai copiis inclinati ad prædam cœperunt diſpergi, inde aduerſarij fortiores effecti præualuerunt. Dignum vtique & iuſtum erat vt principes apoſtolorum, qui Romanam eccleſiam ſuo ſanguine conſecrauerant, ea die martirij ſui Petrus & Paulus, cauſam eccleſiæ defenſarent: quæ cum Venetis & Florentinis contra hoſtes ſuos dimicabat: ac plenam victoriam miniſtrarent.

Petrus & Paulus die ſibi ſacro cauſam Romanæ Eccleſiæ, ſunt tutati.

Cæterū Nicolaus, qui fugerat, cum parū ea nocte ſe quieti dediſſet, animo amaricatus, quod non eueniſſet quod ſperabat, poſtera die relicto oppido per Flaminiam Mediolanum rediit. Dixiſſe autē illū ferunt, actū de Philippi ſtatu fore, ſi veterani præfecti equiteſq; inquibus totius Philippi exercitus robur erat (& hi quadringenti dicebātur omnes captiui) detenti fuiſſent. At hi liberaliter accepti dimiſſique ſuum ducem ſecuti ſunt. Hac victoria perculſi Burgi incolę, veritique, ne in eos vis totius belli verteretur, oratoribus veniam præcantib. ad legatum miſſis, oppidum pontifici tradiderūt.

A. C. 1440. Burgū incolæ ſeſe dedunt.

Hoc aliquo tēpore vſurpatiuè poſſederat Nicolaus Fortebrachius, ſeu de ſtella nuncupatus, qui tandem inimicus eccleſiæ in bello ante fuerat interfectus. Conceſſit autem oppidū ipſum poſtea Eugenius Florentinis, ſiue in pignus ſiue prætio emptum vigintiquatuor millibus florenorum ei exhibitis, quos Salomon Hebræus Prati publicum fœnus exercens ſoluit communitati, in pœnam cuiuſdam ſui exceſſus contra capitula eorum perpetrati.

Epiſcopus Florētinus fit Cardinalis

Gratiſſimum eius victoriæ pontifici & ciuibus nuncium fuit. Videbatur enim ex hoc Tuſciam in tuto fore, ſuperato ac ſubmoto hoſte inimiciſſimo cum exulibus aſſociato. Ob eam rem per Ludouicum archiepiſcopum Florentinum, poſtea patriarcham [Aquileieſem tūc] legatum benè geſtam & fœliciter conſummatam [ipſe Ludouicus] cardinalis factus eſt à pontifice,

Florentinorum oratores (hi duo erant) quibus cura belli demandata fuerat, equitatum peditatúmque eorum duxere in Caſentinū ad vlciſcendum armis Comitis proditionem, quē ea æſtate omnibus caſtellis ſpoliauerunt. Obſeſſus demum in Puppio, cum fame vrgeretur, pactus vt cum rebus ſuis abire liceret, oppidū tradidit. Sicque periit familia illa, & à ſtatu deiecta, qui comites Guidi appellabantur, poſt quadringenteſimum annum, quàm in Italia cum primo Othone imperatore venerat. Id documento cæteris eſſe debet fidem ſeruandam eſſe, & in cōſiliis conſtantiā rectis ſcireque modū in ſecundis rebus tenere. Genus perātiquū & nobile. illi erant opes & dignitas nō contennenda, hæreditas progenitorum patrimonij ampla, ſed virum nimis fortunæ ſidentem, maiorum cupiditas præcipitem fecit. Et cum aliena appetit, ſuis priuatus extorris in inopia conſenuit. Et exules Florentini, qui cum Nicolao fuerant in bello contra ciuitatem, in opprobrium vt proditores patriæ ante palatium Poteſtatis in facie eius depicti ſunt. Et ipſi cōfuſi, diſperſi ſunt per diuerſas ciuitates, & paulatim vitas, & ſubſtantiis defecerunt.

Anno domini 1444. cum dominus [a] Iulia-

a *De hoc bello ſic ſcribit Pius 2. lib. 1. Coſ cap. 5. Amurathes hic magnus vir fuit domi bellique tam ſuis amatus quàm noſtris odioſus: cum centum millibus pugnatorum intrauit Hungariam: latè populatus prouinciā: ſterilis annus impedimento fuit ne potiretur, cōmeatus penuria compulſus rediit. Iulianus Cardinalis ſancti Angeli ab* Eugenio *Pont. max. aduerſus eum miſſus. Hungariorum extulit animos, & arma ſumere perſuaſit. Exercitus Chriſtianus vſque ad* Sophiam *profectus eſt. Sapè cum Turcis proſpere dimicatum, non ſine* Ioannis *Huniadis ingenti laude, qui tum copias ductauit. Cuius nomen apud hoſtes adeo terrificum fuit, vt plorantibus pueris matresfamilias taciturnitatem non aliter impetrarent, quàm* Ioannis *præſentiam minitantes.* Congregati *tamen non paruo numero Turcæ cum Chiſtianis confligere non dubitarunt. Sed non tam fœlix eis pugna quàm fortis animus fuit. Superati*

A.C. 1438.

rati virtute Hungarica multiſque cæſis terga dedere. Hungari, qui bello interfuere cupiditate gloriæ res ſuas amplianteś de magnis maiora tradentes imperatori Friderico ſuperatos bello Turcas ſcripſere. 30. millia hoſtium ceſa, captáque multo plura. Cardinalis S. Angeli ſex millia duntaxat hoſtium in eo prælio cecidiſſe ſuis literis affirmauit. Signa militaria nouem capta, Ioannem Huniadem non ducis tãtum, ſed militis quoque ſingulari virtute vſum. Eique fides habita.

Chriſtiani Turcos ſuperant.

Turcis hæc Chriſtianorum victoria plus pauoris, quàm damni attulit, non Hungaricas tantum vires, ſed Germanicas in ſe commotas arbitrantibus. Conſternati ergo ac perculit metu, perinde ac ſi totus occidens coniuraſſet, pacem petiere. Hungari qui ſuas vires non ignorarent, nec tam potentiæ ſuæ quàm caſui victoriam imputarent, oblatas vltro conditiones pacis non recuſarunt. Induciæ in decèm annos dictæ, iuſiurandũ per ſua ſacra ambæ partes præſtitere: Deſpoto Seruiæ, quæ bello amiſerat reddita. Moleſta ea res Iuliano Cardinali fuit, cui proſequenda victoria videbatur. Eugenio quóque nihil moleſtius nunciari potuit. cuius menti nulla maior cura incedit, quàm Chriſtianæ fidei propugnandæ. Scripſit igitur Cardinali nullum valere fœdus, quod ſe inconſulto cum hoſtibus religionis percuſſum erat. Ladiſlao regi Poloniæ, qui eo tempore Hungariam occupabat, vti conuenta diſſolueret, imperauit, iuramentum remiſit, ex Chriſtianis principibus auxilium petiit. Præter Philippum Burgundiæ ducem neminem Chriſtianæ religionis zelus commouit. Hic ſolus claſſem inſtruxit, quæ vſque in Helleſpontum profecta Turcis ex illa parte tranſitum in Europam prohibere conata eſt. Franciſcus Cardinalis Venetiarum Eugenij nepos cum pluribus triremibus commiſſus claſſi præfuit.

Bellũ contra Turcos reparatur.

Ladiſlao, qui regnum inuaſiſſet, viſum eſt prouincialibus non deeſſe. Accerſitis igitur è Polonia ac Bohemia cæteriſque vicinis gentibus auxiliis, coactis ex Hungaria copiis, Turcarum agros inuadere ſtatuit. Ioanni Huniadæ caſtrorum cura commiſſa. Iter per Valachiam receptum, inde tranſito Danubio in Mœſiam ventum, vt per plana loca in Romaniam tranſirent. Amurathes hoſtium cognito aduentu, cum Græcis ac Turcis in Europa manentibus non ſatis confideret, exercitum ex Aſianis militibus comparauit. Amurathes ad Boſphorum Thraciũ exercitum tranſuexit, aureo nummo vectoribus Genuenſibus per capita tradito: Chriſtiani locum attigerant, cui Varna nomen eſt. Cedendum Ladiſlao Cardinalique videbatur, & ne circumueniri ab hoſte poſſent, munitum montanumque locum petendum. Huniades aduerſari ac reſiſtere, vicit Huniadis ſententia, expectati hoſtes.

Poſtera die Huniades conſpecto exercitu hoſtium tum primum periculi magnitudinẽ animo voluens, de fuga regem admonuit. Ille ſecum conſilium arguens, pernicioſam magis fugã, quã pugnã dixit. Amurathes in proximo colle conſederat. Ex quo ſuos & hoſtes confligentes pariter ſpectare potuit. Dato belli ſigno quindecim millia equitum, qui ad pugnã prouocarent, facto globo in Chriſtianos impetum fecere. Non detrectauere Chriſtiani certamen. Itum eſt ferocibus in pugnam animis. Superior acies noſtra Turcas in fugam vertit, quam pluribus primo impetu proſtratis. Perculit ea res magno metu Amurathem, fugiſſetque protinus prodito exercitu niſi Satrapæ eius ignauiam increpaſſent. Perſtitit ergo vel inuitus, uſiſque fortiſſimis arma ſumere præliũ inſtaurauit. Pugnatum eſt pluribus horis nunc Chriſtianis tunc Turcis propinquiore victoria ſe præbente. Cadebant plures tamen ex Turcis. Poſtremo cum nouus in horas hoſtis incederet, & ſauciorum loca integri occuparent, non tam virtute quam numero ſuperati Hungari referre pedem cœperunt.

A. C. 1438.

Tum Ladiſlaus cum globo ſuorum, vt hoſtes ex acie victores diuerteret, in tumulum quem teneri ab Amurathe diximus circumiectoſque vndique currus impetum fecit. Ibi noua pugna commiſſa, nouus iam metus iniectus hoſti, trepidatũ totis caſtris, nec iam conſiſtendi animus aderat. Quod ſi Huniadi par animus aggredi fuiſſet, haud dubiũ quin ea die & Amurathi vitam, & poſteris eius imperium Græciæ abſtuliſſet. Verum ipſe, vt primum cedere Chriſtiana ſigna conſpexit cum decem millibus ex acie ſe ſubtraxit. Ladiſlaus fugæ ſortes dimiſſus, dum fortiter circa hoſtiũ munimenta pugnat equo deiectus obtruncatus eſt. Poloni ad vnum cæſi omnes, necati epiſcopi & proceres Hungariæ, qui aderant. Iulianus Cardinalis dum fugit amiſſo prælio, cum iam hoſtes euaſiſſet Hungarorum perfidiam euadere nõ potuit. Potum equo dantem latrunculi quidam nouere, & arbitrati pecuniam apud eum eſſe deiectum equo necauerunt. Hic exitus viri fuit magni certè & admirabilis. Cardinali Venetiarum eius culpa cladis imputata eſt, qui neque fretum vti par fuerat cuſtodiuit, neque hoſtes tranſuectos Chriſtianis ducibus nunciauit. De numero cæſorum minimè conſtat. Illud exploratum eſt longè plures ex Turcarum acie cecidiſſe, cæterum pro numero copiarum longè maius damnum Chriſtianis illatum. hactenus ille.

Huniades ſe pugna ſubtrahit.

Iuliani Cardinalis mors.

Iulianus Cardinalis ſancti Angeli ſcientia & fama probitatis perclarus, fuiſſet deſtinatus legatus ab Eugenio in bello gerendo contra Turcos inito bello, in quo dux erat fidelium chriſtianiſſimus rex Pannoniæ Ladiſlaus, victoriã primo habuit interfectis triginta millibus Turcorum. Profligatis Turcis & rege eorum fugiẽte, rex victor iam audacior factus, voluit proſequi victoriam, profectus ad perſequendum fugientes; ſtrenuiſſimo capitaneo Ioãne Vayuoda diſſuadente & cõtradicente propter periculũ, quod intelligebat eis euenire. Vnde nec eum ſequi voluit, ne cũ illis periret. At ille cõfidẽs in ſuis, procedens contra Turcos, qui ſe ſimul collegerãt, & bello impetens, ſuperatus eſt & occiſus cum ſuis, ac etiam legatus dominus Iulianus fugiens, occiſus creditur. Nunquam tamen corpus eius, nec regius potuit reperiri. Non ſolum aũt legatus dominus Iulianus præfatus fuerat miſſus legatus, cum Rege Pãnoniæ cõtra Turcos, ſed etiã Eugenius miſerat dñm Franciſcum cardinalem, & Vicecancellarium legatum cum claſſe, vt per mare bellaret contra Turcos, alij prædicti bello terreſtri. Illis autem ſic proſtratis bello terreſtri, nil iuuare valuit expeditio naualis. Dicitur quoque, quòd in ea pugna Græci dederunt adiutoria occultè ipſis Turcis. Iudicia Dei abyſſus multa, etſi nobis occulta, hoc Dei iudiciũ fuit, iuſtiſſimũ tamẽ, etſi cauſam ignorem.

Pugna ad Varnã inter Amurathẽ Turcorũ tyrannũ & Chriſtianos geſta. de qua Anius 2.l.2. Cu.c.5. & Naucl. gen. 49. copioſè agũt.

Franciſci Sfortiæ res in Longobardia geſtæ. Blon. lib. 1. dec. 4.

§ XIIII.

DVM hæc in Hetruria geruntur, Franciſcus Sfortia in Longobardia ſecunda

A. C. 1441.

fortuna vſus, plura caſtra ditionis Veronenſium cepit. Nam tribus Mantuani arcibus, iuxta Ollium fluuium ſummis viribus expugnatis, inde Piſcenam oppidum nobile, ſituque amœnum in principio Mincij ſitum, atque arcibus munitiſſimum tormentorum vi diutius quaſſatum, in ditionem redegit, pluribus deinde tráſito Mincio caſtellis potitus eſt. Reuerſus Mediolanum Nicolaus, reparandis equitibus intentus promiſſa à Philippo poteſtate pecuniarum magnam vim quacunque ratione auferendo, cogendo, hortando, nullo rerum aut hominum diſcrimine contraxit in breui ad inſtaurandum equitatum. Et quia iá hyems aderat in hyberna dimiſit copias. Itidem Franciſcus omnibus per ea loca, quæ de hoſtibus ceperat, hyemandi cauſa diſtributis, & commoditati commeatus prouidit, & locorum ſecuritati. Excitatis ad bellum vtrinque animis Ferratiéſis Nicolaus (qui neutri fauerat parti) miſſis ad Philippum & fœderatos oratoribus intulit pacis mentionem, quam cum neutri aſpernari ſe reſpódiſſent, variis hincinde poſtulatis, nulla certa ſentétia res protracta eſt. Philippus filiam iá antea Franciſco deſponſatam Marchioni Ferrariã honorificè miſerat, vt eá tanquam pacis ſequeſter foret, apud ſe retineret. Franciſcus verò cum audiſſet in agro Placentino Cremonenſique, ſumma copias cura parari à Piccinino, alieni conſilij ignarus ne quid incommodi pateretur ab hoſte, Ioannem fratrem cum quatuor millibus equitum Sancinum ire iuſſit, vt paratus ad ſubitos eſſet motus, & ne quid in ea ora noui tumultus excitaretur.

Nicolai Piccinini res geſtæ.

Nicolaus verò Piccininus Idib. Februariis cum equites pediteſque ad decem millia quæſiſſet, tranſmiſſo Pado ad reliquas copias, quæ in agro Cremonenſi erant, pergit. Simulans autem ſe Vrceos oppidum petiturum, flexit ad ſiniſtram, ac poſtmodum noctu longo itinere confecto, eodem rediens flumen adrudianam omni nudatum cuſtodia traiecit. At Venetorum copiæ cum ſe impares cernerent Nicolao, ad oppidorum cuſtodiam intentę, quadrifariam diuiſæ in quatuor oppidis conſedere, Vrceis, Socino, Clario, Palatiolo, vt tuta ab hoſte redderentur. Nicolaus exercitum ad oppugnandum Clarium duxit. Oppidani, nequaquam obſidionem ferentes, prę́ſidio prodito oppidú dedidere. Quod maximum incommodorum fuit, quęFranciſco vnquá contigiſſent. Poſtridiè idem fécere Palatioli oppidani. Præſidium in arcem confugit, cuius expugnatione ceteris relicta, ipſe ad alia oppida recipienda pergit. Plurima eius regionis caſtella non expectato Nicolai aduentu ſeſe illi dedidere. Septimo obſidionis die arx Palatioli recepta eſt præſidium incolume cum impedimentis abire permiſſum.

Quæ omnia citius geſta ſunt quam certo nuncio ad Franciſcú deferrentur. Is náque pacis ſpe futura, quæ dicebatur, Piſcariæ reſidebat, qui equites pediteſque omnes diuerſis in locis hybernandi gratia ſparſos cófeſtim conuenire iuſſit. Diſſeminauerant enim hoſtes ad debilitandos mutandoſque populorum animos, Franciſcum à Venetis interfectum, ideo-

A. C. 1441.

Fräciſcus Sfortia aduerſus Nicolaum inſurgit.

A que omnis illius oræ tranſitionem ad Philippum eſſe factam. Ea fama populum Brixianú paululum dubitare fecit. Non enim credebat fieri poſſe, vt viuo Franciſco tanta calamitas apud Clarium, aut accepta, aut inulta fuiſſet, nec paſſurú Florentiſſimú ac ſolertiſſimum ducẽ fuiſſe, vt tam liberè, tá licenter, tá impune hoſtis, qua velit, nullo obſtante vagaretur. Si quæ verò afferebantur literæ incolumitatem narrantes, pro confictis habebantur. Hac fama motus Franciſcus, cum nondum copiæ conueniſſent, falſo rumori occurrendum ratus, cum trecentis tantum equitibus Brixiam adiit. Eius acceſſu cum alacritatem ciuibus inieciſſet, plura in ipſum dona contulerunt tanquam ſuæ ſalutis authorem. Confirmatis ciuium animis, paucos poſt dies Veronam ad ſollicitandum militem rediit. Nicolaus pluribus oppidis receptis in variis regionibus, quæ tum ad eum defecerant, tum expugnata ſe permiſerant hoſti, equos hyemis aſperitate pabulique inopia confectos per oppida diſtribuit, ipſe Mediolanum ad augendum exercitum qui par eſſet Venetorum copiis, profectus eſt.

Circa id tempus [a] Leonardus de Aretio oriundus, ſed ciuis factus Florentinus, & cancellarius Florentinorum, qui & ſecretarius fuerat, plurium ſummorum pontificum, Florentiæ diem clauſit extremum annum ætatis ſuæ agens ſeptuageſimum quartum & cum magna funebri pompa ſepultus. Hic eloquentiſſimus in dictando fuit, vtriuſque linguæ Latinæ & Græcæ peritiſſimus. Hic hiſtoriam Florentinam deſcripſit, & ethica Ariſtotelis cum pollicitis de græco in latinum luculento ſtylo tranſtulit. Pecunias multas reliquit, laurea coronatus eſt in pheretro, vt poëta.

a *Pius 2. in 2. ſua Coſmog. hæc quæ ad laudem Leonardi Aretini plurimum ſpectant habet. Commendanda eſt multis in rebus Florentinorum prudentia tum maximè quod in legendis Cancellariis non iuris ſcientiam, vt pleraque ciuitates, ſed oratoriam ſpectant, & humanitatis ſtudia, Norunt enim rectè ſcribendi dicendique artem, nõ Bartholum, aut Innocentium, ſed Tullium, Quintilianumque tradere. Nos tres in ea vrbe cognouimus Græcis & latinis & conditorum operum fama illuſtres. qui cancellarium alius poſt alium tenuere, Leonardum & Carolum Aretinos, & Pogium eiuſdem reip. ciuem qui Secretarius Apoſtolicus tribus quondam Romanis Pontificus dictarat epiſtolas. Hoc item tempore Blondi Foroliuienſis hiſtoria, quam ab inclinatione Romani imperij compoſuit, deſinit. Cuius auctoritate cum magna ex parte ea quæ refert D. Anton. comprobauerimus, opportunum maximè viſum eſt illius elogium à Pio 2. editum lib. 2. ſuæ Coſmogr. cap. 58 hic inſerere. Blondus Flauius Foroliuienſis, res à declinatione Romani imperij vſque ad ætatem noſtram toto orbe patratas mirabili digeſſit ordine in tres decadas. Romam deſcribendo inſtaurauit, Italiam illuſtrauit, deinde triumphantem vrbẽ ſcribere adorſus omnem nobis vetuſtatem aperuit.*

Alphonſus

A.C. 1442.

Alphonſus Franciſci oppida occupat. Pet. Mar. hæc habet. ex parte.

§. XV.

EXCOGITATA præterea alia ratio eſt, qua Franciſci copię diſtraherentur. Cum Alphonſo rege Aragonum egit Philippus, vt bellum inferret & iis vrbibus regionibuſque, quę in regno Neapolitano ſuberant Franciſci ditioni. Quá occaſionem rex libenter arripuit ſperans ſe paruo labore ciuitates & oppida defenſoribus nudata recepturum. Itaque armis motis, omnia à Franciſco in regno poſſeſſa in breui in poteſtatem recepit hanc tantam patrimonij iacturam, vt fidem ſeruaret, æquo animo tulit Franciſcus. Nullo enim damno motus eſt ad præſtandum ſuis auxiliū, ne bellum cuius dux erat, ſuoque auſpicio gerebatur, deſereret commodi ſui cauſa. Ampliandis copiis Franciſcus & Nicolaus intenti, hic Franciſcus ad quindecim millia equitum ſex peditum millia: Nicolaus decem millia equitum, peditum tria millia exercitus parauere. Additus erat Venetorum copiis Michellettus, patruus Franciſci, vir ſenex maturique conſilij, quem Veneti ſuarum copiarum ducem Calen. Iuniis deſignarát. Luſtrato exercitu Franciſcus iter verſus Brixiam ingreſſus, ad fluuium quem dicunt Mellam cum veniſſet, tranſmiſſo fluuio Cignanum petiit, quo in vico conſediſſe nouerat Nicolaum, vt pugnandi copiam faceret hoſti. At ille detrectans pugnam, locum munierat foſſis, quas aqua decurrente repleuerat, relicta via, quæ ad virum ferebat in qua currus, & craſſiora ligna, quæ viam impedirent, diſpoſuerat. Huius munitionis ignarus Franciſcus eo cum omni exercitu progreſſus cum hoſte præcluſa facultate pugnandi acerrimo tamen commiſſo cum parte copiarum certamine, multiſque ex ſuis, vt qui in locum iniquum ſubiiſſet, amiſſis receptui ſignum dedit. Satis ſibi ad famam & belli opinionem Franciſcus videbatur oſtendiſſe, palam, vltro ſe inuaſiſſe hoſtem, illumque non armis, ſed fiducia loci fretus certamé effugiſſe. Quare plurimorum populorum animi excitati ſunt, vt ad Venetos deficerent. Nam è veſtigio Minuſium, plurimaque caſtella vltro ſeſe dedentia recepta ſunt. Pons quoque Ollij in deditionem venit. Horum exemplum plura alia loca imitata, poſtea vltro ſe dedidere.

Franciſc' aduerſus Nicolaũ proficiſcitur.

Fráciſcus cũ inagrũ Bergomẽſem ſe recepiſſet expectans, quo emergerent Nicolai conſilia, Iacobum quemdam eius præfectum intellexit cum equitibus mille & pedibus ſexcentis Martinẽgum ampliſſimum oppidum miſſum. Hos vt vna cum oppido caperet, ſimulans alio ſe iturum, flexit iter, quo intenderat: oppidumq; corona cinxit, foſſam inſuper duxit in planiciem, quo tutior hoſtili incurſu redderetur, omniſque generis machinas & bombardas comportari iuſſit, quibus mœnia ſolo tenus deiicerentur. Nicolaus, vt obſeſſis operam ferret, vndecunque militibus[conquiſitis] mille paſſuum, prope Franciſcum caſtra poſita, A foſſa & aquis communiuit, ſæpiuſque prope caſtra hoſtium obiquitans inſtructa acie, pugnandi voluntatem præ ſe ferebat. At Franciſcus priori decertandi dimiſſo ardore, vacabat oppidi expugnationi. Norat enim hoſtem non voluntate dimicandi, ſed ſoluendæ obſidionis conſilio oſtentare pugnandi facultatem. Erat ſingulorum opinio, in eius ſolius oppidi aut expugnatione aut defenſione conſiſtere totius belli fortunam. Ideoque & vtraque caſtra nouis quotidie præſidiis augebatur, & non vnius oppidi, ſed vniuerſi belli periculum verti B videbatur.

A.C. 1442.

Martinengum oppidum Philippus obſidet.

In vigeſimum autem diem iam obſidio pertracta erat: cum ſubito inſperata pax ſecuta eſſet. Erat ea antea occultè agitata, ſed Philippi animus in varia tractus conſilia, cernens abſque vlla vincendi ſpe inſtans diſcrimen, in pacem inclinauit. Ex inſperato enim Franciſcus cum maxime ferueret oppugnatio, ſoluta obſidione milites ab omni iniuria detraxit, eis qui in oppido erant libera, quo vellent, abeundi facultate conceſſa. Poſt diem deinde tertium C decem diebus induciis datis, duces inermes cum inermi comitatu in pratis amice collocuti, humaniterque inuicem data ac reddita ſalute, mutuo amplexu & obortis lachrymis multæ beneuolentiæ ſigna, nutu, verbis, geſtuque oſtendentes, adſtantes omnes in admirationem traxere. Mirum erat cernere eos, quos inter multa inuidiæ æmulationis, odijque veſtigia expreſſa longo tempore perſpexerant, adeo concordi ad pacem animo, & ad nutuum amorem promptos vna mente videri.

Admirabilis hoſtium concillatio

Humaniter locuti ſunt ambo. Prior Nicolaus non odio parentum, inquit, neque vindi- D ctæ aut vlciſcendæ iniuriæ cauſa, ſed laudis & gloriæ inter eos fuiſſe certamen. Vtrumque boni ducis officio functum, quod pro ſuorum ſalute bellum ex fide adminiſtrauerint, ex ſumma contentione ſummam conſecutam pacem quam optabat vterque, commodo & ſaluti fore. Eadem ferme Franciſcus retulit honoris & famæ quærendæ gratia arma ſe contra Philippum ſumpſiſſe, ſeque ea fide ſatiſfeciſſe Venetis & Florentinis, quæ in optimo duce requiratur, pacem eſſe ſalutarem, quę omnium mentes ad concordiam traduxiſſet. Vtrinque præteritas iniurias obliuione perpetua ſepelien- E das eſſe. Se quidem quoad honor & fides pateretur, ſemper in poteſtate Philippi ſuaque fore. Ab hoc digreſſi ſermone, quiſque in ſua rediit caſtra. Multa deinceps per Nicolaum oppida caſtraque Venetis ſunt reſtituta.

Colloquiũ duorum ad uerſariorũ amoris mutui plenum.

Scripſit è veſtigio Venetis ac Florentinis Franciſcus, quę cauſa illum primò ad inducias inde ad certam ſpem pacis (ad quam, eos pro communi bono, quo ad poſſet hortaretur) impuliſſet. Suſcipi enim bella, vt pacem pariant, quæ offeratur honeſta, minime videri repudiandam. Multa bello pericula imminere, vin- F cere homines & vinci pro fortunæ arbitrio ſolitos. Plura inſperata diſcrimina in acie verſari, in pace omnia tuta eſſe, ſe à philippo conſtituendæ pacis arbitrum, quibus velit conditionibus, factũ, atque ad illud ſe inſtrumẽtis, illũ iureiurãdo aſſẽciſſe, ita vt nulla fraus ſubeſſe queat: ſibique perſuaſiſſe abhis, quę decreuerit Philippum

Pax cũ bello præferẽda.

Bella vt pacem pariãt ſuſcipiũtur.

A.C. 1443.

Philippum minimè receſſurum. Dicerent ipſi quæ viderentur iure poſtulanda, queve non reneri honeſte poſſent, omnia redditurum Philippum, quæ de Brixianis & Bergomenſibus poſt priorem pacem cepiſſet. Filiam quoque Blancham, prout ſibi prius deſponſauerat, vxorem daturum, Cremonam inſuper cum omni eius territorio atque Pontremoli oppidum dotis nomine ei traditurum.

Cùm multa in vtraque repub. variè diſſererētur, viſum eſt tandem pacē, vt rem tutorem eſſe acceptandam. Pacis conditiones fuere, vt vtrinque poſt priorem pacem capta reſtituerentur, Genuenſes certo fœdere in pace interuenirent. Cautumq́ue eſt Mantuano, cui quædā de ſuo territorio amiſſa, ſunt reddita. Quæ verò ditionis Venetorum erant; ipſis ceſſere. Multa præterea adiecta ſunt, quæ ad ſocios fœderatóſque pertinerent, vxor Franciſco, & quæ pro dote promiſſa erant tradita ſunt.

Eugenius pacem iniquis ſibi factā cōditionibus queritur. Nauc. ge. 49.

Ægrè admodum tulit Eugenius papa, Boniam omniáque Flaminiæ loca, cum ex fœdere belli ſocius fuiſſet nō fuiſſe ſibi reſtituta. Idq́ue Franciſci culpa factum cauſabatur, qui cæteris omnibus ſe poſtergato de reſtituendis amiſſis cauiſſet, inque eo ſuam auctoritatē nimium neglectam quærebatur, cuius rei culpā in Franciſcum reiiciebat magna aduerſus eum indignatione incitatus. His conditionibus cōfecta pax ſummum gaudium vniuerſæ Italiæ tribuit, niſi eccleſiæ, non quòd non gratularetur de pace & concordia principum & communitatum, & remotione bellorum: ſed quia erga eam nec æquitas, nec pietas ſeruata eſt. Cùm enim non ſolum in iſta compoſitione eccleſia (ſeu Pontifex eius,) eſſet cum Venetis colligata & Florentinis, ſed (quod maius eſt) mater pia, & pater partium ac arbiter arbitratorum inter eos, ſicut & vniuerſorum fideliū non æqua lance arbitrium ſeu ſententia librata eſt, vt partibus fieret reſtitutio amiſſorum, eccleſiæ autem nec Bononia, nec alia vſurpata contra ius fáſque redderentur, ſed vt ab omnibus derelicta permaneret. Iuſtus tamen Deus quî & iuſtitias dilexit, ſuppleuit ipſe, quod non iuſtè omiſſum eſt. Nam in breui Bononia ad eccleſiæ obedientiam reuerſa eſt, & poſtea aliæ plures ciuitates Eccleſiæ. Franciſcus autem in vrbe Cremona celebratis nuptiis cum Blancha filia ducis in Picenum poſtea rediit.

Cur hæc pax Max. Pōt. grata nō fuerit.

Pſal. 10. Deus quæ per pacem hanc reſtituta non erāt Eccleſiæ curauit reſtitui.

Bononiam Annibal Bentiuoglius Piccinino aufert. Pius 2. li. 2. Coſmograph. ex parte hæc refert.

§. XVI.

CVM ciuitatem Bononiæ Nicolaus Piccininus abſtuliſſet eccleſię anno Domini 1438. eamq́ue teneret filius eius Franciſcus Piccininus Baptiſtā de Canetulo, caput & principalis familiæ de Canetulo, retinebatur Mediolani, & Annibal caput alteriús factionis de Bentiuoglis captus cuſtodiebatur in quadam arce Longobardiæ: ne quis eorum moliretur aliquid contra regimen vel potius tyrannidem Piccinini. Quidam autem amicus Annibalis, & eiuſdem factionis, ſumens multam familiaritatem cum cuſtode illius arcis, inuenit cum quibuſdam aliis modum educendi illum Annibalem de arce illa. Qui occultè veniens Bononiā, congregatis ſuis, & etiā cū quibusdam aliis de Canetulo, & aliis familiis ſeditionem excitantes in populo, ſe erexerunt populariter in libertatem anno Domini 1442. capto Franciſco Piccinino ibi dominium exercente.

A.C. 1443.

Bondnia in libertatem ſe erigit.

Cum autem copiæ Mediolanenſis quarum ductor erat Aloyſius procederent in prælium contra Bononienſem illi cum ipſis congreſſi caſtra verterunt eorū profligātes eos, nec multo poſt Baptiſta dimiſſus reuerſus eſt Bononiam.

Vtraque autem factio habebat ſuos ſectatores. In conuentione erant, & pace cum Venetis & Florentinis. Quinetiam Baptiſta & Annibal affinitate cōiuncti ſunt. Sed vt Roma duos reges habere nō potuit, vt parricidio dedicata eſt, ita iſti nō diu ſimul regnare quieuerūt. Vnde cum Baptiſta cum ſuis cerneret in maiori veneratione, & poteſtate eſſe apud populum, & amiciori affectu cum Florentinis & Venetis Annibalem, zelo ſtimulatus inuidiæ, tractauit proditoriè [a] mortem ipſius Annibalis, vt maior inueniretur, Sed in laqueum, quem parauit ipſe incidit. Nam & ſi mors violenta ſecuta eſt Annibalis, ipſe tamen non euaſit, multo turpius & crudelius occiſus, & expulſa factione ſua pars Annibalis potior & honorabilior permanſit.

Anno enim domini. 1445. inuitatus Annibal in die natiuitatis Baptiſtæ, ad feſtum eccleſiæ ſancti præfati, poſtquam rogatus quemdā paruulum de ſacro fonte leuauit, egreſſus eccleſiam, nihil tale ſuſpicatus, iuxta domos illorum de Canetulo cum paucis comitatus, interfectus eſt. Cum iſtud notum factum fuiſſet per ciuitatem, populus corripiēs arma cum familiis Bentiuoglis plateam cepit, & venientes alterius factionis viros armatos profligauit, omnibus hincinde diſperſis. Baptiſta autem in quadam domo ſe occultauit in cellario, loco multū ſecreto, Sed à multis per omnia latibula quæſitus, & demum inuentus, non ſolum occiſus fuit: ſed vulneribus confoſſus totum cadauer eius ductum in plateam in fruſta conciſum eſt, & igni combuſtum.

Italianus autem cum copiis ſuis cum ex Lōgobardia veniret Bononiam ad iuuandū partem Baptiſtæ (præuenta enim fuerat dies, qua

[a] *Hanc proditionem, cædemque teterrimam ſic Pius 2. lib. 2. Coſmo. refert paulo aliter. Baptiſta Cōnetulus inquiens & Annibal Bentiuoglius fuere ambo ſanguinarij, ambo patriis cædibus, inſignes, qui licet ſimul compatratus ſacramento iuncti eſſent nihil tamen inter ſe meliores fuere. Nam Annibal leuato de ſacro fonte Baptiſtæ filio, dū viſurus puerperam compatrem loquitur, ſeque manu prebenſa de nouo nato cōgratulatur, ab irruentibus ex improuiſo Baptiſtæ ſatellitibus obtruncatur.*

ſeditio

A.C. 1444.

ſeditio fieri debebat ab eo)cum eſſet in medio itineris,auditis, qui acciderant, ad propria reuerſus eſt. Multi autem in die illa feſtiuiſſima occiſi ſunt in ſeditione illa,quadraginta ſcilicet & vltra. Remanſit tamen familia de Bentiuoglis,vt principalis in ciuitate cũ Nicolao papa,& poſtea cum Calixto ſub obedientia eorum,certis pactis &conuentionibus habitis,& legatus ibi deſtinatus à papa manet & cũ Venetis duce,& Florentinis, in pace bona ſunt.

Cum exiſtimarent omnes Italiæ prouincias ab armis eſſe quieturas,inter tales duces populoſque firmata concordia, nullaque res videretur fore qua iam ſolenni fœdere pax facta violari poſſet, Philippus pacem odiens, ſemper nouis rebus incumbens,viam excogitauit noui belli ex integro excitandi. Nam poſtquam Franciſcus in Picenum,id eſt Marchiam venerat,Eugenio perſuaſit Philippus, vir impatiens otij,vt Franciſcum, pelleret Piceni poſſeſſione.Ad id tum copias ſuas, tum pecuniam pollicitus pontificis animum & ad bella inclinauit,& Franciſco ob non reſtitutã Bononiam infenſum,promptumque ad iniurias vlciſcendas non tam ſuas, quàm eccleſiæ, perpulit,vt illi bellum moueret. Iam autem per ſolennem proceſſum, ſententiam excommunicationis fulminauerat contra eum,vt inimicum eccleſiæ inuadentem,& hoſtiliter diſcurrentem contra terras eccleſiæ:Quod vt facilius ex voto ſuccederet fœdere ſecum, & cũ rege Aragonum Alphonſo inito,eorum præſidiis,regis præſertim,qui in Picenum venit, vſus eam prouinciam recuperauit.Ibi rex moram breuem cum traheret:tractatus factus cõtra eum ad capiendum detectus fuit, & conſpiratores capti,& puniti ſunt.Contra Florentinos quoque,quia auxilia ſubminiſtraſſe audierat,maiora verſans animo,cum eiſdem occultè conſpirauit. Ob eamque cauſam Alphonſum ipſum à regno aduerſus Florentinos acciuit: exiſtimans ſi ab vna parte rex ab altera Philippus, à tertia ſuæ copiæ Florentinos adorirentur,facile eam vrbem vinci poſſe. Vnde & rex Tybur propinquam Romæ ciuitatem accedens, tempus gerendi belli obſeruabat. Demum Eugenius Marchiæ terras,quas abſtulerat Franciſcus eccleſiæ, recuperauit anno Domini.1445.

Pontifex Picenum recuperat

Eugenius Romam reuertitur. Pius 2.lib.2.cap.58.Nauc.gen.49.

§. XVII.

EVGENIVS enim tunc Romæ cum curia reſidebat. Nã poſt pacem prędictam factam, arbitrio Franciſci, ipſe Eugenius, qui tunc erat Florentiæ ex ea receſſit, non ſolum,quia iam Romani ciues venia petita de geſtis contra eum,pluries perorando ſupplicauerant pro reditu ſuo ad vrbem cum illa ſit propria ſedes Petri, ſed ęgrè valde ferens, quod in confectione pacis nulla fuerit de eo facta æſtimatio.E Florentia autem procedens menſe Martij primo applicuit Senas,vbi moratus eſt eum curia vſque ad Septembrem: & ibi cardinalis Carthuſienſis ordinis, epiſcop⁹ Bononienſis Dominus Nicolaus migrauit ad Dominum,vt dictum eſt ſupra.Demum ad vrbem Romanam perueniens, cum honore & gaudio receptus eſt.Ibi autem exiſtens beatũ virum Nicolaum de Tolentino ordinis eremitarum,qui per plurimos annos ante obierat, cum claruiſſet,multis miraculis,quæ ſunt recitata in publico conſiſtorio, Eugenius ſanctorum catalogo,de communi conſilio & aſſenſu cardinalium,& prælatorum adſcripſit, & celebrandum eius feſtum,ac colendum vniuerſis fidelibus tradidit.

A.C. 1445.

ſup.c.9.§. 2.

Accidit circa id tempus caſus Romæ lugubris, & miſerabilis. Nam cardinalis ſancti Marci Dominus Agnelottus dum quieſceret infra diem,in lecto,quidam iuuenis de familia ſua quem ab adoleſcentia ſua,vt filium nutrierat, percuſſit eum dormientem, ita quod paulo poſt migraret.Et egreſſus cameram ille idem cœpit clamare,& plorare,& alios de domo vocare.Et cum neſciretur, quis hoc feciſſet,ortæ ſunt variæ ſuſpiciones de familia etiam contra innocentes:minus autem ex illo: qui fecerat.Demum & ille captus, & tortus nil confeſſus eſt:ſed poſtea verbis blandis & aſtutis,quaſi feciſſet bene confeſſus eſt:vnde & degradatus,ſuſpenſus & dequartatus.

Cardinalis S.Marci miſerabiliter occiditur.

Et inde Dominum Thomam epiſcopum tunc Bononienſem:qui ſucceſſit ei in papatu & Dominum Ioannem Hiſpanum: peritiſſimos viros: & in agibilibus experti ſſimos: in oratores ad partes Alemanniæ deſtinauit: & inducerent prælatos epiſcopos & archiepiſcopos & principes & barones:nec non imperatorem ipſum Fridericum iam electum,ad exhibendum ipſi Eugenio plenam obedientiam & recognoſcendum eum verum paſtorem & vicarium Ieſu Chriſti.Propter cõcilium enim Baſileę poſtfactũ,diſſolutionẽ ei⁹ ab Eugenio, ſynagogam ſathanæ(in qua Baſilea peperit baſiliſcum,Fælicem antipapam)Teutonici ſeque ſtrantes ſe ab vtroque & Eugenio & Fœlice, conſtituerunt ſe neutrales:cum tam male poſſit hoc fieri:cum corpus eccleſiæ ſine capite eſſe non poſſit.Hi ergo efficaces in opere & ſermone,id perfecerunt,ad quod legati fuerant. Vnde reuerſi ſunt ad curiam,& oratores cum eis,vel poſt eos diuerſorum prælatorum, ac principum,& baronum,qui in publico conſiſtorio(in quo præſens fui) in perſona dominorum ſuorum exhibuerunt Papæ Eugenio debitã reuerentiam,& obedientiam profitentes ipſum verum vnicum, & indubitatum paſtorem Romanæ eccleſiæ ſucceſſorem Petri: & vicarium Ieſu Chriſti propter quod ſolennis miſſa celebrata eſt in eccleſia Lateranenſi aſſiſtentibus omnibus cardinalibus,& prælatis,qui in curia erant: vno ex cardinalibus miſſam decantante. Aberat autem Eugenius quia iam infirmatus erat:& graniter.Ipſi autẽ duo qui fuerãt miſſi Dominus Thomas & dominus Ioannes creati ſunt ab Eugenio cardinales.Demum ex ea infirmitate febrili poſt. xvj.ſui pontificatus annum,ætatis ſuæ:vt ferebatur.lxvj.menſe Februarij ſumptis deuote eccleſiaſticis ſacramentis,integro ſenſu, atque

Dequartatus.i.in quatuor partes diſcerptus.

Eccleſia ſine capite eſſe non poteſt.

Germani agnoſcunt Pont. Max. Eugenium.

aſpectu

A.C. 1445.

aſpectu in domino obdormiuit: Anno 1447. A

Ducis Mediolanenſis obitus valde formidadus.

Eo tempore in ſequenti Auguſto diem clauſit extremum ſerpēs ille antiquus non dic rūſed aſtutiarū, qu: turbabat Italiā apoplexia correptus. Et ſicut in vita ſua, & conuerſatione inciuilis,& inordinatus fuit, nec Deum timens, nec homines verens ita in morte,ſine ſacramētis decedens,vt animal brutum,quin immo cum& medicus eius hortaretur eum ſed modo humano ad confeſſionem,vt ex medela ſpirituali magis proficeret corpori materiali,ille toruo oculo illum reſpiciēs, omnino tacuit: ſed recedenti inde ſibi mandari fecit,vt amplius non viſitaret eum, ſua talibus verbis, alius vę ſibi eſſet.Ita retulit multis medicus ille, vir venerablils, & fide Dignus.

Mors Nicolai Piccinini.

Sed & Nicolaus Piccininus per nō multum temporis ante defūctus eſt Mediolanj qui & ſi prius fuerat anathematizatus pluries,& pluries propter vſurpationes, quas fecerat ciuitatibus eccleſiæ,& diſcurſus hoſtiles per territoria earum,ac captiuitates perſonarum eccleſiaſticarum,& pręlatorum,& detentiones diutinas incarceribus: cum inter cæteros ceperit archiepiſcopum Beneuentanū dominum Ant. venientem de regno circa Peruſiam, & diu in carcere arcto detinuerit, tamen abſolutionem dicitur impetraſſe à Domino Eugenio, quando poſt pacem illam perfectam per Franciſcum Sfortiam,& Bononiam recuperatam reconciliationem quæſiuit, amicus ei factus, & ſtipendiatus ab eo.

Eugenij exequiæ honorabiles.

Defuncto igitur Eugenio exequiæ ſolennes celebratæ ſunt in eccleſia ſancti Petri per octo dies,vt moris eſt:vbi & defunctus & ſepultus eſt in pauimento: ſed poſtea mauſoleum marmoreū honorificum ſuper eum conſtructū eſt. Ceperunt autem multi dubitare,& pauere,ne inſurgerēt nouitates, & tumultus in populo, tū propter vicinitatē regis Aragonū,qui apud Tybur morabatur, tum propter leuitatem populi Romani.

Stephani de Porcarijs impudentia vide infra cap. 12. §. 5. & pium 2. lib. 1. Coſm. ca. 58.

Et iam Stephanus quidam de Porcariis miles eloquentiſſimus,ſed præſumptuoſiſſimus, cōcionatus fuerat cū notabilioribus Romanis iam tempus adeſſe eripiendæ ſuæ libertatis. Sed motus eius celerrime ſunt compreſſi mollibus ſermonibus prælatorum. Vnde & mercatores res ſuas cōtutauerūt in locis ſecretis. Sed domino operante, nec in ipſa electione pontificis,nec ante,nec poſt de proximo facta aliqua nouitate, tumultus rumoris vel contētionis,tranquillæ & pacificæ omnia tranſierunt,Et celebratum eſt conclaue in conuentu ſanctæ Mariæ, ſuper Mineruam ordinis prędicatorum.

De creatione Nicolai. v. & renūtiatione iuris ſui Amedei ducis Sabaudię Felicis nuncupati, & concordia Sforſię cum pontifice reſtituendo Marchiam eccleſię. Nicolaus quintus. Pontifex maximus. 212. ſedit. an. 8. d. 19. A. C. 1447. Nauc. gen. 49. Pius ſecundus lib. 2. cap. 58.

CAP. XII.

A.C. 1447.

ANno Domini 1447. creatus eſt pontifex ſummus Thomas vocatus cardinalis Bononienſis,& in papatu Nicolaus v. nuncupatus,in numero pontificum. 217. Sedit autem annis. 8. Hic de Serezana ortus infimæ conditionis fuit in ſæculo,& multis laboribus ſuis à pueritia literis deditus ad magnam apicē perfectę ſciētiæ peruenit philoſophiæ & theologię, doctoratus in ea. B Hunc in ſtudiis enutriuit Dominus Cardinalis Carthuſienſis propter probitatem eius poſtmodum in ſocium & ſecretarium ſuum,& in legationibus, & in curia aſſumpſit. Facundiſſimus & eloquentiſſimus fuit,& vt ſtudioſiſſimus,pro biliothecea,quam Romæ ordinauit multa millia librorum procurauit emendo, & ſcriptores plures ad hoc deputando & vt magnificus pretioſa valde ornamenta pro eccleſia in cultu diuino, & pro dignitate pontificali fieri fecit. Liberalis ſatis C fuit in erogando. In amplicando autem ædificia & palatij ſui,& eccleſiæ ſancti Petri minus videtur animum, & opus impenſatum appoſuiſſe ſecundum ſermonē omnium,vt verificetur illud prouerbium euāgelicum,deriſorium eorum,qui non librant vires ſuas. Hic homo cœpit ædificare,& non potuit conſummare.

Elogia Nicolai 5.

Luc. 14.

Honeſtę ſemper fuit conuerſationis, etiam in minoribus, acutus etiam in agibilibus & circunſpectus, vt ſingula per ſe etiam temporalium adminiſtrationem intelligere,& diſcutere vellet. Robuſtiſſimus corpore ad pontificatum aſcendit, D ſed in eo poſt aliquod tempus infirmiſſimus factus eſt doloribus plenus, & quaſi contractus. Audientiam in principio nimiam omnibus dabat,die noctúq;,vt requiem opportunam ſibi ſubtraheret,ſed poſtmodum ita tardam & raram,vt omnes attædiarentur. Viſitatus eſt,autem à principibus & communitatibus Chriſtianitatis(vt moris eſt) per oratores eorum,congratulantibus de eius exaltatione in apoſtolica ſede,ac venerantibus, vt vnicum legitimum & indubitatum apoſtolicum vicarium Ieſu Chriſti,& ſucceſſorem Petri & primo à rege Aragonum, vt pote magis E vicino, excepta regione Sabaudiæ,in qua ſe gerebat pro apoſtolico,qui reuera apoſtaticus erat,Amedeus vocatus Felix dux prius Sabaudiæ,cum aliquibus cardinalibus ab eo creatis, & Atelatenſis, à ſuis etiam magis coactione, quàm deuotione veneratus.

Pont. Max. à principibus obedētia exhibetur.

Verū pōſt duos annos, vel circa in ſeipſum reuerſus,& ab aliis[a] exhortatus, per procuratores ſuos coram ipſo Nicolao renunciauit omni iuri,quod haberet, ſeu prætenderet habere in Papatu,certis conuentionibus adhibitis,videlicet vt cardinalis remaneret ipſe Amedeus, ac legatus in regione illa, & aliqui etiam ex F ſuis cardinalibus in dignitatibus ſuis perſiſterent,qui doctiſſimi viri erant,& alij prælati in ſedibus ſuis. Quibus omnibus Nicolaus,verus pōtifex cum cardinalibus acquieuit,pro bono

Fælix renūtiauit papatui.

a *In ſedandis huius ſacræ cauſæ controuerſiis magnam laudem religionis prudentiæ, diligentiæ tulit orator Francus Rhemorum pontifex Iuuenalis Vrſinus. Aemyl.*

pacis

A.C. 1449.

pacis,& amotione ſchiſmatis Baſilienſis:quod ceſſauit in totum.Hoc autem factum eſt anno Domini.1447.

Nicolaus pacis amator.

Fuit autem Nicolaus ipſe amator quietis, & pacis eccleſiæ, cum omnibus principibus & communitatibus pacem quęrens,& propter hoc votis eorum facile annuens. Sed & Franciſcus Sfortia dimiſſo Piceno ſeu Marchia per germanum ſuum,dominum Alexandrum viſitauit pontificem,& veniam petitam obtinuit de iniuriis eccleſiæ illatis,& reconciliatus eccleſiæ,qui excommunicatus fuerat ab Eugenio nominatim cum fautoribus ſuis.

Alphonſi Aragonum regis bellum in Florentinos. Pius 2. lib. 2. Coſmo.c.54. videtur autem eſſe auctor. Pog.Flor.

§. I.

SED cum vnum væ abiiſſet diuinæ infeſtationis bellorum ducis Mediolanenſis cōtra Florentinos, ecce aliud væ afflictionis & anguſtiæ ſuperuenit.Nam Alphonſus rex Aragonum, regnum etiam Apuliæ tenens, nulla prius laceſſitus iniuria,ſub prætenſa iuſtitiæ cauſa,ſed non vera(niſi ea qua lupus conqueſtus eſt agnum turbaſſe ſibi potum) bellum mouet Florentinis.Sed non deſeruit eos Dominus iuſte vim vi repellentes anno Domini 1447.Ad hoc autem operati ſunt,& hortati eū duo ciues Senenſes eum adeuntes, qui inde per ciuiles diſcordias eiecti erant.Ij nouas res appetentes,ſuadent regi maiora ſemper ambienti,vt mentem adiiciat ad imperium Tuſciæ.Quod aſſerebant futurum,ſi Senas profectus,ea vrbe(& id facile pollicebātur) potitus eſſet.Aucta quoque ſpes oblata eſt,Simonetti à Florentinis defectione,in quo defenſio eorum conſiſtere videbatur.Erat enim tunc vnicus quingentorum equitum,quibus Florentini ſtipendia darent, præfectus. Ideo que cum is ad regem tranſiſſet,ſimile veri erat externo milite deſtitutos,cum neque præſens aliquod auxilium eſſet,nec aliunde cito accerſiri facultas daretur aliqua inſigni calamitate eos affici poſſe.

Verum vtraque opinio euaſit irrita. Nam cum tranſacta ferme æſtate cum duodecim millibus hominum,magno belli apparatu in agrum Senenſem peruenīſſet per oratores poſtulauit à ciuibus:vt ſibi tanquam amico ciuitatē ingredi liceret. At illi, ne quod multi ſuſpicabantur,accideret,veriti:contra ſpem datū ingreſſū prohibuere. Neque enim dubium erat,quod ſi ciuitatem intraſſet, multorum animi plebis,præſertim, tum promiſſis, tum pretio corruptis,in regis voluntatem inclinarentur. Commeatum tamen exercitui dare polliciti ſunt,ſuiſque militibus,ſi cui quid vſui eſſet,vrbes & oppida eorum ingrediendi facultas conceſſa.

Senenſes ingreſſum vrbis ſuæ prohibēt.

Florentini aduerſus Aragonū exercitū ſcribunt.

Florentini autem cum nihil à rege ſuſpicarentur mali(neque enim vlla res interceſſerat, quæ regis animum ad bellum merito prouocare debuiſſet,neque vllum more gentium indictum bellum,eſſet)poſtquam illum agro Senenſi propinquum audiere.patefacta quoque præfecti defectione rebus ſuis timentes decē viros creauerunt,qui prouiderent,ne quid detrimenti à rege accipi poſſet. Ij tumultuario milite,quem paucis diebus ſummo ſtudio cōparauerant,loca Senenſibus finitima pro temporis anguſtia munierunt.In equitum verò apparatu Fridericus Vbaldinus Vrbini comes ſocius,atque amicus in primis ſubſidio Florentinis venit,cum equitibus mille, peditibus trecentis quod magno adiumento fuit ad prohibendas hoſtium incurſiones.

A.C. 1447.

Apparat' & collectio militum.

Alphonſus interea Senenſium reſponſo cōturbatus magna deiectus ſpe agros Florentinorum Senenſibus propinquos late,haud aduerſantibus Senenſibus populatus, Volaterras verſus caſtra mouit. Sequebantur eum ex propinquo Florentinorum equites diſperſi per oppida quo ab hoſtili impetu tutiores eſſent.Miſſus quoque eſt commiſſarius (vt appellant)qui ſecuritati earum regionum prouideret,Donatus Coccus Nicolai filius,iuriſconſultus,ac alij quorum opera ac diligentia plurimum opitulata eſt.Cepit tamen,cum ad improuiſos accederet rex,ac diripuit caſtella quędā paruula,parumque munita,eaque hoſtium expoſita oppugnationi, paucíſque in itinere captis caſtellis,vrgente hyeme per agrum Senenſem loca maritima petiit,atque arcem quā Caſtillionem Piſcariæ vocant, mari ac ſtagno propinquam cum obſediſſet,paucos poſt dies per deditionem accepit.Arcis enim cuſtos deſperato ſubſidio,metu impulſus, arcem per ignauiam tradidit:cum per plures menſes (& hiems iā aſpera erat)eam tutari potuiſſet.

Alphonſi in Hetruria res geſtæ.

Alphonſus rex obſidet Plūbinum. A. C.1448.

Inde Alphonſus in hyberna, diſtributo per oppida Senenſium mari propinqua exercitu, conceſſit. Æſtate ſequenti ne tanto apparatu nil egiſſe videretur, oppidum Plombini ſatis opulentum (id littori propinquum eſt maris) expugnare decreuit,magno igitur apparatu illud ad occidentem caſtris poſitis circumſedit, vtque commeatus exercitui ſuppeteret (neque enim omnia neceſſaria à Senenſibus perferri poterant) claſſem inſtruxit: ſub qua à Neapoli cōmeatus abūdans eſſe cœpit in caſtris,& bōbardæ ingentes, atque alia tormenta delata ſunt, quibus muri oppidi ſubruerentur. Rainaldus Vrſin' oppido imperabat,qui regis animum antea præſentiens, frumento, militibus, armis,variis ad reſiſtendum machinis,egregiè oppidum munierat: fœdúſque inierat cum decem viris contra regios conatus.

Pius 2. li. 2. Coſm. cap. 56.

Neque verò Florentini quicquam omiſerant, quod loci poſceret defenſio.Nam & commeatum inuehi procurabant, & peditibus oppidum tuebantur. Conduxerant quoque ad quatuor millia equitum, qui caſtris regijs propinqui,eas regiones ab iniuriis hoſtium & præda tuta præſtarent.Et cum in quoſdam præfectos equitum ſimultas ſuborta eſſet, & haud multos regis iniuriæ excitaſſent,data eſt ſæpius facultas nocendi caſtris, ſi communi conſenſu præfecti rem aggredi voluiſſent. Præter equites peditéſque regi oppoſitos, paratæ quoque ſunt à Florentinis triremes quinque in Piſano

Florentini contra Alphonſum muniunt Plumbinū

portu

A.C. 1447.

portu quæ oppidum mari defenſarent,& claſſi regiæ,ne commmeatum afferret,impedimẽto eſſent.Hæ ad Plumbinum profectæ,cum in conſpectum hoſtium veniſſent,pugnandi copiá fecere. Asperú certamen & anceps pugna diutius fuit,tandem ſubminiſttante in horam rege paruis nauigiis nouos in claſſem milites cum integri ſauciis,recentes feſſis ſuccederent Florentini ſuperati ſunt haud parua vtrinque cæde,duæ triremes captæ,cæterę in fugam verſæ Piſas redeunt.Eam cladem triremium præfecti culpa acceptam ferunt, qui maritimæ pugnæ inſcius (neque enim gladium nudum, viderat)nec loco,nec tempore in conſpectu exercitus decertauit.

Elatus ea victoria rex cũ mare tutũ ab hoſte daretur,acrius machinis ad diruendos muros oppidi ingruebat. Verum quod die cadebat, noctu ab oppidanis reficiebatur. Aggere præterea intus firmabantur muri,quo eſſent ab ictu lapidum validiores. Cum æſtatem in ea oppugnatione totam conſumpſiſſet,feſſis omnibus militibus, multiſque incommodis, ac vulneribus affectis,neceſſitate compulſus obſidionem omiſit.Multis tamen ante conditionibus Rainaldum tentauit,ſiquo pacto ad dandum oppidum allicere potuiſſet.Pollicitus eſt pro vno oppido ,plura ſe,atque ampliora in regno daturum.Ille certum dominium dubiis promiſſis anteferens oblata contempſit. Rex exercitu per terram miſſo, ipſe Caſtillionem reuerſus claſſe Neapolim petiit. Mirum erat videre homines macie confectos,ſordidos, & ferme nudos,quos præmiſit iter facere.

Alphonſus Plumbini obſidionẽ dimittit.

Agi deinde per Nicolaum pontificem de pace cœptum eſt.Tentata regis voluntate, cum ad concordiam inclinaret,Florentinis perſuaſit,vt oratores mitterent Neapolim, qui proculdubio pacem reportarent,Miſſi ſunt Franciſcus Sachettus, & Iannoctius Pandolfinus. Hi ad pontificem profecti ſunt in principio anni 1448.In conditionibus conuentionis aliquandiu altercatum eſt, cum æquum cenſerent Florentini, arcem Caſtillionis per iniuſtum bellum ereptam reſtitui Rex autem pro ſua dignitate nequaquam eo pacto acturum ſe aſſeuerabat.Data tamen per authores & ſuaſores pacis ſpe certa regem in ea ſua ſponte reddenda liberalem futurum, decreta omnia abolita ſunt quæ vtrique belli tempore alter in alterius damnum iniuriamve egiſſent, reſtitutæque immunitates,& exemptiones omnes negotiatoribus quibus in regis ditione Florentini ante vſi eſſent.Id preterea fœderibus adiectum,vt ſi qua in poſterum diſſenſio diſcordiave ex quauis cauſa inter regem & Florentinos oriretur, eius cognoſcendæ decidendæque ius,atque arbitrium pontificis eſſet,ad quem omnis diſcordiæ habetur prouocatio,vtque nulli liceret alterum armis laceſſere, aut appetere bello, niſi prius expectata pontificis ſententia.Ingens quoque pecuniaria pœna iniúcta eſt fœderum violatori anno ſupra milleſimũ quadringenteſimũ quadrageſimum octauum quo anno ſol eclipſatur. 19. Auguſti hora diei. vij.

Oratores Neapolim à Florentinis de pace miſſi.

Pax inter Florẽtinos & Alphonſum regem inita

A.C. 1448.

De ſtatu Ciſalpinæ Galliæ poſt Ducis Philippi mortem. Pius 2.lib. 2.Coſm.cap.49.Aem. Pet. Mar.

§. II.

HIs conditionibus cum Alphonſo firmata pace,cum & otio & quieti Florentinus populus intenderet, bellum Venetorum ambitione ſimul,& Alphonſi regis ampliandi imperij cupiditate ſubito exarſit,periculoſiſſimum omnium,quę ante geſta erant, nam validæ vtrinque vires erant,& pari odio certabatur.Cuius origo,vt fiat notior paulò ab inſtituto digrediendum videtur.

Defuncto [a] Mediolani duce Philippo abſque hæredibus,cum ciues in libertatem ſe vendicaſſent, Veneti (qui poſt eius mortem ad Longobardiæ imperium [aſpirabant]Placentiam Laudemque vrbes per inteſtinas concertationes occupauere,cæteraſque vicinas vrbes facile in ſuam ditionem redegiſſent, vt potenouam rempu.non ſatis firmam viribus ducentes,niſi Mediolanenſem Franciſcum (qui in propinquis locis erat à Philippo ante obitum accerſitus)ducem belli aduerſus Venetos delegiſſent.Is è veſtigio occurrens hoſtibus,

Philippus Maria dux Mediolanenſis moritur.

Veneti ad Galliæ Ciſalpinę imperium anhelãt.Pius 2.l.2.c.49.

a *Philippus Maria Dux Mediolani obiit Mediolani A. 1444.Idibus Aug.Quo mortuo Mediolani interregnum fuit ann. 2.m. 6.d.14. Onuphr. Siquidem populus Medi.l.cognita Ducis morte in libertatem ſæpe proclamauere 12. viris electis, qui rempub.adminiſtrarent.Caſtrum portæ Iouis,inſtar excellentiſſimæ regiæ captum ac dirutum eſt,& teſtamentum Philippi dilaniatum.Ad dominium Mediolanenſe multi aſpirauere.Sed qui coloratis vterentur titulis quatuor tantum fuere.Fridericus Imperator deuolutum ad ſe principatum,Philippo ſine liberis legitimis vita ſubtracto, contendebat. Alphonſus ex teſtamento hæreditatem petebat.Carolus Dux Aurelianenſis ex ſanguine Vicecomitum natus ab inteſtato ſibi deberi ducatum aiebat. Franciſcus Sfortia Vicecomes coniugem ſuam,quæ Philippi filia notha fuerat,hæredem patris ſubſtituendam affirmabat.Auditæ ſunt legationes omnium in Senatu Mediolanenſi.Sed ciuitati,quæ iam libertate gauderet,& imperandi cupiditate demortui Principis militiã conduxiſſet,nulla conditio placuit,quæ iugum quouis pacto in capita ciuium videretur inferre,obtulit tamen imperatori cenſum quot annis Aureum poculum ſi libera ſuis legibus dimitteretur. Dilaniabatur interea Philippi hæreditas:Veneti Placentiam,Cremam,Laudam occupauere, & multa præterea minora oppida.Dux Sabaudiæ Ludouicus Valentiam & Confluentiam inuaſit.Aſtenſes ad Ducem Aurelianenſem Carolum defecere, qui ſuſceptis à rege Franciæ non paruis auxiliis Alexandrinorum agros vexare cœperunt.Pius 2.lib. 2.Coſm.cap. 49. & Naucle. gener. 49.Ex his orta ſunt ea bellorum à Francorum regibus in longobardia geſtorum ſeminaria,quæ ad noſtra vſque tempora durauerunt.*

in primis

A.C. 1449.

in primis Placentiam obſedit, expugnauitque licet firmiſſimo Venetorum præſidio, & duabus arcibus munitam: ſed animi magnitudo virtuſque Franciſci omnes ſuperauit difficultates. Vnica enim pugna, & ea admodum aſpera, maximo cum vitæ diſcrimine vrbem cepit. Nam cum muri partem, quę oppugnabatur, obequitans, milites ad certamen, & ſcandendos ſcalis muros vrbis hortaretur, equo lapide bombardæ ad terram proſtrato: ipſeque telis ſagittis, ſaxiſque hoſtium laceſſitus, accurſu ſuorum ad caſum eius ſuperuenientium vix mortem euaſit. Nec tamen propterea ardorē remiſit pugnæ, ſed ſurgens acrius inſtabat impugnationi, donec multis interfectis tandem ſuorum virtute cœpit vrbem, diripiendā que militibus conceſſit, & ex toto prædandam.

Franciſcus vincit Venetos.

Tranſito deinde Abdua flumine apud oppidum Carauagium ab eo obſeſſum Venetorum exercitum commiſſa acie proſtrauit, fuſis magnaque ex parte captis hoſtibus. Ad Brixiam caſtris poſitis, ad vrbem tradendam hortabatur. Varie tùm Venetorum, tum Mediolanenſium animos ea victoria commouit. Venetos quidem, ne capta Brixia, quam amiſſo exercitu defenſare nequibant, reliquarum inſuper ciuitatum, quarum mentes ad defectionem pendere videbantur, diſcrimen ſubirent: & Mediolanenſibus ſuſpicio iniecta erat, ne Franciſci potentia in ſuam perniciem verteretur, quo timore dicuntur ab eis ſecreto corroborati Brixienſes, ne ſe Franciſco dederent. Exorta inter eos ſimultate, Veneti occaſionem pacis componendæ oblatam accipientes, de pace cum eo agere cœperunt, quam ſibi neceſſariam ducebant iniqua etiam conditione.

Veneti cū Franciſco pacem faciunt.

Itaque fœdus cum Franciſco inierunt, data ei Laudæ ciuitate ſimul tria millia equitum, & certam pecuniam, quoad Mediolanum expugnaret (ad quod eum hortati ſunt, vt à ſe impetum belli reiicerēt) promiſerunt.

Verſis in Mediolanum armis cum auxilio Venetorum Papiam, multaſque ciuitates, & oppida ſubegiſſet, vrbemque ipſam quam primum ad deditionem fame compulſurus videretur. Veneti mutato concilio, equitibuſque ab eo amotis, & pecunia denegata, ſocietatē cum populo Mediolanenſi pro eorum defenſione coierunt.

Mutata iidem ſententia ſe cum Mediolanenſibus coniungunt.

Timebant enim haud iniuria, ne ſi tantæ vrbis, taliſque prouinciæ imperio potiretur, ipſorum vires infirmiores eſſent futuræ. Franciſcum autem exiſtimabant nequaquam ſuis opibus diutius geſturum bellum, & ſimul ſibi perſuaſerant Mediolanenſes fatigatos bello, potius Venetorum (qui amici & ſocij erant) quam Franciſci & hoſtis, & irati ſe Dominio permiſſuros. Suis igitur viribus Franciſcus proſecutus bellum, ciuitatem multis feſſam calamitatibus, quamuis aduerſantibus Venetis, populi excitato tumultu per deditionem cepit anno Domini 1449. è veſtigioque reliquis locis ad ducatum ſpectantibus receptis, ducis nomen aſſumpſit & tenet.

A.C. 1449.

Cum Franciſcus Mediolanum obſideret, Veneti tractabant cum Mediolanenſibus vt ſubiectionem Franciſci nullo modo ſufferant, ſed libertate ſua fruantur, ad quā conſeruandā promittunt eis auxilia, & gentes ad ſoluendam obſidionem. Quærebant etiam perſuadere Veneti Franciſco, vt deſiſteret ab obſidione tractantes aliquas conuentiones ad redimendum tempus, vt interim Mediolanenſes afflicti penuria, & miſeria famis ſeipſis in ſubiectionem traderent. Et propter hoc cum potuiſſent eis de victualibus prouidere, differebant, vt maiori neceſſitate compulſi ſe citius ſubigerent, ad quod commiſſarius Venetorum (qui Mediolani erat) hortabatur. Franciſcus autem non acquieſcebat verbis, & promiſſis eorum, querelam faciens de reſciſſione conuentionis, & ſubtractione ſtipendij ſui, ſed inſtabat ad vrbem capiendam. Cum verò populus querularetur de defectu victualium, & de prouiſione non facta eorum per Venetos prout promittebatur, cœpit commiſſarius dura loqui ad populum, quaſi comminatus aliquibus mortem propter querelas eorum vnde populus furore ſuccenſus, non patiens vltra tantam miſeriam, egreſſi vrbe claues ei detulerunt. Qui ingreſſus a cum ſuis honorifice ſuſceptus eſt à populo, vt Dominus, & dux ciuitatis.

Venetorū culpa Mediolanenſes ad Frāciſcum tranſeunt.

a *Franciſcus Sfortia, Sfortiæ Attenduli filius, tertio anno poſt obitum Philippi Mediolanenſis, Ducis, quartus Dux Mediolani creatus eſt, A.C. 1450. Præfuit ann. 16. d. 11.*

Florentia peſte vexatur, qua ſæpè laborauit.

§. III.

INTEREA anno Domini 1448. peſtis inuadere cœpit Florentiam, & per biennium ciuitatem infectam tenuit, quę tamen quaſi erat euacuata, non ſolum maioribus & diuitibus, ſed & plebeis & pauperibus ex vrbe egredientibus, & per villas, & caſtra refugientibus Diutina quidem fuit, ſed lenta, & paucos de medio ſubtraxit, ſicque morbus ille contagioſus à. 1400. anno, quo graſſatus eſt ita, vt prope tertiam partem viuentium abſumeret, vſque ad 1457. in quo ſumus peſte à Domino viſitati iam per menſes quatuor, ſepties Florentiam occupauerit, videlicet anno. 1411. poſtea anno ſupra. 1437. demum, vt dictum eſt anno. 1448. & 49. ciuitas Florentina ea contagione infecta eſt: quæ cum poſtea vrbem Romanam attigiſſet, in qua præſulabatur Nicolaus quintus ipſe cum curia ſua, Fabrianum ſe contulit. Vbi tunc facta inquiſitio-ne

A.C. 1449.

ne & proceſſu contra quoſdam hæreticos,in fectos lepra erroris Fratricellorũ qui ibi diu habuerant magnum receptaculũ & fauorem obſtinati in ſua perfidia igni traditi ſunt,mira cula conſueta oſtendentes pulueris & cineris. In anno autem iſto. 57. ſupra 1400. pauci adhuc de hac luce ſubtracti ſunt necdum ceſſauit , quid autem in futurum erit , nouit Deus.

Nunquam autem apparet tantum exterruiſſe homines talis contagio morbi, vt nunc ita quòd parentes filiorum,& filij parentum obliuiſcantur infectorum , & cum difficultate reperiantur , qui neceſſaria eis adminiſtrent tam corpori,quàm animę,vel procurent vt ſacramenta,& eccleſiaſticã ſepulturam habeant. Quamuis autem nulla ſit lege prohibitum,ad loca diuertere ab infectione libera , ex quo morbus eſt valdè contagioſus (vt quotidiana docet experientia)ac etiam liceat conuerſationem domeſticam,& locutionem cum infectis & venientibus à locis etiam infectis effugere niſi cura animarum eis immineat(quos de neceſſitate ſalutis ſuæ oportet per ſe vel per aliũ idoneum ſacramenta miniſtrare quantumcunque infectis)tantum tamen abhorrere infectos , vt neceſſaria eis ſubtrahãtur, eſt cõtra omnem caritatem,humanitatem , & chriſtianam pietatẽ.Itaque etſi humanæ prudẽtiæ eſt, & de ratione medicinæ,vitare infectos,tamen contra dilectionem & Chriſtianam pietatem eſt ſubtrahere infectis neceſſaria,ſeu non miniſtrare animæ & corpori , & ita abhorrere eis miniſtrantes ſacramenta,& corpori neceſſaria vt habeantur tanquam ethnici & publicani, nec audiantur eorum miſſæ & officia,nec patiantur ſacerdotes ire ad infirmos.in quo nullo modo debent eis aſſentire. Communitas autem piè , & caritatiuè prouidit infirmis ex eo morbo illo tempore,ſcilicet, anno domini 1448.&. 9.peſtis. Nam tria millia florenorum ſtatuit aſſignanda archiepiſcopo ciuitatis certo tempore,modo,& forma,vt infectis prouideretur.Vnde quidam optimi iuuenes per ciuitatem diſcurrebant,quærendo infectos & dãdo pullos,confectiones & alia neceſſaria.

Peſte infectos adeo abhorrere vt nõnulli faciũt , eſt contra Chriſtianã pietatẽ.

In anno autem.1450. celebratus fuit Iubileus ſub Nicolao pontifice vrbis , prius prænunciatus & publicatus ſolenniter cum indulgentia plenaria viſitantibus Eccleſias vrbis quatuor , ſcilicet ſancti Ioannis Lateranenſis ſãcti Petri,& S.Pauli,& ſanctæ Mariæ maioris certis diebus determinatis pœnitentibus , & confeſſis certo modo,& forma.Ad quam conſequendam conuenerunt ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt,fidelium plurimi mares & fœminæ. Multi ex eis propter laborem longi itineris,Vltramontani,& incommoda corporis,vel etiam propter peſtem aliqui, in via defecerunt.

Ex omni natione Chriſtiani anno Iubilei Romã veniunt. Pius 2.lib. 2.c.58.

Accidit autem Romæ in ipſo Iubileo caſus lachrymabilis. Nam cum vna dierum mane, vrbe peregrinis plena,plurima multitudo recedens ab Eccleſia ſancti Petri viſo ſudario domini , obuiaret turbis innumeris euntibus ad ipſam Eccleſiam ſancti Petri pro videndo ſudario:in ponte ſancti Angeli , ſeu iuxta caſtrum ſancti Angeli,ita ſe inuicem compreſſerunt & oppreſſerunt, [a] vt quadringenti & multo plures ſuffocarentur in dicto ponte & aliqui etiam in Tyberim lapſi necarentur: quorum corpora collecta & viſa ab omnibus ſimul ſepulta ſunt.

A.C. 1450.

Eodẽ anno Iubilei,qui eſt quinquageſimus ſuprà.1400.Romæ celebrato capitulo generali ordinis minorum in feſto Pentecoſtes , frater Bernardinus de Senis oriundus , eiuſdem ordinis prædicator egregius& fructuoſus,qui per ciuitates & caſtella totius Tuſciæ & Longobardiæ diſcurrerat euangelizando quotidie
B & verbum Dei vbique ſeminando,cum maximo concurſu auditorum , tandem in ciuitate Aquilana in domino requieſcens,adſcriptus fuit catalogo ſanctorum cum magna ſolemnitate per Nicolaum Papam , poſt diſcuſſionem & approbationem vitæ ſuæ de conſenſu Cardinalium & aliorum prælatorum,& ad requiſitionem & ſupplicationem multorum principum & prælatorum.

Anno quoque domini 1450.Fridericus huius nominis tertius,electus imperator Romanorum , Italiam intrauit pro corona imperij
C à papa recipienda,qui vbique cum magno honore,vt decebat tantum principem ſuſceptus eſt.Ei per Florentiam tranſeunti, totus clerus cum archiepiſcopo proceſſionaliter ad portam ciuitatis obuiam proceſſit , ac etiam magiſtratus Florentini. Locatus autem in conuentu ſanctæ Mariæ nouellæ ad hoſpitandum permanſit in vrbe quatuor diebus,& præſens fuit in officio Purificationis Virginis glorioſę in miſſarum ſolemniis recipiens deuotè à celebrante cereum benedictum,vt de more fidelibus in Eccleſia exiſtentibus dari conſueuit.
D Oblatæque ei fuerunt poſcenti quædam reliquæ ſanctorum in vaſe argenteo , ornato à communitate , qui aliquos milites ibi fecit. Demum de Florentia Senas,de Senis Romam aduenit,aſſociatus à duob. cardinalibus,quos papa præmiſerat vſque Florentiam , & ibi coronatus eſt imperator à domino Nicolao papa cum debita ſolennitate.Sponſa autem eius miſſa eſt poſt eum de partibus ſuis,& poſt coronationem ſuam nuptiæ celebratæ ſunt Neapoli coram rege Aragonum magnificentia regia de omnibus prouidente.Nil autem [a] imperialis maieſtatis viſum eſt in eo , nec liberali-
E tas,nec ſapientia,cum quaſi ſemper per alium loquebatur:ſed multa cupiditas,cum munera honeſtè quæreret,& libenter acciperet.Demũ reuerſus eſt in domum ſuam cum modica opinione virtutis ſuæ.

Hæc ſponſa fuit Leonora filia regis Luſitaniæ. Fridericus 3.grauiter notatur.

a *In ponte Sancti Angeli ex concurſione populorum improuidè facta,duce tos circiter homines aut cõculcatos,aut influmine eiectos periiſſe conſtat. Pius 2.ibidem.*

F Veneti contra Sfortiam ducem cum Alphonſo rege fœdus percutiunt. Pius 2.lib. 2. Coſ. c.49. Aemyl.lib.10. Pet. Marc.A.C.1450.

§. IIII.

REDEVNDO ad proſecutionem belli inter Venetos & ducem Mediolanenſem Fran-

A. C. 1453.

Franciſcum. Sciendum, quod Veneti, ea victoria & dominio Mediolani accepto à Franciſco, non parum conturbati, cum arbitrarentur ducem armis aſſuetum, ſibi propinquum, haud ſatis ſuis rebus conducere: quo ille modo, aut è ſtatu deiiceretur, aut redderetur imbecillior conſultabát. Igitur inita cum rege Alphonſo ſocietate, locum Florentinis reliquiſque, qui ſocij adſcribi vellent, relinquere, per oratores quoque, vt ſecum ſentirent, hortantur eos. Omnis ea machinatio co tendebat, vt nouum ducem externa ope deſtitutum adorirentur, quæ aduertentes prudentiores ciues nonnulli cum ſupremo magiſtratu egerunt, vt reſponderetur Venetis: cũ pax vbiq; eis eſſet, nullo nouo fœdere opus eſſe. Hoc reſponſo indignati Veneti, cum veluti prædam ſuis faucibus ereptam putarent, edictum fecere, vt Florentini omnes ſuis Dominiis pellerentur, vt iuſti belli aliqua occaſio præberetur. Verum id decretum inhumaniſſimum eſt omnibus viſum, & ab odio atque ambitione profectum. Admiratus admodum eſt populus Florentinus ab eis, quibus cum pace & fœdere iuncti eſſent, & adaugendum eorum imperium tanta cura impenſaque incubuiſſent, tam iniquum edictum prodiiſſe. Siquidem eorum auxilio Brixia & Bergomo, multiſque præterea oppidis, & caſtris erant potiti.

Veneti diſſidunt à Florentinis.

Igitur legati ad Venetos miſſi ſciſcitatum tam inſolitæ, tam inhumanæ rei cauſam, & ſimul vt oſtenderent decreti iniquitatem, hortarenturque ad pacem, & priorem amicitiam conſeruandam. At ij qui ſpe victoriam ſibi deſpondiſſent, aditum ad ſe oratoribus denegarunt, quod etiam apud barbaros ſuperbum ac ferum videri poſſet. Deſperata Venetorum pace, neceſſitas Florentinos cogit ad coeundum in nouum cum nouo duce fœdus, & ad mutua auxilia. Inter Venetos & regem conuentio erat, vt ipſi ducem, rex Florentinos adoriretur.

Veneti oratoribus Florentinorum aditum ad ſe negãt.

Præparato exercitu prior Venetus Cremonenſem agrum eſt depopulatus. Ad eum comprimendum cum Franciſcus iuncto ſecum fœdere Mantuano, cum ſuas copias extra ſuos fines eduxiſſet, caſtrum, quod Ollium flumen ponte coniungit, quo tranſitus fluuij liberior eſſet, de Venetis cepit, pluraque deinceps caſtella vi expugnata. Pergebat acie dimicaturus ad hoſtium copias Franciſcus, at illi dimicantem fugientes, vt qui rerum diſcrimen fortunæ nollent committere, ſe in paludes, quæ inter Brixiam Bergomumque iacent, contulere, munitiſque aditibus, ne qua via ad caſtra perueniri poſſet, ea æſtas tranſacta eſt. Franciſcus in agro Brixienſi ſtatiua habuit propinquus hoſti, obſeruans, ſi qua pugnandi daretur facultas.

Franciſcus in Venetos ducit exercitum.

At verò ex alia parte regis Aragonum copię (hę ad decem millia equitũ, quatuor peditum erant) duce Ferdinando regis Aragonum filio cum è regno per loca Eccleſiæ veniſſent contra Florentinos, primo in agrum cortonienſem populandum deſcendetunt, deinde Aretium verſus profectæ, ad ſiniſtram iter flectentes Forlianum oppidum Aretini agri obſedere. Cuius accolæ, cum ſe virili animo defendiſ-

Regis Aragonũ copiæ Florẽtinis infeſtæ. Pius 2. li. 1. ca. 54.

A. C. 1351.

A ſent, mulieresque virorum fortitudinem æquarent tandem quadrageſimo obſidionis die conſtractis magna ex parte muris, viris ac fœminis laſſitudine & vulneribus confectis, deſperato ſubſidio ſe ei dedire, relicto ibi pręſidio per agrum Senenſem, à quibus fouebantur, populatis propinquis locis, ad arcem venere paruulam, quam Rencinam dicunt, Senenſium finibus contiguam. Ea intra biduum cuſtodis proditione capta, ad oppidum caſtellinæ propinquum caſtrą poſuere. Quam amplius per menſem machinis ac bombardis incaſſum oppugnantes tandem abiecta ſpe caſtri potiundi

B retroceſſere.

Cum hyems inſtaret, itinere verſus Volaterras capto, vicina loca latè populati, in maritima Senenſium loca [ad Aquam viuam] in hiberna conceſſerẽ. Capta quoque à regiis triremibus arx munita in maris littore, Vada nomine, agri Volaterrani, cuſtodis ignauia, qui pecunia accepta arcem tradidit hoſti. Hæc ea ęſtate & à rege, ac Venetis bello geſta: timebantur tamen incurſiones quotidianæ in agrum

C Florentinorum per milites regios, quibus præda pro ſtipendio erat.

Hyeme quæ ſecuta eſt, maior quam antea apparatus à Florentinis aduerſus regios factus eſt. Nam maioribus conductis copiis, Alexandrum quoque Franciſci fratrem cum mille & quingentis equitibus ex Longobardia in eorum auxilium exciuerunt, & ad regem Franciæ oratores miſſi, Angelus Acciaiolus & Franciſcus Ventura, qui eũm ad ſuam defenſionẽ & regni Neapolitani recuperationem hortarentur. Tandem [b] contracto fœdere

D

a *Hoc ſic explicat Aemyl. Ludouicus Delphinus à patre commeatu in decem menſes petito in Delphinates ſeceſſit certo cõſilio non rediẽdi viuo patre cauſatus impotentiam eorum, quorum fide virtuteque pater Anglico bello victor fuerat, quod hos meritorum fiducia omnia ſibi arrogare diceret, nec in paterno animo locum filio relinquere. Poſtea duo millia equitum Florentini permiſſu Regis in Francia conſcripſerunt, aduerſus Alphonſum bello Eſtratiam venientem, vbi ea parte debellatum eſſet bellum in Regnum Neapolitanum tranſlatura, Duce, Imperatoreque Renato, qui oblatam eam fortunam non aſpernatus, hunc exercitum trans Rhodanum ducens à Ludouico Sabaudiæ Duce tranſitu Alpium arcebatur, profeſſo ſe Alphonſo ac Alphonſi fœderatis Venetis amicum, Florentinis ac Sfortiæ hoſtem. Delphinus filia Sabaudi Carola ducta, Socerum exorauit, vt per ſuæ ditionis fines tranſitum daret auunculo, quem Aſtam vſque ipſe duxit, peruicitque vt Ferratenſis ante Sfortiæ infeſtus armis abſtineret, ſocietate Venetorum relicta. Ea expeditione nihil memorabile geſtum, nec in Alphonſum ductus francicus equitatus. Id turpe ſibi ratus Renatus, non ſuo bello, ſed alieno ſe res gerere, ac alienis auſpiciis quaſi mercenarium, ne imperare quidem, ſe a Mediolanenſi merere in Franciam ſe recepit. Hæc ille. Obiit deinde Renatus A. C. 1480. Ludouicum. 11. regem Francorum comita * Prouinciæ & regni Siciliæ hæredem relinquens. Et hinc etiam orta eſt Francorum regum cum Aragoniis de Neapolitano regno contentio: hic autem Ludouicus rex Franciæ poſt Carolum patrẽ creatus eſt an. C. 1459. regnauit annos 24. menſes aliquot. Obiit 9. Cal. Sept. A. C. 1483. Onuph.*

(margin letters E, F beside the note)

A.C. 1454.

Renatus rex Apuliæ in Italiam ad regnum recuperandum venit.

Renatus, qui eo regno antea pulſus fuerat, in Franciſci auxilium cum tribus equitum millibus, Florentinorum impenſa ſubſidio Franciſci venit, licet in æſtatis fine. Nam cum dux Sabaudiæ, pecunia ductus itinera præcluſiſſet, opus fuit, vt relictis equitibus in finibus Prouinciæ nauibus mari Genuam venirent. Inde in agro Brixienſi ad Franciſcum habentem caſtra progreſſus eſt. Demum fauore Ludouici, regis Franciæ filij equites omnes eo duce via terreſtri, permittente duce Sabaudiæ ad Renatum regem peruenerunt.

Florentini amiſſa recuperant. iidem.

§. V.

DVM hæc in Longobardia geruntur, Florentini exercitum ad ſex equitum millia totidem peditum confecerant. Ineunte æſtate his copiis arx Rencinæ recuperata eſt, & Forlanum profecti, cum vndique oppidum cinxiſſent, regij verò ſexcenti tum equites, tum pedites ſumma vi tutarentur mœnia, tandem paucos poſt dies vi lapidum bombardæ quæ ad id erat diſpoſita diffracta porta, & parte mœniam diſiecta, titubantibus regiis impreſſione facta, oppidum Florentini ceperunt, direpta præda, ædificia omnia incenſa ſunt præter præfectorum voluntatē libidine atque auaritia militari. Ex hoſtibus circiter ſeptingenti capti.

Inde Florentinorum præfecti eum parum in adminiſtrando bello concordes eſſent, ideoque longius trahi videretur, tardis itineribus in æſtatis fine ad arcem Vadæ ex hoſte recuperandam abiere. Obſidione facta: cum regiis nequaquam aut animus, aut vires tantę eſſent vt confiderent ſua ope poſſe tutari arcem poſt menſem deſperatis auxiliis deditione facta ea conditione cepere arcem, vt ſinguli milites cum rebus ſuis tuto abire poſſent. Caſtellum cum arce, ne poſthac receptaculum eſſe poſſet hoſti, incenſum ac direptum eſt, hoc apparatu atque his viribus æſtate priori amiſſa, in poteſtatem Florentinorum redacta ſunt.

Stephanus de Porcariis qui Romam tollere Pontifici niſus eſt ſuſpēditur. Pius 2. li. 2. Euro. c. 58.

Ea tempeſtate quidam miles Romanus Stephanus de Porcariis (qui tenebatur in libera cuſtodia Bononiæ honeſte, relegatus, & tamen à papa competenter prouiſus propter audaciam eius & temeritatem, ne ſeditionem excitaret in vrbe Romana, vbi aliquam ſequelam habebat, & in ſua eloquentia elata multum confidebat, tractauit ſecretè, cum paucis tamen capere Nicolaum papam, & reperta ſunt poſtea vincula aurea quibus intendebat eum alligare: vnde ad exequendam factionem ſuā, intendens Romam in libertatem & regimen Romanorum reducere, occultè receſſit de Bononia profectus ad vrbem. Fuit autem Nicolaus cautus de receſſu eius à Bononia, & quod Romæ erat, propter quod fecit eum quærere. Et inuentus eſt abſconditus in vna capſa, & captus ductus eſt. Qui tortus confeſſus eſt cūcta, & ordinem conſpirationis. Intendebat enim captata opportunitate papam Nicolaum capere & cardinales, & in populo ſeditionē excitare clamando libertatem per vrbem. Conuictus de tam ſceleſto ſacrilegio, cum ſciret ſe morte mulctandum, fecit papæ ſupplicari, vt pri⁹ permitteret ei orationem facere ad populum. Præſumebat enim tantum de ſua elata eloquentia, vt ſperaret inde per populum ipſū liberari: ſed non obtinuit. ſuſpenſus nocte in mœnibus caſtri ſancti Angeli ab extra: vt omnes in die eum videre poſſent ſuſpenſum, quos autem haberet a fautores remanſit occultum.

A.C. 1454.

Franciſc⁹ Sfortia multa caſtra in Lōgobardia occupat.

In Longobardia verò Franciſcus in agro hoſtium diutius caſtra habens, plura oppida in ſuam redegit ditionem, nil aliud quæritans, niſi vt hoſtem eliceret ad certamen. At illi nil aliud, quam congreſſum timentes, aciemque detrectantes, ſe intra caſtra admodum munita tenebant. Sequebantur enim præteritæ æſtatis conſilia, vt ſe à certamine abſtinerent, ea ſpe, vt protrahendo bello deficerent pecuniarum inopia Franciſci vires. Hoc pacto duobus exercitibus in propinquo caſtra habentibus, æ'as ferme tranſacta eſt. In eius fine Renatus rex cum ſuo equitatu ad caſtra Franciſci peruenit, quo ille ſubſidio fretus Venetos compulit, vt loca, in quibus tandiu delituerant, relinquerent: & propius Veronam commeatus gratia præfecti in loco conſederunt: vt nunquam ſui poteſtatem hoſtibus præberent. Omiſſa igitur certaminis cura, Franciſcus ad oppidorum conuerſus expugnationem, omnia Bergomenſis ditionis ferme caſtra, & oppida vi expugnauit. Inde Brixienſium caſtra magno conatu inuadens, ad centum amplius ex illis in poteſtatem redegit.

Renatus rex in caſtra Franciſci venit.

Iam aderat hyems, & rex cum ſuis temporis aſperitate conceſſerat Mediolanum. Ducis tamen Franciſci animus ad victoriam intentus, Aſulam oppidum opulentum, vt id traderet Mantuano obſidere ſtatuit. Is cum eo cū omnibus copiis proficiſceretur, tanta niuium ac ventorum ingruens vis, oculos atque ora militum obturantium ſuborta eſt, vt præ frigore, & nimium tempeſtate redire, & incepta relinquere cogerentur. Itaque in hyberna exercitus reductus [eſt] Laborauit ſatis Nicola⁹ papa ad componendū pacem inter partes, cōgregatis oratoribus partiū, regis Aragonum, Venetorum, ducis Mediolanenſis & Florentinorum coram ſanctitate ſua, nec valuit ad concordiam trahere in capitulis pacis. Demum cum omnes eſſent feſſi, & conſumpti pene expenſis magnis ſine aliquo fructu, damna enim plurima illata ſunt omnibus, nullæ tamē partes factæ ſunt locupletiores in acquirendis ciuitatibus, vel oppidis, Veneti b pacem fecerūt cum

Nicolaus pacem cōponere deſiderat.

a *De his fautoribus tamen ſic ſcribit Pius. 2. Complices eius in domo qua conuenerant expugnati captique ſunt. E quibus vnus Baptiſta Sciarra manu promptus & animo intrepido per medias Pontificis cohortes viam gladio ſibi aperiens effudit, Stephanus in arce S. Angli alij in capitolio ſuſpēſi vitā finiere.*

b *Huius pacis ſequeſter & μεσίτης fuit Simonetus monachus ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini profeſſor, obſcuri antea nominis, & prorſus ignoti, ſed vita integritate probatus. Viſum eſt id monſtri ſimile humilem & incognitum monachum Italiam pacauiſſe. Pius ibid.*

A.C. 1455.

cum duce Mediolanenſi & Florentinis in Lon A gobardia: inter ſe tractantes capitula, & conuentiones pacis ſeruandas, reſeruantes locum regi Aragonum; ad pacem ratificandam illam cum prædictis conditionibus. qui & ſignificarunt ei, & oratores miſerunt ad eum pro ea re, ipſe autẽ, & ſi reddiderit ſe difficilem & diſtulerit: quia ſine interuentione eius facta pax non videbatur cedere ad honorem ſuum tandem & ipſe aſſenſus eſt. Quæ omnia poſtea approbata, & confirmata, & publicata fuerunt per Nicolaum papam, anno Domin. 1455.

Pax inter Venetos Florentinos, & ducem Mediolanenſẽ initur.

Sed paulo ante concluſionem pacis Gerardus de Gambacurtis Piſanus, cuius pater receperat non ſolum pecunias multas à Florentinis ad tradendum eis Piſas, quibus tunc quaſi dominabatur, ſed etiam quoddam caſtrum quod dicitur ſanctæ Mariæ in balneo notabile, & quædam alia minora, quæſiuit prodere ea regi Aragonum propter pecunias ab eo non modicas accipiendas. Sed Domino diſponente, proditio non eſt ſortita effectum: ſed ea prius detecta prouiſum eſt caſtris illis bellatoribus illuc deſtinatis. Ille autem ad regem Arago- C num ſe tranſtulit, factus rebellis communitati, & ſuis omnibus confiſcatis. Magnum ſcandalum ſequebatur Florentinis, & bellum ſuſcitandum à rege: ſi per proditionem illam rex obtinuiſſet loca illa. Petebat poſtea in capitulis pacis rex ipſe ſatisfactionem fieri à Florentinis de bonis ablatis ipſi Gerardo octodecim millia Florenorum: ſi tamen æquum erat & iuſtum proditorem præmiari de ſcelere ſuo, & non potius grauiſſimè puniri. Contradicentibus Florentinis tali iniuſtæ petitioni: commiſſum fuit hoc iudicio, & arbitrio Nicolai papæ D qui cum nihil determinauerit, petiit pluries poſtea rex poſt mortem Nicolai dictam pecuniam pro illo Gerardo.

Gerardus de Gambacurtis Piſanus Alphõſo regi prodit.

Nicolaus autem papa anno Domini. 1456. cum multa difficultate conceſſit Florentinis hoc ſupplicante clero, vt poſſent exigere à locis eccleſiaſticis & perſonis triginta millia Florenorum intra triennium ſcilicet ſingulis annis decem millia per totum territorium Florentinorum, in ſubſidium communitatis pro debitis magnis contractis pro tuendo libertatem ſuam, ab iniuſte vexantibus eos rege E Aragonum & Venetis, hoc enim petierant ciues à clericis ſubſidium. Cui de communi conſilio, & aſſenſu acquieuerunt licentia habita à pontifice Romano, tum ob amorem patriæ, compatientes grauaminibus laicorum: tum ne multi ad hoc cogerentur in detrimentum ſalutis animarum, & ne ipſi laici per ſe diſtribuerent, & improportionabiliter imponerent, & multis expenſis clerum grauarent. Addiderũt quoque & quartam paguam in quarto anno, & licentia habita eſt à Calixto oraculo viuæ vocis.

Florentinus clerus triginta millia Florenorum largitur communitati.

Pugna.i. ſupend.ũ ſeu ſolutio.

Anno Domini. 1456. & ſeptimo magna penuria fuit in ciuitate, non tantum ex defectu F victualium, ex paucis frumẽtis recollectis propter intemperiem aeris, vt pretium vnius ſextarij aſcenderet ad triginta ſolidos & aliquando ad triginta quinque: ſed, magis ex defectu pecuniæ, quia aſſueti viuere de laboribus manuum ſuarum non conducebantur ad exercitia artium, ſubtrahentibus ſe ciuibus à commerciis diuerſis ex cauſis. Tamen magiſtratus tam prudenter ad obuiandum tumultibus & clamoribus pauperum: quàm charitatiuè ad ſubueniendum indigentibus fratribus & conciuibus ſuis, prouiſionem fecerunt per officiales abundantiæ creatos, qui multa millia modiorum frumenti de diuerſis partibus fecerunt adduci, ne nimium pretium à venditoribus exigeretur, & mendicis non habentes pecunias eleemoſynaliter tribueretur. Nam per B quatuor menſes continuos ſtatuerunt quingentos florenos pro quolibet menſe aſſignari archiepiſcopo, pro pane & tritico pauperibus erogando.

Magna in ciuitate Florentiæ rerum penuria.

A.C. 1453.

De captione Conſtantinopolitanæ vrbis, & occiſione Imperatoris à Turcis, & eorum crudelitate. Romanæ Eccleſię τὰ πρεσβεῖα, & priuilegia.

CAP. XIII.

ANno Domini 1453. die xxix. Maij capta eſt ciuitas Conſtantinopolitana à Turcis & à rege eorum vocato Mahumeth, prout plenius dicetur inferius occiſo imperatore eius cum baronibus, & conſanguineis ſuis, ſicque defecit imperium Græcorum. infr. §. 14.

Quod iuſto Dei iudicio fuerint Græci illi exterminati, & ad nihilum redacti ab infidelibus ſatis patet ex hoc, quod. poſtquam Conſtantinus tranſtulit ſedem imperij ab vrbe Romana in Conſtantinopolim duodecim [a] vicibus in diuerſis temporibus ſucceſſiuè receſſerunt ab obedientia Romanæ eccleſiæ per diuerſas hæreſes & ſchiſmata, cum tamen ſecundum catholicam fidem Romana eccleſia ſit mater omnium eccleſiarum & magiſtra, vt dicitur diſt. xix. in memoriam.

Cõſtãtinopolitana Eccleſia duodecies defecit.

[a] Plures numerantur à quibuſdam Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ à Romana ſeceſſiones, & reconciliationes. Nam Blondus dec. 2. lib. 7. eã coniunctionem orientalis Eccleſiæ quæ facta eſt in Cõcilio Lugdun. ſub Michaele Palæologo, (de qua vnione facta eſt mentio ſuprà tit. 20. cap. 2. ante §. 1. & §. 6.) decimam tertiam fuiſſe aſſerit. Idemque tradit Tritbem. in Chron. monaſt. Irſau. & Genebr. quare vnionẽ quæ in Concilio Flor. facta eſt, (de qua ſuprà c. 11.) decimãquartam fuiſſe neceſſe eſt. Vnde cum poſtea Græci à Romana Eccleſia receſſerint 15. ſeceſſiones Græcorum, vniones verò 14. fuiſſe neceſſarium eſt. Hoc porro caput præ reliquis omnibus obſeruatione dignum eſt. in quo ſumma quædam totius Eccleſiaſtica Græcorum hiſtoria continetur. Præterea quam graue Græcis fuerit ab Eccleſia Romana ſubiectione recedere declaratur, cum ex tali receſſu, ſicut videmus, in grauiſſimam Turcarum ſeruitutem reciderint. hoc etiam aſſerit Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinopolitanus in 5. oratione pro Latinis contra Græcos.

A.C. 1440.

certo ordine in prælium euntes facilè ſuperari poſſe.Diem præterea ſibi elegit feſtum, quo ſciebat omnia aſſeruari negligentius, vt his rebus facilè perſuaſerit hoſtes haud magno certamine terga verſuros.

Et forſan ſucceſſiſſet conſilium magna cum Florentinorum clade,niſi Michelettus, veteranus & prudens ductor, armatus equo aſcenſo omnia circum caſtra perluſtrans , aduentum hoſtium ex colle,in quo oppidum eſt,conſpexiſſet.In his planiciem,quæ ad Burgum pertinet(ea quatuor milliaria protenditur) proſpectans elato puluere aduentare hoſtem , ad arma è veſtigio clamauit , accerſitiſque ſuis in primis ad ponticulum deſcendit,quo videbatur hoſti tranſitum dari.Eò & præfecti cæteri confeſtim accurrunt , de modo pugnandi conferentes.Tribus aciebus rem geri placuit & qui , cuique præeſſet ſtatutum. Subſidiariæ cohortes cum ſignis apud legatum relictæ, quæ vbi opus eſſet,præſidio pugnantibus forēt.Pedites ſagittariique iuxta ripam torrentis latera hoſtium ferire iuſſi. Inito prælio variè diúque, & æquis penè viribus pugnatum eſt, & hoſtibus ob victorias præteritas ſuperbe(vt qui turpiſſimum vinci ducerent) inſtantibus & aliis pro vlciſcendis iniuriis conſequendique belli gloria , nil laboris , nil periculi recuſantibus.Inſtabant hortatores,tum legatus, tum etiam ſeniores præfecti , tum etiam Florentini legati quorum ſollicitudo , & virtus ea die laudata eſt.Cùm omnia conſilia,omnes vires Nicolaus intentaſſet tandē victus fugatuſq; Burgũ petiit cum parua manu , reliquis aut captis aut ad varia diſperſis loca:numerus vtriuſque partis pugnātium octo millia hominum fuiſſe dicitur,equites ad mille octingentos capti, qui omnes poſtridie amiſſis equis atque armis ad ſuos redire ſunt permiſſi. Mortua quadraginta ex Nicolai militibus,vulnerati plures. Iuuentus Burgi,quæ armis ſumptis tanquam ad prædam Nicolaum tunc erat ſecuti,capta ferè omnis ac præcio redempta.

Aſſerunt plurimi magis Dei virtute , quàm virib. vel induſtria humana habitam fuiſſe victoriā.Nam ſecundum humanũ iudicium, ille aſtutus Nicolaus ita ordinauerat bellum , ꝙ victoria ei cedebat.Hic autem plurimum nocuit auaritia ſuorum. Nam cum hoſtes viderentur iam deficere,& quaſi fugere , plures ex Nicolai copiis inclinati ad prædam cœperunt diſpergi , inde aduerſarij fortiores effecti præualuerunt. Dignum vtique & iuſtum erat vt principes apoſtolorum,qui Romanam eccleſiam ſuo ſanguine conſecrauerant, ea die martirij ſui Petrus & Paulus,cauſam eccleſiæ defenſarent : quæ cum Venetis & Florentinis contra hoſtes ſuos dimicabat:ac plenam victoriam miniſtrarent.

Petrus & Paulus die ſibi ſacro cauſam Romanæ Eccleſiæ, ſunt tutati.

Cæterũ Nicolaus,qui fugerat,cum parũ ea nocte ſe quieti dediſſet , animo amaricatus, quod non eueniſſet quod ſperabat,poſtera die relicto oppido per Flaminiam Mediolanum rediit.Dixiſſe autē illũ ferunt,actũ de Philippi ſtatu fore, ſi veterani præfecti equiteſq; inquibus totius Philippi exercitus robur erat (& hi quadringenti dicebātur omnes captiui) detenti fuiſſent.At hi liberaliter accepti dimiſſique

A ſuum ducem ſecuti ſunt.Hac victoria perculſi Burgi incolę,veritique,ne in eos vis totius belli verteretur,oratoribus veniam præcantib. ad legatum miſſis,oppidum pontifici tradiderūt. Hoc aliquo tēpore vſurpatiuè poſſederat Nicolaus Fortebrachius , ſeu de ſtella nuncupatus,qui tandem inimicus eccleſiæ in bello ante fuerat interfectus.Conceſſit autem oppidũ ipſum poſtea Eugenius Florentinis,ſiue in pignus ſiue præcio emptum vigintiquatuor millibus florenorum ei exhibitis , quos Salomon B Hebræus Prati publicum fœnus exercens ſoluit communitati, in pœnam cuiuſdam ſui exceſſus contra capitula eorum perpetrati.

A.C. 1440. Burgũ incolæ ſeſe dedunt.

Gratiſſimum eius victoriæ pontifici & ciuibus nuncium fuit.Videbatur enim ex hoc Tuſciam in tuto fore,ſuperato ac ſubmoto hoſte inimiciſſimo cum exulibus aſſociato.Ob eam rem per Ludouicum archiepiſcopum Florentinum,poſtea patriarcham [Aquileieſem tūc] legatum benè geſtam & fœliciter conſummatam [ipſe Ludouicus] cardinalis factus eſt à pontifice.

Epiſcopus Florētinus fit Cardinalis

C Florentinorum oratores(hi duo erant)quibus cura belli demandata fuerat, equitatum peditatúmque eorum duxere in Caſentinũ ad vlciſcendum armis Comitis proditionem,quē ea æſtate omnibus caſtellis ſpoliauerunt.Obſeſſus demum in Puppio,cum fame vrgeretur, pactus vt cum rebus ſuis abire liceret,oppidũ tradidit.Sicque periit familia illa,& à ſtatu deiecta,qui comites Guidi appellabantur , poſt quadringenteſimum annum , q̄ in Italia cum primo Othone imperatore venerat. Id documento cæteris eſſe debet fidem ſeruandam eſſe, D & in cōſiliis conſtantiā rectis ſcireque modũ in ſecundis rebus tenere. Genus perātiquũ & nobile.illi erant opes & dignitas nō contennenda, hæreditas progenitorum patrimonij ampla,ſed virum nimis fortunæ fidentem,maiorum cupiditas præcipitem fecit.Et cum aliena appetit,ſuis priuatus extorris in inopia conſenuit.Et exules Florentini,qui cum Nicolao fuerant in bello contra ciuitatem,in opprobrium vt proditores patriæ ante palatium Poteſtatis in facie eius depicti ſunt.Et ipſi cō- E fuſi,diſperſi ſunt per diuerſas ciuitates, & paulatim vita, & ſubſtantiis defecerunt.

Anno domini 1444.cum dominus [a] Iulia-

a *De hoc bello ſic ſcribit Pius 2.lib.1. Coſ cap.5.Amurathes hic magnus vir fuit domi bellique tam ſuis amatus quàm noſtris odioſus:cum centum millibus pugnatorum intrauit Hungariam: latè populatus prouinciā : ſterilis annus impedimento fuit ne potiretur , cōmeatus penuria compulſus rediit. Iulianus Cardinalis ſancti Angeli ab Eugenio Pont.max.aduerſus eum miſſus. Hungariorum extulit animos, & arma ſumere perſuaſit. Exercitus* F *Chriſtianus vſque ad Sophiam profectus eſt. Sæpè cum Turcis proſpere dimicatum,non ſine Ioannis Huniadis ingenti laude,qui tum copias ductauit.Cuius nomen apud hoſtes adeo terrificum fuit , vt plorantibus pueris matresfamilias taciturnitatem non aliter impetrarent,quàm Ioannis præſentiam minitantes.Congregati tamen non paruo numero Turcæ cum Chriſtianis confligere non dubitarunt. Sed non tam fœlix eis pugna quàm fortis animus fuit. Superati*

rati

A. C. 1438.

Chriſtiani Turcos ſuperant.

rati virtute Hungarica multiſque cæſis terga dedere. Hungari, qui bello interfuere cupiditate gloriæ res ſuas amplianteś de magnis maiora tradentes imperatori Friderico ſuperatos bello Turcas ſcripſere, 30. millia hoſtium cæſa, captáque multo plura. Cardinalis S. Angeli *ſex millia duntaxat hoſtium in eo prælio cecidiſſe ſuis literis affirmauit. Signa militaria nouem capta,* Ioannem Huniadem *non ducis tãtum, ſed militis quoque ſingulari virtute vſum. Eique fides habita.*

Turcis hæc Chriſtianorum victoria plus pauoris, quàm damni attulit, non Hungaricas tantum vires, ſed Germanicas in ſe commotas arbitrantibus. Conſternati ergo ac perculſi metu, perinde ac ſi totus occidens coniuraſſet, pacem petiere. Hungari qui ſuas vires non ignorarent, nec tam potentiæ ſuæ quam caſui victoriam imputarent, oblatas vltro conditiones pacis non recuſarunt. Induciæ in decem annos dictæ, iuſiurandũ per ſua ſacra ambæ partes præſtitere. Deſpoto Serbiæ, quæ bello amiſerat reddita. Moleſta ea res Iuliano Cardinali fuit, cui proſequenda victoria videbatur. Eugenio quoque nihil moleſtius nunciari potuit. cuius menti nulla maior curã incedit, quàm Chriſtianæ fidei propugnandæ. Scripſit igitur Cardinali *nullum valere fœdus, quod ſe inconſulto cum hoſtibus religionis percuſſum erat. Ladiſlao regi Poloniæ, qui eo tempore Hungariam occupabat, vti conuenta diſſolueret, imperauit, iuramentum remiſit, ex* Chriſtianis *principibus auxilium petiit. Præter Philippum Burgundiæ ducem neminem Chriſtianæ religionis zelus commouit. Hic ſolus claſſem inſtruxit, quæ vſque in Helleſpontum profecta Turcis ex illa parte tranſitum in Europam prohibere conata eſt. Franciſcus* Cardinalis Venetiarum *Eugenij nepos cum pluribus triremibus commiſſus claſſi præfuit.*

Bellũ contra Turcos reparatur.

Ladiſlao, qui regnum inuaſiſſet, viſum eſt prouincialibus non deeſſe. Accerſitis igitur è Polonia ac Bohemia *cæteriſque vicinis gentibus auxiliis, coactis ex Hungaria copiis, Turcarum agros inuadere ſtatuit.* Ioanni Huniadæ *caſtrorum cura commiſſa. Iter per Valachiam receptum, inde tranſito* Danubio *in Mœſiam ventum, vt per plana loca in Romaniam tranſirent. Amurathes hoſtium cognito aduentu, cum Græcis ac Turcis in Europa manentibus non ſatis conſideret, exercitum ex Aſianis millibus comparauit. Amurathes ad Boſphorum Thraciũ exercitum tranſuexit, aureo nummo vectoribus Genuenſibus per capita tradito:* Chriſtiani *locum attigerant, cui Varna nomen eſt. Cedendum Ladiſlao Cardinalique videbatur, & ne circumueniri ab hoſte poſſent, munitum montanumque locum petendum. Huniades aduerſari ac reſiſtere, vicit Huniadis ſententia, expectati hoſtes.*

Poſtera die Huniades conſpecto exercitu hoſtium tum primum periculi magnitudinẽ animo voluens, de fuga regem admonuit. Ille ſecum conſilium arguens, pernicioſam magis fugã, quã pugnã dixit. Amurathes in proximo colle conſederat. Ex quo ſuos & hoſtes confligentes pariter ſpectare potuit. Dato belli ſigno quindecim millia equitum, qui ad pugnã prouocarent, facto globo in Chriſtianos impetum fecere. Non detrectauere Chriſtiani certamen. Itum eſt ferocibus in pugnam animis. Superior acies noſtra Turcas in fugam vertit, quam plurimis primo impetu proſtratis. Perculit ea res magno metu Amurathem, fugiſſetque protinus prodito exercitu niſi Satrapæ eius ignauiam increpaſſent. Perſtitit ergo vel inuitus, vſiſque fortiſſimis arma ſumere præliũ inſtaurauit. Pugnatum eſt pluribus horis nunc Chriſtianis nunc Turcis propinquiore victoria ſe præbente. Cadebant plures tamen ex Turcis. Poſtremo cum nouus in horas hoſtis incederet, & ſauciorum loca integri occuparent, non tam virtute quam numero ſuperati Hungari referre pedem cœperunt.

Tum Ladiſlaus cum globo ſuorum, vt hoſtes ex acie victores diuerteret, in tumulum quem teneri ab Amurathe diximus circumiectoſque vndique currus impetum fecit. Ibi noua pugna commiſſa, nouus iam metus iniectus hoſti, trepidatũ totis caſtris, nec iam conſiſtendi animus aderat. Quod ſi Huniadi par animus aggredi fuiſſet, haud dubiũ quin ea die & Amurathi vitam, & poſteris eius imperium Græciæ abſtuliſſet. Verum ipſe, vt primum cedere Chriſtiana ſigna conſpexit cum decem millibus ex acie ſe ſubtraxit. Ladiſlaus ſuæ ſorti dimiſſus, dum fortiter circa hoſtiũ munimenta pugnat equo deiectus obtruncatus eſt. Poloni ad vnum cæſi omnes, necati epiſcopi & proceres Hungariæ, qui aderant. Iulianus Cardinalis dum fugit amiſſo prælio, cum iam hoſtes euaſiſſet Hungarorum perfidiam euadere nõ potuit. Potum equo dantem latrunculi quidam nouere, & arbitrati pecuniam apud eum eſſe deiectum equo necauerunt. Hic exitus viri fuit magni certè & admirabilis. Cardinali Venetiarum eius culpa cladis imputata eſt, qui neque fretum vti par fuerat cuſtodiuit, neque hoſtes tranſuectos Chriſtianis ducibus nunciauit. De numero cæſorum minimè conſtat. Illud exploratum eſt longè plures ex Turcarum acie cecidiſſe, cæterum pro numero copiarum longè maius damnum Chriſtianis illatum. hactenus ille.

Huniades ſe pugna ſubtrahit.

Iuliani Cardinalis mors.

nus Cardinalis ſancti Angeli ſcientia & fama probitatis perclarus, fuiſſet deſtinatus legatus ab Eugenio in bello gerendo contra Turcos inito bello, in quo dux erat fidelium chriſtianiſſimus rex Pannoniæ Ladiſlaus, victoriã primo habuit interfectis triginta millibus Turcorum. Profligatis Turcis & rege eorum fugiẽte, rex victor iam audacior factus, voluit proſequi victoriam, profectus ad perſequendum fugientes, ſtrenuiſſimo capitaneo Ioãne Vayuoda diſſuadente & cõtradicente propter periculũ, quod intelligebat eis euenire. Vnde nec eum ſequi voluit, ne cũ illis periret. At ille cõfidẽs in ſuis, procedens contra Turcos, qui ſe ſimul collegerãt, & bello impetens, ſuperatus eſt & occiſus cum ſuis, ac etiam legatus dominus Iulianus fugiens, occiſus creditur. Nunquam tamen corpus eius, nec regius potuit reperiri. Non ſolum aũt legatus dominus Iulianus præfatus fuerat miſſus legatus, cum Rege Pãnoniæ cõtra Turcos, ſed etiã Eugenius miſerat dñm Franciſcum cardinalem, & vicecancellarium legatum cum claſſe, vt per mare bellaret contra Turcos, alij prædicti bello terreſtri. Illis autem ſic proſtratis bello terreſtri, nil iuuare valuit expeditio naualis. Dicitur quoque, quòd in ea pugna Græci dederunt adiutoria occultè ipſis Turcis. Iudicia Dei abyſſus multa, etſi nobis occulta, hoc Dei iudiciũ fuit, iuſtiſſimũ tamẽ, etſi cauſam ignorem.

Pugna ad Varnã inter Amurathẽ Turcorũ tyrannũ & Chriſtianos geſta. de qua Pius 2.l.2. Cẽ.c.5. & Naucl. gen. 49. copioſè agũt.

Franciſci Sfortiæ res in Longobardia geſtæ. Blon. lib. 1. dec. 4.

§ XIIII.

DVM hæc in Hetruria geruntur, Franciſcus Sfortia in Longobardia ſecunda

A. C. 1441.

fortuna vſus, plura caſtra ditionis Veronenſium cepit. Nam tribus Mantuani arcibus, iuxta Ollium fluuium ſummis viribus expugnatis, inde Piſcenam oppidum nobile, ſituque amœnum in principio Mincij ſitum, atque arcibus munitiſſimum tormentorum vi diutius quaſſatum, in ditionem redegit, pluribus deinde tráſito Mincio caſtellis potitus eſt. Reuerſus Mediolanum Nicolaus, reparandis equitibus intentus promiſſa à Philippo poteſtate pecuniarum magnam vim quacunque ratione auferendo, cogendo, hortando, nullo rerum aut hominum diſcrimine contraxit in breui ad inſtaurandum equitatum. Et quia iã hyems aderat in hyberna dimiſit copias. Itidem Franciſcus omnibus per ea loca, quæ de hoſtibus ceperat, hyemandi cauſa diſtributis, & commoditati commeatus prouidit, & locorum ſecuritati. Excitatis ad bellum vtrinque animis Ferrarięſis Nicolaus (qui neutri fauerat parti): miſſis ad Philippum & fœderatos oratoribus intulit pacis mentionem, quam cum neutri aſpernari ſe reſpõdiſſent, variis hincinde poſtulatis, nulla certa ſentẽtia res protracta eſt. Philippus filiam iã antea Franciſco deſponſatam Marchioni Ferrariã honorificè miſerat, vt eã tanquam pacis ſequeſter foret, apud ſe retineret. Franciſcus verò cum audiſſet in agro Placentino Cremonenſique, ſumma copias cura parari à Piccinino, alieni conſilij ignarus ne quid incommodi pateretur ab hoſte, Ioannem fratrem cum quatuor millibus equitum Sancinum ire iuſſit, vt paratus ad ſubitos eſſet motus, & ne quid in ea ora noui tumultus excitaretur.

Nicolai Piccinini res geſtæ.

Nicolaus verò Piccininus Idib. Februariis cum equites pediteſque ad decem millia quæ ſiſſet, tranſmiſſo Pado ad reliquas copias, quæ in agro Cremonenſi erant, pergit. Simulans autem ſe Vrceos oppidum petiturum, flexit ad ſiniſtram, ac poſtmodum noctu longo itinere confecto, eodem rediens flumen adtudianam omni nudatum cuſtodia traiecit. At Venetorum copiæ cum ſe impares cernerent Nicolao, ad oppidorum cuſtodiam intentę, quadrifariam diuiſæ in quatuor oppidis conſedere, Vrceis, Socino, Clario, Palatiolo, vt tuta ab hoſte redderentur. Nicolaus exercitum ad oppugnandum Clarium duxit. Oppidani, nequaquam obſidionem ferentes, prĕſidio prodito oppidũ dedidere. Quod maximum incommodorum fuit, quęFranciſco vnquã contigiſſent. Poſtridiè idem fecere Palatioli oppidani. Præſidium in arcem confugit, cuius expugnatione ceteris relicta, ipſe ad alia oppida recipienda pergit. Plurima eius regionis caſtella non expectato Nicolai aduentu ſeſe illi dedidere. Septimo obſidionis die arx Palatioli recepta eſt præſidium incolume cum impedimentis abire permiſſum.

Quæ omnia citius geſta ſunt quam certo nuncio ad Franciſcũ deferrentur. Is nãque pacis ſpe futura, quæ dicebatur, Piſcariæ reſidebat, qui equites pediteſque omnes diuerſis in locis hybernandi gratia ſparſos cõfeſtim conuenire iuſſit. Diſſeminauerant enim hoſtes ad debilitandos mutandoſque populorum animos, Franciſcum à Venetis interfectum, ideoque omnis illius oræ tranſitionem ad Philippum eſſe factam. Ea fama populum Brixianũ paulũlum dubitare fecit. Non enim credebat fieri poſſe, vt viuo Franciſco tanta calamitas apud Clarium, aut accepta, aut inulta fuiſſet, nec paſſurũ Florentiſſimũ ac ſolertiſſimum ducẽ fuiſſe, vt tam liberè, tã licenter, tã impune hoſtis, qua velit, nullo obſtante vagaretur. Si quæ verò afferebantur literæ incolumitatem narrantes, pro confictis habebantur. Hac fama motus Franciſcus, cum nondum copiæ conueniſſent, falſo rumori occurrendum ratus, cum trecentis tantum equitibus Brixiam adiit. Eius acceſſu cum alacritatem ciuibus inieciſſet, plura in ipſum dona contulerunt tanquam ſuæ ſalutis authorem. Confirmatis ciuium animis, paucos poſt dies Veronam ad ſollicitandum militem rediit. Nicolaus pluribus oppidis receptis in variis regionibus, quæ tum ad eum defecerant, tum expugnata ſe permiſerant hoſti, equos hyemis aſperitate pabulique inopia confectos per oppida diſtribuit, ipſe Mediolanum ad augendum exercitum qui par eſſet Venetorum copiis, profectus eſt.

A.C. 1441.

Frãciſcus Sfortia aduerſus Nicolaum inſurgit.

Circa id tempus [a] Leonardus de Aretio oriundus, ſed ciuis factus Florentinus, & cancellarius Florentinorum, qui & ſecretarius fuerat, plurium ſummorum pontificum, Florentiæ diem clauſit extremum annum ætatis ſuæ agens ſeptuageſimum quartum & cum magna funebri pompa ſepultus. Hic eloquentiſſimus in dictando fuit, vtriuſque linguæ Latinæ & Græcæ peritiſſimus. Hic hiſtoriam Florentinam deſcripſit, & ethica Ariſtotelis cum polliciris de græco in latinum luculento ſtylo tranſtulit. Pecunias multas reliquit, laurea coronatus eſt in pheretro, vt poëta.

a *Pius 2. in 2. ſuæ Coſmog. hæc quæ ad laudem Leonardi Aretini plurimum ſpectant, habet. Commendanda eſt multis in rebus Florentinorum prudentia tum maximè quod in legendis Cancellariis non iuris ſcientiam, vt pleræque ciuitates, ſed oratoriam ſpectant, & humanitatis ſtudia, Norunt enim rectè ſcribendi dicendique artem, nõ Bartholum, aut Innocentium, ſed Tullium, Quintilianumque tradere. Nos tres in ea vrbe cognouimus Græcis & latinis & conditorum operum fama illuſtres. qui cancellarium alius poſt alium tenuere, Leonardum & Carolum Aretinos, & Pogium eiuſdem reip. ciuem qui Secretarius Apoſtolicus tribus quondam Romanis Pontificus dictarat epiſtolas. Hoc item tempore Blondi Forolinienſis hiſtoria, quam ab inclinatione Romani imperij compoſuit, deſinit. Cuius auctoritate cum magna ex parte ea quæ refert D. Anton. comprobauerimus, opportunum maximè viſum eſt illius elogium à Pio 2. editum lib. 2. ſuæ Coſmogr. cap. 58. hic inſerere. Blondus Flauius Forolinienſis, res à declinatione Romani imperij vſque ad ætatem noſtram toto orbe patratas mirabili digeſſit ordine in tres decadas. Romam deſcribendo inſtaurauit, Italiam illuſtrauit, deinde triumphantem vrbẽ ſcribere adorſus omnem nobis vetuſtatem aperuit.*

Alphonſus

A.C. 1442.

Alphonſus Franciſci oppida occupat. Pet. Mar. hæc habet ex parte.

§. XV.

EXCOGITATA præterea alia ratio eſt, qua Franciſci copię diſtraherentur. Cum Alphonſo rege Aragonum egit Philippus, vt bellum inferret & iis vrbibus regionibuſque, quę in regno Neapolitano ſuberant Franciſci ditioni. Quã occaſionem rex libenter arripuit B ſperans ſe paruo labore ciuitates & oppida de fenſoribus nudata recepturum. Itaque armis motis, omnia à Franciſco in regno poſſeſſa in breui in poteſtatem recepit hanc tantam patrimonij iacturam, vt fidem ſeruaret, æquo animo tulit Franciſcus. Nullo enim damno motus eſt ad præſtandum ſuis auxiliũ, nc bellum cuius dux erat, ſuoque auſpicio gerebatur, deſereret commodi ſui cauſa. Ampliandis copiis Franciſcus & Nicolaus intenti, hic Franciſcus C ad quindecim millia equitum ſex peditum millia: Nicolaus decem millia equitum, peditum tria millia exercitus parauere. Additus erat Venetorum copiis Michellettus, patruus Franciſci, vir ſenex maturique conſilij, quem Veneti ſuarum copiarum ducem Calen. Iuniis deſignarát. Luſtrato exercitu Franciſcus iter verſus Brixiam ingreſſus, ad fluuium quem dicunt Mellam cum veniſſet, tranſmiſſo fluuio Cignanum petiit, quo in vico conſediſſe nouerat Nicolaum, vt pugnandi copiam faceret hoſti. At ille detrectans pugnam, locum munierat foſſis, quas aqua decurrente repleuerat, elicta via, quæ ad virum ferebat in qua D currus, & craſſiora ligna, quæ viam impedirent, diſpoſuerat. Huius munitionis ignarus Franciſcus eo cum omni exercitu progreſſus cum hoſte præcluſa facultate pugnandi acerrimo tamen commiſſo cum parte copiarum certamine, multiſque ex ſuis, vt qui in locum iniquum ſubiiſſet, amiſſis receptui ſignum dedit. Satis ſibi ad famam & belli opinionem Franciſcus videbatur oſtendiſſe, palam, vltro ſe inuaſiſſe hoſtem, illumque non armis, ſed fiducia loci fretus certamẽ effugiſſe. Quare plurimorum populorum animi excitati ſunt, vt E ad Venetos deficerent. Nam è veſtigio Minuſium, plurimaque caſtella vltro ſeſe dedentia recepta ſunt. Pons quoque Ollij in deditionem venit. Horum exemplum plura alia loca imitata, poſtea vltro ſe dedidere.

Franciſc' aduerſus Nicolaũ proficiſcitur.

Frãciſcus cũ inagrũ Bergomẽſem ſe recepiſſet expectans, quo emergerent Nicolai conſilia, Iacobum quemdam eius præfectum intellexit cum equitibus mille & pedibus ſexcentis Martinẽgum ampliſſimum oppidum miſſum. Hos vt vna cum oppido caperet, ſimulans alio ſe iturum, flexit iter, quo intenderat: oppidumq́; corona cinxit, foſſam inſuper duxit in F planiciem, quo tutior hoſtili incurſu redderetur, omniſque generis machinas & bombardas comportari iuſſit, quibus mœnia ſolo tenus deiicerentur. Nicolaus, vt obſeſſis operam ferret, vndecunque militibus [conquiſitis] mille paſſuum, prope Franciſcum caſtra poſita, A foſſa & aquis communiuit, ſæpiuſque prope caſtra hoſtium obiquitans inſtructa acie, pugnandi voluntatem præ ſe ferebat. At Franciſcus priori decertandi dimiſſo ardore, vacabat oppidi expugnationi. Norat enim hoſtem non voluntate dimicandi, ſed ſoluendæ obſidionis conſilio oſtentare pugnandi facultatem. Erat ſingulorum opinio, in eius ſolius oppidi aut expugnatione aut defenſione conſiſtere totius belli fortunam. Ideoque & vtraque caſtra nouis quotidie præſidiis augebatur, & non vnius oppidi, ſed vniuerſi belli periculum verti videbatur.

A.C. 1442.

Martinengum oppidum Philippus obſidet.

In vigeſimum autem diem iam obſidio pertracta erat: cum ſubito inſperata pax ſecuta eſſet. Erat ea antea occultè agitata, ſed Philippi animus in varia tractus conſilia, cernens abſque vlla vincendi ſpe inſtans diſcrimen, in pacem inclinauit. Ex inſperato enim Franciſcus cum maxime ferueret oppugnatio, ſoluta obſidione milites ab omni iniuria detraxit, eis qui in oppido erant libera, quo vellent, abeundi facultate conceſſa. Poſt diem deinde tertium decem diebus induciis datis, duces inermes cum inermi comitatu in pratis amice collocuti, humaniterque inuicem data ac reddita ſalute, mutuo amplexu & obortis lachrymis multæ beneuolentiæ ſigna, nutu, verbis, geſtuque oſtendentes, adſtantes omnes in admirationem traxere. Mirum erat cernere eos, quos inter multa inuidiæ æmulationis, odijque veſtigia expreſſa longo tempore perſpexerant, adeo concordi ad pacem animo, & ad nutuum amorem promptos vna mente videri.

Admirabilis hoſtium conciliatio

Humaniter locuti ſunt ambo. Prior Nicolaus non odio parentum, inquit, neque vindictæ aut vlciſcendæ iniuriæ cauſa, ſed laudis & gloriæ inter eos fuiſſe certamen. Vtrumque boni ducis officio functum, quod pro ſuorum ſalute bellum ex fide adminiſtrauerint, ex ſumma contentione ſummam conſecutam pacem quam optabat vterque, commodo & ſaluti fore. Eadem ferme Franciſcus retulit honoris & famæ quærendæ gratia arma ſe contra Philippum ſumpſiſſe, ſeque ea fide ſatisfeciſſe Venetis & Florentinis, quæ in optimo duce requiratur, pacem eſſe ſalutarem, quę omnium mentes ad concordiam traduxiſſet. Vtrinque præteritas iniurias obliuione perpetua ſepeliendas eſſe. Se quidem quoad honor & fides pateretur, ſemper in poteſtate Philippi ſuaque fore. Ab hoc digreſſi ſermone, quiſque in ſua rediit caſtra. Multa deinceps per Nicolaum oppida caſtraque Venetis ſunt reſtituta.

Colloquiũ duorum aduerſariorũ amoris mutui plenum.

Scripſit è veſtigio Venetis ac Florentinis Franciſcus, quę cauſa illum primò ad inducias inde ad certam ſpem pacis (ad quam, eos pro communi bono, quo ad poſſet hortatetur) impuliſſet. Suſcipi enim bella, vt pacem pariant, quæ offeratur honeſta, minime videri repudiandam. Multa bello pericula imminere, vincere homines & vinci pro fortunæ arbitrio ſolitos. Plura inſperata diſcrimina in acie verſari, in pace omnia tuta eſſe, ſe à Philippo conſtituendæ pacis arbitrum, quibus velit conditionibus, factũ, atque ad illud ſe inſtrumẽtis, illũ iureiurãdo aſſẽtiſſe, ita vt nulla fraus ſubeſſe queat: ſibique perſuaſiſſe ab his, quę decreuerit Philippum

Pax cũ bello præferẽda.

Bella vt pacem pariãt ſuſcipiũtur.

A.C. 1441.

Philippum minimè receſſurum. Dicerent ipſi A quæ viderentur iure poſtulanda, queve non re uci honeſte poſſent, omnia redditurum Philippum, quæ de Brixianis & Bergomenſibus poſt priorem pacem cepiſſet. Filiam quoque Blancham, prout ſibi prius deſponſauerat, vxorem daturum, Cremonam inſuper cum omni eius territorio atque Pontremoli oppidum dotis nomine ei traditurum.

Cùm multa in vtraque repub. variè diſſere rétur, viſum eſt tandem pacẽ, vt rem tutorem eſſe acceptandam. Pacis conditiones fuere, vt B vtrinque poſt priorem pacem capta reſtituerentur, Genuenſes certo fœdere in pace interuenirent. Cautumque eſt Mantuano, cui quædã de ſuo territorio amiſſa, ſunt reddita. Quæ verò ditionis Venetorum erant; ipſis ceſſere. Multa præterea adiecta ſunt, quæ ad ſocios fœderatóſque pertinerent, vxor Franciſco, & quæ pro dote promiſſa erant tradita ſunt.

Eugenius patem ini quas ſibi factã cõditionibus queritur. Naue. ge. 49.

Ægrè admodum tulit Eugenius papa, Bononiam omniáque Flaminiæ loca, cum ex fœdere belli ſocius fuiſſet nõ fuiſſe ſibi reſtituta. C Idque Franciſci culpa factum cauſabatur, qui cæteris omnibus ſe poſtergato de reſtituendis amiſſis cauiſſet, inque eo ſuam auctoritatẽ nimium neglectam quærebatur, cuius rei culpã in Franciſcum reiiciebat magna aduerſus eum indignatione incitatus. His conditionibus cõfecta pax ſummum gaudium vniuerſæ Italiæ tribuit, niſi eccleſiæ, non quòd non gratularetur de pace & concordia principum & communitatum, & remotione bellorum: ſed quia erga eam nec æquitas, nec pietas ſeruata eſt.

Cur hæc pax Max. Põt. grata nõ fuerit.

Cùm enim non ſolum in iſta compoſitione ecD cleſia (ſeu Pontifex eius,) eſſet cum Venetis colligata & Florentinis, ſed (quod maius eſt) mater pia, & pater partium ac arbiter arbitratoriorum inter eos, ſicut & vniuerſorum fideliũ non æqua lance arbitrium ſeu ſententia librata eſt, vt partibus fieret reſtitutio amiſſorum, eccleſiæ autem nec Bononia, nec alia vſurpata contra ius fáſque redderentur, ſed vt ab omnibus derelicta permaneret. Iuſtus tamen Deus qui & iuſtitias dilexit, ſuppleuit ipſe, quod non iuſtè omiſſum eſt. Nam in breui Bononia ad eccleſiæ obedientiam reuerſa eſt, & poſtea aliæ plures ciuitates Eccleſiæ. Franciſcus autem in vrbe Cremona celebratis nuptiis cum Blancha filia ducis in Picenum poſtea rediit.

Pſal. 10. Deus quæ per pacem hanc reſtituta non erãt Eccleſiæ curauit reſtitui.

Bononiam Annibal Bentiuoglius Piccinino aufert. Pius 2. li. 2. Coſmograph. ex parte hæc refert.

§. XVI.

CVM ciuitatem Bononiæ Nicolaus Piccininus abſtuliſſet eccleſię anno Domini 1438. eamque teneret filius eius Franciſcus Piccininus Baptiſtã de Canetulo, caput & principalis familiæ de Canetulo, retinebatur Mediolani, & Annibal caput alterius factionis de Bentiuoglis captus cuſtodiebatur in quadam arce Longobardiæ: ne quis eorum molíretur aliquid contra regimen vel potius tyrannidem Piccinini. Quidam autem amicus Annibalis, & eiuſdem factionis, ſumens multam familiaritatem cum cuſtode illius arcis, inuenit cum quibuſdam aliis modum educendi illum Annibalem de arce illa. Qui occultè veniens Bononiã, congregatis ſuis, & etiã cũ quibuſdam aliis de Canetulo, & aliis familiis ſeditionem excitantes in populo, ſe erexerunt popul ariter in libertatem anno Domini 1442. capto Franciſco Piccinino ibi dominium exercente.

Bononia in libertatem ſe erigit.

Cum autem copiæ Mediolanenſis quarum ductor erat Aloyſius procederent in prælium contra Bononienſem illi cum ipſis congreſſi caſtra verterunt eorũ profligãtes eos, nec multo poſt Baptiſta dimiſſus reuerſus eſt Bononiam.

Vtraque autem factio habebat ſuos ſectatores. In conuentione erant, & pace cum Venetis & Florentinis. Quinetiam Baptiſta & Annibal affinitate cõiuncti ſunt. Sed vt Roma duos reges habere nõ potuit, vt parricidio dedicata eſt, ita iſti nõ diu ſimul regnare quiuerũt. Vnde cum Baptiſta cum ſuis cerneret in maiori veneratione, & poteſtate eſſe apud populum, & amiciori affectu cum Florentinis & Venetis Annibalem, zelo ſtimulatus inuidiæ, tractauit proditoriè [a] mortem ipſius Annibalis, vt maior inueniretur, Sed in laqueum, quem parauit ipſe incidit. Nam & ſi mors violenta ſecuta eſt Annibalis, ipſe tamen non euaſit, multo turpius & crudelius occiſus, & expulſa factione ſua pars Annibalis potior & honorabilior permanſit.

Anno enim domini. 1445. inuitatus Annibal in die natiuitatis Baptiſtæ, ad feſtum eccleſiæ ſancti præfati, poſtquam rogatus quemdã paruulum de ſacro fonte leuauit, egreſſus eccleſiam, nihil tale ſuſpicatus, iuxta domos illorum de Canetulo cum paucis comitatus, interfectus eſt. Cum iſtud notum factum fuiſſet per ciuitatem, populus corripiẽs arma cum familiis Bentiuoglis plateam cepit, & venientes alterius factionis viros armatos profligauit, omnibus hincinde diſperſis. Baptiſta autem in quadam domo ſe occultauit in cellario, loco multũ ſecreto, Sed à multis per omnia latibula quæſitus, & demum inuentus, non ſolum occiſus fuit: ſed vulneribus confoſſus totum cadauer eius ductum in plateam in fruſta conciſum eſt, & igni conbuſtum.

Italianus autem cum copiis ſuis eum ex Lõgobardia veniret Bononiam ad iuuandũ partem Baptiſtæ (præuenta enim fuerat dies, qua

a *Hanc proditionem, cædemque teterrimam ſic Pius 2. lib. 2. Coſmo. refert paulo aliter. Baptiſta Cõnetulus inquiens & Annibal Bentiuoglius fuere ambo ſanguinarij, ambo patratis cædibus, inſignes; qui licet ſimul compatratus ſacramento iũcti eſſent nihil tamen inter ſe meliores fuere. Nam Annibal leuato de ſacro fonte Baptiſtæ filio, dũ viſurus puerperam compatrem loquitur, ſeque manu prehenſa de nouo nato cõgratulatur, ab irruentibus ex improuiſo Baptiſtæ ſatellitibus obtruncatur.*

ſeditio

A.C. 1444. ſeditio fieri debebat ab eo)cum eſſet in medio itineris,auditis, qui acciderant, ad propria reuerſus eſt. Multi autem in die illa feſtiuiſſima occiſi ſunt in ſeditione illa,quadraginta ſcilicet & vltra. Remanſit tamen familia de Benriuoglis,vt principalis in ciuitate cũ Nicolao papa,& poſtea cum Calixto ſub obedientia eorum,certis pactis &conuentionibus habitis,& legatus ibi deſtinatus à papa manet & cũ Venetis duce,& Florentinis, in pace bona ſunt.

Cum exiſtimarent omnes Italiæ prouincias ab armis eſſe quieturas,inter tales duces populoſque firmata concordia, nullaque res videretur fore qua iam ſolenni fœdere pax facta violari poſſet, Philippus pacem odiens, ſemper nouis rebus incumbens,viam excogitauit noui belli ex integro excitandi. Nam poſtquam Franciſcus in Picenum,id eſt Marchiam venerat,Eugenio perſuaſit Philippus, vir impatiens otij,vt Franciſcum, pelleret Piceni poſſeſſione.Ad id tum copias ſuas, tum pecuniam pollicitus pontificis animum & ad bella inclinauit,& Franciſco ob non reſtitutã Bononiam infenſum,promptumque ad iniurias vlciſcendas non tam ſuas, quàm eccleſiæ, perpulit,vt illi bellum moueret. Iam autem per ſolennem proceſſum, ſententiam excommunicationis fulminauerat contra eum,vt inimicum eccleſiæ inuadentem,& hoſtiliter diſcurrentem contra terras eccleſiæ:Quod vt facilius ex voto ſuccederet fœdere ſecum, & cũ rege Aragonum Alphonſo inito,eorum præſidiis,regis præſertim,qui in Picenum venit, vſus eam prouinciam recuperauit.Ibi rex moram breuem cum traheret:tractatus factus cõtra eum ad capiendum detectus fuit, & conſpiratores capti,& puniti ſunt.Contra Florentinos quoque,quia auxilia ſubminiſtraſſe audierat,maiora verſans animo,cum eiſdem occultè conſpirauit. Ob eamque cauſam Alphonſum ipſum à regno aduerſus Florentinos accii uit: exiſtimans ſi ab vna parte rex ab altera Philippus, à tertia ſuæ copiæ Florentinos adorirentur,facile eam vrbem vinci poſſe. Vnde & rex Tybur propinquam Romæ ciuitatem accedens, tempus gerendi belli obſeruabat. Demum Eugenius Marchiæ terras,quas abſtulerat Franciſcus eccleſiæ, recuperauit anno Domini.1445.

Pontifex Picenum recuperat

Eugenius Romam reuertitur. Pius 2.lib.2.cap.58.Nauc.gen.49.

§. XVII.

EVGENIVS enim tunc Romæ cum curia reſidebat. Nã poſt pacem prędictam factam, arbitrio Franciſci, ipſe Eugenius, qui tunc erat Florentiæ ex ea receſſit, non ſolum,quia iam Romani ciues venia petita de geſtis contra eum,pluries perorando ſupplicauerant pro reditu ſuo ad vrbem cum illa ſit propria ſedes Petri, ſed ęgrè valde ferens, quod in confectione pacis nulla fuerit de eo facta æſtimatio.E Florentia autem procedens menſe Martij primo applicuit Senas,vbi moratus eſt eum curia vſque ad Septembrem: & ibi cardinalis Carthuſienſis ordinis, epiſcopꝰ Bononienſis Dominus Nicolaus migrauit ad Dominum,vt dictum eſt ſupra.Demum ad vrbem Romanam perueniens, cum honore & gaudio receptus eſt.Ibi autem exiſtens beatũ virum Nicolaum de Tolentino ordinis eremitarum,qui per plurimos annos ante obierat, cum claruiſſet,multis miraculis,quæ ſunt recitata in publico conſiſtorio, Eugenius ſanctorum catalogo,de communi conſilio & aſſenſu cardinalium,& prælatorum adſcripſit, & celebrandum eius feſtum,ac colendum vniuerſis fidelibus tradidit. A.C. 1445. ſup.c.9.§.2.

Accidit circa id tempus caſus Romæ lugubris, & miſerabilis. Nam cardinalis ſancti Marci Dominus Angelottus dum quieſceret infra diem,in lecto,quidam iuuenis de familia ſua quem ab adoleſcentia ſua,vt filium nutrierat, percuſſit eum dormientem, ita quod paulo poſt migraret.Et egreſſus cameram ille idem cœpit clamare,& plorare,& alios de domo vocare.Et cum neſciretur, quis hoc feciſſet,ortæ ſunt variæ ſuſpiciones de familia etiam contra innocentes:minus autem ex illo: qui fecerat.Demum & ille captus, & tortus nil confeſſus eſt:ſed poſtea verbis blandis & aſturis,quaſi feciſſet bene confeſſus eſt:vnde & degradatus,ſuſpenſus & dequartatus.

Cardinalis S.Marci miſerabiliter occiditur.

Et inde Dominum Thomam epiſcopum tunc Bononienſem:qui ſucceſſit ei in papatu & Dominum Ioannem Hiſpanum: peritiſſimos viros: & in agibilibus expertiſſimos: in oratores ad partes Alemanniæ deſtinauit: & inducerent prælatos epiſcopos & archiepiſcopos & principes & barones:nec non imperatorem ipſum Fridericum iam electum,ad exhibendum ipſi Eugenio plenam obedientiam & recognoſcendum eum verum paſtorem & vicarium Ieſu Chriſti.Propter cõcilium enim Baſileę poſtfactũ,diſſolutionẽ eiꝰ ab Eugenio, ſynagogam ſathanæ(in qua Baſilea peperit baſiliſcum,Fælicem antipapam)Teutonici ſequeſtrantes ſe ab vtroque & Eugenio & Fœlice, conſtituerunt ſe neutrales:cum tam male poſſit hoc fieri:cum corpus eccleſiæ ſine capite eſſe non poſſit.Hi ergo efficaces in opere & ſermone,id perfecerunt,ad quod legati fuerant. Vnde reuerſi ſunt ad curiam,& oratores cum eis,vel poſt eos diuerſorum prælatorum, ac principum,& baronum,qui in publico conſiſtorio(in quo præſens fui) in perſona dominorum ſuorum exhibuerunt Papæ Eugenio debitã reuerentiam,& obedientiam profitentes ipſum verum vnicum, & indubitatum paſtorem Romanæ eccleſiæ ſucceſſorem Petri: & vicarium Ieſu Chriſti propter quod ſolennis miſſa celebrata eſt in eccleſia Lateranenſi aſſiſtentibus omnibus cardinalibus,& prælatis,qui in curia erant: vno ex cardinalibus miſſam decantante. Aberat autem Eugenius quia iam infirmatus erat:& grauiter.Ipſi autẽ duo qui fuerãt miſſi Dominus Thomas & dominus Ioannes creati ſunt ab Eugenio cardinales.Demum ex ea infirmitate febrili poſt. xvj.ſui pontificatus annum,ætatis ſuæ:vt ferebatur.lxvj.menſe Februarij ſumptis deuote eccleſiaſticis ſacramentis,integro ſenſu, atque

Dequartatus.i.in quatuor partes diſcerptus.

Eccleſia ſine capite eſſe non poteſt.

Germani agnoſcunt Pont. Max. Eugenium.

aſpectu

A.C. 1449.

pacis,& amotione ſchiſmatis Baſilienſis:quod ceſſauit in totum.Hoc autem factum eſt anno Domini.1447.

Fuit autem Nicolaus ipſe amator quietis, & pacis eccleſiæ, cum omnibus principibus & communitatibus pacem quærens,& propter hoc votis eorum facile annuens. Sed & Franciſcus Sfortia dimiſſo Piceno ſeu Marchia per germanum ſuum, dominum Alexandrum viſitauit pontificem,& veniam petitam obtinuit de iniuriis eccleſiæ illatis,& reconciliatus eccleſiæ,qui excommunicatus fuerat ab Eugenio nominatim cum fautoribus ſuis.

Nicolaus pacis amator.

Alphonſi Aragonum regis bellum in Florentinos. Pius 2. lib. 2. Coſmo.c.54. videtur autem eſſe auctor. Pog.Flor.

§. I.

SED cum vnum væ abiiſſet diuinæ infeſtationis bellorum ducis Mediolanenſis cõtra Florentinos, ecce aliud væ afflictionis & anguſtiæ ſuperuenit.Nam Alphonſus rex Aragonum, regnum etiam Apuliæ tenens, nulla prius laceſſitus iniuria,ſub prætenſa iuſtitiæ cauſa,ſed non vera(niſi ea qua lupus conqueſtus eſt agnum turbaſſe ſibi potum) bellum mouet Florentinis.Sed non deſeruit eos Dominus iuſte vim vi repellentes anno Domini 1447. Ad hoc autem operati ſunt,& hortati eũ duo ciues Senenſes eum adeuntes, qui inde per ciuiles diſcordias eiecti erant. Ij nouas res appetentes,ſuadent regi maiora ſemper ambienti,vt mentem adiiciat ad imperium Tuſciæ.Quod aſſerebant futurum,ſi Senas profectus,ea vrbe(& id facile pollicebãtur) potitus eſſet. Aucta quoque ſpes oblata eſt, Simonetti à Florentinis defectione,in quo defenſio eorum conſiſtere videbatur.Erat enim tunc vnicus quingentorum equitum,quibus Florentini ſtipendia darent, præfectus. Ideo quę cum is ad regem tranſiſſet,ſimile veri erat externo milite deſtitutos,cum neque præſens aliquod auxilium eſſet,nec aliunde cito accerſiri facultas daretur aliqua inſigni calamitate eos affici poſſe.

Verum vtraque opinio euaſit irrita. Nam cum tranſacta ferme æſtate cum duodecim millibus hominum,magno belli apparatu in agrum Senenſem perueniſſet per oratores poſtulauit à ciuibus:vt ſibi tanquam amico ciuitatẽ ingredi liceret. At illi, ne quod multi ſuſpicabantur,accideret,veriti:contra ſpem datã ingreſſu prohibuere. Neque enim dubium erat,quod ſi ciuitatem intraſſet, multorum animi plebis,præſertim, tum promiſſis, tum pretio corruptis,in regis voluntatem inclinarentur. Commeatum tamen exercitui dare polliciti ſunt,ſuiſque militibus,ſi cui quid vſui eſſet,vrbes & oppida eorum ingrediendi facultas conceſſa.

Senenſes ingreſſum vrbis ſuæ prohibẽt.

Florentini autem cum nihil à rege ſuſpicarentur mali(neque enim vlla res interceſſerat, quæ regis animum ad bellum merito prouocare debuiſſet,neque vllum more gentium in dictum bellum,eſſet)poſtquam illum agro Senenſi propinquum audiere.patefacta quoque præfecti defectione rebus ſuis timentes decẽ viros creauerunt,qui prouiderent,ne quid detrimenti à rege accipi poſſet. Ij tumultuario milite,quem paucis diebus ſummo ſtudio cõparauerant,loca Senenſibus finitima pro temporis anguſtia munierunt.In equitum verò apparatu Fridericus Vbaldinus Vrbini comes ſocius,atque amicus in primis ſubſidio Florentinis venit,cum equitibus mille, peditibus trecentis quod magno adiumento fuit ad prohibendas hoſtium incurſiones.

Florentini aduerſus Aragonũ exercitũ ſcribut.

A.C. 1447.

Apparatꝰ i.collectio militum.

Alphonſus interea Senenſium reſponſo cõturbatus magna deiectus ſpe agros Florentinorum Senenſibus propinquos late,haud aduerſantibus Senenſibus populatus, Volaterras verſus caſtra mouit. Sequebantur eum ex propinquo Florentinorum equites diſperſi per oppida quo ab hoſtili impetu tutiores eſſent.Miſſus quoque eſt commiſſarius (vt appellant)qui ſecuritati earum regionum prouideret,Donatus Coccus Nicolai filius,iuriſconſultus,ac alij quorum opera ac diligentia plurimum opitulata eſt.Cepit tamen,cum ad improuiſos accederet rex,ac diripuit caſtella quę dã paruula,parumque munita,eaque hoſtium expoſita oppugnationi, paucisque in itinere captis caſtellis,vrgente hyeme per agrum Senenſem loca maritima petiit,atque arcem quã Caſtillionem Piſcariæ vocant, mari ac ſtagno propinquam cum obſediſſet,paucos poſt dies per deditionem accepit.Arcis enim cuſtos deſperato ſubſidio,metu impulſus, arcem per ignauiam tradidit:cum per plures menſes (& hiems iã aſpera erat)eam tutari potuiſſet.

Alphonſi in Hetruria res geſtæ.

Inde Alphonſus in hyberna, diſtributo per oppida Senenſium mari propinqua exercitu, conceſſit. Æſtate ſequenti ne tanto apparatu nil egiſſe videretur; oppidum Plumbini ſatis opulentum (id littori propinquum eſt maris) expugnare decreuit,magno igitur apparatu illud ad occidentem caſtris poſitis circumſedit, vtque commeatus exercitui ſuppeteret (neque enim omnia neceſſaria à Senenſibus perferri poterant) claſſem inſtruxit:ſub qua à Neapoli cõmeatus abũdans eſſe cœpit in caſtris,& bõbardæ ingentes, atque alia tormenta delata ſunt, quibus muri oppidi ſubruerentur. Rainaldus Vrſinꝰ oppido imperabat,qui regis animum antea præſentiens, frumento, militibus, armis,variis ad reſiſtendum machinis,egregiè oppidum munierat: fœdúſque inierat cum decem viris contra regios conatus.

Alphonſus rex obſidet Plũbinum. A.C.1448.

Pius 2. li. 2. Coſm. cap. 36.

Neque verò Florentini quicquam omiſerant, quod loci poſceret defenſio.Nam & commeatum inuehi procurabant, & peditibus oppidum tuebantur. Conduxerant quoque ad quatuor millia equitum, qui caſtris regijs propinqui,eas regiones ab iniuriis hoſtium & præda tuta præſtarent.Et cum in quoſdam præfectos equitum ſimultas ſuborta eſſet, & haud multos regis iniuriæ excitaſſent,data eſt ſæpius facultas nocendi caſtris, ſi communi conſenſu præfecti rem aggredi voluiſſent. Præter equites peditéſque regi oppoſitos, paratæ quoque ſunt à Florentinis triremes quinque in Piſano portu

Florentini contra Alphonſum muniunt Plumbinũ

A.C. 1447.

portu quæ oppidum mari defenſarent,& claſſi regiæ,ne commmearum afferret,impedimẽto eſſent. Hæ ad Plumbinum profectæ,cum in conſpectum hoſtium veniſſent,pugnandi copiá fecere. Aſperũ certamen & anceps pugna diutius fuit,tandem ſubminiſtrante in horam rege paruis nauigiis nouos in claſſem milites cum integri ſauciis,recentes feſſis ſuccederent Florentini ſuperati ſunt haud parua vtrinque cæde,duæ triremes captæ,cæterę in fugam verſæ Piſas redeunt. Eam cladem triremium præfecti culpa acceptam ferunt, qui maritimæ pugnæ inſcius (neque enim gladium nudum, B viderat)nec loco,nec tempore in conſpectu exercitus decertauit.

Elatus ea victoria rex cũ mare tutũ ab hoſte daretur,acrius machinis ad diruendos muros oppidi ingruebat. Verum quod die cadebat, noctu ab oppidanis reficiebatur. Aggere præterea intus firmabantur muri,quo eſſent ab ictu lapidum validiores. Cum æſtatem in ea oppugnatione totam conſumpſiſſet,feſſis omnibus militibus, multiſque incommodis, ac vulneribus affectis,neceſſitate compulſus obſidionem omiſit. Multis tamen ante conditio- C nibus Rainaldum tentauit,ſiquo pacto ad dandum oppidum allicere potuiſſet. Pollicitus eſt pro vno oppido,plura ſe,atque ampliora in regno daturum. Ille certum dominium dubiis promiſſis anteferens oblata contempſit. Rex exercitu per terram miſſo, ipſe Caſtillionem reuerſus claſſe Neapolim petiit. Mirum erat videre homines macie confectos,ſordidos, & ferme nudos,quos præmiſit iter facere.

Alphonſus Plumbini obſidionẽ dimittit.

Agi deinde per Nicolaum pontificem de pace cœptum eſt. Tentata regis voluntate, cum ad concordiam inclinaret,Florentinis perſua- D ſit,vt oratores mitterent Neapolim, qui proculdubio pacem reportarent. Miſſi ſunt Franciſcus Sachettus, & Iannoctius Pandolfinus. Hi ad pontificem profecti ſunt in principio anni 1448. In conditionibus conuentionis aliquandiu altercatum eſt, cum æquum cenſerent Florentini, arcem Caſtillionis per iniuſtum bellum ereptam reſtitui Rex autem pro ſua dignitate nequaquam eo pacto acturum ſe aſſeuerabat. Data tamen per authores & ſuaſores pacis ſpe certa regem in ea ſua ſponte reddenda liberalem futurum, decreta omnia abolita ſunt quæ vtrique belli tempore alter E in alterius damnum iniuriamve egiſſent, reſtitutæque immunitates,& exemptiones omnes negotiatoribus quibus in regis ditione Florentini ante vſi eſſent. Id preterea fœderibus adiectum,vt ſi qua in poſterum diſſenſio diſcordiave ex quauis cauſa inter regem & Florentinos oriretur, eius cognoſcendæ decidendæque ius,atque arbitrium pontificis eſſet,ad quem omnis diſcordiæ habetur prouocatio,vtque nulli liceret alterum armis laceſſere, aut appetere bello, niſi prius expectata F pontificis ſententia. Ingens quoque pecuniaria pœna iniũcta eſt fœderum violatori anno ſupra milleſimũ quadringenteſimũ quadrageſimum octauum quo anno ſol eclipſatur. 29. Auguſti hora diei. vij.

Oratores Neapolim à Florentinis de pace miſſi.

Pax inter Florẽtinos & Alphonſum regem inita.

A.C. 1448

De ſtatu Ciſalpinæ Galliæ poſt Ducis Philippi mortem. Pius 2.lib. 2.Coſm.cap.49. Aem. Pet. Mar.

§. II.

His conditionibus cum Alphonſo firmata pace,cum & otio & quieti Florentinus populus intenderet, bellum Venetorum ambitione ſimul,& Alphonſi regis ampliandi imperij cupiditate ſubito exarſit,periculoſiſſimum omnium,quę ante geſta erant, nam validæ vtrinque vires erant,& pari odio certabatur. Cuius origo,vt fiat notior pauló ab inſtituto digrediendum videtur.

Defuncto [a] Mediolani duce Philippo abſque hæredibus,cum ciues in libertatem ſe vendicaſſent, Veneti (qui poſt eius mortem ad Longobardiæ imperium [aſpirabant] Placentiam Laudemque vrbes per inteſtinas concertationes occupauere,cæteraſque vicinas vrbes facile in ſuam ditionem redegiſſent, vt potè nouam rempu. non ſatis firmam viribus ducentes,niſi Mediolanenſem Franciſcum (qui in propinquis locis erat à Philippo ante obitum accerſitus) ducem belli aduerſus Venetos delegiſſent. Is è veſtigio occurrens hoſtibus,

Philippus Maria dux Mediolanenſis moritur.

Veneti ad Galliæ Ciſalpinę imperium anhelãt. Pius 2.l.2.c 49.

[a] *Philippus Maria Dux Mediolani obiit Mediolani A. 1444. Idibus Aug. Quo mortuo Mediolani interregnum fuit ann. 2.m. 6.d. 14. Onuphr. Siquidem populus Medi. l. cognita Ducis morte in libertatem ſæpe proclamauere 12. viris electis, qui rempub. adminiſtrarent. Caſtrum portæ Iouis, inſtar excellentiſſimæ regiæ captum ac dirutum eſt, & teſtamentum Philippi dilaniatum. Ad dominium Mediolanenſe multi aſpirauere. Sed qui coloratis vterentur titulis quatuor tantum fuere. Fridericus Imperator deuolutum ad ſe principatum, Philippo ſine liberis legitimis vita ſubtracto, contendebat. Alphonſus ex teſtamento hæreditatem petebat. Carolus Dux Aurelianenſis ex ſanguine Vicecomitum natus ab inteſtato ſibi deberi ducatum aiebat. Franciſcus Sfortia Vicecomes coniugem ſuam, quæ Philippi filia notha fuerat, hæredem patris ſubſtituendam affirmabat. Audita ſunt legationes omnium in Senatu Mediolanenſi. Sed ciuitati, quæ iam libertate gauderet, & imperandi cupiditate demortui Principis militiã conduxiſſet, nulla conditio placuit, quæ iugum quouis pacto in capita ciuium videretur inferre, tulit tamen imperatori cenſum quot annis Aureum poculum ſi libera ſuis legibus dimitteretur. Dilaniabatur interea Philippi hæreditas: Veneti Placentiam, Cremam, Laudam occupauere, & multa præterea minora oppida. Dux Sabaudiæ Ludouicus Valentiam & Confluentiam inuaſit, Aſtenſes ad Ducem Aurelianenſem Carolum defecere, qui ſuſceptis à rege Franciæ non paruis auxiliis Alexandrinorum agros vexare cœperunt. Pius 2. lib. 2. Coſm. cap. 49. & Naucle. gener. 49. Ex his orta ſunt ea bellorum à Francorum regibus in longobardia geſtorum ſeminaria, quæ ad noſtra vſque tempora durauerunt.*

A.C. 1449. in primis Placentiam obſedit, expugnauitque A licet firmiſſimo Venetorum præſidio, & duabus arcibus munitam: ſed animi magnitudo virtuſque Franciſci omnes ſuperauit difficultates. Vnica enim pugna, & ea admodum aſpera, maximo cum vitæ diſcrimine vrbem cepit. Nam cum muri partem, quę oppugnabatur, obequitans, milites ad certamen, & ſcandendos ſcalis muros vrbis hortaretur, equo lapide bõbardæ ad terram proſtrato: ipſeque telis ſagittis ſaxiſque hoſtium laceſſitus, accurſu ſuorum ad caſum eius ſuperuenientium vix mortem euaſit. Nec tamen propterea ardorẽ B remiſit pugnæ, ſed ſurgens acrius inſtabat impugnationi, donec multis interfectis tandem ſuorum virtute cœpit vrbem diripiendãque militibus conceſſit, & ex toto prædandam.

Franciſcus vincit Venetos. Tranſito deinde Abdua flumine apud oppidum Carauagium ab eo obſeſſum Venetorum exercitum commiſſa acie proſtrauit, fuſis magnaque ex parte captis hoſtibus. Ad Brixiam caſtris poſitis, ad vrbem tradendam hortabatur. Varie tum Venetorum, tum Mediolanenſium animos ea victoria commouit. Venetos quidem, ne capta Brixia, quam amiſſo exercitu defenſare nequibant, reliquarum inſuper ciuitatum, quarum mentes ad defectionem pendere videbantur, diſcrimen ſubirent: & Mediolanenſibus ſuſpicio iniecta erat, ne Franciſci potentia in ſuam perniciem verteretur, quo timore dicuntur ab eis ſecreto corroborati Brixienſes, ne ſe Franciſco dederent. Exorta inter eos ſimultate, Veneti occaſionem pacis componendæ oblatam accipientes, de pace cum eo agere cœperunt, quam ſibi neceſſariam ducebant iniqua etiam conditione. D

Veneti cũ Franciſco pacem faciunt. Itaque fœdus cum Franciſco inierunt, data ei Laudæ ciuitate ſimul tria millia equitum, & certam pecuniam, quoad Mediolanum expugnaret (ad quod eum hortati ſunt, vt à ſe impetum belli reiicerẽt) promiſerunt.

Verſis in Mediolanum armis cum auxilio Venetorum Papiam, multaſque ciuitates, & oppida ſubegiſſet, vrbemque ipſam quam primum ad deditionem fame compulſurus videretur. Veneti mutato concilio, equitibuſque ab eo amotis, & pecunia denegata, ſocietatẽ cum populo Mediolanenſi pro eorum defenſione coierunt. E Timebant enim

Mutata ijdem ſententia ſe cum Mediolanenſibus coniungunt. haud iniuria, ne ſi tantæ vrbis, taliſque prouinciæ imperio potiretur, ipſorum vires infirmiores eſſent futuræ. Franciſcum autem exiſtimabant nequaquam ſuis opibus diutius geſturum bellum, & ſimul ſibi perſuaſerant Mediolanenſes fatigatos bello, potius Venetorum (qui amici & ſocij erant) quam Franciſci & hoſtis, & irati ſe Dominio permiſſuros. Suis igitur viribus Franciſcus proſecutus bellum, ciuitatem multis feſſam calamitatibus, quamuis aduerſantibus Venetis, populi excitato tumultu per deditionem cepit F anno Domini 1449. è veſtigioque reliquis locis ad ducatum ſpectantibus receptis, ducis nomen aſſumpſit & tenet.

Cum Franciſcus Mediolanum obſideret, A.C. 1449. Veneti tractabant cum Mediolanenſibus vt ſubiectionem Franciſci nullo modo ſufferant, ſed libertate ſua fruantur, ad quã conſeruandã promittunt eis auxilia, & gentes ad ſoluendam obſidionem. Quærebant etiam perſuadere Veneti Franciſco, vt deſiſteret ab obſidione tractantes aliquas conuentiones ad redimendum tempus, vt interim Mediolanenſes afflicti penuria, & miſeria famis ſeipſis in ſubiectionem traderent. Et propter hoc cum potuiſſent eis de victualibus prouidere, differebant, vt maiori neceſſitate compulſi ſe citius ſubigerent, ad quod commiſſarius Venetorum (qui Mediolani erat) hortabatur. Franciſcus autem non acquieſcebat verbis, & promiſſis eorum, querelam faciens de reſciſſione conuentionis, & ſubtractione ſtipendij ſui, ſed inſtabat ad vrbem capiendam. Cum verò populus querularetur de defectu victualium, & de prouiſione non facta eorum per Venetos prout pro C mittebatur, cœpit commiſſarius dura loqui ad Venetorũ culpa Mediolanenſes ad Frãciſcum trãſeunt. populum, quaſi comminatus aliquibus mortem propter querelas eorum vnde populus furore ſuccenſus, non patiens vltra tantam miſeriam, egreſſi vrbe claues ei detulerunt. Qui ingreſſus a cum ſuis honorifice ſuſceptus eſt à populo, vt Dominus, & dux ciuitatis.

a *Franciſcus* Sfortia, *Sfortiæ Atenduli filius, tertio anno poſt obitum Philippi Mediolanenſis, Ducis, quartus Dux Mediolani creatus eſt, A.C. 1450. Præfuit ann. 16. d. 11.*

Florentia peſte vexatur, qua ſæpè laborauit.

§. III.

INTEREA anno Domini 1448. peſtis inuadere cœpit Florentiam, & per biennium ciuitatem infectam tenuit, quę tamen quaſi erat euacuata, non ſolum maioribus & diuitibus, ſed & plebeis & pauperibus ex vrbe egredientibus, & per villas, & caſtra refugientibus Diutina quidem fuit, ſed lenta, & paucos de medio ſubtraxit, ſicque morbus ille contagioſus à. 1400. anno, quo graſſatus eſt ita, vt prope tertiam partem viuentium abſumeret, vſque ad 1457. in quo ſumus peſte à Domino viſitati iam per menſes quatuor, ſepties Florentiam occupauerit, videlicet anno. 1411. poſtea anno ſupra. 1437. demum, vt dictum eſt anno. 1448. & 49. ciuitas Florentina ea contagione infecta eſt: quæ cum poſtea vrbem Romanam attigiſſet, in qua præſulabatur Nicolaus quintus ipſe cum curia ſua, Fabrianum ſe contulit. Vbi tunc facta inquiſitione

A.C. 1449.

ne & proceſſu contra quoſdam hæreticos,in
fectos lepra erroris Fratricellorũ qui ibi diu
habuerant magnum receptaculũ & fauorem
obſtinati in ſua perfidia igni traditi ſunt,mira
cula conſueta oſtendentes pulueris & cineris.
In anno autem iſto. 57. ſuprà 1400. pauci ad-
huc de hac luce ſubtracti ſunt necdum ceſſa-
uit , quid autem in futurum erit , nouit
Deus.

Nunquam autem apparet tantum exter-
ruiſſe homines talis contagio morbi, vt nunc
ita quòd parentes filiorum,& filij parentum
obliuiſcantur infectorum , & cum difficultate
eperiantur , qui neceſſaria eis adminiſtrent
tam corpori,quàm animę,vel procurent vt ſa
cramenta,&eccleſiaſticã ſepulturam habeant.
Quamuis autem nulla ſit lege prohibitum,ad
loca diuertere ab infectione libera , ex quo
morbus eſt valdè contagioſus (vt quotidiana
docet experientia)ac etiam liceat conuerſatio
nem domeſticam,& locutionem cum infectis
& venientibus à locis etiam infectis effugere
niſi cura animatum eis immineat(quos de ne
ceſſitate ſalutis ſuæ oportet per ſe vel per aliũ
idoneum ſacramenta miniſtrare quantum-
cunque infectis)tantum tamen abhorrere in-
fectos , vt neceſſaria eis ſubtrahãtur, eſt cõtra
omnem caritatem,humanitatem , & chriſtia-
nam pietatẽ.Itaque etſi humanæ prudẽtiæ eſt,
& de ratione medicinæ,vitare infectos,tamen
contra dilectionem & Chriſtianam pietatem
eſt ſubtrahere infectis neceſſaria,ſeu non mini
ſtrare animæ & corpori , & ita abhorrere eis
miniſtrantes ſacramenta,& corpori neceſſaria
vt habeantur tanquam ethnici & publicani,
nec audiantur eorum miſſæ & officia,nec pa-
tiantur ſacerdotes ire ad infirmos.in quo nul-
lo modo debent eis aſſentire. Communitas
autem piè , & caritatiuè prouidit infirmis ex
eo morbo illo tempore,ſcilicet, anno domini
1448.&. 9.peſtis. Nam tria millia florenorum
ſtatuit aſſignanda archiepiſcopo ciuitatis cer-
to tempore,modo,& forma,vt infectis proui-
deretur.Vnde quidam optimi iuuenes per ciui
tatem diſcurrebant,quærendo infectos & dã-
do pullos,confectiones & alia neceſſaria.

Peſte infe-
ctos adeo
abhorrere
vt nõnulli
faciũt, eſt
contra
Chriſtia-
nã pietatẽ.

In anno autem.1450. celebratus fuit Iubi-
leus ſub Nicolao pontifice vrbis , prius præ-
nunciatus & publicatus ſolenniter cum indul
gentia plenaria viſitantibus Eccleſias vrbis
quatuor , ſcilicet ſancti Ioannis Lateranenſis
ſãcti Petri,& S.Pauli,& ſanctæ Mariæ maioris
certis diebus determinatis pœnitentibus , &
confeſſis certo modo,& forma.Ad quam con-
ſequendam conuenerunt ex omni natione,
quæ ſub cœlo eſt,fidelium plurimi mares &
fœminæ. Multi ex eis propter laborem longi
itineris,Vltramontani,& incommoda corpo-
ris,vel etiam propter peſtem aliqui, in via de-
fecerunt.

Ex omni
natione
Chriſtiani
anno Iubi
lei Romã
veniunt.
Pius 2.lib.
2.c.58.

Accidit autem Romæ in ipſo Iubileo caſus
lachrymabilis. Nam eum vna dierum mane,
vrbe peregrinis plena,plurima multitudo re-
cedens ab Eccleſia ſancti Petri viſo ſudario
domini , obuiaret turbis innumeris euntibus
ad ipſam Eccleſiam ſancti Petri pro videndo
ſudario:in ponte ſancti Angeli , ſeu iuxta ca-
ſtrum ſancti Angeli,ita ſe inuicem compreſſe-
runt & oppreſſerunt, [a] vt quadringenti
& multo plures ſuffocarentur in dicto ponte
& aliqui etiam in Tyberim lapſi necarentur:
quorum corpora collecta & viſa ab omnibus
ſimul ſepulta ſunt.

A.C. 1450.

Eodẽ anno Iubilei,qui eſt quinquageſimus
ſuprà.1400.Romæ celebrato capitulo genera
li ordinis minorum in feſto Pentecoſtes , fra-
ter Bernardinus de Senis oriundus , eiuſdem
ordinis prædicator egregius& fructuoſus,qui
per ciuitates & caſtella totius Tuſciæ & Lon-
gobardiæ diſcurrerat euangelizando quotidie
B & verbum Dei vbique ſeminando,cum maxi-
mo concurſu auditorum , tandem in ciuitate
Aquilana in domino requieſcens,adſcriptus
fuit catalogo ſanctorum cum magna ſolemni
tate per Nicolaum Papam , poſt diſcuſſionem
& approbationem vitæ ſuæ de conſenſu Car-
dinalium & aliorum prælatorum,& ad requi-
ſitionem & ſupplicationem multorum princi
pum & prælatorum.

Anno quoque domini 1450.Fridericus hu-
ius nominis tertius,electus imperator Roma-
norum , Italiam intrauit pro corona imperij
C à papa recipienda,qui vbique cum magno ho
nore,vt decebat tantum principem ſuſceptus
eſt.Ei per Florentiam tranſeunti, totus clerus
cum archiepiſcopo proceſſionaliter ad por-
tam ciuitatis obuiam proceſſit , ac etiam ma-
giſtratus Florentini. Locatus autem in con-
uentu ſanctæ Mariæ nouellæ ad hoſpitandum
permanſit in vrbe quatuor diebus,& præſens
fuit in officio Purificationis Virginis glorioſę
in miſſarum ſolemniis recipiens deuotè à ce-
lebrante cereum benedictum,vt de more fide-
libus in Eccleſia exiſtentibus dari conſueuit.
D Oblatæque ei fuerunt poſcenti quædam reli-
quæ ſanctorum in vaſe argenteo , ornato à
communitate , qui aliquos milites ibi fecit.
Demum de Florentia Senas,de Senis Romam
aduenit,aſſociatus à duob. cardinalibus,quos
papa præmiſerat vſque Florentiam , & ibi co-
ronatus eſt imperator à domino Nicolao pa-
pa cum debita ſolennitate.Sponſa autem eius
miſſa eſt poſt eum de partibus ſuis,& poſt co-
ronationem ſuam nuptiæ celebratæ ſunt Nea
poli coram rege Aragonum magnificentia re-
gia de omnibus prouidente.Nil autem impe-
E rialis maieſtatis viſum eſt in eo , nec liberali-
tas,nec ſapientia,cum quaſi ſemper per alium
loquebatur:ſed multa cupiditas,cum munera
honeſtè quæreret,& libenter acciperet.Demũ
reuerſus eſt in domum ſuam cum modica opi
nione virtutis ſuæ.

Hæc ſpon
ſa fuit Leo
nora filia
regis Luſi
taniæ.
Fridericus
3. grauiter
notatur.

a *In ponte Sancti Angeli ex concurſione popu-
lorum improuidè facta,ducentos circiter homines
aut cõculcatos,aut in flumine eiectos periiſſe conſtat.
Pius 2. ibidem.*

F Veneti contra Sfortiam ducem cum Al-
phonſo rege fœdus percutiunt. Pius
2.lib. 2. Coſ. c.49. Aemyl.lib. 10. Pet.
Marc. A.C.1450.

§. IIII.

REDEVNDO ad proſecutionem belli
inter Venetos & ducem Mediolanenſem
Fran-

A.C. 1453.

Franciſcum. Sciendum, quod Veneti, ea victoria & dominio Mediolani accepto à Franciſco, non parum conturbati, cum arbitrarentur ducem armis aſſuetum, ſibi propinquum, haud ſatis ſuis rebus conducere: quo ille modo, aut è ſtatu deiiceretur, aut redderetur imbecillior conſultabãt. Igitur inita cum rege Alphonſo ſocietate, locum Florentinis reliquiſſeque, qui ſocij adſcribi vellent, reliquere, per oratores quoque, vt ſecum ſentirent, hortantur eos. Omnis ea machinatio eo tendebat, vt nouum ducem externa ope deſtitutum adorirentur, quæ aduertentes prudentiores ciues nonnulli cum ſupremo magiſtratu egerunt, vt reſponderetur Venetis: cũ pax vbiq; eis eſſet, nullo nouo fœdere opus eſſe. Hoc reſponſo indignati Veneti, cum veluti prædam ſuis faucibus ereptam putarent, edictum fecere, vt Florentini omnes ſuis Dominiis pellerentur, vt iuſti belli aliqua occaſio præberetur. Verum id decretum inhumaniſſimum eſt omnibus viſum, & ab odio atque ambitione profectum. Admiratus admodum eſt populus Florentinus ab eis, quibus cum pace & fœdere iuncti eſſent, & adaugendum eorum imperium tanta cura impenſaque incubuiſſent, tam iniquum edictum prodiiſſe. Siquidem eorum auxilio Brixia & Bergomo, multiſque præterea oppidis, & caſtris erant potiti.

Veneti diſſident à Florentinis.

Igitur legati ad Venetos miſſi ſciſcitatum tam inſolitæ, tam inhumanæ rei cauſam, & ſimul vt oſtenderent decreti iniquitatem, hortarenturque ad pacem, & priorem amicitiam conſeruandam. At ij qui ſpe victoriam ſibi deſpondiſſent, aditum ad ſe oratoribus denegarunt, quod etiam apud barbaros ſuperbum ac ferum videri poſſet. Deſperata Venetorum pace, neceſſitas Florentinos coegit ad coeundum in nouum cum nouo duce fœdus, & ad mutua auxilia. Inter Venetos & regem conuentio erat, vt ipſi ducem, rex Florentinos adoriretur.

Veneti oratoribus Florentinorum aditum ad ſe negãt.

Præparato exercitu prior Venetus Cremonenſem agrum eſt depopulatus. Ad eum comprimendum cum Franciſcus iuncto ſecum fœdere Mantuano, cum ſuas copias extra ſuos fines eduxiſſet, caſtrum, quod Ollium flumen ponte coniungit, quo tranſitus fluuij liberior eſſet, de Venetis cepit, pluraque deinceps caſtella vi expugnata. Pergebat acie dimicaturus ad hoſtium copias Franciſcus, at illi dimicantem fugientes, vt qui rerum diſcrimen fortunæ nollent committere, ſe in paludes, quæ inter Brixiam Bergomumque iacent, contulere, munitiſque aditibus, ne qua via ad caſtra perueniri poſſet, ea æſtas tranſacta eſt. Franciſcus in agro Brixienſi ſtatiua habuit propinquus hoſti, obſeruans, ſi qua pugnandi daretur facultas.

Franciſcus in Venetos ducit exercitum.

At verò ex alia parte regis Aragonum copię (hę ad decem millia equitũ, quatuor peditum erant) duce Ferdinando regis Aragonum filio cum è regno per loca Eccleſiæ veniſſent contra Florentinos, primo in agrum cortonienſem populandum deſcenderunt, deinde Aretium verſus profectæ, ad ſiniſtram iter flectentes Forlianum oppidum Aretini agri obſedere. Cuius accolæ, cum ſe virili animo defendiſ-

Regis Aragonũ copiæ Florẽtinis infeſtæ. Pius 2. li. 2. ca. 54.

A ſent, mulieréſque virorum fortitudinem æquarent tandem quadrageſimo obſidionis die confractis magna ex parte muris, viris ac fœminis laſſitudine & vulneribus confectis, deſperato ſubſidio ſe ei dedire, relicto ibi pręſidio per agrum Senenſem à quibus fouebantur, populatis propinquis locis, ad arcem venere paruulam, quam Rencinam dicunt, Senenſium finibus contiguam. Ea intra biduum cuſtodis proditione capta, ad oppidum caſtellinæ propinquum caſtra poſuere. Quam amplius per menſem machinis ac bombardis incaſſum oppugnantes tandem abiecta ſpe caſtri potiundi

B retroceſſere.

Cum hyems inſtaret, itinere verſus Volaterras capto, vicina loca latè populati, in maritima Senenſium loca[ad Aquam viuam] in hiberna conceſſerẽ. Capta quoque à regiis triremibus arx munita in maris littore Vada nomine, agri Volaterrani, cuſtodis ignauia, qui pecunia accepta arcem tradidit hoſti. Hæc ea ęſtate & à rege, ac Venetis bello geſta: timebantur tamen incurſiones quotidianæ in agrum

C Florentinorum per milites regios, quibus præda pro ſtipendio erat.

Hyeme quæ ſecuta eſt, maior quam antea apparatus à Florentinis aduerſus regios factus eſt. Nam maioribus conductis copiis, Alexandrum quoque Franciſci fratrem cum mille & quingentis equitibus ex Longobardia in eorum auxilium exciuerunt, & ad regem Franciæ oratores miſſi, Angelus Acciaiolus & Franciſcus Ventura, qui cùm ad ſuam defenſionẽ & regni Neapolitani recuperationem hortarentur. Tandem [b] contracto fœderę

D

a Hoc ſic explicat Aemyl. Ludouicus Delphinus à patre comitatu in decem menſes petito in Delphinates ſeceſſit certo cõſilio non redeũdi viuo patrę cauſatus impotentiam eorum, quorum fide virtutéque pater Anglico bello victor fuerat, quod hos meritorum fiducia omnia ſibi arrogare diceret, nec in paterno animo locum filio relinquere. Poſtea duo millia equitum Florentini permiſſu Regis in Francia conſcripſerunt, aduerſus Alphonſum bello Etruriam iam vrentem, vbi ea parte debellatum eſſet bellum in Regnum Neapolitanum tranſlatura, Duce, Imperatoręque Renato, qui oblatam eam fortunam non aſpernatus, hunc exercitum trans Rhodanum ducens à Ludouico Sabaudiæ Duce tranſitu Alpium arcebatur, profeſſo ſe Alphonſo ac Alphonſi fœderatis Venetis amicum, Florentinis ac Sfortiæ hoſtem. Delphinus filia Sabaudi Carola ducta, Socerum exorauit, vt per ſua ditionis fines tranſitum daret auunculo, quem Aſtam vſque ipſe duxit, peruicitque vt Ferrarienſis ante Sfortiæ infeſtus armis abſtineret, ſocietate Venetorum relicta. Ea expeditione nihil memorabile geſtum, nec in Alphonſum ductus Francicus equitatus. Id turpe ſibi ratus Renatus, non ſuo bello, ſed alieno ſe res gerere, ac alienis auſpiciis quaſi mercenarium, ne imperare quidem, ſed Mediolanenſi me

E

F rere in Franciam ſe recepit. Hac ille. Obiit deinde Renatus A.C. 1480. Ludouicum. 11. regem Francorum comita [a] Prouinciæ & regni Siciliæ hæredem relinquens. Et hinc etiam orta eſt Francorum regum cum Aragoniis de Neapolitano regno contentio: hic autem Ludouicus rex Franciæ poſt Carolum patrẽ creatus eſt an. C. 1459. regnauit annos 24. menſes aliquot. obiit 9. Cal. Sept. A.C. 1483. Onuph.

A.C. 1553.

A.C. 1454.

Renatus rex Apuliæ in Italiam ad regnum recuperandum venit.

Renatus, qui eo regno antea pulſus fuerat, in Franciſci auxilium cum tribus equitum millibus, Florentinorum impenſa ſubſidio Franciſci venit, licet in æſtatis fine. Nam cum dux Sabaudiæ, pecunia ductus itinera præcluſiſſet, opus fuit, vt relictis equitibus in finibus Prouinciæ nauibus mari Genuam venirent. Inde in agro Brixienſi ad Franciſcum habentem caſtra progreſſus eſt. Demum fauore Ludouici, regis Franciæ filij equites omnes eo duce via terreſtri, permittente duce Sabaudiæ ad Renatum regem peruenerunt.

Florentini amiſſa recuperant. iidem.

§. V.

Dvm hæc in Longobardia geruntur, Florentini exercitum ad ſex equitum millia totidem peditum confecerant. Ineunte æſtate his copiis arx Rencinæ recuperata eſt, & Forſanum profecti, cum vndique oppidum cinxiſſent, regij verò ſexcenti tum equites, tum pedites ſumma vi tutarentur mœnia, tandem paucos poſt dies vi lapidum bombardæ quæ ad id erat diſpoſita diffracta porta, & parte mœnium disiecta, titubantibus regiis impreſſione facta, oppidum Florentini ceperunt, direpta præda, ædificia omnia incenſa ſunt præter præfectorum voluntatē libidine atque auaritia militari. Ex hoſtibus circiter ſeptingenti capti.

Inde Florentinorum præfecti cum parum in adminiſtrando bello concordes eſſent, ideoque longius trahi videretur, tardis itineribus in æſtatis fine ad arcem Vadæ ex hoſte recuperandam abiere. Obſidione facta: cum regiis nequaquam aut animus, aut vires tantę eſſent vt confiderent ſua ope poſſe tutari arcem poſt menſem deſperatis auxiliis deditione facta ea conditione cepere arcem, vt ſinguli milites cum rebus ſuis tuto abire poſſent. Caſtellum cum arce, ne poſthac receptaculum eſſe poſſet hoſti, incenſum ac direptum eſt, hoc apparatu atque his viribus æſtate priori amiſſa, in poteſtatem Florentinorum redacta ſunt.

Stephanus de Porcariis qui Romam tollere Pontifici niſus eſt ſuſpēditur. Pius 2. li. 2. Euro. c. 58.

Ea tempeſtate quidam miles Romanus Stephanus de Porcariis (qui tenebatur in libera cuſtodia Bononiæ honeſte, relegatur, & tamen à papa competenter prouiſus propter audaciam eius & temeritatem, ne ſeditionem excitaret in vrbe Romana, vbi aliquam ſequelam habebat, & in ſua eloquentia elata multum confidebat, tractauit ſecretè, cum paucis tamen capere Nicolaum papam, & reperta ſunt poſtea vincula aurea quibus intendebat eum alligare: vnde ad exequendam factionem ſuā, intendens Romam in libertatem & regimen Romanorum reducere, occultè receſſit de Bononia profectus ad vrbem. Fuit autem Nicolaus cautus de receſſu eius à Bononia, & quod Romæ erat, propter quod fecit eum quærere. Et inuentus eſt abſconditus in vna capſa, & captus ductus eſt. Qui tortus confeſſus eſt cūcta, & ordinem conſpirationis. Intendebat enim captata opportunitate papam Nicolaum capere & cardinales, & in populo ſeditionē excitare clamando libertatem per vrbem. Conuictus de tam ſceleſto ſacrilegio, cum ſciret ſe morte mulctandum, fecit papæ ſupplicari, vt prius permitteret ei orationem facere ad populum. Præſumebat enim tantum de ſua elata eloquentia, vt ſperaret inde per populum ipſū liberari: ſed non obtinuit ſuſpenſus noctę in mœnibus caſtri ſancti Angeli ab extra: vt omnes in die eum videre poſſent ſuſpenſum, quos autem haberet [a] fautores remanſit occultum.

Franciſcus Sfortia multa caſtra in Lōgobardia occupat.

In Longobardia verò Franciſcus in agro hoſtium diutius caſtra habens, plura oppida in ſuam redegit ditionem, nil aliud quæritans, niſi vt hoſtem eliceret ad certamen. At illi nil aliud, quam congreſſum timentes, aciemque detrectantes, ſe intra caſtra admodum munita tenebant. Sequebantur enim præteritæ æſtatis conſilia, vt ſe à certamine abſtinerent, ea ſpe, vt protrahendo bello deficerent pecuniarum inopia Franciſci vires. Hoc pacto duobus exercitibus in propinquo caſtra habentibus, æſtas ferme tranſacta eſt. In eius fine Renatus rex cum ſuo equitatu ad caſtra Franciſci peruenit, quo ille ſubſidio fretus Venetos compulit, vt loca, in quibus tandiu delituerant, relinquerent: & propius Veronam commeatus gratia præfecti in loco conſederunt: vt nunquam ſui poteſtatem hoſtibus præberent. Omiſſa igitur certaminis cura, Franciſcus ad oppidorum conuerſus expugnationem, omnia Bergomenſis ditionis ferme caſtra, & oppida vi expugnauit. Inde Brixienſium caſtra magno conatu inuadens, ad centum amplius ex illis in poteſtatem redegit.

Renatus rex in caſtra Franciſci venit.

Iam aderat hyems, & rex cum ſuis temporis aſperitate conceſſerat Mediolanum. Ducis tamen Franciſci animus ad victoriam intentus, Aſulam oppidum opulentum, vt id traderet Mantuano obſidere ſtatuit. Is cum eo cū omnibus copiis proficiſceretur, tanta niuium ac ventorum ingruens vis, oculos atque ora militum obturantium ſuborta eſt, vt præ frigore, & nimium tempeſtate redire, & incepta relinquere cogerentur. Itaque in hyberna exercitus reductus [eſt] Laborauit ſatis Nicolaus papa ad componendū pacem inter partes, cōgregatis oratoribus partiū, regis Aragonum, Venetorum, ducis Mediolanenſis & Florentinorum coram ſanctitate ſua, nec valuit ad concordiam trahere in capitulis pacis. Demum cum omnes eſſent feſſi, & conſumpti pene expenſis magnis ſine aliquo fructu, damna enim plurima illata ſunt omnibus, nullæ tamē partes factæ ſunt locupletiores in acquirendis ciuitatibus, vel oppidis, Veneti [b] pacem fecerūt

Nicolaus pacem cōponere deſiderat.

a *De his fautoribus tamen ſic ſcribit Pius. 2. Complices eius in domo qua conuenerant expugnati captique ſunt. E quibus vnus Baptiſta Sciarra manu promptus & animo intrepido per medias Pontificis cohortes viam gladio ſibi aperiens effudit, Stephanus in arce S. Angeli alij in capitolio ſuſpēſi vitā finiere.*

b *Huius pacis ſequeſter & arbiter fuit Simonetus monachus ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini profeſſor, obſcuri antea nominis, & prorſus ignoti, ſed vitæ integritate probatus. Viſum eſt id monſtri ſimile humilem & incognitum monachum Italiam pacauiſſe. Pius ibid.*

cum

A.C. 1455.

cum duce Mediolanenſi & Florentinis in Lon A gobardia:inter ſe tractantes capitula,& conuentiones pacis ſeruandas, reſeruantes locum regi Aragonum ; ad pacem ratificandam illam cum prædictis conditionibus. qui & ſignificarunt ei, & oratores miſerunt ad eum pro ea re,ipſe autē,& ſi reddiderit ſe difficilem & diſtulerit:quia ſine interuentione eius facta pax non videbatur cedere ad honorem ſuum tandem & ipſe aſſenſus eſt. Quæ omnia poſtea approbata,& confirmata,& publicata fuerunt per Nicolaum papam, anno Domin. 1455.

Pax inter Venetos Florentinos, & ducem Mediolanenſē initur.

Sed paulo ante concluſionem pacis Gerardus de Gambacurtis Piſanus,cuius pater recepit non ſolum pecunias multas à Florentinis ad tradendum eis Piſas,quibus tunc quaſi dominabatur,ſed etiam quoddam caſtrum quod dicitur ſanctæ Mariæ in balneo notabile, & quædam alia minora,quæſiuit prodere ea regi Aragonum propter pecunias ab eo non modicas accipiendas. Sed Domino diſponente, proditio non eſt ſortita effectum: ſed ea prius detecta promiſum eſt caſtris illis bellatoribus illuc deſtinatis. Ille autem ad regem Aragonum ſe tranſtulit, factus rebellis communitati, & ſuis omnibus confiſcatis. Magnum ſcandalum ſequebatur Florentinis,& bellum ſuſcitandum à rege: ſi per proditionem illam rex obtinuiſſet loca illa. Petebat poſtea in capitulis pacis rex ipſe ſatiſfactionem fieri à Florentinis de bonis ablatis ipſi Gerardo octodecim millia Florenorum: ſi tamen æquum erat & iuſtum proditorem præmiari de ſcelere ſuo, & non potius grauiſſimè puniri. Contradicentibus Florentinis tali iniuſtæ petitioni: commiſſum fuit hoc iudicio,& arbitrio Nicolai papæ D qui cum nihil determinauerit, petiit pluries poſtea rex poſt mortem Nicolai dictam pecuniam pro illo Gerardo.

Gerardus de Gambacurtis Piſas Alphōſo regi prodit.

Nicolaus autem papa anno Domini 1456. cum multa difficultate conceſſit Florentinis hoc ſupplicante clero,vt poſſent exigere à locis eccleſiaſticis & perſonis triginta millia Florenorum intra triennium ſcilicet ſingulis annis decem millia per totum territorium Florentinorum,in ſubſidium communitatis pro debitis magnis contractis pro tuendo libertatem ſuam,ab iniuſte vexantibus eos rege E Aragonum & Venetis,hoc enim petierant ciues à clericis ſubſidium. Cui de communi conſilio,& aſſenſu acquieuerunt licentia habita à pontifice Romano, tum ob amorem patriæ, compatientes grauaminibus laicorum: tum ne milites ad hoc cogerentur in detrimentum ſalutis animarum,& ne ipſi laici per ſe diſtribuerent,& improportionabiliter imponerent, & multis expenſis clerum grauarent. Addiderunt quoque & quartam paguam in quarto anno, & licentia habita eſt à Calixto oraculo viuæ vocis.

Florentinus clerus triginta millia Florenorum largitur communitati.

Pagna.i. ſtipendiū ſeu ſolutio.

Anno Domini 1456. & ſeptimo magna penuria fuit in ciuitate,non tantum ex defectu victualium,ex paucis frumentis recollectis propter intemperiem aeris,vt pretium vnius ſextarij aſcenderet ad triginta ſolidos & aliquando ad triginta quinque: ſed magis ex defectu

Magna in ciuitate Florentiæ rerum penuria.

pecuniæ,quia aſſueti viuere de laboribus manuum ſuarum non conducebantur ad exercitia artium,ſubtrahentibus ſe ciuibus à commerciis diuerſis ex cauſis. Tamen magiſtratus tam prudenter ad obuiandum tumultibus & clamoribus pauperum: quàm charitatiuè ad ſubueniendum indigentibus fratribus & conciuibus ſuis, prouiſionem fecerunt per officiales abundantiæ creatos,qui multa millia modiorum frumenti de diuerſis partibus fecerunt adduci,ne nimium pretium à venditoribus exigeretur,& mendicis non habentes pe-B cunias eleemoſynaliter tribueretur. Nam per quatuor menſes continuos ſtatuerunt quingentos florenos pro quolibet menſe aſſignari archiepiſcopo, pro pane & tritico pauperibus erogando.

A.C. 1453.

De captione Conſtantinopolitanæ vrbis,& occiſione Imperatoris à Turcis,& eorum crudelitate. Romanæ Eccleſię τὰ πρεσβεῖα,& priuilegia.

C

CAP. XIII.

ANno Domini 1453. die xxix. Maij capta eſt ciuitas Conſtantinopolitana à Turcis & à rege eorum vocato Mahumeth, prout plenius dicetur inferius occiſo imperatore eius cum baronibus,& conſanguineis ſuis, ſicque defecit imperium Græcorum. infr. §. 14.

Quod iuſto Dei iudicio fuerint Græci illi D exterminati,& ad nihilum redacti ab infidelibus ſatis patet ex hoc, quod poſtquam Conſtantinus tranſtulit ſedem imperij ab vrbe Romana in Conſtantinopolim duodecim[a] vicibus in diuerſis temporibus ſucceſſiuè receſſerunt ab obedientia Romanæ eccleſiæ per diuerſas hæreſes & ſchiſmata,cum tamen ſecundum catholicam fidem Romana eccleſia ſit mater omnium eccleſiarum & magiſtra, vt dicitur diſt. xix. in memoriam.

Cōſtātinopolitana Eccleſia duodecies defecit.

a Plures numerantur à quibuſdam: Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ à Romana ſeceſſiones,& recon-E ciliationes. Nam Blondus dec. 2. lib. 7. eā coniunctionem orientalis Eccleſiæ quæ facta eſt in Concilio Lugdunenſi ſub Michaele Palæologo,(de qua vnione facta eſt mentio ſuprà tit. 20. cap. 2. ante §. 1. & §. 6.) decimam tertiam fuiſſe aſſerit. Idemque tradit Tritbem. in Chron. monaſt. Irſau. & Genebr. quare vnionē quæ in Concilio Flor. facta eſt. (de qua ſuprà c. 11.) decimā quartam fuiſſe neceſſe eſt. Vnde cum poſtea Græci à Romana Eccleſia receſſerint 15. ſeceſſiones Græcorum, vniones verò 14. fuiſſe neceſſarium eſt. Hoc porro cognoſcere reliquis omnibus obſeruatione dignum eſt. in quo ſumma quædam totius Eccleſiaſticæ Græcorum hiſtoriæ continetur. Præterea quam graue F Græcis fuerit ab Eccleſia Romanæ ſubiectione recedere declaratur, cum ex tali receſſu,ſicut videmus,in grauiſſimam Turcarum ſeruitutem reciderint. hoc etiam aſſerit Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinopolitanus in 5. oratione pro Latinis contra Græcos.

A.C. 1453.

Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum mater & magiſtra. Carolus magnus in ſuis capitulis Concilium Tributienſe c.30. Bur.lib.1.c.20. Pontifici Romano omnes, Chriſtiani tenentur obedire.

Et Petro,& ſucceſſoribus eius canonice intrantibus in ſedem eius, omnes chriſticolæ, imperatores,reges,& alij principes, & Domini temporales,necnon & omnes patriarchæ, primates, & metropolitani, & archiepiſcopi, ac religioſi cuiuſcunque ſtatus,& conditionis exiſtant,ſint pontifici Romano ſubiecti,vt ſucceſſori Petri,& vicario Ieſu chriſti, & omnes teneantur ei obedire: quam authoritatem & poteſtatem non accepit Petrus, & quilibet ſucceſſor eius ab homine,vel à conciliis,ſed à Domino Ieſu Chriſto promittente cum ait. Tibi dabo claues regni cælorum & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ & in cœlis,& quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis &c.Mat.16.& poſt reſurrectionem exhibente, cum ait ter:Paſce oues meas.Ioan.xxj.vt declarat Anacletus di. xxij. ſacro ſancta.

Poteſtas Petri & ſucceſſorum eius non ab homine,neque à conciliis,ſed à Ieſu Chriſto. Anacl.epiſt. 4.ad Ouiſ. cap.3. Pol. lib.1. tit.1. Anſel.li.65.

Et ideo cunctos ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudicandus,niſi deprehendatur a fide deui' ſcilicet ꝓpter hęreſim,vt dicitur di.xl.ſi papa.

Sed nec etiam propter hæreſim papa iudicari,ſeu priuari debet,ſi paratus eſt corrigi, vt dicit ibi [a] gloſ.Et patet exemplum in Marcellino papa,qui idololatrauit,nec tamen depoſitus eſt,ſed corrigente eo ſe, & confitente peccatum ſuum,coram patribus congregaris dixerunt ipſi.Nemo iudicabit primam,ſedem vt habetur diſt.xxj.nunc.

Primaſedes nullius iudicio ſubiaceat,Iud.

Vnde Inno. [b] primus ait: Nemo iudicabit primam ſedem [iuſtitiam temperare deſiderantem. Neque enim] ab Auguſto, neque à clero neque à regibus,nec à populo iudex iudicabitur,id eſt papa iudex omnium.ix. q. iij. nemo.

Et q.ea.dicitur.Cuncta nouit per orbem, eccleſia,quòd[ſacro ſancta]Romana eccleſia fas habeat de omnibus iudicãdi neque cuiquã de eius iudicio liceat iudicare.

Pontifex. Max. iudex omnium Gel. epiſc. Dardaniæ.

Et ſemper quæſtiones ortæ circa fidem relatæ ſunt & determinatæ per apoſtolicam ſedem,vel approbatæ,vel reprobatæ.Vnde Inn. primus. Quoties ratio fidei ventilatur: arbitror omnes fratres &coepiſcopos noſtros non niſi ad Petrum,id eſt ſui nominis & honoris authorem referre debere: veluti nunc retulit veſtra dilectio quod per totum mundum poſſit omnibus eccleſiis prodeſſe. xxiiij.q. j. quoties.

Prima de fide quæſtio ad Petrum delata. Iacobus Petro aſſenſit.

Vnde &prima quæſtio,quę fuit circa fidem tempore apoſtolorum Act.xv.videlicet vtrum legalia deberent ſeruari à fidelibus conuerſis ex gentibus,inter Paulum, & Iudæos Antiochenos conuerſos ad fidem,delata fuit ad Petrum cum aliis,qui erant Hieroſolymis,& determinatum eſt per Petrum,quòd non. Quod autem poſt Petrum locutus eſt Iacobus, non hoc fecit,quaſi ipſe determinaret, qui erat Archiepiſcopus Hieroſolymitanus,ſed vt approbando,& conſentiendo iis,quæ determinauerat Petrus, ſicut fit in conciliis, cum dicitur per adſtantes,Placet.

A.C. 1453

Eccleſia Romana in fide errare non poteſt.

Nec ipſa eccleſia Romana errare poteſt in fide,dicente Domino Petro in perſona eius.Ego pro te rogaui,vt non deficiat fides tua.Luc. xxij.Vnde Hiero. [a] Sancta Romana eccleſia ſemper immaculata permanſit, domino prouidente,& beato Petro opem ferente,& in futuro manebit ſine vlla hæreticorum inſultatione ſcilicet (præualente) firma & immobilis omni tempore perſiſtet. xxiiij. q. j. hæc eſt.

Conciliũ generale ſine auctoritate papæ celebrari non poteſt.

Nec concilium aliquot generale poteſt congregari ſine authoritate Romani pontificis, nec aliquid valet ordinatum in illis,niſi approbetur à papa.vt patet di.xvij.ca.j.& per totum.

Et authoritas papæ non dependet à concilio,ſed authoritas concilij à papa, qui eſt ſuper concilia.extra de elec.ſignificaſti.

Et ab omnibus poteſt appellari ad papam in cauſis eccleſiaſticis,etiam à conciliis, ſicut appellauerunt Flauianus patriarcha Conſtantinopolitanus & Ioannes Chryſoſtomus à conciliis factis in oriente contra eos,ad Innocentium papam primum & Leonem papam item primum.Gelat.in ep.ad epiſco.Dard. Non autem à papæ iudicio ad concilium, vt dicitur. ix.q.iij.cuncta.

Concilia notha ſine pontifice.

Omnia prædicta dixerunt, & crediderunt, & determinauerunt omnes ſancti doctores,& pontifices tam Græci quam Latini, & concilia vniuerſalia, quæ cælebrata ſunt tam in oriente,quam in occidente,quę fuerunt legitima concilia non concilia bula,& ſynagogæ ſathanæ.ſicut conciliũ Ariminenſe celebratũ per Arianos procurante Conſtantio hæretico & concilium congregatum per Theophilum Alexandrinum patriarcham,ad deponendum Ioannem Chryſoſtomum Conſtantinopolitanum epiſcopum, & concilium congregatum per Dioſcorum Alexandrinum epiſcopum, cum Antiocheno & Hieroſolymitano patriarchis ad deponendum Flauianum patriarcham Conſtantinopolitanum,ſanctum virum,& ſimilia, quę omnia fuerunt reprobata à pontificibus Romanis,& veris conciliis.

Adde etiã hæreticorum noſtri temporis dogmata.

Hæc breuiter dicta ſunt ad oſtendendum errorem,& ſuperbiam ipſorum Gręcorum qui toties ſe rebellarunt à Romana eccleſia nolentes ſe ſub ea humiliare & ſubiicere. Nunc ergo de ipſis ſuis rebellionibus videndum in particulari.

a *Dicit Hugo quod non potuerunt nec debuerunt patres Sinueſſani concilij Marcellinum damnare,quia ſponte & humiliter confeſſus eſt errorem ſuum.Tunc enim Papa poteſt condemnari de hæreſi cũ pertinax fuerit,alias non.additio marg.lib.decre.*

b *In omnibus Gratiani codicibus citatur ex Innocentio:ſed fere eadem habentur in Concilio Romano ſub Syluestro cap.10.ex quo citant Polyc.lib.1. tit.16.Deus dedit.par.3.Anſ.lib.1.c.13.Pan. li.4. c.5.Ceterum vbi nunc legitur iuſtitiam temperare deſiderantem in Concilio habetur:Quoniam omnes ſedes à prima ſede iuſtitiam deſiderant temperare.*

a *Hæc videntur ſumpta ex epiſtola Marci papæ ad Athanaſium,&c aliomodo aptata. Annot.noui Decreti.*

Eccleſia Conſtantinopolitana cauſa diuiſionis præcipua Orientalium. Eccleſiarum.

§. I.

SCIENDVM igitur, quod vt dictum eſt, xij. viribus eccleſię orientales principales vide-

A.C. 1453.

les, videlicet Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, quæ omnes ſunt patriarchales, ſe ſubtraxerunt ab obedientia Romanæ Eccleſiæ ſiue côiûctim ſiue diuiſim quãdoq; vna quandoq; alia, maximè tamen Conſtantinopolitana, quæ quaſi ſemper fuit cauſa diuiſionis aliarum, & declarabitur quib. ex cauſis, & ſub quib. Romanis pontificibus, & patriarchis dictarum Eccleſiarum ſint factæ iſtæ diuiſiones. Vbi primo notandum quòd Conſtantinopolitana ciuitas primo dicta eſt Bizantium: quam quia Conſtantinus primus transferens ſedem imperij, à Roma ad illam: ob reuerentiam ſedis Apoſtolicæ, quæ Romæ eſt, ideo illuc, quia in optimo ſitu eſt propter multa concurrentia, ampliauit & magnificauit multipliciter, ideo dicta eſt poſt Conſtantinopolis ab eo denominata.

Illam ergo ciuitatem Byzantium, nunc minorem beat[*] Andreas Apoſtolus frater Simonis Petri adiens, & prædicans Chriſtum, conuertit ad fidem primus quantum ad aliquos & [a] ibi inſtituit epiſcopum, poſtea ad alias profectus eſt ciuitates Græciæ, & demum ad Patraſenſem vbi martyrio coronatus eſt. Vſque igitur ad Conſtãtinum fuit ibi ſedes epiſcopalis. Nec tamen tempore Conſtãtini, etſi ampliata fuit, deſiit, ſed facta patriarchalis [b] vt patet in decretis diſtinct. 22. in pluribus capitulis. In proceſſu enim temporis ob ſedem imperij fuit facta patriarchalis, & prima poſt Romanam, vnde & Alexandrina, quæ erat in ordine ſecunda patriarchalis, facta eſt tertia. Poſtquam igitur facta eſt Conſtantinopolitana patriarchalis, ſecutæ ſunt tot diuiſiones & mala in ea, Hæc quæ dicta ſunt, & dicentur, excerpta ſunt, ex hiſtoriis. Græcorum, & hiſtoria cuiuſdam Liberati dicti.

a *Andreas Bizantij Chriſtum prædicauit, & cum à Zeuxi tyrannidem tum ibi tenente quæreretur ad mortem Argyropolim tranſiit, atque ibi biennium conuentus agens permultos ad Chriſti fidem pertraxit, & Stachi Apoſtolo Epiſcopo ibi creato Synopen conceſſit. Nicep.*

b *Intelligit hunc canonem; ideſt, Synodi Conſtantinopolitanæ qui extat diſt. 22. his verbis. Conſtantinopolitanæ ciuitatis epiſcopum habere oportet primatum poſt Romanum epiſcopum eo quod ſit noua Roma. Sed hic canon ex iis eſt quos Apoſtolica Romana ſedes à principio, & longo poſt tempore non recepit, quod ex ep. 51. aliàs 53. & aliis conſtat. Vide annot. noui decreti.*

Prima diuiſio Eccleſiæ Græciæ à Latina. Euſebius Nicomedienſis Antiochenũ conciliũ contra Nicenum congregat. huius meminit Nicep. li. 9. c. 5. & trip. li. 4. cap. 9.

§. II.

PRIMA igitur diuiſio cœpit tempore Iulij papæ, quæ anno domini. 335. ſucceſſit A Marco papæ immediatè, & Marcus ſucceſſerat Syluestro, & tenuerat cathedram Marcus tantũ duob. annis, & octo mẽſibus, quo tẽpore tenebat imperiũ Cõſtãtius Conſtantini magni filius, qui Arianus exiſtens multum fauit Arianis. Huius fauore quidam Euſebius Antiochenus patriarcha ſectator Arij, congregato concilio in Antiochia ſine licentia[a] Papæ, voluit determinationem ſynodi Nicenæ de conſubſtantialitate patris & filij irritare. Ille enim B fuit error & hæreſis Arij ab eo exortus in Alexandria, quia aſſerebat filium minorem patre, inquantum Deus. Quos ergo ſciebat verè catholicos, ad illud concilium Euſebius citare fecit, videlicet Athanaſium Alexandrinum epiſcopum & patriarcham, Paulum Conſtantinopolitanum, Marcellum Anchyræ epiſcopum, & Lucium Adrianopolitanum, qui omnes erant ſingulares fidei zelatores: ſed hi noluerunt ire, & meritò, quia [a] non erat authoritate Papæ congregatum, vnde ſynagoga ſathanæ, non concilium. Propter quod Euſebius excommunicauit eos, & depoſuit de C facto. Illi autem appellauerunt ad Iulium papam. Eapropter Iulius ſcribit Euſebio, arguẽs eum de tam ſuperba temeritate, & citauit eum cum ſuis complicibus, vt ad vrbem accederent expreſſuri cauſam depoſitionis illorũ. Athanaſius quoque, cum prædictis epiſcopis ſanctis viris, fuerat euocatus, vt ipſis præſentibus fieret iudicium, & reſponderent obiectis eiſdem. Et ipſi quidem humiliter obedierunt profecti Romam. ſed Euſebius cum ſuis fautoribus accedere renuerũt, & ſe ſubtraxerunt D ab obedientia Romanæ Eccleſiæ. Et hoc totum faciebat fauore Conſtantij imperatoris, qui inductus, & ſeductus per Euſebium iſtum Antiochenum, & Euſebium Nicomedienſem epiſcopum, multas & graues perſecutiones intulit omnibus Catholicis occidentalibus & orientalibus, mittens in exilium epiſcopos, fidei pugiles egregios, & præcipuè Athanaſium quærens occidere. Et quia mirabiliter euadebat inſidias eorum, vt non valerent eum inuenire, dicebant eum arte magica vti.

Iulius Euſebij conciliũ irritat. lege Soz. l. 3. c. 9.

Catholici epiſcopi parẽt Iulio nõ hæretici.

Paulus Cõſtantinopolitanus ab Arianis ſuffocatur,

Demum ſuffocato [b] Paulo Conſtantinopo-

E a *Hoc concilium legitimum non fuiſſe, quia ei Romani Pontificis defuit autoritas, ipſi Græci ſcribunt. Inquit enim Socrates lib. 2. cap. 8. Sed neque Iulius interfuit maximæ Romæ præſul, neque in locum ſuum aliquem deſtinauit, cum vtique regula Eccleſiaſtica iubeat, non oportere præter ſententiã Romani Pontificis cõcilia celebrari. Et Nicep. lib. 9. cap. 5. Cum inquit Eccleſiaſtico canone ſancitum ſit, non oportere Eccleſias citra Romani pontificis ſententiam in ſynodis quicquam ſtatuere. Nicep. græca verba ſunt. μὴ δεῖν ἄνευ γνώμης αὐτοῦ τοῦ ῥωμαίων ἡγουμένου, τὰς ἐκκλησίας συνοδικῶς κανονίζεσθαι. Socratis verò μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ῥώμης κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας.* F

b *De hoc D. Paulo ortodoxo Conſtantinopolitano epiſcopo ſuprà tit. 9. c. 4. §. 6. cuius vitam ſcripſit Metaph. quam Sur. tom. 3. edidit. de eodem Socrates lib. 2. cap. 4. Thodoritus & Sozomenus lib. 3. cap. 7. hiſtor. Tripar. lib. 4. c. 12. & 22. ex Athanaſio. Nicephorus item c. 4. 8. 9. 10. & 29. Notat au-*

A. C. 335.

A *tem Genebr. in Chronol. Euſebium vno tantum anno Conſtantinopolitanam rexiſſe Eccleſiam, Macedonium verò octo, Cæterum præſulũ Conſtantinopolitanorũ illo ſæculo turbata eſt valdè ſucceſſio. tũ quod duo aliquando ſe pro epiſcopis eodem tempore gererent, tum quod iidem aliquando bis eamdem ſedem tenerent: videtur autem ſic poſſe epiſcopos Conſtantinopolitanos ordine digeri. Poſt mortem Alexandri qui precationibus ſuis Arium expugnauerat, Paulus in eius locum eſt ſubrogatus, quam electionem imperator Conſtantius Arianus grauiter tulit, & concilio veterum Pauli inimicorum coacto* B *illum quidem vt ſacro munere indignum deiecit, thronumque Euſebio Nicomedienſi conceſſit. Niceph. lib. 9. cap. 4. Euſebius autem diem ſuum obiit, non diu à Synodo Antiochena ſuperſtes. Porrò bellua caſ blata Conſtantinopoli cœtus piorum Paulum in Eccleſiam reduxere. Tum quoque Arianorum factio Macedonium Conſtantinopolitanum elegerant epiſcopum. idem cap. 7. Quo audito Conſtantius ad Philippum vrbis præfectum ſcripſit, vt Paulũ vrbe eiecto, Macedonio Eccleſiam traderet. Ad hunc modum Macedonius & Ariani Eccleſiam occupauere.* C *Ita etiam Paulus ſolum iniqui exilij gratia vertere eſt coactus. idem ca. 9. Macedonius deinde Conſtantinopolitano epiſcopatu priuatus eſt. Porro Acacius & ſectatores eius Eudoxium in vacuã poſſeſſionem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ deduxerunt. idem. ca. 46. Eudoxius deinde cum clauum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ annis vndecim rexiſſet moritur, eius in locum ſurrogarunt Ariani Demophilum quendam, profeſſores autem ὁμοούσιος Euagrium ſuæ credulitatis presbyterum epiſcopum deſignarunt. Idem lib. 11. c. 5. Demum cum Gratianus & Theodoſius imperarent, Demophilus Eccleſiam iuſſu imperatoris reliquit, quam imperator cũ* D *Gregorio ingreſſus, ſancta omnia per orationem precatus, illi commendauit. Et poſtea illi qui Trinitatem conſubſtantialem profiterentur, Eccleſias obtinebant. Erat autem is annus, ex quo Ariani Eccleſias tenuerunt quadrageſimus. idem lib. 12. cap. 9. qui ea omnia ex Socrate & Sozomeno aliiſque ſcriptoribus Eccleſiaſticis collegit. Euſebium autem aliquem tunc fuiſſe Epiſcopum Antiochenum non reperio: ſed Emiſenum.*

E nopolitano epiſcopo ab hæreticis ſub altari in Cucula ciuitate parua, vbi exulabat, Conſtantius imperator Euſebium Nicomedienſem tranſtulit in ſedem Conſtantinopolitanam (& ex tunc hæretici cœperunt occupare prædictam ſedem, quã tenuit annis 12. continuè perſeuerans in perſecutione fidelium. Poſt hunc tenuit ſedem illam Conſtantinopolitanam Macedonius anno vno. Hic fuit hæreſiarcha aſſerens Spiritum ſanctum creaturam. Poſt quem tenuit dictam ſedem Eudoxius Arianus annos decem. Poſt Demophilus annis duodecim quem ſecutus eſt Euagrius F anno vno. Omnes iſti quinque fuerunt hæretici, & tenuerunt eccleſiam Conſtantinopolitanam annis. xxxvj. Quo tempore tenuerunt Eccleſiam Romanam Iulius, Liberius, & Fœlix.

Cùm autem accepiſſet ſedem imperij Theodoſius Catholicus, mortuo Euagrio beatus Gregorius, qui erat epiſcopus Nazianzenus A (quæ erat parua ciuitas) accepit ſedem Conſtantinopolitanam, [a] etiam contra canones, ne hæretici iterum eam ſedem occuparét quia quaſi totus populus, & clerus erat infectus hęreſi Ariana, vel. Macedoniana. Eo autẽ tempore, quo Gregorius Naziãzenus tenuit dictã ſedẽ. ſ. annis duodecim omnes reduxit ad veram fidem. Hunc Gręci appellant theologum, quem Hieronymus fatetur ſuum fuiſſe præceptorem in ſacris literis. A.C. 435.

Anno igitur eius pontificatus Conſtanti- Synodus Conſtantinopolitana.
B nopolitani duodecimo congregata iterum ſynodo Conſtantinopoli ſub Damaſo Papa, qui ſucceſſerat Fœlici ſecundo, contra errorem Macedonij, præſidente Theodoſio maiore (Beda dicit etiã Gratiano imperatore diſt. 16. ſexta) in qua fuerunt centum quinquaginta patres inſurrexit murmur non modicum contra Gregorium Nazianzenum eo quòd contra canones trecentorum & octodecim patrum Nicenæ ſynodi dimiſſa ſede ſua accepiſſet Conſtantinopolitanam, tamen propter reuerentiam nullus ei audebat dicere palam, ſed C diuerſi epiſcopi diuerſa inter ſe dicebant, quod aduertens ſtetit in medio eorum, & ait. Si propter me tempeſtas hæc venit tollite me, & mittite in mare, hæc dicens ceſſit voluntariè.

A.C. 481. Ioa. 1. Gregori⁹ ceſſit epiſcopatui, & Nectarius quamuis laicus ordinatur.

Cùm autem alium vellent ordinare, antequam inciperent ſynodum, in ſede Conſtantinopolitana, quia non inuenirent in clero, qui nõ eſſet Arriana vel Macedoniana hæreſi reſperſus, & propter hoc nullum talem vellent promouere ad tantam ſedem coacti [b]

D a *Intelligit Nicæni concilij canonem, cuius D. Hieron. meminit. ep. 83. ad Oceanum. tom. 2. Et hoc inquiens in Nicæna ſynodo à patribus eſt decretum ne de alia ad aliam Eccleſiam epiſcopus transferatur, ne virginalis paupercula ſocietate contempta ditioris adulteræ quærat amplexus. Eum itẽ Canonẽ habet Ruff. li. 10. hi. Eccl. c. 6. eũque in numero Canonum decimum ſextum ponit. Refertur etiam 7. q. 1. ca. non oportet. & cap. ſi quis verò. idem etiam ſancitũ eſt in multis concilijs Carthaginenſi c. 5. vt ibidem habetur. ca. placuit. & 8. ca. Conſtitutum, & Antiocheno. c. 1. ſi quis presbyter. & ca. epiſcopum.* E *& Cæterum optimam huius Canonis interpretationem afferre videtur Niceph. lib. 12. hiſt. Eccleſ. cap. 10. inquiens. Synodus namque illa, vt occaſionem ambitui præcideret, canonem hunc propoſuerat, quod multa tum ex competitorum ambitione prouenißent mala. Quod ſi ambitus abeſſet, nihil prorſus extare impedimenti cenſuit, vt modo vita aut doctrina multis alijs præſtantior, aut ſimul vtraque hæc conſtaret aut communis denique & publica cum magna commoditate vtilitas, per tranſlationem in expectatione eſſet, liceret ex vna in aliam Eccleſiam epiſcopum aliquem ſeſe transferre. Hac ille. noſtri Theologi le-* F *tini conſentiunt. Vide Sotum de Iuſtitia & iure. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. Denique Titulus de poſtulatione prælatorum lib. 1. Decretal. hoc omnino fieri poſſe demonſtrat. & 7. q. 1. c. mutationes. & c. ſcias frater. idem aſtruit.*

An Liceat epiſcopo ex vna in aliã tráſire Eccleſiam.

b *Cum D. Gregor. Nazianzenus redire cogitaret Tymotheus Alexandrinus Maximum quemdam Cynicum Apollinaris maculis infectum epiſcopum*

A.C. 435.

pum Conſtantinopolitanum ordinauit, ſed omnibus alijs epiſcopis hanc ordinationem improbantibus Nectarius Tarſenſis, qui tum Prætoris magiſtratu & honore conſpicuus Conſtantinopoli fungebatur, procurante maximè Diodoro Tharſenſi epiſcopo, fuit electus illius Eccleſiæ Antiſtes: nõ modo autẽ Laicus erat, ſed nec vllis noſtris myſterijs initiat^v vnde Græce à Nicephoro eiuſque lib. 2. ca. 12. dicitur ἀμύητος baptiſmus ibidẽ ca ponitur. Ex Tripart. hiſt. li. 9. c. 13. & Niceph. Hic porrò ille eſt Nectarius, quem ſacrã confeſſionem ſuſtuliſſe vaniſſimè, & inconſideratiſſimè Hæretici garriunt: nihil enim ille de confeſſione occulta & ſecreta mutauit, ſed Sacerdotem quemdam ob ſcelus perpetratum, ne eſſet ſuper pœnitentes amouit, & publicam, ſolemnemque pœnitentiam, quæ theatrica etiam à quibuſdam dicitur, eo quod publicè quaſi in theatro peccata pœnitentes confiterentur & pro eis ſatisfacerent, abrogauit; ſicut aperte perſpicitur ex lib. 7. Sozomenis cap. 16. & Niceph. lib. 12. cap. 28. vt ex his demonſtrat Eſpencæus Cen. 7. apophtheg. quod imitatus Leo Magnus in occidentis partibus paulò poſt, ad epiſcopos per Campaniam & Picænum conſtitutos ſcripſit, ſufficit deinceps reatus conſcientiarum ſolis Sacerdotibus indicare confeſſione ſecreta. Id etiam probat Sixt. Senẽſ. lib. 5. bibl. Sanc. ann. 173. Vide quæ notauimus ſuprà tit. 5. cap. 2. §. 19. Vide etiam Franci. Turrian. de dogmat. charact. lib. 4.

Nectarium laicum, virum prudentem & literatum, bonæ famæ, quem ſolum inuenerunt nulla hæreſi infectum, antequam inciperent, ſynodum conſecrauerunt: quem cognoſcebant ſufficientem eſſe contra omnem hæreſim pugnare, quam ordinationem etiam fecerunt contra canonem a illum, qui dicit nullum laicum debere ſubito ad epiſcopalem ſedem promoueri, ſed quaſi neceſſitate coacti hoc fecerunt, qui in ſynodo teneret locũ ſuum ſicque reunitæ ſunt Eccleſiæ orientales cum occidentalibus.

Poſt Nectarium qui patriarcharum tenuit ſexdecim annis aſſumptus fuit Ioannes Chryſoſtomus annis ſex. Cui ſucceſſit Arſacius annis duobus. Hic Arſacius fuit intruſus & ordinatus, expulſo indebitè Ioanne Chryſoſtomo de ſede per Theophilum Alexandrinum, epiſcopum æmulum eius, facto conciliabulo contra eum fauore Arcadij imperatoris, hoc ſuggerente importunè vxore eius Eudoxia: quia contra eam prædicauerat, ſed Innocentius Papa primus hæc ſentiens literas & nuncios miſit iſta retractans: ſed nũcij fuerunt detenti in quodã caſtro, & literę eorũ arreptæ per annos duos, hoc agente imperatrice, ne Ioannes reuocaretur. Demum hoc cognito Innocentius illum Arſacium, etſi iam mortuum depoſuit & Ioannem reſtituit, & Arcadium imperatorem excommunicauit, vt habetur diſt. xcvj. duo ſunt.

Mortuo Ioanne in exilio, ſucceſſit Atticus in ſede Conſtantinopolitana annis viginti poſt quem Siſinius anno vno. Sederunt autẽ omnes iſti quinque annis. xlv. ſub obedientiã Romanæ Eccleſiæ exceptis duobus annis Arſacij.

Neſtorius hæreſiarcha Conſtantinopolitanus patriarcha ordinatur. Nicep. li. 14. c. 31. & 32.

A.C. 435.

§. III.

SECVNDA diuiſio orientalium ab occidentali Eccleſia fuit tempore Celeſtini papæ anno 1436. Cum mortuo Siſinnio presbyter vocatus Neſtorius de Antiochia (vnde alias fuerat vocatus Chryſoſtomus) venit Conſtantinopolim, & ibi eſt ordinatus epiſcopus hic in primo vel ſecundo ſermone cœpit dogmatizare, vt nullus beatam virginem deberet dicere genitricem Dei, ſed Chriſti genitricem, qui eſt homo: quia hominem genuit, & non Deum, aſſerens Deum ab homine naſci eſſe impoſſibile; ponens duas perſonas in Chriſto diſtinctas, vnam filium Dei, aliam filium virginis. Dogmatizabat etiam ſpiritum ſanctum non eſſe à filio: nec habere exiſtentiam à filio. Qui etiam fecit ſymbolum modo ſuo, ſed hæreticum, & ab iſto primo b incepit error Græcorum, quo aſſerunt ſpiritumſanctum non procedere à filio.

χριστοτόκον & nõ θεοτόκον dicebat hic impius B. virginẽ eſſe nominãdã.

Sed Cyrillus Alexandrinus epiſcopus, ſanctus vir, quem Græci habent magna veneratione, & doctrinam eius ſcripſit plures epiſtolas ad eum, arguens eum de tali errore, & cum perſiſteret pertinaciter in tali errore ſuo, ſcripſit epiſtolam vna cum concilio Ægyptiaco contra eum & patefecit veritatem fidei ad Cœleſtinum papam. Quam examinans Cœleſtinus, inuenit integram, & veram fidem continentem, aſſerentem Chriſtum vnam perſonam in natura diuina & humana ſubſiſtentem, & ſpiritumſanctum procedere à filio, & habere exiſtentiam ab eo ſicut à patre. Vnde Cœleſtinus mandauit Neſtorio, quòd reciperet epiſtolam Cyrilli continentem veram fidem, & ita crederet, quia Romana ſynodus hæc teneret, qui noluit acquieſcere etiam Cęleſtino papæ.

Cœleſtinus Cyrilli fidẽ approbat.

Iſta ergo fuit ſecunda diuiſio eccleſiæ Conſtantinopolitanæ licet nulla aliarum orientis principalis ſecuta ſit Neſtorium, ſed nec tota eccleſia Conſtantinopolitana. Nam multi clerici & laici reſiſtebant Neſtorio. Iſtud ſchiſma non durauit niſi per tres annos, quia celebrata eſt ſynodus vniuerſalis in Epheſo du

Secunda diuiſio Eccleſiæ Græcæ à Latina.

b *Quotquot de Neſtorij erroribus ſcripſerunt eum de proceſſione Spiritus ſancti perperam docuiſſe minimè tradunt, ſed ideo ſolum eum damnatum perhibent, quod duas in Chriſto perſonas conſtitueret, Dei vnam, hominis alteram, & Chriſtum in duos filios diſtingueret, Dei & hominis, vnde B. Virginem, non θεοτόκον, ſed χριστοτόκον nominandam impiè cenſuit. Aduerſus quem ſcripſerunt quamplurimi tam Græci, quam Latini ſacri doctores. Cœleſtinus videlicet Romanus Pontifex, Cyrillus præclarus eius ἀνταγωνιστής, Theodoretus Amyranus, Atticus Conſtantinopolitanus, Caſſianus, Vincentius Lyrinenſis & noſtro ſæculo Geneb. in 3. lib.*

de

A.C. 1435.

de Trinitate & Caniſius lib.3. de B. Virgine cap. 18. Cæterum, qui primus Spiritum ſanctum à filio procedere negauit, fuit Photius patriarcha Conſtantinopolitanus, vt indicat D. Anton. inf. à §. 10. & ſcribit Geneb. in 3. de Trinitate. Cyrillus enim neque in duodecim capitibus, neque in aliis ipſius ſcriptis eum huius erroris damnat. Cum tamen theſauri librum 13. & 14. aduerſus eos qui Spiritum ſanctũ Deum eſſe negabant inſumpſerit, in quibus libris nuſquam Neſtorium nominat: quamuis Spiritum ſanctum à filio procedere ſæpè inculcet, vt cap. 1. Diſce à Paulo rectas de ſpiritu ſancto ſententias. Hinc enim habes ex Saluatoris ſubſtantia ſpiritum ſanctum eſſe, nec alienum ab vnius deitatis eſſentia & paulò poſt. Ipſe, inquit, Spiritus conteſtatur ſpiritui noſtro, quia ſumus filij Dei. Nam quis ex ſubſtantia filij eſt, ideo Chriſtus largitur ipſum ſanctis hominibus & poſt multa caput hoc ſic concludit. Quoniam igitur vita ſecundum naturam filius eſt, & Spiritus etiam ſanctus, quem ipſe largitur viuificat, neceſſe eſt omnino confiteri Spiritum ſanctum ex ſubſtantia patris & filij eſſe. Multæ ſunt aliæ huiuſmodi Cyrilli ſententiæ (quibus etiam vnam ex Anchorato & Panario Epiphanij adiiciam. Vbi ait οὐ τις ἦν ἀντιλογιζόμενος τῷ θεῷ ἐν υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ τὸ δ'ἅγιον πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων, Spiritum ſanctum non à Patre ſolum, ſed à filio procedere demonſtrantes: quæ tamen Neſtorium nominatim non perſtringunt, in quem ſtylum ille alias ob eius impietates direxit. Nihilominus tamen non omnino huius erroris fuit expers. Nam Theodoritus Cyri epiſcopus qui fuit Neſtorij hæreſi addictus (vt conſtat ex actis Concilij, & Niceph. lib. 14. cap. 35. & refert D. Thom. in 1. parte q. 36. a. 2.) vt eſt. tom. 1. Conciliorum confutans ea duodecim Cyrilli capita in Neſtorium dictata, dum nono reſpondet, ſic ſcribit Proprium autem ſpiritum filij, ſiquidem eiuſdem cum eo naturæ Cyrillus dixit, & ex patre procedere, iam confitebimur, & tanquam pia eius verba recipimus. Si verò tanquam ex filio, vel per filium eſſentiam habere vt blaſphemiam & rem impiam, eam reiiciemus. Quibus verbis apertè Græcorum neotericorum errori patrocinatur, qui quaſi blaſphemiam execrantur, quod nos dicimus Spiritum ex filio procedere. Quare dici poteſt Neſtoriũ hunc quidẽ errorẽ occultè tenuiſſe, ſed poſtea Photium manifeſtè & maiori cum plauſu hunc prædicaſſe, vt indicat D. Anton. infrà §. 10. & ideo huius erroris auctorem haberi.

centorum patrum tempore papæ Cæleſtini, & imperatoris Theodoſij iunioris, in qua reprobata fuit talis hæreſis. Et epiſtola beati Cyrilli, quę reprobabat dictum errorem, & cõtinebat integram fidem, fuit confirmata et ſubſcripta à papa Cœleſtino, & dicta circularis, quia miſſa per totum orbem, vt epiſtola ſynodi Epheſinæ, quam nec ſic voluit Neſtorius recipere.

Epiſtola D. Cyrilli ad Neſtorium extat tom. 1. cõc. quæ tamen Alexandrinæ Synodo ad ſcribitur.

Prædicti autem ſancti patres in ſynodo Epheſina congregati, ſtatuerunt, quòd nullus aliam fidem exponeret vel doceret quàm illam, quæ ſcripta eſt à ſanctis patribus trecentis & octodecim congregatis in Nicena ſynodo. Quod ideo fecerunt, quia ille Neſtorius fecerat & ipſe ſymbolum, in quo multa erant contra ea quæ determinata erant in ſymbolo

A Niceno. Et ſic habetur in Latino.

Decreuit ſancta ſynodus [a] (ſcilicet tertij concilij: ſed primi Epheſini) nulli licere aliã fidem proferre. Eos verò qui præſumpſerint, aut componere vel proponere vel proferre aliam fidem, ſi epiſcopi ſunt, alienentur à ſuis epiſcopatibus, ſi clerici, à clero ſint alieni: ſi monachi vel laici ſint excommunicati.

A.C. 1435. Epheſini Concilij Canon.

Canon 14. Epheſini cõcilij male & à Græcis & à Latinis intellectus.

Hanc determinationem & decretum concilij Epheſini non intelligentes, neque legentes vt ſcriptum eſt, Græci, ſumpſerunt cauſam ſuæ diuiſionis, ſed nec Latini benè allegant, quia

B dicunt ibi contineri. Si quis aliud prædicauerit, vel dixerit, addendo vel minuendo anathema ſit, ſed patet ex illo decreto hoc non dici. Sed ſi quis aliam fidem propoſuerit, quàm eam, quæ in Nicena &c. Si enim hoc eſſet, ſcilicet, quòd ſi quis adderet, vel minueret aliquid ad ſymbolum Nicenum, eſſet excommunicatus, vt allegant Græci & malè: ſequeretur quòd ipſi patres, qui fuerunt in ſecunda ſynodo, qui Græci erant, eſſent excommunicati. Nam ipſi addiderunt, & minuerunt ad ſymbolum Nicenum.

C Quod vt pateat, ſciendum quòd ſymbolum Nicenum ſic habet. Credo in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium conditorem. Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei natum de patre vnigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia patris, deum de deo, lumen de lumine, deum verum ex deo vero, natum non factum ὁμοούσιον patri, ideſt, vnius ſubſtantiæ cum patre; per

D

a Hic Canon ſeptimus ex his eſt, qui in ea tertia Synodo editi ſunt. ſic autem habetur tomo 1. Concilio. in geſtis ipſius Synodi. His igitur ita recitatis conſtituit ſanctum concilium, vt nemini liceat aliã fidem vel proferre, vel conſcribere, vel componere, præter eam quæ præſtituta ac præſcripta eſt ab ſanctis patribus, qui in Nicenorum vrbe cum auxilio Spiritus ſancti coacti fuerunt. Qui autem audeant aliam fidem vel componere, vel producere, vel proferre volentibus conuerti ad agnitionem veritatis ſiue ex gentilitate ſiue ex Iudaiſmo, ſiue alia qualicunque ſecta, vt hi ſiquidem epiſcopi vel clerici ſint, ab epiſcopatu illi, hi à clero remoueãtur, ac prohibeantur, ſin autẽ laici ſint, vt extrema deteſtatione & execratione percellantur. Hæc ibidem. Nec verò diuerſa Canonis huius interpretatio Gentiani Herueti apud Balſamonem, quæ ſic habet. His lectis decreuit Sancta ſynodus, non licere cuiquam aliam fidem afferre, vel ſcribere, vel componere, quam eam, quæ à ſanctis patribus, qui Niceæ congregati ſunt in ſancto Spiritu definita eſt. Qui autem aliam fidem audeat cõponere vel adducere vel offerre iis qui ſe ad veritatis agnitionẽ volunt cõuertere, vel ex gentilitate, vel ex Iudaiſmo, vel ex quacunq; ſecta, eos, ſi ſint quidẽ epiſcopi vel clerici, ab epiſcopatu eſſe alienos epiſcopos, & clericos à clero, ſi autem ſint laici anathematizari. Ex quibus huius Canonis duabus interpretationibus cuiuis facilè licet perſpicere hunc Canonem non aliud prohibere, quam ne quid innouetur aduerſus fidem in Niceno concilio ſtabilitam: vt vult D. Anton. non autem vetare, quominus aliquid explicandæ eius fidei cauſa ſymbolo Niceno adiiciatur.

quem

A.C. 444.

quem omnia facta ſunt in cœlo, & in terra. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt, & homo factus, paſſus & mortuus eſt. Et reſurgens tertia die aſcendit in cœlos, vnde venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & in ſpiritum ſanctum. Eos autem, qui dicunt. Erat tempus quando non erat, & antequam naſceretur non erat, & quia ex nullis exiſtentibus factus eſt, aut ex alia ſubſtantia, vel eſſentia, aut conuertibilem aut commutabilem Dei filium anathematizat catholica & Apoſtolica Eccleſia.

Hoc eſt ſymbolum Nicenum trecentorum decem & octo patrum, quod nec plus nec minus continet. Symbolum autem quod compoſitum eſt in ſecunda ſynodo Conſtantinopoli centum & quinquaginta patrum ſic habet. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem &c. prout cantatur ſeu legitur in miſſa, hoc excepto: quia vbi dicimus nunc. Et in ſpiritũ ſanctũ dñm & viuificantem, qui ex [a] patre filioque procedit ſimul adorãdũ & glorificãdum in ſymbolo Conſtantinopolitano ſic dicitur. Et in ſpiritum ſanctum dominum viuificantem ex patre procedentem cum patre & filio ſimul adorandum & glorificandum, omnia alia verba eadem ſunt.

Symbolo Niceno aliquid additũ & diminutum per Conſtãtinopolitanũ.

Cum ergo multa ſint addita, & aliqua diminuta de ſymbolo Niceno ad ſymbolum editum in Conſtantinopolitano concilio, & cum fecerint illi patres multas additiones & diminutiones verborum ad ſynodum Nicenam, ſe quereretur quòd illi omnes fuiſſent excommunicati, & depoſiti, Græci, & Latini quod nullus dicit. Et hoc ideò quia addentes verba non addiderunt contraria illis, quæ in concilio Niceno fuerunt determinata: vnde non aliam fidem propoſuerunt, ſed declarauerunt in illo dicta magis explicitè. Fuit ergo in dicta ſynodo Epheſina determinatum virginem

Epheſini cõcilij determinatio.

Mariam vere eſſe filij Dei genitricẽ, & in Chriſto eſſe vnam tantum perſonam in duabus naturis diuina ſcilicet & humana.

Tertia Græcæ Eccleſiæ à latina diuiſio. Nicep. hæc habet li. 14. cap 47.

§. IIII.

TERTIA diuiſio fuit generalis omnium Eccleſiarum orientalium tempore Leonis primi papæ anno domini 444. Cauſa huius diuiſionis fuit iſta. Mortuo Cyrillo Alexandrino, qui fuerat magna columna veritatis & zelator fidei, accepit ſedem Alexandrinam Dioſcorus magnus laqueus diaboli, & Flauianus, ſanctus vir ſedem tenebat Conſtantinopolitanam. Cùm autem Conſtantinopoli eſſet quidam monachus nomine Eutyches archimandrita, ideſt, pater multorum monaſteriorum, ſeu abbas, iſte ardenter impugnabat Neſtorium, ponentem in Chriſto duas perſonas. Et talem errorem ita deteſtatus eſt, non ſecundum ſcientiam; quod incidit in aliam hæreſim, etſi illi oppoſitam, aſſerens videlicet in Chriſto vnam tantum naturam diuinam ſcilicet & humanam aſſumptam conuerſam in diuinam.

Flauianus patriarcha Cõſtãtinopolitanus vere Catholicus.

Hæretici excõmunicati appellant ad concilia

Cum hæc cœpiſſet iſte Eutyches dogmatizare, Flauianus Conſtantinopolitanus epiſcopus, ſeu patriarcha vocans eum arguit de errore. Et cum non poſſet eum dirigere in viã veritatis, vt pertinacẽ in ſua perfidia, eiecit eũ de eccleſia, vt hæreticum & abſtulit ab eo curam monaſteriorum. Qui appellauit, & petiit concilium generale fieri & iudicari à Dioſcoro Alexandrino epiſcopo.

Authoritate igitur Leonis [a] papæ congregata eſt ſynodus iterũ in Epheſo, vbi & alia immediatè fuerat celebrata. Ad hanc ſynodũ veniens Dioſcorus Alexandrinus, vallatus monachis, & militibus ſæcularis curiæ voluit ipſe præeſſe ſynodo, cum tamen hoc non eſſet ei commiſſum à papa, ſed certis legatis miſſis ab eo, quibus locum non dedit, ſed tyrannicè primum locum tenens coegit omnes præſentes ſubſcribere, quòd fides Eutychetis eſſet Catholica. Vicarij autem ſeu legati papæ fugerunt de ipſo concilio, ne cogerentur

Particula filióque ſymbolo quando addita.

a *Hæc particula, filióque, de qua tam grauis fuit inter Græcos & Latinos altercatio: quæ eos à nobis alienauit, addita fuit in concilio Romano ſub Damaſo, A.C. 383. contra Arium, Macedonium Photium Priſcillanum, Anxentium Mediolanenſem & Apollinarem celebrato, teſte D. Hieronymo in Chron. Iſid. in Dam. hiſt. Trip. l. 9. c. 12. 13. & 14. quæ particula in eo concilio fuit addita, contra eos qui dicebant S. Spiritum eſſe filium filij, nepotemque patris, vt Geneb. teſtatur ſe legiſſe in quodam manuſcripto libello Græco à ſe verſo: quod conuenit cum Hugone Etteriano lib. 3. de proceſſ. Spiritus S. c. 16. Et cum Magiſtro ſentent. lib. 1. d. 11. Errat enim Beza, qui in ſuo nouo teſtamento, inter ea quæ à ſynodo Conſtantinopolitana ſymbolo Niceno addita fuerant, hanc dictionem reponit ſumma antiquitatis ignoratione. Geneb. Certè ſi hæc particula in eo Conſtantinopolitano concilio fuiſſet Niceno ſymbolo addita, nunquam Græci, qui hanc Synodum ſemper ſunt venerati, nunquam nobiſcum de ea verbum vllum habuiſſent: ſed nobiſcũ in Symboli recitatione vſque quaque conſenſiſſent. Et quamuis D. Anton. infr. §. 13. referat eſſe aliquos, qui hanc particulam à concilio Conſtantinopolitano additam dicant: id tamen ipſe non aſſeruit nec planè verum eſſe credidit.*

Bezæ error.

a *Hæc ſynodus, vt refert Niceph. lib. 14. c. 47. λῃστρικὴ, ideſt: prædatoria nominata fuit quod in ea per vim & inſolentiam quamdam militarem omnia fuerint patrata. Neque porro Leonis Romani Pontificis auctoritate: ſed veſano Theodoſij iunioris imperio & Chryſaphi cuiuſdam Eunuchi, qui B. Flauianum oderat, impulſu hæc indicta & celebrata eſt Synodus: ad quam cum S. Leo legatum Iulium quemdam miſiſſet epiſcopum, ille nequaquam Synodo interfuit, ſed cum Dioſcorum Alexandrinum omnia peruertentem, ipſaſque D. Leonis litteras reiicientem animaduertiſſet fuga elapſus, & Romam re infecta profectus eſt. idem ibidem.*

ſub-

A.C. 444.

ſubſcribere. Fecit autem capi ſanctum Flauianum Conſtantinopolitanum epiſcopum, qua ſi iniuſtam ſententiam dediſſet contra Eutychem. Flauianus autem & ſi multis verberibus affectus, apellauit ad papam, ſed non fuit auditus: quinimmo in carcere poſitus noctu fuit ſuffocatus.

Dioſcor' pro libidine omnia egit.

Statim autem Dioſcorus ſuum archidiaconum nomine Anatolium, ordinauit pro Flauiano epiſcopum Conſtantinopolitanum, & Eutycheti reſtituit omnia monaſteria, quibus fuerat priuatus. Depoſuit etiam & epiſcopum Antiochenum, non obſtante, quod in omnibus ei conſenſiſſet, & pro eo ordinauit quemdam Maximum nomine. Audiens autem hæc Leo, irritauit omnia geſta illius ſynodi: ſcribens Theodoſio iuniori, quomodo Dioſcorus perturbabat eccleſiam, & rogabat eum, vt annueret aliam ſynodum fieri intra Italiam, vt male facta per Dioſcorum corrigerẽtur, qui nullo modo conſenſiet, ſed fimiter [a] tenuit ſententiam illius ſynodi. Et tunc omnes eccleſiæ orientales ſubtraxerunt ſe ab obediẽtia Romanæ eccleſiæ. Nam eccleſiæ Alexandrinæ (vt dictum eſt) præſidebat ipſe Dioſcorus, auctor omnium malorum, qui non ſolum papæ nõ obediuit, ſed libellum ſcripſit contra eum, nuncupans eum caput putridum, & excommunicans eum. Iſte fuit primus, qui contra papam fecit libellum. Et eccleſiam Antiochenam regebat Maximus ordinatus ab eo, Conſtantinopolitanam tenebat Anatolius ibi poſitus per Dioſcorum, quem veriſimiliter credi poteſt fuiſſe ſuæ opinionis. Hieroſolymitanus epiſcopus erat Iuuenalis, qui ei in omnibus conſentiebat. Similiter & aliç eccleſiç, quarum epiſcopi ſe ſubſcripſerũt, exceptis [b] quinq;

Leo. I. hanc Synodum condemnat Nice. ca. 49.

Dioſcor' primus eorum, qui Papa ſcripſerunt.

a *Theodoſius non videtur huic concilio perpetuo aſſenſiſſe. Nam vbi ſecum re perpenſa ſe Chryſaphij aſtutia deceptum eſſe comperit, per quam grauiter & impietatem in Flauiano perpetratam & aliis epiſcopis nefariè illatã contumeliam & condemnationem tulit. Et cum dolori ſuo mederi non poſſet, in Chryſaphium legitimum iuſtumq́ue effudit furorẽ. Itaque illum primum dignitate mox etiam ſubſtantia omni ſpoliatum, in inſulam quamdam relegauit. Poſtea coniugem quoque Eudoxiam, per acrem obiurgationem male admodum accepit, quippe quæ malorum inualeſcentium cauſa fuiſſet. Epheſum etiam certis hominibus miſſis ſacrum Flauiani corpus inde in vrbem imperantem tranſtulit, atque id per mediam ciuitatem cum obſeruantia, & pompa celebrillatum intra adyta ſanctorum Chriſti diſcipulorum templi ſplendidè & religioſè repoſuit. Nice. lib. 14. cap. 49.*

b *Hæc ſunt nomina horum quinque qui, cum nõ cõſenſiſſent huic Prædatoriæ ab ea ſunt exautorati Ibas Edeſſenorum epiſcopus, & ſapiens eruditusq́; Theodoritus Eccleſiæ Cyri paſtor. (is enim cum Neſtorio fauiſſet in 3. Epheſina Synodo, vt diximus ſu. cap. 3. poſtea cum deſeruit) præterea Daniel Carrarum. Item Irenæus Tyri, & Aquilinus Bibli epiſcopi. Sedet Domnus Ioannis in Eccleſia Antiochena ſucceſſor annotatione ſua eam ſynodum tum confirmauerat: At idem poſteà ſtatim ſuæ redditus quod illis ceſſiſſet retractauit. Niceph. lib. 14. c. 47.*

A.C. 470.

cum Flauiano Conſtantinopolitano, qui omnes depoſiti ab eo fuerunt. Tenuerunt autem ſic contra Romanam eccleſiam toto tempore vitæ Theodoſij iunioris imperatoris, qui nullo euentu voluit conſentire, vt aliud conciliu fieret, quod durauit per ſeptem annos.

Marcianus imperator Catholic'.

Mortuo autẽ Theodoſio factus eſt imperator Martianus, qui erat vir catholicus. Vnde & Leoni papæ ſcripſit, quod ſi volebat fieri aliam ſynodum, erat in beneplacito ſuo. Videns autem Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus, quod imperator papæ conſentiret, cõſcius qualiter, & à quibus fuerat ordinatus, egit cum Martiano Auguſto, & cum Pulcheria Auguſta, quod ſcriberent Leoni papæ, quod ſeſſioni ſuæ conſentiret, partim conſcientia ductus, & coactus veritate, partim etiam timore, ne de ſede ſua pelleretur. Leo autem annuit petitioni imperatoris, & imperatricis.

Chriſtus eſt vere De' & homo.

Et ſic celebrata eſt ſynodus in Chalcedonia, in qua eccleſiæ orientales fuerunt reunitæ cum occidentalibus. Et fuerunt ibi ſexcenti triginta patres id eſt epiſcopi, vbi fuit damnata hæreſis Eutychetis, & declaratum in vna perſona Ieſu Chriſti eſſe duas naturas diſtinctas. Et tolerati in ſuis dignitatibus Conſtantinopolitanus & Antiochenus, & Hieroſolymitanus epiſcopi, ſolus Dioſcorus Alexandrinus condemnatus, & præcipuè, quia excommunicationem auſus fuerat inferre contra Leonem papam, vt dicitur diſt. xxj. ca. in tantũ hanc. Et ibi Martianus imperator præſens fuit qui ſic dixit. Nos ad fidem confirmandam, nõ ad potentiam oſtendendam, exemplo religioſiſſimi Principis Conſtantini inteteſſe ſynodo volumus. vt inuenta veritate non vltra multitudo doctrinis prauis attracta diſcordet. diſt. xcvj. nos ad fidem. Durauit iſta vnio toto tempore Leonis papę & Hilarij ſucceſſoris ſui, licet in Alexandria eſſet turbatio, multis ex clero & populo ſequentibus Dioſcorũ depoſitũ.

Quarta Græcæ Eccleſiæ à latina diuiſio.

§. V.

QVARTA diuiſio facta fuit in eccleſiis orientalibus per Achacium Conſtantinopolitanum epiſcopum: de quo habetur diſt. xix. ſecundum. Et eo tempore Romanam regebat eccleſiam Simplicius anno Domini. 470. qui Hilario ſucceſſerat. In Alexandrina autem eccleſia diuiſio erat ita vt duo in ea fierent epiſcopi ſeu patriarchæ. Vnum eligebant catholici alium ſibi hæretici ſtatuebant. Poſt interfectionem enim Protherij Alexandrini, catholicorum patriarcha vocabatur Timotheus Salophaciolus, hæreticorum verò Timotheus Ælurus, quo mortuo ordinauerunt hæretici Petrum Moggium. Achacius verò Conſtantinopolitanus ſcripſit Simplicio papę, quod nullo modo a ſeſſioni Petri Moggij aſſentiret, &

Proterius epiſcopus Alexandrinus martyr de quo Nicep. lib. 15. c. 16 ut. 17.

a *Vetus fuit Eccleſiæ conſuetudo vt Eccleſiæ Orientales epiſcopi nouiter electi a Romano Pontifice confirmationem peterent. Cuius rei exempla illuſtria videre eſt apud Leonem magnum circa ele.*

ab eodem

A.C. 455.

ctionem Anatholij Patriarchæ Conſtantinopolitani de quo ſup.§.4.)epi.33.& 34.item epiſt.40 54. & 55.& circa electionem Protherij patriarchæ Alexandrini epiſ.68. Apud Sozomenum quoque lib.7. ca.8.& Theodorus lib. 5. c.8. de Nectario epiſcopo (de quo ſu.§.2.)ab vniuerſo concilio electo ab Damaſo tamen confirmando. Vnde Gregorius De Salonitano epiſcopo, quod illo neſcio is confirmatus fuerat ab imperator . . uricio conquerens ſcribit epi.54. lib.4. hoc ſub nullo vnquam antea Chriſtiano principe accidiſſe, vnde patet quantæ fuerit priſcis illis ſæculis oriente toto Romanus pontifex auctoritatis, quem tamen in ordinem redactum fuiſſe hæretici garriunt.

Proterius epiſcopus Alexandrinus martyr, de quo Nicep. lib. 15. ca. 16. et 17. Salophaciolus.

ab eodem petiit authoritatem, vt eumdem Petrum, tanquam hæreticum poſſet ab eccleſia Alexandrina expellere, quod & factũ eſt. Nã s authoritate papæ per potentiam imperatoris Zenonis qui tunc regebat imperium, ſuccedẽ Leoni imperatori poſt Martianum, hic Petrus Moggius expulſus de ſede fuit, Timotheo catholico ſedem Alexandrinam tenente.

Petrus Moggius hæreticus ab Alexandrina ſede expellitur.

Quo mortuo, electus fuit quidam Ioannes & ipſe catholicus qui facta ſynodo, vt conſuetum erat, epiſtolam ſynodalem miſit papæ Simplicio, in qua epiſtola ſynodali fatebantur, quam fidẽ tenebant [b] quæ epiſtola vocabatur ſynodica ſecundum conſuetudinem. Et ſecundum hoc canon erat, vt ordinati de nouo in eccleſiis principalioribus, talem epiſtolam ſibi mutuo commodarent vt quilibet ſciret qualis fidei erat ordinatus. Miſit autem Calendioni Antiocheno patriarchę idem & Hieroſolymitano, miſit etiam & Acatio, ſed propter negligentiam nuncij litera non fuit Acacio præſentata. Qui audiens Ioannem ſedem quidem Alexandrinam tenere, literam autem ſynodalem ab eo nondum receperat: credens ſe deſpectum eſſe, & contemptum concordans cum nuncus Petri Moggij (qui tunc erat in Conſtantinopoli) egit cum imperatore Zenone, vt Ioannes prædictus de ſede pelleretur, quaſi inutilis, & Petrus Moggius reponeretur in ſede Alexandrina, vt amabilis populo, quod & factum eſt. Similiter & fecit expelli Calendionem de ſede Antiochena, quemdam hæreticum Petrum nomine ibidem faciens ordinari. Idem fecit in eccleſia Hieroſolymitana. Et ſic omnes eccleſiæ orientales ſubtraxerunt ſe ab obedientia Romanæ eccleſiæ agente hoc Acacio Conſtantinopolitano. Cui papa Simplicius multas literas ſcripſit, qui eas nec recipere voluit, vnde & depoſitus fuit. Tenuit tamẽ ſedem fauore imperatoris Zenonis.

A.C. 470

Synodales epiſtolæ miſſæ Romam quæ eſſent.

Achatius patriarcha Conſtantinopolitan⁹. Cum hæreticis comũgitur, & orientales eccleſias à Romana ſeparat.

Mortuo autem Acacio quidam Flauitas nomine fuit ordinatus epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui noluit inthronizari niſi demandato papæ. Eo mortuo poſt annum, Euphemius ſimiliter prædeceſſoris viã ſecutus, per ſex annos tenuit ſedem, quem Anaſtaſius imperator hæreticus depoſuit, qui licet eſſet catholicus non audebat hæreticis reſiſtere. Cui ſucceſſit Macedonius peior anteceſſoribus ſuis, qui etiam deprehenſus eſt ſcripturã ſacrã falſificare: propter quam cauſam poſt tres annos ipſo depoſito, quidam Timotheus fuit ordinatus in eadem ſede, qui affirmabat diuinã naturam in ſe paſſam fuiſſe. Tenuit tamen ſedem annis ſex imperium autem tenebat Anaſtaſius, & ipſe hæreticus. Sedem autem Romanam poſt Simplicium tenuit Felix. poſt quem Gelaſius, poſt eũ Anaſtaſius, cui ſucceſſit Symmachus, & poſt eum Hormiſdas. Vnde à tẽpore Simplicij vſque ad Hormiſdam eccleſiæ orientales perdurarunt in hæreſi ſubtrahentes ſe ab obedientia Romanę eccleſiæ, vt plurimũ quæ diuiſio durauit vltra quadraginta quinque annos.

Flauitas patriarcha Cõſtantinopolitanus Nic. li.16. c.18. Euphemius & Macedonius idem. c.25. & 26.

Mortuo autem Anaſtaſio imperatore hæretico, accepit arcẽ imperij Iuſtinus primus, vir catholicus in omnibus. Mortuo etiam Timotheo Conſtantinopolitano epiſcopo, accepit ſedem Ioannes, & imperante Iuſtino iterũ vnita fuit eccleſia oriẽtalis cũ occidẽtali. Vnde & miſit prædictus Ioãnes papę Hormiſdæ epiſtolã, in qua continebantur cũ iuramento, quod omnes receptos ab eccleſia Romana reciperet: & omnes ab eadem refutatos ſiue expulſos, refutaret, & nunquam ab obedientia Romanæ eccleſiæ recederet. Et ſi hoc tentaret facere, ſeipſum maledicebat, ſicut & alios, qui receſſerunt ab eccleſia Romana. Et ſic iterum eccleſiæ fuerunt vnitæ, quæ vnio durauit vſque ad tempora Iuſtiniani imperatoris, & Agapyti papæ per annos octodecim quo

De epiſtolis Synodicis.

a *Synodicarum litterarũ vſum & antiquitatẽ apertè ſatis docet Sophronius in Epiſtola Synodica ad Honoliũ Romanum Põtificem Apoſtolica dicens, & vetus traditio inualuit, vt qui ad Hierarchiam eliguntur (epiſcopatum dicit ad eos qui in Hierarchiis capeſſendis & adminiſtrandis maiores ſunt) omnino ſincere referant, quid ſentiant, & qua fide ſint, vt Paulus eis tradidit valdè cautè, ne in vacuum currerent, ſi qua in parte eis fides manca eſſet. Hæc ille. Hic autem mos olim fuit ad certam & legitimam Epiſcoporum ſucceſſionem, cum vera & Apoſtolica doctrinam communciam retinendam, planeque cognoſcendam. Sic enim nouellus epiſcopus fidei ſuę profeſſionem edebat ita vt omnes alij eius collegæ & præſertim Romanus Pontifex, ad quem potiſſimum epiſtola dirigebatur) certiores fierent, cum fidem à ſuis anteceſſoribus per manus traditam retinere atque prædicare. Cuius rei exempla videre eſt apud Cyprianum de ſeipſo lib.4. Epiſt.9. & de Sabino quodam Hiſpano lib.1. epiſt.4. & de Cornelio Rom. Põ. lib.4. epiſt.2. & 8. & apud Ambroſium de ſua electione epiſt.82. Quem morẽ ſuo tempore diligentiſſimè conſeruatum commemorat S. Greg. lib.4. epiſt.2. ſcribens: Hinc eſt, vt quoties in quatuor præcipuis ſedibus Antiſtites ordinantur, ſynodales ſibi epiſtolas viciſſim mittãt: in quibus ſe Calcedonenſem ſynodum cum aliis generalibus ſynodis cuſtodire fatentur. Plura de his vide apud Franciſcum Turrianum lib.2. pro defenſione Canonum Apoſt. c.4. & Stapletonum lib.4. controuer. de principiis fidei cap.20. Quæ ideo maximè obſeruanda duxi, vt Epiſcoporum ſucceſſionem, quæ certiſſima & euidentiſſima eſt Eccleſiæ Catholicæ nota ab Hæreticorum cauillationibus defenderem. Nam ea non eſt ei ſimilis, qua magiſtratus ciuiles alij altis ſufficiuntur, ſed vna cum illa perſonarum ſucceſſione: vera fidei & Catholicæ doctrina perpetua & non interrupta ſucceſſio conſeruabatur: vt ex illis ſynodicis patebat litteris.*

A.C. 580. quo tempore fuerunt epiſcopi Conſtantino- A politani duo ſcilicet Ioannes & Epiphanius ſucceſſor eius.

Quinta diuiſio Græcæ Eccleſiæ à latina Anthemius Conſtantinopolitanus hæreticus monothelitæ. A.C. 535.

§. VI.

QVINTA diuio fuit circa annum Domini 580. mere ex ſuperbia cuiuſdam Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi, appellantis ſe papam vniuerſalem. Ante ipſum tamen fuit alius epiſcopus Conſtantinopolitanus dictus Anthemius hæreticus. Mortuo enim Epiphanio præfato epiſcopo Conſtantinopolitano, Theodora imperatrix vxor Iuſtiniani, quæ ſucceſſerat Iuſtino imperatori, tranſtulit prædictum Anthemium epiſcopum tūc fundenſem in ſedem Conſtantinopolitanam cum eſſet hęreticus ex eo quod aſſerebat vnam tantum voluntatem & operationem in Chriſto. Cum C autem (vt in Chronic. habetur) Agapitus papa veniſſet Conſtantinopolim ad Iuſtinianū imperatorem, deprehendens hunc Anthemium, hæreticum, noluit communicare cum eo, nec prece, nec pretio imperatricis Theodoræ, quæ fauebat ipſi Anthemio hæretico, ſed expulit ipſum Agapetus à ſede Conſtantinopolitana ordinans loco eius quendam Mennatem nomine, virum catholicum: qui erat rector hoſpitalis, quod vocatur Sanſonis.

Agapetus autem papa eodem anno mortuus eſt Cōſtantinopoli. Agapeto ſucceſſit Syl D Concilium generale. A.C. 553. uerius, cui Vigilius huius temporibus celebrata eſt quinta ſynodus imperante Iuſtiniano, & manſit eccleſia vnita vſque ad tempus Pelagij ſecundi: cuius tempore Ioannes (de quo in principio huius. §. dictū eſt) Conſtantinopolitanus epiſcopus ambitione ſuperbiæ elatus, voluit vſurpare ſibi nomen vniuerſalitatis, & cōuocans epiſcopos quoſdam, ex ordinatione eorum ſe vniuerſalem ſcribi fecit. Quo nomine patriarchæ Conſtantinopolitano ſcribebant ſic dicentes a patriarchæ vniuerſalis vel orbicularis, ſolo nomine nō re, cum etiam in Conſtantinopoli ſint aliqua monaſteria, quę ad cū non pertinent, ſed ad alios patriarchas, in quibus monaſteriis non poteſt celebrare Conſtantinopolitanus epiſcopus, nec paratus intrare, nec in aliquo eidem obediunt. E

Contra hunc Ioannem Pelagius ſecundus papa durè ſcripſit arguens ipſum, & etiā aliā epiſtolam deſtinauit epiſcopis, qui interfuerāt in illo concilio de vocatione Ioannis eos reprehens. Iſta autem diuiſio non fuit cum hæreſi, ſed ex ſola elatione dicentis quod ciuitas imperialis debet eſſe etiam ſummi pontificis A.C. 681. ſuprema. ſicut fuerat prius Roma. Iſtā rationē Pelagius ſecundus papa infringit in prędictis epiſtolis ſuis.

Beatus etiam Gregorius primus, qui ſucceſſit Pelagio anno domini 590. ſcripſit, & ipſi Greg. li. 4. ep. 36. & 38. Ioanni & Mauritio tunc imperanti, redarguēs dictam ſuperbiā, vt apparet ex regiſtro eius: & di. xcix. c. nullus. Sed & ipſe Gregorius volens clauum ſuperbiæ illius Ioannis clauo humilitatis retundere, ſeruum ſeruorum dei ſe intitulauit, literis ſuis, quem ſecuti ſunt omnes ſummi pontifices.

B Inuenitur tamen in hiſtoriis quod Damaſus papa fuit primus, qui ſeruum ſeruorum Dei ſe intitulauit, licet alij ſucceſſores, ſui in hoc eum non fuerint ſecuti, ſed poſt Gregorium ſinguli. Iſta igitur diuiſio quinta parum durauit quia ille Ioannes morte ſubita præuentus eſt, nec eum ſecutus eſt ſucceſſor eius in illa elatione, ſed permanſit vnitus & ſubditus Romanæ eccleſiæ.

Sexta diuiſio à Sergio patriarcha ortum habuit.

§. VII.

SEXTA diuiſio cœpit per Sergium Conſtantinopolitanum epiſcopum hæreticū lapſum in errorem Monothelitarum, aſſerentium vnam tantum voluntatem & operationē in Chriſto. Et hæc diuiſio fuit tempore Sergij papæ Romani & Ioannis ſucceſſoris eius. Anno domini 680. Illi igitur Ioanni (de quo dictum eſt) ſucceſſit in ſede Conſtantinopolitana Cyriacus, qui tenuit ipſam vnitam annis. xj. cui ſucceſſit Thomas annis tribus. Poſt hūc epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit Sergius Sergius patriarcha hæreticus monothelita. hæreticus, de quo dictum eſt: qui ſuam eccleſiam tenuit annis. xxviij. cuius tempore Heraclius arcem tenebat imperij. Qui imperator poſt multa & magna bona facta geſta pro fide & eccleſia ſancta, vt legitur in exaltatione ſanctæ crucis, deprauatus per hunc Sergium in hæreſim lapſus eſt. Ante eum verò imperauerat Phocas occiſo Mauritio ab eo. Sergio ſucceſſit Pyrrhus annis tribus ęquè hæreticus, cui Heraclius imperator monothelita. ſucceſſit Paulus annis xij. ſimiliter eiuſdem hæreſis ſectator. Mortuo autem Heraclio ſuſcepit imperium filius eius a Conſtantinus tertius, qui fuit omnium imperatorum peſſimus. Hic Martinum papam captum, de Roma fecit trahi Conſtantinopolim, deinde miſit eum in exilium apud Cerſonam vbi beatus Clemens olim fuerat relegatus.

Paulo autem Conſtantinopolitano epiſcopo, ſucceſſit alius Pyrrhus, & hæreticus menſibus quatuor. Quem ſecutus eſt in Conſtantinopolitana ſede & hæreſi Petrus annis duodecim. Poſt quē Thomas annis duob⁹. Succeſſit autem ei Ioannes annis ſex & poſt eum

a *De hoc nomine vniuerſali, epiſcopi nos multa ſupra diximus tit. 12. c. 2. & 3. §. 3. in Pelagio & Gregorio primo: ſub quibus pontificibus de hoc nomine quæſtio ventilata fuit: Cæterum Patriarcha Conſtantinopolitanus ſe græcè οἰκουμενικὸν inſcribebat, quod orbicularem liberatus eſt interpretatus, quia οἰκουμένη, terrarum orbem deſignat.*

a *Poſt Heraclium Conſtantinus quidem imperauit men. 4. Poſt quem Heracleonas men. 2. illo vero ſublato imperauit Conſtans 2. de quo hoc loco liberatus loquitur, qui Martinum papam in exilium relegauit. Dicro. lib. 20. Rerum Rom.*

A.C. 719.

eum Cōſtantinus annis duobus,deinde Theodor⁹ & omnes prædicti fuerūt hæretici.Iſta igitur ſexta diuiſio durauit annis ſexaginta quinque intra quod tempus fuerunt in ſede Romana pontifices decem ſucceſſiuè à Bonifacio quinto vſque ad Agathonem. Conſtantino autem tertio rebus humanis exempto ſum pſit imperium filius eiuſdem nominis quartus.Hic fuit catholicus,quo agente eccleſia iterum fuit vnita.Nam eius tempore congregata eſt ſexta ſynodus vniuerſalis Agathone Papę tenente ſedem Romanam, de quo habetur diſt.xvj.c.ſexta ſynodus. Theodoro verò ſucceſſit in Conſtantinopolitano epiſcopatu Georgius catholicus annis duobus:quo defuncto accepit ſedem alius Theodorus eam tenens annis tribus. Ei verò ſucceſſit Paulus annis ſex.Cui ſucceſſit Callinicus annis duodecim. Poſt eum autem creatus eſt epiſcopus Conſtantinopolitanus Cyrus: qui ſedit annis ſex.Hic fuit hæreticus,vnam voluntatem & operationem dicens in Chriſto. Et ſic diuiſa eſt eccleſia,tenente ſedem Romanam Ioanne ſeptimo qui fuit natione Græcus.

Sexta Synodus aduerſus Monothelitas A.C. 681. Patriarchę Conſtantinopolitani Græci.

Septima diuiſio à Cyro Conſtantinopolitano exorta. A.C. 710.

§. VIII.

SEPTIMA diuiſio inchoata eſt in prædicto Cyro Conſtantinopolitano epiſcopo hæretico cui ſucceſſit Ioannes annis tribus,& poſt eum a Germanus annis quindecim eadem hæreſi infecti.Poſt hos ſucceſſit Anaſtaſius annis viginti quatuor.Et ſub eo defecit hęreſis dicentium vnam voluntatem & operationem tantum in Chriſto,& ſtatim incepit alia hæreſis Iconomachorum,ideſt perſequētium imagines,contra quos eſt capitulum de conſe. diſt.iij.venerabiles.vbi dicitur.

Hæreſis Iconomachorum.

Venerabiles imagines Chriſtiani non appellant deos neque,vt diis,eis ſeruiunt,neque ſpē ſalutis ponunt in eis, neque futurum iudiciū ab eis expectant:ſed in memoriam & recordationem primitiuorū eas venerantur & adorāt: ſed non ſeruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ.

Imagines Sanctorū memoria ſunt & recordatio prototyporum ex Syn.7.a.6.

Et in capitulo præcedentì redarguitur Seuerus Marilienſis epiſcopus,qui imagines fecerat comburi,vbi Gregorius ſecundus illum reprehendens ait. Aliud eſt picturam adorare, quod non licet,& aliud eſt per picturam quid ſit adorandū cognoſcere.Quod enim ſcriptura à legentibus hoc idiotis præſtat pictura cernentibus.

a *Germanum Conſtantinopolitanum patriarcham Cyri Ioannisque errore infectum non fuiſſe indicat Zonaras tom.3.in vita Arthemij imperatoris ſcribens Patriarcha Ioanne vt non orthodoxo,à ſede quam breuium tenuerat auulſo Germanum Cizyco reuocatum in eū locū ſubſtituit. Paulus Diaconus etiā in vita Leonis imperatoris refert,eū impio imperatori in ſacras imagines bellū mouere cogitāti viriliter reſtitiſſe, eaque de cauſa eū ex ſede ſua Leo depulit,eique Anaſtaſiū ſuæ hæreſeos fautorē ſuppoſuit.vnde ſæpe Germanus ſanctiſſimus confeſſor,& à Diacono & Genebrardo & aliis nominatur.*

A Primus autem perſecutor huiuſmodi imaginum fuit Conſtantinus qui ſucceſſerat Anaſtaſio in ſede Conſtantinopolitana:& eam tenuit annis duodecim quem ſecutus eſt Nicetas annis quinque & poſt eum.Paulus annis quinq; Qui omnes fuerunt eiuſdem hæreſis. Poſt hos factus eſt epiſcopus Conſtantinopolitanus Taraſius catholicus,qui ſedit annis viginti vnum,imperium autem tenebat Conſtantinus quintus cum Irene matre ſua.

A.C. 789.

Cuius temporibus celebrata eſt ſeptima ſynodus Adriano primo ſedente in Roma.Et ſic B anno Domini 775.facto concilio eccleſia fuit vnita ſcilicet Conſtantinopolitana cum Romana,quæ diuiſa fuerat à tempore Gregorij ſecundi,vſque ad Adrianum primum. Et celebrata fuit ipſa ſynodus in Nicæa ciuitate Aſię vbi prima fuerat congregata tempore Syluestri papæ & Conſtantini imperatoris.

Synodus ſeptima qua Eccleſiæ vtriuſque fit vnio. A. C. 789.

Cum autem Conſtantinus quintus matrē Irenem quaſi priuaſſet imperio,tanta ob id amaritudine ipſa repleta eſt, vt ipſum filium Conſtantinum oculis priuaret,& carceri manciparet.Ea tempeſtate quidam Leo nomine C Armenius genere, a occiſo Michaele imperatore,qui poſt Conſtantinum & Irenem imperabat,& pater Ignatij patriarchæ erat, de quo infra dicetur,tyrannicè inuaſit imperium, & hæreſim iam ſopitam à concilio ſeptimo iterum reſtituit.

Leo Armenius Iconomachus.

a *Leo Armenius Orientaliū dux ſeu prætor inuaſit quidē imperiū ſed nequaquā Michaelē interfecit.Sed cū Crunnus Bulgarorū dux Græci imperatoris exercitū longe lateque fudiſſet neque in Michaele tantum animi eſſet,vt imperium ſuſtinere ſe poſſe conſideret filiumque ſuū Theophylactum & hunc ipſum Leonē imperij coſortem aſciſcere cogitaret populus vniuerſus Nicephoro patriarcha impellente ad ſeditionem concitatus imperatoris quidē & filiis imperij inſignia abſtulit,& iis Leonem exornauit. Porro Michael audita huius acclamatione in oratoriū Phari accurrens vna cum Procopia vxore iſque ſuis diſtonſis capillis monaſtica induit veſtimenta. Paulus Diac.lib.23.Rerum Rom.Zona.tom.3.in vita eiuſd.*

Octaua diuiſio ſub Leone Armenio. A. C. 818.

E

§. XIII.

OCTAVA diuiſio facta eſt procurante Leone imperatore circa annos Domini octingentos triginta.Poſtquam enim Taraſius ſupradictus mortuus eſt, ordinatus eſt Nicephorus patriarcha Conſtantinopolitanus, qui ſedem tenuit annis nouem.Et in fine dierum eius Leo Armenus inuaſit imperium,qui erat baro Michaelis imperatoris eo interfecto F vt dictum eſt ſup.& hic iterum poſt quaſi extinctos cineres Iconomachitę hæreſis id eſt deſtructriciis imaginum poſt ſeptimum concilium rediuiuos reſtituit.

Conſtantinopolitani patriarchæ Iconomachi.

Cuius tempore Theodorus,factus patriarcha Conſtantinopolitanus in prædicta hæreſi perſeuerauit annis ſex. Poſt quem Anto-

A.C. 858.

Concilium vniuerſale octauum & 4. conſtantinopolitanum A.C. 870.

Stephanum epiſcopos, & Maximum diaconum commiſit eis, vt facto concilio iudicarent cauſam Ignatij, & Photij, qui concilio vocato inuenientes Photium in tot deceptionibus, & fictionibus, nec volentem pœnitere, nec culpã ſuã dicere, inſurrexerunt cũ tota ſynodo cõtra ipſũ, & anathematizauerũt cũ xii. anathematibus, & expulerunt à ſynodo, ita q̃ nec nomine Chriſtiano vteretur, & ſic Eccleſia fuit vnita.

Hic ergo Photius fuit primus, qui inſurrexit magis manifeſtè contra eccleſiam Dei, ſub titulo proceſſionis SpiritusSancti à filio, & Græcos imbuit, & irritauit contra Latinos. Sed cõdemnatus eſt per ſynodum in Græcia celebratam contra ipſum, vt hæreticum, & rebellem Eccleſiæ, & falſarium.

Poſt aliquod tamen tempus circumuentus fuit Baſilius imperator à dicto Photio, ſub prętextu expoſitionis cuiuſdam propheticæ ab eo callidè confictæ. Nam ſcripſit fingens prophetiam, quaſi antiquitus prædictam, & quòd tẽpore illo deberet compleri, quòd βεκλας quidã interfecto imperatore deberet regnare. Inuenta prophetia imperator Baſilius cœpit eſſe ſollicit⁹, ne ab aliquo huius nominis interficeretur. Cúmque videret iam tempus huius prophetiæ appropinquaſſe, præſertim cum ipſe Michaelem imperatorem interfeciſſet, cœpit diligenter inueſtigare, ſi quis iſto nomine vel pronomine vocaretur ex ſuis anteceſſoribus. Cùm nihil inueniretur, vocauit omnes ſapientes & oſtenſa eis ſcriptura, non fuit, qui interpretaretur. Neque defuerunt, qui Photium accercendum imperatori ſuaderent, qui multa ſecreta & aliis incognita reuelauerat. Quo vocato, oſtenſa ſcriptura prophetiæ, petitoque ſpacio paucorum dierum, & obtento, venit ad imperatorem. Cui dixit. Ceſſet timor tuus. Nõ enim alius imperium, tibi ſubripiet, ſed hæc prophetia de te, & de filiis tuis à Deo reuelata eſt. Nam tu es ille βεκλας qui regnare debes interfecto imperatore. Cũ autem ſuper hoc miraretur, eo quòd non vocaretur βεκλας nec ab aliquibus anteceſſoribus ſuis quoquomodo, hoc nomen ſortiretur. Reſpondit Photius. Tu es vere Veclas. Nam nomen tuum eſt Baſilius quia litera prima tua eſt β (in Græco autem dicitur βητα quia ipſi non expreſſè habent. b. literam, ſed vbi nos ponimus. b. ipſi ponunt. v. literam quam vocant βητα, qua litera non vtũtur pro vocali, ſed pro conſonante: & carent. v. litera vocali, ſed pro. v. vocali ponunt. o. &. v. Græcum. quam figurant ſic ϐ, & habent pro. v. vocali. Sed quando in principio dictionis debet poni. b. communiter ponunt literam βητα: quam formant β. Sic enim nomẽ tuum incipit à litera tali. Vxor tua vocatur Eudocia. prima litera nominis eius eſt. e. quæ tecum cõ regnat. Et ſic βητα &. e. facit Ve. Primogenitus tuus vocatur Cõſtantinus, cuius litera prima eſt. c. qua litera Græci carentes καππα vtuntur quæ ſic formatur. κ Atius filius dicitur Leo, cuius litera prima eſt. l. Alius vocatur Alexander, cuius litera prima eſt. a. Alius vocatur Stephanus, cuius litera prima eſt. s. Et ſic ex principiis literarũ iſtorũ nominũ cõponitur βεκλας. Sicque tu es Veclas ipſe cum filiis tuis, qui de-

Græci vtũtur v. conſonante.

beris imperium poſſidere. Imperator autẽ neſciens ipſum iſtud nomen ſic confeciſſe, vna cum filiis ſuis tenentes, quòd à Deo fuiſſent iſta reuelata, vel ex ſua magna ſapientia ipſum inueniſſe, receperunt eum ad gratiam & ex conſilio ſuo cœperunt omnia facere, qua non poſſent errare. Vnde Græci, communi vocabulo ipſum Photium vocant Veclas, ex tali compoſitione huius nominis.

Photius à Græcis dictus veclas.

Ex hoc Photius fauore imperatoris non timens papã, nec Ignatium, habitabat in palatio & quaſi patriarcha ordinationes faciebat, & Eccleſias dabat, & omnia, quæ pertinebant ad officiũ patriarchatus, indignè exercebat. Ignatius hæc ſciens, nec potens obuiare, in magna tribulatione conſtitutus, finem vitæ fecit. Mortuo autem Ignatio tertia die ſtipatus armatis & multis ſuæ factionis, iterum Eccleſiam ſanctæ Sophiæ inuaſit, clericis miſſam cantantib. chorum intrauit, qui videntes eum omnes fugerunt. Multos autem eorum ad ſe trahens prece & pretio, alios terrore & minis: iterum ſedit in ſede patriarchatus propria authoritate. Imperator autem Baſilius, & filij eius ſcripſerunt [a] Ioanni papæ octauo, qui Adriano ſucceſſerat, qui in omnibus volens imperatori placere, petitioni eorum condeſcendit, ipſam talem præuentionem, ſeu potius vſurpationem ratificans, ſicut Leo papa de Anatholio, vt iam habitum eſt.

Ignati⁹ moritur & Photius iterum regnat.

Ioannes 8. Photiũ Patriarchum admittit quod tamẽ poſtea falſũ repertũ eſt. ſup. §. 4.

Photius nõ recipitur à Stephano Pontifico Romano.

Sed notandum, quod Stephanus archiepiſcopus Neocæſarienſis & Mapa metropolita, qui pro illo tempore florebant opinione ſanctitatis, nunquam Photium receperunt in patriarcham Conſtantinopolitanum, ſed ſcripſe-

a Et hic etiam exemplum habes obſeruantia ſingularis, qua Romanum Pontificem olim Græca Eccleſia proſequebatur cõfirmationẽ ab eo, patriarcha ſui poſtulans. Hic autẽ pontifex ad hunc Photiũ miſit Pontificalem ſtolam, humerale indumentum, penulam & ſandalia, vt oſtenderet ſe eum in Conſtantinopolitanæ ſedis patriarchatu ſuſcipere. 8. Concil. Conſtant. ſeſſ. 4. hæc inſignia ita poſtea patriarchas Conſt. inflarunt, vt deinceps ſe Romano Pontifici æquales, interdum ſuperiores dixerint. Geneb.

Hoc etiam ex loco obſeruare potes, quam friuola, quam fatua, quam falſa ſit illius Ioannis fœminæ, quam papam fuiſſe mentiuntur, fabula. Nam in primis nonnulli ſunt, qui hanc chimæram Ioannem ſeptimum, alij Ioannem octauum vocitent. Sed alterum horum eſſe non poſſe hæc aperiè tradit hiſtoria. Nam Ioannes 7. vt ſup. §. 7. dictum eſt, Græcus genere fuit. Hanc vero chimæram Anglicam fuiſſe illi aſſerunt, ſi tamen Moguntia eſt in Anglia. Ioannes vero octauus, de quo hoc loco agitur multominus hæc bellua eſt cenſenda. Nam hic & Græce & latine doctus vitam D. Gregorij quatuor libris edidit, ſucceſſitque Adriano, qui multo tempore poſt Leonem 3. vixit. vnde toto cælò ab eo diſtat, quem fœminam fuiſſe cauillantur. Quare ſi tibi perſuadere non potes meridie ſolem non lucere, ne quaſo in animum inducas tuum huic de Ioanne fœmina fabulæ aliquam adhibere credulitatem, tam enim falſum eſt talem aliquando fuiſſe fœminam, quam Medeam illam angues alites iunctos iugo vexiſſe, vel quod Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis vt eſt in fabulis.

Ioannis fœminæ fabulam falſam plane eſſe demonſtratur.

A.C. 870. Photius non recipitur à Stephano pōtifice Romano.

runt Stephano papæ Romano, qui ſucceſſerat Ioāni octauo,[a] dicentes, quod prædicta epiſtola, quæ dicitur miſſa à Ioanne octauo, ad conſentiendum promotioni Photij, fuit facta per dictum Photium, vt melius reciperetur in patriarcham à cunctis. Et reuera Ioannes præfatus non eam miſit. Ex ea autem epiſtola ficta Photius congregauit concilium Conſtantinopoli ſine ſcitu Papæ. Et cum aliqui epiſcopi miſſi fuiſſent à Papa in Bulgariam, iſte Photius audiens iter eorū, prece corruptos & pretio induxit eos ad veniendum Conſtantinopolim, tanquam miſſos à Papa ad confirmandum promotionem eius, & ſic omnia ficta fuerunt.

Tam malignus & omni malitia & ambitione plenus iſte fuit Photius, quod hęc, vel maiora poſſunt de eo credi. Nam & cum mater eius eſſet grauida, in viſione nocturna viſum eſt ei in vtero geſtare ſerpentem, qui egreſſus ex vtero inficiebat totam illam regionem. Inſuper à pluribus ſanctis viris ex reuelatione prænunciatum eſt matri, cum eſſet prægnans eum, quem paritura erat futurum peſſimum virum & perſecutorem Eccleſiæ. Quo illa ita indoluit, vt tentata pluries fuerit ſe cum illo, quem in vtero habebat, occidere, ne tantum malum ſequeretur ex eo. Sed prohibita fuit à marito, & perſuaſa à ſanctis viris, ne faceret, ſed committeret ſe diuinæ prouidentiæ.

Stephan' Photium iterum deponit.

Cum ergo Stephanus Papa ſingula intellexiſſet, depoſuit & ipſe iterum de nouo, & priuauit omnibus illum Photium. Eo autem mortuo aſſumptus eſt in patriarcham Conſtantinopolitanum, Stephanus germanus Leonis & Conſtantini, qui mortuo Baſilio eorum patre ei ſucceſſerunt in imperio. Et cum multi ex prælatis nollent conſentire tali electioni, pro eo quod iſte Stephanus electus, fuerat ordinatus in diaconum per illum Photium depoſitum, de communi conſilio & aſſenſu miſſum eſt ad Stephanum Papam, vt ratam haberet talem promotionem. Quod & fecit ſtatim diſpenſans. Et ſic vnita fuit Eccleſia ablata diuiſione, & multis annis manſit vnio.

a *Poſt Ioannem octauum creatus eſt pontifex max. Martinus alias Marinus, qui ſedit an. 1. m. 1. quo mortuo electus eſt Adrianus 3. qui item ſedit a. 1. m. 3. d. 19. poſt quos hic Stephanus 5. alias 6. electus eſt A.C. 885. ſub quo vnio hac nona facta eſt.*

Conſtantinus monomachus auctor diuiſionis decimæ A.C. 1050.

§. XI.

DECIMA diuiſio fuit facta per Conſtantinum imperatorem quintum dictum[a]

a *Hic imperator Conſtantinus vndecimus ab Omph. nominatur qui A.C. 1044. cœpit imperare, cuius excellentiam nomen ipſum indicat. nā μονόμαχος. i. gladiator, dictus eſt, quo oſtenditur illum ad omnem nequitiam & crudelitatem fuiſſe proiectum. De eo multa ſcribit Zonaras in eius vita, & Cedrenus. Cæterum Leo pontifex ſanctus, & dictus extitit, & multa ſcripſit, præſertim autem librum aduerſus Græcorū errores, quibus à Michaele Patriarcha Conſtantinopolitano, & Leone Acridano Bulgarorum epiſcopo imbuebantur. Sigeb. Gemb. vide eius opera tom. 3. Conciliorum.*

A.C. 1050.

Monomachum tempore Leonis papę noni, qui Leo fuit anno 1050. Cum igitur iſte Conſtantinus Monomachus teneret imperium Cōſtantinopolitanum, & tunc Sicilia ſibi eſſet ſubiecta, ibi exiſtens, multa mala fecit, multa

Siculi ab imperatore Conſtātinopolitano deficiunt.

B prædatus vſque ad pretioſa eccleſiarum in lapidibus marmoreis, quę miſit Conſtantinopolim ad conſtruendū monaſteriū ſancti Georgij. Ex talibus autem de prædationibus irritati Siculi, recedente inde imperatore ſe ei rebellarunt ſtatuentes ſibi regem. Quo audito imperator Conſtantinus ſcripſit Leoni papæ. ix. vt excommunicaret Siculos, & ipſe manu armata veniret contra eos. Iam autem Siculi ſcripſerant papæ Leoni conquerentes de tyrannide, & præda ipſis facta ab imperatore. Vnde Leo reſpondens, ei retulit querelas ſibi

C factas ab eis de ipſo, & quod nolebat ſe de ea re intromittere, faceret ipſe, quod ſibi placitum eſſet. Qui indignatus ex tali reſponſione, credens, quod Papa manum tenuiſſet ad illam rebellionem, non valens ſe aliter vindicare, ſeipſum, & totam gentem Græcorum ſubtraxit ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, tradens ſe & gentem illam gehennæ.

Conſtantinus imperator Græcos à Latinis reuocat.

Vt autem aptius hoc ageret, cauſam inuenit, quia ſemen peſſimum, quod fuerat diſſeminatum in cordibus Græcorum per plurimos annos prius, & aliquando repullulauerat

D vberius irrigauit. Nam vocato patriarcha ſuo Michaele, nomine, viro ſatis idiota, ambitioſo tamen promiſit ei, quod ſi ſibi conſentiret, eum vniuerſalem papam faceret, & omnia inſignia papalia ei daret, & ipſum dextraret ducens frenum equi ſui, ſicut imperatores facere ſolent pontificibus ſummis. Qui prece & ambitione ſimul inductus & pretio, ad omnia conſenſit. Et conuocata multitudine epiſcoporum, Papam Romanum & omnes epiſcopos partium occidentalium denunciauit depoſitos, & excommunicatos, ex eo ſcilicet quod ad Symbolum Nicænū addidiſſent ſpiritum

Dextraret iſtratoris officio fū geretur.

Hæc Synodus eſt 3. Epheſina vide §. 2.

E ſanctum à filio procedere, quod non continebatur in ſymbolo Nicæni concilij, ſed tantum dicebatur ex patre procedentem. Et in alio concilio fuit determinatum, quod ſi quis aliā fidem doceret, vel teneret, ſi clericus, eſſet deponendus, & alij excommunicati. Et ideo quia addiderant Latini ad ſymbolum, declarauit eos eſſe excommunicatos & depoſitos, vnde ad ipſum non excommunicatum nec depoſitum pertinere regimen vniuerſalis eccleſiæ: cum eſſet primus patriarcha poſt Romanum.

Et ſic imperator ille Conſtantinus Mono-

F machus omnia complens coram multitudine epiſcoporum ipſum Michaelem pronunciauit patriarcham vniuerſalem totius orbis, quem titulum ſibi poſtea retinuerunt ſucceſſores: & in huius rei ſignum imperator ipſe dextrauit eum ſuper equum inſidentem per Hippodromum palatij.

Audiens

A.C. 1050.

Extat hęc epiſt.com. 3.conc.vbi hæc & ro. habentur.

Audiens Leo papa, quæ Michael patriarcha Conſtantinopolitanus feciſſet, dure eum multum per literas redarguit, oſtendens in illa epiſtola, quomodo in prima ſynodo Nicæna præſente Conſtantino magno tempore Syluestri Papæ fuit decretum cum ſubſcriptione totius ſynodi, & Conſtantini, quòd ſumma ſedes, ſcilicet Romana à nemine iudicaretur, & Romano pontifici omnes ſacerdotes in toto orbe ſubditi eſſent, vt capiti ſuo. Quam ſententiã diuina inſpiratione promulgatam amplexæ ſunt vniuerſales ſynodi. Conſtantinopolitana prima in præſentia & conſenſu piiſſimi imperatoris Theodoſij ſenioris, Epheſina prior, ſub iuniore Theodoſio filio Arcadij, Calcedonenſis ſub imperio Martiani imperatoris, Conſtãtinopolitana ſecunda, in præſentia Iuſtiniani, tertia Conſtantinopolitana tempore Conſtãtini iunioris celebrata. Omnes hæ vnanimi, concordique verbo, & ſcripto confirmauerũt ſanctam Romanam & apoſtolicam ſedẽ poſt dominum Ieſum caput eſſe omnium eccleſiarum, & per conſequens quod ille Michael omnia illa decreta, vt præſumptuoſus & temerarius ſpreuerat.

Omnes Synodi vniuerſales Romanæ Eccleſiæ primatum agnouerunt.

a *Hæc de primatu Eccleſiæ Romanæ habentur 10.cap.lib.illius Leonis 9.quem aduerſus Michaelem Conſtantinopolitanum & Leonem Acridanum ſcriptum fuiſſe diximus. Quod vero dicitur in Concilio Niceno ſtatutum fuiſſe primam ſedem à nemine iudicandam, id prius in Sinueſſano Concilio tempore Marcelli factum fuiſſe hoc ipſo in cap. ante 1. §. D. Ant. retulit. Sed cum Nicenum concilium Romanæ Eccleſiæ primatum agnouerit. (Can. illo ſexto ſcilicet qui habetur diſt. 65. c. mos antiquus de quo vide Franciſcum Turrianum lib. 3. pro defenſi. can. Apoſt. cap. 3. & annot. nouas in decretum, & alios) quẽ etiã Canonẽ Paſchaſius recitans in Conc. Chalced. act. 16. ſic eum citat: Eccleſia Romana ſemper habuit primatum: ſequitur inde Nicenũ conciliũ, vt vult hic Leo 9. etiam ſanxiſſe, vt prima ſedes i. Romana à nemine iudicaretur, & vt Romano Pontifici omnes ſacerdotes ſubditi eſſent, vt capiti ſuo: fieri etiam poteſt, idque plane factum eſſe crediderim, vt in actis Niceni concilij, quæ non extant, (de quibus vide Tur. lib. eo. c. 2.) hæc ad verbum exſcripta fuerint, & ſubſcriptione Conſtantini magni firmata. Porro cum omnia concilia ſequentia, quæ hic enumerantur, Nicenum concilium receperint, probarint & confirmarint conſentaneum eſt ſimul eadem concilia Eccleſiæ Romanæ primatum recepiſſe, probauiſſe & confirmaſſe. Cęterum Nicena Synodus) vt ait Nicolaus papa in epiſt. ad imperatorem Michaelem) nouerat omnia Romanæ Eccleſiæ Domini voce conceſſa. Si omnia, ergo defuit nihil, quod non illi conceſſerit. Denique ſi inſtituta Nicenæ Synodi diligenter inſpiciantur, inuenietur profecto, quia Romanæ Eccleſiæ nullum eadem Synodus contulit incrementum, ſed ſolum ex eius forma, quod Alexandrinæ Eccleſiæ tribueret, particulariter ſumpſit exemplum. Hæc ille. Itaque Romana ſedes non ab homine, neque à conciliis, ſed à Chriſti Domini voce ſuam accepit poteſtatem. vt ſuprà ante §. 1. ex D. Anacleto relatum eſt.*

Nicæna Synodus agnouit Ro. Eccle. primatũ.

A.C. 1054.

Cùm autem Conſtantinus Monomachus iſte pronunciaſſet patriarcham Conſtantinopolitanũ papã, proceres, & milites & populus cœperũt in occurrentibus recurrere ad Micaelẽ, vt ad papam, & ei honorem & reuerentiam exhibere, vt Papæ. Imperator ergo Conſtantinus videns deferri patriarchæ Conſtantinopolitano plus honoris & reuerentiæ ſolito pœnituit eum illud feciſſe, & ita eum exaltaſſe, timens ne per eum imperium perderet. Dicebat enim: Si Papa Romanus, qui multum diſtat à me, quando facio aliquid contra Eccleſiam, mittens excommunicat me, quanto magis cum habuero hic papã apud me? Et cum papa Romanus me excommunicabat, vitabant me barones & popul⁹, & ſic patriarcha iſte cum excommunicauerit me ad placitum ſuum, poterit mihi facilè auferri imperium. vnde paulo poſt vocato patriarcha Michaele, quem ſic conſtituerat papam vniuerſalem, coram omnibus ipſum à cunctis degradauit, ſeu priuauit, & non ſolum quantum ad inſignia papalia & priuilegia, quæ contulerat, ſed etiam quantum ad plura alia, quæ habuerat patriarcha ab antiquo ab imperatoribus prioribus, dicens. Extunc nõ poterit concordare cum populo, & excommunicare me. Et ſic iuſto Dei iudicio factum eſt, vt careret propriis, qui aliena iura contra ius inuaſerat. Extunc imperatores Græci ita habent ſuos patriarchas & tenent ſubiugatos, quia quando volunt, deponunt: & quem volunt, & quando volunt inſtituunt.

Iuſtum Dei iudicium contra Cõſtantinopolitanum patriarcham.

Et vt Græci nunquam memorarentur in bonum de Eccleſia Romana, nec quærerent vniri cum eis longe inde traxit eos iſte Conſtãtinus peſſimus. Fecit enim edicto publice præconizari in populo, vt quiſquis ſciret aliquid contra Eccleſiam Romanam ſcriberet, & ſcriptoribus pollicebatur præmia. Et ſic factum eſt, vt enim placeret populus imperatori, multi multa ſcripſerunt friuola, & fatua contra Romanam eccleſiam. Vnde & omnes conſuetudines, quas habebat Romana eccleſia, quas ipſi Græci non habebant, propoſuit pro hæreſi. Sicut quod conficeret in azymis, eſſet hæreſis. Comedere carnes feria ſecunda & tertia, radere barbam, & huiuſcemodi. Omnia hæc imperator Conſtantinus quintus faciebat populo nunciari, vt hæretica, & ſic magis Eccleſiam Romanam abominarentur.

Gręci quibus nos hę reſibus infectos infamabant.

Et ſic exiit fama in vulgus, quòd Latini nonaginta nouẽ hæreſes habebant. Et quamuis maiores ſcirent hæc omnia falſa ſcilicet talia eſſe hæretica: tamen non prohibebant popula res à talibus dicendis. Inde Græci magis & magis indies ſeparati ſunt, & elongati ab eccleſia Romana, vt nec amplius Eccleſia Romana, ſcriberet Græcis, vt obſtinatis, nec aliquis Gręcorũ Latinis, & min⁹ habebant conuerſationẽ cũ eis, & pręcipuè cum iam imperiũ per prius tranſlatum fuiſſet ab oriente in occidentem Carolo magno facto imperatore circa annos Domini octingentos, quod valde ægrè tulerant: nuncupantes tamen ſuum imperatorem Romanorum.

Græci à Latinis alieniſſimi, & hi ab illis.

A.C. 1360. amiſit. Nam a totam Aſiã minorem occupantibus Turcis amiſit. Alia parte imperij circa mare depopulantibus Tartaris & Turcis in ſolitudinem redacta,& alias ciuitates aliis regibus Aſiæ,& Bulgariæ occupantibus tyrannis vix ciuitas Cõſtantinopolitana cum paucis ciuitatibus & caſtris adhærentibus, ipſis etiã ex magna parte depopulatis, ipſi Imperio relicta eſt. Et vt magis à veritate,& vnitate eccleſiæ elongarentur: Ioannem Becum catholicum patriarcham (qui fuerat cauſa ſalutis eorum) turpiter de ſede eiecerunt,& repoſuerunt
B in ſede illum perfidem Ioſeph depoſitum, quem quia pertinaciter reſtitit veritati fidei Eccleſiæ Romanæ, columnam magnam confeſſionis fidei nuncupauerunt. Prædictum etiã Ioannem depoſitum cum quibuſdam aliis, quia etiam ad ſuũ errorem trahere non valuerunt, carceri manciparunt. vbi poſt plures annos in confeſſione veræ fidei ad Dominum migrauerunt. Tandem circa finem vitæ, conſcius malorum ſuorum miſit Andronicus ad pontificem Romanum, vt mitteret oratores ad eum
C quaſi vellet reducere Græcos ad vnionem cũ Eccleſia Latina, ſed non hoc meruit. Qui miſit quendam ſacræ theologiæ profeſſorem fratrẽ ſcilicet Benedictum ordinis Prædicatorum ad eum.

Andronicus nepos imperatoris occupat imperium vide Gregorã. li.8 A.C. 1327. Interea nepos eius ſcilicet ex filio Andronicus & ipſe nomine inſurgens contra auum magnam partem imperij ſui occupauit. Cum ergo frater Benedictus ſe præſentans imperatori expreſſiſſet cauſam ſuæ miſſionis, imperator timens ſuos, negauit ſe miſiſſe aliquem ad papam. Et cum in faciem ſibi dicta miſſio oſtenderetur, neſciens quid reſponderet, dixit. Non
D eſt modo tempus. Timebat enim, ne nepoti ſuo inſurgenti contra eum, alij adhærerent. Quod tamen ei contigit. Nam poſt modicum nepos eius ciuitatem noctu intrauit, auũ ſub cuſtodia tenuit,& poſt modicum minis coegit eum, vt tonſuraretur. Quod & fecit: reliquos dies in amaritudine vtriuſque hominis agens, priuatus cœleſti regno pariter & terreno. Durauit hæc diuiſio Græcorum vſque ad annum Domini 1439. Et iſto modo à tempore Photij

Schiſma Græcorũ quamdiu durauit. qui procurauit diuiſionem eccleſiæ orientalis ab occidentali ſeu Latina, ſub occaſione
E proceſſus ſpiritus Sancti (quem Græci dicebant ab illo ſeducti procedere tantum à Patre, non à filio etiam, vt Latini confitentur in ſymbolo) vſque ad vltimam vicem ſuæ reuerſionis anno ſcilicet Domini. 1439. fluxerunt anni ſexcenti demptis ſeptem decim vel circa, quibus græci pro maiori parte temporis, ſteterunt diuiſi, hæretici,, & ſchiſmatici, licet interpolatis vicibus reuerſi ſunt ad veritatem fidei ſecundum Latinos, ſed parum durauerunt.

a *Hoc accidiſſe maxime reor Baiazete Turcorum 4. tyranno imperante. Qui proſperos fortunæ adeptus afflatus vſque adeo nouelli regni fines extulit vt Thraciam pene vniuerſam excepta Conſtantinopoli ac Pera, Theſſaliam, Macedoniam, Phocidem, Boeotiã, Atticam maiori ex parte occupauerit, Myſos quoque, Illyrios Triballos crebris excurſionibus infirmauerit Conſtantinopolim vero omni agro, ſuburbaniſque delictis ſpoliauit tam longa ac perdiffi-*
A *cili obſidione vexauit, vt eius deſperata ſalute de deditione agere cœpiſſent, periſſentque procul dubio ni Tamburlanus ille præpotens Scytharum rex Baiazetem ipſum occurrere ei ac reluctari conantem magno prælio & ingenti clade ſuperatum in Aſia cepiſſet. Pius 2. lib. 2. Coſmog. cap. 4. vide quæ diximus ſup. cap. 3. §. 39.* A.C. 1438.

Græcorum cum latinis vnio prima in Florentino Concilio facta de qua ſupra cap. 11. A.C. 1438.

§. XIII.

EO autem tempore imperator Græcorum Ioannes Palæologus cum patriarcha Cõſtantinopolitano,& germano ipſius imperatoris,& multis proceribus, venientes ad concilium Florentiæ celebratum, poſt diſputationẽ & declarationem eis factam de erroribus ſuis præcipuè de proceſſione ſpiritus ſancti, quam dicebant à patre eſſe, non à filio: cum tamen per rationes & auctoritates ſanctorum & doctorum ſuorum Athanaſij, Baſilij, Cyrilli, Maximi, Didymi, Chryſoſtomi, probatum eis fuerit ſpiritum ſanctum procedere non ſolum à patre, ſed & à filio, acquieuerunt, & confeſſi ſunt idem cum eccleſia Latina,& hoc in eccleſia cathedrali, præſente Eugenio papa cum cardinalibus,& aliis prælatis,& populo maximo & ſic vnita eſt eccleſia.

Quod autem appoſitum ſit, ſeu adiunctum ad ſymbolum antiquum, hoc quod nunc cantamus in ſymbolo noſtro ſcilicet qui ſpiritus ſanctus ex patre filióque procedit vbi in antiquo dicebatur a qui ex patre procedit, certũ eſt, nec credendum ab alio appoſitum, niſi à papa vel aliquo concilio, quis enim alius hoc præſumpſiſſet? Verum à quo papa, vel concilio, non vſque quaque certum. Aliqui dicunt hoc fuiſſe additum in ſecunda ſynodo Conſtantinopolitana trecentorum quinquaginta patrum, alij indeterminatè circa ea tempora, ſed in conciliis celebratis in Græcia. Vnde ſi fuiſſent excommunicati,& depoſiti, qui addidiſſent ad ſymbolum Nicenum aliqua, eſſent excommunicati non ſolum Latini, ſed & ipſi Græci: qui multa addiderunt ad ſymbolum Nicenum non multo poſt in alio concilio, vt patuit ſup. §. 3. huius capituli, quod Græci non dicunt, congregatos ſcilicet in tali concilio, excommunicatos vel depoſitos,& bene, quia & ſi addiderunt multa verba ad ſymbolum Nicenum, addiderunt declaratoria ipſius ſymboli ad extirpandas hæreſes inſurgentes, & hoc non fuit tradere aliam regulam fidei.

Vide quæ diximus in annot. in §. 3.

propter additionem ſymbolo factam Latini non ſunt cẽſendi excommunicati.

Alius alia aliud eſt relatiuum diuerſitatis. Nihil autem aduerſum ſeu contrarium fidei
F additum eſt ad ſymbolum Nicenum, ſe decla-

Non prædicatur aliud cũ aliquid prædicationi adiungitur.

a *Hoc ideo dicit quia ad nullum alium niſi ad Pontificem maximum,& per conſequens ad Concilium vniuerſale auctoritate Pontificis maximi indictum pertinet Symbolum fidei conficere vt diſertè probat D. Thom. in 2. 2. ar. 10. Porro in quo Concilio hæc particula addita ſit ſuprà. §. 3. indicauimus.*

ratorium

A.C. 1451.

A ratoriũ veritatis. Sicut Pau. Apo. inquit ad Galatas, Si quis aliud vobis euangelizauerit, etiã ſi ſit angelus de cœlo, præter id quod vobis euangelizatum eſt à nobis anathema ſit. Et certum, quod non ſolum alij prædicantes Galatis addiderunt multa alia verba, & ſententias: ſed etiam alis vicibus Paulus ipſe poſtea illis prædicans addidit multa alia verba & documenta. Sed non fuit per illa verba additum aliud. i. aduerſum & contrarium ei, quod prædicauerat illis prius Paulus.

B Et ideo nullus dicit eos excommunicatos, qui talia prædicauerant. Demum poſt reductionem Græcorum ad veritatem fidei, & confeſſionẽ publicam in concilio Florentino per imperatorem Græcorum Ioannem Palęologum cum ſuis numero circa quingentos, reuerſi ſunt in regionem ſuam. Et modicus fructus ab omnibus communiter dicitur ſecutus. Nã non fuerunt ordinati doctores, & prædicatores, qui hæc populis ibi prædicarent. Et clerici eorum, & multo magis monachi, à quibus populi informabantur in doctrina credendi & viuendi, adhuc pro maiori parte permanebant in perfidia priori. Inde ſecutũ eſt exterminiũ illi⁹ imperij poſt annos quatuordecim vel circa. Nam capta Conſtantinopoli à Turcis vt dicetur in ſequenti. §. alij ex Græcis ipſis occiſi ſunt à Turcis, vt imperator, & multi proceres, alij venundati in ſeruos, & miſſi in Turciam, alij fugerunt ex ſe, ne caperentur, alij expulſi à Turcis quæſierunt diuerſas regiones mendicando. Sed & rex ipſe Turcorum Mahumeth peſſimus poſuit ad habitandũ cum Græcis remanentibus Turcos, Iudæos, & alios infideles. Et ſic poteſt dici iſta duodecima diuiſio Græcorum à Latinis fidelibus, quia habitantes Conſtantinopoli & in regione illa infideles modo ſunt. Vnde tota [a] eccleſia orien-

C Propter diſſenſionem à Romana eccleſia imperiũ Græcorum euerſum.

D

Eccleſias orientales omnes à Romana eccleſia nõ diſſidere probatur.

[a] *Quamquam nemo neſciat toti orienti & quibuſdam aliis orbis partibus grauiſſimam Ottomanicæ ſeruitutis iugum eſſe impoſitum, & Chriſtianos Græcos præſertim illis in regionibus degentes magna ex parte cum Romana Eccleſia non conu. nire tamen vniuerſas Eccleſias Orientales, & ſedes patriarchales ab eadem Romana Eccleſia nõ diſſidere, certiſſimis noſtri ſæculi hiſtoriarum monumentis proditum eſt, Nam inprimis ad Adrianum 6. Pontificem Theophilus patriarcha Alexandrinus litteras Græcè ſcriptas tranſmiſit, quibus ſedi Apoſtolicæ obedictiã obſequiũque detulit, & pontificẽ Romanũ caput Eccleſiæ Catholicæ reuerenter agnouit. Onu. in vita Adrian. 6. Deinde cum Eccleſia Orientalis Aſſyriæ mortuo Simone Mama trans Euphratẽ vſque ad Indos Metropolinano, patriarchã ſibi conſtituiſſet Simonẽ Sulacham monaſterij de Hornuſd monachum ordinis S. Baſilij in vrbe Muzalana, eundẽ virum moribus egregijs & Catholica fide ornatum Romam ad Apoſtolicam ſedem vt confirmaretur miſit. Qui cum ſuæ Eccleſiæ literis ad limina Apoſtolorum venit, & pulcherrimam doctamque fidei ſuæ confeſſionem edidit. Idem in Iulio. 3. Geneb. Profeſſio autem fidei, quam Romæ profeſſus eſt ore & ſcripto an. 1552. edita & verſa eſt ab Andrea Magio. In ea recipit omnia Concilia, quæ Romana Eccleſia admittit, eiurat nominatim Neſtorium, vt iam Chriſtiani illi quibus ille præeſt, non iam Neſtoriani à Neſtorio hæretico, ſed à gente quapiam dici vi-*

E

F

A.C. 1451.

A *deantur. Geneb. Quo mortuo ei⁹ ſucceſſor Abdyſu vir doctus Chaldaicis Arabicis & Aſſyriis litteris ornatus Romam ad Apoſtolorum limina & Pontificem cum aliquot ſociis longiſſimo itinere peruenit, vt ab eo confirmaretur. Pontifici oblatus ei perpetuã obedientiam promiſit, & per interpretem S.R.E. fidẽ profeſſus eſt, cuius ſyngrapha in Conc. Trident. ſeſſ. 22. lecta eiuſmodi fuit. Ego Abdyſu filius Ioãnis de domo Marcia, ex ciuitate Gezira in Tigridis flumine olim monachus S. Ant. monaſterij SS. Ro. & Ioãnis fratrũ, elect⁹ primas ſiue patriarcha ciuitatis*

B *Muzala in Aſſyrio orientali. Iure quod ita credo & ore confiteor. S.R.E. fidem approbatis omnibus & ſingulis illis, quæ ipſa approbat & damnatis ſimiliter omnibus, quæ ipſa damnat, amplector, & promitto, & omnes fratres meos metropolitas ſiue epiſcopos, ac diœceſanos, quouis modo meæ iuriſdictioni ſubiectos ita tenendum & credendum eſſe docebo, & modis omnibus, quibus potero perſuadere conabor etc. Actum Romæ die 7. Martij Anno 1562. Onuph. in vita Pij 4. Sur. Geneb. De patriarcha Moronitarum Catholico diximus in 2. par. tit. 17. cap. 9. §. 11. Præter quos quo tempore Conſtantinopolis capta eſt, Gẽnadius Scholarius patriarcha fuit qui pro*

Profeſſio fidei Abdyſu Patriarchæ Muſalæ.

C *latinis contra Græcos Græce de quinque religionis capitibus inter nos & Græcos controuerſis fuſé diſſeruit: deinde multi ſunt epiſcopi in inſulis Ægæi maris Venetorũ ditioni ſubiectis, qui Romanæ Eccleſiæ fidem profitentur, multi etiam religioſorum virorum ordines, qui fidem Catholicam toto oriente & maxime in Iudæa obſeruant, Hieroſolymiſque ſepulchrum Domini ſingulari Dei prouidentia non ab aliis, quam à Franciſcanis aſſeruatur, & cuſtoditur: multi præterea in celeberrimis orientis emporiis mercatorum ſunt conuentus, quibus quidem ſacra facere & more*

D *Romano Deo ſeruire per Tyrannum Turcorum conceſſum eſt. Quid quod in ipſis aula Turcicæ penetralibus, & alibi etiam multa ſunt mancipia, quæ pyratæ & prædones ex noſtris regionibus vi abduxerunt, quibus in mediis etiam ergaſtulis per importuniſſimos illos canes licet ſtatis diebus ſacro miſſæ offitio intereſſe & alia pia Chriſtiani hominis officia exercere? nonne etiam magnam vim Catholicæ fidei prodit, quam ipſi etiam barbari & ferri Mahometani non poſſunt (id enim non poſſe dicendi ſunt, quod Chriſtus Deus noſter eos facere non permittit) vel ex ſuis etiam domiciliis penitus exturbare? Quæ omnia*

E *hoc loco addenda duxi vt oſtenderem Eccleſiam Romanam non eſſe his regionibus Europæ concluſam, ſed in orientis partibus, vbi alioquin Mahometana impuritas longe lateque dominatur, tot tantoſque populos ſuæ fidei profeſſores habere vt ex hi omnes intelligerent illam eſſe veram Chriſti Eccleſiam, aduerſus quã nulla inferiorũ portæ, vt ait Chriſtus Dominus noſter Matt. 16. præualere hactenus non potuerunt, nec vnquam deinceps poterunt, cum rabies Ottomannorum quibus nullos vnquam ſæuiores & potentiores hoſtes Chriſtiana religio habuit, illam ex*

F *ſuo regno penitus exſcindere & delere Dei conceſſu ac munere hactenus nequiuerit: & deinceps vt ſperamus nunquam exſcindet, cum præſertim noſtro ſæculo Gregorij 13. præſtanti liberalitate Græcorum & Neophytorum ſeminaria ſint inſtituta, quibus in poſterum mirè in Græcia & Oriente toto Catholicam religionem propagandam eſſe Deo propicio confidimus. De his autem ſeminariis vide Apologiam Anglorum aduerſus librum neſcio quem Iuſtitia Britannica inſcriptum.*

talis

A.C. 1453.

talis omnes ſedes patriarchales eius, Conſtantinopolitana ſcilicet Alexandrina, Antiochena, & Hieroſolymitana ſeparatæ ſunt à Romana eccleſia, cum illæ regiones poſſideantur à Turcis vel Saracenis.

Euenit itaque Græcis ſeparantibus ſe à Romana eccleſia per ſchiſmata & hæreſes. quod contigit populo Iſraelitæ qui in decem tribus diſtinctus, faciens ſchiſma, & ſeparans ſe à tribu & regno Iuda, vbi erat templum Domini, ſcilicet in Hieruſalem, & legitimum, & ſummum ſacerdotium, & verus Dei cultus, fecit ſibi regem Hieroboam poſt mortem Salomonis. qui idola fabricauit vitulos aureos, ad quæ adoranda totum Iſraelem induxit. Sacerdotes falſos & prophetas Baal inſtituens, ſemper ad peiora declinauit, a & aliquando licet vnitus fuerit pro aliquo tempore cum regno Iuda ſcilicet affinitate coniunctis Ioſaphat rege Iuda, & Achab rege Iſrael, tamen aliquando intulit Iſrael regno Iuda multa, & magna mala. Demum propter ſcelera ſua, & in fidelitatem Iſrael amiſſo regno ex toto tempore Ezechiæ regis Iuda tranſlatus eſt & captiuatus, rege ſuo Oſeę occiſo, in Aſſyrios & Indos. Ex Aſſyriis autem gentilibus miſſi ſunt in regnum Samariæ, regnum ſcilicet Iſrael, ad habitandum, illis Iſraelitis nunquam reuerſis à captiuitate in ſuum regnum. Sic etiam Græcorum imperium ſe à Romana eccleſia ſeparans, vbi eſt ſummum ſacerdotium: verus cultus, & verum imperium, incidit in varias hæreſes. Et licet aliquando reſipuerit: parum permanſit. Sed & multa mala fecerunt Græci Latinis, quando potuerunt, vt patuit ſup. æmulantes & ægre ferentes primatum Romanæ eccleſiæ, & imperium Latinorum. Demum amiſſo imperio ſuo tranſlati ſunt in Turcos capti ab eis, miſſis infidelibus ad habitandum in terram imperialem Conſtantinopolitanam. Eccleſia autem Romana, & imperium Latinorum. & ſi paſſa ſint multa aduerſa, tamen illa euaſit ſemper permanens, & permãſura in veritate fidei. De captione Conſtantinopolis nunc dicendum.

Iſrael in Aſſyriam traſfertur 4.Reg.17. In eccleſia Romana eſt ſummũ ſacerdotiũ & verus cultus.

a *Tempore Ioſaphat regis pij & Achab regis impij populus Iuda & Iſrael vnitus fuit eo quod cũ Ioſaphat regem Achab inuiſiſſet, rogatus ab eo vt cum eo aduerſus Syriæ regem in bellum proficiſceret, acquieuit. 3.Regum 22. & 2.Paral. 18. Sed & domus Ioſaphath regis Iuda cum familia Achab regis Iſrael affinitate coniuncta eſt quia Ioram rex Iuda, ſed impius filiam regis Achab in vxorem duxit. 4.Regum 8. & 2.Paral.cap.21.*

Conſtantinopolis expugnatio, cauſa & deploratio.

§. XIIII.

ANNO Domini 1453. ciuitas Conſtantinopolitana, cum eſſet obſeſſa à Turcis: oratores miſerunt Græci, ad Nicolaum papam implorantes auxilium gentium, & pecunia-

A.C. 1453.

A rum. Quos non exaudiuit Nicolaus, indignum ducens Italiam exhauſtam pecuniis, propter expenſas guerrarum grauare impoſitionibus, maxime cum eos ſciret ſe ſuis pecuniis poſſe iuuare, ſi exponere vellent, conducendo gentes. Sed nudati omni amore reipublicæ, & tantum priuatæ rei ſuæ conſeruandę intenti, in hoc inciderunt iudicium, vt victi, & capta ciuitate ſerui effecti, res priuatas ſuas & publicas perdiderint. Et quòd habuiſſent modum, ſi voluiſſent, ſua exponere patuit, quia magnæ diuitiæ, & theſauri reperti ſunt apud plures per-
B ſonas, etiam & mulieres, ſed cupiditas excæcauit eos.

De ipſa autem captione dictæ ciuitatis per Turcos, reuerendiſſimus pater, & Dominus cardinalis a Ruthenus, tituli epiſcopus Sabinenſis, Græcus, nomine Iſidorus, qui tunc erat ibi legatus papæ ſic ſcribit, qui præſens fuit, ſed manus illorum euaſit, ne occideretur, vel caperetur, quia ingreſſis in ciuitatem Turcis habitum dimiſit, & apparatum cardinaliticũ, & veſtibus vilibus indutus inter fugientes è ciuitate ſe immiſcuit incognitus, & inde ad perã
C ſe duci per mare procurauit.

Audite hæc (inquit in principio ſuarum literarum iſtud narrantium.) Auditæ omnes gẽtes, auribus percipite. qui habitatis orbem. Audite hæc omnia. qui fidelem orbis partem colitis. Miniſtri, paſtores, & principes omnium eccleſiarum Chriſti, vniuerſi quoque reges, & principes chriſticolæ, ac vniuerſus Domini populus cum religioſis cunctis, audite, & notum ſit vobis, quod præcurſor veri antichriſti, Teucrorum princeps, & Dominus, ſeruus autem tot dominorum, quot vitiorum, cuius nomen
D eſt Mahumeth inimicus crucis Chriſti, hæres rei & nominis illius primi pſeudoprophetę & latoris legis ſpurciſſimæ Agarenorum, filius ſathanæ omnium flagitioſiſſimus, qui furiis incectus & inſania ſanguinem chriſtianorum ſine intermiſſione ſitit, nec extingui valet eius ſitis poſt eorum innumeras cædes, tantoque odio contra Chriſtum & membra eius mouetur, vt eradere nomen eius de terra nitatur, & inſpecto aliquo chriſtiano ſibi obuianti, ſe inde exiſtimet ſordidatum, vt oculos abluat ſuos, immundum ſe profitens prius. Hoc igi-
E tur tam terribile & horridum monſtrum, exigentibus demeritis Chriſtianorum, iuſto Dei iudicio in eos ſæuire & graſſari promiſſum ciuitatem imperialem, nouam Romam, olim fæliciſſimam nunc miſerrimam, & omni calamitate oppreſſam, Conſtantinopolim diu obſeſſam cepit, expugnauit, ſpoliauit omnibus bonis, & pene deleuit. Quis autem (vt verbis vtar prophetæ) dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorare valeam die ac nocte interfectos populi illius & ſceleſtiſſima ſacrilegia in captura perpetrata? Quis huius horribilitatis memor non obſtupeſcat,

Epiſtola Cardinalis Rutheni de regiæ vrbis euerſione. Pſal.48.

Machometus Turcorum tyrannus, quis

Hiere.c.9.

F

a *Cardinalis Iſidorus Sarmatarum Antiſtes Græcis penes quos ea tẽmpeſtate auxilio erat. Aderat enim vt Synodum congregaret, & Romano Pontifici Græcos reconciliaret. Hæc quidem paulo ante confecerat. At græcis illa cum Romanis reconciliatio nimis ſera extitit. Calchonc.lib.8.*

non

A.C. 1453. non lethargicus fiat?non præ dolore obmuteſcat?Nec tamen cuncta enormia explicabo,ne piæ aures audire refugiant,ſed ex pauciſſimis relatis cogitentur alia.

Hic nefandus, & nominibus blaſphemiæ [& ſui perditiſſimi ſatellites]ciuitate recepta poſt decapitationem imperatoris, cum omni ſua progenie & nobilitate, plurimos ferreis manicis & compedibus alligatos,ac collis eorum funibus cinctis,extra vrbem deduxerunt nobiles,plebeios,monachos & monachas,mares & fœminas, virtute & conditione præclaros vituperabiliter tractatos multis iniuriis refertos, vt meretriculas, & in lupanari proſtitutas trahebant.Tanta & talia contra eos agebant,quanta de brutis animalibus, & qualia ſiue rubore fari minime quis valeat. Adoleſcentulos vtriuſque ſexus à parentibus ſegregabant, & diuiſim de eis pretio negotiabantur.Infantes coram genitoribus ſuis, vt agniculos mactabant.Matres filiis, & geniti genitricibus priuabantur.Germani à fratribus, vxores à viris,nurus à ſocrubus lugentibus, & vlulantibus ſegregabantur.Diſiuncti conſanguinei & amici in diuerſas regiones ſerui venditi ducebantur.

Grauis & deteſtanda Turcorum erga captiuos crudelitas.

O quàm amaræ lachrymæ, quanta ſuſpiria, quot clamoſi ſingultus inter amicos & notos quæ miſerabiles voces emittebantur inter tantas cœdes,ſeruitutes,expulſiones, & contumelias.Principes,& barones,& Domini,bubulcorum, porcariorum, homuncionum effecti ſunt famuli. Infra decennium pueros ad ritus ſuæ perfidæ ſectæ compellebant.Heu quomodo obſcuratum eſt aurum fulgidum ſapientiæ,per tenebras ignorantiæ. Aurum dignitatis,per ignobilitatem ſeruitutis.Quomodo mutatus eſt calor optimus Græcæ eloquentiæ,in barbariem Turciæ.Lapides ſanctuarij, ſi qui erant conſtantes in fide,diſperſi ſunt in capite omnium viarum iacentes proſtrati. De cæteris taceamus,humana ſunt.

Thre.4.

Sed de iniuriis, ſubſannationibus, contumeliis, opprobriis, ſceleſtis erga diuina quæ lingua valeat explicare:quis intellectus capere:quæ auris patiẽter audire:ni fallor, nunquã ita horribilia fuerunt audita.Deus venerunt gentes,gehennæ,dediti in hæreditatem tuam quę Iſrael eſt te videns per fidem, Polluerunt templum ſanctum tuum eccleſiam nobiliſſimam ſanctæ Sophiæ cum aliis,imagines Domini noſtri Ieſu Chriſti, & matris eius virginis glorioſæ ac ſanctorum & ſanctarum Dei inſignia viuificæ crucis conſpuentes, confringentes, conculcantes, ſacroſancta euangelia, miſſalia,& reliquos eccleſiæ libros dilacerantes deturpantes,comburentes, ſacras veſtes ſacerdotum,reliquaque ornamenta eccleſiæ ſcindentes,ad indumentum ſuum &ornamentum ſumentes,vel vili prætio conferentes, vaſa Domini eius cultui dedicata rapientes, & in eis comedentes & bibentes,reliqua vero conflata ad profanos vſus transferebant. Poſuerunt demque carnes ſanctorum tuorum morticinia ſeruorum tuorum,reliquias beatorum corporum,eſcas volatilibus cœli,diſpergentes hinc inde carnes ſanctorum tuorum, quos occidebãt,beſtiis terræ,quia non erat,qui ſepeliret.

Turcorum erga diuina proteruia & inſolentia.

Pſal. 78.

Talia etiã in noſtris oculis Eccleſię Catholicæ hoſtes hæretici; Caluiſtinæ perpetrarunt.

Altaria ſuffoderunt,inuocantes nomen maledicti Machometi eum laudantes de victoria.

Omitto præ pudore,quòd mingebant,ſtercorabant,omnia vituperabilia exercebant in templis, imaginibus & reliquiis ſanctis. Sancta canibus dabant, margaritas ſacramentorum ante porcos proiiciebant.Cum recolo,totus ex horrore contremiſco,nec vlterius ſtylo exarare queo illorum piacula, & fidei Chriſtianæ religionis dedecora & irriſiones iniectas,Monaſteria tam monachorum quam monialium inuadentes,omnia diripiebant, eiicientes illos de habitationibus ſuis.Xenodochia infirmorum deſtruebant. Etſi de multis & magnis excidiis, & exterminiis ciuitatum hiſtoriographi etiam gentilium referant, ferè nulla poſſet deſolationi huius coæquari.Nullum incolam intra reliquerunt,non Græcum non Latinum, non Armenium, non Iudæum. Vrbem ipſam ſuis ciuibus nudatam quaſi deſertam effecerunt.Eorum actus & opera propriis oculis vidi, & vna cum aliquibus conſtantiſſimis viris plura perpeſſus ſum mala & pericula licet de manibus eorum me eripuerit Deus,vt Ionam de ventre ceti. Ion.2.

Expugnata [a] Conſtantinopoli, Peram nõ

a *Quoniam D. Anto. miſerabilis & calamitoſæ vrbis deploratione contentus tacuit modum, quo ea in ſæuiſſimi Turcorum tyranni poteſtatem deuenerit,non ingratum futurum eſſe lectori exiſtimamus: ſi ea referamus,quæ Pius 2. in ſua Europa c.7. de ea re ſcripſit. Sic ergo ille ait.*

Voluerat iampridem animo Mahumetes quonã modo Conſtantinopolim ſibi ſubigere poſſet. Cum paucis igitur participato conſilio,caſtellum iuxta littus ad oſtium Boſphori,paulo ab vrbe remotius, aliud diſſimulans incredibili celeritate extruxit, atque muniuit.Bellum deinde vrbi non modo indixit, ſed contra fœdera,contra iuſiurandum intulit ſimul & gerere cœpit.Senſerant eius animi Græci, diffidenteſque ſuis viribus ad latinorum opes confugerant.Surdæ.proh pudor,noſtrorum principum aures fuere,cæci oculi, Mahumete interea coactis vndique copiis(eas trecentorum milium numero conſtaſſe alius ſcribit) mirabili apparatu, formidando animo & impetu,terra marique regiam vrbem aggreſſus, cuniculis ac latentibus foſſis altiſſime actis, aggere late edito, ponte,qua Peram oppidum verſus,mare muros alluit vrbis,longitudinis ad duo millia paſſuum raptim extructo,turribus ligneis eoſque erectis,machinamentorum tormentorumque multiplici adhibito genere oppugnata eſt vrbs defenſaque ſummis vtrinque viribus non paucis diebus.

Conſtantinopolis à Turcis quomodo capta.

Ad extremum voce præconis totis Caſtris inclamatum eſt.Quinto Cal.Iuny milites omnes ieiunium ſanctificent,ſequenti die in armis adſint vrbem extremis viribus oppugnaturi:triduo ciuitatem militũ direptioni futuram.Conſtituta die ieiunium ad noctem vſque ſeruatum.In vrbe autem ſacerdotes ſacras ferentes imagines,ſequente populo vrbem luſtrare,auxilium de cœlo petere,affligere corpora ieiuniis atque orationi vniuerſi ciues intendere. Subſecuta nocte ad ſua quiſque loca defendenda redire.Cæptum eſt prælium paululum ante lucem, cùm miles Turca periculi,quam moræ patientior eſſet,ac mortẽ ac vulnera & ſanguinem prædarum multitudine penſaret.Pugnatum eſt in tenebris maiore Turcarũ

Pietas Græcorum.

pernici

A.C. 1453.

pernicie in quos tela ſupernè librabãtur. At poſt A *quam illuxit, dato ſigno vndique non ſolum Conſtãtinopolis, ſed ipſa etiam quoque Pera ne quid auxilij Græcis præſtaret oppugnata eſt. Sua cuique legioni murorum pars, ac portarum attributa: vt diſcretus labor fortes ac ignauos diſtingueret, & ipſa contentione decoris milium virtus magis ac magis accenderetur: pari modo & nauales ſocij attributas partes inuadere iuſſi. Admouẽtur vbi ligneæ turres conuectant milites dolabra falces ſcalaſque. Et iam elatis ſuper capitis ſcuta denſa teſtudine ſuccedunt.* B *Græci ſaxorum pondera prouoluunt, diſiectam fluitantemque teſtudinem lanceis contiſque perſcrutantur: donec ſoluta compage ſcutorum, exangues laceroſque proſternunt, fit ſtrages & iam Turcæ deficientibus animis languidius pugnant.*

Sed adeſt Mahumetes fortiſſimum quemque nominatim vocitans, vtque in prælium redeant adhortatur: inſtauratur ex integro certamen. Turcæ rurſus ſubruere murum, portas quatere: innixi humeris & ſuper iteratam teſtudinem ſcandentes, prenſare hoſtium tela brachiaque nituntur. Iterum integri cum ſauciis ſemianimes cum expirantibus euoluuntur. C *Ioannes Iuſtinianus Ligur, qui ſuperioribus diebus ſolus vrbem defendiſſe videbatur in hoc certamine vulneratus, vbi fluitare ſanguinem ſuum animaduertit, medicum quærens clam pugnæ ſeſe ſubtraxit. Sed imperator, vt abeſſe Iuſtinianum cognouit, quo iret, percontatur, inuentumque rogat, ne pugnam deſerat. Ille nihilo magis flexus aperiri portam iubet, qua curaturus vulnus in vrbem redeat. Erant enim obſeratæ vrbis ianuæ, quib⁹ ad antemurale patebat iter ne qua fugiendi facultas militi eſſet, ac propterea hoſti fortius reſiſteret.* D *fit interea remiſſior defẽſio: Quod Turcæ aduertentes acrius incumbunt, & quoniam pars muri iam tormentis æneis diſiecta foſſam magnam ex parte oppleuerat per ruinas ipſas ſcandentes antemurale conſcendunt, Græcoſque loco deturbant. Porta quæ Ioanni patuerat omnibus aperta fugam profuſiorem reddit.*

Ioannis Iuſtiniani Liguris puſillanimitas.

Tunc imperator non vt regem docuit pugnando, ſed fugiens in ipſis portæ anguſtiis cum cecidiſſet oppreſſus calcatuſque obiit. In tanta multitudine pugnatorum duo tantum reperti ſunt, qui ſe viros oſtenderint, alter Græcus, alter Dalmata, Theophilus Palæologus & Ioannes Sclauus, qui fugere turpe putãtes E *cum diu Turcarum impetum ſuſtinuiſſent multoſque obtruncaſſent, non tam victi quam vincendo fatigati inter cadauera hoſtium occubuere. Iuſtinianus in Peram cum diuertiſſet, inde Chium nauigauit ibique ſeu vulnere ſeu mœſtitia in morbum incidẽs inglorius vitam finiuit. Fœlix ſi in ipſis Byzantij mœnibus vitam exhalaſſet. In ingreſſu portæ octingenti pene milites ex Latinis Græciſque periere. Et iam hoſtis ſuperiorem murum tenebat ſaxaque in ciues deuoluens ingredientibus ſuis auxilio erat. Tum ſubitò capta vrbe cæſis omnibus qui reſiſtere auſi ſunt ad rapinas eſt itum. Hæc ille. Capta igitur eſt hæc miſerrima ciuitas 4. Ca. Iunij. A.C. 1453. Sabellicus tamen anno 1452. id factum putat.*

Imperatoris mors.

multum diſtantem occuparunt, mœnia eius ad ſolum vſque deducentes. Ex campanis eccleſiarum bombardas conflauerunt. Crucem, quæ erat in cacumine turris eius, cum ipſa turri contriuerunt. Rempublicam, ad nihilum deduxerunt, iudicem & principem eius Turcum conſtituentes. Pedagia, guidagia, impoſitiones A & grauamina illuc applicantibus vel permanentibus ſuopte nutu ſtatuerunt. Villas & oppida circumiacentia ſimili excuſſione deſtruerunt. His atrociſſimis rebus non contentus calidiſſimus & cruentiſſimus Mahumeth Chriſticolarum ſummus inimicus ad vlteriora ſe extendit; & triremes inter magnas & paruas iã centum ſeptuaginta præparauit, & ad mare Ægæum miſit: ad inſulas Cloades (vel Cyclades) ſibi ſubiiciendas. Exinde ſe præparat cum B infinito exercitu ad tres vrbes notabiles & potentes prope Danubium ſitas tranſmigrare, & expugnare, vnam, quam videlicet Periſton nuncupamus, aliam Forobium tertiam Belloſtadum, intendens poſt hæc totam percurrere Vngariam, ſpoliare, deuaſtare, & conterere, vt neminem retro ſibi dimittat impedire ad alia vadentem: quoniam ad Italiam quam citiſſimè tranſmigrare contendit a Præparare quoque conatur galeas magnas & paruas trecentas, naues magnas viginti pedeſtrium & equeſtrium exercitum vltra centum millia: & ſic à C Dyrrachio Brundusium tranſire contendit, quæ ciuitas eſt in regno Apuliæ.

Pedagia & guidagia ſunt vectigalia & tributa.

V.C. 1453.

Magnus Turcorũ apparatus ad inuadẽdam Italiam.

Qua propter deprecor exoro atque hortor vos omnes Chriſticolas, vt zelo fidei & Chriſtianæ religionis pro veſtra libertate gladio accingamini contra tam duros hoſtes diuini cultus, & omnis ſanctimoniæ, & vitæ moralis. Et primo quidem abiicientes omnem diſſentionem & æmulationem, remittentes inuicem offenſas ſicut & Chriſtus donauit omnibus, D pacẽ & vnionem ſummopere inter vos amplectamini, vt vniti & inde fortiores effecti, confidentes in adiutorio altiſſimi (cuius eſt victoria & bellum, non multitudinis) ipſum ſathanam cum ſatellitibus ſuis ſub pedibus veſtris conterere valeatis. Licet enim in multitudine confidat, & feritate ſuorum, plures tamen ſunt qui nobiſcum ſunt: immo dominus ipſe omnium militiarum, pro cuius fide & religione pugnatis, ita quod centum ex vobis perſequi, & ſuperare valeant mille ex illis, & mille ex vobis decem millia. Ignauia enim & imperitia belli innata ſunt eis. Hæc in ſubſtantia ſunt in E literis prædictis, & ſi aliqualiter verba immutata.

Eph. 4. Contra Turcos ad principes Chriſtianos adhortatio.

a *Non vana fuit Rutheni iſtius Cardinalis de huius tyranni ſæuiſſimi in Italiam aduẽtu prædictio: is enim cum Trapezuntinum imperium euertiſſet & Rhodum ſummis viribus è mari claſſe, & terra expoſitis copiis oppugnaret eius interea ſatrapes claſſe profectus in Italiam Hydruntum expugnat, nemini parcit armato inermive. Excurſiones tota Apulia Turcæ faciunt, cæde, incendiis ſæuiũt. Aegre ne longius latiuſque popularẽtur ſubmouentur. Aegrius in iuſtam obſidionem compulſi, ſic quoque noſtros tene-* F *bant. Mors Mahumetis fregit animos incolumitatem pacti vrbem dedidere. Aemy. li. 10. Nau. gen. 50.*

De Callixto tertio papa, & victoria ab Vngaris contra Turcos habita.

CAP. XIIII.

ANNO Domini 1455. xxv. Martij. Nicolaus papa quintus doloribus diutinæ infirmitatis grauatus, ſumptis omnibus deuotè ſacramẽtis &

A. C. 1455. Calixtus 3. Pontifex max. 213. ſed an. 3. m 4. A.C. 1455.

exhortatione facta ad cardinales, diem clauſit, A vitæ ſuæ extremum in eccleſia ſancti Petri ſepultus. Poſt cuius ſolitas exequias intrantes conclaue reuerendiſſimi cardinales, intra decem dies, vel circa in palatio papæ congregati, canonicè elegerunt in Romanum pontificem cardinalem Aragonenſem nomine Alphõſum. Sed mutato in papatu nomine ſecundum morem antiquum nuncupatus eſt Callixtus tertius, vir æſtimatus magnæ iuſtitiæ, & æquitatis, & bonæ vitæ & laudabilis famę, magnus iuriſta. Qui in principio ſuæ creationis votum publicũ fecit, pro poſſe, & quantum in ſe erit, B reprimendi conatus Turcorum, & conterendi vires eorum & terras vſurpatas, Conſtantinopolim, & alias de faucibus eius educendi. Quod multum lætificauit diuulgatum per orbem principes, & communitates Chriſtianorum, qui non ſolum Italici, ſed vltramontani omnes pene per oratores ſolemnes viſitarunt ſanctitatem eis congratulãtes de eius promotione, debitam reuerentiam & obedientiam offerentes, at ſupplicantes ad conſeruationem & confirmationem pacis Italicorum initæ, & excitandos fideles ad inſurgendum contra hoſtes Chriſticolarum, & eliminandum de finibus ſuis & ad cultum Dei ampliandum. Omnes honorificè ſuſcepti ſunt à beatitudine ſua & Romana curia.

Callixti 3. Elog. 2. Na. ge. 49. pius 2. lib. 2. c. 8.

Vouet ſe Turcos inſecuturum.

Hic in principio ſui pontificatus ſcilicet menſe Iunij in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli præmiſſa diligenti examinatione facta ex commiſſione apoſtolicæ ſedis à quibuſdam prælatis eccleſiæ in diuerſis mundi partibus, in quibus fuerat magiſter Vincentius de Aragonia conuerſatus, & vbi verbum Dei diſſeminarat, eum in ſanctos retulit. Qui per annos D triginta ſingulis diebus poſt decantationem miſſæ per eum, præſente clero cum lachrymis copioſis, populis cum maximo concurſu & fructu prędicauerat per Franciam, Hiſpaniam, Aragoniam, vſque ad Genuam declinans, & multos conuertens ad fidem Iudæorum & gẽtilium, tandem plenus dierum in pace quieuit in Britannia anno Domini. 1416. vel circa Miraculis etiam claruit.

Eodem anno ſcilicet primo ſui pontificatus impoſuit decimam papalem omni clero, & perſonis eccleſiaſticis, quam à quibuſdam iniunxit integrè exigendam certo modo & forma in ſubſidium, impenſarum, faciendarum, in expeditione claſſis maritimæ. Conſtituit etiam plures prædicatores diuerſarum regionũ qui diſcurrerẽt per ciuitates & caſtella ad prædicandam crucem contra Turcum, qui hortarentur plebes ad contribuendum eleemoſynas ad tam ſanctum, tam pium, tam neceſſarium omnibus opus, pro conducendis armigeris, concedens indulgentiam plenariam peccatorum contritis & confeſſis ſemel in vita & ſemel in morte, cuicumque eleemoſynam quinque ducatorũ largienti auctoritatẽ quoque tribuẽs abſoluẽdi & diſpenſãdi in multis caſib⁹.

Aduerſus Turcos bellũ inſtruit.

Deſtinauit inſuper legatum in Vngariam cardinalem diaconum Dominum Ioannem Hiſpanum, & in Alemanniam ad congregandum exercitum terreſtrem contra Turcos perfidos. Alium cardinalem Auenionenſem miſit in Franciam ad decimam colligendam, & prædicandam cruciatam, & regem Franciæ deprecandum vt auxilium ferret & operam, vt chriſtianiſſimus princeps contra tam perfidos hoſtes. Poſt annum quoque miſit alium legatum cardinalem Dominum Ludouicum camerarium apoſtolicum, virum prudentẽ & ſagacem in huiuſmodi cum claſſe licet parua ad bellum nauale exercendum. Quid inde ſecutum ſit infra notabitur.

A. C. 1456.

Idem anno ſecundo pontificatus ſui mandauit per ſolemnes literas apoſtolicas vbique terrarum fidelium, ſingulis diebus inter nouas & veſperas pulſari in omnibus eccleſiis ad Aue maria ter. In qua pulſatione quicunque diceret genibus flexis ter Aue maria, & pater noſter conſequeretur indulgentiam trium annorum, & trium quadtagenarum. Item quòd omni prima dominica menſis fieret proceſſio generalis, ad quam conuenirent clerici, religioſi & laici & cantaretur miſſa cum prædicatione ad materiã accõmodata pro victoria habẽda, contra Turcos. Et qui intereſſet, haberet C ſeptem annos, & ſeptem quadragenas indulgentiarum. Item quod in miſſa quilibet, qui celebraret, diceret orationem pro victoria contra paganos, & qui hoc faceret tres conſequeretur annos indulgentiarum. Et omnia ad impetrandum liberationem à Turcis & victoriam, pœnitentibus & confeſſis.

Quo tempore ordinatũ fuit pulſari aue Maria.

In tertio anno ſui pontificatus videlicet. 1457. alium ſanctum virum de communi conſilio & aſſenſu prælatorum in curia exiſtentium catalogo ſanctorum aſcripſit. Feſtũ quoque transfigurationis eodem anno celebrandum inſtituit per vniuerſum orbem ſub officio duplici vj. die Auguſti concedens indulgentiam intereſſentibus ipſi officio, ſicut in feſto corporis Chriſti. Officium enim de ipſo feſto inſtitutum nouiter miſit recipiendũ, quod & ipſe vidi, & ſcribi feci. Cardinales creauit primo duos ſuos nepotes ſatis iuuenes, quorum vnum legatum deſtinauit Bononiam, etiam antequam cardo eccleſiæ fieret. Alium legatũ in Marchiam. Alios quoque in ſecundo anno inſtituit cardinales quinque, videlicet epiſcopum Papienſem Longobardum, epiſcopum E Senenſem de Senis oriundum, Archiepiſcopum Neapolitanum, Epiſcopum Zamonenſem Dominum Ioannem de mella, & quendã alium beneficiatum clericũ. Eccleſiam ſancti Ioannis Lateranenſis, quam Eugenius. iiij. cõceſſerat congregationi canonicorum regulariũ, qui dicuntur de Friſonaria, & pacificè per aliquor annos poſſederant importunè à Romanis ſupplicatus abſtulit eis, concedens, vt prius clericis ſecularib⁹ officiandã, & canonicaritus laicales renouãs. Sed de nouo creat⁹ papa nepos dicti Eugenij, vocatus [a] Paul⁹ ſecũd⁹, ca- F nonicis regularibus reſtituit, quã nũc poſſidet.

Feſtum transfigurationis Domini inſtitutũ.

a *Hic pontifex ſucceſſit Pio. 2. in quo* D. *Anto. hiſtoria deſinit. fuit autem pontifex* 125. *creatus* A. C. 1464. *ſedit annos* 6. *men.* 10. *d.* 26. *de quo* Pl. *On. & alij. Sed cum* D. *Ant. extremum vitæ ſuæ annum habuerit*, 1459. *hæc vltima periodus à quodam librario intelligitur addita fuiſſe.*

A.C. 1456.

Chriſtianorum in Turcos victoria de qua Pius 2. in Eur. c. 8. & in hiſtor. Boe. Naucl. gen. 49.

§. I.

ANNO autem Domini. 1456. Pontificatus domini Callixti. iij. anno ſecundo, menſe Iulij in feſto beatæ Mariæ Magdalenæ dedit Dominus victoriam magnam fidelibus bellantibus contra Turcos, quam breuiter narrat ipſe Callixtus in bulla inſtitutionis feſti transfigurationis Domini in hunc modum.

Cum immaniſſimus hoſtis a Chriſtianorum Mahumeth rex Turcorum post hoſtiles diſcurſus, & depopulationes in regionibus Chriſtianorum Conſtantinopoli vicinis factas, demum cum exercitu ſuo obſediſſet caſtrum Belgradi in Vngariæ regno ad ripam Danubij fluminis ſituatum, & cum multum coangnſtiatum mœnibus eius per bombardarum & machinarum iactum conquaſſatis, iam cum ſuis intraſſet, cruce ſignati, & Vngari populares, qui quaſi inermes, & ſine comparatione Turcis pauciores erant contra eos procedentes, protecti ſcuto fidei & confiſi de Dñi adiutorio, eos de caſtro propulerunt. Et domino Ioanne diacono cardinale ſancti Angeli, legato de latere ibi deſtinato exiſtente ſub ſtrenuo fidei noſtræ catholicæ acerrimo defenſore, & pro fide, & chriſticolis feruentiſſimo propugnatore Ioanne Vayuoda, Chriſtianæ cohortis duce digniſſimo præſente quoque

Calixti 3. bulla de transfiguratione Domini.

Duces ſacri belli Cardinalis, Vayuoda & Menorita.

A venerabili religioſo fratre Ioanne de Capiſtrano, ordinis minorũ viro optimo, & meritis apud Deum & homines eximio, nomine domini noſtri Ieſu Chriſti (in quo ſalus noſtra conſiſtit,) fiducialiter & aſſiduè ab omni populo circumſepto voce vnanimi inuocato, vexillo quoque ſanctiſſimæ crucis cum magnis clamoribus & lachrymis eleuato ad cœlum, vnde ineffabile (vti à cunctis dari ſpectabatur) auuenit auxilium. Mira res & ſemper memoriæ commendanda. In die præfata Beatæ Mariæ Magdalenæ cæleſti præſidio communitus B populus fidelium, impetu in hoſtes facto viriliter ipſum ferum principem Turcorum, cum ſuis ſacrilegis complicibus in turpem & damnoſam fugam conuertit. Deditque ipſe miſericors & miſerator Dominus in manus paucorum tam ferocis, munitiſſimi, & innumerabilis exercitus cum maxima ſtrage victoriam, vltra quam mens poſſit æſtimare humana. Dominus enim fortis & potens in prælio Pſal. 23 ſuper omnes exercitus & tyrannos, qui Madian, & orientales populos ad numerum locu Iud. 8. C ſtarum in manus tradidit Gedeonis cum trecentis viris Oniæ quoque ſacerdoti ſummo cõtra Heliodorum templum ſanctum profanare 2. Mach. 3. mollientem, præſidium tribuit & iuuamen, pro fidelibus contra inſolentiſſimos hoſtes miraculoſè pugnauit. Et gladium ſuum ſuper capita inimicorum fugientium intromittens, non pauciores ſeſe mutua cæde necantes, quã à noſtris in prælio fuiſſent interempti occidit. Nam vt à fide dignis accepimus, in ea pugna ad quadraginta millia occiſi ſunt totidemque ſuperſtites in turpem fugam verſi, ſeſe mutuo trucidantes. Caſtra incenſa, machinæ & inſtru D menta bellica omni aqua & terra diruta ſunt, naues eorum multæ captæ, vel combuſtæ vel ſubmerſæ ſunt, vt confuſus abiens ipſe tyrannus perfidiſſimus Mahumeth, filius diaboli cum ſuis copiis, & præ timore iam multis menſibus non apparens, inter latebras & munita oppida ſe recepiſſe dicatur, & diuinã perſentiens vltionem in ſuam perditionem futuram, inter Conſtantinopolitanam Peramq́; ciuitates ſe oecluſerit, illamque muris & antemuralibus munire fruſtra decertet. Sed niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat Pſal. 126. E qui cuſtodit eam.

Mahumeth turpis fuga

Poſt victoriam magnam Chriſtianorum, & multam ſubſtantiam receptam ab eis magnificas deo gratias pro magnificis beneficiis exhibuerunt. Sed poſt paucos dies Ioannes Vayuoda fœlicis recordationis in pace quieuit: vt creditur infirmatus ex maximo labore in bello. Sed non multo poſt & venerabilis pater, frater Ioannes de Capiſtrano ordinis minorum ſancto fine quieuit. Aliqui tamen aſſerunt Ioannem Vayuodam veneno interiiſſe, à quodam magno Domino illius regionis, ſed peſſimo viro propinato: qui poſtea occiſus fuit F in præſentia imperatoris à filio Ioannis Vayuodę: ſiue ob vindictam propter patrem ab eo potionatum, vt quidam dicunt, ſiue propter aliam cauſam. Æmulatio non modica erat inter eos ſicque inter Dominos Vngariç facta eſt diſſentio magna.

Ioannes Vayuoda Chriſtiani dux exercitus moritur.

Anno quoque Domini. 1457. cum Domin[us] Cardi

a *Hunc victoriam Chriſtianorum nobilem paulo is egiu xorteper ex Pio 2. recenſebimus. Mahumetes tanto rerum ſucceſſu tumens in Hungaros expeditionẽ ex omni regno parare cœpit: qua per triennium circiter inſtructa accerſitis ex omni regno proceribus, penetratis Traciæ montibus, ad Saum vſque flumen peruenit. Centum quinquaginta millia hominum in eius exercitu fuiſſe traduntur. Calixtus. 3. Ioannem Cardinalem S. Angeli, qui Germanos in armis contineret, Turcarumq́ue compeſceret impetum, in eas partes legatum miſit. Is promiſſa peccatorum indulgentia cunctis qui contra Turcas militare vellent, adiuuante Ioanne Capiſtrano, cruce ſignatorum haud paruum congregauit exercitum, non diuitum atque nobilium, ſed inopis atque incompoſiti vulgi. Supra 40. millia ſignum crucis accepere, tecta magis fide, quàm ferro acies. Huniades quoque non paruas copias in armis habuit. Appropinquabat ſpe plenus, & incredibili ſuperbia tumens Mahumetes, nec iam ſibi nec flumina nec montes obſtare putabat, gloriari inter ſuos Hungariam iam pene victam Latinorum inſtare finem. Turcis omnia paritura. Sed quam glorioſus eius aduentus, tam Turpis atque infamis receſſus fuit, Albam ad confluentes Danubij Sauiq́ue ſitam oppugnare adortus obtinere nequaquam potuit perfregit machinis priores muros, irrupere in vrbem eius acies, pugnatum eſt interius, noctuq́ue nunc victi nunc victores viſi hoſtes, ad extremũ vulneratus ſub papilla Mahumetes, relictis impedimentis per noctem trepidus aufugit. Auctores victoriæ tres habiti, Ioannes Cardinalis, cuius auſpicio res geſta eſt, Huniades & Capiſtranus, qui prælio interfuere. Hæc ille. pleniorem hiſtoriam habet Nauclerus.*

A.C. 1466. vapore groſſo in viſceribus terræ generatus poſſit terram mouere, & aliquando conuellere, quando fuerit plus confortatus.

Amplius, quod terræmotus eſt ex vapore terreſtri, qui eſt principium venti, ex hoc probatur, quod terræmotus eſt frequentius quando venti flant: dico autem quando vẽti flant poſt terræmotum, quia ante terræmotum aura frequentius ſolet eſſe quieta. Non enim hoc contingit, quod ventus fiat poſt terræmotum, niſi hac de cauſa, quia materia terræmotus ſubtilizata expirat de terra, & calore ſolis attrahitur ad ſuperficiem aeris, & ibi eſt principium ventorum. Ad hoc autem ſignum huiuſmodi eſt, quòd terræmotus frequentius ſolet accidere de nocte, quam de die. In nocte enim elongatur ſola ſuperficie terræ, & in die approximat terræ, ſed in nocte frigore noctis clauditur terræ ſuperficies: & redundat calor ad ima (ſicut dicit Craton philoſophus) & ideo in imis vaporem eleuatum multiplicat. Qui multiplicatus ante, ſe eleuat in meridie vel diluculo, quoniam illæ ſunt horæ, quibus multiplicatur ventorum flatus.

Cur poſt terræmotum flat ventus.

Cur noctu potius quàm interdiu.

Dicit idem Albertus quod terræmotus fit vehemens in locis, in quibus eſt fortis aggrauatio, & percuſſię vndarum ſiue procellarum maris, & vbi ſunt cauernæ multæ, & latera cauernarum ſunt mollis terræ. In talibus enim locis magis frequenter arctatur ventus, quam in aliis locis. In vere autem & autumno frequentius fit terræmotus, quam in æſtate & hyeme. Rariſſimè autem fit terręmotus in æſtate vel hyeme, eo quod vehemens calor & frigus abſcindunt naturam ventorum, niſi aliquid loci operetur in contrarium. Dicit etiam, quod frequenter terræmotum ſequitur peſtilentia, præcipuè ouium. Vapor enim ſic incluſus & priuatus luce, & aere libero, groſſus eſt, habens quaſi veneni naturam: & ideo animalia interficit præcipuè, quæ terræ quaſi ſemper os proximum tenent, vt oues.

Eſt autem ſecundum Albertum vbi ſuprà terræmotus effectus in modo diuerſo mouendi terram, quã concutit. Aliquando enim mouet motu agitatiuo, modo ad dexteram, modo ad ſiniſtram. Aliquando motu ſubuerſiuo ſubuertendo terram, ita quod inferius facit eſſe ſuperius, & econuerſo. Aliquando motu ſciſſiuo, faciendo tantum vnam aperturam in terra. Aliquando mouet motu perforatiuo, faciendo plura foramina non magna in terra. Aliquando mouet motu tremulo, ſiue motu titubationis, quando ex tranſitu naturali egreditur, & ſtatim redit ad eumdem. Aliquando mouet motu ruinoſo, quia ſuperior pars terræ cadit in profundum. Aliquãdo motu impulſiuo, quando ſuperior pars terræ longe repellitur à ſitu ſuo, & loco. Aliquando mouet motu vectionis, vt quando ſuperior pars ad inferiorem vehitur. Aliquando mouet motu depreſſionis & eleuationis, vt quando ſuperficies terræ modo deprimitur, modo exaltatur. Et omnes hos motus habet terræmotus præter motum, quem habet in aqua & præter motum, quem habet in igne & ſulphure. Horum autem omnium aſſignat rationes. Sed ob breuitatem omittuntur & quia extra pro-

A poſitum principale eſt.

A.C. 1466

Terræmotus in Apulia maximus. de quo Pius 2. lib. 2. Coſm. cap. vltimo.

§. III.

TERRÆMOTVS igitur, qui acciderunt in partibus regni Apuliæ anno Domini 1456. die v. Decembris, hora noctis xj. & iterũ. xxx. die eiuſdem menſis, hora xvj. fuerunt maximi, adeo quod non eſt in memoria hominũ, & vix legitur tales vnquam, & tam vehementes fuiſſe, & tantum ſpatium terrę occupaſſe, & damna tanta in ędificiis & morte hominũ operatos eſſe. Fuerunt nihilominus & alij terręmotus percepti inter primum & ſecundum terręmotum ſupradictos, ac etiam poſt ſecundum, ſed tenues, ita quod modicum vel nullũ damnum intulerunt ędificiis vel perſonis. Referam in particulari (vt ex fideli relatione percepi) de aliquibus ciuitatibꝰ & caſtris, in quibus maximã ruinam intulerunt & inde plurimi oppreſſi & mortui, de aliis poſtea in generali, incipiendo à ciuitatibus notabilioribus.

Terræmotus in Apulia maximi Pius. 2.

B

C

In ciuitatibus plurimis quæ ſitæ ſunt in terra laboris, in Neapoli ciuitate regia multa palatia corruerunt, domus plurimæ ceciderunt, eccleſiæ eius magnam ruinam in partibus ſuis paſſæ ſunt, & mortui ex oppreſſione trigintaquatuor. Caſtrum quoque, quod eſt ſupra monaſterium Carthuſienſe in monte, dirutum eſt totum, octo ex illa ruina viris defunctis. In ciuitate Auerſana, quę ab ea diſtat per octo milliaria verſus Romam: habitationes multæ deſtructæ & fortalitia eius magnam quaſſationem receperunt, numerus morientium ex eo adhuc incognitus. Capua, quæ à Neapoli diſtat per octodecim milliaria verſus Romam, detrimentum accepit in domibus eius, & pars turrum, qui ibi ſunt pro cuſtodia ciuitatis, cecidit, numerus mortuorum non eſt relatus. Caſtellum Arpae in totum decidit, nullo tamen mortuo. Beneuentana ciuitas notabilis (vbi metropolitanus eſt digniſſimus) pro maiori parte deſtructa eſt, & eccleſia cathedralis, vbi dicitur corpus apoſtoli Bartholomæi quieſcere, deficientibus inde hominibus trecentis, & quinquaginta ex ruinis. Ciuitas, quæ dicitur la Palude ſeu caſtrum, vſque ad fundamenta collapſa eſt, & (quod magis dolendum eſt) homines mille & triginta tres oppreſſione ex hac luce ſubtracti. Arianum notabile oppidum vſque ad fundamenta contritum, mortuis ex eo mille trecentis & tredecim. Apichi nuncupatum in totum deſolatum, ſublatis per mortem mille & viginti hominibus Caſtrum quod dicitur Montecalui pro maiori parte deſtructum è medio octoginta ſubtractis perſonis: vrbs quæ dicitur Torhu in valle Varuentana, ad ſolum vſque deducta, defunctorum numerum deſcriptum non recepi. Mirabella idem excidium paſſa eſt, vitam ibi amittentibus centum octoginta & quatuor. Tueru ſimilem paſſa concaſſationem triginta quinque perſonas amiſit. Vinclatorium in ruina nõ diſcrepãs à prædictis centũ vigin i homini-

Damna maxima quæ terræmotus inuexit in terra laboris.

D

E

F

A.C. 1466.

bus priuata eſt. Caſale Gerandæ terrę coæqua ta eſt: vbi & centum & quadraginta ad Dominum migrauere. Aliſij pro magna parte deſtructa ſexaginta ſub ruinis inuenit. Multa quoque caſtella ſeu villagia & caſalia notabile detrimẽtum receperunt ex ipſis terræmotibus in prædicta regione Apuliæ quæ hic modo nominantur, Iunculæ, Fraginitu, Auellino, Bururum, Supiinum, Loratinum, Saxana, Labarina, Caſale, Calenda, Tignatium, Rechinum, Pantelandolphum, Duconta, Durainum, Corimacoiſi, Cõpocatu, Buſſu. Ex his nominatis, quæ non tantam ruinam paſſæ ſunt, numerus defunctorũ non habetur deſcriptus. Et ſi in aliquibus deſignetur, modicus eſt ſatis, & ideo ponere non curaui.

Oppida plurima ruinã ex hoc terræmotu paſſa.

Verſus Abruſtium in alia regione regni deſtructæ fuerunt Domus multæ, & ex caſu earũ occiſi multi homines. In Tochu tota diruta oppreſſi ſunt Dominus eius cum familia, & aliis numero trecentis quinquaginta. Aroes, Vãllisobſcura, & Raſu & Quinqueuillæ, in totum deſtructæ, mortuis inde aliquibus. Caſtellum ſancti Iuhini montaneta quæ ei imminebat cecidit ſuper illud, cooperiens ipſum, & quadraginta quatuor homines eius. Rigunirũ, Foſſa cæca, Sexanola, Caſtelluco, Santalgelu, Rochaticuta, caſtellum ſancti Vincentij, Caſtellilonum ſcauli, Rocheta, Caſtellina ducis ſoræ, Quacta, Sprunaſium, Rochella ciuitas noua, Terella, ſancti Stephani, Peſchi, Carpinone, Peturanum, ſancti Angeli in Gratula, Varanella, ſancti Nixin, Speneta. Hæ ſupradictæ ciuitatulæ, oppida, villagia, ſeu caſalia, vel quæcunque ſint quia aliter non fuere deſcriptã, ſimili excidio in totum deſolatæ ſunt ex dictis terræmotibus. Et in aliquibus earum mortui ſunt aliqui licet pauci, de aliis non vidi numerum deſignatum. Sed & ciuitas quæ dicitur Deſiui in confinibus Abrutij, vſque ad fundamenta exinanita eſt, vbi & mille ducenti ex ruina illa ex hoc mundo tranſierunt. Ciuitas Buinani poſt ruinam ſubmerſa eſt aquis ſurgentibus ex terra per terræmotum mille & trecentis extremum diem claudentibus ibi. Macragodona funditus euerſa trecenti quinquaginta perierunt. Floſcolone in magna parte cõquaſſata trecenti & ſeptemdecim obierunt. In caſtro ſancti Iuliani funditus euerſo appoſiti ſunt ad patres ſuos ducenti & vndecim. In Limoſano diruta in totum ruina triginta quinque abſumpſit, Chercapicio ſimili attrita flagello octoginta & octo caruit hominibus. Aluitu in parte deſtructa viginti ſex extincti ſunt. Aqua viua tota quaſſata triginta quinque de hac luce ſubtracti ſunt. Cherchum & alia dicta Spina pariter corruerunt: & in prima xl. & in ſecunda. xlvj. in pace quieuerunt. Aliquæ etiã villæ vel caſtella magna ſuſtinuerunt iacturam in ſtructuris, & aliqui ibi mortui ſunt licet pauci de aliis numerum non inueni.

In Abrutio multa damna terræmotus affert.

Montaneta i. monticulus.

In regione autem Capitenate & Apuliæ, Nuceriæ cecidit arx ſeu fortalitium & domorum ciuitatis numerus trecentenarius ruentium, numerus autem inde defunctorum ignotus. Cheruta tota ad planum deducta eſt fere cum fortalitio, vbi mortua vxore, germano, &

Dãna quæ hic terræmotus in Apulia intulit.

A filiis ſuis, & familia tota, ſolus comes Dominus ciuitatis in cam[...] tenant mille & ducentis extinctis. Caſtellum Canoſæ fortiſſimum ſicut quodcunque aliud in terra dicti regni, totum comminutum. Troiæ ciuitas deſtructa, eccleſia eius epiſcopali diruta domibus ducentis & numero defunctorum ignoto. Achadia prope montem Leonem ad terram eſt deiecta multis mortuis non numeratis. Eſculium deſtructum in parte non modica, & fortaliti um eius ſine morte tamen alicuius. Cortonia diruta & deſolata tota maiori parte hominum cũ

A.C. 146[...] Ca[...] [...]

B capitaneo ad Dominum inde migrante. Aliis vero ciuitatibus vel caſtris, quæ hic modo nominabuntur, in magna parte deſtructis, vt Venuſia, Tela, Melfia, Buinu, Bucherium, Lucrona, Vulturnium. Vltra numerum deſcriptum mortuorum ex dictis ruinis, qui multa milſa hominum tranſcendit, pront ex literis fidelis perſonæ accepi, plurimi quoque & alij mortui ſunt, & (vtinam in domino) ita ex improuiſo, qui adhuc neſciri potuerunt. Et ideo ſæpe mente reuoluendum quod ait ſaluator noſter: Eſtote parati, quia neſcitis diem neque horã,

C ſed nec locum, vel modum. Beati autem qui in Domino moriuntur, id eſt, exiſtentes in gratia Domini vniti in eo. Opera enim illorum ſequuntur illos, ad præmium, quia bona & meritoria.

Mat. 25. Luc. 12. Apoc. 14.

Terræmotus quoque acciderat Florentiæ, per annos tres antea: penultima Septembris: hora noctis vehementer commouens ædificia cuncta cum ſonitu non paruo, qui etiam parietes aliquantulum aperiens, magnam dubitationem & comminationem ruinę induxit. vnde oportuit multa expendere ad fortificationem ædificiorum multorum, nullus ex eis

Terræmotus Florẽtiæ accidit ſed parũ nocuit.

D mortuus eſt, niſi duo aliqui, ruina ædificium pene nullum cecidit in ciuitate vel extra, niſi aliquæ extremitates in ſummo, vt emiſſoria fumi ex caminis & merli palatiorum aliqui. Extenſus fuit terræmotus ille circa duodecim miliaria circuncirca Florentiam. Aliis quoque diebus ſequentibus in nocte vel diluculo, vel infra diem acciderunt: ſed modici, & nullam læſionem operantes. Per annos circa quadraginta in antea iterum terræmotus concuſſerat ciuitatem in vere, & vehementer, exterrens a-

Merl. i. pinnæ murorum.

E deo ciues, vt nocte in campis & pratis quieſcerent præ timore, non tamen nocumentum intulit hominibus nec ædificiis. Et circa ea tẽpora fuerunt maximi terræmotus in ciuitatibus aliquibus Cathaloniæ deiicientes multa ædificia, & pluries regionem concuſſerunt.

De Cometis vnde cauſentur, & quid ſignificent, & de bello Piccinini contra Senenſes.

F

CAP. XV.

MILLESIMO cccclvi. & Milleſimo. cccclvij. apparuerunt cometæ in diuerſis partibus cæli menſe Auguſti. circa ſeptimam horam noctis in

A.C. 1466.

ctis in oriente ſcilicet vltimus qui apparuit. Et cum pluries in diuerſis temporibus apparuerint, vt narratum eſt ſupra & horribilia videntur poſt eorum apparitionem ſequi aliquid vel breuiter eſt incidenter conſiderandum: quid videlicet ſit, & vnde procedat, & quid ſignificet. Circa qua Albert⁹ magnus. iij. Meteororum poſt reprobationem per rationes factam contra multos antiquos & modernos philoſophos, de quidditate cometæ, demum ſic ait.

Cometes nihil aliud eſt, quam vapor terreſtris groſſus, cuius partes ſibi coniacent, paulatim aſcendens ab inferiori parte æſtus ad ſuperiorem partem eiuſdem: vbi concauitatem ignis contingit ſcilicet æſtus & ibi diffuſus eſt, & inflamatus, & ideo videtur longus frequenter & diffuſus. Dico autem, vapor terreſtris, vt habeatur materia vaporis. Et dico, groſſ⁹: quia ſi eſſet ſubtilis, cito euaporaretur & diſſiparetur. Et dico, cuius partes coniacent, quia eſt bene commixtus viſcoſus hoc modo, quod talis vapor qui eſt ſecundum actum humidus & viſcoſus, componi poteſt. Dicitur etiam, paulatim aſcendens: quia in vaporibus pluuialibus immixtæ ſunt quędam partes ignitæ terreſtres quæ cum pluuia non omnes diſcedunt, & iterū ab humore pluuiæ ſecundū Philoſophū reaſcendunt. Et iſtæ ſcilicet primæ vltra ſpatium medium frigidæ regionis aeris euadunt propter ſuum actum, & ibi ſtant, & multiplicātur, & ex illo multiplicato, quaſi ex quodam theſauro paulatim propter calorem regionis, qui dicitur æſtus, aſcendunt. Et quia multam habent cōſtantiā in partibus, primo calore ignis vapor diffunditur, & poſtea inflāmatur, & ſic in medio remanet ſemper ſpiſſus, vbi nutritur de theſauro ſuo, qui eſt ſub eo, & ideo ibi eſt inflammatio alba, & valdè ſpiſſa. Id autem, quod diſtat ab illo diffuſum ad latera, tenue eſt, & habet flammam tenuem ad modum nubis albæ, & hæc vocatur Coma. Durat autem per totum tempus, quo aduſque ſit euaporatus ſuus theſaurus.

Ariſt. lib. 1. & 2. Meteo.

Hæc autem ſententia Conſtantini philoſophi eſt. Quod autem ita ſit teſtantur illuſtres philoſophi Auicenna & Algazel. Dicit enim Auicenna quod ſtella, quæ caudata dicitur, fit ex fumo ſpiſſo, ignito, qui quia cito conuertitur, aliquamdiu circumuoluitur cum igne. Et dicit Algazel, quod materia vaporis groſſi reuoluta cum cœlo, ignita tripliciter apparet. Aliquando enim eſt flamma, aliquando autem groſſa magis, & tunc ignitur ſicut carbo, & ille videtur comes rubeus, Aliquando cum eo ignis extinguitur propter nimiam materiæ groſſitiem, & remanet fumoſum, & tunc apparet ſicut carbo niger & extinctus, & ideo eſt, quod foramina in cœlo nigra videntur, quod vulgo vocatur cœli foratio.

Auicenna & Algazel in Phiſica ſua.

Ptolemæus etiam dicit in centiloquio, quod ſecundum tres Philoſophos ſecundæ ſtellæ ſunt effectus ſtellarum in vapore ignito & eleuato, ſicut in comete: a Aſſub & huiuſmodi

a De *Aſſub ſic ſcribit Albertus magnus lib. 1. Meteor. tracta. 4. cap. de ignibus generatis in aere. c.*

A.C. 1467.

A *4. Si inquiens eſt vapor conſertus valde non multum longus, tunc fiat ardens ſicut candelæ duæ quarum vna eſt flamma iuxta flammam alterius, quæ figura ignis Arabicè vocatur Aſſub, quod quidam dicunt interpretari titionē, quia figura exprimitur titionis cum longo carbone. Sed in Albumazar vbi loquitur de figuris ignium in octauo de inuentionibus planetarum vna tranſlatio habet Aſſub, & altera habet ignis albus, & ideo ignis Albus videtur interpretari hæc ille, quæ quid ſit hoc loco Aſſub abunde declarant.*

B Improbat etiam Albertus ibi, quod cometes ſecundum aliquos ab aliqua quinque ſtellarum erraticarum generetur, quia ſi hoc eſſet, nunquam extra viam planetarum videri deberet. Via autem planetarum eſt in zodiaco, vel parum extra, ergo ſemper videretur in zodiaco vel prope, quod eſt falſum: cum Ariſtoteles dicat, quod nos videmus cometas in ſeptentrione & meridie, & in omni parte cœli. Ego autem cum multis aliis (ſubdit Albertus) anno ab incarnatione Domini 1250. in Saxonia vidi cometem iuxta polum ſeptemtrionalem, & proiiciebat radios inter orientem & meridiē, magis dirigendo eos ad orientem. Conſtat autem, quod hoc non fuit in via alicuius planetæ. Improbat etiam opinionem Anaxagoræ & Democriti, & Appolonij dicentium, quod ſtellæ, quæ habent comas, ſunt ſtellæ multæ congregatæ in orbibus inferioribus, quæ ſunt mobiles, ſicut planetæ, & non ſunt fixæ ſicut ſtellæ octauæ ſpheræ. Improbat etiam opinionem Pythagoricorum, dicentium, quod cometes non eſt, niſi vna ſtella, & non plures ſimul congregatæ. Et intelligunt per vnam ſtellam non vnam numero, quę ſemper ſit comata, ſed ſucceſſiuè quandoque vnam, quandoque aliā de mobilibus, id eſt planetis. Et ſecundum hos poſſunt eſſe multi cometæ. Improbat etiam opinionem Hippocratis, & ſequentium eum dicentium, quod licet cometes ſit vna de ſtellis erraticis, quæ comata videtur, coma tamen non eſt de eſſentia eius, ſed potius quando vna quinque ſtellarum erraticarum mouetur in diuerſitate orbis ſui modo aſcendendo ab oriente, modo deſcendendo ab occidente tunc aliquando viſus noſter videt eam, ac ſi haberet comam lucidam: quod ideo fit, quia in humido aere & puro, qui eſt de regione ſuperioris aeris, hæc ſtella imprimit lumen ſuum ſicut in ſpeculo.

Cometæ non generantur ſtellis.

Ariſt. li. 1. meteor.

Cometæ in omni parte cœli ſunt.

Improbat etiam opinionem Ioannis Damaſceni dicentis, quod cometæ ſunt ſignantia mortes regum, qui non ſunt ex iis, quę à principio genita ſunt aſtra, ſed ſecundum iſtud idē tempus conſtituuntur & diſſoluuntur. Dicit enim Albertus, quod non ſit probabile quod ſtella ſit nouiter facta, quia non eſſet ratio quare illam faceret natura in diuerſis figuris & coloribus. Videtur enim ſub diuerſis figuris & coloribus. Apparet enim aliquando lucidior aliquando rubicundior aliquando obſcurior. Et ideo cum hæc varietas formæ eſt propter aliquam præiacentem materiam ex qua natura operatur conſtat cometem opere Dei tantum factum. Improbat etiam opinionem Senecæ

Cometæ nō ſignāt mortes regum.

A.C. 1467. neque in libro quæſtionum naturalium, dicentis, quod cometes eſt ſydus inter æterna opera naturæ cõcreatum: cuius licet ratio ignoretur, tamen ipſum non eſſe ſubitaneum ſic probatur. Quæcunque enim aer creat, breuia ſunt, ſed cometes diu permanet, & habet ſedem ſuam, & ideo non cito expellitur, ſed metitur ſpatium ſuum, & non extinguitur, ſed excedit. Hoc improbat, quia quod euaneſcit, nõ excedit, ſed in hemiſphærio illud corpus ponitur, non complens ſpatium motus per hemiſphęrium. Cometes frequenter euaneſcit coram viſibus hominum, ergo extinguitur, & non recedit, vt dicit Sene. in libro quæſtionum naturalium.

Sen. lib. 7. c. 22. Ibi. ca. 23. Ibi. c. 15.

Ipſe refert quod poſt mortem Demetrij Syriæ regis, ſiue paulo ante bellũ Achaicum, fulſit cometes non minor ſole, primo igneus ac rubicundus, clarumque lumen omittens, deinde paulatim magnitudo eius & claritas euanuit, deinde totus intercidit. Improbat etiam opinionem quorumdam modernorum dicentiũ quod cometes eſt impreſſio alicuius quinque ſtellarum erraticarum, non in igne tantum, ſed potius in termino coniunctionis ignis & aeris, vbi videlicet connexum aeris permiſcetur concauo ignis. His ergo opinionibus reiectis, dixit ſententiam Ariſtotelis de comete eſſe, quod ſtellæ habentes comas efficiuntur, & ſecundum locum ſuæ generationis, ſunt propter aerem inflammatum ex vicinitate ignis, qui in ſe continet calorem ignis: quia quando in ipſo vapor ſiccus, & groſſus inflammatur, tunc continuatio fit cum lumine flammæ cometæ ab inferiori aere, vbi ſtat vapor eiuſdem naturę, & ita diffuſo illo, quod continuatur ei fit oblongum, & hoc eſt cometes.

Cometes miræ magnitudinis. Ariſt. 1 Me. Cometes quid ex ſententia Ari.

Diuerſitas cometarum vnde. ex Alb.

§. I.

DICIT idem Albertus, quod ſecundum Aſtronomos (qui iudicia ponunt in eis) nõ ſumuntur cometæ in quinario numero, penes quinque erraticas ſtellas, ſed quinque aſſumũtur aut penes quinque differentias vaporis materialis, aut penes quinque formas ſtellarum habentium comas. Differentiæ vaporum ſunt, quia omnis vapor cometæ, licet ſit in genere groſſus ibi cohærens, tamen ſecundum exigentiam materiæ poteſt eſſe groſſus, aut ſubtilis, aut medius, per æquediſtantiã inter groſſum & ſubtile. In quocunque autẽ borũ eſt mediũ per æquediſtentiã, in eodẽ eſt mediũ quod vicinius eſt extremo. Et ſic erunt tria media: ſcilicet inter æquediſtans & ſubtile, & inter æquediſtans & groſſum. Nec poteſt eſſe maior vaporis diuerſitas in genere, & ideo ſecundum materiam comętæ ſunt quinque. Sic etiam quinque præfigurando. Aut enim cauda circunſtat in rotundis ſicut in circumitu, aut propter leuitatem ſuper cometem attollitur: aut dirigitur inferius, aut ſtat à latere, & tunc aut ſtat ab vtroque latere, aut ab altero tantum, & ſic iterum ſunt quinque. Licet autem prima differentia ſit materialis, tamen ipſam cauſat materia A formæ, quia aliter figuratur vapor groſſus aliter vapor ſubtilis. Dicuntur autem cometæ à quibuſdam ſecũdæ ſtellæ: ex hoc, quod ſignãt in diuerſis locis fortitudinem planetarũ, non tamen propter hoc numerantur penes numerum planetarum.

Cometarũ quinque genera.

A.C. 1467.

Nunc videndum quare cometæ, & quomodo dicantur ſignificare mortes magnatum, & bella, vt plerique dicunt. Non videtur ratio quare hoc ſit cum non minus eleuentur in terra, vbi habitat pauper, quàm vbi eſt diues, ſiue B rex, ſiue alius. Præterea conſtat, quod cometes habet cauſam naturalem, non prætendentem ad aliud aliquid. Videtur ergo, quod nullam relationem habeat ad mortem alicuius, vel bellum. Si enim dicatur ſe habere ad bellum, aut ad mortem alicuius, aut ad hoc ſe habet, vt cauſa, aut vt effectus, aut vt ſignum. Conſtat autem, quod ſe non habet ad aliud vt cauſa, quia nec vt efficiens, nec vt forma, nec vt finis nec vt materia. Similiter probatur, quia nec vt effectus, quia neutrum neceſſario ſequitur alte C rum, effectus autem neceſſario ſequitur cauſam. Nec ſe habet vt ſignum, quia non habet conuenientiam, omne autem ſignum habet cõuenientiam cum ſignato. Præterea differentię quinque cometarum, ſumuntur penes quinque ſtellas erraticas, id eſt planetas. Sed non omnes erraticæ habẽt tam malos effectus, quia Iupiter ſignificat fortunam. ſimiliter Venus & Mercurius non ſignificant infortunium. Vnde non videtur, quod generaliter debeant ſigna- D re malè ſignata. Attẽde ab iis ſimilia, ſicut dicit Albumazar in libro de cõiũctionibus planetarũ, aduẽtus ignium, & Aſlub, & cometæ nõ aſſumuntur ab aliquo planeta, niſi in aere, præcipuè quando fuerint radij, ſignis terreis, vel aereis, vel luna non impediente: quia illa commouet vaporem aqueum humidum, qui impedire poſſet huiuſmodi ignes & ideo nihil eſt dictum, quòd quinque cometæ penes planetas accipiantur: quia tales impreſſiones non ſunt niſi de copulatione Martis, & ideo ſunt ab ipſo ſicut à mouente primo, niſi fortè aliquando ſint in coniunctione Martis & Iouis: quia ex illa coniunctione ſcintillationes, coruſcatio- E nes, & ignes currentes per aerem dimouentur.

Ad hoc autem quod obiicitur de terra pauperis & diuitis, dicendum eſt, quod vtriuſque ſignificat deſtructionem ſecundum diuerſitatem periodi, ſed tamen circa mortem regis propter famam magis obſeruatur periodus eorum, & plus dignitatis habent planetę, & ideo maiora ſigna referunt ad eos. Ad hoc autem quod dicitur, quod habet cauſam naturalem ad mortem alicuius non relatam, dicendum, quod cauſa eius proxima non refertur ad regũ F mortem, ſed tamen cauſa eius prima mouens ſignificat fortitudinem Martis, qui ſignificare habet mortem pręcipuè violentam, & tunc Mars damnatur ſuper commotionem elementorum. Ipſe enim dominatur periodo, & inducit cauſam mortis, ſecundum quod mouens primum poteſt dici cauſa, quæ non eſt neceſſaria, ſed potius inclinans ad hoc. Quod autẽ quęritur vtrum ſit ſignum vel cauſa, dicendũ quod propriè eſt ſignum: quia ſicut dicit Ariſto. in lib. de ſomno & vigilia: Talia ſunt ſicut conſi-

A.C. 1456.

conſiliarius, cuius conſilium melioribus inuentis immutari poteſt, ita & dominium Martis bella & mortem continentium & regentium turbas ſignat, ſicut inclinans primum ad hoc per iram, & calorem & ſiccitatem, ex quibus prouenit animoſitas & concitatio populorum adinuicem. Et ideo ſignificatio cometę prius eſt ſuper Martem, qui eſt cauſa belli, & deſtructionis populorum. Et ideo illa dicitur ſignificare cometes, cum tamen eius ſignificatio proxima non ſit ſuper illa.

Ariſt. in 1. de diuinat. per ſomnum id habet.

Iacobus Piccininus aduerſus Senenſes mouet. Pius 2. lib. 2. Coſm. c. 55.

§. II.

ANno Domini milleſimo cccclvj. Iacobus filius Nicolai Piccinini, ex Longobardia egrediens cum magnis copiis, auxilio fretus (& ſi non manifeſte) regis Aragonum, & ab eo directus, profectus eſt contra Senenſes caſtrametatus in maritima eorum circa Groſſetum, hoſtiles diſcurſus contra Senenſes faciens, cui obſiſtebant gentes Eccleſiæ & Franciſci ducis Mediolanenſis vt parum vel nihil proficeret in acquiſitione terrarũ vel oppidorum, ſed tantum in deuaſtatione agrorum & prædiorum cui per mare victualia rex Aragonum prouidebat. Demum operante Callixto pontifice inter ipſum & Senenſes facta eſt pax certa prouiſione Iacobo ad tempus facta.

Inde poſt eo recedente anno. 1457. ciuitas ipſa Senarum magnis ſuſpicionibus laborauit inter ciues, ne videlicet aliqui tractarent ciuitatem ſubiici regi Aragonum (D) propter quod ex primoribus plures ſiue rei veritate comperta de huiuſmodi, ſiue vehementer ſuſpicata, ſeu credita, vltimo ſupplicio affecti ſunt, alij vero non pauci, aut vt rebelles exilio proſcripti, aut relegati. Et quia is tunc egreſſus è regno Apuliæ cum magnis copiis ſtipendiatus à rege Aragonum Flaminiam ingreſſus eſt, prætendẽs contra Dominum Ariminenſem, & Dominũ Fauentinum bellum mouere ad inſtantiam regis præfati, niſi prædicti Domini certam ſũmam multorum millium Florenorũ regi reſtituant, (E) cuius aſſerit illos ſuos eſſe debitores, aliud tamen creditur intendere, quam prætendat, tempus futurum declarabit cordis occulta.

Eodem anno per inundationem aquarum, in agris impedientem ſationem agrorum, & aliam intemperiem ſuperuenientem tempore ſpicationis in agris ſatis defectus magnus modicitatis in ſegetibus repertus eſt Florentiæ, & in territorio eius. Creatis autem officialibus abundantiæ, prouiſum eſt competenter de frumentis (F) de diuerſis locis extra territorium adductis. Sed & pauperibus prouiſum eſt, quorum à diu in præteritũ nunquam tantus inuentus eſt numerus, quod contigit, quia mercatores & artifices parum negotiabantur, vel artificia exercebant, tum propter guerras impedientes diſcurſum per mare & per terram, tum

A.C. 1457.

A timore nouæ impoſitionis præſtantiarum, ne nimis onerarentur tum etiam peſte ciuitatem inuadente & ſilente, tamen in futurum, magis de graſſatione eius dubitabatur. Decretum igitur fuit, vt per quatuor menſes præcedentes recollectionem frumenti, quingenti floreni menſatim expenderentur à communitate eleemoſynaliter erogati pro frumento pauperibus in pane concedendo. Quod optimum fuit tum vt peccata ſua ciuitas eis plena eleemoſynis redimat, tum vt caritatem ad fratres ſuos, & membra reipublicæ oſtendat, nec (B) nõ adprudẽter auferendos tumultus & clamores famelicæ plebis. Quid enim non audeat rabies famis? cum aliquando & matres filios proprios occidere, & comedere coegerit, ſacrã hiſtoria ac etiam infidelium hoc referente.

Daniel. 4.

Eo anno Veneti depoſuerunt ducem ſuum, qui in ducatu manſerat per annos triginta quinque cum magna prudentia regens, & affabilitate multis arduis rebus Venetis contingentibus, filium delinquentem acriter punientes in Candiam relegarunt. Cauſam ſuæ depoſitionis aliqui dicunt fuiſſe decrepitam ætatẽ, (C) alij vero æmulationem & ambitionem aliquorum. Qui poſt paucos dies (vt dicitur) ex dolore & rubore mortuus eſt.

4. Reg. 6.

Veneti Ducem ſuum deponunt. Hic dux fuit Franciſcus ſuſcarus de quo ſup. c. 8. §. 9.

Oratio facta à Florentinis coram Callixto iij. papa pro obediẽtia & expeditione contra Turcos.

CAP. XVI.

CVm in ſuperioribus notatæ ſint in diuerſis locis orationes quędam factę à diuerſis perſonis in conciliis communitatum vel ad principes, nec non etiam ſummos pontifices, iudicaui non incongruum, ſi hic deſcribatur aliqua oratio facta ab vno ex oratoribus Florentinis deſtinatis ad viſitandum Callixtum tertium in ſui creatione, ad exhibendum ei debitam reuerentiam, & obedientiam, vt moris eſt, qui à curialibus & aliis auditoribus fuit commendatus, nec eis ingratus, & huius tenoris eſt.

Beatiſſime pater & Domine, quia eum qui coram tua loquitur ſanctitate commoueri contingit & tremere, tum propter celſitudinem throni tui, quo in humanis nullus eſt altior, tum pro pter intelligentiã tuã diuino munere auream, vtriuſque iuris & ſacræ ſophiæ notitia fœcundã, nec non propter reuerendiſſimos dominos cardinales, venerandoſque antiſtites & doctores egregios adſtantes variis ſcientiis refertos, mirandum non eſt, ſi nunc ego (cui nec ſententiæ ſuppetunt nec verba) quibus adiri debeat tanta maieſtas, palleo & pene voce deficio. Verum quamuis me tua terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas, animum allicit tuæ ſanctitatis immenſa benignitas, quæ non ſolum magnos diſertoſque viros, ſed humiles & indoctos inoffenſa aure ſolet audire. Huiuſque conſiſtorij moris eſt, non tam loquentis, quàm mittentis æſtimare perſonam.

Commendatio Pontificis ab humanitate.

Sane

A.C. 1466.

Florentinæ repu. laus.

Sane magnifica & excelſa ciuitas Florentina tibi deuotiſſima, & Romanæ eccleſiæ obſequentiſſima, vt pote à Romano ſanguine carne, ab apoſtolica ſede ſpiritu propagata, cum primum ſibi innotuit te ad ſummi pontificatûs apicem euocatum, gaudio magno valde coronata eſt, propter prouiſionem vniuerſali eccleſiæ diuina prouidentia factam ex tuæ aſſumptione perſonæ ad eam excellentiſſimam dignitatem, & ob peculiarem ac eximiam tuā dilectionem ipſi ciuitati oſtenſam, etiam cum eſſes in minoribus conſtitutus, exultans plurimum iubilauit in Domino. Vnde de munere tanto ad exoluendum debitas gratiarum actiones ei, qui in ſublimibus celeriter concordiam fecit, clerus populuſque omnis vtriuſq; ſexus cum magiſtratibus cunctis miſſarum ſolemniis feſtiuę celebratis, præcedentibus deuotis proceſſionibus cum hymnis & canticis interfuere iucundè, & ſenatus populuſque ille congruè dicere poſſet id Pſalmographi: Lætatus ſum in iis, quæ dicta ſunt mihi, ſcilicet de tua creatione, in domum Domini ibimus, videlicet per oratores noſtros ad intuendum viſionem hanc magnam. Domus domini vtique firmiter ædificata, & bene fundata ſupra firmam petram, Romana proculdubio cenſetur eccleſia, nec enim aliud ipſa eſt, quam domus Dei, & porta cœli. Hæc columba vnica, ſponſa pulchra ſine macula & ruga, hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquarum viuentium, paradiſus cum pomorum fructibus. De ea inquit cantor ille diuinus, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis glorię tuæ. Et iterum. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Habentur hæc in canone. xxiiij. q. j. omnibus conſideratis. Ad huiuſmodi igitur glorioſæ domus gubernationem, & regimen non immerito te elegit diuina clementia, quod ex eo coniici poteſt, quia tépore deuotiori eccleſiæ, quo plebs fidelium ieiuniis, vigiliis, orationibus, & confeſſionibus, aliiſque diuinis magis ac magis inſiſtit, quibus diuina impetratur miſericordia, celebrata electione canonica per reuerendiſſimos dominos cardinales, ſuper te cecidit ſors diuina, vt iſtud à Domino factum fuiſſe fidelium ambigeret nullus. Nobilitati ſiquidem generis tui maiorem morum nobilitatem adiiciens, & à teneris annis ſtudiis dedítiſſimus, ad ſummam iuris peritiam ſpacio breuiori prouectus es, & vt lux ſplendens in lectionibus, diſputationibus, principū conſultationibus, de virtute in virtutem mira celeritate progrediens, vſque ad perfectum diem veluti alter Salomon ſapientia indutus es ab altiſſimo & prudentia plurima ad iudicandum orbem terrarum, in æquitate, & populos in iuſtitia, cuius iam faciē omnis terra videre deſiderat.

Pſal. 121. — Gene. 28. — Cant. 4. — Eph. 5. — Pſal. 25. — Pſal. 121.

Pontifex Salomoni in ſapientia confertur. 3.Reg.3.

Ad illius quidem ſapientiam contemplandam regina Saba ſapientiſſima, à finibus terræ acceſſit, eiuſque percepta ſapientia, & viſo domus ipſius ordine miro, tanto ſtupore perculſa eſt, vt vix in ea maneret halitus, reſumptis autem viribus adſiſtentes beatificauit, eiuſque miniſtros, dicens, Maior eſt ſapientia tua & virtus tua, quam inueni, quàm rumor, quem audiui in terra mea. Viciſti famam virtutibus tuis.

3.Reg. 10.

A ij. Paral. ix. Sed ecce pluſquam Salomon hic. quippe cum videamus colla regum & principum tibi ſubmitti, & non niſi genibus flexis pedes tuos oſculari beatos. His virtutum tuarum prærogatiuis ornatus, poſt plurium eccleſiarum cathedralium ſedes, excellentis Valentinæ tandem eccleſiæ pontificalem infulam ſuſcepiſti. Nec enim de eius promotione dubitandum erat, cui pro laboribus plurimis, pro motibus caſtis, pro actibus ſtrenuis, celſioris loci premium debebatur diſt. lxj. miramur.

A.C 1466. — Mat. 12. — Pontifex Salomone maior. — ex leone. 1.epi.87.

B Ex ea autem ſede inter cardines terræ collocatus ſuper quibus orbem conſtituit Dominus, demum ad Romani culminis pontificalem apicem à Domino vocatus es, tanquam Aaron ad cuius conſtitutionem in principem ſacerdotum omnem conuocari ſynagogam iuſſerat Dominus: vt ſciant cuncti (inquit glorioſus Hieronymus) & certi ſint: quod qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur in ſacerdotem in quo omnes C animæ virtutes inuigilent, & intentæ ſint, vt nihil deſit in eo ſapientiæ, nihilque ſcientiæ, nihil induſtriæ: ſed adſit omnis multitudo ſenſuum, omnis congregatio ſanctarum cogitationum. viij. q. j. licet.

1.Reg.1. Heb.1. — Orig. ho. 6. in leuit. c.8.

Quis enim ſanctum eſſe dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? [In quo ſi deſint bona acquiſita per meritum, ſufficiunt, quæ à loci prædeceſſore præſtantur.] Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eliguntur, il- D luſtrat. diſt. xl. non nos.

Pontifex quare ſanctus. — Ennod. pro deſē. 4.re.5.Sy. Rom.

Tu igitur ſacerdos es magnus & pontifex ſummus. Tu princeps epiſcoporum, & hæres apoſtolorum. Tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, zelo Helias, manſuetudine Dauid, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus.

Vere igitur mirabilis es valde Domine, & facies tua plena omnium gratiarum, inquit ſancta regina Heſter, eccleſiam ſignans ad Aſſuerum monarcham beatitudinem interpretatū. Ideo enim mirabilis es valde, quia cœleſtium, E terreſtrium, & infernorum Dominus. Cœleſtium ſcilicet propter perfectorum ſanctorum catalogo adſcriptionem, Terreſtrium ob vtriuſque gladij amplā iuriſdictionem, Infernorum autem, propter animarum ab inferis per indulgentias eductionem. Tibi denique traditæ ſunt claues regni cœlorum, nec niſi per te ad huius glorioſę domus penetralia originē facultatis myſterialis aditus patet. Quamobrem fidelium quilibet habet dicere, Lætatus ſum in iis, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus, per poteſtatem videlicet tibi traditam F à ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto.

Eſt. 15. — Mat. 16. — Pſal. 121.

Ad huius igitur magnificæ domus limina, & maieſtatem tuam præſidentem in ea adorādam & viſitandam oratores ſuos deſtinauit communitas illa magnifica Florentina tibi affectuoſiſſima, nos beatitudinis tuæ ſeruulos, per nos quoque illam totis præcordiis veneratur, & tuorū veſtigia pedum humiliter oſculatur, te vicarium Chriſti, & ſucceſſorem Petri firmiter aſſeuerat, obedientiam offerens prōptam pariter & deuotam, ac de tua exaltatione cum

A.C. 1466. ne cum vniuerſis fidelibus gratulatur. A te pri A mo paſtore, vt ouis mitiſſima verbis vitæ ſaginari expoſcit, in te tueri, per te deduci, ſub te ad amœna demum, & ſemper virentia paſcua ſupernæ fœlicitatis, magnificis operibus tuis & ſacris inſtitutis exoptat adduci.

Pontificẽ qualem eſſe deceat. Heb. 5. Decet enim talem ac tantum pontificem, pro hominibus aſſumptum in iis, quæ ad Deum ſunt, normam fore iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplum, veritatis aſſertorem, defenſorem fidei, doctorem gentium, ducem Chriſtianorum, amicum ſponſi, ſponſæ paranymphum, ordinatorem cleri, paſtorem plebium, magiſtrum inſipientium, oppreſſorum refugium, aduocatum pauperum, & ſpem miſerorum, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cœcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, vltorem ſcelerum, metum malorum, gloriam bonorum, virgam potentium, malleum tyrannorum, patrem regum moderatorem legum, canonum diſpenſatorem, orbis terræ lumen, vicarium Chriſti, Chriſtũ Domini, Deum Pharaonis. Quæ quidem data optima, & dona perfecta in te eſſe, in populis prædicatur. Ex. 7. Iac. 5.

Calixti etymon. Quod etiam noui nominis nuncupatio aſſũpta ſatis proteſtatur. Ex nomine enim regio, tranſlatus es in nomen pontificale egregium Callixtũ ſcilicet tertiũ καλλιςος enim græcè, latinè optimus interpretatur, optimo autem melius addi non poteſt, nec adiectione indiget plenitudo. Vel ſecundum etymologiam, Calliſtus quaſi calidus inferuore fidei, ſiſtẽs & fixus in ea, cui ternarius numerus additus, ſacro myniſterio, & perfectione multiplici copioſus exiſtit.

Deum autem Pharaonis te eſſe debere non fruſtra dixerim ad flagellandum videlicet, & caſtigandum multipliciter multiſque modis veri Iſraelis aduerſarios & oppreſſores, & potiſſimum nunc illum ſceleſtiſſimum nefandiſſimumque regem Turcorum, beſtiam cruentiſſimam, nominibus blaſphemiæ plenam, inimicum crucis Chriſti, qui furiis inuectus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret per fidelium terminos: & (quod fontibus lachrimarum magis deflendum eſt, quam verbis exprimendum) in eorum cædes plurimas iam debacchatus eſt innumera opprobria & contumelias adiiciens religioſi chriſtianæ, & ſanctorum ſanguinem ſine intermiſſione ſitiens, vt fera peſſima nequeat ſaturari. Poſt huiuſmodi igitur flagella plurima, extenſa, virga virtutis tuæ immo Chriſti demergatur in profundum abyſſi cum exercitibus ſuis, & nomen eius non memoretur amplius. Turcorũ tyrannus beſtia. Apoc. 13.

Quia vero ad hoc efficiendum beatitudo tua à principio ſuæ creationis voto ſolemni ſe Deo dicauit, vt celebri ſermone per orbem diuulgatum eſt, quo Deo nil gratius, mundo nil celebrius, fidelibus nil affectabilius, & iucundius audiri potuit, idcirco cœtus omnis colentium Chriſtum dicere cogetur, Lætatus ſum in iis, quæ dicta ſunt mihi in domum domini ibimus. Ibimus (inquam) non vacui, non otioſi in domum Domini, ſed ad exorandum piiſſimum Deum obnixè, & aſſiduis precibus obſecrandum, vt memor ſit omnis ſacrificij tui ſcilicet oblatæ ſubſtantiæ, & holocauſtum tuum vitæ exponendæ etiam vſque ad ſanguinis effuſionẽ, pingue fiat, & per exuberantem deuotionem tribuat tibi ſecundum cor tuum igne caritatis ſuccenſum & omne conſilium tuum confirmet, ad exterminandum fidei hoſtes vniuerſos Hi etenim in curribus, & in equis gloriantur, & nauigiis, nos autem in nomine Domini inuocabimus, vt qui opus boni deſiderij cœpit in te ipſe perficiat. Ipſi obligati ſunt & ceciderunt in conſpectu Dei, nos autem ſurreximus ſpe diuini adiutorij, & erecti B ſumus, & ideo in domum Domini lætantes ibimus. F Pſal. 121. A.C. 1466. Pſal. 19. Ibid. Phili. 1.

Cæterum pater beatiſſime, vt in paucis me expediam oculos Argi ad hanc nobiliſſimam Italiæ oram attolle, & intuitum tuæ inolitæ pietatis infige, ſine cuius & totius Italiæ vnitate & pace parum vel nihil proderit contra Turcos expeditio omnis. In ipſa autem Italiæ regione, vt non minima pars eius, ſita eſt magnifica & inclita communitas Florentina tibi deuotiſſima florens vt roſa, fragrãs ſicut liliũ C armis tuæ potentiæ inſignita, ſanctiſſimæ crucis, vt Romanæ eccleſiæ fideliſſima, quam olim in oppreſſionibus ſuis frequenter adiuuit in poſterumque pro poſſe iuuabit. Hæc vtique Italiæ regio teſte Iſidoro lib. Etymolo. portione ſua non modica, olim magna Græcia nuncupata eſt. In omnibus bonis pulcherrima, ſoli fertilitate, & pabuli vbertate puinguiſſima, fontibus & fluminibus irrigua, mater philoſophorum, ceremoniarum inuentrix, cultus diuini magiſtra, ſapientiæ lumen præfulgidum, eloquentiæ ſingulare faſtigium, in armis experD tiſſima, in regendis populis, & condendis iuribus prudentiſſima, ſolertiſſima in negotiationibus, & in artificiis quam plurimum ingenioſa.

Nec enim myſterio vacat, quod ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter ex ſacerdotali & regali proſapia ortus, idem rex regum & futurorum bonorum pontifex ſummus, poſt monarchias orientales Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, atque Græcorum, in hac alma vrbe ſedem conſtituit ſummi pontificij, atque imperij, vt ex altero alterum fulciretur. Quæ quidem vrbs, E & ſi per exteras gentes priſcis temporibus, & bella ciuilia valde fuerit attrita, euaſit tamen glorioſa, cum palma triumphi, & vniuerſitate imperij. Mal. 4. Matt. 1. Apoc. 19. Heb. 10.

Sedes quoque Petri, fideſque orthodoxa, licet ſub decem perſecutionibus imperatorum infidelium, tanquam decem plagis Ægypti percuſſa fuerit, atque impulſa, à veritate tamẽ fidei nunquam euulſa eſt, Domino ſaluatore Ieſu Chriſto orante pro ea ne fides eius deficeret vnquam. Romana fides nunquam defecit. Luc. 22.

Quinimmo ſub glorioſiſſimo principe & Chriſtianiſſimo imperatore Conſtantino exaltata, magnificata, & dilatata per orbem, à cunctis etiam eſt venerata. quod in ſacris oraculis ante per tempora longiora præmonſtratũ eſt in ſtatua videlicet ex quadruplici metallo compoſita, quæ per lapidem ſine manibus excíſum de monte percuſſa in pedibus corruit Dan. 2.

tota,

[A.C. 1466.] rota, illeq; ue lapis maximus factus orbem im A pleuit. Petra autem erat Christus, inquit Apoſtolus. [1 Cor.10.]

Sed poſt hanc gloriam huius inclytæ regionis & domus, exigentibus populorum demeritis, per barbaras nationes, Vandalos ſcilicet & Hunnos, Gothos, Longobardos, Saracenos alioſque malignos Italia ipſa depopulata eſt, & penè conſumpta. diuina tandem miſeratione illis eliminatis liberata fuit & reſtaurata magnificè.

[Italia à barbaris afflicta.] Nouiſſimè verò diebus iſtis diſſidētibus inter ſe inuicem patribus eius, ſatis prælii & expenſis fatigata eſt. Operante autem Deo, & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt pax noſtra, & fecit vtraque vnum, fælicis quoque recordationis Nicolao quinto prædeceſſore tuo [Eph.2.] plurimum laborante, etiam per legatos reuerendiſſimos ad diuerſas partes eius deſtinatos, conuenientibus in vnum in idipſum, ſereniſſimo principe rege Aragonum, illuſtriſſimo domino Venetorum, inclyto duce Mediolanenſi necnon & magnifica ac excelſa noſtra communitate Florentina, cum aliis, pax à cunctis optata mortalibus reddita eſt, ac fœdere diutino colligationis certis modis & formis & cōditionibus conglutinata in ipſo vinculo pacis qua nil melius, nil iucundius, nil ſuauius, aut ſalubrius excogitari poteſt. Vbi enim pax, ibi & omne bonum ſecundum diuum Auguſtinū quod appetunt homines.

[Aug.19.de ciu.c.16.] Huius igitur fœdera pacis tanto labore confectæ benedictæ, ſanctificatæ atque promulgatæ ab apoſtolica ſede, pater ſanctiſſime, tu qui princeps pacis exiſtis, & amator diceris, ſupplicamus adſtringas fortius: diutius conſerues, & augeas vehementius. Si quę autem partes eius adhuc diſſilliunt, ad ea, quę pacis ſunt, obſecra hortare, impera, & compelle intrare, ſtimulis, videlicet rationum, quę bona pacis probant innumera fore, mala autem diſſentionis, & prę- [Eph.4.] liorum infinita diſcrimina: vt quemadmodum in cunctis fidelibus vnus Dominus exiſtit, vna fides, vnum baptiſma, vnus pater, & Dominus omnium vna ſpes vocationis ſuæ: ſic omnes potentiæ Italicæ, ſimul vnitæ, & inde virtute fortiores effectæ, vnanimes, vno ore, vno opere, vno ſpiritus feruore concepto proficiſcantur contra illum filium perditionis Mahumetum regem ſuperbię, Angelum ſathanæ, canem impudiciſſimum, omnis legis & morum peruerſorem myſticum Antichriſtum, qui aduerſatur, & extollitur ſuper omne, quod colitur, [Mahumetus filius perditionis.] Chriſtus ad conterendam vires eius, & ipſius audaciam reprimendam, ad illum eliminandum de terminis fidelium, ad recuperandas [2.Theſſ.2.] terras ab eo captas & pene euerſas: & præcipuè illam olim glorioſiſſimam ciuitatem Conſtantinopolitanam, nunc autem infeliciſſimè captiuatam ab eo.

Decet enim vices rependere tanto honori, tanto labori, tanto amori illius glorioſiſſimi [Conſtantinus Romam pontifici dereliquit.] principis Conſtantini, qui vt tuam ſedem magnificeè exaltaret, poſt immenſa donaria hanc tibi vrbem reliquit, Byzantium perrexit, & illud magnificè amplians ſuo nomini dedicauit ſedem imperij ibi conſtituens. Hic etiam per ſucceſſores ſuos imperatores ſub variis annorum curriculis Italiam oppreſſam, & plurimū [A.C. 1466.] afflictam liberauit, vt per Iuſtinianum legum compilatorem de faucibus Gothorum, & per Carolum magnum regem Francorum & Auguſtum creatum, de manibus Longobardorū. Et per Othonem primum ducem Teutonicorum in Romanorum regem aſſumptum, de oppreſſionibus tyrannorum. Rationi igitur congruit & æquitati, ac dilectioni, vt nunc vetus Roma cum fidelibus cunctis nouæ Romæ ſuffragetur, & de poteſtate illius impudiciſſimi B canis Turci omni atrocitate truculentioris eruere, quam citiſſimè elabores.

Quamuis enim glorioſiſſimus pontifex ſummus Callixtus primus & martyr inclytus opti- [Aduerſus Turcos bellum maturandum.] me dicat, Nos enim tempore egemus, vt matu- rius quid agamus, non præcipitemus conſilia & opera noſtra, nec eorum ordinem currumpamus. diſt.l.ponderet. ſpectat tamen ad prudentiæ perfectionem ſecundum philoſophum in Ethicis poſt maturata conſilia velocius exequi conſultata. Nam a mora ſua cuilibet eſt C nociua, & præcipuè vbi ingens & vicinum periculum imminet omnino vitanda eſt: Sero enim medicina paratur: Cum mala per longas conualuere moras. Ecce enim quotidie ille nequiſſimus Chriſtianæ fidei hoſtis, Turcorum rex ſtrages multiplicare, ciuitates inuadere, incendia & deuaſtiones continuare non ceſſat, & ad vlteriora & peiora ſe parare feſtinat, & communiter annunciatur.

Vt igitur verbis meis incultis finem faciam [Hiere.1.] pater beatiſſime, poſtquam te Dominus conſtituit ſuper reges & regna vt euellas & deſtruas diſſipes, & diſperſas, ædifices & plantes accingere gladio tuo ſuper femur tuum po- [Pſal.44.] D tentiſſime, gladio inquam veritatis, gladio caritatis, gladio authoritatis ſuper fideles tuos tibi adhærentes, excita poteſtates & principes cunctaſque fidelium nationes: quę in hac re dormire videntur, & ad zelum fidei defendendæ corda eorum & mentes accende, & per eos diſperge in virtute Chriſti illos, qui in ſua gloriantur virtute, & multitudine & feritate ſua confidunt, & diſſipa gentes, quę bella volunt contra Chriſticolas tuos vſque ad internetionem. Per hæc enim prouidebitur non ſolum, Græcis, ſed & Latinis tuis ſemper eccleſiæ Ro- E manæ adhærentibus, & tibi ſubiectis, quibus & periculum imminet, ſi aliter non obuietur vt illis proſtratis ædifices & plantes: ædifices quidem in toto orbe tranquillitatem & pacem, & Chriſtiani nominis dilatationem, plā- teſque diuini cultus amplitudinem, & omnis probitatis perfectionem. Quod ſi factum fuerit, cedet vtique hoc ad Dei gloriam maximam & honorem, ac coronæ tibi in cœlis paratę ſublimiorem augmentationem, necnō in terris famæ tuæ notabilem celebritatem. Super hæc omnia pater beatiſſime, rempublicā F noſtram Florentinam excelſam & inclytam, tibi deuotiſſimam & Romanæ eccleſiæ ex parte ipſius communitatis in viſceribus caritatis

a *Hoc habetur Dig. de re. iuris. l. in condemnatione his verbis, vnicuique ſua mora nocet. habetur etiam in 6. Decre. tit. eodem. cap. 25. verbis iiſdem, quib. D. Anton. vſus eſt.*

ſupplica-

A.C. 1458. ſupplicamus, commendatam, habeto ad omnia beneplacita ſanctitatis tuæ parere paratam. Sicque tuo ſancto ductu atque regimine, in domo domini eccleſiæ militantis in pace & caritate ambulantes, in domum Domini ibimus gloriæ triumphantis. Demum prolixitati & ineptitudini ſermonis veniam præſta.

Ladiſlaus Ioannis Vayuodę filius
Comitem Ciliæ obtruncat.
vide Pium 2.lib.2.
Nau.ge li.2.
vol.2.

§. I.

ANNO Domini milleſimo. ccccl viij. & paulò ante multæ nouitates in diuerſis mundi partibus acciderunt memoria dignæ. Nam Vngariaa defuncto ſtrenuiſſimo duce exercitus Chriſtiani cōtra Turcos Ioāne Vayuoda: qui (vt ſupra dictum eſt) maximam victoriā de ipſis Turcis in ſuo regno obtinuerat, loco eius inſtitutus eſt capitaneus ipſius exercitus dicti Ioannis primogenitus in armis expertus. Qui cum æmulum quemdam haberet notabilem comitem regi Vngariæ acceptum & amicum ipſum aggrediens grauiter vulnerauit. Quod rex ipſe adeo moleſtè tulit, vt capi eum iuſſerit, & capite truncari.

ſup. c. 14. §. 1.

Is capite plectitur.

Germanus quoque eius captiuus in ciuitate Pragę detinebatur apud quemdam baronem magnum cuius filiam rex Vngariæ & Bohemiæ in vxorem ducere, decreuerat, ſed mutato propoſito cum filia regis Franciæ contraxit. Quæ cum duceretur ad locum ob nuptias ſolenniter celebrandas & in via à proceribus regni aſſociaretur, rex ipſe b Vngariæ & Bohemiæ veneno peremptus eſt & quia gubernator ille erat Bohemiæ alium filium Ioannis

Matthias alter filius ex captiuo rex efficitur. Pi° 2.li.2 Co. ca.1. Aem. li.10.

a Ferunt hunc Ioannem Vayuodam cum ægrotaret, noluiſſe Dominicum corpus ad ſe deferri, indignum eſſe dicentem ſerui domum intrare regem iuſſiſſe ſeſe quamuis deficientibus viribus in templum vehi, ibique more Chriſtiano confeſſum diuinam Euchariſtiam ſuſcepiſſe, atque inter ſacerdotum manus Deo animam reddidiſſe. Pius. 2. lib. 2. Coſm. cap. 1.

De rege Ladiſlao Hungariæ & Bohemiæ rege & duce Auſtriæ.

a Hic rex Ladiſlaus eſt nominatus, Alberti Cæſaris Auſtriæ Ducis & Bohemiæ Hungariæque regis filius poſthumus: qui cum in lucem editus eſſet cum nondum quatuor menſes compleuiſſet Regina matre & nonnullis principibus procurantibus apud Albam Regalem per manus Archiepiſcopi Strigonienſis in feſto Pentecoſtes A.C. 1440. accepit. De quo tamen ab Polonorum rege Vladiſlao poſt aliquot certamina eſt pene deturbatus, quouſque is in prælio quod ad Varrum eſt geſtum de quo ſupra cap. 11. §. 13. dictum) fuit extinctus.

De regno verò Bohemico maior etiam contentio, quæ quoniam per Huſſitarum furores fuit renouata paulo pluribus ex Pio. 2. in hiſtoria Bohemica & Nauc. gen. 49. de ea agemus. A.C. 1458.

Bohemi igitur audita morte regis Alberti conuenientes, ad eligendum nouum regem ad Cal. Maij. A.C. 1440. diem ſtatuunt. Rochezana, qui diutum apud Gracium exulauerat domum reuerſus, ſuoque more inſaniens Romanam Eccleſiam execratus, apud ſolos Bohemos incorruptæ veritatis inueniri ſacramenta aiebat, pretioſiſſimum Chriſtum ſanguinem paruulis ac dementibus prabet, redeunt damnata tempora, Regina Elizabeth iam tum filium pepererat, Mittuntur ad eam legati, qui dicant ad eligendum regem diem ſtatutam. Prolato die, reginæ legati venerant, fit frequens conuentus, ſcinduntur que Bohemi in duo, expectari alij Ladiſlaum, donec adoleſcat volunt, contradicunt alij. vicit hæc ſententia. Conueniunt autem in Albertum Bauariæ ducem, & ad hunc mittuntur regni primores: hic venientibus ad ſe Bohemis egit gratias, quod tam nobile regnum ſibi offerrent. At cum regis Alberti ſoboles extet, principem ne foris aſſumant, fidem ſeruent, principem ſuo regno ne ſpolient monet. Bohemi ab Alberto repulſi iterum conueniunt, legatos ad Fridericum mittunt, petentes vti regnum accipiat. Sed recuſat hoc Cæſar, ſuadetque, vt gubernatorem eligant, ac per ſe prouinciam regant, donec pupillus adoleſcat.

Rochezana in Bohemia iterum furit.

Albertus Bauariæ dux regnū Bohemiæ recuſat.

Itaque Bohemi gubernatores eligunt, inter quos Taſco & Mainardus priores habiti. Statim aliquandiu concordes diſcors: alter enim Mainardus ſcilicet Catholicorum, alter Taſco Rochezanæ amicus habebatur. Verum Taſcone vi morbi repente extincto, Mainardi poteſtas aucta eſt. Id ægre ferentes hæretici ad Georgium Pogebracium ſe contulerunt, ac per factionem coniuratione facta excitatur, de induſtria incendium in vrbe, concurritur. Interea Georgius murum inuadit, proditores portas aperiunt, & capta vrbe extollitur clamor paſſimque cædes fit. Mainardus in eo tumultu captus, ac in arcem coniectus ibi tandem obiit, ſiue tædio diutini carceris ſiue veneni. Ex illo tempore Praga in poteſtate Georgij fuit. Hoc in rerum ſtatu Bohemia per annos aliquot fuit.

Bohemi Gubernatores eligūt. A. C. 1441.

Huſſitæ Pragam occupāt. A.C. 1443.

Ladiſlaus interea in imperatoris aula nutritus educatuſque cum is ad coronam ſuſcipiendam Romā ſe cōtuliſſet, vna cū ipſo vniuerſā pene luſtrauit Italiā. Redeūtē porro imperatorē principes aliqui nouas res moliri cœperunt, atque auctorib⁹ duob⁹ Vlricis, altero Ciliæ comite, altero Erbing, ſūptis armis apud nouā ciuitatē obſidione cinxere, cœpit acies ac vbi res gladio geri cœpit pugnatū eſt aliquādo. Tādem extremo ſuperata Cæſarianorū acies terga dedit, atq; in vrbem trepide ſe recepit. Firmata eſt deinde obſidio. Sed poſt multos tractatus interuentu Caroli Badenſis imperator è manu ſua Ladiſlaū dedit Auſtralibus. Interea cætera conuentum erat ad 3. Idus Nouemb. conuentum Viennæ habere, in quo vocati Hungari Bohemiq; de tutela regis nondū puberis conuenirent. Ladiſlaus interea in poteſtate comitis Ciliæ extra Viennam degens nihil prius adminiſtraret quam conuentus eius promulgaret decretum.

Ladiſlaus Italiam inuiſit. A.C. 1452.

Ladiſlaus in poteſtate ſua dimittitur. A.C. 1453.

Verum puer poſtridie in vrbem ductus, ſummis nouiſque honoribus exceptus, magiſtratus e veſtigio in ciuitate creauit, præfectus in tota prouincia inſtituit, ſacerdotia donauit, regio more curiam erexit ſuis. Acceſſere tunc

Ciliæ comes regis rector.

 ad regem

A.C. 1454

ad regem ſuum Bohemi cum Georgio Pagebracio, quibus Ladiſlaus non minora pollicitus, quam pater atque auus promiſerat verum ladiſlaus quamuis rex appellaretur, alieno tamen arbitrio ductus regna ſua tribus viris commendauit. Ioannes Huniades Hungariam rexit, Pogebracius Bohemiam, Vlricus Comes Ciliæ Auſtriam.

Ladiſlaus rex Pragæ coronatur A.C. 1454.

Tenes hunc mouet auctorita, quda regem in poteſtate huius, illis quoque impetrare poſſe videbatur. Promiſerat enim Bohemis & Hungaris regẽ regẽ propediè ad eos venturũ. Bohemiſque dies ſtatuitur, qua regem coronandum Pragæ ſuſcipiant. Rex itaque paulo poſt, magnificentiſſimis apparatibus Bohemiam petiit, atque in Praga ſummos conſecutus honores regni coronam accepit. Bohemi in eius ſumptum ſuorum quiſque ſumptuum tertiam partem contulerc. Manſit ibi non paruo tempore, nec vnquã hæreticorum Eccleſias, quamuis rogatus, intrauit. Bochezanam in celebritate corporis ſacrã Euchariſtiã per vrbem deferentem ex feneſtra conſpicatus nullam ei reuerentiam exhibuit. Percontantibus amicis, vt quid ſacramentum inhoneſtaſſet. Non me latet, inquit, diuiniſſimum corpus Chriſti adeſſe, verum mihi cauendum, ne dum Chriſtum honoro, ſacrilegum Rachezanam popularibus approbaſſe videar. Grauis hæreticæ factioni, iam mora regis in Bohemia quare cupienti in Auſtriam reuerti, regi nullus hæreticorum eſt aduerſatus. Itaque Viennã reuerſus eſt. Poſt aliquod deinde tempus audita Huniadis morte ſuadente Ciliæ comite in Hungariam rediit, & ad Albam regalem venit.

Huſſitas quantum deteſtaretur.

Ladiſlaus Huniadis filius Ciliæ Comitem necat A.C. 1454.

Eam vrbem Ladiſlaus Huniadis filius valido præſidio tenebat, qui venienti regi purpuratiſque & togatis portas aperuit, armatorum circiter quatuor millia ab ingreſſu prohibuit. Ibi dum mora trahitur rem diuinam ſpectante rege, concilium de morte comitis Ciliæ ſumitur, vocatus in conclaue dum arrepto ex manu armigeri gladio Ladiſlai caput peteret, Hungari irruperunt, defendentemque ſe magno animo comitem multis confoſſum vulneribus obtruncarunt. Rex quamquam vehementer commotus tam atroci facinore, ſupra tamen quam eius ferebat ætas dolorem compreſſit: nec dubitauit, vi cæſum comitem profiteri, amiciſque circunſtantibus, ferendumque dicentibus, atqui ſic, neceſſitas, inquit, exigit, ferendum eſt, quicquid vitari non poteſt.

Duo filij Huniadis capiuntur.

Tum relicta Alba rex Budam adit, Ladiſlaum Huniadæ filium comitantem diſſimulata ira humaniter tractauit: vbi ſiue procerum impulſu motus, ſiue ſuapte natura incenſus, deſignata hora, qua filij Huniadis ambo in regiã conceſſere, armata iuuenum manu portas claudi iubet, adoleſcenteſque captos in carcerem rapi, cum quibus & Ioannes Epiſcopus Varadienſis & plerique alij comprehenſi tanquam Comitis cædis & inſidiarum quæ pararentur regi conſcij. Ladiſlaus Huniada 24. annos natus, egregio corpore, flauis crinibus, reuinctis poſt tergum manibus in publicum producitur. Vbi ad locum ventum, præco cui damnatorum crimina publicare mos eſt, nihil aliud dixit, niſi eo modo corrigi, qui Domino ſuo infideles eſſent, moxque nobilis adoleſcens capite truncatus eſt. Mathiam Huniadis alterum filium captiuum rex Viennam duci, & ſub cuſtodia teneri mandauit.

Ladiſlaus Huniadis filius obtruncatur

Nuptiæ regis Ladiſlai & Magdalenæ Franciæ Pragæ parantur.

Concluſum poſt hæc matrimonium inter Ladiſlaum regem, & Magdalenam Caroli regis Franciæ filiam. De loco nuptiarum eligendo contentio oritur. Hungari Budam, Auſtrales Viennam, Bohemi Pragam, tantæ celebritati deſpicandam aiunt. Tanarm inſtante maximè Pogebracio & quaſi compellente nuptiarum ſolemnitas Pragæ diſtinata. Ordinatis Auſtriæ rebus, etiam ante diem dictam, ingenti rex apparatu Bohemiam petiit. Intranti Pragam Rochezana cum ſacrilego preſbyterorum comitatu, obuiam venit, & habita oratione fauſto fœlicique congreſſui congratulatus eſt, vix admonenti Pogebracio rex gratias egit, hæreticum ac peſtiferum toruis oculis clerum aſpiciens. Vbi vero maioris Eccleſiæ ſacerdotes ſacra ferentes occurrerunt. Hos, inquit, Dei miniſtros agnoſco, atque ab equo proſiliens ſalutatis omnibus ſacram crucem oſculatus eſt. Erant enim Romanæ fidei ſectatores, qui pro teſtamento Dei exilium longo tempore paſſi, Sigiſmundo tandem vocato ſua loca recuperauerant. Hæc Ladiſlai pietas multorum offendit animos, qui Rochezanæ ſtudebant ineptiis, ſuppreſſum tamen & diſſimulatum odium, Inde legationes miſſæ, altera ad imperatorem Fridericum de pace actura, altera ad Carolum Franciæ regem, tertia ad Callixtum Pontificem, quæ controuerſias de religione dirimeret, regnumque Bohemorum Romanæ Eccleſiæ coniungeret. Super his quarta cura regis vrgebat animum comparandi contra Turcos validi exercitus, quo ſcelerata Machometi ſuperſtitio pelli ab Europa poſſet.

A.C. 1458.

Ladiſlaus hæreticos quantum exhorruerit.

Et Catholicos quàtum ſit veneratus.

Pia & præclara Ladiſlai conſilia.

Mors eius luctuoſiſſima.

Sed hos tantos cogitatus mors immatura ac repentina regis abrumpit. Ladiſlaus enim rex anno 1468. Decimo Cal. Decem. hora circiter duodecima ægrotare cœpit. ſunt qui vlcere peſtifero percuſſum in inguine dicunt, ſunt qui peſtilentiæ nullum ſignum apparuiſſe. Itaque cum morbus ingraueſceret, ac iam vocati medici deſperata iam ſalute, quod ſuarum erat partium feciſſent intromiſſis ſacerdotibus, de curatione animæ actum, Chriſtiano more ſacramenta exhibita. Rex ornamenta ſua Pragenſi Eccleſiæ legauit, iuſſitque crines in auri modum fulgentes, ne qua ſupereſſet vanitas amputari. Vbi anima ægra amplius demorari non poterat, ſacram candelam petiit eamque manu prehendit, & intuens Chriſti Saluatoris Crucifixi imaginem orationem Dominicam dicere orſus pronunciatis vltimis verbis, ſed libera nos à malo mortalis vitæ lumen reliquit. O inanèm mortalium gloriam, Ladiſlaus o nobiliſſimus adoleſcens, 18. annos natus, in ipſo ætatis flore tot regnis, tot gentibus imperans intra triginta ſex poſtquam ægrotare cœpit horas, extinctus eſt. Mortem eius alij morbo, alij veneno imputauere.

Obitus ipſius vere pius bonus & ſanctus.

Huſſitæ eius mortis auctores.

Qui violentam mortem dicunt, Pogebracium & Rochezanam criminantur: famã enim vulgatum erat, iccirco regem apud Pragam nuptiarum celebrationem decreuiſſe, vt concurrentibus eo Catholicis principibus, potenti manu hæreticos comprehenderet, finemque tandem Huſſitarum inſaniæ daret, id præſenſiſſe Rochezanam & Georgium, necemque regi pro ſua ſalute machinatos.

De regno Bohemiæ controuerſiæ. A.C. 1459.

Eius morte duo potiſſimum regna vacabant, de quorum ſucceſſione dicendum arbitror, & in primis de regno Bohemiæ. Conſtituta ſane die qua nouus rex eligeretur, Carolus rex Franciæ regnum alteri ex filiis ſuis petere, aut ei committere, cui filiam tradere non dedignaretur, optabat, Cazimirus rex Poloniæ ſororem defuncti regis ſibi nuptã aiebat, regnũq; ſibi deberi. Pari ratione Guilielmus Saxoniæ dux, cui ſoror natu maior nupſiſſet Fridericus imperator

A.C. 1468.

imperator eiuſdem regni ordinationem ſuam eſſe di cebat. Nec ſine ſpe Sigiſmundus & Albertus Auſtriæ duces fuere, qui deficiente rege Bohemiæ ex Auſtria vocandum ex veteri fœdere, norant principem Rocbezana venenarũ ſutor crebris ſermonib⁹ vſurpare ſuæ profeſſionis regem eligendum eſſe.

Georgius Pogebraci⁹ Hußita rex Bohemorũ

Vbi dies conſtituta illuxit auditis legationib⁹ in conuentu procerum Georgius Pogebracius rex pronunciatur. Ea res necati regis maxime ſuſpicionem auxit, ipſe ex prætorio primum in ædem B. Mariæ vbi Rocbezana præſidet, ſolemni pompa deductus Deo gratias egit.

Cum autem fama obitus ipſius regis Ladiſlai in Hungariã veniſſet proceres regni apud Budã frequentes conueniunt inter quos Michael Zilag. cũ magna militũ caterna præſto eſt. Hic frater coniugis Huniadis, & Matthiæ auunculus fuit. Multa hic Michael dixit, in laudem generis Huniadum, poſtremò reconciliationem inter proceres facta cuius auctorem S. Angeli Cardinalem legatum Apoſtolicum tradidere, Matthias abſens & captiuus, 18. natus annos Cal. Feb. rex acclamatus eſt. Nunc quiſquis hæc legis, admirabere, ex duobus adoleſcentibus ætate moribuſque pene paribus, alter ex regio ſolio dum nouã nupta thalamum adornat, defertur ad tumulum, alter cum capitale ſupplicium trepidus expectat, e carcere vocatur ad regnum. Tenebatur adhuc captiuus Matthias in regẽ electus. Dum enim viueret Ladiſlaus rex, & in carcere captiuũ teneret Matthiã, inſtante die nuptiarum, iuſſu regis ex arce Viennenſi captiuus ducitur in Bohemiam venitque Pragam qua die rex obiit, atque in poteſtate Georgij factus eſt, qui poſtquam recepit eundem comitem Matthiã regni Hungariæ regem electum eſſe magnis ſponſionibus dimiſſum e carcere miſit in regnum. Hæc ille. Quæ fuſius ideo viſum eſt annotare, vt hæc D. Antonini ſcripta melius intelligerentur: & humanæ incõſtantiæ argumentum hinc apprime haberetur.

Matthias Huniadis filius Hungariæ rex eligitur. A. C. 1459.

Vayuodę, quem captiuum tenebat, ſponte dimiſit liberum abire, & regem Vngariæ ipſum fieri procurauit, & fecit. Qui cum filia ſua (quam rex potionatus noluerat ſponſam accipere) contraxit, & matrimonium conſummauit.

In partibus Galliæ deſtinatur legatus cardinalis Auenionenſis pro cruce cõtra Turcos prædicanda: & decima à clero exigenda. Et maximam pecuniæ quantitatem, ex decima recollecta, non permiſit rex a Franciæ de regno aſportari, ſed deponi penes quaſdam fideles perſonas, quouſque expeditio contra Turcos præpararetur: & Galſicis ad hoc militibus deputatis in ſtipendium traderetur. Claſſe autem parata gentes armorum regis, fingentes ſe longius ire inſulam Angliæ ingreſſi ſunt, & ciuitatem quamdam, Sangdruch non longe à littore maris inuaſere eam prædæ exponentes. Et cum opulenta & negotiationi dedita foret, magnam inde ſubſtantiam interfectis pluribus eduxerunt ad propria remeantes.

Genu a regi Francorum dominio cedit. Aem. li. 10. Pius. 2. li. 2. c. 48. Petr⁹ Fregoſus hic ab Ae. dicitur.

Genuã cum exules ipſius cum adiutorio claſſis regis Aragonum ciuitatem ipſam per mare & per terram acriter impugnarent, dux eius Dominus Petrinus cum populo viriliter dimicauit, hoſtes profligans eorum pluribus interemptis, & paulo poſt dominio & gubernationi regis Franciæ Genuam ipſam ſubiugauit. Quo dominio ſuſcepto quam citiſſime illuc deſtinatus eſt Ioannes dux Calabriæ filius Renati regis ad poſſeſſionem ciuitatis aſſequendam. Qui magno honore ſuſceptus gubernationem eius cum magna iuſtitia & æquitate inchoauit obſidione inimicorum ſoluta.

Interea ſcelus enorme ibi perpetratum eſt, & flagitium inexpiabile ferè. Nam cum peſtis in vrbe graſſaretur, propter quod pene vacua foret hominibus; quidam ex ſocietatibus ad pia opera deputatis conuenerunt in vnum numero quadraginta octo ſtatuentes inter ſe viſitare morbo infectos, ad curam eorum agere & cadauera tradere ſepulturæ, non quidem intentione Deo obſequendi, ſed domos infirmorum rebus euacuandi, & vno marſupio facto, ſtatuebant inter ſe quis quid inde acciperet. Nec illi ſceleſti, & crudeliores feris expectabant infirmorum mortem, ſed accelerabant, ipſos ſuffocantes, vt poſtmodum rapinæ vacarent. Sed tantum nefas pius Deus non eſt paſſus diu manere occultum. Facta enim inter eos quadam diſſenſione ſuper cuiuſdam morte tentanda, vnus eorum accedens ad ducem vices regis exequentem, prius ſibi vitæ præſeruatione poſtulata & obtenta, confeſſus eſt crimen ſuum, & ſociorum narrans octingentos infirmos & vltra per eos ſuffocatos ante naturalem tranſitum vitæ, & ſubſtantias eorum direptas. Quod audiens dux, cautè illos inquiri fecit: & vigintiocto ex eis captos ſuſpendit, aliis fugam inde capientibus.

Alphonſi regis Aragonũ & Siciliæ mors. Nauc. gen. 49. vide Piũ 2. li. 2. Coſ. ca. vltimo de eo fusè diſſerente.

Rex verò Aragonum grauiter infirmatus Neapoli, in fine menſis Iunij eiuſdem anni diem clauſit extremum. Qui ante mortem Ferdinandum filium ſuum, licet illegitimum iam vxoratum, & filios habentem dimiſit heredem & regni Apuliæ ſucceſſorem, cum maximo theſauro congregato. Quem etiam vt regnare poſſet quietius, & obſtacula non haberet, admonuit vt viam, quam in regno tenuerat non ſequeretur in tribus, ſed oppoſitam. Primo quidem vt omnes Aragonenſes, & Cathalanos, quos ipſe exaltauerat, & totum ſe eis crediderat, exoſos hominibus, à ſe abiiceret, & in curia ſua Italicos & præcipuè regnicolas diligere oſtenderet, & ad officia promoueret, quos tamen ipſe, vt ſuſpectos non læta facie reſpiciebat. Secundo, vt noua grauamina & exactiones quas inſtituerat & antiqua auxerat, quæ tanta erant, vt homines reſpirare non poſſent omnia remoueret, & ad morem

Monita Alphonſi Patris filio data.

a Hic rex eſt Carolus. 7. de quo plurima à nobis ſuprà commemorata ſunt qui aliquot poſt annos ſuſpicione veneni complures dies cibum non cepit. Cumque admonitu, ac prope coactu amicorum tandem capere conaretur clauſis iam vitalibus mortem certam intuens gratias Deo egit quod die peccatricis feſto e vita hac euocaretur. Die enim D. Magdalenæ feſto deceſſit anno eius ſæculi. 61. Ae.

A.C. 1469. qui tunc in Curia Romana reperti ſunt, A decreuit, vt ipſe cum curia ſua ab vrbe recedens, proficiſceretur ad alteram harum ciuitatum, Vtinum in Foroliuio ſitum, aut Mantuam: Ibique præſentia ſua adeſſet Calen. Iunij: anno Domini. 1459. vt congregatis illic oratoribus regum principum, & communitatum Chriſtianitatis, quos deſtinarunt ad id vocatis cum eis in hoc mandatum habentibus, tractaret de modo tenendo, & adiutorio præſtando ad ſuperandos illos Turcos, hoſtes fi- B dei cum rege ſuo, & ciuitates & prouincias fidelium ab illis inuaſas, & vſurpatas recuperandas, inquantum dominus conceſſerit. Ideo locus ille electus eſt præcæteris, vt magis accommodus, & aptus citramontanis, & vltramontanis qui illuc habent conuenire, & ab Vngaris à Turcis magis cæteris infeſtatis non multum remotus, vt venientes valeant ſuas neceſſitates exponere, & diſcordiæ inter eos ſopiri. Et ſuper iſta deliberatione ſolemnes literas apoſtolicas edidit, multa ſapientiſſimè continentes circa materiam, & ipſas in publico con C ſiſtorio legi fecit.

Conciliũ Mantuanum pro expeditione in Turcos faciẽdũ.

Interea tamen, quia ille perfidus crucis Chriſti inimicus, quotidie ciuitates Chriſtianorum inuadit & capit, a & Moream pro magna parte ſibi ſubiecit, ne in vlteriora ſe extendere poſſit, ſed reprimere impetus eius, in vere vel æſtate ſequenti intendit certam ſummam pecuniæ colligendam à principibus & communitatibus Italiæ mittere Vngaris, vt valeant reſiſtere occurrentibus hoſtibus. Ope- D ram etiam ſollicitam dedit ad conſeruanda fœdera pacis initæ inter potentias Italiæ, & à præceſſoribus ſuis confirmatæ. Vnde & cum Ferrinando filio regis Aragonum Alphonſum licet illegitimo, qui regnum Apuliæ ſibi acceperat prohibente Calixto tunc inhumanis agente, compoſitionem fecit. Alphonſus enim rex Aragonum in extremis conſtitutus ipſi Ferdinando filio ſuo legauerat regn ipſum Apuliȩ, aliis regnis, vt Siciliȩ & Aragoniȩ, & Va

a *Machometus capta Conſtantinopoli imperiũ Othomannorum longe lateque propagauit. ſed inprimis Moreã, id eſt Peloponneſſam, ſibi ſubiugauit. Nã* E *Conſtantinus Auguſtus, qui amiſſa patriæ ſupereſſe noluerat, duos fratres haud quaquam virtute ſibi cõferendos reliquerat. Hi dum de Peloponneſi imperio inter ſe armis decertant, opportunam eam barbarorum iniuriæ præbuere: Turcam illam occupauit vniuerſam, præter non multa oppida quæ Venetis parebant: In pontem quoque Barbarus in ditionem redegit Trapezontem, quam nobiliſſimam vrbẽ Auguſta inter Græcos nobilitate princeps obtinebat. Id per legatos apud reges ducesque ac liberos populos deflebat pontifex. Aemyl. Denique is eſt qui duo Chriſtianorum imperia Conſtantinopolitanum, & Trapezũtinum euertit, regna duodecim nobis ademit, ducẽtas vrbes Chriſtianam pietatem ſecutas cepit, & in his Chalcidem inſulam armis, & Scodram deditione Venetis extorſit, bellum maritimum per multos annos cum maioribus noſtris geſſit, Capham ponticam vrbem expugnauit, Rhodum inſulam fruſtra tentauit. Italiæ capta Hydrunte arma intulit, & dum pluſquam ciuile bellum in maiorem filium meditatur, cum annum vnum & trigintapræ fu ſſet obiit, A. C. 1481. Egnatius.*

A.C. 1469. lentiæ deuolutis ad alios ex hæreditaria ſucceſſione. Allegabatur à Ferdinando regnum Apuliæ iuſtè poſſeſſum à patre ſuo, vtpote conceſſum ei ab Eugenio, & ſucceſſore eius Nicolao, & ſuper hoc, vt dicitur, bullas habuiſſe, propter quod iuſtè & licitè à patre ſibi legatum poſſidere. Pontifex autem Pius regnum ipſum ei dimiſit in iure ſuo, ſine præiudicio tamen alterius iuris, quod pro tanto fecit, quia dux Andegauiæ Renatus prætendit ad ſe pertinuiſſe, & pertinere dictum regnum propter quod & ipſe oratores miſit ad pontificem, vt nemini illud regnum concederet, eũ ſuũ eſſet.

Pius de regno Neapolitano cum Ferdinãdo componit. Aeni. lib. 10.

Iacobus autem filius Nicolai Piccinini, capitaneus gentis armorum, qui ab Alphonſo rege Aragonum conductus fuerat, dum viueret, ad bellum inferendum Sigiſmundo vicario eccleſiæ in Arimino pro certa ſumma pecuniæ, de qua aſſerebat eum debitorem, nec reſtituere diſponebat, & iam magna damna intulerat ei, & caſtra plurima abſtulerat, vacante ſede Petri ſibi vſurpauit ciuitates Aſſiſij, Nucериæ, & Gualdi. Sed ſuaſu pontificis creati, ad hoc ipſum inducentibus, ſub comminatione pluribus communitatibus & principibus, ciuitates eccleſiæ reſtituit, & ab infeſtatione Sigiſmundi ſe ſubtraxit, vt pax Italiæ firma maneret.

Iacobus Piccinin. terras Eccleſiæ infeſtat.

Miſerunt aũt indies principes & communitates Italiæ oratores ſuos ad viſitandum pontificem de nouo creatum, & gratulandum de ſua aſſumptione, ac exhibendum ei debitam reuerentiam, & obedientiam, vt Chriſti vicario & Petri ſucceſſori. Inter quos communitas Florentina deſtinauit in principio Octobris dicti anni oratores ad idẽ, Dominum Archiepiſcopum ciuitatis cum quinque aliis ſpectabilibus ciuibus, quibus applicantibus ad vrbem die decimo dicti menſis data fuit publica audientia in conſiſtorio in præſentia ſummi pontificis, & cardinalium, & aliorum prælatorum & curialium. Vnus ergo eorum ita publicè perorauit.

Legati ad Pontificẽ multi conueniunt.

Florentinorum legatorum ad Pontificem oratio, quam ipſe D. Anto. habuit ſicut & ſuperiorem.

§. I.

BEATISSIME pater, & ſanctiſſime Domine, inclyti ac magnificentiſſimi populi Florentini nomine Apoſtolicæ ſedi, tibique tum deuotiſſimi, tum deditiſſimi magnificas altiſſimo gratias agimus, tibique plurimum cõgratulamur de hac tua exaltatione ad pontificatus apicem ſummum. Quinimmo lætentur cœli, & exultet terra, commoueatur mare, F & plenitudo eius orbis terrarum, & qui habitant in eo. Lętentur ſiquidem cœli, id eſt, diuinis dediti cleri, qui ſapientia, claritate, & ſydereo ornatu virtutum enarrant gloriam Dei. Exultet terra laici, ſcilicet qui terrenis occupati, tamen ex influxu cælorum in omni opere bono fructificant Deo. Commoueatur, in gaudium mare peccatorum vitiis amarum, quia poteſtate clauium vocatur ad veniam Iucundetur orbis terrarum, ſereniſſimus imperator Dominus orbis, & qui habitant in Pſal. 9

A.C. 1469.

eo,quirite s,& præcipuè ab eis deriuari Floren A tini atque Senenſes.

Proreta.i. nauis ductor.

Vna quippe cũctis lætitiæ communis eſt ratio,eo quod nauiculæ Petri ſacroſanctæ eccleſiæ proretam dederit,qui vita & moribus, ſapientia ex virtutibus,ipſam gubernare, & ad portum ſalutis perducere optimè valeat. Florentiæ etenim media nocte cum primo clamor factus eſt dicentium, Habemus pontificem ſummum Æneam Pium, omnes qui audierunt,admirati ſunt, plurimumque letati, quia virum talem non ſolum patriæ vicinum liminibus noſtris limitibuſque coniunctum B multiſque è ciuibus noſtris caritate copioſa beneuolentiaque coniunctum, ſed diuinis charismatibus locupletem, dominico præfecerit gregi dicens in corde ſuo,Quisputas paſtor iſte erit?Etenim manus Domini erit cum illo.Huius autem magni gaudij exteriora ſigna oſtendere ex cauſa optima ad tui coronationem diſtulimus,quæ tunc fuere non modica.Nam præcedentibus luminaribus, proceſſionibus,hymnis,& canticis,per vrbem cũ clero,&populo,adiuncta ſunt magiſtratu præſente miſſarum ſolemnia, ſupplициter dominum exorando, vt tibi copioſum gratiæ munus ad ipſam optimè gubernandam eccleſiam impertiri dignaretur.

Luc.1.

Boet. l. de conſ.

Equidem diuina prouidentia, qui perpetua mundum ratione gubernat, gubernationis diuiniſſimum opus ſua bonitate immenſa humano generi communicare dignata eſt cuius gubernationis proprium extat officium,id quod gubernatur ad debitum perducere finem.Sicut & nauis rectè gubernari dicitur(vnde iſtud aſſumptum eſt nomen)eum per nautę induſtriam recto itinere ad portum illæſa perducitur.Finis quippe debitus,& vltimus creaturæ rationalis eſt ſumma & perfecta fælicitas quæ in Dei viſione & fruitione conſiſtens,à Chriſti fidelibus expectatur poſt huius tranſitum miſerabilis vitæ.Ad hãc verò fruitionem aſſequendam virtus humana non ſufficit ſed diuina requiritur. iuxta id Apoſtoli ad Romanos. Gratia Dei vita æterna.Idcirco gubernatio eccleſiæ quæ per gratiam eſt non eſt humani operis & regiminis principaliter,ſed diuini,illius videlicet,qui non ſolum eſt homo verus,ſed & in cœlis altiſſimus Dominus,Deus videlicet noſter Ieſus Chriſtus, qui mortales homines Dei filios per adoptionem efficiens,eos in cœleſtem gloriam transfert.Hic ſacer dos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech,& rex ſapiens à propheta deſcribitur,à quo & regale ſacerdoti um deriuatur.Vt autem ſpiritualia à terrenis ſegregata eſſent,gubernationem eccleſię,non regibus ſed ſacerdotibus commiſit atque iniunxit.Cũ verò ipſe corpus aſſumptum ablaturus eſſet ab hominibus,& illaturus ſyderibus, prius vices ſuas homini delegauit,Petro videlicet,quẽ & primum ſui ouillis paſtorem,& ſacerdotum omnium inſtituit principem. Licet enim poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis ſuis parem poteſtatem tribuerit:dicens Accipite ſpiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata remittuntur eis:tamen vt vnitatem oſtenderet,vnitatis eiuſdem originem ab vno proficiſcentem pro

Roma.6.

Gubernatio Eccleſię diuina non humana.

Pſal. 309.

Hier. 23.

Chriſtus vices ſuas Petro delegauit.

Ioan 20.

A.C. 1469.

pria authoritate diſpoſuit:ſoli Petro,inquiens Paſce oues meas,collatis ſibi clauibus regni. Erant vtique apoſtoli cæteri,quod erat & Petrus,pari conſortio prædicationis,honoris,& poteſtatis:ſed exordium ab vnitate proficiſcitur vt eccleſia Chriſti vna eſſe monſtraretur, &vt omnis iuridiſdictionis eccleſiaſticæ influxus,ſenſus,& motus à Cepha,& quolibet ſucceſſore in cæteros deriuari noſcatur.

Ioan.21.

Si quis autem quacunque ex cauſa à Petri ſocietate diſcedit,nec peccatorum veniam cõſequi valeat, nec ingredi ianuam regni cœleſtis.Priſcis quidem temporibus quatuor præceſſerant monarchiæ orbem temporaliter gubernantes,quæ primam tenenti Nabuchodonoſori in viſu oſtenſæ fuere in ſtatua habente caput aureum,pectus argẽteum, femur ęreum, in tibiis & pedibus ferrum terra commixtum deſignante iuxta Danielis interpretationem, quatuor regna præcipua ſibiinuicem ſuccedentia, Aſſyriorum, Perſarum ſeu Medorum, Græcorum,necnon & Romanorum. Et certè nullum horum nec animam vnam ad portum valuit perducere ſalutis æternæ, ſed poſt hæc C inquit Daniel ipſe propheta Suſcitabit Deus cœli regnum aliud,quod in æternum non diſſipabitur,nec regnum ipſum alteri tradetur,& comminuet omnia regna hæc,& ipſum manebit in æternum.

Dan. 2.

Hæc vtique monarchia eſt Chriſti & eccleſiæ non in quatuor incluſa.ſed quinta ſingulariter expreſſa,& ab aliis diſtincta,potior & excellentior cunctis vniuerſalitate dominij, dignitate,ac temporis diuturnitate. Vniuerſalitate quidem dominij,quia non in oriente tantum,vel in occidente præcipuè vt priores regnauere:ſed vbiq;,quia à ſolis ortuuſq;ad occa D ſum laudabile nomen Domini monarchæ noſtri.Nec.n.toto in orbe terrarum angulus fuit, in quo nõ agnoſceretur Chriſtus Ieſus:in omnem terram exeunte apoſtolica tuba. Vnde & in canone diſ.83 legimus.Et Galliæ & Britanniæ,Aphrica, Perſis, Oriens, & India,vnum Chriſtum adorant, licet poſtea ex his plurimi à veritate fidei auditum auerterint.Quid vero dignius aut ſalubrius hoc regimine eſſe poteſt,in quo & ſalus animæ quæritur, & ſpiritualia & cœleſtia miniſtrantur: Ideo in illis E prioribus monarchiis ſacerdotes regibus ſubiiciebantur.quia in eis à gentilibus temporalia à diis expectabantur,& Hebræis à Domino terrena promittebantur.Sed in iſta, quia cœleſtia offeruntur,& diuina per ſacerdotes,meritò reges & principes ſacerdotibus ſubiiciuntur.

Pſal. 112.

Hiero.ad Euag. epi. 85.

Hoc atteſtatur Gręco.Nazian.inter Græcos theologos doctor præcipuus,qui imperatoribus ſcribens ſic ait. Suſcipitisne libertatem verbi an illibenter accipitis quod lex Chriſti ſacerdotibus vos ſubdidit:atque tribunalibus iſtis ſubiecit:dedit enim nobis poteſtatem, de F dit & principatum multo meliorem principatibus veſtris.

Greg.Nazian.in oratione ad ciues Nazianſenos & habetur d.10.c.ſuſpicionis.

In iure quoque habetur ſacerdotes Chriſti indubiè regum & principum cunctorumque fidelium patres, magiſtroſque cenſeri.di. 96. quis dubitet.

Sacerdotes ſunt regũ patres Gr.7.in e. ad Herm. Meteuſe. l. 8.ep. 21.

Adeo autem diurnum eſt regimen iſtud eccleſiæ

A.C. 1469. Regimen Eccleſiæ perpetuū. cleſiæ, vt vſque ad mundi conſummationem perſeueret, perpetuo ſubſequenter coniunctū & initium habuerit in Chriſti natiuitate, in cuius ſignū de virgine natus glorificatur ab Angelis, adoratur à regibus magis, tremendus tyrannis efficitur, & ipſe tunc monarcha Octauianus populo Romano, ne eum Dominum nuncuparet prohibuit, inſtinctu quodam diuino permotus, cuius tamen rei myſterum nō intellexit: ſicut nec Cayphas: cum de Domino prophetauit.

Ioan. 11. Apoc. 19. Verum hic noſter monarcha Ieſus Chriſtus, & ſi rex regum & Dominus dominantiū reuera exiſteret, etiam in hoc ſeculo nequam, humilem tamen & abiectam vitam, & conuerſationem elegit, & tenuit: vt excellentiorem viam ſanctitatis cunctis oſtenderet, & compendioſam magis, & aptam ad regna cœleſtia, Auguſto interea Octauiano, & ſucceſſoribus eius orbem vtcunque gubernare permittens. At vbi venit plenitudo temporis, quo Chriſtus fundauit monarchiam ſuam, atque perfecit, pretioſo eius ſanguine purpuratam, necnon & principis apoſtolum cum apoſtolicis cunctis per trecentos & decem annos vel circa martyrio coronatam, innumerabilis quoque turbæ cuiuſcunque ætatis, ſexus, conditionis, & ſtatus tunſionibus & preſſuris elimatam & decoratam, ſignis & prodigiis innumeris roboratam, exinde tunc vſque occultatam, ad ipſam toti obi propalandam, Conſtantini religioſiſſimi imperatoris maieſtatem glorioſius Deus ſollicitauit, in dominio cedentis Syl ueſtro, vt Chriſti vicario, put debebatur, ex iure diuino. In hac autē ceſſione ſpirituale eccleſiæ dominium adiunctum eſt temporali, ſpirituali nihilominus in ſuo vigore manente, quia ipſum primo, & per ſe à cunctis eſt exquirendum, temporale verò ſecūdario, & vt organicè fœlicitati deſeruiens. Sicque beato æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cæleſtis imperij Dominus iura commiſit vt dicitur in canonibus di. xxij. omnes.

Conſtantinus ceſſit dominiū vrbis Syl- ueſtro.

Nic. 1. epi. ad Mich. impe.

Eccleſiæ duo gladij Luc. 22. Mat. 26. Ioan. 18. Rom. 13. Et ex duobus eccleſiæ collatis gladiis, alterum ſcilicet materialem in vaginam ſuam conuertere à Domino iuſſus eſt Petrus, illius vſum dimittens Domino temporali ad vindictam malefactorum: vnde non ſine cauſa gladium portat. Alium ſibi retinuit, ſcilicet ſpiritualem paratum ad vlciſcendam omnem inobedientiam hominum, vt fælici mucrone epiſcoporum, ſacerdotum, & aliorum pericula reſecentur. Quis igitur hominum linguis loquens, & etiam angelorum explicare queat, aut quis ex arare ſtylus longitudinem, latitudinem, & ſublimitatem Apoſtolicæ ſedis & eccleſiarum dominiij & iuriſdictionis? Quippe cum gloria & honore coronato, in apoſtolico ſedēti throno, omnia ſubiecit Deus ſub pedibus eius, vt ſuo vicario, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi. Oues videlicet fidelium ad dexteram Chriſti collocandas, boues elatos Hebræorum, iugo literæ legis adſtrictos, & inde victimandos. Pecora, quoque campi, ethnicos, & inimicos per latam & ſpacioſam viam errorum & vitiorum proculdubio currentes ad gehennam. Inſuper & volucres cœli, viros beatos, vt adorentur à cunctis ſanctorum catalogo adſcribendi. Demum piſces maris, animas defunctorum, qui perambulant ſemitas eius in amaritudinibus commorantes, ex aquis pœnalibus per indulgentias ab inferis educendo.

Omnes homines Ro. Pont. ſubditi. Pſal. 8.

Ad hanc igitur tam præclaram, tam glorioſam, tam excelſam apoſtolicam ſedem aſſequēdam quis idoneus certè non niſi qui omnibus ſanctior, qui doctior, qui Dei virtute eminentior repetitur: cui nihil ſapientiæ, nihil ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ: eique adſit omnis multitudo ſenſuum, omnis congregatio ſanctarum cogitationum & affectionum, cuius vigilia omnium cuſtodiat domos eccleſiarum, cuius labor ſit omnium otium, cuius occupatio ſit omnium vacatio, qui ſe ſibi eripiat, vt orbi totus intendat.

Sitque vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo virtutū, & non ſolum fide, ſpe, & caritate præcipuus, ſed ſemper vt ſapiens in ſe habeat amictum prudentiæ, magnus conſilio, rectus iudicio, æquitate diſcretus. Summum bonum in rebus humanis, quod eſt iuſtitia, diligenter excolat, verbo vel facto neminē lædens, officia & beneficia ſine perſonarum acceptione concedens, & ſingulis proportionata diſtribuēs. Religionem Deo acceptiſſimam ſemper foueat, pietatem diuini cultus vbique extendat, obedientiam ſacris canonibus in ſe implens, ab aliis exigat. Tunc enim princeps iura ſua à ſubditis obſeruanda exiſtimet, quando ipſe primus reuerentiam præbet. Liberalitate quoque non vacuus, manus ſuas copioſè extendat ad pauperes, vt etymologiam nominis papæ adimpleat, qua non ſolum pater patrum, ſed & pater pauperum dicitur. Veritati quoque ſemper innixus oſtendatur omnibus affabilis, & amicus. Fortitudo & decor ſit indumentum eius, vſque admortem agonizans pro eccleſiæ iuſtitia. Sit magnanimus, in honoribus, non hominum gloriam quærens, ſed ardua quæque pro Deo viriliter aggrediens. Sit magnificus in ſanctitate ſumptuum, pro eccleſiis reparandis aut exornandis, pro ſtudiis & doctrinis ampliandis, nec parcus in hoſtibus fidei debellandis. In aduerſis quibuſque patientiſſimus, & in omnibus bonis ad calcē vſque continuus. Super omnia humilitate, qua in epiſcopali ceruice nihil ſplendidius refulgeat, vt ſe ſeruum ſeruorum Dei aſſiduè recognoſcat. Pudicitiam demum, ſobrietatem, continentiam, & modeſtiam deſerat nunquam.

Eccle. 50. Virtutes quæ Pontifici conueniant.

Prou. 30.

Ad hanc cathedram Petri tantis margaritis ornatam, te beatiſſimè pater, aſcendere iuſſit diuina clementia. Et ideo lætentur cæli, & exultet terra cum gaudio ſummo. Nec iſtud ſine præcedentibus meritorū tuorum prærogatiuis per diuinam gratiam actum eſt, ſed pro laboribus plurimis, pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenuis, quibus celſioris gradus præmium debetur. Equidem nobiliſſimis ortum natalibus inclyta Senarum ciuitas in Hetruria, te in hanc lucem produxit. Quæ vrbs plurimis extat Dei ditata muneribus, viris beatis refulgens, quorum aliqui iam ſanctorum catalogo ſunt adſcripti. Hæc ſtudiorum mater, peritiſſimis viris, & in diuerſis facultatibus doctoribus egregiis, prædicatoribus quoque eloquentiſſimis

A.C. 1469.

tiſſimis abundauit. Hæc magnopere hoſpitalitati intenta, fertilitate agri & aere ſereno amœna eſt, aquis ſaluiferis cæteris plus dotata. Non illi defuere Pontifices egregij, non cardines terræ reuerendiſſimi, non antiſtites ſummi. A

Inter quos Alexander tertius, vt iubar emicuit, & in cathedra Petri viginti duobus annis dempta dierum quindena glorioſè recedit: duo concilia vniuerſalia celebrans, decretales reſcriptis & ſacris conſtitutionibus fœcundans, & Fridericum primum imperatorem, vt aſpidem & baſiliſcum proſecutorem Eccleſiæ proprio pede conculcans. In ea igitur ciuitate magnifica enutritus, ſtudiis die noctéque auidiſſimè intentus ad iuris peritiam non mediocriter profeciſti. Literis quoque ſæcularibus, & eloquentia inſignis effectus, lauream in concilio meruiſti, quod in vita raro conceditur. Exinde virtutibus tuis clarus effectus, in tuæ ciuitatis antiſtitem es aſſumptus. Prudentia tua quoque, & rerum experientia copioſus plurima, inter conciliarios ſereniſſimi principis Friderici tertij fuiſti connumeratus à quo ad fœlicis recordationis Nicolaum quintum cum eſſes deſtinatus orator pro corona imperiali poſtulanda, exaudita eſt oratio tua ea ipſi collata. Poſt quæ reuerendiſſimis dominis cardinalibus, vt inter patres orbis, es conſcriptus. Demum Petri vacante ſede, deliberatione matura, prouiſione non ſera, vocatione diuina, & electione canonica, ad ſummum Pontificij apicem aſſumptus exiſtis.

Pij 2. ante Pontificatū vita.

Licet autem me tui terreat magnitudo & tantæ fulgor dignitatis loquendi penè ſubtrahat vires, inuitat tamen humanitas & pietas tua immenſa, à qua tibi nomen nouum extat impoſitum, vt Pius ſecundus dicaris à cunctis quaſi in ea indutus. Quid autem hominibus gratius aut acceptabilius Deo pietate eſſe poteſt, cum ipſa ſit Dei cultus ſiue miſericordia? quippe cum omnis ſumma Chriſtianæ religionis ſecundum Ambroſium in miſericordia & pietate conſiſtat. Faceſſat igitur inuidia Romani culminis, recedat ambitio à ſucceſſore piſcatoris diſcipuli Chriſti, cum fiducia loquor. A ſacerdote primo victima ſalutem, à paſtore ſummo ouis præſidium flagitat magnifica, ſcilicet & præcelſa communitas illa Florentina. Ouis quidem manſuetudine & obedientia, quam tibi promptiſſimè & deuotiſſimè offert, vt Chriſti vicario, Leo tamen fortiſſimus beſtiarum eum expedit, ad nullius pauens aſpectum, rugiens & oſſa eorum comminuens, qui aliquando Eccleſiam Chriſti ſunt perſecuti, vt patuit in Friderico ſecundo, & filio eius Manfredo, Henrico ſexto, & Bauaro Ludouico. Beatitudinem igitur tuam ipſa ciuitas præcelſa, & inclyta Florentina Romanæ Eccleſiæ filia, tibíque deditiſſima, per nos oratores ſuos ſanctitatis tuæ famulos veneratur, de tui magnifica exaltatione gratulatur, quamplurimum, & ſanctitatem tuam hyperdulia adorat reuerenter tibi genua flectit, affectuoſiſſimè tuos pedes oſculatur beatos, te vicarium Chriſti, ſucceſſorem Petri publica voca fatetur, & vniuerſalis Eccleſiæ vnicum, verum, & indubitatum paſtorem proteſtatur omnino.

Amb.l.1.of. c.27. id innuit. Hier.ep.57. ad Damaſo.2.

A.C. 1469.

Cùm autem te Romæ tuæ antiquæ patriæ diuina clementia præſulem fore decreuerit, parentem filius olim recognoſce, & quæ te magnis honoribus extulit, illa à te ingentibus officiis foueatur: vt eam quæ olim orbis terrarum caput extiterit, Chriſtianorum principem & ducem te magiſtro omnes deprehendant, & cui præſides potentia, forma ſanctimoniæ, & exemplo præcedas. Bonus quidem paſtor es, cuius eſt ponere animam pro B ouibus ſuis. Tibi nempe, quem nomine præfers, pij vita, mores, martyriúmque proponitur, ſanctorum innumerabilium præcedentium oſtenditur virtus pontificum: qui omnia pati, & pro Chriſto mori nō dubitarút. Te illis fide non diſſimilem fore aſſerunt omnes, & arbitrantur. Quapropter cum Eccleſiæ fundamenta illi iecerint, & parietibus erectis tecta impoſuerint tu extructam conſeruabis, & augebis, lapſam eriges, languentémque fouebis & (vt ita dixerim) penè mortuam ſuſcitabis. C

En à tergo fidei hoſtes circunſtrepunt, perfidi Turci, damna innumera irrogantes, ferro igne, direptionibuſque cuncta inuoluunt. Fideles captiuos abductos ſeu pecora immaniſſimis barbarorum nationibus vendunt, quotidie Eccleſiæ membra paſſim rapta miſerabiliter mutilantur, quotidie Italiæ finibus appropinquant, triſtia inferunt, triſtiora minantur, quotidie vrbes captæ, direptæ prouinciæ, populi innumeri captiui ducti nunciantur.

Contra Turcas cū erectus.

Et licet Chriſtiani hæc nouerint, parum expergiſci, parum euigilare videntur. Et ſeu D quia non credunt Turcos viciniora loca inuaſuros, vel quia aliis occupati detinentur, imminentia Eccleſiæ mala diſcriminaque conſiderare contemnunt. Sed hac tempeſtate bonus Deus bonum te paſtorem concedere dignatus eſt nobis, cui tanta vis animi eſt, vt operante Deo vnum ſolum his obuiare ſufficere poſſe ſperemus. Vix, pater beatiſſime, credibile eſt, quantum tui pontificatus primordia ſpei populis inuexere, quam grandia vnuſquiſque de te mente conceperit. Te ſan- E ctum antumant omnes, tum vita & moribus tum vaticiniis & prognoſticationibus quibuſdam coniiciunt te Turcos oppreſſurum, & eccleſiam in melius prouecturum plurimi opinantur. Hæc de te omnes ſperant atque exoptant. Et ideo lætentur cœli, & exultet terra, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo &c. Ad hoc feruentiſſimis orationibus fidelium & intentiſſimis votis adiuuatis. 4.Reg. 6.

Exurge igitur pater beatiſſime & gladio authoritatis tuæ virtutis, & zeli præcinctus, illum exime contra tam diros fidei hoſtes. Nec F enim formidandum eſt, quia ſceleſtiſſimus ille rex Turcorum innumerabiles exercitus dicatur habere. Nam plures eſſe nobiſcum cœleſtis militiæ duces vidit Giezi diſcipulus Eliſæi. Quibus tanta ineſt fortitudo, vt vnus ex eis nocte vna clxxxv. millia exercitus Sennacherib hoſtis populi Dei proſtrauerit, ſolus Moyſes quoque famulus Dei magis orationibus, quam armis inimicorum imperiū vimque Ibid.c.19.

Sed

A. C. 1469.

effregit. Sed & Theodoſius ſenior Chriſtianiſſimus imperator primo Maximũ, poſtea Eugenium tyrannos potentiſſimos cum ſuis profligauit, atque peremit; & plurimas victorias non tam armigerorum ſuffragio, quam orationum glorioſè obtinuit. Sed & cur antiqua re colimus: cum nouiſſima teneamus? Nónne Vayuoda Vngarorum dux inclytus cum Cruce ſignatis diebus iſtis ingentes ſtrages intulit Turcis ipſis.

Nobiles de impiis piorũ victoriæ.

Pſal. 34. Exurge igitur, ſanctiſſime domine, apprehende arma & ſcutum contra Crucis Chriſti peſſimos inimicos, & confortetur cor tuum nil hæſitans, quia qui cœpit opus, Deus ipſe

Phil. 1. perficiet, & ad finem optimum cuncta perducet. Verum, pater beatiſſime, quia vicarius

Ep. 2. Chriſti diceris & exiſtis, qui eſt pax noſtra, faciens vtraque vnum, qui pacem humano ge-

Luc. 2. neri attulit, pacem in mundo prædicauit, & inter ſe inuicem homines habere iuſſit, & pa-

Ioan. 14. cem diſcipulis delegauit, hæ tibi ſint artes, inter Chriſticolas pacis imponere mores: vt iu-

Rom. 12. xta apoſtoli ſententiam, ſi fieri poteſt, quod ex nobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habeamus, cum ipſam omnia appetant & exoptent. Cæterum quia ſermonis modus plura dicere minimè ſinit, iam oratione alio diuertendum eſt, vt quàm citiſſimè veniatur ad finem.

Principi conſilio prudentũ opus eſt.

Non ſolum ad ea, quæ foris ſunt, pater beatiſſime, ſed ad ea, quæ domi perſtrenuus exiſtimaris ad quod efficiendum plurimum ſapientum conſilia adiuuabunt, etſi ipſe in te ſapientia copioſus exiſtas. Vbi enim multa conſilia (inquit Salomon) ibi ſalus, & collectio ſapientum ſanitas orbis, quod & ipſe diligentiſſimè obſeruauit. Nam etſi ſapientiſſimus, & diuina ſapientia preclariſſimus eſſet, ſapientes tamen conciliatios ipſum habere non puduit, quorum

3. Reg. 12. Lamprid. in Alex.

conſilia, quia Roboam filius eius contempſit maiorem ſui regni partem amiſit. Sed & ethnicus ille imperator Alexander, cognomento Seuerus, quem optimè orbem gubernaſſe referunt, etſi iuuenis sapientes toto orbe quæſitos ſecum habere curauit, quorum nutu atque conſilio miro ordine leges nouas condebat, iura dabat, bella gerebat, munera diſtribuebat, omnes ſe alloqui poſtulantes & audiebat & reſpondebat.

Inde non pauper, non ignobilis excluſus, omnis diligenter auditus, nullus contemptus. Principum quoque ſapientum cura fuit ſemper præcipua in requirendis, & ſecum habendis miniſtris idoneis, qui quod per ſe agere non valet, vel quia non decet, per ipſos miniſtros tum fideles, tum ſtrenuos diligenter exequatur, quorum opera ſtrenua & recta tuæ ſanctitatis iuſſu florebit Eccleſia. Te prouidente Simoniæ & hæreſeos virus ab vrbe, & orbe procul abibit. te gubernante omnem pompam, omnem ambitionem, omnem faſtum plurimi proſcriptum iri ſuſpicantur. Non lana ouium & lac tantum, ſed vita & ſalus requiretur. Paſtores non mercenarij ad Eccleſias admittentur. Canes muti non valentes latrare contra inſidias dæmonum, & inſolentias hominum, ſed detractionibus & ſuſurrationibus mordentes, atrociter in caueis recludentur.

A. C. 1469.

Nihil enim prodeſt (inquit Pius papa primus, & martyr glorioſus in decretis ſuis) orare & alia religionis opera facere, niſi mens ab iniquitate & lingua ab obtrectationib. coerceatur. Pigebit Eccleſiam te dirigente iniquitas, exultabit iuſtitia, luxus fugabitur, deliciæ exulare cogentur. Sanctimoniaque, ſine qua nemo Deum videbit, fulgebit in clero. Appellationes friuolæ, lites conſtituentes immortales, non facilè admittentur. Ad ordines & Eccleſiarum regimina non pueri, non ignari, non dyſcoli, ſed ætate & moribus graues, & literis ſtudioſi aſſumentur. Salutaris doctrina, & ſacrarum literarum ſtudia accendentur.

Eze. 34. Ioan. 18. Iſ. 56. Pius ep. 2. & de conſ. diſt. 5. c. nihil enim.

Abſque puritate mẽtis ieiunia & orationes nihil proſunt. Heb. 12.

Nec, pater beatiſſime, iſta dixerim, vt Mineruam inſtruam [a] omnia iura in ſcrinio pectoris ſui habentem, ſed vt filius affectuoſiſſimus patri optimo, vt ſeruus domino ſuo innumeris & grauiſſimis rebus occupato recolam, & exprimam, quæ bona, & his potiora populus Chriſtian⁹ à te exquirit, exoptat, atq;

[a] *Alludit ad commune illud verbum, quod habetur in gloſſa c. præterea. diſt. 23. Papa omnia iura habet in pectore ſuo: cui concordat, quod C. de teſtam. l. omnium. habetur. ius totum in ſcriniis pectoris principum eſſe conſtitutum. Cæterum quoniam huius Pontificis maximi fontibus noſtros riuulos irrigauimus, hoc loco ea maximè hic inſerere viſũ eſt, quæ de eo Onuph. ad Platinam addidit: vt breuiter tanti Pontificis res geſtæ hic extarent. Æneas, inquit ille Syluius Picolomineus gente patricia, tenuioris tamen fortunæ Patre Syluio in villa Corſiniana Senenſis agri ortus per omnium Romanæ curiæ dignitatum gradus ad munus Apoſtolicum aſcendit litteris humanis inſtructus: eloquentia, dexteritate, & prudentia multum valuit. Primum Cardinalium Capranici & Albergati ſcriba, deinde in concilio Baſilienſi Cæremoniarum præfectus, & pro eo multis legationibus egregie functus, poſtea Friderici 3. Eugenij 4. & Nicolai 5. epiſtolarum magiſter, & à ſecretis fuit. Ad Eugenium 4. pro legatione Germanica legatus obedientiam ſublata neutralitate eidem præſtauit. A Nicolao 5. epiſcopus Tergeſtinus, & Senenſis, a Callixto 3. diaconus primo S. Euſtachij mox presbyter Cardinalis tit. S. Sabinæ creatus eſt. Quo mortuo Romæ in palatio Vaticano. 17. Cardinalium ſuffragiis Romanus Pontifex 14. Cal. Sept. A. C. 1458. denunciatus, & 3. Non. Sep. coronatus imperatore Cæſare Friderico 3. Auguſto ſedit an. 5. m. 11. d. 27. Ordinationibus tribus habitis 13. Cardinales creauit. Obiit Anconæ in Piceno dum bellum in Turcas adornaret 19. Cal. Sept. An. Ch. 1464. Corpus Romam tranſlatum in Baſilica S. Petri marmoreo tumulo cum hoc elogio in ſacello S. Andreæ conditum eſt.*

Pius 2. Pontifex maximus natione Tuſcus gente Picolominea ſedit annos ſex, breuis Pontificatus, ingens fuit gloria. Conuentum Chriſtianorum Mantuæ pro fide habuit; oppugnatoribus Romanæ ſedis intra & extra Italiam reſtitit. Catarinam Senenſem inter ſanctas Chriſti retulit. Pragmaticam in Gallia abrogauit. Ferdinandum Aragonenſem in regnũ Siciliæ cis fretum reſtituit: rem Eccleſiæ auxit, Fodinas inuenti tum primum aluminis apud Tolfam inſtituit. Cultor iuſtitiæ & religionis, admirabilis eloquio,

A.C. 1459.

eloquio, Vadens in bellum, quod Turcis indixerat Ancona deceſſit: vbi & claſſem paratam & Ducem Venetorum cum ſuo ſenatu con militones Chriſti habuit. Relatus in vrbem eſt patrum decreto, & hic conditus, vbi caput B. Andreæ ad ſe ex Poloponneſſo aductum collocari iuſſerat: vixit annos 58. m. 11. d. 27. de eo etiam ſcribunt ipſe in Bulla retractationis tom. 3. Concil. & alibi in ſuis ſcriptis. Blondus in præfatione Romæ triumphantis ad eum ſcripta & in illuſtratione Italiæ regione 2. Baptiſta Egnatius in lib. de exemplis Aemyl. lib. 10. Naucl. gen. 49. & alij.

expectas. Et ideo lætentur cœli & exultet terra gratulatione pernimia. Sed hæc iam omittenda ſunt, ne ſermonis prolixitate ſanctitatem tuam faſtidio, laſſitudineque offendam. Ad rem igitur ab inclyto Florentinorum populo mihi iniunctam redeo, qui vt optimi filij tibi patri ac domino ingenti deuotione ſtudioque ſe aſſignant commendantes, & beatitudinem tuam omni obſequio, omnique affectu complectentes, eorum omnium nomine ſanctitatis tuæ pedes beatos oſculati ſumus. Eorum erga ſanctitatem tuam deſideria ſunt tam ardentia, tam prompta, tam grandia, vt non ſolum à te recipi, ſed diligi, amari fouerique ſumma ope, totiſque viribus mereantur. Eodem rurſum pacto, eademque ratione me minimum famulum tuum, clerumque meum tuo obſequio deditiſſimum plurimum recommendo. Eademq; opera beatitudini tuæ, eorum plane nomine offero dominium inclytum Florentinum, & omnis eius magiſtratus. Denique te patrem, te paſtorem recognoſcens, vt filiorum tuorum operam pollicetur, ſi opus fuerit, & exequetur, ſi vnquam forſitan oportebit. Mihi quoque, pater beatiſſime ſupplico parcas, ſi prolixus fui, vel ſi non recte, non apte, non idonee pronunciauerim iniuncta. Sed quicquid à me omiſſum eſt, ſociorum meorum ſpectabilium ciuium ſapientia, prudentius & copioſius ſupplere valebit. De quibuſdam aliis nobis iniunctis ab ipſa magnifica republica ſanctitati tuæ explicandis, cum opportunitas dabitur, & tibi placuerit, ſermo erit.

Ex his patet hanc orationē ab ipſo D. Antonino fuiſſe habitam.

TITVLVS vigeſimus tertius. *De origine & confirmatione ordinis prædicatorum, & conuerſatione ſanctorum patrum eiuſdem ordinis.*

De excellentia & præconiis ſancti Dominici prædicatorum patriarchæ.

CAP. I.

Prooemiū huius partis in quo reddit rationem cur de religioſis ſeparatim agat à Pſal. 103.

IN hoc mari magno manibus dæmonum, & raptorum ſpacioſo geſta per animalia magna dignitate, poteſtate, & diuitiis, ideſt tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares breuiter enarrauimus. Sed omiſſimus ab Innocentio tertio qui cathedram Petri tenere cœpit, anno domini 1200. paulò antè de nauibus illic tranſeuntibus religionum quibus plurimi ipſius maris pericula euaſere: & puſillis animalibus non virtute, ſed humilitate, & mundiali contemptu, qui mirabilia fecerunt, quorum non eſt numerus. Et hoc ideo ne otium ſanctum cum inquietudine bellorum, ſanctitatem cum armis, ſapientiam ſanctorum cum prudentia huius ſæculi miſceremus.

A.C. 1459.

Verū quia mihi nō minꝰ eſt curę de his puſillis, quibus complacuit patri omnium dare regnum, referre, vt pote [quibus magna data ſunt à Deo beneficia] magis Eccleſiæ cōgruentia. Ea propter ab eo tempore ipſa reſumamus. Et quid diuina prouidentia, quæ perpetua mundum ratione gubernans, minus in neceſſariis deficiens, quam natura, ſed omnia ſuauiter diſponens, vnicuique opportuna tempore ſuo concedens, animaduertens pontifices loca tenentes apoſtolorum parochialeſque ſacerdotes ſucceſſores ſeptuaginta duorum diſcipulorum: quos ad prędicandum dominus Ieſus Chriſtus eligens deſtinauit per orbem ab officio prædicationis quaſi ceſſare, & multo magis ab hæreſum extirpatione, & in zelo animatum tepeſcere, Eccleſiæ ſuæ ſacroſanctæ affluenter prouidit, ſuſcitando tempore illo ordinem Mendicantium qui his tam ſolerter, quam ardenter inſiſterent. Hic autem ordo bifariam diſtinctus inuenitur in Prædicatores videlicet & Minores, quibus tamen adiuncti ſunt ex priuilegio Eremitani & Carmelitæ.

Luc. 12.

Boet. li. 3. pro 18. Religioſi mēdicātes cur à Deo ſuſcitati.

Luc. 10.

Hi vtique ſunt duæ oliuæ pinguedine dilectionis, & deuotionis, & duo candelabra lucentia ante dominum orbem doctrina illuſtrantia, Hi duo Cherubin, ſapientia plena, obumbrantia propitiatorium, necnon & duo Seraphin, charitate ardentia, clamantia, ſanctus, ſanctus, ſanctus dominus Deus Sabaoth, implentes omnem terram gloria eius documentis & exemplis.

Hic ſtatus mendicantium vtrumque ſtatum videtur comprehendere, prælatorum, Eccleſiæ epiſcoporum, & aliorum quoad actum doctrinæ ex prædicationis ſpectantis ad vitam actiuam & ſtatum religioſorum ſeu monachorum deſeruientium contemplatiuæ, quoad ceremonias regulares, & officia. Vnde dici poteſt vita mixta, quam vt perfectiſſimam tenuit Chriſtus. Primi patres inſtitutores eorum fuerunt beatiſſimi Dominicus & Franciſcus contemporanei, ſe fratres ad hoc ſimul deputatos ex Domini reuelatione in Eccleſia ſancti Petri in vrbe primo recognoſcentes, & in oſculo ſancto mutuo amplexantes.

Status mēdicātium perfectus.

Et Dominicus patriarcha prædicatorum prior quidem tempore [fuit] quoad mundi ingreſſum, & ex eo egreſſum, ac etiam ad conuerſationem religionis, & actum prædicationis. Nam per decem annos antequam confirmationem ordinis procuraret, in Hiſpania, & Toloſana regione iam religioſus & pauper prædicando diſcurrerat. Patriarcha autem Minorum Franciſcus prius confirmationem ſui ordinis procurauit, non ſolemnem tamen, ſed vt permiſſionem pro tunc talis ſtatus, vtpote viciniorcuriæ ab Innocentio tertio. Dominicus verò

Dominicꝰ & Franciſcus auctores mendicantium ſe mutuo agnoſcūt. lib. 1. vitæ D. Do. c. 1.

A. C. 1469.

verò ab eodem promiſſione confirmationis habuit,ſed executionem à ſucceſſore eius Honorio ad curiam reuerſus accepit. Ab eo igitur vt proprio patre, quem honorare Dominus iubet, reuerendo & collaudando & vtinam veſtigia eius imitari mereamur, ſumemus exordiũ, & de ordine ſuo & alijs verba faciemus. *Ex. 12.*

A diuina ſapientia omnia bona procedunt.

§. I.

EGo feci inquit diuina ſapientia, vt in cælis oriretur lumen. Eccleſ. 24. Incarnata enim lumen gratiæ ſapientiæ & demum gloriæ effudit in cælis eccleſiæ militantis & triumphantis, vel in cælis, id eſt, ſanctis è quibus copioſiſſime fulſit patriarcha Dominicus. Quod nomen tripliciter etymologizatum inſinuat. Nam Dominicus quaſi à Domino cuſtoditus, ſcilicet à corruptione peccati. Et vnde niſi quia in benedictionibus dulcedinis gratiæ à Domino eſt præuentus: ita vt in ipſa ſua ætate tenella cor ei iam ineſſet ſenile? Secundo Dominicus quaſi domini ſui cuſtos, vineæ videlicet ſuæ quę eſt eccleſia per latratus prædicationum contra lupos rapaces tam dęmonũ, quàm hęreticorum, quorum inſidias detegebat, ne oues dominicę rapeſentur. Tertio Dominicus quaſi totus Domini, vt Chriſtus ſit dominus abſolutè, & authoritatiuè. Dominicus autem participaliter & poſſeſſiuè, vt meritò dicatur ciuitas ſuper montem poſita. Ambro. Mons ipſe Chriſtus eſt, ſuper quem Dominus vt ciuitas quia omnes ſenſus ſuos interiores & exteriores ac opera vniuit in Deum, & ideo ciuitas quaſi ciuium vnitas. Ciues autem animæ ſunt cogitationes & affectus, qui quanto ſunt magis vniti in Deum, tanto feruentius feruntur, & frequentius in Deum ad diuina intuenda.

Dominici nominis etymologia. — Pſ. 20. — Mat. 20. & 22. — Mat. 5. — Ambr. li. 9. in Luc. — Mẽs copulatior, quo à terrenis liberior.

Beati mundo corde dicitur Matth. v. quoniam ipſi Deum videbunt. Quanto enim ſenſus & affectus magis abſtrahuntur à terrenis & feruntur in Deum tanto mens fit purior & mũdior ad videndum diuina: vnde propter maximam munditiam & vnitatem affectus cum Deo habuit multas viſiones diuinas, ſicut cum vidit Chriſtum velle mundum iudicare, & finire, ſed virgo Maria rogauit, quòd expectaret & mitteret prędicatores Dominicum & Franciſcum &c. Et iterum cum vidit Petrum & Paulum mittentes eum ad prædicandum. Et cum vidit cœlum apertum & de omni genere religionum fratres in gloria & ſuos non vidit, ſed a filio fuit dictum, quòd erant ſub chlamyde virginis Mariæ quos ibi vidit &c. Et dicit quidam magiſter ordinis minorum, qui compoſuit librum magnum de beato Dominico valde magiſtrale quod in dicta huiuſmodi viſione poſſet dici ſcholaſticè nõ aſſertiuè quod tunc viderit Dominicus Deum per eſſentiam, vt Paulus in raptu.

In vita D. Dom. l. 2. c. 11. lib. 2. c. 2. — Ibi. c. 13. — 2. Cor. 12.

Et ideo ciuitas poſita dicitur in monte, id eſt Chriſto, quia totus conformatus & tráſformatus in eo. Pauciſſimique reperirentur ſancti, A quorum vita & cõuerſatio ſit ita ſimilis Chriſto, non quod Chriſto velimus eum coæquare, abſit à nobis ſermo iſte, cum in infinitum diſtet ipſe & quilibet ſanctus ab eo in gratia & ſanctitate. Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum ſanctum Chriſto. Ioan. ſcilicet, ſed gratiam infinitam habuit. Sanctis autem per partes & ad menſuram datur. Apparebit autem magna ſimilitudo eius ad Chriſtum ex diſcurſu vitæ & operum eius. Itaque quia Chriſto ſimilis à Domino Chriſto aptiſſimè denominatus eſt Dominicus. Ego ſum lux mundi (ait Dñs) Ioan. 8. Et de Dominico canit Eccleſia: B Vos eſtis lux mũdi: lux mũdi naturalis eſt ſol, qui dicitur dominus planetarum principalius illuminans & influens in iſta inferiora: vnde & diem ei attributam à gentilibus dominicam nominamus. Lux verò ſpiritualis & quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, eſt Dominus, ſine quo nullus illuminatur. Et quia maximè Dominus illuminare dignatus eſt eccleſiam ſuam beati Dominici meritis & doctrinis, ideò Dominicus lux mundi quaſi ſol refulgens, ſic refulſit in templo.

A. C. 1469. — Sancti omnes à Chriſto in infinitum diſtant. — Mat. 5. — Lux mũdi ſpiritualis Chriſtus Ioan. 1.

C De Domino multifarie multiſque modis prænunciatus eſt. Hic enim (inquit princeps Apoſtolorum) omnes prophetæ teſtimonium perhibent. Actuum. 10. cap. De Dominico & ordine ſuo Zacha. 11. cap. cum ait in perſona Dei. Aſſumpſi mihi duas virgas, vnam appellaui decorem & alteram funiculum, & pauigregem. Exponit abbas Ioachin duas virgas eſſe duos ordines mendicantium qui tamen fuit ante eorum inſtitutionem. Virgas rectas ſanctitate exiles & graciles auſteritate percutientes doctrinæ authoritate. Decor eſt ordo præ D dicatorum per habitum decorum quaſi prælatorum deſignatus. Funiculus dicitur ordo minorum quia funiculo manifeſto cinguntur. Et ſequitur. Et pauigregem, id eſt populum Chriſtianum, doctrina eorum. Sed apertius prenunciatus fuit, & declaratus particularius in pictura quadam quæ reperta eſt in eccleſia ſancti Marci Venetiis vbi antequam Dominicus naſceretur in mundo imagines duorum depictæ cernebantur à cunctis quarum vna erat ad modum religioſi in habitu ordinis prędicatorũ cũ lilio in manu: altera ſimilitudinem ha E bebat apoſtoli Pauli prout pingi conſueuit ſuper quam ſcriptum erat ἅγιος παῦλος, id eſt, ſanctus Paulus. Sub figura vero ad pedes ſic. Per iſtum itur ad Chriſtum. Super figuram alteram ſcriptum erat ἅγιος δομινικὸς, ſanctus Dominus. Sub ipſo verò facilius itur per iſtum. Nec mire dicitur de ſcriptura huiuſmodi, quia doctrina Pauli ſicut & cæterorum apoſtolorum erat doctrina inducens ad fidem & obſeruantiam præceptorum, doctrina Dominici ad obſeruantiam conſiliorum & ideo facilius per ipſum itur ad Chriſtum.

Heb. 1. — Prophetia Zachariæ de ordinibus mẽdicantium exponitur. — D. Dñicus dict' anteq̃ natus. — Via conſiliorũ eſt facilior via præceptorum.

F Naſcitur Dominus ſuper terram nudam, ſed ne nimis lędatur à frigore à matre virgine in præſepio collocatur. Natus Dominicus infantulus ſub nutricis cuſtodia poſitus egreſſuſe lectulo quaſi iam carnis delicias abhorrere & ſuper nudam terram iacere ſępius eſt repertus. Nato Domino ſydus coruſcans emicuit, quod magos ad ipſum perduxit per eum mundum

Luc. 2.

vniuerſum

A.C. 1208. vniuerſum illuminandum inſinuans. Oritur Dominicus,& ſuper baptizandum mater ſpiritualis ſtellam aſpexit in fronte nouum iubar præmonſtrans ſæculi. Duodenis dominus à parentibus in templum adductus in eo permanſit puer ſolus. Dominicus à propinquis in puerilibus annis ad Eccleſiam fertur, diuino imbuendus officio, in ea relictus.

Nec vſquequaque à ſimilitudine parentum deuiant nomina. Pater enim Dominici Fœlix dicitur mater verò Ioanna. Pater verò domini noſtri Felix, immo ipſa fœlicitas, & Deus totius conſolationis, mater verò plena gratia ab angelo declaratur virgo Maria, hoc enim Ioãna interpretatur. Ab inde vſque ad iuuenilem ætatem de domino authenticè nil reperimus niſi quia dominus Ieſus proficiebat ætate, vt verus homo, ſapiẽtia & gratia apud Deum, & homines, ſed hoc apparenter. Non enim adiectione indiget plenitudo. Verbum enim caro factum plenũ fuit gratiæ & veritatis ab initio conceptionis, & ideo augeri nõ poterat. Dominicus autem non ſolum corpore creſcebat, ſed & mente virtualiter, miſſus Valentiam ad proficiendum in ſapientia, & vt melius transferret animum ad ſapientiam, vinum per decennium non bibit, eiuſque auiditate noctes penè ducebat inſomnes, in gratia verò, vt lux ſpendens creſcebat vſque ad perfectum diem.

Luc. 1.

Luc. 2. Chriſtus quomodo gratia & ſapiẽtia profecit.

Ioan. 1.

Iuuenis dominus factus cum à Ioanne baptizaretur in Iordane, deſcẽdit ſpiritus ſanctus in columba ſuper eum ad deſignandam plenitudinem gratiæ in eum infuſam, non quidem tunc, ſed in vtero matris ſecundum Tho. in 1. ſenten. Deſertumque petiit Dominicus fame inualeſcente in vniuerſis Hiſpaniæ partibus cum videret egentes plurimos, neminemque conſolatorem in feruore ſpiritus venditis libris & ſupellectili admodum ſibi neceſſariis pretium pauperibus diſperſit & dedit: & ſpiritu ſancto quaſi nouiter, & apparenter repletus ſtatum regularem ſub Didaco epiſcopo apprehendit, vt alterum baptiſmum & ſpiritua le deſertum à deliciis & mundialibus ſequeſtratum.

Tho. in 3. p. q. 39. a. 6.

Dominic⁹ libros vendit, vt ſuccurrat egenis. li. 1. vi. c. 2.

Poſt hoc dominus diſcipulos cõgregat paucos, & in breui multiplicat, mittens eos binos ad prædicandum regnum Dei, & Dominicus ex modicis ad vitam religioſam ſecum aſſumptis, ad multitudinem prouehitur copioſam: quos ad euangelizandum deſtinauit & ſanandum infirmos, vt diſperſa creſceret ſcientia verbi diuini. Normam vitæ Chriſtus diſcipulis dedit, quam ipſe perficeret edocendo. Paupertatem ſi quidem elegit dominus in ſe, & apoſtolis, ne aliquid viſcoſcæ cupiditatis ex poſſeſſionibus & reditibus etſi in communi haberent [obreperet] nec ex quotidiano quæſtu nimiæ anxietatis [ſollicitudo teneret] ſed habebat dominus loculos à fidelibus oblata conſeruans, vt ſuis & aliorum neceſſitatibus prouideret. vt inquit Aug. eoſque Iudas deferebat. Sic Dominicus vetus erat paupertatis amator, in omnibus actibus ſuis ipſam oſtentans, fratres ſuos ad ipſam exhortans, vt nec ſuum quiſquam aliquid diceret, ſed eſſent illis omnia communia, quæ haberetur in loculis, immobilibus omnino reiectis.

Mat. 10. & Luc. 10. Prædicatores diſperguntur. li. 2. c. 2.

Mat. 5.

Aug. in pſ. 103. Loculos cur Dom. habuerit.

Matth. 12.

A Auſteritatẽ in victu diſcipulos dñs tenere oſtendit, quãdo ipſe ducebat eos ita famelicos vt per ſata tranſeuntes, ſpicas vellentes, manibus confricarent ad edendum. Et cum iam hora eſſet ſexta, ideſt meridies circa principium æſtatis, fatigatus ex itinere miſit ipſos in Sichar ad emendum cibos, & inde fortè præ fame nõ lotis manibus manducabant aliquando. De qualitate ciborũ dicit magiſter in ſchola hiſt. ſatis credi non comediſſe carnes, niſi agnum Paſchalem propter obſeruantiam legis. vnde & in conuiuiis ſuis cum panes multiplicauit non carnes, ſed piſces & hi modici ſunt reperti. Hoc autem dicimus, non quòd creaturam Dei, ſcilicet carnes animalium indignam iudicemus, ſed vt abſtinentiam religioſis congruã eſſe monſtremus. Dominicus patriarcha qui aliquando totam quadrageſimam, non quidem ſine cibo, ſed in pane & aqua peregit, hãc aſperitatem ſuis moderauit, vinum & lacticinia concedens. Comedite (inquit Dominicus) quę apponuntur vobis, ne habeatis ſollicitari, & alios anxios reddere in præparatione particulari ciborum: ita tamen, quòd carnem cũ ſanguine, nec ſine ſanguine, niſi infirmi non comedatis, & ieiunium ſeptem menſium contineatis.

A.C. 1208

Ioan. 4

Matt. 15

B

Ioan. 7. Hoc habetur de cõ. d. 5. c. carnem.

C

Forte aliquis dicat à ſimilitudine diſcrepare non parum, quòd Chriſtus diſcipulis dixerit. Neque calceamenta habebitis in pedibus, cum tamen Dominicus cum ſuis calceati procedant in publicum. Sed ſciendum, quòd mandatum illud temporale extitit, ſuper quod diſpenſauit ſeu abſtulit in vltima cœna. Nam & Chriſtum dominum calceatum videre poſſumus in eo quòd ait Baptiſta. Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum. Quod etſi ſpiritualiter intelligatur de incarnatione, litetam tamen cum poteſt, verificari oportet. Petro quoque in actibus Apoſtolorũ dictum fuit ab Angelo, Accipe caligas tuas, niſi quis dicat caligatum fuiſſe, ſed non calceatum quod non eſt conſuetum. Et Marcus eius optimus imitator calceamentum ſuum fractũ cerdoni obtulit ad reſarciendum. Sic igitur dominus & diſcipuli aliquando calciati aliquando diſcalciati inceſſerunt. Et Dominicus in vrbibus calceatus, extra in itinere frequenter diſcalceatus abibat.

Mat. 10. Ioan. 1.

D

Act. 10.

E

Similitudines quædam inter Chriſtum & B. Dom. oſtenduntur.

§. II.

SICVT autem dominum natum non alia perſona, quam mater ſua virgo Maria pãnis inuoluit, ſic piè credi poteſt, quòd iam adulto tunicam ſuam inconſutilem, & alias veſtes mater ipſa concilio manuum ſuarum texuit. Cuius autem coloris fuerit nõ inuenitur, quod non ſine cauſa factum eſt, ne videlicet eo noto falſi prophetæ induti minus agnoſcerentur eſſe lupi rapaces. Dominico, & ordini ſuo beatiſſima virgo Maria habitum geſtandũ oſtendit, ac etiam colorem. Nam beato Reginaldo doctiſſimo viro grauiſſimè infirmanti, & vigilanti ipſa apparuit, & ſanauit, habitum oſtendẽs, quo Dominicus cum filiis ſuis eſſet induen-

Veſtis Chriſti tex ta à B. vir.

F

A.C. 1208. induendis, cappa videlicet magna, deſignante humilitatem, & tunica cum ſcapularialbis, deſignantibus puritatem, quæ virtutes, maximè fulſerunt in domino, & matre eius.

Virgo vterque mente & corpore & humilis valdè, vt ſcripturæ conclamant. Sic Dominicus virgo puriſſimus, & humilis, multum vt opera ſua bona, & magna hominibus occultaret, & dignitatem prælaturæ ſperneret, ſicut & de domino factum legimus in euangelio Mat. 8. Ioan. 6. quia cum turbæ eum regem facere voluerunt, fugit ab eis, & leproſum mundatum, Mar. 1. & ſurdum & mutū ſanatum, tacere mandauit. Luc. 6. Erat Chriſtus pernoctans in oratione Dei: vt teſtatur euangeliſta. Dominicus cum Chriſto proprium non poſſidebat lectulū, poſt lachrymarum fluuium, vix humi dans corpuſculum.

Oratio domini ſemper fuit exaudita cum voluit: vnde & patri dixit: Ego ſciebam, quia ſemper me audis. Nam etſi in horto cum oraret Ioan. 11. calicem à ſe transferri, non fuerit exauditus, hoc ideo, quia ſecundum ſenſualitatem po Mat. 6. ſtulans, ſecundum rationem exaudiri nolebat. Dominicus autem cuidam religioſo viro ſibi familiari in domeſtica locutione inſinuauit, quod tamen in vita ſua ab eo occultum haberi voluit nunquam ſe à Deo aliquid poſtulaſſe quod ad votum nō obtinuerit. Et cū ille ſubiungeret. Cur ergo pater non petis magiſtrum Conradum tibi dari in filium, cuius in ordinē tuum ingreſſum fratres tui tantum anhelant. (Hic erat magiſter in theologia conductus ad legendum Bononiæ valdè famoſus.) Reſpondit Dominicus. Chariſſime rem difficilem poſtulaſti. Verum & hoc arduum me impetrare non diffido, te me iuuante in orationibus. Recedente demum dicto religioſo ab eo, remanſit Dominicus in eccleſia in oratione, & precibus multis illud ſupplicans Deo, qui exauditus eſt pro ſua reuerentia. Nam mane ſequenti cantore in choro inchoante, Iam lucis orto ſydere, ecce magiſter Conradus ſydus futurus vt ebrius, ſpiritus feruore concepto petit ad pedes Dominici ſe ad ordinem recipi, quod & obtinuit.

Chriſtus triplicis vitæ auctor. Dominus, vt omnem perfectionis ſtatum in ſuo collegio diſcipulorum oſtenderet, Apoſtolos quidem ſuo exemplo ad vitam mixtam id eſt, contemplatiuam & actiuam prædicando, & admonendo incitauit, matrem eius virginem, & Magdalenam ad contemplatiuam. Maria enim ſtabat ſecus pedes domini, & audiebat verbum eius. Lucæ x. Martham verò & alias mulieres, quæ ei miniſtrabant de facultatibus ſuis ad actiuam. Sic patriarcha Dominicus, Gen. 6. vt alter Noë arcam ſuæ religionis ex lignis leuigatis, & linitis bitumine caritatis, & conglutinatis tricameratam fecit, fratres vna ſecum ad contemplanda cœleſtia, & prædicanda ſaluti proficua in vna collocans, moniales recluſas ad contemplationem aſſumens, in ſecunda, vtriuſque ſexus homines ad actiuā applicans, qui dicerentur de pœnitētia fratres & ſorores, ſeu militia Ieſu Chriſti in tertia manſione.

Diſcipuli Chriſti ſcilicet 72. ſemel ſcādalizati ex doctrina Chriſti quam non intelligebant A receſſerunt ab eo, quibus recedētibus Chriſtus remanentibus ſecum ait. Nunquid & vos vultis abire? At Petrus pro omnibus reſpondit. Ioan. 6. Domine ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes. Et beatus Dominicus cum ſecum haberet aliquos diſcipulos, vna die tentanti receſſerunt ab eo tantum remanentibus tribus quibus Dominicus ait. Nunquid & vos vultis recedere? Cui vnus reſpondit. Abſit pater, vt relicto capite ſequamur pedes. Demum ſicut & lib. 3. vit. c. 8. diſcipuli Chriſti, qui receſſerant, redierunt ad eum, ita & diſcipuli Dominici oratione eius B reuerſi ſunt.

Dominus multas deriſiones, detractiones, Mat. 22. Ioan. 8. & perſecutiones vſque ad mortem fortiter tolerauit, quærentium eum in verbo capere, ali- Luc. 4. Et Dominicus li. 1. c. 7. vit. l. 3. c. 8. quando lapidare, aliquādo præcipitare, vt clamant euangeliſtæ omnes. Dominicus contumelias, ſubſannationes, oblocutiones non curauit, ita vt quidam paleas à tergo ei pro deriſu alligarent, alij lutum & alia in eum vilia iacerent. Hæretici contra quos frequens certamen habebat, eos reuincens in diſputationib, C cum vitæ eius inſidiarentur auferendæ: ipſe in loco parato ad capiendum tranſiens, totus alacer & intrepidus incedebat. Sic quidem ſitiebat ſeruus Chriſti martyrium ſicut ſitit ceruus ad aquæ fluuium.

Vt autem dicit Cyprianus de pœni. diſtin. 1. c. nunquid. In ſeruis Chriſti cum martyriū Cyp ſer. 4. de morte. mente concipit, animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Solum paſſio actualis Dominico deſuit, quam dominus noſter pro omnibus ſuſtinuit. Stigmata verò eius ſocio & fratri indiuiduo relegauit beato Franciſco, vt dicere poſſet cum Apoſtolo. Ego ſtigmata do- D mini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto veraciter impreſſa, vt & ipſe ſimilitudinem eximiam in ſe haberet.

Dn̄s dilexit nos, & lauit nos à peccatis no- Apoc. 1. ſtris in ſanguine ſuo. Dn̄icus verò caritatis perfectione non vacuus, noctem impēdebat Deo meditationi, & orationi vacans, diem verò proximis accommodabat, prædicationibus, diſputationibus contra hæreticos, in exhortationibus ad fratres audiendis, confeſſionibus inſiſtendo. Ita zelus compaſſionis ad proximos E comedebat eum, vt pro redimenda perſona ab infidelibus capta ſe offerret venūdandum. Trinam diſciplinam quaſi quotidie de manu propria non chordula, ſed catena ferrea vſque ad ſanguinis effuſionem capiebat, pro ſuis culpis vnam, quæ minimæ erant, pro in purgatorio exiſtentibus aliam, tertiam pro iis, qui verſantur in mundo. Luc. 19.

Cùm iter faceret dominus verſus Hieruſalē, videns ciuitatem fleuit ſuper illam, multaque prædixit occulta cordium, & euentus futuros. Luc. 7. Propter quod in laudem eius dicebant. Propheta magnus ſurrexit in nobis. Domini- F cus cum ciuitatibus appropinquaret, cernens mente amarè flebat propter peccata eorum. [illegible] Itaque vt verus propheta occulta & futura reuelauit, ſicut mortem regis Aragonum in bello conuerſionem hæretici à diu futuram, quem propterea liberari iuſſit ab incendio, tentationes fratrum occultans, vt

A.C. 1208. reſiſterent viriliter diabolo. Plura alia induci A poſſent, ſed veniamus ad miracula.

De miraculis Chriſti & B. Dominici, §. III.

Tho. 2. 2. q. 178. a. 1.

MIRACVLA vera ſecundum beatum Thom. 2. ij. duplici ex cauſa fiunt à ſanctis. Ad confirmandam eorum doctrinam, vt veriſſimam. Neque congruentius poſſent probari myſteria fidei, quæ ſupra cognitionem naturalem exiſtunt, quàm per operationem ſupernaturalem, cuiuſmodi ſunt miracula. Fiunt etiam ad oſtenſionem eorum ſanctitatis eximiæ à nobis imitandæ. Et propterea ciuitas beatus ſcilicet Dominicus, non poteſt abſcondi propter innumera miracula eius ſanctitatẽ manifeſtantia, quæ etiam ſunt ſimilia miraculis domini Ieſu Chriſti. Quid mirabilius eſſe poteſt in exterioribus & viſibilibus rebus ꝙ reſuſcitatio mortuorum? Reſuſcitauit dominus tres mortuos; filiam, ſcilicet archiſynagogi in domo, adoleſcentem filium viduæ vnicũ cum efferebatur in feretro, Lazarum quatriduanum ex ſepulchro, vitæ reſtituit & ſaluti: Dominicus tres in vrbe Romana, filium viduę quod pótifici notum publicari voluit, ſed præ humilitate omnino Dñicus recuſauit. Architectũ à fratrib. conductũ, & à murodiruto ſuper eum, conquaſſatũ, & Napuleonem cardinalis de foſſa noua nepotem, exequo lapſum & totũ dilaceratum. Satis credo & alios dominum ſuſcitaſſe, propter quod dixit in plurali. Matthęi 11. Mortui reſurgũt, ſcilicet per me, cum tamẽ adhuc non niſi filiam Archiſynagogi rediuiuã feciſſe habeatur, ſecundum Euangelia. Sic & beatus Dominicus & alios mortuos, etſi non ita notorios viuificaſſe inuenitur. Quid enim illos quadraginta peregrinos, qui in flumine magno iuxta Toloſam nauigio ferebantur, cũ naui ſubmerſa ſub aquis diu ſtetiſſent facta oratione à beato Dominico ex aquis exierunt ſoſpites, niſi vitæ redditos exiſtimemus, vel in aquis vt piſces conſeruatos.

Miracula cur à viris Sanctis fiant

Mat. 9. Luc. 7. Ioan. 11.

Dominic' tres mortuos ſuſcitauit. l. 2. c. 5. & 6.

Deus bis famelicos pane multiplicato ſatiauit aquamque conuertit in vinum. Dominicus bis panes diuinitus fratribus procurauit, Romæ & Bononiæ deferentibus angelis à paſtore cœleſti, vnde & ſuauiſſimos. Vegetem vacuam vino redundare fecit, & vice altera lympham in vinum ſuaue conuertit.

Mat. 14. & 15. Ioã. 6. vide inf. c. 1. §. 1.

Febricitantem Simonis ſocrum Chriſtus imperans febri perfectè ſanauit, & languidos multos: Dominicus mulierem quartanariam ex toto liberam reddidit.

Luc. 4.

Exibant dæmonia à multis clamantia & dicentia: Quia tu es filius Dei. Sed increpans dominus non ſinebat ea loqui docens nec veritatem à dæmonibus quærere, quia mendax eſt, & pater eius. Dominicus à dęmonibus vexatos in anima & corpore plurimos liberatos effecit. Vnde & mulieres hæretica prauitate deceptas ſub ſpecie ſanctitatis ſua doctrina conuerſas, vt in veritate firmaret oſtendit eis dæmonem, cui ſeruierant turpiſſima & horrenda forma apparentem.

Chriſtus immortalis effectus bis ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit. Dominicus vero adhuc mortalis (quod mirabilius eſt) in eccleſiam clauſam noctu ingreſſus eſt, ne fratres excitaret.

A.C. 1208. Ioan. 20. Chriſtus ingreſſus eſt ianuis clauſis.

Dominus poſtquam tranſiuit ex hoc mundo ad patrem, etſi cum triſtitia apoſtolorum aſcendẽs, mittens fratres ſuos ipſos apoſtolos per orbem ad prædicandum: innumerabiles populos ad viam veritatis attraxit, licet ipſe cum hominibus conuerſatus multos gratia ſua viſitans irradiaſſet. Sed & Beatus Dominicus quamuis multa millia hęreticorum ab er- B roribus reuocaſſet. & fideles ad pœnitentiam de vitiis conuertiſſet, tamen poſt tranſitum eius multo plures. O ſpem miram, quam dediſti (canit Eccleſia de beato Dominico) mortis hora te flentibus, dum poſt mortem promiſiſti, te profuturum fratribus. Quod vtique impleuit. Nam (vt de aliis taceam) ſolus beatus Iordanus ſucceſſor eius, ad ordinem circa mille induxit, & aliquos doctiſſimos viros, qui ſua doctrina ad ſalutis ſemitas multos reuocauerunt.

Et vt perueniamus ad calcem, Dominus ait, C Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Hæc poteſtas non parum eſt communicata Dominico cęleſtium, terreſtrium, & infernorum. Nam angelos ſanctos in ſui miniſterium habebat. Vnde cũ de receptione vnius magnę cõditionis ad religionis habitum amici & propinqui cum turba non modica armati ad conuentum Bononiæ aduenisſent, violentiam allaturi, fratresque, ex hoc trepidantes Patri ſignificaſſent. Nolite (ait) timere, plures enim ſunt nobiſcum. Et qui niſi angeli? quod patuit. Cùm enim conuentum intraſſent, territi diui- D nitus nihil ſiniſtri tentare auſi ſunt. Sed & ipſi angeli accedentes in humana ſpecie ad fratres panes ad eſum miniſtrabant eis. Si de elementis loquimur, vim virtutis ſuę oblitus eſt ignis, quando ter libellus eius doctrinæ in flammas traditus, ter exiuit illæſus penitus, libris aduerſantium hæreticorum ſubito comboſtis. Signo crucis obedit pluuia ex aere copioſe deſcendens, dum nec gutta vna eum itinerantem tangit tota regione illa imbre inundata. Aqua fluminis, in quod libri eius per ipſum tranſeuntis ceciderant, nec eos humectare voluit. E Sed poſt aliquot dies à piſcatorib. loco piſcis de aquis extracti. illæſi, & ſicci, ac ſi in capſa fuiſſent, ei ſunt reſtituti. Terra quoque, quæ metalla continet, in pecunia ſibi neceſſaria non defecit. Nam cum flumine quodam tranſito per nauiculam, Nauclerus naulum poſturet à beato Dominico illeque, vt pauper pecuniam ſe non habere aſſeueraret, importuniuſque nauclerus ille per cappam tenens naulum peteret, beatus Dominicus oratione facta in terram aſpiciens vidit pecuniam ſibi neceſſariam ibi iacentem, qua illi oblata ſe liberauit. F

Angeli panes fratribus miniſtrarunt. l. 3. vitæ. c. 4.

Homines quoque ex quatuor elementis compoſitos, & in humoribus ſuis per febrem intemperatos, ad debitam proportionis menſurã reducẽs, perfectæ reſtituit ſanitati: vt fratrẽ Rudolphũ morti propinquũ, lingua quoq; in verba trãsformans varia commutauit cum

A.C. 1208.

ambulans ipſe cum quibuſdam alterius idiomatis ſibi ignoti, donum linguæ eorum à domino impetrauit.

Clerico cótinentiã impetrat. lib. 4. ca. 6.

Sed & (quod maius eſt) cum quidam clericus continere non poſſet, vel non vellet, oſculata manu beati Dominici à miſſa redeuntis, cum odore ſuaui, tantus caſtitatis vigor in mẽtem eius diffuſus eſt, vt poſtea facilè contineret.

Dæmonibus quomodo imperauerit. lib. 5. c. 12.

Quid de infernalibus dicam: certè ad nutũ eius dæmones contremiſcebant, nec imperiũ eius recuſare valebant. Quod patet quandó apparentem ipſam in forma fratris ſecum duxit per conuentus officinas, ſcilicet dormitorij, chori, refectorij, locutorij: & poſtea capituli. Et interrogauit de ſingulis locis, quid cum fratribus ibi lucraretur: quæ omnia coactus eſt explicare, &c. Ecce ſatis oſtenſum, quomodo abſcondi non poteſt ciuitas ſupra montem poſita, vt in ciuitate notetur anima eius, per potentias & virtutes vnita. In monte, in quo poſita eſt ad Christum per ſimilitudinem geſtorum eius maxima propinquitas, & quòd non poteſt abſcondi miraculorum ipſius nota multiplicitas, vt dici poſſit de eo id Pſ. Speciosus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis, &c.

Matt. 5.

Pſ. 44.

De eodem S. Dominico. Magnum & bonum quando idem. Aug. hoc innuit epiſt. 3. ad Voluſ.

CAP. II.

HIC magnus vocabitur in regno cœlorum. Matthæi. 5. Secundum Aug. in iis, quæ mole magna non ſunt, idem dicimus maius quod melius. Cùm ergo anima humana, & aliæ res ſpirituales non habeant dimenſiones corporales magnitudo eſt bonitas, & perfectio earum. Et tanto res ſpiritualis dicitur maior, quãto perfectior. Vnde & de Ioanne Baptiſta dixit Angelus Gabriel patri eius cum natiuitatem eius nunciauit. Erit magnus coram domino. Luc. 1. Et magnitudinem eius quaſi declarans ſubdidit. Spiritusancto replebitur ex vtero matris ſuæ: q. d. Iſte magnus, quia gratia plenus à Deo vt de excellentia ſanctitatis eius Christus Matthei. 11. dixerat, Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, ſcilicet in bonitate & virtute. Sicut autem Ioannes Baptiſta velut lucifer primum ſolis ortum, Christi ſcilicet primum prænunciauit aduentum: ſic iſte Dominicus velut veſperus ſolis occaſum, ideſt, ſecundum aduentum domini creditur præueniſſe, ſcilicet ad iudicium, & ideo congrue de iſto dicitur. Hic magnus vocabitur in regno cœlorum, ideſt, in eccleſia militanti, & poſtea triũphanti. Et hoc tripliciter. Eſt enim magn⁹ in virtutum excellentia, in gratiarum affluentia, & in ſcientiarum peritia.

D. Dominicus vt magnus in virtutibus firmo

§ I.

DE magnitudine virtutum dicit apoſtolus 1. Corint. 13. Nunc manent fides, ſpes, caritas, maior autem horum caritas. Et de cardinalibꝰ inquit ſapiens, Sobrietatem, id eſt, temperantiam: & ſapientiam, ideſt, prudentiam docet diuina, ſcilicet ſapientia: & iuſtitiam & virtutem, ideſt, fortitudinem: quibus in hac vita hominibus nihil vtilius, vnde nec magus nec melius. Cùm, beatus Dominicus fuerit fide integerrimus, ſpe altiſſimus, dilectione feruentiſſimus, prudentia clariſſimus iuſtitia rectiſſim⁹, fortitudine conſtantiſſimus, temperantia moderatiſſimus, ideo per excellentiam hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Ipſæ virtutes dici poſſunt regnum cœlorum, quia per illas regnat in nobis Deus, & peruenimus ad regnum ſupremum. Et cœli ſũt quia in eis Deus, eſt per reſidentiam, in nobis, per gratiam, ſed celatus, quia incertus. Et ſicut ſeptem ſunt cœli planetarum ſcilicet Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, & Saturni, ita & ſeptem virtutes. Vnde apoſtolus, Regnum Dei eſt iuſtitia, & pax & gaudium in ſpiritusancto. Iuſtitia comprehendit omnem virtutem, prout eſt generalis. Cœli horum planetarum, per quos voluuntur, ſunt ſtatus ſeu actus ipſi per quos virtutes exercentur.

Rom. 14. Ariſt. li. 5. & 23.

Fides quid ſit.

Et de fide quidem, quæ ſecundum apoſtolũ ad Heb. 11. eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium, ideſt, quædã cognitio firma diuinorũ, per quam quis aſſẽtit mente, his, quæ non videntur manifeſtè, Certè poteſt dici de beato Dominico id Matthæi 8. Non inueni tantam fidem in Iſraël, ideſt, in populo fideli. Ita certè contẽplabatur Dei preſentiã in ſacramẽto altaris, ac ſi ipſum videret in carne præſentem, propter quod totus reſoluebatur in lachrymas; & ne ab aliis deprehenderetur, ſe pluries in miſſa cõuẽtuali abſcõdebat.

Fidei miracula tribuuntur.

Miracula quæ fiunt, maximè adſcribuntur fidei, quod oſtendit apoſtolus ad Heb. 11. dicẽs de antiquis ſanctis: Per fidem vicerunt regna, reges eorum ſuperando & accipiendo, vt Ioſue duodecim reges in terra ſancta, operati ſũt iuſtitiam, ideſt, opera iuſta & bona, vt Abrahã, Iſaac, & Iacob. Adepti ſunt repromiſſiones, vt Dauid & Salomon. Obturauerunt ora leonum, [vt Daniel] extinxerunt impetum ignis, vt Ananias, Azarias & Miſael, Conualuerunt de infirmitate, vt Ezechias. Fortes facti ſunt in bello vt Gedeon & Sampſon. Caſtra verterunt exterorum, vt Iudas Machabæus cum fratrib. ſuis. Acceperũt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos, quod factum fuit per Heliã & Heliſæum.

Ioſ. 12. Gen. 21. Gen. 26. Gen. 29. & 30. 2. Reg. 2. & 5. 3. Reg. 3. Dan. 6. Dan. 3. 4. Reg. 20. Iud. 7. lib. 15. m. 1. & 2. Mach. 3. Reg 17. 4. Reg. 4. Rom. 6.

Omnia miracula iſta magna facta ſunt per beatum Dominicum corporaliter vel ſpiritualiter. Nam vicit regna vitiorum. Non regnet peccatũ in veſtro corpore, ait Apoſtolus. Quot vitia ſunt, tot regna. Quæ omnia vicit beatus Dominicus, vitam tenens innocentem ab infantia ſua. Fortis factus in bello contra dæmones, expellendo de obſeſſis corporibus & animabus, vt patebit infra. Et vt de cæteris miraculis taceamus, ſolum vnius explicatione nũc contenti ſumus. Cùm beatus Dominicus in partibus Toloſanis prædicaret vbi hæretici abundabant, & contra eos prædicando & diſputando continuum certamen exerceret, vna dierum vni hæretico poſt collocutionem dedit in ſcriptis rationes, & authoritates inductas ad probandum veri-

A.C. 1208. veritatem fidei catholicæ. Quas ille ſuſcipiens A nocte ſequenti conuenientibus cum eo multis ad ignem hæreticis ad conferendum ſuper obiectis dixit vnus ex illis: Proiiciatur charta iſta in ignem,& ſi non comburatur,vera oſtendetur doctrina,& fides, quam prædicat iſte Dominicus. Si comburatur, tunc vera eſſe fides noſtra declarabitur. Proiicitur charta in ignem, & poſt modicum ex igne reſiliuit incombuſta. Dixit autem alter cæteris temerarior. Proiiciatur iterum, & tunc experiemur plenius veritatem. Quo facto poſt aliquam manſionem in igne, iterum reſiliit incombuſta. Proiiciatur ait & tertio. Quod cum factum fuiſſet: & tertio exiuit de igne penitus illæſa. Nec tamen tanto miraculo illi perfidi voluerunt errorem dimittere, ſed ſtrictiſſimo iuramento ſibiinuicem promiſerunt, nemini pandere tantum prodigium. Deus autem non permiſit tantum radium fidei occultari. Cũ enim ibi eſſet vnus miles inter cæteros fidei veræ aliquantulum adhærens: viſo tanto ſigno, conuerſus eſt ad fidem plenè. Et ipſe, qui præſens fuit omnibus miraculum notum fecit.

Spes quid ſit. Mag. in 3. diſt. 27. lit. a

Magnus vocabitur pater Dominicus in regno ſpei. Hæc quamuis principaliter ſit certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis & gratia proueniens, vt definit magiſter in 3. ſententiarum tamen etiam ſecundario fiduciam præſtat diuini adiutorij in occurrentibus neceſſitatib. ꝓpter quod dicitur Ec. 2. Reſpicite filij nationes hominum, & ſcitote, quia nullus ſperauit in domino (ſcilicet expectando auxilium ab eo, in eo, quod ſibi eſt expediens) & derelictus eſt. Quis enim permanſit in mandatis eius, & confuſus eſt, ſcilicet ab expectatione ſua, cum ſibi vtile eſt. Quam certò expectaret B. Dominicus beatitudinem oſtendit in fine. Cùm enim multi etiam magnæ ſanctitatis viri manifeſtè oſtenderint in illa hora timere, & ſanctiſſimus Iob dicat de ſe: Verebar omnia opera mea, ſciens, quòd non parceres delinquenti: iſte patriarcha Dominicus, certus de præmio ſuo, fratres lugentes de tranſitu ſuo propinquo conſolatus eſt: promittens ſe eis magis profuturum poſt mortem apud Deum, à quo gloria firmiter expectabatur, & ꝙ promiſit, eos non feſellit. Nam in breui poſt deceſſum eius mirabiliter eſt ordo multiplicatus in numero fratrum, cum ſucceſſor eius magiſter Iordanus circa mille homines ad habitum ordinis traxerit. Auctus eſt etiam in ſufficientia ſcientiæ, & ſanctitate vitæ, & innumeroſitate conuentuum per orbem. Et vnde hoc exiſtimari poteſt, niſi propter merita & preces eius ante Deum? Vnde in officio eius canitur. O ſpem miram, quam dediſti mortis hora te flentibus, dum poſt mortem promiſiſti, te profuturum fratribus.

Iob. 9.

Petrus & Paulus D. Dominico apparent. lib. 2. ca. 2.

Poſtquam enim Romæ in eccleſia beati Petri orans, vidit Petrum & Paulum ſibi apparentes, quorum Petrus baculum, Paulus ſibi librum porrigebat, dicens. Vade, prædica verbum Dei, quia ad hoc miſſus es, videbatque ex inde fratres ſuos binos & binos per diuerſas regiones diſcurrentes, reuerſus ad ſocios, quos paucos habebat, circa ſexdecim illos diuiſit, mittens ad diuerſas prouincias ex eis. Cum tamen ſibi hoc diſſuaderetur à prælatis Eccleſię, & dominis temporalibus affectis ad eum, timentibus, ne ita diſperſi, & pauci deficerent, non acquieuit beatus pater precibus & conciliis eorũ, & quare? niſi quia ſperabat & ſummã fiduciam habebat dominum proſperum eis dare ſucceſſum, vt accidit. Qui enim ſperant in domino, habebunt fortitudinem maiorem, quàm habent ſperantes in mundo ad magnos labores, quia aſſument pennas, vt aquilæ, & volabunt ad cœleſtia, & non deficient. Eſa. xl. A.C. 1208.

De D. Dominici caritate.

B Magnus vocabitur B. Dñicus in regno caritatis Cãt. 13. dicit. Fortis eſt, vt mors dilectio. Maxima eſt vis mortis, vt hominẽ extinguat ab omni vſu præſetis vitæ. ita & caritas amorẽ mũdi in eo quem apprehẽdit funditus extinguit. Maiorem autem caritatem nemo habet, quàm vt ponat quis animam ſuam, ideſt, vitam pro amicis ſuis. Vnde Aug. ſuper epiſtolam primã Ioan. & de pœni. di. ij. Qui vult. Si quis, inquit, habuerit tantam caritatem, vt paratus ſit pro fratribus mori, perfecta eſt in eo caritas. Sed C nunquid mox, vt nata fuerit perfecta eſt? q. d. non. Sed vt perficiatur, naſcitur, cum fuerit nata, nutritur, cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cum fuerit perfecta quid dicitur? Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Hanc maximam caritatem oſtendit beatus Dominicus, cum ſitiebat ſeruus Chriſti martyrium, ſicut ſitit ceruus ad aquę fluuium, ita canit de eo Eccleſia. Vnde & aliquo tempore nutriuit barbam, & alium loco ſui præſecerat fratribus intendens pergere ad prædicandum infidelibus. Hac feruentiſſima caritate deuictus, cum vidua quædam piè apud eũ D conquereretur de filio ſuo capto à Saracenis ſubſidium liberationis expoſcens: obtulit ei ſeipſum vt ſe venundaret, prætioque eius filiũ redimeret. Sed diuina prouidentia, quæ eum ad alia maiora reſeruabat, aliter illius neceſſitati prouidit.

Ioan. 1.

Aug. tra. 5. in 1. Ioan. Gradus caritatis.

Noctem impartiebatur Deo, meditationibus ſanctis & orationibus, & contemplationi inſiſtendo multipliciter. Diem proximo, prædicationi populorum, audientiæ confeſſionum, diſputationi hæreticorum vacando. Et cum adhuc eſſet iuuenis, & in ſtudio, fame E præualida ciuitatem Valentiæ, & regionem illam inuadente, cum videret miſerias egenorum, neminemque conſolatorem, compaſſionis miſeratione confoſſus, vendita ſuppellectili & libris, quos admodum neceſſarios habebat, prætium acceptum diſperſit, ac dedit pauperibus.

Vendit libros vt in de pauperib. ſuccurrat. l. 1. c. 2.

Ex magna caritate tres ſibi diſciplinas catena ferrea quotidie dabat vſque ad ſanguinis effuſionem, vnam videlicet pro peccatoribus in ſæculo de gentibus, vt conuerterentur ad pœnitentiam: ſecundam pro iis animabus, quę F in purgatorio cruciabantur, vt ſubleuarentur à pœnis, tertiam pro ſuis peccatis, quæ tamen modica & leuia erant, vt pro eis ſatisfaceret.

Ter quotidie ſeipſũ verberabat. lib. 4. cap. 9.

Cùm diſcurrendo per ciuitates & caſtra ad procurandum ſalutem hominum per prædicationes, appropinquabat alicui ciuitati, vel caſtro, videns illam, flere incipiebat amarè ex compaſſione, conſiderans offenſas Dei per homines illos, & perditionem illorum.

A.C. 1208. Semel interrogatus à quodam, in quo libro ſtuduiſſet tam pulchra,tam ſuauia,tam copioſa,quę prædicabat, reſpondit: In libro caritatis qui de omnibus pleniſſimè docet.

Magnus vocabitur in regno cælorum prudentiæ.Quæ definitur à philoſopho,quòd eſt recta ratio agibilium. De beatǫ Dominico canit eccleſia in miſſa,quod ait Saluator Mat. 24.Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Conſtituit Dominus patrem Dominicum ſuper familiam ſuam ordinis prædicatorum, vt prudentem in omnibus operibus ſuis, eligentem ſibi bonum finem.Finis autem vltimus actionum debet eſſe Deus iuxta id apoſtoli : Omnia in gloriam Dei facite. Et poſt finem debitum præſtitutum prudentia aſſumit congruentia media perducentia ad illum finem. Dicitur autem in lib. Senecæ de quatuor virtutibus Si ſapiens fuerit animus tuus,ideſt , prudens tribus temporibus diſpenſetur. Præterita cogita,præſentia ordina,futura præuide. Ideò prudentia præterita cogitat facta à ſe vel ab aliis , quia ratio præteriti ſcire futura facit. Ex geſtis enim generatur experientia, quæ eſt magiſtra rerum. Ordinat prudentia præſentia agenda. Nam vbi non eſt ordo ibi confuſio:propterea dicit Apoſtolus: Omnia ſecundum ordinem fiant in vobis.Periculis quoque & malis, quæ poſſunt contingere, prudentia obuiat prout ,poteſt. Iacula enim præuiſa minus feriunt.

Beatus igitur pater Dominicus inſtituit religionem, (1.Cor. 1.) quæ vocatur ordo,quia ibi omnia ſecundum ordinem rationis fiunt.In quo opere elegit optimum finem,ſcilicet perfectionē caritatis,quæ ſummopere quęrit gloriam Dei & ſalutem proximi, & vt in omnibus honorificetur Deus.Primo inſtituit officium diuinum die noctuque dicendum cum miſſarum celebratione,& modū,& in his ſolicitior , & prior omnibus.Quamuis in orationibus in eccleſia vigilaret prope mediam noctem, ipſe tamen primus in matutinalibus officiis alacriter & feruenter aderat iubilans in pſalmodia, quandoque in vno choro, quandoque in altero & cæteros excitans ad diuinas laudes.

Exinde ordinauit per fratres ſuos cum magno ſtudio, & zelo procurari ſalutē animarū per prædicationis exercitium , diſputationis contra hæreticos,exhortationum priuatarum, & lectionum,& conſiliorum in foro conſcientiæ.Ne autem ſi non prius fierent diſcipuli veritatis legendo & audiēdo,efficerentur poſtea magiſtri erroris docēdo & prædicando,voluit, & vt prudens ordinauit fratres ſuos ſtudere in libris ſanctis ad hoc neceſſariis.Et non ſolum ipſe legit ſolēniter,ſed aliquādo etiā fratres ſecū ducebat ad ſcholas theologię ad audiēdū.

Et quia validiora ſunt exempla quam verba,ordinauit vitam & conuerſationem ſtatuū in omnibus exemplarem,in paupertate,in caſtitate,in auſteritate:Quia ſecundum Aug. Venenum caritatis eſt cupiditas,& perfectio eius nulla cupiditas.Difficile eſt autem propria poſſidere ſine aliquo viſco cupiditatis ,ideò ordinauit non ſolum in particulari nil haberi proprium,quod eſt commune omnium religionū

A ſed nec etiam in communi voluit immobilia retineri , ne anxietas quotidiani quæſtus ſtudium impediret.Prudenter tamen permiſit mobilia,vt pecunia & victualia per annum poſſe congregari ſub cuſtodia pro communitate conuentus , ne Deum tentare videretur. A.C. 1208.

Inſuper,quia pulchra eſt caſta generatio cū claritate ſcilicet bonæ famæ,vt dicitur Sapiē. 4.in deliciis autem periclitatur caſtitas,ordina-
B uit prudenter ad caſtigandum corpora,& ſpiritui ſubiecta faciendum,prolixa ieiunia ſeptē menſium continuorum ſcilicet à feſto Crucis Septembris vſque ad Dominicam reſurrectionis,& alio tempore ſextis feriis cum quibuſdam aliis diebus.Eſum prohibuit carnium,niſi in infirmitate,non quia de ſe ſit hoc malum, ſed quia talis abſtinentia congruit religioſis a vt dicitur de cōſe.diſt.5.c.carnem.Lineis quoque vti ad carnem,vel in lectis non permiſit, ſed tantum laneis,nec etiam culcitris.

Et quia vt dicit Salomon. Qui cuſtodit os (Pro Iacob. 3.)
C ſuum,cuſtodit animam ſuam , & ſi inquietum malum eſt lingua,& ea plena mortifero veneno,ſilentium ſeruari in certis locis , & horis ſtrictè mandauit ſub non leui pœnitentia. Omnem veſtium pompam & mollitiem perpetuo exilio relegauit, vt ipſa quoque caſtitas clareret.In extremo monuit ſummopere vitandam eſſe familiaritatem & frequentiam mulierum,maximè iuuencularum quæ etiam viriles animos emolliunt aut inclinant.

Verum quia σκόπος religionis , id eſt finis (Ibid.ca.4.) proximus eſſe puritas , ſecundum Ioannem
D Caſſianum in colla.1.Moyſi,quæ puritas perducit ad perfectionem caritatis ordinauit prudentiſſimè patet ſanctus Dominicus vt conſtitutiones ipſæ eas omittendo non obligarent ad culpam quæ mentis tollit puritatem,ſed ad pœnam niſi contra præceptum,vel in contemptum fieret , quia tunc culpa foret grauis. Ex his patet quòd prudens fuit in ordine ſtatuendo,vt dici poſſit de eo. Prudentia eius ſtabiliuit cœlos,ideſt prædicatores.

Hic magnus vocabitur in regno iuſtitiæ.De eo dici poteſt id 2.Timoth.3 . & in epiſt.feſti
E eius.Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, id eſt præmium pro iuſtitia,quam habui. Siquidem ſecundum Greg.12.q.2.Si ſæculi leges ſummum bonum in rebus humanis eſt iuſtitiam colere & ſua vnicuique iura ſeruare. Iuſtus enim malis reddit ſupplicia conuerſis & pœnitentibus remedia,indigentibus ſubſidia.Remota iuſtitia(inquit Aug. de ciuitate Dei)quid ſunt regna niſi latrocinia?Et ideò non eſt crudelitas,ſed pietas pro Deo punire crimina.

Cum quadam voce beatus Dominicus cum fratribus tractaret de aliquo negotio Bono-
F niæ ſacriſta vocauit vnum ex iſtis fratribus ad audiendum confeſſionem vnius mulieris (vt creditur)dixitquē ei. Vna pulchra mulier (Grauiter punit leue vitium.)

a *Hoc caput ex fructuoſo epiſcopo habet Smaragdus in expoſitione regulæ S.Benedicti ca.39. id autem tale eſt.Carnem cuiquam monacho nec ſumēdi,nec guſtandi eſt conceſſa licentia:non quod creaturam Dei indicemus indignam,ſed quod carnis abſtinentia vtilis,& apta monachis æſtimetur , ſeruato tamen moderamine pietatis erga ægrotos.hæc ibi.*

A.C. 1208. petiit vos venite citò. Et quamuis ſubmiſſe dixerit audiuit in ſpiritu pater Domin.& zelo honeſtatis turbatus dixit ſacriſtę. Confitere reatum tuum Deus fecit mihi notum, quod tu putabas occultum. Et veniam petentem diſciplinauit fortiter & diu ita vt fratres, mouerentur ad compaſſionem propter liuorem verberum, & ait. Vade fili, didiciſti de cætero qualiter intuearis fœminam, vt de colore non iudices, ora & tu, vt Deus te faciat pudicum.

Cùm beatus Dominicus in partibus Toloſanis conuiciſſet quoſdam de hæreſi, nec emendari vellent, permiſit eos igni tradi comburendos. Vnum tamen voluit reſeruari, quem cognouit Dei reuelatione, etſi tardè ad fidem conuertendum. Qui ab officiali conceſſo dixit. Fili adhuc bonus & ſanctus eris, etſi tardè. Quod euenit. Nam poſt multos annos non ſolum hæreſim dimiſit, ſed habitum ordinis ſuſcepit, & religioſè in eo vixit.

Pœnitentes conſolabatur ſub ſpe veniæ. Vnde ſemel vna dierum poſt prædicationem ſuam accedentes ad eum quædam matronæ, quæ hęreſim ſapiebāt, dicunt ei: Serue Dei adiuua nos. Si vera ſunt, quæ prædicaſti nos in eo errore fuimus. Nam quos tu hæreticos declaraſti nos ſanctos viros exiſtimabamus. Quas pius pater conſolatus inquit. Nolite timere. Confido in Domino, quia ipſe, qui neminem vult perire, oſtendet vobis, quali Domino hactenus adhæſiſtis. Factaque oratione ab eo viderunt mulieres catum vnum de medio earum proſilire, qui magni canis præferens quantitatem habebat groſſos oculos & flammantes linguam longam latamque, atque ſanguinolentam, protractam vſque ad vmbilicum, caudam curtam, ſurſumque extenſam, poſteriorum turpitudinem quocunque ſe vertebat oſtentans, de quibus fœtor intolerabilis exhalabat. Cumque per horam circa illas matronas ſe huc illucque vertiſſet, Demum per cordam campanę aſcendens ad ſummum campanilis, inde dilapſus non comparuit, fœda poſt ſe relinquens veſtigia. Conuerſus ergo ad mulieres ſanctus Dominicus ait, Ex eo, quòd coram oculis veſtris apparuit figuratè poteſtis deprehendere qualis ille eſt, cui ſequendo hæreticos, deſeruiſtis. Quæ ad veram fidem ſunt conuerſę pœnitentiam ſuſcipientes quinimmo aliquæ earum ſunt religionem ingreſſę.

Nota cui Domino ſeruiāt hæretici.

Egentibus quoque liberaliter Deo operante prouidit, quod & ad iuſtitiam pertinet. Diſperſit (inquit Pſal.) dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Cum enim Romæ eſſet cum fratribus quadraginta numero & vno mane hora prandij panis modicus eſſet, vt pauca fruſta ponerentur in menſa, lætis vocibus benedictione peracta menſas ingreſſi parum illud, quod ante ſingulos erat, cum hilaritate capiebant. Et orante patre Dominico ecce duo habitu formaque conſimiles iuuenes, cum duabus toballiis ad collum panibus refertis refectorium intrant paneſque ponen-
Pſal. 103. tes ante patrem Dominicum inclinantes ſe ante eum receſſerunt non vltra viſi. Nec mi-
Sap. 19. rum quia ille miſerat qui facit angelos ſuos ſpiritus panem de cœlo præſtans, habentem

A omnem ſaporem ſuauitatis. Eos pater ſanctus fratribus diſtribuit dicens. Comedite fratres, & confortamini in domino. A.C. 1208

Denique iuſtus cor ſuum ad Deum tradidit ad vigilandum diluculo, ſcilicet in oratione, quæ eſt actus religionis, virtutis præcipuè partis iuſtitię. Licet autem quaſi tota vita beati Dominici poſſet dici oratio, tamen extra horas canonicas nouem modos ſeruabat orandi exterioribus actibus ad interiorem deuotionem excitandam. Horum primus erat inclinando ſe ante altare profundè capite & reni-
B bus, acſi per altare ſignificaretur Chriſtus, ante quem ſe humiliari oſtendebat ſciens, quia oratio humiliantis ſe penetrat nubes. Sic & fratres admonebat inclinari, cum tranſirent ante imaginem crucifixi humiliati pro nobis.

Secundus modus orandi exterior erat, quia proſtratus erat totus in terram ſuper faciem ſuam. Sicut & Chriſtus in horto orans procidit in faciem ſuam, cum ſanguineum ſudorem emiſit, Et in corde ſuo compunctus ſe ipſum erubeſcens, aliquando etiam altè dicebat. Deus propitius eſto mihi peccatori. Et iterū in Pſal.
C Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinata eſt in terra venter noſter. Matt. 2.
Et ad hunc fratres exhortans modum inducebat exemplum magorum, qui procidentes adorauerunt puerum Ieſum adiiciens, quòd etſi ipſi peccata non haberent pro aliis reducibilibus ad pœnitentiam exorarent.

Tertius modus erat, quòd ſtabat erectus & cum diſciplina ſe in ſpatulis catena percutiebat dicens. Diſciplina tua correxit me in finem diſciplina tua ipſa me docebit. Et in memoriam & imitationem aliqualem eius exem-
D pli, ſtatuit ordo in profeſtis diebus diſciplinas dari virgulis ligneis cū Pſa. Miſerere, pro peccatis ſuis & alienis, pro eleemoſynis eis collatis. Actor. 7.

Quartus modus erat genu flectendi ſeu genuflectiones frequentandi, ſicut leproſus euangelicus ſecundum Marcum genuflexo ante Chriſtum dicebat. Domine ſi vis, potes me mundare. Et Stephanus poſitis genibus in terra orabat dicens. Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et non poterat continere aliquando vocem ſuam ſed audiebatur à fratribus dicens. Ad te Domine clamaui, Deus meus, ne ſileas à me nequando taceas à me, & aſſimilabor deſcen-
E dentibus in lacum. Quandoque loquebatur in corde, & vox penitus non audiebatur, & quieſcebat in genuflexione ſtupefactus animo aliquando diu valde. Et aliquando videbatur in ipſo modo, aſpectu eius intellectu penetraſſe cœlum, atque cito videbatur exhilaratus gaudio extergens lachrymas, defluentes, & multum compoſitè atque agiliter mouebatur, etiam ſurſum erigendo ſe, & genuflectendo.

Mar. 1

Pſal 27

Quintus modus orandi eſt, quia ſtabat aliquando erectus ante altare toto corpore ſuper
F pedes ſuos, non appodiatus, nec hærens alicui rei, habens aliquando ante pectus ſuum manus expanſas ad modum libri aperti. Et ita ſe habebat in modo ſtandi, quaſi ante Deum legeret valde reuerenter, & deuotè. Et videbatur tunc in oratione meditari eloquia Dei & velut ſibiipſi dulciter enarrare. Ad quod facit

id

A.C. 1208. id Pſal. exemplum. Stetit Phinees & orauit, & ceſſauit quaſſatio. Quandoque iungebat manus inuicem, extendens fortiter, & ante oculos comploſos conſtringens ſeipſum, & aliquando manus ad humeros [eleuans] ſicut moris eſt ſacerdotis cū celebrat miſſā, acſi vellet aures figere ad aliquid percipiendū diligētius.

Sextus modus eſt, quod aliquādo manibus & vlnis expanſis ad ſimilitudinem crucis, vehementer extenſus & rectus erat ſecundum poſſibilitatem ſuam, quomodo orauit, quando reſuſcitauit Napuleonem à mortuis Romæ in eccleſia ſancti Xiſti. Eleuatus etiam à terra fuit ab aſtantibus viſus. Hoc modo Chriſtus orauerat, quando pendens in cruce cum lachrymis, & clamore valido, ſecūdū apoſtolū ad Hebr. exauditus eſt pro ſua reuerētia. Et id Pſal. Tota die expandi ad te manus meas.

Septimus modus erat, quod aliquando orando totus erigebatur ad cœlum per modum ſagittæ erectæ de arcu extenſo proiectæ ſurſum in directum, eleuatis manibus ſurſum ſupra caput fortiter extenſis atque coniunctis inuicem, vel aliquantulum ampliatis quaſi ad aliquid recipiendum de cœlo. Et creditur, quòd agebatur tūc ei gratia, & rapiebatur, & īpetrabat à Deo pro ordine dona, & gratias. In illo autem modo orandi ſanctus pater non diu ſtabat, ſed reuertebatur in ſeipſum, quaſi de longinquo veniens & velut peregrinus mundo videbatur. Orans autem ſic, aliquando auditus eſt à fratribus dicens. Exaudi vocē deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extol-
Pſal. 27. lo manus meas ad templum ſanctum tuum.

Octauus modus erat, quòd poſt horas canonicas, vel ſumptionem cibi & gratias delibutus ſpiritu deuotionis quam hauſerat ex diuinis verbis dictis in horis, vel in lectione menſę cito ponebat ſe ad locum aliquem ſolitudinis in cella, vel alibi, vt legeret, vel oraret & ſedebat quietus, & expandebat librum aliquem ante faciem ſuam munitus ſigno crucis
Pſal. 84. & legebat, & afficiebatur mente dulciter, acſi audiret Dominum loquentem, ſicut in Pſal. dicitur. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. Et quaſi cum ſocio diſputaret, nutibus & mente, modo impatiens videbatur non quietus auditor diſceptare, & luctari, & arridere ſimul, & flere, & intuitum figere, & ſubmittere & iterum loqui ſilenter, & pectus tundere. Mos iſte erat viro Dei ex lectione ſuperferri ad orationem, & ex meditatione ad contemplationem. Et cum ſolitarius legeret venerabatur librum, inclinabat ſe libro, & aliquando oſculabatur præcipuè euangelia, aliquando ponebat faciem in manibus, quandoque capitio velabat.

Nonus modus eſt, quando diſcurrebat de patria ad patriam, maximè in locis ſolitariis, ludebat cum meditationibus ſuis: dicens aliquando ſociis. Scriptum eſt in Oſee. Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Vnde & à ſocio declinabat, vel præibat, vel potius ſequebatur eum à longè. Et mos erat ei in tali oratione & meditatione, acſi abigeret fauillas vel muſcas à facie ſua & muniebat ſe ſæpè ſigno crucis. Et putabāt fratres, quod in iſto modo orādi pater ſanctus adeptus ſit medullam intelligentię ſacrorum eloquiorum. Ex his modis orandi deprehenditur, quia verè hic homo iuſtus erat. Multum autem valet oratio iuſti (inquit Iacobus 5. c) aſſidua. A.C. 1208.

Hic vocabitur magnus in regno fortitudinis. Huius officium eſt aggredi ardua & aduerſa æquanimiter ferre. De ipſo patre Dominico dici poteſt illud Prou. vlt. fortitudo, & decor indumentum eius. (Decor honeſtatis vtique) manum ſuam miſit ad fortia: quando ordinem inſtituit ad tantū officium deputatū. Et quamuis ſemel, quos congregauerat iam diſcipulos tentati a ſathana ab eo receſſiſſent tribus tantum cum eo remanentibus, non tamen propter hoc turbatus eſt, aut ab inceptis deſiſtit: & quos verbis retinere non valuit, orationibus reuocauit. Sciebat enim vt ait Greg. 7. q. 1. c. aduerſitas. Aduerſitas, quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis eſt: non indicium reprobationis: In prædicando contra hæreticos multas ſuſtinuit perſecutiones cum omni conſtantia. Nam aliquando ſputa, & lutum iaciebant in eum, & paleas à tergo ligabant in deriſum, nec tamē ille à prædicatione ceſſabat.

Vna dierum cum pertranſiret per loca, in quibus ſibi paratas ſuſpicabatur inſidias ab hęreticis intrepidus & alacer incedebat. Quod illi inſidiantes ad iniuriandum plurimum admirati ſe manifeſtantes dixerunt ei. Neque tu times mortem? Quid acturus eras ſi te comprehendiſſemus? Quibus ille. Rogaſſē (inquit) vos, ne breui compendio mihi vitam auferretis, ſed truncatis minutatim articulis corporis & digitis, poſtea manibus, & pedibus, & brachiis, & tibiis & ante oculos meos poſitis poſtea oculos ipſos erueretis, & ſic truncatum in meo ſanguine, volutari permitteretis, aut prorſus ad libitum de cæteris. Quod intelligentes hæretici ſe retraxerunt ne magis obſequi, quàm perſequi viderentur.

Non ſolum ergo aduerſa & mortis pericula non formidabat, ſed & ipſe appetebat, vt dicere poſſet cum Apoſtolo. Cum infirmor: tūc fortior ſum & potens. Vnde & interrogatus ſemel, quare libentius moraretur Carcaſſonę quam Toloſæ? Reſpondit: Quia Toloſæ non mihi imminet tantum periculum mortis.

Cùm quidam prælati ſe paraſſent ad eundum ad quandam ciuitatem, propter hæreticos confutandos in diſputationibus, ſcilicet 2. Cor. 12. l. 4. ca. 10 cum apparatu & pompa incederent, ait ad eos pater. Non ſic fratres & patres procedere nos oportet nō ſic cum huiuſmodi armis cōtra gigantem hæreſis, ſed in funda & lapide in humilitate, in patientia, & exemplo auſteritatis veræ exempla hæreticorum falſa & ſimulata conuenit retundere, ſuaſioneque ſua induxit eos diſcalceatos, & abiectos proficiſci. Et cum non benè viam ſcirent, interrogauerunt quemdam eis obuium de via, ignorantes illum eſſe hæreticum, prout erat. Qui obtulit ſe ad eundum cum eis pro directione viæ. Sed vt perfidus & malignus, duxit eos per vias aſperas, & ſentibus plenas, ſtudioſè ad affligendum eos. Qui à ſpinis ita pungebantur, vt ſanguis è cruribus exiret. Sed glorioſus pater eos confortabat ad patientiā dicens. Viriliter procedamus ſecuri de

A.C. 1208. victoria iam enim peccata noſtra purgantur in ſanguine noſtro. Qui vtique proſequentes iter collegerunt de ſpinis vuas. Nam ille conductor exemplo patientiæ illorum conuerſus eſt ad fidem,& applicantes ad locum hæreticos confutarunt ad conſolationem fidelium.

Hic magnus vocabitur in regno temperantiæ. Hæc moderatur paſſiones concupiſcibilis vt fræno rationis retrahat ſenſus exteriores à delectationibus illicitis in cibis,& potibus, & venereis, & veſtium pompis. Modeſtia veſtra (ait apoſtolus) nota ſit omnibus hominibus, ad Phil. 4. Et ſapiens, poſt concupiſcentias B tuas ne eas. Non enim ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu inquit Salomon Eccleſias 1. Et idem de aliis ſenſibus, guſtu, olfactu,& tactu. Et ideò ſecundum philoſophum ſenſualitas caſtiganda & retinenda eſt, vt puer, qui non quærit niſi delectabilia corporis. Tantę abſtinentiæ & modeſtiæ erat, hic pater ſanctus, vt cum Apoſtolo diceret. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Carnem vtique ſuam aſſidua cibi & potus parcitate teſtrinxit vt ſacra eius teſtatur hiſtoria. Ieiunia continuabat etiam in via. Per decennium vinum non C bibebat, etſi poſtea propter infirmitatem ſtomachi coactus ſit vinum bibere ab epiſcopo ſuo, ita tamen lympha diluebat, vt vix in eo ſaporis veſtigium remaneret. Vnam quad. ageſimam in pane & aqua integram ieiunauit, Corin. 9. prædicando, cilicium ferendo ad carnem ſuper tabulas quieſcendo in nocte, Indeque tali exemplo ſecuta eſt conuerſio eorum, apud quos hoſpitabatur ad fidei veritatem.

Tēperātia D Dominici mira L 3. ca. 12. Cibis carnium vix in infirmitate veſcebatur. Nullo vnquam lecto in domo, vel extra conuentum, ſanus vel infirmus vti voluit, niſi terra, vel tabula, crate, ſtramine, pálea vel D ſaccone. Veſtibus viliſſimis vtebatur, nec erubeſcat etiam inter magnos deformi habitu apparere. Curtum & viliſſimum aliquando ſcapulare deferens, cappa operire noluit in præſentia magnatum. Contentus tunica ſola fuit tam hyeme, quam æſtate. Iacebat in domo veſtitus, ſicut in die ambulabat, niſi quod de nocte ſotulares extrahebat. Catenam ferream ſemper deferebat ſuper lumbos accinctus, qua per tres diſciplinas quotidie ſup. c. 1. §1. puriſſimum corpus macerabat, vt ſupra dictum eſt. Vigiliis multum incumbebat. Poſt E completorium oratione facta faciebat fratres dormitorium intrare, & ſe ad orandum in eccleſia occultabat. Orabat autem aliquando cum clamore valido, maximoque gemitu ad tantum prorumpebat planctum vt è vicino dormientes excitarentur à ſomno & ad lachrimas mouebantur & poſt lachrymarum fluuium vix humi dans corpuſculum.

Quis in tantis virtutibus eo humilior? Inſufficientem ſe clamabat in capitulo generali F tali officio gubernandi, alium ſuadens procurari, dignitates epiſcopales plures ſibi oblatas renuit. Miracula, quæ per eum Deus faciebat, occultare ſatagebat. Vnde cum ſemel in via miraculum quoddam feciſſet appropinquans ciuitati ſocio dixit. Ecce ciuitatem ingredimur ſi ſciant homines miraculum factum, A reputabunt nos ſanctos cum ſimus peccatores,& ideò tibi præcipio, vt nemini dicas dum vixero. Honorius quoque papa, cum puerum ſanctus reſuſcitaſſet, ordinauit illud ad Dei gloriam publicari. Quod præſentiens Dominicus, ſupplicauit ei nullo modo hoc fieri: alias ſi publicaretur mare tranſiret nunquam amplius eum viſurus. A.C. 1208.

De caſtitate quid dicere oportet: cum virgo ſemper fuerit puriſſimus? Quinimo quidam ſcholaris lubricus, qui continere non poterat, oſculans manum eius cum populo more ſolito prędicaſſet, tantam ſenſit ex manu eius fragrantiam odoris quantam nunquam percepiſſet ex qua talem percepit cum odore gratiam,& vigorem, vt poſtea caſtus & honeſtus efficeretur. Is igitur virtutum perfectione ornatus, magnus profectò vocatur in regno cœlorum.

De dono gratiæ D. Dominico collatæ

§. II.

QVARTVM ad ſecandum, principale glorioſus patriarcha Dominicus vocatur meritò magnus in regno cœlorum .i. gratiarum affluentia. De quo poteſt exponi illud Eccleſ. 43. Species cœli gloria ſtellarum ſuper cœlos ſeptem planetarum eſt octaua ſphæra. ſ. cœlum ſydereum in quo fixa ſunt ſydera, vnde & firmamentum dicitur. Et quemadmodum ſtellæ cœli illius præ multitudine dinumerari non poſſunt, nec gradus gratiæ ſanctorum. Nullus enim ſanctus ita fuit in tāta gratia ſublimatus quin ſemper potuerit in ea creſcere magis qua gratia Deus habitat in ſanctis ſecundum illud Eſa. 66. Cœlum mihi ſedes eſt. i. anima mediante gratia. Et gratia Dei (ait apoſtolus ad Ro. 6.) vita æterna, Ipſa eſt, quæ facit opera noſtra Deo grata,& meritoria vitæ æternæ. Hæc copioſa fuit in Dominico, vt dicere poſſet id Apoſtoli. 1. Cor. 15. Gratia Dei ſum quod ſum,& gratia eius in me vacua non fuit, ſed ſemper in me mane. Gratiæ Dei præſtantia.

Hanc gratiam gratum facientem ſuis meritis & precibus pluribus impetrauit, vt patet exemplum de magiſtro Conrado, qui ſua ſcientiā conductus erat ad legendum Bononiæ: qui cum mūdanis eſſet implicatus, orante pro eo beato Dominico vna nocte mane diei aſſūptionis beatæ Mariæ cantore inchoante hymnum primę ſ. Iam lucis orto ſydere, acceſſit præfatus magiſter Conradus ad pedes beati Dominici in choro exiſtētis,& totus gratiæ vino ebrius, petiit inſtanter habitū & accepit.

Quidam etiam adoleſcētulus nomine Thomas, quem propter ſui puritatem & ſimplicitatem tenerę diligebat ita, vt filius eius diceretur ſeductus à quibuſdam ſociis laicis reuertebatur ad ſæculum. Quod cum patri relatum eſſet, orationi pro eius ſalute ſe dedit, qua ſub to eum reduxit ad viam gratiæ. Nam cum exuto iam habitu religionis camiſiam ſęcularem indueret cœpit clamare fortiter. Iſta me comburit, vt ignis, cito extrahite eam à me, quia totus ardeo. Sicque inter iſta compunctus ad religionem redit,& gratiam.

Innu

A.C. 1208.

Innumeros alios reduxit ad gratiam hæreticos & infideles peccatores. Verum in ſanctis reperitur non ſolum gratia gratum faciens omnibus neceſſaria, ex qua oriuntur cunctæ virtutes, ſed aliquãdo etiam gratia gratisdata, de qua ait Apoſtolus. j. Corin. xij. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem vero Dominus. Alij datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ in eodem ſpiritu, alij fides, alij prophetia, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum, alij diſcretio ſpirituum in eodem ſpiritu. Nouem ponit genera gratiarum, quæ dantur aliquibus ſanctis quandoque, nõ vt habitus permanentes, ſed vt paſſiones tranſeuntes ſecundum Tomam, & ad vtilitatem eccleſiæ dantur, & ad manifeſtandam ſanctitatem alicuius, vt habeatur in reuerentia, & probandum veritatem doctrinæ eius. Has omnes fere reperitur habuiſſe Dominicus.

Gratiæ gratisdatæ nouẽ genera.

Tho. in 1. 2. q. 111. a. 4.

Vbi primo ſciendum quod ſapientia, & ſcientia à propheta Eſaia numerantur inter dona ſpiritus ſancti, ab Apoſtolo inter genera gratiarum: à Philoſopho inter virtutes intellectuales, ſed differenti ratione. Nam dona ſunt inquantum importantia quamdam notitiam à Deo infuſam, Sapiẽtia quoad diuina. Sciẽtia quoad humana agibilia cum quodam guſtu ſuauit, vt illam omnibus poſtponat mũdanis. Gratiæ verò ſunt gratisdatæ, aliquibus, vt ſcilicet quis ſciat & loquatur de diuinis quoad ſapientiam, de humanis & moribus quoad ſcientiam ſuauiter, & efficaciter non ex ſtudio, ſed diuina infuſione, vnde dicitur ſermo ſapientiæ & ſcientiæ ſermo. Virtutes autem ſunt intellectuales, inquantum quis ex exercitio lectionis, & audiendi per rationes humanas cognoſcit ſuperna & diuina quoad ſapientiam, & naturalia quoad ſcientiam. Omni iſto triplici modo beatus Dominicus habuit ſapientiam & ſcientiam, vt de eo dici poſſet, quod dicitur de Helia. Surrexit Helias quaſi ignis, & verbum eius, vt facula ardebat. Nec poterat reſiſti (vt dicitur de Stephano protomartyre) ſpiritui, & ſapientiæ, quæ per os eius loquebatur.

Iſa. 11. 1. Cor. 9. a. Et. c. 3.

Sapientia & Scientia quomodo ſint dona & virtutes & gratiæ gratisdatæ.

Eccle. 48. Acto. 6.

Cum Romæ moniales in omnibus pene monaſteriis viuerent multum diſſolutè & ſæculariter, decreuit Honorius papa reducere omnes ad vnum locum, in quo clauſæ ſimul religioſè viuerent. Hoc autem executioni mandandum commiſit tribus, cardinalibus, & beato Dominico. Qui omnes collegit in eccleſia ſancti Xiſti, facto ibi ſolemni monaſterio cum debita clauſura, normam religioſè viuendi eis tradens, ſub habitu ordinis, & cura fratrum prædicatorum. Licet enim multas inueniret contrarietates, & impedimenta ab ipſis, & cõſanguineis earum hoc recuſantibus, tamen ita ſuauiter & efficaciter loquebatur de diuinis & ſanctis moribus, vt omnes demum acquieſcerent verbis eius.

S. Dominicus vrbis moniales in vnum locũ coniungit. lib. 2. c. 4.

Fides prout eſt gratia gratisdata importat quandam certitudinem mentis de inuiſibilibus, vel talem notitiam, quod efficacibus verbis oſtendit rationes perſuaſibiles fidei. Hanc oſtendebat ſe habere beatus Dominicus, cum & in miſſa ita copioſè flebat, ac ſi Chriſtum videret in altari. Et cum proficiſceretur cum epiſcopo ſuo Didaco in Italiam, quando adhuc iuuenis erat prima nocte, qua declinauerunt ad hoſpitium, hoſpitem ſuum, quem inuenit hæreticum, tam efficaci ratione, quam irrefragabili perſuaſione ad fidem conuertit.

Fides vt gratia gratisdata quid.

Vt vetus propheta multa reuelauit aliis futura, vel occulta, ac ſi præſentia eſſent, vt mortem comitis Montisfortis, & mortem regis Aragonum. Item cum magna ſiccitas eſſet, ita quod circa feſta natalia adhuc non erat ſeminatum propter hoc, & populo prædicaret, ſciens eorum ſuper hoc afflictionem conſolatus eſt, prædicens pluuiam quam citiſſimè de ſcenſuram. Quod ſubitò contigit. Quendam fratrem euntem ad prædicandum occultè, habentem ſecum pecuniam cognoſcens durè redarguit.

Gratia fuit plenus ſanitatum. Nam fratrem Rodulphum procuratorem fratrum febricitãtem ad mortem ſubito oratione ſanitati plenè reſtituit, & mulierem à quartana liberauit in vita exiſtens. Nam poſt mortem variis infirmitatibus occupatos ſoſpites reddidit.

Operatio virtutum dicitur operatio eorum quæ per viam naturæ fieri non poſſunt. Infirmi enim, & ſi per medicinam ſanari poſſint: mortuorum tamen reſuſcitatio nulla naturæ potentia fieri poteſt. Et hac etiam gratia claruit beatus Dominicus. Nam tres mortuos eum clarè conſtat Romæ reſuſcitaſſe, ſcilicet filium viduę paruulum Neapuleonem iuuenem nepotem cardinalis de foſſa noua, & architectum, etiam alios plures reſuſcitatos fuiſſe narrat Vincen. ſpecu. hiſt.

Operatio virtutum quid.

Vin. li. 29. ſpec.

Gratia linguarum non caruit. Nam cum inter faceret cum quibuſdam alienigenis, deuotis, qui ei neceſſaria & ſocio in via miniſtrabant, quorum idioma ignorabat, oratione impetrauit eorum lingua loqui, quod aſſecutus eſt ad conſolandum illos diuinis verbis.

Diuinitus donum linguarum accepit. li. 3. vit. c. 8.

Interpretatio ſermonum ſpectat ad expoſitionem ſcripturarum in locis obſcuris ex Dei infuſione, non per ſtudium humanum. Et hoc nec ſibi defuit. nam & quoſdam libros ſcripturæ poſtillauit, vt euangelium Matthæi & epiſtolas Pauli, quæ opera aliqui fide digni retulerunt ſe vidiſſe.

Interpretatio ſermonum quid ſit.

Ad diſcretionem ſpirituum pertinere videtur inſtigationes, quæ homini ſuggeruntur ſibi vel alijs, ſub ſpecie boni diſcernere, quando verè ex Deo ſunt, vel diabolo. Et hãc gratiam habuit Dominicus cum diabolum in ſpecie iuuenis venientem ad confeſſionem cognouit. Hæc omnia punctuatim tacta in legenda inferius patẽt. Hic ergo magnus vocabitur in gratiarum affluentia.

Diſcretio ſpirituum.

De excellentia doctrinę D. Dominici

Cælum Cryſtallinum quid ſit, vide D. Thom. in 1. p. q. 68. a. 4.

§. III.

HIc magnus vocabitur in regno cælorum id eſt ſcientiarum peritia. Super cœlum ſydereũ, quod dicitur octaua ſphæra, ponitur, à theologis

A.C. 1208

à theologis aliud cœlũ admodũ aquarum congelatarum, vnde dicitur cryſt. de quo Pſ. Aquæ, quæ ſuper cœlo ſunt, laudent nomen Domini. Et hoc ſecundum eos dicitur primum mobile quod mouet alios cœlos, vnde poteſt aptè ſignificare notitiam ſcientiarum. Cognitio enim videtur primum mouens hominem ad opera virtuoſa. Nam vt ait Augu. Inuiſa diligere poſſumus, incognita nequaquam. Obiectum enim mouens voluntatem ad amandum & exequendum eſt bonum cognitum.

Hoc inuit Aug. lib. 10. de Tri. c. 1.

Hic magnus vocabitur in regno cœlorum: ideſt ſcientiarum. Nam in ſtudio generali Valentiæ in Hiſpania, traditus fuit adoleſcens ad artes liberales diſcendas, in quibus ſpatio breuiori profecit ſuprà multos coætanos ſuos doctrinæ, pro qua fuerat miſſus intentus, omiſſis vanitatibus, & laſciuiis, quibus ſe ſolent adoleſcentuli implicare. Talium enim ſcientiarum notitia multum confert ad intellectum ſcripturarum, & hæreticos conuincendos.

Studia generalia vniuerſitates vocat.

Vnde Eugenius 2 papa mandat epiſcopis & aliis quòd cura omnino & diligentia habeatur, vt magiſtri & doctores conſtituantur, qui ſtudia literarum, liberaliumque artium dogmata aſſiduè doceant, quia in his maximè diuina manifeſtantur, & declarantur mandata. dſ. xxxvij de quibuſdam. Et in huius figuram mandauit Deus, vt Iſraelitæ vaſis aureis & argenteis mutuo acceptis ſpoliarent Ægyptum, ad ſignificandum, quod aurum ſapientiæ, & argentum eloquentiæ (quæ reperiuntur in libris gentilium) in vſum noſtræ eruditionis conuertere poſſumus. Verum in his morari non decet, ſed tranſite ad ſapientiam ſcripturarum, & ſacræ theologiæ. Hæc eſt enim ſapientia domina, quæ ędificat domum eccleſiæ & conſcientiæ, cum ſeptem columnis ſeptiformis gratiæ, quæ conuiuium parat refectionis internæ, cuius ancillæ ſunt artes liberales, vt dicitur Prou. ix.

Nõ decet in profanis literis immorari.

Ad hanc totum ſe applicans beatus Dominicus, amore eius noctes penè ducebat inſomnes, vt ſacra eius teſtatur hiſtoria. Indéque hauſit auidè, quod poſteà effudit abundè. Magiſter que factus in ſacra theologia, primuſque magiſter ſacri palatij (quæ poſtea dignitas ordini prædicatorum fuit indulta) legit in curia Romana, & in aliis locis plures libros paginæ ſacræ, diſputans frequenter contra hæreticos, & prædicans & exhortans cunctos fideles, & maximè per ordinem ſuum, cui ſolus colla-

Citatur apud Anſelmum lib. 9. c. 2. ex Synodo habita Romæ in conſiſtorio Lateranenſi à Beato .... In Policarpo lib. 4. tit. 32. eodẽ modo & additur nomen Eugenij. Ex quo etiam citat Iuo par. 2. c. 210. Inuentum vero eſt in Synodo Eugenij Papæ 2. & in Synodo Leonis 4. quarum ſynodorum exempla ſunt in Vaticana Bibliotheca. hoc autem decretũ renouauit ſacroſancta Synodus Tridentina ſeſſ. 5. c. 1. de reforma. quatenus præcipit, vt vtinam ex qua eſt cleri & populi multitudo, vt theologiæ lectio in eis commodè haberi non poſſit, ſaltem magiſtrum habeant ab epiſcopo cum conſilio Capituli eligendum, qui clericos alioſque ſcholares pauperes grammaticam gratis doceat vt deinceps ad ipſa ſacræ ſcripturæ ſtudia annuente Deo tranſire poſſint.

tus eſt titulus prædicatorum.

Nec reperitur religio aliqua (licet quælibet habuerit peritiſſimos viros) cuius fratres ediderint tot libros, & ita morales, & vtiles, ſicut religio prædicatorum. Vnde aptè habuit viſionem rei congruentem quidam doctor, qui cum reſumeret lectionem, quam de mane erat in ſcholis lecturus, aliquantulum dormitans vidit in ſomnis ſeptem ſtellas ſibi præſentari, quæ totum orbem illuminabant. Expergefactus cum hora iam aduenißet legendi, ecce ſeptem fratres cum beato patre Dominico ingrediuntur. Hos ducebat beatus Dominicus ad audiendum, vt plenius inſtructi, veracius docerent. Intellexit doctor illos fratres per illas ſtellas eo numero, & opere deſignari, vnde plurimum eos veneratus eſt affectu. Sed plenius poſſumus per ſeptem ſtellas hos ſeptem notabiles doctores intelligere filios beati Dominici; qui natus viſus eſt cum ſtella in fronte eccleſiam illuſtrante, vt etiam cantat oratio de eo. Primus fuit Beatus Thomas de Aquino ſummus doctor in theologia, cuius doctrina ſufficiens eſſet ad plenam inſtructionem eccleſiæ contra omnes errores. Secunda ſtella beatus Petrus martyr, & inquiſitor hæreticorum, Tertia ſtella Albertus magnus & in phiſophia ſummus. Quarta Hugo primus cardinalis ordinis qui poſtillauit totam bibliã. Quinta Petrus de tarentaſia dictus papa Innocentius quintus, qui ſcripſit ſuper ſententias & epiſtolas Pauli. Sexta Nicolaus magiſter ordinis, cardinalis & poſtea papa Benedictus vnde ɠimus pro ſua ſcientia & bonitate papa creatus. Septima Raimundus compilator decretalium vel ſanctus Vincentius prædicator apoſtolicus. Hi ſua maxima ſapientia totam illuſtrant eccleſiam, hic igitur magnus vocabitur in regno cœlorum, ideſt omnium ſcientiarum.

Septem viri nobiles ordinis Prædicatorum. D. Thom. ſufficit ad confutandos omnes hæreticos.

Super omnes prædictos cælos extat decimum quod dicitur empyreum ab igne perfectiſſimè charitatis, in quo reſidet Deus cum ſanctis in gloria. Et in hoc poſt alios cœlos eccleſiæ militantis, vocabitur beatus Dominicus magnus in regno cœlorum eccleſiæ triumphantis.

Quomodo idem ordo à Domino Ieſu ſuę genitrici Marię ſit cõmẽdatus & magna illius ordinis ab initio inſtitutionis erga B. V. pietas. etiã vide Ca. li. 5. de B. V. ca. 27.

CAP. III.

Sciendum primo, quod beata virgo Maria procurauit ordinẽ prędicatorum, habitum dedit, & ſe protectricem eius oſtendit multipliciter. Mortuo Innocentio & Honorio tertio in pontificatu ſuccedente, beatus Dominicus, poſtquam cum fratribus ſuis decreuerant regulam beati Auguſtini eligere, ſecundum quam profiterentur additis pluribus conſtitutionibus

de.

A.C. 1212. de communi conſenſu aſſumptis, reuerſus ad curiam inſtabat apud Honorium præfatum pro confirmatione ordinis. Romæ igitur nocte quadam orationi incumbens vigilanter vidit ad patris dexteram exurgere filium in ira ſua, vt interficeret omnes peccatores terræ, & Pſal. 108 diſperderet omnes operantes iniquitatem. Stabat autem in æthere aſpectu terribilis & contra mundum in maligno poſitum lanceas tres vibrabat, quarum prima ſuperborum ceruices erectas transfigeret altera cupidorum viſcera effunderet, tertia concupiſcentiis carnis deditos perforaret. Cuius iræ dum nemo poſſet reſiſtere occurrit propitia virgo mater, & pedes amplectens eius rogauit, vt parceret eis, quos redemerat, & iuſtitiam miſericordia temperaret. Ad quam filius. Nonne vides (inquit) quantæ mihi irrogantur iniuriæ. Iuſtitia mea tanta mala non ſuſtinet impunita. Tunc mater. Tu ſcis (ait) qui omnia noſti, quia hæc eſt via, per quam eos ad te reduces. Habeo ſeruum fidelem, quem mittes in mundum vt verba tua annunciet eis, & conuertentur ad te omnium ſaluatorem. Alium quoque habeo ſeruum, quem ei dabo adiutorem, vt ſimiliter operentur. Filius dixit. Ecce placatus ſuſcepi faciem tuam. verumtamen oſtende mihi, quos velis ad tantum officium deſtinare. Tunc Domina noſtra obtulit beatum Dominicum Ieſu Chriſto. Et ait Dominus matri, Benè, & ſtudioſe faciet, quod dixiſti. Obtulit quoque, & ſanctum Franciſcum, quem ſimiliter dominus laudauit. Sanctus ergo Dominicus in viſione conſiderans ſocium diligenter, quem prius non nouerat in craſtinum eum in eccleſia ex iis, qui in nocte viderat, recognouit, & in oſcula, ſancta ruens, & ſinceros amplexus, dixit. Tu es ſocius meus, tu curres pariter mecum. Stemus ſimul, & nullus aduerſarius præualebit. Viſionem etiam narrauit illi. Extunc ergo facti ſunt cor vnum, & anima vna in Domino. Quod etiam in poſteris mandauerunt perpetuo obſeruari. Huius viſionis ſeriem, & cognitionem per ſanctum Franciſcum meruimus accipere, cui eam beatus pater Dominicus ante confirmationem ordinis patefecit. Qua roboratus, certuſque factus ad præfatũ Chriſti vicarium accedens ſeruus Dei Dominicus, iuxta propoſitum, ordinationem conceptam, confirmationem ordinis prædicatorum, & omnium quæ obtinere voluiſſet, opitulante Dei gratia plene per omnia impetrauit.

Non humana induſtria, ſed diuina gratia religiones inſtituuntur. Si quis magnæ huius rei proceſſum curaue rit aduertere admiratione vehementi tenebitur, ſtupens, quod hoc tam humilis extremæ paupertatis, nullo humano fult⁹ auxilio, apud excellentiam apoſtolicam glorioſiſſimumque cardinalium cœtum præualuerit hoc arduum pietatis negotium ſolus tam efficaciter exequi tamque faciliter conſummare. Sed verè non humana induſtria, immo potens Dei ſapientia prout voluit, per humilem ſeruum perfecit hęc omnia, ſicut obtinuit Dei genitricis interceſſio veneranda.

Monach⁹ idē quod D. Dominicus vidit. li. 5. c. 12. Vbi etiam ſciendum, quod ſimilem viſionem habuit quidã monachus, qui infirmatus in ecſtaſi raptus, ſine ſenſu & motu, tribus die-A bus permanſit, & ad ſe reuerſus protunc ex humilitate, quæ viderat in ecſtaſi reticuit, ſed in proceſſu temporis videns fratres ordinis in eccleſia prædicare pauperes, & humiles habitus vocans eos poſtea ad partem interrogans de religione eorum, tunc patefecit eis viſionem habitam in illo raptu, quod ſcilicet viderat Dei genitricem flexis genibus, & iunctis manibus filium deprecantem pro humano genere contra ipſum iratum, vt expectaret ad pœnitentiam. Cumque dediſſet pluries repulſam, eo memorante beneficia collata de miſſione B patriarcharum, prophetarum ſui aduentus, apoſtolorum & martyrum: demum placatus dixit ſe miſſurum prædicatores: ad quorum doctrinam ſi non emendarentur, veniret contra eos.

Ordo prædicatorũ mutis prędictus l. 1. c. 12. Item quidam alius ex mortuis reſurgentes, retulit de virgine deprecante filium turbatum pro humano genere, & deinde placatum promittendo mittere prædicatores. Magnus etiam pater Stephanus Carthuſienſis ordinis magnæ ſanctitatis, prænunciauit ſuis fratribus or C dinem prædicatorum in breui, rogans, vt in magna reuerentia & cordiali affectu eos reciperent. quod & fecerunt. Abbas Ioachim inſtitutor Floriacenſis monaſterij, etiam in ſuis libris & expoſitionibus ſcripturarum prædixit ordinem prædicatorum futurum, mandans ſuis vt cum exurgeret, cum omni reuerentia eos ſuſciperent, & deuotione, quod & fecerunt cum cruce & proceſſione obuiam exeuntes.

Reuelatio facta D. Dominico l. 1. c. 13. Item cum Romæ apud ſanctam Sabinam in eccleſia fratrum more ſolito pernoctaſſet D beatus Dominicus orando, noctis medio cum quietem tenerent fratres, ingreſſus dormitorium in vna eius parte, conſtitit orans, eleuatiſque oculis in partem alteram reſpiciens, vidit tres virgines admirandæ pulchritudinis, quarum media præ aliis incomparabili decoris ſpecie rutilabat, vna ex iis, quæ erant altrinſecus à latere, portabat ſitulam, vas ſplendidum & ornatum, altera vero gradienti reginæ in medio aſperſorium porrigebat. Tranſiens autem regina cum virginibus per dormitorium, E ſingulos fratres ſuis acquieſcẽtes in lectulis aſpergebat, benedicenſque eos crucis ſignaculo conſignabat. Vni autem ex quieſcentibus, hanc gratiã aſperſionis & benedictionis penitus denegauit, vt diſcant poſteri, quam religionis diſciplinam pudicitiæque cuſtodiam vult in nobis etiam dormientibus viſitans nos omni tempore mater miſericordiæ inuenire. Conſiderauit itaque pater almus hoc intuens fratrem illum, inſurgenſque ab oratione proceſſit reginæ obuiam vſque ad medium, vbi lampas dormitorij dependebat, vt ſe proſternens ante F pedes eius ſuppliciter orauit dicens. Obſecro mea domina indica ſeruo tuo, quæ ſis. Hoc licet diceret, tamen eam in ſpiritu cognoſcebat. Eo tempore antiphona, Salue regina, in conuentu fratrum & ſciolum non erat generaliter flexis dicebatur. Reſpondit ſeruo ſuo domina dicens: Ego ſum illa miſericordiæ regina, quã omni ſero deuotis mentibus inuocatis, & cum dicitis. Eia ergo aduocata noſtra, proſterno me

coram

CA. 1221. coram filio meo, deprecans eum pro conſeruatione ordinis iſtius. Tunc ſumpta fidelis ſeruus fiducia quæſiuit inquirens. O domina, qui ſunt quæ comitantur te virgines iſtæ pulcherrimæ? Reſpondens illa dixit. Hæ ſunt Cicilia, & Catharina. Iterum ille. Cur miſericordiæ mater (inquit) tranſeundo illum fratrem præteriſti? Cui, dixit, quia non habuit ſe decenter. Deinde cum fratres reliquos circumiſſet, & aſpergendo ſignaſſet, diſparuit. At vir ſacer ad locum rediit, vbi prius ſteterat ad orandum.

Viſio eiuſdem extra ſe rapti. ibid.

Et ecce repente facta manu Domini ſuper eum, raptus eſt in ſpiritu ante Deum, & vidit Deum ſedentem, & matrem ipſius, quæ ſedebat ad dexteram eius, virginem glorioſam amictam cappa coloris ſapphirini. Aſpiciens autem in circumitu vidit ex omni natione ſpiritualium patrum, qui ex ſacris religionibus Chriſto, & filios & filias ſpirituales genuerunt multitudines innumeras in conſpectu altiſſimi gloriantes. Et cum nullum illic conſpiceret ſuorum filiorum, erubeſcens, compunctus ex intimis amariſſimè flere cœpit. Exterritus ergo à gloria maieſtatis Domini, ſtetit à longe nec audebat vultui gloriæ, & virginis excellentiæ propinquare. Innuit autem ei manu domina, vt ad ſe veniret. At ille tremens & pauens non præſumpſit accedere, quouſque eum ſimiliter vocauit Dominus maieſtatis. Acceſſit itaque homo compunctus, & humilis ſpiritu, & contrito corde, amariſſimis totus perfuſus lachrymis, filij & matris propitiis pedibus deuotiſſimè & humillimè ſe proſtrauit. At conſolator flebilium Dominus gloriæ, dixit ei. Surge. Qui cum ſtaret coram Domino, interrogauit dicens. Cur ſic amariſſimè ploras? Qui ait. Quia in conſpectu tuæ gloriæ omnis religionis homines intueor, de mei verò ordinis filiis hic, proh dolor, nullum aſpicio. Cui dñs. Vis videre ordinem tuũ? At ille. Hoc deſidero dñe. Tunc filius manum ſuã ſub ſcapulari virginis matris ſuæ ponens dixit ad illum. Ordinẽ tuum matri meæ cõmiſi. Et cum hoc pio haberet affectu, ordinẽ ſuum videre deſiderans, dñs iterũ dixit ei. Omnino vis eũ videre? Reſpondit. Hoc affecto mi domine. Et ecce mater virgo domini ſicut placuit filio, cappam decoram qua operiri videbatur, euidenter patefaciens aperuit, & expandens coram lachrymoſo Dominico ſeruo ſuo. (Erátque hoc tantæ capacitatis & immenſitatis veſtimentum, quòd totam cœleſtem patriam amplexando dulciter continebat) ſub hoc ſecuritatis tegumento, in hoc pietatis gremio, vidit ille contemplator ſublimium, & perſpector domini ſecretorum Dominicus, fratrum ſui ordinis innumeram multitudinem, ſingularis protectionis cuſtodia & brachiis amoris peculiaris complexam. Conuerſus eſt ergo luctus eius in gaudium, & lamentũ in iubilum, & exultans ſpiritu proſtratus, gratias egit Domino filio, matríque eius virgini glorioſæ.

Tunc ad ſe reuerſus ad matutinas cũ campana ſignum dedit & fratres continuo ſurrexerunt finitis matutinis conuocatiſque ad capitulum fratribus, prædicauit magnum ſermonẽ & pulchrum: exhortans eos ad amorem virginis matris, quia fuerat conſolationis eius vberibus ſatiatus. Poſt hæc fratrem benedictionis gratia expertem leniter alloquens, ipſum reperit à culpa penitus alienum, ſed tamen dicit, quod ex ſomno expergefactus ſe inuenerat denudatum. O quanta fratribus prædicatoribus indicta eſt neceſſitas diſciplinę, & cuſtodia pudicitiæ, qui etiam ignorantes & nolentes illos miſericordes oculos à nobis auertimus qui clementer aſpiciunt? Quanta ab eis veneratione colenda eſt, quanta virgo excellentiſſima genitrix Chriſti, digniſſima, mater noſtra benigniſſima caritatis laude proſequenda eſt: cui à maieſtate committimur, ſub cuius radiis protegimur, cuius manu benedicimur, cuius gratiæ rore profundimur, cuius interuentu dilatamur: conſolamur & ſaluamur. Hæc eſt quę patrem noſtrum beatum Dominicum, tanquã ſuum ſeruum fideliſſimum filio obtulit, cui ſic frequenter apparuit, dulciter locuta fuit, in extremis morienti abfuit, ipſúmque cum filio in ſcala candidiſſima ſubuectum cum angelis coronauit.

Corripitur diuinitus mulier quod temere Prædicatores contempſiſſet. lib. 6. ca. 6.

§. I.

DOMINA quędam deuota in Lombardia erat ſollitariam agens vitam, & magnę famæ & ſanctitatis. Audiens hæc nouũ ordinẽ prædicatorum ſurrexiſſe, videre aliquos ex eis concupiuit. Contingit autem duos fratres partes illas prædicando tranſire, qui diuertentes ad eam, audita eius ſanctitate, more fratrũ eam verbis ſpiritualibus ſunt allocuti. Cum autem quæſiſſet, qui, & de quo ordine forent, reſpõderunt de prædicatorum ordine nouo. Quę cum vidiſſet eos eſſe pulchros, & in habitu decenti & iuuenes, deſpexit eos, exiſtimans, quod ſic non poſſent in hoc ſæculo nequaquam diſcurrendo permanere illibati. Cui nocte ſequenti beata virgo mater domini noſtri Maria turbata facie adſtans dixit. Ab heri me grauiter oſtendiſti, deſpiciẽs fratres illos iuuenes, qui ad te viſitãdam acceſſerunt. Non credis, quod ego valeam ſeruos meos iuuenes cuſtodire illæſos & honeſtos pro ſalute animarum per mundũ diſcurrentes? Vt autẽ noueris me eos in ſpiritualem curam ſuſcepiſſe & cuſtodiam, ecce oſtendo tibi, quos heri deſpicere præſumpſiſti. Et eleuans pallium ſeu chlamidem, oſtendit illi multitudinem magnam fratrum prædicatorũ & fratres illos iuuenes quos deſpexerat inter eos. Tunc compũcta fratres ordinis ex intimis dilexit, & hæc ipſis per ordinem enarrauit.

Prædicatorum in B. Virginem pietas.

Tanta fuit ad Domini genitricem Mariam fratrum deuotio, tam mira in eam reuerentia, piaque in eius laudis cultu diligentia, tam ſedula atque feruens ad eã oratio, ſanctiq; amoris affectio, tam grandis fideliſque de eius patrocinio confidentia, atque inſatiabilis in eius contemplatione ſuſpenſio quod human⁹ ſermo non valet explicare. Vnde & in cellulis & in habitaculis habebant expreſſas imagines virginis

A.C. 1221 virginis cum filio & crucifixi pendentis in ligno iuxta quod erat mater eius Maria, quorum aſpectus memoria dormitantes excitaret, & exteriorem ſenſum ad vana lubricum ſpirituali robore roboraret.

Vnde in honorem virginis ſtatuit ordo omni ſabbato niſi feſtum, vel quadrageſima fuerit fieri officium totum de beata virgine cum miſſa ſolenni cum ſequentiis in laudem eius, quod nec curia [a] nec religio alia habet in officio ſuo. Et vt inſinuauit per litteras nobilis genere nobilior moribus, & vtriusque iuris peritus prælatus eccleſiæ dictus Guido Fulgodij in minoribus conſtitutus ad papatum poſtea aſſumptus Clemens .4. fratribus ordinis ſcribens ad eorum conſolationem quædam ſua germana matrona valde venerabilis & deuota cum fratres eſſent congregati in capitulo generali in quadam ciuitate, vbi illa erat & in completorio decantarent illam dulcem antiphonam: Salue regina, exiſtens in eccleſia illa, & deuotè orans pro fratrum & ordinis profectu ſpirituali ad quem erat valde affecta, dū fratres cantarent illam partem antiphonæ, Et Ieſum benedictum fructum ventris tui &c. vidit beatiſſimam virginem in capite proceſſionis ſupereleuatam offerentem filium, vt paruulum quem gerebat fratribus ipſis. Et cum inclinarent ad finem antiphonæ ſcilicet, Maria & ipſa inclinando reſalutabat. Et in principio fratres ordinis dicebantur fratres virginis Mariæ, ſed placuit eccleſiæ Dei titulum eis dare fratrum prędicatorū quod autē ipſa dederit habitū fratribus patet in ſeq. c. §. 4. de magiſtro Reginaldo.

a *Romanum breuiarium Tridentini concilij decreto emendatum, hoc etiam ſeruandum ſtatuit, vt extra tempus Aduentus & Quadrageſimæ die ſabbato niſi occurrat feſtum nouem lectionum, vel vigilia, vt quatuor temporum ieiunium, officium fiat de B. virgine, & miſſa de ea ſolemnis celebretur.*

De vita beati Dominici, complectente mortem & miracula eiuſdem, conſcribitur etiam bulla canonizationis ipſius.

CAP. IIII.

BEATVS Dominicus [a] prædicatorum dux & pater inclytus qui appropinquante mundi termino quaſi nouum ſydus emicuit, ex Hiſpaniæ partibus villa quæ dicitur Callagora Oxenienſis diœceſis oriundus fuit, præſidente Romę Alexandro tertio imperante aūt Friderico primo anno ſcilicet dominicæ incarnationis. 1170. Cuius pater vocatus eſt Felix mater Ioanna honeſti ſiquidem parentes, & Deo deuoti habuerunt filios tres qui litteris inſtructi gradum ſacerdotij conſcenderunt. Vnus eorū ſe dedit hoſpitalitati in hoſpitali deſeruiēs & magnis virtutibus clarus: dicit̄ poſt mortē miraculis claruiſſe. Secundus dictus eſt Mannes contemplationi deditus & frater ordinis effectus. Tertius fuit beatus Dominicus.

Huius igitur mater antequam ipſum conciperet vidit in ſomnis ſe geſtare catulum accenſam ore faculam baiulantem, qui egreſſus ex vtero totum mundum incendere videbantur. *Viſio matris eius.* Quo præfigurabatur ex ea prædicatorem eximium naſciturum qui facem igniti eloquij portaret, quo frigeſcentem in multorum, cordibus caritatem vehementius inflammaret & ſedulæ prædicationis latratibus lupos arceret à gregibus, dormientes quoque in peccatis animas virtutum vigilantiam excitaret. Quod & rei poſtmodū probauit euentus. Fuit enim vitiorū mirabilis, obiurgator, hæreſum oppugnator, fidelium diligentiſſimus exhortator. Verba quidem eius ardebant, vt faculæ, quia in ſpiritu venerat, & virtute Heliæ. *Dom. vere catulus ac cēſa faceſ geſtas.*

Natus autem ex piis parentibus, & religioſe nutritus cœpit eſſe puer ingenioſus vt potè qui ſortitus eſt animam bonam. *Luc 1. Sap. 8. Pſal. 10.* A Domino ſiquidem benedictionibus dulcedinis eſt præuentus. Pater eius Felix mater vero Ioanna nūcupata eſt. Horum itaque pio ſtudio priuſquam ſæculare aliquid ei illaberetur animo traditus eſt eccleſiaſtico imbuēdus officio vt ſanctitatis odorem velut teſta recens imbiberet quem poſtmodum antiquitatis perpetuo tenore ſeruaret. In illa ſua puerili ætate cor ei ſenile iā inerat, & ſenſus. Veneranda cāicies ſub tenella facie latitabat. Diuina igitur gratia iā in eo mirabiliter operante cum eſſet adhuc puerulus nondum à nutricis diligentia ſegregatus deprehenſus eſt ſæpè lectulum dimittere quaſi carnis iam delicias abhorreret, & elegit potius ſuper terram accumbere quàm in lectulo corporali quodammodo quiete reſolutus iacere. Extunc autem duxit in conſuetudinem declinare ſtatim mollitiem, & frequētiſſime ſuper terram dormire.

Volens quoque magnum aliquid ex puero preſſius futurorum Deus oſtendere cuidam matronæ qui eum videlicet fonte leuauerat, viſionem huiuſmodi per ſomnium demonſtrauit. *Signum matri ſpirituali de eo datū.* Videbatur ſiquidem illi matri eius ſpirituali puer Dominicus quaſi ſtellam habens in fronte, quæ totam terram ſuo lumine perluſtrabat. Quo dabatur intelligi quod dandus foret in lucem habitantib. ſuper terram, illuminare iis qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent. Ipſe enim quaſi ſtella matutina fulſit in mundo. Viſaq; eſt cum eo noua lux quidam oriri ſeculo, cuius claritas iam diffuſa eſt vbique terrarum. Erat autem hæc matrona nobilis quę viſionis magnitudine ſtupefacta matri eius cū ingenti gaudio, quod viderat, nunciauit. *Luc. 2. Eccl. 50.*

Puerilibus autem annis innocenter tranſcurſis miſſus eſt Valentiam vt ſibi liberalium artium compararet ſtudij exercitatione peritiam. *Mittitur Valentiā ſtudiorū cauſa. c. 1.* Ibi enim tunc temporis generale florebat ſtudium abundans iā multitudine numeroſa ſcholariū q̄ ſtudioſa perfectione doctorū. Cœpit autem ſanctæ puer indolis non ſegniter agere eruditioni cuius gratia miſſus

a *Huius vitæ auctor magna ex parte eſt Theodoricus de Appoldia, quem Surius tom. 4. vita ſanctorum edidit in octo libros diſtinctum ex quibus libris nos capita citauimus toto hoc titulo vbicūq; D. Ant. ex eis aliquid ſumpſiſſe animaduerſimus. Nulla etiam ex Vincentio l. 30. excerpta. De hoc etiā ſcripſerunt Conſtantinus Vrbeuetanus præſul & Ioan. Garzo in li. de viris illuſtribus Prædicatorum Louanii par. 2. Aloyſ. editus.*

A.C. 1212

erat diligenter intendere omiſſiſque friuolis, quibus adoleſcentum ſolet ætas affluere maturioribus ſtudiis ſeſe occupauit. Et vt animum ſuum plenius transferret ad ſapientiam cogitauit à vino abſtinere carnem ſuam, vnde & vinum per decennium non bibebat. Poſt modum autem laſſeſcente ſtomacho, compulſus eſt à bonæ memoriæ Didaco Oxonienſi epiſcopo modico vino vti, quod tamen tam temperatum ſumebat vt vix in eo ſaporis veſtigium remaneret. Vnde factum eſt, vt in liberalium artium eruditione ſupra multos coætaneos ſuos ſpatio breuiori profecerit.

His ergo competenter inſtructus ne huiuſmodi non tam ſcientis quam veræ & ſummæ philoſophiæ præludiis tempus ſalubriori diſciplinæ congruum deperiret ad theologiæ ſe ſtudium totum contulit, cœpitque diuinis inhiare vehementer eloquiis ex quorum mellea dulcedine hauriebat auide quod poſtea effudit abundè. His itaque ſapiétiæ ſalutaris ſtudiis quatuor annis inuigilans tanta diligentia tantaque diſcendi auiditate ſacris litteris inhærebat quod pene noctes ducebat inſomnes. Diuinique verbi ſemina intenta cordis aure ſuſcipiens tanquam terra cœleſti imbre perfuſa non ſolum ſanctarum meditationum ſegetes, ſed etiam operum bonorum fructus vbertimos producebat. Effudit proinde largius intellectum fons ſapientiæ ſuper latitudinem cordis eius. Et quod etiam humanæ peritiæ deerat hoc in eo diuinæ gratiæ illuminatio abundanter ſupplebat, Sanctitatem quoque vitæ ratiocinationum argutiis & ſpiritualem fructum verborum foliis præponebat. Et ſermo eius & prædicatio erat non in doctis

1.Cor.2 humanæ ſapientiæ ſtudiis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis.

Commiſeratio ipſius in egenos. ibidem.

§. I.

FAME perualida in vniuerſis Hiſpaniæ partibus ingruente ſeruus Dei Dominicus adhuc manens Valentiæ cum videret egenorum miſerias neminemque conſolatorem anxio admodum compaſſionis vrgebatur affectu. Ab infantia quippe cum eo creuerat miſeratio quæ aliorum ſibi coaceruans miſerias nullius afflictionis aſpectæ permittebat eum non eſſe participem. Crebris igitur egenorum neceſſitatibus ſtimulatus excogitauit vno ſimul opere & euangelicis obtemperare conſiliis & morientium proximorum ſubuenire miſeriis. Venditiſque libris, quos ſibi admodum neceſſarios habebat & omni ſupellectili acceptum pretium diſperſit dedit pauperibus. Quo exemplo magnos clericos, & diuites, ac magiſtros ad miſericordiæ opera prouocauit. Et ex tunc cœperunt largius eleemoſynas erogare propriæ parcitatis ignauiam ex iuuenis liberalitate penſantes.

Talibus virtutũ floribus in beato viro gratiſſima venuſtate vernantibus cœpit odor ſanctitatis eius circumquaque diffundi. Cumque honeſtatis eius late patens præconium Oxonienſis epiſcopi Didaci attigiſſet auditũ percunctata diligentius veritate atque comperta continuo accerſitum fecit eum in ſua eccleſia canonicum regularẽ, qui ſtatim inter canonicos velut ſingulare iubar emicuit, & de virtute in virtutem mira celeritate progrediens, omnium in ſe prouocauit affectum. A.C. 1211

Mirantur canonici tam ſubitum religionis apicem, & eum (licet inuitum) conſtituunt ſuppriorem. Ipſe autem quaſi lucerna ſuper candelabrum & quaſi ciuitas ſupra montem poſita delectabile cunctis clarumque ſanctitatis ſpectaculum exhibebat. Factus omnibus vitæ ſpeculum religionis exemplum. Erat enim in oratione aſſiduus, caritate præcipuus, compaſſione anxius, & ſibi ſubditis humilitate ſubiectus. Specialem gratiam contulerat ei Deus flendi pro peccatoribus, pro miſeris, & afflictis. Et animarum pereuntium zelo ſucceſſus nec minus deſiderio cœleſtis habitationis affectus crebro in orationibus pernoctabat. Sæpe autem & inter orationes rugiebat à gemitu cordis ſui nec continere ſe poterat quin vox plangentis euidenter eminus audiretur. Frequenter quoque aures diuinæ clementiæ hac ſpeciali petitione pulſabat quatenus cordi eius illam caritatem dignaretur infundere qua proximorum ſalutem poſſet efficacius procurare exemplo eius videlicet qui ſe totũ noſtram contulit in ſalutem. Eius in imo religionis perfectio. c.4. Supprior. 1. pro pro te ſeſe gerens. Matt.5

Sane librum qui collationes patrum inſcribitur ſtudioſe legens, ac vigilanter intelligens ſalutis in eo triminatus ſemitas magnũ perfectionis apicẽ apprehendit. Igitur ſiquidẽ liber de cordis puritate de vitiis, & de omni perfectione, virtutum cuius frequens lectio Christi diſcipulum ad multam cordis puritatem ad contemplationis arcem & totius ſpiritualis diſciplinæ perfectionem gratia opitulante prouexit. Collationũ patrũ li. laudatur.

Vnde epiſcopus Oxonienſis Didacus præfatus perfectionẽ eius attendens multo eum venerabatur affectu & conſilio vtebatur ipſius. De mutua inter Do. & Didac. ſocietate. c.5

Vnde & cum duodecim abbates Ciſterſienſes miſſi fuiſſẽt ab Innocentio papa cum vno apoſtolicæ ſedis legato ad partes Toloſanas ad prædicandum contra hæreticos Albigenſes & veniſſent cum magno apparatu & pompa conuenientibus eis cum aliis prælatis illius regionis de modo tenendo contra hæreticos ad conuincendum eos inter alios aduenit Didacus cum beato Dominico ſocio eius qui conſuluit pompas abiiciendas & ſupellectilem variam remittendam & in paupertate & auſteritate diſcurrendũ vt non ſolũ verbis, ſed exẽplis hæreticos reuincerẽt ꝙ & fecerunt.

Hic Didacus fuit ſanctus vir ceſſionem à papa poſtulauit ſui epiſcopatus vt liberius poſſet prædicare cõtra hæreticos, ſed nõ obtinuit. Ipſe ſuis monitis & exemplis eccleſiã ſuã cathedralem ex canonicis ſæcularibus cum licentia ſedis apoſtolicæ mutauit in canonicos regulares quorum ſupprior primus fuit beatus Dom. ipſeque Didacus pedes diſcurrens ad prædicandum infirmatus requieuit in Domino. Et poſt mortem dicitur miraculis claruiſſe. Eo autẽ defuncto ſocii à prædicatione redierũt ad propria, ſolus autẽ beatus Dñicus remanſit

A.C. 1212. remanſit cum paucis in prædicando & diſputando contra hæreticos annis fere decem antequam ordinem inchoaret.

D. Dominicus virgines monaſterio addicit, ne hæreticis deſeruirent. Ibid. A.C. 1210.

§. II.

ERANT villis locis nobiles quidam, qui egeſtate compulſi filias ſuas tradebant hæreticis nutriendas, quarum perniciosum miſeratus opprobrium beatus Dominicus monaſterium quoddam ad earum ſuſceptionem inſtituit, in loco qui dicitur Prulianum vbi ancillæ Chriſti ſub clauſura perpetua ſub obſeruantiis mirabilibus ſub arcto ſilētio manibus laborantes in puritate conſcientiarum creatori ſuo iucundum exhibebant famulatum. Quæ cum numero & merito creuerint in immenſum odorem ſuum longè lateque diffundentes multas Deo deuotas ad imitationem ſui ſanctam fæminas prouocauerunt ad ſimilia cœnobia conſtruenda.

Cœpit interea de mandato Domini papæ Innocentij crux contra Albigenſes in Francia prædicari, Beatus vero Dominicus vſque ad obitum comitis Montisfortis conſtanter in partibus illis annuncians verbum Dei apoſtolorum non eſt fraudatus gloria: quia dignus eſt habitus pro nomine Ieſu contumeliam pati. Irridebant ſiquidem & multipliciter ſubſannabant hæretici virum ſanctum conſpuentes, & lutum, & huiusmodi vilia proiicientes in eum. Venit quoque poſtmodum aliquis ex illis pœnitentia ductus qui diceret in confeſſione, ſe luti iniectione ipſum ſanctum Dominicum percuſſiſſe, eique à tergo pro deriſu paleas alligaſſe.

De patiētia eius & martyrij deſiderio. cap. 8.

Sed quaſi nec iſta ſufficerent captabant in animam iuſti & mortis ei parabant inſidias intendebāt atroces ſacrilegis linguis minas quas miles Chriſti fidei magnanimitate contemnens necem ſibi minantibus aiebat. Non ſum ego dignus martyrio nondum merui mortem iſtam. Cum autem aliquando pertranſiret locum in quo ſibi paratas ſuſpicabatur inſidias non ſolum intrepidus verumetiā (Iſa. 57.) ſecurus & alacer incedebat exemplum ſecutus eius de quo ſcriptum eſt, Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Audientes autem hoc hæretici, admirantes eius conſtantiā inconcuſſam dixerunt ei. Nunquid non tu mortis horrore concuteris? quid acturus eras, ſi nos te comprehendiſſem? At ille Rogarē vos inquit ne mihi breui compendio mortem celerem inferretis ſed paulatim & ſucceſſiuè membra ſingula mutilantes. Deinde oſtenſis coram meis oculis detruncatis membrorum particulis ipſos etiam oculos eruentes ad vltimum ſemiuiuum laceratumque corpus promitteretis ſic cruentum in ſuo ſanguine volutari: vel prorſus ad libitū necaretis. Ad hæc veritatis aduerſarij ſtupefacti deſtiterunt vltra inſidiari ei, cum ſæuientes in eum ſeruire potius ſibi, & perſequentes obſequi viderentur.

Caritatis quoque perfectione non vacuus beatus Dominicus pro ſalute proximorum animam ponere promptus erat. Exhortatus enim aliquando quemdam dominum impietatis hæreticæ laqueis circumuentum, vt ad matris eccleſiæ rediret ſinum, Cum didiciſſet eum temporalium egeſtate compulſum ab infidelium ſocietate non poſſe diſcedere (nam ipſi victum quem aliunde habere non poterat, miniſtrabant) deliberauit Dei famulus ſemetipſum venundare atque ſui pretio redimere proximum, redemptoris omnium imitatus exemplum. Quod & feciſſet niſi Deus, qui diues eſt in omnibus aliūde prouidiſſet quo miſerabilis illius hominis releuaretur egeſtas.

Dom. ſeſe pro alio vēdedum offert.

Simile quiddam prius feciſſe dignoſcitur, cum adhuc in patria ſua moraretur. Quædam enim mulier conqueſta eſt ei, fratrem ſuum apud Saracenos detineri captiuum. Et ille (vt erat plenus ſpiritu pietatis) intimo compaſſionis affectu ſaucius vendendum ſe obtulit pro redemptione captiui. Sed non permiſit hoc Dominus, cum enim ſibi ad vberiores fructus iuſtitiæ & animarum complurium conuerſionem ſeruabat. Clarificatur enim in hoc pater vt diſcipuli non ſolum fructum, ſed vt fructum plurimum afferant & velut ſerui ſui pecuniam cum multo reportent fœnore vſurarum. Et ideo reuocat aliquando à bonis minoribus quos dotauit donis cœleſtibus ad maiora. Igitur ſeruus Dei Dominicus apud Deum & homines gratia proficiebat & fama. Hæreticos vero torquebat inuidia quibus claritas viri ſancti grauis erat etiam ad videndum. Illis autem ſubſannantibus & de malo theſauro cordis ſui proferentibus mala fidelium circa eum creſcebat deuotio & catholici eum multo venerabantur affectu. Apud magnates etiam archiepiſcopos, & epiſcopos, aliosque in illis partibus eccleſiarum prælatos pro ſui ſanctitate ingenti dignus habebatur honore.

Dominicus Romam proficiſcitur. c. 8. A.C. 1215.

§. III.

A.C. 1215.

POST hoc bonæ memoriæ Fulcone Toleſano epiſcopo proficiſcente Romam ad concilium [a] generale adiunctus eſt ei vir Dei Dominicus qui ab eodem epiſcopo multo fouebatur affectu. Cum quo etiam ſummū pontificem Innocētium adiit atque ordinem qui prædicatorum diceretur, & eſſet confirmari ſibi & ſuis ſequacibus poſtulauit. At ille poſtulationi huiusmodi viſus eſt aliquantulum primitus ſe difficilem exhibere. Quod tamen ſine nutu diuino factum non eſt, vt nimirum ex reuelatione ſequenti vicarius Ieſu Chriſti cognoſceret, quam neceſſarium eſſet vniuerſali eccleſiæ & ei qui præſidebat. Sicut enim à pleriſque fide dignis compertum eſt quadam nocte idem ſummus pontifex Deo, ſibi reuelante, vidit in ſomnis quod Lateranenſis eccleſia quaſi ſuis compagibus reſoluta grauem ſibi minaretur ruinam. Quod cum tremens ſimul ac mœrens aſpiceret ex aduerſo vir Dei Dominicus occurrebat humeris ſuppoſitis totam illam caſuram fabricam ſuſtentabat.

a *Hoc concilium eſt magnum illud & vniuerſale concilium ſub Inno. 3. celebratū. A.C. 1215. de quo ſupra tit. 19. cap. 1.*

A.C. 1218. Cuius quidem viſionis & nouitatem admirans & ſignificationem prudenter intelligens ſine vllo dilationis obſtaculo, & viri Dei commendauit propoſitum, & petitionem hilariter acceptauit, hortans eum, vt ad fratres ſuos rediens, & diligenter deliberans cum eiſdem, pari voto regulam ſibi aliquam approbatam eligerent, ſuper qua inchoandi ordinis promotionem firmaret, & ſic deinde ad ipſum veniens ordinis confirmationem ad libitum reportaret.

B Regreſſus igitur poſt celebrationem concilij ſanctus Dominicus, verbum ſummi pontificis fratribus patefecit. Qui mox inuocato ſpiritu ſancto regulam beati Auguſtini doctoris & prædicatoris egregij, ipſi futuri prædicatores vnanimiter elegerunt, quaſdam ſibi arctioris vitæ conſuetudines aſſumentes. Propoſuerunt autẽ ex tũc, ne prædicationis impediretur officium à ſe terrenas poſſeſſiones abijcere, quod poſtmodum in primo capitulo generali ordinis, quòd cælebratũ fuit Bononiæ anno dñi. 1220. affectu pariter & effectu per conſtitutionẽ perpetuã fuit executioni mandatum. (Ordinis prædicatorum cõfirmatio. l.2. c.1.) C

Defuncto interea papa Innocentio Honorius poſt eum in honorem apoſtolicum ſublimatur, ad quem accedens ſeruus Dei Dominicus quicquid à prædeceſſore eius Innocentio poſtulauerat ad votum pleniſſimè impetrauit anno domini. 1216. (A.C. 1216.)

Cum autem vir Dei Dominicus eſſet Romę & in baſilica ſancti Petri in conſpectu Dei orationem ſuam pro conuerſatione & dilatatione ordinis, quem per ipſum dextera eius propagabat, effunderet: facta manu Domini ſuper eum, glorioſos principes Petrum & Paulum ad ſe ſubito viſione quadam imaginaria venientes aſpexit quorum primus Petrus videlicet baculum, Paulus verò librum tradere videbatur addebantque dicentes. Vade prædica quoniam à Deo ad hoc miniſterium electus es. Moxque in momento temporis videbatur ei, quòd filios ſuos per totum mundum diſperſos aſpiceret incedentes binos & binos & verbum Domini populis prædicantes. (D.D. Pe. & Paul. Dominico apparẽt. ibid.) D

Qua propter Toloſam rediens, vbi iam fratres in eccleſia, quam ſibi Romam eunti ſupradictus Fulco Toloſanus epiſcopus contulerat clauſtrum conſtruxerant, & manebant, conuocatis fratribus inuocatoque ſpiritu ſancto dixit hoc eſſe propoſitum, & fratres omnes (licet admodum paucos) per diuerſas diſpergeret regiones, nec ſe velle de cætero eos ſimul habitare ſciens quod ſemina diſperſa fructificant, congeſta putreſcunt. admirantes autem fratres cur eos diſpergeret, altiori quidem id conſilio agi ignorabant, nemo tamen eius ſententiæ contraire præſumpſit. Voluit autem eos aliquem ſibi ex fratribus eligere in abbatem cuius arbitrio cæteri regerentur ita tamen vt tam ſuper ipſum abbatem, quam ſuper cæteros fratres penes ipſum reſideret authoritas corrigendi. Hoc autem faciebat vir ſanctus diſponens adire terram Saracenorum & eis verbum fidei prædicare. Vnde etiam barbam aliquando nutriebat. (De fratrũ prædicatorum diſperſione & profectu. ca.2.) E

Electus eſt igitur frater Mattheus canonice in abbatem qui primus & nouiſſimus in hoc A ordine appellatus eſt abbas. Placuit namque fratribus poſtmodum inſinuandæ humilitatis gratia vt qui toti præeſſet ordini non abbas, ſed magiſter ordinis diceretur: cæteri vero inferiores prelati priorum vel ſuperiorum vocabulo cẽſerẽtur. Diſperſit igitur Dei nutu fidelis diſpenſator & prudens ſanctus Dominicus fratres ſuos velut quædam ſemina ſalutaria animarum fructus vberrimos productura, & quoſdam quidem in Hiſpaniam, quoſdam verò Pariſios: alios autem Bononiam deſtinauit anno domini. 1216. Illi autem profecti ſalutarem vbique diſſeminabant ſcientiam, magnas ſuſtinentes anguſtias paupertatis, & virtus domini erat ad multiplicandum eos. Ipſe vero Romam domino ducente profectus eſt. (A C. 1218.) (Luc. 12)

Reginaldus Aurelianenſis decanus ordinis prædicatorum inſtitutum arripere deliberat, ibid. cap. 11.

§. IIII.

CVm igitur ibidem moram traheret, contigit magiſtrum Reginaldum, venerabilem ſancti Aniani Aurelianẽſis decanum illuc vſque venire anno domini. 1218. Erat iſte magiſter Reginaldus vir ſcientia præditus, virtutẽ pariter, & opinione præclarus, qui etiam in iure canonico rexerat Pariſiis annis quinque. Hic tale conceperat Deo inſpirante propoſitum vt relictis omnibus quę habebat, prædicationi totus inſiſteret, & hunc ſibi viuendi modum eligere diſponebat. Sed quonam modo id commodius ageret quod mente conceperat, adhuc animo non ſatis occurrerat. Nondum enim ordinem prædicatorum nouerat inſtitutum fuiſſe. Habito autem cum quodam ſedis Apoſtolicæ cardinale familiari colloquio ſuum ei propoſitum reuelauit dicens ſe admodum affectare, ſi quo modo poſſet, huiuſmodi vitæ genus attingere, vt relictis omnibus Chriſtum prædicando per diuerſa loca diſcurreret in voluntaria paupertate. Tunc ille. En (inquit) nouus ordo prædicatorum exoritur, qui ſecundum quod appetis & prędicationis officium, & paupertatem voluntariam profitetur. Magiſter quoque ipſius ordinis in hac Romana vrbe prædicationis inſiſtens officio demoratur. His auditis magiſter Reginaldus continuo beatum Dominicum accerſiri fecit, & illi cordis ſui reuelauit arcanũ. Illectus denique ſanctitatis eius aſpectu, gratioſoque ſalutaris exhortationis affectu ex tũc ordinis ipſius deliberauit ingreſſum. Sed mox ſancti propoſiti exinanitrix aduerſitas, voto eius obiicitur, & idem magiſter Reginaldus graui infirmitate corripitur morboque inualeſcente ſuccumbit propemodum naturæ: mortis etiã reuelantur indicia ſaluteſque à medicis deſperantur remedia. Beatus verò Dominicus ſuſceptę ſobolis intempeſtiua damna non ſuſtinens totum ſe ad orationem contulit, aures diuinę clementię importunis clamoribus interpellans nec vllatenus quietẽ ei præſtans ne ſe tam ſubito nondũ nati, ſed quodãmodo (regere. i. publice docere.) F

ſpe

A.C. 1218.

ſpe concepti filij conſolatione fraudaret, & ſicut poſtmodum in collatione fratribus referebat, obſecrans, vt vel modico tempore ſibi eum concedere dignaretur.

Beata virgo Reginaldo apparet.

Eo igitur in orationibus perſiſtente, apparuit viſibiliter magiſtro Reginaldo vigilāti, & vehementi ardore febrium æſtuanti, beatiſſima Dei genitrix, mundi domina, virgo Maria duabus ſe comitantibus ſpecioſis ſupra modum puellis. Ipſamque reginam ſe clementer alloquentē is, qui patiebatur, audiuit. Pete (inquit) à me quod vis & dabo tibi. Deliberanti verò quid peteret vna ex iis, quæ reginam cœli comitabantur puellis, ſuggeſſit ei, ne quid peteret, niſi quod regina miſericordiæ dignaretur conferre. ſed ſe totum eius committeret voluntati. Poſuitque ſano vſus conſilio in beatiſſimæ Dei matris electionem vt ſecundum beneplacitum ſuum ei daret, quod vellet. Túc illa manum extendens virgineam, ægrotantis oculos, aures, & nares, oſque & manus, & pedes ſalutari quam ſecum tulerat, vnctione perunxit, formulas verborum proprias ad ſingulas vnctiones ſubinferens, quorum verborum ea duntaxat comperi, quę ad renum & pedum protulit vnctionem: Ad renes quidem ait Stringantur renes tui cingulo caſtitatis. Ad pedes autem, Vngo pedes tuos in præparationem Euangelij pacis. Tunc ei habitum ordinis prædicatorum oſtendit. (En inquit) hic eſt habitus ordinis tui. Sicque fœliciter ægrotantis oculis corporalem iſtam ſpeciem ſuæ viſionis abſcondit. Sic curatus à cœli regina Reginaldus, continuo plene conualuit, nimirum quem mater illius perūxerat, qui nouit vnctiones conficere ſanitatis.

Declarat D. Do. ſe à D. virgine ſanatum.

Manè autem facto, veniente ad ſe beato Dominico & qualiter ſe haberet familiariter ſciſcitanti. Sanus (inquit) ſum nimis. Tunc narrauit ei ex ordine viſionem. Aguntur gratiæ, & quidem non indeuotæ (vt arbitror) ſaluatori, qui ſanat, quos percutit, & eis quos vulnerat, ſalutarem adhibet medicinam. Mirantur medici tam ſubitam, & inſperatam ſalutem ignorantes cuius medicinæ fuiſſet exhibitione curatus, qui ſecundum eorum ſententiá fuerat de vita deſperatus. Die autem tertio ſedente beato Dominico cum magiſtro Reginaldo, erat cū eis quidam vir religioſus de ordine Hoſpitalariorum teſtificans, quòd vidit manifeſte beatam virginem venientem, & totum corpus magiſtri Regnaldi manu propria perungentē, Illa verò cœleſtis vnctio ſic carnem viri ſancti magiſtri Reginaldi non ſolum ab æſtu febriū, verumetiam ab ardore concupiſcentię temperauit, quod ſicut ipſe poſtmodum eſt confeſſus, nec paruus in eo motus libidinis pullulauit. Hanc viſionem beatus Dominicus poſt eius tranſitum publicauit. Adiuratus enim ab ipſo fratre Reginaldo fuerat, ne hæc in vita ipſius alicui reuelaret, ſed ſecretum quaſi ſub ſigillo confeſſionis ſeruaret.

Oſe. 6.

Reginald. Prædicatorū inſtitutum profitetur ibid c. 12 & Bo. venit. l. 3 c. 1.

Recepta igitur cœlitus ſanitate frater Reginaldus Deo ſe totum obtulit, & beato Dominico profeſſionis ſe vinculo obligauit. Tádem verò Bononiam adiit, vbi totus prædicationi inſiſtens, totam ciuitatem ſalutari perturbatione commouit, & Chriſto complures animas lucrifecit. Multi etiam per eum prædicatorum ordinem ſunt ingreſſi, & extunc maximè fratrum numerus cœpit augeri.

A.C. 1218.

D. Dominicus in Hiſpaniam profectus eſt. li. 3. cap. 8.

§. V.

POST receptionem magiſtri Reginaldi in ordinem beatus Dominicus in Hiſpaniam profectus eſt anno domini. 1218. vbi duas domos inſtituit, vnam ſcilicet apud Maioricum, quæ modo eſt monialium. Alteram apud Segobiam, quæ domus fratrum Prædicatorum in Hiſpania prima fuit. Cum autem eſſet in Hiſpania in loco qui dicitur Godalfaita: quibuſdam ſibi fratribus ſociatis, tētauit eos ſathanas, vt à beati viri ſocietate diſcederent. Quod virum ſanctum Dominicum non latuit antequam fieret. Apparuit enim per viſum immaniſſimus quidam draco, qui draco fratres illos qui ſecū erāt abſorbere apertis faucibus videbatur. Intelligēs igitur vir ſpiritu Dei plenus fratribus diabolicæ tentationis imminere diſcrimen viſionem eis terribilem propalauit, hortans eos, vt conſtanter reſiſterent tentationi à qua nemo niſi ſpontaneus abſorbetur. Breui autem ſpatio temporis interiecto, fratres illos, quos paulò ante draco abſorbuerat per viſum abſorbuit per effectum. Nam omnes, qui cum beato Dominico eſſe videbantur, exceptis tribus, ſcilicet vno clerico & duobus conuerſis, ſuadente diabolo receſſerūnt. Interrogatus autem vnus ex illis à beato Dominico, an & ipſe vellet abire? Abſit (inquit) pater cariſſime, vt relicto capite ſequar pedes. At verò pater ſanctus erga eos, qui receſſerant non indignatione, ſed compaſſione permotus continuo ad conſuetum orationis refugium ſe conuertit, & quos præceptis retinere non potuit precibus reuocauit. Nam paulo poſt omnes fere diuina gratia redierunt.

Tribus exceptis monachi D. Do. relinquunt.

Poſt hoc veniens Pariſios anno domini. 1219. ibique paulùlum cum fratribus demoratus, qui ibidem anno precedenti domum ſancti Iacobi receperant & iam erant fere triginta Bononiam adiit.

Et tunc inde fratrem Reginaldum ſuperius memoratum non ſine graui deſolatione fratrum, quos receptos Bononiæ paterno conſolabatur affectu Pariſios deſtinauit, vbi verbo & opere Chriſtū prædicans Crucifixum poſt non multos dies obdormiuit in domino & conſummatus in breui, expleuit tempora multa. Sepultus eſt autem in eccleſia ſanctæ Mariæ de campis eo quòd fratres Prædicatores nondum habuerant propriá ſepulturam.

D. Dom. mores præclari. lib. 4. c. 8. mētis æquabilitas. Eccl. 30. Prou. 15. Vultus hilaritas.

Tunc verò vir iſte beatus Dominicus tantæ morum honeſtate pollebat tanto diuini feruoris impetu ferebatur, vt ipſum eſſe vas honoris & gratiæ vas ornatum omni lapide precioſo haud dubie probaretur. Inerat ei firma mētis validę æqualitas niſi cum ad compaſſionē & miſericordiam turbaretur. Et quia cor gaudens exhilarat faciē placidā interioris hominis cōpoſitionē manifeſta oris benignitate, ac vultus hilaritate prodebat. Tátá autē ſeruabat.

A.C. 1218.

in iis,quæ ſecundum Deum rationabiliter fie-A ri concepiſſet, cordis conſtantiam, vt vix aut nunquam ſemel enunciatum cum digna deliberatione ſermonem acquieſceret immutare. Et cum multa in eius facie,ſicut commemoratum eſt,de bono conſcientiæ teſtimonio ſemper eluceret hilaritas, lux tamen vultus eius non cadebat in terram.Denique per hanc omnium ſibi facilè vindicabat amorem ſine difficultate,qui mox,vt eum aſpicerent in eius illabebantur affectibus. Vbicunque verſaretur, B ſiue in via cum ſociis,aut in domo cum hoſpite,aut reliqua familia, aut inter magnates & principes,& prælatos ſemper ædificatoriis affluebat ſermonibus,abundabat exemplis, quibus ad amorem Chriſti ſæculive contemptum audientium animus flecteretur. Vbique virum euangelicum verbo ſe exhibebat,& opere.

Amorem omnium ſibi conciliabat.

Qualis eſſet eius inter homines côuerſatio. c. 9.

Tempore diurno cũ fratribus ſociiſve nemo cômunior, nemo iucundior: Nocturnis horis nemo vigiliis & obſecrationibus per omnem modum inſtantior. Ad veſperum demorabatur ei fletus,& ad matutinum lætitia. Diem impartiebatur proximis,noctem Deo,ſciens quòd in C die mandauit miſericordiã ſuam,& nocte canticum eius. Flebat autem vberrimè atque creberrimè,& fuerunt ei lachrymæ ſuæ panes die ac nocte. Die quidem tunc magis cum miſſarum crebra & quotidiana celebraret,nocte verò cùm ſuper omnes inſatiabilibus excubaret vigiliis. Erat ei pernoctandi in eccleſiis creberrima conſuetudo, vſque adeo, vt vix aut raro certum ad quieſcendũ locũ habere videretur. D

Pſal. 29.

Pſal. 41.

Ibid.

Orabat igitur noctibus, & perſeuerabat vigilans,quantũ à fragilitate corporis extorquere potuiſſet. Et cùm tandem laſſitudine ſuccedente,& lenteſcente ſpiritũ ſomni interpellaret neceſſitas,ſiue ante altare,ſiue alio quocunque in loco,aut certè ſuper lapidem inſtar patriarchæ Iacob capite reclinato paululum requieſcens,rurſus euigilabat ad ſpiritus orationiſq; feruorem. Tres ſingulis noctibus recipiebat manu ſua propria de quadam catena ferrea diſciplinas,vnam pro ſe, aliam pro peccatoribus qui verſantur in mundo,tertiam verò, pro iis qui in purgatorio cruciantur. Omnes homines largo accipiebat caritatis ſinu. Et E cum omnes diligeret, ab omnibus amabatur. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus ſibi proprium vendicabat,affluens pietate ſe totum in proximorum curam, atque miſerorum compaſſionem effundens. Hoc etiam cunctis faciebat gratiſſimum, quòd ſimplici gradiens via,nullum vnquam verbo vel opere duplicitatis, aut fictionis prætendebat veſtigium.

Gen. 28.

Seipſum catena cædebat.

Rom. 12.

Illius candor & ſimplicitas.

Paupertas li. 3. c. 13.

Verus erat paupertatis amator,vilibus vtens veſtimentis,& in cibo ſimul & potu modum temperatiſſimum obſeruabat. Delicata vitans, & libenter ſimplici pulmento contentus. Habens firmum ſuæ carnis imperium, & vtens vino ſic temperatè lymphato,vt neceſſitati ſatisfaciens corporali, nunquam ſubtilem eius ac tenuem ſpiritum hebetaret. Retulit quoque frater Stephanus Metenſis, quod vir Dei Dominicus per totam vnam quadrageſimam apud Carcaſſonam non comedit aut bibit, niſi panem & aquam,neque lectum intrauit. Adueniente autem paſcha & fortiorem,ſe eſſe dicebat pulchriorque & pinguior apparebat.

A.C. 1218.

Dæmon D. Dominicum in oratione perturbare nititur. li. 3. c. 12.

§. VI.

IN eo vtique impletum eſt quod dicit Chriſtus apoſtolis Luc. ix. Dedi vobis poteſtatẽ ſuper omnem virtutẽ inimici,& nil vobis nocebit. Nocte quadam ſanctum Dominicum in oratione ante altare proſtratum, diabolus reuocare coactus,detecto eccleſiæ magnum lapidem proiecit,tanto ſonitu,vt per totam eccleſiam reſonaret,venítque tam prope ſacro capiti iactus lapidis,vt capitium contingeret. Cum ſanctus maneret immobilis, inimicus eiulans terribili voce confuſus abſceſſit. Qui cum eum terrere non poſſet, illudere attentauit. Vnde poſt completorium oranti Dæmon in ſpecie fratris orantis,ante quoddam altare apparuit. Quem ſanctus fratrem exiſtimans, manu innuit,vt ad quietem iret. Tunc ille inclinans caput,diſceſſit. Poſtea monuit pater ſanctus, ne quis poſt vltimum ſignum in eccleſia remaneret,nihilominus tamen falſus ille, & fictus frater,ſicut primo orationem ſimulans, ſic ſecundo fecit,& tertio. Tunc accedens ad eum pater ſanctus dixit. Quanta eſt inobedientia in hoc,quod toties prohibui, te tertio reprehendi. Tunc cachinnans ille nequiſſimus. Modo (inquit) ſilentium te frangere feci. Noli (ait ſanctus) miſer lætari in eo,quod tibi non proderit. Ego ſum ſuper ſilentium diſpenſator, & loqui poteſto,cum mihi videbitur expedire.

Dæmon reprehendit D. Dominicum, ſed fruſtra.

Occulto & iucundo iudicio ſuo inſidiatoris nequiſſimi verſutias electis ſuis Deus prouidet,& ordinat ad meritum, & ſalutem. Etenim ſanctus Dominicus vidit quadam nocte accuſatorem fratrum,quaſi ferreis manibus tenentem ſchedulam,& ad lumen lampadis hãc legentem. A quo dũ vir ſanctus quæreret, quid legeret,reſpondit. Peccata fratrum tuorum lego. Præcepit ergo pater ſanctus, vt ſchedulam dimitteret. Quam in nomine Chriſti coactus dimiſit. In qua pater quædam reperit, ſuper quibus filios emendauit. Ecce quomodo in inſidiis ſuis inimicus capitur,& iuſti de anguſtiis liberãtur.

Dæmon fratrum peccata annotat.

Prou. 11.

Cum idem ſanctus ciuitatem, quam dilexit anima ſua, quærendo circumiret, & vigilans muros Hieruſalem cuſtodiret,inuenit eum qui circumiens quærit, quem deuoret, tanquam leonem rugientem omnia loca monaſterij peruagantem,& dixit ei. Cur hic circumis ſæua F beſtia. Reſpondit: Propter lucrum, quod inde recipio. Dixit ei ſanctus. Quid lucraris in dormitorio? Reſpõdit. Somnum neceſſarium eripiens,quietem impedio, lentéque ſurgere faciens,pigritiam ingero,ſicque ab officio remanere diuino perſuadeo. Inſuper cum permittor carnis ſtimulos,& illuſiones immitto. Traxitq; eum ſanctus ad chorũ, & ait: Quid in tam ſacro loco lucraris? Reſpõdit. Facio tardè venire,cito exire, ſeipſũ obliuiſci. De refectorio quoque

Cant. 5.

1. Pet. 5.

Dæmon vbique religioſis inſidiatur.

A.C. 1218.

que interrogatus, reſpōdit. Quis nō pl⁹ quis nō minus. Hinc ad locutorium ductus, reſpondit cachinnans. Hic eſt locus totus meus, huc veniunt riſus, hic narrantur rumores, & verba proferuntur in ventum. Cúmque à ſancto traheretur ad capitulum cœpit locum exhorrendo fugere, dicens, Iſte locus mihi infernus eſt: nam quod alibi lucratus fuero, hic perdo. Etenim hic monentur, hic confitentur, hic accuſantur hic verberantur, hic abſoluuntur, idcirco hunc locum cæteris plus abhorreo, & deteſtor. Sic coactus à ſancto virtute altiſſimi malitiæ ſuæ fraudes detexit inuitus vt videāt iuſti ipſumque irrideant, & ſibi à laqueis B caueant, ne irretiti capiantur, & teneantur in ipſis.

In ventum id eſt vana.

Dæmō in ſpecie paſſeris monialibus illudit: ſed à viro Dei egregiè tractatur. l.3.c.7. ſeruitiales ſunt moniales ancillarū ſeruitio nō choro deputatæ, hanc verò Maximillā auctor vocat.

Item cum vir ſanctus, Romæ in ſancti Xiſti eccleſia monialibus prædicaret, diabolus in ſpecie paſſeris apparuit circa capita monialium, ad impediendum eas ab attentione verbi Dei, quem cum cognouiſſet vir Dei mandauit vni ex ſeruitialibus, vt caperet ipſum paſſerem, & ſibi afferret. Quod cum factum fuiſſet, beatus vir totum deplumauit: di C cens, Inimice Dei, cur impedis verbum Dei? Eumque eiulantem propter augmentum cruciatus proiecit in terram dicens, Vade inimice Dei, vola nunc, ſi potes: ſtrepitum magnum facies, ſed damnum inferre non poteris. Itaque per feneſtram ingreſſus, aſcendit vas æreum, quod ante altare beatæ virginis Mariæ in catenulis dependebat, in quo erat lāpas accenſa oleo plena, magnoque impetu catenulas concutiens ipſum euertit. Lampas verò de vaſe egreſſa eſt, nec læſa nec extincta, & in aere verſata ſtetit. Leuantes in altum ſorores ocu D los viderunt lampadem in aere, ſine ſuſtentaculo mirabiliter ſubſiſtere, nec vna gutta olei de ea effuſa eſt. Ille autem diſparuit.

Bononiæ autem cum quadam nocte vigilaret ad lumen candelæ aliqua legens, apparuit coram eo inimicus in forma ſimiæ geſtuans ad ſimilitudinem actuum eius. Tūc beatus Dominicus candelam illam iuſſit illi manu tenere, Dumque circa finem eſſet conſumptionis eius, voluit eam excutere, ſed mandauit beatus vir firmiter illam tenere vſque ad vltimam conſumptionem. Ignìſque flamma E comburente manum eius cœpit eiulare. At beatus pater baculo ſuo percutiens, abire permiſit.

Queſtum m. i. ſtipem.

monach⁹ ſine licētia bibēs à dæmone arripitur. Rumores i. ſtrepit⁹.

Item cum Bononiæ quidam conuerſus in die quæſtū panis per ciuitatem feciſſet ex labore que ſitiens ſine licentia, & non præmiſſo ſigno crucis bibiſſet, reuerſum ad conuentum nocte ſequenti diabolus terribiliter cœpit eum vexare in eccleſia, & rumores facere. Ad quem fratres qui erant per eccleſiam orantes permoti accedentes orabant pro eo, adiurabant dæmonem, vt exiret, aquam benedictam aſpergebant ſuper eum, & cum traheretur obſeſſus per eccleſiam à diabolo, vix plures fratres ſimul ſufficiebant ad tenendum eum. Demum vocatus beatus Dominicus, ad hoc acceſſit, qui præcepit dæmoni, vt cauſam exprimeret ſuæ vexationis in fratrem illum. Qui reſpondit, quia benè meruit. Nam heri bibit A in tali loco ſine licentia, & ſine a crucis ſignaculo. Vnde in bibione, qui erat in vino, quod bibit in eum intrauit. Orante autem eo, cum iam pulſaretur ad matutinum, dixit diabolus. Ex quo caputiati ſurgunt ad laudandum Deum, non poſſum hic amplius permanere, & recedente, ab ipſo liberatus fuit.

Dæmones mirabiliter expelluntur.

Aſſerente venerabili domino cardinale Rainerio, accidit quodamdie obſeſſum à multis dæmoniis hominem viro Dei Dominico in eccleſia præſentari. Qui accepta ſtola ad collum ſuum cinxit, deinde eadem collum obſeſſi circundedit, mandans, vt de cætero nō B vexarent. Dæmones verò in obſeſſi corpore cœperunt fortiter torqueri, vnde exclamantes dicebant.

s. martyres pro dæmonibus fideiuſſores.

Permitte nos exire, quare nos hic cruciari compellis? At ille. Non dimitto vos, inquit, niſi mihi fideiuſſores dederitis, quòd huc vltra nequaquam decætero redeatis. Quos, inquiūt fideiuſſores tibi dare poſſemus. Et ille. Sanctos martyres, qui in hac eccleſia quieſcunt. At illi. Non poſſumus, quia merita noſtra con C tradicunt. Et ſanctus. Oportet vos dare, alioquin nequaquam liberos vos à cruciatu dimittam. Tunc daturos ſe operam inquantum poſſent, promiſerunt. Et interiecto modico interuallo. Ecce (inquit) impetrauimus, licet immeriti, quòd ſancti martyres fideiuſſerunt. Quod ſignum (inquit vir ſanctus) mihi datis quòd hoc verum ſit? Eatis dixerunt ad capſam vbi repoſita ſunt capita eorum, & eam inuenietis inuerſam. Mira res diuinis prorſus adſcribēda prodigiis, quæſitum eſt, & ita inuentum ſicut illi dixerunt, & licentiati hominem dimi D ſerunt.

Frater à Dæmone vexatur & curatur. l.4.c.2.

Item cum quidam frater Bononiæ ad ſeruiendum infirmis eſſet deputatus, reliquias carnium ſine licentia comedebat. Quod cum ſero vnius diei feciſſet, arreptus à diabolo cœpit terribiliter clamare. Accurrentibus fratribus pius pater aduenit, compatienſque patienti arguebat dæmonem, quod corpus fratris ſui inuaſiſſet. Dixitque diabolus. Intraui in eum, quia meruit, comedendo carnes infirmorum. Et ſanctus ait. Ego abſoluo eum ab hoc peccato, & tibi præcipio in nomine Ieſu E Chriſti, vt exeas. Qui ſtatim liberatus eſt.

mulier itē quæ liberata rurſus inuaditur.

Aliud quoque tanto certius contigiſſe conſtat, quanto per eam, circa quam geſtum eſt, ad plurimorum peruenit notitiam. Hæc mulier multo tempore mundo dedita, carnis illecebris vacabat, ſed culpa tandem pœna non caruit, Nam hanc malignus ſpiritus, per interualla temporum grauiter vexare cœpit. Erat autem vicina eccleſiæ, in qua tunc temporis fratres prædicatores Florentiæ, morabantur.

F Quo adueniens pius pater Dominicus, ipſam prius exhortando ad pœnitentiam perduxit. Poſt modum etiam vexationi eius compatiens, ſuis orationibus, vt ab ea malignus ſpiritus recederet, impetrauit. Ita vt, quæ inter-

a *Virtus ſigni crucis ad dæmones expellendos hic demōſtratur. Similem penè hiſtoriam ex D. Gr. lib. 1. Dial. cap. 4. habes ſup. tit. 12. cap. 9. §. 2.*

A. C. 1220.

polatis diebus quietem modicam habere non poterat, vltra annum, vexationis ſolitæ moleſtiam non ſentiret. Verum & vexatione carnis libera, vexari ſe deterius in animo deprehendit, & medicina corporis facta eſt ſibi morbus mentis, tantóque negligentius cœpit in Dei ſeruitio tepeſcere, quanto à carnis illecebra tediuinis tentationibus traheretur. Quod vbi viro Dei illac tranſeunti expoſuit, illeque beneficium præſtitum in ruinæ ſcandalum verſum vidit blandè eam, an reduci vellet, ad ſtatum priſtinum requiſiuit.

Quæ cum volũtati Dei, ſueq; diſcretioni committeret: Rogo (inquit) filia, vt tibi fiat, quod magis ſaluti tuæ viderit Deus expedire. Vnde factum eſt, vt non poſt multos dies malignus ſpiritus ſuper corpus ancillæ poteſtatem acciperet, vt ſpiritus eius ſaluus fieret. Et vexatio, quæ prius pœna culpæ fuerat poſtmodum fieret conſolationis remedium & cumulus meritorum. Poſtmodum hæc mulier ſoror de pœnitentia fuit, & deuota.

Cleric⁹ ordinẽ, quẽ perſequebatur ingreditur. Similem huic hiſtoriã habet vit l. 2. ca. 12. de magiſtro Salmanticẽſi.

Cùm autem quidam ſacerdos, ſæcularis clericus, in illa parochiali Eccleſia Florentiæ, quæ data fuerat fratribus Prædicatoribus primo pro conuentu, multum propter hoc ordinem perſequeretur, & multas iniurias inferret iſti ſorori: ea, vt ordini deuota conqueſta eſt ſuper his apud beatum Patrem, qui conſolatus eſt dicens. Patienter age filia, quia iſte ſacerdos qui ita te & ordinẽ perſequitur, adhuc & cito bonus frater ordinis erit, & multos labores in ordine ſubſtinebit. Quod tótum, vt prædixit, ſecutum eſt.

Dæmõ in ſpecie iuuenis peccata confitetur.

Cùm beatus Dominicus eſſet Bononiæ, diabolus in forma iuuenis laſciui acceſſit ad conuentum Prædicatorum, & petiit ſibi à ſacriſta dari vnum confeſſorem. Et adducti ſunt ſucceſſiuè quinque fratres confeſſores. Et hæc erat cauſa, quia ita affecit, & inflammauit primum confeſſorem ex ſuis verbis turpibus, quòd ſurrexit ab auditione confeſſionis, & non fuit audire vſque in finem illas abominationes. Similiter fecit ſecundus, tertius, & quartus. Similiter autem recedebant, nec cauſam dicebant, ne confeſſionem reuelarent. Quia ex parte eorum confeſſio ſacramentalis erat cum crederent hominem eſſe, ſed non ex parte diaboli. Tunc ſacriſta acceſſiuit beatum Dominicum conquerens coram eo, quòd quinque fratres non potuerunt vnum peccatorem audire, ſubdens, Scandalum magnum, Fratres prædicant pœnitentiam, & nolunt peccatoribus pœnitentiam imponere.

Tunc beatus Dominicus recedens à lectione, oratione, & contemplatione, acceſſit ad eum in Eccleſiam, & vt vidit cognouit eum, ipſique dixit. Cur maligne ſpiritus ſub hac pietate tentas ſeruos Dei? Et duriſſimè increpauit eum. Qui euaneſcens eccleſiam dimiſit fœtidam odore ſulphuris. Placatuſq; eſt exinde ſacriſta contra confeſſores illos indignatus.

Mortui à beato Dominico ſuſcitati. lib. 2. c. 3.

§. VII.

DE mortuis reſuſcitatis à beato Dominico tribus in vita Romæ, & ſex poſt mortem in Vngaria. Erat namq; quædam matrona ciuis Romana vidua nomine Guradora, quæ magna deuotione erga beatum Dominicum ferebatur. Hæc habebat filium vnicum paruulum infirmum. Cùm verò die quadam vir Dei in eccleſia ſancti Marci prædicaturus eſſet, matrona hæc deſiderio audiendi verbum Dei ex ore eius, filio relicto, ad prædicationem venit. Qua peraudita, domum reuerſa filium defunctum reperit. Quæ nimirum dolorem, quem de morte filij conceperat, ſilentio premens, de virtute Dei meritiſque ſancti Dominici confidens, aſſumptis ancillis ſuis tulit ſecum mortuum puerum ad Eccleſiam ſancti Xiſti, vbi tunc confeſſor domini cum fratribus morabatur.

Et quia dom⁹ illa tũc ad receptionẽ ſororũ parabatur, alij occaſione artificũ introibant. Ingreſſa autẽ inuenit eum ſtantem ante oſtiũ capituli, quaſi aliquem expectaret. Quo viſo, miſit mortuum ad pedes eius, & proſtrata coram eo cœpit rogare cum lachrymis, vt ſibi redderet filium ſuum ſaluum. Tunc miſericors Dominicus, mœrentis dolori vehementius compatiens, ſeceſſit ab ea paululum, & proſtratus oratione breui completa ſurrexit, & acceſſit ad mortuum, crucis ſignum faciens ſuper ipſum. Deinde iniiciens manum defuncti eleuauit eum, & viuentem ſanum, & incolumẽ reddidit matri ſuæ, præcipiens ei, vt hoc nulli penitus reuelaret.

Illa autem cum ingenti gaudio regreſſa, beneficium Dei, quod in filio à morte ſuſcitato cõſecuta fuerat, iucunda & glorians in domino iudicauit, vt etiam ad aures ſummi pontificis peruenirer. Qui exultans in donis altiſſimi, & congratulans de his mirabilibus ſuis temporibus patefactis, decreuerat hoc populo prædicandum. At verò humilitatis cultor Dominicus obſtitit, conteſtans, ſi hoc fieret, quòd mare tranſiret, nec vltra in illis partibus compareret.

Aliũ mortuum aduitam reuocat. ibid.

In eodem loco dum fratres ædificando laborant, architectum quemdam conductum in quadam crypta moles deſuper reſoluta contriuit, & diu iacentem ſub tanto pondere extinxit. Concurrunt fratres ad miſerabilis caſus euentum, tam diri vulneris mortifera nouitate triſtes vehementer effecti. At pius pater, & miſericors Dominicus inopinatæ mortis periculo ex intimis viſceribus compatiens, & filiorum mœrentium deſolationem non ſuſtinens, defuncti corpus de cauerna adductum ad ſe deferri iuſſit, orationumque ſuffragio ſtatim vitæ ſimul, & ſanitati reſtituit, gaudiũque reddidit filiis deſolatis.

Vt Neapuleonem iuuenẽ excitarit. ibid. c. 6.

Cùm vir ſanctiſſimus apud ſanctum Xiſtum cum domino [a] Vgolino Oſtienſi (qui poſtea fuit ſummus pontifex) & Domino Stephano de foſſa noua Cardinale ſancti Angeli, dominóque Nicolao cardinale Tuſculano epiſcopo in medio capituli reſideret, dominaque abbatiſſa cum monialibus adſtaret, vt

[a] *Hic in pontificatu, quem ſanctiſſi[me] geſſit, dictus eſt Gregorius nonus de quo ſup. tit. 19. c. p. 4. ante §. 1.*

hoc

A. C. 1220.

hoc opus à domino geſtum ſecuturum mox miraculum declararet. Ecce vir quidam eiulans,& ſibi capillos extrahens voce horribili lamentabiliter exclamauit. Heu, Heu. Exterritis omnib. & requirentib. quid haberet, reſpondit. Nepos domini Stephani de equo cecidit & mortuus eſt. Erat autem nomen iuuenis Napuleon. Hac inopinata auditione, & miſerabili, dominus Stephanus cardinalis, patruus eius attonitus & anguſtiatus ſe ſuper beatum Dominicum reclinauit. Alij verò excipientes ſuſtulerunt eum. Surgensque ſanctus aqua benedicta in nomine domini aſpergit eum. Tunc vir Dei egreſſus ibat, vbi corpus defuncti iacebat miſeranda confuſione nimis diſſipatum & horribiliter deturpatum. Præcepit ergo illud in quãdã domum reportatum claudi, fratri verò Tancredo, & alias, qui ſecum erant dixit, vt ſibi pro miſſa celebranda altare præpararent. Ibant ergo cardinales cum iis, qui eis aderant, & abbatiſſa cum ſanctis monialibus ſuis ad locum, vbi ſacerdos beatus Dominicus ſalutarem hoſtiam immolabat.

D. dominicus nullæ ſacrificiũ offert.

Qui altari ſacro cum ſumma adſiſtens, vt ſolebat, reuerentia, immenſo profuſus eſt lachrymarum imbre. Cum ergo corpus domini Ieſu tenens puriſſimis manibus eleuaſſet in altum, cunctis qui affuerunt videntibus, & ſtupentibus, ipſe pariter à terra in altitudinem cubiti vnius eleuatus eſt, corpus terrenum & graue, deuotionis & gratiæ ſpiritu ſurſum diuinitus attollente. Oblationis itaque ſalutari officio deuotiſſimè terminato, pater beatiſſimus ad corpus defuncti domini miſericordiam inuocaturus acceſſit. Sequebantur & cardinales cum famulis ſuis, necnon domina Abbatiſſa cum ſanctimonialibus ſuis cum mœrore & fiducia, quid facturus eſſet dominus pro gloria nominis ſui penitus ignorantes. Stans autem vir piiſſimus ad corpus exanime: caput & cætera membra conquaſſata ex caſu, pedes quoque manu ſua ſanctiſſima tetigit, ordinatè & dulciter componendo.

In hunc modum cum ſecundo feciſſet, ac tertio, vultum quoque dilaceratione deformatum, aliaque membra locis ſuis coaptaſſet, ſurgens ab oratione fecit ſignum crucis ſuper eum. Tunc ſtans ad caput mortui eleuatis manibus in cœlum virtute diuina eleuatus eſt ipſe à terra ſuper altitudinem cubiti ſuſpenſus in aere, & magna voce clamauit. O adoleſcens Napuleon in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti tibi dico ſurge. Et ſtatim videntibus cunctis, qui ad tam grande ſpectaculum confluxerant, ſanus & incolumis ſurrexit & dixit ſuſcitatori ſuo. Pater, da mihi manducare. Et vir pius dedit ei cibum, & potum, & ſanum & hilarem, nullumque læſionis ſignum, habentem reddidit ipſum ſuo patruo domino Stephano cardinali. Iacuerat autem mortuus à mane vſque ad horam nonam ſuſcitatus verò eſt vt opinior. 16. kal. Martij in die martyris Valentini.

Narrat quoque Vin. in ſpecu. hiſto. lib. penultimo, & idem habetur in lectionario chori. Idem refertur in quodam libello compoſito

A. C. 1221.

A ex pluribus legendis de vita beati Dominici poſt mortẽ eius ſex mortuos reſuſcitatos præcipuè in Vngaria, meritis & ad inuocationem eius. Et in primis in quadam regione Vngariæ vir quidam nobilis cum vxore ſua deuotionis cauſa ad reliquias beati Dominici, quæ in conuentu fratrum habebantur acceſſit, cuius filius quem ſecum duxerat paruulus infirmatus, ibidem ad extremum vitæ moriendo peruenit, quem pater mærens ad eccleſiã deferens, & coram altari beati Dominici collocans voce flebili lamentari cœpit & dicere. Beate Dominice lætus veni ad te, en triſtis redeo. Cum filio veni, en orbatus recedo. Redde mihi lætitiam cordis mei. Cúmque ſic lugens vſque ad mediam noctem perſeueranter maneret, circa mediũm noctis puer reuixit, lac ſuxit, & per eccleſiam ambulauit, Sicque ad domum propriam incolumis eſt reportatus.

Nobilis filiũ in Hungaria ad vitã reuocat.

Vir quidam de caſtro Sunnich, orbatus filio Thoma nomine iam defuncto, ſuperueniente nocte circa corpus eius, plorans & eiulans reſidebat. Socio tandem, qui ſecum aderat, ad quieſcendum pergente, cũ remanſiſſet, ſolus accenſo lumine circa caput adoleſcentis filij defuncti ſe collocans, habenas lachrymarum laxauit, beatum Dominicum, vt patri redderet filium, inceſſanter votis & vocibus interpellans. Factum eſt igitur, vt circa gallorum cantum, qui mortuus fuerat, ſe moueret, & apertis oculis patri dixit. Quid eſt pater, quòd ſic habes faciem madefactam? Cui ille, Lachrymæ ſunt, fili patris tui, quia tu mortuus fueras, & ego ſolus remanſeram omni gaudio deſtitutus. At ille. Multum (inquit) fili mi pater, Sed beatus Dominicus deſolationi tuæ cõpatiens, vt tibi viuus redderer ſuis meritis impetrauit.

Itẽ filium pueru vitæ reſtituit.

Itẽ alium

Crebreſcente per totam Vngariam virtutum fama, quas per merita beati Dominici ſuper viuos & mortuos manus domini frequentabat, vir quidam ad omnia infidelis prorſus, & incredulus perſiſtebat. Contigit autem eius filium grauiter infirmari, in qua infirmitate deinde ſpiritum exalauit.

Quidam autem ex notis eius, qui venerat ad conſolandum eum, & vigilandum cum eo circa corpus defuncti, dixit ei. Crede beatum Dominicum magni meriti eſſe apud Deum, virtutemque Dei in veritate operari miracula per eum, quæ referuntur, & ipſum inuoca toto corde, forſitan, qui pleroſque mortuos ſuſcitauit & tuum filium reſuſcitabit. Tunc ille compunctus corde ſuper incredulitate præterita, amarè redarguit ſeipſum. Aſſumptaque fiducia per totam noctem ab inuocatione beati Dominici gemitibus & precibus non ceſſauit. prima igitur hora noctis, qui iacebat mortuus mouit manum, & velamen abiecit, quo facies eius inuoluta erat, ac ſurrexit. Tandẽ pater cũ filio ſuſcitati in ſolũ properans, quãta ei Deus fecerat ad honorem ſancti Dominici omnibus publicauit. Tres alios in regione illa ſuſcitauit, quæ ob breuitatem non aliter explico. Vnum in aqua ſuffocatum ſeruum, & duos paruulos.

Sanctorũ inuocatio.

Itẽ alium.

Bea-

A.C. 1221.

Beatus Dominicus prophetico ſpiritu clarus. lib. 1. cap. 11.

§. VIII.

Officiales curiæ. 1. iudicum cōſeſſus. A morte liberat hæreticum, quem ſciebat cōuertendū.

QVALITER beatus Dominicus ſpiritu prophetiæ clatuit, multiplicirer prædicendo multa futura occulta, & mortes aliquorum. Prædicante aliquando ſeruo Dei Dominico in partibus Toloſanis, contigit quoſdam hæreticos captos, & per eum conuictos cum redire nollent ad fidem catholicam tradi iudicio ſæculari. Cùm eſſet incendio deputati, aſpiciens inter alios quemdam, acſi aliquid in eo diuinæ prædeſtinationis fuiſſet intuitus.

Iſtum (inquit officialibus curiæ) reſeruate, nec aliquo modo cum cæteris comburatur. Conuerſuſque ad eum blandè alloquens. Scio (inquit) fili mi, ſcio, quòd adhuc, licet tardè, bonus eris homo, & ſanctus. Res ſtupenda, & dignæ commendanda memoriæ. Dimiſſus námque per annos ferè viginti in hæretica cæcitate permanſit. Tandem verò Dei gratia illuſtratus, relictis tenebris ad lumen venit. Frater etiam Prædicatorum effectus, in eodē ordine vitam ſuam laudabiliter duxit & fœliciter conſummauit.

Alia D. Dominici prophetia. lib. 3. c. 5.

Præterea dum adhuc fratres apud ſanctum Xiſtum moratentur in vrbe, & ibidem vir Dei Dominicus præſens eſſet, quaſi ſubito facto ſpiritu domini ſuper eum, ad capitulum fratribus conuocatis, palam omnibus nunciauit quatuor fratres ex ipſis in breui, duos videlicet in corpore, duos autem in ſpiritu morituros. Nec mora verbum comitatur effectus. Nam non multò pòſt tempore duo fratres, carnis debitum exoluentes, migrauerunt ad dominum. Duo verò alij ad ſæculum redeuntes ab ordine penitus receſſerunt.

Comitis Montisfortis mortē præuidet. l. 2. c. 2.

Nec ſilendum quoque eſt. qualiter virum Dei occaſus excellentis viri Simonis comitis Montisfortis ſpiritualis amici, & familiaris ſui (qui pro negotiis fidei, quæ ſtrenuè agebat in partibus Toloſanis pridem mortuus eſt) per viſionis myſterium diuina ſibi reuelante virtute non latuit, priuſquam fratres pergeret de Toloſa. Videbat enim in ſomnis, imaginaria quadā viſione, ſed intellectu non vacua, arborem quamdam quantitate proceram ramorum expanſione diffuſam, denſarumque frondium venuſtate pulchram quieſcentem quoque in ramis eius auium multitudinem copioſam. Poſt paululum autem arbor corruit, & omnis ille cœtus auium diſperſus aufugit. Intellexit ſtatim vir diuino Dei ſpiritu repletus comiti Montisfortis, magno videlicet principi, pupillorumque tutori, mortis excidium proximum imminere, ſicut & rei poſtmodum probauit euentus.

Panem & vinum frequenter multiplicauit Dominicus. l. 3. c. 4.

§. IX.

DE multis aliis miraculis in diuerſis generibus rerum. Et primo de pane & vino di-

A uinitus procurato, vel multiplicato. Cum fratres Prædicatores adhuc locum ſancti Xiſti moratentur in vrbe, multamque neceſſariorum, propter ordinem apud homines nondum notum, frequenter paterentur inopiam, contigit die quadam, vt procurator fratrum frater ſcilicet Iacobus de melle, Romanus, panem, quem apponeret fratribus, non haberet. Miſſi verò fratres ꝑ eleemoſyna, cum domos multas more ſolito circumiſſent, panis vix modicum, & valdè modicum reportauerunt. Imminente igitur refectionis hora, ad ſeruum

A.C. 1221.

B Dei Dominicum, qui præſens erat, procurator acceſſit, defectum expoſuit. Ipſe verò exultans ſpiritu alacri benedixit Deum, & quaſi quadam fiducia infuſa ibi deſuper confortatus, id modicum, quod ſibi habebatur, panis per partes diuidi ſuper menſam mandauit. Erant autem in cōuentu tunc temporis fratres circiter quadraginta. Facto igitur ſigno, veniunt fratres ad refectorium, benedictionem menſæ lætis vocibus conſequuntur. Dumque per ordinem

C reſidentes buccellam panis, quam vnuſquiſque coram ſe reperit, cum gaudio frangerent, ecce duo iuuenes eiuſdem habitus, formæque conſimilis refectorium intrauerunt, palliorum ſinus, quæ à collo pendebant, plenos panibus, quales ille piſtor, qui mittebat, conficere ſolet deferentes. Quibus in capite vnius menſæ, iuxta quam vir Dei Dominicus reſidebat, ſilenter oblatis, ita ſubitò diſceſſerunt, vt nullus vnquam de cætero; vel vndè venerint ſcire potuerit, vel quo poſtmodū diuertiſſent. Illis verò prædictis iuuenibus diſcedētib. vir Dei Dominicus manu ad fratres circumquaq; protenſa, Modo (inquit) fratres comedite.

D Quod autem hoc diuinitus, meritiſque ſerui Dei Dominici fuerit procuratum, nemo penitus dubitauit, ſicut complures adhuc ſuperſtites ex illis, qui tunc aderant, fratribus atteſtantur.

Similiter legitur Bononiæ contigiſſe, de pane diuinitus procurato, hoc variato, quia hic duo illi iuuenes Angelici, venientes attulerūt duo caniſtra plena, vnus caniſtrum panis, alter caniſtrum ficuum. Et antè ſingulos apponentes panes & ficus incipientes ab inferioribus, inclinati recedentes non ſunt amplius viſi.

Itē Bononiæ panes cis diuinitus ſubminiſtrātur. l. 3. ca. 11.

E Altera vice Romæ cum in conuentu ſancti Xiſti tunc fratres habitarent, & fratres de manè oſtiatim quæſtuando, non niſi vnum panē ab vna muliercula (ne vacui omnino domum redirent) accepiſſent reuertentes in via obuiauerunt cuidam iuueni, qui cum peteret obnixe eleemoſinam, compaſſione moti illum panem ipſi obtulerunt. Et ad conuentum redeūtes nunciauerunt patri, quod acciderat. Qui læta facie eis dixit. Non contriſtemini, dominus prouidebit ſeruis ſuis. Angelus domini

F fuit, cui panem dediſtis. Dictis igitur oris mādauit beatus pater illud modicū panis, quod in cellario erat, adduci, & benedictionem mēſæ lætis vocibus proſequentibus fratribus incepit, deinde menſas ingreſſis, per particulas paruas diuiſum ſingulis modicum panem ante ſingulos iuſſit apponi. Et iterum atque iterum particulis multiplicatis perſeruitorē mē-

ſæ

A. C. 1221

ſæ illatis,ſaturati ſunt: & adhuc ſuperauerunt fragmenta. A

Cùm autem defeciſſet vinum in vegete,vnde apponeretur fratribus ad bibendum, mandauit beatus pater procuratori,vt hauriret ex vegete,quam tamen intimauerat ei eſſe vacuã pergens nihilominus ad iuſſum viri Dei plenam inuenit.Ex qua hauſtum vinum, propinatumque,fratres ſuauiſſimum inuenerunt.Item cum beatus pater ex Bononia in Galliam proficiſceretur,& in Alpibus ſocius eius præ debilitate ex fame vlterius procedere non valeret, quamuis pius pater hortaretur ad iter proſequendum,vſque ad propinquam villam, B vbi ſe poſſet reficere poſt aliquot paſſus excuſauit ſe ire non poſſe.Vide(ait vir Dei) ad arborem illam (digito oſtendens propinquam loco)& affer,quod ibi inueneris. Quod cum labore accedens,inuenit ibi panẽ niue candidiorem tobalea inuolutum,ipſumque ad beatum Dominicum adduxit.Et ille: Confortare inquit. Cùmque accipiens confortatus eſſet ex pane cœlitus miſſo,dixit beatus pater:Vade & repone reſiduum,vbi inueniſti. Quo facto reuerſus ait frater. Et quis ibi poſuit panem tam pulchrum, tam ſapidum. Cui ſanctus recreatus es,ait,non quæras vlterius,proſequamur iter.Nec credendum eſt ab homine illum ibi poſitum extitiſſe. C

Tobalea i. mantile vel mappa.

Item Romæ poſtquam moniales ex diuerſis locis vrbis ex commiſſione papæ congregaſſet in ſancti Xiſti(vt infra dicetur monaſterio circa centum & ipſi ac fratribus ſuis papa Honorius eccleſiam ſanctæ Sabinæ ad habitandum dediſſet,vbi tunc erat reſidentia papę, vna dierum cum pluribus fratribus acceſſit ad monaſterium præfatum ſancti Xiſti ad prædicandum,& inſtruendum ſorores ad vitam regularem.Et poſt ſanctam exhortationem mandauit afferri vinum ad faciendum in charitate collationem. Quod allatum, cum fuiſſet, mandauit pater ſanctus cyathum eo impleri vſque ad ſummum. Ex quo primo ipſe bibit poſtea fratres,qui cum eo erant, quantum voluerunt ſitim extinguentes.Deinde mandauit cyathum illum per totam vino pleniſſimum monialibus ſingulis porrigi. Ex quo cum omnes bibiſſent,& bene, demum cyathus plenus remanſit vino,ſed nec vna gutta ex eo in terram cecidit:cum tamen per manus multorũ tranſmiſſum fuiſſet. D

inf. §.11.

Vicealtera cum eſſet in itinere cum pluribus ſociis, fratribus nouiter ad ordinem receptis,& deliciis aſſuetis in ſæculo, applicantes ad hoſpitium cauſa recreationis vinum non inuenerunt.At beatus pater compatiens ſociis,vt delicatis,modicum vinum, quod remanſerat in eorum flaſculo, mandauit in vas magnum aqua plenum immitti, factoque ſigno crucis ſuper illud in optimum,& merum vinum eſt conuerſum. E

Flaſculum eſt genus vaſis vinacei.

Aqua mutatur in vinum. ibid. cap.8.

Sitim quomodo ſedaret. lib. 4.cap. 9.

Ipſe autem pro ſe in itinere morem iſtum communiter obſeruabat,vt ſitim ex labore itineris ad aliquem aquæ fontem extingueret, antequam ad hoſpitium declinaret ne forte hoſpites ſcandalizare valeret, ſi ex magna ſiti multum biberet. F

Bona eximiæ ſanctitatis fœmina à D.Dominico curatur.

lib.2.c.14.

§. X.

A. C. 1221.

SOLEBAT vir iſte,pater noſter piiſſimus Dominicus viſitare tribulatos & pauperes conſolari. Erat quippe Romæ in turri iuxta portam Lateranenſem quædam ſolitaria magnæ religionis & ſanctitatis fœmina Bona, veritatem ſui nominis aſſecuta. Hæc infirmitate laborabat grauiſſima. Nã de pectore & mamillis eius ſcaturiebat innumerabilis vermium multitudo. Quam horrendam ægritudinem cum tanta patientia,& gratitudine mulier hæc ſuſtinuit, vt decidentes quandoque vermes recolligeret & in ſuo pectore collocaret. Hanc deuotus Dominicus viſitabat, confeſſionem eius audiebat, & frequenter communicabat.Quam cum die quadam communicaſſet,verbaque ei conſolationis,& ædificationis ſedens ad eius feneſtram loqueretur:inter alia petiuit ab ea, vt ſibi doloris locum horribilem demonſtraret. Quod & fecit; & erat locus pectoris plenus vermibus.

Quod cernens pius pater,& miſericors vehementer eius dolori compatiens,dixit ei:Rogo te,vt pro magno munere vnum de his vermibus mihi dones.Noluit illa, niſi ſe vermem promitteret rediturum. Quod cum ſpopondiſſet,illa facto inſpiciente ablatum de ſuo pectore vermem,eidem tradidit per feneſtram. Qui magnus erat, & nigrum caput habebat. Quem cum pater ſanctiſſimus extenſa manu exciperet, digitoque ſuo verteret, & inſpiceret,ſubitò verſus eſt in pulcherrimum lapidem pretioſum. Quo viſo,qui cum eo erant fratres ſtupentes admirati ſunt valdè dicentes, quòd non reſtitueret ei gemmam. Tunc cœpit ſancta fœmina lachrymari,rogans, vt ſibi redderet ſuum lapidem pretioſum. Sanctus verò reſtituens lapidẽ ſuper feneſtra poſuit,vt promiſit.Quem mox illa viro Dei, & iis qui cum eo erant,inſpicientibus,pectori ſuo reſtituit, vnde tulerat,qui confeſtim iterum mutatus eſt in vermem.Tunc oratione facta ſuper ipſam, pater ſanctus conſignãs,benedicenſq; Dei famulam in pace dimiſit. Quo diſcedente ceciderunt mammillæ à pectore eius cum vermibus,& vermes extincti ſunt,& pectus conſolidatum paulatim omnino renouatum eſt. Et omnis dolor horrẽdus putredinis ablatus eſt. Tranſactis aliquot diebus, ſanctus viſitans eam incolumen ipſam reperit, & gaudentem. Narrauitque fratribus qualiter per gratiã Dei, & meritis ipſius à tam horribili morbo fuerat liberata.

Retulit quoque frater Bertrandus, vir fide dignus,quòd cum aliquando vna cum eo iter ageret,facta eſt ſubitò ſuper eos aeris intempeſties. Cùmque iam multa inundatio pluuiarum ſuper terram effunderetur, beatus Dominicus facto ſigno crucis omnem illam ante ſe inundationẽ ò limine propulſauit,& de cruce quo

In multo imbre ſiccus cũ ſocio ambulat.l.3.c.8.

A. C. 1221.

quodammodo papilionē fecit vt dum gradientes ſemper coram ſe quaſi tribus cubitis terram cernerent depreſſam imbrium infuſione madeſcere, ſuper eos autem nec vna, quidem gutta ſtillaret, ſed ſiccis veſtibus tranſierunt.

Veſtimēta eius aqua non madefiunt.

Sæpè etiam contigit, vt in via ſuperuenientib. pluuiis, ſua ſociorumque quam plurimū madefierent veſtimenta. Cúmque poſt cœnam ſocij eius remanerent ad ignem, vt & veſtes ad deſiccandum extenderent, & corpora pariter recrearent, vir Dei, Dominicus ſancti ſpiritus igne feruens, more ſuo ſtatim eccleſiam ad orandum, immo in oratione potius B ad pernoctandum ſic cum veſtibus quantumcunque videlicet madefactis intrabat. Manè etiam veſtibus aliorum, qui ad ignem remanſerant exiſtentibus madefactis, veſtes eius inueniebantur ita penitus exſiccatę ac ſi in calenti furno tota nocte poſitæ perſtitiſſent.

In partibus Toloſanis, ſicut per iuratos teſtes inuentum eſt, cum quadam die euangelizando diſcurrens cum multis tranſiſſet nauigio quamdam aquam nauta, qui eum tranſuexerat, importunè ab eo denarium pro mercede C tranſitus exigebat. Cui vir ſanctus pro ſeruitio exhibito regnum cœlorum promittebat, addens quòd ſeruus Chriſti & diſcipulis eius erat, nec aurum, nec argentum penitus deferebat.

Pecuniam pro naulo diuinitus accipit.

At ille non ſolum promiſſionem eius ducens pro nihilo, verumetiam ex hoc potius prouocatus, & acrius ac importunius inſtans, atque eum per cappam violenter trahens, Aut cappam (inquit) dimittes, aut denarium mihi ſolues. Tunc vir Dei erectis in cœlum oculis, paululumque intra ſemetipſum orans, moxque in terram proſpiciens, & denarium D diuino nec dubium procuratum nutu iacentem videns: Ecce (inquit) frater quod poſtulas, tolle, & me liberum in pace dimitte. Qua in re quid aliud in ſeruo ſuo dominus oſtendere voluit, niſi quod in ſeipſo exhibuit? Cum videlicet pro ſolutione tributi per miniſterium Petri de ore piſcis ſtaterem procurauit.

Matt. 17. Libri eius in aquis nihil recipiunt detrimēti. ib.

Cùm prædicando diſcurrens frequenter fluuiolum qui vocatur Aregio, vado tranſiret contigit ſemel, quòd libri, quos portabat in ſinu, vel gremio, cum ſe ſuccingeret, in fluuiū E caderent. Qui Deum benedicens: cuidam matronæ prope lacum moranti, notificauit ſuorum librorum amiſſionem per lapſum in aquam. Tertia die cum mittens hamum in aquam piſcator magnum aliquem piſcem ſperaret hamo trahere propter pondus, libros illos eduxit, ſic illibatos, ac ſi fuiſſet in ſicco armario cuſtoditi. Hoc autem amplificat miraculum, quòd nec pannum, nec corium, nec aliquod habebant conſeruatorium, niſi merita beati Dominici. Quos dicta matrona intelligens, & declarans cuius fuiſſent, acceptos eos F Toloſam ad ſanctum virum, qui ibi erat cum x audio magno remiſit.

Sed & iſtud relatione dignum non parum eſt: quod etiam per reuerendum patrem dominum Rainerium ſanctæ Mariæ in Coſmedim A Cardinale, in conuentu fratrum in feſto eiuſdem ſancti viri Dominici, præſentibus quibuſdam epiſcopis, aliiſque non paucis clericis ſermocinantem, atque referentem, verum prorſus fuiſſe compertum eſt. Contingit aliquando viro Dei iter agenti, aſſociari ſibi religioſum quemdam conuerſationis quidem ſanctitate domeſticum, ſed loquela & lingua penitus alienum. Dolens itaque, quod diuinis rebus vna cum illo mutua ſe collocatione refouere non poſſet, tandem a domino orationum ſuarum inſtantia, vt vnus lingua loqueretur alterius, verbiſque ſic alterutrum variatis ſeſe B per triduum, quo videlicet ſimul ituri erant, intelligerent, impetrauit.

A. C. 1221. Impetrat donū linguarū. l. 1. c. 7 & l. 3. cap. 8.

Simile quoddam altera vice legitur contigiſſe. Nam cum in itinere ſe aſſociaſſet ipſe, & ſocius cum quibuſdam Teutonicis, quorum idioma ignorabat (& illi ex deuotione concepta ad eū in hoſpicio ſibi caritatiuè expenſas facerent victus, quia pecuniā in via ipſe non ferebat, quaſi ſe debitorē recognoſcens, ad ſeminandum eis ſpiritualia, ex quo temporalia ab eis metebat, orauit dominum, vt eorum idiomate loqui valeret. Quo obtento, per aliquot C dies ſimul cum eis itinerās, de ſpiritualibus rebus multa locutus eſt ad eorum inſtructionē, & conſolationem.

Diuinitus accipit, vt poſſit loqui Teutonice. Ibid.

Quadam die aſſociatus cum quodam ordinis Ciſtercienſis fratre deuoto, cum tarde applicuiſſent ad conuentum, ita quòd fratres iā dormitum acceſſerant, beatus pater nolens fratres inquietare, & à ſomno excitare, oratione facta in valuis Eccleſiæ, clauſis ianuis ſe cum ſocio in eccleſia reperit: ibique in orationem ſe dedit: & matutinis pulſatis in choro D cum aliis pſalmodiæ intendit, admirantibus cunctis de ingreſſu eius.

Clauſis oſtiis in tēplū recipitur. lib. 1. cap. 9.

Moniales Romanas ad ſanctiorem viuendi normam reuocat beatus Domin. l. 2. c. 5.

§. XI.

De reductione monialium quæ erant diſperſæ per Romam, in vnum monaſterium, ſcilicet ſancti Xiſti, per beatum Dominicum ex commiſſione Honorij papæ tertij. Cū E beatus Dominicus eſſet in vrbe, de beneplacito cardinalium dominus Honorius papa decreuit omnes [a] ſanctimoniales, quæ erant

[a] *Quod D. Dominicus hoc in loco feciſſe narratur, vt ſcilicet fœminæ ſanctimoniales vno in loco cōcluderentur, & eis vagandi huc illúcque licentia adimeretur, hoc poſtea à Bonifacio 8. in 6. de ſtatu regularium. c. periculoſo decretum eſt, etiam a Trident. Conc. ſeſſ. 25. c. 5. de regularibus, & monialibus renouatum eſt. His verbis. Bonifacij octaui cōſtitutionē quæ incipit Periculoſo renouans ſancta Synodus vniuerſis epiſcopis ſub obteſtatione diuini iudicij & interminatione diuini iudicij præcipit, vt in omnibus monaſteriis ſibi ſubiectis ordinaria, in aliis verò ſedis Apoſtolicæ auctoritate clauſuram ſanctimonialium vbi violata fuerit diligēter reſtitui, & vbi inuiolata eſt conſeruari maximè procurent. &c.*

per-

A.C. 1221.

per diuerſa loca vrbis diſperſæ, in vnú collige re ſi fieri poſſet vt & facilius poſſet regi, & cau tius cuſtodiri. Eaſdem verò ſic adunatas apud ſanctú Xiſtum propter antiquam loci reueren tiam, & congruentiam diſpoſuerat collocare. Conſiderans autem ſeruũ Dei Dñicú per omnia religioſum, deuotum & in cunctis gratioſum, eidem hoc pium opus committere dignũ duxit. Qui accitus Apoſtolicæ voluntati non reſtitit, concedi tamen ſibi cooperatores idoneos humiliter ſupplicauit. Datique ſunt ei tres cardinales in adiutorium tantæ rei dominus Vgolinus Oſtienſis (qui poſtea fuit Gregorius nonus) dominus Stephanus de foſſa noua, & dominus Nicolaus Tuſculanus epiſcopus cardinalis, qui in hac commiſſione exequenda fideliter ei adiutorio & conſilio adſiſtebant. Cùm autem cũ modeſtia & diſcretione, quod papa iniunxerat, attentatum fuiſſet, conſuetudini iam inueteratæ libertatis abſorptæ eius perſuaſionibus quadam ſtolida audacia, & fœminea pertinacia omnes pariter repugnabant. Erat præterea in vrbe quoddam monaſteriũ ſanctæ Mariæ trans Tiberim dictũ in quo illa venerabilis, & omnis deuotionis honore dignuiſſima Dei genitricis ſeruabatur imago, quã beatus Lucas ad ſimilitudinem beatiſſimæ genitricis Dei pleniſſime dicitur expreſſiſſe, quæ cum ab eo loco neſcio quo caſu fuiſſet ablata, ad eãdem eccleſiam per gratiam eiuſdem virginis fuit reportata.

Imago B. virgnis in proceſſione delata. ib.c.8.

Hæc eſt illa imago, quam Gregorius primus tempore peſtis in feſtis paſcalibus in proceſſione cum feciſſet deportari, ante eam aer infectus purificabatur, circa quam auditæ fũt voces angelorum canentium, Regina cæli lætare, alleluia &c. Hanc figuram omnes ſorores monaſterij, & cunctorum Romanorum frequẽtia venerabantur. Ad hoc monaſterium cũ beatus Dominicus acceſſiſſet, & ſuis monitis omnes ad voluntatem papæ inclinaſſet præter vnam: accepit ab eis obedientiam manualem, promittentibus ſe ad ſanctum Xiſtum tranſituras, ſi illa dulciſſima imago cum eis illuc trãſiret. Quam conditionem beatus Dominicus nuntius Apoſtolicus gratanter admiſit, adiecto, quòd ſi delata illuc ad ſuam priorem eccleſiam rediret, ab illa eſſent obedientia abſolutæ.

Moniales à D. Dom. reformantur. ib. c.5.

His geſtis prohibuit, ne clauſtrum egrederentur amodo ad parẽtes, vel ad perſonas quaſlibet viſitandas. Audientes autem cognati, proximi vel amici, quid egerint, & in quo conſenſerint moniales, irati & commoti venientes cum ſtrepitu & furore ſuo arguerunt eas quòd ad ſuaſionẽ ignotæ perſonæ tam ſolemnem locum deſerere, & in aliam eccleſiam cõſenſiſſent tranſmigrare, & væſana mente, ſacrilegis linguis, & ore blaſphemo auſi ſunt ſanctum Dei peregrinum, ribaldum, & incognitũ appellare. Turbatę igitur timore fœmineo plures inutilem triſtitiam, & irrationabilem pœnitudinem conceperunt. Hæc autem omnia ſanctus in ſpiritu cognouit, & dans locum iræ poſt aliquod interuallum illuc acceſſit, & poſt miſſam eis celebratam, & prædicationem cõpletã, ait in ſpiritu lenitatis. Filiæ meæ, de ſanctitatis propoſito tanquã de maleficio recedẽ

Ribaldus ſcortator vel ganeo.

A tes ingemuiſtis, & vultis retrahere pedem à via Domini. Nunc ergo quia voluntariè ſacrificantes domino acceptæ ſunt ei, nec placent ei coacta ſeruitia, ſiqua in vobis eſt timens Deũ & audiens vocem ſerui eius ſponte ſurgens ad manus meas veniat, ſponte, de nouo obedientiã domino oblatura. Quod abbatiſſa cum cæteris effecerũt. Et q̃ poſt ſathanã retro abierũt rebelles, meritis beati patris reuerſæ ſunt. Tũc prudens pater quoſdam conuerſos, viros religioſos, & prouidos adhibuit, qui monaſteriũ cuſtodientes omni tempore ſororibus clauſis neceſſaria miniſtrarent. Tulitque claues beatus B Dominicus omnes, cunctamque monaſterij poteſtatem ſibi accipientes, non conceſſit, vt deinceps propinquis, vel perſonis aliis ſine teſtimonio loquerentur.

Poſtea vir ſapiens, & in commiſſo apoſtolico fidelis, cum aſſenſu prædicatorum triũ cardinalium ordinauit, vt in capite ieiunij quadrageſimalis apud ſanctum Xiſtum conuenirent vt ibi prædicta abbatiſſa cum omnibus monialibus ſuis præſens eſſet & iura omnia monaſterij cardinalibus & ſibi libere reſignarent. Quod & factum eſt. Et tunc exiſtente bea C to Dominico in collocutione cum monialib. in Cardinalium præſentia relata eſt eis mors iuuenis Neapuleonis, nepotis Domini Stephani quẽ ſuſcitauit à mortuis vt dictũ eſt ſupra.

Moniales S. Domin. omnino ſubiiciuntur. ib. c.6.

Anno domini. 1219. venerunt domina abbatiſſa cum ſuis monialibus de tranſtyberim, accipientes in poſſeſſionem eccleſiam ſancti Xiſti, vbi habitare cœperunt. Inter quas erat quædam puella nomine Cæcilia tunc 17. annorum, quæ in ipſo portæ introitu prima omnium habitum ordinis accepit à patre ſancto, & in manibus eius profeſſionem obedien D tiæ fecit poſt hanc abbatiſſa, & cæteræ moniales numero quadraginta quatuor indutæ, & profeſſæ.

ſup. § 7.

Nocte ſequenti pater prouidus cum duob. aſſociatus cardinalibus, ne tumultus fieret in populo, cum luminaribus plurimis, & multis perſonis nudis pedibus illam imaginem, quę erat in tranſtyberim, propriis humeris ad ſanctum Xiſtum deportauit, quam ſorores expectantes nudis pedibus deuotiſſimè ſuſceperũt. Ibique permanſit vſque in pręſentem diem. Et in loco illo ſancti Xiſti tunc habitabant fra E tres prædicatores.

Inde recedentibus poſt conceſſionem factã monialibus, papa Honorius dedit eis Eccleſiam ſanctæ Sabinæ, quo ſe tunc contulerunt fratres cum libris & rebus ſuis ad habitandũ. Et ibi tunc erat palatium Honorij papæ.

De ſororũ inſtitutione & miraculis apud illas patratis c. 9.

Hoc primum monaſterium ſororum fundator primus Prædicatorum ordinis, & pater inclytus fundauit Dominicus, quas cum ſumma diligentia ſub religioſa ſeruans cuſtodia erudiuit, pro quarum conſolatione frequenter prædicationes & collationes faciebat eis præſentibus fratribus, eaſque diſciplinas ordinis edocuit, & coram ipſis, & in ipſis plura miracula per eum fecit dominus.

Cùm autem in ſecunda dominica quadrageſimæ, ſcilicet poſt octo dies ab acceſſu earum ad dictum locum B. Dom. ibi prædicaret in eccleſia, adſiſtente maxima populi multitudine

A. C. 1219.

dæmoniaca quædam prædicationem clamando cœpit nimium impedire, dicens. Ribalde, ribalde, tuis deceptionibus mihi quatuor, quę meæ erant, abſtuliſti. Meæ erant, & mihi eas abſtuliſti, ſępè replicans, Ribalde, ribalde. Cúmque populus prædicationis impedimēto murmuraret, dixit ei plurieſD. Dominicus. Obmuteſce, obmuteſce. Reſpondit dæmon per os obſeſſæ. Nō nos hinc eiicies, noſtra eſt enim hæc nec egrediemur, ſeptem ſumus, qui ſic, & ſic ingreſſi ſumus. Cœperuntque ſinguli modos quibus eam poſſederant clarrare. Creſcente tumultu populi, eleuata vir Dei manu fecit ſignum Crucis dicens. In nomine Ieſu Chriſti præcipio vobis, vt exeatis, & eam vlterius nō lædatis. Continuo illa horribili corporis diſtēſione commota, magnam carbonum congeriē euomuit, quam tanta ſanguinis abundantia, ſubſecuta eſt, vt quaſi mortua videretur. Quam vir ſanctus de eccleſia educi præcepit, & curam eius agi, donec plenè ſanaretur, impōnens ei nomen ſoror Amata, Quæ ſanata, diu poſtea in ſancta conuerſatione vixit.

Eiicit ſeptē dæmones ex vna fœmina.

Altera vice beatus Dominicus accedens ad [a] rotulariam monaſterij interrogauit de tribus ſororibus, an ſanę eſſent. Quæ reſpōdit, quòd febricitabant. Cui dixit beatus pater. Vade, & dic eis, quòd ego præcipio eis, ne amplius febricitent. Quod cum feciſſet, ſurrexerunt ſubitò liberatæ. Hoc audito, gratias egit altiſſimo beatus pater.

Febricitātes miriſicè ſanat. ib.

Die quadam venit tardius ad monaſterium ſancti Xiſti beatus Dominicus, & conuocatis ſororibus ad feneſtram, præſentibus fratribus, quos ſecū habebat, dixit. Filiæ meæ, ego venio de piſcatione, & dominus dedit mihi magnū piſcem. Hoc autem dicebat de fratre Gandeone, qui fuit filius vnicus domini Alexandri magnifici viri vrbis Romanæ, quem ad ordinem receperat. Facta autem ad eas collatione inſtructionis, multam dedit eis conſolationem. Hiſque geſtis dixit pater ſanctus, Dominus vult, quòd vadam ad Sanctam Sabinā conſolari filios meos. Prioriſſa autem, & moniales nitebatur eū retinere in domo capellani earum dicentes. Pater hora præterit, iam prope mediā noctem eſt, non expedit, vt amodo hinc recedas. Ille autem non acquieuit dicens. Dominus omnino vult, vt vadam, & angelus eius comitabitur nos. Aſſumens igitur fratrem Tancredum priorem fratrum, & Odonem priorem ſororum, cœpit proficiſci. Cúmque egrederetur, ecce iuuenis pulcherrimus ante portam adſtitit tenens baculum, & paratus ad iter cœpit eum præcedere in via, tunc ſanctus pater ordinauit ſocios fratres inter ſe & illum: & ipſe tertio loco ſequebatur. Venientes autem ad portam fratrum inuenerunt eam diligenter ſeris obfirmatam. Tunc iuuenis, qui dux viæ fuerat, ad vnam partem portæ ſe traxit, quæ ſtatim aperta eſt eis. Et primo ingreſſ' eſt ipſe: deinde fratres, poſtea beatus pater Dominicus. Egreſſoque iuuene, qui eos introdu-

De viſitatione ſororū. l. 3. c. 6

Angel' comes itineris eius.

A xerat, inuenta eſt ianua clauſa ſicut prius. Tūc frater Tancredus interrogauit B. Dominicum dicens. Pater, quis fuit ille iuuenis, qui venit nobiſcum. Qui reſpondit, Angelus fuit ſanctus qui ad noſtrā cuſtodiā fuit deſtinatus. Itaque fratres ſurgentes ad matutinas cum aliis mirati ſunt, quomodò ianuis clauſis introiſſent.

A. C. 1219.

Erat autem tunc in dicto conuentu iuuenis quidam, ciuis Romanus, nomine Iacobus, nouicius, qui deuictus tentationibus diaboli omnino determinauerat egreſſum ab ordine, cū manè aperirentur portæ eccleſiæ. Quod pater B almus diuina reuelatione cognoſcens, in ſpiritum lenitatis dulciter monuit, nè ſe à tam ſancto conſortio ſegregaret. At ille deprecanti nō acquieſcens, extraxit ſibi habitum, dicens ſe deliberaſſe receſſum. Vir autē mitiſſimus violentæ tentationi compatiens, Expecta (inquit) modicum, fili mi, poſtea facies, quod volueris. Tunc proſtrauit ſe pater pius pro filio petitoto. Mox quantum valuerit iuſti deprecatio, apparuit. Necdum enim orationem finierat, ille lachrymarum imbre perfuſus, ad pedes ſancti prouolutus, habitum, quem reiecerat, ſibi C reddi petiit, pollicens ſemper ſe in ordine permanſurum. At benignus pater habitum reddidit, dulciter alloquens, & exhortans ad perſeuerantiam. quod & fecit. Manè regreſſi fratres cum patre ad monaſterium, quæ acciderant ſororibus enarrabant. Quæ pater vera eſſe cognoſcens, ſimpliciter ait. Filiæ meæ, inimicus rapere voluit vnam ouem dominicam, ſed Dominus liberauit eam de manibus eius.

Capitulum ordinis generale Bononiæ celebratur. li. 4. c. 1.

D

§. XII.

DE ſanctiſſimis moribus eius. Congregato capitulo generali Bononiæ anno quarto à confirmatione ordinis, ab incarnatione autem domini 1220. in quo interfuit magiſter Iordanus (aliàs Iordanes) Teutonicus, qui tres menſes in ordine habebat, receptus Pariſiis ad ordinem ex prædicationibus magiſtri Reginaldi, de quo ſuprà. Et E præſidens in capitulo inquit beatus pater. Ego ſum dignus depoſitione, quia inutilis ſum, & remiſſus, multumque ſe humiliauit in omnibus coram omnibus, qui erat maior omnibus. Cúmque vellet cedere, fratres verò nullo modo acquieſcerent eius ceſſioni, decreuit ex eorum beneplacito, vt deinceps ſtatuerentur definitores [a] in capitulis, qui haberēt poteſtatem ſuper ipſum, & ſuper totum capitulum definiendi, ſtatuendi, & ordinandi, donec duraret capitulum, ſalua in poſterum reuerentia magiſtrali.

F Magiſter igitur primus conſtitutus, erat inter illos, vt vnus ex illis, niſi quod rigore primus, abſtinātia vigiliis, & ieiuniis præcipuus, ſanctitate ſummus, humilitate altiſſimus fuit.

a *Rotaria ſeu Rotularia ea dicitur, quæ reddit reſponſa monaſterij, quod prope rotam vel rotulam ſit qua res neceſſariæ intra monaſterium inducuntur.*

a *Definitores ſunt quaſi arbitri earum rerum, de quibus in religioſis congregationibus inſtituta eſt deliberatio.*

Tres

A.C. 1219

Tres epiſcopales dignitates ſibi oblatas diuerſis temporibus renuit. De noctuque diuinum in choro frequentans officium, menſa conuentuali parcè præ omnibus vtebatur.

Religioſæ inſtitutionis cultor, cuſtoſque præcibus omni ſtudio nitebatur, vt ſincerè & integrè ab omnibus ſeruaretur, & ſiquando humana fragilitate aliqua à quoquã commiſſo fiebat negligentius, vel omiſſio, non parcebat omnino. In correctionib. autem tam dulcem ſeruabat rigorem tamque rigidam tenebat dulcedinem, vt ſufficienter puniret culpabilem & hominem non turbaret. Si videbat fratrem quandoque præoccupari aliquo delicto, fiebat quaſi non videns, non habens os loquelæ, & diſſimulando tranſiuit. Opportunitate verò data, dicebat illi fratri: Frater non bene egiſti, faciens quod non licet, da gloriã Deo, & confitere peccatum tuum. Et ſicut ſe exhibebat vt patrem, verbera correctionis infligendo, ſic etiam vt matrem, vbera conſolationis exhibendo. Omni fere die niſi grande impedimentum obſtaret, prædicationem populo, vel collationem fratribus faciebat: eumque tali deuotione, tantaque lachrymarum effuſione loquebatur, vt ipſos ad compunctionis gratiam, & lachrymas prouocaret.

Ioſ.7.

De ſanctitate eius cum eſſet in itinere. cap. 3.

Cum egrederetur occaſione quacunque vir beatus omnibus ſecum euntibus per ſe, vel per alios propoſuit verbum Dei, & aut diſputans aut conferens, aut orans aut legens, à diuinis colloquiis non ceſſabat. At quando loqui, vel orare oportebat, dicebat ſociis, Præcedite, & cogitemus de ſaluatore noſtro. Tunc audiebãt eum gementem ad dominum & medullitus ſuſpirantem. Nunquam iratus viſus eſt, nec cõmotus, vel turbatus in labore itineris, vel feruore paſſionis, ſed ſemper in tribulationibus patiens. Diſcalceiatus per vias pedibus ambulabat, villas autem & ciuitates tranſiens calceos induebat, quas egreſſus rurſus diſcalceatus incedebat. Portabat autem calceos ſuper ſpatulas, & cappam, & alias veſtes ſuas, & nolebat in his portandis ab aliquo ſubleuari. Et ſiquãdo offendebat pedem ad lapides, inturbatus alacri voce dicebat ſuſtinens. Hæc eſt pœnitẽtia. Sic nudis pedibus ambulans ab vrbe Roma, cùm veniſſet ad locum, vbi erant acuti lapides, dixit ſocio: En ego miſer hic fui coactus ſemel calciare me. Qui dum quæreret cauſam reſpondit beatus. Quia tunc pluerat.

In eadem via ex redundantia aquarum riui & flumina plurimum creuerunt. Tunc ſanctus in tribulatione gaudens, laudabat & benedicebat dominum, cantans hymnos. Aue maris ſtella. Veni creator ſpiritus. integrè alta voce. Veniens autem ad aquas inundantes, ſignabat eas ſigno Crucis dicens ſocio multum pauido vt pertranſiret. Confiſus tamen ille de ſigno Crucis ab eo facto, & obedientia, pericula inundantium aquarum cum ſancto ſecurus & proſperè tranſiuit.

Cũ ſocio expreſſo ſigno crucis aquas penetrat.

Cùm autem declinare deberet cum ſociis ad manendum, non ſecundum ſuam voluntatem, ſed ſociorum, hoſpitium quæſiuit. Ambulans per ciuitates & villas vix oculos à terra eleuabat. Exiſtens in via fere ſingulis diebus A celebrabat cum multis lachrymis. Applicans ad hoſpitium, ſi erat ibi eccleſia, ſemper prius eò ibat ad orandum. A.C. 1219.

Cùm extra conuentum erat, audiens primam pulſationem ad matutinum, ſurgebat & excitabat fratres ad matutinas dicendas. Totumque officium diuinum, diurnum pariter & nocturnum, cum multa deuotione horis cõpetentibus exoluebat, vt nil dimitteret. Et poſt completorium erat cũ ſociis in ſilentio in itinere, ac ſi eſſet in conuentu. Mane dum ibat, B ſeruabat & ſeruari faciebat ſilentium vſque ad horam tertiam. Iacebat in paleis veſtitus & calceatus, ſicut ambulabat, niſi quod ſotulares forte extrahebat. Per viam quoque ſeruabat ieiunium continuum à feſto exaltationis ſanctæ crucis vſque ad reſurrectionem dominicam: & ſimiliter in æſtate ieiunia non ſolum eccleſiæ, ſed etiam ordinis. Comedebat, quæ ei apponebantur, exceptis carnibus conditis. Quando veniebat ad conuentum, conuocans fratres faciebat eis ſermonem, C conformans ſe conuentui in cibo, & in menſa, conſeruabatque regulam pleniſſimè, & ſeruari faciebat.

Dum quadam vice iret, grauiter infirmatus in via propter hoc, nec carnes comedit, nec ieiunium fregit, nec pittantiam ſibi parari fecit niſi aliquando de pomis vel rapis, ieiunia ſtatuta in regula, id eſt, conſtitutionibus in ſanitate & infirmitate obſeruans.

Religioſorum monaſteria viſitabat, prædicans eis verbum Dei. Hortabatur fratres, vt cum omni diligentia caritatis, ſolliciti eſſent de animarum ſalute, ad prædicandum beneuoli, & parati. Et vt hoc officium liberius poſ- D ſent exercere, noluit vt ad hoc habiles, & deputati, temporalium exteriorique occupati ſollicitudine ad alia traherentur. Decreuerat ab initio pius & diſcretus pater, vt conuerſi illiterati temporalibus adminiſtrandis præeſſent, & cæteri orationibus, & prædicationib. vacarent. At diſcretiores fratres in tali adminiſtratione patri non annuerunt, timentes ne fortè inconuenientia ſequerentur.

Religioſorũ domos viſitans quid ſtatuerit. ibi cap. 4.

Et quia ſine ſcientia ſcripturarum ſanctarũ perfectus prædicator poteſt eſſe nullus ſuadebat fratribus, vt ſemper ſtuderent in veteri E & nouo teſtamento. Ipſe etiam pater euangelium ſancti Matthæi, & epiſtolas Pauli ſecum deferens multum in eis ſtudebat, vt penè eas corde tenus retineret. Figmenta etiam philoſophica parui pendebat. Ad confeſſiones audiendas peccatorum paratus & benignus fuit, & conſolationes faciendas tribulatis valdè ſerenus, & clemens fuit.

Dum quemdam legiſtam Bononienſem, ingreſſum ordinem prædicatorum amici & conſanguinei conarentur extrahere de religione timentes fratres quoſdam milites deuotos cõ- F uentui, cum deliberaſſent in adiutorium aduocare, ait ad illos pius pater. Non indigemus ſæculari auxilio, vel humano, ego enim video plus quàm ducentos angelos circa eccleſiam ad fratrum cuſtodiam deputatos. Receſſerunt ergo cum veniſſent terrore cœleſti pauidi effecti.

A.C. 1220.

Alterum generale capitulum Bononiæ A celebratur. ibid. c. 7.

§. XIII.

CELEBRATO ſecundo capitulo generali Bononiæ, ibi magiſter Iordanus fuit factus prior prouincialis in Longobardia. Miſit autem beatus pater in Angliã fratres ad prædicãdũ & cõuentũ inſtituẽdũ. In Vngariã quoq; miſit magiſtrum Paulum ad prædicandũ, qui paulò antè legens Bononiæ in iure canonico ingreſſus fuit ordinem prædicatorum.

Forma corporis D. Dominici. c. 8.

B Hic pater glorioſus vtriuſque hominis puritate, & decore pretioſus, omnium in ſe prouocabat aſpectum, pariter & affectum. Erat námque ſtaturæ mediocritate æqualis, corporis tenuitate agilis, facie pulchra, & paululũ rubẽti. Barba verò eius, & capilli aliquãtulũ rufi coloris ſpeciẽ præferebãt. De frõte eius & ſuperciliis ſplẽdor quidã radioſus micabat, qui omnes ad venerationẽ eius & dilectionem attrahebat. Hilaris ſemper & iucundus apparebat, niſi cum ad compaſſionem pro afflictione proximi mouebatur. Manus longas habebat: C pulchram vocem & magnam, & tubaliter reſonantem. Caluus non fuit, ſed coronam raſilem totam integram habebat paucis canis reſperſam. Hoc vas fictile, & corpus fragile pſalmauit, ſicque ſua gratia perornauit conditoris manus vt eſſet templum Dei, & ſpiritus ſanctus habitaret in eo.

Precũ eius inſtantia. cap. 9.

Pernoctabat aũt in eccleſiis, & orabat, modo genitulás modo ſe proſternẽs. Cũq; laſſitudine ſuccedente, ſõni interpellabat neceſſitas, ſiue in altari, ſiue alio quocũq; loco aut certè ſuper lapidẽ ad inſtar patriarchæ Iacob capite D inclinato paululũ requieſcens, rurſus euigilabat ad orationem, ſpirituſque feruorẽ. Circumibat tunc viſitans altaria, ſanctorum patrocinia inuocans, & ſic vſque ad noctis medium perdurabat. Poſtea fratres dormientes quietiſſimè viſitans, diſcoopertos operuit, ipſoſque cruce Chriſti ſignans ad oratorium redibat continuando orationem. His horis multos inſultus dæmonum ſuſtinuit, multóſque de ipſis triumphos reportauit, multas illuſtrationes diuinas reuelationeſque percepit, vix vnquam ipſe lectulo dormiẽs, cum tamen ipſe alios ad E quietem diligentius hortabatur. Nunquam aliquid à Domino petiit quin ab eo impetraret ad votum, vt ſuprà oſtenſum eſt.

Gen. 28.

Su. c. 2. §. 2.

Erga Dominici corporis ſacramentum flagrabat deuotione maxima. Frequenter dum eleuaretur corpus Chriſti in miſſa, in mentis eleuabatur exceſſum: maieſtatis diuinæ præſẽtia delectatus. Verus erat paupertatis amator. In veſtibus, in calceamentis, in libris, in ædificiis, in cibis, prætioſa, & curioſa habere refugit, ſed humilia, religioni ac paupertati con- F grua, in ſe & fratribus ſuis elegit. Vnde cum ſemel Bononiam veniens inueniſſet cellulas fratrum aliquantulum in ædificio ſubleuatas pluſquam prius erant, vocauit procuratorem & cum lachrymis ei dixit. Quam cito vultis palatia erigere? non decet pauperes religioſos, de eleemoſynis viuentes ſumptuoſa ædificia habere.

A.C. 1220.

Aduerſus religioſos male viuẽtes & ab inſtituto ſuo degenerantes inuectiua.

A Quid diceret pater ſanctus, ſi nunc attenderet ad eccleſiam, & domos, & cellas fratrum ampliatas, teſtudinatas, in cœlum eleuatas, in ſculpturis & picturis curioſiſſimè ornatas, in paramentis aureis & purpureis copioſas ſupra cathedrales eccleſias; in veſtibus fratrum, in lectis eorum pompas dominorum excedentes nec ab eſu carnium abſtinentes cum ſani ſint, & robuſti, nec ieiunia non ſolum ordinis, ſed nec eccleſiæ ſeruantes, non ſolum in communi, ſed in ſingulari poſſeſſiones, & redItus habentes, nõ ex diſpẽſatione, ſed ex diſſipatione prelatorũ non ſtudiis vacãtes, ſed viſitationib. B & frequentationibus monaſteriorum, vt de cæteris taceamus. At ſi qui literis intendant, non ſaluti animarum inde conſulere affectantes ſed vt vocentur ab hominibus Rabbi, vt exemptionibus gaudeant, quæ vtinam non ſint tales, vt à patria etiam ſuperna eximant, & excludant. Quid pater ſãcte diceres de his? niſi quia hic non eſt ordo, quem inſtitui, pro quo tantum laboraui, vbi nullus ordo, & vtinam ſempiternus horror non inhabitet. Vtique filiis debetur hæreditas, ſecundum dictum apoſtoli. Si filij & hæredes. Sed vt dicit Hieron. di. xl. C non eſt. Filij ſanctorum ſunt, non qui tenent loca eorum, ſcilicet in domo in habitu, in nomine, ſed qui exercent opera eorum. Non ſunt ea, quæ dicta ſunt opera patris Dominici, ſed opera patris diaboli.

Mat. 23.

Iob. 10.

Rom. 8.

Hier. ep. ad Heliod.

Oportet nempe filios ſeruare teſtamentum patris, alias contra faciendo debent hæreditate priuari. Audiant ergo fratres teſtamentum patris Dominici. Hæc inquit (in extremis conſtitutus) vobis tanquam filiis poſſidenda relinquo hæreditario iure. Caritatem habete, humilitatem ſeruate; paupertatem voluntariam D poſſidete.

Fœminarũ conſortia vitãda. ibid.

Admonuit quoque ſummopere cauenda conſortia fœminarum maximè iuuencularum quæ animos etiam viriles emolliunt. Et in humilitate quidem manifeſtè comprehenditur obedientia, in vitanda familiaritate fœminarũ caſtitas. Caritas autem præmittitur, vt præcipuum quæ eſt finis religionis omnis.

Quod autem, vt in ſacra habetur eius hiſtoria, dicitur, quod quanta potuit diſtrictione prohibuit, ne quis in hunc ordinem poſſeſſiones induceret temporales, maledictionem Dei E & ſuam imprecans in contrarium facienti; in hoc commendatus eſt zelus eius ad paupertatem, & omnino ſeruandum teſtamẽtum eius, vbi neceſſitas non vrgeat ne maledictionem incurrat, ſed vbi neceſſitas (quæ non habet legẽ ſed ipſa ſibi fecit legem, vt dicitur j. q. j. §. ſed notãdum) ad hoc vrgeat, vt pote quia fratres aliter viuere non poſſunt in numero competẽti, experientia habita, quæ eſt rerum magiſtra.

Quando & quomodo Prædicatores habere poſſunt poſſeſſiones. 1. q. 1. c. remiſſionẽ.

Verum quia vltra prohibitionem beatiſſimi patris, cum maledictione adiũcta, expreſſe, per F cõſtitutiones factas in capitulo generaliſſimo hoc etiam ſtrictiſſimè inhibetur, quæ conſtitutiones approbatæ ſunt ab eccleſia, ideo non videtur tutè hoc fieri ſine diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ, quæ huiuſmodi (cũ poſitiua ſint) habet plenitudinem poteſtatis. Si enim Deus ſecundum diuerſitatem temporum mutat prohibitiones, & ordinationes factas homi-

A. C. 1221. hominibus vt patet de ceremonialibus & iudicialibus præceptis veteris legis, quæ ablata ſunt in noua ſecundum literam, cum etiā ad illa additæ ſunt multæ maledictiones Dei in tranſgreſſores eorū & ecclesia etiam mutat ſua decreta, & conſtitutiones, cum neceſſitas vel vtilitas vrgeat, vt de conſan. & affi. non debet nec adſcribendum eſt leuitati, ſed rationi: ita etiam ſi mutatis conditionibus illius temporis, mutetur ſeu diſpenſetur illa conſtitutio, cum aliter apparet ſuſtentari non poſſe [nullum inde ſequitur inconueniens]. Tunc [a] enim alij religioſi non erant, niſi monachi, qui non mendicabant, quia non egebant, vnde copioſe eleemoſynas recipiebant. Nunc multiplicatæ ſunt religiones quæſtuantium etiam in vtroque ſexu. Et quoniam abundauit iniquitas, refriguit caritas multorum & multiplicatis penuriis ex guerris, & pompis laicorū parci ſunt in eleemoſynis dandis, & libentius expendunt in capellis, vel ornamentis ſuperfluis, & pompis eccleſiarum, quam in ſubuentione pauperum. Hæc breuiter & incidenter ſint dicta ſaluo ſemper meliori iudicio.

Deut. 27.

Mat. 24.

a *Ex his rationibus, quas D. Anton. affert, apparet, quam prudenter, & rectè vt cætera omnia, ſic hoc etiam in Trident. Conc. ſeſſ. 25. cap. 3. de reformatione decretum fuerit promulgatum. Concedit ſancta Synodus omnibus monaſteriis & domibus tam virorum quàm mulierum etiam Mēdicantium, exceptis domibus S. Franciſci Cappucinorum, & eorū qui Minorum de obſeruantia vocantur, etiam quib. aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico nō erat conceſſum, vt deinceps bona eis immobilia poſſidere liceat.*

De extrema B. Dom. infirmitate. li. 6. ca. 1.

§. XIIII.

AD hiſtoriam redeundo. De infirmitate vltima & trāſitu fœliciſſimo ſācti patris. Celebrato ſecundo capitulo generali beatus pater circa finem Iulij ex itinere venit Bononiam feſſus ex labore viæ æſtus quippe maximus erat. Et licet grauatus corpore, cum priore, domus & fratre Rudolpho procuratore vſque in noctis partem de ſtatu, & negotiis ordinis loquebatur. Qui cum ad quieſcendū pergerent, inſtabant rogātes patrē, vt ad quietem componeret membra fatigata, & matutinis non intereſſet. Quorum præcibus non acquieuit: ſed eccleſiam ingreſſus more ſolito pernoctauit, & matutinis cum aliis interfuit. Poſt matutinas dixit priori, quòd dolorem capitis pateretur, & extunc cœpit languere. Inualeſcente autem infirmitate, confortatus ſpiritū Deo infatigabiliter adhærebat, tam patienter ægritudinem illam ſuſtinens, vt ſemper iucundus & hilaris appareret, licet dyſenteria vrgeretur, & febribus vreretur. Sciens autem diem mortis, de proximo ſibi imminere, iuſſit coram ſe nouicios conuenire. Quos ſerena facie intuens, ad amorē Dei & ordinis, & ad deuotionem religionis, & obſeruantiam verbis dulciſſimis hortabatur. Nec tamen ſic debilis acquieuit requieſcere ſuper lectum.

A Exinde vocatis duodecim fratrib. diſcretioribus priori conuentus fratri Venturę (vel Bonauenturæ) [nullis ſacerdotibus audientibus] de omnibus actibus ſuis generaliter eſt confeſſus, dixitque fratribus. En vſque in hanc horā incorruptum carne miſericordia Dei me conſeruauit, illibatamque virginitatis meæ munditiam cuſtodiuit. Quæ vt in vobis immaculata permaneat caſtitas, fœminarum omnium ſuſpecta conſortia deuitate. In feruore ſpiritus domino deſeruire, & promotioni & dilectioni ordinis intēdite, ſtabiles in ſanctitate

A. C. 1221.

D. Dominici moribūdi adnouitios exhortatio.

B manete in religione canonica. Cùm autem in dies languor intereſceret, filij de patris ſalute ſolliciti ad ſanctam Mariam in monte deportarunt, ſperantes in melius corpus reformari, quia locus ſanior. Qui ibi poſitus, cum virib. magis cœpiſſet deſtitui, ſentiretque diſſolutionem ſui corporis imminere, iuſſit vocari priorem, quem ſecuti ſunt viginti fratres deſiderio viſitandi patrem ſuum, debilem qui coram ſe poſitis prædicauit iacens, & ſermonem pulchrum, & valdè motiuum ad eos faciens.

Audito autem, quòd rector eccleſię illius diſponebat eum in ſua eccleſia ſepelire, dixit humiliter, & manſuetè. Abſit, vt ego ſepeliar, niſi ſub pedibus fratrum meorum. Ad tollendum igitur contentiones, portate me (inquit) ſub diuo extra domum, vt poſſitis me in veſtra eccleſia ſepelire. Tollētes igitur filij dilectum patrē tulerunt illum ad domum Prædicatorum, pauentes tamen, ne in via deficeret. In quadā igitur cella eum locantes, ſacramentum extremæ vnctionis ei exhibuerunt. Frater Rudolphus caput ſancti tenens, ſudorem faciei eius cū pānolineo extergebat. Flebant autem adſtantes

C

D fratres videntes in agone dulciſſimum patrem cuius ſe dolebant conſolatione deſtitui, nunquam in ea gratia conſolandi ſimilem habituri. Quos pater pius lachrymantes aſpiciens, conſolatus eſt dicēs.

Nolite plorare chariſſimi, nec vos mei corporalis turbet diſceſſio. In loco ad quem vado, vtilior vobis ero, quàm hic fuerim. Et poſt mortem aduocatum potiorem habebitis, quàm in hac vita habere poſſitis. Grandis hæc in morte ſua fiducia. Verum iuſtum eū, omnino proloquitur, qui nec mori timuit, nec de æternitatis introitu dubitauit, vbi & patrocinari tam confidenter filiis ſe promiſit. Tunc interrogauit eum, vnus ex fratrib. Pater vbi vis corpus tuum ſepeliri? Reſpōdit: Sub pedibus fratrum. Tunc vocatis ad ſe fratrib. & priore dixit. Præparate vos. Qui cum ad cōmendationem animæ dicendam eſſent ſolenniter parati dixit eis. Expectate adhuc tunc dixit ei prior. Pater tu ſcis, quomodo nos dimittis deſolatos, & triſtes. Memento noſtri, vt ores pro nobis ad dominum. Tunc in Deū iam totus abſorptus homo ſuauiſſimus eleuatis manibus in cœlum dixit.

Cōſolatur fratres, dū ipſe cum morte luctatur.

E

F Pater ſancte, tu ſcis quia libenter perſtiti in voluntate tua; & illos, quos dediſti mihi, cuſtodiui, & conſeruaui, ego recommendo eos tibi, conſerua eos, & cuſtodi, & ego ad te venio pater cœleſtis. Et poſt hæc ſciens, quia venit hora, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem, dixit fratribus. Incipite. Qua deuotione, quibus

D. Domi. pro ſuis oratio.

Ioan. 13.

A.C. 1221 lachrymis, quot ſingultibus tunc completum A fuerit commendationis officium, nouit qui non ſpreuit gemitus pauperum. Et cum in hue commendationis dicerent Subuenite ſancti Dei occurrite angeli &c. Eleuatis manibus ad cœlum emiſit [a] ſpiritum.

De reuela. ad eius obitũ facti. cap. 3. Affuit autem in hac hora tranſitus ſui beata virgo cum filio prout reuelatum fuit cuidam deuoto patri priori cõuentus Brixienſis, qui dicebatur frater Guala Longobardus qui poſtea Brixiæ epiſcopus fuit. Hic enim eadem die, hora qua pater ſanctus migrauit è ſæculo, anno ætatis ſuæ quinquageſimo primo, ſcilicet feria ſexta hora ſexta, leui depreſſus ſomno poſt orationem vidit interioribus oculis quãdam aperturam in cælo, per quam ſubmittebãtur candidiſſimæ duæ ſcalæ, ſummitatem vnius ſcalæ tenebat in manu beatà virgo Maria, alterius ſummitatẽ filius eius Ieſus Chriſtus tenebãt angeli verò diſcurrebãt per eas aſcendendo& deſcẽdẽdo. Et in fine vtriuſq; ſcalæ, ſedes poſita erat, & vnus ſuper eã ſedens, qui ſimilis erat fratri prædicatori habens faciẽ velatam, eunti verſus Hieruſalẽ cœleſtẽ. Scalas autẽ illas ſurſum trahebant dominus Ieſus cum matre paulatim, & ducebatur ſurſum ſimul cum illis ſcalis ſedes pariter cum ſedente comitantibus angelis. Denique receptis in cœlum ſcalis, & ſede cum ſedente, apertura illa clauſa eſt viſioque diſparuit. Quapropter ſubitò dictus frater pergit Bononiam & reperit, quòd illo die, & hora pater è mundo in cœlũ tranſierat.

Hoc etiam idem oſtenſum eſt fratri Roani Romano, ſancto viro eiuſdem ordinis. Nam in miſſa orans pro eo, quem audierat infirmatũ, vidit in exceſſu mentis poſitus beatum Dominicum corona aurea laureatum, mirabili ſplendore fulgentem, duobus comitatum, Bononiã egredientem, ex qua viſione intellexit illa horã patrem deceſſiſſe in cœlum, prout viderat, ſicut fuit.

Cardinalis Oſtienſis eius ſepulturæ interfuit. c. 3. Eius ſepulturæ interfuerunt dominus Vgolinus cardinalis Oſtienſis tunc in Longobardia legatus, qui poſtea ſummus creatus pontifex Gregorius 9. dictus, ſanctorum catalogo eum adſcripſit, & multi alij prælati eccleſiæ.

Catena ferrea cui data. c. 4. Catenam autem ferream, quam ad lumbos cinctam ferebat, deuotè accipientes, eam magiſtro Iordani ſucceſſori dederunt.

a *Obiit B. Dominicus octauo Idus Augusti, humatus* Bononiæ *iuxta fratres ſuos Prædicatores, quorum primus generalis magiſter fuit & inſtitutor. Annus autem erat Chriſti milleſimus ducenteſimus primus, & ex ordinis confirmatione quintus. vita. li. 5. cap. 5.*

Quomodo ſacrum corpus ſepulturæ mandatum & inde tranſlatum ſit. cap. 5.

§. XV.

FRATER Rudolphus, qui tunc erat procurator, vir induſtrius, ad cuius nutum omnia gerebantur, in arca de lignis fabricata ad hoc aptis corpus ſacrum deponi fecit, ferreis clauis firmiter concluſa. Locumque ſepulturę magnis lapidibus forti cemento connexuit, & circumſeptum vndique communiuit. Motus enim erat, nequid circa pretioſum theſaurum agerent impij malo dolo, aut deuotio ſtulta alicuius aſtutè aliquid de eo furaretur. Eodem anno dormitionis eius tempore hybernali cœpit odor ſuauiſſimus, & maximus, circa eius flagrare ſepulchrum, ac per totam eccleſiam circumfundi, quæ odoris flagrantia durauit per multos dies. B Cúmque cœpiſſent innouari ſigna, & multiplicari miracula, de quibus infrà patebit, vidẽtes fideles verè in loco operari Dei virtutẽ, decreuerunt facere clauſuram ad ſepulchrum, & pannis ſericis operire, fratres autem non admiſerunt timentes notari de cupiditate, vel iactantia, ſi hoc facerent, vel fieri paterentur. Itaque crebreſcentibus per totam Italiam per merita ſancti Dominici miraculis euidentibus, fidelium dignum duxit deuotio corpus beati Dominici in præhumili prius re C conditum loco, ad altiorem locum debita cũ reuerentia transferre.

Anno igitur domini. 1233. indictione. 6. põtificatus domini Gregorij noni, anno 6. tempore domini Friderici 2. imperatoris anno 17. à confirmatione ordinis, à tranſitu verò eius 12. facta eſt tranſlatio corporis eius per hunc modum. Congregatis Bononiæ ad capitulum generale fratribus ſub bonæ memoriæ fratre Iordane, qui ei ſucceſſerat immediatè in magiſterio ordinis, frater Stephanus Prouincialis Longobardiæ cæteríque fratres conuentus Bononiæ, conſiderantes locum ſepulchri humilem, depreſſum, vbi pluuiales aquæ deflue D rant, ſimúlque verentes de conditione humanæ miſeriæ, ſi corruptio quælibet exhalaretur, tranſlationem occultè facere diſponebant, ſed nullatenus potuerunt. Noluit enim dominus ſuam, ſuique ſancti gloriam occultari. Aderat in capitulo inter cæteros patres ordinis, frater quidam vocatus Nicolaus de Iuuenatio, vitæ & opinione præclarus, qui fundauit conuentum ordinis Peruſij, qui dum anxius eſſet vtrum dominus ſanctum ſuum in ipſa tranſlatione corporis ſui aliquibus miraculis exalta E ter, adſtans ei quidam in viſione dixit ei. Hic accipiet benedictionem à domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Pſal. 23. Quod vtique impletum eſt. Nam ſtatuta hora ad hoc opus ſacratiſſimum exequendum, & intuendum qui idonei ſunt exiſtimati, conuenerunt, ſcilicet archiepiſcopus Rauennas, aliíque plures epiſcopi, nec non & dulcis pater magiſter ordinis frater Iordanes cum definitoribus capituli. Poteſtas quoque Bononienſis cum multis ciuibus honoratis cum fratribus, & laicis deuotis: ambienteſque ſepulchrum beati patris, & accedentes prouincialis Longobardiæ F & frater Rudolphus, vt aperirent ſepulchrum inuenerunt duriſſimam terram, cæmentumq; fortiſſimum, vt pote per annos 12. ſolidatum qui vix picconibus, & ferreis maleis & inſtrumentis lapidem abſtulerunt. Eleuato igitur lapide, necdum capſa aperta egreſſus eſt odor ſuauis & delectabilis, vt non tam ſepulchrum

quàm

A.C. 1221

quàm cella videretur referta aromatum. Erat A que tam magnus & ingens quod omnium qui aderant ſenſus totamque eccleſiam adimpleuit incognitus & diſſimilis omni rei naturali. Tunc archiepiſcopus cum omnibus, qui aderant ſtupore & gaudio repleti cum lachrymis & deuotione ſe proſtrauerunt laudantes Deum, qui ſanctum ſuum mirificauit. Manifeſtata capſa, in qua repoſitum fuerat corpus adhuc maior odor dulcis perceptus, eſt. Apertaque capſa ablatis clauis inæſtimabilis odor ex oſſibus ſancti patefactis emanauit extrahentesque de ipſa capſa in aliam nouam reuerenter ſacra oſſa depoſuerunt clauibus obfirmantes.

Iterum eius ſepulchrum apertu.

Deinde 8. die poteſtati Bononiæ cum multis ciuibus honoratis, qui tranſlationi non interfuerant, iterum ſepulchrum apertum eſt vt à deuotis filiis ſacræ reliquiæ viderentur. Tunc dulciſſimus pater Iordanes piiſſimus, caput beati Dominici puriſſimis manibus tenens filiis obtulit oſculandum. Erant autem trecenti & vltra fratres qui ad hoc ſanctitatis oſculum accedentes eum ſuauiſſimum odorem perceperunt. Multoque poſt tempore remanſit odor in priori ſepulchro, & rebus ibi poſitis. In veſtimentis quoque, & manibus eorum, qui ſacras reliquias contigerant per plures dies odor remanſit nec etiam locis & confricatis manibus precedebat. Qua in re penſandum eſt, quam immenſis deliciis perfruatur ſpiritus cum tanta ſuauitate redolet adhuc in puluere iacens corpus. Poſtmodum capſa vbi corpus reconditum eſt, in ſepulchro marmoreo eſt clauſa.

Miracula poſt eius mortem ab eo patrata.

§. XVI.

POST mortem beati Dominici plura miracula meritis eius ad inuocationem ipſius in diuerſis partibus ſunt patrata in omni infirmitatum ſeu defectuum genere corporalium. Nam quibuſdam reddidit loquelam. Vnde duo pueri filij cuiuſdam Alberti, muti à natiuitate quorum vnus erat ætatis annorum quinque & dimidij alter annorum trium cum dimidio facto voto à patre pro eis beato Dominico locutionis officium expedita diuinitus perceperunt. Idem cuidam puellæ Bertæ nomine beneficium conceſſum.

Hæc omnia miracula in genere. i 7. c. 1. vitæ continentur, ſed ſigillatim ea Sur. nõ habet quod MS ex quo hæc depromſit eſſet imperfectus. D. Antonino ignorẽ co diceem nactus ex illo hæc oia vt puto retulit.

Cæcis viſum reſtituit, nã quędam mulier Durda nomine oculorum priuata lumine per tres annos & vltra voto facto beato Dominico lumen clarum recepit.

Surdi auditum per inuocationem nominis eius recuperauerunt. Quædam enim nomine Richaldina diœceſis Imolenſis quę per annum & amplius ita ſurda erat effecta, vt nil auditu perciperet, niſi fortiter auribus eius inclamatum fuiſſet, inuocato ab ea beato Dominico auditum recepit.

Hydropici curati ſunt. In Sicilia namque erat quidam iuuenis mira habens ventrem tumiditate extentum aliis membris tanta gracilitate debilitatis vt mortem vicinam expectaret. Is tamen egeſtate compulſus ad campos ibat, vt faſcem lignorum apportaret, qui ſeipſum portare non poterat. Et dum quodam die iacens in campo miſeriam ſuam queruloſis vocibus deploraret venit in mentẽ quod beatus Dominicus ſe inuocantibus clemens & miſericors eſſet. Vnde & ſumpta fiducia votum fecit Deo & beato Dominico vt ſi meritis eius ſanaretur per annum gratis fratribus ſuis deſeruiret. Cui mox adſtitit quidam frater in habitu ordinis qui creditur fuiſſe beatus Dominicus qui extendit manum ad folia arboB ris ſub qua iacebat & ait. Accipe folia huius ſambuci iter bibẽ & ſanaberis. Quo dicto diſparuit. Hic autem ſurgens folia ſambuci collegit lapidibus ſuccum ex ſambuco expreſſum ter bibit & venter eius ſubito detumuit & ſanatus eſt.

Alteri hydropici ſe ei commendanti apparuit in ſomnis & ventrem eius tumentem aperuit, immunditias detraxit, & conſolidauit & ſanatus eſt.

Paralytici conſolidati ſunt. Quædam enim mulier Lyſeria nomine paralytica orans ad ipC ſum ſanata eſt perfecte. Fatui ſenſus integritatem receperunt. Quidam enim Bulcho nomine tanta inſania ferabatur vt contra omnes obuiantes ſibi, vt rabidus canis inſurgeret & fere nil comedens die noctuque furiis agitabatur. Ductus demum ad reliquias beati Dominici ad contactum earum ſanæ mentis effectus eſt. Quidam retortos habens pedes ad tumulum eius veniens oratione ſanatus eſt. Quædam mulier ab antiquo habens tempore dorſum monſtroſe contractum ad ſepulchrum eius accedens liberata eſt. In Sicilia D apud Auguſtam cuiuſdam matronę filia cum longo tempore vitio lapidis grauiter laboraſſet & de conſilio medicorum aliud remediũ niſi inciſura non videretur, timens filiæ ex inciſura commendauit eam, votum vouẽs beato Dominico. Sequenti nocte apparuit beatus Dominicus dormienti & in manu eius lapidem quo torquebatur poſuit quę euigilans ſanatam ſe ſenſit & in manu ſua inuenit lapidem quem fratribus adducens & viſionem enarrans, illum lapidem in ſignum ibi dimiſit.

E In eadem ciuitate cum quædam mulieres deuotæ venientes ad eccleſiam fratrum prædicatorum in feſto tranſlationis beati Dominici reuerterentur domum inuenerunt quandam vicinam propẽ domum filantem quam cauitatiue cum arguerent quare in feſto tanti ſancti à ſeruili opere non ceſſaret illa indignanti animo & facie turbata reſpondit. Vos qui eſtis Begottæ deuotæ fratrum feſta colite ſancti veſtri. Statimque oculi in tumorem verſi ſunt cum prurítu, & ex ipſis vermes ſcaturire cœperunt, ita quod vicina quam in auF xilium vocauit octodecim vermes inde eduxit ex oculis; Quæ compuncta corde ſtatim ad eccleſiam prædicatorum cum eiulatu cucurrit & ante ianuam ſe proſternens & peccata confitens votum vouit quod de cętero nunquàm ſancto detraheret, ſed feſta eius deuotè cuſtodiret. Quo facto tumor diſparuit, & ſanata eſt in oculis. Multa alia in vita &

A.C. 1233.

priſtina multis generib. inualetudinum reſtitutis apertè patuit qualis ſpiritus in eiuſdem ſanctiſſimi gleba corporis habitauit.

Cum igitur ex multa familiaritate, quam nobiſcum in minori habuit conſtitutis officio argumenta ſanctitatis ipſius non exiguis vitæ teſtimoniis conſtitiſſent, eſſetque de miraculorum veritate dictorum, poſtmodum facta nobis per teſtes idoneos plena fides nos cum commiſſo nobis grege domini confidentes eius ſuffragiis per Dei miſericordiam adiuuari, vt cuius meritis ſolatium gratioſæ familiaritatis habere meruimus: eius potenti in cœlis patrocinio gaudeamus. Ipſum de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu ac omnium apud ſedem apoſtolicam conſiſtentium prælatorum catalogo ſanctorum adſcribi decreuimus, ſtatuentes firmiter, ac vniuerſitati veſtræ præſentibus iniungentes, vt nonis Augusti, ante diem quo poſita carnis ſarcina diues meritis penetrauit in ſancta, ſimiliſque ſanctorum fons in gloria eius natalitia celebretis, & faciatis ſolenniter celebrari, quatenus ipſius precibus Deus quem viuens coluit exoratus gratiam in præſenti ſæculo, & gloriam nobis tribuat in futuro. Nos vero tanti confeſſoris venerabilem ſepulturam quæ miraculorum fulgoribus generalem illuſtrat Eccleſiam cupientes dignis chriſtianæ deuotionis honoribus frequentari, vere pœnitentibus & confeſſis in feſtiuitate præfata annis ſingulis cum deuotione & reuerentia debita eam viſitantibus de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius authoritate confiſi vnum annum de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Spoleti. v. Callen. Septem. pontificatus noſtri anno. 8.

D. Dominicus ſanc.

De priuilegiis Fratrum Mendicantium, quibus eximuntur à iuriſdictione ordinariorum

Cap. v.

NOTANDVM de priuilegiis conceſſis prædicatorum & minorum ordinibus in exemptione ab ordinarijs quæ extenduntur etiã communiter ad alios ſcilicet eremitanos & Carmelitas per priuilegia ſua, quæ non ſunt in corpore iuris clauſa. Nam extra de exceſ. præla. nimis praua. ſic dicitur per Greg. 9. Nimis praua. &c.

Cum quidam viri religioſi, vt puta fratres prædicatores & minores (quorum ordinem & regulam ſedes apoſtolica noſcitur approbaſſe) in arctiſſima paupertate Chriſto pauperi famulentur plerique prælati, & alij eos ad ſuas [a] ſynodos cogant accedere ac ſuis, conſtitutionibus ſubiacere, nec his contenti, capitula & ſcrutinia in locis fratrum pro his corrigendis facturos ſe comminantur fidelitatem iuramento firmatam ab eorum miniſtris & cuſtodibus exigentes. Eis quoque vt tam extra ciuitates quam intra cum eis proceſſionaliter veniant, ex leui cauſa mandantes, excõmunicationis ſententiam fulminant in benefactores eorum, & idipſum fratribus comminantes eos de locis in quibus domino famulantur ſatagunt amouere, niſi eis obediant in omnib. ſupradictis. Ad hoc, ne fratres ad honorabiles (alias honorabiliores) ciuitates & villas, vbi religioſè ac honeſtè valeant commorari à populis de nouo (alias deuotè) vocati accedere audeant inhibentes, tam in accedentes fratres, quam in receptatores (alias receptores) eorum præſumunt excõmunicationis ſententiam promulgare. Ab eis etiam de hortorum fructibus decimas nec non de habitaculis fratrum ſicut de Iudæorum domibus contendunt reditus extorquere, aſſerendo, quod niſi fratres morarentur ibidem ab aliis habitatoribus prouentus aliqui ſoluerentur. Et vt ipſos ſuę totaliter ſubdant ditioni, eiſdem miniſtros & cuſtodes volunt præficere, pro ſuæ arbitrio voluntatis.

Quocirca mandamus quatenus vniuerſi & ſinguli à prouocatis grauaminibus deſiſtatis ſubditos veſtros ab huiuſmodi arctius compeſcendo.

Idem Greg. eo. titu. in ca. nimis iniqua. inquit. Nimis iniqua. & infra. Cũ [a] religioſi viri abnegantes ſalubriter ſemetipſos elegerint in paupertate Chriſto pauperi ad placitum famulari, tanquàm nihil habentes & omnia poſſidentes non deſunt plerique tam eccleſiarum prælati quam alij qui cœca cupiditate ſe ducti propriæ auiditati ſubtrahi reputantes, quicquid prædictis pietas fidelium elargitur, quietẽ eorũ multipliciter inquietãt, [alias inquietẽt] Volũt nãque cõtra regulã à ſede Apoſtolica approbatã, & ſui ordinis inſtituta ipſis inuitis eorũ confeſſiones audire ac eis iniungere pœnitẽtiã & euchariſtiam exhibere, nec volunt vt corpus Chriſti in eorum oratoriis reſeruetur & fratres ipſorum defunctos apud eccleſias ſuas ſepeliri compellunt & eorum exequias celebrari. Et ſi quis decedentium fratrũ alibi, quam in ſuis eccleſiis eligat (alias eligit) ſepulturam funus primo ad eccleſias ſuas deferri cogant vt oblatio ſuis vſibus cedat. Nec ſuſtinentes eos habere campanam nec cœmeterium benedictum certis tantum temporibus permittunt eos celebrare diuina. Volunt

Granamina illata religioſis Pontifex aufert. 2. Cor. 6.

a Qui ſynodis epiſcoporum debeant intereſſe ſic in Tridentino Concilio ſeſ. 24. c. de ref. eſt conſtitutũ. Synodi quoque diœceſanæ quotannis celebrentur, adquas exempti etiam omnes, qui aliàs ceſſante exẽptione intereſſe deberent, nec capitulis generalibus ſubduntur, accedere teneantur, ratione tamẽ parochialium aut aliarum ſæcularium Eccleſiarum etiã annexarum, debeant ij qui illarum curam gerunt, quicumque illi ſint, ſynodo intereſſe.

Circa perſonas regulares ſeu religioſas & in quib. tenentur epiſcopis alijſque prælatis obedire multa ſtatuit concilium Tridemt. ſeſſ. 25. de regularibus & monialibus.

quo-

A.C. 1233 quoque in domibus eorundem certum numerum fratrum, ſacerdotum, clericorum, & laicorum, nec non cereorum, lampadarum & ornamentorū pro ſua voluntate taxare, ac reſiduū cereorum, quando nouiter apponuntur, exigunt ab eisdem. Nec permittunt quod noui ſacerdotes eorum alibi, quam in eccleſiis ſuis celebrent primas miſſas, eos nihilominus compellentes, vt in quotidianis miſſis, quas in ſuis locis & altaribus celebrant oblationem ad eorum opus, recipiant, & reſeruent. Quicquid etiam eis, dum celebrant miſſarum ſolennia intra domorum ſuarum ambitum pia fidelium deuotione donatur, ab ipſis extorquere oblationis nomine contendentes, quod eiſdem tam in ornamentis altaris, quam in libris eccleſiaſticis abſolutè confertur, vendicant perperam iuri ſuo. Quocirca mandamus, quatenus vniuerſi & ſinguli à prenotatis grauaminibus deſiſtatis, ſubditos veſtros ab huiusmodi arctius compeſcendo hæc omnia Greg. ibidem.

Guilielmus de S. Amore hoſtis Mendicantium condemnatus, & mēdicātium religiones ab ordinariis exemptæ, vide librum.

§. I.

Ex quib. apparet ordines mendicantium multas vexationes habuiſſe à principio à prælatis, & clericis ſecularibus, & in tantum, quod etiam quidam doctor Guilielmus de ſācto Amore Pariſienſis, cum quibuſdam aliis auſi fuerint aſſerere & dogmatizare populis & librum ſcribere, nitentes probare eorum ſtatum reprobum, nec poſſe homines in tali ſtatu mendicantium ſaluari. Sed reprobato tali libro, & opinione vt falſa & hæretica per rationes efficaciſſimas coram papa, ille Guilielmus fuit priuatus doctoratu, & ſtatus mendicantium exaltatus. Nec ceſſant adhuc æmulationes & moleſtiæ prælatorum ſæcularium contra mendicantes, ſed frequenter noua cuduntur contra eos propter quod neceſſe fuit ſummos pontifices multis priuilegiis & exemptionibus mendicantes communire, vt quieti eorum prouideretur, nec ita abſorberentur à faſtu & cupiditate eorum & precipuè vltra Alpinorum. Quæ priuilegia licet non ſint in corpore iuris clauſa, tamen vbique vt arma fortia eos tuentur.

Ex priuilegiis enim ſuis habent, quod omnes ſint exempti ab ordinariis nec poſſint eos conuenire, vel punire ratione delicti, vel domicilij, vel contractus, vel rei, de qua agitur nec in eos ſententias fulminare excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, quæ ſi ferrentur nullę eſſent. Nec conſtitutionibus eorum ſunt ſubiecti nec collectis, & caritatiuis ſubſidiis, ſed ſub protectione apoſtolicæ ſedis præciſè ſunt conſtituti. Et à prędictis omnibus monaſteria Monialiū, quę ſūt ſub cura eorū ſūt libera.

Inſuper & prælati eorum, generalis magiſter, vel miniſter, prouinciales priores & conuentuales, & guardiani & prędicatorum vicarij per priuilegia ſua poſſunt ſubditos ſuos abſoluere ab omnibus cēſuris eccleſiaſticis niſi ſint apoſtolicæ ſedi reſeruatæ ac etiam ſuper irregularitatibus diſpenſare quas incurriſſent & pręcipuè in celebrando diuina cum eſſent excommunicati, vel ſuſpenſi. Et hoc niſi eſſet caſus adeo enormis quod propter illum meritò ſedes apoſtolica eſſet conſulenda. Et ipſi prælati ab eiſdem poſſunt abſolui, & diſpenſari à confeſſoribus ſuis. A.C. 1231

Verum quia in proceſſu temporis ipſi mendicantes, ſeu aliqui ex eis inſolētes cœperunt aliqua agere, quę minus erant in venerationem prælatorum, & damnum clericorum, eccleſia aliquibus conſtitutionibus repreſſit audaciā & temeritatem illorum & tanquam pia mater ſtatuit ea quę ad pacem habendam, nutriendam, & conſeruandam proficere poſſent, & fraterna dilectione vtroſque tueri.

Vnde & Bonifacius octauus in vj. de exceſ. præla. cum ex eo. mandat, quod mendicantes non accipiant noua loca vel loca recepta mutent, nec ipſa loca recepta permutent, aut vendant, aut donent abſque ſedis apoſtolicæ licentia.

Quæ conſtituta ſint ab eccleſia ad reprimēdam religioſorum audaciam.

Et Inno. 4. de regularibus in. 6. non ſolum ſtatuit, quod mendicantes non recipiant ad [a] profeſſionem expreſſam aliquem ante annum elapſū probationis quod Bonifacius extendit ad eremitanos & carmelitas in. c. cōſtitutione. Sed per Clementinas in concilio Viennenſi ad multa alia mendicantes ſunt arctati vt in ca. dudum. de ſepulturis. videlicet quod ij qui exponuntur ad audientiam [b] confeſſionum in ordine mendicantium per Prælatos ſuos debent pręſentari diœceſanis aliter non poſſent audire ſine licentia eorum vel papæ. Et illi debent dare eis poteſtatem abſoluendi de caſib. reſeruatis prout videt eis. Ibi etiā, de quib. debeat dari canonica portio, ſeu quarta de funeralib. & legatis eorum, qui eligunt ſepulturam apud eos quomodo, & quando.

Sed Ioannes 22. poſt illam Clemen. dedit priuilegium mendicantibus de non ſoluenda quarta certo modo contra illam Cle. De prædicatorib. etiā ibi agitur, quādo debēt vel non debent prędicare.

Itē ipſis mendicantibus, & omnibus religioſis prohibetur ſub pœna excommunicationis latæ ſententię cuius abſolutio papæ reſeruatur quod nullus eorum debeat dare ſacramentum euchariſtiæ vel extremę vnctionis vel matrimonium ſolennizare ſine licentia proprij ſacerdotis ei, qui non eſt ſubditus eis. Quam licentiam non ſolum papa, ſed & diœceſanus illius qui accipit hmōi ſacramēta dare poteſt.

Mendicantes nō poſſunt Euchariſtiam & extremam vnctionem & matrimoniū cōferre.

a *Hoc etiam ſacroſancta Synodus Trid. ſtatuit ſeſſ. 25. c. 15. de regu. & monialibus his verbis. In quacumque religione tam virorum quam mulierū profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum nec qui minore tempore quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit ad profeſſionē admittatur.*

b *Concilium item Trid. ſeſſ. 23. c. 15. idem decreuit quamuis inquiens preſbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant decernit tamen ſancta Synodus nullum etiam regularem poſſe confeſſiones ſæcularium etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari niſi aut parrochiale beneficium, aut ab epiſcopis per examen ſi illis videbitur neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur.*

ac

A.C. 1220 Ac etiam, quod nullus religioſus abſolua tã ſententia excommunicationis,& aliis ſententijs à iure communi promulgatis, vel per concilia prouincialia vel ſynodalia factis. Et quod nullum abſoluant à culpa & pœna.

Item in alia conſtitutione quod prædicatores debeant admonere populum prędicando certis diebus cum ſunt requiſiti ad ſoluendũm decimas. Et confeſſores, quod debent facere conſcientiam de decimis ſoluendis ſibi confitentibus, aliter ſcienter omittendo incurrunt certam pœnam.

Item, quod non detrahant prælatis eccleſiarum in ſermonibus ſuis. Item quod non dicant aliqua, vt retrahant homines à ſolutione decimarum.

Item quod non inducant aliquem ad promittendum, iurandum vel vouendum eligere ſepulturam apud eos, vel non mutare.

Item quod non poſſint aſſentire electionibus de ſe factis, ſine conſenſu ſuperiorum. Item circa inquiſitores qui ordinariè ſunt mẽdicantes certa ſtatuta pœna.

Item per extrauagantem Martini v. quod non poſſunt tranſire ad ordinem monachalem niſi Cartuſienſium ſine licentia Papæ.

Communiter dicitur, quod priuilegia mendicantium habent eadem eremitani & Carmelitæ & Seruitæ, ſed pene omnes religiones monachales hodie ſunt exẽptę à diœceſanis.

Cuiuſdam ſtudioſi literarum conuerſio mirabilis ex lib 3. vitæ D. Dom. cap. 2.

§. II.

TEMPORE quo fratribus prædicatoribus Bononiæ eccleſia Beati Nicolai donata eſt, ſcholaris quidam bene inſtructus, ſed vanitati admodum deditus tali conuerſus eſt viſione. Videbat enim, quod quaſi nimia tempeſtas inueniret eum in campo, & dum fugeret ad domum quandam inuenit eam clauſam pulſat, & recipi petit, cui hoſpita reſpondit: Ego, iuſtitia hic habito, & hæc eſt domus mea quia iuſtus non es non intrabis in eam. Dolet ille & aliam ſuſpicit & recipi petit cui hoſpita reſpondit. Ego ſum hoſpita veritas, nõ te recipio, quia veritas eum non liberat, qui eã non amat. Videt & tertiam manſionem, & petit intrare, ſed audit. Ego pax hic ſum, ſed non eſt pax impiis dicit dominus, ſed tantum hominibus bonę voluntatis. Verum quia ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis vtile conſilium tibi dabo. Vltra me habitat ſoror mea quæ miſeris & afflictis auxiliatur, ad hanc accede & eius mandata comple. Et fecit ſic cui miſericordia occurrens (ſic enim domina vocabatur) ait. Si ab imminenti tempeſtate ſaluari deſideras vade ad ſanctum, Nicolaum, vbi habitant fratres Prædicatores & inuenies ibi ſtabulum pœnitẽtiæ, & præſepe cõtinentiæ, & pabulum doctrinæ aſinum ſimplicitatis cum boue diſcretionis, Mariam illuminantem Ioſeph perficientem & Ieſum te ſaluantem. Euigilat ille & hæc ruminans, deuotiſſime ſicut ſibi conſultũ fuerat, ita cõpleuit. Hæc magiſter Alexander vir honeſtus, & verax ſuper verſu illo pſalmi. Miſericordia & A veritas obuiauerũt ſibi in ſcolis dixit & in ſuis poſtillis notauit. Hic fuit multo tempore magiſter in theologia & poſtea factus eſt epiſcopus in Anglia; vnde erat oriundus. A.C. 120

Eodem tempore quo prædicatorum ordo tanquam puſillus grex, & vt nouella plantatio erat inter fratres quędam tentationis cõmotio intantùm eos deficit à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate vt multi eorum conferrent ad quos ordines ſe tráſferrent timentes ne ordo tanquam res noua, & modicum roborata, ad nihilũ deueniret. Vnde duo de maioribus impetrauerunt licentias à quodam legato, qui tũc erat in partib. illis, vt ad aliquod Ciſtertienſis ordinis monaſterium tráſferre ſe poſſent. Quas literas cum fratri Reginaldo quondam ſancti Aniani Aurelianenſis decanó (qui vicarius beati Dominici erat) repræſentaſſent, & ille in capitulo cauſam cum dolore multo expoſuiſſet fuit fletus ingens & commotio ſuccreſcere cœpit. Et fratre Reginaldo in cœlum erectis oculis, & corde loquente ad Deum in quo tota eius fiducia erat frater Clarus de Sexto diœceſis florentinæ vir bonus, & magnæ authoritatis, & peritus in iure ciuili qui etiam in iure canonico, & artibus rexerat & poſtmodum fuit Prior prouincialis in Romana prouincia & deinde Papæ pœnitentiarius & capellanus exorſus eſt loqui ad fratres & cœpit eos multis rationibus confortare, vnde vix ſermonem compleuerat & ecce magiſter Rolandus Cremonenſis qui tunc regebat Bononiæ cuius fama celebris & ſolemnis in phyſicis habebatur, qui etiam poſtmodum inter fratres primus in theologia legit Pariſiis, ſuccenſus ſpiritu Deo, de mundo fugiens venit ſolus ad fratres & quaſi ebrius ſpiritu, nulla prolocutione præmiſſa ſe recipi poſtulauit. Frater autem Reginaldus, præ nimio gaudio veſtes alias non expectans exuto ſuo caputio induit eum ſtatim & ſacriſta pulſante campanã quæ viginti ſolidorum imperialium [pretio] non conſtiterat & fratribus cantantibus, Veni creator ſpiritus licet præ abundantia lachrymarum, & gaudij vbertate vix poſſent, fit concurſus ingens virorum, ac mulierum, ac ſcolarium & totius commotio ciuitatis. Renouatur quidẽ deuotio in fratribus & omnis illa prior tentatio euaneſcit. Illi autem duo fratres profilientes in medium ſe malè feciſſe profitentur. Pſal. 86. Tentatio grauis in ordine ib. c. 2. Phyſicam medicinam nominat.

Sequenti autem nocte prædictus frater Rudolfus, qui de priori illa fratrum commotione triſtis admodum erat huiuſmodi viſione eſt à Domino conſolatus. Videbatur enim ſibi videre Chriſtum & ex vna parte beatam virginem Mariam, ex altera beatum Nicolaum qui manum ſuper caput ſibi ponebat dicens. Ne timeas frater quia omnia proſpera tibi euenient, & toti ordini domina mea curam habente de vobis. Et ſtatim videbat in aqua quę tranſit iuxta Bononiam nauim plenam multitudine fratrum. Et ait beatus Nicolaus, Vides hos fratres? ne timeas quia tot ſunt quod totum mundum implebunt.

Hic frater Reginaldus cum Bononiæ feruenter prædicaret, fere totam ciuitatem ſalutari commotione commouit multoſque ad ordinem traxit, & inter cæteros fratrem Clarum, qui ſecundum nomen ſuum ſanctitate vitæ inſignis extitit, ſcientia pred itus, vt poto qui in ar-

A.C. 1220.

artibus & iure canonico rexerat, in iure etiam ciuili inſtructus, primus prouincialis Romanus [factus eſt] Domini papæ pœnitentiarius & capellanus. Inſuper & fratrē Rolandū Cremonenſem prædictum, qui tunc regebat Bononiæ. Et fratrem Monetam (vel Simonetam) qui in artibus legens famoſus habebatur.

Simonetæ conuerſio ibid.

Hic admonebat ſcolares, ne irent ad prædicationem ipſius Reginaldi dicens, quia iſti fratres facile ſuis ſermonibus illaqueant homines, vt efficiantur religioſi. Et in mane ſancti Stephani ipſe audita miſſa priuata cum ſcolaribus ſuis, cum rogaretur ab eis, vt irent ad audiendum magiſtrum Reginaldum prædicantem non valens ſe excuſare acceſſit, & in primo verbo eius fuit captus. Cum enim ille diceret. Ecce video cœlos apertos & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei clamabat. Ecce cœli aperti ſunt nobis, væ illis, qui nolunt intrare, quia veniet hora cum voluerint, & non poterunt intrare, compunctus magiſter Moneta extunc propoſuit habitum ordinis ſuſcipere, ſed non valens propter quędam impedimenta interim eum manſit in ſæculo multos traxit ad ordinem, & poſtea ipſe ingreſſus doctrina ſua multos conuertit.

Acto. 7.

Reginald' Lutetiam mittitur. Ibi. c. 10.

Hic Reginaldus miſſus poſtea Pariſios prædicans plures traxit ad ordinem, & præcipuè magiſtrum Iordanum, qui fuit poſt mortem beati Dominici magiſter ordinis, & magiſtrū Henricum, magiſtrum in theologia ſingularem virum, & in breui infirmatus ibi defunctus eſt viuente adhuc beato Dominico.

Hic Reginaldus vt innoteſcat rigor in eo religionis, cū eſſet Bononiæ deprehendit quēdam conuerſum vilem pannum præter licentiam accepiſſe, quem Reginaldus in capitulo acriter verberauit, & pannum comburi fecit. Et cum ille murmurans non recognoſceret culpam ſuam, & ſe nolet parare ad diſciplinā, fecit eum à fratribus violenter parari, & acriter diſciplinans oculos erigebat ad cœlum, orans, vt per diſciplinam ab eo diabolus expelleretur, ſicut egerat beatus Benedictus & ad fratres dicebat, vt orarent pro eo. Inter hæc conuerſus compunctus cum lachrimis ait, Gratias tibi ago pater, vere à me diabolum expuliſti. Senſi enim manifeſte ſerpentem de renibus meis exiiſſe, ſicque factus eſt bonus religioſus.

Alter cum apoſtatando vellet conuentum egredi, ad capitulum reductus eſt coram Reginaldo, quem ad diſciplinā denudatum, acriter verberabat dicens exi, dęmon. Et ad fratres ſe vertens aiebat. Orate fratres. Cūq; diutius hoc egiſſet, ait percuſſus. Audi me pater. Et ille. Quid vis fili? Vere (ait) diabolus receſſit à me, & amodo ſtabilitatem tibi promitto.

Reuelatio religioſo facta de modo, quo Deus mundum pugno continet.

§. III.

FVIT in conuentu Spoletano nouitius quidam, nobilis genere, magnæ ſimplicitatis: atque puritatis. Hic cum diceret illum hymnū beatæ virginis. Quē terra, pontus, æthera, &c. & veniret ad verbum illud, Mundum pugillo continens, admirabatur ſupra modum, quod Deus eſſet tam magnæ ſtaturæ, vt mundum totum ſuo poſſet pugno continere. Cum autem de hoc verecundaretur petere, præcabatur dominum iugiter, quod veritatem huius placeret ſibi oſtendere, vnde factum eſt cum quodā ſero in huiuſmodi precibus obdormiuiſſet, videbatur ſibi quod ſubito abſtractus ad aera veniebat multitudo Angelorum, ſedem magnam portantium. qui cum illam in quodam loco ſpacioſo poſuiſſent affuerunt & alij Angeli, qui aliam ſedem deferentes contra alteram poſuerunt, quibus poſitis, ecce tertiam innumerabilis multitudo Angelorum, qui Chriſtum tanquam iratum, iudicem in ſuis brachiis portantes in prima ſede collocauerunt, virginem glorioſam ſtatuerunt contra eū in ſecunda: vltimo verò venit multitudo ſanctorum omnium ſecundum ordinem ſuum. Aderat autem omnibus tantus timor, ac tremor quantus nunquam fuerat à ſæculo auditus. Igitur his peractis præcepit iudex, vt bona mundi legerentur, qui cū pauca inuenta fuiſſent, pręcepit vt legerentur & mala, quæ cum præ nimia multitudine audire faſtidiret, ſubito totum mundum tanquam pallam vnam furioſe arripuit, eumque inferius cum impetu magno proiiciens dixit. Cum iudicatur, exeat condemnatus. Quod cum prædictus nouitius tremebundus aſpiceret, voce magna exclamauit dicens, Sancta Maria ſuccurre miſeris. Ad cuius vocem protinus pia virgo Maria ſurrexit, & proiectum mundum propria manu recollegit, & dixit. Sine fili mundum, quem proprio ſanguine redemiſti, adhuc iudicare, quia iam miſi prædicatores meos, vt mundum ad te reuocarent. Mira res, & ſtupenda valde, nam mox, vt dictus nouitius vocem emiſit, terræmotus ſubſecutus eſt in ciuitate, & in tota contracta, ita vt turres multæ & ædificia præfatæ vrbis plurima corruerent, & homines & mulieres illa nocte de ciuitate exierunt. Fratres autem vocem eius audientes, credentes, quod propter terræmotum exclamaſſet, ad cellam eius venerunt, ſed cum penitus quaſi inſenſibilem inuenerunt, qui ad ſe reuerſus dixit, ſe de terręmotu nihil ſenſiſſe: ſed viſionem quem viderat, vſque ad mortem manifeſtare noluit. In hora autem exitus ſui magiſtro ſuo prædictam viſionē per ordinē narrauit, & ſic in ipſo nouitiatu in magno ſpiritus feruore animā Deo reddidit.

A.C. 1220

Pſal. 101.

B. Virgo mundum à Chriſto proiectū ſuſtinet.

Cōtracta i. regio.

De Beato Petro Martyre.

CAP. VI.

PRÆVENISTI eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Vitam petiit à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum ſæculi. In quibus poſſunt notari tria de beato Petro martyre, videlicet gratia ſanctificationis, in præuentione benedictionis, & victoria concertationis, in magnificatione coronationis, & excellentia glorificationis, in collatione poſtulatæ viuificationis, vt dicit Apoſto. ad Heb. xiij. Opti-

A.C. 1240.

Optimum eſt gratia ſtabilire cor,& ratio qua re hoc eſt optimum exiſtit,quia gratia Dei,vita æterna.(ad Ro.vj.)ſcilicet habetur. Nā per ipſam gratiam non ſolum nobis reuelatur,& aperitur intelligentia mādatorum Dei,vt ſciamus,quid facere,quid vitare debeamus,ſed etiam præſtatur per ipſam, vt quod cognouimus faciendum,facere valeamus.

Hæc gratia dicitur, quia facit nos gratos Deo,& opera noſtra accepta, & quia gratis datur nobis à Deo ſiue meritis noſtris præcedentibus,vnde & præueniēs dicitur,quia præuenit voluntatem hominis,antequā velit bonum opus meritorium.vnde dixit:Præuenisti eum.Antequam enim quis veniat, aut vadat ad Deum per bona opera, Deus venit ad eum per gratiam.Hæc eſt magna dulcedo mentis, ſi tamen guſtatis,quam dulcis eſt Deus, inquit Petrus in prima canonica,Huius dulcedinis gratię benedictiones,ſunt opera virtutū ab ea procedentia.vnde Eccle.40.dicitur.Gratia Dei ſicut paradiſus benedictionis.

Fuit autē beatus Petrus præuentus huiuſmodi benedictionibus gratiæ.Et in baptiſmo cum fuit iuſtificatus,& mūdatus à peccato,& à pueritia ſua liber à tenebris hæreſeos parētū ſuorum,quod oſtendit in confeſſione veritatis fidei coram auunculo ſuo,vt patebit. Fuit ſecundo præuentus in benedictionibus dulcedinis gratiæ,quando illuſtratus à Deo ſęculum deſerens intrauit religionē cum magno feruore.Nō enim ſine ſpeciali gratia illud fieri valet, per quod tanquam per baptiſmū habetur remiſſio peccatorum:ſecundum D.Th. in ſumma.Tertio fuit præuentus gratia modo ſingulari,quia in vita nunquam mortalis criminis ſenſit cōtagium, vt canit eccleſia:vnde dicere potuit cum Apoſtolo. Gratia eius ſemper in me manet.quod donum pauci habent.

(inf.§.1.) (Tho.2.2. q.189.a.2.)

Quantum ad ſecundum: Non coronabitur(ait Apoſtolus.ij.Timo.ij.)niſi qui legitime certauerit.Certare eſt cōmune omnibus. Nā vt dicitur Iob.vij.Militia eſt vita hominis ſuper terram.Alia litera habet.Tentatio eſt vita hominis.i.bellum continuū.Et ait Apoſtolus ad Ephe.Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem,ſed aduerſus principes & poteſtates,aduerſus mundi rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia,nequitiæ. Et apertius canit eccleſia.Mundus,caro,dęmonia diuerſa mouent prælia.Ita contra iſta oportet continuè bellare,quod vincātur.Et vincendo acquiritur corona. Omnes inimicos beatus Petrus optime vicit,vt dicere poſſet cum Paulo.Bonū certamē certaui,curſum conſummaui,& ideo repoſita eſt mihi corona,non ſolū præmij eſſentialis de qua Pſal.de quolibet iuſti.Gloria & honore coronaſti eum Domine, ſed etiam corona triplici præmij accidentalis quæ datur pro maxima victoria.

(Certandū cū omnibus.) (Corona in cœlo duplex. 2. Tim.4. Pſal.8.)

Nam corona virginitatis datur ſolū virginibus,qui habuerunt perfectam victoriā contra carnem,nullam delectationem veneream experti.Corona martyrij datur ſolis martyribus,propter perfectā victoriā cōtra diabolū. In cuius figura fuit,quod in mari rubro,quod ſignat martyriū,Pharao cū omni exercitu ſuo ſuperatus & ſubmerſus eſt.i.virtus omnis dæmonum.vnde & Cyprianus de pœ.di.j.Nun-

(Corona accidentalis triplex. Exo. 14.)

A quid.In ſeruis Dei,apud quos martyrium mēte concipitur,animus ad bonū deditus,à Deo iudice coronatur. Corona doctoratus datur prædicatoribus veris, quia in ſe,& in aliis, quos docent,faciunt perfectè vincere per doctrinam mundū,& vanitates eius. Sed omnia iſta perfectè egit beatus Petrus &ideo aſcēdit aureola triplici dotatus,vnde Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.Quomodo vicerit declaratur in hiſtoria.

Quantum ad tertium.vita pręſens,vt dicit Greg.potius deberet dici mors,quā vita. Ipſe quotidianus defectus,quid eſt aliud,quā quædam prolixitas mortis,in aliam vitam inferēdo[Sed contra in miſeris dicit idem Gre.erit mors ſine morte,[finis ſine fine] defectus ſine defectu[quia & mors viuit,& finis ſemper incipit &deficere defect' neſcit.]Eſt igitur vera, perfecta,& perpetua vita in patria ſumma,de qua Chriſtus.Ibunt hi,ſcilicet electi in vitam æternam.Iſtam petebat & optabat beatus Petrus à Domino frequentiſſimè, & iſtam recepit,cum martyrium paſſus eſt.

(Hom.27. in Euang.) (Matt. 25.)

C

Vita S.Petri Martyris à Thoma Lentino patriarchaHyeroſolymitano ſumpta: & ſi nonnulla ex Innoc.4. addita. De hoc etiam ſcripſit Vinc.ſpec.hi. li.31. ca.103.& Ioannes Garzo li.2.de viris illuſt.ord Prædi. §. I.

PETRVS nouus martyr,de ordine prędicatorum,fide pugil egregius,de ciuitate Veronenſi extitit oriundus,de quo ſic ait in epiſtola canonizationis eius Innocen. papa. iiij.

D Hic tanquam ſplendidum lumen de fumo lignum candens de ſentibus, rubens roſa de ſpinis exoritur:dum de parentibus per errorē excœcatis lucidus prædicator exurgit,&de infectis corporeq; corruptis virginale decus procedit,ac de ſpinis ęterno incendio deputatis inclytus martyr aſcendit. Parentes namque ſuos hæreticos habuit,à quo tamen errore ſe penitus mundum ſeruauit.

Hic Petrus(vt ait Innocentius in dicta epiſtola)cū à mundi fallaciis in adoleſcentiæ anni prouidè declinaſſet,ad ordinē fratrū prędicatorū ſe trāſtulit,in quo quidē ordine triginta fere annorū ſpatio fultus caterua virtutū fide præambula,ſpe adſtante, comite charitate ſic præualuit,& profecit circa ipſam defenſionem fidei,pro qua totus ardebat, quod contra illius diros hoſtes mente intrepida,feruentique ſpiritu continuū certamē exercens: tandē agonē,diutinū victrici ſuperante martyrio fœliciter conſummauit.Et ſic Petrus firm' in Petra fidei,Petrus deinde paſſionis alliſus ad petram,ad Petram Chriſtum dignè laureādus aſcendit. Virginitatem quoque mentis ſeruans & corporis, nec vllius mortalis criminis ſenſit vnquam contagium, ſicut ſuorum confeſſorum fideli teſtimonio eſt comprobatū.Et quia ſeruus delicatè nutritus proteruit in Dominū,carnē ſuā,aſſidua cibi& potus parcitate reſtrinxit.Ne vero per otij deſidiā hoſtilibus pateret inſidiis,in iuſtificationibus Dñi exercebatur aſſiduè,vt eo circa licita totaliter occupato,locum in ipſo illicita non haberent,& à ſpiritualib' nequitiis tut' eſſet

(Virginitas ipſius.) (Prou. 29 Operationes.)

A.C. 1240.

A Nocturna quidem ſilentia humanæ deputata quieti, poſt dormitionem breuem decurrebat in ſtudiis lectionum, & ſomni tempus vigiliis occupabat. Dies autem expēdebat commodis animarum, vel ſedulis innitendo prædicationibus, & diſputationibus, vel confeſſionum audientiæ inſiſtendo, aut hæreticorum dogma peſtiferum validis rationibus confutando, quibus ſpeciali dono noſcitur claruiſſe.

Virtutum Catalog.

Deuotione inſuper gratus humilitate lenis obedientia placidus, B benignitate ſuauis, pietate compatiens, patientia conſtans, caritate præſtabilis, & in cunctis morum maturitate compoſitus, alios profuſis virtutum odoribus attrahebat. Feruens quidem amator fidei, cultor præcipuus, pugnator ardentior, ſic animo ſuo illam impreſſerat, ſic ſe totum in illius manciparat obſequium, quod quæquæ ipſius verba, & opera virtutem fidei redolebant. Pro hac quoque mortem ſubire cupiens, hoc principaliter à Deo attentis & crebris ſupplicationibus poſtulaſſe creditur, quod non ſineret eum de hac luce migrare: niſi ſumpto pro illa calice paſſionis, nec fraudatus eſt tandem deſiderio ſuo.

B. Petri de martyrio poſtulatio

C Cum igitur de ciuitate Cumana, vbi fratrū ſui ordinis ibi morantium prior erat, Mediolanum iret pro exequenda inquiſitione contra hæreticos ſibi ab apoſtolica ſede commiſſa ſicut in publica prędicatione prędixerat, quidā de ipſorum hæreticorum ſecta prece illorum inductus, & pretio, in eum iter ſalutaris propoſiti proſequentem, funeſtus inſiliit, in agnū vtique lupus, ferus in mitem, in pium impius, furibundus in manſuetum, in modeſtum effrę nis, profanus in ſanctum præſumit, inſultum exercet, conatam mortem intentat. D Sacru autem caput illius impetens, diris in eum impreſſis vulneribus, & ſauciato ſanguine iuſti enſe, venerandum, illum nō diuertentem ab hoſte, ſed exhibentem ſe protinus hoſtiam, & cæſoris ſuſtinentem in patientia truces ictus, dimiſit ſpiritu petente ſuperna, in ipſo loco paſſionis occiſum. Ipſo quoque ſacrilego percuſſuras in Chriſti miniſtrum ingeminando inculcante, ille non querula voce murmurans, ſed ſufferens omnia patienter ſuum domino ſpiritū commendabat, dicens. In manus tuas domine commendo ſpiritum meum. Cæpit etiā ſymbolum dicere fidei, cuius nec in hoc articulo deſiit eſſe præco, prout ipſe nefandus, qui à fidelibus captus fuit, & quidam frater Dominicus, qui comes ſancti erat, & ab ipſo lictore percuſſus diebus aliquibus ſuperuixit, poſt ea retulerunt.

Pſal. 30.

Et cum martyr Domini adhuc palpitaret, cultellum lictor arripuit, & per latera eius trāſfixit. Quamuis autem fidei pugil egregius, hæreticorum dogma peſtiferum in vita ſua plurimum eradicauerit, poſt mortem tamen ſuam meritis ſuis, & coruſcantibus miraculis adeo extirpauit, vt quam plurimi errorem eius relinquerent, & ad gremium ſanctæ eccleſiæ conuolarēt: ita vt ciuitas Mediolanenſis & comitatus eiuſdem, vbi tot hæreticorum cōuenticula reſidebant, adeo ſit purgata, & aliis expulſis, a hiſque ad fidē conuerſis, nullus ibidē auderet aliquatenus apparere. Plures etiam de eis maximi, & famoſi prædicatorum ordinem ſunt ingreſſi, qui vſque nunc cunctos hæreticos, & fautores eorum feruore mirabili perſequuntur. Sic noſter Samſon plures Philiſtæos interfecit moriens, quam viuens occiderat. Sic granum frumenti, cadens in terram & infidelium manibus compreſſum & mortuum, vberem conſurgit in ſpicam. Sic botrus in torculari calcatus, liquoris redundat in copiam. Sic aromata pilo contuſa, odorem plenius circumfundunt. Sic granum ſinapis contritum, virtutem ſuam multipliciter demonſtrauit.

A.C. 1240

Iud 16.
Ioan. 12.
Can. 7.
Luc. 17.

Hic etiam in vita ſanctitatem ſuam miraculis notam fecit. Nam cuiuſdam nobilis filium præ nimio & horribili totius gulę tumore, nec loqui, nec ſpirare valentem, leuatis ad Deum manibus, & crucis in eum facto ſignaculo, illoque accipiente eius cappam & infirmo ſupponente, illico ſanauit. Idem quoque nobilis, vehementi poſtmodum corporis torſione grauatus, timens & credens mortis exinde ſibi imminere diſcrimē: cappam ipſam, quam extunc conſeruauerat, reuerenter fecit afferri, quā ſuo appoſita pectori, mox vermem quemdam duo habentem capita, & pilorum denſitate villoſum euomuit, plena ſanitate ſecuta. Cuidam iuueni muto, immiſſo digito in os eius, ſuæque linguæ ſoluto ligamine, beneficiū loquelę conceſſit, hæc & alia plurima dum viueret, dignatus eſt dominus per eum operari.

Poſt mortem eius lampades, ad ſepulchrum venerabile dependentes, pluries per ſeipſas, abſque omni humano ſtudio, & miniſterio diuinitus ſunt accenſæ: quia conueniens nimis erat, vt qui igne & lumine fidei claruerat excellenter ſingulare de ipſo ignis & luminis miraculum appareret.

Quidam autem cum veſceretur cum aliis, & eius ſanctitatem & miracula deprauaret, ſumpto quodam ſub hac obteſtatione morſello, quem non poſſet, ſi delinqueret circa hoc, transglutire, ſenſit mox ipſum ſuo gutturi ſic hærentem, vt illum inducere, vel educere non valeret. Quare illico pœnitens, & iam vultus colore mutato quaſi ſentiens, vicinæ mortis euentum, facto intra ſe voto, de cætero ad talia os non laxare: fuit protinus illo euomito liberatus.

Morſellū. i. fruſtulū.

Hydropica quędam ad locum paſſionis ipſius auxilio viri perueniens: fuſa ibi oratione ſanitatem integram mox recepit. Obſeſſas à dęmonibus longo tempore mulieres martyr ipſe eiectis illis de corporibus cum multo ſanguinis vomitu, liberauit. Febres expulit: languores quam plurimos curauit. Quidam inſuper, puer ex caſu grauiſſimo ſic oppreſſus: vt F motu, & ſenſu penitus deſtitutus exiſteret: & tanquam mortuus defleretur, mox appoſito ſuo pectori ſacro eiuſdem martyris cruore lana intincta, incolumis exurrexit. Quædam etiam, cuius carnem cancer edax ſedula corroſione vorabat, linitis huiuſmodi terra vulneribus eſt curata. Alij diuerſis infirmitatibus occupati, qui ſepulchrum eius in vehiculis, & aliis ſuſtentaculis adierunt, inde poſtmodum plena incolumitate recepta ſine aliquibus ſubſi-

A.C. 1240

ſubſidiis redierc. Hæc omnia narrat Innocentius in dicta epiſtola canonizationis eius.

D. Petri vita fuſius narratur, & primo de eius inſtitutione & religionis ingreſſu.

§. II.

SEd iam plenius de origine eius, conuerſatione, ſanctitate, & miraculis, vt ſacra eius teſtatur hiſtoria, videamus. Hic plane de Verona, vt dictum eſt, oriundus fuit, ex parentibus hæreticis, qui hæreſim Manichæorũ ſectabantur, ponentium duo principia rerum creatarum: vnum creatorem inuiſibilium, qui eſt Deus: alium creatorem viſibilium, ſcilicet diabolum [a] neſcientes diſtinguere malum culpæ (cuius Deus non eſt author, ſed diabolus ſuggeſtor, & homo vel angelus patrator) à malo pœnæ quod inquantum pœna eſt, & iuſta eſt, & bona, & Deus eſt eius mali author.

Malum duplex. ſu. 9. 1.

Cum autem adhuc puer eſſet ſeptem annorum, & vna dierum a ſcholis rediret, à patruo, qui hæreſim ſapiebat, quidnam in ſcholis didicerit, percunctatur. Qui reſpondit ſe didiciſſe, Credo in vnum Deum, patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et patruus. Noli (inquit) fili dicere, Creatorem cæli & terræ, quia ipſe iſta viſibilia, vbi ſunt tot defectus, non creauit, ſed diabolus. Et puerulus ſe potius velle dicere, ſicut didicerat in ſcholis, & ſe potius, quod ſcriptum erat, & continuare aſſeruit. Tunc ille patruus cœpit per rationes hoc ei ſuadere, prout poterat, quas omnes puer ſpiritu ſancto plenus ſic contra eũ conuertit vt eũ proprio gladio rationum interemerit, erroréque eius cõfutauerit, ita vt ille, quò diuerteret, nõ haberet. Qui indignè ferens ſe à puero confuſum, quæ geſta erant inter eum, & puerũ ſignificauit, & vt Petrum omnino à ſcholis remoueret, ſuaſit. Timeo enim (ait) ne Petr⁹, quãdo fuerit eruditus, ad meretricem illam ſe cõferat, & ſic fidem noſtram deſtruat, & confundat. Qui neſciens, vt alter Cayphas verum dixit, dum Petrum deſtructurum perfidiam hæreticorum prænunciauit. Sed quia res à Deo fiebat, pater fratris monitis aſſenſum non dedit, ſperans, quod per aliquem hæreſiarcham ad ſuam ſectam eum trahi faceret, cum fuerit in grammaticalibus eruditus.

D. Petri patruus ab eo adhuc puero ſuperatur.

Sic motæ hæreticorũ Romanã vocar. Eccleſiam Ioan. 11.

Vidẽs igitur puer ſanctus non eſſe tutum cũ ſcorpionibus habitare, mundum, parenteſque deſpiciens, mundus ipſe criminibus ordinem prędicatorũ in adoleſcẽtia eſt ingreſſus. In quo xxx. annis fere perfectè & laudabiliter vixit, & ſtudio literarum vacans, egregius prędicator euaſit, adeo vt ad prædicationes eius maximus populorum concurſus fieret, ita vt eccleſiæ aliquæ multitudinem non caperẽt, ſed in plateis prædicaret. Vnde in Florentia prædicantem in foro veteri, humani generis hoſtis antiquus inuidens fructificationi eius ex doctrina ſuæ prædicationis, quæſiuit eum impedire, ſed nõ præualuit. In forma enim equi nigerrimi apparens, mouens ſe ex ſtrata publica fabrorum ferrariorum, velociſſimo curſu ad principiũ plateæ fori ipſius aduenit, vt eius aſpectu & curſu territi audientes, fugam caperent. At à viro Domini ſigno crucis facto, contra eum, ſubito diſparuit neminem lædens. Sicque fruſtratus eſt ſpe ſua coluber tortuoſus, & vnde ab attentione verbi procurauit diſtrahere, inde ex miraculo eos fecit magis deuotos.

D. Petrus ordinem prædicatorũ ingreditur.

Ezech. 2.

Tunc autem Florentiæ non modicus erat numerus eorum, qui infecti erant illa hæreſi Manichæorum aſſerentium diabolum creatorem rerum viſibilium. Contra quos beatus Petrus pugil egregius, & hęreticorum inquiſitor viriliter dimicauit, quibuſdam nobilibus de familia, quæ dicitur Rubeorum, & aliis catholicis exhibens vexillum cruce inſignitum vt ipſe verbis, & illi gladiis contra hæreticos pręliũ Domini exercerent. Certamen itaque inuicem ineuntes, catholici hæreticos ſuperarunt vltra Arni fluuium in platea ſanctę fœlicitatis & circa Arnum, in loco qui dicitur Puteus aquæ ad ſanctum Sixtum, non multum diſtans à conuentu ordinis. Eoſque de ciuitate egredi compulerunt, ne carnes putridæ reſiduum corrumperent corpus, & morbidæ oues reliquum inficerent gregem. Adhuc perſeuerant in dictis locis ſigna victoriæ, ſigno crucis in lapide ſculpto, & ſuper columnam impoſito. Sed & ipſum crucis vexillum anniuerſario die natalis eius in proceſſione defertur à viris cuiuſdam ſocietatis, quæ dicitur ſancti Petri martyris, cum ad eccleſiã ad offerendũ cereos

Iob. 10.

a Hanc eandem diſtinctionem Caluinus eiuſque diſcipuli vel non animaduerterunt vel animaduertere noluerunt. qui Deum ex aliquibus ſacræ ſcripturæ locis male intellectis auctorẽ & impulſorẽ & operatorem peccatorum faciũt. Sed tamẽ Manichæis peiores ideo iſti videntur, quod illi de Deo, vt par eſt, in bonitate ſentiẽtes, nõ auſi ſunt Deum verum, qui vnus eſt maiorum quorumcumque auctorem & cõditorẽ facere, & ideo duo principia poſuerũt, quorum vnum Deum bonum auctorem rerum inuiſibiliũ & alterum Deũ malum ſiue diabolum viſibilium cõditorem eſſe dixerunt: ſed Caluiniſtæ adeo impiè de Deo ſentiunt vt quaſi Deum & diabolum in eodem ordine æque vtrũque peccati cauſã eſſe confiteãtur. Quod maxime licet perſpicere ex quatuor impietatis Caluinianæ punctis, quæ notat Staplet. in 11. lib. de iuſtif. quorum primum eſt. Deum non ſolum permittere, ſed & velle actiua efficaci voluntate peccatum. hoc caput exponitur ibid. ex ipſiſmet Caluini verbis cap. 4. Secundum eſt, Deum nõ tantum ordinare peccatum ad certos fines, ſed etiam operari id ipſum ſua propria actione. Hoc cap. 5. exponitur. Tertium eſt Deum non deſerere tantum impios, ſed etiã ad peccãdum incitare & commouere, hoc ca. 6. exponitur. Quartũ eſt. Deum reprobus neceſſitate pluſquã fatali ad peccandum deſtinare & impellere quod explicatur cap. 7. vide etiam cap. 8. 9. & reliqua ad finem vſque lib. Cæterum præter Platonem, qui vt teſtis eſt Theodor. lib. 5. de curat. Græcarum affect. huiuſmodi doctrinæ aſſertorẽ in repub. ferendum non cenſuit. D. Baſ. in hom. quod Deus non eſt auctor peccati. pro eodem habet negare eſſe Deum & Deum peccati auctorem ponere: vnde non immerito doctiſſimus Sanctleſius in lib. de Atheiſmis Caluini & Bezæ hanc impietatem inter eorum Atheiſmos numerat. cap. 5. 1. Multi etiã alij ex veteribus in eodem argumento ſunt verſati. vt D. Frãcus aduerſus Florinum in lib. de monarchia teſte Euſe. li. 5. c. 19. & Tertu. & alij quod eſt canon 24.

Horrendę Caluini in Deum Dominũ noſtrum blaſphemiæ.

A.C. 1210

acceñſos accedunt. Ipſam quoque ſocietatem dicitur beatum Petrum inſtituiſſe, cui cum fratres poſſeſſiones non retinerent, multa immobilia ſunt legata per teſtatores, vt ex eorum redditibus fierent pittantiæ fratribus conuentus dicti ordinis per totum annum.

In eadem ciuitate Florentina hoc poſt mortem ſancti prodigium contigit. Cum enim quidam iuuenis hæretica prauitate corruptus cum aliis iuuenibus in eccleſia fratrum prædicatorum ante quãdam imaginem vbi depictum erat martyrium beati Petri tranſiret, cernens ipſe lictorem percutientem ſanctum Dei euaginato gladio, ait ad ſocios, Vtinã ego ibi interfuiſſem, quia validius percuſſiſſem. Qui ſtatim mutus effectus eſt. Cum ſocij alteratum eum videntes, inquirerent, quid haberet, & ipſe nil reſponderet, ipſum ad domum reducere decreuerunt. Et cum in via eccleſiam ſancti Michaelis de Bertoldis vidiſſet, elapſus de manibus ſociorum, eccleſiam ipſam intrauit genua flectens, corde ſanctum Petrum rogauit vt ſcelus ſuum ignoſceret, voto, vt potuit, ſe obligans, vt ſi à mutitate liberaretur: publicè peccatum ſuum confiteretur, & omnem hæreſim abiuraret. Qui ſubito loquelam expeditam recepit, & veniens ad eccleſiam fratrum hæreſim abiurauit, peccata confeſſus, & data licentia confeſſori, vt publicè hoc diceretur in prædicatione: cùm iſtud inſinuaretur, ipſe ſurgens in medio confeſſus eſt, & non negauit ſe ipſum eſſe, cui hoc accidit.

Puritas & humilitas eius mira.

§. III,

Viſgines beatæ cũ familiariter viſitãt.

MIRÆ erat hic ſanctus puritatis & humilitatis, propter quæ virgines ſanctæ ex ſuperna patriæ aliquando eum viſitabant, cum eo orante familiariter colloquentes. Vnde cum in quadam ciuitate moram traheret in conuentu ordinis accidit vt eo in cella orante quidam fratres leues tranſeuntes iuxta cellam eius, audientes collocutioné pluriũ firmarint ſe, vt deprehenderent, quieſſent. Qui audientes voces mulierum, vt minus deuoti, exiſtimarũt fœminas eſſe in cella, vnde capitulo accuſarũt cum coram Priore teſtibus inductis, cum etiã quantumcunque pia cauſſa etiam confeſſionis, vel neceſſarij conſilij mulieres in dormitorium inducere etiam honeſtiſſimas ſacrilegium indicetur. Surgens in medium frater Petrus vocatus à Priore interrogatur de re ipſa, nec explicat cum quibus loquebatur, cum ne ſe iactare videatur aſſerendo colloquium habuiſſe cùm ſanctis virginibus, tum conſiderãs ſibi ſoli fidem non adhiberi cõtra plures. Nec tamen fatetur mulieres in cella habuiſſe, de quibus illi intendebant, ſed tacens proſtratus in medio veniam petijt. Quis enim dicere valet, Mundus ſum à peccato, vt nõ egeat venia? Dure prior arguit eum, quomodo auſus ſit fœminas, & ſi honeſtas in cellam ducere, cum vltra periculum maxima nota infamiæ contra conuentum poſſit oriri. Arbitrabatur fortè magis, quadam incautela & ſimplici puritate, quàm laſciuia illud fuiſſe peractum. Florebat tunc ordo prædicatorum, & omnis laſciuia e-

Mulieres introducere in dormitorium eſt ſacrilegium.

A xulabat ab eis. Iubet igitur Prior à conuentu illo fratrem Petrum diſcedere, vt diſcat in huiuſmodi incautelis non ſcandalizare conuentus, & ad conuentum Ieſinu ordinis in Marchia ſitum accedere, & ibi quaſi relegatũ manere. Caput inclinat pœnitentiam humiliter innocens ſuſcipit, iter aſſumit, & applicans reſidet ibi. Quadam autem nocte dum in eccleſia coram crucifixi imagine deuotius oraret, confuſio ei illata ſine cauſa, & increpatio menti occurrit, ſenſitiuãque excitauit ad triſtitiã, & piam querelam faciens ad crucifixum aiebat. Mi domine tu ſcis in cauſa illa innocentiam meam: cur permiſiſti me ita iudicari. Et crucifixi imago ad eũ. Et ego Petre, quid mali feci, vt cum tantis opprobriis, & contumeliis condemnarer ad crucem? diſce ergo exemplo mei omnia æquanimiter ſuſtinere. Ex quibus verbis mirabiliter confortatus, & conſolatus eſt. In proceſſu temporis declaratum eſt illos fuiſſe errore deceptos, qui crediderunt virgines ſupernæ patriæ fuiſſe fœminas viæ. Adhuc imago illa crucifixi in dicto conuentu in reuerentia & veneratione habetur.

A.C. 1210.

Iuuenis quidam B. Petro cõfitetur.

In illo tempore cum per Longobardiam & Tuſciam ac Romandiolam prædicando diſcurrit, contigit ei quemdam adoleſcentem ad doctrinam eius compũctũ in confeſſione audire, & inter cætera confeſſus eſt ſe matrem calce percuſſiſſe. At ſanctus facinus horrens cum amaris lachrymis eum redarguit, oſtendens grauitatem ſceleris. Cuius verbo & exemplo cõmotus. Quid me (inquit) facere iubes pater in ſatisfactionem tanti mei flagitij. Ecce ad omnia paratus ſum. Certè (ait vir ſanctus) ille pes mereretur abſcindi, qui inſtrumentũ fuit tantæ impietatis: cum & Chriſtus dicat in euãgelio. Si pes tuus ſcandalizat te abſcinde eum & proiice abs te. Non tamen hoc tibi dico, vt facias, ſed caue in futurum. Facies autem talem & talem pœnitentiæ ſatisfactionem. Recedit adoleſcens cum non modico zelo vlciſcendi patratum exceſſum licet non ſecundum ſcientiam. Reuerſus domum accepit non paruum cultellum, & in feruore ſpiritus pedem abſcidit. Dolor intenſus ſequitur, quẽ feruor nõ tulit, nec minuit. Clamat præ dolore, & voces audiuntur, ſanguiſque effluit copioſè in terram. Cucurrit mater, cernit pedem abſciſſum ſanguine fluentem, & dolore quaſi extra ſe poſita vocat amicas & vicinas. Accurrũt omnes ſtupore replentur, neſcientes rei cauſam. Intendunt quam citiſſimè ad ſanguinis fluxum reſtringendum. Et cura, quę potuit eſſe adhibita ſciſcitatur adoleſcẽtem, quomodo, qua de cauſa, id actum fuerit. Reſpondit iuuenis ſe confeſſum illi prædicatori Petro, & inter cætera de calce matri illato. Quod peccatum oſtendit ei ita enorme fuiſſe, vt non videretur adoleſcẽti ſufficiẽter ſatisfacere poſſe, niſi pedẽ puniẽdo per abſciſſionẽ. Querulatur mater, notę coadiuuant, vicinia implent murmurationibus, in contumeliam fratris Petri, & conuentum, tenentem fratres ita indiſcretos, & fatuos qui pœnitentiam adoleſcentibus iniungant abſcindendi pedes. Pergunt ad conuentum feſtinanter, vocant priorem, querela exponitur cõtra fratrẽ Petrũ explicatur caſus, inſinuatur hoc

Matt. 18.

A.C. 1240. hoc ſancto viro, excuſat ſe ille non iniunxiſſe tale opus. Verum ad prouidendum ſimplicitati adoleſcentis, iuſſit adduci cum pede abſciſſo. Quo facto oratione præmiſſa pedem abſciſſum iunxit, & coaptauit tibiæ in loco inciſuræ, & ſubitò inſita & incarnata eſt cum pede tibia, ac ſi nulla ibi fuiſſet inciſura. Et videntes qui aderant, glorificauerunt Deum qui dedit poteſtatem talem hominibus, & ſimplicẽ fatuitatem iuuenis conuertit in gloriam ſancti ſui.

Diſputatio cum hæretico. Altera die cum obuiaſſet, inquiſitor exiſtentes cuidam ex primoribus hæreticorum, multum in malitia ex cauillationibus acuto, hæreticus ille ad certamen diſputationis eum inuitauit in loco patenti. At ille pugnam non renuit, ne adſtãtes, ſi reluctaretur, arbitrarẽtur, Petrum conuictum. Congreſſus igitur in prælio verborum hæreticus, argumenta ſua fecit ſatis ſubtilia ad probandum perfidiam ſuam. At beatus Petrus cum eſſet improuiſus, aliquã moram ſibi petiit concedi ad reſpondẽdum. Qua data expectantibus cunctis, ſanctus Dei eccleſiam, quæ prope erat introiuit, ante altare beatæ virginis cùm lachrymis orans vt defenſioni ſuæ veræ fidei prouideret. Cumq́ue aliquis motus titubationis propter rationes hæretici menti inſurgeret propter quod inſtãtius & feruentius orabat omni ambiguitate remota in fide ſolidari, audiuit vocem ab imagine prolatam. Petro ego pro te rogaui, ne deficiat fides tua. Inde ergo confortatus egreſſus, ad hæreticum, poſtulauit Petrus ab hæretico, vt rationes ſi inductus iterum replicaret. Ille Dei virtute ita mutus effectus eſt, vt ne vnum verbum proferre valeret. Sicq́ue confuſus abſceſſit, quod aliquis motus dubitationis fidei inſurgeret & audiret. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, altera fortè vice fuit. Luc. 22.

Mediolani multos hæreticos conuertit.

§. IIII.

CVM Inquiſitor factus contra hæreticos ab Innocentio iiij. in partibus Longobardiæ præcipuè circa Mediolanum reſideret vbi magis vigebat tunc illa hæreſis, quæ fuerat Manichæorum, Mediolani quemdam epiſcopum hæreticorum à catholicis captum beatus Petrus examinabat publice. Multi quoque epiſcopi, religioſi, & maxima pars ciuitatis cum conueniſſent, dies tum ex prædicatione, tũ ex examinatione iam erat protracta in longum, maximuſq́ue æſtus populum affligebat. Dixit ergo hæreſiarcha ille alta voce. O Petre peruerſe, ſi tu es ita ſanctus, ſicut iſte ſtultus populus te affirmat, cur eum æſtu mori permittis, & non oras Deum, vt aliquam nubem interponat, ne caloris æſtu moriatur. Ad quem Petrus. Si promittis te abnegaturum hæreſim tuam, & fidem catholicam recepturum, rogabo Dominum, & faciet, quod dixiſti. Tunc fautores hæreticorum dicunt conclamantes hæreſiarchę. Promitte promitte. Credebant enim hoc omnino fieri non poſſe, cum nulla vel minima nubecula in aere appareret. Beatus tamẽ Petrus id coram omnibus ſe facturum ſpopõdit. Catholici autem pręſentes ex ipſa obligatione beati Petri triſtari cœperunt, timentes ne fides catholica ex hoc confuſionem pateretur, ſi non ſequeretur promiſſus effectus. Cum igitur hæreſiarcha in ſua perfidia pertinax ſe obligare nollet beatus Petrus cum fiducia magna dixit. Ad hoc, quod verus Deus creator omnium, non ſolum inuiſibilium, ſed & viſibilium creator eſſe monſtretur, ad conſolamen fidelium & confuſionem hæreticorum: rogo Dominum Deum, vt aliqua nubecula deſcendat, quę ſe inter ſolem & populũ interponat. Quod mox facto crucis ſignaculo factum fuit per magnam horam populum nubecula protegente.

Contractus quidam nomine Aſcrbus cum per quinque annos ſic manſiſſet contractus, vt per terram in ſextario traheretur Mediolanum ad Petrũ fuit ductus. Quem cum beatus Petrus ſignaſſet, continuo ſanatus ſurrexit.

Matrona quædam nomine Giralda vxor Iacobi de valleſana cum per quatuordecim annos à dæmonibus fuiſſet obſeſſa, venit ad quẽdam ſacerdotem dicens. Ego ſum dæmoniaca, & ſpiritus malignus me vexat. Mox ſacerdos territus, fugiens ſacriſtiam intrauit, & librũ quemdam in quo erant coniurationes dæmonum, & ſtolam ſub cappa deferens latenter cũ bona ſocietate ad mulierem rediit. Quẽ mox vt vidit, ait. Latro peſſime, quò iuiſti? quid eſt quod ſub cappa occulte portaſti? Et cum ſacerdos ſuas faciens adiutationes nil curationis afferret: venit illa ad B. Petrum dum adhuc viueret audita fama ſanctitatis eius & miraculorũ, poſtulans adiuuari: cui ille prophetica voce reſpondit. Confide filia, & ne deſperes, quia & ſi quod poſtulas perficere ad pręſens non valeo, tamen tempus veniet, quo id quod à me poſtulas plenariè obtinebis. Quod ſecutum eſt, nam poſt paſſionem eius cum mulier illa ad ſepulchrum eius acceſſit, ab illa vexatione dæmonum fuit plenariè liberata.

Cum in ramiſpalmarum, dũ adhuc viueret Mediolani prædicaret, & ibi vtriuſque ſexus eſſet maxima multitudo, dixit publice alta voce: Hæretici tractãt mortẽ meam, ita quod pro morte mihi inferenda pecunia iã depoſita eſt. Sed faciãt quicquid poſſũt, quia magis perſequar eos mortuus, quã viuus. Quod vtique impletũ eſt. Perſecutio illa optima fuit, quæ tamen proprię loquendo perſecutio dici non poteſt, ſed reductio ad ſalutẽ: perſequitur enim proprie qui ad malum cogit, ſeu inducit. Reduxit autẽ beatus Petrus hæreticos ad viam veritatis cognoſcendum, & amplectendã per multa & aperta miracula, quę ad inuocationẽ nominis eius & recõmẽdationem per eum Dominus fecit poſt mortẽ, adeo quod de Italiæ partibus talis hæreſis quæ tunc vigebat, eradicata eſt. Prædicit mortẽ ſuã. Perſecutio quid ſit proprie.

Cum igitur beatus Petrus iniunctũ officiũ inquiſitionis diligenter exequeretur, hæreticos ſolicite inquirens, & nullã eis requiem tribuẽs, ſed mirabiliter omnes cõfundens, ſapiẽter cõuincens, potenter expellens, ita vt reſiſtere non poſſent ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur per os eius, videntes hęretici & dolentes de morte eius tractare cœperunt, arbitrantes ſe poſſe pacificè viuere, ſi eorum tam validus perſecutor de medio tolleretur. Cũ igitur præ- Hæretici in eius mortẽ coniurant.

A.C. 1240 dicator intrepidus mox martyr futurus de Cremona, vbi fratrum prior erat, Mediolanũ verſus iter arriperet pro hæreticis perquirendis, & tũc quartanam pateretur, ſuadebant ei fratres ne pergeret cum ex debilitate non poſſet die illa applicare Mediolanum. Reſpondit ſanctus Dei prophetando. Si non poterimus ad conuentum fratrum Mediolanum peruenire hoſpitari poterimus apud ſanctum Simplicianũ, qui eſt eccleſia in via. & ſic accidit. Ná iter ſalutare proſequendo cum ſocio, quidam, ab hæreticis prece & pretio conducti quadraginta librarũ papienſiũ in via ex inſidiis egreſſi in eũ impetu fecerũt. Sacrũ ei [a] caput ex eis vnus ferit, ſicque iuſti ſanguis funditur, qui genu flexo ſuum Deo ſpiritũ cõmendauit ac fidẽ pro cuius defenſione patiebatur, profitens dixit Credo in vnũ Deũ, &c. Cumque aliquantulum palpitaret, gladiũ per latera eius lictor transfixit, indeque ſpiritus eius ad ſuperna cõſcedit. Socius eius frater Dominus, & ſi vulneratus, non tamen vita tunc functus, obuians aliquibus ſeriem rei geſtæ enarrat, vt fratribus Mediolani nuncietur, qui ad ferendum ſacrũ corpus accedant. Diuulgatur martyrium, fratres quá citiſſimè adueniunt, multitudo hincinde concurrit, quę tāta fuit cupientium ſacras reliquias oſculari, vt ea nocte non valerent fratres corpus illud Mediolanum inferre: ſed ſicut ſanctus prædixerat, in eccleſia ſancti Simpliciani nocte illa cum corpore quieuerunt, & die ſequenti in eccleſiam prædicatorum, quæ dicitur ſancti Euſtorgij, intulerunt, debita veneratione ſepulturę tradentes. Viſa ſunt autẽ à pluribus religioſis & deuotis perſonis, luminaria aſcendentia & deſcendentia ſuper terram in loco paſſionis eius.

Beati Petri martyrium.

Eius gloria manifeſtantia.

Eadem quoque die, qua martyr Dei paſſus eſt apud Florentiam in monaſterio de Ripolis ſanctimonialis quædam in oratione poſita vidit beatam virginem Mariam in excelſo throno in gloria reſidere, & duos fratres Prædicatorum in cælum conſcendere, & hincinde iuxta eam collocatos eſſe, & cum inquireret, quinam eſſent illi fratres, audiuit vocem dicentẽ ſibi: Hic eſt frater Petrus, qui in cõſpectu Dei tanquam fumus aromatum glorioſus aſcendit Compertumque eſt pro certo, quod illo die beatus Petrus martyrium ſuſcepit, & cum graui & longa infirmitate laboraret ad rogandum beatũ Petrum ſe totam contulit, & ſanitatem integram mox recepit.

Cum autem Innocentius papa infra annum eum ſanctorum catalogo adſcripſiſſet, fratres ordinis ad capitulum Mediolanenſis conuenerunt. Volentes autem corpus eius ad altiorem locum transferre cum plus quam per annum in terra iacuiſſet, ita ſanum ac integrum & ſine alicuius exhalatione fœtoris repererunt ac ſi ea diẽ fuiſſet ſepultum. Fratres igitur ſuper magnum pulpitum iuxta plateam corpus eius cum magna reuerentia deduxerunt, & ibidem ſic ſanum & integrum, omni populo eſt oſtenſum, & ab eo ſuppliciter adoratum. Tantus fuerat eius zelus ad catholicam fidem & ad martyrium pro ea ſuſcipiendum, vt in præcipuis & feruentioribus eius orationibus, quando ſcilicet ipſe celebrans corpus Chriſti conſecratum eleuabat coram populo vel cum videbat corpus Chriſti in ſacramento eleuari, hoc ex intimis poſtulabat, vt calicem paſſionis pro eius nomine accipere mereretur.

a S. *Petrus Mediolanenſis pro fide Chriſti cæſus eſt A.C.* 1252. *die Dominico qui in albis dicitur,* 29. *Aprilis quo die eius memoria celebratur.*

Miracula eiuſdem poſt mortem facta.

§ V.

De miraculis eius poſt mortem, quæ quaſi innumerabilia ſunt, ſed ex eis quędam ponentur. Mulier quædam in Flandria cum iam tres filios mortuos peperiſſet, & ex hoc odio à viro haberetur rogauit ſanctum Petrum vt ſibi in auxilium fieret. Cum ergo quartum filium peperiſſet, & ille mortuus eſt repertus, quem mater accipiens ad rogandum ſanctum Petrum totam ſe contulit, eum, vt filium ſuum reuiuiſcere faceret, deuotis precibus exorás, vixque orationem compleuerat, & ecce qui erat mortuus apparuit viuus. Cum igitur ad baptiſmum portatus fuiſſet & vt Ioannes vocaretur, definitum fuiſſet, ſacerdos cum eius nomen dicere debuit, neſciens Petrus dixit. Vnde iſtud nomen ex deuotione ſancti Petri ſemper poſtea retinuit.

In prouincia Franciæ ciuitate Senonenſi puella quædam cum in aquam quandam raptim tranſeuntem cecidiſſet, & per magnum ſpacium temporis ibi ſub aquis ſtetiſſet, tandem de flumine mortua eſt extracta. Mortis eius erant quatuor argumenta ſcilicet magnũ ſpacium temporis, rigiditas corporis, frigiditas, & nigredo. Delata igitur à quibuſdam ad eccleſiam prædicatorum fuit. Qui cum eam ſancto Petro vouiſſent, continuo vitæ reſtituta eſt, & ſaluti.

In prouincia Teutoniæ apud traiectum mulieres quædam, videntes ad eccleſiam fratrum prædicatorum magnum fieri concurſum populi, ad honorem beati Petri martyris in feſto eius, dum in platea conſiſterent, ac filarent adſtantibus dicebant. Ecce iſti prædicatores omnes modos lucrandi nouerunt. Nam vt magnam modo poſſint pecuniam cumulare, & lata fabricare palatia, vnum nouum martyrem inuenerunt. Dum hæc & ſimilia dicerent, ecce filium totum ſanguine cruentatũ & digiti; quibus filium torquetur ſimiliter ſanguine cruentantur. Quod illæ videntes & admirantes, digitos abſtergunt, ne forte in eis accidiſſet aliqua ſciſſura, quæ cum eos ſanos conſpicerent, & filium ſic ſanguinolentum cernerent, trementes ac pœnitentes dicere cœperunt inter ſe. Vere quia pretioſi martyris ſanguini detraximus, nobis idcirco huius ſanguinis miraculum ſtupendum euenit. Currentes igitur ad domum fratrum, priori omnia expoſuerunt, ac filium ſanguine cruentatum eidem præſentauerunt. Prior autem ad multorum inſtantiam ſolemnem prædicationem faciens plurimos conuocauit, & quid acciderat mulieribus illis coram omnibus retulit: & filium cruentatum oſtendit.

Pœnæ S. viro detrahentium.

Verum

A. C. 1252.

Verum quidam magiſter artis grammaticę in eadem prædicatione conſiſtens factum ipſum cœpit plurimum deridere, & adſtantibus dicere. Videte modo, quomodo iſti fratres ſimplicium corda decipiunt. Nam cum aliquib. mulieculis de familiaribus ſuis condixerunt, vt filium ipſum in aliquo ſanguine tingerent, & ſic miraculoſè accidiſſe narrarent. Dum hæc ille diceret, mox plagã in ſe diuinæ vltionis excepit, & ipſum validiſſimarum febrium æſtus multis conſpicientibus ſic vexauit, vt de prædicatione inter manus amicorum ad domum propriam deferretur. Sed cùm febris excre-B ſceret, ille verò mortem vicinam timeret, prædictum priorem fratrum accerſiri fecit, & reatum ſuum confitens Deo & beato Petro corã ipſo priore vouit, quòd ſi eius meritis ſanitatẽ reciperet, eum ſemper in deuotione haberet, & de cætero linguam ad talia non laxaret. Mira res, vt prędictum votum emiſit, integram ſanitatem recepit.

Quædã mulier Euphemia nomine de diœceſi Mediolan. 7. annis à dæmonibus vexata eſt, ſed cum ad ſepulchrum B. Petri ducta eſſet cœperunt dæmones eã amplius agitare, & per C os eius cũctis audientibus clamare. Mariola, mariola, petrine, petrine. Tũc dæmones exeuntes eam quaſi mortuã dimiſerũt ſic poſt modicum ſanata ſurrexit. Aſſerebat autem, quòd diebus Dominicis & feſtis, & maximè cum celebrabatur, eã dæmones amplius moleſtabãt.

Altera mulier Verbona nomine per ſex annos à dæmonibus agitata: cum ad ſepulchrũ ſancti martyris fuiſſet adducta, vix à multis poterat retineri. Inter quos erat quidam credens hęreticorũ Conradus nomine, qui illuc aduenerat, vt ſancti Petri miracula derideret, qui cũ D prædictis dum dictam mulierem retineret, dixerũt ei dęmones per eam. Cur tenes nos, non ne noſter es tu? Nonne ad talem locum te portauimus, & tale homicidium perpetraſti? nonne ad talem & talem locum te duximus & tale flagitium commiſiſti? Cumque peccata ſua explicarent, quæ ipſe ſolus ſciebat, vehementer expauit. Mox autem dæmones collũ & pectus mulieris excoriantes, & inde exeuntes ſemiuiuam dimiſerunt, ſed poſt modicum ſanata ſurrexit. Conradus autem videns hæc & admirans conuerſus eſt ad fidem Catholi-E cam.

Quidam iuuenis nomine Guifredus de ciuitate Cremona Longobardiæ dũ de panno tunicæ B. Petri haberet, & cum magna deuotione teneret, quidam hæreticus eum deridebat, dicens, vt ſi ſanctum ipſum credebat, pannum in ignem proiiceret, ſi non comburi contingeret, proculdubio ſanctus eſſet, & ipſe ſuæ fidei adhæreret. Mox ſuper carbones accenſos iaciens ipſos carbones viuos penitus extinxit: tunc incredulus ille ait. Sic per omnia pannus tunicæ meæ faciet. Poſitis igitur ſuper alios F carbones incenſos, & panno beati Petri & panno hæretici, vt ignis calorem perſenſit pannus hæretici ſubitò combuſtus eſt. Quod videns hæreticus ad viam veritatis conuerſus eſt, & miraculum omnibus publicauit.

Erat nauis in medio maris, quæ ſæua fluA ctuum inundatione quaſſata naufragium patiebatur, ꝓpter quod nautæ diuerſorũ ſanctorũ ſuffragia poſtulabãt, ſed cũ nullum videret liberationis indicium, Genuenſis quidam facto ſilentio proponit, quòd quidam frater Petrus ordinis Prædicatorum ob fidem Catholicam nouiter fuerat martyrio coronatus, qui multis coruſcabat miraculis, ſuadens eius ſuffragium inuocare. Quod omnes deuotè facientes ſubitò cereos conſpexerunt accenſos ſuper antemnam, aereque ſerenato vident quemdam cum habitu fratrum prædicatorum ſuper velum ſtantem, exiſtimantes eum eſſe B. Petrũ ſe ei cordialiter commendarunt, & facta eſt trãquillitas magna.

Vir quidam nomine Roba de Meda cum vna dierum in ludo vſque ad veſtes omnia amiſiſſet, domum ſero rediens lucerna accenſã lectum intrauit, & videns ſe tam viles pannos habere, & tot perdidiſſe, præ nimia deſperatione cœpit dęmones inuocare, ac ſe eiſdem nefario ore recommendare, Statimque tres dæmones affuerunt, qui & lucernam accenſam in ſolarium proiecerunt, & eum per collum arripuerunt tam fortiter ſtringentes vt nec loqui valeret. Quem cum plurimum agitarent, illi qui erat in parte inferiori domus, aſcenderunt ad eum dicentes. Quid eſt, quod agis ô Roba? Ad dæmones reſponderunt. Ite in pace, redite ad cubicula veſtra. Illi exiſtimantes vocem Robæ eſſe, quæ fuerat dæmonum, redierunt ad ſua. Illis recedentibus cœpit multò fortius agitari à dæmonibus, quod illi cognoſcentes qui inferius habitabant, aduocauerunt ſacerdotem. Qui adueniens cum per beatum Petrũ dæmones adiuraſſet, duo protinus exierunt. Sequenti autem die ad ſepulchrum ſancti Petri adductus eſt. Ad quem frater Guilielmus Vercellenſis accedens, cœpit dæmonem increpare, qui eum quem nunquam viderat ex nomine vocans ait. Frater Guilielme, nunquam pro te exibo, quia hic noſter eſt & opera noſtra fecit. Quem cum interrogaſſet quo nomine vocaretur: ait, Vſorbalzephae. Verũ cũ per beatum Petrum adiuratus fuiſſet, in terram ipſum proiiciens exiuit. Ipſe autem perfectè ſanatus pœnitentiam ſalutarem ſuſcepit.

Cùm quædam comitiſſa deuotionẽ ſpecialẽ habens ad B. Petrum martyrem in vigilia feſti eius ieiunaſſet & in die candelã notabilem ad eccleſiam pergens ante altare ad honorem B. Petri martyris accenſam poſuiſſet vt tota conſumeretur, recedente domina, ſacerdos eccleſiæ, auaritia ductus, illam candelam extinxit. Sed ſtatim diuina virtus reaccendit. Extinguit ſacerdos ſecundo, & tertio candelam, ſed iterum atque iterum diuinitus accenditur illa. Quod cum idem faceret ſacerdos de alia candela, quam clericus accenderat ante maius altare in honorem eiuſdem beati Petri martyris cuius vigiliam ieiunauerat, lumen rediit ad eãdelam etiam ipſam extinctam. Cui clericus iratus, ſacerdoti inquit: Diabole, non vides tu miraculum, quia beatus Petrus vult quod candela ardeat? Territi igitur ex miraculo, aliis geſta intimauerunt.

Marginal note: ſolarium. i. pauimentum.

A. C. 1252.

A. C. 1252

De B. Thoma de Aquino.

CAP. VII.

Pſal. 41. ABYSSVS abyſſum inuocat, in voce cataractarum tuarum. Nomẽ huius ſancti eſt Thomas, quod fuit prænunciatum antequam naſcere-

Interpretatio nominis Thomas. tur, & [a] interpretatur abyſſus. Vnde congruè dicitur, Abyſſus ideſt, Thomas Deum abyſſum ſummæ & infinitæ bonitatis inuocat, ideſt, ad ſe vocat affectu & effectu. in voce cataractarum ſuarum, ideſt, in manifeſtatione operum ſuorum emittentium abundantes pluuias gratiarũ: Fuit autem in eo triplex abyſſus.

ἄβυσσος quaſi ἀβυθος. i. fũdo carẽs. ety. Abyſſus eſt aliquod profundũ, cuius nõ appareet terminus fundi. Abyſſus ergo Thomas maximæ capacitatis, inuocauit abyſſum immenſę ſapientiæ, vt dicere potuerit: Inuocaui, & venit in mé ſpiritus ſapientiæ & ea quæ ſequuntur. Sap. 8. Et hoc patet ex libris eius, qui ſunt cataractæ.

Secundo abyſſus in eo fuit profundiſſimæ humilitatis, qui cum eſſet talis & tantus, non eſt elatus de ſua ſcientia. Vnde canit de eo eccleſia. O munus Dei gratiæ, vincens quoduis miraculum, peſtiferæ ſuperbiæ nunquam ſenſit contagium. Et iſtud inuocauit abyſſum eximiæ honorificentiæ & gloriæ. Iob 5. Ponitur humilis in ſublime, nam in omni eccleſia honoratur propter ſuam doctrinam.

cap. 4. de diuin. no. par. 1. Tertio abyſſus in eo pfectæ caritatis fuit. Dionyſius. Diuinus amor ecſtaſim facit. Frequenter raptus eſt in ecſtaſim, & hoc inuocat abyſſum ſummæ fœlicitatis, & ſecundum caritatis magnitudinem datur magnitudo præmij vnde fuit viſus ſimilis ſancto Auguſtino.

a *Thomas iuxta D. Hieron. abyſſus & geminus exponitur. vnde Ioan. 11. habetur λέγετε ἐν θωμᾶς ὁ λεγόμενος δίδυμος, qui Dicitur Didymus. quod ſignificat idem quod geminus.*

Vita D. Thomæ Aquinatis auctores ſup. annotauimus. tit. 16. c. 9. ante. §. 1.

§. I.

S. Thoma de Aquino, ordinis prædicatorũ doctor egregius, nobilibus ortus natalibus, de domo ac illuſtri proſapia comitum Aquinorum in confinibus Cãpaniæ, & regni Siciliæ duxit originem, cuius pater Landulphus nomine fuit, mater verò eius tam morum, quã progenitorum claritate, & nobilitate conſpicua, de Neapoli ducens originem, Theodora nuncupata eſt. Huius pueri ortus & vitæ progreſſus antequam naſceretur fuit diuinitus præmonſtratus. Erat enim quidam vir ſanctus in Campaniæ partibus, re bonus & nomine, qui cum pluribus aliis eremitis anachoreticam vitam ducens in monte, qui dicitur Roc-

D. Thomas antequã naſceretur prænunciatus. ca ſicca, celebris habebatur. Hic ſpiritu Dei afflatus venit ad matrem eius, ad caſtrum de Roca ſicca, dum adhuc eum geſtaret in vtero, dicẽs illi. Gaude domina Theodora, quia tu paries filium & Thomas vocabitur nomen eius, A qui erit frater in ordine fratrum prædicatorũ. Ad quem mater ait. Adimpleat dominus ſuæ voluntatis beneplacitum. Quæ omnia ſicut prædixit per ordinem ſunt completa. A. C. 1252

Natus eſt igitur puer nobilis, Thomaſque vocatus, & ſub nutricis diligentia cuſtoditus. Cũ autem adhuc puer eſſet lactens puerulus, & more infantis pãnis inuolueretur in cunis, cõtigit quadam vice dum cauſa balneandi ipſũ nutrix ſoluiſſet faſciis, quòd ipſe infans extendens manum ſuam, quamdam chartulam diuino nutu inuentam, de terra nullo ſibi innuen- B te ſuſcepit, eandemque in manu concluſit, & ſtrinxit. Cùm ergo nutrix vellet eum balneare & chartulam de manu eius extrahere, manumque eius ob hoc aperiret, cœpit infans fortiter eiulare. Quando verò permittebatur chartulã tenere tacebat. Vnde puero nutrix compatiẽs puerum clauſam manum habentem balneauit cum chartula, abſterſit, & induit. Volens mater ſcire, quid chartula illa continebat, tandẽ manum eius aperuit, quantumcunque plora- C ret, & inuenit in chartula ſcriptum. Aue maria gratia plena, Dominus tecum. Conueniens ita que fuit diuinæ prouidentiæ, vt tali præſagio monſtraretur in puero, quod futurum erat in magiſtro, vt præſciretur, quam doctrinam ſalutarem vir iam factus ſanctus deberet effundere, quem chartulam continentem noſtræ ſalutis exordium, non niſi diuino ductus ſpiritu contigit inuenire.

Completo autem ætatis ſuæ quinquennio, parentes eius puerum Deo offerunt, & cum decenti comitatu tanquam alterum Samuelẽ 1. Reg. 1. ad Heli, ad monaſterium montis Caſſini ordinis ſancti Benedicti mittunt, moribus & literis D imbuendum ne tam præclarum vitæ ſpectaculum conuerſatio ſecularis aliqualiter inficeret cum mundanis. Puer itaque, quem diuinus ſpiritus elegerat, aliorum puerorum nobiliũ, qui ibi nutriebãtur, puerilia deuitans conſortia, leuia colloquia penitus fugiebat. Sequeſtrabat ſe ab eis cum poterat, gerens chartulam in manu continentem prima rudimenta. Conſiderans autem abbas monaſterij indolem egregiam, eius perſuaſit parentibus vt mitterent eum Neapolim ſtudiis liberalium artium imbuendum. Quod cum factum fuiſſet, ita pro- E fecit in ſtudio, vt omnes coętaneos ſuos viuacitate ingenij ſuperaret, tam in repetendo, quã in conferendo, ita vt ſcholaribus, & magiſtris admirabilis videretur. In breui itaque tempore in grãmaticalibus, in logicalibus, & in philoſophica facultate ſatis profecit. Cœpit autẽ ſecum domino agente diſponere, ſeculum relinquere, & ordinem Prædicatorum introire.

Diuus Thomas ordini prædicatorum ſe addicit.

§. II.

F CVM itaque pueri ingenioſi, vt pote qui ſortitus eſt animam bonam, per omnium Sap. 8. ora fama celebris volitaret, & in mente eius ſanctum propoſitum ad ingreſſũ ordinis permaneret, contigit fratrem Ioannem de ſancto Iuliano virum fama celebrem eumdem adoleſcentem Thomam, ſpiritu Dei inſtigatum alloqui, &

A. C. 1256.

loqui,& ad introitum ordinis,quem præ conceperat,inducere. Ordinem igitur prædicatorum intra annos pubertatis exiſtens (ſicut in literis canonizationis eiuſdem deſcribitur) deinde ingreditur,habitumque ordinis ſibi tradidit,& induit quidam frater Thomas de lentino,vir deuot⁹,& per omnia laudabilis, prior tunc conuentus Neapolitani, qui poſtea fuit archiepiſcopus Coſentinus,& exinde patriarcha Hieroſolymitanus. Admirantur ciues ſuper talis & tanti pueri ingreſſu religionis, fratres lætantur. Mater donorum prædicatorum memoria dignatur his auditis rumoribus conſolatur, memor promiſſionis ſibi factæ per virum Dei, quam adimpleri cernebat. Gaudens igitur pia mater Neapolim properat viſura filium,vt eum in ſancto propoſito confortaret permanere. Sed fratres audito acceſſu matris futuro, formidantes ne mater ad filiũ carnali moueretur affectu, & fœmineo more aliquid ad eius exitum de ordine moliretur ad vrbem vſque Romam perducunt, ne Neapoli inueniretur à matre. De Roma verò in Tuſciam tranſmittunt,vt tandem Pariſios duceretur.

At mater Neapolim adueniens, percipiens filium Thomam Romam deductum, euſque proficiſcitur,quo cum applicuiſſet,& receſſum eius inde intellexiſſet fruſtratam ſe intuẽs ſui fructu laboris,nimio dolore indignata, percellitur de talis filij ſubtractione aſpectus, cum confortare in religione eum intenderet. Vnde ſubitò ad alios ſuos filios imperialis curiæ aulicos,ſcilicet,Friderici ſecundi, qui tunc erat in caſtro Aquæ pendentis in Tuſcia,nuncium mittit,qui ſeriem rei geſtæ referat,ſub comminatione maledictionis maternæ eis mandans, vt iter eius præoccupent,& filium videndum maternis oculis repræſentent. Exponitur Friderico cæſari maternũ edictum à filiis, eiſque licentia datur agendi,quod iubetur. Mandatur executioni licentia iniuſta,ad quod aliqui deſtinati iter arripientes,inuenerunt non multo poſt puerum cum quatuor fratribus aſſociatum,iuxta quemdam fontem, à labore itineris quieſcentem. Inſiliunt inquiſitores pueri in fratres,vt lupi rapaces in agnos,& poſt contumelias violenter eum rapiunt de manibus eorum. Cumque iuſſus ab illis habitum deponere nollet,ipſum per vim habitum exuere conati ſunt. Cumque ille totis conatibus reluctaretur,ne ex tali violentia contingeret eũ læderẽ,vel nimis contriſtare, eo habitu indutum matri ſub fida cuſtodia cæteri filij tranſmiſerunt.

Reducitur vi ad matrem.

Lætatur mater ad aſpectum filij, & animo fœmineo oſtendens ſe aliquid paſſum, inducere filium nititur ad deponendum habitum prę aſſumptum. Non credit mens benè conſcia verbis fœmineis; nec blanditiis maternis, nec ſupra firmam petram poſitus eius animus emollitur. Traditur cuſtodiæ agnus innocens diligentiũ in caſtro montis ſancti Ioannis,vſque ad fratrum ſuorum carnalium futurum aduentũ. Interea Innocentius quartus qui tunc erat in Tuſcia,a fratribus,qui puerum comitabantur in via,à quibus cũ violentia fuerat ſubtractus, aditur,querela proponitur, mandat pontifex

A imperatori de violentia huiuſmodi diligente fieri inquiſitionem, & pro menſura exceſſus vindictam inferri. Sed re inchoata, maturiori conſilio viſum eſt fratribus à proſecutione cauſæ deſiſtere,ne grauius ſcãdalum oriretur,& fratribus in crimen adſcriberetur,ſed Deo cauſam commiſerunt, quamuis enim ſecundum [a] iura parentes potuiſſent puerum repetere,ex quo impubes erat, & in poteſtate adhuc parentum, non tamen fuit eis licitum illam violentiã fratribus,& ſibi inferre,ſed in iudicio eccleſiæ iuſtitiam poſtulare.

A. C. 1256.

Puerũ impuberẽ parẽtes poſſunt ſecũdũ iura à religione repetere.

B a *Intelligit D. Anton. illud cap. cauſæ. 20. q. 2. quod eſt canon 24 ex concil. Triburienſ. Puella ſi ante duodecimum ætatis annum ſponte ſua ſacrũ ſibi velamen aſſumpſerit poſſunt ſtatim parẽtes eius vel tutores id factum irritum facere ſi voluerint at ſi annum & diem diſſimulando conſenſerint nec ipſi nec ipſa mutare poterũt. Si verò in fortiori ætate adoleſcẽtula vel adoleſcẽs Deo ſeruire elegerit nec eſt poteſtas parentibus prohibendi. ad idẽ facit. 32. quaſt. 2. canon mulier. ex 30. c. Num aſſumptus. & fere totus titulus de deſponſat. impuberum. lib. 4. Decret. vide eundẽ D. Ant. in 3. parti ſummæ. tit. 16. c. 2. §. 4.*

C

In carcere poſitus diuina gratia illuſtratur & variè tentatur.

§. III.

IN cuſtodia honeſta carceris poſito, affulſit ei lux diuinæ gratiæ,confortans eum in ſancto religionis propoſito,nec otioſus ſtetit,ſed multa ibi legit & didicit,& memoriæ, quam tenaciſſimam habebat,commendauit, ſorores quas ad perſuadendum ei mundana ſui domeſtici miſerant,docuit,& vnam illarum,quę magis nitebatur eum à propoſito religionis diuellere,ita ad amorem Dei perduxit,& contẽ-
D ptum ſæculi,quod Deo votum caſtitatis emiſit,& ſanctimonialium habitum deuotè ſuſcepit,& poſtea in monaſterio ſancti Benedicti de Capua ſanctimonialibus præfuit,& laudabiliter vitam finiuit.

Non defuerunt clauſo aduerſa diuerſorum molimina,ſed non deiicitur quatientibus ventis verborum arbor firma. Veniunt ad eum fratres carne non ſpiritu,& non iam,vt prius,blãditiis,ſed iniuriis,& terroribus laceſſunt. Ipſe autem,vt blandientes contempſerat,ita & irritantes & comminantes non curat. Et cum ha-
E bitum ordinis,quo induebatur,laniaſſent, vt vel ſic dilaceratũ dimitteret,& aliũ laicalẽ aſſumeret,patienter puer tulit iniuriã, & ſemicinctiis illis inuoluitur,quæ reſidua erant. Sed vt nullus omitteretur contra inſtũ tentationis inſultus inimici,domeſtici eius fratres carne,hoſtes animæ,ad fraudes armaque ſolita diaboli ſe conuertunt,& per fœminæ ſpeciem ſubuertere quærunt animam innocentis, quaſi dicerent: Nunquid Adã protoplaſto cautior, Samſone fortior: Dauid ſanctior: Salomone ſapien-
F tior puer iſte erit? Ingrediatur puella laſciua, impudica geſtu,vultu blãda vt ſi præualet, turtim iſtam deiiciat: quę minarum noſtrarũ machinas,& blanditiarum miſſilia non formidat. Occidamus animã pueri,& de ſocietate eius corporea gaudeamus. Talia caro & ſanguis excogitant,talib. inſultibus carnales propinqui,

&

A. C. 1256

& amici ſuos impetunt, vt perimant, ſed ſapientia Chriſti vincit malitiam à diabolo ſuggeſtam. Ingreditur itaque cameram, in qua ſolus tenebatur Thomas, puella pulcherrima corpore, turpiſſima mente, arma diaboli, quaſi ſerpens facie humana, vt adoleſcentulum illaqueat, & deiiciat à propoſito caſtitatis, nunc verbis laſciuis, nūc aſpectu vipereo, nūc plauſu manuum alliciat innocentem non credens ſe cum angelo, ſed cum homine luctari. Vt autē virtus in infirmitate pficeretur, ſubſequūtur ſtimuli in virgineo corpore, quo adoleſcentul' virilis animi nō diſtulit ſuperare. Tūc virturē pudori, ac furori bono adoleſcēiulus immiſit. Et quia de ignita libidine tractabatur, ad ignē qui fortuitò erat in camera, mox acceſſit; & titionem pro pugione accipiens ſuggeſtricem ignitæ libidinis puellam extra cameram fugans exturbauit. Quo facto in feruore ſpiritus accedēs ad angulū cameræ, ſignū ſactæ Crucis in pariete cum ſummitate titionis impreſſit & ibi ſeſe in oratione proſternēs, cum lachrymis à Deo petiit ſibi dari donū perpetuæ caſtitatis virginalis. Qui dū hæc orando cū lachrymis obdormiſſet, ecce dormienti duo angeli affuerunt, dicentes ipſum eſſe à Domino exauditū. Qui etiam ipſum circa renes reſtringentes (vt ſibi videbatur) vſque ad dolorem ſenſibilem, hoc dixerunt ex parte Dei. Te cingimus cingulo caſtitatis, quod nullatenus de cætero diſſoluetur. Viſionem autem prædictam cum excitatus eſſet, & clamaſſet ſacti tactus angelici ſentito dolore, reuelare noluit, quid haberet: quibuſdam ad vocem eius interrogantibus commotis, ſed vſque ad finem vitæ ſeruauit occultam, quam tunc ſocio ſuo fratri Reginaldo ſecretorum eius conſcio reuelauit.

Eius Cuſtodia caſtitatis.

Itaque extunc mulierum aſpectus, & colloquia, niſi neceſſitas, vel vtilis occaſio coegiſſet itavitare ſolebat vt ſolet homo ſibi à ſerpētib. præcauere. Fuit autem ferè biennio in tali cōclaui velut carcere cuſtoditus, quamuis à fratre Iuliano ſupradicto, cuius ad eum ſpiritualis feruebat affectio, ſollicitè viſitaretur. Qui etiā de veſtibus ordinis, prout poterat ei prouidebat, ſecretè ſibi tunicas deferens indutas quas ibi ſe expoliās dimittebat, ne iuuenculus pateretur in corpore veſtium defectum. Tandem prouida mater conſiderat, quòd impleri debebat in filio, quod ſibi à ſancto eremita fuerat prænunciatum oraculo, ne non tam iuuenis conſtantiam, quàm Dei prouidentiam impugnare videretur diſſimulata per eam prudenter cuſtodia, ſubtractiſque cuſtodibus, cautè per feneſtram de caſtro in fune deponitur, & ab expectantibus illic fratribus ad hoc præparatis gaudenter ſuſcipitur, & Neapolim adducitur quem fratres acceperunt ſic inſtructum in carcere, quaſi diu manſiſſet in ſtudio ſcholaſticæ diſciplinæ.

Educitur è carcere

Venit Pariſios & inde Coloniam.

§. IIII.

RESTITVTVS itaque ordini ex Neapoli Romam mittitur, quem venerabilis pater frater [a] Ioannes Teutonicus magiſter ordinis, & epiſcopus duxit Pariſios. Exinde Coloniam mittitur, vbi ſub domino fratre Alberto Teutonico ordinis prædicatorum magno doctore, in phyſicis & diuinis florebat ſtudium generale. Quo cum perueniſſet, & audiſſet magiſtrum in omni ſapientia profunda, & miranda docentē, gauiſus eſt ſe inueniſſe, quod quæreret & à quo haurire poſſet auidius, quod ſitiret. Cœpit igitur non ſegniter ſtudio intendere velut apis argumentoſa ſpiritualia mella colligens, & recondens in alueolo mentis ſuæ vt ſuo tempore melliflua effunderet eloquia doctrinarum. Cùm enim memoratus doctor dominus Albertus librum ſancti Dionyſij de diuinis nominibus tunc legeret, prædictus iuuenis cœpit attentius lectionem audire. Cui cum quidam ſtudens, ignorans quanta in eo lateret intelligentia, ad repetendam lectionē magiſtri ſibi ſe voluntarium obtuliſſet, ipſe ſicut vere humillimus erat gratanter acceptauit.

Eius ingenij acumen.

Cū verò ſtudens cœpiſſet repetere, & interdum deficeret repetendo, tunc frater Thomas poſt tantum ſilentium lectionem, ſicut à magiſtro audierat, luculenter repetiit, & illa, quæ magiſter non dixerat, repetendo ſuppleuit. De quo admiratus ſtudēs dixit magiſtro ſtudētiū. Iſte Thomas de regno magn' eſt in ſciētia. Nā hodie tam ſufficienter mihi repetiit lectionē, ꝙ ex ore eius melius intellexi, quàm cùm eam ex ore magiſtri ſuſcepi. Quod cum ille audiſſet, volens certius experiri, in craſtinum repetitionis hora, & loco, in quo frater Thomas ſecretius repetebat, ſuperuenit, ipſumque attentius audiens repetentem, mirabiliter & diſertè, admiratus eſt ſufficientiam ampliorem, q̄ à ſtudente audiuiſſet, cumque magiſtro Alberto quàm citiſſimè ſtuduit indicare.

Alberti magni de D. Thoma iudicium.

Contigit etiam illis diebus prædictum magiſtrum Albertum diſputare, & determinare quamdam difficilem quæſtionem, quam attentè frater Thomas recolligens, & in ſcriptis redigens, in quadam ſchedula repoſuit. Cùmque de cella ſtudij ſurgeret feſtinātèr, prędicta ſchedula cecidit ad oſtium cellæ eius; quam quidā ſtudens illac tranſiens recollegit, eáquā videndam detulit ad magiſtrum. Quam magiſter ſibi oſtenſam intelligens, & admirans pium furtum diſcipuli ſtudioſi, aduertit in eo tam diuturnum ſilentium eius, cum tanta puritate cōuerſationis & fide, alicuius magnæ, & occultæ gratiæ priuilegio non carere.

Mandauit itaque magiſtro ſtudentiū, quòd eidem committeret, vt in prima diſputatione in ſcholis, de quadam quæſtione ſatis difficili reſponderet. Quam cum ex humilitate recipere recuſaret, oportebat tamen humiliter obedire. Vnde ad ſecretum orationis ſe conferens, & primum actum ſuum ſcholaſticū Deo humiliter recommendans, ad reſpondendum in ſcholis in craſtinū ſe parauit. Cūque repertis argumentis, præmiſiſſet pro ſolutione quæſtionis quamdam diſtinctionem, per quā tam ipſam quæſtionem, q̄ argumenta ſufficienter diſſoluebat: magiſter Albertus ait: O Thoma,

a *Ioannes hic Teutonicus fuit quartus generalis ordinis magiſter, qui prius fuerat epiſcopus Bouſſinenſis in Hungaria. vide inf. cap. 12.*

tu·

A. C. 1256.

non vis tenere locum reſpõdentis, ſed potius determinãtis. Cumque magiſter amplius, & fortius contra eum arguiſſet, ita vt eumdẽ ſe crederet excluſiſſe, ſic ſufficienter reſpondit ad ſingula, quod magiſter dixiſſe fertur. Nos vocamus iſtum bouem mutum ſed ipſe talem dabit in doctrina mugitum, quod in toto orbe ſonabit. Iuuenis autem, qui in profundo humilitatis cor ſuum fundauerat, ex his non elatus ſolitæ ſimplicitatis, ac viuendi modum minimè mutauit, quamuis magiſter Albertus deinceps difficiliores actus ſcholaſticos ſibi iniungeret, quem ſufficientiorem præ cæteris inueniret. Sicque reſponſionibus, cæteriſque actib. ſcholaſticis tam magiſtro, quàm ſtudentibus adeo admirãdus apparuit quod liquido patuit, quia Dei ſpiritu plenus erat. Et quamquam ſuper cæteros tam ſcientia, quàm ingenio præpolleret, nullum tamen vel leuiter contempſit, vel furiosè vlli reſpondit, vel ſe ſupra ſe eleuans magnum ſe aliquid reputauit.

Diuus Thomas Pariſiis S. Theologiam profitetur.

§. V.

PERACTO itaque tempore ſtudij, quo in audiendo magiſtrum attentius inſudauit ad præfati doctoris perſuaſionem & teſtimonium, qui diſcipuli ſufficientiã, & excellentiam probauerat in ſcientia, & in vita, magiſter ordinis de ipſo ſancto Thoma prouidit Pariſienſi ſtudio pro baccalaurei officio exequẽdo, ſcribens ei, vt Pariſios ſe conferret, & ad legendum ſententias ſe pararet. Qui cum eſſet humilis, & de ſe ipſo ſemper humilia ſentiens, libenter ex humilitate voluiſſet officium ſubterfugere, niſi obedientiæ meritum compuliſſet. Factus autem baccalaureus cum cœpiſſet legendo diffundere, quæ tacendo prius collegerat abundè, tantam ei Deus gratiam in labijs eius effudit in doctrina, vt ſcholares in ſtuporem adduceret, & ad ſtudiũ animaret. Erat enim in legendo nouos articulos adinueniens, nouumq; modum determinandi inueniens, & nouas producens in determinationibus rationes, vt nemo ipſum audiens, dubitaret, quin ipſum Deus noui luminis radijs illuſtraſſet. Ibi itaque claruit ſplendor diutius in eius animo occultatus, & mirati ſunt vniuerſi de iis, quæ gloriosè & lympidè proferebat.

D. Thom. qualiter docuerit.

Mat. 50.

Expleto igitur curſu baccalaureatus in legendo ſententias Pariſiis gloriosè tempus aduenit, quo erat magiſterij in Theologia nomen & rem, magiſtralemque cathedram accepturus, vt eius doctrina tanquam lucerna ſuper candelabrum exaltata, omnibus qui ſunt in domo domini circunquaque diffuſa eminentius refulgeret. Mandat itaque Cancellarius Pariſienſis priori fratrum prædicatorum vt fratrem Thomam baccalaureum pro ſuſcipiendo magiſterio repreſentet. Prior igitur eidem fratri Thomæ præcepit, vt ad ſuſcipiendũ magiſterium ſe præparet & diſponat. Qui vt verè humilis, cœpit ſe excuſare, prætendens inſufficientiam ſcientiæ & ætatis. Erat enim tũc ætatis incipiens quaſi annorum vigintiquinque. Sed præualuit virtus obedientiæ & humilitatis, vtinque refragatur mãdato, ex vtraque meritum acquiritur copioſum.

D. Thom. magiſter in Theologia creatur.

A. C. 1256.

Prou. 4

Doctrina ſiquidẽ ſancti Thomæ quam penè totus oriens & occidẽs amplectitur & miratur, quaſi lux ſplendẽs procedit & creſcit vſque ad perfectum diem. Quos enim ſtudioſos nõ docuit? Quos proteruos non corripuit? Quos deuios non direxit? Planè enim diuinitus diuina docuit & humana decentiſſimè quantum fuit expediens, ad ſalutẽ hominũ pertractauit. Superuacuum autem eſt recẽſendo errores deſcribere, quos idem veritatis doctor ſcripturarum ſuarum tanquam falce acutiſſima valuit extirpare.

Non ſolum autem in ſcriptis ſuis doctor ſanctus fuit admirabilis, ſed etiam viuis ſermonibus eius dum viueret, reſiſtere nemo præualuit. Dederat ſibi veritas os & ſapientiam, cui nullus aduerſarius reſiſtere potuit, vt quiſquis veritatem contemnens aut vt rabidus proteruiret aut vt cœcus in tenebris ambularet. Cũ enim ſemel in caſtro Molariæ domini Richardi cardinalis prope vrbem feſtum natiuitatis domini cum eodẽ cardinale celebraturus adeſſet, & aduenissẽt illuc ſicut omni anno conſueuerant in tanto feſto, duo Iudæi prædiuites & in lege Moſaica multum docti, de voluntate ipſius domini cardinalis ſanctus Thomas ad commune cum illis conuenit colloquium. Diu itaque, ac diuerſis rationibus cum illis diſputans, eiuſdem domini ſaluatoris ex ſcripturis probauit, & concluſit aduentum, quo facto terminum reſpondendi eis aſſignauit in craſtinum, vt diligenter ſecum diſcuterẽt, vt vel ſic crederent, vel rationib. reſponderent. Pro ipſorum tamen cõuerſione ipſe orare non diſtulit, vt eos Chriſtus in ſuæ natiuitatis feſto conuerteret, qui pro peccatorib. natus eſſet. Manè igitur in eorum cordibus iam veræ lucis orto ſydere, illi Iudæi ad locum præordinatum conueniunt, & relicto Iudaicæ vetuſtatis errore, acceptoque baptiſmate Chriſtum induerunt.

In ſermonibus ſuis fuit efficax.

Luc. 21.

Pietas & religio D. Thomæ præſertim erga S. Euch. ſacramentum.

§. VI.

FVIT autem ſupra modum deuotus in oratione, qua ſic liber in Deum eleuatione mentis aſcenderet, quaſi nullum põdus carnis contrarium ſuſtineret. Erat autem præcipuè deuotus ad ſacramentum altaris, de quo conceſſum ei fuerat profundius ſcribere, ſicut etiam donatũ eſt ſibi deuotius celebrare. Quotidie namque miſſam vnam deuotè dicebat, niſi cum infirmitas impediſſet, & aliam audiebat ſocij ſui vel alterius, cui ipſe humiliter, & frequentius miniſtrabat. Fertur etiam, quòd in eleuatione corporis Chriſti cum magna deuotione ſolitus erat dicere. Tu rex gloriæ Chriſte, tu patris ſempiternus es filius, vſq; in finẽ. Conſueuerat autem ſæpius rapi in miſſa, tanto deuo-

D. Th. quotidie miſſã celebrabat.

A.C. 1260.

deuotionis affectu,vt totus perfunderetur lachrymis, qui tanti ſacramenti abſorbebatur myſteriis,& reficiebatur ex donis. Erat etiam nocturno tempore humanæ deputato quieti poſt breuem ſomnum in oratione proſtratus, vt in orando mereretur addiſcere, quæ oportuiſſet ſcribere,vel dictare. Sic itaque poſt illud tempus modicum, quod ſomno vel refectioni pro valetudine corporis induliſſet,reliquum lectioni,meditationi,vel ſcribẽdis, aut dictandis voluminibus occupabat, vt nullum vitæ ſuæ tempus eſſet vacuum,quod non eſſet ſacris actionibus occupatum.

De quib. cũ hominibus loquebatur.

Si autem interdum pro fratrum vel aliarũ venerabilium perſonarum conſolatione cogeretur,intermiſſo ſtudio in locutorio conſidere,à profectu tamen virtutis & ſtudij. etiã illa hora modica non vacabat.Nam expeditis iis, quibus oportuiſſet reſpondere propoſitis,aliquid hiſtoriale,aut morale proponendo ad ædificationem breuiter differebat. Reliquũ autem,ſi ſuperfuiſſet tempus,priuſquam ad cameram ſui ſtudij completa locutione rediſſet, ſurgens à loco cum quibuſcunque concediſſet,quaſi non aduertens,quid ageret,mox diuinis intentus in ſuis conſuetis meditationibus expendebat, ſic iterum ad orandum paratus quaſi non dimiſiſſet internum oraculum, cuius occupatio aut diſtractio non immutabat affectũ:quia nec in aliis delectabatur affectio, niſi in illis meditationibus aut reuelationibus quas impetraſſet orando.

Orationis eius inſtãtia.

Quoties aũt ſtudere,legere,ſcribere vel dictare voluit,prius ad orationis ſecretũ accedens, perfuſis orabat lachrymis,petens ſibi reuelari diuinitus,quod quæreret,& habere in promptu, quod dictaret. Cùm autem ſibi aliquod dubium occurriſſet, ad orationem accedenti, inde ſurgens inueniebat apertum, quod prius erat occultum:ſic in promptu habens quod dictaret,aut ſcriberet,quaſi in libro aliquo illud didiciſſet.Nã vt ſocio ſuo fratri Reginaldo ſecretè reuelauit, & ſecretum quamdiu vixit ſeruari voluit,ſcientiam ſuam non tam naturali ingenio, & humano ſtudio, quàm orationis virtute diuinitus impetrauit. Quod ipſe ſocius poſt eius obitum publicè in ſcholis legendo,& alibi pluribus enarrauit.

Vnde quia interdum contingit, ꝙ dum intellectus ſuperius ſubtilia ſpeculatur, affectus interius à deuotione remittitur:ideo idem doctor ſæpius,cum ſibi vacabat,lectionem vnam de libro, qui collationes patrum inſcribitur percurrebat. De quo interrogatus, quare hoc faceret,reſpondit.Ego in hac lectione deuotionem mentis colligo,ex qua facilius in ſpeculationem conſurgo,vt ſic affectus habeat, vnde ſe in deuotione diffundat,& intellectus ex his merito ad altiora conſurgat. In hoc beati patris ſui Dominici imitatus exemplum: de quo ſcribitur in geſtis eius,quòd in prædicto libro legens frequentius magnum perfectionis apicem apprehendit.Erat igitur ſibi tanta collata gratia & efficacia in orando,vt quæcunque poſtulaſſet à Deo:obtineret. Aliquando cuidã obſcura,ſancto doctori oranti elucebant diuinitus. Aliquando prius ignota, patefieri ſibi mox vt oraſſet dominum, ſentiebat.Cũ enim

A Pariſiis ſuper epiſtolas Pauli ſcriberet,& quidam ſibi obſcurius occurriſſet, emiſſis ſcriptoribus in oratione proſternitur,& cum lachrymis deuotus orauit,& obtinuit, & ſibi lucidũ patuit quod obſcurum antea fuit. A.C 1260.

Idem quoque ſanctus doctor, cum ſuper Iſaiam ſcriberet,prophetiæ eius miſteria exponendo peruenit ad quemdam libri textum ſibi difficilem.Quem cum non poſſet intelligere, nec profunditatem ſenſus prophetici penetrare multis diebus in ieiuniis & orationibus ſe afflixit.Tandem orando obtinuit,quod petebat.Quadam enim nocte cum orationi inſiſteret,ſocius eius audiuit eum cũ aliquibus conferentem,licet non perciperet,de qua materia vel cum quibus colloquium tam ſecretum haberet. Cumque loqui deſtitiſſet, ſocium vocãs proprio nomine,ait: Fili Reginalde ſurge, accẽde lumen, & accipe quaternionem, in quo ſcripſiſti ſuper Iſaiam, & iterum ſcribe. Qui ſurgens ſcribere cœpit quæ doctor quaſi in libro legens ſcribenda dictaret.Et poſt horam dixit eidem. Vade ad quieſcendum fili,quia adhuc non modicum tempus ſupereſt ad quietem.Tunc ille pedibus obuoluitur ſuppliciter cum lachrimis petens, & dicens. Ego de hoc loco non ſurgam,niſi dixeritis mihi,cum quibus locutus fuiſtis diutius iſta nocte. Et ſuper hoc cœpit eum obnixè per nomen domini adiurare. Quod cum ille pandere nollet, ſed diceret, non id opus eſſe ſibi noſce,ille econtrario inſtantius adiurando perdurans eadem poſtulabat.Tandem pius doctor,ne nomen domini,per quod fuerat adiuratus, contemnere videretur,prorumpens in lachrymas ait.Fili vidiſti afflictionem meam his diebus ſuper dubio literæ textus huiuſmodi, quem modo expoſui,& tu ſcripſiſti,quem à Deo orans intelligere,impetraui.Qui hac nocte miſit ad me vigilantem beatos Apoſtolos Petrum & Paulũ, quos ad hoc impetrandum interceſſores rogaueram apud Deum, cum quibus modo locutus ſum,qui me pleniſſimè de hoc,quod orauęram,inſtruxerunt.Ex parte autem Dei tibi præcipio,ne alicui dum vixero reueles, quod tibi dixi,& pro quo me fortiter adiuraſti. O ſtupendum diuinæ diſpenſationis myſterium, vt Deus ſcripturæ ſacræ ſecretum ad tempus abſcondat,quod alio tempore reuelat. Vt ſciatur quantum intellectus humanus à diuinis deficit,qui per ſe ad diuina myſteria non pertingit.

Diuina reuelatione ſacræ ſcripturæ intelligentia pãduntur.

B, C, D, E (margin letters)

D.Thomæ apparet doctor Theologus Pariſienſis mortuus.

§. VII.

F Hic ſanctus & veridicus doctor,& deuotus orator,dum ſemel in eccleſia fratrũ de Neapoli in oratione perſiſteret, viſibiliter apparuit ei frater Romanus,doctor in Theologia de ordine prædicatorum,quem Pariſiis legentem reliquerat ſucceſſorem.Qui de proximo obierat, ſed eius obitus nondum ſancto Thomæ fuerat nunciatus. Quem cum ſubitò propè ſe nocte in eccleſia cerneret, ait: Benè veneritis

A. C. 1260.

veneritis, quando veniſtis? Et ille ſubiunxit. Ego ex hac vita tranſiui, ſed mihi conceſſum eſt pro tuo merito tibi apparere. At ipſe, qui fuerat ex tali viſione attonitus, ſe recolligens ait. Ex quo Deo permittẽte mihi appares, te ex parte eius adiuro, vt mihi reſpondeas ad quæſita. Quæro quidem de me, & ſi Deo placent opera mea. Reſpondit ille. Permane in eo ſtatu in quo es, quoniam bonus eſt, & Deo placent opera tua. Et frater Thomas ſubiunxit. Quid eſt de te? Et ille reſpondit. Ego ſum in vita æterna. Fui autem in purgatorio per quindecim dies propter negligentiam, quam commiſi circa expeditionem cuiuſdam teſtamẽti, quam commiſerat mihi epiſcopus Pariſienſis, quàm citiſſimè exequendam, quam expedire tardaui. Et iterũ frater Thomas adiecit. Quid eſt de veritate quæſtionis illius, quam ſæpè ſumus ſoliti diſputare, vtrum habitus ſcientiæ in hac vita acquiſiti remaneant in anima poſt hanc vitam? Et ille reſpõdit. Ego Deum video, ne de hoc amplius requiratis. Et ſanctus Thomas adiunxit. Videtis Deum ſine medio, an aliqua ſpecie mediante? Et ille reſpondit. Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate domini virtutum. Moxque diſparuit. Remanſit autem doctor ex tam noua viſione attonitus, ſed de tam placida reſponſione conſolatus.

Deus videtur ſine medio.

Pſal. 47.

Soror D. Thomæ oranti apparuit & ab eo ſuffragia poſtulauit.

Quodam quoque tempore ipſi ſancto doctori Pariſiis exiſtenti & orãti, ſoror ſuadefuncta apparuit & ſe in purgatorio eſſe commemorans, miſſarum & orationum ſuffragia poſtulauit. Quas idem doctor per fratres celebrari, & orari pro anima eius inſtanter & ſollicitè procurauit. Poſt aliquod autem temporis ſpacium interiectum, eidem doctori Romæ exiſtenti, & oranti eadem ſoror ſua apparuit, & quòd iam eſſet in gloria, liberata propter ſuſcepta ſuffragia reuelauit. De duobus quoque fratribus carnalibus ſuis defunctis, quærenti ipſa reſpondit, quod dominus Landulphus erat in purgatorio, dominus verò Reginaldus erat in gloria coram Deo. De ipſo autem quærenti illa reſpondit. Tu frater in bono ſtatu es, & cito venies ad nos, ſed maior tibi gloria quàm nobis parata eſt, quem conſtat tam ſtrenuè pro Dei eccleſia laborare.

Reginaldi D. Thomę fratris ſocij mors.

Alia quoque vice eidem ſancto doctori orãti, & ſtatũ fratris ſui prædicti domini Reginaldi ſcire deſideranti, apparuit quidam librum in manu habens apertum, qui ſcriptus erat literis aureis, & cæruleis per modum litaniæ in quo nomen fratris ſui prædicti ſcriptum inuenit inter literas aureas, quæ erant martyrũ, quia mors ei illata ſub tyrannide Friderici imperatoris, fuit eidem ad martyrium deputata propter cauſam eccleſiæ quam defendit, & patientiam, quam habuit in tormento. Vnde de hoc ipſe valdè confortatus eſt de ſua gloria.

In oratione ſua ſola illa quæ placita Deo eſſe credebat, ipſe quærebat. Ideoque ſemper à Deo obtinuit, quod petiuit, vnde in fine ſuo fratri Reginaldo ſocio ſuo de morte ſua imminente irremediabiliter lachrymanti, inter cætera ait ſic. Conſolare frater Reginalde, quia ego morior in omnibus conſolatus. Totum enim, quod à Deo petiui obtinui. Triplex

A. C. 1269.

A autem à dño donũ poſtulaui. Primum, quòd nulla rei temporalis, aut carnalis affectio puritatem mentis meæ inficeret, vel fortitudinẽ emolliret. Secundò quòd Deus non permitteret, vt à ſtatu humilitatis meæ, & ordinis, alicuius prælationis dignitas me extolleret, aut trãſferret. Tertiò, vt ſcirem ſtatum fratris mei domini Reginaldi, qui pro defenſione eccleſię de hac vita tam dura & crudeli morte tranſiuit. De quibus omnibus, ſicut per reuelationem diuinitus mihi factam innotuit, Deus me miſericorditer audiuit.

B O quanti meriti fuit ſibi huius doctoris oratio, in qua & ardua diſcere, & intelligere meruit, & quæ peteret, impetrauit. Cùm enim Pariſiis inter doctores circa ſacramentum Dominici corporis ventilaretur quæſtio admodum ſcrupuloſa, [a] de dimenſionibus, & accidentibus, qualiter exiſterent ſine

Quæſtio de dimenſionibus Chriſti corporis in Euchariſtia explicatur.

a *Has quæſtiones difficiles ſanè & intricatas ſanctus doctor in 3. par. q. 77. a. 1 ita explicat, vt primo probet accidentia in hoc altiſſimo ſacramento ſine ſubiecto eſſe, hoc modo.*

C *Accidentia panis & vini, quæ ſenſu deprehenduntur in hoc ſacramento remanere poſt conſecrationem, non ſunt ſicut in ſubiecto, in ſubſtantia panis & vini, vt quæ non manet (vt ſuprà quæſt. 75. a. 3. & 6. habitum eſt) neque etiã in forma ſubſtantiali, quæ nõ manet, & ſi remaneret, ſubiectum eſſe non poſſet, vt patet per Boethium in li. de Trin.*

Manifeſtum eſt etiam, quod huiuſmodi accidentia non ſunt in ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti ſicut in ſubiecto, quia ſubſtantia humani corporis nullo modo poteſt his accidentibus affici, neque etiam eſt poſſibile, vt corpus Chriſtiglorioſum & impaſ- D *ſibile exiſtens, alteretur ad ſuſcipiendas huiuſmodi qualitates.*

Dicunt autem quidam, quod ſunt ſicut in ſubiecto in aere circunſtante: Sed nec hoc eſſe poteſt: primum quidem, quia aer non eſt huiuſmodi accidentium ſuſceptibilis: ſecundo quia huiuſmodi accidentia non ſunt, vbi eſt aer, quin immo ad motũ harũ ſpecierũ aer depellitur. Nec poteſt dici quod hoc fiat miraculoſè virtute conſecrationis, quia verba conſecrationis hoc non ſignificant, quæ tamen non efficiunt, niſi ſuũ ſignificatum.

Et ſic relinquitur, quod accidentia in hoc ſacra- E *mento manent ſine ſubiecto. Quod quidem virtute diuina fieri poteſt. Cum enim effectus magis dependeat à cauſa prima, quam à ſecunda, Deus qui eſt prima cauſa ſubſtantiæ & accidentis, conſeruare poteſt per ſuam infinitam potentiam in eſſe accidens ſubſtracta ſubſtantia: per quam conſeruabatur in eſſe ſicut per propriam cauſã, ſicut etiam alios effectus naturalium cauſarum poteſt producere ſine naturalib. cauſis, ſicut humanum corpus formauit, in vtero virginis ſine virili ſemine. Hæc ibi.*

Accidẽtia in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramẽto ſunt ſine ſubiecto.

Articulo deinde proximè ſequenti probat, accidentia alia, quæ remanent in hoc ſacramento eſſe ſicut in F *ſubiecto in quãtitate dimẽſiua panis vel vini remanente, primo quidem ex hoc quod ſenſu apparet aliquod quantum ibi eſſe coloratum, & aliis accidentibus affectum nec in talibus ſenſus decipitur: Secundo quia prima diſpoſitio materiæ eſt quantitas dimenſiua, vnde & Plato poſuit primas differentias materiæ magnum & paruum, & quia primum ſubiectum eſt materia conſequens eſt quod alia acciden-*

A. C. 1256.

tia referantur ad ſubiectum mediante quantitate dimenſiua, & quia ſubtracto ſubiecto remanent accidentia ſecundum eſſe, quod prius habebant, conſequens eſt quod omnia accidentia remanent fundata ſuper quantitatem dimenſiuam.

Hæc & nonnulla alia de hac quæſtione Diuus Thomas diuinitus tradita eo in loco ſcripſit. Sed de quantitate dimenſiua corporis Chriſti quomodo contineatur in hoc admirabili ſacramento q. 76. a. 4. ſic diffiniuit. Dupliciter aliquid eſt in hoc ſacramento, vno modo ex vi ſacramenti, alio modo ex naturali concomitantia. Ex vi quidem ſacramenti, quantitas dimenſiua corporis Chriſti non eſt in hoc ſacramento. Ex vi enim ſacramenti eſt in hoc ſacramẽto illud B *in quod directè conuerſio terminatur. conuerſio autem, quæ fit in hoc ſacramento directè terminatur ad ſubſtantiam corporis Chriſti: non autẽ ad dimẽſiones eius.*

Quãtitas dimenſiua corporis Chriſti quomodo ſit in venerabili Euchariſtiæ ſacramẽto.

Quod patet ex hoc, quod quantitas dimenſiua panis remanet facta conſecratione ſola ſubſtantia panis tranſeunte. Quia tamen ſubſtantia corporis Chriſti realiter non denudatur à ſua quantitate dimenſiua, et ab aliis accidentibus, inde eſt, quod ex vi realis concomitantiæ eſt in hoc ſacramento tota quantitas dimenſiua corporis Chriſti, & omnia accidentia eius.

Cæterum modus cuiuſlibet rei determinatur ſecundum id quod eſt ei per ſe, non autem ſecundum id C *quod eſt ei per accidens. Quia igitur ex vi huius ſacramenti eſt in altari ſubſtantia corporis Chriſti, quantitas autem dimenſiua eius eſt ibi concomitanter & quaſi per accidens, ideo quantitas dimenſiua corporis Chriſti eſt in hoc ſacramento non ſecundum proprium modum (vt ſcilicet ſit in toto & ſingulæ partes in ſingulis partibus) ſed per modum ſubſtantiæ, cuius natura eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Hæc D. Thomas in 3. parte de quæſtionibus hic propoſitis ſcriptum reliquit: quæ hic adducere viſum eſt, vt harum quæſtionum ſolutio ex ipſo D. Thoma* D *hic poſſet extare.*

ſubiecto in ipſo mirabili ſacramento, & circa hoc diuerſa, ſibi diſcordantia magiſtri dicerẽt, & ſentirent, in hoc fertur omnium concordaſſe ſententia, quicquid frater Thomas doctor determinaret, & definitiuè proferret, hoc communis ſchola inconcuſſè teneret. Experti nãque fuerãt in aliis de eodẽ, quòd ipſe ſubtilius in omni quęſtione veritatem attingeret, & eam clarius edoceret. Defertur itaque quæſtio in ſcriptis ad ipſum cum rationibus, & argumentis ſingulorum. Deuotus verò doctor argutam E quæſtionis huius intelligentiam iudicans, more ſolito, vt alter Moyſes putauit eam eſſe quærendam à domino, & oratione præmiſſa, ſcripſit, quod ſibi diuinit⁹ ſpirit⁹ reuelauit. Quo facto iterum cum quaternione ad altare oraturus acceſſit, & ſuper altare coram Chriſto ſummo magiſtro quaternione depoſito ſic deuotè orans, eleuatis ad crucifixum manibus obtulit thymiama dicens. Domine Ieſu Chriſte, qui in hoc ſacramento mirabili veraciter contineris vere & veritas, & mirabiliter operaris, vt omnium artifex, & Dei ſapientia, in quo te quæro F intelligere, & veraciter edocere, quæſo te ſuppliciter, vt ſi ea, quæ de te ſcripſi vera ſũt: concedas mihi illa docere, & apertè diſſerere: ſin autẽ aliquid ſcripſi tuę fidei nõ cõſonũ, & ab huius ſacramẽti veritate alienũ impedias ne proponã, quæ ſunt fidei inconuenientia huius mirabili

A ſacramẽti. Mira res mox ibidẽ Chriſtus viſibiliter apparens, à ſocio doctoris, & aliquibus aliis obſeruantibus ſupra quaternionem ſtantem in altari conſpicitur, taliter alloquens ſanctũ ſuum. Benè de hoc corporis mei ſacramento ſcripſiſti, & benè determinaſti tibi propoſitam quæſtionẽ, ſicut ab homine in hac vita poteſt intelligi, & humaniter definiri. Qui diutius in oratione perſiſtens, viſus eſt prædictus doctor quaſi per vnum cubitum à terra in aere eleuatus. At quod prodigium intuẽdum prior conuentus, & plures alij fratres conuocati venientes corporalibus oculis aſpexerunt, & a- B lijs abſentibus retulerunt, ad Dei gloriam, & ſancti doctoris teſtimonium veritatis. Igitur ſanctus doctor certus effectus de veritate propoſitæ quæſtionis, tam luculenter eam coram vniuerſitate diſſeruit quàm euidenter, per eũ qui eſt veritas, eſt edoctus.

A. C. 1256.

Chriſtus D. Thomę ſcripta probat.

D. Thomas ſæpè in ecſtaſi mentis fuit.

§. VIII.

C IN ecſtaſi ſæpius orans vel meditãs apparuit, & multa, quæ aliquãdo referre noluit, etiam rogatus à multis, aſpexit. Nonnunquam verò quædam retulit, de quibus animos ſæpe refecit. Erat autem mirabile videre hominem viuentem ſenſibus & cum ſenſibilibus conuerſantẽ, ſubitò rapi & abſtrahi, & ab omnib. ſeparari, & ad cæleſtia eleuari, quaſi non eſſet vbi corporaliter ſiſteret, ſed vbi mentaliter inhęreret.

Vnde fertur, quòd ſemel inuitatus fuit ab illuſtri rege Franciæ ſancto Ludouico ad con- D uiuium menſæ ſuæ. Qui dũ ſe humiliter excuſaret propter onus ſtudij, & ſcripturæ, cui intentus erat, prior tamen Pariſiẽſis ipſũ ex parte regis venire coegit. Recedens ſque de ſtudio ſuo cum imaginatione, quam ſtudendo conceperat contra hæreſim Manichæi, quam tunc temporis impugnabat, ſedensque in menſa regis iuxta eum, ſubitò veritate ſibi diuinitus inſpirata, ſuper menſam manu percutiens dixit. Modo concluſum eſt contra hæreſim Manichæi, vocanſque ſocium ex nomine ait. Surge ſcribe, quaſi eſſet in ſua camera, ſeu in ſtu- E dio cellæ. Prior autem tetigit eum manu dicens. Aduertatis magiſter, quia nunc eſtis in menſa regis Franciæ, non in cella. Qui ad ſe rediens, & aduertens vbi erat, erubuit, & inclinans ſe ad regem humiliter ait. Parcatis mihi domine rex, quia credebam eſſe in ſtudio vbi contra prædictam hæreſim inceperam cogitare. De quo ſanctus rex fuit plurimum admiratus, & ædificatus quòd in homine fieret tantus per ſpiritum raptus mentis, quo non impediretur in aliquo ſenſu carnis. Hic autem ſanctus rex, prouidus vocato ſcriptore mandauit ei, quòd F ſtatim ſcriberet, quæ dicto doctori fuerant diuinitus reuelata.

Studiũ.i. muſæolũ

Tanta autem erat huius doctoris mentis abſtractio, vt interdum non percipere ſe lædi in corpore à corporali læſiuo. Vnde ſemel cum de conſilio medicorum eſſet cauterium in tibia recepturus, ait ſocio ſuo. Cum venerit qui ignem

A. C. 1270 ignem debet in tibia mihi apponere, facias me hoc ante præſcire, quod cum fieret, in loco in quo cauterizandus erat ſe præparans extenſa tibia, tanta fuit mentis abſtractione leuatus, quod calorem ignis, & cauterium non percepit, cuius ſignum fuit, quia de loco vbi tibiam extenderat, non mutauit.

Semel etiam cum prædictus doctor eſſet in camera ſua, & dictaret ſuper tractatum Boëtij de Trinitate, candelam accenſam in manu tenens, ſic contemplatione abſtractus eſt, quòd candela ardens conſumpta eſt vſque ad digitos manus eius, quibus ignem candelæ diuti° inhærentem doctor non ſenſit: ſed ipſum ſine aliquo motu digitorum ſuſtinuit, donec defecit. Inhibuerat enim ſcriptori ſuo, vt ipſū nullatenus vocaret, quicquid in ipſo videret.

Simile de ipſo Pariſiis ſæpius viſum fuit. Quoties enim oportuiſſet ſibi fieri minutionem, antequam minutor ad percutiendum ſibi venam accederet, ipſe per contemplationē de abſtractione mentis à ſenſibus prouidebat. Et ſecurè minutor venam percutiens ſancti doctoris imaginationem lædere non poterat, quem abſtractum à ſenſibus inueniebat. Fertur enim, quòd fuit miro modo paſſibilis ex corporali complexione, & ideo ſubito à læſiuo corporis multabatur. Vnde diutius fuit ei conceſſum, vt in corpore paſſibili viueret, & interdum læſiuum corporis non ſentiret.

Gratia prædicationis eiuſdem quanta.

§. IX.

1. Cor. 2. NEC prætereundum eſt de gratia prædicationis, diffuſa in labiis eius in proponendo populo verbum Dei. Sermo enim eius ad populum, non in curioſis & perſuaſibilib. tantum humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtēſione ſpiritus, & virtutis. Qui deuitans verba, quæ curioſitati potius, quàm vtilitati ſeruidt auditorum, in illo ſuo vulgari ſermone, quod non mutauit, proponebat, ſaluti vtilia & moralia iuxta capacitatem audientium, ſubtilitates quæſtionum reſeruans ſcholaſticæ diſciplinæ. Nouerat enim, quòd pro qualitate audientiū formādus eſt ſermo doctorum. Ita aūt reuerēter audiebatur à populo, quaſi ſua prædicatio procederet de cœlo. Neque enim alios facere docebat, niſi quę Deus per eum faceret. Iuxta id Apoſtoli documentū. Nihil audeo loqui eorum, quæ per me non efficit Chriſtus. Vnde verba ſermones eius ardebant vt faculæ & cōſequenter corda audientium ad amorem Dei & compunctionem animi inflammabat domino cooperante, & ſermonem eius confirmante ſequentibus ſignis. (Greg. l. 30. moral. c. 6.)

Mat. 16. Cùm enim ſemel in hebdomada ſancta Romæ in eccleſia ſancti Petri de paſſione domini deuotiſſimè prædicaſſet, & populum ad compaſſionem, & lachrymas prouocaſſet, in ſequēti die Dominicæ reſurrectionis ibidem prędicans de gaudio reſurrectionis Chriſti, ſicut ad cōpatiendum, ita ad gaudendū audientem populum mirabiliter excitauit. Factaque eſt prouocatio magna deuotionis in populo, & ſæpe

A runt omnes in domino exultare. Cumque poſt prædicationem de pulpito deſcendiſſet, mulier quædam quæ fluxum ſanguinis multo tēpore patiebatur, nec curari alicuius remedio medici poterat, accedens tetigit fimbriam cappæ eius credens ſe meritis eius poſſe ſanari. Quem mox vt tetigit, ſe ſenſit à prædicta infirmitate liberatam, & ſequens eum vſque ad fratrum conuentum ſanctæ Sabinæ, beneficiū quod receperat, fratri Reginaldo eius ſocio indicauit. Qui poſtmodum pluries, & pluribus factum miraculum ad Dei laudem, & ſācti doctoris præconium recitauit. Fœlix doctor, qui ſimili miraculo claruit, vt ſaluator, cuius fimbria dum tangitur, mulier à profluuio ſanguinis liberatur, vt ſciretur quanta virtus erat in ſancti doctoris anima, ex quo tantæ virtutis effectus inueniebatur in eius cappa. (A. C. 1270. Mulier ſanguinis fluxū patiēs ab eo ſanatur. B Mat. 9.)

Fuit autem prædictus doctor exemplo, & doctrina magiſtri ſui, & omnium domini noſtri Ieſu Chriſti verè mitis & humilis corde, vnde de ſua humilitate fertur ipſe in puritate conſcientiæ ſuæ dixiſſe. Regratior Deo, quia nunquam de mea ſcientia, ſeu cathedra magiſtrali, ſeu de aliquo actu ſcholaſtico habui motum inanis gloriæ, qui meum à ſede ſua moueret animum. Et ſic primū motum præuenientem rationem, eiuſdem rationis ſuperueniente iudicio depreſſit. Non enim potuiſſet in tam ſublimiè erexiſſe animum ad diuina, niſi in fundamento humilitatis ſuę depoſuiſſet humana. (Mat. 11. C)

Fertur enim de eius humili conuerſatione quod cum ſemel in conuentu Bononiæ eſſet ipſe, & more ſolito per clauſtrum contemplaturus incederet, frater quidam alterius conuētus, qui doctorem non nouerat, venit ad eum petita & obtenta licentia à priore, quòd cum fratre, quem primum inueniret, ad ciuitatem ad ſua negotia ire liceret. Et dixit ei. Bone frater, prior mandat, quòd venias mecum, qui ſtatim inclinans caput ſecutus eſt eum. Poſt quē cum non poſſet ſic feſtinanter incedere, frequenter argutus à ſocio ſe humiliter excuſabat. Ciues verò, qui eum nouerant, admirati quòd tantus doctor poſt fratrem modicę conditionis incederet, cogitantes hoc ex errore aliquo contigiſſe, indicauerunt illi fratri, quis eſſet ille, quem poſt ſe duceret. Qui conuerſus ad fratrem Thomam petiuit veniam, vt eius ignorantiæ indulgeret. & conuerſis dictis ciuibus ad magiſtrum cum reuerentia interrogantibus de tantæ humilitatis exemplo, benignè reſpondit, quòd in obedientia perficitur omnis religio, qua homini homo ſe propter Deū ſubiicit, ſicut Deus ſe homini propter hominē inclinauit. (D E)

Intellectus eius acumen.

§. X.

F SVBTILITATE verò intellectus, & ingenij ſanctus Thomas doctor præpollebat, quam ei ſpiritus ſapientiæ Dei ſubtilem dederat, cum quo per gratiam habitabat. Vnde fertur dixiſſe aliquando in familiari colloquio ſtudentibus, non ad ambitum inanis gloriæ, ſed ad præconium diuinæ laudis, & gratiæ

A.C. 1274. ꝙ nunquam librum legerat, quem diuino adiutus ſpiritu nõ intelligeret, & ad profundum libri myſterium nõ veniret. Dignum namque erat, ex quo ſcrutationi diuinorum totus intẽderet, vt deſideriorum iure diuino ſpiritus nihil abſcondetet, ſed ei quod ſacræ doctrinæ erat neceſſarium, intimaret. Cuius ingenij ſubtilitatem, & acumen intelligentiæ ac rectitudinem iudicij euidenter oſtendunt multitudo librorum, quos edidit, & ſententiarum nouitas, quas inuenit, ſenſusque ſcripturarum abſconditi, quos perduxit in lucem.

Memoria eius maxima. Fuit quoque idem doctor magnæ memoriæ tantæque capacitatis, ac retentiuæ virtutis, vt id quod ſemel legendo caperet, perpetuo retineret, vt videretur in eius anima cõtinuè fieri ſcientiæ habitus, quem ſic collectũ habebat in animo, quaſi exemplatum haberet in libro. Quod euidenter patuit in illo mirabili opere, quod ad præceptum domini Vrbani D.Thomę catena aurea. papæ ſuper quatuor euangelia de dictis ſanctorum compoſuit, & texuit. Quæ ipſe perlegens in diuerſorum monaſteriorum libris fertur pro maiori parte ita memoriæ commendaſſe, quaſi ſanctorum dicta habuiſſet præ oculis quæ prius legiſſet in libris. In ſignum autẽ & iudicium euidens, quòd ipſe doctor in theſauro memorię quaſi collectam ſcientiam poſſideret, veridica ſocij ſui fratris Reginaldi ſociorũq; ſtudẽtiũ, & ſcriptorũ relatione veraciter eſt compertũ, quòd ipſe de diuerſis materiis tribus ſcriptoribus, & interdum quatuor in camera ſua eodem tempore dictabat, vt videretur ſimul eius intellectui diuerſas infundere veritates, quas ſimul poſſet nõ abſq; ſpecialis dono gratię pluribus dictare, vt nõ videretur ignota diſcurrendo perquirere, ſed quaſi collecta in memoria de theſauro ſcientiæ infundendo aperire.

Videbatur námque huius doctoris ſcientiæ habitus, quaſi inundans doctrinæ fluuius ſcripturarum, qui deſuper oriens in Edem de diuinæ ſapientiæ fonte deſcẽderet: & qui in diuerſos libros quaſi diuiſos riuulos deriuaret. Retulit quoque ſcriptor ſuus, quidam Brito Euenus nomine Trecorenſ. diœceſis quòd poſt quam dictauerat ſibi, & aliis duobus ſcriptoribus, quos habebat, tanquam feſſus pro labore dictandi ponebat ſe idem doctor pro pauſationis gratia ad quietem. In qua etiã dormiendo dictabat. De cuius dormientis ore, quæ audiebat prædictus ſcriptor redigebat in ſcriptis, continuando materiam, de qua antea ſcripſerat, cum vigilando dictaret.

Fuit ſactus doctor caritate ac pietate diffuſ⁹, vt alios ex ſeipſo præueniret in gratiis: qui dotatus erat diuinitus, vt ſplenderet in doctrinis. Erat omni modo benignus in animo, qui totus erat ſuauis in verbo, & liberalis in facto, vt oſtenderet, quis eius ſpiritus habitaret in mente, cuius tanta ſuauitas procedebat ex ore, vt vnuſquiſque, qui totius conuerſationis eius vidiſſet effigiem mentis eius potuiſſet intelligere ſanctitatem. Qui licet ſupra modum contra peccantes inſurgeret, ipſe qui peccata neſciret, ſic pro amore iuſtitiæ, & ſalute animi proximi, iudici & prælato conſulebat contra culpam inſurgere, vt prælatus ex ſuo concilio fieret ſimul criminis perſecutor, & hominis liberator, vt ſic in ſubditio crimẽ deficeret, & homo cum crimine non periret. Et quamuis ipſe ſanctus de difficili crederet, vt homo peccaret, ſimilẽ ſibi vnumquenque exiſtimans in innocentia, & in natura, cum conſtitiſſet aliquem ex infirmitate peccaſſe, ſic alienas deflebat culpas, vt proprias, illius imitatus exemplũ, qui per compaſſionem, vt propriis vtebatur incendiis in defectibus alienis.

Cùm enim ipſe eſſet de nobili genere, & rerum temporalium potuiſſet copiam concupiſcere animi oblatas deſpexit. Cùm enim dominus Clemens papa tertius, qui eũdem charum habebat, archiepiſcopatum Neapolitanum cũ additione redituum ſancti Petri ad Aram ſibi obtuliſſet, bullamque miſiſſet, ſanctus doctor dignitatem recipere, & reditus poſſidere penitus recuſauit, & quòd non promoueratur cũ ad ſimilia vlterius humiliter exorauit. O felix doctor, contemptor ſæculi, amator cœli, qui fecit, quod docuit, qui ſic terrena deſpiceret, quaſi pignus haberet poſſeſſionis cœleſtium quæ ſperaret. 1. Cor. 14.

Naturalis autem diſpoſitio, & habitus corporis ſancti Thomæ traditur fuiſſe talis. Fuit ſiquidem magnus corpore, & procerus, rectæ ſtaturę, cuius rectitudini animus reſponderet. Coloris triticei, temperatæ complexionis indicium. Magnum habens caput ſicut pręfectionis virtutum animaliũ, quæ rationi deſeruiũt, organa perfecta requirunt. Fuitque aliquantulum caluus, tenerrimæ complexionis in carne, ad indicium intelligentiæ eius in mente. Fuit quoque virilis robore, cum ſe ad aliquos actus virtutis corpore exerceret. Qui etiam ex virtute animi nihil timuit terribile, qui præter hanc in diuina ſibi exiſtente virtute confidit, vt videretur Deus tam nobile corpus, & organum præparaſſe: quod ad actus ſeruiret obediens, quod nunquam eſſet rationis iudicio contradicens. In exterioribus (vel terroribus) autem aeris, tonitrui, & tempeſtatis quaſi pro ſcuto ſe muniens Crucis ſigno, dicebat: Deus in carne venit, Deus pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit.

D. Thomas ad Lugdunenſe concilium in morbum incidit.

§. XI.

ANNO autem domini 1274. mandatũ ſibi fuit à Gregorio decimo vt ad concilium Lugdunẽſe tũc celebrãdũ accederet, propter eminentem eius ſcientiam, ſecumque deferret librum, quem de mandato Vrbani 4. fecerat contra errores Græcorum de quibus erant in dicto concilio ad quod fuerant vocati arguendi rationibus efficacibus: Ante tamen quàm iter ſumeret, in conuentu ſancti Dominici Neapoli exiſtens, cum quadam nocte ante imaginem crucifixi in Eccleſia deuotius oraret, à quibuſdam eum obſeruãtibus viſus eſt, à terra eleuatus cubiti ſpacio, auditaque eſt vox de crucifixo: Benè ſcripſiſti de me Thoma quam ergo mercedem à me recipies? Cui ille: Non

A.C. Non aliam domine (inquit) niſi teipſum.Per
1274. quod dabatur intelligi laboribus eius,& vitæ
terminum imponendum, prout euenit. Nam
recedens ex Neapoli verſus Romam,cum tran
ſiret per Campaniam , ad quoddam caſtrum
applicuit,quod erat neptis ſuæ dominæ Fran-
ciſcæ,languere incipiens,ita vt penè perderet
appetitum.

A medico viſitatus,& quæſitus , an aliquẽ
cibum appeteret magis gratum,qui appetitum
excitaret,reſpondit for ſitan aleces,quales Pa-
riſiis deferuntur,ſcilicet recentes, ſi haberem,
comederem.Sed tale genus piſcium in illis par B
tibus non inuenitur.Egreſſus tamen medicus
ab eo,obuiauit cuidam deferenti ciſtam piſciũ·
ipſumque interrogauit , quos piſces deferret.
Cui reſpondit.Sardas defero. Putauit tamen
medicus aliquod genus piſcium ibi eſſe , qui
ei placerent,iubet ergo ciſtellam diſcooperiri,
& ibi inueñit aleces non ſardas , cum tamen
venditor affirmaret ſe non aleces , ſed ſardas
ibi poſuiſſe:vtpotè quia nullo tempore aleces
recẽtes illa in regione reperiuntur,vnde nõ du-
bium,quin hoc fuit diuinitus procuratum.De
feruntur cum gaudio aleces ſancto viro, & eo C
ctæ. Sed nec de illis guſtare voluit, admirans
diuinæ pietatis beneficium : & diuinæ proui-
dentiæ ſe commiſit,exemplum ſecutus Dauid
2.Reg.23. qui aquam guſtare noluit deſideratam de
Bethleem.

Poſt aliquot dies paululum conualeſcens
proſecutus eſt iter,& tranſiens iuxta monaſte-
rium foſſæ , nouæ ordinis Ciſtercienſis prope
Pipernum caſtrũ:inuitatus eſt deuotè ab Ab-
bate & monachis prædicti monaſterij ad quie
ſcendum ibidem,donec perfectam recupera-
Psal.131. ret ſanitatem.Quod & acceptauit. Et viſitato D
altari eccleſię cum orationibus,ingreſſus clau
ſtrum,dixit ad ſocium Reginaldum.Fili , hæc
requies mea in ſæculum ſæculi , hic habitabo
prænuncians ei terminum vitæ ſuæ,& tempus
exinde tranſlationis ſuæ, vt quidam interpræ-
tantur.per ſæculum intelligentes annos quin-
quaginta:& per ſæculi medietatẽ vigintiquin
que,ſcilicet annos.A morte enim præfati do-
ctoris vſque ad tranſlationem corporis inde
ad Toloſam per Vrbanum 5.fuerunt ſeptuagin
taquinque anni.

Cœpit aũt de die in diẽ languor increſcere. E
Nec ſic poterat ſanctus doctor à doctrinæ fluẽ
tis copia continere.Rogatus à quibuſdam mo
nachis expoſitionem breuem fecit ſuper Can
tica canticorum,vt in cantum cœleſtis gloriæ
tranſiret ſtudium Eccleſiaſticæ diſciplinę.Crẽ
Thomę ſcente languore,& corporis virtute deficiente,
venerabile petiit ſibi afferri venerabile ſacramentum Eu-
affertur ſa charistiæ. Cui occurrit, vt potuit proſtratus
cramẽtũ. in terram,requiſituſque , vt mos eſt Eccleſia-
ſticæ diſciplinæ , an crederet , ꝙ in illa hoſtia
conſecrata eſſet verus Dei filius natus de vir-
gine,paſſus pro nobis,reſurgẽs à mortuis &c. F
libera voce,attenta deuotione,cùm lachrymis
reſpondit. Si maior ſcientia , quàm fidei in-
tegritas,& ineffabilis eius veritas in præſenti
exilio de hoc ſacramento haberi poteſt,in illa
reſpondet,quia verè ſcio hunc eſſe verũ Deũ
& hominem , æterni patris & virginis matris
filiũ,dñm noſtrũ Ieſũ Chriſtũ,& ſic puro cor-
de credo,& ore cõfiteor.Sic itaq; deuotè,& cũ

A lachrymis accepit illud viuificũ ſacramẽtum. A.C.
Sequenti die recepit ſacramentum extremæ 1274.
vnctionis reſpondens ſana mente ad ſingulas
vnctiones. Exinde iunctis manibus ſpiritum
ſuum commendans creatori ſuo obdormiuit
in domino hora matutinali No.Martij anno
domini.1274.ætatis verò ſuæ quinquageſimo
inchoante. Affuerunt autẽ exequiis eius mul-
ti fratres ordinis , magis vicini abbatiæ illi,ac
etiam fratres minores,qui audientes eum infir
matum grauiter,ad viſitandum acceſſerant, e-
piſcopus quoq; Terraconenſis ordinis mino-
rum,abbas cum monachis ſuis,multi quoque
nobiles,& de parentela ſua.Dumque celebrã-
tur eius ſolẽnes exequiæ , occurrit neptis eius
domina Franciſca ad oſtiũ monaſterij. Et quia
ei licitũ nõ erat intrare monaſteriũ ſecũdũ ſui
ordinis inſtituta,defertur funus illuc ad eius in
ſtãtiã ad videndum gratia ſpeciali:vbi quantis
lamentationibus more patriæ fuerit deplora-
tum cum eiulatu,& clamore lugubri,vix ab a-
liquo poſſet credi.Cumque planctus & gemi-
tus tam lugubris perſonaret,mirum dictu,mu
lus,cui ſanctus doctor incederat , eadem hora
fracto fune de ſtabulo exiliit & nullo ducente
veniens,& appropinquans ad feretrum,eoque
viſo ibidem , ſine aliqua infirmitate mortuus
cecidit,& defecit, vt etiam in brutis animali-
bus dominus oſtenderet magnum doctorem
Eccleſiæ defeciſſe,& ex dolore migraſſe.

Surgens autem in medio frater Reginaldus
de Piperno,diſcipulus eius,& ſocius quaſi con
tinuus,cum adſtantes optarent audire præco-
nia eius,quę niſi per famam audierant,inquit.
Ego ſancti huius doctoris vitæ & conſcientię
teſtis ſum,qui frequenter in vita ſua , & nunc
D in vltimo fine vitæ ſuæ confeſſionem genera-
lem audiui,& teſtificor coram domino , ꝙ ita
ſemper purum inueni ſicut puerum quinque
annorum,qui nunquam ſenſit ſuæ carnis con
tagium,nec habuit alicuius mortalis criminis
in voluntate conſenſum. Notabile autem ſi-
gnum apparuit excellentiæ eius. Nam tribus
diebus ante mortem eius apparuit ſuper mo-
naſterium quædam ſtella ad modum cometę,
quæ etiam in die aliquando videbatur , quæ
cum ignoraretur,quid ſignificaret,cum appa-
ruit,oſtendit præfati doctoris tranſitum,dum
E poſtea ceſſauit.Deficiente Thoma,ſtella ceſſa-
uit.

De apparitionib. quib. & mors ipſius & gloria fuit manifeſtata.

§. XII.

PLVRIBVS fuit oſtenſus tranſitus eius.
Nam frater & magiſter Albertus magnus
& epiſcopus,cum ea die, qua migrauit , apud
Coloniam cum priore & fratrib. in orandio eſ-
ſet,cœpit amarè flere.Huius rei cauſam inter-
F roganti priori,reſpõdit.Frater Thomas de A-
quino:filius meus in Chriſto,qui fuit lumen
Eccleſiæ,hodie ex hac luce migrauit. Notata
igitur die à priore,compertum eſt illam fuiſſe,
quia ſanctus de hoc mundo deceſſerat.

Quidam etiam frater Paulus de Aquila ma
gnæ probitatis & famæ,illa hora,qua ſanctus
migrauit , in viſione imaginaria vidit beatum

A.C. 1274

Thomam in ſcholis legentem in cathedra, coram multis,& ecce videbatur ſibi,quòd ſanctus Paulus intraret ſcholas eius, qui cum deſcendens de cathedra vellet occurrere,ait Apoſtolus ei.Reuertere ad locum, & proſequere lectiones tuas. Rogauit autem beatus Thomas Paulum, vt ei diceret,an habuiſſet in epiſtolis ſuis verum intellectum. Cui reſpondit, quòd vtique verum habuiſſet,quantum poteſt quis viuens habere.Et ſubdidit.Volo vt venias mecum,& habebis clariorem de omnibus intellectum.videbatque eũ per cappam extra ſcholas extrahere.Tunc frater Paulus clamauit alta voce.Succurrite fratres ſuccurrite,quia frater Thomas à nobis tollitur.Ad cuius clamorem excitati fratres, occurrerunt interrogantes cauſam illius clamoris, qui ſeriem viſionis enarrauit. Et notantes fratres diem & horam, eam fuiſſe inuenerunt,qua ſanctus de vita ſub tractus eſt.

Quanta autem fuerit& ſit gloria eius in cœlis oſtenſum fuit hoc cuidam fratri Alberto, ordinis prædicatorum, de Brixia. Hic multũ ſecutus eſt doctrinam ſancti Thomæ, vir plurimum literatus,& deuotus,& multum eum commendabat de doctrina & ſanctitate ſua,aſſerens ſe procerto ſcire eum,eſſe ſanctum in patria,quod adiuratus declarauit per iſtam, quã habuit viſionem ſuper eo.Cùm enim diu deſideraſſet ſcire gloriam ſancti,& ſemel ante altare beatæ Mariæ poſitus hoc potentius,& attentius oraret,vigilanti cum lachrymis in oratione apparuerunt duæ reuerendæ perſonæ mirabili cum ſplendore & ornatu, quarum vna erat in pontificali habitu mitram habens in capite, altera in habitu fratrum prædicatorum:quæ coronam habebat auream in capite lapidibus prætioſis intextam & circa collum duas aureolas quaſi torques,vnam argenteam & alteram auream.In pectore verò geſtabat quaſi magnũ lapidẽ prætioſum,qui ſplendore mirabili plures radios emittens, irradiare totam eccleſiam videbatur. In cappa verò erant inſerti per totum lapides prætioſi,tunica & ſcapulare nimio ſplendore fulgebãt.Qui ſtupens ad pedes eorum ſe proſtrauit, petens ſuppliciter declarari, quæ eſſent illæ perſonæ quæ apparuerant.Tunc ille,qui mitram geſtabat in capite,inquit. Quid miraris frater Alberte? Ego ſum Auguſtinus doctor eccleſiæ, qui ſum miſſus ad declarandam gloriam ſancti Thomæ.Is eſt,qui mecum eſt qui doctrinã meam,& Apoſtolicam in omnibus ſecutus eſt, & eccleſiam Dei ſua doctrina illuſtrauit.Lapis prætioſus in pectore tanto ſplendore enitens ſignificat rectiſſimam intentionem,quam habuit ad declarationem, & defenſionem fidei. Lapides plures pretioſi ſunt libri,quos edidit. Ipſe igitur mihi par eſt in gloria: virginali me excellens munditia, & ego illum pontificali excellentia,ſicque diſparuerunt.

D Thom. glorioſus valdè apparuit.

Monachi Ciſtercienſes D. Thomæ corpus occultant.

§. XIII.

POst mortem, & ſepulturam ſancti doctoris,abbas & monachi timentes,ne corpus ſancti,abeis auferretur per fratres ordinis, ſed non rectè cogitantes in retinere diſponendo alienum(nam ſub depoſito id corpus fuerat ibidem commendatum,& frater Reginaldus de hoc fieri fecerat publicum inſtrumentũ & idem doctor mandauerat corpus ſuum ad fratres ordinis ſui apud Neapolim congruo tempore deportari)ſecretiſſimè paucis ſcientibus tranſtulerunt ipſum corpus de loco ſepulturæ eius de Eccleſia,ad capellam ſancti Stephani iuxta clauſtrum,vt ſepulturæ eius locus cæteris eſſet ignotus. Super quo poſtmodum ſanctus doctor in ſomnis apparens domino Iacobo priori dicti monaſterij, ipſum grauiter arguit,&comminatus eſt ei,niſi ad priorem locum corpus reduceretur.Timens itaque prior diuinę vltionis iudiciũ,ſi præteriret,quod audierat,in viſione mandatum, volenſque nihilominus clauſtrales monaſterij latere,acceptis prædictæ capellæ clauibus à domino Blaſio, de nocte cum paucis monachis acceſſit ad capellam prædictam,in qua corpus ſancti tranſlatum fuerat & humatum,& aperto ſepulchro tãta fragrantis odoris emanauit ſuauitas,ꝙ totam capellam, clauſtrũque ipſius monaſterij, qui diffuſus eſt odor,mira ſuauitate repleuerit, vt non videretur patuiſſe defuncti corporis ſepulturam,ſed multorum aromatum,apotheca de ipſius corpore ſãcti emanans.Qui odor tantus fuit, quòd ad ipſum nullo alio indicante tam prædictus dominus Blaſius, quàm cæteri monachi excitati conuenerunt, coram quibus manifeſtato ſancti corpore, inuenerũt ipſum integrum in omnibus membris habituque ſui ordinis,cappa tunica, & ſcapulari penitus incorruptis, & odore redolens mirabili, cum tamen corpus ſancti fuerit pingue, groſſum & magnum,locuſque ſepulturæ eſſet humidus,& profundus, ex quo debuiſſet immutari, niſi ſpeciali priuilegio, & gratia ſeruaretur. Conueniens etiam ſatis fuit, vt corpus etiam exanime nouum odorem ſuauiſſimum redderet, de quo fœtor mortalis criminis in vita non exiſſet.

Reportarunt ergo monachi ſacrum corpus ad priorem ſepulturam proceſſionaliter cum magna deuotione, cantantes. Iſte ſanctus dignè in memoriam vertitur hominum &c.Fuit autem hæc tranſlatio facta elapſis menſibus ſeptem à tranſitu eius.

Prima D. Thomæ tranſlatio.

Elapſo ſeptennio à prima tranſlatione beati Thomæ, de qua nunc dictum eſt, dominus de caſtro montis ſancti Ioannis, tunc abbas monaſterij Foſſæ nouæ fecit ipſum corpus exhumari,& transferri ad locum honorabiliorẽ, & ad ſiniſtram partẽ altaris in ſepulchro marmoreo collocari.In cuius ſepulchri apertura odor ſimilis,ſicut in prima tranſlatione emanauit,& tam corpus, quam veſtimenta, ſicut prius reperta ſunt odorifera, integra,& illæſa, niſi ꝙ modicum deerat de ſummitate pollicis manus dextræ.

Placuit tertio ad ampliorem & certiorem demonſtrandam terrigenis gloriam ſancti Thomæ, iterato de conſeruatione corporis & odoris fragrantia demõſtrare:14. nãque anno ab eius tranſitu abbas dicti monaſterij rogatus à domina Theodora comitiſſa ſancti Seuerini, ſorore ſancti Thomæ, vt daret ſibi pro

A.C. 1323.

pro reliquiis manum dexteram ſancti, annuit vocis eius. Eleuato igitur lapide de monumento, & patefacto corporis ſacri pretioſo theſauro, tantus odor emanauit inde, tamque ſe mirabiliter diffudit, quod omnes monachi ad videndum conuenerunt. Inuentumque eſt corpus ſacrum, integrũ, & illæſum, odoriferũ cũ pannis habitus ſui, vt prius, excepta naſi ſummitate, quæ paululum diminuta videbatur. Et licet abbas exiſtimans leui tractu poſſe manum à brachio ſeparari, hoc tentauerit, non tamen valuit, ſed ita ſolidè inhærebat, quod oportuit ferro eam à brachio ſecare, eamque tradidit dictæ Dominę. Quam ſecum detulit cum omni reuerentia, & in ſancti Seuerini capella cum aliis reliquiis collocauit.

Ex qua etiam accidit iſtud admiratione dignum, quia cum capellanus oſtenderet reliquias illius capellæ cuidam magno prælato, & inter cæteras diceret ſe habere manum ſancti Thomę, contempſit prælatus ille reliquias ipſius manus, dicens: Iſte frater Thomas bene fuit bonus frater, ſed non ſanctus, vt aliqui dicũt, ſubitò autẽ cœpit totus tremere, & caput eius ita alterari vt videretur ſibi grauis, vt ciſta. Qui aduertens hoc ſibi accidiſſe ex tali cõtemptu, ſubito confeſſus, culpam ſuam recognoſcens, & deuotè oſculans dictam manum odorem magnum ſenſit, & ſui liberationem, vnde poſtea habuit eam in ſumma deuotione. Poſtmodum manus illa largita fuit ab illa Domina priori & fratribus conuentus Salernitani. Et ibi ego eam vidi, quæ adhuc integra manet, excepto vno digito, qui ex deuotione aliquorum inde fuit excerptus. Quæ manꝰ extenta eſt cum pellibus, oſſibus, & carne deſiccata, & vnguibus, & magna, & digitos lõgos habens, & ipſe magnus erat.

B. Thomæ Canonizatio & miracula A.C. 1323.

§. XIIII.

DEMVM facta diligenti inquiſitione de vita, & miraculis eius authoritate ſedis Apoſtolicę vt moris eſt, & iuris in huiuſmodi, canonizatus eſt ſanctorum confeſſorum catalogo adſcriptus cum debita ſolennitate per Ioan. xxij. aſſiſtentibus cardinalibus, & aliis prælatis apud Auenionem, vbi tunc curia erat Romana. xv. Calen. Auguſt. anno Domini. 1323. à tranſitu verò eius ex hoc mundo anno quinquageſimo. De libris editis ab eo habetur ſuprà in j. titu. tertij voluminis. De miraculis eius, quę reperta ſunt authenticè per inquiſitionem commiſſam ab apoſtolica ſede.

Sup. ti. 18. ca. 10. §. 1. & 2.

Dominus Petrus graſſus de Neapoli, miles & conſiliarius regis per decẽ circiter menſes priuatus extiterat virtute naturali, & ſolutus vſu brachij dextri, adeo quod de ipſo brachio nec de manu in aliquo poterat ſe iuuare. Hic Romam pergens, iter faciens prope monaſterium Foſſæ nouæ, vbi adhuc corpus ſancti iacebat: cũ memorię occurriſſet ei ſanctitas eius & miraculorum gratia quæ de illo dicebatur,

A ſumpta fiducia recuperandæ ſanitatis per merita ſancti ad ſepulchrum eius acceſſit, & oratione facta proſternens ſe totum ad ſepulchrum, recepit brachij omnimodam ſanitaẽ.

Magiſter Reginaldus medicus chirurgicus de caſtro ſancti Laurentij, cum per decem annos morbo podagræ ita impotens effectus fuiſſet, quod ſine baculis vel aliorum ſuſtentatione nec ambulare, vel ſtare valeret, audita fama miraculorum, quę fiebant ad ſepulchrum ſancti, illuc ſe fecit deferri, & oratione facta B per horam proſternatus iacens, inde poſtea ſurrexit incolumis, vt ſine baculo vel alterius adiutorio per ſe liber ambularet.

Magiſter Matthæus Ioannis de Piperno, oblatus monaſterij Foſſæ nouæ, grauiſſima infirmitate erat grauatus, quod iam loquela amiſſa expectaretur omnino moriturus, facto autem voto, ad ſanctum, viſitandi tumulum eius, liberatus eſt.

Oblatos vocant Ciſtercienſes religionis miniſterio deputatos fratres.

Frater Leonardus de Piperno, monachus conuerſus Foſſæ nouæ, cum dubitaret de miraculis beati Thomæ inquiſitus, vt ferraret C duos equos ſeu mulos duorum fratrum prædicatorum, qui illuc venerant pro inquirendis miraculis dicti ſancti, de cuius canonizatione tunc tractabatur, ferrare noluit (erat enim faber ferrarius) dicens. O quantum infeſtant nos iſti fratres prædicatores, & attediãt occaſione iſtius ſancti Thomæ. Si fuit ita ſanctus, vt aiunt, faciat aliquod magnum miraculum, ita quod iſti fratres prædicatores hinc recedant, & non amplius nos moleſtent. Qui ſtatim percuſſus eſt in brachio dextro tali & tanto dolore, quod illud mouere non poterat D neque ad os ponere, vel aliquod opus exercere. Sicque permanſit vſque in ſequentem diẽ. Conſiderans autem, quod hoc ei acciderat propter contemptum ſancti, compunctus de peccato acceſſit ad tumulum beati Thomæ, & appodiato brachio ad ſepulchrum, ſtans ibi per horam ad orandum, inuocato auxilio ſancti liberatus eſt à dolore, & à vexatione brachij, qui poſtea cum gaudio ferrauit dictos mulos.

Ferare eſt ſoleas ferreas equis imponere.

Nicolaus puer paralyticus de Piperno, adductus ad tumulum, & ibi poſitus ſuper ipE ſum, ſanatus receſſit.

Stephana de Rocha ſicca, habitatrix in caſtro ſomni, hydropica orans ad ſepulchrum ſancti, ſana facta eſt.

Quidam Iacobus de Piperno, graui dolore vexatus in brachio, & febrem quartanã patiẽs facto voto ad ſanctum liberatus.

Petrus de Piperno cœcitatem incurrens incurabilem, vt nil videret, adductus ad tumulũ ſancti viſum recuperauit.

Cæſarius de Neapoli, duplici tertiana laborans, ita vt timeretur de morte eius, facto F voto ad ſanctum ſanatus eſt. Bartolomæus Leonardi de Piperno ruens de loco eminenti clamauit. Sancte Thoma adiuua me. Cecidit autem rectus in terram ſine leſione, qui ſubitò acceſſit ad tumulum beati Thomæ gratias agens de beneficio.

Quidam puer paſſus fuerat morbum caducum per annum cum dimidio, & ad ſepulchrum beati Thomæ liberatus eſt.

A.C. 1323. Quidam vir & quædã fœmina, quæ ſurdita A tem incurrerãt, ſancti meritis ſe ei commendantes apertæ ſunt aures eorum. Domina Maria vxor domini Arnoldi, neptis ſummi pontificis ex ſorore, cum apud Auenionem eſſet prægnans, necnon & hydropica exiſtens, à medicis eſſet deſperata, adeo quòd indulgentiam in articulo mortis plenariam per epiſcopum Lugdunenſem conſecuta fuerat, & de proximo moritura, ei confeſſor propiius perſuaſit, vt ad ſanctum Thomam de cuius canonizatione tunc agebatur, conciperet deuotioné: ſeque deuoueret eidem pro beneficio ſanitatis B obtinendo. Quod cum feciſſet, ſequenti nocte vigilans vidit perſpicua viſione iuxta lectum ſuum conſiſtere ſanctum Thomam in habitu prædicatorum, dicentem ſibi miri voce. Vis tũ curari? At illa exiſtimans illum eſſe quemdam epiſcopum ſibi notum ordinis noſtri: quæſiuit an ipſe venerat confirmare indulgentiam, quã à papa ſibi procurarat Lugdunenſis. Cui ſanctus Thomas. Ego non ſum talis epiſcopus, ſed frater Thomas de Aquino, cui te deuouiſti: & addidit. Comple votum tuum, & ſanaberis. Illi diſparente nunciauit matri ipſam viſionem. Vouent igitur mater cum filia quod annuatim in natiuitate Domini mittent cereum quinque librarũ ad proximioré côuentum ordinis, ac etiam vnum fratrem in conuẽtu Auenione veſtient, quem magis indigenté videbunt. Mane facto corpus eius detumuit, nec tamen votum ſubito compleuit, vnde nocte ſequenti apparens iterum beatus Thomas durè redarguit, quod nondum votum impleuerat. Quod quam citiſſimè faciens ſanitatem perfectam recepit.

Adueniente autem tempore partus eius, cũ fœtus partim infra & partim extra exiſteret, ſicque periclitaretur, inuocans ſanctum Thomam in adiutorium, fuit à puerperio expedita. Obſtetrix credens natum viuum mox baptizauit, ſed comperto reuerà quod mortuus natus erat, rogauit mater beatũ Thomã, vt ſicut matrem liberauerat à morte corporali, ita prolẽ editũ liberaret à perditione, reſuſcitando ipſum, vt vel baptizari poſſet. Facta igitur oratione reuixit puer. Qui baptizatus paulò poſt migrauit ad Dominum. Multa alia miracula ſcripta ſunt ob breuitatem omiſſa.

Anno ætatis ſuæ decimo quarto intrauit ordinem. Trigeſimo anno factus eſt magiſter in theologia. Quinquageſimo inchoante ætatis ſuæ anno migrauit ad Dominum. Et 1370. tranſlatum eſt corpus de Foſſa noua ſeu ciuitate fundorum in Toloſam per Vrbanum. v. vt ſu. habetur, & per Ioannem xxij. fuerat prius canonizatus anno ſcilicet Domini 1323.

De ſancto Vincentio confeſſore.

CAP. VIII.

SPECIẼ tuã & pulchritudine tũa, intẽde, proſpere procede, & regna propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiã. Pſal. 44. Omne agẽs agit propter finẽ (ſecũdũ philoſophum) & agens vniuerſale, qui eſt Deus, ad hunc finem facit quæcunque facit, propter benignitatem A.C. 1323. ſuam, & bonum vniuerſi: ſic agens rationale, id eſt homo, in omni opere ſuo intendit aliquem finem. Artifex facit artificia, vt lucretur, agricola terrã colit, & ſerit, vt fructum percipiat, ſtudens legit, vt addiſcat. Sed in moralibus ad hoc, vt opus ſit virtuoſum, oportet vt intendat finem debitum ſcilicet Deum, vt ei placeat iuxta illud. Omnia in gloriam Dei facite. Eſt autem conſiderare in exercitatione hominum virtuoſa principium rectæ intentionis, & ideo. Specie tua & pulchritudine tua intende. Secundo debitum mediæ progreſſionis propter quod dicitur: Proſpere procede. Tertio præmium æternæ remunerationis ibi. Et regna. Et hoc propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam. Quæ omnia reperiuntur in beato Vincentio.

De intentione in quacunque opere.

§. I.

QVANTVM ad primum dixit Ambroſ. Intentio tua operi nomen imponit. Nã cuius finis ſcilicet operis bonũ eſt, ipſum quoque bonum eſt, & econtrario. Eſt autem intentio bona, quę finẽ reſpicit cũ procedit ex ſpecie, & pulchritudine ſua. Et quamuis ſpecies hic videatur idem eſſe, quod pulchritudo, quę conſiſtit in debita proportione mẽbrorũ ſeu cõmenſuratione cũ quadã refulgentia, tamen hic ſpecies poteſt referri ad debitam proportionem membrorum, & commenſurationem, & pulchritudo ad refulgentiam colorũ. Membra autẽ ſpiritualia ſunt, ſicut anima ipſa ſpiritus eſt, & ſunt ſenſus eius interiores & exteriores, quibus operatur, qui tunc ſunt proportionati bene, quando ſunt commenſurati ſecundum lumen rationis, vt nõ ſint nimis magni vel parui in actibus ſuis.

Eſt enim intellectus nimis magnus, quando is eſt curioſus, quærens ſcire, quæ non debet, & quorum non eſt capax, quod prohibet Apoſtolus dicens. Non ſapere plus, quam oportet ſapere. Eſt nimis paruus, quando non quærit ſcire, ad quæ tenetur, videlicet Dei mãdata & huiuſmodi: nam in his ignorans ignorabitur, ait Apoſtolus. Affectus ſeu voluntas eſt nimis magna, quando ei non ſufficit Deus, ſed cum eo inordinatè amat creaturas. Nimis paruus eſt affectus: cum eſt tepidus, & remiſſus erga Deum diligendum, & ſic de aliis. Nõ autem ſufficit operatio commenſurata ſecundum regulam rationis, niſi addatur pulchritudo refulgentiæ ex luce gratiæ, ſicut color alb⁹ puritatis, & rubicundus caritatis. Vnde ſicut facies Æthiopis, & ſi bene ſit proportionata, & commenſurata in partibus ſeu mẽbris ſuis non dicitur pulchra: quia ibi non eſt refulgẽtia claritatis, ſed nigredo, ita & opera philoſophorum, & ſi eſſent ſecundum regulam rationis, tamen quia in eis non erat lux gratiæ, non erant pulchra, id eſt verè virtuoſa. In rende ergo ſpecie tua & pulchritudine tua, id eſt intentionem habe commumem, regularam ſecundum lumen rationis, ac etiam fundatã in gratia, ex quo albedo puritatis, & rubedo caritatis procedit.

Intellect⁹ magnus & paruus quis. Rom. 12. 1. Co. 14.

Non

A.C. 1323. Non ſufficit bonum intendere, niſi quis illud proſequatur. lib. 1. cap. 30.

§. II.

A QVANTVM ad ſecundum dicit Ambr. in lib. de officiis. Non ſatis eſt bene velle: niſi ſtudeas etiam bene facere: diſt. lxxxvj. non ſatis eſt, ſcilicet eſt neceſſarium, ſi adſit facultas operandi. Ita etiam non ſufficit intendere bonum, niſi quis illud proſequatur, & B propterea Pſal. poſtquam dixit. Intende, ſubdit. Proſpere procede. Opera noſtra bona, ſunt quidam progreſſus ſeu proceſſus, quibus peruenitur ad regnum. Oportet ergo vltra procedere de bono in melius ſecundum illud Prou. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem. Semita dicit, quia eſt via arcta, quia reuocare gradum ſuperaſque euadere ad auras hoc opus, hic labor eſt. Per hæc opera virtutum quotidie proficiunt procedentes ad claritatem regni ſuperni, ſicut faciebat apoſtolus di C cens ad Philippenſes. Quæ retro ſunt oblitus (Phil. 3.) non reuertens ad opera mala priora, nec etiã attendens ad bona in præterito per me facta, quaſi ſufficiant mihi, ſed in anteriora me extendens, ſcilicet perfectiora opera, brauium proſequor ſupernæ vocationis. (Philip. 3.)

Sic proceſſit beatus Vincentius vt de eo verificetur quod ait Pſal. Omnia quæcunque faciet, ſemper proſperabuntur. (Pſal. 1.) Proceſſit autẽ ſicut & quilibet iuſtus per triplicẽ viã. per viã veritatis in verbis, per viam mititatis in moribus, per viam æquitatis in agendis, per quas D vias procedendo peruenit ad regnum. Vnde ſubdit. Regna propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, q. d. per iſtas vias proceſſiſti, ideo regna in cœlis coronatus. Prima via proceſſus eſt veritas. Pſal. viam veritatis elegi. (Pſal. 118.) qui debet eſſe in verbis cordis, faciens veram æſtimationem de rebus. Contra id quod (Eſa. 5.) dicitur Eſaiæ. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum &c. In verbis oris cauendo (Eccleſ. 3.) à mendaciis. Per hanc viam inceſſit beatus Vincentius æſtimando omnia mundi vana, & E ideo contempſit. Veritatem ſcripturæ prædicauit aſſiduè.

De via mititatis dicitur. Fili in manſuetudine perfice opera. q. d. Si aduerſa & impeditiua ſuperueniãt non turberis. Sed vt ait Saluator. Diſcite à me, quia mitis ſum. Matt. 11. Sic beatus Vincentius fuit mitiſſimus, vt in tot laboribus, & perſecutionibus fuerit animo quietus, nulli malum pro malo reddens, ſed omnibus bene fecit.

Per viam æquitatis proceſſit ſeu iuſtitiæ F reddendo vnicuique quod ſuum eſt, Deo venerationem per frequentes orationes, proximo per ſubuentionem in ſpiritualibus & corporalibus, proprio ſubiecto per coertionem. Sic beatus Vincentius Deo exhibuit venerationem per frequentes orationes & quotidianam deuotiſſimam celebrationem. Proximo ſubuenit quoad animam, prædicationibus, conſiliis, & exhortationibus ad omnes, quo ad corpus procurando panem, & vinum, duobus millibus hominum ſequentibus eum, & non habentibus ad manducandum, vt patet in hiſtoria eius. Proprio ſubiecto, magna auſteritate corpus caſtigando, vt ſpiritui eſſet ſubiectũ, vt patet infra: vt poſſit de eo dici illud Iſaiæ. Faciet quæcunque volui, & proſperabitur in (Eſa. 55.) iis, ad quæ miſi illum.

De regno Beatorum.

§. III.

QVANTVM ad tertium oſtẽditur, quòd quia proceſſit per vias iſtas, ideo regnat in cœlis, id eſt regnat propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, per quæ proſperè, non tepidè, ſed viriliter proceſſit. Diſpono (Apoc. 1.) vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ ait Chriſtus. Luc. 22. Vnde ſancti canunt ante thronum Dei gratias agẽdo de regno collato. Feciſti nos Deo noſtro regnum, id eſt reges & regnabimus. Et licet regnum ſupernum omnibus iuſtis conferatur, iuxta id: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Math. 25. tamen non omnibus, ſed quibuſdam præcellentibus ſanctis dedit regnum, & poteſtatem regiam vniuerſalem ſuper creaturas faciendi de eis ad placitum, id eſt, virtute ipſius Dei, inter quos fuit iſte beatus Vincentius qui fecit miracula in reſuſcitãdo mortuos plurimos, illuminando cæcos centum, ſanando diuerſis languoribus mille. De quibus in parte patet in ſequenti eius legenda.

B. Vincentij cõfeſſoris vita à Petro Ranzano, qui eam quinque libris edidit compendioſè collecta.

§. IIII.

GLORIOSVS [a] confeſſor Vincentius in mundo vita & doctrinis refulſit circa annos Domini 1400. & vltra, Migrauit autem ex hoc ſeculo nequam anno Domini 1418. ſedem Petri tenente Martino. v. imperante autẽ Sigiſmũdo. Sãctorũ autẽ catalogo adſcriptus à Calixto iij. papa anno. 1455.

Hic igitur Vincentius ex ciuitate Valentina, antiqua nobilique familia Ferrariorum oriundus, à catholicis fuit parentibus procreatus. Fuerunt ſi quidem parentes eius deuoti, & moribus decorati, fuitque pater eius notarius publicus, qui ex vxore ſua tres habuit filios: Petrum primogenitum, qui fuit vxoratus laudabilis vitæ & conuerſationis honeſtæ. Secundo genitus dictus fuit Bonifacius doctor in vtroque iure, & vxoratus, qui mortua vxore ordinem Cartuſienſium eſt ingreſſus, & adeo profecit in religione, & tãta erat prudẽtia

a *Leander lib. 1. de viris illuſtribus ordinis Prædicatorum ſcripſit Saluius Caſſeta generalis magiſter ordinis 32. edidit vitam D. Vincentij confeſſoris. Eandem ſcripſit Ioannes Antonius Cornelius forocornelienſis lib. 5. de illuſtribus viris. & ante iſtos Petrus Ranzanus Panormitanus, à quo hæc accepit D. Anto. magna ex parte. de hoc item ſupra. tit. 22. cap. 6 §. 2. & cap. 14. ante §. 1. & Pius 2. lib. 2. Coſmo. cap. 58.*

prædictus

A.C. 400.

A prędicus,vt fieret generalis prior ordinis Car-
tuſienſium. Tertius fuit iſte Vincentius,virgo
ſemper puriſſimus,qui poſt pueritiam ſuam
cum omni puritate peractam:in adoleſcentia
ſua artibus liberalibus non mediocriter eru-
ditus decimum octauum ætatis ſuę annum at
tingens, animaduertens tutum minime fore
cum ſcorpionibus habitare, à ſpiritu ſancto
inſtigatus ſacram prædicatorum religionem
in conuentu Valentino ingreſſus eſt, in qua
cum omni honeſtate conuerſatus,ſtudio aſſi-
B duus,quaſi lux ſplendens profecit, & creuit
vſque ad perfectum diem theologicæ facul-
tatis, adeo vt aureolam magiſterij meruerit
accipere. Et poſt introductioné eius in cellam
vinariam ſcripturarum & ſuauiſſimũ & copio
ſiſſimum hauſtum earum,prędicator inſignis
eſt effectus. Cui cum dignitates nõ modicę,&
honores præſidentiæ à prælatis eccleſiæ, &
mundi principibus offerentur,eis ſpretis elę
git abiectus eſſe in domo Dei,& medicus ſuũ
patrem imitatus Dominicum,plurimas occi-
dentis regiones,& regna verbum Dei Euange
C lizando peragrauit. Et præcipuè in partibus
Valentiæ,Aragoniæ,Cathaloniæ,Hiſpanię in
regno Caſtellæ,Northmãniæ,Britanniæ,Sa-
baudiæ,in Pedemontium, Ripariæ, Genuæ,
Delphinatus,Borbonij,& Franciæ.

S. Dominici inſtitutũ amplectitur ibi.c.7.

Cant. 1.

Hoc autem ſtupendum erat, & apoſtolica
gratia,quod prædicãs in idiomate vulgari Ca-
thalonico,intelligebatur etiam ab aliis natio
nibus illud ignorantibus. In prædicatione au
tem eius quamrumcunque prolixa nemo tæ-
dio afficiebatur. Nec mirũ,quia verbum eius
vt facula ardebat. Ab omnibus autem audie-
D batur non ſolum loco propinquis, ſed etiam
remotis,à doctis & indoctis, nobilibus & i-
gnobilibus intelligebatur.

Iudæi & Saraceni ab eo conuerſi ibid. cap. 8.

Iudæi quoque,& Saraceni ad prædicatio-
nes eius aliquando concurrebant,ita efficaci-
ter probantis eorũ errores rationibus & ſcri-
pturis,& Chriſtum Dei filium adueniſſe,vt cõ
fitetur eccleſia catholica,& prophetę prænun
ciauerunt,vt multa millia eorum ad fidem tra
xerit orthodoxam,quorum numerum in quo
dam proceſſu facto ad inquirendũ geſta eius
miranda,reperi vigintiquinque millia.

E Homines quoque ſceleratiſſimos ad viam
veritatis & pœnitentiæ plurimos reduxit. Et
cum in ciuitate Ilerdenſi Aragonię prouincię
euangelizando omnes pene meretrices ad cõ
tinentiam coniugalem,vel vidualem,& hone
ſtam vitam induxiſſet,inde recedẽte viro Dei
ſocietas,quæ eum comitabatur cernens leno
nes earum armatos contra magiſtrũ Vincen-
tium venire, inſinuauit ei. At vir ſanctus di-
xit eis. Iſti ſunt lenones,qui veniunt, vt me in
terficiant. Cui illi. Pater ne timeatis:quia ſuffi
cientes ſumus ad defendendum vos. Et ipſe:
F Præcedatis omnes, & me ſolum relinquatis.
Quod cum illi nullo modo ſe facturos aſſere-
rent,præcepto coegit eos. Appropinquantes
igitur illi turpiſſimi homines, cum manus ad
arma ponerent,vir Dei ſignum crucis contra
eos fecit. Qui ſtatim compuncti corde, ac per
territi,& arma deponentes videntibus qui ad
ſtabant plurimis,genu flexo ante eum veniã
poſtulabant. Ipſumque ſecuti ſunt vitam in

Lenones ab eo conuertuntur

A melius commutantes.

A.C. 400.

Antequam curſum acciperet quotidianæ
per ciuitates & caſtra prędicationis,confeſſor
aſſumptus eſt à cardinale Petro de luna, qui
Clementi ſuccedens in ſchiſmate dictus eſt
Benedictus. xiij. Qui ipſum magiſtrum Vin-
centium,vt doctiſſimum virum inſtituit ma-
giſtrum ſancti palatij. Familiaris autem ei ſæ-
pius ad cedendum papatui ſuadebat ad tollẽ
dum ſcandalũ ſchiſmatis de eccleſia. Qui cũ
diſſimulando retardaret,receſſit à curia ſua,&
B baculũ ſumens ſe totũ apoſtolico officio præ
dicandi verbo,& exemplo mancipauit. Hoc
ſanctiſſimum opus quotidie euangelizandi
per triginta annos continuauit. Modum au-
tem iſtum ſeruabat in prædicando. Mane in
eccleſiis,vel in magnis plateis congregato cle
ro ciuitatis,vel caſtri,ipſo ſancto cantante miſ
ſam ad altare pręmiſſa ſacramentali confeſſio
ne,quæ ſcilicet congruunt ſolemniter cele-
branti,vt orationes,præfationes & huiuſmo-
di clero in choro ei reſpondente & decantan
te alta voce & canora pronunciabat. In ſecre
C tis autem ex maxima deuotione fontes lachry
marum ex oculis effluebant. Miſſa vero cele-
brata, ambonem conſcendens feruentiſſimè
euangelizabat, ſubtili & curioſa raro pertra
ctans,aut publica,& originalia ſanctorum do
ctorum & minus ethnicorum,ſed verbũ prę-
dicans ſacrarum ſcripturarum, quæ verum,
boant ſemper abſque vlla diminutione ſecun
dum ſenſus morales inauditos illas exponẽs,
vt omnes in admirationem adduceret audito
res:necnon & deuotionẽ,de theſauro ſapiẽtię
cordis ſui proferebat noua & vetera vtriuſq;
D teſtamenti,quod memoriæ commendarat à iu
uentute ſua,nec alium librum ſecum defere-
bat diſcurrẽs ad ſtudẽdũ niſi bibliã. Inde ſuos
fabricabat ſermones, quorum multi reperiũ
tur ab auditoribus recollecti valde deuoti.

Ambonẽ vocat ſuggeſtum concionatorũ

Sermones D. Vincẽtij quales.

Aduertendum autem diligenter, quod ſan
ctus iſte Vincentius, & ſi curſum ſuum pene
conſummauerat ſub obedientia Benedicti.
xiij. Auenione cum ſua curia reſidentis, & il-
lum Italici cum pluribus aliis nationibus a-
poſtaticum, & ſchiſmaticum arbitrarentur
cum ſequacibus ſuis. Vrbanum cum ſucceſſo
E ribus in vrbe remanẽtibus apoſtolicũ verum
Chriſti vicarium,Petri ſucceſſorẽ aſſerẽtes, in
nullo hoc habet ſancti merita obrũbrare,vel
ſanctitatem minuere. Eſt.n. articulus fidei,cre
dere ſicut vna eſt ſancta eccleſia catholica,ita
& vnicum eius eſſe paſtorem. Sed non eſt arti
culus credere iſtum,vel illum eſſe, quãdo plu
res ſe nuncupant, & ab aliis arbitrantur eſſe
ſummi pontifices,& res ipſa obſcura eſt, nec
ſufficiẽter declarata. Si quidẽ vtraque pars ha
buit peritiſſimos viros in omni facultate, &
ſanctiſſimos viros. Et licet plures diſputationes
F & opuſcula fuerint edita,nunquã tamẽ ita de
ciſa quęſtio eſt quin remanſerit apud multos
dubia. Vnde q errauerũt in eo,ſatis excuſauit
eos apud Deũ ignorãtia facti,& quaſi inuinci
bilis. Et propterea ſpirituſancto inſpirãte ad v
nionẽ faciendã ſumpta fuit via ceſſionis cum
non ſufficeret via diſceptationis. Et quia il-
le Benedictus obſtinatus manſit in ſua
pertinacia

Quomodo ſanctitati D. Vincentij adhæſiſſe antipapæ nõ obfuerit.

A.C. 400. pertinacia ad non cedendum, priuatus fuit omni iure, ſi quid habuiſſet in papatu. Et tunc beatus Vincentius qui prius prædicauerat pro obedientia eius, cernens eius duritiam, prædicauit expreſſe contra eum, vt hæreticũ & ſchiſmaticum, & quòd ei non eſſet obediendũ, & adhæſit concilio Conſtantienſi, & geſtis in eo. Poſt cuius cõcilij terminationẽ, primo anno Martini quinti migrauit ad Dominum. Prædicabat autem ſæpe de finali iudicio, & aduentu antichriſti, & ita terribiliter, vt omnes in terrorẽ nimiũ converteret, & peccatores ita horrerent, vt quaſi homines illius temporis dicerent montibus. Cadite ſuper nos: & collibus. Cooperite nos, & abſcondite nos à facie ſedẽtis ſuper thronum, & ab ira agni venturi. Luc. 23. Apoc. 6.

Repetitur autem quædam epiſtola eius, in qua videtur dicere expreſſe antichriſtum iam eſſe in mundo: cum tamen ab eo tẽpore, quo iſta ſcripſit vel prædicauit, tranſierint iam anni quadraginta & vltra, nec dum apparet eum veniſſe.[a] Et ſecundum cõmunem ſententiam doctorum, ſicut & Chriſtus, ita antichriſtus verus triginta trium annorum ſpacio finiet vitam ſuam & tribus annis cum dimidio, vel circa erit prædicatio, & executio poteſtatis & malitiæ eius. Et ſic videtur non vera determinatio ſeu prædicatio eius de antichriſto. Ad quod dicendum eſt, quod ea, quæ circa hoc ſcripſit & prædicauit, ſi ſua verba ſunt, opinatiuè & non aſſertiuè dixit, non quidem mendacium dicendo ad terrendũ populos, quod perniciosum eſſet, nec Deus eget noſtro mendacio, vt ait apoſtolus ad Rom. ſed prout ſibi videbatur ex teſtimonijs ſcripturarũ ſecundũ ſigna data ſeu reuelatione ſibi facta, ſeu ab alijs ei relicta. Quæ reuelationes aliquando non ad plenum intelliguntur. Et ſi intelligantur plene, ſicut aliquando tempus determinatè datũ hominibus ad pœnitentiam Deus abbreuiat. Propter quod ait Salomõ in Prouerbiis. Dies peccatorum breuiabuntur. Sicut quando dictũ fuit anno quingenteſimo Noe, erunt dies illius centum viginti annorum, abbreuiati ſũt anni & ſublati de numero viginti anni, propter abuſum temporis dati, nam ſexcenteſimo vitæ Noe anno diluuium fuit, ita & ſpacium vitæ abbreuiatum propter demerita hominũ prolongatur, vt patet in Ezechia, cui additi ſunt quindecim anni ad vitã ſuã. Nouit (inquit Ambro.) Deus mutare ſententiam. ſcilicet cõminatiuã ſi tu noueris mutare delictũ. de pœnitentia diſt. j. nouit. Reuelauit Chriſtus pluribus ſe ad iudicium venturum, nec vltra dilaturum, & tamen precibus piæ matris eius poſtea diſtulit, vt tempore beati Dominici. Nec ſolus beatus Vincentius, ſed & Gregorius papa in homilia ſuper id euangelium. Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, videbatur vicinũ expectare iudicium ex multis ſignis per Chriſtum in euangelio datis, vt ibi patet. Et tamen tranſierunt anni plus quàm octingenti à Gregorio vſque nunc.

Rom. c. 3. — Prou. 10. — Gen. 6. — 4. Re. 20. Et Iſ. 38. — Amb. in 1. cap. Luc. — A.C. 400. — Greg. ho. 1. in Euan. Luc. 21.

a *Ita docet Ireneus lib. 5. aduerſus hær. c. 30. Hier. in 7. c. Dan. Aug. lib. 20. de ciu. c. 8. Chryſo. in ope e im pe f. il in Matth. hom. 49. Theod. in Dan. Primaſius, Haymo, Arethas & Thomas de Aquino in Apocalypſim, omneſque Græci & Latini patres. Quæ cum ita ſint manifeſtum eſt, falſa eſſe omnia, quæ Proteſtantes de Pontificibus Romanis garriũt, qui s per annos ſ. e iam octingẽtos volun r gnaſſe, vt verum & reuelatum Antichriſtum. Ac tãta ſanendio in h s Chriſti vicarios feruntur, vt inuidia o æc ti, nihil eorum vidẽãt aut intelligan: quæ tũ Chriſtus de breuitandis iebus Antichriſti Matt. 24. tum Daniel de tri us annis & dimidio Daniel. 7. & 12. tum Ioannes Apoſtolus de menſibus quadraginta duobus ſiue de diebus mille ducentis & nonaginta conſcribit. Apocal. 11. & ſ quentibus Sand. de viſib. monar. lib. 8. cap. 48.*

Quod autem ſcriberet vel prædicaret, aduentus antichriſti, & finis mundi cito erit, & bene cito, non propter hoc determinabat tempus iſtud, ſed ſub illo cito poteſt comprehẽdi tempus modicũ & multũ. Nã cum Deus dixit per Aggæum prophetam, Adhuc vnũ modicũ & ego mouebo cælum & terram, & veniet deſideratus cunctis gentibus &c. quod de Chriſto intelligitur, & tamen illud modicum fuit ſpacium quadringentorum annorum & vltra, quando Chriſtus venit. Sed in canon. j. Ioann. dicitur Antichriſtus venit. Et idem Filioli nouiſſima hora eſt. Et in Apocal. Tempus prope eſt, ecce venio cito. Et Theſſalonicenſes tempore Pauli expectabant quam citiſſimè finem mundi, quos apoſtolus admonuit vt non terrerentur, vel mouerentur à ſuo ſenſu quaſi inſtaret dies Domini. Non ergo propter hoc calumniandus, vel minus verax exiſtimandus eſt, qui vir fuit doctrina & vita apoſtolicus.

Agge. 2. — 1. Ioan. 2. — Apo. 1. & 22. — 1. Theſſ. 2.

D. Vincentius qualis fuerit declaratur.

§. V.

De ſanctitate vitæ & moribus interioribus & exterioribus. Vere de eo dici poteſt id Eccleſiaſtici. Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo. Vas vtique electionis & ſapientiæ ad portandũ nomen Ieſu Chriſti coram regibus & gentibus, & filiis Iſrael. Regibus ſcilicet chriſticolis, qui virtutibus ſe regunt, gentibus Paganorum & Saracenorum, filiis Iſrael Iudæis, quibus prædicauit & innumeros conuertit. vas inquam auri, non luti, terrena quærens lucra vel honores, ſed quæ Chriſti, totus in caritate transformatus, quod ſuadet Dominus gratiæ dicens. Suadeo tibi emere aurũ ignitum, vt locuples fias, ſcilicet caritatis feruentis, Apocal. iij. Vas autem ſolidum fuit ad reſiſtendum omnibus tẽtationibus ad exhibendũ patientiam & conſtantiam in omnibus tribulationibus, vt dicere poſſet cum apoſtolo. Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti tribulatio an anguſtia? an fames, an nuditas, an periculũ, an perſecutio, an gladius? In omnibus his ſuperamus propter eum qui dilexit nos &c. Rom. viij. Vas ornatum omni lapide pretioſo. Quot ſunt virtutes tot ſunt lapides pretioſi huius vaſis.

Eccle. 50. — Acto. 9. — Philip. 2.

Fuit enim, vt breuiter aliquid exprimamus fidei zelator præcipuus, ſpe patientiſſimus, ad ordinationes religionis ſuæ obedientiſſimus, humilitatis profundæ, & diſcretionis eximiæ, deuotionis miræ, illibatæ virginitatis, maximæ auſteritatis, multæ benignitatis, in conſiliis prudens, in ſermone facundus, in exponendis ſcripturis ſacris acut[us].

Nec

A.C. 1410.

Nec gratiæ,quæ dantur ad vtilitatem Eccleſiæ ei defuerunt: ſed ſpiritus propheticę in eo fuit, gratia miraculorum affuit, reſuſcitatio mortuorum,poſt mortem eius multiplicata ſanctiſſimum oſtendit.Et ad particularia conuerſationis eius admirandæ deriuando, hic vtique ſanctus corpus ſuum multipliciter cum Apoſtolo prædicatore egregio caſtigabat, & ſpiritui ſeruire cogebat.Carnẽ ſuam edomuit in abſtinentia cibi & potus plus quam communis valetudo permittit.Nam non ſolum ieiunium ordinis à feſto crucis ſeptembrili ad paſcha vſque continuabat,ſed quotidie prædicando & diſcurrendo per orbem, omni tempore in die ſemel comedebat, ab eſu carnium niſi in infirmitate, & tunc cum difficultate ſẽper abſtinebat,ter in menſa bibebat, quod vinum aqua non modica diluebat.

1. Cor. 9.

Ipſius veſtes.

Quid de veſtibus referam?Ipſis nõ põpoſis ſed humilibus vtebatur, ſub quibus ad carnẽ cilicium occultabat. Argentum & aurum verus paupertatis amator non habebat, nec libros,niſi tantum breuiarium & biblia parua, ſecum deferebat pro prædicando.Et quia aliquo tempore infirmus fuit in tibia,non equo vel mula,ſed ſubiugali vehebatur cum de loco ad locum tranſiret.Cum autem turbæ populorum eum circumdarent,beatum ſe putabat qui vel de cappa poſſet ex deuotione aliquid abſcindere, vel de pilis aſelli, quo ferebatur. Quod tamen ex humilitate omnino fieri prohibebat,& eos durè increpabat,quaſi de idololatria arguens.

Eius ſtratum.

Cum ſomnum daret oculis ſuis, non in culcitra quieſcebat,& mollibus lectis, qui ſibi à ſuſcipientibus eum parabantur, ſed ſuper ſtramina & ſaccones. Non nudus vel camiſia linea coopertus,ſed habitu ordinis indutus lectum intrabat & non ſolum non corpus, ſed nec ipſos pedes nudos per plurimos annos aſpexit,tanta erat honeſtas,& modeſtia eius.Aliquando etiam pro puluinari more patriarchæ Iacobi lapidem ſupponebat capiti ſuo.Et poſt dormitionem breuem,horam matutinalem vigiliis præoccupabat, orationibus priuatis inſiſtans,& primo cum ſocio hora decenti matutinale officium exoluebat cum magna maturitate & diligentia non curſitando,vel ſyncopizando,ſed paulatim proferendo.Et aliqui etiã referunt,quòd vltra officium diuinum & miſſam,dicebat ſæpius vnum pſalterium. Et aliquando ab obſeruantibus mores ſanctitatis eius,cum in camera ſolus ſine lumine in oratione vigilans matutinas præoccupaſſet, viſa ſunt lumina per rimulas aſpicientibus cubiculi clauſi,vt creditur diuinitus præparata.

Gen. 28.

Qualis erga principes fuerit.

Inter reges & principes loquebatur ſapientiam,& ita reuerenter eum audiebant ſiue prędicantem,ſiue exhortantem,in priuato,& verba ſua melliflua affectuoſè percipiebant: vt Dei apoſtolum nouellum.Multaſque inimicitias capitales,& diutinas inter magnates diſcordias abſtulit,& ad pacem reduxit. Si quando à clericis vel religioſis aut monialibus inuitatus collationem doctrinalem faciebat, ne populi auditis eorum malis conuerſationibus ſcandalizarentur,aut etiam ipſi clerici & religioſi ex detectis ſceleribus ſuis(indignarẽtur:)non admiſſis laicis,ſermonem ad illos faciebat arguens eorum mores incompoſitos, qui ſe inuicem non latebant. Certa hora audientiam præſtabat concilia petentibus pro ſalute ſua, vel auxilia implorantibus. Exinde ſolitarius erat & tacebat,vt leuaret ſe ſupra ſe in contemplatione diuinorum & meditatione ſacrarum literarum.

Thren. 3.

Demum ad ſeptuageſimum ætatis ſuæ perueniens annum,in Britannia conſtitutus extrema infirmitate per plures dies elanguit. Qui etiam tunc ab eſu carnium abſtinere intendebat,ſed qui eius curam habebant,pullum contuſum,& liquatum miniſtrabant,prout neceſſarium erat,declarantes ipſi, quod cibus ille ex piſcibus conficeretur,non ex carnibus,Tãdem deuotè ſumptis eccleſiaſticis ſacramentis ad Dominũ fœliciter euolauit:anno vt dictum eſt.1418.menſe Aprilis,die mercurij ante ramos palmarum,ſepultus in ſenectute bona in ciuitate Venetenſi in Eccleſia cathedrali:quia ordo non habebat ibi conuentum,exequiis eius ſepulturæ honorabiliter exhibitis,Et licet in vita aliqua miracula per eum Deus fecerit, copioſiſſimè tamen poſt mortem eius ſanctum ſuum Dominus mirificauit. De quibus aliqua dicentur.

In morbũ incidit.

Vincentius in ciuitate Venetenſi moritur, colitur 5. Aprilis.

Beatus Vincentius prophetico ſpiritu fuit præditus.

§. VI.

INSVPER glorioſum iſtum Vincentium ſpiritu prophetiæ claruiſſe,& multa occulta diuinitus ſibi reuelata, & aliis manifeſtata, ex pluribus atteſtationibus liquido conſtat. Cum enim in Aragonia prædicaret, & ante prædicationem, vt ſui moris erat,celebraret præſente rege Aragonum moram trahens, & copioſas lachrymas effundens plus ſolito,poſtea interrogatus à rege,an forte ei aliquid noui contigiſſet,reſpondit ea hora patrem ſuum ad dominum migraſſe,qui tamen locus multum erat diſtans à domicilio patris.

Altera vice cum in Britannia prædicaret,in ipſa prædicatione orationi ſe tradidit per longam moram,& poſtea prædicationem proſequens, inquit ad populum. Non miremini, quod per me geſtum eſt modo,ſcilicet orãdo. Noui enim nunc genitricem meam in extremis conſtitutam à domino euocatam,& ideo pro ea ipſum oraui. Sicque compertum eſt, percunctata diligentius veritate.

Item cum vnus ex ſociis ſuis frater ordinis prædicatorum longe exiſtens à ciuitate,vbi tunc erat beatus Vincentius diem clauſiſſet extremũ,vocauit vir ſanctus ſocios dicẽs.Talis ſocius noſter hac hora tranſiuit à ſęculo iſto, & ſicut mihi eſt reuelatus tranſitus eius, ita & ſtatus eius in altera vita:quia ſcilicet in maximis pœnis eſt in purgatorio, ſed quilibet noſtrum faciat orationem pro anima eius, & die craſtina ſcietis, quomodo ſe habeat. Quod cum ſinguli feciſſent,& maximè ille vir beatus,die ſequenti congregatis eiſdem dixit.Sci-

tote

A.C. 1418.

totę, omnium Dominus miſertus eſt ſerui ſui, & omne debitum pœnarum dimiſit ei, ac liber factus à purgatorio ad curiam cœleſtem, aſcendit.

Item quidam nomine Ferdinandus de Aragonia, qui fuit longo tempore vnus de diſcipulis hominis Dei, & ſecutus eſt eum per multas regiones & regna, qui poſtea fuit capellanus regis Aragonum, & exinde epiſcopus Teſelenſis, inter cætera atteſtatus eſt, quòd beatus Vincentius ſibi dixit aliquando. Niſi ſcirem, quia poſt obitum meum multũ laborabis pro honore meo, non permitterem te mecum venire, adeo peruerſus es. Cui Ferdinãdus ait. Ora pro me pater. Qui reſpondit ei. Ego hoc iam operatus ſum, & conceſſum eſt, quod nõ damnationem incurres æternã. Multaque ſibi dixit occulta, præterita, & futura. Retulit idẽ, quòd cũ iuuaret in aſcendendo vel deſcendendo de aſello beatum virum, illi porrigendo manum dexteram ad ſuſtentandum ſe ad contactum eius odor ſuauiſſimus de manu eius egrediebatur, & tãtus, q̃ per tres dies vel quatuor non recedebat ab eo odoris fragrantia.

Prædicante quoque ipſo in ciuitate Ilerdẽſi in eccleſia ordinis ſui ſcilicet prædicatorũ, adſiſtente rege Aragonum Ferdinãdo, & multitudine copioſa plebis, dixit ipſi regi. Mittatis duos milites, quia eſt quidam membris debilitatus, qui venit, & ambulare non poteſt niſi per terram cum manibus, & pedibus ſe trahat, & eſt prope per medium milliare. Quod rex ſtatim fecit. Et qui miſſi fuerant, inuenerũt eum, vbi ſanctus prædixerat, & per terram repantem. Hoc certe nec videre potuerat, ita remotus exiſtens & in eccleſia, nec ſciebat via humana, ſed reuelatione prophetica. Adductũ autem per milites, & poſitum ante beatum virum, poſitis manibus ſuper caput eius, orans eum ſanitati reſtituit. Quo facto ſtupuerunt omnes.

In partibus etiam Cataloniæ cum eſſet in loco, qui dicitur La Iocha, & congregata multitudine, quæ venerant, vt audirent eum, aſcendens ambonem & tacens, nihil proponebat. Propter quod murmur multum erat de eo in populo, quare non prædicaret & expectaret, faceret turbam eſurientẽ verbũ Dei per eum. Tunc ij ſe ait. Nõ murmuretis ſi non prædico, quoniã oportet expectare gratiam Dei. Quo dicto in circumitu ambonis, in quo tempore præ dicabat, ipſo diſponente fuit derelictus locus vbi poſt modum Iudęi ſederunt, populo ignorante eorum aduentum. Nam paulò poſt venerunt omnes Iudæi illius ciuitatis ad audiendum eius prædicationem. Interrogati autem Iudæi, quis eos venire fecerat, reſponderunt. Nullus, ſed ex ſe moti in cordibus ſuis propoſuerunt venire. Et ex hoc interpretatus eſt populus, quid beatus Vincentius intenderet, cũ dixit. Oportet expectare gratiam Dei, quę ſcilicet inſtigaret Iudæos illos ad veniendum illuc, quorum magna pars conuerſa eſt per fidẽ ad gratiam eis collatam.

Iudæi ſpõte ad eum audiẽdum veniunt.

In partibus Carquaſſonę cum prædicaret, tanta ſiccitas accidit per defectum pluuiæ per ſeptem menſes, quòd fructus omnes terræ deperdebantur. Qui rogatus ab omni populo pro pluuiæ impetratione, facto altari mandauit adſtantes omnes genuflectere, & accipiens crucem in manu ab altari, in qua erat de ligno crucis, fecit ſignum crucis in aere præmiſſa oratione prolixa, & ſtatim cœlum dedit pluuiã copioſam per duos dies durantem, ex qua terra abundanter irrigata dedit fructum ſuum, & vberem eo anno.

Aliud contigit non minori admiratione dignum. Nam cum tanta eſſet pluuia duobus illis diebus de cœlo deſcendens, & ipſe ſe ad iter pararet ad prædicandum ad certum locũ, & ſocios ad idem ſolicitaret: dixit vnus ex illis: Pater quid faciemꝰ: quõ poſſumus hinc recedere tanta aquarũ inundatione minimè ceſſante? reſpondit ille. Non dubitetis, quia poſt prandiũ ſolis irradiatio apparebit, qui prius erat in nubilo, & ſerenitas magna, & ita euenit.

Quidam puer decem vel vndecim annorũ Guilielmus nomine, de villa ſancti Egidij, infirmatus per duos annos cum dimidio manſerat mutꝰ, nec ambulabat, nec ſe mouebat, quaſi nihil comedebat, vel bibebat, & ſenſum quaſi amiſerat. Vnde percuſſus non dolebat, ex quo erat ita deſiccatus, vt parentes magis mortem ei optarent, quam vitam ita crudelem. Parentes eius audita fama ſanctitatis beati Vincentij, qui tũc in Anglia prædicabãt, & eius prędicationibus rex Angliæ Henricus illuſtriſſimus quotidie intererat, duxerunt puerũ ad illum. Et prædicatione completa, poſuerunt ante eum, deprecantes, vt orationibus ſuis, vel ſanum redderet, vel per mortem à tanta miſeria liberaret. At beatus vir mandauit omnibus vt genibus flexis pro puero ſanando orarent. Ipſo quoque pro eo orante, coram rege, & omni multitudine ſurrexit puer ſanus perfectè loquens, manducans, & bibens, & ambulans, & Deo gratias agens reuerſus eſt in domũ ſuã. Talis defectus ei acciderat ex eo, quod peſte percuſſus in inguine à tonſore inciſus malè fuit curatus. Dixitque beatus Vincentius quod toto illo tempore dormierat puer, & quod ſpiritus toto illo tempore, quo dormierat, nutriebat eum, qui nõ erat ſpiritus malus, ſed bonus. Et illud ex reuelatione creditur ab eo ſcitum.

Puerum ægrum mirabiliter ſanat.

De miraculis eius in vita.

§. VII.

Miracula quæ fecit in vita.

DVM adhuc viuens beatus Vincentius de ciuitate Niſenſi Cathaloniæ verſus Barchinonam multitudine magna comitatus iter peragaret, cõtigit eum pro ſua & ſequentiũ refectione ad quoddam hoſpitium declinare. Hoſpes autem ſe nihil habere dixit, niſi parũ farinæ in quodam ſacco, & modicum vini in fundo vegetis, quod iam vini ſapore amiſſo aceſcebat. Vir autem Dei de altiſſimi liberalitate confiſus, ex farina mandauit aliquot confici panes & coqui, ac de vino illo hauriri, & vniuerſæ multitudini quæ erat circa duo millia hominum, diſtribueretur. Quod cum factum fuiſſet tanta facta eſt multiplicatio panis & vini, quod omnes mãducauerunt,

A.C. 1418. & ſaturati ſunt.Ipſum quoque vinum non acetum, ſed in ſuauiſſimum ſaporem conuerſum biberunt,quantum voluerunt.Hoſpes autem tanto prodigio ſtupefactus,non permiſit hominem Dei inde diſcedere,niſi prius benediceret domum ſuam. Craſtina autem die ſaccus,& veges,quæ vacua fuerant relicta, plena ſunt reperta.

Quidam iuuenis Longobardus magnæ ſimplicitatis cum beatum Vincentium publicam agens pœnitentiam ſequeretur, qui quaſi omni die fortiter ſe diſciplinabat accidit, vt in quodam ſecreto loco villæ Terraconenſis diœceſis ſe poneret ad orandum, vt quamdam mulierem mutam turpiſſimam, falcem manu tenentem aſpiceret,qui diabolum eſſe exiſtimans in eam irruit,totque vulnera in eius corpus inflixit,quòd ſeminecem reliquit. Relata ſunt hæc beato Vincentio, qui locum adiens,frontem & os mulieris,quæ à natiuitate muta fuerat cruce ſignauit,quæ ſtatim locuta eſt,& confeſſorem petiit,cui poſſet confiteri.Ei autem aduenienti ita diſtinctè ſuam confeſſionem fecit,ac ſi nunquam muta fuiſſet.Completa vero confeſſione, & ſuſceptis ſacramentis eccleſiaſticis ſpiritum exhalauit.

In ciuitate Valentiæ,vir quidam filiã quatuordecim annorum habens, quæ à ſeptem annis certis temporum interuallis grauiſſimè à diabolo vexabatur,cum ad beatum Vincentium funibus ligatam,& à decem viris vix detentam,altiſſimè vociferantem,& ab ore ſpumas horribiliter emittentem, curandam duxiſſet,vir Dei præcepto diuino dæmonem adſtrinxit,vt quare,& quo tempore, & quomodo corpus puellæ fuiſſet ingreſſus fateretur. Dæmon adſtrictus ad ſingula per ordinem reſpondit.Tandè in fronte puellæ expreſſo crucis ſignaculo,& ex parte Dei ſibi à viro præcepto facto,vt corpus obſeſſæ egrederetur,emiſſo terribili eiulatu, fœtoremque ſulphureum horribilem relinquens, à puellæ corpore diſceſſit,& ipſam liberam dimiſit.

Item ſurdum. Quidam ex villa,quæ dicitur Mons albus, Terraconenſis diœceſis oriundus,ex quadam ægritudine ſurdus effectus, diuq; in dicta ſurditate perſiſtens, vidit in ſomnis quemdam fratrem in habitu prædicatorum, qui per ſignum crucis in auribus eius factum eum ſanitati reſtituere videbatur. Quam viſionem cum quibuſdam amicis ſuis & notis intimaſſet,ipſi eum ad beatum Vincentium adduxerunt narrantes viſionem,qui oratione fuſa ſuper eum,auditum ei plene reſtituit.

Tempeſtatem quomodo fugauerit. In feſto apoſtolorum Petri & Pauli, in regno Aragoniæ,eo celebrante miſſam, vt poſtea de more ſuo prædicaret, ſubito facta eſt tanta nubium denſitas,tantus terribilium tonitruorum fragor, & tam continua coruſcationum,& terribilis deſcenſio fulgurum,vt tota mundi machina ruinam minari videretur. Quamobrem ſinguli adſtantes exiſtimabant ſe penitus perituros.At vir Dei perfecto ſacrificio,oratione breui præmiſſa,crucis ſignaculum contra tempeſtatem fecit, aquam quoq; benedictam aſperſit per aera,& ſubito ceſſante tempeſtate tanta eſt ſerenitas ſubſecuta,ac ſi nulla tempeſtas illa die contigiſſet.

A In partibus Toloſanis multi infirmi accedebant ad eum pro benedictione,vt ſanarentur à languoribus ſuis,Et inter cæteros per ſacerdotem,& vnum laicum adductus fuit vnus paralyticus, qui ſeptem annis fuerat illa infirmitate grauatus.Hic cum magnis clamoriqus benedictionẽ à beato viro poſtulabat. Qui cum increparetur à ſeruitoribus, vt taceret,& hora veſperarum reuerteretur, at ille multo magis clamabat,affirmans quia non inde recederet, niſi prius videret faciem beati A.C. 1418. Paralytici curantur.

B viri,& benedictionem ab eo reciperet.Negãtibus illis, peruenit clamor ad aures ſancti, qui cognita cauſa clamoris, illi compatiens, camera egreſſus acceſſit ad locum, vbi ille erat,& ait.Quid petis?Et ille.Benedictionẽ pater,& ſoſpitatem.At beatus Vincentius ad eum.Crede fili in Deum,& ſpem tuam ponas in eum,& ego ex parte eius te benedico in nomine patris & filij & Spiritusſancti. Et tetigit corpus,caput,& manus dicens. In nomine Ieſu ſurge, & ambula. Qui ſtatim ſurrexit ſanus.

C Alius etiam paralyticus Ioannes ciuis Toloſanus deportatus iuxta voluntatem ſuam ante eum,poſita manu ſuper caput eius conſolidatus receſſit.

Lugduni prædicante Dei viro quidam armiger,qui ſcelera perpetrarat innumera, audiens prædicationem eius compunctus corde acceſſit ad ſacerdotem pro pœnitentia. Et cõfeſſo diligenter,iniunctum fuit ei,vt ſe diſciplinaret,& ageret publicam pœnitentiam,ſicut publicus erat peccator, cum aliis ſe verberando.Qui dixit confeſſori ſe illud nunquã

D facere poſſe,vt ſe verberaret.Conſultus ſuper hoc beatus Vincentius dixit confeſſori,vt hortaretur illum armigerum ſaltem ad ſpoliandum ſe cum illis,qui ſe diſciplinabant, & verbera dimitteret,quod & fecit.Expoliatus igitur & poſitus inter ſe diſciplinantes, orante pro eo beato Vincentio in tantam compunctionem ille deuenit, quod accipiens vnum flagellum ita ſe terribiliter verberauit, quod totam ſocietatem ad fletum prouocauit, & niſi fuiſſet ablatum illud de manibus ſuis,ſe interfeciſſet verberibus,ex maxima contritione

E orationibus ſancti ſibi infuſa.

De miraculis ſancti Vincentij poſt mortem eius:& præcipuè de reſuſcitatione mortuorum ad inuocationem eius.

§. VIII.

IVVENIS quidam,ex altiſſima arbore cadens,ac mortuus per multas horas iacens, facto voto & viſitato ſepulchro beati Vincen- Mortuus ab eo ad vitã reuocatus.

F tij per quemdam abbatem auunculum eius, vitæ reſtitutus eſt,& diu poſtea ſuperuixit.

Puer quidam, quem mater facto voto ad beatum virum ex marito conceperat, cum mortuus eſſet,& per multas horas defunctus iacuiſſet, deferentibus hominibus corpus eius ad ſepeliendum, mater ad ſepulchrum ſancti cucurrit cum lachrymis multis exorans ſanctũ Vincentium,vt ſicut precib' ſuis obtinue

1420. obtinuerat,vt ipſum conciperet,& mundo pa A reret,ita ipſum ad vitam huius ſæculi reuocaret.Ipſa igitur matre ſuper corpus filij ſui defuncti mirabiliter lachrymante, & vociferante,reuixit puer integram recuperans ſanitatẽ, qui ex infirmitate mortẽ incurrerat.

Adoleſcens quidam cum nataret in quodã fluuio ſubmerſus eſt,corpuſq́ue eius exanime diutius manſit,donec ſepultura ei præpararetur. Emiſſo autem voto à quibuſdam ex ſuis adſtantibus ad beatum Vincentium,anima redeunte ad corpus viuificatus, magnum gaudium fecit conſanguineis ſuis: & admirationem omnibus videntibus,& audientibus excitauit.Inſuper & alios plures ad gloriam ſuam Dominus ex morte ad vitam reuocauit, cæcos illuminauit,contractos & membris debilitatos ſanauit, claudos erexit, paralyticos à membrorum diſſolutione conſolidauit,à tremore capitis cæterorumq́ue membrorum aliquos curauit,obſeſſos à dæmonibus liberauit è carceribus captiuos eduxit, nautas periclitantes à maris periculis ad ſalutis portum euexit,epilepticos,id eſt morbo caduco detentos,& febricitantes plenæ reſtituit ſanitati,a poſtematibus,diuerſiſq́ue inflaturis impeditos liberos fecit,ab epidimia,lepra,hydropiſi, à podagra, & illiaca paſſione plures incolumes fecit,res deperditas adinueniri eius auxilio inuocato fecit.Quę prędicta ſũt ex epiſtola canonizationis eius extracta.

Summa miraculorũ eiuſdẽ

Inſuper & quædam alia teſtificata,& recollecta reperi,quorum aliqua &ſi non omnia dicemus,& præcipuè de reſuſcitatione mortuorum,quod eſt maximum miraculum.Quidam nomine Petinus infatuatus eſt,& per ſuos catenatus,qui ductus ad ſepulchrum ſancti,obdormiuit ibi,& apparente ei in ſomnis beato Vincentio ſanatus eſt, & reuerſus ad rectum ſenſum.Poſt quod vxore eius Ioanna nomine infirmata ad mortem,vir eius votum vouit ad ſanctum pro eius liberatione,& ſanata eſt. Filius quoque eorum ex infectione peſtis ita percuſſus eſt,vt è vita migraret. Facto autem voto ab eis beato viro pro reſuſcitatione eius viuificatus eſt.Hæc omnia publicè facta ſunt in eccleſia Venetenſi.

Abbas quidam Ciſterrienſis ordinis, diœceſis Venetenſis,volens prandere miſit nepotem ſuum ad colligendas nuces de arbore,ex qua cadens cum ex magna altitudine fuiſſet lapſus mortem incurrit. Abbas autem hoc percipiens,votum emiſit ad beatum Vincentium pro eo, pergens etiam ad ſepulchrum ſancti,& pro eo orans.Cui reuertenti ad monaſterium obuiauit nuncius accedens ad eum nũcians ei cum gaudio magno reſuſcitationem nepotis ſui, de quo gratias magnificas deo egit,& ſancto Vincentio.

Ioannes filius Maydo,ciuis Venetenſis,infirmatus ad mortem facta oratione à ſuis ad ſanctum Vincentium liberatus eſt. Et quia non manifeſtarunt miraculum ipſum ad gloriam dei,& ſancti ſui,poſt aliquot menſes iterum infirmatus eſt,ita vt moreretur.Comparientes noti,& amici patri, & matri eiuſdem multum querulantibus & lamentantibus, omnes vna voce clamarunt.O beate Vincenti ora pro eo,vt reuiuiſcat,qui ſtatim ſurrexit incolumis manifeſtans omnibus miraculum,ne vt ingrato deterius ſibi contingeret. A.C. 1420.

Quidam Ioannes de Ioſſelino exiſtens in riparia anguſta nominata,videns multos pueros natantes & iuuenes,cœpit vnum puerum conſanguineum ſuum penitus natare neſcientem, & ducebat eum per ripariam docens eum natare.Et tantum duxit eum,quod venerunt ad vnum molendinum vbi erat aqua altiſſima duarum lancearum,& ibi ambo ceciderunt ipſe & puer,qui erat annorum B quindecim.Et Ioannes quidem exiuit natando,puer autem ſubmerſus eſt,licet bis ſuper aquas aſcenderit,in tertia vice ſuffocatus eſt.Erant autem ibi quadraginta viri & mulieres hæc videntes,qui omnes cõpatientes puero, clamauerunt vna voce dicentes.Sit tibi recõmiſſus puer iſte ſancte Vincenti,pluries verba illa replicantes.Corpus ad littus applicuit capite & membris diſſolutis.Hæc videntes, cadauer eius omnes adſtantes cum progenitoribus eius,& conſanguineis ad ſepulchrũ ſancti detulerunt,& facta oratione à clero,& po- C pulo,& voto emiſſo puer ſurrexit incolumis.

Riparia.i. fluuius.

Ioannes filius Degnali Venetenſis diœceceſis annorum nouemdecim poſt bibitionem aquę ex vna aquaria argenti,ita tumidus effectus eſt,quod venter deſcendebat ad genua, vmbilicus groſſus & longus vltra genua ad inſtar vnius brachij hominis,guttur eius etiam ita turgidum,vt inferius aſpicere nõ valeret. Qui ab omnibus medicis in cura derelictus, vt cito moriturus,& vix in die vnam hoſtiam pro cibo accipere poterat:demum acceſſit ad eum in extremis conſtitutum auunculus eius D dominus Henricus,dicens ei: Si placeret beato Vincentio orare pro te pro ſanitate recuperanda,ducerem te ad ſepulchrũ eius.Qui ſtatim aperuit oculos. Cui dixerunt adſtantes, Vis oremus pro te beatum Vincentium? Qui reſpondit.Rogo,vt faciatis.Et faciens ſe leuari,rogauit omnes,vt ſimul cum eo orarẽt.Ipſe quoque votum vouit beato Vincentio viſitare ſepulchrum eius cum imagine cerea. Statimq́ue ille vmbilicus à parte inferiori apertus eſt,ex quo exierunt multi lapides groſſi ad modum ouorum,& ſanus effectus eſt.

Aquaria.i. Aqualis.

E

Miles vulneratus moritur & reuixit.

§. IX.

IOANNES guerræ Trecenſis diœceſis,archeri⁹ illuſtriſſimi ducis Britãniæ,fuit vulneratus ad mortem ab aliquibus aliis archeriis in capite, brachio, & tibia, & grauiſſimè infirmus iacuit per dies octo. Demum qui curam eius gerebant, cernentes eum morti appropinquare, vocauerunt ſacerdo- F tem eius parochialem celeriter,nomine Oliuerium.Qui veniens ad audiendam confeſſionem eius,& alia miniſtranda eccleſiaſtica ſacramenta,inuenit eum loquelam amiſiſſe, & in extremis laborare. Relictis igitur aliis officiis,fecit ſibi recommendationem animæ,inter quæ ille animã exhalauit.Recedit pleban⁹

A.C. 1420.

vt pararet ei ſepulturam extra cœmiterium, quia defunctus erat ſine ſacramentis. Dum hæc fiunt, quidam adſtantes circa corpus defuncti viri & mulieres, plorantes animam illam, vt deperditam, quia ſine ſacramentis de hac vita receſſerat, inuocauerunt beatum Vincentium alta voce, vt ſuis meritis, & precibus anima illa reuocaretur ad corpus, vt poſſet ſaltem ſibi prouidere de eccleſiaſticis ſacramentis recipiendis. Et facto vnanimiter ab omnibus voto, ſurrexit ille, aſſerens, quòd viderat beatum Vincentium cum multis aſſociatum, in albis defendentem eum, quia dæmones in multis & variis ſpeciebus apparentes vexauerunt eum. Et niſi adueniſſet beatus Vincentius, deuoraſſent eum. Gratias igitur agens Deo, venit ſtatim ad ſepulchrum eius, & in illa eccleſia confeſſus eſt, & votum emiſſum adimpleuit, ac ſanatus plenè ex illis vulneribus, poſtmodum pluribus annis ſuperuixit: quod totum viderunt plurimi præſentes ad hoc laici vtriuſque ſexus, & ſacerdotes.

Mulier carnes humanas appetens filiū interficit.

Quædam mulier prægnans in partibus Britanniæ, vna dierum venit ad tantum deſiderium carnium humanarum ad comedendum C quòd videbatur ſibi debere mori, ſi non comederet. Quod cum viro ſuo dixiſſet, & ille negaret implere deſiderium ſuum, illa, quæ amens erat, capta opportunitate accepit filium paruum, quē habebat duorū annorū, vel circa & occidit eum, diuidenſque in duas partes paruuli corpus, coxit vnā partem, vt comederet carnes illas. Vir autem domum reuerſus & inueniens factum, quanto dolore captus fuerit quilibet poteſt imaginari. Parcens autem fatuitati vxoris, accepit partes filij diuiſas D & partim coctas portans ad ſepulchrum beati Vincentij, multumq́ue orans pro ſuſcitatione eius, votoq́ue facto ſuſcitatus eſt puer mirante tota Britannia, & concurrentibus populis ad videndum tantum prodigium, & ſanctum venerandum, Viderunt omnes ſigna diuiſionis factæ in corpore paruuli in partes per modum filij remanentia.

Demum alus omiſſis, reperi triginta & octo defunctos poſt mortem eius, per merita eius, & ad inuocationem nominis eius reſuſcitatos ſigillatim, & multum diſtinctè notatos à E notariis in proceſſibus factis ad inquiſitionē de vita eius, & miraculis factam in diuerſis regnis in Britanna, in regno Apuliæ, ex ordinatione Nicolai quinti ſummi pontificis, & ſucceſſoris eius Callixti tertij, qui proceſſibus ipſis examinatis per cardinales aliquos epiſcopos, de conſilio & aſſenſu cardinalium, & epiſcoporum omnium in curia, exiſtentium, decreuit canonizationem eiuſdem. Quam ſolenniter fecit in feſto apoſtolorum Petri & Pauli in eccleſia beati Petri, ſui pontificatus F anno primo. Et feſtum ſeu officium celebrari mandauit omnibus nonis Aprilis id eſt. v. Aprilis, quando ex hoc mūdo trāſiuit ad patrē.

Præterea cum quidam in Hiſpania nauigarent per mare, videntes nauim quādā piratarū venientē contra eos ad prædandum timuerunt valde, ne caperentur ab eis. Vnde cœperunt ſe inuicem hortari, vt ſe commendarent beato Vincentio nouiter defuncto, cum mulA ta miracula per eum Deus faceret, & beneficia plurimis præſtaret. Dixit autem vnus ex illis Iacobus nomine, puſillus corpore, & minor fide. Quomodo poterit iſte iuuare nos, qui nō potuit ſe defendere, quin ſicut alij moreretur? Qui ſtatim loquelam amiſit, & os eius retortum eſt, ita vt ſub aure eſſet. Illi autem omnes ſe beato Vincentio, & Domino cōmendarunt, auxilium poſtulantes. Quo facto, ecce ventus irruens contrarius illis pyratis, nauē illorum impulit ad loca valde remota. Liberati ergo ab illorum periculo gratias B egerunt Deo & beato Vincentio, arguentes illum Iacobum de ſua infidelitate. Qui ex flagello cognoſcens errorem ſuum ac pœnitens vſum loquelę plenè recepit. Tortuoſitas autē oris permanſit quouſque ad portum omnibus applicantibus ille deſcendens in terram, ſepulchrum beati Vincentij adiit, & ibi orans peccatum ſuum deplorans, rectitudinem oris more priſtino recuperauit.

Hominē qui ſe dæmoni obſtrinxerat abſoluit.

Idem cum viueret, & ſceleratiſſimus quidam ex deſperatione diabolo ſe tradidiſſet ab eo inuocato, ac chirographum manu ſua de ſua ei traditione feciſſet, reuerſus ad cor, adiit beatum Vincentium prædicantem, qui iniunxit adſtantibus, vt genuflexi orarent pro illius liberatione. Poſtquam audiuit ab eo ſeriem rei geſtæ, ipſe etiam orans adiurauit diabolum, & ei mandauit, vt chirographum reſtitueret, quod & coactus fecit. Ille autem liberatus ſecutus eſt beatum Vincentium cum aliis, & poſtea laudabiliter vixit.

De Iordane primo generali ordinis poſt beatum Dominicum ex lib. de vitis fratrū ab Huberto 5. Generali magiſtro edito, & aliis.

CAP. IX.

PRÆTER quatuor prænotatos ſāctos fratres ordinis prædicatorum canonizatos ab eccleſia cum omni ſolemnitate, ſ. beatum Dominicum Hiſpanum, qui fuit primus pater & inſtitutor ordinis, & generalis magiſter ordinis ipſius, beatum Petrum martyrem, & inquiſitorem hæreticorum, Longobardum de ciuitate Veronæ, beatum quoque Thomam de Aquino regnicolam, doctorem copioſiſſimum, & veriſſimum, & ſanctum Vincentiū Valentinū, magiſtrum in theologia, & prædicatorē apoſtolicum, cui in diebus ſuis non eſt inuentus ſimilis in gratia prædicandi, fuerunt & alij fratres in dicto ordine diuerſis tēporibus valde excellentes in vitæ ſanctitate, in ſcientia, & doctrina, & aliqui etiam in miraculis in diuerſis partibus claruerunt, licet non fuerint canonizati. De quorum aliquibus magis mihi notis ex libro, qui intitulatur de vitis fratrum, vel aliis libris aliqua deſcribentur miranda, & in aliquibus imitanda, quod ſignanter dico, quia non omnibus datur gratia miraculorum vel ſermo ſapientiæ aut ſcientiæ.

Poſt tranſitum igitur beati patris Dominici ſucceſſit in regimine totius ordinis frater Iordanes

A.C. 1224. danes (vel Iordanus) Teutonicus de Saxonia, qui fuit ſpeculum ſine macula, & exemplar totius religionis. Denique pietatem (quę ſecundum apoſtolum vtilis eſt ad omnia) non ſolū in religione, ſed etiam in ſæculo exiſtens ſibi pleniſſime vendicauit. Erat enim ſuper miſeros & afflictos pia geſtans viſcera, adeo vt raro, vel nunquam, licet non eſſet multum pecunioſus pauper aliquis ab eo ſine eleemoſyna diſcederet, & maxime primo pauperi mane ſibi occurrenti ſolitus erat dare, etiam ſi non periiſſet. Semel autem contigit cum theologiæ Pariſiis operam daret, & cõſuetudinis ſuæ eſſet omni nocte ad matutinas ſurgere, quod quadam nocte ſolemni ſurgeret, & cum iam ad matutinas crederet eſſe pulſatum, ſolā cappam induens, & cingulo ſe cingens feſtinãter ad eccleſiam properauit. Cui illico pauper occurrit eleemoſynā petens, & cum nihil inueniret, quod daret, conceſſit ei cingulum ſuum, & ad eccleſiam veniens inuenit eā clauſam, quia nondum erat pulſatum, vt putauerat. Expectauit ergo ibi vſque ad apertionem ianuæ per miniſtros eccleſiæ, quam cum ingreſſus eſſet deuotè ad crucifixum orans, & frequenter inſpiciens: vidit crucifixum ſculptum ſua corrigia cinctum, quam paulo ante pauperi dederat amore crucifixi.

1. Tim. 4.

ſup. c. 4 §. 4. Hic ergo cum baccalaureus eſſet in theologia, Pariſiis receptus eſt à piæ memoriæ fratre Reginaldo, de quo. ſ. dictum eſt. quod ſanatus fuit à beata Maria, & ei habitus ordinis, quem deferrent fratres oſtenſus, eo ibi prædicante ad ordinem. Et cum quodam tempore de Longobardia, in qua factus fuit Prouincialis, cum vix annum expleſſet in ordine, pergẽs in Teutoniam cum tribus vel duobus fratribus, & vno clerico ſæculari, in via in alpibus declinarunt ad hoſpitium cauſa recreationis multum ex itinere famelici. Et hoſpes ſe excuſauit, dicens eos, qui prius illac tranſierāt, omnia conſumpſiſſe, nec habere niſi duos panes pro ſe & familia ſua. At frater Iordanes ait. Appone chariſſime, quia egemus multum. Duobus igitur appoſitis panibus data benedictione cœpit pauperibus illac tranſeuntibus largas de eo eleemoſynas facere, ita vt hoſpes reprehenderet eum, ac fratres ſocij timentes, ne eis deficeret, & clauſit oſtium hoſpes, ne paupe res intrarent, ſed è contrario frater Iordanes iuſſit oſtium aperiri, & ex panibus diuinitus multiplicatis eleemoſynas triginta pauperibus tribuit adeo magnas, vt ſufficeret eis pro vno prandio, & tantum poſt comeſtionem eorum ſuperfuit, vt ſufficeret ad vnam refectionem. At hoſpes ait: Vere hic homo ſanctus eſt & noluit recipere pretium prandij, quinimmo impleuit gratis flaſculum eorum vino ſuo.

Alia eius miracula. Inde vltra procedens, in villa, quæ dicitur Cugir, fabrum, qui fluxum ſanguinis patiebatur ex naribus, ita quod triginta vicibus inter diem & noctem fluebat è naribus, facta oratione tactu eius ſanauit. Progreſſus ad aliam villam quemdam ſacerdotem à quartana diu detentum audita confeſſione eius ſanauit. Fabrum qui ex nimio calore fornacis, viſum vnius oculi amiſerat, oratione præmiſſa reſtituit plenæ ſanitati.

A Frater Iordanus magiſter ordinis deligitur. vit. D. Dom. lib. 6. c. 1.
A.C. 1222. A.C. 1222

§. I.

DEFVNCTO autem beato Dominico poſt ſecundum capitulum generale, in tertio capitulo generali, quod fuit celebratum Pariſiis fuit canonicè electus in magiſtrum ordinis iſte frater Iordanes, cum adhuc non compleſſet in ordine duos annos cum dimidio, B propter magnam probitatem eius in vita & doctrina anno Domini. 1222. Huius tempore mirabiliter multiplicatus eſt ordo & dilatatus per orbem in prouinciis, & fratribus, & adeo gratioſus erat in verbo, vt mille fratres ad ordinem induceret. Et multi viri excellentes in diuitiis, in nobilitate, & ſcientiis ſub eo ordinem intrarunt, vt Hugo cardinalis, Albertus magnus, Raimundus, & alij. Sub eo fuerunt prius licentiati fratres Pariſiis ad legendum, & habuerunt duas ſcholas. Intrauit ordinem frater Ioannes Anglicus de ſancto Egi- C dio, magiſter in theologia facto prius ſermone. Ipſe etiam Iordanes magiſter fuit, qui induxit conſuetudinem de faciendis collationibus ſcholaribus Pariſiis. Sub eo introducta eſt conſuetudo de cantando. Salue regina poſt completorium. Eius inſtituta.

Sub eo celebrata ſunt duo capitula generaliſſima Pariſiis, in quorum vltimo ſtatutum eſt de ſilentio menſę. Eius tempore quatuor minores prouinciolæ coæquatæ ſunt aliis octo in poteſtate: quoad definitores, & ad electionem magiſtri, quod ante non habebant. D Scribebat ſæpe fratribus, quos videre non poterat & literas dulciſſimas ſanctæ conſolationis & exhortatorias, modo omnibus, modo aliquibus Prouinciis, vel conuentibus vel fratribus epiſtolas ſcribebat. Sub eo tranſlatum eſt corp' beati Dominici ad honorabiliorem locum, & eodem anno canonizatus eſt. Fuit autem magiſter iſte Iordanes multum notus, & dilectus à Domino Gregorio papa nono & ab aliis curialibus, gratioſus apud magnates & religioſos, & clerum, & populum, & vniuerſitatibus ſcholariū vbique adeo, quòd vix po- E terāt ſatiari de verbis gratiæ, quæ procedebāt de ore eius, ſiue in ſermonibus, ſiue in collationibus. Vnde quando erat Pariſiis, incumbebat ei omnes ſermones fratrum facere.

Fuit autem eius ſummum ſtudium ordinem dilatare propter fructum animarum cui ſe dabat totum ad trahendas perſonas ad ordinem. Erat autem ei conſuetudo quando non fiebat ſermo, facere collationem nouitiis, ad quam etiam alij maiores conueniebāt. Frequentabat autem ciuitates illas, in quibus erat ſtudium, vnde vno anno quadrageſimam F Pariſiis, alio anno Bononiæ faciebat. Qui conuentus eo ibi commorante quaſi aluearia videbantur, aliis intrantibus, aliis per diuerſa loca tranſmiſſis. Et cum applicabat ad conuentus, faciebat fieri multas tunicas, fiduciam habens in domino, quòd multi reciperentur. Et aliquando tot ex inſperato intrabant, quod vix veſtes poterant inueniri.

A.C. 1216.

Vnde in feſto purificationis præfatus magiſter recepit Pariſiis viginti vnum ad ordinem, vbi fuit maxima effuſio lachrymarum. Nam fratres præ gaudio flebant ex talium receptione, ſæculares lugebant ex talium ſuorum ſeparatione. De numero iſtorum fuerunt plures, qui poſtea rexerunt in theologia in diuerſis locis. Inter hos autē fuit quidā iuuenis Teutonicus, quem magiſter Iordanes repulerat pluries propter nimiam iuuentutem, ſed cum viginti aliis ſe immiſcuiſſet, videbatur durum magiſtro Iordani eum repellere cū circunſtarent benè mille ſcholares, ſed dixit coram omnibus ſubridēdo. Vnus ex vobis furatur nobis habitum, quod dixit propter illum iuuenem. Vnde cum veſtiarius non attuliſſet niſi viginti paria veſtium oportuit, quod aliqui ex fratribus ſe exuerēt, vnus cappa, alius tunica, alter ſcapulari, quia non poterat veſtiarius exire capitulum propter multitudinem adſtantium. Ille tamen iunior ita poſtea profecit, quod factus eſt lector, & prędicator gratioſus. Frequenter etiam prædictus pater obligabat bibliam ſuam pro ſolutione debitorum aliquorum ſcholarium intrantium.

Nobilis intrare ordinē cupiēs tētatur ſed non ſuperatur.

Cum idem magiſter recepiſſet ad ordinem in vna ciuitatum, vbi erat ſtudium, & ibi prædicabat, quemdam Teutonicum genere nobilem, ætate floridum, moribus gratioſum, eius magiſter & ſocij præſcientes eius ingreſſum, tanquam miniſtri diaboli, quamdam mulierem ſecundum carnem formoſam cum eo in camera concluſerunt, vt per voluptatem carnis mentem eius à ſancto reuocarent propoſito, Sed Chriſtus in eo vicit, & ad ordinem citius traxit, qui etiam poſtea magiſtrum ſuum ad ordinē traxit. Denique pater eius potens, & diues valde, qui & alium filium non habebat, audiens ingreſſum filij ad ordinem, & ex hoc ad mortem vſque turbatus, cum magna comitiua venit in Longobardiam, proponens firmiter aut filium rehabere aut magiſtrum Iordanem occidere. Cum ergo quadam die cum comitiua ſua æquitaret, & obuium haberet magiſtrum Iordanem non cognoſcens eum, rabido vultu interrogauit eum dicens. Vbi eſt magiſter Iordanes; neſciens ipſum eſſe. Ille vero læta facie, & humili voce ait. Ego ſum magiſter Iordanes. Mox ille ſancti viri virtutē pręſentiens, ex verbo veritatis, ſubito deſcēdit de equo, & ad pedes eius ſe humiliter proſtrauit, peccatū, quod contra eum cōceperat, corde & lachrimis confitendo, & ait. Iam de filio meo conſolatione recepta, promitto tibi quod cū iſto apparatu antequam redeam in patriā meā vadam vltra mare in ſeruitium Dei. Quod & fecit habēs in comitatu ſuo cētū equitaturas.

Cum ad epiſcopum Lauſanenſem pergeret viſitandum ſibi à diu familiarem & dilectū, in itinere plures fratres eum præcedentes, ipſo retro ſequenti cum ſacriſta Lauſanenſi de Ieſu colloquente, viderunt in via quamdam muſtellam pertranſeuntem, & antrum ſuum intrātem propter quod ſubſtiterunt. Et ſuperueniēs pater interrogauit cauſam, quare ſe firmaſſēt. Qui dixerunt. Hic in caueam intrauit quædā pulcherrima beſtiola. Inclinans ergo ſe magiſter ait. Egredere ergo pulchra beſtiola, vt tę videamus. Statimque illa egreſſa eſt in os foraminis, reſpiciens fixè in eum. Tunc magiſter ſubſternens anterioribus pedibus eius manum ſuam aliam manum duxit frequenter ad caput eius, & dorſum, quod totum muſtella ſuſtinebat. Cui magiſter. Modo reuertere ad locum tuum, & benedictus ſit creator tuus.

A.C. 1216.

Quidam frater in quodam conuentu Boniæ vicino fuit, qui ob contemplationem & inueſtigationem de diuinis, in tantum cecidit nubilum cordis, vt ſibi videretur credere, quòd Deus non eſſet. Contigit enim priorem illius conuentus ire Bononiam, qui per ordinem tribulationem dicti fratris magiſtro retulit, & quod nec ſuaſionibus, nec ſcriptis, nec rationibus tentatio illa poterat mitigari. Cui magiſter ait. Prior dicatis illi fratri ex parte mea, quod ita bene credat, vt ego. Ad conuentum reuerſus prior dixit fratri illi, quę magiſter Iordanes mandauerat. Qui vt verbum magiſtri ſibi reuelatum, audiuit: quaſi de graui ſomno euigilans, atque à quadam eccſtaſi rediens ait. Ego optime credo, quod Deus ſit: & ab omni tentatione illa fuit liberatus ad plenum.

P. Iordanis diſcretio.

Sicut autem in promotione ordinis ad trahendum ad ipſum ſuper omnes erat ſollicitus ita in conſeruatione receptorum ſuper cunctos erat diſcretus. Refulſerat enim in eo quædam gratia ſpecialis, vt nūquam ſua culpa, vel negligentia perdiderit aliquem. Vnde cum Pariſiis quidam nouitius tentaretur ad exitum, pater omni, qua poterat cōſolatione fouebat. Cumque ille nullam conſolationem reciperet, ſed veſtes ſuas, & res inſtanter repeteret, dixit ei magiſter, quòd in craſtinum daret, qui erat dies pētecoſtes. Qua die facta proceſſione quia ibi celebrabatur capitulum generale, admonuit iterum pius pater, vt non diſcederet à tam ſancta ſocietate.

Nouitius quomodo fuerit in ordine confirmatus.

Cumque per hoc non molliretur cor eius, miſſus fuit ad veſtiarium pro pannis ſuis, & interea ſanctus pater admonuit fratres, vt orarēt pro eo dicentes legendo hymnum, Veni creator ſpiritus. Sed antequam hymnus perficeretur, ecce ille compunctus, perfuſus lachrymis, venit ad magiſtrum petens veniam, & perſeuerantiam promittens. Quod & fecit.

De humilitate, & patientia, & deuotione in orando, & meditando, & cæteris eius actionibus.

§. II.

FVIT autem hic pius pater adeo humilis quòd omnem ſæculi pompam, & honores oblatos diſcretè, & ſapienter ſciuit declinare. Vnde cum ſemel veniret Bononiam, & tota ciuitas audito eius aduentu, proceſſionaliter ſibi obuiam ire vellet, humiliter concito gradu declinauit à turba, & gyrans per quaſdam ſemitas ciuitatem à tergo cōuentum applicuit, quod fuit pluribus in exemplum.

Quidam dæmoniacus frater fuit Bononiæ, cui cōtigit in clauſtro magiſtrū Iordanē obuiū habere. Qui dæmoniacus eleuata manu dedit alapā fortiſſimā ei. Sanctus autē vir, vt erat pręditus virtute humilitatis & patientiæ, alterā

ſubitò

A.C. 1230. ſubito parauit maxillam. Qui virtutem humilitatis eius non ferens, inclinato capite verecūdus abceſſit.

In capitulo etiam generali cum proclamaretur à definitoribus de quocunque, & diceretur, quòd ſe excuſare valeret, ſi vellet, humili voce dicebat. Nunquid creditur latroni ſe excuſanti? quo verbo multum ædificati ſunt fratres. Cùm inualeſcente quadam infirmitate eius ex toto viſum vnius oculi amiſiſſet, congregatis fratribus in capitulo dixit. Fratres agite gratias Deo, quia perdidi vnum inimicū. Sed rogate, vt alium, ſi placet mihi reſeruare dignetur.

Sed quis poſſet dicere quomodo ab exterioribus ſe colligens totus interior eſſet, vt nihil de forinſecis cogitaret, vel perpenderet? Contigit, vt ſemel quædam nobilis & deuota perſona, cingulum eius accepit ex deuotione, & ipſa ſuum magiſtro Iordani dedit, cum alium Iordanes non haberet. Poſt aliquantulum cùm magiſter cum fratrib. in quadam recreatione exiſteret, & fibulā haberet corrigia illa argenteam, quæ vſque in finē penderet, accepit eam quidam frater, & eleuās ait. Quid eſt hoc magiſter? nunquid & vos corrigiam portatis argenteam? Ille autem diligentius intuēs ait. Deus meus quis appoſuit hoc, certè ego nunquam illud attendi, vnde fratres ædificati perpenderunt animum eius ad interiora intentum.

Cuidam fratri obſeruanti eum in eccleſia ante altare beatę Mariæ quid oraret & rogāti, vt doceret, quid diceret, reſpondit ſanctus, & docuit modum orationis & ſpecialiter in honorem virginis matris: vt ſcilicet ſecundum 5. literas huius nominis Maria: diceret quinque pſalmos incipientes ab illis literis videlicet Magnificat anima mea. Ad te domine leui animam meam. Retribue ſeruo tuo. In conuertendo dominus captiuitatem Sion, & Ad te leuaui oculos meos & in fine ſingulorum, Gloria patri. & poſtea, Aue maria gratia. & ante omnes hymnum, Aue maris ſtella. & hoc cū genuflextione.

Narrauit idem pater fratribus in capitulo quòd quidam frater deuotus (& ſuſpicati ſunt fratres, quòd ipſe fuerit) in conuentu Pariſienſium cum in feſto purificationis beatæ Mariæ fratres inciperēt inuitatorium: Ecce venit &c. domina noſtra proceſſit ad altare cum filio, vbi ſupra thronum paratum ſedit, dulciſſimè reſpiciens fratres ad altare iuxta morem conuerſos. Cùm autem ad ſingula Gloria ſe inclinarent, ipſa filij dextra apprehenſa eos, & totū chorum ſignauit.

Nobilis quædam & pulchra puella, relicta à patre ſuo ſub cuſtodia patrui ſui, dum ſperauit ab eo tutelam, incidit in corruptelā. Denique impregnata bis eo ſuadente procurauit aborſum, & impregnata tertio cum patruo nō auderet reſiſtere, in baratrum incidit deſperationis, nulli audens facinus reuelare. Vnde cū quodam cultello tam valide ſe percuſſit, vt ipſum ventrem miſerabiliter aperiret. Diri ergo vulneris nouitate percuſſa, ſed Dei miſericordia viſitata, de peccato ſuo taliter compungitur, & cum lachrymis ad matrem miſericordiæ conuerſa, precatur, vt ſolita pietate illi ſuccurreret, ne ſaltem anima cum corpore periret. Mox beata virgo affuit, & corporis conferens ſanitatem ei præcepit, vt ſe totam conſilio magiſtri Iordanis (qui in breui erat venturus) committeret, quod deuotiſſimè exequens ordinem Ciſtercienſem eo monente ingreſſa eſt, vbi in ſancto propoſito perſeuerauit. A.C. 1235.

Mulier alia propter grauium peccatorum frequentem recidiuationem, lapſa in deſperationem, vt ſe occideret, venenoſam araneam deglutiuit. Morte autem appropinquante, cōpuncta cœpit cum lachrymis matrem miſericordię inuocare. Audiuitque vocem dicentem ſibi. Frater Iordanes magiſter ordinis Prædicatorum modo venturus eſt, ipſum voca dicens te miſſam ad eum à me, & confitere illi, & ſalua eris. Venit ſanctus vocatus & confeſſa eſt peccata ſua, & tandem cum vomitu peccatorum euomuit venenum, & araneam, quæ ſanata Deo gratias egit.

De variis modis, quibus diabolus tentauit eum decipere.

§. III.

CVM idem pater Pariſiis eſſet infirmus malignus ſpiritus ſub mira ſanctitatis fraudulentia eum conatus eſt decipere. Venit enim ad portam ſub ſpecie venerandæ perſonæ, & petiit ſe ad magiſtrum Iordanem deduci. Cùm ergo ad eū deductus aliquos cum eo habuiſſet ſermones, petiit fratres diſcedere, quaſi ſecreto aliqua ei dicturus. Quo facto cœpit ei dicere. Magiſter, tu es caput huius ſanctiſſimi ordinis, & quaſi in te reſpiciunt vniuerſorum oculi fratrum: quòd ſi aliquid graue vel paruum à te exiet, contra religionis feruorem relaxationis veſtigium, cum humana natura prona ſit ad declinandum in malum, tu exinde pœnam portabis à domino, & in tanto ordine relinquens diſſolutionis materiam, & cōturbationis. Es enim infirmus, ſed non tātum, vt non poſſis carere culcitra, & à carnibus abſtinere, quòd ſi cras, vel poſt non fiat alteri fratri diſpenſatio eadem, plus vel æquè infirmo, fiet ſtatim inde iudicium murmurationis, & conturbationis. Vnde rogo & conſulo, quòd ſicut fuiſti hactenus religionis exemplar, ita te præbeas & in iſtis. Sic ergo verſipellis ille, verba ſua colorans licentiatus abſceſſit, ruminando aliquid, ac ſi diceret pſalmos. Credidit homo Dei verbis eius, ſicque abſtinuit ab illis pluribus diebus, vnde creuit ei debilitas: vt vix valeret ſubſiſtere. Reuelatum eſt autem ei à domino, quòd ille fuerat diabolus, qui hæc ei ſuggeſſerat, quia eius prædicationibus inuidebat. Dæmonis illuſiones vanæ.

Idem humani generis hoſtis locutus eſt ei per aliquem, quem tenebat obſeſſum, minas & maledicta congeminans, & multas de eo querimonias faciens, eo quòd ſua pędicatione multas ei animas ſubtrahebat & ait. Ecce ergo tecū feriam pactum, quòd nunquam fratres tuos tētabo, nec corpore vel ſpiritu vexabo, ſi promittas, ꝙ nunquā de cætero prædices. Cui vir ſanctus reſpōdit. Abſit hoc à me, vt ineā fœdus Iſa. 28.

A. C. 1233. cum morte, aut pactum faciam cũ inferno.

Altera vice cum tranſiret per Biſuntium, antequam fratres domum ibi haberent, contigit eũ ibi grauiter infirmari. Quadã igitur die cũ febribus vehementer æſtuaret, factum eſt, vt in immenſum ſitiret. Et ecce iuuenis habens mappam albam ad collum, lagenam vini portans in vna manu, & ſcyphum argenteum in alia obtulit ei dicens. Magiſter, ecce porto vobis optimum potum, de quo bibatis ſecurè, quia in nullo nocebit vobis. Qui non ignorãs aſtutias eius ſcilicet diaboli: commendauit ſe Deo, muniens ſe ſigno Crucis, qui ſtatim diſparuit. Ex deuotione autem, quam ceperunt archiepiſcopus & populus ad ſanctitatem viri, dederunt ei locum ad ædificandum conuentum.

Cùm B. pater eſſet Bononiæ tantis eũ diabolus perfudit odorib. vt ipſe manus ab aliis, abſconderet, ne perfunderentur illis odoribus veritus, de qua non ſibi conſcius erat prodere ſanctitatem. Si guſtabat calicem, tanta prodibat de ipſo odoris ſuauitas, vt totus de immẽſitate dulcedinis immutaretur. Sed non eſt paſſus ſpiritus veritatis diu maligni ſpiritus durare fallacias. Nã quadam die miſſam celebraturus cum pſalmum, Iudica domine nocẽtes me, pro pulſandis tentationibus efficaciter diceret, & illum ruminaret verſiculum. Omnia oſſa mea dicent, Domine quis ſimilis tibi? tam mira deuotione perfuſus eſt, vt reuera viderẽtur & omnes medullæ oſſium Dei ſpiritũ irrigari. Tunc ergo rogauit dominum, vt ſi diabolicis odor ille ageretur inſidiis, ſua gratia reuelaret. Mox per ſpiritum cognouit hoc antiqui hoſtis fuiſſe figmentum, vt eum præcipitaret per inanem gloriã. Et ex tũc ceſſauit è manibus odor ille deceptorius. Hæc ipſe fratrib. enarrauit. Pſal. 34.

Quidam frater Bononiæ erat dæmoniacus adeo fortis, quòd funes omnes rumpebat aliquando, & vincula, & frequenter in fratres ſęuiens multas moleſtias inferebat. Semel ergo toto corpore religatus, & reſupinus iacens in lecto, dixit magiſtro Iordano adſtanti. O cœce ſi te modo haberem, confringerem te totum. Quem magiſter ſtatim iubens diſſolui, dixit. Ecce ſolutus es, fac quicquid potes. Ille verò non potuit ſe mouere. Tunc iterum ait. O ſi naſum tuum tenerem inter dentes. Sanctus inclinans ſe poſuit naſum ſuum ad os ſuum, quem ipſe in nullo potuit lædere, ſed labiis contingens naſum ſancti leui tactu lambebat. Altera vice cum fratres omnes vituperaret, ad uenienti magiſtro Iordano mira quadam reuerentia adſurgens, laudauit eũ de prædicanit gratia ſingulari, de religionis feruore, & omnium perfectione virtutum commendans, vt per hoc poſſet eum ad vitium elationis inducere. Sed vt ſanctus maligni aſtutias non ignorans, ipſum ſua humilitate confudit.

Legitur etiam, quòd cum beatus vir quadã vice infra diem quieſceret. frater dęmoniacus, quia nulli ingerebat moleſtias, accedens ad lectum beati Iordani gladio eum percuſſit in gutture, ita vt inde periculum mortis imminetet. Et quia die ſequenti debebat coram papa ſermonem proponere, audito hoc tota curia inde contriſtata eſt, cui erat multum dilectus. Sanctus autem vir ad ſolitum orationis refugium ſe conferens, Dei virtute ſubito ſanatus eſt, qui viſitans curiam triſtitiam eorum cõuertit in gaudium. A. C. 1235

De tranſitu Fratris Iordanis.

§. IIII.

Anno verò domini. 1235. Idib. Februarij cum ſanctus vir profectus eſſet in terram ſanctam ad viſitandum fratres, in mari nauigans cum duobus fratribus, orta tempeſtate ſubmerſa vel fracta galea animas ſuas domino reddiderunt. Vnde fratres Goffredus & Reginaldus domini papæ pœnitentiarij literas hoc continentes Pariſios deſtinauerunt per hunc modum.

Venerabilibus & dilectis priori & fratrib. conuentus Pariſienſis, Salutem & ſpiritus ſancti conſolationem.

Noueritis, quòd inundante maris ſæuitia, ac ſuo impetu propellente ad littus galeam, in qua dulcis pater magiſter Iordanes cũ duobus fratribus erat, & octogintanouem perſonę ipſi in mari ſubmerſi, liberati ſunt ab hoc ſæculo nequam. Super hoc non paueat cor veſtrũ cariſſimi, quia nobis orphanis pater pius & De⁹ totius cõſolationis prouidit & poſt tẽpeſtatem tranquillum fecit. Nam cum iacerẽt corpora eorum inhumata, vt teſtantur, qui de illo naufragio euaſerunt, & qui eos tradiderũt ſepulturæ manibus propriis luminaria de cœlo ſuper eos ſingulis noctibus effulſerunt, ſed & cornices ſuper eos multę viſæ ſunt, & à multis. Ad quod miraculum locorum incolæ confluentes, tantam ſenſerunt odoris fragrantiã, vt iuxta teſtimonium eorum, qui poſt viſa miracula eos tres ſepelierunt, vſque poſt decem dies odor nimius ab eorum manibus non receſſit. Sed & per circumitum ſepulturę eorum odoris ſuauitas latius emanauit, vſque quo fratres venerunt cum barcha, & eos in ſuam eccleſiam tranſtulerunt: vbi dictus pater quieſcit & multis ibi multa beneficia præſtat: per omnia benedictus Deus. Barcha nauicula.

Frater quidam de ordine carmelitarum ad recedendum tentatus, audito quòd magiſter Iordanes ſubmerſus fuiſſet, magis ac magis turbatus hoc apud ſe dicebat. Van⁹ eſt omnis qui ſeruit Deo. Aut iſte bonus homo non fuit qui ſic periit, aut Deus non bene remunerat eos, qui ſeruiunt ei. Cùm igitur ad manè recedendum firmaſſet animum, ipſa nocte apparuit ei perſona pulcherrima cum luce immenſa circumiens. Tunc tremens, & ſtupens orabat dicens. Domine Ieſu Chriſte adiuua me, & oſtende mihi, quid hoc ſit. Et ſtatim reſpondit ne turberis frater cariſſime, quia ego ſum frater Iordanes, de quo tu hæſitas & ſaluus erit omnis, qui ſeruit domino Ieſu Chriſto. Et diſparuit ipſo in omnibus conſolato. Hoc ipſe frater, & prior eius ordinis frater Simon vir religioſus, & verax noſtris fratribus narrauit.

In-

A.C. 1233.

Iniunctum fuit fratri cuidam qui ſcientiæ & authoritatis alicuius videbatur, quòd iret ad remotum conuentum, & incognitum ſibi, quod ipſe moleſtè accipiens, ibat, quotidie de iniuncta obedientia murmurando, frequenter dicens: Quid feci, aut quid merui ego? Quare hoc iniunctum eſt mihi? Quis conſuluit? Quis procurauit hoc mihi? Cùm igitur quadam die taliter audiente ſocio murmuraret, ſubito percuſſit eum dominus, cui nihil occultum, & ad terram proſtratus omnibus ferè ſenſibus eſt priuatus. Inflata erat facies, & os inflatum, & lingua quàm maximè ingroſſata, ipſum os ita B videbatur implere, vt meritò crederetur propter peccata percuſſus. Frater autem, qui ſoci' erat, videns, multo dolore perterritus, ac timore timens confuſionem ſuam & ordinis, quid faceret penitus ignorabat. Tali autem perturbatione ſollicito, illi venit in mentem merita magiſtri Iordanis, qui tunc obierat humiliter inuocare. Ait ergo, O magiſter Iordanes, piè pater, tu qui ordinem hunc ſic exaltaſti, ſuccurre nunc mihi filio tuo, ne ordo tuus cõfundatur in facto fratris huius. Dñe Deus per preces & merita ſerui tui magiſtri Iordanis libe- C ra nos à periculo iſto: dehinc conuerſus ad fratrem alta voce clamauit dicens. Frater recogita, quòd propter peccata tua, & murmur, quod quotidie replicabas, hoc contigit tibi. Vnde fac votum Deo, & magiſtro Iordani in corde tuo, quòd ſi te liberauerit, ceſſabis à murmure & obedientiam tuam in pace complebis. Infirmus ergo ad verbum eius compunctus, & ad ſe aliquantulum rediens, annuit nutu (nam voce non poterat) ſe ita facturum. Miranda Dei viſio, ſed plus miranda Dei dignatio. Statim enim, vt frater votum fecit, & in corde ad magi- D ſtrum Iordanem preces deuotè direxit, mox recepit plenę beneficium ſanitatis, obedientiam ſuam non ſolum patienter, ſed & hilariter cõplens. Hæc vterque eorũ in diuerſis locis poſiti. Fratri Humberto magiſtro ordinis concorditer retulerunt.

Dicta aliquot nobilia Magiſtri Iordanis.

§. V.

Tantũ valet pater noſter, ſiue à doctis ſiue ab indoctis dicatur.

LAICVS quidam interrogauit magiſtrũ Iordanem. Magiſter valet ne tantum pater noſter in ore noſtro, qui ſumus laici, qui ignoramus virtutem eius, quantum in ore clericorum, qui ſciunt, quod dicunt? Reſpondit magiſter: Tantum valet, ſicut lapis pretioſus tantum valet in manu eius, qui ignorat virtutem illius, ſicut in manu eius, qui ſcit virtutem eius.

Venit aliquando magiſter Iordanes ad Fridericum imperatorem in Apuliam, cum ſediſ- F ſent ſimul, & diu tacuiſſent, tandem ait magiſter Domine ego diſcurro per multas prouincias pro officio meo, vnde miror, cur à me non quæritis rumores. Cui imperator reſpondit. Ego nuncios meos in omnibus prouinciis, & curiis habeo, & omnia ſcio, quæ fiunt per mũdum. Cui magiſter. Dominus Ieſus Chriſtus omnia nouerat ſicut Deus, & tamen à diſcipu- A lis de ſe quærebat dicens. Quem dicunt homines eſſe filium hominis. Certe vos homo eſtis qui neſcitis multa, quæ dicuntur de vobis quæ vos ſcire plurimum expediret. Dicitur .n. de vobis, ꝙ eccleſias grauatis, ſentẽtias cõtẽnitis, auguriis intenditis, Iudæis & Saracenis nimis fauetis, conſiliariis veris non acquieſcitis, vicarium Chriſti, & beati Petri ſucceſſorem (qui pater Chriſtianorum eſt, & dominus noſter ſpiritualis) non honoratis, & hoc certè veſtram non decet nobilitatem. Et ita curialiter ingreſſus eum de multis correxit. A.C. 1235. Mat. 16.

B Cùm ab eo quidam quæreret, quam regulam haberet, reſpondit. Regulam prædicatorũ cuius eſt honeſtè viuere, diſcere, & docere, quæ tria petit Dauid dicens. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. Pſal. 118.

Sæcularis quidam dixit eidem magiſtro. Magiſter quid eſt, quòd nos ſæculares quandoque dicimus, quòd poſtquam fratres prædicatores & minores venerunt, nunquam fuit bonum tempus in terra, nec attulit terra fructum bonum ſicut antè? Magiſter reſpondit. Poſſem negare hoc ſi vellẽm & oſtendere contrarium, C ſed eſto, mõſtro vobis, quòd iuſtum eſt. Poſtquam enim nos venimus in mundum, docuimus mundum fugere multa peccata, & cognoſcere, quæ ante non cognoſcebant, & ab illis nolunt cauere, vnde ſunt illis grauiora, quia peccatum ſcienter cõmiſſum, grauius eſt: propter peccata verò hominum Deus immittit in terram ſterilitatem, ſicut dixit propheta. Poſuit terram fructiferam in ſalſuginem, & malitia inhabitantium in ea, & ideo iuſtè immittit Deus modo ſterilitates & tempeſtates. Et plus dico vobis, niſi corrigatis vos, ex quo ſcitis, quid debetis facere, & à quo debetis cauere, ad- D huc peius faciet vobis, quia ipſe, qui non mentitur dicit in euangelio. Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens plagis vapulabit multis. Pſal. 106.

Tempore quo frater Ioannes Vincentius Bononiæ prædicans fructum mirabilem faciebat: & ferè totam Longobardiam miraculis & prædicationibus commouebat, & ad ſe videndum, & audiendum trahebat, venerũt nuncij Bononiẽſium, quos vocant Ambaſiatores, magni & literati ad Magiſtrum exiſtentẽ tunc E in capitulo, cum definitoribus, & aliis fratrib. qui conuenerant ad capitulum generale. Petierunt igitur ex parte totius communitatis, ꝙ fratrem Ioannem prædictum non remouerẽt de ciuitate, inter multas rationes hanc præcẽdentes efficacem, & multum ponderantem, ꝙ ſeminauerat in ciuitate verbum Dei, & fructus qui ſperabatur futurus de eius prædicatione, totus poſſet in eius abſẽtia perdi. Magiſter autem commendata eorum beneuolentia & deuotione, quam habebant ad ordinem, reſpõ- F dit in hunc modum: Boni domini, illa ratio, quam vos allegatis, vt frater Ioannes debeat hic morari, quia ſeminauit verbum Dei, & poſſent fructus perire, ſi recederet, non multum mouet nos, quia nõn eſt conſuetudo apud ſeminatores camporum, cum ſeminauerint agrũ vnum, quod apportent ibi lectum ſuum, & iaceant ibi quouſque videant, quando ſemina fructificent, immo potius commendant ſemẽ Luc. 12.

&

A.C. 1234. & campum domino, & vadunt ad ſeminandũ in alio campo: ita fortaſſis expediret, quòd frater Ioannes iret alio ad prædicandum verbum Dei, ſicut de ſaluatore ſcriptũ eſt, quia & aliis ciuitatib. oportet me prædicare verbum Dei: Luc. 4. verum tamen propter amorem, quem habemus ad ciuitatem, habebo conſilium ſuper petitione veſtra à noſtris ſociis definitoribus, & faciemus tantum pro vobis quòd debeat ſufficere vobis.

Cùm eſſet magiſter Iordanes in quadam abbatia Ciſtertienſium: circundederunt eum multi de monachis, qui dixerunt ei: Magiſter quõ poterit durare ordo veſter: qui non habetis, vnde viuatis, niſi per eleemoſynas, & ſcitis benè quod licet modo ſit vobis mundus deuotus, tamen, vt ſcriptum eſt in euãgelio, quia refrigeſcet caritas multorum, & tunc non habebitis eleemoſynas, & deficietis? Tunc reſpõdit magiſter cum omni manſuetudine. Mat. 24. Oſtendo vobis rationabiliter ex verbis veſtris, quòd prius deficiet ordo veſter, quàm noſter. Reſpiciatis in euangelio, & inuenietis, quòd iſtud: Refrigeſcet caritas multorum, ſcriptum eſt de tempore illo, cum abundabit iniquitas, & erunt perſecutiones intolerabiles. Tunc autẽ benè ſcietis, quod perſecutores & tyranni illi abundantes iniquitate, auferent à vobis bona veſtra temporalia, & tunc vos qui non conſueuiſtis ire de loco ad locum, & quærere eleemoſynas neceſſario deficietis. Act. 7. Fratres autem noſtri tunc diſpergentur, & facient fructum maiorem, ſicut Apoſtoli diſperſi fuerunt tempore perſecutionis, nec ita tenebuntur, immo ibunt de loco ad locũ duo & duo, & quærent victum ſuum, ſicut conſueti fuerunt. Et plus dico vobis, quoniam illi, qui vobis auferent dabunt eis libenter, ſi recipere voluerint, quia multoties experti ſumus, quod raptores & prædones cum magno gaudio volunt vobis dare frequenter de illis, quæ auferunt ab aliis, ſed recipere nolumus.

Dum magiſter Iordanes dediſſet ſemel in via vnam de tunicis ſuis vni ribaldo, qui ſimulabat ſe pauperem & infirmum, accidit, ꝙ portauit eam ad tabernam. Frater aũt qui hoc vidit, dixit magiſtro. Quam benè dediſtis tunicã veſtrã, nam Ribaldus ille portauit eã ad tabernam. Reſpondit magiſter. Sic feci, quia credidi quòd multum indigeret, tanquã pauper & infirmus: & videbatur valdè piũ ſibi ſuccurrere, & adhuc iudico melius amiſiſſe tunicã, quàm pietatem.

Cum papa Gregorius nonus commiſiſſet inquiſitionem quorumdam monaſteriorum quibuſdam fratribus, & ipſi non ſeruato iuris ordine depoſuiſſet quoſdam abbates, quia inuenerunt eos malos, & eſſent de hoc populus & cardinales turbati, intantum vt vellent reuocare, quod fratres fecerant: ſuperueniẽs magiſter, & volens eos placare dixit. Pater ſancte mihi frequenter accidit cum vellem declinare ad aliquam abbatiam Ciſtertienſem, inueni interdum viã, quæ ducit ad portam ita longã & circularẽ ꝙ tædiũ erat mihi, & ſociis tantũ circumire, cum abbatia eſſet prope & ante oculos meos, & cum aliquando fui per prata & citius perueni ad portam, ſi tunc dixiſſet mihi portarius, frater per quam viam veniſti? Et ego dicerem. Veni per prata illa. Et ipſe diceret. Non veniſti per viam rectam, reuertere retro, & venias per viã vſitatam, alioquin non intrabis, nonne nimia eſſet dutitia? Sic pater ſancte, licet fratres non venerint per viã iuris, quia fortè videbatur eis nimis prolixa ad depoſitionem illam, cum benè fuerint digni depoſitione huiuſmodi abbates, ſicut poteſtis facilè ſcire, ſi vultis inquirere, ſuſtineatis ſi placet quod factum eſt per quãcumque viã ad hoc deuentum ſit. A.C. 1234. Portarius i. ianitor

B Dum ſemel quæreret ab eo quidam, cur artiſtæ frequenter ordinem intrarent, & Theologi & Decretiſtæ tardius, reſpõdit: Facilius inebriantur bono vino ruſtici, qui aquam cõſueuerunt bibere: quàm nobiles vel ciues, qui vina fortia non reputant, quia in vſu habent: artiſtæ quidem tota hebdomada aquam Ariſtotelis & aliorum philoſophorum bibunt, vnde cum in ſermone dominici vel feſti, verba Chriſti, & ſanctorum hauriunt feruentia, ſtatim inebriantur vino ſpiritusſancti & capiuntur, & non tantum ſua, ſed & ſeipſos donant. C Iſti autem Theologi frequenter audierunt talia, & ideo contigit eis ſicut ruſtico ſacriſtæ, qui ex frequenti tranſitu ante altare irreuerenter ſe habet, & ad illud dorſum vertit frequenter, extraneis inclinantibus reuerenter.

Cùm veniſſet aliquando ad quorumdam magnorum epiſcoporum conuentũ, & quærerent, quomodo epiſcopi, qui de tantis ordinibus aſſumebãtur, in epiſcopatibus minus benè ſe habebant. Hoc (inquit) vobis imputate, quamdiu enim de noſtro fuerunt ordine, nos D benè correxim⁹ eos: ſed hęc diſſolutio, quã eis imponitis, in ordine veſtro accidit eis. Pręterea ego multis annis fui in ordine iſto, nec recordor, quòd à me, vel ab alio prælato noſtro, vel capitulo generali vel prouinciali dominus papa, vel aliquis legatus, vel aliquod capitulũ cathedrale petierit ſibi dari vnum bonum epiſcopum, ſed ipſi vel proprio ſtudio vel amore parentum vel alia minus ſpirituali cauſa eligunt ſibi ad placitum, vnde non eſt nobis imputandum. Item alius dixit, quod non erat mirum, ſi fratres noſtri in epiſcopatu minus be- E nè ſe habebant, quàm alij religioſi, quia magis contra ſuam profeſſionem faciunt, cum nos, nec in ſpeciali, nec in generali poſſeſſiones habeamus. Vnde cum ad proprietatem veniunt magis faciunt contra ſuam profeſſionem, q̃ alij religioſi, qui hoc ſaltem in generali habere poſſunt.

Dum in quodam capitulo generali propter grauem infirmitatẽ nõ poſſet conuentui pręedicare, tandem rogatus, vt aliquid conſolationis eis diceret, ingreſſus capitulum ait. Fratres hac ſeptimana frequenter diximus, Repleti ſunt F omnes ſpiritusſancto. Act. 2. Scitis autem, quòd plenum non impletur alio, ſed potius effunditur à pleno. Sancti igitur Apoſtoli repleti ſunt à ſpiritusſancto, quia euacuati erãt à ſpiritu ſuo. Et hoc in pſal. cantamus. Auferes ſpiritum eorum & deficient à ſe, vt proficiant in te, & in puluerem ſuum reuertẽtur, & ſic emitte ſpiritum tuum, & creabuntur. q. d. Dauid: Si tua Pſal. 1 gratia

A.C. 1234 gratia voluntatem propriam,& ſenſum ſingularem,& priuatum amorem à ſe euacuauerint, tuo ſpiritu replebuntur. Quo verbo fratres multum ædificati ſunt.

Semel monēs fratres,vt otioſa caueant, ait: Videte chariſſimi quòd imperceptibiliter quantumcunque incipiatur pſalmus paulatim vox cantantium frangitur,& cadit. Sic ſi bona verba incipiamus dicere vel in alterutrum conferre,paulatim ex humana corruptione ad vana prolabimur.Sed qui bonus eſt,& hoc percipit debet facere, ſicut cantor in choro, qui in locis competentibus eleuat vocem : ſic bonus vir,vt caſum otioſorum aduertit, debet interponere aliqua verba,vel exempla grata, vt interrumpat nociua. Eodem modo cum ex carnis corruptione non ſolum à verbis,ſed etiam à ſolito religionis feruore tepeſcimus,nos inuicem excitare debemus.

Cùm idem magiſter duceret ſecum multos nouitios:quos receperat in quodam loco,vbi non erat conuentus,accidit in quodam hoſpitio,cum diceret completorium cum eis, & aliis ſociis ſuis,vnus incepit ridere, & alij hoc videntes fortiter inceperunt ridere.Quidā autem de ſociis magiſtri cœpit eos per ſigna compeſcere,at illi magis ac magis ridebāt. Tūc dimiſſo cōpletorio,& dicto Benedicite, incepit magiſter dicere illi ſocio.Frater quis fecit te magiſtrum nouitiorum noſtrorum?quid pertinet ad te eos corrigere Et conuerſus ad nouitios dixit.Chariſſimi ridete fortiter,& non dimittatis propter iſtum fratrem,ego do vobis licentiam,& verè bene debetis ridere, & gaudere quia exiuiſtis de carcere diaboli,& fracta ſunt dura vincula illius quib.annis multis detinuit vos ligatos.Ridete ergo chariſſimi,ridete.At illi in his verbis conſolati ſunt in animo,& poſt riddere diſſolutè non potuerunt.

Nouitiis veré cur ridendum.

Cùm magiſter idem prædicaret ſemel Pariſiis de commorantibus diu in peccato,& occurreret ei quòd peccatum in ſcriptura vocabatur porta inferni, dixit.Si quis veniens hodie ad domum iſtam videret vnum ſcholarem ſedentem in porta ſimiliter cras,ſimiliter multis diebus nonne facilè iudicaret,Iſte ſcholaris intrabit ordinem? Quomodo ergo non eſt credibile,quod illi intrent infernum, qui tandiu ſedent in porta?

Matt.16.

Dixit idem magiſter.Sicut cementarius,qui indirectum murum reparare ſatagit, quoſdam lapides extrahit abſconditos,& repercutit prominentes : ſic in emiſſione fratrum prælatum, oportet facere:vt videlicet illos, qui nimis latitare cupiunt, ad actionem dirigat, & alios, qui nimis exponi volunt,intus teneat.

Idem magiſter in prædicatione ſolebat eūdem ſermonem aliquoties iterare, quod cum obiiceretur ei reſpondit.Si aliquis bonas collegiſſet herbas,& illas ad faciendum pulmentum cum ſtudio præparaſſet, eſſet ne conueniens illas abiicere,& pro aliis colligendis laborare.

1.Cor.9. Idem dixit.Si ſtuduiſſem in aliqua facultate tantum,vt in hoc verbo Apoſtoli: Omnib. omnia factus ſum:magiſter iam in illa potueram extitiſſe.Semper enim ſtudui qualiter me aliis conformarem, & me non difformarem:

A ſic videlicet me conformando, nunc militi, nunc religioſo,nunc tentato. A.C. 1234

Idem magiſter quendam tentatum apoſtatare,ad quem miſericorditer inclinabatur, & cum de hoc conſilium fratrum quæreret in capitulo,& vnus non conſentiret,dixit ei: ſi frater, ſi peccata hic multa feciſſet, forſitan adiiceret multo plura. Si vnam tantum pro iſto fudiſſetis guttā ſanguinis ſicut Chriſtus pro iſto ſanguinem ſuum fudit,aliter curaretis. Tunc ille in ſe reuerſus & confeſſus,in terram ſe proiecit, & libenter conſenſit.

B Quidam frater, qui erat quotidie timorem habens de eleemoſynis,quas comedebat,quia per orationes tot beneficiis non ſatisfaceret: ille ſic dubitanti reſpondit.Cùm ſint ſpiritualia impracticabilia aut incomparabilia reſpectu temporalium,cōſtat illa in infinitū hæc præcellere,& eſſe incomparabiliter meliora. Vnde ſciatis certiſſimè , quod ſi pro omnibus eleemoſynis,quas comediſtis,vnū pater noſter dixiſtis deuotè plenariè perſoluiſtis.

C Quidam frater accuſauit alium in capitulo quòd manum tetigerit mulieris, qui ait. Mulier bona fuit,tunc ille qui præſidebat reſpondit.pluuia bona eſt,& terra bona, lutum tamē ex horū cōmixtione generatur,ſic& manus viri licet bona ſit,ſimiliter & mulieris,ex cōtactione tamen illarum cogitatio nonnunquam vel affectio mala ſurgit.

Quæſiuit à magiſtro quidam frater, vtrum melius ſibi foret,orationibus inſiſtere,an ſcripturarum ſtudiis ſe occupare. Cui ait. Quid melius,ſemper bibere, an ſemper comedere? vtique ſicut competit vtrumque,ſic & illa.

D

De laudabili conuerſatione fratrum in generali.

CAP. X.

DOCTRIX vitis beatus Dominicus de cuius ſurculo, tantum germen redundat ſæculo,cœli vinum propinans populo, vitali poculo, doctrinæ ſanctæ,exemplaris vitæ,& authoritatis eximiæ. Ex ipſo enim ordine prædicatorū ab eo inſtituto, ſunt egreſſi viri eximij coram Deo & hominibus. Quorum aliqui refulſerunt in Eccleſia magna ſanctitate,alij magna ſcientia & doctrina libros plurimos componentes, alij magna dignitate papatus,cardinalatus, pōtificatus, magiſtratus generalis & de his per ſingula. Viri clari ordinis prædicatorum.

E

Tempore ſiquidem primitiis tantus feruor fuit in ordine,quòd nullus ſufficiet enarrare. Siquidē ſpiritus vitæ erat in totis eorum virtute animalia ibant & reuertebantur,mouebātur & eleuabantur ſecundum voluntatem ſpiritus dirigentis. Videres vtique per ordinem feruorem mirabilem,alios propter nos ſuſpirius poſt quotidianas,& puras confeſſiones cum lacrymis ſingularibus,alios clamoribus ſua, & aliorum peccata lugentes,alios in orationibus noctem ducentes cum die, centenis,& ducentenis genu flexionibus ſe fatigantes. Videres Eccleſiam nunquam

F

A. C. 1240.

quam vel raro ſine orantibus eſſe. Vnde cum plerique à portariis, quęrebantur in eccleſia facilius, quam alibi poterant inueniri orantes.

Denique quidam valdè religioſus frater retulit, quod intra paucum tempus centum fratrum confeſſiones generales audiuerat, quorum inuenit ſeptuaginta integritatem mentis & corporis ſeruaſſe, non ſine magna orationis inſtantia, & religionis cuſtodia, quibus ipſa caſtitas maximè cuſtoditur. Cæterum plures illo ſancto feruore ſuccenſi, non prius ab oratione ſurgebant, niſi aliquam ſpecialē gratiam à domino impetraſſent: vnde vnus dixit quòd nó poterat in nocte quieſcere, niſi prius ſe lacrymis irrigaſſet. Retulit alter magnæ authoritatis ſe vidiſſe, dum ſtaret in oratione ante altare Bononiæ, alterum feruentem ſpiritu toto corpore eleuari à terra. Eodē tēpore quaſi feſtiuū quoddam fratres completorium expectabant, recommendantes ſe inuicem cū multo cordis affectu. Pulſatoque ſigno, de quibuſcunque locis ad chorum feſtinantius properabant. Vbi completo officio, totius mundi regina, noſtrique ordinis aduocata deuotiſſimè ſalutata, ſe diſciplinis duris ſubiiciebant.

Poſt verò quaſi pro peregrinatione quadam altaria omnia viſitabant humiliter procumbentes, & tanta producentes ab intimis flumina lachrymarum, vt ſi eſſes à foris, crederes plāgi funus quoddam, quod poſitum eſſet in medio. Quod pleriq; ſęcularium explorantes viderant, & audierunt, & quàm plurimum ædificati ſunt & ex hoc aliqui ordinem intrarunt. His peractis, non ſtatim currebant ad quaterniones reuoluendos, ſed in eccleſia, vel in capitulo, vel clauſtri angulis latitantes, contra ſuos actus examinatione ſtrictiſſima percurrebant, & ex hoc diſciplinabát ſe fortiter, aliqui virgis aliqui nodoſis corrigiis, vt ſonus eminus redderetur.

Poſt matutinas pauci currebant ad libros pauciores reuertebantur ad lectos, pauciſſimi qui non confiterentur, antequam celebrarent. Cum autem clareſceret, pulſabatur ſignum ad miſſarum celebrationem. Tunc ad vnum fratrem multi currebant gratia miniſtrandi, & inter eos ſancta vertebatur contentio, quis prior ſacerdotem in tam ſacro miniſterio adiuuiſſet. De deuotione ad beatam virginem quis dicere poſſet? Dictis autem eius matutinis, deuotè adſtantes, ad altare eius deuotius recurrebant ne illud tantillū ſpatium ab oratione vacaret. Poſt matutinas autem & cōpletorium, altare beatæ virginis quandoque ordine triplici ambientes in gyro, ſe & ordinē ipſum deuotione mirabili commendabant. In cellis etiam habebant eius, & filij Crucifixi imaginem ante oculos ſuos, vt legentes, & orantes, & dormientes ipſas reſpicerent, & ab ipſis reſpicerentur oculo pietatis.

In ſeruitiis autem mutuis ſe inuicem præuenire ſatagebāt. In infirmaria, in hoſpitio, in menſa, in lotione pedum beatum ſe reputabat qui poterat alium in huiuſmodi anteire: O quoties fratres exuebant cappas, tunicas, ſcapulare, & exhibebant fratribus peregrinis, & incognitis prius. Tanta erat in ſeruiendo deuotio, & hilaritas faciei, vt non hominibus, ſed Deo, & angelis ſeruire viderentur. Aliquis quandoque in hoc tantum ſenſit dulcedinem vt præ cordis lætitia ipſas deoſcularetur ſcutellas. In obſeruatione etiam ſilentij mirabiliter erāt fratres deuoti. Fuit etiam aliquis, qui abſtinentiam in non bibendo aliquando per octo dies protraxit. Alius qui cum ei offerebatur ſcutella, ſaporem eius, aquam ſuperfundēs frigidam diluebat, & illud bibebat. Alius tota quadrageſima ſtetit non bibens, niſi ſemel in die, nec loquens, niſi interrogatus. Multi raro pittantiis vtebantur, multi ne in ſpeciali incurrerent notam, modo ab iſto modo ab illo abſtinebant, omni die de ſibi oblatis aliquid ſubtrahentes.

A.C. 1240.

In prædicando autem verbum Dei, ad quod ordo à principio deputatus eſt, Deus ſuper eum tantum effunderat feruorem, ita quòd multi eorum non cum tuta conſcientia comedere audebant vlla die, niſi vni, vel pluribus prædicaſſent. In quibus ſpiritusſanctus ſupplebat ex interiori vnctione, quod eis deerat ex ſcientia acquiſita. Nam multi multos conuerterunt ad pœnitentiam, ſolum cum textu ſeptem cannonicarum, quas cum euangelio beati Matthei beatus Dominicus frequenter fratribus exponebat. In quodam capitulo generali Pariſiis cum incumberet aliquos mittere ad prouinciam terræ ſanctæ: dixit magiſter Iordanes fratribus in ipſo capitulo, ſi qui parati eſſent bono animo illuc ire, quòd ſignificarent ei. Vix verbum impleuerat, & ecce vix fuit aliquis in tanta multitudine, quin faceret veniam, ſtatim cū fletu, & cū lachrymis petens mitti ad illam terram ſaluatoris ſanguine conſecratam. Frater autem Petrus Remenſis, tunc prior prouincialis in Francia, hæc videns ſurrexit, & facta venia cum aliis locutus eſt magiſtro in hunc modum. Bone magiſter, aut chariſſimos iſtos fratres meos mihi dimittatis, aut mittatis me cum ipſis, quia ego paratus ſum cum eis ire ad mortem. — Quantum eſſet intẽtu prædicationib. c. 7. — Deſideriū eundi ad terram ſanctam.

Mandauit dominus papa Innocentius priori Prouinciali Franciæ, quòd aliquos fratres mitteret ad Tartaros, propter quādā, quæ ſperabat de fructu viæ illius. Recitatum eſt mandatum iſtud in capitulo prouinciali, & ecce tot & tanti fratres ſe obtulerunt, quòd fletus mirabilis illud capitulum occupauit, nimirū aliis cum lachrymis petentibus huiuſmodi obedientiam, aliis flentibus pro tam caris, & tā dilectis fratribus, & ſe ingerentibus ad labores ineſtimabiles, & mortes frequentes. Flebant alij præ gaudio, quod habebant licentiā. Flebant alij præ dolore quia licentiam obtinere non poterant.

Frater Humbertus magiſter ordinis circa principium officij ſui mandauit fratribus vbique ꝙ ſi qui voluntarij eſſent ad tranfretandū ad barbaros, & linguas barbaras propter nomen domini dilatandum ſuū circa hoc animū intimarent eidem. Quis dignè valeat enarrare quot, & quanti fratres, & quàm de remotis nationibus ad hoc non ſolum ſe gratis obtulerunt, ſed per aſperſionem ſanguinis, & beatam mortem filij Dei adiurarunt eundem, vt ipſos mitteret, ſciens eos paratos ad mortem propter fidem, & gloriam ſaluatoris in gentibus tolerandam.

A.C. 1230. tolerandam. De feruore autem, quem Deus accendit in fratribus circa tranſlationem B. Dominici, non ſolum Bononiæ, ſed per totam Italiam & ferè vbique per ordinem non ſolũ in prædicationibus, ſed & crebris apertiſque diſputationibus, quæ lingua enarrare, quis ſtilus ſufficit exarare? Ideo totum Deo relinquimus, qui hoc plenius nouit, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hæreticus à Dæmone deluſus vult prædicatorem deludere, ſed non poteſt.

§. I.

ANNO ab incarnatione dñi 1230. prædicante magiſtro Córado in Teutonia contra hæreticos, & ab ipſis fœliciter martyrizato, hæreticus quidam ſeductus à dæmonibus, fratrem quemdam prædicatorem ſibi dilectum ad hæreſim inuitabat, quem cum videret omnimode reſiſtentem, ait. Si ipſum Chriſtum, & matrem eius, & Apoſtolos, & ſanctos mecum ſedentes oſtendam, credes? Frater autem cogitans eum phantaſia deludi, & deceptum eſſe, ait. Non immerito credam, ſi verè probaueris, quod promittis. Tunc hæreticus gauiſus, noctem ſtatuit, qua promiſſa compleret. Frater autem ſecreto, & reuerenter corpus Chriſti in pixide ſub caputio ante pectus ſuũ ponens, perrexit deuotè orans Deum ne illi aliqua illuſio præualeret. Cùm autem duxiſſet eum hæreticus ad pedem vicini montis: viderunt ſubito palatium præclare fulgens, & aromatibus redolens, thronos etiam ex auro in circumitu poſitos, in quibus rex fulgore coruſco, circumdatus dealbatorum multitudine, & iuxta eum Regina pulcherrima reſidebat. Hoc vt vidit hæreticus, cadens in faciem adorauit. Frater verò accedés propius extraxit pixidem, & obtulit reginæ in ſolio reſidenti dicens. Si cœli & terræ regina es, ecce filius tuus adora, vt Deum. Statim phantaſia illa omnis euanuit, & tantæ tenebræ factæ ſunt, quòd vix egredi potuerunt, hæreticus igitur conuerſus eſt ad Chriſtum & vna cum fratre dicto fratri Conrado priori prouinciali Teutoniæ narrauit. Qui prædicta fratribus multoties tacitis nominibus perſonarum, & loci enarrauit.

Frater quidã Pariſiẽſis in oratione & lachrymis quaſi continuus, ſtudium, & ſcholas, & ſermones dimiſerat, totus deuotioni intentus, cui diabolus frequenter in figura beatæ virginis apparens reuelabat multa, & eius ſtatum multum laudabat. Cum autem fratri Petro Cremonenſi, priori domus narraſſet, iniunxit ei, quòd ſi rediret, ſpueret in faciem eius, quia ſi eſt inquit beata virgo humilis eſt, & non indignabitur: ſed excuſatam habebis obedientiam tuam. Si verò diabolus eſt ſuperbus eſt, & confuſus recedet. Quod cum frater compleſſet, indignatus diabolus ait. Maledictus tu, & qui te docuit iſta. Et extunc aufugit nunquam ei apparens.

A ## Saraceni mirabilis conuerſio. A.C. 1230.

§. II.

VIR religioſus & verax frater Petrus de Sezaria Gallicus, qui fuit prior & lector in ordine, conuerſionem cuiuſdam Saraceni ſcripſit & retulit in hæc verba. Hic vnus fuit ex his imperatorib. qui Paleologi dicti ſunt.

Tempore (inquit) piiſſimi imperatoris Ioãnes Venetani Conſtantinopolim cum fratribus aliis à domino papa miſſus fuit pro
B ſedanda, ſi fieri poſſet, modernorum cõtradictione Græcorum, quo tempore venit illuc quidam Saracenorum monachus, paternarum ſuarum traditionum vehementiſſimus æmulator virtutibus quidem politicis miro modo extrinſecus adornatus, ſimpliciſſimo aſpectu viliſſimo habitu, modeſto inceſſu, ſermone raro, ſed virtutibus vacuus erat. Cùm ergo colloquerentur in porta, quæreretque eos auertere, & poſt ſe diſcipulos trahere, ego vocatus adueni. Miratus ſum fateor tantam in eo compoſitionem, quantam apud nos in nullo meo iudi-
C cio viderim vnquam. Sed paulò pòſt cum blaſphemaſſet dominum Ieſum Chriſtum, dicens putum hominem eſſe, exhorrui vehementius & fidei gratiam, meritumque plus ſolito ſentiens in meipſo, fratres compeſcui. Et indicto ſilentio, interrogaui Saracenũ, an in lege eorũ eſſet ſcriptũ, vt quicunq; in poteſtate eorũ cõtra Machómetũ diceret, ſine vlla miſericordia decapitaretur. Reſpódit quòd ſic. Et intuli. Et tu igitur à nobis decapitandus es, vel Machometi lex eſt iniuſta, & hoc euidenter oſtendo. Machometi lex iniuſta.
D Nam ſi ille qui coràm Saracenis Machometũ, blaſphemauerit (quem prophetam Dei ſummi aſſeritis, non tamen Deum) iuxta legem occiditur, eodem modo & ille, qui corã Chriſtianis blaſphemauerit Chriſtum, quem non tantum prophetam, ſed & omnium Deum & dominum prophetarum confitemur, iuſta lege immo iuſtiori occideretur ab eis. Legem igitur patere, quam ipſemet tuleris pro tuo Machometo. At ille obmutuit. Tunc ego ſubiunxi, Noli timere non morieris, lex enim Machometi iuſta non eſt. Veruntamen, quia Deum blaſ-
E phemaſti, non impunitus euades. Et cum hoc caſtellano imperatoris mandaſſem, miſit continuo duos de ſuis, quæ blaſphemum duxerũt ad carcerem. Ingreſſus igitur carcerem monachus ille die illa, & ſequenti, non manducauit, neque bibit, ſed ſedit ſuper lapidẽ orans quaſi immobilis, vt teſtati ſunt nobis alij, qui in carcere vincti erant.

Poſt hæc cogitaui ego viſitare illum, & cum ſocio, qui Græcum & Latinũ ſciebat, veni ad carcerem hora diei prima. Inuenimus aũt eum ſuper lapidem illum ſedentem. Sed cum vidit nos, ſurrexit & ait. Audite quæſo ſermones
F meos, & addidit: Priuſquam vos veniretis, obdormiui ſuper lapidem iſtum, & videbar mihi videre abbatem meum partem panis tæterrimi afferentem mihi, deinde vos ſuperuenite panem vnum integrumque, & ſplendidũ afferentes mihi, & inuitare me ad eſum illius. Statimque ego frater Petrus panem vnum integrum & candidũ (quem ignorante ſocio meo mecum detuleram) obtuli, & pauperi, & fame

A.C. 1300.

lico dedi dicens. Ecce veram fecit dominus viſionem tuam, accipe panem hunc, & mãduca. Qui cum accepiſſet, aio ad eum. Interpretationem quoque viſionis veraciter tibi oſtendam. Partem panis teterrimi & fœdi, quam vidiſti quo canes paſci ſolent, ac porcorum tiſſimè noueris eſſe Machometi doctrinam, quam faucibus auidis deuorant homines ferini & fœdi & irrationabiliter contra veritatem latrantes. ex terius tantummodo delectati, ſed corde vacui & inanes propter quod partem illius panis vidiſti in manu tui abbatis, qui tibi hanc doctrinam miſeram propinauit. Porrò panis viuus, & integer & ſplendidus, dominus Ieſus Chriſtus eſt, qui ſuos paſcit & reficit ſcientia & doctrina. Panis inquam, qui de cælo deſcendit, Hic eſt panis ſuperſubſtantialis, ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ Dei, qui ſumitur totus à ſingulis, & integer ſemper manet, quē tu heri blaſphemaſti, quē tamen adorandū & credēdū offerimus tibi. Diſceſſimus ergo his dictis. Poſt non multum de noſtro mandato de carcere dimiſſus, venit ad fratres minores, qui remiſerunt eum ad nos. Edoctus diligenter à fratribus, & per 40. dies in horto domus noſtræ in quadam veteri græcorum eccleſia ſolus commorans, cibo pauciſſimo ſuſtentatus, ſymbolum fidei didicit, & orationem dominicam. Et ex toto corde ad dominum conuerſus, die cõuerſionis B. Pauli baptizatus eſt, & Paulus vocatus, quem multo tempore vidimus domino deuotè & humiliter ſeruientem, qui eſt per omnia benedictus. Amen.

Miracula à diuerſis Prædicatoribus perpetrata.

§. III.

CVM fratres minores de Albia, diu laboraſſent ad quærendam aquam, nec inuenirent, ſuperuenit ſanctus Mauritius, de conuentu Toloſano miſſus ad prædicandum, aruernus natione, nobilis genere, corde humilis habitu vilis, verus paupertatis amator, & contra hæreticos feruens, & efficax prædicator, qui fratrum laboribus compatiens, Deum inuocans oſtendit eis locum dicens, Hic in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti fodite, & inuenietis. Statimq́ue ibi foderunt puteum, qui vſque hodie manat, aquam præbens abundantem, & ſanam.

Frater Galterus quondam prior, & lector in Argentina Teutoniæ, humilis, deuotus miſericors poſtquam capitulum tenuerat ſororibus de Columbaria, quædam officia diuerſis ſororibus iniungebat. Tunc ſoror Cunegũdis, quæ febribus vexabatur, ait illi. Et mihi pater, ꝙ officium datis? Reſpondit. Febres tuę pro officio tibi ſint. Ibi ergo medicinalibus [remediis] vti amplius noluit, dicens, ꝙ officium ſibi iniunctum teneret, donec ab eodem, qui iniunxerat illud abſolueretur, nec credebat, quod interim medicina aliquid prodeſſet. Peractis igitur ſex vel ſeptem ſeptimanis ſecundum ordinationē prior prædictus ad locũ rediens, ſororis illius deuotione audita, & eius miſertus dixit coram multis. Ego in nomine Chriſti ab officio iſta tum febriũ te abſoluo. Quæ ſe humiliter proſtrauit ad terram, & extunc pleniſſimè eſt ſanata. A.C. 1300

Cùm quidam frater Guilielmus Teutoniæ valde religioſus, & magnus animarum zelator ſemel prædicaret, & quidam de turba prædicationem ſuis clamoribus perturbaret, nec eum frater corrigere poſſet, dixit ei omnibus audientibus. Scito pro certo, quòd hoc non tranſibis impune. Qui egreſſus de loco contumaciter, mox amens efficitur, & ab amicis, ne alios lædere poſſet, ligatur. Decem ergo ſeptimanis peractis, dictus frater ad eumdem locũ reuertitur cum fratre Theophilo, qui cum eo fuerat prius. Rogatus ergo ab amicis inſani hominis iniuriam obliuiſci, & dominum pro ipſo præcari, fuſa oratione ſuper ipſum amentem, eum dominus reſtituit priſtinæ ſanitati.

Idem frater Guilielmus ſororem quãdam tertianis febribus laborantem orãdo reſtituit ſanitati, dicens vade, & age gratias Chriſto. Vna domina caſtri cuiuſdam filium morbum caducum habentem a multo tempore adduxit ad fratrem Henricum ſeniorem Teutonicum, rogans, vt pro eo dominum præcaretur, qui victus inſtãtia dominæ, oratione facta coram omnibus, & filio manu impoſita, perfectã ei continuo impetrauit ſanitatem. Idem frater Henricus hoſpitatus apud quamdam matronam, relictam cuiuſdam militis, eiusfiliũ morti proximum, oratione ſua, & ſocij, quem ſecũ cõpulit ad orandũ, de morte reuocauit ad vitã. Henricus epilecticũ ſanat.

Duo fratres Hiſpani miſſi ad prædicandum venerunt ad Mandricum ad ſorores, quibus B. Dominicus dedit habitum ſanctæ religionis. Cùm ergo alter eorum in quadam domuncula de verbo domini proponendo ſororibus cogitaret, gallus quidam ſui cantus frequentia fratris, animum perturbabat. Et licet frater gallum importunè fugaſſet pluries, nihilominus tædiens ſuis eum cantibus tædiabat. Frater igitur motus, arrepto fuſte gallum percuſſit, qui interiit ſtatim. Quod cum idem frater vidiſſet conſiderans leuitatem ſuam, & damnum ſororum, dolens de eo, quod fecerat, accepit mortuum gallum in manibus, & ait. Domine Ieſu Chriſte reſuſcita illum tu, qui eum feciſti, & omnia potes, & per gratiam tuam ego cauebo de cætero ab huiuſmodi leuitate, ſtatimq́ue gallus de manibus eius auolauit in terram, & excuſſis alis cantauit, non tamen importunè, ſicut prius. Hæc frater Ægidius Hiſpanus ſcripſit magiſtro: quæ ab ipſo fratre, cui acciderat hoc audiuit, qui tantam fidem ei adhibuit, eo quòd eſſet frater verax, & bonus.

Capellanus quidam Hiſpanus cum vno oculo penitus nil videret, fidem habuit, quod ſi frater Laurẽtius prædicator manus ſuper eius oculum poneret, ſanaretur. Rogatus ergo frater oculum tetigit, & ſtatim viſum ille recuperauit. Idem frater Laurentius cuidam iuueni, qui rogatus ab eo, nolebat parcere cuidam inimico, dixit. Scio quod impediris à dæmone, quem portas. Quo dicto vir ſanctus receſſit. Et ecce intra triduum eſt à dæmone arreptus corporaliter, & miſerabiliter vexatus. Veniēs ergo ad fratrem Laurentium, & humiliter ei obediens, perfectè curatus eſt.

Fuit

A.C. 1300

Fuit in conuentu Papienſi frater Iſmaraldus,vir religioſus,& feruens , & gratioſus admodum prædicator , per quem Deus multos conuertit,&miracula multa fecit per teſtes ſide dignos probata.Inter quæ claudi quinque greſſus,ſurdi quatuor auditum , muti duo loquelam,cœci tres viſum,tres manus vſum ad tactum eius , & inuocationem nominis Ieſu Chriſti plenè recuperauerunt. Virum quemdã Papienſem qui iam ab omnibus dicebatur defunctus , facto ſigno crucis cum inuocatione nominis Chriſti ſuper eum , multis præſentibus ſuſcitauit.Sex iuuenes in pado flumine periclitatos,inuocatus mirabiliter liberauit. Cũ quædam paralytica comediſſet de reliquiis menſæ eius curata eſt. Hydropicam oſculatus eſt,& illico detumuit.Paralyticum qui per 14. annos iacuerat, ſanitati Chriſto inuocato reſtituit Frater quidam conuerſus,valdè ſpiritualis vidit in viſione(vt ſibi viſum eſt) quod clerus,& populus Papienſis veniebat ad domum fratrum prædicatorum,poſtulantes ſibi vnum fratrem in patrem donari.Quod cum ſupprior ipſi fratri Iſmaraldo tunc priori narraſſet,prævidens ipſe prior ſuum finem adeſſe , ſtatim cecidit ad pedes ſupprioris & ipſi generaliter eſt confeſſus:& poſt paucos dies fœliciter deceſſit.fuit autẽ virgo & carne & corpore. Claruit etiam poſt mortem multis miraculis,quæ infrà ponemus. inf.§.5.

Prædicatorum ordo ab hæreticis multa patitur.

§. IIII.

CVm autem ordo prædicatorum à beato Dominico contra hæreſes , & errores ſpecialiter fuit inſtitutus Toloſæ,ferè quadraginta annis fratres de partibus illis in fame,& ſiti,frigore & nuditate,& in tribulationibus multis certauerunt contra illos,& contra tyrannos,qui hæreticos defendebant tandem à beatæ memoriæ Gregorio papa nono inquiſitio contra dictos hæreticos,& eorũ fautores fratribus pro prouincia eſt cõmiſſa propter quam fratres multis periculis ſeſe expoſuerunt. Nam in Toloſa poſt multas minas principis & ſuorum prohibitum eſt edictum publicum , ne aliquod commercium aliquis haberet cũ fratribus,nec eis aliquid venderet neque daret:ſed ad omnes portas domus fratrum poſiti ſunt cuſtodes,ne victualiũ aliquid inferretur.Cúmque fratres omnes confeſſi, ad martyrium pro fide & obedientia eccleſiæ Romanæ paratos ſe offerrent : etiam cum multo deſiderio expectarent,præcepto principis de ciuitate exire cõpulſi ſunt omnes.Ibant igitur gaudẽtes à cõſpectu concilij,quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu,& Chriſti fide contumeliam pati. Proceſſionaliter autem bini & bini exeuntes alta voce, Credo in vnum Deũ deinde, Salue regina,deuotè decantabant. Act.5.

Eadem fidei cauſa in Narbona domus fratrum eſt fracta,& libri ſacti ab impiis lacerati. In multis etiam aliis locis fratres capti,& ſpoliati ſunt, nec ſine amicorum multitudine inquiſitores audebant procedere.

A Tandem anno domini 1252. nocte aſcenſionis capti ſunt in caſtro Auioneti in diœceſi Toloſana fratres ordinis prædicatorum à papa dati inquiſitores,ſcilicet Guilielmus & Bernardus de Rupe forti,& Garzias de aura,& de ordine minorũ Stephanus, & Reginaldus, & alij,qui cũ eis erant. ſ. archidiaconus Toloſanus,& quidam monachus,cum tribus aliis ſeruientibus , ibi pro fide Chriſti , & obedientia Romanæ eccleſię interfecti ſunt cantando,Te Deum laudamus. Viſum eſt tunc à quadam muliere,& paſtoribus in illa regiõne cœlum B apertum , & ſcalam inde per terram demitti, & multum ſanguinem fundi.Multis quoque aliis viſa eſt cœli apertura cum luce,multi quoque infirmi ſe deuouentes dictis martyribus à variis languoribus ſanati ſunt. A.C. 1300.

Multorum fratrum ordinis prædicatorũ ſanctitas.

C §. V.

FVERVNT inſuper plurimi vltra prænominatos,qui etſi non ſint canonizati fuerunt tamen maximæ ſanctitatis miraculis coruſcantes. Quorum aliquos nominabimus particulariter.Equidem Reimundus , qui fuit tertius generalis ordinis,& compilauit decretales,fuit eximię ſãctitatis,miraculis coruſcãs, in Barchinonenſi conuentu ordinis ſepultus.

Similiter & frater Ioannes de Saxonia, qui poſt eum creatus eſt generalis magiſter, ſanctitate vitæ inſignis fuit.Frater Ambroſius de Senis pro B.ibidem veneratur miraculis clarus. D

In conuentu Meuaniæ prope Fulgineũ requieſcit corpus fratris Iacobi inde oriundi, & cuius corpus integrum vidi deſiccatũ ad modum ſtatuæ ligneæ.His valdè deuotus,& religioſus fuit miraculis glorioſus.

In Foroliuienſi conuentu ſunt duo corpora beatorum fratrum , ſcilicet fratris Marculini inde oriundi,& fratris Iacobi de Venetiis,quę habentur in magno honore propter ſanctimoniam vitæ & miracula.

E In conuentu ſanctæ Mariæ nouellæ Florẽtiæ frater Ioannes de Salerno ſepultus dicti cõuentus fundator.

Magiſter Humbertus in 5. parte libri,qui intitulatur de vita fratrum circa finem refert de pluribus qui claruerunt miraculis poſt mortem.In regno Portugalliæ in cõuentu Conimbrienſi fuit quidam frater Pelagius nomine qui cum diu in prædicationis officio , & confeſſionum audientia fideliter,feruenter,& humiliter laboraſſet, tandem coram poſitis fratribus,& orantibus in domino requieuit.Poſt F tempus aliquod cum fratris cuiuſdam defuncti foſſa iuxta ſuum tumulum fieret,ipſum foſſorem & fratres,qui aderant , odor mirabilis & nebula de tumulo eius egrediens cum ſuauitate reſperſit,qui foſſor reuerſus domum filiam ſuam grauiter infirmam dicto fratri Pelagio deuouens,ipſam ſanam immediatè recepit.Cùm fratres illius loci campanam fieri facerent,& per errorem operatorium huius mul

A. C. 1300. tum cupri, quod erat neceſſarium ad campanam formandam deeſſet, quidam frater facta oratione de terra ſepulchri beati Pelagij miſit in fornacem, & miraculoſe multiplicatū eſt cuprum: ita, vt centum & viginti libræ ſupereſſent: cum tamē tertia pars deficeret prius eius, quod neceſſarium erat. Quinque dæmoniaci ad ſepulchrum eius liberati, cœcus illuminatus, plures à febribus curati ſunt, & inter cæteros duæ Saracenæ inuocato nomine eius.

In eadem Hiſpaniæ prouincia quidam frater Petrus Gonſalui, venerabilis religioſus dicti ordinis, cum tranſiſſet de hoc mundo ad patrem, ſepultus eſt honorificè propter ſanctitatis ſuæ famam, ad cuius ſancti inuocationem multa ſunt ſecuta miracula, vnde reuerendus eius ciuitatis epiſcopus, pluſquā centumoctoginta miracula per diſcretos & fide dignos examinata & teſtes iuratos ſub ſigillo ſuo trāſmiſit capitulo generali Toloſę celebrato: anno domini 1258. Inter quæ fuerūt quinque lepra mundati, dæmoniaci nouem à vexatione liberati, cœci, ſurdi, muti, fiſtulati, gutturnoſi, contracti, febricitantes, & alij à diuerſis languoribus eius meritis curati. Quidam nautæ in mari tempeſtate quaſſati, cum eius ſuffragium inuocaſſent, ſtatim apparuit eis dicens. Ecce adſum, liberans eos. Quædam mulier cum paruulo filio in humeris vecto cum tranſiret in nauicula per magnum fluuium, cecidit cum filio in flumē, quinquies merſa in profundum: Sed inuocato beato Petro ab eo fuit cum puero mirabiliter liberata.

De fratre Mauricio, qui fuerat feruens prædicator, cum diem clauſiſſet extremum vitæ ſuæ in domo fratrum minorum in Albia & honeſtè ſepultus, retulit frater Pontius vir religioſus & verax ordinis minorum, quòd pluſquam quinquaginta infirmi, & febricitantes conualuerunt de infirmitate ad ſepulchrū eius, quod ipſe probarat declarata fide.

Frater quidam Dominicus nomine, miſſus ad prædicandum apud Buſas villam Vaſconię poſt multos labores, quos ſuſtinuit in prædicationibus, & confeſſionum audientia, & regularibus diſciplinis, ibidem in domino obdormiuit in hoſpitali pauperum pauper ipſe ſepultus: ad cuius tumulum multi à diuerſis languoribus reddīti ſoſpitati. Cùm autem ſotulares eius quædam ſoror dicti hoſpitalis dediſſet cuidam peregrino (vt creditur) ſine licentia prioris domus, ipſa nocte apparuit frater in ſōnis dicto peregrino, admonens, vt ſtatim eos reportaret ad hoſpitale, quo facto fratres illius domus diuidentes minutatim ipſos per corrigias infirmis pro benedictione dederunt, qui ex deuotione multis extiterunt cauſa ſanitatis.

Frater Conradus quondam prior Conſtantienſis qui ſe omnibus amabilem præbuerat appoſitus ad patres ſepultus eſt in eccleſia fratrum Mobacti, cuius corpus cum fratres extumularent, vt alibi reconderent; odor ſuauiſſimus de membris eius egrediens, omnes bono odore non ſolum perfudit, ſed ad deuotionem excitauit. Manus etiam tangentium corpus odorem optimum diutius ſeruauerunt. Manus

A etiam cuiuſdam fratris, quæ paralitica erat, ad tactū vnius digiti de reliquiis dicti fratris Conradi mox perfectam recepit ſanitatem. Hic etiam cum adhuc eſſet iuuenis & viuens multa miracula, vt teſtificatum eſt à multis perſonis, per eum dominus fecit. Hic Teutonicus primo anno ſacerdotij ſui fratri Alberto auunculo ſuo narrauit; quòd virgo beata prædixerat ei obitum ſuū, quod euenit, prout prædixit. Et quidam mulier accedens ad ſepulchrum eius ſanata eſt à graui infirmitate. Cuiuſdam fratris Conradi ſiue præfatus fuerat B ſiue alter cum beata oſſa leuata fuiſſent de tumulo, inuentum eſt concreuiſſe, & prominere de oſſe pectoris ſui, vbi frequenter crucem imprimere conſueuerat, crucem quamdam à domino benedictam quæ non eſt dubium, quin manu ſuperioris artificis fuerat formata. A. C. 1300.

Frater Bernardus genere Vaſco verus obediens, & deuotus admodum prædicator, ex hac luce ſubtractus in conuentu Toloſano ſepultus eſt, ad cuius tumulum ſtupenda multa dominus per merita eius operatus eſt. Cœ- *De fratre Bernardo.*
C ci duodecim illuminati ſunt diuerſis temporibus, ſurdi tres auditum recuperarunt, claudi ſeptem rectum conſecuti ſunt greſſum, contracti quatuor ſanati ſunt, & pluſquam triginta alij à variis languoribus liberati ſunt. Cùm filia cuiuſdam ab adſiſtentibus mortua putaretur, & oculos iam clauſiſſet, & pater eius exclamaret cum fletu. O B. Bernarde redde mihi filiam meam, quam Deo deuoui, inuocatus idem puellam ſuſcitauit & ſanam reddidit, & Deo ipſa ſe dedicauit.

Frater Iſmaraldus, prior olim Papienſis, cū D migraſſet ad dominum religioſiſſimæ conuerſationis, miraculis claruit. Duo iuuenes inuocantes eius auxilium de carceribus liberati, & cùm cuſtodes carceris perpendentes inſequerentur, eos capere non valuerunt. Filium cuiuſdam mutum & paralyticum ſanum reddidit. Herinioſum defluentib. inteſtinis inferius curauit. Dæmoniacam à vexatione liberauit, & diuerſis beneficia ſanitatis conceſſit. Hæc omnia Humbertus in dicto libro.

Anno domini 1457. in conuentu Piſtorienſi ſancti Dominici migrauit ad dominum qui E dam venerabilis religioſus, frater Laurentius nomine, Ripafracta caſtro Piſano oriundus, octogenarius & vltra. Hic vir ſimplex, & rectus timens Deum, & recedens à malo, anno ætatis ſuæ vigeſimo vel circa ex Diacono ſæculari ingreſſus eſt ordinem prædicatorum per ſexaginta annos deſudans in Dominica vinea ad excolendum eam. Norma ſanctitatis fuit iſte, ſpeculum pudicitiæ, zelator & obſeruator ad vnguem vitæ regularis, obedientiæ filius, humilitatis alumnus, domino & hominibus dilectus. Nullus in ordine eo pauperior, nullus F tam mūdi contemptor, in diuinis officiis diurnis, pariterque nocturnis ſedulior, aut deuotior, aliis clemens & pius, ſibi auſterus, in aduerſis patientiſſimus, qui & infirmitatē tibiæ vlceroſę per plurimos annos ſuſtinuit aſſiduè. Hic armarium fuit ſacrarum literarum: In prædicatione non curioſus, ſed vtilis, & copioſus

A.C. 1300. In audientia confeſſionum etiam tempore peſtis ita indefeſſe laborioſus, vt nullus ei adæquaretur. Quem enim morbo infectum Piſtorienſium, vel Fabrianenſium, & circumiacentium locorum in confeſſione non audiuit? Demum ad extremum vitæ perueniens, ſumptis deuotè eccleſiaſticis ſacramentis, & exhortatis coram poſitis fratribus in domino obdormuit, ſepultus in eccleſia dicti conuentus, cum veneratione maxima totius cleri & populi. Qui poſt mortem miraculis dicitur clarere. Huius ſanctam conuerſationem in domino familiariter cognoui.

Ant. cũ hoc pio viro eſt conuerſatus.

Glorioſus fratrum obitus.

§. VI.

NARRAT in eodem libro idem Humbertus de multis fratribus: qui in extremo vitæ conſtituti cum tanta deuotione, & cordis iucunditate, & ſuæ ſaluationis ſecuritate, ſpiritus ſuauitate, exhortatione facta ad adſtantes in Deum, multiplici viſione Angelorũ, vel ſanctorum ſui tranſitus præcognitione, & prænunciatione gaudioſa, & aliorũ reuelatione ita ſe habuerunt, vt merito præſumi de eis valeat ad cœlos euolaſſe, & in gloriã tranſiſſe beatorum. Aliquorum verò etſi ſerpens antiquus calcaneum obſeruauerit, vt veneno fraudulentiæ interimeret, transfigurans ſe in angelum lucis, gratia tamen Chriſti illuſtrati ad cognoſcendum fallacia, capite eius contrito ſalui facti ſunt. Nõnulli ob inordinatas affectiones etſi non contra dilectionem Dei, tamen præter ipſam, per ignem purgatorium tranſierunt ad tempus. Et ille quidem propter propinquorum affectioné, alter pro vana gloria vocis in cantando, alter pro curioſitate ædificiorum, quidam pro nimio amore, & tenacitate librorum, quidam pro nimia ſollicitudine quæſtus alius pro auiditate potus vini puri, vt dormire poſſet, vnus pro tarditate confeſſionis, & nõ ſecundum mores fratrum, quidam pro irreuerentia ad prælatos, Alter pro diſtractione negotiorum ſæcularium, & verbis ſolatioſis & leuibus. Quidam pro ingratitudine beneficiorum aliquis etiam pro tarditate executionis teſtamenti in legatis ad pias cauſas, & ideò ab eis cauendum, quæ etſi à nobis non exiſtimantur peccata, à Deo tamen ponderantur, & impunita non tranſeunt.

Et ad hoc facit, quod habetur exemplum in Angliæ prouincia in conuentu Hyberniæ frater quidam iuuenis valdè deuotus in villa, ad quam miſſus extiterat in domo fratrum minorum infirmatus eſt ad mortem, præſentibus tribus fratribus noſtris, & duobus minoribus. Qui manu ſua oculos clauſit, & pleno ore ſubriſit. Cui ſupprior fratrũ adſtans quæſiuit, cur riſiſſet. At ille reſpõdit, Quia modo venit ſanctus Eadymundus, rex noſter & martyr, & ecce tota domus angelis repletur. Et iterum inteſius riſit dicens, Dña noſtra venit ſalutemus eam. Cúmque dixiſſent omnes, Salue regina &c. ait infirmus, O quàm gratioſe acceptauit virgo Maria hanc ſalutationem, & ipſa gaudẽs ſubriſit. Poſt hoc frater infirmus oculos ad oſtium dirigens: vultu in pallorem mutato, ait. Modò domin⁹ Ieſus Chriſtus venit ad iudicandum me. Et factus in agonia tanquam ductus ad iudicium, in omnibus membris prius emortuis tantum intremuit, & tantum ſudauit, quòd ſicut teſtatus eſt prædictus ſupprior qui præſens erat, vix ad tergendum ſudorem illius ſufficeret. Etſi quaſi coram iudice conſtitutus, cum timore diſceptabat, dicens aliquãdo, Verum eſt, aliquando, Non eſt ita, aliquando beatam virginem interpellans, ne diſcederet ab eo, aliquando aduerſarium conſtanter redarguens. O (inquit) inter cætera tu dona mihi bone Ieſu hoc modicum. Cui ſupprior. Quid eſt frater chariſſime? Computantur ne modica peccata inter magna? Heu inquit ita, grauiſſimè gemens. Cùm autem admoneretur à ſuppriore, vt nullo modo diffideret de miſericordia, etiam ſi Angelus de cœlo aliud ſuaderet, quia ſaluator noſter miſericors eſt, reſpondit infirmus vultu exhilarato. Reuera miſericors eſt. Et poſt modicum expirauit de hoſte triumphans.

Quidam alius in Anglia Alanus nomine, ad extrema deductus, cœpit vultu horreſcere & terribiliter clamans ait. Maledicta ſit hora, qua ordinem intraui, & ſubriſit. Et orantib. pro eo adſtantibus paulò pòſt infirmus ſerena facie ſubridens ait. Non ſit maledicta, ſed benedicta hora, qua ordinem intraui, & benedicta ſit beata virgo Maria, quam ſemper dilexi. Fecitque vocari alios fratres, & ait. Vos turbati eſtis de primo verbo meo, ſed ſciatis hanc fuiſſe cauſam. Apparuerũt mihi dæmones terribiles parati ad rapiendum animam meam, propter quod præ timore extra me factus ſic maledixi. et dico vobis, ſi fieret hic ignis ſulphure mixtus, qui vſque ad finem orbis terræ ſe extenderet, & daretur mihi optio, vtrum mallem per medium ignem tranſire, an dæmones iterum in ſimili forma videre, potius eligerem per illum ignem tranſire, tam horribllis eſt eorum aſpectus. Sed poſtmodum ſuperuenit beata Maria, q̃ illos fugauit, & tũc concepta ſpe ſui adiutorij riſi, & ipſam, quæ me liberauit, benedixi. His dictis requieuit in pace. — Alia viſio.

Quantum etiam valeát ſuffragia miſſarum & orationum pro defunctis facta deuotè, patet per hoc exemplum. Cuidam deuotiſſimo noſtri ordinis, qui Iuo dicebatur, natione Brito, in oratione perſiſtenti poſt matutinas eleuatis oculis ad lampadem chori, apparuit vmbra quaſi cuiuſdam fratris in ſordido habitu, & nigro. Cúmque ille quæſiſſet, quis eſſet, reſpondit. Ego ſum frater talis, tibi ſpeciali dilectione adſtrictus, qui nuper obij, & interrogãti dicto Iuoni qualiter ſibi eſſet, reſpõdit. Male, & durè, & in diuerſo pœnarum genere per quindecim annos ſum manſurus. Cúmque ille quæreret, cur tam durè & tandiu deberet illa pœna cruciari, cum vixiſſet tam religioſè, deuotè & feruenter, reſpondit. Non quæras cauſam; quia ſecundum iudicium Dei, quod æquiſſimum eſt, benè merui hanc pœnam, ſed

A.C. 1400. rogo,vt ſubuenias mihi. Qui promiſit pro viribus ſe hoc facturum. Vnde manè ſequenti celebrás pro eo miſſā, peractis omnib. antè ſumptionem Euchariſtiæ, tenens in manu ſacramentum cœpit deuotiſſimè cum multis lachrymis rogare dominum, quaſi ſub his verbis, Domine Ieſu Chriſte, ſi Soldan' Babyloniç & Alapiæ haberet vnum ſclauum, captiuum in carceribus, & camerarius eius, qui die noctuque per plurimos annos fideliter ei deſeruiuit, peteret illum vinctū ſibi donari pro ſeruitio ſuo, certè Soldanus non facile denegaret. Domine non es crudelior Soldano, immo fōs es miſericordię, & clemētiæ, ego camerari' tuus, & ſeruitor per tantum tempus, talis frater captiuus tuus eſt pro defectibus ſuis in carcere purgatorij. Ecce à te peto eum mihi donari. Nunquid domine exaudies me? Cumque pluries dicta verba incalcaſſet cum lachrymis copioſis, miſſam demum compleuit. Nocte ſequenti ipſi oranti apparuit dictus frater in habitu candido, & præclaro. Quem agnoſcens interrogauit qualiter ſe haberet. Qui reſpondit, Benè per gratiam Dei. Petiiſti à domino me tibi donari, & me tibi largitus eſt. Vnde à purgatorio liberatus, accedo ad conſortium beatorum.

Sclauus. i. ſeruus.

De ſummis pontificibus, cardinalibus, & epiſcopis ex ordine prædicatorum electis.

CAP. XI.

Viri dignitate inſignes ex familia Prædicatorū & primo Pō. max.

A DIGNITATE quidem prælationis, vſque ad ſummi apicem ponſicatus aliqui prouecti ſunt, nonnulli ad cardinalatum, cómplures ad epiſcopatus, vel archiepiſcopatus aſſumpti ſunt. Qui etiam fuerint in ipſo ordine generales magiſtri exprimetur. Officium inquiſitionis contra hæreticam prauitatem cōius eſt ipſius ordinis prædicatorum, exceptis quibuſdam Prouinciis, vt Tuſciæ, & in prouincia beati Franciſci, in quibus deputantur de ordine Minorū. Magiſterium ſacri palatij regulariter eſt Prædicatorum, licet aliquando alij ad illud officium ſint aſſumpti. Et primo quidem ex ipſo ordine ad ſummum pontificatum aſſumptus eſt Petrus de Tarētaſia, magiſter in Theologia, vocatus Innocentius 5. qui ſedit anno vno, & menſibus paucis. Secundus ad eamdē dignitatem promotus ex ordine fuit Nicolaus de Taruiſio, infimæ conditionis in ſæculo ſed nobiliſſimus ſcientia & moribus, ita vt miraculis claruiſſe dicatur, ſepultus Peruſij in eccleſia Prædicatorum. Vocatus fuit Benedictus. xj. modico tempore cathedram tenuit, ſcilicet 8. menſibus: & veneno in ficubus recentibus ſibi parato migrauit ad dominum. De hoc Benedicto legi in chronicis ordinis quindecim miracula fidei teſtimonio comprobata, meritis eius facta de diuerſis infirmitatibus, quorum

A infirmorum nomina, & locorum deſcribuntur & infirmitatum, quæ ob breuitatē [a] dimitto. A.C. 1400.

a Qoniam hoc loco hi recenſentur, qui ex Prædicatorum ordine ad ſummum Apoſtolicæ ſedis apicem peruenerunt, non alienum a propoſito eſſe exiſtimo, hic aliquam eximij illius, præclarique Pontificis Pij quinti noſtri ſæculi ſanctiſſimi religioſiſſimique Pontificis mentionē facere. Pauci admodum ex omni Romanorum Pontificum memoria humilioribus initiis, vel breuiore tempore, vel ſi deprauata ſpe B ctes hominum iudicia, alieniore via ad ſummos honores peruenerunt, quàm Pius 5. Pont. Max. quippe qui ſodalis Dominicanus, priuatus, ac pedes in vrbem primum veniēs, intra decimum quintum annū Magiſtratum ſacræ inquiſitionis, epiſcopatum, Cardinalatum & Pontificatum, ſingulari quidem vitæ integritate ac innocentia, ſed pari ſeueritate & vbi religionis ac iuſtitiæ cauſa ageretur: nullam gratiæ vel potentiæ rationem habens, eſt conſecutus. Hic igitur ante Pontificatum Michael Giſlberius dictus, natus eſt Boſchi in oppido agri Alexandrini in Inſubribus, cum in ſacra Prædicatorum familia C pietatem maximam cum eruditione ſingulari coniunxiſſet, Romam veniens A. C. 1551. à Ioanne Petro Carrafa Neapolitano Cardinale Commiſſarius inquiſitionis de collegarum ſententia deligitur. Quem poſtea idem Pontifex maximus renūciatus primum Nepeſinorum ac Sutriorum epiſcopum fecit. Deince Cardinalē tituli S. Sabinæ, ſummúmque Inquiſitorem creauit. Pio 4. deinde pontifice ornatus eſt epiſcopatu montis Regalis, ac priore mutato titulo, altero eſt auctus S. Mariæ ad Mineruam. Demum poſt Pij 4. mortem cum ſedes 129. d. vacaſſet nihil tale cogitans 7. Id. Ianuar. A. C. 1566. Pontifex maximus D eſt declaratus initio Pontificatus omni cogitatione curaque ſtatim incubuit, ad purgandam propagandámque religionē ac reſtituendam vitæ morumque diſciplinam. Nulla à ſacris muneribus & publicis muneribus intermiſſio, vna ei voluptas eſt, cura omnis ac cogitatio de vtilitate ac ſalute communi. Denique vir ſanctus eo nomine etiam & hæreticis admirabilis, & Turcis formidabilis, aduerſus quos fœdere ſacro colligauit Hiſpanos, Venetos Italiæ proceres, equites Melitenſes cæteris Chriſtianis principibus ad hoc fœdus inuitatis multas item Dæmoniacas ſuis precibus à dæmonibus liberauit. Obiit deni E que Pius 5. Calendis Maij A. C. 1572. cum præfuiſſet an. 6. m. 6. d. 25. de quo Onup. M. Antonius Muretus Geneb. Sur. & alij recentes Chronologi.

De Pio 5. Pon. max.

Cardinales eiuſdem ordinis.

§. I.

F CARDINALES ex ordine aſſumpti vſque ad præſens, ſcilicet annum domini 1458. ſunt viginti tres, hi videlicet, primus dominus Hugo de ſancto Caro prouinciæ Franciæ, magiſter in Theologia, tituli ſanctæ Sabinæ, cuius corpus requieſcit in conuentu Vrbeuentano ordinis Prædicatorum.

Hugo cardinalis.

Se-

A.C. 1360. Secundus fuit Dominus Annibal, de pro- cõſulibus Romanorum magiſter in theologia & lector ſeu magiſter ſacri palatij: titu lixij. Apoſtolorum, requieſcit in conuentu Vrbeuentano.

Tertius fuit Petrus de Tarentaſia magiſter in theologia, de prouincia Franciæ tituli epiſcopus Oſtien. qui vt dictum eſt ad papatum aſcendit, requieſcit Romæ in eccleſia Lateranenſi.

Quartus Dominus Robertus epiſcopus Portuenſis, magiſter in theologia, natione Anglicus, requieſcit in conuentu Viterbienſi ordinis Prædicatorum.

Quintus Dominus Latinus de nobili ſtirpe Romanorum, ſcilicet de Frangepanibus, de qua fuit Gregorius magnus, epiſcopus fuit Oſtien. doctor in decretis, multum humilis, & deuotus, miraculis etiam fulgens. Hic legatus in Tuſciam pacem cõpoſuit Florentię inter Guelphos & Gibellinos, requieſcit in conuentu ſãctæ Mariæ ſuper Mineruam Romæ. ꝺ. Latin*.

Sextus fuit Dominus Hugo de Belinciolo: prouinciæ Franciæ magiſter in Theologia, epiſcopus, Oſtienſis, requieſcit in eccleſia Sanctę Sabinæ Romæ.

Septimus fuit Dominus Nicolaus de Taruiſio, poſtea creatus papa, vt dictum eſt, qui prius fuerat generalis magiſter ordinis, epiſcopus Oſtienſis requieſcit in conuentu Peruſino ordinis Prædicatorum.

Octauus Dominus Nicolaus de Prato, prouinciæ Tuſciæ magiſter in theologia, qui prius fuit prouincialis Romanæ prouinciæ, & poſtea epiſcopus Spoletanus, epiſcopus in cardinalatu Oſtienſis. Hic fuit multum prudens & ſagax in agibilibus, & magna fecit, requieſcit in conuentu Auenionenſi.

Nonus Dominus Guilielmus de prouincia Angliæ, magiſter in theologia, tituli ſanctæ Sabinæ, requieſcit in conuentu Londinenſi prouinciæ Angliæ.

Decimus Dominus Gualterus de Anglia, confeſſor illuſtriſſimi regis Anglię Eduardi: tituli ſanctæ Sabinæ, requieſcit in conuentu Genuenſi.

Vndecimus Dominus Theobaldus de prouincia Angliæ magiſter in theologia, tituli ſanctæ Sabinæ.

Duodecimus fuit Dominus Nicolaus de prouincia Franciæ, confeſſor illuſtriſſimi regis Franciæ Philippi, tituli ſancti Euſebij, requieſcit in conuentu Lugdunenſi. ꝺ. Nicola*

Decimus tertius Dominus Guilielmus de Baiona, de prouincia Toloſana, magiſter in theologia, & magiſter ſacri palatij, tituli ſanctæ Cæciliæ, requieſcit in conuentu Montis Peſſulani.

Decimus quartus fuit Dominus Mattheus de Vrſinis, magiſter in theologia, & prior prouincialis Romanæ prouinciæ, Sabinenſis epiſcopus: requieſcit in conuentu ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam.

Decimus quintus fuit Dominus Gerardus, de prouincia Toloſana: hic fuit generalis magiſter ordinis prius, tituli ſanctę ſabinę, requieſcit in conuentu Toloſano.

Decimusſextus fuit Dominus Ioannes de A Morlandinis, de prouincia Toloſana, qui prius fuit generalis magiſter ipſius ordinis, tituli ſanctæ Sabinæ, requieſcit in conuentu Toloſano. A.C. 1360.

Decimus ſeptimus fuit Dominus Nicolaus de prouincia Aragoniæ magiſter in theologia tituli ſancti Xiſti, requieſcit in conuentu Maioricarum.

Decimusoctauus fuit Dominus Guilielmus de prouincia Toloſana, lector ſacri palatij, & epiſcopus Maſſilienſis, & poſt epiſcopus Oſtienſis in cardinalatu.

B Decimusnonus fuit Dominus Philippus, natione Romanus, pœnitentiarius in vrbe, poſtea epiſcopus Tyburtinus, tituli ſanctæ Suſannæ.

Viceſimus fuit frater Nicolaus de Charatiolis, Neapolitanus, magiſter in theologia, & inquiſitor hæreticæ prauitatis, prouinciæ regni tituli ſancti Cypriaci.

Viceſimus primus fuit Dominus Ioannes Dominici, de Florentia, prouinciæ Romanæ eximius prędicator, & prius archiepiſcopus Raguſinus, tituli ſancti Xiſti, requieſcit Budę in prouincia Vngariæ, in conuentu fratrum C ſancti Pauli primi eremitæ, ſed de hoc plenius infra. Inf. 5. 3.

Viceſimusſecundus fuit Dominus Ioannes de caſa noua, prouincię Aragoniæ: magiſter in theologia, & epiſcopus Bonſanus prius tituli ſancti Xiſti: requieſcit in conuentu ſanctę marię nouellæ Florentiæ.

Viceſimus tertius fuit & eſt Dominus Ioannes de turre cremata, prouinciæ Hiſpaniæ, magiſter in theologia, & lector ſacri palatij, tituli ſanctæ Mariæ trans Tiberim, qui ſatis laborauit ad impediendum ſchiſma patratum in conciliabulo Baſilienſi.

D Fuerunt & multi alij ex ordine aſſumpti ad diuerſas dignitates ſcilicet patriarchatus, primatus, archiepiſcopatus, & epiſcopatus in diuerſis ciuitatibus. Frater Guido de Soliacho patriarcha, primaſque Aquitaniæ, archiepiſcopus Bituricenſis; iſta tria ſimul ſunt in illa dignitate Bituricenſi. Frater Laurentius patriarcha Grandenſis, & tres alij fratres ordinis, diuerſis temporibus in illum patriarchatum fuerunt aſſumpti. Frater Thomas Agni, patriarcha Hieroſolymitanus, frater Robertus Anglic* archiepiſcopus Cãtuarienſis & primas Anglię & poſtea cardinalis. Frater Rainaldus archiepiſcopus Armachanus, & primas Hyberniæ. E Et in dicto archiepiſcopatu ſucceſſerunt frater Mattidus, frater Gualterius, frater Iſmaraldus Papienſis patriarcha Antiochenus.

In patriarchatu Hieroſolymitano poſt fratrem Thomam Agni fuerunt poſtmodum frater Nicolaus de Anapiis, & frater Radulphus Gallicus, & frater Petrus de Palude, vt fertur. Frater Ioannes Polo archiepiſcopus Piſanus, quę dignitas eſt etiam primas Sardiniæ & Corſicæ ad quam dignitatem aſſumptus eſt F frater Nicolaus de ſalterellis Florẽtinus, & nulla bona ibi operatus eſt.

Aliqui alij aſſumpti ſunt ad archiepiſcopatum. Frater Raimundus de Medullione aſſumptus eſt ad archiepiſcopatum Ebredunenſem in Prouincia Prouinciæ, frater Rodericus archiepiſcopus Compoſtellanus in

A.C. 1360. prouincia Hiſpaniæ, Petrus de Tarentaſia archiepiſcopus Lugdunenſis in prouincia Franciæ: & hic papa fuit Frater Bonifacius de lauagna archiepiſcopus Rauennas. In Romandiola frater Iacobus de voragine, archiepiſcopus Genuenſis, de cuius ſcriptis in fra dicetur. Frater Conſilium archiepiſcopus Gonſanus. Frater Ioannes de columna archiepiſcopus Meſſanus, cui ſucceſſit frater Rainerius. Frater Stephanus archiepiſcopus Treuchanus. Frater Rodulphus archiepiſcopus Materanus; Frater Diterus frater carnalis regis Alemanniæ Rodulphi, archiepiſcopus Treuerenſis frater Guilielmus archiepiſcopus Dublinenſis in Hybernia, Frater Andreas Vngarus archiepiſcopus Autiliarenſis, qui fuit miſſus ad curiam à rege Vngariæ pro canonizatione Margaritæ filiæ regis Vngariæ, monialis ordinis prædicatorũ, quę ſanctè vixerat in prouincia Vngariæ.

Inf. §. 2.

Frater Ioannes Viſilienſis archiepiſcopus in Daciæ prouincia. Frater Nicolaus de Tyro archiepiſcopus in prouincia terræ ſanctæ, cui ſucceſſit frater Bonacurſius. Frater Iuo archiepiſcopus de Nazaret. Frater Roſtaganus archiepiſcopus Neuporenſis in Achaia in prouincia Græciæ. Frater Petrus de conflicto archiepiſcopus. Tyrenſis Frater Guilielmus archiepiſcopus Corinthi, cui ſucceſſit frater Matthæus de Conſtino. Frater Iſuardus archiepiſcopus Thebanus. Frater Nicolaus de ſez.., archiepiſcopus de zara. Frater A[illegible] archiepiſcopus Tretenſis. Frater Andreas Græcus archiepiſcopus Colloſſenſis.

Epiſcopi eiuſdem ordinis.

Multi alij fuerunt epiſcopi in diuerſis prouinciis etiam ciuitatum notabilium, è quibus paucos nominabimus. Frater Raimundus de falgaino, epiſcopus Toloſanus. Frater Andreas Valentinus, epiſcopus Valentin[illegible] in Aragonia. Frater Berengarius epiſcopus Gerundenſis, Barchinonenſis, & Hylardenſis epiſcopi fuerunt eo tempore fratres ordinis prædicatorũ Frater Gregorius, Florentinus, epiſcopus Rauẽtinus. Frater Vgolinus & frater Laurentius & frater Hieronymus epiſcopi ſucceſſiuè Arimini, ac etiam quidam frater Ambroſius. Frater Euerardus epiſcopus Brixienſis, & frater Guala ibidem. Frater Iacobus de ſcambio epiſcopus Bononienſis, ac etiam poſtea frater Iordanes de Roma. Frater Robertus Bononienſis epiſcopus Caſtellanus, id eſt, in Venetiis, & frater Galterus, poſtea frater Raimundus Laudẽſis epiſcopus. Frater Petrus Placentinus, epiſcopus Bobienſis. Agniſius epiſcopus Bergomenſis, & Ribuldus Vngarus epiſcopus ibidẽ, frater Iacobus epiſcopus Mãtuanus, & frater Matthæus epiſcopus Mantuanus. Frater Guido epiſcopus Ferrarienſis. Frater Bartholomæus epiſcopus Vincetinus. Frater Aldebrandinus Florentinus, epiſcopus Vrbeuentanus. Frater Petrus Lucanus, epiſcopus Lucanus. Leonardus Romanus, epiſcopus Aquilanus. Frater Albertus magnus Teutonicus, epiſcopus Ratiſponẽſis. Frater Clemens epiſcopus in Scotia. Frater Narua epiſcopus Bergenſis in Daciа. Frater Iaguardus epiſcopus Bethleemitanus cum tribus aliis ſucceſſiuè. Frater Ioannes Benedicti Venetus, epiſcopus Taruiſinus, & Frater Thomas Barratte, Venetus, epiſcopus Rachanaten. translatus in Vrbinatẽ & poſtea in Tergurienſem. Frater Iacobus Peruſinus epiſcopus. Frater Angelus de Acciaolis, epiſcopus Florentinus, tũc enim erat ſedes epiſcopalis, quę poſtmodum per Martinum. v. reducta eſt in ſedem metropolitanam ſeu archiepiſcopalem, habẽs duos ſuffraganeos, ſcilicet epiſcopum Piſtorienſem, & epiſcopum Fæſulanum. Frater Iacobus de Altouitis magiſter in theologia, epiſcopus Fæſulanus. Frater Vbertinus de albiciis Florentinus, epiſcopus Piſtorienſis. Et poſtquam eccleſia Florentina facta eſt ſedes archiepiſcopalis, fuit in ea vnus frater [a] Florentinus. A.C. 1360.

Fuerunt quoque & alij quinquaginta, vel circa in diuerſis ſedibus epiſcopalib[us] in variis prouinciis quorũ nomina ob breuitatẽ dimitto, vt dioceſes, in quibus præfuerunt. Hæc omnia ſunt tranſſumpta ex chronico ordinis, quod habetur Bononiæ à diu factum: vnde & multi poſtea aſſumpti ad epiſcopales dignitates, qui ibi non deſcribuntur. Vbi etiã ponũtur aliqui qui iam aſſumpti renunciauerunt, Inter quos fuerũt frater Ioãnes Teutonicus, qui dimiſit epiſcopatum Boſſunenſem & reuerſus ad ordinẽ factus fuit magiſter ordinis quart[us]. Frater etiã Albertus magnus, qui renunciauit Ratiſponẽſi epiſcopatui. Frater Humbertus Gallicus epiſcopatum Ciſtaricenſem dimiſit. Quatuor alij ſolennes viri epiſcopi, in magnis vrbibus in habitu clericatus ſæcularis, ſuſceperunt habitum ordinis. Alij nouẽ numero magnas dignitates ſibi oblatas epiſcopatus & archiepiſcopatus omnino renuerunt. Quorũ primus fuit beatus pater Dominic[us] & beat[us] Thomas de Aquino, & Raimundus tertius magiſter ordinis, & Humbertus quintus magiſter ordinis, & beatus Ambroſius de Senis.

a *Hic frater eſt D. ipſe Antoninus archiepiſcopus Florentinus mortuo Bartholomeo Zabarella ab Eugenio 4. creatus. vide eiuſdem vitam tom. 3. Surij.*

Viri ſcriptis celebres eiuſdem ordinis.

§. II.

Fvervnt & aliqui fratres ordinis ſiue nominati in dignitatibus prædictis, ſiue etiam ſine illis, qui fuerunt inſignes & famoſi per orbẽ in ſciẽtia, & doctrina prædicationis, diſputationis, & lecturę. Quorũ plurimi abſq; editione librorum claruerunt verbo. Alij etiã opera plura dimiſerunt in ſcriptis ſatis diffuſa, & in diuerſis ſcientiis, & materiis, quæ teſtimonium perhibent ſapientiæ eorũ & multũ ſunt vtilia legentibus ea. Et de iis hic fit mentio, de quibus memoriæ occurrunt, non de omnibus. Et quia de libris editis à beato Thoma. S. in primo titulo huius tertiæ partis hiſtoriali fit mentio, ideo de eis hic taceo.

Primus igitur ex nominandis fuit Hugo cardinalis primus ordinis. Hic poſtillauit tota Biblia. Sed ſpeciale opus fecit, & valde prolixum ſuper totum pſalterium, multiplices ponens expoſitiones, & multas diſtinctiones ad prædicandum aptas.

Poſt

A.C. 1360.

Poſt hunc fuit Albertus magnus Teutonicus, qui ſcripſit egregie in logicalibus, & Philoſophia præcipuè naturali ſuper omnes alios. Hic etiam ſcripta edidit ſuper librum ſententiarum. Qui etiam fecit librum ſeu tractatum prolixum de quatuor coæquæuis. Itẽ de proprietatibus rerũ. Item ſuper Lucã multum diffuſè ſcripſit. Item ſuper Miſſus, eſt librum ſpecialem edidit in laudem virginis glorioſę. Item librum de miſſa.

Petrus de Tarentaſia, quia fuit Papa Innocentius vt ſupra patet, ſcripſit ſuper ſententias abbreuiator, b. Thomæ. Scripſit etiam ſuper epiſtolas Pauli egregiè cum diſtinctionibus ſeptimembribus, vt plurimum in qualibet lectione, quæ valent ad materiam prędicandi.

Durandi & Durandelli ſcripta. Durandus magiſter ſuper ſententias ſcripſit qui prius fuit ſectator doctrinę ſancti Thomę, ſed poſtea ſatis impugnator, neſcio quo ſpiritu ductus. Sed quidam ordinis eiuſdem, Durandellus vocatus, nepos vt dicitur eius, ſcripſit libellum, contra eum, in quo refellit impugnationes, quas ille fecit contra dicta eius efficacibus rationibus, & incipit tractatus ille, Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Hæc feciſti, & tacui: Exiſtimaſti iniquè, quod ero tui ſimilis, arguam te & ſtatuam contra faciem tuam.

Pſal. 49.

Petrus Paludanus laudatur. Frater Petrus de Palude, Gallicus, eximius magiſter in theologia, & multum peritus in iure, ſcripſit ſuper librum ſententiarum, & copioſè ex ſententiis modernorum multa recolligens, declarator & defenſor doctrinę b. Thomæ. Credo quantum ad quartum librum ſuper ſententiam, nullum ſcriptum reperiri, qđ ita deſcendat ad practicam caſuum, & ita particulariter & materias, & multiplicet ſicut illud Dicitur etiam quòd ſcripſeſit, ſuper totam bibliam ſecundum multiplicem expoſitionem.

In moralibus pertinentibus ad caſus conſcientię delucidandos, Raimundus, qui & decretales compilauit, ad requiſitionem Gregorij. ix. fuit quaſi primus, qui compoſuit ſummã in foro conſcientiæ, qui tunc multum fuit in vſu, & dicitur Raimundina.

Poſt eum frater Ioannes Teutonicus: qui compilauit aliam ſummam de caſibus cõſciẽtiæ prolixiorem, & vtiliorem. Nam recollegit ibi ſententias circa materias, de quibus inquirit. Procedit enim per modum quæſtionis, & reſpondet ſine argumentis ſecundũ dicta ſancti Thomæ in ſumma, & in quarto ſententiarũ, ac aliquando etiam ſecundum Petrum de Tarentaſia. Ponit etiam ſententias Raimundi & gloſſæ eius: & Inno. & Oſtien. & aliorum. Tenet autem ordinem procedendi ſecundum Raimundum & dicitur Ioannina, vel ſumma confeſſorum.

Summa piſanella. Poſt hæc frater Bartolomæus Piſanus edidit ſummam, quæ dicitur Piſanella, ſeu maeſtrutia, eaſdem materias tangens, quas & ſumma confeſſorum, ſed breuius & per alium ordinẽ ſcilicet per alphabetum, vt citius inueniantur materiæ in inquirendo. Addidit etiam quę habentur ordinata in vi. & in clemen. qui libri nondum erant editi, quando compilata fuit ſumma confeſſorum. Sed ad eam poſtea additæ ſunt conſtitutiones ſexti.

A.C. 1360. Pantheologia Rainerij.

A Frater Rainerius Piſanus poſt hos fecit ſummã magnam nominatã Pãtheologiã diſtinctã in duas partes, procedentem in materiis ſecũdum ordinem alphabeti, qua non ſolũ tractat de caſibus conſcientiæ, ſed etiam de omni materia prædicabili, & per modum prædicalem.

In materia hiſtoriarum frater Vincen. Beluacenſis Burgundus & Gallicus compilauit quatuor ſummas prolixas, quas nuncupauit ſpecula. Vnum dicitur naturale tractans de naturis rerum. Aliud morale, tractans de vitiis & B virtutibus, aptum ad prædicandum. Tertium doctrinale agens de diuerſis doctrinis ſeu ſciẽtiis. Quartũ dicitur hiſtoriale, quod totũ dedit diſtinctum in plures libros propter magnitudinem operis, in quo tractat de geſtis ab initio mundi vſque ad tempora ſua: videlicet annũ Domini. 1240. vel circa per reges & principes tam Iudæorum, de quibus in veteri teſtamẽto habetur, quam etiam aliarũ nationum & præcipuè Romanorum, de Domino noſtro Ieſu Chriſto, de ſummis pontificibus, & imperatoribus in nouo teſtamento, de martyribus, & C aliis ſanctis & doctoribus, & ſapientibus mundi & eorum dictis notabilioribus, tam catholicorum quam gentilium.

Poſt eum ſcripſit hiſtorias frater Ioãnes de columna Romanus, ab initio mundi vſque ad tempus ſuum, non multo tamen poſt eum: ab breuiauit autem addens ad geſta principũ & imperatorum & dicitur mare hiſtoriarum.

Frater Martinus autem pœnitentiarius in curia, chronicum fecit breue principaliter tractans de pontificibus ſummis, & imperatoribus inchoans à conditione Romæ. Frater Ia- D cobus de voragine legendas ſcripſit ſanctorũ noui teſtamenti de quibus eccleſia ſolẽnizat.

Frater Petrus de clauſia, qui dicitur ſcalo & ipſe compilauit legendas ſanctorum multum diffuſe, de multis ſanctis referens, de quibus Iacobus non fecit mentionem.

Scriptores diuerſorum facultatum. Fuerunt & alij ſcriptores in diuerſis materiis. Frater Gradeus in logicalibus & aliis, qui etiam ſummam fecit totius logicæ: Frater & magiſter Heruæus ſubtiliſſimus in logica, & philoſophia. Frater Hubertinus Florentinus epiſcopus Piſtorienſis ſuper metaphyſicam. E In grammaticalibus catholicon, cuius libri authoris nomen ignoro. Dicitur fuiſſe conuerſus, & Genuenſis & quod frater fuerit ordinis prædicatorum certum eſt. Super Boetij libros de philoſophica conſolatione melius ſcriptum non reperitur, quam fratris Nicolai de traiecto dicti ordinis.

Sermones prædicabiles multi ediderunt ſolennes ipſius ordinis, & primo Guilielmus peralt Gallicus. Hic edidit ſummam de vitiis & virtutibus, prædicatoribus vtilem, multoſque ſermones de epiſtolis & euangeliis dominica F libus per totum annum, & librum de eruditione religioſorum.

Hunc ſecutus frater Iacobus de voragine archiepiſcopus Genuenſis ampliauit. Nam dominicales ſermones per totum annũ ſuper euãgelia fecit in ſingulis dominicis eos triplicando. Quadrageſimale quoque addidit per ſingulos dies, feſtiuos quoque quã plurimos, cõpoſuit de omnibus quos ſolẽnizat eccleſia.

Ma-

A C. 1360. Mariale addidit per alphabetum, ſermones ſcripſit in laudem virginis.

Hunc imitatus frater Ioannes de ſancto Geminiano, & de Dominicis, & de feſtis & de mortuis, ideſt ad prædicandū ad funera multū magiſtrales ſermones, & quadrageſimales cōpoſuit, librum, de ſimilitudinibus rerum, naturalia ad moralia per expoſitionem reducendo. Plurimi alij ſermones prædicabiles ediderūt.

Humberti ſcripta. Magiſter quoque & frater Hubertus plures libros ſcripſit circa vitam religioſorum, valde vtiles. Et primo expoſuit de verbo ad verbum regulam b. Auguſtini in magno volumine, librum quoque de officiis ordinis prędicatorū, librum etiam ad faciēdum collationes breues ad omnes ſtatus, & omnem pene actum ſolennem, & librum de vita fratrum. Multa alia opera edita ſunt à multis, quæ hic ſcripta non ſunt. Librum concordantiarum, valde neceſſarium ad inueniendum, (ſubito quotationes capitulorum, circa authoritates ſcripturę ſanctę, non autem ad generandū ſcientiā, à fratribus ordinis cōpilatū fuiſſe nō dubitatur, ſed à quo non clare inuenitur. Dicitur à quibuſdā fuiſſe cōmiſſum opus pluribus patribus in diuerſis prouinciis, vt vnus faceret vnam literam, alius aliam, quia per alphabetum eſt liber ille ordinatus ad citius inueniendum.

Liber cōcordantiarū à quibus edit.

a *Hugonē Carrenſem, de quo in principio huius §. dictum Concordantias primum adinueniſſe, ſcripſit D. Ant. in ti. 19. ca. 5. §. 2. hoc autem opus laborioſiſſimum ſine ac immenſi tadij ac temporis opus, ſed ſacrorum voluminum ſtudioſis maxime neceſſarium cum vnius hominis vita ad id peragendum vix ſatis eſſe poſſit Hugone Carrenſi & Chunrado Aberſtadio monacho auctoribus, à quingentis diuerſorum cœnobiorum monachis ea ratione eſt collectum, vt ſinguli ſingulas dictiones in Alphabeticas claſſes redigerent, & libros & capitula, & capitulorum quoque lineas, in quibus quæcunque dictio quæ ita dictioni concordans & ſimilis haberetur annotarent. Quod poſtea tam a Græcis quam ab Hebreis diligentiſſime inuitatum vidimus opera R. Iſaac Nathan Iudæi & Eutalij Rhodij monachi quorum ille Hebraicas biblia Concordantias, Hic Græcas collegit. Sixtus Sen. lib. 3. & 4. Biblioth.*

Fratris Ioannis Dominici commēdatio, de quo ſup. tit. 22. cap. 5. & 6. vide etiam Six. Sen. in Biblia, & D. Anton. vita.

§. III.

INGRATITVDINIS argui poſſem: ſi oblitus inuenirer illius magnifici, & per omnia laudabilis viri, qui me ſuæ doctrina prædicationis ad religionem, de qua ſermo extat, attraxit, Dominum dico fratrem, Ioannē Dominici de Florentia, cardinalem Raguſinum, qui vltra dignitatem eximiam in ecclesia Dei ſcientiæ, & ſapiētię ſermone, ac morū ſanctitate effulſit.

A Hic in adoleſcentia ſua decimum octauum ætatis ſuæ agens annum, vel circa ordinem ingreſſus eſt fratrum prędicatorum literarum ignarus, ſed egregiæ indolis, qui otia horrens, totum ſe ſtudio lectionum tradidit, ſomni tēpus vigiliis occupando. Et quia memoriæ erat tenaciſſimæ, vt nil obliuiſceretur apprehēſum, & perſpicacis ingenij, tempore breuiori doctiſſimus in logica, philoſophia, & theologia euaſit, nec etiam expers iuris canonici, & matheſeos. Qui tamen ſub iureiurando teſtatur in libro, quem noctis luculam appellauit, ad Collucium cancellarium Florentinum directum, ſe in nulla ſcientia habuiſſe doctorem vnde quaſi alter Auguſtinus per ſe omnia didicit, & intellexit, quæ legere potuit. Opera eius proteſtātur ſcientiam eius. A.C. 1400.

B

Scripſit enim ſuper Eccleſiaſten egregiè & diffuſè per modum lectionum, quas Venetiis lector exiſtens publicè ciuibus legit. ſuper Cantici Canticorū, quoque primū & ſecundū capitulum per modum etiam lectionum. Diffuſe ſuper Matthęū vſque ad c. xix. Super Magnificat non breui ſermone commenta fecit. Itinerarium inſuper in pſalmos & cātica cāticorum, in quo ſatis deuoti ſunt ſermones. Edidit & Luculam noctis, in quo libello nec tamen modico Chriſticolas contra inuehitur de diuino cultu neglecto & ſtudio literarum gentilium, vt pene contemnant diuina oracula & eccleſiaſticos libros. Vt etiam illiteratis doctrinam ſpiritualem relinqueret librum in vulgari venuſto compoſuit ſtylo, quem Amorem caritatis intitulauit, exponens illud capitulū. Si linguis hominū loquar, & angelorum j. Cor. xiij. per modū ſermonū numero xliiij. ſi bene recolo, nec ſimile in vulgari reperitur.

C

D

Prædicauit eximiè quadrageſimis multis, Venetiis, Florentiæ maxime, & in aliis ciuitatibus de diuerſis materiis. Et inter alia vna quadrageſima Florentiæ in eccleſia cathedrali omnes regulas iuris, quæ habentur in lib. vj. bis dietim prædicauit cum magno concurſu audientium, vnam de mane, aliam de ſero, proponendo cum themate euangelij vel epiſtolæ concurrentis admirantibus cunctis. Vnum ſolum quadrageſimale vidi eius recollectum, vbi cum themate occurrēti proponebat verſus pſalmorū vnum vel duos incipiendo à capite pſalterij. Beatus vir. Incipeindo in ſeptuageſima, & continuando verſus ſequentes, terminauit in tertia feria paſchę Pſal. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quę eſt Pſal. ix. diuiſiones formando ſuper dictos verſus magiſtrales, & euangelia ibi includendo. Et in ipſa eadem quadrageſima legit publice de ſero epiſtolam Pauli ad Romanos, quæ fuit aliqualiter recollecta. Eius cōciones.

E

Exhibebat autem in materia, & modo euangelizandi magnam grauitatem, & quaſi maieſtatem, Vox eius ſonora quaſi tuba, nec extollebat eam nec ſupprimebat, ſed valde imprimebat, non ſolum apte docens, & delectans, ſed & flectens, corda etiam obdurata emolliens. Rariſſime allegabat poetas, vel philoſophos, cum tamen dogmata eorum in mente haberet, vt patet in opuſculis eius nec ſententias eorum, ſacra pagina erat teſtimonium

ſuæ

A.C. 1400. ſuæ doctrinæ, quam nouis, & miris expoſitionibus decorabat.

Vitiorum rigidus, ſed honeſtus obiurgator. Deuotus, & feruens quotidie celebrabat. Humilis in habitu, inceſſu grauis, ſtatura magnus, aſpectu gratioſus, pauperibus & ignobilibus affabilis, mediocribus communis, magnatibus reuerendus, conſilio magnus ad omnē materiam, facie iucundus, & cum grauitate pudiciſſimus, & circumſpectus, ita vt nunquā ſiniſtra opinio vel ſuſpicio de eo oriretur in hominibus. Nec ſolum ſimplex, vt nemini machinaretur dolos, vel hypocriſim oſtētaret, ſed & rectus, & aliorum non ſupplantaretur inſidiis. Tantus paupertatis amator, vt non ſolum argentū, & aurū ei deeſſet etiam in via, aut in veſtimentis duplicatis, ſed nec libros ad legendum, & prædicandum, nec bibliam poſſideret. In abſtinentia cib., & potus auſterus ſibi, & in vigiliis nimius, vt in ſomneitatem aliquando incurreret periculoſe, ſingularitates euitans, zelator religionis etiam in ceremonialibus. In laboribus plurimis indefeſſus, in legendo aliis, in prædicando populis, in audiendis confeſſionibus.

Virtutū eius catalogus.

B

C

Ordinis prędicatorū reformator.

Hic Ioannes fuit ille primus ſuſcitator obſeruantiæ regularis in Italia, quæ iam collapſa erat in ordine prædicatorum, eam inchoans in conuentu ſancti Dominici Venetō, cum quibuſdam ſibi in ſancto propoſito adhærentibus. Cuius odor vitæ adeo diffuſus eſt per orbem, vt in proceſſu temporis multiplicati ſint conuentus, & reformati ad vitam regularem complures in prouincia Romana, & Longobardiæ ſuperioris, & inferioris, & in regno Siciliæ. Conuentus quoque ſancti Dominici in diœceſi Fęſulana prope Florentiam ab ipſo à fundamentis ędificatus eſt. Complementum tamen beneficij illius habuit ex legato ſex millium floren. facto per nobilem virum, Barnabam de aleis mercatorem. Monaſteriū quoque monialium ipſius ordinis in ciuitate Venetiarum conſtitui fecit, in quo degunt ſancti moniales in copioſo numero religioſē domino ſeruientes, & intitulatur monaſterium corporis Chriſti.

D

Poſtquam autem in ordine plurimum deſudauit cum multo fructu animarum, diſpoſuit diuina prouidentia, vt maiorē ſibi coronā pararet, & virtus eius magis orbi innoteſceret, eum ad altiorē gradum perducere, vt vniuerſali eccleſiæ efficaci' prodeſſet, vnde defuncto Innocē. papa. vij. Dominiū Florentinū deſtinauit eum ad curiam, vt futuro pontificij ſuaderet vnionem eccleſiæ faciendam. Quo cum applicuiſſet, electo Domino Angelo coriario Veneto in pontificē, & Gregorio duodecimo vocato, ſermonem fecit coram eo in publico cōſiſtorio, ad vnionē exhortans, & ciuitates quaſlibet offerens cōmunicari ſubiectas ex parte eius pro loco ad id efficiendum conuenienti. Expleto ſermone cunctis gratiſſimo, Gregorius qui eius & prudentiam & vitæ ſanctitatē, Venetiis nouerat, vt angelum Dei ſibi deſtinatum ad tantum opus ſuſcepit, nec licentiam ad ordinē redeundi cōcedere voluit, ſed nō ſe ingerentem vel ambientē ad ſuſcipiendū archiepiſcoparum Raguſinū coegit, poſtea etiā

E

F

A cum ad cardinalatum exaltans.

A.C. 1400.

In quo plurimos labores & perſecutiones ſuſtinuit, factus in deriſum, populo Florētino, cui prius fuerat acceptiſſimus, quia noluit acquieſcere iniuſtitiæ quorundam ſatrapatū nō ſincere vnionem tractantium. Hic ſua prudentia, & virtute ſuſtentauit curiam Gregorij, quę cum eſſet Caietę, & ille Ladiſlaus rex Apuliæ ſine cauſa rationali ſubtraxiſſet obedientiam à Gregorio ipſo, Dominus Ioannes præfatus acceſſit ad imperatorem Sigiſmundum in habitu transformato cū paucis tanquā plebanus: & cum eo tractauit modū ad vnionem efficiendam, quæ demum ſecuta eſt, cuius non modica cauſa ipſe fuit. Pius autem Gregorius ipſum ſecutus Arigolium, vbi cōcilium generale celebrandū per ipſum Gregoriū fieri debebat, cum ibi eſſet, dicitur veneno potionatus ab vno ex familiaribus. Nec tamen eum extinxit, ſed vim eius natura cum Dei gratia ſuperauit, ipſi tamen pellem vetuſtam, excoriatus, vt ſerpens, dimittere fecit. Et quia pro ætate decrepita Gregorius Conſtantiam male conferre ſe poterat Arimini reſidens deſtinauit legatum vice ſua Gregorius ipſe venerandum cardinalem Ioannem Dominici.

Archiepiſcopus Raguſinus & Cardinalis creatur

Peracto concilio, etiā vnione ſecuta in ipſo Martino. v. ibi canonice in papam, electo & coronato, ad requiſitionem Domini imperatoris Sigiſmundi miſſus eſt legatus in Bohemiā ad extinguendam hæreſim exortā Bohemorū. Qui profectus illuc cum vidiſſet gentem illā obduratam in ea hæreſi, nec verbis poſſe reduci, conſuluit imperatori, vt populos illos gladio exponeret, cum adhuc debiles eſſent in potentia, ne forte multiplicati poſtea domari nō poſſent. Durus viſus eſt imperatori ſermo iſte, & carnaliter compatiens corporibus eorum, ne occiderentur, & regnum eius deſolaretur, non acquieuit, forte ſperans per alium modū ab erroribus reuocandos. Pergens igitur Ioannes Dominici in ciuitatem Vngariæ Budam, infirmatus grauiter ſpiritum ſuum Domino cōmendans, ad cœlos migrauit ſepultus in monaſterio fratrum ſancti Pauli primi eremitæ cū honore decenti, vbi dicitur miraculis clarere, obiit autem anno Domini. 1408. ætatis ſuæ, lxiij. cardinalatus vero ſui anno. xij. vel circa. Fuerunt & pluſimi in ipſo ordine doctiſſimi & prędicatores, qui tamen nō ediderūt libros.

Mittitur in Bohemiam.

De magiſtris generalibus ordinis, nominatim expreſſis.

CAP. XII.

FVERVNT autem in ordine generales magiſtri numero (vt apparet ex chronicis ordinis) vigintinouem viri ſatis eruditi, & vitæ exēplaris. Quorum primus & inſtitutor ipſius ordinis fuit b. Dominicus. Primi fratres, qui ei adhæſerunt ſub diſciplina eius vna cū eo eligentes profiteri ſecundū regulam beati Auguſtini & quaſdā cōſtitutiones ſuperadditas, fuerunt frater Matthęus Gallic', vir doct'. Hic fuit primus & vltim' abbas in ordine, nā ſtatuit ordo præ

A.C. 1360. prælatos in eo vocari priores, non abbates, Frater Bertrandus de prouincia Prouinciæ, Frater Petrus celani, & frater Thomas ambo ciues Tholoſani. Frater Mames multum contemplatiuus. Frater Michael, & frater Dominicus alius à ſancto Dominico, & hi tres Hiſpani. Frater Ioannes de Nauarra Longobardus, Frater Laurentius Anglicus, Frater Stephanus Metenſis, Frater Guilielmus clareti Appamienſis Frater Petrus madricenſis. Frater Gnomettius, & frater Michael alius, Frater Odorius conuerſus.

D. Dominicus primus ordinis venetalis magiſter. A.C. 1216. Confirmatus autem fuit dictus ordo ſecundum talem profeſſionem ab Honorio. iij. anno Domini. 1216. Poſt quæ celebrauit beatus Dominicus duo capitula generalia Bononiæ, & ex dictis fratribus aliquos miſit Pariſios, alios in Hiſpaniam, alios Bononiam. Qui in breui multiplicati ſunt valde. Obiit autem bea. Dominicus anno 1221. octauo idus Auguſti, de cuius ſanctitate & miraculis dictum eſt ſuprà diffuſè.

ſup. c. 4. Secundus magiſter ordinis fuit, & dignus ſucceſſor beati Dominici, frater Iordanes Teutonicus, tunc prouincialis Longobardiæ, qui licet vix duobus annis fuiſſet in ordine, tamen propter vitæ eius prohibitatem, & doctrinam in tertio capitulo generali Pariſiis celebrato fuit canonicè electus in generalem magiſtrum. Cuius tempore mirabiliter ordo numero, & merito e dilatatus in prouinciis, cõuentibus, & fratribus, adeo vt mille fratres & vltra (vt habetur in chronicis) manu ſua recepiſſet ad habitum. Optimè hic rexit ordinem, & ſolertiſſimè gubernauit, nõ tamẽ dimittẽdo officium prædicationis. Duo capitula generaliſſima celebrauit vltra annua, generalia. Sub eo fratres ad legẽdum Pariſiis primo licentiati fuerunt, & duas ſcholas habuerunt. Annis fere quindecim generalis fuit. Et pergens ad terram ſanctam cauſa viſitationis, in mari ex tempeſtate naui eorum ſubmerſa tranſiuit ad terram viuentium. Corpus autem eius ad littus iactatum, recollectum honorificè ſepultum eſt, de eius vita & miraculis habetur in lib. de vitis fratrum.

Tertius magiſter ordinis fuit frater Raimũdus de penna forti, Cathalanus natione. Hic enim congregatis patribus in capitulo generali Bononiæ canonicè fuit electus. Et quia præſens non erat ſolemnes fratres prouinciales, priores vt Hugonem, qui poſtea fuit cardinalis: & alios, ad eum miſerunt Barchinonam, ad præſentandum ei electionem, & ſuadendum acceptionem. Hic rexerat Bononiæ in iure canonico, & decretales compilauerat ad mandatum Gregorij noni. Ipſe ordinis conſtitutiones redegit ad vnum volumen, prout nunc ſunt, qui prius erant diſperſæ & confuſæ, zelum religionis habebat in obſeruantia cerimoniarum. Hic poſtquam per biẽniũ, ordinem rexerat, debilitate corporis grauatus, ad ſui magnã inſtantiam admiſſus fuit ad ceſſionem magiſterij. Ex qua ceſſionis admiſſione ſecuta eſt tanta turbatio, quod ſtatutum fuit, vt ceſſio magiſtri non admitteretur, niſi propter impedimentũ perpetuũ. Superuixit autem annis triginta quinque poſt ceſſionem humilitatis eximiæ, & magnæ ſanctitatis & in conuentu Barchinonenſi infirmatus, in Domino requieuit, vbi & miraculis claruit.

Ioan nes Teutonicus generalis A.C. 1241. Quartus magiſter ordinis ſucceſſor Raimũdi fuit frater Ioannes Teutonicus, qui prius fuerat epiſcopus Boſſimenſis in Vngaria, ſed ceſſionem epiſcopatus petens, & obtinens, ad ordinem reuerſus factus eſt prior prouincialis Longobardiæ, & inde electus in generalem magiſtrum in capitulo generali Pari ſiis celebrato. Quem renitentem, & ſe pontificali exemptione defendentem, bulla domini papę Gregorij ſtatim deducta in medium compulit eum ad acceptandũ officium. Cõtinebat enim quod hoc ipſo, quo ab onere epiſcopali abſoluerat obedientia ordinis, officiis, & laboribus ſupponebat. Hic fuit bonitate conſpicuus, aſpectu & affatu gratioſus, multiplici odiomate eruditus. Rexit annis duodecim cum dimidio & bene, & in conuentu Argentino Teutoniæ in domino requieuit, qui viuens & defunctus miraculis fertur claruiſſe.

Quintus fuit frater Hubertus diœceſis Viẽnenſis, prope Valentiam. Hic cum Pariſiis ſtuderet, magiſter effectus eſt in artibus. Et ius poſtea canonicum audiens, ordinem intrauit, & magiſtrum ſuum magiſtrum Hugonem qui poſtea fuit cardinalis ad ordinem traxit. Hic in ordine fuit lector Lugdunenſis, & prior, deinde prouincialis Tuſciæ, & poſtea Franciæ, religionis fuit ſpeculum, vir diſcretus, cautus & literatus, qui compilauit officium eccleſiaſticum, quo ordo vtitur, & plures libros edidit, vt ſuprà patet. In capitulo generali in Vngaria celebrato, canonicè electus eſt generalis magiſter. ſu. c. 1. §. 2.

Guilielm' de S. Amore condẽnatur ſup. tit. 29. c. 7. ante. §. 1. Huius tempore grandis diſſenſio, qui mota fuerat inter magiſtros Pariſienſes, & fratres ordinis, & alios mendicantes, machinante cõtra eos magiſtro Guilielmo de ſancto Amore, qui etiam librum compoſuerat nitens probare in ſtatu mendicantium homines nõ poſſe ſaluari, fauente Alexandro papa quarto, & Ludouico rege Francorum iuuante ſopita eſt, confutatis rationibus illius Guilielmi, & reprobatis, & ipſo Guilielmo magiſterio priuato. Hic poſtquam annis nouem gubernauit ordinem ceſſit magiſterio, quæ ceſſio admiſſa fuit à definitoribus capituli generalis in Anglia celebrati. Superuixit poſtea annis pluribus in honore & religione, plenuſque dierum ingreſſus eſt in abundantia bonorum operum ſepulchrum in conuentu Valentino prouinciæ Prouincię in requie opulenta.

Sextus ordinis magiſter fuit frater Ioannes de Vercellis Longobardus, qui rexerat Pariſiis in iure canonico, vir magnæ prudentiæ & experientiæ, fama & opinione pręclarus, vbique in omnibus notus. Omnium vultus & nomina quæ ſemel nouerat, quaſi memoriter recolebat. Inſtinctu quoque naturalis prudentiæ, qua præditus erat perſonarum conditiones & merita ex propriis moribus ſingulorum mirabiliter, & ſubtiliter diſcernebat, ſua vnicuique tribuens & impendens. Hic tranſferri fecit corpus b. Dominici in arcã marmoreã vbi nũc requeſcit, per archiepiſcopũ Rauẽnatẽ & alios. Hic archiepiſcopatũ ſeu patriarchatũ Hiero-

A.C. 1340.

A Hieroſolymitanum à Domino Nicolao quarto ſibi tranſmiſſum accipere recuſauit. Rexitque ordinem annis fere viginti & viſitaſſe dicitur totum ordinem peditando. Demum poſt labores diutinos, quos in Dominica vinea tolerauit, infirmatus, in conuentu Montis Peſſulani diē clauſit extremū, obdormiens in Domino, ſepultus honorificè in eccleſia fratrum.

Septimus ordinis magiſter generalis fuit frater Munio Hiſpanus qui prouincialis exiſtens in Hiſpania, in cap. generali Bononiæ celebrato fuit electus canonice anno Domini. 1285. Fuit hic venerabilis valde, animo conſtans, nullis aduerſitatibus fractus, quas non paucas perpeſſus eſt. Cumque iam annis ſex ordinem rexiſſet, commiſit Nicolaus quartus ordinis minorum duobus cardinalibus ordinis, qui erant in curia, ſcilicet Hugoni, & Domino Latino, vt patribus capituli generalis ſcriberent, & ſub pœna excommunicationis mandarēt eis, vt ſuaderent ei ceſſionem, quod ſi recuſaret, extunc omnino eum abſoluerent etiam inuitum. Hoc cum innotuiſſet aliquibus, diuulgatum eſt in capitulo. Et quia erat communiter ab omnibus dilectus ob virtutes

C eius, capitulum impletum eſt lachrymis fratrū & piis querelis, exiſtimantium hoc proceſſiſſe ex falſis rumoribus in curia contra eum expoſitis, & multi murmurantes diſponebant ſe ad tranſitum in alias religiones. Quam commotionem & ſcandalum magnum exortum cernentes, quibus negotiū commiſſum fuerat, nō ſunt auſi aliquid attētare, ſed cardinalibus reſcripſerunt, ſe excuſantes, quod illud impleri non poterat iniunctum eis ſine notabili ſcandalo, & diligenter perſcrutantes cauſam inue-

D nire non potuerunt iuſtam illius priuationis. Demum per Nicolaum quartum à magiſterij generalatu fuit abſolutus, qui ſuperuixit annis nouem. Et ad epiſcopatum Valentinum in Hiſpania aſſumptus, ad curiam euocatus, abſolutus fuit à Bonifacio octauo à cura epiſcopali. Ibi in curia manens, infirmatus obiit coram poſitis fratribus & orantibus, ſepultus honorificè in habitu fratris non pontificis ſicut ipſe viuens petierat & ordinauerat.

Octauus generalis ordinis frater Stepha-

E nus de Biſuntio, magiſter in theologia Pariſienſis vir facundus, pretioſus admodum prædicator. Fuit autem ex Priore prouinciali Franciæ electus in generalem in capitulo generali celebrato Romę de mandato papę, cum aſſignatum fuiſſet Coloniæ: præfuit autē ordini annis duobus & dimidio. Et cum proficiſcēretur ad curiam, in conuentu Lucano infirmatus, ibi in Domino requieuit.

Nonus generalis ordinis fuit frater Nicolaus de Taruiſio. Hic in pace & humilitate ordinem rexit duobus annis cum dimidio, magnus amator & ſectator communitatis. Hic venerabilis pater, Dominus, & magiſter, quandoque retulit de ſe ipſo, qui nouerat plenius veritatem, quòd decimoquarto ætatis ſuæ anno ingreſſus eſt ordinem, in quo quatuordecim annis primis ſtuduit, & profecit magnificè, & aliis quatuordecim ſequentibus exercuit officium lectoriæ: & quatuordecim aliis annis in prælationis officio in ordine laborauit. Et ex magiſterio ordinis generali fuit aſſumptus ad

A cardinalatū, ex quo demum ad papatum. Sub iſto ponemus omnes alios vno excepto. A.C. 1340.

Decimus ergo fuit generalis frater Albert' Genuenſis baccalaureus Pariſienſis vir magnę religionis, & obſeruantiæ regularis, & factor operis, non ſermonis. Præfuit aliquot menſibus tantum. Nam pergens verſus curiam, in via defunctus eſt anno Domini. 1300.

Vndecimus fuit Bernardus de Vizicho, vir literatus & diſcretus, qui præfuit annis duobus & menſibus quatuor.

Duodecimus frater Americus Placentinus

B natione Longobardus. Hic legerat in ordine viginti quatuor annis tam in philoſophia, quā in theologia. Et in ſeptimo anno ſui generalatus abſolutus fuit per definitores in capitulo Neapolitano.

Decimustertius generalis fuit magiſter Berengarius, magiſter in theologia de prouincia Toloſana.

Decimusquartus generalis fuit frater Henricus, magiſter in theologia eximius, prouincialis Franciæ, anno Domini. 1308.

Decimusquintus fuit frater Bernardus Ver-

C cellenſis, Baccalaureus in iure canonico, cum intrauit ordinē, creatus generalis anno. 1323.

Decim' ſext' fuit frater Hugo, Gallic', magiſter in theologia, creatus generalis anno. 1333. Hugo Ge. 16. A.C. 1333

Decimusſeptimus fuit frater Gerardus, magiſter in theologia, de prouincia Toloſana anno 1353. creatus generalis. Gerardus Ge. 17 A.C. 1353.

Decimusoctauus fuit magiſter ordinis frater Petrus de prouincia Franciæ. Et rexit ordinem anno vno ad Dominum migrans.

Decimusnonus fuit magiſter ordinis Fra-

D ter Garin' magiſter in theologia de prouincia Franciæ, rexit annis duob' mortu' ex inguinaria.

Vigeſimus fuit magiſter Ioannes de molādinis, de prouincia Toloſana, rexit anno vno menſibus ſeptem aſſumptus ad cardinalatum.

Vigeſimusprimus fuit frater Simon Lingonenſis, de prouincia Franciæ, qui poſtea per Vrbanum. v. factus eſt epiſcopus Nannetenſis.

Vigeſimus ſecundus fuit magiſter Helias Toloſanus, & ſub iſto tranſlatū eſt corp' beati Thomæ de Fundenſi ciuitate in confinibus regni Apuliæ & Campaniæ, ad conuentum ordi-

E nis Toloſanū mādāte domino papa cū multo honore anno. 1380. iam eccleſia ſciſſa in duos pontifices ſummos.

[Vigeſimustertius generalis fuit Magiſter Raimundus Capuanus prouinciæ regni ſacræ theologię doctor.] Hic fuit confeſſor beatæ Catharinę de Senis, & legendæ eius auctor. Raimundus Capuanus Ge 23. A.C. 1396. Vigeſimusquartus magiſter Thomas de Firmo de prouincia Longobardiæ inferioris, vir magnæ prudentiæ ſecularis.

Vigeſimusquintus fuit magiſter Leonardus Statij de Florentia, magnus ſermocinator &

d prædicator. Hic in concilio Conſtantienſi fuit deputatus vnus ex electoribus papæ Martini, qui ablato ſchiſmate in dicto concilio remanſit vnicus totius ordinis magiſter vbi prius diuiſus eſt in duos generales. Rexit ordinem annis decem & menſibus ſeptem & appoſitus eſt ad patres anno Domini. 1425. cū honore maximo ſepultus in conuentu ſanctę Marię nouellæ. Vigeſimusſextus fuit magiſter

A.C. 1400. Bartholomæus Texerij. Bartholomeus texerij de prouincia Prouinciæ A vir deuotus & pius. Cum enim congregatum eſſet generale capitulum Bononiæ pro generali eligendo & vicarius ordinis factus eſſet per Martinum papam frater Thomas de regno, prædicator egregius, & obſeruantiæ regularis, commiſſaque per bullam apoſtolicam fuiſſet ipſi vicario ſuppletio vocum abſentium prouincialium, celebrata per ſcrutinium electione, in duos electores vota ſua diuiſerunt. Quorum vna pars maior cum vocibus ſuppleris declinauit in fratrem Thomam vicarium præfatum, vt virum religionis zelatorem. Alia pars, quæ maior erat, ſine vocibus ſuppletis, nominauit quemdam magiſtrũ Loyſium Hiſpanum, quæ pars ideo non conſentiebat in præfatum vicarium, quia timebat, ne nimis auſterus eſſet fratribus relaxatis, & ad normam vellet eos adſtringere. Facta igitur iſta diuiſione præfatus frater Thomas, vir humilis, & amator vnitatis, & pacis, ad tollenda ſcandala & contentiones quamuis ratione pluralitatis vocum eligentium ad eum pertineret, generale magiſterium ſuſpicere renuit, & alter etiam electus recuſauit: & in hoc conuenerunt om- C nes vocales, vt compromitterẽt in illos duos electos, qui de generali prouiderent ordini, prout eis videretur expediens. Qui habito colloquio & tractatu ad inuicem, & cum aliis: conuenerunt ad eligendum præfatum magiſtrum Bartholomæum texerij, virum bonum, & valde literatum, ac Deum timentem. Qua electione facta, & ab omnibus approbata, aliqui notabiles magiſtri deſtinati à capitulo profecti ſunt ad eum, ei præſentantes electionem. Diſcurrebat enim tunc in prouincia ſua per ciuitates, & caſtella, euangelizando verbum Dei. D Qui cum difficultate rogatus à pluribus illis ob profectum, & pacem ordinis demum onus ſuſcepit, dilectus ab omnibus, profectuſque ad curiam viſitatum papam Martinum, à quo gratioſè ſuſceptus, quæ voluit impetrauit. Et inter cætera, vt poſſet diſpenſare cum conuentibus ſuper retentione poſſeſſionũ, & redituum annualium pro ſuſtentatione fratrum ex quo eleemoſynæ deficiebant. Hic diu rexit ordinem, & conuentus obſeruantiæ in Italia multiplicauit, mortuuſque eſt in ſenectute bona plenus dierum anno Domini. 1450. E

Gen. 26. Poſt quem creatus eſt magiſter ordinis generalis vigeſimus ſeptimus quidem frater Petrus rochim: & intra quindenam ſuæ inſtitutionis migrauit ad Dominum.

Vigeſimus octauus in capitulo generali celebrato in vrbe electus fuit quidam magiſter Guido flammucheti, qui intra annum ſuæ electionis Neapoli obiit.

A.C. 1446. Vigeſimus nonus generalis creatus canonicè fuit & eſt magiſter Martialis auribelli de Auenione, de prouincia Prouinciæ. Et hic tenaciſſimæ memoriæ, doctiſſimus theologus, ita vt omnia ſciat ac ſi recenter ſtuduiſſet, etiam minima, quæ ob diuturnitatem tẽporis ſolent homines obliuiſci. Hic vir venerabilis, animo conſtans valde nullis aduerſitatibus fractus, quas non paucas perpeſſus eſt & iniuſtè, creatus eſt generalis annno domini. 1453. Et ipſe nunc viuit, & ordinem regit.

De numero prouinciarum & conuentuum & exhortatione caritatis ad fratres minores. A.C. 1400.

CAP. XIII.

SVBSEQVENTER deſcribemus prouincias & regna, in quibus ordo prædicatorum habet conuentus fratrum & monaſteria ſororũ ſanctimonialium: ac etiam numerum conuentuum qui ſunt in ipſis prouinciis. Et prouinciæ quidem, vt reperi in chronicis ordinis, quæ habentur multum diffuſè in conuentu Bononienſi cum actis etiam ſingulorum capitulorum generalium vſque ad annos Domini 1363. & cum literis exhortatoriis quas deſtinabant generales magiſtri ad conuentus per totum ordinem admonendo & exhortando, ad religionis obſeruantiam cunctos fratres ordinis, & ſunt notabiles.

Ordo prouinciarum, in quibus ſunt conuentus ordinis eſt iſte. Prouincia Toloſana, prouincia Prouinciæ, prouincia Hiſpaniæ, cõprehendens Caſtellam, & Legionem, Galiciã, & Portugalliam, prouincia Aragoniæ, continens Cataloniam, Aragoniam, & Nauarram, prouincia Romana, prouincia regni Siciliæ, includens inſulam Siciliæ, & terram laboris, Abrutium & Apuliam. Sed in proceſſu inſula Siciliæ facta eſt prouincia per ſe, & Apulia cũ Abrutio & terra laboris alia prouincia, prouincia Longobardiæ inferioris, quæ vſitatiori nomine nũc dicitur prouincia ſancti Dominici, prouincia Longobardiæ ſuperioris, prouincia Teutoniæ, prouincia Saxoniæ, prouincia Angliæ, quæ etiam amplectitur Valliam, Hyberniam & Scotiam, prouincia Franciæ, prouincia Poloniæ, prouincia Bohemiæ, prouincia Vngariæ, quæ includit Pannoniam, Sclauoniã & Dalmatiã, prouincia Daciæ, quæ cõprehẽdit regnum Daciæ, regnum Sueciæ & regnũ Noruegiæ, prouincia Græciæ, & prouincia terræ ſanctæ.

Ex his prouinciis primo ponam nomina propria conuentuũ, qui ſunt in prouinciis Italiæ, ſcilicet in Longobardia ſuperiori & inferiori, Romana, regni, & inſulæ Siciliæ, poſtea in aliis prouinciis. In prouincia igitur Romana ſunt hi conuentus. Conuentus in vrbe Romana duo ſcilicet ſanctæ Sabinæ, & conuentus ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam. In Florentia ſunt conuentus ſanctæ Mariæ nouellæ, vbi reſedit cum curia Martinus. v. & poſtea ſucceſſor eius Eugenius. iiij. pluribus annis & conuentus ſancti Marci de nouo aſſumptus anno Domini M.ccccxxxv. ædificatus à Coſma de Medicis. Conuentus quoque ſancti Dominici de Feſulis prope Florentiam, ad duo milliaria à fundamentis inchoatus à Domino Ioanne Dominici, de quo ſuprà anno. 1404. Conuentus Senenſis duplex, Conuentus Terracinenſis, Viterbienſis, Piſanus, Vrbeuentanus, Peruſinus, Aretinus, Lucanus, Tuderrinus, Auarinus, Spoletanus, Piſtorienſis, Reatinus, Narnienſis, Tyburtinus, Caſtellanus, Eugubinus, Pratenſis, Fulginenſis, Corto

Conuentus Romanæ Prouinciæ.

A.C. 1400.

Cottonienſis, Serezanus Florienſis, S. ingemi nianenſis, Mouanus, & caſtri in inſula Sardiniæ.

In prouincia Apuliæ ſeu regni & in terra laboris, in Neapoli duo conuentus, maior ſcilicet ſancti Dominici: & inferior ſancti Petri Martyris, Caietanus, Beneuentanus, Salernitanus, Capuanus, Auerſanus, Sueſſanus, & Summanus. In terra Abrutij: Aquilanus, Hadrianus, Benenſis, Teatinus, Sulmontinus, Ottonenſis, Terramanus. In Apulia, Barolitanus, Monopolitanus, Tranenſis, Fogetanus, Barenſis, Tarentinus, Brunduſinus, Liciẽſis, Nordouenſis, & Conſentienſis.

Conuẽt' prouinciç Sicilię.

In prouincia inſulæ Siciliæ conuentus Meſſanenſis, Placienſis, Auguſtanus, Pannormitanus, Catinenſis, Trapanenſis, Siracuſanenſis, Agrigentinus, Notenſis, Polmenſis, Marſalienſis, Cathalanienſis, Leontinenſis, Modicenſis, Tauromitenſis, & ſanctę Litæ de nouo aſſumptus Pannormi.

In prouincia Longobardiæ inferioris, ſeu ſancti Dominici conuentus Bononienſis, vbi quieſcit corpus beati Dominici, Fauentinus, Taruiſinus, Reginus, Ferrarienſis, & alius de nouo ędificatus extra muros per Marchionem qui dicitur ſanctæ Mariæ de angelis. Conuentus ſancti Seuerini, Tridentinus, Eſculanus, Anconitanus, Vincentinus, Ceſenas, Imolenſis Bulſenenſis, Vrbinas, Ripanis, Camerinenſis, Veronenſis, Parmenſis, Venetiis ſunt duo conuentus ſcilicet ſanctorum Ioannis, & Pauli & cõuentus ſancti Dominici, Paduanus, Eſinus, Mantuanus, & alius de nouo extra muros. Firmanus, Mutinenſis, Ciuitatenſis, Foroliuiẽſis, Ariminenſis, Fauenſis, Rauennas, Rachanatenſis, Peſaurienſis, Iuſtinopolitanus, Cluſienſis, Vtinenſis, Cingulanus, Murani apud Venetias, Fabrianenſis.

In prouincia vero Longobardiæ ſuperioris conuentus Mediolanenſis, Placentinus, Genuẽſis, & alius de nouo aſſumptus, qui dicitur ſanctæ Mariæ de caſtello. Cremonenſis, Vercellenſis, Alexandrinus, Laudenſis, Nouarien. Sauilianenſis, Gremenſis, Alben. Bergomenſis, Brixien. & alius extra muros de nouo factus, qui dicitur ſancti Floriani, Aſten. Papien. & alius de nouo ædificatus extra muros, qui dicitur ſancti Apollinaris, Cumanus, Tordonenſis, Taurinen. Cherien. Sagonen. Albinganen. Iporregien. Rípollarum, Salutiarum, Finarien. Sauilianẽ. Tharaſaci, Montiſregatis, Tripinen. Voraginen. Sauonenſ.

Cœnobia Galliæ & Hiſpaniæ.

§. I.

De aliis prouinciis ſuprà nominatis, deinde de cõuẽtibus, qui in eis habẽtur cũ expreſſione locorum, in quibus ſunt. Et in prouincia Toloſana ſunt conuentus. xxv. videlicet conuentus Toloſanus, Baionen. Burdegalen. Carcaſſonenſis, Orthoſienſis, Figiacenſis, Condonien. Braceriacen. Appanien. Riuenſis, Ambianenſis, Sancti Gaudentij, Lemouicen. Caturcenſis, Petragoricenſis, Agenenſis, Montis Albani Caſtrenſis, Sancti Vincentij, Driuenſis, Sancti Aemiliani, Morlanenſis, Attiuillaris, Sancti Seueri, Lectorien.

A.C. 1400.

Prouinciç conuẽtus

In prouincia Prouinciæ ſunt conuentus. xxvij. videlicet iſti, Montis Peſſulani, Narbonenſis, Podienſis, ſeu Anicien. Maſſilienſis, Auinionenſis, Arelatenſis, Nicenſis, Pirpiniani, Valentinus, Ciſtaricen. Biterrenſis, Alecenſis, Tarraſcon. Nemacenſis, (alias Nemauſenſis.) Albeuaccij. Auraſicenſis, Aquenſis, Graſſenſis, Marologij, Amiliani, Dienſis, Gauchiliberi, Podij, Sancti Maximini, de Genolhaco, de Tholàno de Draguimano.

In prouincia Franciç ſunt conuentus. 59. videlicet conuentus Pariſien. quo fratres miſſi à beato Dominico fuerunt de Toloſa, & anno Domini. 1218. datá fuit domus eis ſancti Iacobi, vbi nunc eſt conuẽtus. conuentus Remenſis, Pictauenſis, Biſuntinus, Andegauenſis, Senonenſis, Trecenſis, Cadomẽſis, Belluacenſis, Attrebatenſis, Brugenſis, Virdunenſis, Diuionenſis, Altiſiodorenſis, Ambianenſis, Bergenſis Ponteſenſis, Lexomenſis, Compendienſis, Duacenſis, Hemperielienſis, Priuinenſis, Ebroicenſis, Bleſen. Engolimen. Domus de Argenton, Niuernen. Lugdunen. Meten. Aurelianen. Rothomagenſis, Inſulenſis, Claromontenſis, Gandauenſis, Sancti Quintini Catnotenſis, Lingonenſis, Dinanẽſis, Cathalanenſis, Lauſanenſis, Valentianenſis, Montis belaxi, Bituricenſis, Conſtantienſis, Turonenſis, Tullenſis, Nannetenſis, Matiſconenſis, Gebenenſis, Iprenſis, Proprenſis, Belhſenſis, Polimacen. Sancti Ioãnis Angeliaci, Guiricampen. Gratianopolitanus, Domus de fontagio, Montis boſonis.

In prouincia Hiſpaniæ ſunt conuentus. xxix. hi videlicet, in Caſtella, Victorienſis, Burgenſis, Valentinus, Valliſoletanus, Segobienſis, Toletanus, Cordubenſis, Hiſpalienſis, Tticienſis, Murnenſis. In ea parte Hiſpaniæ, quę dicitur, Legio, ſunt iſti. Tegionenſis, Beneuentanus, Zamoren. Laurenſis, Salamantinus, Ciuitatenſis. In illa parte, quę dicitur Galicia ſunt hi conuentus. Compoſtellanus. Lucenſis, Ponſuetus, Grinuenſis, Ripamenſis, Tudenſis. In parte ipſa, quę dicitur Portugallia, hi ſunt conuentus. Portugallenſis, Conimbricen. Cantarienſis, Vnnerienſis, Vliſbonenſis, Elenenſis, Eboraconenſis.

In prouincia Aragonię cum omnibus partibus ſuis ſunt conuentus. xiiij. In Cathalonia conuentus Ianuenſis, Terconenſis, Brudenſis, Barchinonenſis, qui eſt primus omnium dictę prouincię. Ilerdenſis, Maioricenſis, Valentinus, quando fuit ciuitas illa à chriſtianis acquiſita, Vrgelenſis. In ea parte, quę dicitur Aragonia, ſunt hi conuentus. Cęſar auguſtanus. Oſtẽſis, Colacebenſis. In illa parte, quę dicitur Nauarra, ſunt hi, Pampilonenſis, Stelenſis, Dagoſenſis. Quamuis autem prius poſitę fuerint prouincię quinque Italię deſcriptę in conuentibus, prius tamen in chronico ordinis ponuntur & deſignantur prouincię quinque ſequen

A.C. 1400. ſequentes. De quibus nunc diximus, & priorem locum tenent in capitulis generalibus prouinciales eorum.

Cœnobia in Germania & Anglia & aliis mundi partibus.

§. II.

IN prouincia Teutoniæ, qui ſecundum ordinem ſequitur prouinciam Longobardię ſuperioris ſunt conuentus quadraginta nouem, videlicet hi. conuentus Frizacenſis, Argetinē, Viennen. Vormacen. Turricen. Bethonienſis, Ezelingen. Baſilienſis, Friburgenſis, Fribergemſis, Auguſtunen. Stralſuden. Moguntinen. Traiecti ſuperioris, Beruentiæ. Nurembergen. Banbergen. Phoſcmen. Lyzomen. Tuſnen. Laudeſbunden. Lomergen. Hagennonen. Lucembur. Eclеſtaden. Aquen. Bulchuſduci, conuentus Colonien. Treueren. Herpibolen. Ratiſponen. Lonſtinen. Confluentinus, Conſtantien. Chremen. Francfordien. Raph ſburgen. Viupinen. Nonæ ciuitatis, Eyſteten. Columbarien. Cuię. Vlmen. Vvu zeburgenſis, Mergentenen. Gambudien. Gembrenen. Aherenſis.

Cõuẽtus prouincię Saxoniæ. In prouincia Saxoniæ ſunt conuentus quadraginta, hi videlicet Bremenſis, Lubicenſis, Hildeſemen. Verbergen. Goſatien. Rigenē. Liuarden. Gunden. Geugen. Norden. Alen. Soldinen. Vicenię, Genen. Treycen. Brandeburgen. Sucfanien. Luchouen, Gottrigenſis, Calemen. Egrenſis, Magdeburgenſis, Erphordenſis, Lipſentenſis, Rayerſtaten. Rupienſis. Struzelburgen. Roſtocen, Plauen. Prinzanien, Girieienſis Vuatergenſis, Norchuſenenſis, Robellenſis, Molenuſenſis, Merthburgenſis, Vueſalienſis, Vuiſmarenenſis Oſnaburgenſis, Nouimagenſis, Berlinenſis, Darbagenſis.

Conuẽt' prouincię Angliæ. In prouincia Angliæ, cui adnectitur Vallia Hibernia, & Scotia, & in Anglia quidem ſunt triginta ſeptem conuentus, ſcilicet Cantuarienſis, Londonienſis, Armi delienſis, Curſienſis, Vinhonienſis, Vintonenſis, Saliſperienſis, Vlceſtris, Oxonienſis, Briſtolli Glouerinæ, Vnabuuerti, Vigornienſis, Salopeſburienſis, punistaplęſis Ceſtriæ, erebeiæ, Lexceſtriæ, Norantouæ, Stānfordiæ, Lincolinæ, Sancti Betulſi, Cantabrigiæ, Leuniæ, Noruici, Dumuerierci, Gipurci, Subiriæ, Beruerlarci, Eboraci, Pontisfracti, Lancaſtriæ, Iarimi, Nouicaſtri, Suptianani, Nouicaſtri, Superluiani, Danburgiæ, Carioeli. In Vallia, quæ coniungitur cum prouincia Angliæ, conuentus zerdimię, Hauerfordię, Bongorię, zodolani.

In Hibernia, quę etiam includitur in prouincia Angliæ, ſunt viginti quatuor conuentus, videlicet conuentus Dublinenſis, Mulingher, Rilcheninienſis, Zodienſis Achj, Vuaterfordiæ, Caſelli, Limerici, Carkagiem, Slighab, Roſchomam, Archo, Nouæuillæ, Baninæ, De Ponte, Athuarig, Acletan, Trabili, Deria, Rothhbramni, Lothoua, Tuyh, Eochil, Romachelch.

A.C. 1400. In Scotia ſunt iſti tredecim, ſcilicet conuentus Ribici, Caſtripuellarum, Arc, Glaſgu, Victoriæ, Siruelim, Montiſroſarum, Abirden, Inuernis, Ottiregij, Candidæ Caſæ, Morauienſis.

In prouincia Poloniæ ſunt triginta duo cōuentus, videlicet conuentus Cracouienſis, Vuartiſlauienſis, Caminenſis, Plocen. Gadanēſis, Sudomieñ, Culmēſis, Syradię. Helbice. Rauſpocen. Pouanienſis, Greſtenen. Fraciтenē. Glogouienſis, Boleſlauię. Griſualdenſis, Lubiacenſis, Theſinienſis, Leguicenſis, Tortuienſis, Lauchicienſis, Vuorocenſis, Opparnicenſis, Zulpenſis, Oſuentimenſis, Vuarcenſis, Oppolienſis, Terſomienſis, Teuinenſis, Sanchachonienſis, Poſuolocenſis, Sorducenſis.

Conuẽt' prouincię Bohemię. In prouincia Bohemiæ erant viginti duo conuentus videlicet conuentus Placenſis, Gradicenſis, Olmicenſis, Brucenſis, Oppauienſis, Brodenſis, Iglauienſis, Bodinoglenſis, Piſtenſis, Huſtenſis, Vuertenſis, Pilſinenſis, Glaghouienſis, Lunenſis, Bichomiricenſis, Iablonēſis, Turnonienſis, Crudienſis, Numburgenſis, Colonienſis, Suynēſis, & Sombergenſis. Sed nota, quod poſtquam orta eſt hæreſis in dicto regno Bohemiæ circa annos Domini, 1410. quia cito nō extincta eſt gladio, vt oportebat, adeo viribus, & numero creuit, & dilatata eſt, vt Pragam, & quaſi totum illud regnum infecerit. Et inſurgentes hæretici contra fideles, multos occiderunt, & plures conuentus deſtruxerunt, fratribus in fide permanentibus, aliquibus occiſis, aliis ad alia loca fidelium fugientibus.

In prouincia Vngariæ, quæ comprehendit Pannoniam, Sclauoniã, & Dalmatiam, ſunt conuentus triginta quinque. Et in Pannonia quidem ſunt iſti conuentus. Alberigalenſis. Peſteren. Buden. Stringonię. Iaurienſis, ſancti Martini, Ferrei caſtri, & carmerienſis, In Sclauonia ſunt hi conuentus. camenſis

a Si D. Anton. viueret, & monaſteriorum cerneret ruinas quas in Chriſtianiſſimo Galliarum regno, tota Anglia & Scotia, & Germania pene vniuerſa Caluiniſtæ & Lutherani ediderunt maiorem ſane deplorandi haberet occaſionem. Nam pro viginti vel circiter Dominicanorum cœnobiis, quæ in Bohemia Huſſitæ ſolo æquarunt, vel certe fratribus ſui ordinis abſtulerant: ducenta vel circiter in his prouinciis plane euerſa in profanos vſus conuerſa vel direpta, vel multis partibus conuulſa & depopulata conſpicere et. Verum tamen eſt Prædicatorum religionem a tempore D. Antō. in Bætica Hiſpaniæ prouincia propagatam fuiſſe, & in vaſtiſſimas noui orbis regiones ſicut & alias religiones fuiſſe diſſeminatã. Vnde Dei benignitas apparet maxima, qui quantum hominum improbitas in conuellendis ſacrarum religionum domiciliis laborat, tantum ipſe & longe magis de eis, propagandis & longe lateque diffundendis videtur eſſe ſollicitus, vide epiſto. Chriſtophori à capite fontium, quam compendio priuilegiorum Mendicantium à ſe edito præpoſuit.

Veronica,

A.C. 1400. Veronicha,Poſſoga,Cagrabenſis,Bihig, Hiadrenſis,Caſternouenſis,In Dalmatia ſunt iſti conuentus Spaletanus,Raguſinus, Dyrarchinus,Nouenſis,Quinque eccleſienſis, Marchianus,zeurienſis,Pothochenenſis,Albæ tranſſyluanæ,Soybinienſis,Albnẽſis, Tranſſyluan Hiſtricæ,Tranſſyluanæ,Similij.Citra Danubinm iſti,Titua,Banenſis,Caſſa,Budruch, Franchauilla,Aſſerſciculos.

Daciæ prouinciæ cõuentus. In prouincia Daciæ que comprehendit regnum Daciç,regnum Sueciæ,& regnum Norvvegiæ,ſunt conuentus viginti ſex.Et in regno Daciæ iſti videlicet conuentus Lunden. Roſhilden.Aoſienſis,Aluiſtadenſis,Helſimburgenſis,Neſciuicenſis,Holobetenſis, Othomenſis, Aruienſis,Vmbergenſis,Ripenſis,Deleſuicenſis,Aderſtenen.Calmetinen.Ghaten.Licoſien. Inſulenſis,Finlaudenſis,Strangenſis,in regno Norvvegiæ ſunt hi conuentus. Nidorienſis, Bergenſis,Aſloenſis.

Prouinciç Græciæ & terræ ſanctç conuẽtus. In prouincia Græciæ conuentus Clarentinus,Thebanus Gallicorum, Conuentus Nigropontenſis,& Cretenſis Longobardorum. In prouincia terrç ſanctæ conuentus Nicoſiẽſis,Famauguſtanus,& Bimoſienſis.Additi ſunt duo alij ſcilicet Metonenſis,& Nixienſis.

Monialium monaſteria ſub cura Prædicatorum.

§. III.

Multa quoque monaſteria monialiũ ſũt ſub habitu,& cura ordinis in diuerſis ciuitatibus & prouinciis.In prouincia Toloſana ſunt tria.In prouincia Prouinciæ tria alia monaſteria.In Hiſpania vnũ monaſteriũ. In Calalliani,vbi natus eſt beatus Dominicus vnum monaſterium, In Portugallia vnum monaſterium, In legione tria monaſteria, In Aragonia duo monaſteria,In Franciæ prouincia decem monaſteria.In prouincia Romana in Florentia ſunt quatuor,ſcilicet beati Dominici,& de Ripolis, ſancti Iuliani, ſancti Petri martyris de nouo conſtructum. In monte Politiano diſtrictus Florentini vnum monaſterium.Vbi quieſcit beata agnes(vel Hagne)ſoror dicti monaſterij,quæ ſanctitate & miraculis claruit.In vrbe duo ſancti Xiſti, & ſanctç Aureæ. In Piſis tria ſancti,Sylueſtri, ſanctæ Crucis,& ſancti Dominici de nouo conſtructum.In Luca ſanctæ Mariæ de Angelis, dicitur tamen defeciſſe.In Peruſio duo, ſancti Gregorij & ſanctæ Mariæ de virginibus. In vrbe veteri duo.ſancti Petri & ſancti Pauli.In Reate vnum.In Senis ſanctç Agnetis(vel Hagnes.) In Fulgineo vnum.In prouincia regni Siciliæ & Apuliæ monaſterium, in Neapoli ſancti Petri ad caſtellum,quo deſtructo propter guerras in ciuitate aliud monaſterium fuit eis collatum, quod dicitur ſancti Sebaſtiani. Item ſanctæ Annæ in terminis conuentus de Salerno.Et ſancti Dominici in Beneuento, & ſanctæ Cæciliæ de Panormo & duo alia. In vtraque Longobardia monaſterium ſanctæ Agne-

A tis fundatum à ſancto Dominico.Plura alia erant ibi,quæ dimiſſa ſunt ſub cura diœceſani. Et alia viginti tria monaſteria in diuerſis ciuitatibus conſtructa dictæ vtriuſque prouinciæ Lõgobardiæ.In Vngaria monaſteria quatuor. Inter quę pręcipuum eſt apud Inſulam fundatum à rege Vngarię.Vbi quieſcit ſoror Margarita monialis dicti monaſterij filia regis Vngariæ, ſanctitate præcipua, quæ miraculis in vita,& poſt mortem claruit. In prouincia Poloniæ tria monaſteria. In prouincia Bohemiæ ſex monaſteria. In prouincia Daciæ duo mo-B naſteria.In prouincia Teutoniæ in diuerſis regionibus & ciuitatibus monaſteria ſexaginta. In prouincia Saxoniæ,decem monaſteria. A.C. 1300.

Arbitror, quòd omnia hæc monaſteria ab initio inſtitutionis eorum.cum magno feruore & deuotione domino ſeruiebant in ſanctitate puritatis, & iuſtitia religionis obſeruantiæ.Sed in proceſſu perpendentes patres ordinis per hæc poſſe facile naufragari, quæſierunt in curia Romana ſe abſoluere ab eorum cura,ſed non valuerunt.Prouidit tamen in poſterum,vt non ita facile aſſumeretur cura, vel C noua conſtruerentur ſine magna conſideratione.Quoniam autem temporibus his abundauit iniquitas,& charitas refriguit:ſic vt conuentus ipſi fratrum Prædicatorum quaſi exinaniti ſint vſque ad fundamentum vitæ regularis:ita & monaſteria monialium relaxata ſunt, & facta in laqueum fratrum, & ſcandalum populorum,propter ea.quę quotidie contingunt minus honeſta,& ſatis notoria, exceptis paucis conuentibus,reformatis ad obſeruantiam regularem, & pauciſſimis monaſte-D riis monialium domino fideliter reddentium vota ſua. Et quamuis prælati ordinis conati ſint remedium adhibere, ad vitandum acceſſum frequentem, & inutilem fratrum ad monaſteria, ac etiam fulminata ſit ſententia excommunicationis per bullam Papalem contra omnes fratres, & ſæculares ingredientes monaſteria ordinis ſine cauſis neceſſariis, expreſſis in conſtitutionibus monialium, à qua ſententia abſolutio Papæ reſeruatur, vel generali ordinis, vel habenti ſpecialem commiſſionem ab aliquo eorum ſuper huiuſmodi ab-E ſolutione. tamen quia parum timetur, & cauetur, ſæpè incurritur. Similis ſententia lata eſt contra intrantes monaſteria monialium ordinis Minorum cum ſimili reſeruatione abſolutionis.

Epiſtola hortatoria & monitoria ad omnes prædicatores à Generali Humberto miſſa.

§. IIII.

Sciendum etiam,quòd à principio ordinis omnes generales ſcribebant,& deſtinabant epiſtolas frequentes vniuerſaliter ad F omnes conuẽtus ordinis,exhortatorias ad zelum religionis,& defectus fratrum arguentes, quæ omnes habentur in Chron. ordinis: qui liber eſt in conuentu Bononienſi, ex quo hęc excerpſi.

Chariſſimis in Dei filio fratribus vniuerſis Frater Humbertus ſeruus eorum inutilis.

A.C. 1300.

ſalutem & in hac valle lugubri de ſanctiſpiritus conſolatione gaudere.

Apoſtolicis,qui pręſunt docentur exemplis vt de ſibi commiſſis ſubditis tantam gerant ſolicitudinẽ,quòd non ſolum præſentes verbo, ſed etiam abſentes ſcripto ſpiritualibus eorũ commoditatibus vigilanter intendant. Quid enim aliud reſonant iſtæ ſanctæ epiſtolæ:quas apoſtolorum ſolicitudo tam ſtudioſè conſcripſit Chriſti fidelibus per nationes diuerſas? O ſolicitudo fælix,ô fælices epiſtolæ,ô fælix plane ſolicitudo & omni laude digniſſima,quam non occupatio mundana, non cura rei familiaris,non caro & ſanguis,ſed ſolus zelus animarum induxit.Fælices certè epiſtolæ,& omni præconio extollendæ,quæ nihil carnale,nihil ſæculare redolent, ſed ſolum ſpiritum ſapiunt,& tot fecerunt mundum redundare cœleſtium chariſmatibus gratiarum. Recordamini Benedicti Domini,quomodo patres ſanctæ memoriæ,quos diuina prouidentia pro diuerſis temporibus dedit nobis imitãtes hæc apoſtolica digna omni imitatione exempla, frequenter ſaluberrimas,& nunquam obliuioni tradendas epiſtolas nobis tranſmiſere. Et videte quanta cura de communi omnium bono totius ordinis,& ſingulorum fratrum,pro fratribus ſpiritualibus fuit illis,qui tamen ſuam non potuerunt nobis exhibere præſentiã,ex qua colligeremus fructũ conſolationis, & gratiæ ſpiritualis:fructum vero huius per literas tam commendabiles nobis plene mittere ſtuduerunt:damnum,abſentiæ corporalis pretio ſarum epiſtolarum pretio redimentes.Reminiſcamur harum dilectiſſimi obſecro, & earum continentiam nobis incorporantes, charitatẽ primum,qui nos omnia propter Chriſtum fecit relinquere,ſolidè teneamus.Non refloreat mundus in noſtris cordibus, quem iam calcauimus ſicut lutum.Inueniat nos hoſtis malignus in ſuis inſultibus viros virtutum,& ſtrenuos bellatores.

Caritas primo tenenda.

Ambulemus in ſapientia ad eos, qui foris ſunt,vt ab eorum heu, qui de facili noſtram calumniantur conuerſationem, ſcandalis caueamus.Exhibeamus nos ſuperioribus noſtris tractabiles,amabiles ſociis,omnibus vitæ ſpeculum,& ſanctitatis exemplum,puros & ſimplices coram Deo.Diligamus ordinem tam vniuerſalem omnibus,quod & nos facere liquido apparebit,ſi ad reparandum ruinas eius,ad ipſum attrahere perſonas idoneas vacabimus, ſi pro bono ſtatu ipſius zelo zelauerimus,ſi ad eius onera portanda libenter humeros ſupponamus.Demus & operam dum tempus habemus, theſaurizare nobis cumulum meritorum, quæ docemus, & intelligimus non ſegniter operando, malis omnibus viriliter nos opponendo,laudabilia ſemper exempla ſequendo,& quę ſe habent aliter, penitus reſpuendo,bona quoque pro viribus proponendo,aduerſa irruentia lætè ſuſcipiendo, & à bono nunquam ceſſando, non implicantes nos negotiis ſæcularibus,non ſequentes otia, ſed ſemper diuinis actionibus occupari, vigiles in crebris orationibus, ſuſpenſi in ſacris meditationibus, diligenter & dignè perſoluentes diuinum officium, ſacrum nunquam

Religioſi quales eſſe debent.

Meritorũ cumulus quomodo acquiratur.

A faſtidientes ſtudium religioſi in ſilentio, prudentes in verbis maturi in moribus,in periculi cauti, caritatiui in alterutrum, pacifici cum omnibus,non laxantes rigorem ordinis, ad meliora nos inuicem prouocantes, correctiones,& reformationes ſuſcipiẽtes ſine murmure,conſolationibus mutuis nos roborantes in Domino,quæ retro ſunt obliuiſcentes, quæ bene cœpimus laudabiliter conſummantes,in omnibus gratias agentes, & de diuino ſemper plenius adiutorio confidentes. Hæc igitur ſi adſint, & abundent in nobis facient nos diuites meritis,nec veniemus vacui,ſed repleti iuſtitiæ fructibus ante conſpectum gloriæ ſummi Dei.

Adhuc ſignifico caritati veſtræ,quod inter deſideria cordis mei,quæ ratione ſuſcepti regiminis in me reperio ſuſcitata, non modicum eſt,ſcilicet,vt per miniſterium ordinis noſtri,& ſchiſmatici Chriſtiani reuocarentur ad eccleſiaſticam vnitatem,& nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti deferretur coram perfidis Iudæis,coram Saracenis à pſeudopropheta ſuo tanto iam tempore deceptis,coram paganis idololatris,coram barbaris,& gentibus vniuerſis,vt eſſemus teſtes eius,& ſalus omnibus vſque ad vltimum terræ. Sed effectui rei huius obuiant duo quædam.Vnum eſt defectus linguarum,quibus addiſcendis vix vllus frater vult intendere,multis,curioſitatem multimodam vtilitati præponentibus in ſtudendo. Aliud eſt amor ſoli natalis, cuius dulcedo ſic multos illaqueauit,necdum in eis per gratiam transformata,quod de terra &cognatione ſua nolunt egredi, nec obliuiſci populum ſuum, ſed volunt viuere inter cognatos & notos,non recognoſcentes,quod ſaluator inter huiuſmodi etiam à matre propria non potuit inueniri.

Expergiſcimini fratres à Deo vocati, & videte ſi in exemplaribus apoſtolicis tale aliqd reperitur.Nũquid nõ omnes Galilęi fuerũt?Et quis eorum remanſit in Galilęa? Nonne alius peregrinatus eſt in Indiã,alius in Æthiopiam, alius in Aſiã,alius in Achaiam,& ſic per diuerſas nationes diffuſi longe lateq; fructum, quẽ nunc videmus,protulerunt in mundo?Quid ſi aliquis dicat:Grauia ſunt hæc,nos infirmi eos non poſſumus imitari.Vę nobis, ſi prædicatores eſſe volumus,& à prædicatorum talium veſtigiis deuiare.Præterea nunquid hoc dixerunt patres illi noſtri primitiui,quos ſanctus pater beatus Dominicus omnes tam nouicios quam antiquos diſperſit per orbem?nõ aſcendat electi Dei huiuſmodi dilecta cogitatio corda noſtra,ſed profeſſionis noſtrę vocationem, & obedientiæ promptæ premium attendẽtes, exponamus noſmetipſos ad omnia pro animarum ſalute & ſaluatoris gloria dilatanda.

Quod ſi quis inſpirante diuina gratia, cor ſuum inuenerit ſecundum voluntatem gubernantis peritum ad linguam Arabicam, Græcam,Hebraicam,ſeu aliam barbaram addiſcendam ex quo ſibi mercedem poſſit acquirere in opere militari tempore opportuno, ſiue etiam reperit ſe diſpoſitum ad exeundum caſtra proprię nationis,tranſiturus ad prouinciã terræ ſanctæ,Greciæ,vel alias infideles vicinas,quæ proculdubio indigent fratribus, qui

parati

A.C. 1300. parati ſint multa pati pro ordine, pro fide,pro animarum ſalute, & propter nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, precor & moneo, vt ſupra hoc ſtatū animi ſui mihi ſcribere non omittat.

Fratres magnificè gratias agite dño Deo noſtro,qui ſecundum magnam miſericordiã tuã de magnis ſemper periculis ordinem liberauit & in curia ſummi pontificis ipſius fecit ordinis negotia proſperari. Qui inſuper in Italiæ partibus à tẽpore B.Dominici poſt mortẽ ſuã ſic confudit hæreſim,ſic veritatem fidei ſublimauit innumerabiles hæreticos ad fidem ſine violentia reducendo, quòd ſtupent qui vidẽt conſpiciendo oculis, quæ antea incredibilia videbantur. Cuius etiam gratia mediante,quę agenda etiam erant,in capitulo generali nuper præterito fuerunt laudabiliter ordinata. Sciatis quòd ibidem ſunt trecentorum fratrũ obitus recitati,qui nos præceſſerunt ad dominum paulò pòſt ſecuturos:quos cum aliis,qui iam antea deceſſerunt,etiam cum eis, qui iam peregrinantur in corpore,& meipſum ſeruũ grauibus propter vos expoſitum periculis & laboribus non paucis,veſtris orationibus intimè recommendo. Commendo vos omnes gratiæ ſaluatoris, & glorioſiſſimæ aduocatæ noſtræ,cuius patrocinium ſpecialiter his diebus ordini affuiſſe creditur, & plurimum profuiſſe. Datum Mediolani in cap.generali anno domini 1255.

Alia Epiſtola ad Prædicatores & Minores ab eorũ generalibus data: qua eos ad mutuam beneuolentiam & caritatem hortatur.

§. V.

CARISSIMIS, & dilectis in Ieſu Chriſto fratribus minoribus,& prædicatoribus per vniuerſum orbem diffuſis, frater. N. eorumdem minorum generalis miniſter, frater Humbertus eorumdem fratrum Prædicatorum vniuerſis ſalutem, in ſancta vocatione dignè & laudabiliter ambulare.

Saluator ſæculi, qui amat omnes, & neminem vult perire poſt primam humani generis ruinam ad eandem reparandam multimoda remedia per miniſtros varios generationibus ſingulis adhibens inceſſanter,nouiſſimè dieb. iſtis in fine ſæculorum duos noſtros ordines in miniſterium ſalutis prout indubitãter creditur,ſuſcitauit, vocans ad eos viros non paucos,& ditans eos donis cœleſtib. per quæ nõ ſolum ſuam,ſed & aliorum efficaciter poſſent operari ſalutem verbo pariter & exemplo.

Hi ſunt (vt ad gloriam Dei loquamur non noſtram) duo magna luminaria, quæ lumine cœleſti ſedentes in tenebris, & vmbra mortis vbique terrarum illuminant,& miniſtrant. Hi ſunt duæ tubæ veri Moyſi Chriſti Dei noſtri, quorum miniſterio multitudinem populorũ iã ad ſuum principiũ conuocauit. Hi ſunt duo Cherubin,pleni ſcientia, mutuo ſe reſpiciẽtes dum idem ſentiunt, & alas ſuas extendentes ad populum,dum ipſum verbis & exẽplis protegunt,& diſcurrunt ſecundum obedientię volatum ſuper omnem populũ diſſeminare ſciẽtiam ſalutarem. Hi ſunt duo vbera ſponſæ, ex quibus paruuli in Chriſto lac ſugunt,quo nutriantur & augmenta recipiant in ſalutem. Hi ſunt duo filij oliuæ ſplendoris, qui adſiſtunt dominatori vniuerſæ terræ, prompti ad eius imperium,quocunque voluntas eius eos duxerit ſuam legationem implere. Hi ſunt duo teſtes Chriſti,qui ſaccis amicti iam prædicant & teſtimonium perhibent veritati. Hi ſunt illæ duæ ſtellæ lucidæ,quæ ſecundum ſibyllinũ vaticinium habent ſpecies quatuor animaliũ in diebus nouiſſimis nomine agni vociferantes in directionem humilitatis, & voluntariæ paupertatis. Quid plura? Quis enim enumerare planè valeat ſacros binarios,qui his ſacris ordinibus poterunt coaptari modo dignè quæ ad ſuam creationem pertinent,exequantur?

Non caret aũt ratione binarij huius productio,ſi quis excutiat diligenter. Noluit ſiquidẽ illa ſapientia,quæ prudenter in certo numero cũcta fecit,vnicũ ordinẽ producere, ſed duos ſimul,vt emolumentum ex ſocietate mutua tã ipſis,q̃ aliis proueniat. Ipſis quidẽ,dũ in calore ſancto ſeſe mutuo cõfouerent,dũ contra inſurgentes ſe alterutrũ adiuuarẽt,dũ ſancta ęmulatione ad meliora ſeinuicem prouocarent. Aliis verò,quorũ ſaluti daturi erant operã,dum virtus duplicata reperitur magis efficax in opere ſaluati,dum quod vni deeſſet ex ſui perfectione,abundanter reperiretur in altero,dum teſtimoniũ quod perhibituri erant veritati ex ore duorum, tanquam verius & credibilius redderetur. Penſate dilectiſſimi,penſate,quantum debet inter nos dilectionis ſinceritas abundare,quos eodem tẽpore genuit mater eccleſia, quos ad idem opus,ſalutẽ.ſ.animarũ,cõmuniter operando æterna caritas ordinauit, quos profeſſiones in modico differentes ſic aſſimilant. Itaque tãquã fratres nos intimè diligam'. Denique quomodo veri diſcipuli Chriſti cognoſcemur,niſi dilectionem habuerimus adinuicem euidenter? Quomodo caritatem illam mutuã,quæ ante omnia ab omnib. eſt habẽda, prædicationib. noſtris aliorum cordib. inſeremus ſi lęſa vel deuiãs reperiatur in nobis? Quõ ſtabimus contra tot perſecutiones imminẽtes ſi inter nos perturbatione aliqua diuidamur?

Deut. 17.

Ioan. 3.

1. Pet 4.

O quantum exemplum mutuæ caritatis & pacis requirunt à nobis patres noſtri B.Franciſcus & B.Dominicus,cæterique fratres noſtri primitiui qui ſic in vita ſua ſe tenere dilexerũt & tanta ſinceræ caritatis indicia oſtenderũt, videndo ſe ſicut Angeli Dei, ſuſpiciendo ſe inuicem ſicut Chriſtum, honore inuicem præueniendo, in profectu mutuo congaudendo,altis ſe præconiis extollendo,vtilitates mutuas promouendo,fideliter à ſcandalis,& turbationibus alterutris cauendo cum ſumma diligentia. Et (quod antiquus vidit & inuidit hoſtis) quanta efficacia, populi, quanta vtilitas noſtra,quanta materia,glorificandi Deum, ex ſupradictæ caritatis glutino ſequebatur. Vidit hæc proculdubio & inuidit leo iratus,& conatur caritatẽ antiquã ſuis machinationibus perturbare. Cauete benedicti domini, cauete nequando glorietur,& dicat, Præualui aduerſus eos,quia recedentes à patrum veſtigiis iã ſecũdum aſſuetã non ambulant caritatẽ. Inueniat

A.C. nos ille neque viros virtutum ſibi viriliter reſi A
1300. ſtentes, in defendendo præcioſiſſimam ſubſtã
riam prædictæ caritatis, relictam à patribus,
& omni cuſtodia obſeruandam. Quod vt fiat
implorandum eſt adiutorium altiſſimi, quod
nunquam nos deſeret contra hoſtem, & cauen
dum ab omnib. diligẽter, quæ turbare poſſent
illam, quam adinuicem habemus caritatem.

Proinde cauendum eſt, ne veſtrum aliqui
propriam adeo ſequantur commoditatem, ꝙ
cum graui turbatione aliorum loca nimis no
tabiliter eis vicina recipiant, ſed potius ſecun-
dum legem amicitiæ damnum proprium pro- B
pter amicum diligant in hoc caſu. Et rurſus
cauendum, ne propter iniquitatem aliquorum
alij ſic ſe abominentur, quòd hoſtilitas inter
nos, non fraternitas videatur. Cauendum ite-
rum, ne conceptum tranſeundi ad alterum no
ſtrorum ordinum propoſitum, quem aliquìs
inuenerit in aliquo debiliter vel extinguat ze
lo ipſum attrahendi ad ſuum ordinem, ſed po
tius inceptum propoſitum foueat, & confir-
met. Item ne familiares, & benefactores alte-
rius ordinis, aliquis à ſua deuotione audeat a-
uertere, & ad ordinem ſuum conuertere, vt ad C
alterum ordinem deriuetur fructus deuotio-
nis huiuſmodi, qui alij proueniret. Item ne lo-
ca, quæ aliqui pro domibus conſtruendis acci
pere proponunt, præſentientes hoc alij cautè
ſubripiant, alios excludendo. Item ne eleemo-
ſynas, quas deuotio fidelium aliquibus facere
proponit, alij impediant, vt ipſi habeãt, ſed po-
tius cum interſunt teſtamentis, aut aliis nego-
tiis, bona fide ſint memores aliorum pias ſub-
uentiones aliis fieri procurando. Item ne alij
ſermones impediant aliorũ, vel auditores ſub-
trahant, aut ipſos ſermones ſibi ſubripiant al- D
ternatim. Quæ enim eſſet caritas, ſubtrahere
perſonas, ſubtrahere animos, ſubtrahere loca,
ſubtrahere ſermonem, cum ſecundum carita-
tis regulam, non quæ ſunt noſtra, ſed quæ ſunt
alterius ſuadente apoſtolo quęrere debeamus.
1.Cor.10. Cauendum etiam ne quis veſtrum ſic ſanctos
ſuos, ſic ſtatum ſuum imprudenter extollat, ꝙ
in aliorum depreſſionem laus talis fieri videa-
tur. Itẽ ne quis obloquatur de aliis, non ſolũ
in publico coram multis, ſed nec clanculo co
ram extraneis, nec̃ inter fratres proprios in ſe-
creto. Item ne ſi ſiniſtrum aliquid alij ſciuerint E
aliĩs denudent, vbi nulla eſt vtilitas, nec fru-
ctus, ſed potius ſic culpabiles caritatiue corri-
piant, vel oſtẽdant correctoribus eorumdem.
Quis enim neſciat, quantum per huiuſmodi
depreſſiones, oblocutiones, criminationes, læ-
datur caritas, immo procul pellatur ab omni
genere amicorum?

Cauendum inſuper, ne quis mala ſibi rela-
ta de aliis facta vel dicta, vel iniuriam aliorum
leuiter credat, vel huiuſmodi inter fratres ſuos
referat, & referendo aggrauet, corda fratrum
concitet, & ſic in eis caritatem concutiat, in
quibus potius fuerat confirmanda. Cauendũ
præterea, ne veſtrum aliqui, ſi læſi fortaſſe fue-
rint interdum ab aliis minus iuſtè, patientiæ,
quæ de caritate producitur, obliti, ſic ſuam o-
ſtendant impatientiã, quòd propter vnius vel
paucorum ſtultitiam, contra alterius ordinis,
ſiue aliorum fratrum innocentiam moueãtur.
Illud autem omnino cauendum ne fratres qui

A in ſe abhorrent hæc & ſimilia, in aliis diſſi mu A.C.
lent, ſed potius, ſi tale quid viderint in aliquo 1300.
zelo ſancto ſuccenſi ſtatim fraterna correctio-
ne vtantur, vel per illos, quorum intereſt, cor-
rigi faciant huiuſmodi delinquentes. Illos aũt
qui curam habent aliorum ſuper omnes repre
henſibiles iudicamus, ſi in prædicta correctio-
ne fuerint negligentes.

Obſecramus igitur fraternitatem veſtram 1.Ioan.5.
per caritatem, quæ Deus eſt, vt ab huiuſmodi
& ſimilibus offendiculis ſollicitè præcauẽtes
ſectemini diligẽter quęcunque valere poſſũnt,
B ad pacem noſtram, & mutuam in domino ca-
ritatem, & indiſſolubilem vnitatem, ſcientes, ꝙ
vterque noſtrum pleno corde vult, & deſide-
rat plenè hæc à ſuis ſubditis obſeruari fideli-
ter, & tranſgreſſores tãquam inimicos vnitatis
& pacis à ſuis correctoribus corrigi diligenter
& dignè ſecundum ſuorum exigentiam meri-
torum. Et proponimus contra correctionem
huiuſmodi opportuno tempore non inueniri
deſides vel remiſſi, ſed inuigilare cum zelo nõ
modico & feruore. Hæc autem vobis ſcripſi-
mus: vt ex hortationis paternæ di birũ mquod
C ore non poſſumus, ſaltem ſcripto vobis omni
bus redderemus, & incitaremus corda veſtra
de quorum bona voluntate plenam habemus
fiduciã, ad id, quod ordinibus nobis cõmiſſis
perutile reputauimus ſuper materiam ſupradi
ctam, & in extremi iudicij examine cum de vo
bis nos oportebit reddere rationem, noſtras
poſſimus animas liberare. Ne autem per igno
rantiam, & obliuionem circa ſupradicta frater
aliquis de prouincia poſſit ſe aliquatenus excu
ſare, ego frater Humbertus magiſter ordinis
prædicatorum iniungo vobis priori prouin-
D ciali eiuſdem prouinciæ, quatenus circa iſta
de cõfirmanda caritate inter vos & cariſſimos
fratres minores literas has, vel conſcriptũ ſub
ſigillo noſtro faciatis legi per omnes domos
prouinciæ vobis commiſſæ, & excluſis noui-
tiis, & fiatribus illiteratis exponi vulgariter,
& in domib. ſingulis ad hoc tum habendam me
moriã retineri. Sciatis autẽ, quòd per ſingulas
prouincias ordinis noſtri, ſimiles literas deſti-
naui. Sed & venerabilis pater miniſter genera-
lis minorum idem fieri per prouincias ſui or-
dinis ordinauit.

E

De B. Catharina de Senis, de tertio ordine prædicatorum.

CAP. XIIII.

SCRIPTVM eſt, quia ſpirituũ pon Prou. 14.
derator eſt dñs, cui ſoli, ſicut cogni
tus eſt numer⁹ electorũ in ſuperna
fœlicitate locandus: ita & ei ſoli in
noteſcunt gradus meritorum, & præmiorum
omnium ſanctorum, & quibus voluerit re-
uelare. Quantum autẽ nobis (qui tenebris in-
F uoluimur) permittitur iudicare de ſanctis, per
coniecturas & præſumptiones ex geſtis eorum
arbitror ambigere neminem, plurimos beatos
vtriuſque ſexus non canonizatos ab eccleſia,
immo nec nominatos, non fuiſſe minoris me-
riti, & inferioris gloriæ multis catalogo ſan-
ctorũ adſcriptis. Nõ enim canonizatio adiicit
ad meritum, vel præmium eſſentiale beatorũ
nec decernit ſanctitatis gradum, ſed veneratio
nem

A. C. 1360.

nem temporalē & gloriā, vt poſt ipſam poſſit ſolenniter officium celebrari & feſtiuari, quod alios fieri non dicitur. A

Et inter hos exiſtimo eſſe beatam Catharinam de Senis ſororem de pœnitentia, ſeu de de tertio ordine beati Dominici, quæ obiit anno domini 1360. Romæ: quæ quanti meriti fuerit in conſpectu Dei, opera eius teſtimonium perhibent veritati, quæ talia & tanta fuerunt, vt poſſent lectorem in hæſitationem inducere, niſi illi qui viderunt & teſtificati ſunt, tantæ authoritatis ex ſcientia, prudentia, & probitate vitæ eorum fuiſſent, quòd de veritate eorum debeat nullus dubitare. Scripſit autem legendam eius, ſeu hiſtoriam frater Raimundus de Capua, generalis ordinis prædicatorum, & magiſter in Theologia, qui multa ex illis vidit, alia à fide dignis audiuit. Et quia multum veneranda, & in parte, imitanda ſunt, ideo viſum eſt mihi abbreuiando legendam eius, quæ prolixa eſt, aliqua hic inſerere. B

Hæc virgo mirabilis, de ciuitate Senenſi prouinciæ Tuſciæ ex parentibus honeſtis & deuotis, patre Iacobo pannorum tinctore, & Lapa matre originem traxit. Mater ipſa plures filios ex viro concepit, & inter alios vno conceptu duas filias peperit, Catharinam & Ioannam. Et ſacramento baptiſmi eis collato, Ioanna quam citiſſimè cum innocentia baptiſmali volauit ad cœlum: Catharinam verò ſuperſtitem proprio lacte mater nutriuit. Et cū poſt ablactationem infantula iam ambulare inciperet, tam grata cœpit eſſe cunctis videntibus, & tam prudentia verba proferre in ea infantili ætate, quòd vix mater eam poterat in domo retinere. Rapientes enim eam vicini & cognati ad domos proprias ipſam ducebant, vt audirent verba ex ore eius, admirantes & lætantes ſuper prudentia & reſponſis eius. Et cum ad quinquennium perueniſſet, edocta ſalutationem angelicam ex ſeipſa non ab alio, niſi à Deo admonita, aſcendendo [& deſcendendo gradus eam identidem repetebat. Agens autem] ætatis ſuæ annum ſextum, cum miſſa fuiſſet cum germano ſuo puero à matre, ad viſitandam germanam eorum, cuidam iuueni coniugio copulatam, accidit, vt reuertens ad domum matris in via habuerit viſionem mirabilem. Vidit enim ſuper eccleſiam fratrum prædicatorum vrbis Senenſis quemdam thalamum ornatum regaliter, in quo ſaluator noſter dominus Ieſus Chriſtus in throno imperiali ſedebat, pontificalibus veſtibus indutus, habens in capite coronam, ſeu mitram papalem. Erantque cum eo, princeps apoſtolorum Petrus, ac etiam Paulus apoſtolus, & Ioannes euangeliſta. Quod cum illa ſtupens intueretur, fixit pedem, & irreuerberatis oculis ſaluatorem aſpiciebat ſuum, & econtrario ſaluator in eam oculos ſuos clementer figebat, vt eam traheret ad amorem ſuū, ſubridensque extentā dextera manu ſuper ipſam benedictionē fundebat ſigno crucis expreſſo more epiſcoporum. Cuius muneris fuit adeo efficax gratia, quòd mox mente rapta, & in eum transformata, quaſi ſui oblita manebat in via. Germanus autem eius, qui aliquantulum præceſſerat, credens eam ſequi ipſum cum non videretur ipſam, retro reſpiciens reuerſus eſt ad locum, vbi illa ſe firmarat, vocans & trahens eam ſecum nil de viſione aduertens, ſicque diſparuit viſio. C D E

Viſio virginis admirabilis. c. 2.

Ex illa hora cœpit paruula moribus caneſcere ac ſenſu mirabili clareſcere, vt non iam pueriliſ ætatis, ſed ſenilis maturitatis actus eius viderentur exiſtere, & in tempore illo vitam & mores ſanctorum Ægyptiorum, necnō & geſta quorundā ſanctorū, vt præcipuè beati Dominici, nullo tradente hominum, nullaque lectione præcedente didicit infuſione ſola ſpiritus almi. Tantuſque ardor mentem eius accenderat imitandi vitam ſanctorum, quòd nil aliud poterat cogitare. Vnde & latibula quærebat, & ſecretè corpuſculum ſuum chordula flagellabat, orationibus & meditationibus, iocis puerilibus relictis, aſſiduè intendens. Taciturna ſatis cibum etiā minus ſolito capiens, puellas, quæ ad eam ex affectione conueniebant ad orationem & diſciplinam exhortabatur.

Cana eiuſdem virginis infantia.

Et vna dierum domum cum vno pane egreſſa, extra ciuitatē profecta, non multum à longè cauernam inueniens, quaſi eremum elegiſſet, orationi ſe dedit vſque ad horam nonam. Sed eam ſpiritus edocuit non Deo placere illum ſtatum eam aſſumere, quamobrem domum reuerſa eſt.

Solitariā vitam agere puella deſiderat: cap. 3.

In ſeptennio autem conſtituta votum vouit domino, & matri eius virgini perpetuæ virginitatis, quod vt efficacius adimpleret, decreuit à carnibus abſtinere, clam tamen quantum poterat, ne deprehenderetur. Vnde & ſibi oblatas à ſuis vel germano ſuo ſimul comedenti, vel muſcipulis occultè iaciebat.

Quidam autem zelus animarum, cordi eius infuſus commouebat eam, omnium affectans ſalutem, & ſanctos illos, qui multum laborauerant pro animarum ſalute, intimè diligens, & venerans. Vnde & beatum dominicum intelligens ordinem ſuum prædicatorum ad hoc inſtituiſſe, ſingularem deuotionem ad eum habebat, adeo quòd quando fratres prædicatores vidiſſet ambulantes per viam, poſt tranſitum eorum terram oſculabatur, vbi pedes poſuerant. Sed & deſiderium intenſum inttauit in cor eius, aſſumpto habitu maſculo, ſexu fœmineo occultato, proficiſci ad partes remotas vt ignotæ traderetur habitus fratrum, vt ſalutem animarum valeret efficacius procurare, mente reuoluens hoc Euphroſynam & Eugeniam egiſſe. Sed diuinitus edocta, propoſitum illud in melius commutauit. Hæc omnia ipſa ſecreto confeſſoribus reuelauit.

A propinquis admonita cultui corporis indulget. cap. 6.

F

§. I.

DE vexationibus, & perſuaſionibus, quas habuit à ſuis, vt virum acciperet. Interea cum Catharina annum [duodecimum attigiſſet, clauſa domi manens ex more patriæ, cœperunt

A.C. 1360. runt parentes & fratres eius tractare de coniugio eius, neſcientes ſanctum propoſitum eius. Et Mater quidem carnis ſuæ eam inſtruebat ad corporis cultum, faciem frequenter lauare, crines componere, veſtes ornare, vt pulchrior apparens citius in coniugem peteretur.

Et cum illa omnino recuſaret, ſubmiſerunt germanam eius iam nuptui traditam, nomine Bonauenturam, valdè ab ea dilectam, vt ipſa mũdanum ornatum ei perſuaderet. Cuius perſuaſionibus deuicta ex affectione multa ad eã, cœpit aliquantulum ornatui corporis vacare, B propoſitum tamen firmum tenens inuiolabilis virginitatis, nec ex hoc quærens placere viris, vel trahere ad coniugium eius, nec in faciem alicuius aſpiciens, ſed ſolum, vt germanæ precibus acquieſcens, eam non contriſtaret.

Quã lenitatẽ, ſi culpa fuit, leniſſima tamen ad ſe reuerſa multis lachrymis terſit & tantis cum ſingultibus & lachrymis confeſſa eſt, vt videri poſſet grauiſſimo ſe ſcelere obſtrinxiſſe proclamans ſe inferno digniſſimam: Perſpicuum tamen erat nõ tantũ confeſſorib. ſed C omnib. qui domeſticè cũ ea cõuerſabãtur, ꝙ rariſſimè, vel nunquam offendebat in verbo, ſed tempus ſuum totaliter occupabat in oratione cõtemplatione, vel proximorum ædificatione. Somnum in die naturali vix ad quartam partem ſibi concedens, cibi duntaxat ſuo modo ſumebat: ad quem accedebat non, vt corpus delectaret, ſed vt ipſum cruciaret. Ipſius tamẽ virginis præfata germana Bonauentura non impunita euaſit ex inductione Catharinæ ad illum ornatũ: nam prægnans eodem anno in D partu migrauit à ſæculo. Pro cuius anima orans Catharina poſtea exaudita fuit, & de pœnis purgatorij liberam in cœlum conſcendere fecit.

Ex conſideratione tranſitus eius attendens mundi vanitatem, magis fixa in Christi amore beatam Mariam aduocatam aſſumpſit, vt eius interuentu veniam mereretur a cipere illius ornatus, quæ leuiſſima poteſt culpa exiſtimari, qua in oratione perſeuerans audire meruit: Dimiſſa ſunt tibi peccata tua. Et poſtmodum per ſponſum ſuum dominum Ieſum, & genitricem eius aſſignata eſt Catharinæ beata Ma- E Luc. 7. ria Magdalena in Magiſtram & matrem. Et cũ animaduerterent parentes puellam indies magis, quæ mundi ſunt contemnere, cœperunt ex aduerſo ipſi fortius inſtare ad ligandum eã vinculo coniugali. Ad quod efficiendum quẽdam fratrem ordinis Prædicatorum eis amiciſſimum ſubmiſerunt ad idem ei perſuadendum. Quod cum ille leuiter pertranſiret, inoeniens firmum eius propoſitum, ei ſuaſit, ex quo in propoſito virginitatis fixa erat, capillos ſibi capitis abſcindere, vt efficacius animũ F eius cõſanguinei intelligerẽt. Nec iſta ſurda aure audiuit, ſed reuerſa domum illud impleuit. Hoc cũ pater & mater & germani cognouiſſẽt, clamantes contra eam multa conuitia intulerunt dicẽtes. Viliſſima fœmina credis per hæc facere contra voluntatem noſtram? Non ſic tibi continget, velis nolis oportebit te ſubire coniugium. Abſtuleruntque ei omnem locum A ſecretum ad orandum, exponentes eam ad omnia exercitia domus tanquam ancillam, & ſeruam coquinariam. At illa omnia patientiſſimè ferebat. Et inuentum ſibi ſponſum & oblatum nec ſibi nominari paſſa eſt. Fecit autem in mẽte ſua cubiculum ſuum, in quo clauſo oſtio ſẽſuum in abſcondito oraret patrem, qui in cœlis eſt, in cunctis exercitiis ſuis manualib. Formauit autem ſibi imaginationem in corde ꝙ pater ſuus carnalis eſſet loco patris cœleſtis Ieſu Chriſti, & mater vices teneret virginis Mariæ, & germani locum apoſtolorum tenerent. Ex hac meditatione illis diligentiſſimè, ſeruiebat, vt Chriſto, virgini Mariæ, & Apoſtolis. Mat. 6.

Et cum in quandam cameram, vt illa orabat, pater intraſſet cauſa alicuius rei ibi inquirẽdæ, vidit columbã albiſſimã ſuper caput ipſius orantis, ex qua ſatis miratus eſt. In qua ſpiritusſanctus ſignatus eſt ſuper eam propter ſuam puritatem deſcendiſſe. Exinde deſiderium in corde eius ardebat habitum alicuius religionis ſumendi, & præcipuè ordinis ſancti Dominici. Vnde facta eſt manus domini C ſuper eam vt videret in imaginaria viſione in ſomno multos ſanctos patres fundatores diuerſarum religionum, & inter eos, beatum Dominicum cum lilio in manu, vt pingitur. Et cum omnes illi ſancti eam monerent, vt aliquam ex illis religionem aſſumeret vt gratiorem domino redderet famulatum, illa verſus beatum Dominicum ſuos direxit greſſus, & beatus Dominicus ei occurrebat, & in altera manu habitum habebat tertij ordinis, ſeu qui de pœnitentia dicitur. Cui cum appropinquaſſet, talibus verbis eſt eam conſo- D latus. Forti eſto animo filia dilectiſſima, nec verearis quodcunque impedimentum, quia certiſſimè iſto habitu, ſicut deſideras, indueris. Quod illa percipiens, non minimam concepit lætitiam, cum lachrymis gratias altiſſimo agens, & Dei athletæ Dominico.

Propinquis propoſitum ſuum manifeſtat. ibid.

§. II.

HAc igitur viſione confirmata adeo fuit mens virginis, vt eadem die cum omni audacia conuocatis parentibus & germanis quod illuc vſq; occultauerat, propoſitũ, immo & votum virginitatis, ſe emiſiſſe eis expreſſit, citiuſque poſſe ſaxa moliri, quàm ipſam ab hac intentione euelli, ſponſumque accepiſſe talẽ, potentem, ac diuitem, quòd in nullo ſibi deficiet ex opportunis, vt pote dominum Ieſum Chriſtum regem regum, dominum dominantium. His auditis, prorupere in lachrymas cuncti, ſuſpiria & ſingultus, vt vix ei valerent dare reſponſum.

Demum pater, qui multum eam diligebat, mente reuoluens plura, quæ iam viderat in ea magnæ ſanctitatis præſagia, inquit ad eam, Abſit à nobis prædilectiſſima filia, quòd diuinæ voluntati (à qua videmus tuum deriuare pro-

A. C. 1360. propoſitum) nos velimus opponere. Age vt libet, & prout vnctio docet, nec in aliquo ab operibus tuis te retracturi ſumus, aut futuri moleſti.

Cœpit autem aures diuinæ pietatis pulſare vt habitum tertium beati Dominici, diu optatũ mereretur accipere, qui per beatũ Dominicum ſibi fuerat repromiſſus, & parentes ſollicitabat, vt hocipſum poſtularent à fratribus. Mater verò, quæ carnaliter multum eam diligebat, etſi illud nõ denegaret expreſſe, tamẽ occaſiones differendi varias allegabat. Qua etiã de cauſa propoſuit balnea adire, ipſamque ſecum adducere. Quod & factum eſt, ſed non ad delicias, aut ſubleuationẽ dolorum, ſed ad cruciatum corpuſculi ſui vſa eſt eis. Simulans enim ſe velle balneare perfectius, ad canale conductus, vnde aquæ ſulphureæ procedebant, & feruentes aquas ſuper nudã carnem ſufferens diu, fortius corpuſculum affligebat, quàm ſi catena ferrea verberaſſet. Cúmque poſtea interrogata fuiſſet, quomodo tantos potuiſſet ſuſtinere calores abſque mortis periculo, reſpondit quòd abſente matre intrabat, & cogitans aſſiduè de pœnis inferni, & purgatorij, quas ſibi videbatur meruiſſe, rogabat Deum, vt iſtas pœnas in purgatorias commutaret, & ex confidentia huius gratiæ percipiendæ dulce fiebat, quod patiebatur. Et quamuis dolores ſentiret, non tamen à tanto calore lædebatur.

Reuerſa domum mater cum filia Catharina frequenter increpabat ipſam filiam de nimia ſua auſteritate vitæ, quod tamen illa ſurda aure audiebat, nil diminuens de cœpto rigore abſtinentiæ. Contigit autem ipſam grauiter infirmari, eo languore, qui Variole dicitur, pueris ſatis communis. Febris quoque non mediocris eam arripuit, quæ tamen matrem opportunè, importunè, obſecrabat, vt cum ſororibus de tertio ordine beati Dominici tractaret, vt ei habitum illum tertium tradere dignarentur, & in earum conſortium reciperent: adiiciens ſi hoc minimè exequeretur, cito ipſam de hac vita migraturam. Hoc cum mater nimis timeret, eam tenerrimè diligens, tantum inſtitit apud fratres ordinis Prædicatorum & ſorores illius collegij Senenſis, quòd eam ad ſuam cõgregationem admiſerunt. Et recepto habitu non multò pòſt plenè conualuit: Deo gratias agens magnificas.

Vbi notandum, quòd talis modus viuendi cum tali habitu inſtitutus fuit à beato Dominico. Cùm enim partes Toloſanæ & Longobardiæ plenæ eſſent hæreticis, qui moliebantur auferre ab eccleſia omnem temporalitatẽ, inter alios errores, beatus pater Dominicus indefeſſe prædicans contra illos dicitur conuertiſſe ex illis centummillia, & in adiutoriũ ſumpſit quaſdam deuotas perſonas zelantes pro fide, quæ corporaliter illos hæreticos gladio materiali expugnarent, quos ipſe gladio verbi Dei amputare non poſſet, quibus & tradidit certum modum viuendi ſpiritualem vltra cõmunem modum laicalem, & citra ſtatum completæ religionis, & dicebantur tunc fratres de militia beati Dominici. Extirpatis demum hæreticis in partibus illis, cum non oporteret amplius gladio pugnare, remanſerunt in illo modo partim religioſo cum vxoribus ſuis: quæ mortuis viris continenter degebant, & alij vtriuſque ſexus viduæ, & virgines & coniugati illis adhæſerunt, vocati poſtea fratres, ſeu ſorores de pœnitentia beati Dominici, quarum regulam approbauit Innocentius papa 6. & Ioãnes. 22. declarauit illos & illas non eſſe intelligendas de numero eorum, qui dicuntur in cle. Ad noſtrum. de hære. Beguardi & Beguinæ, & Honorius conceſſit, quòd tempore interdicti poſſunt intereſſe diuinis officiis in eccleſiis Prędicatorum. Hunc igitur ſtatum & habitum virgo aſſumpſit. A. C. 1360.

De mira auſteritate & abſtinentia vitæ eius.

§. III.

POST habitus aſſumptionẽ, licet & prius pro poſſe ſe abſtineret à carnium eſu, caute tamen ne ſui aduerterent, omnino à ſe illas totaliter abdicauit, adeo vt odorem etiam illarum ferre non poſſet abſque corporis paſſione. Vinum ita lymphare cæpit, quòd ſapore ſimul cum odore perdito colorem tantum retineret rubedinis. Decimoquinto autem ætatis ſuæ anno vinum ex toto dimiſit, & potu aquæ frigidæ ex toto vtebatur tantum. Coctum quoque quodcunque à ſe auferebat paulatim, præter panem, et intra breue tempus ad eſum panis, & crudarum herbarum ſeipſam coercẽdo reſtrinxit. Circa vigeſimum annum ætatis ſuæ etiã ſe panis vſu priuauit, ſolũ crudarũherbarũ ſibi vſu relicto. Poſtremo non ex vſu nec ex natura, ſed ex diuino miraculo ad tam altum ſtatum deducta eſt, quod licet corpuſculum illud pluribus infirmitatibus ſubiaceret, laboresque aliis importabiles ſuſtineret, conſumptio tamen humidi radicalis non habebat locum in ea, nec ſtomachus faciebat, aut facere poterat officium digerendi, nec vires corporeæ, propter priuationem cibi & potus debilitatæ, ita vt vita eius quaſi tota eſſet miraculũ. Minimè autem quacunque induſtria naturali, exercitio, ſeu vſu ad hunc ſtatum deuenire potuiſſet: ſed nec talia ad conſequentiam ſeu imitationem deduci oportet à quoquam niſi cui cõceſſerit plenitudo Spiritus. Priuilegia enim paucorum communẽ legẽ facere non poſſunt.

Si de lecto quæritur: in quo membra fatigata quieſcerent, audi nobilem & delicatum thalamum virginis. De ligneis tabulis ſibi fieri fecerat ſtratum, in quo ſedens meditabatur, vel ſtabat in oratione proſtrata, & tempore ſuo nullis detractis veſtibus corpuſculum dormiens reclinabat, veſtibus laneis vtebatur intus & extra. Quamdam catenam ferream ſua latera ſine medio circundantem, ſeu cingentẽ tenebat tam fortiter, quòd ferè intrinſecatam carni cutem reddiderat. Vigiliis noctes extendebat vſque ad horam matutinalem. Poſtmodum verò ſic paulatim datum eſt ſibi vincere ſomnum, quòd infra duos dies dormiebat

dimidiam

A. C. 1360. dimidiam horam,nec huic etiam ſomno conſentiebat,niſi quando ad hoc corporis languores cogebant.Reuelauit ipſa quandoque,quòd nullum tantum refrigerium habebat in hac vita,quantum cum intelligentibus loqui, vel cõferre de Deo.Centum diebus & noctibus ferè ſtetiſſet abſque cibo,& potu,& ſomno , ſi habuiſſet intelligentes,& conferentes cum ea ad loquendum de Deo, nec vnquam laſſabatur ſemperque recentior & hilarior reddebatur.

Dirè corpꝰ ſuũ caſtigabat. ibi. c.12. Præterea volens imitari patrem beatum Dominicũ,tres ſibi quotidie de vna catena ferrea diſciplinas inferebat. Vnam pro ſe , aliam pro defunctis,tertiam pro iis, qui verſabantur in mundo. Sed poſtea infirmitatibus aggrauata hoc continuare non potuit, pro qualibet autem diſciplina vnam horam cum dimidia occupabat,& raro deficiebat,quin ſanguinis guttæ ex ſcapulis vſque ad pedes defluerent.Multos legimus patres in vtroque teſtamento miras abſtinentias feciſſe,ſed pauciſſimos huius ſimiles. Cùm autem Catharina ita ſe dirè diſciplinabat,perpendens mater pię nimia compaſſione clamabat cum gemitu.Filia,filia ego te mortuam video,tu teipſam occidis. Nec tamen ab huiuſmodi ceſſabat,vt ſe Deo hoſtiam offerret in odorem ſuauitatis.Siquando mater eam ſecum ad dormiendum duceret, vt magis quieſcere poſſet,ſurgebat illa clam matre dormiente,& orationi incumbebat , ligna etiam dura ſub linteaminibus clam in loco ſuo ponebat,vt mollitiem declinaret.

Licet autem ipſe modus viuendi , tertio ordini traditus,ab ea aſſumptus non adſtringat ad paupertatem & obedientiam totaliter, qualis eſt religioſorũ,tamẽ Catharina ad ea ſupererogabat,ita obedientiam perfectam amplectẽs quòd non ſolum magiſtro ſororum,& prioriſſæ talis collegij,ſed confeſſori ſuo ſimpliciter in omnibus obediret,etiam in iis, quæ ſibi ardua erant.Paupertatem diligens in domo parentum poſita , qui rebus abundabant, nihil per ſe,vel pro ſe accipiebat, niſi quod pauperibus largiebatur,ſuper quo largam licentiam habebat.Intantum autem erat paupertatis amica, vt non poſſet quieſcere mens eius , cum domum parentum cerneret temporalibus abũdare, mente illud reuoluens.Væ vobis diuitibus,qui hic habetis conſolationẽ veſtram , & quod dictum fuit diuiti epuloni.Fili recordare quia accepiſti bona in vita tua,nunc autẽ cruciaris. Vnde & attente dominum præcabatur vt ad paupertatem dominus ſuos parentes reduceret,vt diuites magis in regno fierẽt, quod & ſecutum eſt.Nam domino diſponente,multa infortunia ſuſtinentes ad infimam paupertatem deducti ſunt.

Silentium autem , quòd gratiam parturit, vt Zacharias mutus Ioannem,cum magna cuſtodia ſeruauit,etſi regula non mandaret. Cũ eſſet adoleſcentior per triennium continuum ita ſeruauit ſilentium,vt ne vnum quidem verbum egrederetur de ore eius, niſi confiteretur confeſſori peccata ſua.In cellula,in domo ſua clauſa morabatur, nec egrediebatur,niſi cũ in eccleſiã proficiſceretur.Nam cibus in cella ſua quia tenuis facile ei miniſtrabatur, in vſu eius
Iob. 3. ſeruans quod Iob inquit:Antequã comedam ſuſpiro,& tanquam inundantis aquæ ſic rugitus meus,ſcilicet lachrymarum. Multoties ſũpta communione per plures dies manebat ſine cibo & potu , ſuauitate ſacramenti refecta. Iob.31.
Verũ multi multa de ea loquebantur,& aliqui quòd deceptio erat diaboli tanta abſtinentia vt damnum induceret eã ad aliquod præcipitiũ. Alij , ꝙ non erat illud ſecũdũ doctrinã ſanctorum , facere tantam ſingularitatem, vnde elatio poſſet inſurgere.Alij quòd fictio & fallacia erat ad oſtendendam ſanctitatẽ,ſed in occulto comedebat,&bibebat.Propter quod confeſſores ei mandauerunt,vt omni die cibum ſumeret in aliqua quantitate,quibus ipſa,vt obedientiæ filia parebat , & cum ſui magno cruciatu. Nam ſtomachus eius ita erat laceſſitus , vt illud parum,quod ſumebat, retinere nõ poſſet, ſed miſſa feſtuca in guttur,quia nimis torquebatur,euomebat aſſumptum.Vigilias eius,orationes,meditationes,& lachrymas , quis ſufficiat enarrare? Pſal.44.

Reuelationes & apparitiones eidem factæ.lib.1.c.16.

§. IIII.

QVIA igitur audiuit filia,& ſponſa domini vocem Dei , inclinans aurem ſuam ad obediendum in cunctis , obliuiſcens quoque populum ſuum,poſſeſſiones,& domum patris ſui,non ſolum propinquos carnis , ſed etiam propriam voluntatem , concupiuit rex æternus decorem ſuum allectus feruore eius. Cœpitque ei apparere ſponſus ſuus dominus Ieſus Chriſtus,de omnibus,quæ vtilia forent animæ ſuæ plenè eam informans Et refert ipſe magiſter Raimundus compilator legendę eius quòd ex ſecreto cõfeſſionis habuit,nihil quod pertineat ad viam ſalutis, eam habuiſſe ab homine,ſed per reuelationem Ieſu Chriſti per occultam inſpirationem , & aliquando per clarã apparitionem loquentis ſibi , ſicut homo loquitur homini,& viſio erat aliquando imaginaria,aliquando etiam corporalis ſenſibus exterioribus oſtenſa[Cum autem initio formidaret,ne ei diabolus talibus viſionibus illuderet, 2. Cor. 11. ſciens illud Apoſtoli,ipſe Sathanas.] ſeſe trãſfigurat in angelum lucis.Hunc timorẽ ipſe ſpõſus dominus Ieſus in ea commendauit,dicens viatorem ſemper oportere in timore ambulare.Docens eam per hoc ſignum diſcerni poſſe inter apparitionem Angeli lucis,& Angeli Sathanæ inter cætera.Nam apparitio vel reuelatio Angeli lucis, non ſolum primo timorem inducit,ſed in ſecuritatem,& lætitiam, terminatur.At econtrario apparitio Sathanę ſub ſpecie lucis lætitiam & ſecuritatem primo cauſat & in mœrorem finit.Transfigurationem vtiq; Sathanæ in Angelum lucis ſequitur ſuperbia, & elatio mentis,& præſumptio ſui.Et quia ipſa ſemper humilior, & feruentior reddebatur ex huiuſmodi apparitionib.hinc cœperunt viſiones cœli,& reuelationes in ea multiplicari vt quemadmodum loquitur quis familiariter & frequenter cũ amico,ſuo,ita iſta virgo cum ſponſo ſuo domino Ieſu Chriſto. Vtrum autẽ ille eſſet Angelus in perſona Chriſti,ſicut quãdo Moyſi

A.C. 1360. do Moyſi, loquebatur in perſona Dei dicens, Ego ſum dominus leges meas cuſtodite, an ipſe perſonaliter Ieſus Chriſtus, qui eſt in dextera Dei, determinatum non reperio. Cúmq; ipſe, qui hiſtoriam hanc texuit in principio allocutionis & familiaritatis cum ea hæſitaret, an magnalia, quæ loquebantur, & de ea dicebâtur, forent ex illuſione diabolica, per duo, quæ aſſerit in ſe expertum, declarat in veritate nó ficta ea geſta per ipſá à domino fieri. Et primũ fuit, quia poſtulans ſibi per preces eius dari intimam contritionem, & fontem lachrymarum pro defectibus ſuis, illa promittente, viſitatus ab ea ex inſperato in tantam compunctionem deuenit, annos ſuos recogitans in amaritudine animæ ſuæ peccatorum ſuorum, vt dirumpi viderentur cataractæ, & apparerent fontes aquarum, & ſibi ipſi timeret, ne pectus, & cor dolorib. & ſingultibus ſcinderentur. Et poſt lachrymationem & fletum Deus exultationẽ infudit.

Altera autem vice cum loqueretur cum eo de magnis myſteriis ſibi reuelatis, & minus fideliter ea audiens, inruens in eam vidit faciem eius transformatam in faciem viri barbati, qui cum fixis oculis aſpiciens, nimis terruit eum, quæ facies oblonga erat ætatis mediæ, coloris triticei, maieſtatem quamdam præferens in aſpectu, vt dominum ſe oſtendens, & cum territus exclamaret. O Deus quis me reſpicit? Reſpondit illa. Qui eſt, diſparuitque facies illa, & ſolum ipſius virginis vidit.

Narrauit perfecta virgo confeſſoribus ſuis, ꝙ in principio ſuarum viſionum, cum dominus apparere cœpit, orante ipſa vna dierum dixit ei dominus. Scis ne filia, quæ tu es, & quis ego ſum? Si hæc duo noueris, beata eris. Tu enim es illa, quæ non es. Ego autem ſum ille, qui ſum. Si hanc notitiam habueris in anima tua, nunquam te decipere poterit inimicus omneſque laqueos eius euades. Nunquam cóſenties rei, quæ ſit contra mandatum Dei, omnem gratiam & virtutem acquires.

O lector cariſſime, hic fige pedem, nec leuiter tranſeas theſaurum incomparabilem, in agro abſconditum. Conſidera primum, inquit Raimundus illud dictũ: Tu es, qui nó es, quod vtique ita eſt, cũ de nihilo ſit facta omnis creatura, ideſt, non de aliquo præexiſtenti. Creare enim eſt, de nihilo aliquid facere, & ita ex te nil es. Item ad nihil tendit creatura ex ſe, ſeu ſibi relicta, intantum ꝙ ſi per inſtans creator à conſeruatione creaturæ ceſſaret, mox redigeretur in nihilum, ſecundum Greg. Et cum peccatum facit, quod nihil dicitur ſecundum Aug. quia non eſt aliqua creatura peccatum ipſum, & qui frequenter peccat ad nihilum tendit, & ex ſe præciſè nihil poteſt facere boni ſecundum verbum Chriſti, immo nec cogitare ſecundum Apoſtolum. Et ideo, qui ſe exiſtimat aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, ſic patet quòd creatura ex ſe nihil eſt. Quod ſiquis benè cognouerit & intellexerit, vnde elatio mentem eius aſcendet, qui nouit nihil eſſe ſeipſum.

Secundum particulam notabilem ipſius doctrinæ omittere nefas eſt, ſcilicet: Ego ſum qui ſum. Quæ propoſitio noua eſt pariter & antiqua, dicta Moyſi, ac etiam à ſaluatore in euan- A gelio. Si enim (ait) non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Ille enim (vt docẽt ſancti) tantum propriè eſt, cui eſſentialiter competit eſſe, nec differentia eſt inter eſſe ſuum & eſſentiam ſuam, nec ab alio quàm a ſe, ideſt, Deo prouenit eſſe ſuum, à quo procedit omne aliud eſſe. Et (vt verbis vtamur Apoſtoli) non eſt in eo eſt, & non ſicut in creaturis, ideſt, mutatio. Creator ergo ipſe à ſeipſo, & non ab alio, tantam in ſe habet infinitam eſſendi perfectionem. Et ex hac cognitione ſui, & creatoris procedit omnis perfectio virtualis, & om- B nis bona ordinatio mentis. Quis vel amens ei, à quo cuncta recognoſcit ſe habere, non ſe ſpóte, & lætanter ſubiciat? Quis tam gratum, & copioſum benefactorem non ex toto diligat corde? Quis ad tantum dilectorem, qui nullis præcedentibus meritis noſtris, immo nihil mouente ipſum niſi ſua bonitate, non inardeſcat amore? Quis non cócutiatur timore, & tremore ad tam potentem dominatorem? A.C. 1360.

Altera vice apparens ei ſponſus Ieſus ait. Filia cogita de me, quod ſi facies, ego cogitabo de te. Hoc videtur pſalmiſta exponere, dũ ait: C Iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet. Ex hac doctrina ſolebat virgo hæc dicere aliis. Ex quo ſumus dati Deo per ſacrum baptiſma, vel per ſacram religionem clericalem ſeu regularem, in nullo deberemus ſolliciti eſſe de nobis: ſed tantummodo ſollicitari, & cogitare qualiter ipſi domino, cui nos dedimus, placeamus: & hoc non principaliter conſideratione præmij, ne videatur amor mercenarius, ſed conſideratione vnionis, qua ſibi glutino amoris vnimur, & tanto amplius, quãto magis ei placemus, quia & ipſum præmiũ D eſt, principaliter propter aliud appetendum nimirum quia perfecto modo vnit nos infinitè perfecto principio, vnde ſolebat dicere virgo ipſa, quando timebamus de aliquo periculo. Quid habetis facere vos de vobis? permittatis diuinam prouidentiam facere, dum magis timetis, ſemper habet oculos ſuper vos, indeſinenterque prouidet ſaluti veſtræ.

Tantã conceperat de ſponſo ſuo fiduciam poſtquam audiuit, Et ego cogitabo de te, tam altéque de diuina prouidentia ſapiebat, quòd ſatiari non poterat, die noctúque ad loquen- E dum de ea. Vnde in libro quem fecit, per longum tractum, & plura capitula differere de ea non omittit. Nec tamen ex eo quod dictum fuit iſti, vel per Pſal. Iacta cogitatum tuum in domino, tollitur, quin quis operetur, quo ad poteſt ſecundum conditionem ſuam ſibi congruentia, non in ipſis operibus ſuis, ſed in Deo confidendo.

Aliud quoque ſanctum documentum cupiẽtibus in via Dei proficere frequenter replicabar, vt ſcilicet quis haberet ſanctum odiũ ſui F ſcilicet partis ſenſitiuæ. Quia. n. ex amore Dei procedit odium culpæ, quæ contra dominum committitur, videns anima fomitem, & originẽ omnis culpæ in parte ſenſitiua regnare, & ipſa radices miſiſſe, magno ſanctoque odio amouetur contra ipſam, conaturque totis viribus occidere ipſam, ideſt, fomitem illum radicatum in ea quod fieri non poteſt abſque ipſius ſe, ſuauitatis afflictione non parua, nec bre

A.C. 1360. iti. Verum quia fieri nõ poteſt quin remaneat ſemper aliqua radix ſaltem paruarum culparum iuxta id Ioan. Si dixerimus, quia peccatũ non habemus, ipſi nos ſeducimus: ideo concipit quandam diſplicentiam contra ipſam & hoc eſt odium ſanctum. De quo etiam dominus Ioan. 12. ait: Qui odit animam ſuam, ideſt, ſenſitiuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam, ſcilicet animam intellectiuam, vt ſit relatio ſimplex in ea. Et per hoc odium ſanctum extinguitur amor ſui, ideſt, proprius qui creſcit vſque ad contemptum Dei, ſecundum Auguſt. cauſa & ſentina omnium ma B lorum: ſicut econtratio amor Dei creſcit vſq; ad contemptum ſui, qui eſt hoc ſanctum odiũ.

De Victoria mirabili quã habuit in tentationib. præcipuè carnalium cogitationum.

§. V.

INSPIRAVIT igitur dominus mentem eius, vt à domino virtutum donum fortitudinis peteret, quòd ſine intermiſſione multis diebus fecit. At clementiſſimus inſpirator, volens poſt diutinam orationem fieri exauditor tali prius informauit eam doctrina. Filia (inquit) ſi vis virtutem fortitudinis acquirere: oportet te me imitari. Ego enim licet potuiſſem virtute diuina poteſtates aëreas adnihilare, nedum ſuperare, & aliam viam tenere, vincendi tamen per humanos actus meos volens exemplum dare, non niſi per viam Crucis volui ipſas vincere, vt vos factitio ſermone docerem. Quod ſi fortes vultis eſſe ad vincendũ omnem poteſtatem hoſtilem crucem accipiatis pro refrigerio veſtro, ſicut & ego feci, qui ſecundum Apoſtolum meũ Paulum propoſito mihi gaudio ſuſtinui Crucem confuſione contempta. Oportet ergo paſſiones & afflictiones, non ſolum patienter portare, ſed pro refrigerio amplexari, & optare. Et verè refrigeria ſunt, quia quanto magis patimini pro me, tantomagis cõformes mihi efficimini. Et quantomagis mihi conformamini in paſſionibus, tantomagis ſecundum doctrinam Pauli Apoſtoli mei mihi in gratia, & gloria eritis conſimiles.

Accipe igitur filia amara pro dulcibus, & dulcia pro amaris propter me nec quicquam dubites, quia contra omnia fortis eris: Quod illa non ſurda aure percipiens, extunc in mente ſua fortiter fixit in tribulationibus delectari. Et prout mihi ſemel confeſſa eſt ſecretò, nulla res exterior eam tantum in hac vita refrigerabat, quantum tribulationes & paſſiones, ſine quibus impatientiſſimè ſtetiſſet in corpore, ſed propter has ſuſtinendas libenter portabat cœleſtis coronæ dilationẽ, quia ſciebat, quòd per illas continuè corona illi augebatur in cœlis.

Poſtquam igitur dominus turrim fortiſſimã armauerat ſuis doctrinis, viam permiſſiuè aperuit hoſtibus, vt accendant ad eam, & probent ſi quomodo valeant eam expugnare, & eam vndique circumdare conantur. Primóque A inchoant à tentatione carnali, quam non tantum per cogitationes immittebant interius, non ſolum per illuſiones & phantaſias in ſomnis ſed & per apertas viſiones, quas aſſumptis corporibus actis, eius oculis, & auribus ingerebant. Horror eſt prælia illa dicere, ſed victoriã audire puris mentibus nimis delectabile. At illa contra ſeipſam, & contra carnem ſuam, & ſanguinem inſurgit, vehemẽtiſſimè catena ferrea carnem macerando, & ſanguinem ſuum totaliter effũdẽdo. Sed nec per hoc hoſtes ab inchoato bello deſiſtunt, & quaſi compatientes & conſulentes primo dicebant. Cur miſera, tantum te affligis? Quid tibi, affert vtilitatis tanta pœnæ afflictio? Putas ne in his poſſe te perſeuerare? Nunquam poteris in his continuare, niſi velis teipſam occidere, & homicida eſſe corporis tui. Melius eſt tibi, vt hanc ſtoliditatem dimittas, antequam ex toto deficias, adhuc eſt tempus, vt poſſis gaudere in mundo. Iuuenis es, & adhuc recuperabiles ſunt tui corporis vires. Viuas, ſicut cæteræ mulieres. Accipe virum, & procrea filios ad humani generis augmentum. Quod ſi deſideras Deo placere C nunquid non & ſanctæ nupſerunt Saram, Rebeccam, Rachelem, & Suſannam attende, & Annam. In hoc modo viuendi nunquam poteris perſeuerare. ▲C. 1360.

Hæc & ſimilia illis menti eius dicentibus ſacra virgo ſemper orans, & Deo ſe commendans, ponebat cuſtodiam ori ſuo, cum conſiſteret peccator, ideſt, diabolus aduerſus eam. Dabatque ſecum conuerſantibus hoc pro regula generali, cum tentationes inſurgerent, nunquã poneremus nos ad diſputãdum cum inimico, quia hoc eſt, quod ipſe quærit, vt veniamus ad D verba cum eo. Confidit enim de magna malitiæ ſuæ ſubtilitate, quod ſcilicet ſuis ſophiſticis rationibus nos vincet. Vnde ſicut caſta mulier non debet loquenti ei, & adulterium incitanti in aliquo reſpondere, ſed quantum poteſt ſe diuertere ab eo: ſic anima, quæ caſto amore Deo coniungitur, nunquam debet reſpondere inimico tentanti, ſed ad ſponſum ſuũ per orationem recurrere.

Hoc aduertens inimicus, ad aliud genus prælij ſe conuertit. Effigiat ſiquidem imaginem mulierum, & virorum turpiſſimè ſe adinuicẽ E commiſcentium, actuſque fœdos & verba inhoneſtiſſima tam viſui eius, quam auditui obiicientium: ſicque turmis tam abominabilibus circa eam diſcurrentibus vlulatibus, & clamoribus eam ad turpia inuitabant. Et (quod magis horrebat) cogebatur etiam oculis clauſis & auribus intueri & audire. Addebatur quoque menti valdè afflictæ alia afflictio, quia ſponſus, qui ſolebat eam ſæpius viſitare, & conſolationes plurimas exhibere, videbatur à ſe elongatus. Vnde oriebatur menti eius non parua triſtitia, ne forte Deus ab ea receſſiſſet, nil tamen F orationum & auſteritatis ſolitæ præ tædio omittebat, ſed ſibiipſi reſpondebat. Nunquid tu viliſſima creatura conſolationibus aliquibus digna es? Non es memor iniquitatum tuarum? Quam teipſam facis? Nónne ſi tibi parcitur æterna damnatio, ſatis eſt tibi? Nunquid propter has conſolationes elegiſti Deo ſeruire an vt in æternum in futurum eo fruaris? Et his

A. C. 1360. his ſaculis humilitatis virgo confundebar regem ſuperbiæ.

Cellula eius plena erat dæmonibus moleſtantibus eam. Et cum aliquali radio illuſtraretur,& recordaretur,quòd donum fortitudinis petenti datum fuerat , exhilarata interius cœpit cogitare, & propoſitum firmare omnes illas moleſtias lætanter ferendi,quouſque Deo placeret. Vnus autem ex illis tentatoribus audacior,& perniciosſior cæteris ait illi. Quid miſera es facta?totam vitam tuam in hac miſeria ſemper duces nec vnquam deſiſtemus à moleſtia tua citra mortem,niſi nobis conſentias. Cui mox illa doctrinæ traditę non immemor cum omni ſecuritate reſpondit. Ego pœnas elegi pro refrigerio meo, nec difficilè mihi erit has,& alias pœnas pro Saluatoris nomine tolerare,quamdiu ei placuerit.

Quo dicto immediatè totus ille dæmonum conuentus confuſus abſceſſit, & quædam magna lux ſuperne totam camerulam illuſtrans apparuit,ac in luce illa dominus Ieſus Chriſtus crucifixus,totaliter cruentatus, vocauitq́; de Cruce virginem dicẽs: Filia mea Catharina, vides quanta ego paſſus ſum pro te, non tibi grauet ſuſtinere pro me. At illa ait: Vbi, domine mi,fuiſti, dum cor meum tot turpitudinib. vexabatur? Cui dominus. Ego eram in corde tuo. Et illa: Salua ſemper tua veritate (ait) qualiter credere poſſum , quòd tu habitates tunc in corde meo, quod nõ niſi turpiſſimis,& ſpurciſſimis cogitationibus abundabat. Cui dominus. Cauſabantne cogitationes illæ in corde tuo lætitiam an triſtitiam, delectationem an mœrorem?Tunc illa. Summam triſtitiam , atque mœrorem, inquit. Et dominus : Quis ergo faciebat , vt triſtareris, & non delectareris in eis niſi ego qui latebam in medio cordis tui? Si enim ego non affuiſſem , cogitationes illæ penetraſſent cor tuũ,& fuiſſes delectata in eis, ſed præſentia mea diſplicentiã earum cauſabat in corde tuo. Et ex illa victoria habita de inimicis,cœpit ſacratiſſimus ſpõſus eius Ieſus familiariter conuerſari cum ea adeo vt incredibile videatur.

A Chriſto comitantibus diuis aliquot viſitatur. c. 22.

§. VI.

APPAREBAT ergo ſibi frequentius dominus Ieſus,& diutius ſolito eum ea manebat,ducebatque ſecum aliquando glorioſiſſimam genitricem ſuam,aliquando beatum Dominicum quandoque Mariam Magdalenam,vel Ioannem Euangeliſtam , vel Apoſtolum Paulum & alios , ſecumque confabulatur ſicut amicus cum domeſtico ſuo,& frequenter ſimul dominus , & ipſa dicebant Pſalmos ambulando per camerulam, ſicut ſolent agere duo clerici,vel religioſi ſimul officiũ dicentes. Et aduertendum,quòd virgo iſta literas quidẽ ſciebat,ſed eas homine viatore nullo docente, nec ſciebat loqui latinum,ſed ſciebat legere literas & proferre. Narrauit enim de ſemetipſa,quòd cum pro diuinis laudibus horis ca-

A nonicis depromendis , decreuiſſet addiſcere literas,ſcripto ſibi alphabeto per quamdam ſociã docebatur , ſed cum per plures hebdomadas laboraſſet,& nullatenus id poſſet addiſcere,cogitauit magiſtrum adire cœleſtem pro perditione temporis diutius danda,orãs,vt ſi beneplacitum erat ei,hoc agere dignaretur,ipſam, ſcilicet docere,quod per ſemetipſam nequibat apprehendere, quæ ſurgens ab oratione ita diuinitus eſt edocta,quòd omnem literam legeret tam velociter & expeditè,ſicut quiſquam doctus legere poſſet,& tamen ſyllabicare in nullo ſciebat,immo literas vix cognoſcebat quod B manifeſti miraculi indicium erat. Vnde libros cœpit quærere diuinum officium continentes & in ipſis legere quæ ibi ſunt tradita.

Demum creſcente anima eius in contemplationis perfectione , ceſſauerunt paulatim orationes vocales,& tamen propter frequentiſſimum raptum mentis ad tantum deuenit quòd vix poterat orationem Dominicam vocaliter ſemel proferre,quin anima eius ab exterioribus ſenſibus raperetur. Scripſit & vni ſe C mel quædam verba deuota non pauca ex diuino miraculo,cum nec antea nec poſtea aliud per ſeipſam ſcripſiſſet,vtpote ſcribendi ignara,ſed per manum alterius ſcripſit epiſtolas plurimas ad diuerſas perſonas ea dictante , ac librum ſeu tractatum ex reuelationibus non breuem.

Creſcente verò quotidie amplius in ea gratia conditoris , vna dierum Chriſtus ei apparens viſibiliter ſibi eam deſponſauit ,adſtantibus ibi glorioſiſſima eius genitrice Maria , ac beatiſſimis Ioanne Euangeliſta, Apoſtolo Paulo,ac beato Dominico,& cum his Dauid pro- D pheta pſalterium in manu geſtante ac ſuper ſuauiſſimè modulante. Et tunc Dei genitrix Maria cœpit manum extendere ad filium , poſtulans , vt ipſam Catharinam dignaretur ſibi deſponſare in fide. Quod annuens Dei filius vnigenitus,annulum protulit aureũ , habentẽ in ſuo circulo quatuor margaritas,ac adamãtẽ in ſummitate incluſũ,quẽ annulari digito dexteræ virginis dextera ſua imponens , ait. Ecce deſponſo te mihi creatori, & ſaluatori tuo in fide. Diſparuit viſio, remanſitque annulus in E digito,non quidem ſecundum viſionem aliorum,ſed tantum ſecundum virginis viſionem.

Chriſtus eam ad verſandum cum hominibus inducit. l. 2. Vit. c. 1.

§. VII.

POST DESPONSATIONEM præfatam cœpit dominus eam paulatim ad cõuerſationem humanam trahere: vnde & poſtquam ſibi apparebat,vt oſtendiſſet ſibi quædã F arcana,& cum ipſa horas & Pſalmodium dixiſſet,ſubiungebat. Vadas,quia hora eſt iã prãdij,& tui de domo iam volunt ad menſam intrare. Vadas,& ſis cum eis,& poſtea reuertaris ad me. Quod illa audiens in ſingultuoſos luctus prorumpebat,dicens. Vt quid,dilectiſſime domine,me miſeram repellis à te?Si maieſtatem tuam in aliquo offendi,ecce corpuſculũ

A.C. 1360

meum paratum ad pœnam coram pedibus tuis ad quod te iuuabo caſtigans. Non me hac tam dura pœna permittas affici, vt ſeparer á te quantulumcunque. Quid mihi,& prandiis eorum? Ego cibum habeo manducare, quem illi neſciunt. Ego (vt noſti) omnem conuerſationem hominum dimiſi, vt te dominum poſſem inuenire. Nunc autem ex quo tua miſericordia te inueni, licet indigniſſima, nunquid debeo ambagibus humanis immiſceri, vt accreſcant ignorantiæ meæ? Cui dominus reſpondit. Sine, dulciſſima filia, ſic decet te implere omnẽ iuſtitiam. Non intẽdo te á me ſeparari, ſed mediante caritate proximi te mihi vniri ſatago, vt ſic duobus pedibus ambulans & duabus alis dilectionis Dei, & proximi volans ad cœlum. Cùm à pueritia tua propoſueris te fingere maſculum, & in partibus remotis habitum fratrum ſuſcipere, vt poſſis animabus aliorum vtilis eſſe, & habitum habeas tertium beati Dominici, qui ordinem inſtituit ad ſalutem proximorum. At illa. Domine (inquit) nõ mea ſed tua fiat voluntas, quia ego tenebræ, & tu lux puriſſima. Sed obſecro, ſi non nimis præſumo, edifcas quomodo fiet iſtud, quòd ego miſella, & fragilis vtilis eſſe valeam animabus, cũ contradicat ſexus docendi officio, nec congruit mulierem cum viris conuerſari, & propter periculum, & propter ſcandalum malæ ſuſpicionis.

Luc. 1. At ille. Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum: mihi, qui quæcunque volui feci in cœlo, & in terra, facilè eſt inuenire modum. Verum quia ſcio, quòd non ex infidelitate, ſed humilitate ſic loqueris, ſcire te volo, quòd iſto in tempore tantum abundauit humana ſuperbia, & potiſſimum eorum, qui ſapientes ſe reputant, quòd iuſtitia mea non poteſt eos amplius ſuſtinere, quin iuſto iudicio ſuo eos confundat. Dabo tamen eis primo ex miſericordia mea confuſionem vtilem, & ſalubrem, ſi voluerint ſe recognoſcendo humiliare, ſicut feci Iudæis & gentibus, quando miſi eis idiotas ſapientia mea repletos. Dabo, inquam, fœminas de ſui natura fragiles, & ignorantes, ſed virtute, & ſapientia refertas, in confuſionem temeritatis eorum. Quod ſi hanc medicinalem confuſionẽ deſpiciant, eos, qui tali modo vitabunt confundi, ad tot alias confuſiones iuſto iudicio eos deducã, quòd totus mundus contemnet, & deſpiciet eos. Tu ergo abſq; cunctatione obedies, nec te vbicunque fueris derelinquam. Quibus auditis virgo inclinato capite cellam egreditur, accedit ad domeſticos domus, & cum eis ad menſam accedit. Oneroſa vtique ſibi erant cuncta, quæ videbat, & audiebat inter domeſticos: tamẽ patienter cũcta ferebat, nec tamen mente à colloquiis diuinis ceſſabat, & oratione: & ad cellã reuertens ſpõſum ſuũ Ieſum inueniebat, quẽ dulcius amplexabatur, & reuerentius adorabat. Extunc verò cœpit in eã oriri deſiderium ſacræ communionis ſumendæ, quod quàmdiu vixit ſemper creuit, vt non tantum ſpiritus eius vniretur cum ſponſo ſuo, ſed & corpus eius (vt ita dixerim) corpori eius ſociaretur ſacramentaliter.

De frequentatione eius in ſumendo Euchariſtiam, & miraculis circa iſtud. A.C. 1360.

§. VIII.

ERAT ſatis inter laicos vulgatum, quòd Catharina iſta quotidie communicabat & ex ſacramento abſque alio cibo vitam tranſigebat. Sed quod piè dicebant, & ſuſpicabantur, vtique verum non erat. Non enim quotidie, ſed frequenter ſacramentum ſumebat. B De qua etiam frequentatione cum quidam ſatrapæ (magis Philiſtinorum, quàm Chriſtianorũ) murmurarent, rationibus tamen reuincebantur: cum primi chriſticolæ quotidie communicarent etiam laici, vt patet in actibus Apoſtolorum, vbi dicitur quòd quotidie frangebãt panem, & erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis: quod ab omnibus exponitur de Euchariſtia. Et cum ſemel quidam argueret eam domeſticè de tanta frequentatione communionis, cum Auguſtinus dicat. Quotidie Euchariſtiam C ſumere, nec laudo, nec vitupero, ſingulis tamẽ Dominicis diebus communicandum hortor. de conſe. diſt. 2. quotidie. Reſpondit virgo ſacra in præſentia plurium. Ex quo Auguſtinus non me vituperat in dictis ſuis, quare vos, pater reuerende, me vituperatis? ſicque confuſus tacuit.

Obtinuerat autem à Gregorio papa 11. ob eximiam ſanctitatẽ ſuam, per ſpeciale priuilegium, quòd poſſet ad placitum confeſſores eligere, & mutare, celebrare facere in domo ſua: vel in itinere in altari portatili, & communicari D à quocunque ad placitum ſuum. Quod quidam ægreferebant, alij venerabantur. Accidit autem vna die circa hoc tale miraculum.

Cùm apprehendiſſet eam infirmitas iliaca, ſperans inde cito ſubleuari, vt ad Eccleſiam pergere poſſet, ſummo manè per nuncium ipſi magiſtro Raimundo nondum generali ordinis effecto, & [illegible]nis commoranti, confeſſori ſuo ſignificari fecit, quòd tardaret miſſam ſuã, quia intendebat adeſſe, & communicare, ſed cum nimis tardaret, & fratres plures murmurarent ſuper hoc, quia hora tranſibat competẽs, miſit ipſa ad dicendum, quòd non expectaret E amplius eam, ſed celebraret. Qui ad altare acceſſit celebraturus. Et dum miſſam proſequeretur in quadã capella, ecce Catharina à doloribus ſubleuata ad Eccleſiam venit, ignorante ipſo celebrante, & poſuit ſe in oratione in eccleſia in loco multum diſtanti ab altari, vbi celebrabat. Peracta conſecratione, cum iam perueniſſet ad fractionem hoſtiæ, prima in duas partes, Deo diſpenſante præter intentionem eius, per tres partes facta eſt diuiſio: quarum vna in magnitudine quaſi vnius fabæ aſpectũ F eius ſubterfugit, in qua dubiũ nõ erat ibi eſſe ſpecies panis, & per conſequens ſacramẽtum, aliis duabus in manibus eius remanentibus, completa fractione hoſtiæ, reſpicit de particula, nec in calice videt, nec ante, vel poſt. Ne verò audientes attædiet, proſequitur, & ſumpta vtraque ſpecie, proſpicit hincinde de particula, & nihil reperit. Finita miſſa dimittit fratrẽ

vnum

A.C. 1360. vnum iuxta altare, qui neminem permittat ad A ipſum accedere: vt poſtea diligenter perſcrutetur, & in tobaliis, & ad pedes altaris. Exuto eo veſtibus ſacris, quidam Cartuſienſis ordinis feſtinabat cum eo loqui, & cum Catharina ſuper quibuſdam. Et audito, quòd in Eccleſia eſſet, acceſſerunt ad eam, poſt locutionem Cartuſienſis cum ipſa, remanſit ipſe frater Raimundus cum ea triſtis in facie. Cui cauſam interroganti triſtitiæ, expreſſit cauſam, ſcilicet amiſſionem particulæ hoſtiæ. Et ſubridens illa, inquit. Feciſtis vos diligentiam veſtram? Reſpondit ſe feciſſe, & iterum ſubridẽs ait. Nõ oportet B ſuper hoc vos contriſtari. Tunc ille. Verè puto, quòd tu es? quæ abſtuliſti mihi illam particulã. Et ipſa. Non mihi hãc culpam imputes, quia non ego, ſed alius abſtulit. Hoc tantum ſcitote quòd nunquam eam inuenietis. Tunc adſtrinxit eam ex parte Dei, vt reſeraret ei, quid de ipſa re ſciret. Quæ in ſecreto dixit. Illa particula ad me fuit delata. Cùm enim ſociæ meæ nollent, quòd iſto manè communicarem propter murmurationes, nolens eas contriſtare acquieui eis. Recurri tamen ad benigniſſimum ſponſum meum Ieſum, qui ſublatam à vobis particulam ad me attulit. Et ideo nolite contriſtari, ſed gaudere in Chriſto.

Altera autem vice, dum ipſe Raimundus magiſter reuerſus eſſet cũ ea, & pluribus aliis ſeruis Dei de Auinione (diſcurrebat enim hinc inde ad pontificem, & cõmunitates pro recõciliatione populorum) cum eo peruenit Senas & viſitatis ſeruis Dei in feſto beati Marci in domino reuerſa domum hora tertiarum dixit magiſtro Raimundo, Pater ego valdè eſurio.

Quod ille intelligens de deſiderio com- D munionis, primò ſe excuſauit, & propter horæ tarditatem, & propter laſſitudinem ſuam. Paulò pòſt cum ei replicaret eſurire ſe, ſatisfaciens deſiderio eius ſe præparauit ad celebrandum in domo ſua, in altari portatili ex licentia ſibi conceſſa, vt ſupra dictum eſt. Sumpta communione pro ſe, cum accipere vellet hoſtiam paruulam illi porrigendam, ipſa hoſtia diſtans à patena per aliquod ſpacium per ſe acceſſit ad patenam, vel manum celebrantis diuinitus mota, quam ei tradidit.

Teſtatique ſunt plures venerabiles religio E ſi fide digniſſimi diuerſarum religionum, habentes familiaritatem cum eo, ob ſanctitatem ipſius, hoc accidiſſe eis, quod cum celebraſſent ipſa præſente, & hoſtiam pro ea communicanda ex patena ſumere vellent, ipſa hoſtia, quaſi ab alio ſumpta accedebat ad os eius. Hoc etiã ei communiter contingebat, vt communione accepta raperetur in ecſtaſim, & per tres vel quatuor horas rapta, & alienata à ſenſibus exterioribus manebat immota.

Et cum celebrans ſe verteret ad impendendam ei generalem abſolutionem (vt de more F eſt) apparebat facies eius, vt facies Angeli ſplẽdorem emittens. Pluries etiam ſacerdote celebrante, vidit in hoſtia conſecrata puerum Ieſum, aliquando etiam ſub diuerſis formis oſtendentibus magnitudinem ſacramenti.

De dono prophetiæ, quo claruit. A.C. 1360.

§. IX.

ERAT in iſta virgine ſpiritus propheticus tam perfectè, & frequenter, quòd penè cũ nihil poterat latere de pertinentibus ad eam, ſeu ad eos, qui conuerſabantur cum ea, aut qui ad eam cauſa ſalutis accedebant, ac ſæpè cogitationes noſtras ipſa exprimebat nobis cum ea conuerſantibus. Et cum ſemel (inquit Raimundus legendæ huius compilator) ipſa me argueret de quibuſdam meis cogitationibus, quæ verſabantur in corde, & ego mendaciter me excuſare vellem, illa reſpondit. Quare magiſter negatis, quod ego clarius video, quàm vos, quæ cogitatis in corde? Addebatque doctrinam ſuper hoc, quid me facere oporteret. Et ad aliqua alia particularia deſcendendo de prænunciatione occultorum.

Fuit in ciuitate Senenſi quidam Franciſcus nomine, qui poſt exercitium militiæ armatæ, C ea relicta in ciuitate quieti ſe dedit, vxorem accipiens. Et quia mala patrarat ſecundum corruptionem armigerorum, a ſuis monebatur, vt ad pœnitentiam rediret. Qui vt aſpis ſurda aures ſuas obturabat. Suadebaturq; ſibi ab amicis, & vxore, vt loqueretur cum Catharina, ſi forte emolliretur cor eius, quod ille contemnebat. Vxor eius ad Catharinam acceſſit, rogans, vt pro eo dominum exoraret. Quod cum feciſſet apparuit in ſomnis militi Catharina admonens, vt verbis vxoris acquieſceret, quæ ad loquendum cum Catharina eum ſollicitauerat ſi damnationem æternam non vellet incurrere. Qua viſione perterritus, dixit vxori, vt modum daret, vt cum Catharina loqui valeret. Quod impletum fuit. Allocutus ergo illam, cõpunctus eſt verbis illius, & promiſit confeſſionem facere. Quam diligenter executus eſt cum fratre Thomã Antonij de Senis. Poſt hæc locutus eſt miles virgini, affirmans ſe feciſſe confeſſionem. Collaudauit virgo, quod geſſerat, admonens in futurum à talibus malis abſtinere, & ſubdit. Videatis bene, quòd omnia dixeritis peccata veſtra. Et ille. Verè omnia, quæ memoriæ occurrerũt expreſſi. Et illa trahens eũ ad partem ſecreto, reduxit ſibi ad mentem quoddam ſcelus patratum occultè in Apulia cuius ille fuerat oblitus. Quod audiens, & commiſſum peccatum recognoſcens, miratus eſt, & pluribus manifeſtauit, vt notum fieret per ſpiritum prophetiæ illud nouiſſe, de quo confeſſus eſt. Et non multò pòſt infirmatus in domino requieuit.

Cùm frater Thomas de Senis, ex confeſſoribus vnus dictæ virginis, cum magiſtro Georgio eiuſdem ordinis Prædicatorum pergerent ad montem Politianum equeſtres, in latrones inciderũt, qui eos ſpoliauerunt ablatis equis, & iam de eorum morte tractabant, ne eos accuſarent formidantes. At frater Thomas ſe recommendauit toto mentis affectu virgini ipſi, vt à periculo tanto eos liberaret. Quo facto mutauit dominus cor eorum, dicereque cœperũt inter ſe. Quare nocere iſtis volumus? Iſti ſunt

A.C. 1380.

boni homines,nihil dicent de factis noſtris, & reſtitutis eis omnibus ablatis excepta modica pecunia.quam habebant,pro expenſis,liberos dimiſerunt.Exiſtimari poteſt eos adiutos orationibus Catharinæ(in quo etiam apparet de ſpiritu prophetico eius)nam ea hora, qua frater Thomas inuocauit adiutorium eius, cum Senis eſſet,diſtans per multa milliaria ab illis fratrib.dixit ſociæ ſuæ,Catharina.Pater meus, frater Thomas me inuocat,quia magnum periculum vrget,ideo oremus pro eo.Ex cuius oratione ſecuta eſt liberatio illorum.

Tempore inſuper Gregorij 11.anno videlicet domini 1380.cum virgo ſacra eſſet in ciuitate Piſana,& Raimundus ſæpè fatus cum ea diuulgatum eſt ibi de rebellione ciuitatis Peruſinæ contra ſummum pontificem, & aliarū, plurium ciuitatum Italię.Quod cum ſocię,virgini retuliſſent,multum dolens de tanta irreuerentia,& inobedientia Chriſtianorum ad ecclesiam ſanctam,qui etiam contemptui habe-rēt eccleſiaſticas cenſuras, condoluit & ipſa, ſubdidit tamen. Non incipiatis fletum veſtrū tam cito,quia nimis habebitis flere.Iſtud enim quod modo videtis,eſt lac & mel reſpectu ſubſequentium.Et illę.Quæ maiora poſſumus mala videre,quàm Chriſticolas omnem deuotionem & reuerentiam erga eccleſiam perdidiſſe, & excommunicationes nil timere? Non reſtat eis niſi fidem abnegare.Tunc illa ait.Pater hoc modo faciunt laici,& cito videbitis, quòd deterius facient clerici.Et frater. O me miſerum nunquid clerici Romano pontifici rebellabūt? Et illa.Benè videbitis vos,quando voluerit ipſorum prauos mores corrigere, facient enim tunc ſcandalum vniuerſale toti eccleſiæ Dei quod tanquam peſtis hæretica ipſam ſcindet & conturbabit.Ad quod frater ille.Et habebimus nouam hæreſim, & nouos hæreticos ô mater? Et illa.Non erit propriè hæreſis: ſed quaſi hæreſis,& quædam diuiſio eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis.Itaque paretis vos ad patientiam,quia oportebit vos iſta videre.Quod cum tunc non appareret poſt breue tempus patuit veritas prophetię eius,cum ſcilicet mortuo Gregorio & creato Vrbano 6.ſchiſma ſecutum eſt.Cùm verò virgo Romam profectura eſſet, iam inchoato ſchiſmate, eique frater ille diceret,impletum iam eſſe,quòd prædixerat,reſpondit ipſa.Sicut dixi vobis tunc, ꝙ illud erat mel&lac,ita dico vobis,ꝙ iſtud,quod videtis nunc eſt vt ludus puerorum reſpectu futurorum, & præcipuè in patria circunſtante, [a] deuorans regnum Siciliæ,cum patria Romana, & regione circumiacente, quod rei poſt modum probauit euentus, propter grauia bella.

a *Forte potius noſtra hæc tempora deſignauit, quorum comparatione certè lateriimum illud ſchiſma,quod Vrbano ſexto pontifice accidit,mel & lac cenſendum eſt, præſertim cum non ſolum à Romano Pontifice vero Chriſti vicario plurimi populi Chriſtiani ſeceſſerint:ſed quod grauius longè eſt, hæreſes valdè abominandas, Chriſtóque Domino noſtro infenſiſſimas in maximam ſuarum animarum iacturam ſunt ſectati.*

Poſtquam autem illa hæc dixerat,ergo curioſus factus ad inueſtigandum de futuris poſt illam conquaſſationem, interrogaui eam, ex quo manifeſtè innotuerat futura ſibi diuinitus reuelari:Obſecro(inquiens) præclariſſima mater,quid poſt hæc mala futurum eſt in eccleſia Dei?Et illa. His tribulationibus,& anguſtiis modo imperceptibili hominibus, purgabit Deus eccleſiam ſuam ſanctam, & ſuſcitabit ſpiritum electorum ſuorum. Sequetúrque poſt hæc tanta reformatio Eccleſiæ Dei, & renouatio ſanctorum paſtorum, quòd ex ſolo cogitatu exultat ſpiritus meus in domino. Et ſicut alias pluries vobis dixi:ſponſa, quæ nunc eſt tota deformis atque pannoſa tunc erit pulcherrimis monilibus pretioſis ornata,cūctiq; fideles gaudebunt tam ſanctis paſtoribus decorari. [a] Et populi etiam infideles, bono Chriſti odore tracti, ad ouile Catholicum reuertentur,& conuertentur, ad verum paſtorem, & epiſcopum animarum ſuarum. Agite igitur gratias Deo,qui poſt hanc tempeſtatem dabit eccleſiæ ſua gratia tempus ſerenum. His dictis conticuit.

Quod iſta ſancta virgo prædixit de tempore tribulationis & ſchiſmatis videmus eueniſſe. Quod autem de bonis paſtoribus, & reformatione eccleſiæ ab illa prænunciatum eſt, nondum aduenit, nec quando euenire deberet tempus præfixit,vt non poſſit de falſitate redargui.Quod propterea dictum eſt,quia ei calumniantur quidam, aſſerentes ipſam prænunciaſſe paſſagium ad terram ſanctam,quod non eſt impletum,quaſi, non fuerit vera propheteſſa, ſed falſa. Sed aſſerit ipſe Raimundus hoc verum non eſſe, quòd prænunciauerit paſſagium futurum: ſed zelo ſuccenſa fidei,acceſſit vſque ad Auenionē ad Gregorium vndecimum ſuadens ei dictum tranſitum ad recuperandam terram ſanctam. Multaque alia prænunciauit, quæ ſicut prædixerat, euenerunt.

a *Populorum infidelium conuerſionem noſtro ſæculo ſingulari Dei benignitate factum eſſe videmus. Plurimi enim infideles populi in illo nouo orbe degentes quem Indiam vulgus vocat, apud quos nulla vnquam vera fides lux adoauerat, vel ſi quando illuxerat,tenebris errorum ſopita,vel prorſus extincta fuerat,iam Chriſti veram pietatem & religionem amplexantes veri fideles exiſtunt. vide librum Emanuelis Acoſtæ rerum à Societate Ieſu in oriente geſtarum, Surium in hiſtoriis, Oſorium in Emanuele.*

De viſionib.eius mirabilibus.

§. X.

CVM ſemel feruentius dominum oraſſet, vt dominus auferret ſibi proprium cor,& propriam voluntatem,daréique ſibi cor & voluntatem ſecundum ipſum, tali viſione conſolata eſt.Videbatur ſibi,quòd adueniens dominus latus eius ſiniſtrum aperiret, & cor eius auferret,ac abſcinderet, ſicque ſine corde remaneret.Vñ & cōfeſſori ſuo loquens,dicebat ſe cor nō habere.Poſt quæ cū vna dierū eſſet in

rEccleſia

A.C. 1360. eccleſia prædicatorum, in capella ſororum de pœnitentia, in qua ſcilicet cógregátur capitulariter Senis, circumfulſit eam lux de cœlo, & in luce apparuit Dominus habens in manibus cor rubicundum, & lucidum, ad cuius aſpectum in terram cecidit, & appropians Dominus apperuit latus eius ſiniſtrum, intromittens cor illud, & dicens: Ecce filia ſicut poſtulaſti, pridie abſtuli tibi cor tuum, & dedi tibi cor meum, quo ſemper viuas, clauſitque latus, & abſceſſit, & pro miraculi ſigno, remanſit in dicto loco cicatrix obducta, vt aſſeruerunt ſociæ, quę plures hoc viderunt.

Poſt hanc cordis immutationem dicebat confeſſori ſuo tantum gaudium, tantamque iubilationem poſſidere mentem ſuam, quod grandis erat admiratio, qualiter omnia poſſent in corpore remanere, tantumque ardorem eſſe in corde ſuo, quod iſte ignis materialis videtur reſpectu eius potius refrigerans, quam vrens, & magis frigidus, quàm accenſus & ex iſto ardore producitur quędam renouatio puritatis, & humilitatis, vt mihi (inquiebat) videar rediiſſe ad ætatem quinque annorum. Hic etiam accenditur tantus amor erga proximum quod ꝓ quolibet libenter ſuſtinerem mortem corporis. Hæc & ſimilia ſecreto confeſſori reuelabat, aliis autem occultabat.

Altera vice apparuit ei rex regum, cum cœli regina matre ſua, & maria Magdalena dicens. Ecce filia cariſſima, pro ampliori ſolatio tuo trado tibi Mariá Magdalenam in matrem, vt poſſis ad eam cum omni fiducia recurrere, tuique curam ſpiritualem ei committo. Quod illa cum magna humilitate, & gratiarum actione acceptauit, ſe illi deuotiſſime commendans. Quod ideo creditur factum, propter ſimilitudinem ad intenſum amorem eius ad Chriſtum, & contemplationis diutinam refectionem.

Vidi ego ſemel inquit Raimundus eam raptam à ſenſibus humanis, audiuique eam muſſitantem ſubmiſſe dicentem. Audiui arcana Dei, audiui arcana Dei, & nil aliud addebat, ſed replicabat: Vidi arcana Dei. Cum autem ego quærerem ab ea, quare toties illud replicabat. Non eſt mihi poſſibile aliud dicere, ait. Et cum quærerem, quid vidiſſet, ait. Tantam conſcientiam haberem, vobis illud, quod vidi, de ſectiuis iſtis vocabulis explanare, ſicut Deum blaſphemare, vel verbis meis inhonorare, quia tanta eſt diſtantia inter id, quod intellectus à Deo raptus, & illuſtratus, & confortatus intelligit, & id quod verbis exprimi poteſt, vt quaſi contraria eſſe videantur. Qua de cauſa nullo pacto poſſem inclinari vobis ad aliquid diſſerendum pro nunc, de iis, quæ vidi, quia ineffabilia ſunt.

Fuit quoque ei oſtenſa magnitudo ſanctitatis, & gloria beati Dominici per hunc modum: Vidit imaginaria quadam viſione in oratione poſita, ſummum & æternum patrem de ore ſuo (vt videbatur) coæternum ſibi filium producentem, qui in aſſumpta natura ſibi demonſtrabatur. Quod cum attenderet, ex alia parte vidit beatiſſimum patriarcham Dominicum

A ex eiuſdem patris pectore produci, luce ac ſplendoribus circumdatum, audiuitque eodem ex ore prolatam hanc vocem: Ego dilectiſſima filia hos duos filios genui, vnum naturaliter generando, alium amabiliter & dulciter adoptando. Cumque nimium admiraretur de tanta comparatione & aſſimilatione, verba prolata fuerunt ſibi expoſita per ipſum dicentem. Sicut hic filius meus vnigenitus in natura aſſumpta fuit mihi perfectiſſimè obediens vſque ad mortem crucis, ita & iſte filius meus Dominicus, omnia quę operatus eſt ab infan- Philip. 2.
B tia vſque ad terminum vitæ ſecundum obedientiam mandatorum meorum regulata fuerunt. Nec vnquam aliquod præceptorum tranſgreſſus eſt, ſed virginitatem mentis & corporis illibatam conſeruauit, & innocentiam baptiſmalem nunquam per mortale amiſit. Et ſicut filius meus teſtimonium perhibuit veritati in mundo, ita & veritatem verborum Dominicus prædicauit inter hæreticos & catholicos. Et nó ſolú per ſe, ſed & per alios ordinis Ioan. 18.
ſui prædicauit, & prædicabit mittens per orbé adeuangelizandú verbú Dei, ſicut Chriſtus miC
ſit Apoſtolos ſuos. Et ſicut ipſe filius meus to- Ioan. 10.
tam vitam ſuam, & actus doctrinales & exemplares ordinauit ad ſalutem animarum, ita & Dominicus fratres ſui imitatores.

Cum eſſet in ciuitate Piſana quadam die Dominica audita miſſa in eccleſia, & ſumpta communione ab ipſo magiſtro Raimundo rapta eſt in ecſtaſi à ſéſibus alienata, & poſt aliquod ſpacium ad ſe reuerſa vocauit præfatum Raimundum dicens. Noueris, quod ego ſtigmata Domini mei Ieſu in corpore meo iam porto. Interrogauit, quomodo à Domino factum fuiſſet. At illa Dominum meum vidi
D crucifixum ſuper me magno cum lumine deſcendentem, propter quod ex impetu mentis volentis ſuo creatori occurrere, corpuſculú coactum eſt erigere ſe. Tunc ex ſacratiſſimorum ſuorum cicatricibus vulnerum, quinque in me vidi radios ſanguineos deſcendere, qui ad manus & pedes, & cor mei tendebant corpuſculi: quapropter aduertens myſterium continuo exclamaui. Ah Domine Deus meus non appareant cicatrices in corpore meo exterius, ſufficit mihi interius. Tunc adhuc me loquen
E te, antequam dicti radij peruenirent, colorem ſanguineum mutauerunt in ſplendidum, & in forma purę lucis peruenerunt ad quinque loca corporis mei ſcilicet manus pedes & cor ad latus ſiniſtrum. Et ego inquit Raimundus, Sentisne dolorem ſenſibilem in illis locis. Illa vero poſt grande ſuſpirium ait. Tantus eſt dolor, quem ſenſibiliter patior in omnibus quinque locis, & ſpecialiter circa cor, quod niſi faciat Deus nouum miraculum, non videtur mihi in vita iſta manere poſſe cum tanto dolore, quin diebus breuibus finiatur.

F Completis omnibus, quæ mihi voluit enarrare, egreſſi de capella ad hoſpicium acceſſimus: vbi cum eſſemus, vt ſacra virgo cameram intrauit, ex defectu cordis ſyncopizauit. Quamobrem vocati hanc intuentes timere cepimus ne nos deſereret, nunquam enim in temporibus ſuis vidimus eá ſyncopizáté. Vnde oés

A.C. 1360. filios ſuos ſpirituales & filias congregare feci,& eam adiurauimus,vt Dominum exoraret in vita adhuc conſeruari ad conſolationem eorum, ipſe quoque etiam feruentius Dominum ſuper hoc deprecatus ſum. At illa. Diu eſt,quod propriæ voluntati renunciaui. Fiat igitur in hoc voluntas Dei. In ſequenti dominica ſacram communionem accepit de manibus meis,ait Raimundus,viſaque eſt mirabiliter confortari vnde & dixit ſuis. Exaudiuit Dominus orationes veſtras, licet cum meæ mentis afflictione. Et vulnera illa non modo corpus non affligunt, ſed etiam roborant, & confortant, & vnde prodibat afflictio inde nunc confortatio.

Et cum præ magnitudine amoris diuini languere cœpiſſet,ita languor excreuit, quod de lectulo ſurgere non valebat,flammiſque amoris eius incenſa,rogabat Dominum obnixè,vt ſoluta corpuſculo anima ipſo poſſet perfectè in patria frui. Cui Deus apparens conſolatus eſt eam,dicens oportere eam patienter expectare tempus ſibi à Deo præfixum vitæ ſuæ. Et illa. Fiat voluntas tua. Vnam petitiunculam meam oro exaudire digneris, vt hoc tempore,quo tibi placitum eſt me in mũdo verſari,concedas mihi paſſiones, quas pertuliſti,me participare, vſque ad vltimum vitæ meæ,vt ex quo non valeo adhuc in cœlis tecum vniri,ſaltem in paſſionibus vniar in terris. Quod & factum eſt, vt retulit confeſſoribus ſuis.

Multaque magna & mirabilia referebat de myſterio paſſionis,aſſerens inter alia firmiter,quod ab inſtanti conceptionis ſuæ ſemper crucem portauit in mente Chriſtus, propter exceſſiuum deſiderium eius de ſalute humani generis. Et ad multa particularia deſcendit circa paſſionem Chriſti deuota,quæ obbreuitatem dimittuntur. Et quamuis ipſa virgo quaſi continuè pateretur dolores iliacos, & capitis, vehementiorem tamen omnibus eſſe ſibi dicebat paſſionem pectoris,quam fuiſſe in Chriſto cruci affixo maximam aſſerebat propter disiunctionem oſſium pectoralium.

Narrauit inſuper ipſi confeſſori hæc virgo ſacra. Cum poſt multiplices viſiones mentales,& corporales, & multiplices cõſolationes de diuinis receptas, igne illo amoris,quem miſerat Deus in cor meum,quotidie incendere, cor meum intra me defecit & fortis illa dilectio, ſicut mors ſciſſo corde
Can. 8. animam meam à corpore reſoluit. Stetitque anima ſine corpore,ſed exiguo nimis tempore,proh dolor. Quę interrogata quanto tempore anima extra corpus ſteriſſet reſpondit. Dicunt obſeruatrices funeris mei quatuor horarum ſpacium inter expirationem & reſurrectionem meam fuiſſe, & iam magnam partem vicinarum conueniſſe ad conſolandum matrem & attinentes. Iterum interrogata quid anima ipſa ſeparata viderit reſpondit. Quidquid in alio ſæculo inuiſibile nobis eſt vidit, & intellexit anima mea, gloriam beatorum,& pœnas peccatorum. Sed nec memoria retinet, nec verba ſuffi ciunt ad ea,

A explicanda. Et pro certo teneatis,quod anima mea vidit diuinam eſſentiam,& niſi quia me ligauit amor eius, & amor proximi propter quem me remiſit ad corpus, præ triſtitia deficerem ex carentia tanti boni. Summa mihi inter hæc conſolatio eſt quãdo patior aliquid mali,quia ſcio,quod per illam paſſionem perfectiorem habebo Dei viſionem. Vidi quoque pœnas damnatorum, & purgandorum, quę nullis vocabulis poſſunt dici. Quarum ſi [peccatores] vnam minimam viderẽt, eligerẽt potius decem mortes quam illam. Dum autem
B anima mea hæc aſpiceret,dicit Dominus. Vides quanta gloria priuantur, quantaque pœna puniuntur,qui me offendunt? Redeas ergo & oſtende eis errorem eorum, periculum & damnum. Cumque anima horreret hunc reditum,ait Dominus. Multarum ſalus animarum requirit, vt redeas, ego tecum ero ſemper,& ducam & reducam,& nominis mei honorem portabis,& ſpiritualia documenta [prædicabis] coram paruis & magnis,laicis, clericis,religioſis, pontificibus & rectoribus eccleſiarum. Daboque tibi os & ſapientiam, cui nul-
C lus reſiſtere poterit,vt per infirma,fortia confundam,& ſuperbiam. Sicque anima mea (inquit ipſa) modo imperceptibili reducta fuit ad corpus. Reuerſa autem tribus diebus fui in continuis fletibus, recolens excellentiam gloriæ à qua ſubtracta eram. Solum ſalus proximorum propter quod reducta eram ad vitam me conſolabatur. A.C. 1360.

De magna pietate eius,& eleemoſynis ad pauperes,

D

§. XI.

CVM virgo ſancta, & religioſorum veram paupertatem obſeruans,nil proprium poſſideret, licentiam à patre eius carnali petiit, de bonis domus ipſius cum ibi manebat, eleemoſynas facere poſſe. Quod illi conceſſit ad plenum,admonens reliquos,ne eam in huiuſmodi impedirẽt licet eis graue videretur. Non ſolum itaque illa hilariter,ſed abundanter quoque neceſſitatem patientibus tribue-
E bat. Et cum ad notitiam eius deueniſſet quaſdam familias indigentes, non longe à domo ſua exiſtere,qui mẽdicare erubeſcebant, nocte aliis neſcientibus deportauit ipſa per ſe panem & vinum,& oleum,& cætera,quę habere potuit,ad domos illorum quas apertas inueniẽs,Domino operante,intromiſit illa & dimiſit,clamque clauſo oſtio diſceſſit.

Altera vice cum audiſſet quandam viduam pauperculam cum familia ſua eſuriem pati, & ipſa tunc in lectulo iaceret corpore tumefacta, compatiens magis illi, quàm ſibi, rogauit Dominum, vt virtutem tali corpori ſuo conferret: vt ad illi viduæ ſubueniendum poſſet neceſſaria deportare. Exaudita eſt autem oratio eius,& mane diluculo aſſumptis,pane,vino,oleo,& quibuſdã aliis, quędã manibus,alia humeris ſuis,cætera ad cingulum
F

Ægrota ad viduã defert eleemoſynam

A.C. 1360.

Iam appendens deportauit, non ſine diuino miraculo: cum pondus eſſet centum librarum,& ipſa infirma, & ſpatium itineris: non modicum. Ad domum autem viduæ perueniens, inueniens diuino nutu oſtium apertum ex parte ſuperiori. brachio intromiſſo aperuit totum,& intromiſſæ res illę pondere ſuo in depoſitione ſonitum dederunt, quo vidua euigilās ſurrexit. Cumque illa fugā arriperet, ne agnoſceretur, deſtituta viribus ex infirmitate illa, non poterat ſe mouere: propter quod vidua, quę eſſet benefactrix aſpexit. Timens autem ipſa à cæteris videri, rogauit dominum vires ad domum remeandum ſibi donari. Quòd & factum eſt, reuerſa autem ad lectulum rediit infirma.

Pauperi crucem argenteam largitur. c. 6.

Cum ſemel in eccleſia fratrum prædicatorum Senis exiſteret, acceſſit pauper ad eam poſtulans ſibi eleemoſynam dari. Admonuit illa vt paululum expectaret, quouſque domū rediret, & tunc ſibi libenter tribueret. Reſpōdit ille ſe expectare non poſſe. At illa anxia ad pauperis ſubuentionem cum nil aliud tunc ſecum haberet, crucem paruulam argenteam, quam inter Pater noſter vulgariter dictos in filo habebat, fracto illo contulit illi. Nocte ſequenti apparuit illi ſaluator mundi cum cruce illa argentea, ſed lapidibus pretioſis ornata, dicens. Agnoſcis, ô filia, crucem iſtam? Et illa agnoſco, ſed non ita ornata erat, quam dedi. Et ego promitto tibi, quòd in die iudicij coram collegio angelorum ſanctorum, talem ad tui gaudij cumulum præſentabo.

Aliud op' caritatis mirabile cap. 7.

Simile quid, immo copioſior liberalitas apparuit in ea altera vice. Nam cum de capella egrederetur eccleſiæ ordinis prędicatorum Senis, vt domum rediret hora iam tarda, ecce iuuenis ætatis, vt videbatur triginta triū annorū, mendicus & nudus vel potius in paupere Dominus ab ea veſtimētum petebat. Quem mandauit expectare,& reuertens ad capellam extraxit honeſtè tunicam ſuam, & aliam, quam ſine manicis ſub ea habebat, exuens illi tradidit. Qua recepta ſubdidit pauper: Ecce Domina prouidiſti mihi de veſtimēto laneo prouidere etiam placeat & de lineis. Et illa. Veni poſt me ad domum & prouidebo. Reuerſa igitur domum, & illo eam ſequente accepta camiſia & femoralibus alicuius de fratribus ſuis vel patris, tribuit illi. Qui etiam ſubintulit. O Domina iſta tunica eſt ſine manicis, rogo ergo, vt manicas aliquas conferas vt brachia valeam cooperire: Non attædiata illa, ſed caritate ſuccenſa, diſcurrens per domum inuenit tunicam ancillæ à qua diſſuens manicas, illi conceſſit. Nec his contentus pauper, vt probaretur tunc miſericordia virginis, ait. Ecce Domina induiſti me, de quo gratias ago, ſed habeo vnum ſocium in hoſpitali, qui etiam eget veſtibus. Si velles dare aliam veſtem, deferam ſibi. Fit in mente virginis pia contentio, caritas vrgebat ad erogandum, ſed diſcretio retrahebat, ne ſuam dando veſtem ſpoliata maneret, vel plus auferens ab ancilla, vel alia nimis grauaret, vicit diſcretio, & illi reſpondit. Si liceret mihi ſine

A.C. 1360

A tunicā remanere, libenter tibi eam traderem, ſed quia non licet, & aliam non habeo, rogo non graue feras. At ille ſubridens ait. Bene aſpicio bonam tuam voluntatem, ſufficit, vale. Nocte ſequenti apparuit ſaluator in forma pauperis illius cum veſte illa dicēs. Tu me heri hac veſte induiſti cum magna caritate. Ego tibi nunc veſtem inuiſibilem omnibus, ſed tibi etiam ſenſibilem de meo ſacro corpore dabo, qua vterque homo tuus ab omni nociuo frigore protegetur, quouſque gloria & honore ſuo tempore veſtiatur. Moxque de cicatrice B lateris ſui ſuis manibus traxit quamdam veſtem coloris ſanguinei, vndique radios emittentem, ad menſuram virginalis corpuſculi, qua eam induit manibus ſuis. Huius muneris fuit adeo efficax gratia, non modo in anima, ſed & in corpore, vt ex illa hora nunquam plures tunicas hyemali tempore deferens, quam æſtiuo, ſed vnicā ſuper tuniculam tantum tunica exteriori contenta, ſemper & omni tempore nuſquam propter intemperiem algorialem, quam vt confeſſa eſt nullatenus ſentiebat, extunc aliam ſuperaddiderit C veſtem, vel operimentum corporale augmentauerit.

Accidit & aliud magnum miraculum in vino inter opera miſericordiæ eius. Nam & teſtante hoc matre eius, & fratre Thoma eius confeſſore, cum ex licentia patris hæc virgo pauperibus largas eleemoſynas faceret, non ſolum de pane, ſed & de vino contigit familiam domus cuiuſdam vegetis vino potari, quod ex accidente effectum eſt deterius. Virgo autem, quæ in iis, quæ pauperibus largiebatur, non deteriora, ſed meliora eligebat, cernens alterius vegetis vinum multum bonum, D quod adhuc non fuerat manumiſſum, de illo hauriri faciebat, & dari pauperibus. Veges autem illa boni vini, de qua quotidie pauperibus diſtribuebat, parua erat, adeo quòd ad vltra (ſecundum communem æſtimationem) per viginti dies familiæ illi vix ſufficere poterat. Poſt aliquot igitur dies cum iam plurimum illa pauperibus dediſſet, qui ſuper cellario erat, pro familia hauriri fecit de vegete illa boni vini. Tranſierunt inde non ſolum viginti dies, ſed & menſis integer, quo tota familia E & pauperes etiam potabantur,& adhuc vas illud non oſtendebatur eſſe plus ſolito diminutum. Mirantur germani,& tota familia, quod tanto tempore vas illud vinum adminiſtraret. Sed nec ſe recordari dicebant tam bonum & ſuaue vinum guſtaſſe. Et neſcientibus illis vnde proueniret, ſacra virgo, quæ nouerat, omnibus pauperibus, quos inueniebat de eo largiebatur. Tranſiuit menſis ſecundus, tranſiuit & tertius, & nec vinum defecerat, tota familia ex eo potata, & cum ſuperuenit tempus vindemiarum, quo & vegetem illam nouo vellent replere cum ſero præcedenti magnum F flaſconem vini puri,& clari inde hauſiſſent die ſequenti aperientes vegetem ad aptandum pro nouo, nec veſtigium vini repererunt, ſed totaliter deſiccatam.

A.C. 1360.

De miſericordia eius ad infirmos,& mirabili caritate in ſeruiendo.

§. XII.

IN ciuitate Senenſi fuit infirma quædam Cecha nomine, lepra infecta, quæ ab omnibus propter infectionem euitabatur, & vix in hoſpitali quodam tenui fuit recepta. Hoc audiens virgo Catharina ad dictum hoſpitale acceſſit,feſtinanter ardore Caritatis ſuc cenſa.Leproſam ipſam viſitauit,& contrectauit, non tantum auxilium rerum temporalium offerens,ſed & propriũ obſequiũ vſq; in finem ſine defectu. Quod verbo dixit, opere compleuit.Nam quolibet die mane,& ſero dictam leproſam viſitabat,cuncta victui neceſſaria parabat,& miniſtrabat cum omni diligẽtia ſeruiens. Ingratitudine maxima infirmã occupante,& diabolo ſuggerente qui inuidebat tantæ caritatis profectui,cæpit infirma ob iurgare virginem,contumelias inferre,& cùm aliquantulum tardabat ab eccleſia domum ad eam redire, opprobriis eam, & deriſionibus aggrediebatur, dicens, Benè veniat Domina regina.O quam glorioſa regina iſta,quę toto die in eccleſia moratur! Nunquid fuiſti toto mane cum fratribus, & huiuſmodi. At virgo ſacra in nullo permota,eam conſolabatur,dicens.Noli turbari,cito perficiam, quod expedit pro ſeruitio tuo.Omniaque ſibi parabat opportuna,ſine tædio vel diſplicentia aliqua.Mirantur omnes,ſed & genitrix eius Lapa contra eã turbatur timore infectionis,dicẽs: Filia, tu efficieris leproſa conuerſando cum iſta.Nolo ei amplius ſeruias. Illa verò dulcibus verbis furorem matris demulcebat, rogans,vt non impediret officium illud caritatis, nec timeret eam lepra inficí, quia illud caritatis officium dimittere non poterat. Deinde hoſtis antiquus ad aliam ſe artem malitię conuertit, vt virginem ab obſequio eius diuerteret: Nam infectionem lepræ ad manus virginis cœpit deducere. Sed fixa illa in propoſito manſit,etiam ſi tota leproſa efficeretur.Aduenit demum tempus conſummationis infirmæ.Quam mortuam ita horribilem veſtiuit,ac ſuis manibus ſepeliuit. Sepultura expleta, infectio illa receſſit à manibus, & quaſi ex lepra nitorem ſumpſiſſent ſuper cæteras corporis partes reſplendebant.

Aliud quoque valdè mirabile caritatis, & plenum miraculis opus in eadem ciuitate per ipſam fuit impletum.Fuit in ciuitate ipſa Senenſi mulier quædam, Palmerina nomine, ſoror de pœnitentia dicti ordinis, quæ etiam domui miſericordiæ ſe obtulerat. Quæ & ſi religionis nomine ſe religaſſet,mirabili tamẽ,& horribi diaboli vinculo tenebatur. Tanto enĩ inuidiæ & ſuperbiæ fomite conceperat odium cordiale contra hanc virginem, quod non modo erat ei grauis ad videndum, ſed nec nomen eius poterat ſine turbatione audire.Detrahebat ei ſecretè & publicè, nec detractionibus,& maledictionibus eius poterat ſatiari, omniaque ſigna conſummati odij oſtendebat.Quod virgo cernens, diuerſis modis humilitatis & manſuetudinis, eius conabatur placare turbulentiam. Sed illa omnes humiliationes eius ex toto contemnebat. Ad ſponſum ſuum recurrit dominum Ieſum, feruentes preces pro ea ad eum emittit. Fecit Dominus in ea miſericordiam, & iudicium,& percuſſit dictam Palmerinam, in corpore,vt poſtea in anima ſaluaretur. Percuſſa Palmerina infirmitate corporea,non ſanatum eſt vulnus mentis,ſed potius aggrauatũ; odij contra eam. Quod illa comperiens, ſtuduit humilitatis & manſuetudinis actibus eius ſæuitiam emollire, frequenter viſitans, & conſolatoriis verbis eam alloquens, nec non ſeruitiis eius ſe offerens. Illa ſaxo durior, omnes actus virginis horrebat,ipſa virginem de domo ſua rabioſe expelli iubebat. Cœpit illa viribus corporis deſtitui, & ſacramentis non munita, ad mortem vtriuſque hominis appropinquare. Audit hæc virgo,& mox in cubiculo ſe claudit,ſponſumque ſuum cœpit ſolicitè orationibus feruentiſſimis pulſare, ne occaſione ſui anima illa periret. Et cum ſibi reſponderet, quod ſua iuſtitia ſuſtinere non poterat tam obduratum cor,& odio malitioſè conceptum impunitum permanere,reſpondit illa cum fiducia ſe de illo loco non receſſuram,quouſque pro illa ſorore ſuam miſericordiam obtineret,poſtulans ſe puniri pro peccato illius,dicens:Quia ego ſum cauſa mali ſui,& ideo puniri debeo.Quid plura?Anima illa egredi non poterat de corpore tribus diebus,& noctibus agonizans. Mirantur omnes & illo triduo virgo orationem pro ea continuauit,& demum exauditur.Nam illa infirma viſitata à Deo recognoſcit culpam ſuam. Quod cum reſciuiſſet Catharina illa nocte acceſſit ad domum eius,venienti ſignis, quibus poterat,gaudium & reuerentiam ei oſtendit, quam prius horrebat ſeque culpabilem vocibus & nutibus accuſabat,perceptiſq; ſacramentis cum magna cordis contritione migrauit à corpore, qua defuncta oſtendit virgini Dominus animam illius,quæ perdita erat præ odio,orationibus ſuis conuerſam & ſaluatam.

Aliud valde mirabile exceſſiuæ caritatis & patientiæ non prætermittendum. In ciuitate eadem mulier quædam Andræa nomine,ſoror de pœnitentia,infirmitatem quamdam incurrit vlceris in pectore, quod cancrizatum eſt, quod carnem rodens & more cancri pectus totum perambulans ipſum corrumpebat, tantuſque fœtor ex ea plaga exibat,quod non licebat alicui,niſi clauſis narib⁹, appropinquare.Quãobrẽ paucas,& quaſi nullas reperiebat ſeruitrices,aut viſitatrices. Quod virgo percipiens,illam penè in omnibus deſtitutã viſitãs, iucunda facie ipſam conſolans,vſque ad finẽ infirmitatis ſe ei obtulit ſeruituram.Quod lãguida illa tanto gratius acceptauit, quanto ſe ab aliorum priuatam ſeruitio ſentiebat. Iuuencula igitur languida languidæ ſeruit mulieri, nil omittens de contingentibus, & quantumcunque fœtor augmentaretur, ſtat aſſiduè apertis naribus iuxta illam, detegit

vlcus

A.C. 1360. vlcus, abſtergit, lauat, panniculis circumligat, nec aliquo ſigno, vel nutu horrorem oſtendit, nec diuturnitate temporis, nec ſeruitij grauitate artædiatur: ſed cuncta læto animo & facie iucunda operatur, ita vt ipſamet patiens tantam conſtantiam, tantam dilectionem miraretur. Sed hoc non ferens tortuoſus ſerpens ad calliditates ſuas ſe vertit, vt illam deſiſtere faciat ab incœpto. Quadam enim die detecto vlcere tantus fœtor exhalauit, augmentatus ab eo & ſi voluntatem virginis fixam non moueret, ſtomachum tamen eius commouit, quaſi vſque ad vomitum prouocans. Quod mox famula Chriſti, vt ſenſit, contra ſeipſam in ſanctam iram exarſit, & carnem ſuam alloquens ait: Nunquid tu ſororem tuam ſanguine Chriſti redemptam abominaris, quæ quotidie vales in eandem infirmitatem incidere: certè non tranſibis impunita. Statimque faciem ſuam ſuper vlcus illius inclinans, os & nares aperiendo, illi viſceri applicuit. Sicque diutius ſtetit, donec rebellante ſpiritu nauſeam viſa ſi eſt ſibi extinxiſſe. Exclamat inter hæc infirma dicens. Noli teipſam corrumpere, filia, tam horribili fœtore.

Superatus antiquus ſerpens ad languidam inſidias ſuas conuertit, cœpitque tædium quoddam de ſeruitio virginis in mentem eius infirmæ immittere. Et creſcente malitia, tædium in odium commutato, & de virgine immaculata turpitudinis maculas cœpit infirma ſuſpicari, ſuggerente eo qui zizania ſeminat, imaginaturque infirma, cum ſecum non erat, quòd ad perpetrandum nefas aliquod iuiſſet, & demum ad tantam iracundiam excœcans mentem anilem inducit infirmam, vt nedum ſuſpicaretur, ſed palam mundiſſimam virginem de turpitudine infamaret. Sonuit hæc vox inter ſorores de pœnitentia. Accedunt ad infirmam vt de auditis explorent veritatem. Illa mente excœcata idem affirmat. Quapropter ſorores nimis leues ad credendū verbis ampulloſis, & opprobrioſis cœperunt ei exprobrare, & quærere, qualiter ita fuerit decepta, vt virginitatem violaret. Quibus illa patienter, & modeſtè reſpondit. Verè ſorores meę gratia Ieſu Chriſti ego ſum virgo, nec aliquam in verbo aliquo inculpauit, nec infamatrici ſuæ propter hoc deſtitit deſeruire, & cum ſolita caritate, commendans Deo famā ſuam, & innocentiam, vt nullus ſcandalum caperet ex calumnioſa diffamatione ab aduerſario procurata.

Matt. 13.

Hæc ipſa orante, apparuit ſibi ſaluator mūdi, vt in ſecreto inſinuauit, habens in dextera coronam auream margaritis ornatam, & in ſiniſtra diademā ſpineū, qui taliter allocutus eſt eam. Neceſſarium noueris filia te vtraque corona hac diuerſis vicibus coronari. Elige quod vis, aut in huiuſmodi vitæ curſu nunc ſpineo diademate coronari, & auream in futuro ſæculo tibi reſeruari, aut nunc in præſenti aurea corona ornari, & in alio ſæculo ſpinea coronari. Quæ reſpondit. Domine tu noſti, quòd voluntatem meam à diu abnegaui, & tuam in omnibus ſequi propoſui, qua propter non eſt meum eligere quicquam, verum ſi vis,

A vt reſpondeam, eligo certe paſſioni tuæ ſacratiſſimę conformari, & pœnas quaſcunque pro refrigerio amplecti. His dictis ſpineum diadema vtraque manu de ſaluatoris manibus accepit, capitique ſuo cū tanta violentia impoſuit, quòd ſpinæ illæ caput eius violenter vndique perforabant, adeo vt poſt hanc viſionem pluribus diebus dolorem capitis ex illis puncturis ſentiret, & Deus ad eam inquit. In poteſtate mea ſunt omnia, & ſicut permiſi hoc ſcādalum euenire, ſic poſſum agillimè illud extinguere, tu vero perſeuera in ſeruitio illius. A C. 1360

B Interea Lapa genitrix eius auditis his rumoribus, certiſſima de puritate filiæ contra Andream infirmam conturbata ob tantam infamiam, accedit ad filiam, & turgido corde ait filię. Nunquid non toties dixi tibi, vt non ſeruires illi vetulæ. Ecce præmium, quod tibi tribuit pro ſeruitio tuo. Si amplius ei ſeruias, aut accedas, filia mea non vocaberis. Quod totum arte fiebat inimici, vt obſequium illud tam perfectæ dilectionis tolleretur, ſed non valuit aduerſarius præualere. Virgo igitur ad verba matris genuflectens ait. Nunquid dul-

C ciſſima mater mea, propter ingratitudinem hominum, dimittit Deus quotidie in peccatores exercere miſericordiam ſuam? Nunquid in Matt. 27. cruce pendens non orauit pro calumniantibus eum, & crucifigentibus? Si ego illi infirmæ non adſtarem, nullus ei ſeruiret, ſicque miſera moreretur. Et ſi nunc ſeducta eſt à diabolo, forſitan illuminabitur à Domino, vt recognoſcat errorem ſuum.

Reuerſa igitur ad ſeruiendum infirmæ matre quietata, nullam indignationem ad eam oſtendit, ſed cum omni hilaritate etiam

D cuncta expedientia agebat. Stupet infirma de tanta conſtantia virginis, & compungi cœpit. Vna autem dierum vidit cum virgo iuxta lectum eius adſiſteret, quamdam lucem deſuper emitti tantæ amœnitatis vt omnium ſuarum miſeriarum videretur obliuiſci & reſpiciens in vultum virgis ſeruitricis ſuæ, vidit faciem eius transfiguratam, vt quædam maieſtas angelica videretur, luxque illa quaſi tegmen quoddam ipſam cooperiebat. Ex qua viſione magis ac magis indies compuncta eſt, ream ſe clamitans quod contra tam ſanctam virgi-

E nem linguam maledicam relaxaſſet. Sic diſparente luce infirma conſolata remanſit, veniam cum lachrymis petens de ſua infamatione. Illa amplexans infamatricem, eam conſolatur, dicens ſe nec in paruo fuiſſe offenſam. Facit infirma conuocare perſonas, corā quibus virginem falſo infamauerat, cum lachrymis errorem ſuum confeſſa & ſe deceptam à diabolo, proteſtans ſanctam & ſpiritu ſancto plenam virginem ipſam, referens etiam viſionem, vnde ſanctitatem eius deprehenderat.

Poſt hæc dum quadam die vlcus illud can-

F ceroſum, virgo detergeret, tātus vltra ſolitum fœtor diabolo augente nares eius inuaſit, quod cōmota ſūt omnia viſcera eius & nimia nauſea in ſtomacho generata. At illa cōtra ſe inſurgens ex tali nauſea fœdi vlceris, loturam in ſcutella recoligens, ad partem ſe trahens totum ebibit. Quo facto cuncta tellauit abo-

A.C. 1350. abominatio,& illa tentatio. Et ſecretè confeſſori ſuo dixit ſe nunquam in vita ſua cibum, vel potum, tantæ ſuauitatis guſtaſſe. Apparuit quoque dominus ſaluator nocte ſequenti quinque illa vulnera, quæ in cruce pertulit cõfixus illi oſtendens,& dicens. Multa propter me filia ſuſtinuiſti,& viciſti certamina, quibus mihi grata exiſtis, ſed in illud heri mihi ſummè cõplacuiſti, quod natura corporis conculcata, potũ ita abominabilẽ lętãter ſũpſiſti. Quamobrẽ filia, bibe de latere meo potum, quo anima tua tanta ſuauitate replebitur, quod in corpore etiam tuo, quod propter me conſumpſiſti, redundabit. Inclinauitque locum vulneris lateralis ad os eius, ex quo potum per non paruæ moræ ſpacium inexplicabilem hauſit ſapientiam, tam auidè, quam abundè ſatiata ſimul,& ſitibunda.

Pulchritudinem vel deformitatem animarum ipſa nouerat. li. 3. c. 7.

§. XIII.

EX his tantam inter cætera à Domino gratiam conſecuta eſt, vt pulchritudinem animarum omnium ſecum conuerſantium, vel etiam ad ſe veniẽtium, vel turpitudinem, ꝓut poſtulauerat, ad hoc vt magis eſſet ſolicita ad quærendum ſalutem eorum, præuideret. Vnde cum ſecretè ſemel ei referrem, quod quidam murmurabant, pro eo quod videbant plures vtriuſque ſexus coram ipſa genu flectentes, qui non prohibebantur ab ea: reſpondit Nouit Dominus, quod ego de geſtibus corporis eorum, vel earum, qui coram me ſunt, parum vel nihil percipio. Tantum enim occupor in conſideratione animarum ipſorum, quod de corporibus quodãmodo non aduerto. Tunc ego. Nunquid ipſorum animas intueris? Et illa. Poſtquam ſane Dominus mihi conceſſit hanc gratiam, quam ab eo poſtulaui, videndi ſcilicet pulchritudinem animarum, nũquam vel raro apparuit mihi quiſquam, cuius animæ conditionem non viderim. Si quis videre poſſet pulchritudinem vnius animæ centies in die mortem ſubiret pro ſalute eius.

Ibid. Et ad confirmationem ſupradictorum teſtor me (inquit præfatus Raimundus legendæ eius compilator) pluries fuiſſe interpretem inter fælicis recordationis Dominũ Gregoriũ vndecimũ ſũmũ pontificẽ & hanc ſacrã virginem. Ipſa enim non intelligebat latinum ſermonem,& ſummus pontifex non nouerat Italicũ vulgare. Dumq; me interpretante loquerentur adinuicem, ſacra virgo conqueſta eſt, quod in Romana curia vbi deberet eſſe paradiſus deliciarum virtutum, inueniebat fœtorem infernalium vitiorum. Quod dum pontifex percepiſſet, petiuit à me quantum temporis erat, quo ad curiam perueniſſet. Et cum intellexiſſet, quòd amodo pauci dies erant, reſpondit pontifex. Quomodo intra tam paucos dies potuiſti curiæ Romanæ mores inueſtigare? Tunc illa inclinationem corporis,& abiectionẽ, commutans inquãdam ſubito quodãmodo maieſtatem & etiã oculis corporis eri-A gens ſe in altum, in hæc verba protupit. Ad honorem omnipotentis Dei audeo dicere ꝙ plus ego percepi fœtorem peccatorum, quę in Romana curia committuntur quotidie, exiſtens in ciuitate mea, vnde ſum orta, quam percipiant ipſi, qui commiſerunt ea,& vbi cõmittuntur quotidie, ad quę pontifex ſubricuit. A.C. 1350.

Item frequenter accidit tam mihi, quam aliis, qui eam comitabantur itinerando per diuerſas mundi partes, vbi nuſquam fueramus ipſa vel nos, quod veniebant perſonæ penitus nobis,& ſibi ignotæ decenter indutæ, quę videbantur bonorum morum, ſed in rei veritate peccatis erant fœdatę: quarum crimina ipſa mox percipiens, nec loqui eis, nec faciem vertere quodammodo poterat ad loquendum. Quod ſi omnino inſtabant, parumper clamoſe dicebat eis. Nos deberemus prius noſtra crimina corrigere,& de laqueo diaboli egredi,& poſtmodum loqui de Deo. Hæc vel ſimilia dicens, quam citiſſimè poterat ſe liberabat ab eis, noſq; poſtea inueniebamus illas perſonas peccatis inuolutas,& in malis perſeuerabant.

Cum quadam vice quædam mulier (quæ erat cuiuſdam magni prælati eccleſię continua concubina) loqueretur cum ea,& magnam ho-C neſtatem tam in veſtibus, quam in actibus oſtenderet, nunquam tamen faciem virginis ex oppoſito ... picere poterat: quia vultum ſuum auertebat ab ea. Quod admirans, inueſtigando de qualitate vitæ illius, inueni, quod dictũ eſt. Quæ poſtea virgo dixit nobis. Si ſenſiſſetis fœtorem quem ego ex illa ſentiebam, dum loqueretur mihi, euomuiſſetis quidquid habuiſſetis in ventre.

Tanta in ea abundauit gratiæ plenitudo, quod quaſi continue in actuali contemplatione occupabatur,& ſpiritus eius tam fixè ſuo & omnium conditori inhærebat: quod par-D tem inferiorem, id eſt, ſenſitiuam, pro maiori parte temporis relinquebat abſque actibus ſenſitiuis. Et ſicut multoties experti ſumus, brachia eius vna cum manibus ita rigida fiebant, quod frangi oſſa potius potuiſſent, quã de loco, cui adhæſerant, remoueri, dum illa cõtẽplationi vacabat, oculi eius clauſi erãt ex toto, aures nullum, quantumcunque ſonum grandem percipiebant, & omnes ſenſus corporei propriis actibus ſuis erant priuati.

E De quibuſdam mirabilibus actis per virginem circa animas aliquorum orationibus ſuis,& primo quidem erga patrem.

§. XIIII.

HIc Iacobus nomine Senis infirmatus eſt grauiter, quem viſitans filia Cathari-F na virgo exhortata eſt eum, ad omnia agenda quę decet Chriſticolam in ægritudine conſtitutum, qui omnia peregit, vt deuotus catholicus,& piis operibus ſemper deditus. Orante autem virgine pro eo reuelatũ eſt ei terminũ vitæ eius adueniſſe, qui præteriri non poterat. Iob 14. Deprecata eſt autem Dominum, vt in tranſitu

ſuo

A.C. 1370. cœlum anima eius euolaret, vt per purgatorium ignem non tráſiret. Cui Dominus ait: Iuſtitia mea, quæ delictum ſine vltione non deſerit, non patitur cremabilia ſecũ ferentem ſine purgatione in requiem ingredi meam. Pater tuus, & ſi bonus & pius, tamen non ſine puluere peccatorum humanæ conuerſationis fuit. Et illa Domine mi, fiat iuſtitia, nec peccatum tranſeat impunitum, ſed oro in me exerceatur iuſtitia tua & pœnas debitas prius luam ego in corpore meo. Exaudiuit dominus deprecationem eius. Vnde à ſeculo migrans pater eius ad cœlum conſcendit liber à pœnis, quæ tamen in eam tranſlatæ ſunt, vt ita dixerim, quia poſtea vſque ad finem vitæ ſuæ ſuſtinuit paſſionem iliacam aliquando grauius, aliquando leuius.

B Item quamdam Senenſem Andream nomine, diuitem rebus, ſed bonis operib⁹ vacuum, luſorem, blaſphemum, & multis vitiorum generibus irretitum, contingit infirmari. Qui ætatis ſuæ anno quadrageſimo cum appropinquaret ad mortem vtriuſque hominis, deſperatus à medicis corporum, medicus animarũ ad eũ accedẽs ſacerdos ad pœnitẽtiã exhortãs, nec minis æternorũ ſuppliciorum, nec blanditiis dulcedinis diuinæ miſericordiæ ſibi propoſitis, cor eius obduratum in aliquo poterat emollire, ſed omnia contemnens ſalutifera, inferno appropinquabat. Hoc eum reuelatũ fuiſſet Catharinæ, ab ipſa tartari fauce animã eius eripuit. Nã ipſa orante pro eo feruenter à tertia hora noctis vſque ad aurorã & poſtulante miſericordiã, quãuis Dominus primo quidem aſſereret illã miſericordiã non mereri, ſed iuſtitiam ſæuiſſimã vtpote omnibus ſceleribus irretitum, demum oratio eius lachrymoſa vicit inuincibilẽ, ligauit omnipotentem, vt pietate flecteretur ad eum. Eadem enim hora apparens Dominus Andreæ infirmo, ait ad eum. Cur cariſſime offenſas innumeras, quas contra me perpetraſti, confiteri nõ vis? Confitere omnia, quia paratus ſum tibi indulgere. Ad hanc vocem expergefactus Andreas clamare cœpit ad ſeruitores. Cito mittite ad ſacerdotem, quia volo confiteri peccata, quoniam vidi Chriſtũ ſaluatorem admonentem, vt confitear. Adueniente igitur ſacerdote, confeſſus eſt diligenter eum magna contritione peccata ſua, & diſpoſita domo ſua per teſtamẽtum, ex hac luce migrauit.

In eadem ciuitate Senenſi, duo famoſi malefactores capti à præſide propter enormia eorum ſcelera ad mortem adiudicati, & condemnati ſunt ignominioſam, & duram, vt per ciuitatem traherentur in curribus nudi, ligati ad palum, & à lictoribus forcipibus ſeu tenaculis ignitis comprimerentur in corpore, hi vero nec in carcere nec condemnati induci potuerunt à quoquam clerico, vel laico ad pœnitentiam, & confeſſionem, nec ducti per ciuitatẽ ſe hominibus videntibus recõmendabãt (vt moris eſt) ſed deſperati blaſphemabant Deum, & ſanctos. Cum autem tranſirent à ſatellitibus ducti per viam publicam ciuitatis, in qua tunc erat habitatio Catharinæ cum ſociis, magnuſque ſtrepitus eſſet in via à populo concurrente ad ſpectaculum, Catharina virgo per feneſtram domus aſpexit, vt videret cauſam tanti clamoris. Quæ videns eos cruciatos & ita deſperatos incedere ad mortem, ſubitò ad orandum ſe conuertit pro ſalute, & illuminatione eorum. Conceſſa eſt ei gratia, vt in ſpiritu iret cum eis orans, & flens pro eorũ conuerſione. Cumque veniſſent ad portam ciuitatis, apparuit illis ſaluator totus vulneratus, ſanguine vndique fluens, ipſos ad conuerſionem inuitans, & veniam repromittens: ſicque radiis diuinæ gratiæ eos viſitauit, & eum magna inſtantia confeſſorem peterent cui cum contritione non modica confeſſi ſunt peccata ſua. Poſt quod blaſphemias in diuinas laudes mutarunt, accenſantes ſe illas pœnas iuſtè pati: lætanterque ad mortem accedere. Vnde tam ſubita mutatio dexteræ excelſi, niſi ex orationibus feruidis virginis huius: Interea clamabant dæmones contra eam. Niſi deſiſtas ab oratione pro iſtis, nos faciemus te cum eis dæmoniacam. Et illa. Quicquid Deus vult, & ego volo, nec propter hoc deſiſtam ab incœpto, & ſic patet ſalus illorum per illam procurata. Psal. 76.

C Item in ipſa ciuitate erat vir ſatis famoſus inter filios ſæculi, vocatus Nannes de Nannis. Hic inimicitias graues exercebat contra diuerſos, multis inſidiis vtens in quibus etiam homicidia interuenerant. Et cum à multis mediatoribus pacis exhortaretur ad eam, fingebat ſe eſſe paratum, quantum erat in ſe, cum tamen ipſe ſolus impedimentum pararet. Qui ad hoc vix induci potuit, vt loqueretur cum virgine. Et cum acceſſiſſet ad domum eius, & nõ inueniſſet, quia alibi occupata erat pro animarum ſalute, & tædioſa ſibi foret mora expectandi, dixit [Patri Raimundo, in quem ea abſente inciderat, videte, Neque tibi ſacerdoti & religioſo mentiri poſſum neque illi] cuius famam ſatis audiui tanquam ſanctæ mulieris, hoc ſciatis pro certo, quod nec ipſa, nec alius poterit me inducere ad pacem iſtam conficiendam. Ego ſum qui impediui, & impediam. Necdum verba cõpleuerat ille peruerſus Nannes, & ecce adſtat virgo deuota, Contriſtatus eſt homo de aduentu ipſius, qui tamen intrans materiam locutionis, quod aliis dixerat eidẽ replicauit, exprimens animi ſui obſtinationẽ. Cœpit virgo oſtendere ei periculum ſuum, nunc vngendo, nunc pungendo. At ille, vt aſpis ſurda aures obturabat ſuas. Virgo autem cœpit intra ſe pro ipſo orationem fundere, & poſt paruam morulam ait ille. Iam nolo eſſe ita ruſticus, quod omnia vobis denegem. Ego volo recedere, habeo quatuor guerras, de illa vna facite quicquid vultis. Et ſurgens vt recederet, ait: O Domine Deus meus, quæ virtus eſt, quæ trahit me, & tenet: non poſſum abire, nec poſſum aliquid denegare. O quis me attat? quis me tenet? Hæc dicens prorupit in lachrymas, victũ ſe fatetur, nec valere reſiſtere flexiſque genibus dicebat cũ lachrymis. Faciã virgo ſanctiſſima, quicquid iuſſeris, nõ modo de iſtis, ſed & quibuſcũque aliis. Cerno ꝙ diabolus me tenuit catenatũ. Cũſule animę meę, vt de manibus diaboli liberer: At illa. Pœnitentiam age de peccatis tuis. Quod & fecit cõfeſſus diligenter ipſi magiſtro Raimundo,

A.C. & cum omnibus faciens pacem. Ipſum etiam
1374. poſtea captum à cōmunitate de periculo mortis corporalis orationibus ſuis liberauit.

Si omnia membra mea verterentur in linguas, non ſufficerem enarrare fructus animarum per iſtam productos ait Raimundus. Vidi aliquando mille, vel amplius homines vtriuſque ſexus de montanis, & aliis regionibus comitatus Senenſis ad eam videndam & audiendam concurriſſe, qui non modo ad verbū eius, ſed etiam ad aſpectum, mox de ſuis criminibus compungebantur, qui currebant ad cōfeſſores, quorum vnus ego eram, qui cum magna contritione confitebantur, & hoc frequenter. Quamobrem Gregorius xj. tanto animarum fructu exhilaratus, mihi & duobus ſociis conceſſerat, quod omnes vndecunque venientes poſſemus abſoluere authoritate diœceſanorum conceſſa. In quo opere ſtabamus ieiuni frequenter vſque ad veſperam.

De miraculis factis per eam circa corporum vitam vel ſanitatem, dæmonum expulſionem, & multiplicationem panis ac vini.

§. XV.

MATER huius Lapa erat, mulier magnę ſimplicitatis, & innocentiæ, ſed de viſibilibus bonis non multum affecta, vel informata, vnde & tranſitus huius vitæ ſibi erat ſatis odibilis. Contigit autem, ipſam poſt mortem viri infirmitate grauari. Cui ſeruiens filia Catharina cum morbus ingraueſceret pro ea Dominum exorauit. Cui cœlitus eſt reſponſū, quod ſaluti eius conſulebatur, ſi tempore illo migraret de corpore, antequam videret mala, quæ ſubuentura ei eſſent aduerſa. Ad matrē igitur accedens filia, cū dulcibus verbis exhortabatur, vt ſe conformaret voluntati diuinę, ſi eam vellet de hac vita euocare. Quod illa valde horrens, filiam precabatur, vt pro incolumitate eius recuperanda Dominum exoraret nec ſibi de morte loqueretur vlterius. Hoc cernēs Chriſti ſponſa in agonia poſita dominum deprecare cœpit, vt nullo modo fineret de corpore animam illam egredi, niſi prius conformaretur voluntati diuinæ. Mediatrix igitur facta eſt inter Deum & matrem eius, illam admonendo continue ad confirmandum ſe velle diuino, Dominum rogando, vt non fineret eam mori, niſi tali conformatione obtenta. Ad qd cū eam non poſſet inclinare, dixit Dominus virgini. Dic genitrici tuæ, quod illa non vult modo exire de corpore, ſed tempus veniet, in quo magnis deſideriis mortem petet, & inuenire non poterit, quod poſtmodum impletum eſt. Nam cum poſtea vixerit Lapa prædicta vſque ad octuageſimūnonum annū vitæ ſuæ, tot aduerſitates ſuperuenerunt ei tam de perſonis, quàm de rebus tranſitoriis, quas diligebat, quod dicebat aliquando audientibus multis. Nunquid per tranſuerſum poſuit Deus animā meam in corpore, vnde egredi non valeat: tot

A filij & filiæ & nepotes mortui ſint, & ego ſola mori non valeo. Lapa igitur ita erat ad vitam corporalem affecta, vt nec conſideraretur, nec de animę medicinis cogitaret, ſicq; in confeſſa mortem incurrit corporalem. Quod cū filia perpendiſſet, oculos ad cœlum eleuans ait: Ah Domine Deus meus: Sunt ne iſtæ promiſſiones tuæ quas mihi feciſti, vt nullus de domo iſta periret? Obſecro Domine, non me patiaris ita fraudari. Cerno ecce matrem meam ſine ſacramentis deceſſiſſe. Certè hinc A.C. 1374
B non diſcedam viuens, quouſque matrem meā reſtituas rediuiuam. Exaudiuit Dominus orationem virginis, & præſentibus, ac cernentibus tribus mulieribus Senēſib⁹, cœpit corpus Lapæ ſubitò totaliter cōmoueri, & reſupino ſpiritu integraliter opera vitalia exercere. Teſtes fuere huius miraculi Catharina guineti, Angela & Liſa, quæ viderunt eam vltimum ſpiritum emittentem, & corpus ab omni ſigno vitali extinctum palpauerunt.

Anno quoque Domini. 1374. Cum peſtis valida ciuitatē Senenſē inuaſiſſet, in qua tūc conuentualiter morabatur lector conuentus, or-
C dinis ſui ipſe Raimundus, qui & deuotè viſitabat infectos morbo, contigit hoſpitalarium ſanctæ Mariæ miſericordiæ Matthæum nomine, virum laudabilis vitæ, & clarę famæ affectum ſatis, & deuotum virgini huic Catharinæ inguinaria infirmari, cum vrgentibus febribus, & dolore capitis vehementi vexaretur qui eidem Raimūdo confeſſus eſt peccata ſua. Medicus autem ſolers ad curam, ſatis dubitabat de euaſione eius, audiens virgo illum infirmatum, caritate accenſa ad ægrum feſtina acceſſit. Et antequam ei appropinquaret, à longè
D cœpit inclamare. Surgatis domine Matthæe, ſurgatis, quia non eſt tempus in lecto molliter quieſcendi. Ad hanc virginis vocem abſq; temporis interuallo in momento febris, & inguinis apoſtema Matthæum penitus dimiſerunt, omniſque dolor abſceſſit, obediuit namque natura diuino imperio ſibi per os virginis patefacto, ita vt Matthæus ridens de accubitu ſurgeret. Quo viſo, virgo fauores humanos fugiens diſceſſit. Cum Raimundus autem Matthæum viſitaret, reperit eum ſoſpitem & hilarem, miraculum ſanitatis ſibi factum à virgine
E referentem. In ſignum veræ ſanitatis recuperatæ, Paratur menſa recūbit cum eis Matthæus: afferuntur cibaria non infirmantium, ſed ſanorum, legumina & cæpe crudum, de quibus Matthæus cum eis comedit, & per totam domum, & ciuitatem notum factum eſt illud.

Mulier quædā de ſolario cadēs & cum ipſo ruens grauiſſimis alliſionibus & concuſſionibus tam carnis, quam oſſium læſa eſt, adeo vt vicinia concurrente, & de ſub lignis & lapidibus eam extrahente: in breui moritura credebatur. Virgo autem caſu audito illam viſitans
F hortabatur ad patientiam, & ad conſolationem eius liniebat, & tangebat membra læſa ei compatiens, ex cuius contactu illa penitus ſanata eſt.

In eadem ciuitate Senenſi, vir erat re ſanctus & nomine, Anachoriticam vitam tenens, extra ciuitatem, & hunc iaculo percuſſum peſtilentiali virgo ipſa ex cellula ſua ad hoſpi-

A. C. 1374. hoſpitalem ſanctæ Mariæ adduci fecit pro cura eius, cui vt ſeruo Dei ſeruiebat deuotè cum ſociis, ei prouideri de neceſſariis faciens. Inclinauit ſe virgo ad aurem eius dicens ſubmiſſè. Ne timeas quamuiſcunque te ſenſeris morbo grauari, quia prò iſta vice non morieris. Morbo per ſingulas horas capiente augmentum, de ſalute corporis cœperunt adſtan ſtantes deſperare, & ad ſalutem animæ tantum intendere, & virtute corporis ex toto deficiente mœſti præſtolabantur tranſitum eius. Adueniens virgo iterum ad aurem acceſſit infirmi dicens. Ne timeas, quia non morieris. Ille vero quamuis iam ſenſibus videretur eſſe priuatus, ipſam optimè intellexit, plúſque verbis eius credebat, quã morti, quã actualiter ſentiebat. Sicque factum eſt, quod verba virginis vincerent facta naturæ, vt corpus quaſi iam mortuũ ſuſcitaret. Expectantibus nobis vltimum ſpiritus exitum, & funera iā præparantibus, pluribus diebus nos tenuit tranſitus eius. Demum adueniente virgine ſacra, & ad aurem infirmi dicente. Ego mando tibi in nomine Ieſu Chriſti, quod non tranſeas: mox ſpiritus redit ad corpus, & vigore aſſumpto ſanatus ſurrexit in lectulo, cibumque poſtulauit, & in paruo temporis ſpacio totaliter eſt curatus, ſuperuixitque pluribus annis, & in tranſitu virginis preſens fuit. Referreque aliis conſueuerat, non minus miraculum virtute Dei factum per virginem, quã ſi mortuus ſuſcitatus fuiſſet.

Ibid. Refert quoque ipſe Raimundus in ſe fuiſſe expertum gratiam ſanitatum. Nam cum Senis illa peſte graſſante morbidos pro confeſſionibus viſitaret, poſt multos & ipſe morbo percuſſus eſt, & ſatis debilitatus. Sed ſancta ipſum viſitante, & orante coram eo, quam vidit tunc in ſpiritu raptam, [ſenſit Raimundus ex corporis ſui extremis partibus tanquam violenter quippiam extrahi ſenſítque ſe melius habere] demum ex toto orationibus eius curatus eſt, ſibique dixit. Gratias age Deo, & vadas ad laborandum pro ſalute animarum.

Temporibus quoque illis homines vtriuſque ſexus Piſanæ ciuitatis, audita fama virginis ſanctæ, & non minus ſanctimoniales diuerſorum locorum cupiebant ipſam videre &, doctrinam eius mellifluam audire. Vnde nuncios mittunt, litteras multiplicant, rogantes, vt illuc dignaretur accedere. Licet autem virgo ſemper ex ſe vitaſſet diſcurſus, tamen coacta quaſi precibus illorum, cum ſocij ſuper ea re conſulti diuerſa ſentirent, ſuper hoc Domini oraculum requirenti in oratione reuelatum fuit, vt illuc pergeret propter fructum animarum ſaluris conſequendum, & honorem Dei. Illuc ergo profecta eſt, & cum magna deuotione recepta. Accidit autem quadam die, vt Gerardus hoſpes eius quamdam iuuenem viginti annorum, vel circa ætatis ei præſentaret languidum, ſupplicans pro ſanitate eius. Nam decem & octo menſibus quotidianis febribus laborauerat, licet non grauibus, vnde pallidum & macilentum vidit. Compatiens ei virgo interrogauit quantum tẽporis tranſiſſet, ex quo peccata ſua non fuiſſet confeſſus. Qui reſpon-

A dit multos annos tranſiſſe. At illa ſubiunxit. Ideo hanc diſciplinam ſuſtinere te vult Deus: quia non purgaſti animam tuam per confeſſionem in tanto tempore. Vade igitur fili cariſſime ad ſacramentalem confeſſionem, & euome putredinem peccatorum tuorum, quæ animam infecerunt, & corpus. Quod cum feciſſet vni ex confeſſoribus, quos ſecum ducebat virgo beata, reuerſus eſt ad eam. At illa ponens manum ſuper humerum eius ait. Vade fili cum pace Chriſti, nolo, quod febres iſtas amplius patiaris. Dixit, & factum eſt, nec B vltra febris rediit ad eum, aut veſtigium ipſius qui curatus miraculum in ſe factum per totam vrbem diuulgauit. Alios quoque multos diuerſis languoribus ipſa liberauit.

Habuit quoque virgo iſta magnam virtutem ad expellendos dæmones de obſeſſis corporibus, ſuper quo vnum tantum referam geſtum per eam. In ciuitate Senenſi quidam notarius ſatis peritus in arte illa, ſcilicet Michael nomine, habens duas filias, decreuit illas in puellari ætate in monaſterio quodam diuino cultui dedicare. Quod cum feciſſet, vna illa- C rum Laurentia nomine, octo annorum, vel circa arrepta eſt à ſpiritu maligno, Dei occulto iudicio, totumque monaſterium horribiliter vexabat, propter quod moniales non valentes tantam inquietudinem ſufferre, de monaſterio mandarunt patri illam educere. Qua educta malignus ſpiritus per os puellæ latinum loquebatur, cum puella latinum ignoraret, ad quæſtiones profundas, & difficiles reſpondebat, peccata, & ſecretas conditiones detegebat, ſicque ex multis ſignis oſtendebat ſe ſpiritum immundum eſſe. Triſtabantur parentes, remedia quærebant, ad diuerſas ſancto- D rum reliquias adducebant, & ſingulariter ad reliquias beati Ambroſij Senenſis ordinis prędicatorũ, qui centũ iã annis multis miraculis corruſcauerat, & ſpecialiter virtutem exercens ad dæmones expellendos. Ducta eſt ergo ad eccleſiam prædicatorum ad reliquias beati Ambroſij, ſed nihil profecit. Demum ſuaſione quorumdam ducitur puella illa Laurentia ad Catharinam. Virgo ſacra ſibi hoc nuncianti ait. Ego nimis quotidie vexor à ſpiritibus malignis. Nunquid nõ indigeo ſpiritibus alienis? E Et hoc dicto, quia per oſtium fugere nõ poterat, quin ab egredientibus videretur, quoddam tectum aſcendit, clamque fugit de domo illa, vt non poſſet à quoquã reperiri, Nihilominus parentes inſtabant pro liberatione filiæ, & cum illa prohibuiſſet, quod nulla ex ſociis de miſericordia loqueretur inuenerunt modum cautũ, quem ipſa non perciperet. Nam frater Thomas confeſſor eius duxit puellam ſecum ad domum Catharinę ea abſente, dixitque ſocię eius, vt reuertenti ipſi diceret ex parte, & mandato ipſius fratris Thomæ, quod retineret puellam ſecum nocte, ſicque fa- F ctum eſt. Quæ videns ſe quaſi coactã ex mãdato confeſſoris, illa nocte cœpit orare pro puella, pugnans cum hoſte antiquo, vt diſcederet ab ea. Demum ſuperatus virtute orationis eius abſceſſit, puellam libera n dimiſit. Quam videntes mane parentes liberatam

A.C. 1374. gratias Deo egerunt. Dixit tamen parentibus, quod aliquibus diebus dimitterent eam ſecum. Quod cum feciſſent, vna dierum abſente Catharina reuerſus eſt diabolus ad vexandum puellam. Et cum diuinitus hoc cognouiſſet Catharina, dixit ſociæ. Reuertamur domũ, quia malignus ſpiritus inuaſit puellam, & reuerſa oratione eum expulit, ita vt nunquam ad eam amplius rediret.

Inſuper in reb' inanimatis miracula fecit. Nam Senis cum deficiente tritrico bono, ciuitas vteretur frumento de foueis extracto, quod erat mali odoris, & panis non boni ſaporis, & Alexia ſocia ipſius virginis eiuſdem habitus, & comes indiuidua, in cuius domo frequenter Catharina habitabat, pane ex tali farina confecto veſcebatur cum ſuis. Et cum modicum talis farinæ remanſiſſet in ſacculo, ſuperueniente noua, illam proiicere cogitabat propter fœtorem eius, quod Catharina, reprehendit, cui illa: Conſcientia (inquit) me mordet tam fœtidum panem pauperibus erogare. Cui inquit Catharina. Para mihi farinã illam, & aquam. Quibus paratis, ex ea confecit plures panes, multiplicabatur enim in manibus eius. Confectis panibus & decoctis in clibano, poſtquam domum ſunt reportati, in mẽſa cœperunt eis veſci vt optimo & ſapido pane, amotis Dei virtute fœtore, & omni malo ſapore. Qui multiplicati, in arca repoſiti, per plures hebdomadas familiã & pauperes refecerũt.

Altera vice cum in domo eius inter familiares domus, & alias perſonas viſitantes eam eſſent numero circa triginta, adueniente hora prandij cum illa, cui cura commiſſa erat prouidendi de cibo (ex eleemoſynis enim ſuſtentabantur) ex obliuione non paraſſet neceſſarium panem, ſed modicus eſſet in capſa, iuſſit beata virgo ad menſam eos accedere, & quod modicum habebat illud apponi, ipſa interea orante ad dominum. Quibus manducantibus multiplicatus eſt Dei virtute ita vt ſatiatis eis multum ſupereſſet.

Et alia vice cum Piſis eſſet (nam prædictum miraculum Senis contigit) debilitatem magnam incurrit, vt quaſi deficeret, miſſum itaque fuit ad quemdam mercatorem pro modico vernacij ad pulſus confricandos, & confortandos, ſed vas illud euacuatum & conſumptum fuerat, nihilominus ad illud tendendo accedentes inuenerunt plenum, Deo prouidente neceſſitati illius.

De laboribus & perſecutione, quam paſſa eſt pro eccleſia Dei. Catharinæ labores pro Florentinis cum Pontifice reconciliandis. lib. 3. c. 17. vide ſup. tit. 21. cap. 1.

§. XVI.

ANNO Domini. 1375. ciuitas Florentina quæ ſolita erat inter peculiares filias ſãctæ Romanæ eccleſiæ computari, multiplici ratione, operante ſatore zizaniæ humani generis inimico, ſeu ex defectu officialium eccleſiæ, ſeu ex ſuperbia Florentinorum, vel ex demeritis vtriuſque partis, ſe cum hoſtibus eccleſiæ colligauit: ad deſtructionem totius potentiæ & dominij temporalis eccleſię dedit operã A efficacem vnde ſecutum, quod Romanus pontifex Gregorius xj. qui Aueniones tũc cũ curia ſua reſidebat, intra breue tempus nouem ciuitates eccleſiæ epiſcopales, quibus dominabatur temporaliter in Italia, Papa amitteret, & innumera caſtra, vt patuit in præcedenti titu. Quamobrem papa Gregorius vndecimus terribiles proceſſus fulminauit cõtra Florẽtinos non ſolum excommunicationis & interdicti, ſed etiam circa bona & perſonas eorum, vt vbicunque inuenirentur in regno Franciæ, & alijs mundi partibus, caperentur, & bonis ſuis B ſpoliarentur per rectores ciuitatum, vbi exercebant negotiationes. His malis arctati, coacti ſunt pacem cum Romano pontifice Gregorio tractare: quam tractabant per medias perſonas, quas exiſtimabant gratas eſſe pontifici. Et cum audiſſent, quod hæc ſacra virgo Catharina propter ſuam ſanctitatem ſatis erat pontifici grata, procurauerunt, eam venire Florentiam, ad quam venientem acceſſerunt aliqui ex magiſtratibus rogantes, quod perſonaliter Auenionem accederet ad pontificem ſummum ex parte eorum, vt iram eius contra ip- C ſos conceptam leniret, ac pacem, & concordiam inter ipſum & eos tractaret. zelo illa ſuccenſa caritatis, laborem non recuſauit & fiduciã gerens in Domino operis exequendi, iter aſſumpſit debilis corpore, Auenionem applicuit, Pontificem alloquitur, ſed per interpretem me ſcilicet fratrem Raimundum: loquebatur enim in vulgari Tuſco, quod pontifex non intelligebat, & ideo interpretatione opus erat. At benignus pontifex pacis amator, libenter audiuit, & clementer reſpondit. Vt omnibus pateat, quia pacem cum eis volo, ecce pa D cem ipſam pono in manibus tuis, chariſſima filia, tu tantum recommendatum habeas honorem eccleſiæ ſanctæ.

Verum quidam filij [a] belial octo numero, aſſumpti à communitate, qui ciuitatem gubernabant, licet verba dicerent: Pax, pax, tamen in corde eorum non erat pax, neque in intentione eorum, ſed pleni omni dolo ad hoc tendebant, vt eccleſia omni dominio temporali ſpoliaretur, vt non valeret ex eis vltionem aſſumere, vt patuit poſtea. Nam cum ipſam virginem miſerunt ad pacem tractandam, promiſe E runt immediate oratores deſtinare poſt eam, qui haberent plenum mandatum aſſentiendi iis, quæ ipſa cum pontifice concordaſſet: ſed tardè ſatis miſerunt, & ipſis miſſis Auenionẽ, nihil ſuper prædictis fecerunt. Et interea pontifex Catharinæ dicebat videns tardationem, Catharina iſti me deceperunt, & te etiam decipient: quia vel non mittent, aut totaliter nihil facient, ſicut accidit. deliberauit põtifex ea etiã ſuadente, ad ſedẽ ſuã Romanã perſonaliter accedere, quod & fecit cum curia ſua. Virgo autem reuerſa in Tuſciam,

F *a Ex his patet illud Florentinorum bellum aduerſus Eccleſiam concitatum fuiſſe valde iniuſtum: & quãuis Leo. Aret. ex quo D. Ant. ſuſcepit illud ti. 21. c. 1. § ſcripſit, Florentinos a culpa omni liberare, & in legatos Pontificis eam deriuare conetur: tamen tam ex ipſis quæ ibidem ex Blondo notauimus, quã ex ipſis Raimundi verbis aperte conſtat, non tam legatorum proteruitatem, quam Florentinorum importunitatem, & octouirorum nequitiam illius belli cauſam fuiſſe.*

A.C. 1375

Poſtquam

A.C. 1375. Pontificis iuſſu Florentiam virgo proficiſcitur. cap. 18.

Poſtquam pontifex ad vrbem applicuit, euocato inde Raimundo inquit. Mihi ſcriptum eſt de Florentia, quod ſi Catharina de Senis eat, Florentiam, habebo pacem cum eis. Tūc ego, Pater ſancte, nedum Catharina, ſed omnes quotquot ſumus, parati ſumus pro obedientia ſanctitatis veſtræ vſque ad martyrium ire. At pontifex. Nolo, quod tu vadas, quia te malè tractarent, ſed ipſa, tum quia mulier, tum quia reuerentiam habent ad eam, nil ei nocebunt. Confectaſque bullas ſuper his opportunas miſit virgini, quæ Senis erat, quæ vt obedientiæ filia abſque tarditate iter aſſumpſit, & B Florentiam peruenit, vbi à viris Deo & eccleſiæ fidelibus cum non parua veneratione ſuſcepta eſt. Locutaque eſt cum aliquibus probis ciuibus, perſuadendo eis, quod nullo modo perſiſterent in diſſenſione cum pontifice, & paſtore animarum ſuarum: ſed quam citiſſimè poſſent, reconciliarentur cum vicario Ieſu Chriſti. Locutaque eſt cum capitaneis partis Guelphæ dicens, quod ſi eſſent, qui præſtarēt impedimentum paci, & concordiæ inter patrē & filios, illi digni eſſent priuari omni officio, C quia nō eſſent vocandi rectores, ſed deſtructores boni communis, & ciuitatis eiuſdem, nec deberent habere conſcientiam liberandi ciuitatem à tanto periculo per priuationem paucorum ciuium, addens, quod pax illa non ſolum expediebat corporibus & bonis temporalibus eorum: ſed (quod eſt maius) quia neceſſaria erat ſaluti animarum eorum, quam habere nullatenus poterant abſque ea. Conſtabat enim, quod ipſi operam dederant efficacem notoriè ad expoliādam Romanam eccleſiam bonis ſuis, vnde ſi fuiſſet etiam priuata perſona, ipſi coram Deo, & quocunque iuſto iudice tenebantur ad reſtitutionem bonorum, quæ abſtulerant, ſeu auferri fecerant per alios. Quod ſi per pacem habere poterant huius debiti remiſſionem, ſequebatur, vtilitas maxima & corporibus, & animabus eorum. His & aliis rationibus & perſuaſionibus tam dicti officiales, quàm multi boni ciues inducti ſunt ad perſuadendum Prioribus, & aliis magiſtratibus, ꝙ omnino pacem facerent, non verbo tantum, ſed opere, & veritate. Sed huic bono ſe oppoſuerunt illi octo viri deputati ad faciendum guerram contra eccleſiam, homines diabolici. Ideo officiales partis Guelphæ vnum ex illis octo priuarunt officio, & aliquos alios paucos, prout potuerunt: Inde exarſit ignis in ſynagoga eorum duplex, tum ex parte eorum, qui fuerunt priuati, tum ex parte quorundam maleuolorum, qui accenſi ſunt ad faciendum priuari etiam quoſdam ſibi odioſos: vt vindictam facerent de quibuſdam propriis iniuriis & plus nocuit ſecundus ignis, quā primus, & multos commouit contra ſacram virginem. Nam tantus factus eſt numerus priuatorum, quod tota ciuitas ſuper hoc clamabat, quod ſacra virgo non fecit, nec voluit: ſed doluit, & dici fecit, quod peſſimè faciebant ad tot, & tantos manus extendentes, nec debebāt, quod factum fuerat ad finem pacis habendę, ad bellū inteſtinum per ſua odia deducere tam iniquè.

Virgo ſuadet pacē.

Pax cum Romano Pontifice ſaluti animarū neceſſaria.

Grauis in vrbe Florentia turbatio.

Fit itaque conturbatio in ciuitate & in eo A turbine plures innocentes paſſi ſunt iniurias, & nocumenta, & qui pacem optabant exulare coacti ſunt, Inter quos ſacra virgo, quæ pacis cauſa tantummodo venerat, per iniquos aliquos computata fuit, & inter illos deſcripta, ita quod publicè quidam de inerudita plebe clamabant dicentes: Capiamus, & comburamus illam nequiſſimam mulierem, aut gladio eam trucidemus. Huius rei fama diuulgata, hi quorum domus inhabitabat, cum ſuis licētia uerunt eam, timentes ſibi, ne domus eorum propter huiuſmodi comburerentur à populi furore. At illa conſcientia innocentiæ ſuæ nullo modo permota à mentis ſuę conſtantia, ſubridens & ſocios confortans acceſſit ad locum vbi erat hortus, & ea ibi orante, ecce ſatellites ſathanæ cum gladiis, & fuſtibus aduenientes tumultuabant, clamantes & dicentes. Vbi eſt illa mala mulier: Quod illa percipiens, ad martyrium auida, ac ſi ad conuiuium vocaretur, occurrit eis, & vni eorum, qui gladio euaginato fortius cæteris clamabat dicens. Vbi eſt iſta Catharina: læta facie genuflexit, & dixit. Ego ſum Catharina, fac in me, quod tibi permiſerit Deus, ſed ex parte Dei tibi præcipio, quod nullum ex meis lædas. His verbis prolatis, ita conſternatus eſt ille nequam, taliterque perdidit vires, quod nec percutere poterat, nec coram pręſentia eius ſtare audebat. Et qui tam ferociter eam quæſierat, poſtquam inuenerat, expellebat eam à ſe, dicens. Recede à me. At illa martyrium ſitiens reſpondit. Ego bene ſto, quo debeo modo ire? Parata ſum pro Chriſto & ęcclesia ſua pati, hoc diu deſideraui, nunquid debeo modo fugere, cum reperi, quod op D tabam? Abſceſſit ille confuſus cum ſociis, alia læſione ei non facta. Quo facto circumdederunt eam filij ſui & filiæ ſpirituales congratulantes de euaſione eius, de qua plurimū triſtabatur, quod matyrio digna nō fuerat. Cum autem ſui hortarentur eam Senas redire, eis non acquieuit, dicens ſe de territorio illo non poſſe diſcedere, quouſque pax præconizata foret inter patrem & filios, quia ſic habuerat à Domino in mandatis. Et cum quaſi nullus auderet eam in domum ſuſcipere, propter furorem populi, vnus tamen Deum timens ſuſcepit eam in domum ſuam, occultè tamen. Poſt E dies aliquot cedens furori, extra ciuitatem, ſed non extra territorium Florentinorum ad vnum locum ſolitarium cum ſuis ſe trāſtulit diuina prouidentia. Demum terminato furore, & illis tumultuantibus per iuſtitiam punitis, reuerſa eſt Catharina Florentiam vbi ea moram trahente, non multo poſt Gregorius xj. appoſitus eſt ad patres, & ſuccedente ei Vrbano. vj. pax confecta eſt inter eum & Florentinos, & tunc reuerſa eſt Senas cū comitiua ſua. F

A.C. 1375.

Catharina ad necem quæritur.

Seſe vltro morti obiicit.

Liber à Diua Catharina editus.

§. XVII.

REVERSA igitur ad proprios lares Catharina, circa compoſitionem cuiuſdam libri quē ſpiritu ſancto afflata dictauit in ſuo

A.C. 1375. vulgari diligentius intendebat. Rogauerat ſiquidem ſcriptores ſuos, qui epiſtolas, quas ad patres, & perſonas deſtinabat diuerſas, ſcribere conſueuerant, quòd ſtarent attenti, & obſeruarent quando iuxta conſuetudinem ſuam rapiebatur à corporeis ſenſibus, tunc ſcriberẽt diligẽter, quod ipſa dictabat. Quod illi ſolerter fecerunt, librumque compleuerunt plenum magnis, & vtilibus ſententiis à Domino ſibi reuelatis, & in ſuo vulgari ab ea dictatis vocaliter. In quo dictamine hoc fuit ſingulare, & admirandum, quod totum dictamen fuit ab ea prolatum tunc tantummodo, quando ex mentis exceſſu ſenſus eius corporei actu proprio priuabantur: quia nec oculi videre, nec aures audire poterant. Et in illa ecſtaſi totum librum illum dictauit, qui adhuc reperitur.

Dum hæc Senis agerentur, Vrbanus vj. in pontificem conſecratus, cum ipſam ſacram virginem Auenione cum Gregorio xj. manens, ipſe tunc [a] archiepiſcopus cognouiſſet, & deuotionem ad ſanctitatem eius concepiſſet, vocauit magiſtrum Raimundum ſæpè fatum, q Romæ erat, eique mandauit, vt Catharina ad ſe venire diſponeret. Et quia multi murmurabant de tam frequenti diſcurſu Catharinæ, cũ mulier eſſet, quaſi quadam leuitate non Domini voluntate moueretur, ad tollendum hoc ſcandalum de mentibus puſillorum literas præceptorias Apoſtolicus ei tranſmiſit. Quæ vt obedientiæ filia iter arripuit, & ad vrbem applicans Vrbanum pontificem viſitauit. Ea viſa gauiſus eſt pontifex, eique mandauit, vt coram eo, & cardinalibus exhortationem faceret propter ſchiſma, quod tunc incipiebat oriri. Quod & fecit, perfectè animando vnum quemque ad conſtantiam verbis & ſententiis plurimis, ac oſtendendo diuinam prouidentiam cuilibet eſſe neceſſariam, & maximè cum eccleſia ſancta patitur, & concludendo, quod per inchoatum ſchiſma in nullo timere deberent, ſed agerent, quæ Dei ſunt, & neminem formidarent. Cumque ſermoni ſuo finem feciſſet exhilaratus pontifex, vertens ſe ad cardinales verba eius reſumpſit, & dixit. Ecce fratres dum formidoloſi ſumus, quam reprehenſibiles reddimur. Muliercula iſta nos confundit, muliercula dico non in contemptum eius, ſed in expreſſionem ſexus fœminei fragilis naturaliter, & pauidi. Iſta etiam cum ſecuri eſſemus, trepidare naturaliter deberet, & tamen, vbi nos timemus, ipſa intrepida nos confortat. Et quid timere habet Chriſti vicarius, etiam ſi totus mundus contra eum ſe opponeret: Potentior eſt mundo Chriſtus, nec eſt poſſibile, quod eccleſiam ſuam derelinquat. Commendauit demum virginem, & gratias, quas poſtulauit, conceſſit.

Venit etiam in mentem pontificis Catharinam mittere: cum alia Catharina filia ſanctæ Brigidæ deuotiſſima etiam muliere, ad reginam Ioannam, quæ ſe pontifici rebellauerat, & ſchiſmati, & ſchiſmaticis plurimum fauorem præſtabat, quæ tandem propter hoc vita priuata eſt ſimul, & regno. Parata illa erat ad obedientiam, ſed vſus Vrbanus ſaniori concilio, ob rationabilem cauſam illud exequi deſtitit. Poſt hæc decreuit Vrbanus ipſum magiſtrum Raimundum ad Gallias deſtinare, ſi fortè regem Franciæ poſſet ab errore ſchiſmatis reuocare. Quod cum inſinuaſſet Raimundus Catharinę, quamuis ſibi grauis eſſet abſentia ſua, tamẽ nõ quærens, quę ſua erant, confortauit eum ad obediendum, & laborem illum alacriter ſumendum, dicens: Habeatis pro certo hunc Vrbanum eſſe verum pontificem ſummum, ſucceſſorem Petri, & vicarium Ieſu Chriſti: quicquid dicant calumniatores hæretici, & ita volo, quod exponatis vos pro hac veritate defendenda, ſicut pro veritate catholicæ fidei. Et cum iter aſſumeret Raimundus ad Gallias, virgo prius diu eum allocuta eſt, multa ei referens, & quòd eam amplius in præſenti ſæculo non videret prænuncians, prout euenit. Profectus eſt vſque Genuam Satis laborauit, ſed nihil profecit, quia ſchiſma ſecutum eſt, & diu permanſit, vt ſuprà patuit. Vnde quia interea virgo ad cœlum migrauit, quæ de tranſitu eius narrat, ex relationibus eorum, qui tunc præſentes fuerunt, accepit. Qui vt viri timorati idonei teſtes, & omni acceptione digni habiti ſunt, quorum nomina ab eo poſita ſcribere omitto. A.C. 1375.

Romæ magni tumultus oriuntur contra pontificem, pro quibus pia virgo Chriſtum interpellat li. 3. c. 16.

§. XVIII.

Cernens ergo virgo ſacra in eccleſia Dei multa mala ſuccreſcere propter ſchiſma exortum, ac Chriſti vicariũ multis vexationibus circumdatũ, erant illi lachrymæ ſuæ panes die ac nocte, orabatque ſine intermiſſione vt pacem Dominus eccleſiæ præſtare dignaretur. Conſolatusque eſt eam Dominus aliqualiter, quia per annum antequam ipſa migraret dedit Dominus duplicẽ victoriã eccleſiæ ſuæ ſanctæ ac pontifici Vrbano, tam de caſtro ſancti Angeli, quod intra vrbem ſchiſmati vſq; ad illã diem tenuerant, cũ vrbis diſturbio, q̃ de gentibus armorũ, quæ pro ſchiſmaticis patriam totam vaſtabant, quæ debellatæ totaliter fuerunt captis principalibus. Quo facto pontifex, qui non poterat habitare apud eccleſiam principis Apoſtolorum, vt ſolebat, propter dictum caſtrum, acceſſit ad eam pedibus nudis, quem vniuerſus populus ſecutus eſt cũ magna deuotione. Et ſic pontifex cœpit aliquãtulum reſpirare, ſed mox renouati ei fuerunt dolores, & quod nõ potuit diabolus agere per extrinſecos & ſchiſmaticos attentauit facere per intrinſecos, & domeſticos fidei. Nam cœpit ſeminare diſcordias inter pontificem & populum vrbis, adeo quod comminabãtur ei mortem inferre. Super quo valde afflicta virgo ſacra, ad conſuetum orationis refugiũ totis conatibus acceſſit, dominum exorans, vt tantum nefas in eccleſia Dei non permitteret. Pſal. 41.

a *Clemens 7. (de quo ſup. tit. 21. ca. 2. actũ eſt) ex Archiepiſcopo Arberuntino Bareſis a Gregorio vndecimo factus fuerat. Onup.*

Et, vt

A.C. 1380.

Et,vt ſcripſit ipſa per epiſtolam,præfato magiſtro Raimundo,vidit in ſpiritu totam vrbem dæmonũs plenam,qui vndique populum inci tabant ad parricidij ſcelus. Et contra orantem virginem horribiles dabant clamores, dicentes.Maledicta tu nos in terris impedire niteris? ſed nos te infallibiliter horrenda morte occidemus. Quibus illa nil reſpondens, prolixius & feruentius orabat pro eccleſia ſancta, quæ tot turbinibus quatiebatur,vt dæmonum deſi derium fruſtraretur,& vicarius eius pontifex illæſus ſeruaretur.Dominus ei loquens allegabat ſuam iuſtitiam hoc exigere, vt perniciosus illeq; duræ ceruicis populus Romanus, qui ſacrilegium tractabat in pontificem exercere, demum diſperſus fieret,& deletus è terra.Virgo reſpondebat, vt memor redemptionis humani generis ſanguine ſuo, miſericordia flecteretur,dans illis locum pœnitentiæ. Tãdem in tam arduo bello, cum eiuſdem corpuſculi ſui tormento mentali, vicit, & obtinuit virgo ſacra. Nam alleganti domino iuſtitiam ſuam, reſpondit virgo. Ex quo fieri non poteſt, quin fiat iuſtitia,ſupplico non ſpernas preces ancillæ tuæ,ſed quicquid pœnalitatis debetur huic populo,fiat ſuper corpus meum. Libentiſſimè nãque pro tui nominis amore,& pro Eccleſia ſancta bibam hunc calicem paſſionis.Ad hanc vocem plus mentis, quàm corporis virginis, conticuit diuina vox, quæ loquebatur menti eius,dans per hoc intelligere, quòd hoc fieret, quod petebat.

Factúmq; eſt illa hora vt ceſſaret murmuratio populi contra pontificem,& ſeditio,ſed totam paſſionem virgo virtutibus plena portauit. Nam infernales ſerpentes ſuper virginale corpuſculum licentia obtenta, ex diuina permiſſione tanta crudelitate ſuum oſtenderunt furorem, quòd apud illos, qui non viderunt ex relatu eorum qui ibi fuerunt incredibile videretur. Tantiſque illud corpuſculum vltra ſolitum doloribus angebatur, quòd vix pellicula ſine medio oſſibus adhærente,nõ viuum,ſed iam à terra conſumptum potius apparebat.Et cum hoc nihilominus ambulabat, orabat,& laborabat aſſiduè,quod oculis videntium magis monſtrum, quàm quid naturale videbatur.Creſcebant tormenta pœnarum in corpore continuè, quibus conſumebatur ad ſenſum,nec tamen ab oratione ceſſabat. Filij & filiæ,quos in Chriſto genuerat, qui ſecũ habitabant, manifeſtè videbant ſigna verberum, & percuſſionum à dæmonibus illatarũ nec poterant aliquod adhibere remediũ, quia diuinæ voluntati reſiſtere nemo poteſt. Nec deerant voces terribiles dæmonum inter illa tormenta quibus clamabant.Maledicta, quæ ſemper,& vbique nos perſecuta es,nunc venit tempus,quo de te vindictam capiemus.Tu nos hinc expellis,&nos de hac vita te excludemus. Tali modo à dominica in ſeptuageſima vſque ad penultimam diem Aprilis qua migrauit à ſæculò, ſcilicet in feſto beati Petri martyris, paſſa eſt ſacra virgo.Illa tamen in tempore 40. hoc continuauit,quòd ſummo manè communionem accipiebat,miſſam audiens.Poſtea hora tertiarum accedebat ad eccleſiam principis Apoſtolorum,ibique diutius orabat,reuertenſque in domum non niſi in lectulo poterat reperiri.Et cum inde videbatur ſe non poſſe mouere,manè ſurgens, peditabat ad ſanctum Petrum,vt ſana,aliquando diabolus proiiciebat eam in ignem,ſed Dei virtute non lædebatur. Semel cũ ſuper aſellum iter ageret, proiecit eã aduerſarius capite deorſum ad terram & repoſitam ſuper ipſum, quia debilis erat,proiecit in lutum,ſuper eam aſello cadente. In quibus caſibus ſubridebat dicens.Malataſca,ideſt,diabolus(ſic enim eum appellabat)hoc fecit.

Præcepta quæ moriẽs D. Catharina ſuis dereliquit.c.23.l.3.

§. XIX.

APPROPINQVANS autem ad terminum vitæ,collectis filiis & filiabus ſuis ſpiritualibus,prolixum eis fecit ſermonem,ad dilectionem fraternam exhortans, quaſdam etiam vitæ regulas tribuens proficiendi in via Dei.Et primo quidem,quòd accedens ad ſeruitutem Dei ſi vult Deum veraciter poſſidere neceſſe eſt, vt cor ſuum denudet ab omni amore ſenſibili, non ſolum cuiuſlibet perſonæ ſed & cuiuſlibet creaturæ,& ſimplici, & toto corde tendat in Deum.Secundò,quòd ad talem ſtatum anima perfectè venire non poteſt abſque medio orationis, quæ ſit in humilitate fundata,vt in nullo de ſuis operibus fiduciã ex ſe habeat,ſed ſe nihil eſſe cognoſcens in domini prouidentiam ſe totum committat, aſſerens,quòd ab ipſa oratione omnes virtutes proficiunt & vigorantur,& ſine ipſa debilitantur.Tertiò, quòd ad acquirendam puritatem mentis neceſſarium eſt, quòd caueat ſibi ab omni iudicio erga proximum,ſcilicet temerario,& vana locutione,& nullam creaturam cõdemnare,vel deſpicere,etiam, quam certo nouimus peccare,ſed cõpati,& pro ea orare,quia quilibet in vita ſe poteſt emendare.Quartò, ꝙ oportet magnã fiduciã habere de prouidentia Dei,ſciẽs omnia,quæ ſibi,vel aliis eueniũt, ex diuina prouidẽtia prouenire, nõ ex odio eius, ſed dilectione eximia ad creaturam. Demum Dei mandatis,& ſuperiorũ prõptè & ſimpliciter obedire.Poſt hoc quemlibet illorum vocãs ad ſe particulariter, vnicuiq; ordinauit modũ viuendi poſt tranſitũ ſuũ,aliquibus ad religionem, aliis ad vitam anachoriticã,aliis ad clericatum conſulens tranſire.Sic ſumptis deuotè Eccleſiaſticis ſacramentis beato fine quieuit.

Quo diuulgato,factus eſt cõcurſus magnus populorum ad Eccleſiam ſanctæ mariæ ſuper Mineruam,quo delatum fuit corpus in vrbe, adeo vt vix per triduum potuerit corpus tradi ſepulturæ.Eadem die cuidam deuotæ matronæ Romanæ ſibi familiari oſtenſa eſt magnitudo gloriæ eius ex quadam viſione, quam habuit. Sed & crebra miracula ſanitatum poſt tranſitum eius ſanctitatem eius multipliciter commendabant,quæ cauſa breuitatis omitto.

A.C. 1210. Poſt honorificam eius ſepulturam in conuentu præfato ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam me tunc in dicto conuentu exiſtente Priore, tranſlatũ eſt corpus dictæ virginis circa annũ dñi 1430. in eadẽ eccleſia ad locũ eminẽtiorẽ in capella iuxta minorẽ capellam exiſtente,& collocatũ in ſepulchro marmoreo,quod incineratum erat oſſib. remanentib. Nec incineratio ipſa arguit minorationem ſanctitatis eius cum & corpora Apoſtolorum , quibus nullos ſanctos credimus in merito & præmio excellentiores,incinerata inueniantur. Præſeruatio B autem integritatis cadaueris accipere poteſt aliquando naturaliter,vt ex ſiccitate complexionis talis perſonæ defunctæ,vel influxu cœleſti,vel ex qualitate loci ſemoti ab humectatione , vel ab aromatibus præſeruantibus à corruptione in eo compoſitis,aliquando verò & communius,ex ſpeciali priuilegio illi conceſſo diuinæ virtutis conſeruãtis illud. Nec eſt rationẽ aſſignare,cur magis iſtud , quàm illud Deus voluerit prę̨ſeruare,niſi voluntatẽ ſuam.

T*itulus* XXIIII. *Iſte titulus xxiiij.& vltimus,tractat de beato Franciſco inſtitutore ordinis fratrum minorum.* De *ſanctis canonizatis eiuſdem ordinis, ſcilicet Franciſci vita & miraculis, & beati Antonij de Padua, beati Ludouici epiſcopi Toloſani,& ſancti Bernardini,& ſancta Clara moniali dicti ordinis. Deinde de ſociis beati Franciſci, & quibuſdam aliis dicti ordinis fratribus viris valdè perfectis. Et de omnibus generalibus miniſtris dicti ordinis:& multis, quæ acciderunt temporibus eorum. Deinde de aliis ſanctis vt ſancto Nicolao de Tollentino, de ſancta Brigida, ſancto Oſimundo, Vuentzeſlao, Florẽtio, Proculo:& aliis.*

Dę laudibus & præconiis Seraphici Franciſci.

CAP. I.

POSTQVAM de B.Dominico, & ordine eius prædicatorum in præcedenti titulo tractatum eſt,nunc in iſto ſequenti de beato Franciſco,& ordine Minorũ ab eo fundato agendum eſt, & de aliis ſanctis religionibus poſt eum inſtitutis,& ob aliqualem, etſi non condignam commendationem ſumatur id Pſal. 9. Aſcendit ſuper Cherubim & volauit,volauit ſuper pẽnas ventorũ. Quod quidem etſi principaliter, & propriè intelligatur de domino Ieſu Chriſto, qui inquantum homo aſcendit ad dignitatem,& excellentiam immenſę vnionis cum diuinitate,quę dignitas eſt ſuper omnem cognitionem Angelorum, Cherubin quippe interpretatur plenitudo ſciẽtiæ,ac etiam ſuper omnem notitiam & perfectionem animarum,quæ hic ſignantur per vẽtos,quorum pennæ ſunt ſubtilitates,& perfectiones earum,tamen poſſunt adaptari , & intelligi tranſſumptiuè de beato Franciſco. Ipſe A volauit, & aſcendit ſuper Cherubin , & ſuper pennas ventorum. A.C. 1210

Poſt quorum declarationẽ nota, quòd vt ait Greg.in homil. Superna illa ciuitas & Angelis & hominibus conſtat, ad quam tantum credimus humani generis , ſcilicet vtriuſque ſexus,aſcendere ,quot illic contingit Angelos remanſiſſe. Et cum ſecundum omnes doctores ſint nouẽ ordines Angelorũ,vt dicitur de pœnitent.di.2.principium:ſicut ex ordine quolibet aliqui ceciderunt, ſecundum magiſtrum ſententiarum in 2.lib.ita & de quolibet multi remanſerunt,& a nobis innumerabiles. Sancti autem & ſanctæ qui virtuoſè viuentes aſcenderunt ad illam ſupernam Hieruſalem , non facient vnum ordinem de perſe,ſed vt dicit idẽ Greg.aſſumentur,& collocabuntur in diuerſis ordinibus ſuperioribus,vel inferioribus ſecũdum maiorem,vel minorem perfectionem hic adeptam. Multi ergo aſſumendi ſunt ad ordinem Seraphin,qui multi ſunt , nec in minori numero, quàm alij de inferioribus ordinibus C immo ſecundum aliquos in maiori. Qui ergo perfectiores fuerint aliis in hac vita,illi in tali ordine Seraphin,collocabuntur aſſociati.

Quamuis autem nobis ſit incerta perfectionis quantitas cuiuſcunque ſancti,tamen de Apoſtolis Chriſti,cum glorioſo Baptiſta, & patriarchis ſancti veteris teſtamenti, & quibuſdã prophetis communiter creditur,eos omnes alios excedere. Vnde & in ordine Seraphin, eos poſſumus exiſtimare collocatos. Et idem piè credi poteſt de patriarchis noui teſtamenti. Patriarchas hic voco patres inſtitutores,& fundatores ſacrarum religionum,quæ in filios innumeros exercuerunt,vt fuere Baſilius, Augu- D ſtinus, Benedictus, Dominicus, & Franciſcus. Si omnes hi perfectione excellentiſſimi , non ſint locati in ordine Seraphin, neſcio qui alij illic cum eis aſſociabuntur.

Secundum hoc de beato Franciſco dico, Aſcendit per virtutes , & volauit ſuper Cherubin. Signanter dico,ſuper Cherubin,non ſuper Seraphin. Nam ſuper Seraphin , non ſunt niſi beatiſſima virgo Maria cum filio ſuo, quæ ſola exaltata eſt ſuper choros omnium Angelorũ, vnde ſuper Seraphin. Non ergo dicit,quòd vo- E lauit ſuper Seraphin,ne faciamus eum æqualẽ Chriſto,vel virgini Mariæ,cum longè ſit diſtãs à ſãctitate ei⁹. Sed volauit(ait)ſuper Cherubin, Non ait inter Cherubin, ſed ſuper Cherubin, Et certum eſt ſecundum doctores quòd ſuper Cherubin,ſunt Seraphin. Hoc eſt ergo dicere; Volauit ſuper Cherubin,ideſt,inter Seraphin collocatur. Volauit ſuper pennas ventorum.i. ſuper ſubtilitates & perfectiones animarum, quæ dicuntur venti propter ſubtilitatem ſuæ eſſentiæ, qui etſi aliquo modo percipiuntur, non tamen videntur ſicut animæ non videntur,vnde ſpiritus ventus. Act.2. Factus eſt repẽ- F te de cœlo ſonus,tanquam aduenientis ſpirit⁹ vehementis. Et anima dicitur ſpiritus ſecundũ illud Pſal.& Luc.23. In manus tuas commendo ſpiritum meũ. Super ſubtilitates , virtutes, contemplationes,& perfectiones , non quidẽ omnium ventorum ,ideſt,omnium ſanctorum ſed plurimorum volauit. Aſcendit ergo ſuper Cherubin B.Franciſcus & volauit,volauit ſuper

A.C. 1210. per pennas ventorum &c. In quib. verbis tria poſſumus conſiderare in B.Franciſco. Primò eminentiam virtualis perfectionis: ibi, Aſcendit. Secundò excellentiam perfectionalis dilectionis, ibi, Volauit ſuper Cherubin. Tertiò relucentiam impreſſæ dominicalis paſſionis, ibi Volauit ſuper pennas ventorum.

Aſcendendum eſt nobis ad patriam.

§. I.

QVANTVM ad primum. Surſum eſt Hieruſalem ciuitas noſtra, ad quam tẽdimus ideo oportet aſcendere, non deſcendere. Deſcẽdere eſt facile, per viam ſcilicet vitiorum incedere, ſed aſcendere ad montem virtutum difficile. Facilis (inquit poëta) deſcenſus Auerni.

Noctes atque dies patet atri ianua Ditis,
Sed reuocare gradum, ſuperasq́; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt.

Sicut etiam philoſophus ait in libro ethicorum, quod virtus & ſcientia ſunt circa difficilia. Et ſaluator noſter ait. Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. Mat. 7. Per hanc oportet incedere, qui ad ſocietatem Angelorum peruenire deſiderat. Vnde Pſal. de viro iuſto inquit. Aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum, ſcilicet vitæ præſentis. Et quis ſeu qualis ſit iſte deſcenſus, declarat ſubdens. Ibunt de virtute in virtutem, per quod iter, videbitur Deus Deorum in Sion, quæ eſt ſummitas Hieruſalem ſupernæ.

Et in figuram huius Iacob cum in itinere conſtitutus in loco materialis Hieruſalem requieuiſſet, dormiendo vidit ſcalam de cœlo ad terram pertingentem, cui in ſumitate Deus erat innixus, promittens ei dare terram illam in poſſeſſionem, & ſemini eius, quæ deſignat vitam æternam. Gradus huius ſcalæ per quos vidit Angelos aſcendere & deſcendere. Aſcendere videlicet ad referendum Deo vota noſtra, deſcendere ad deferendum nobis Dei munera, & confortandum in labore ad aſcenſum eius) ſunt, inquam, quinque gradus huius ſcalæ. Sui humiliatio, mundi abdicatio, carnis maceratio, Aduerſi toleratio, vitij expugnatio.

Aſcendit B. Franciſcus eminenter per hos gradus ſẽp proficiẽdo. Et primò quidẽ oportet aſcendere per virtutem humilitatis, quæ quidẽ eſt fundamentum aliarum. Et licet per hanc deſcendat quis in mente ſua, & propria æſtimatione, reputando ſe infimum, & inferno dignum, tamen quo ad meritum vtique aſcendit. Sicut autẽ regula eſt, quòd qui ſe humiliat exaltabitur. Mat. 23. ſecundum doctrinam Chriſti, ita & quantomagis ſe quis humiliat, tanto magis aſcẽdit in merito, & exaltatur in p̃mio. Vera humilitas eſt, ait Bern. qua quiſque veriſſima ſibi ſui cognitione vileſcit. Verus ergo humilis cum intelligit, quia puluis & vermis eſt, & corpus plenum putredine, ſubditum innumeris doloribus, plus cæteris animalibus. & quo ad animam plenum concupiſcentiis, & ignorantiis. Ita etiam optimus exiſtens, neſcit vtrum odio Dei vel amore ſit dignus, vt dici-

A tur Eccleſiaſ. 9. Dum conſiderat, quia nedum facere, ſed nec cogitare aliquid boni ſufficientes ſumus ex nobis, vt ait Apoſtolus 2. Cor. 4. Cùm nihil ſit ex ſe, non facit ex ſe aliquam æſtimationem, nec de ſe, vel ſuis præſumit viribus, ſed totum Deo attribuit, & ſic aſcendit ad eum. A.C. 1210.

Sed quis Franciſco humilior? Sufficiat vnũ exemplum. Cùm quidam ex ſuis ſociis in oratione eleuatus, vidiſſet in cœlo in conſpectu diuinæ maieſtatis ſedem vnam ornatiſſimè pręparatam, & ignorans cui parata eſſet, cupiens
B autem hoc noſſe audiuit vocem in cœlo dicentem, Sedes iſta fuit vnius ex primoribus Angelis, qui prolapſi ſunt de cœlo, quæ parata eſt humillimo Franciſco, ſicut priuatus ea fuit ſuperbiſſimus Angelus. Poſt viſionem verò reperiẽs Franciſcum, interrogauit quid de ſe ſentiret, cum in tanta veneratione mundi eſſet? Reſpondit Franciſcus. Quid niſi humillima? Fateor tibi, reputo me maximum peccatorem omniũ. & cum ille diceret. Quomodo te potes reputare peiorem homicidis, adulteris, blaſphematorib. & huiuſmodi, cum longè ſis ab his? Re-
C ſpondit. Peiorem me exiſtimo, quia conſidero quòd gratiam mihi à Deo conceſſam, illi ſi haberent, melius & feruentius eam exequerentur.

Aſcenditur etiam ad Deum per mundi contemptum. Temporalia iſta ſunt quaſi viſcus, difficulter poſſidentur ſine inordinato amore. Sicut autem auis pennæ, ſi viſco ſi erint infectę, ſurſum auolare non valent ita temporalib. dediti Quamuis in paupertate ipſa nõ conſiſtat perfectio hominis, tamen ſecundum beatũ Thom. poſt Ioan. Caſſia. in collatione prima
D [paupertatis & aliarum virtutum exercitia] ſunt inſtrumentum efficax ad perfectionem aſſequendam. Vnde Chriſtus Mat. 19. Si vis perfectus eſſe vade vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni & ſequere me. Quod & ipſe Chriſtus ſeruauit, non habens vbi caput ſuũ reclinaret, non agrum, non domum, non niſi tantum, quæ dabantur ſibi eleemoſynaliter reſeruans ad ſubueniendum ſuis & diſcipulorũ neceſſitatibus, vt ait Auguſt. 12. q. 1. habebat dominus.

Eſt autẽ paupertatis gradus triplex ſecundũ
E Thomã in ſecũda ſecundę. Primus, nil habere proprium, ſed in communi tantum bona immobilia & mobilia, quæ ſunt neceſſaria omnibus religioſis. Secundus gradus eſt, habere in cõmuni non immobilia, vt poſſeſſiones & redditus, ſed tantum mobilia pro tempore, vt frumentum, vinum, oleum, pecuniam, per annũ. Tertius gradus eſt, nec in communi mobilia habere pro tempore aliquo prolixo, ſed dictim per quæſtum ſibi victum procurare. Hanc extremam paupertatem elegit B. Frãciſcus in ſe, & ordine ſuo.

F Mirabiliter enim philocaptus eſt iſta ſancta paupertate, vnde cum videret aliquando aliquem pauperem peius indutum, & vilioribus veſtibus, dicebat ſocio. Iſte confundit nos, nam cum acceperim dominam paupertatem mihi in ſponſam, ecce nobis videtur eam auferre, miſericors nobis. Aliquando ſe & ſocios exuebat, vt pauperibus ſubueniret, & ſic aſcendit.

Tertiò

A.C. 1210. Tertiò aſcendit per carnis macerationem, A vt ait Salomon Prouer.29. Qui delicatè pauerit ſeruum,ideſt,corpus,in fine ſentiet eum cō tumacem,rebellando ſe ſpiritui:propter quod Apoſtolus caſtigat corpus ſuum & in ſeruitutē redigit. Vt ipſe dicit.1.Cor.10. Ad quod optimè facit,quod ait Hieron. ad Euſtochium.32. q.5.ſi Paulus.[Si Paulus Apoſtolus vas electio nis,& ſeparatus in Euangelium Chriſti,ob car nis aculeos& incentiua vitiorum reprimit cor pus ſuum & ſeruituti ſubiicit, ne aliis prædicās ipſe reprobus inueniatur,&tamen videt aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ,& captiuū ſe in legem duci peccati:ſi,poſt nuditatem,ieiunia,famem,carceres flagella, ſupplicia in ſemetipſum reuerſus exclamat. Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius,tu te putas ſecurum eſſe debere.]hoc intelligentes ſancti & ſanctæ Dei corpora ſua tradiderunt ieiuniis,abſtinentiis eſcæ & potus,vigiliis,diſciplinis,& non ſolum ad corpus refrænandum:ſed etiam ad hoc vt magis efficerentur idonei & capaces diuinarum conſolationum.Vt enim ait Gregor.in homil.Pentec.Tanto quiſque à ſuperno amore diſiungitur, quanto magis inferius delectatur.Vt ergo magis guſtarent diuina delectationes ciborum , & aliarum ſibi ſubtrahebant.

Hier. epi. 22.

Quod maximè fecit beatus Franciſcus.Recolebat ſibi à Crucifixo dictum : Franciſce amara pro dulcibus ſume , & teipſum contemne,ſi me vis agnoſcere.Vna dierum cum tentatio carnis cum inuaſiſſet(nec enim magnā ſanctitatem acquiſiuiſſent,niſi tentati fuiſſent, & viriliter reſtitiſſent)accepit ſanctus diſciplinā ſe fortiter verberans,& ſibi dicens. Eia frater aſine,decet te manere,ſic ſubire flagellū:Et cū per diſciplinam tentatio non ceſſaret,in media hyeme cum terra cooperta niuibus eſſet, cella egreditur,& ſe nudans fecit inter niues manēs ſeptem globos niuium, dicens ſibiipſi.Iſta maior eſt vxor tua , hi duo filij, alij duo filiæ , alij duo ſeruus& ſerua. Veſti eos,quia frigore moriuntur.Quod ſi tibi nimis eſt graue pro huiuſmodi ſollicitari,ergo ſerui ſoli domino tuo.Sic que ceſſauit tentatio.

Quartus gradus huius ſcalæ ſpiritualis,qua inDeum aſcenditur,eſt aduerſi patiens tolera- E tio.Vt ait Grego.Mala quæ nos hic præmunt. ad dominum ire cōpellunt. In cuius figuram legitur Gene.7.quòd multiplicatæ aquæ eleuauerunt arcam in ſublime.Aquæ ſcilicet tribulationum multiplicatæ, arcam mentis eleuant ad cœleſtia,& aſcendere faciunt ad ſublimia virtutū.Dum enim quis ſectatur delicias mundi , & honores, & non patitur aduerſa & contraria , ſed omnia ei proſperè ſuccedunt, mens eius raro aſcendit ad conſideranda cœ- F leſtia.ſed in his delectatur,in iſtis quieſcens,& in via manſionem volens facere. Sed ſi aduerſitate tangatur , vel corporis infirmitate, vel perſecutione aliorum,vel amiſſione bonorum intelligit fallaciā mundi,vanitatem rerum , & in ſe reuerſus ad dominum aſcendit, patienter tolerās aduerſa,& contemnens ipſa terrena. Sicut Saulus erecta ceruice perſequens Chriſtū poſtquam fuit proſtratus & cœcatus recognoſcens errorem ſuum ad dominum aſcendit , & raptus ad tertium cœlum , ibi vidit mirabilia Dei. A.C. 1210

Ita & beatus Franciſcus cum deditus eſſet negotiis ſæcularibus,& eis ſatis implicatus, viſitatus à Deo tribulatione captiuitatis Peruſij ac etiam infirmitate corporis,diſpoſuit mundum totaliter contemnere.Et tuc ſuſtinuit magnam perſecutionem à patre&, parentibus,ac etiam à ciuibus Aſſiſij reputantibus eum fatuum,multas quoque tentationes & flagella à B dæmonibus:& ipſe etiam corpori ſuo abiectis omnibus deliciis magnam auſteritatem induxit,omnia patienter , & gaudenter excipiens.

Quintus eſt peccati expugnatio.Interrogāti Dauid.Quis aſcendet in montem domini?In Pſal.23. Pſalmo reſponſum fuit.Innocens manibus & mundo corde,ideſt,operibus exterioribus , & cogitationibus,& affectibus interioribus. Nō enim,vt ait Chryſ.ex operibus tantum iudicat Deus:ſed ex cogitationibus,& ex corde , ideſt, affectu 22.q.5.qui peierare. Verum vt ait Gre. Nequaquam cogitatio immunda mentem in- C quinat,cum pulſat:ſed cum[hāc ſibi per delectationem ſubiugat]de pœni.diſt.2.inter hæc. Et quanto mens magis à peccatis abſtinet,tanto magis per puritatem ad dominum aſcendit.

Hunc gradum aſcendit beatus Franciſcus poſt conuerſionem ſuam non ſolum à peccatis ſe abſtinens,ſed ab omni ſpecie,& occaſione mali.Et propter hoc deuenit ad tantam puritatem,& ſimplicitatem, vt omnem creaturā etiam rationalem appellaret fratrem,vel ſororem ſuam,vt patet in auibus,& agnis, & mul- D tis,& omnia inuitabat ad laudandum creatorem ſuum,& ſic per iſtos quinque gradus aſcendit.

De ardenti Caritate D.Franciſci.

§. II.

QVANTVM ad ſecundum principale, quod dicebatur,notat excellentiam perfectionis dilectionis in beato Franciſco cum ſubditur. Super Cherubin , & volauit , quod ſic eſt ordinandum,& volauit ſuper Cherubin, vt dictum eſt.Super Cherubin,non eſt alius ordo Angelorum,niſi Seraphin. Dicere ergo, ꝙ volauit ſuper Cherubin,hoc eſt dicere , quòd collocatur inter Seraphin. Seraphin autem interpretatur incendium ſeu incendentes , quia ſuper omnes choros Angelorum magis incenſi ſunt igne diuini amoris,& dilectionis, vnde ad illum ordinem non volant,niſi hi , qui hic habuerunt intenſiſſimam dilectionem , prout creditur de beato Franciſco.

Qualis autem ſit forma Seraphin , aliqualiter deſcribit Iſaias cap.6.dum ait. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum,& Seraphin ſtabant ſuper illud, ideſt, iuxta id,vt magis perfecti,& recipientes plus de influxu gloriæ. Sex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem eius,duabus velabant pedes

A.C. 1210.

pedes,& duabus volabant, & clamabant alter ad alterum. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus ſabaoth, plena eſt omnis terra gloria eius. Iſta exclamatio non eſt aliud, quam quædam admiratio, & inſinuatio cum reuerentia magnitudinis Dei. Sex autem alæ, eorum ſunt, ſex perfectiones ipſorum, quibus ornatus fuit beatus Franciſcus vt meritò exiſtimari poſſet, aſcendiſſe ſuper Cherubin, & inter Seraphin, euolaſſe. Primæ duæ alæ ſunt contemplatio diuinæ maieſtatis,& conſideratio eius ſummæ bonitatis. Aliæ duæ ſunt amor Dei & amor proximi. Tertiæ duæ ſunt ſui ſubiectio totalis & mundi contemptus.

Eſt ergo ala prima contemplatio diuinæ maieſtatis. Magnus Deus vincēs ſcientiā noſtrā, ait Iob. Qui quàm ſit magnus oſtendit, cap. 11. ipſe Iob dicens. Excelſior cœlo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? Longior terra mēſura eius,& latior mari. Quæ, quidem dimenſiones non materialiter, ſed ſpiritualiter intelligendæ ſunt. Celſitudo enim eius, ſeu altitudo eſt potentia eius,& virtus. Si quidem cœli materiales ſunt. valdè potentes in virtute ipſis operantibus: vides gigni in terra metalla prætioſa, herbas ſalubres, flores odoriferos, fructus ſuaues, aromata confortantia, beſtias innumerabiles. In aëre, volucres varias. In mari, piſces nimios, & maximos. In igne virtutem calefactiuam. Cœli ſpirituales, id eſt, Angeli ſunt, vt ait Pſalmus, potentes virtute.

Ipſi mouent cœlos, ipſa cōmouēt elementa, ad placitum. Vnus eorum occidit ſine gladio vna hora noctis centum octoginta quinque, millia hominum de exercitu Sennacherib. Ipſi mittentes ex aëre ignem,& ſulphur, ſubuerterunt Sodomam cum terris vicinis. Sed certè cœlo excelſior eſt Deus,& potentior omni cœlo & eius effectu.

Et quid facies? q.d. quomodo poteris reſiſtere ei, vel de manu eius euadere, vel aliquid ſine eius auxilio operari?

Profundior inferno dicitur, & profunditas eius eſt ſapientia eius. Sapientiæ eius (Pſal. ait) non eſt numerus.

Etiam quæ ſunt in inferno à nobis ignoto, & remotiſſimo nouit,& qui ſunt in eo dæmones, qui habent tantam rerum ſcientiam,& tantam malitiam tam variā intentando,& omnes pœnas damnatorum,& peccata eorum ſingula nouit diſtinctè, & quo iudicio, nobis occulto,& quanti deſcendunt ad illum locum.

Et vnde ſcies, ſi tu es de numero illorum? q.d. non vales cognoſcere. Et ideo noli altum ſapere, ſed time inquit Apoſtolus.

Longior eſt terra, hæc longitudo eius eſt æternitas eius. Terra etſi valdè longa, vt non attingantur termini eius, tamen finem habet, ſed Deus ipſe, nec principium, nec finem habet ſemper fuit, eſt,& erit.

Latior eſt mari. Latitudo eius eſt miſericordia& benignitas eius, qua peccatores ſuſtinet, fouet, & expectat ad pœnitentiam, & recipit ad veniam. Iſta igitur contemplationis ala anima dirigitur ad dominum.

Altera ala eſt conſideratio diuinæ bonitatis. Bonum ſecundum Dyoniſium eſt ſuiipſius diffuſiuum, & quanto maius eſt tanto magis ſe communicat. Deus igitur quia ſummè bonus maximè ſe communicauit, dando partem ſuæ bonitatis innumeris creaturis, plus & minus ſecundum dignitatem earum, nil tamen a ſe diminuendo, ſed omne in ſe retinendo ſine aliquo defectu.

Vnde Aug. in Enchiridio. Ab hac ſummè, incommutabiliter,& æqualiter bona trinitate creata ſunt omnia & nec ſummè, nec æqualiter, nec incommutabiliter bona, ſed tamen bona etiam ſingula, ſimul autem vniuerſa valdè bona, vnde reſultat vniuerſitatis bonum. In qua & id quod malum dicitur, loco ſuo poſitum eminentius commendat bona. Tamque immenſa eſt bonitas eius & potentia, vt ex quolibet malo noſtro eliciat aliquod bonum.

Vnde & de tanto malo inobedientiæ Adæ & poſtea perſecutionis Iudæorum contra Chriſtum, & proditionis Iudæ elegit ipſe bonum noſtræ redemptionis, & ſacræ communionis. O quàm bonus & ſuauis eſt ſpiritus tuus (ait ſapiens) qui vt dulcedinem tuæ bonitatis in filios demonſtrares, panem de cœlo præſtitiſti eis [omne delectamentum in ſe habentem, & omnem ſaporis ſuauitatē.] Sapien. 16. Panem ſcilicet illum qui ait, Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcēdi. Qui in vtero virginis formatus, & igne paſſionis decoctus, vt ait Ambr. datur nobis in cibum ſacræ communionis.

Et nota quod iſtæ duæ alæ dicuntur velare caput Seraphin, quia tam immenſæ ſunt maieſtas Dei & bonitas, quòd excedunt mentes etiam Seraphicas,& excæcant, quia totum capere non poſſunt. Et ideo Iob dixit. Vincens Deus ſcientiam noſtram. His alis B. Franciſcus frequenter tendebat in Deum: totus enim erat deditus orationi & contemplationi.

Tertia dicitur amor Dei,& quarta amor proximi. Primis duabus alis non ſemper volatur ad dñm. Nam multi philoſophi magna de Dei perfectionibus cognouerunt, & dixerunt, vt Ariſtoteles & Plato, & tamen ad Deum non appropinquarunt.

Sed his alis duabus extenſis, id eſt, actualiter exercitis per meritum, ſemper volatur ad dominum, nec ſine his, vt dicit Augu. peruenitur ad dominum. Seraphin, ipſi ardent ſemper actu dilectione in Deum, & affectant gloriam proximorum.

Nihil autem ita excitat ad amorem Dei, ſicut meditatio Crucifixi qui tantum amorem erga nos oſtendit, vt Crucem tam aſperam & opprobrioſam pro nobis portaret, vnde Bern. Super omnia te mihi reddidit amabilem, ô bone Ieſu, calix quem bibiſti. opus redemptionis noſtræ. Hoc deuotionem noſtram facilius allicit, dulcius vtit, fortius aſtringit. Hanc paſſionem frequentiſſimè meditabatur beatus Franciſcus: & totus amore liquefiebat ex compaſſione,& deſiderio martyrij. & vt perfectè imitaretur,& vicem rependeret, acceſſit ad Soldanum ad prædicandum ei.

Quarta ala eſt amor proximi, qui tanto maior reperitur, quanto maior eſt amor Dei. Conſide-

A.C. 1210.

Conſiderat enim, quàm intimè & ardenter Deus dilexit hominem, pro quo tanta fecit, quem tantum dignificauit, ponendo in eum imaginem ſuam, ſibi vniendo in propria perſona, & ideo vrgetur ratiõe ad multũ diligẽdũ, & multũ laborandũ pro ſalute eius, nec inimicos excludit ab ipſa dilectione, domino ſub. dente. Diligite inimicos veſtros. Hac fraterna dilectione deuictus beatus Franciſcus ad inſtar patriarchæ Noë arcam fabricauit, & tricameratam fecit, ideſt, religionem, ſcilicet fratrum monialium, & tertij ordinis, vt habitantes in ea præſeruaret à diluuio vitiorum, & mortem inferorum, omni ſtatui cupiens; dilectione prouidere. Corporibus inſuper compatiens, multos ab infirmitatibus variis liberauit.

Quinta ala eſt ſui ſubiugatio, & mundi cõtempus ſexta ala. His velantur pedes, ideſt, affectus, ne fœdentur puluere vitiorum. Ex propria voluntate procedunt vitia, vnde Ambro. Nemo noſtrum tenetur ad culpam, niſi propria voluntate deflexerit 15.q.1.non eſt. Cùm ergo quis ſubiugat volũtatem ſuam alteri pro per Chriſtum per obedientiam, aufertur ſibi magna occaſio peccatorum. Et magnum Deo ſacrificium offert, dando, quod eſt in eo maximum. Vnde Gregor. vlti. moral. Rectè obedientia victimis proponitur, quia per ſacrificium aliena caro, ſcilicet brutorum vel corporum hominum, quoad abſtinentias, quę etiam dicuntur ſacrificia, ſed per obedientiam voluntas propria mactatur. Hic glorioſus verè fuit obedientiæ perfectę magiſter, & pater. Non ſolum enim eam docuit ſuos, vt prælatis eccleſiæ eſſent reuerentes & obedientes, ſed & ipſe cũ eſſet pater, & generalis ordinis ſui miniſter, & nulli fratrum ſubiectus, ipſe tamen ſe omnib. ſubiiciebat, & cum aliquò procederet ſocium ſuum volebat ſibi præſidere, & ei mandare obedientiam pollicendo.

Sexta ala eſt mundi contemptus. Difficilè eſt mundana iſta poſſidere ſine aliquo amore inordinato. Et ideo, vt ait Aug. omnia terrena contempſit homo Chriſtus, vt contemnenda eſſe monſtraret &c. et quamuis in paupertate non conſiſtat perfectio ſecundum Tho. tamen eſt magnum inſtrumentum perducendi ad perfectionem. Reſpice religiones, nullam reperies pauperiorem ordine beati Franciſci, nullam tam mendicam paupertatem mandaſſe ſuis, ſicut ipſe, nullum pauperiorem Franciſco. Et ſic patet, quòd volauit ſuper Cherubin, collocatus inter Seraphin, ſex alas habẽs, vt dictũ eſt.

De ſtigmatibus Chriſti B. Franciſco impreſsis.

§. III.

QVANTVM ad tertium, vbi dicitur: Volauit ſuper pennas ventorum, vt dictum eſt §. Venti dicuntur animæ noſtræ: quia ſicut ventus ſentitur quidem, ſed non videtur, ita & anima manifeſtatur per opera ſua, ſed inuiſibilis, & impalpabilis eſt. Vnde propter ſubtilitatem ſuam vtrunque & ventus & ſpiritus

A anima dicitur. Pennæ autem horum ventorum ſunt perfectiones animarum, vt exponit Greg. in moral. Siquidem multæ ſunt perfectiones ſanctorum, & dona eis data à Deo: in quibus vnus ſanctus excedit alium, ſicut Petrus exceſſit Ioannem in potentia miraculorum, Paulus verò exceſſit Petrum in doctrina & prædicatione, ipſe enim dux verbi dicitur in actib. Apoſtolorum, & ſic de aliis. Act.14.

Quoddam ſingulare conceſſum fuit B. Franciſco, quod nulli inter natos mulierum legitur fuiſſe donatum & hoc eſt impreſſio ſtigmatum
B ſacrorum. Quamuis enim Paulus dicat de ſe ad Gala. Ego ſtigmata domini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto, nullus dicit, quòd habuerit corporaliter Paulus ſigna paſſionum in manibus & pedibus & latere: ſed dicuntur ſtigmata, paſſiones multæ & afflictiones, quas patiebatur ab hominibus pluſquam alij Apoſtoli. Qua ratione etiam & ſimilitudine idem dicit: Crucifixus ſum, non quòd fuerit crucifixus in corpore, ſed in deſiderio & tolerantia multarum tribulationum, quas appellat crucem, Gal.6 Ibid. Eph.4.
C quia cruciant: vnde (Alexander) papa ait. Crux dicitur à cruciatu, magnum verò cruciatum ſuſtinet: qui vim patitur. 3.q.1. nulli. Dicitur etiam de aliquibus deuotis hominib. quòd ſentiebant magnum dolorem in manibus, & pedibus, & latere, acſi haberent ibi vulnera, ſed tamẽ nõ ita impreſſa corporaliter in B. Franciſco. Quia enim videbatur extincta memoria paſſionis Chriſti in mẽtibus hominum pre tepiditate eorum: voluit dominus excitare & incaleſcere hanc recordationem per impreſſionem manifeſtam cicatricum in corpore beati Franciſci.

Ipſo enim orante & trãsformato per amorẽ
D in Chriſtum Ieſum paſſũ, cũ eſſet in montem Auerniæ, apparuit dominus Ieſus in modum Seraphin. ſ. cum ſex alis, crucifixus: & impreſſit in manib. & pedib. & latere ſigna ſuę paſſionis in quibus ſentiebat maximum dolorem. Et licet annis aliquot, quibus ſuperuixit poſt eorũ receptionem, præ humilitate occultaret quantum poſſet, tamẽ Deo operante non potuit ita latere, quin aliqui ex fratribus magis familiares viderint, & palpauerint. Et ita eccleſia hoc indubiè approbauit, & declarauit, feſtũ de hoc
E celebre inſtituendo. Quod cum quidam literatus dubitaret, per expreſſum miraculum certificatus fuit de veritate huius rei, prout in legenda eius habetur. Sic ergo volauit ſuper pennas ventorum, quia videlicet tranſcendit alios ſãctos in hoc priuilegio, quòd in corpore ſuo fuerunt corporaliter impreſſa inſignia paſſionis. Et tandem in fine vitæ tranſiens de hoc mundo volauit anima eius ſuper Cherubin, inter Seraphin, & ſic credi poteſt locatus ſuper pennas ventorum, tranſcendens prærogatiua ſpeciali perfectiones ſanctorum, & priuilegia eorum ob impreſſionem ſtigmatum:
I quod de nullo ſanctorum legitur ita expreſſè. Vnde ſicut dominus Ieſus (vt ait Bernardus) ante patrem oſtendens latus & vulnera ſua (quæ ſuſtinuit in paſſione pro hominibus) inclinat eum ad pietatem erga nos: ita & beatus Franciſcus oſtendens ſtigmata ſibi

A.C. 1210.

ta ſibi impreſſa dominicæ paſſionis, habet inducere & patrē & filium ſuū ad miſericordiā & clementiam erga peccatores. Et ideo cum deuotione quilibet recurrere ad eum debet, vt faciat ei Deum propitium, & perducat ad regna cœlorum.

Vita B. Franciſci à D. Bonauentura conſcr.pta, quæ extat apud Sur. Tom. 5. & Lippomanum. Præter eũ de eo ſcripſerūt Leo Ruffinus, & Angelus ſocij. Hæc vita B. Franciſci eſt in MS. Ioan. Mol. ex quib. omnib. hæc deſūpta eſt.

CAP. II.

CIRCA annos domini 1208. beatiſſimus patriarcha Franciſcus primus inſtitutor ordinis fratrum Minorum, & fundator mirificus, de Aſſiſij ciuitate oriundus, in vallis ſpoletanæ confinibus: curſum ſāctitatis ſuæ ſub Innocentio iij. inchoauit, ac ſub Honorio tertio ſucceſſore eius fœliciter conſummauit. Hic igitur, vt refert Vinc. in ſpe. hiſto. lib. 29. c. xcvij in ſæculo conſtitutus, negotiator fuit officio, terrenis opibus diues, in mundi vanitatibus indecenter nutritus, ſuis nutritoribus inſolētior eſt affectus. Itaque cordis inquieti laſciuiam iocis & luſibus, geſtu, & habitu, verbis impudicis, & cantibus oſtentabat. Et quia prodigus erat, ac per inanem ſuorum diſſipationem humanus, & affabilis videbatur, multorum ſibi cohærentium caudam iniquam nonnunquam ſecum trahebat.

D. Franc. qualis ante conuerſionē fuerit. Hęc ex parte habet D. Bonau. ca. 1.

Sic vſque ad annum ætatis ſuæ ferè 25. in via perditionis inceſſit, donec ad exemplum peccatoribus in gratiam reſpirandi, immutatio dexteræ excelſi apparuit. Et primo quidem à domino languoribus attritus, cogebatur diſſimilia cogitare. Cœpitque quicquid in deliderio prius habuerat, ſtatim faſtidire: ſed & talium amarores ſtultiſſimos reputare. Sed arridentibus iterum proſperis, cœpit ſibi adhuc maiora prioribus de ſæculi vanitate promittere, diuitiarum, & gloriæ cupidus. Cúmque negotiationis cauſa pararet in Apuliam pergere, oſtenſa eſt ſibi per viſionem domus ſua militaribus apparatibus plena, quæ venalium eſſe cō ſueuerat pannorum cumulis occupata. Stupētique de euentu rei inſolitæ reſponſū eſt, omnia hæc ſua ſuorúmque militum fore. Euigilans autem quamuis viſionem propoſito ſuo videret applaudere, ſubito tamē cœpit mirabiliter ab eodem propoſito repeſcere: ita vt nouę militiæ dux futurus, & ex ipſa ſui mutatione, perpenderet ſdictam viſionem longè aliud, quàm crediderat importare.

Tunc ergo cœpit mores priſtinos ad plenū mutare, & à publicæ negotiationis tumultu ſe ſubtrahens, euangelicus negotiator effici. Quēdam enim ſibi familiarem ad loca ſecretiora ſæpius euocabat, eoque de foris expectante, & quid ageret ignorante, quamdam cryptam intrabat, ibique cum lachrymis cœleſtem orabat patrem, vt viam eius dirigens, ſuam ei plenius oſtenderet voluntatem. Sicque in oratione perA ſiſtens, randem meruit pro voto exaudiri cœli quoque infallibiliter inditio, quid agere deberet edoceri.

Itaque lætus exurgens, aſſumptis ſecum pānis venalibus prætioſis ad Fulgineum ciuitatem perrexit, quibus ibidem cum equo venditis, cui incederat, onuſtus pecunia repedauit, quam pauperum vſibus & aliarum neceſſitatum piis obſequiis mancipare diſpoſuit: & apud quemdam pauperem præſbyterum moram fecit. Interim pater eius poſt longam

B inquiſitionem de eo, quid actum eſſet: cum audiſſet qualiter in prętato loco miſerè degendo delitеſceret, turbatus ad locum cucurrit. Sed ille, ne inueniretur à patre, cuidam caueæ ſeu antro ſe immiſit, in qua quidem per menſem latitans integrum, vno, qui ſolus locum ſciebat obſequium impendente diuinam clementiam ieiuniis & fletibus implorare non deſiit. Proinde ſic oranti effuſa eſt in tenebris mira quædam & inexperta lætitia, qua intantum animatus eſt, vt & in publicum prodiret, & quia ſegniter latuerat, ſeipſum grauiter argue-

C bat.

Videntes autem noti eius eum à ſtatu priſtino alteratum, & maciei ſqualore confectum non id ſupernæ gratiæ: ſed dementiæ potius imputabant, & inſultantes ei luto eum & lapidibus impetebāt. At ille nulla fractus iniuria cuncta ſurda aure tranſibat, & illi, à quo confortabatur deſuper gratias agebat.

Cum autem quadam die ante imaginē Crucifixi in Eccl. ſia ſanct. Damiani prope Aſſiſiu deuotiſſimè cum lachrymis oraret, diuinā miſericordiam flagitando, audiuit ab ipſa Crucifixi imagine hanc vocem clarè prolatam. Franciſce vade, repara domum meam, quæ vt cernis tota ruinam minatur. Exiſtimās ille dominum loqui de domo materiali, illius ſcilicet Eccleſiæ, quæ corruebat, ſacculum pecuniæ attulit ſacerdoti eius, offerens ad reparationem eius. Qui cum recuſaſſet accipere timens ſæuitiam patris, & auaritiam, proiecit eam Franciſcus in feneſtra quadam Eccleſiæ ipſius. Dominus autem principaliter locutus eſt de domo Eccleſiæ ſpiritualis, ſcilicet congregatione fidelium quæ in mala diſpoſitione erat, ſed reparata, &

Hæc habet D. Bonau cap. 2.

E ſubleuata eſt per doctrinam & exempla ſanctitatis Mendicantium. Pater verò hæc ſentiens pecuniam recepit, & plus cæteris omnibus cōtra eum inſanire cœpit, vt homo auarus, & ſæuus; & inhoneſte pertractum, primò quidem contumeliis & verberibus crudeliter affecit, deinde vinctum in carcerem retruſit, qui vocabatur Petrus Bernardonis.

Pater in eũ ſæuit.

At mater pietate cōmota, patre abſente latēter vincula rupit, filiúmque ſolutū liberè abire permiſit. Quod vt pater domum rediens agnouit, iratus vxorem contumeliis laceſſiuit.

F Et poſtea ad filium eff̄renatus cucurrit. Cui ille ſe liberum & intrepidum offerens, iam eius furiæ non ſolum non cedebat, ſed adhuc maiora ſe pro Chriſto pati gratanter vel ſe clamabat. Videns ergo pater inflexibilem eius conſtantiam, tandem ad pecuniam conuertitur extorquendam, quam vbi à ſancto viro tanquam puluerem vilem in feneſtram

A.C. 1210. proiectam inuenit, ſubſtulit: & iam circa filiũ ſuum mitius agere cœpit: quia ſitis auaritiæ pauliſper diminuta, furorem animi, eius temperauit.

Poſt hæc illum ad epiſcopum loci, vt omnes facultates ſuas in manibus eius reſignaret, perduxit: Qui promptum & hilarem ad hoc ipſum ſe offerens, omnia indumenta ſua, nec femoralibus quidem retentis, deponens ea patri reſtituit. Sicque nudus omnino (quem iam nil terrenum à diuino contuitu, niſi ſolus carnis paries ſeparabat) in mundo ſe eſſe exulem deſignauit, & in Cruce nudato Chriſto ſe con- B formauit. Epiſcopus verò factum eius admirãs intra brachia ſua collectum pallio, quo induebatur, obtexit.

Poſt hæc humilis ſui contemptor, etiam ſe ab omnib. conténi conſpiciens, ad leproſos ſe contulit, quibus deuotiſſimè ſeruiens, etiam eorum vlcera humiliter lauit, ſaniéque detergere non abhorruit, qui prius ante conuerſionem ſuam tales videre non poterat, ſed eos intantum exhorrebat, quòd ſolum eos è vicino, ſed eorum domos è longinquo proſpiciens nares manibus obturare conſueuerat. Vna autẽ C dierum cum in eccleſia feruenter ad Crucifixum oraret, audiuit vocem ab eo dicentẽ ſibi. Franciſce amara pro dulcibus ſume: & teipſum contemne, ſi me vis agnoſcere. Denique trium eccleſiarum [a] opere conſummato habitum adhuc eremiticum tunc temporis habuit, baculúmque manu geſtans pedibus calceatis, & corrigia corporis cinctus incedebat.

Mat. 10. Audiens autem quadam die in miſſa, quæ Chriſtus in euangelio miſſis ad prædicandum diſcipulis loquitur, ne, ſcilicet aurũ, vel argentum poſſideant, ne peram in via, vel ſacculum D ne virgam vel panem portent, ne calceamenta, vel duas tunicas habeant, & hæc eadem plenius intelligens à presbytero, gaudio repletus ait. Hoc eſt quod quæro, & totis præcordiis concupiſco. Duplicibus ergo ſine mora depoſitis, ex hoc iam calceamentis, virga, ſacculoque, vel pera non vtens, tunicam contemptibilem, & incultam fecit, reiectáque corrigia funiculo eam cinxit, & pœnitentiæ verba ſimpliciter in publicum proponere cœpit. Sed & ſicut ipſe domino reuelante teſtatus eſt, ſalutationem hanc ab eo didicerat hominibus facere. Dominus det tibi pacem. In omni prædicatione ſua pacem annuncians populum in ſermonis exordio ſalutabat. Cœperuntque viri quidam eius exemplo ad pœnitentiam animari, & ei relictis omnibus habitu, vitáque coniungi. Iámque ſex fratrum ſocietate gaudebat, & inter Minores vt minimus ſe gerebat in omnibus.

Quadam autem die cum ex more ſe orationi dediſſet, & de beneficiis ſibi impenſis domino gratias ageret, annoſque vitæ malè tranſactos in amaritudine animæ ſuæ recogitans domino tremebundus aſſiſteret, cœpit paſſim menti eius quædam ſuauitas mera, & lætitia ſpiritualis ſuperinfundi, intantum vt quaſi in ſeipſo deficeret, donec remiſſionis omnium culparum ſuarum certitudinem reciperet. Plura quoque de futuris arcana contemplatus eſt. Denique octonario numero fratrum completo, ſex illorum binos in diuerſas regiones ad pacem cum pœnitentia nunciandam mittens plura eis de regno Dei, & de mũdi ſuique cõtemptu dulciter propoſuit, ipſe quoque in aliam mundi partem vno ſecum ſocio retento ſeceſſit. Cúmque non multò pòſt eos videndi deſiderio teneretur, orans dominum exauditur, ita vt in breui omnes improuiſè & mirabiliter in vnum congregarentur, beneficiáque ſibi diuinitus impenſa referentes, gaudio patris congratulabantur.

Cernens igitur accreſcere numerum fratrum breui tempore, regulam ſermone breui conſcripſit interpoſitis in ea euangelij verbis, ad cuius perfectionem quantum potuit anhelauit. Deſiderans autem, quę ſcripſerat à ſummo pontifice confirmari, vndecim, quos ſecũ E habuit fratres aſſumpſit, & cum illis duodecimus ipſe Romam perrexit. Nam duodecimus ex diſcipulis apoſtatans, vt alter Iudas laqueo ſe ſuſpendit. Quibus papa Innocentius 3. de Mat. 27. confirmanda regula dans conſenſum, etſi non dum ſolenniter confirmata, & de pœnitentia prædicanda mandatum, cum gaudio illos dimiſit, eiſque adhuc ampliora multiplicatis in poſterum compromiſit.

Vir itaque ſanctus per ciuitates & villas circũiens prædicabat conſtantiſſimè pœnitẽtiã. F Mirabantur ad hoc viri literati eius, quem homo non docuerat, verborum virtutem, videntes ad ipſum nobiles & ignobiles turmatim confluere, eique ſolerter intendere. Qui etiam tres ordines inſtituit, quorum primum vt perfectiorem ipſe tenuit, ſcilicet fratrum minorũ vacantium contemplationi necnon & actioni prædicationis. Secundus fuit pauperum fœminarum ac virginum ad contemplatiuam ſpectantiu,

a D. Franciſcus cum in Eccleſia S. Damiani apud Aſſiſium oraret, Chriſtus eum è Cruce ſic eſt allocutus: Franciſce, Franciſce, repara domum meam, quæ vt cernis tota deſtruitur. Quod ille de Eccleſia materiali dictum ſibi eſſe putans, poſtquam paternis omnibus facultatibus abdicatis peregre profeſſus, eſſet, domum rediit: & fidelium opibus adiutus primo S. Damiani Eccleſiam reparauit. Quo opere perfecto, ad Eccleſiam D. Petri, quæ procul ab Aſſiſio erat, reficiendam animum adiecit. Qua etiam ſuo ſtudio & induſtria reparata, Eccleſiam S. Mariæ de portiuncula, ob ſingularem erga Dei matrem ſuam religionem, inſtaurandam ſuſcepit. Quem locum vir ſanctus præ cæteris mundi locis amauit plurimum. Hic etenim humiliter cœpit, hic ſtudioſè profecit, hic fœliciter conſummauit. D. Bonau. cap. 2. hæc ſunt tres Eccleſiæ, quas à D. Anton. D. Franciſcus dicitur ædificaſſe. Cæterum Chriſtus, vt poſtmodum D. Franciſcus intellexit hoc de domo ſua ſpirituali, ideſt, Eccleſia mandatum ei dederat, quæ per eum eiuſque ſocios mirabiliter reparata eſt. Verum tamen cum iniunctum ſibi mandatum, vt putabat, tam fideliter abſoluerit, & cumulatè id præſtiterit, quod ſibi præſcriptum eſſe arbitrabatur, oſtendit profecto ſe etiam ſucceſſu temporis, cum videlicet Chriſti mandatum planè intelligeret, quod ei fuerat imperatum copioſè abundantérque impleturum. Nam iuxta Chriſti vocem qui fidelis eſt in minimo & in maiori fidelis erit. Luc. 16.

A.C. 1210. ctantium, quæ dicuntur ſanctæ Claræ monialium, ſcilicet quæ tamen reperiuntur ſub diuerſis regulis ſeu modis viuendi arctioribus & nimis auſteris in diuerſis locis conceſſis à ſummis pontificibus. Tertius eſt pœnitentium. Hi dicuntur Pinzocgori ſeu fratres de tertio ordine, qui actiuæ deſeruiunt. Hi propriè non dicuntur religioſi, ſed habent quemdam modum viuendi religioſum qui tamen non eſt completa religio, obligans ad eſſentialia religionis. Nam & propriam habent, & poſſunt habere, & vxorati manere. Et quamuis licitè non poſſint contrahere in tali ſtatu, ſi tamen contraherent, matrimonium teneret, quòd nullo modo eſſet in completa religione. Obedire tenentur magiſtro ſuo in iis præciſè, quæ pertinent ad regulam ſuam, quæ etiam approbata eſt ab apoſtolica ſede. Et licet aliqui vel aliquæ, viri & mulieres ſub tali habitu tertio, & regula viuant in congregatione aliqua arctius, quam contineat regula earum, abrenũciantes propriis, nõ propter hoc mutant ſtatum illum, vt poſſit dici completa religio. Reputantur communiter perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed vtrum [a] gaudeant priuilegiis perſonalibus & realib. vt clerici & religioſi, variæ ſunt opiniones, ſed de hoc in 3. parte agitur, nec ſpectat ad præſentem tractatum hiſtorialem.

In 3. parte ſũ. tit. 16. cap. 9.

[a] *Ne quid hic remaneret ſcrupuli & dubitationis, viſum eſt ea breuiter complecti quæ de Tertiariis in compendio priuilegiorum circa hanc quæſtionem referuntur. Hi igitur Tertiarij in triplici ſunt differentia, Quidam enim ſunt, qui non faciũt, tria vota eſſentialia religionis, nec in congregatione viuunt, ſed in propriis domibus, cum ſuis vxoribus & filiis, & familiis, obſeruantes ea, quæ in regula à Nicolao 4. edita continentur, & iſti ſunt proprie Tertiarij à B. Franciſco inſtituti & hi non continentur inter perſonas Eccleſiaſticas, ſed remanent vt perſonæ merè ſæculares, prout Sixtus quartus declarauit.*

Alij ſunt, qui vota tria eſſentialia faciunt in manibus miniſtri vel miniſtræ coram ſua communitate, & qui vel poſt emiſſionem votorum vel profeſſionem remanent, & viuunt in cõmuni, & iſti ſunt veræ perſonæ eccleſiaſticæ, & religioſæ, & ſunt exẽpti ab omni iuriſdictione Eccleſiaſtica & ſæculari, excepta ſubiectione, quam debent habere ordini minorum. vel qui licet fecerunt profeſſionem in communitate, vt de aliis dictum eſt, tamen poſtea non viuunt in communitatibus ſui ordinis, ſed in aliquibus eremitoriis vel eccleſiis ſeparatis à conuentibus dicti ordinis, & mihi non videntur gaudere poſſe priuilegiis temporalibus vel ſpiritualibus, quibus ſuperiores gaudent. Alij ſunt qui propria auctoritate aſſumpſerunt ſibi habitum Tertiariorum, aut illum receperunt ab aliquibus fratribus minoribus extra communitatem, & poſt aſſumptionem huiuſmodi habitus ac etiam emiſſionem profeſſionis extra communitatem viuunt in aliquibus eremitoriis, aut domibus ſæcularibus, & hi non ſunt à iuriſdictione vel ſpirituali vel temporali vllo modo exempti. hac ibi.

A Graues tentationes patitur. & ſuperat. ex D. Bonau. c. 5. A.C. 1210.

§. I.

TANTVM autem in ſeipſo beatiſſimus ipſe Fräciſc⁹ rigorẽ auſteritatis exercuit, vt ſi aliquãdo (vt aſſolet) tẽtatio carnis ſubreperet, hyemali tempore in locum glacie, vel niuibus plenum vſque ad illiciti motus receſſum
B ſe immergeret. Exiſtente viro Dei in oratione diabolus ter eum proprio nomine vocauit, Cui cum ſanctus reſpondiſſet, adiecit. Nullus eſt adeo peccator in hoc mundo, cui ſi conuerſus fuerit ad pœnitentiam, non indulgeat dominus: ſed qui nimis dura pœnitentia ſe occiderit, in perpetuum à Deo miſericordiam non inueniet. Subitò per reuelationem cognouit ſeruus Dei hoſtis fallaciam, quò miſus fuerit eum diabolus ad teporem reducere. Cernens autẽ hoſtis antiquus, quòd nec ſi præua-
C luit, grauem tentationem carnis ei immiſit. Quod vir Dei ſentiens veſte depoſita chorda duriſſima ſe verberabat dicens. Eia, frater aſine ſic te manere decet, ſic ſubire flagellum. Sed cum tentatio nequaquam diſcederet, foris exiens cum hyems eſſet, in magnam niuium congeriem ſe nudum immerſit, accipiẽnſque niuem in modum pilæ ſeptem, glebas compinxit, quas ſibi proponẽs cœpit alloqui corpus. Ecce (inquit) iſta maior vxor tua eſt, iſti quatuor filij, duo mares, & duæ fœminæ, reliqui duo ſunt ſeruus & ancilla, feſtina ergo eos induere, quia moriuntur
D frigore. Si autem eorum multiplex ſollicitude te moleſtat, vni domino ſollicitus ſerui. Tũc diabolus confuſus abſceſſit, & tentatione ſedata vir Dei magnificans Deum in cellam rediit. Chorda. i. funis.

Apud dominum Leonem cardinalem ſanctæ Crucis ab eo rogatus aliquandiu moraretur, nocte quadam dæmones ad ipſum venientes grauiter verberauerunt. Vocans igitur ſocium, & rem ei aperiens ait. Dæmones ſunt caſtaldi domini noſtri, qui mittuntur ad puniendum exceſſus. Ego verò offenſam nõ
E recolo, quam per miſericordiam Dei ſatisfactione non lauerim. Sed fortè ideo caſtaldos ſuos dominus permiſit in me irruere, quia maneo in curiis magnatum, quod forſitan fratribus noſtris pauperculis ſuſpicionem bonam non generat, qui fortè exiſtimant me deliciis abundare & ſurgẽs ſummo mane inde receſſit.

Alio tempore cum orationi intenderet, vidit catervas dœmonum ſuper tectum domus cũ magno ſtrepitu diſcurrentes. Qui concitus exiens, & ſignum Crucis ſibi imprimens, dixit. Ex parte omnipotentis Dei vobis dico dæmones, vt quicquid vobis permiſſum eſt in corpo-
F re meo faciatis, libenter omnia ſuſtinebo: quia cum maiorem inimicum nõ habeam corpore meo, in eo vindicabitis me de aduerſario meo, dum in ipſo vitæ meæ hoſte exercebitis vltionem. Quo audito cõfuſi dæmones euanuerũt.

Tempore niuis per ſyluam ambulans à latronibus capitur, & ab eis requiſitus, quis eſſet

A.C. 1210.

præconem Dei ſe eſſe aſſeruit. Quem arripien- A tes in niuem proiiciunt, dicentes. Iace ruſtice præco Dei.

Frater quidam qui ipſum habitum religionis eius ſuſceperat, videbatur à foris eximiæ ſanctitatis, ſed tamen erat admodum ſingularis. Hic tanta diſtrictione ſilentium obſeruabat, vt non verbis, ſed ſignis, & nutibus confiteretur. Cúmque vt ſanctus ab omnibus laudaretur, illuc adueniens vir Dei dixit. Sinite fratres nec mihi diabolica figmenta in eo laudare. Moneatur ſemel & bis in hebdomada confiteri. Quod ſi non fecerit, diabolica tentatio eſt, B & fraudulenta deceptio. Monentibus ſuper hoc illum fratribus, digitum imponebat ori ſuo, & caput excutiens ſe nullatenus confeſſurum aſſerebat, qui non poſt multos dies ad vomitum rediens, religionem dimittens, in flagitioſis actibus vitam finiuit.

In feſto Paſchæ cum fratres in eremo Græci, mẽſam accuratius ſolito albis & vitreis præparaſſent, & vir Dei hoc conſpexiſſet, protinus greſſus retrahens capellum cuiuſdam pauperis, qui tunc aderat, capiti ſuo impoſuit & baculum manu geſtans foras egreditur, & ad o- C ſtium præſtolatur. Manducantibus igitur fratribus clamat ad oſtium, vt amore Dei pauperi peregrino, & infirmo eleemoſynam largiantur. Vocatus pauper ingreditur, & in terra ſolus recumbens diſcum ponit in cinere. Quod videntes fratres ſtupore nimio ſunt repleti. Quibus ille ait. Menſam vidi paratam, & ornatam, & pauperum oſtiatim euntium pro eleemoſyna vnicum non eſſe cognoui.

Paupertatem dominam ſuam ſemper vocabat. Si quando pauperiorem ſeipſo aliquem vi- D deret, protinus ſancta quadam æmulatione inuìdebat, & ab eo ſe vinci dolebat. Nam & cum quadam die quemdam pauperculum obuium habuiſſet, ait ſocio ſuo. Magnam verecundiam intulit nobis huius inopia, & paupertatem noſtram plurimũ reprehendit. Nam hæc eſt mea domina, & pro meis diuitiis eam elegi, & ecce in iſto maior paupertas exiſtit. Dum quidam pauper coram eo tranſiret, & vir Dei magna fuiſſet compaſſione commotus erga eum, dixit ei ſocius. Etſi hic pauper ſit, fortè non eſt ditior eo in tota prouincia voluntate. Cui vir Dei dixit. Citò exue te, & da illi tunicam tuã E ac pauperi tribue & ad pedes eius proſtratus te culpabilem proclama. Cui protinus obediuit.

Quadam vice tres mulieres facie & habitu per omnia ſimiles obuias habuit, quæ eum taliter ſalutauerunt. Benè veniat domina paupertas, caſtitas, & obedientiæ humilitas.

Cùm ad ciuitatem Aretij deueniſſet, & ibi bellum inteſtinum inueniſſet motum fuiſſe, vir Dei de burgo vidit ſuper terram illam dæmones in aëre exultare, vocanſque ſocium F ſuum nomine Syluestrum, ait ei. Vade ad portam ciuitatis, & dæmonibus ex parte omnipotentis Dei præcipe, vt exeant. Qui feſtinans acceſſit ad portam, & fortiter clamauit dicens: Ex parte Dei iuſſu patris noſtri Franciſci dæmones vniuerſi diſcedite. Quo facto ſtatim ciues ad concordiam redierunt.

Fatigatus ex itinere ſeruus Dei cum aſino inſidens ambularet, ſocius eius frater Leonardus, & ipſe fatigatus ex itinere, intra ſe cogitare cœpit & dicere. Non de pari ludebant parẽtes eius & mei, [en ille equitat & ego pedeſter aſinum eius duco.] Continuo vir Dei eo reuelante cogitationem eius intelligens, deſcendens de aſello dixit fratri. Non conuenit cariſſime, me equitare, & te pedibus ire, quia nobilior me fuiſti. Stupefactus, frater proſtratus ad pedes eius humiliter veniam poſtulauit, & accepit.

A.C. 1210. Cogitationes agnoſcit. c. 11.

In quodam conuentu vbi erat, cum quidam frater famelicus de nocte multum fame laboraret, ita vt penè deficeret, & præ verecundia taceret propter horam ineptam, & inſuetam, cognoſcens hoc ſpiritu prophetico pater Frãciſcus, & compatiens neceſſitati, & erubeſcentiæ illius ſurrexit, vocauitque cellerarium, vt præpararet ei ad comedendum. Qui admiratus, tamen ex reuerentia eius ad ipſum nil dicens, præparauit neceſſaria. Vocauit Franciſcus illum iuuenculum fameſcentem ad comedendum ſecum. Qui cum comediſſet cum eo, ne erubeſceret, poſtmodum dixit. Non cibus, ſed caritas ſit vobis in exemplum, & negotium declarauit.

De humilitate eius maxima.

§. II.

QVIDAM frater ſocius beati Franciſci in ecſtaſi poſitus, vidit inter cęteras cœli ſedes vnam digniſſimam, & mirabili gloria refulgentem, qui cum miraretur, cui tam præclara ſedes parata eſſet, audiuit vocem dicentem ſibi. Sedes hæc fuit vnius ex principibus Angelorum ruentibus ex ſuperbia, & parata eſt nũc humili Franciſco. Et exiens acceſſit ad beatum virum dicens. Quid de te opinaris pater? Ecce totus mundus te veneratur, vt ſanctũ. Cui ille. Videor mihi maximus peccator. Statimque in corde fratris facta eſt vox ſpiritus dicens. Cognoſce, quia vera fuit viſio, quam vidiſti, iſtum enim ad ſedem per ſuperbiam perditam humilitas locauit humillimum. Et cum interrogaretur, quomodo ſe poſſet exiſtimare maximum præ omnibus peccatorem, cum eſſent multi homicidæ, raptores adulteri, hæretici, & enormibus flagitiis aliis irretiri, à quibus ſceleribus ſciebat ſe omnino immunem reſpondebat, quòd ſi illi recepiſſent à Deo gratiam, quam ipſe receperat, melius & feruẽtius ea vterentur, & perfectius Deo ſeruirent.

In vrbe Romana cũ illa duo luminaria orbis eſſent beatus Dominicus & beatus Franciſcus coram domino cardinale Oſtienſi, qui poſtea fuit papa, dixit dominus cardinalis. Cur non facimus de fratribus veſtris epiſcopos & præclaros, qui documẽto, & exemplo cæteris prævalent? Fit inter ſanctos de reſpondendo longa, & pia contentio, vtrer prior eſſe deberet. Vicit tandem humilitas Frãciſcum, ne ſe alteri præponeret,

A.C. 1210. præponeret, vicit & Dominicum, vt primus A interroganti humiliter obediret. Dixit ergo B. Dominicus: Domine gradu bono ſublimati ſunt fratres mei, ſi recognoſcunt, nec pro meo poſſe permittam, vt aliud aſſequantur ſpecimē dignitatis. Poſt eum B. Franciſcus reſpondens inquit: Domine Minores ideo facti ſūt fratres mei, vt maiores fieri non præſumant.

Cùm infirmitatem oculorum ex continuo fletu, quaſi fluxu lachrymarum incurriſſet: ſuadentibus, quòd abſtineret à lachrymis, ſic reſpondit. Non eſt ob amorem luminis corpo- B ralis, quod habemus commune cum muſcis, æternæ lucis viſitatio repellenda. Et cum à fratribus vrgeretur, vt pateretur infirmitati viſus remedium adhiberi, & chirurgicus inſtrumentum ferreum igne cands in manu teneret, vir Dei ait. Mi frater ignis eſto mihi in hac hora propitius & curialis, precor Deū, qui te creauit, vt tuum mihi calorem temperet. Et hæc dicens ſignum Crucis contra illud edidit, profundatoque illo in tenera carne, ob ardorem nullum, vt retulit, dolorem ſenſit.

Malebat potius de ſe vituperia audire, quā C laudes. Vnde cum populi in eo merita ſanctitatis attollerent, præcipiebat alicui fratrum, vt verba ipſum vilificantia contra eum inculcando proferret. Cúmque frater ille licet inuitus eum ruſticum mercenarium, & inutilem diceret, exhilaratus dicebat. Benedicat tibi Deus, quia vera loqueris, & talia dicebat. Benedicat tibi Deus, quia vera loqueris, & talia decet mihi audire.

Sacerdotalibus manibus, quibus conficiendi Dominici corporis ſacramentum eſt collata poteſtas, magnam volebat reuerentiam ex- D hiberi, vnde ſæpe dicebat. Si ſancto venienti de cœlo, & pauperculo alicui ſacerdoti me cōtingeret obuiare, ad ſacerdotis manus deoſculandas citius me conferrem, & ſancto dicerem. Expecta me ſancte, quia manus huiuſmodi verbum vitæ contrectant, & vltra humanum aliquid poſſident.

Cùm apud Alexandriam Longobardiæ cū quodam honeſto viro hoſpitatus fuiſſet, ab eo rogatur, vt propter obſeruantiam euāgelij, de omni appoſito manducaret. Qui cum eius deuotioni aſſentiret, ipſe accurrens caponem ſe- E ptemnē præparat manducandū. Manducantibus illis, infidelis quidam tranſiens amore Dei eleemoſynam petiit. Mox vir Dei nomen audiens benedictum, membrum ei tranſmittit caponis. Reſeruat infidelis datum, & in craſtinum dum ſanctus prædicaret, oſtendit illud dicens: Ecce quales carnes comedit iſte frater Franciſcus, quem vos, vt ſanctum honoratis, nam hoc mihi in ſero tribuit. Sed cum membrum caponis omnibus piſcis videretur, velut inſanus ab omni populo increpatur. Quod cū F ille didiciſſet, erubuit, & veniam poſtulauit. Redierunt quoque carnes ad ſuam ſpeciem, poſtquam præuaricator rediit ad mentem.

Tranſeunte aliquando viro Dei per Apuliam, in via burſam magnam reperit denariis tumeſcentem, quam ſocius videns accipere voluit, vt pauperibus erogaret, ſed ille nullatenus permiſit: dicens. Non licet fili alienum auferre. Sed cum ille vehementer inſtaret, paululum orans iubet, vt burſam tollat, quæ iam colubrum pro pecunia continebat. Quod videns frater timere cœpit, ſed obedientiæ implere volens mandatum, burſam cepit, & inde magnus ſerpens prorinus exiliuit. Et ait ſanctus. Pecunia ſeruis Dei nihil eſt aliud, quàm diabolus & coluber venenoſus. A.C. 1210.

Qualiter etiam abſentia cognoſcebat. Vinc. c. 100. lib. 30.

§. III.

Absentvm quoque fratrum multoties acta cognouit, aliiſque in ſomnis, ne hoc vel hoc facerent prohibens, aliis aut iſtud vel iſtud facere præcipiebat. Multorū etiā qui boni in facie videbantur mala dānabilia præuidens nunciauit, ſed & eorum, qui mali erant dona gratiarum futura prædixit. Sæpius quoque fratribus ſuis vir Dei ſolatia gaudij ſpiritualis impendit, quibus ipſe corpore quidem abſens, ſed ſpiritu præſens fuit. Referam breuiter vnum de multis. Nam tempore quodam fratre Ioanne de Florentia capitulum in Prouincia celebrāte, vbi & beato Franciſco miniſter fuerat cōſtitutus, intererat confeſſor Chriſti Antonius. Vbi dum ſuper hac materia, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum, fratribus adunatis verbum exhortationis proponeret, frater quidam ſacerdos, Monaldus nomine, vir ſimplex & virtute præclarus, faciem ſuam ad oſtium domus conuertit, viditque corporeis oculis qualiter B. Franciſcus in aëre ſubleuatus veluti manibus in crucem protenſis apparuit, & fratres, qui aderant benedixit, tantumque ſubitò ſingulis, & vniuerſis gaudium ſpiritus eſt infuſum, vt quod ipſe ſacerdos poſt de ipſa viſione narrauit cunctis mirantibus, ipſa faceret experientia fide dignum.

Qualiter autem alienorum cordium ſæpius occulta pandebat, vnum narrare de pluribus ſufficiat. Frater quidam Richerius nomine, tā moribus, q̄ genere nobilis, intantum de beati Franciſci meritis præſumebat, vt diuinam profecto mereri gratiā crederet, ſi quis ipſius ſancti dono beneuolentiæ potiretur, aut ſi quis illo careret, Dei iracundiam mereretur. Cūque ad obtinendum familiaritatis ipſius beneficiū vehementius adſpiraret, timuit valdè, ne quid in ipſo vitij vir ſanctus occultè forſitan deprehenderet, cuius occaſione ſe ab illius gratia magis elongari contingeret. Igitur huiuſmodi timore dictum fratrē grauiter affligente, nec eo cogitationē ſuā cuiquā reuelante, accidit ipſū die quodam ſolito more turbatum ad cellulā, in qua B. Franciſcus orabat, accedere: cuius aduentum ſimul & animum vir Dei cognouit, & ei benignè ad ſe vocato ſic ait. Nullus te timor de cætero, nulla te fili conturbet tentatio, quoniam cariſſimus mihi es, & inter præcipuè caros ſpirituali caritate te diligo: ſecurus ad me cum tibi placuerit, venias, & à me liberè pro tua voluntate recedas. Creuit autem, ſicut credidit, in gratia ſaluatoris.

A.C. 1215.

De abſtinentia eius & vera humilitate.c. 101.Vin.D.Bonau.c.6.& 7.

§. IIII.

SANCTVS verò Chriſti confeſſor Franciſcus omni ſtudio præcauebat,ne ſe ſanctæ ſummæque paupertatis metas tranſiliens ad ſuperflua quoquo modo difflueret:cum rariſſimè coctis vtens,ea cineribus vel aqua frigida commiſceret, & de ipſa ſufficienter aqua non biberet. Difficilimum enim aſſerebat neceſſitati ſatisfacere,& voluptati non obedire.Sæpius quoque cum pœnitentiam prædicans circumiret, & inuitatus refectionem in domibus ſæcularium ſumeret,viſus quidem comedere carnes,ad os manus ducebat: ſed tantum propter euangelij verbum quo dicitur:Edentes bibentes,quæ apud illos ſunt,minimũ aliquid ex eis perraro deguſtans, reliquias in ſinum ſubtili cautela mittebat. Nuda humus dormire coacto tunicula tantũ interpoſita lectus erat,& ſæpius ſedens non iacens,inclinato ad lignum, vel lapidem capite dormitabat.

Mat. 10.

Accidit quoque ,vt infirmitas eum grauaret & de pullo quadam vice manducans viribus poſtmodum vtcunque reſumptis cuidam fratrum diſtrictè præciperet,vt collo ipſius fune ligato,eum tanquam latronem per medium ciuitatis Aſſiſij perduceret,& præconaria voce clamaret. Ecce videte glutonem, qui ſe gallinarum carnibus impinguauit , quas ſecreto nobis ignorantibus manducauit. Factum eſt igitur, vt multi ad tam mirum ſpectaculum cõpuncti lachrymabiliter lugerent,ſeq; miſerrimos ,veluti quotidianis voluptatibus deditos proclamarent.

Gluto. i. lurco.

Cùm vero extolli ſe laudibus humanis audiret,alicui fratrum per obedientiam iniunxit, vt ipſum viriliter à latere verbis contumelioſis afficeret,& aduerſus laudantium mendacia veritatis verba proferret.Quem cum frater inuitus ruſticum, & mercenarium inutilem appellaret, ille iucundo applauſu ſubriſit,& ſic exprobranti reſpondit. Benedicat tibi dominus fili cariſſime,quia tu veriſſima loqueris,& talia filium Bernardonis decet audire. Cupiés quoque perfectè ſe vilem ab omnibus reputari peccata ſua nõ erubuit in prædicatione publica confiteri. Sed ſi quid ſiniſtri ſubreperet ſeu cogitatione de aliquo,id ipſum eidem,de quo cogitauerat confitens, humiliter veniam poſtulauit ab illo.

De magnanimitate & fiducia eiuſdem. c.102.Vin.& D.Bonau.c.9.

§. V.

Nauigatio in Syriam.

ARDENTISSIMO martyrij deſiderio feruens , ſexto conuerſionis ſuæ anno, ad partes Syriæ voluit proficiſci,vt ibidem Saracenis annunciaret euangelium Chriſti. In nauem autem,quæ Achonem tendebat à nautis defectum expenſarum timentibus vix permiſſus intrauit, in quo maris tempeſtate ſuborta iam demum poſt longos labores ipſis nautis cibaria deerant, tamen quædam , etſi non tanta,vt multis quoquo modo ſufficeret,ſanctus Franciſcus domino ſibi prouidente latenter intulerat,quæ tunc ad ipſius meritum tantum ſumpſere diuinitus incrementum,vt abũdanter vſque ad portum Achonitanum neceſſitatibus omnium ſubueniret. Vt autem in terram à mari deſcendit,diuina rurſum verbi ſemina iacere cœpit.

A.C. 1215

In ipſo martyrij feruor nõ tepuit,quin Marrochium non multò pòſt iter arripiens , tanto ad hoc aliquoties impetu feſtinaret,vt peregri nationis ſuæ comitem præ ſpiritus ebrietate ſolus præcurrendo deſereret.Et licet quotidiana inter Chriſtianos,& infideles prælia gererentur , ipſe tamen in domino confiſus adire Soldanum,nec cum euidenti periculo verebatur. Vnde & multis grauibuſque verberibus antequam ad eum veniret afflictus, tandem ipſius Soldani conſpectu perſonaliter eſt potitus.Soldanus verò eum ingenti honore eum ſuſcepit, pluraque ſibi prætioſa valdè donaria protulit,quæ ſancto Dei velut quaſdam immunditias vilipendente:ipſe Soldanus de viro cunctis diſſimili magis obſtupuit, & illius eo diligentius verbis intendit. Sed nimirum in his omnibus ſuum non impleuit deſiderium cum mirabilius in ſingularis gratiæ prærogatiuam,gerenda ſuorum dominus inſignia ſtigmatum reſeruauit.

Idem vir columbina ſimplicitate plenus,dũ more ſolito quadam vice per vallem Spoletanam tranſitum faceret accidit, vt non longè à caſtello,cui nomen Raennantum,multitudinẽ magnam diuerſi generis auium conuolaſſe videret, & quoniam ob præcipuum creatoris amorem miro in omnes creaturas ducebatur affectu,ſociis in via relictis , alacriter contra locũ,vbi ſtabant adunatę, eucurrit,eaſque,prout ei conſuetudinis erat,veluti rationis humanæ capaces ſalutauit.Vidés autem , quòd propter ipſum loco non cederent, admirans vſque ad illas acceſſit,ſed nec tunc vna quidem illarum dum adueniret,abſceſſit.Repletus itaque magno gaudio vir,ſollicitè eas ad audiendum verbum Dei monuit intendere,& his ſimilia ſimpliciter eis inter alia plura propoſuit.

Fratres mei volucres multũ tenemini veſtrũ laudare,& diligere creatorem, qui plumis vos induit , qui pennis vos à terra ſubuehit, qui vobis inter creaturas volatilibus in puriori aëre manſiones tribuit , qui nec ſerentes, nec metentes,nec in horrea congregantes abſque veſtra ſollicitudine vos enutrit,& abundãter in omnibus,quę vobis ſũt opportuna,prouidit.Ipſę verò auiculę roſtris apertis,alis colliſque protenſis,ſuo modo mirabiliter geſtientes,ſanctum Dei talia proponentem intuebantur,& verbis eius diligenter intendere videbãtur.Ille verò per medium earum tranſiens , & reuertens,tunica eas tangebat, vt voluit,nec illis quidem ſe prius à loco mouentibus donec benedictione eum ſigno Crucis,& licentia eis data ſimiliter ipſe receſſit.Tũc cœpit ſe magnę negligentiæ incuſare, eo q̃ hactenus omiſerat auibus prædicare.Igitur ab illo tẽpore vir Dei, cuius ori ſemper laus affuit ſaluatoris nõ ſolũ hoies, vt laudarẽt Deũ ipſe laudás admonuit,

ſed

A.C. 1215.

ſed & aues, & beſtias,& quaslibet alias creaturas,fratrum vel ſororum nominibus nuncupans,ad omnium cõditoris laudem ſollicitus inuitauit.

Sed & hic, qui totum ſe mutui creatoris ſubiecerat,non immerito creaturis ſibi inferioribus altiſſimi nomen inuocans imperabat quarum obedientiam ipſa frequenter experientia cognoſcebat. Et vt referam pauca de multis, accidit quadam die apud caſtrum, quod dicitur Albianum,vt cum verbum Dei populo illic adunato proponere vellet,præ nimio ſtrepitu & multitudine hirundinum ibidem nidificantium audiri non poſſet. Quibus ita garrientibus taliter eſt locutus. Sorores meæ hirundines tam tempus eſt, vt loquar, quia vos quidem ſatis vſque nunc locutæ eſtis:ſed deinceps vſque dum ſermo Domini compleatur, loqui omnino ceſſate. At illæ veluti rationis capaces cõtinuò tacuerunt,nec ab iſto loco donec conſummaretur prædicatio,ſe mouerunt. Quo viſo miraculo, cuncti, qui aderant,Deum glorificabant,& beati viri ſaltem veſtimenta contingere cupiebant.

Confugiebant quoque ad illum ſæpius beſtiæ ſylueſtres veluti ad portum tutiſſimum, ac ſi ratione ductæ ipſius erga ſe cognoſcerent pietatis affectum. Nam cùm moram faceret apud caſtellum nomine Græcium, quemdam lepuſculum laqueo captum viuum adductum à quodam fratre vidit,ad quem pietate magna permotus, ſic ait vir ille mitiſſimus. Frater lepuſcule,veni ad me,quare te ſic decipi permiſiſti?Qui dimiſſus à fratre ſtatim veluti ſecurus ad virum Dei cucurrit,& in ſinu eius domiti animalis more quieuit.Quoties autem à beato viro ſuper terram depoſitus erat, vt abiret toties ad illum non aliam libertatem quærendo recurrit,donec tandem ad vicinum nemus ipſum à fratribus aſportari præcepit.

Similiter quadam vice cum in lacu Reatino reſideret in naui,piſcis quidam non paruus, qui vulgo tencha vocatur viuus oblatus eſt ei quem ipſe non manducandum, ſed libertati reſtituendum hilariter & benignè ſuſcipiens, ipſum piſcem fratrem vocauit, oranſque, & nomen Domini benedicens, in aquam repoſuit.Perſiſtente autem in oratione ipſo & laudibus, piſcis in aqua ludens à nauicula non receſſit,donec ei licentiam beatus Franciſcus oratione completa conceſſit.

Aqua mutatur in vinum ca.5.

Igitur non ſolum ſenſibilibus, beſtiis videlicet & auibus,imperauit, ſed ad illius obſequium in alteram naturam inſenſibilia etiam dominus elementa conuertit. Nam cum ipſe apud eremum ſancti Vrbani quadam vice grauiter ægrotaret, aqua ſibi mirabiliter in vinum mutata eſt.Factumque eſt, vt ad guſtum illius tam facilè ſanitatem reciperet,quòd diuinum hoc eſſe miraculum nullus ambigeret. Tantam eius mentem diuini amoris dulcedo repleuerat, vt in omnibus opera creatoris miranda conſiderans, maxima etiam erga cunctas aſſiceret pietatis teneritudine creaturas.

Inter alias tamen iſtas præcipuè diligebat, quas,vt puta ouiculas, ſimplicioris & manſuetioris naturæ videbat, quarum etiam nominibus Chriſtum ob aliquam ſimilitudinẽ figurarum ſcripturis figurari audierat: Nam tempore quodam per Marchiam Anchonæ cum fratre Paulo quem ibidem miniſtrum conſtituerat tranſiens:quemdam hircorum,& caprarum vidit non modicum gregem,& vnicam inter omnes ouiculam depaſcentem, ad cuius intuitum grauiter ingemiſcens dixit ad fratrem.Nonne vides hanc ſolam ouiculam inter hircos & capras ſimpliciter ambulantẽ: ſic vtique Dominus noſter Ieſus chriſtus innocens,manſuetus,& humilis inter ſcribas, & Phariſeos, & ſacerdotum principes ambulauit.Soluamus igitur fili chariſſime pretium, & educamus illam de medio gregis caprarum. Cumque nil aliud,quam viles tunicas habentes de oue redimenda ſolliciti ſtarent,ecce, quidam mercator tranſiens ſe ad hoc voluntarium obtulit,pretioque ſoluto ipſam ouem viro ſancto reliquit.Qui gaudẽs ſecum illam duxit in ciuitatem,quæ Auximum dicitur, & ad eius loci epiſcopum hoſpitandi gratia declinauit.Mirante igitur epiſcopo,quare ſic ouiculam deduceret,longam de illa cepit parabolam retexere,donec & ipſe epiſcopus etiam gratias Deo ageret, non modicum de tanta hominis Dei compunctus ſimplici puritate.

Sequenti vero die per quoddam clauſtrum dominarum apud ſanctum Seuerinum tranſitum fecit,vbi eiſdem Chriſti famulabus ouiculam commendauit, quam illæ ob ſancti reuerentiam deuotè ſuſcipientes diligenter longo tempore nutrierunt,donec tunicam de ipſius lana texentes illam beato viro munus acceptum de fratre ouicula tranſmiſerunt.

Alio quoque tempore per eandem Marchiam prædicto fratre comite tranſiens, inuenit in itinere quemdam virum,qui duos in humeris portabat agnos ad vendendum. Quos vt balantes audiuit,commota ſunt ex intimis viſcera eius, & accedens benignè eos veluti mater plorantes filios attrectauit,dixitque ad virum.Quare fratres meos agniculos ſic ligatos,& ſuſpenſos excrucias? Qui cum reſpondiſſet,quod eos ad forum pretij neceſſitate deferret,quærentique quid de illis poſtea fieret, & vir,eos mactandos aſſereret,ait ſanctus. Abſit,vt hoc fiat quin potius mantellum, quo contegor,accipe & fratres meos agnos relinque.Aquieuit voluntarius homo:multo enim maioris pretij erat mantellus, quem ſanctus frigore compulſus à quodam fideli mutuo acceperat ipſa die.Igitur acceptis agnis, quid de eis ageret,ſollicitus extitit. Tandem cum ſocio fratre deliberans gubernandos eidem viro commiſit:&ne eos venderet vel læderet diſtrictè præcepit.

Mantellū. i. pallium.

Non ſolum autem huiuſmodi beſtiis,& dignioribus creaturis,ſed & aliis vilibus & minimis ſimili compaſſionis affectu adhæſit.Nã quia de ſaluatore legitur. Ego ſũ vermis & non homo,vermiculos etiam ne cõtererẽtur de via leuabat.Sed & apibus ne deficerent, forte vinũ,vel mel in hyemẽ miniſtrabat diligẽter enim tam illarum,quam & aliarum creaturarũ efficaciam attendebat: & quidquid admirationis,delectamenti,ſiue cuiuſcumque valoris in vnaquaque perpendere poterat, id totũ in oĩm factoris gloriã referebat. Propter hæc oĩa

A.C. 1215.

fraterno nomine nuncupabat, omnia ad vni' conditoris laudem continuis ipſe laudibus inuitabat.

Ipſe vero nomen Domini Ieſu Chriſti inuocans, totus ſupra hominis intellectum afficiebatur, totus in iubilo, totus alterius ſæculi videbatur. Præterea & tantam nomini ſaluatoris reuerentiam exhibebat, quod etiam qualecumque ſcriptum inueniret inhoneſte locatū reuerenter illud recolligens, in loco reponebat honeſto, ne forſan verba diuina, vel nomina, vel etiam literæ quibus illa ſcribuntur, continerentur in illo.

Quanto autem puta, erga pauperes compaſſionis ardore feruebat, qui tanta non ſolum ad animalia bruta, verumetiam ad inſenſibiles & infirmas, affluebat pietati dulcedine creaturas. Nam hic vere pauperum patriarcha, omnium pauperrimus eſſe deſiderans, & ſi præter vilem tunicam nil poſſeſſionis appeteret: noluit tamen in hac vnica neceſſitate parcere ſibiipſi: quin & ipſam pluries indigenti cuique promptiſſime cuperet impartiri. Veſtes quoque diuerſas à diuitibus in hyeme poſtulabat, quas illis libentiſſimè dantibus, ita vt nec ad reſtitutionem teneretur, accipiens, eas egenis, quos prius contingeret habere obuios, in frigore, porrigebat, grauiſſimum enim erat illi, ſi alicui pauperum verbo vel facto perciperet quicquam moleſtę fieri. Audiens enim vnum è fratribus temporeq́; quodam pauperi cuidam verbum inuectionis inferre: vnde dixerat. Ne forſitan falſo ſimules paupertatem, durius increpatum fecit coram eodem paupere nudum procedere, & pedibus eius deoſculatis humiliter ab ipſo veniam poſtulare, aiebat enim. Qui pauperi maledicit, Chriſto facit iniuriam: cuius nobile ſignum gerit, qui ſe voluntariæ pauperē in hoc mundo pro nobis fecit. Is quoque etiam, ſi minimū haberet corporaliū merciū, humeros tamē ꝓprios ad ſubleuāda ſuppoſuit onera pauperū quorum etiam pio zelo multa alia faciebat in hunc mundum.

De miraculis per eum geſtis. cap. 107. Bonau. cap. 12.

§. VI.

PER ciuitates & caſtella longe lateque circumiens, tantorum diuina vnitate corda ad pœnitentiam commouit, quod aliquoties ad religionis habitum triginta recepit vna vice. Cōfundebatur hæretica prauitas, fides extollebatur catholica, quam non ſolum ſanctus iſte vita magnificauit, & verbis, ſed plurimis extulit miraculorum prodigiis. Nam & omnē languorem diuini nominis inuocata virtute curauit, verbo magnificè dęmones effugauit, nullaque oranti neceſſitas vel periculi difficultas obſiſtere potuit. Panes etiam ad benedicendum illi ſæpius offerebant, de quibus ęgri guſtantes diuerſo languoris incommodo reſurgebant. Crebro quoque pius pater quaſi ſeminudus à populo derelictus eſt, eo quod tu-

A nicam eius per particulas cultellis inciderent eaſque deuotè contra diuerſa pericula pro ſalutis remedio conſeruarent.

A.C. 1215.

Ipſe autem vir ſanctus ea præcipuè, quę circa Chriſtum geſta ſunt aſſidua meditatione reuoluens, die Dominicæ natiuitatis inſtante, humilem naſcentis in Bethlehem ſaluatoris infantiæ paupertatem, ſimilitudine qua poterat repræſentare deſiderauit. Ad caſtellum nēpe de Græcio quemdā virū religioſum & notabilem, nomine Ioannē pręmiſit, qui ad hoc bouem & aſinum cū præſepio circa feſti gau-
B dia ſibi præparauit. Præparato itaque præſepio fœnum imponitur, adducti bos, & aſinus ad præſepe collocantur. Et ſic cum gaudio vigiliæ celebres aguntur, fratres laudes Deo debitas exoluebant, ſed & cuncti, qui aderant, nouis lætitiæ canticis applaudebant. Stabat autem coram præſepio beatus Franciſcus ſuſpiriis præ gaudio plenus, indicibili ſuauitate perfuſus. Tandem ſuper ipſum præſepe ſacra celebrantur ſolemnia miſſarum, & ipſe ſanctus Dei leuita ſolennibus ornamentis indutus, euangelium voce ſonora pronunciat: ac
C deinde populo de nato in Bethlehem rege paupere melliflua prædicat. Miranda vero talis ibidem cuidam viro virtutis oſtenſa eſt viſio. Vidit ad præſepe dictum beatum Franciſcum accedere, & quemdam, qui in illo iacere videbatur exanimis, velut à ſomni ſopore puerulum excitare. Creditur itaque non immerito ſuā Dominus Ieſus Chriſtus infantiam recolenti in huiuſmodi formula non abſurdè monſtratus. Quippe qui in multorum cordibus per obliuionem quaſi ſopitus, & veluti mortuus per beati Franciſci
D doctrinam & exemplum præuigilans ad memoriam eſt reductus. Finitis igitur tantis ſolenniis populus ad propria remeauit. At verò de fœno præſepij conſeruato plura diuerſimode ab vtriuſque ſexus hominibus, ſunt remota pericula, necnon & brutis animalibus morbidis ſanitatis collata remedia, præter alia innumera, qui in diuerſis ægritudinum neceſſitatibus ſeu periculorum generibus geſſit.

S. Franciſcus diaconus Euāgelium decantat.

Multos etiam mirificè mortuos reſuſcitauit quorum & ſi de pluribus non ſimus incerti, numerum ad præſens non poſuimus, niſi quod
E vndecim eſſe à viris fide dignis accepimus.

De orationibus eius aſſiduis & fiducia in Deum. ca. 108. Vinc. & D. Bonauen. cap. 10.

§. VII.

AD omnia vero, quæ vir beatus intendit & fecit, totum eius refugium oratio cre-
F bra fuit. Nam & ſi ardentiſſimo zelo proximorum lucris animarum intenderet, ſtuduit tamen ſummopere, ne ſuiipſius curam in omni experimento perfectionis negligeret. Ad hoc ſolitaria loca quęſiuit, & in eremi vaſtitate reſedit, ſed & inter homines habitās ad eccleſiā domo ſua deſerta ſol' nocte prexit. O quātos ī huiuſmodi

A.C. 1223. huiuſmodi locis terrores, quantaque diaboli machinamenta deuicit, cui non ſolum intus malignus illi peſtifera ſæpè ſuggeſſit, ſed & in aliqua horrenda effigie manu ad manum cum illo conflixit: Talia inquā loca intrepidus, vt in oratione ſibimet inuigilaret elegit. Ibique prius didicit, quę poſtmodum alios docuit, vt non tam verbis, quam virtute ſpiritus ad eructandum proximis opportuno tempore eſſet plenus.

Nā aliquando dū hæc, vel illa dicere cogitaret, contigit, vt ad prædicandum veniens omnium illorum, quæ præcogitarat oblitus, omnino quid diceret, non haberet. Sed nec tunc quidem defectum ſuum confiteri coram omnibus erubuit, & ſic ſubito verborum eloquentia affluere cœpit. Sic ſpe tota iugiter in ſolius Domini prouida largitate ſuſpenſus, de propria penitus diffidebat induſtria, eademque mentis conſtantia multis loquebatur, vt paucis, eadéque diligētia vni ſoli prædicauit vt multis, nulliuſque verebatur perſonam, quin æquanimiter ſapientibus & indoctis, magniſque loqueretur & paruis. Nam & cardinalibus coram Domino papa Honorio congregatis conſtantiſſimè prædicauit, non vtique tam verborum ſimplicitate mouens ad riſum, quàm mirando ſpiritus feruore compunctionis extorquens ſuſpirium.

Igitur vir ſanctus, qui ſibi & proximis vtiliter diuidere tempora nouit, quadam vice relictis ex more ſæcularium turbis, locu ſolitudinis petiit, totiſque præcordiis deſiderabat agnoſcere, quid agēdo ſacrificiū de ſe Domino magis gratum poſſet offerre. Cumque huic deſiderio [quanto diutius tanto] feruentius anhelaret, die quadam in eremitorio, in quo manebat, ad altare deuotus acceſſit, ſuper quod euangeliorum librum cum reuerentia & timore depoſuit. Poſt hæc humiliter ſe coram altari in oratione proſternens, quanta poterat deuotione clamauit ad Dominum, vt in prima libri apertione, ſui de ipſo beneplaciti dare dignaretur indicium. Tandem corde contrito ab oratione conſurgens ſe crucis ſigno muniuit, librumque aperuit. Cui cum Domini noſtri Ieſu Chriſti paſſio primum occurreret, ſuſpicatus eſt, ne caſu hoc forſitan accidiſſet, vnde & librum rurſus claudens iterum aperuit, pluriéſque hoc ipſum reiterans, idem quod prius vel ſimile prorſus inuenit. Ad hoc Chriſti miles non expauit, & qui iam dudū martyr deſiderio fuit, etiā tunc ſeſe ad omne, quod pro Chriſto ſuſtinere poterat flagranti⁹ animauit.

Qualiter in eius corpore apparuerunt ſtigmata paſſionis dominicæ. cap. 109. Vinc. & Bonau. c. 13.

§. VIII.

DVOBVS autem annis ante mortem eius vidit in viſione quaſi ſeraphim vnū in aere, ſex alas habentem, cruci manibus extenſis pedibuſque coniunctis affixum. Alatum vero duas ſuper caput erectas, & duas ad volandum extenſas habebat. Porro duabus totum corpus tegebatur. Obſtupuit vehementer vir ſan-A ctus ad viſum, & alternabantur in ipſo timor & gaudium. Delectabat enim eum ſpeciei ipſius mirabilis pulchritudo, deterrebat eum immanium horrenda crucis affixio, ſed & hoc lætificabat, quod gratioſe ſe reſpici videbat ab ipſo. Cumque diutius cogitaret, quid huiuſmodi viſio importaret: in ſeipſo vidit tandem miraculum omnibus (vt arbitror retroactis ſæculis inauditum. Apparebant namque in manibus eius, & pedibus quaſi fixuræ clauorum, latuſque ipſius dexterum veluti lancea perforatū. Manuū videlicet pars interior, & B pars pedum ſuperior ſupereminentia quadam ex ipſa carne veluti clauorum capita protendebat. Manus autem exterius, & pedes inferi⁹ ſigna quædam oblonga gerebant, velut retorta clauorū acumina, quę carnē inferius ſimiliter reliquam excedebant. In latere vero dextero cicatrice obductum vulnus apparuit, quod etiam ſacrum ſanguinē ſæpius euaporans: tunicam ipſius, nec non & aliquoties femoralia tinxit.

Talibus igitur in ſe vir Dei reſultantibus margaritis, ſtuduit ſummopere pretioſum theſaurum illum, quo ſpeciali eum Dominus prę-C rogatiua ditauerat, ab omnium omnino oculis conſeruare reconditum. Periculoſum enim exiſtimans inclytum apparere in oculis hominum, ſed & pro magno non reputans occulta quorumlibet bona non eſſe his maiora, quæ proferuntur in publicum, ruminabat ſæpè illud in ore propheticum. In corde meo abſcōdi eloquia tua, vt non peccem tibi. Pſal. 118. Fratribus quoque circa ipſum non conuerſantibus dederat tale ſignum, vt ſi quando eum cum extraneis occupatum prædictum verſiculum recitare perciperent, illum, ne forſitan in verba nociua ſibi deflueret, curi aliter ab eorum colloquiis D expedirent. Itaque vulnus lateris quoadusque vixit in corpore, diligenter viro Dei celante ſolus hoc frater Helias caſu, vtcunque proſpicere meruit.

De infirmitatibus quas paſſus eſt ante mortem. D. Bona. c. 14. Vin. c. 121.

§. IX.

INTEREA beatus Franciſcus annis conuerſatione ſua octodecim tranſactis, nullam vel modicam carni ſuæ requiem dederat, & quamuis ei in multis languoribus effluxiſſent dies præteriti, duobus tamē annis, qui ad-E duc vitæ eius erant reſidui, grauioribus cœpit & magis continuis infirmitatibus perurgeri. Intantum autem ſe ſibi ſubiecerat, tantaque corpus harmonia ſpiritui concordarat, vt etiam carnis repugnantiam vix ſentiret in omnibus, quæ ſpiritus agenda dictabat. Intendere proximorū ſaluti corpus emortuum fecit, per ciuitates & caſtella circumiens.

Cœpit & aliis languoribus, oculorum infirmitas ſuperaddi. Tunc frater Helias, quem Laborat oculis. Bon. c. 5. F veluti loco patris elegerat, & adhuc viuens gregi ſuo præfecerat, compulit eum & rationib⁹ induxit, vt ſibi mederi permitteret timēs fore ne per incuriam lumen oculorum amitteret. Cui humiliter obtemperans tanquā patri, plura ſuis extunc oculis medicamēta patiebatur appo-

A.C. 1225. apponi,quamuis ingraueſcente malo nullius A eſſent remedij.Tandem Reate ciuitatem cura tionis occaſione perductus eſt,vbi & à Domino papa Honorio moram ibi tunc faciente honorificè & deuotè ſuſceptus eſt.Familiarius tamen ei præcæteris Dominus Hugolinus tūc Oſtienſis epiſcopus affuit,cuius ſecum vniuerſo ordine ſuo tutelæ commiſerat,eumdemque prophetico ſpiritu ductus Apoſtolico honori prouiſū fore prædixerat. Conteſtabatur idem poſtmodum ad apoſtolicam dignitatem prouectus ſe nunquam in tanta perturbatione fuiſſe,quin omne mentis nubilum in ſolo B viri Dei intuitu vel affatu diſcederet,ſubitaq; ſuauitatis ſerenitas & iucunditatis dulcedo rediret. Vnde & quoties eum videbat, ei tanquam Christi apoſtolo reuerentiam exhibebat,& vt ſui curam gereret inſtanter admonuit,Cui in hoc ſicut in aliis vir ſanctus obediuit.Factis igitur cocturis in capite,venis inciſis Collyriis & emplaſtris adhibitis, nil ad ſanitatem profecit,quin potius malum medicaminibus multiplicatis accreuit. Ipſe vero tot incommoda corporis in omni patientia, & gratiarum actione ſuſtinuit:deſpectiſque moleſtiis ad Deum intentionem direxit:Et quamuis eſſet ad exteriora corporis exercitia prorſus inutilis,ſemetipſum tamen adhuc ad triumphum noui certaminis incitauit dicebat enim.Incipiamus fratres Deo ſeruire, incipiamus inquam,& proficiamus:quoniam parum hucuſq; profecimus.Volebat de nouo leproſis contemptibiliter ſeruire,& ab hominum conuerſatione ad loca remota ſe transferre.Ab omni quoque ſe cura regiminis cupiebat eximere,eo quod multis de cauſis periculoſum aſſereret maximè in hoc tempore prælationis D locum tenere.Eſſe vero plurimis vtile magis regi quam regere.

Cumque moram faceret apus Senas,quaſi menſe ſexto ante obitū ſuū,toto corpore grauius quam ſolebat attritus, propinquare videbatur ad exitum.Feſtinanter itaque de longinquo frater Helias accurrit,eumque paululum reſpirantem ſecum ad cellam de Cortona perduxit.Vbi dum ſtetiſſet per modicum, acrius inualeſcente morbo,deduci ſe rogauit ad Aſſiſium. Quo poſtquam peruenit tam atrociter E per ſingula membra torqueri cœpit, vt interrogatus,an potius martyrium à carnifice ſuſtineret,quam triduanam huiuſmodi paſſionem,hanc ægritudinem & ſi pro voluntate diuina ſibi placitam, & acceptam, grauiorem tamen quouis martyrio reſponderet. Conuocatis itaque fratribus ad ſe,quos voluit, ſingulos prout ſibi dabatur,deſuper benedixit.Tandem mortis horam inſtare cognoſcens, duos ad ſe fratres vocauit, quibus de tranſitu eius vicino laudes alacriter domino decantare pręcepit.Ipſe vero prout potuit in hunc pſalmū F

Pſal. 141. prorupit. Voce mea ad Dominum clamaui,voce mea ad Dominum deprecatus ſum.

Io.13. Porro euangelium ſecundum Ioannem ab eo loco vbi incipit, Ante diē feſtum paſchæ ſibi legi popoſcit:deinde ſe cilicio ſuperponi,cinereque aſpergi præcepit.Et ſic filiis circumſtantibus & lugentibus,in Domino fœliciter obdormiuit.

Vnus autem ex illis ſpecialis eius diſcipulus,vir fama celeber cuius nomen ſubiicetur, A.C. 1225. eo quod tanto nollet præconio gloriari, dum viueret,vidit illam glorioſam animam carne ſolutam in ſtellæ grandis,& radientis effigie. Vidit,inquam.velut ſuper aquas multas candida ſubuectam nubecula in cœlū directā cōſcendere.Factus eſt itaque concurſus populorum ciuitatis Aſſiſij Deum immani iucundita Colitur 4.Octo. re laudantium,eo quod iamiu ſibi dignaretur commendare depoſitum. Erat autem primitus pro tanti patris ſubtractione planctus filiorum non modicus,qui non multo poſt in lætitiam eſt conuerſus.Videbant namque nouum illud,quod fecerat Dominus ſuper terram,membra eius morbida prius, & rigida, iam tractabiliter pro agentis ſe voluntate flecti nutu,& ſacrum videlicet corpus ſtigmatibus decoratum,carnem quoque duram prius & liuidam veluti puerili teneritudine iam reſumpta,mirando candore nitentem, & quaſi carnis glorificatæ ſpeciem,& decoris magnitudinem prætendentem.Glorioſum tunc erat in carne tam candida videre ſimilitudinem fixuræ clauorum,immo nigros, vt ferrum clauos ex ipſa carne formatos in medio pedum, & manuum dextrumque latus ſacro ſanguine rubricatum.Lachrymabantur itaque filij præ gaudio, & oſculabantur in patre ſignacula ſummi regis.Tunc perlatum eſt in ciuitatem corpus ſanctiſſimum,& in loco vbi literas ipſe primo puerulus didicerat,vbique primitus prædicauerat eſt ſepultum.

Alexandri 4.de Stigmatib. D. Franciſci decreta,vide compen.Priu.in voce Stigmata.

§. X.

ALEXANDER quartus electus papa Neapoli anno Domini.1254.anno.j.ſui pontificatus montem Aluerniæ propter impreſſionem ſacrorum ſtigmatum ibi factam in corpore ſancti Franciſci in ſpecialem protectionem aſſumens,& immediatè Romanæ eccleſiæ ipſum ſubiiciens, beatum Franciſcum multis laudibus extollendo, montem illum ſacrum à fratribus nunquam relinqui præcepto efficaci mandauit.

Eodem anno Agnagniæ exiſtens miſit vnum ſeruum Chriſti fidelibus literas deferentem iuxta ſeriem literarum Gregorij ix.de ſactis ſtigmatibus beati Franciſci in quibus innuit ſe illa propriis oculis vidiſſe.

Item alias literas miſit archiepiſcopo Genuenſi,præcipiendo, vt illis, qui de imagine ſancti Franciſci in eccleſia ſanctæ Mariæ de vineis,& monaſterio ſancti Xiſti malitioſè delebant ſtigmata, citaret perſonaliter corā ipſo pro meritis recepturos vltionem: inhibendo ſub interminatione anathematis, ne quis de cætero ſimilia attentaret.

Nicolaus etiam tertius papa circa annum Domini.1280.miſit literas vniuerſis Chriſti fidelibus de ſacris Franciſci ſtigmatibus certū teſtimonium continentes. Quod etiam teſtimonium in declaratione regulæ factæ per eum plenius continetur.

De

A.C. 1226.

De miraculis eiùs poſt mortem, præcipuè in reſuſcitatione mortuorum.

§. XI.

CVM quædam Domina beato Franciſco deuota viam vniuerſæ carnis fuiſſet ingreſſa & clerici, & presbyteri feretro exequias celebrantes adſtarent: ſubitò erexit ſe mulier ſuper lectum, & vnum de adſtantibus ſacerdotibus vocat dicens: Volo pater confiteri, ego enim mortua eram, & diro carceri mancipanda, quoniam peccatum quod tibi pãdam, nõdum confeſſa fueram, ſed oráte pro me ſancto Franciſco, ad corpus mihi redire indultum eſt vt illo reuelato peccato veniam merear, ſtatimque vt illud manifeſtauero, in pace vobis cernentibus requieſcam. Confeſſione igitur, & abſolutione facta, mox in dño obdormiuit.

Cum fratres de Nuceria plauſtrum à quodam viro mutuo poſtularent, ille indignatus reſpondit. Ego potius duos ex vobis cum ſancto Franciſco excoriarem, quam plauſtrum meum vobis commodarem. Sed in ſe reuerſus ſemetipſum redarguit, & blaſphemiæ eum pœnituit iram Dei formidantem. Mox filius eius infirmatur, & ad extrema deducitur. Qui filium defunctum videns, in terram volutabatur & flens, & ſanctum Franciſcum inuocans dicebat. Ego ſum, qui peccaui, me flagellate debuiſti, redde ſancte Dei iam deuotè precanti, quem abſtuliſti impiè blaſphemanti. Mox filius eius ſurrexerit, & planctum prohibens ait. Cum mortuus eſſem, ſanctus Franciſcus per quandam viam obſcuram & longuam ducens me, tandem in quodam viridario pulcherrimo me collocauit, ac deinde dixit mihi. Reuertere ad Patrem tuum, nolo te amplius tenere.

Quidam miles ſancti Franciſci operibus & miraculis detrahens, cum luderet ad taxillos, veſania & incredulitate plenus circunſtantibus ait. Si Franciſcus eſt ſanctus, veniant puncta octodecim in taxillis. Mox in eis ſenarius triplicatus apparuit, & vſque ad nouem vices quolibet ſuo iactu ter ſena accepit. Sed inſaniam addens inſaniæ ait. Si verum eſt, quòd Franciſcus iſte ſit ſanctus cadat hodie gladio corpus meum. Ludo igitur finito, vt eius oratio fieret in peccatum, cum nepoti ſuo inferret iniuriam ille gladium accipiens in viſcera eius transfixit, & patruum protinus interfecit.

Horrenda blaſphemantis mors.

Cum in quodam caſtro Apuliæ quædam puella parentibus vnica fuiſſet defuncta, & mater ſancto Franciſco deuota nimia triſtitia fuiſſet abſorpta, apparuit ei ſanctus Franciſcus & dixit. Noli flere: quia lucernç hoc lumen, quod deploras extinctum, mea eſt tibi interceſſione reddendum. Mater igitur aſſumpta fiducia nõ permiſit corpus extinctum inde auferri, ſed ſanctum Franciſcum inuocans mortuam filiam ſuſcitatam apprehendẽs, gratias egit Deo & beato Franciſco.

In vrbe Roma cum puer paruulus de feneſtra cuiuſdam palatij cecidiſſet, & penitus exA piraſſet beatus Franciſcus inuocatur: & protinus vitæ reſtituitur.

A.C. .1922

In Sinueſſa quoque ciuitate Campaniæ, alium iuuenem ex ruina domus oppreſſum, & mortuum vitç reſtituit & ſaluti.

Miracula dicitur ſtigmatibus eius In Appulia vir quidam nomine Rogerius ante imaginem ſancti Franciſci ſtans: cogitare cœpit dicens. Eſt ne verum hoc, vt tali claruerit miraculo, an pia fuerit illuſio, ſiue fratrum ſuorum ſimulata inuentio: Quod cum mente reuolueret, ſubitò audit ſignum quaſi ſpiculum proB ſiliens de balliſta, ſenſit quoque in ſiniſtra manu ſe grauiter vulneratum: ſed cum in chirotheca, qua manus tegebatur, nil læſionis appareret, chirothecam de manu extraxit, & graue vulnus quaſi ſagittæ in palma conſpexit, ex quo tanta vis procedebat ardoris, & doloris, & totus ex dolore deficere videretur. Cumque pœniteret, & ſe ſtigmata beati Franciſci credere veraciter teſtaretur, poſt duos dies dum ſanctum Dei per ſua ſtigmata inuocaſſet, fuit continuo liberatus.

In regno Caſtellæ cum quidam vir ſancto Franciſco deuotus ad completorium pergeret
C ab inſidiis ob mortem alterius ſibi paratis ex errore impetitur, & lætaliter vulneratus ſemiuiuus relinquitur, deinde gladium in guttur eius lictor infixit, & extrahere non valens receſſit. Fit vndique concurſus & clamor, & ab omnibus vt mortuus plangitur. Cum autem nocte media campana fratrum minorum ad matutinum pulſaretur, vxor clamare cœpit. Surge, mi Domine, & vade ad matutinas, quia campana te vocat. Statim ille manum eleuans videbatur innuere alicui, vt gladium extraheret, & ecce videntibus cunctis gladius, quaſi validiſſimi iactatus, manu pugillis, eminus
D proſiliit, ſtatimque ille ſanatus erexit ſe, & ait: Beatus Franciſcus venit ad me, & ſuis ſtigmatibus meis vulneribus appoſitis, eorum ſuauitate deliniuit: & ſuo contactu ſolidauit: qui cũ vellet diſcedere, ſibi innuebam, vt gladium à gutture extraheret: quia aliter loqui non poteram: quem ſtatim apprehendens, valide proiecit: & ſtigmatibus ſuis guttur vulneratum demulcens perfectè ſanauit.

De Diuo Antonio Vliſponenſi, quem vulgò de Padua dicunt, ex Vincent. lib. 30. cap. 130. & ex Franciſcano anonymo, quem edidit Sur. Tom. 3. & Chronicis Minorum, huius etiam meminit Diuus Bonau. in vita San. Franc. cap. 5. & ſup. cap. 2. § . 3.

E

CAP. III.

HIS verò temporibus beatus Antonius de ordine fratrum minorum
F floruit, hic in Hiſpania ciuitate Vlixbon. à oriundus, à pueritia ſanctus, in Baptiſmo Ferdinandus appellatus: primo quidem in ordine ſancti Auguſtini canonicorum regularium religionis habitum ſuſcepit, deinde audito, quod quidam fratrum minorum

A C. 1230. norum apud Matochium à profanis pro Chriſto necati eſſent(quorum etiam venerandas reliquias vir quidam famoſus nomine Petrus inde detulerat,eorumq́ue celebrem paſſionis ordinem diuulgauerat, ſubito more elephantis ad prælium ex aſpectu ſanguinis animatus, deſiderio martyrij totus æſtuauit.Itaque habitum ordinis taliter pro Chriſto defunctorum aſſumpſit,moxq́ue cum ipſis fratribus minoribus receſſit à monaſterio ſuo prælati ſui licentia & ſi difficulter obtenta. Quidam ex canonicis ſuper hoc grauius ſe dolere præ cæteris indicans,abeunti ſic in cordis amaritudine ait.Vade,vade,quia forſitan ſanctus eris. Cui ille humiliter reſpondit.Cum me ſanctum audieris, Deum collaudabis.

Veniens ergo cum illis fratribus in congregatione eorum morabatur cum eis in loco,qui ſanctus Antonius dicebatur, iuxta quod nomen Antonium ſe deinceps appellari rogauit, vt & ſic requirentium ipſum ſolicitudinem, pia cautela deluderet,eorũque importunitates ſub ignoto facilius nomine declinaret. Feruens igitur ad martyrium, quieſcere non potuit donec tandem iuxta promiſſam ſibi licentiam,ad terram Saracenorum tranſiuit. In his tamen deſiderium ſuum non impleuit,de quo Dominus aliud ab humano ſenſu decreuit.Celebrato autem generali capitulo apud Aſſiſium,fratribuſq́ue ad loca ſua circumquaque diuiſis, ſolus Antonius à nemine petebatur, quia ſicut erat ignotus,ita & inutilis videbatur.Nulla ergo de ſe in literaturæ vel cuiuſque alterius vtilitate habita mentione, ad fratrem Gratianum, qui tunc Romandiolæ fratribus præerat,deuotus acceſſit:rogans humiliter, vt ipſum à miniſtro generali petitum colligeret & diſciplinis regularibus inſtrueret. Quem ille benignè ſuſcepit, & locum ſolitudinis requirentem,ad eremum montis Pauli tranſmiſit.Ibi cellam in crypta, ſemotam à fratribus reperit,in qua ſolitariam,quantum licuit, vitam ducens,ſacris meditationibus contra tentationes ſpirituum roborans,in diuino ſe amore firmauit,ibiq́ue nocturnis vigiliis ſolus in orationibus perſtitit,& corpus mira abſtinentia macerauit.

De prædicationis gratia ei diuinitus collata.cap.132.Vinc.

§. I.

POst hoc fratres ad ordines miſſi ad ciuitatem Forumliuij confluxerunt, inter quos & Antonius,necnon quidam fratres de Prædicatoribus affuerunt.Quos cum miniſter loci ſollicitaret,vt aliquis eorum verbum Dei proponeret, cunctis ad hoc ſe imparatos eſſe aſſerentibus miniſter Antonium,de cuius ſciẽtia nil ei conſtabat, in hoc opus compellit, vt ſcilicet proponat quicquid ei ſpiritus ſuggerat.Ad quod ille humiliter ſe minus eſſe idoneũ reſpondit,quippe qui exercitatior habebatur in abluendis coquinæ vtenſilibus, & huiuſmodi officiis vilitatis, quam in exponendis diuinorum eloquiorum myſteriis, tamen tandem imperanti contraire non valens licet inuitus conſenſit. Et primo cum timore quidem verbum Domini ſimpliciter cœpit fari.Sed in progreſſu ſermonis tanta Deus eum myſticarum ſententiarum profunditate ſuſpẽdit,vt omnes,qui aderant, mirarentur, & vix aut nunquam audiſſe talia ſe faterentur.Vt autem ad aures generalis miniſtri res geſta peruenit,officium ei publicæ prædicationis iniunxit.Itaque doctrinæ poculis mirabiliter affluens, qui iam antea calicem paſſionis tam auido corde ſitierat nullius magnitudini, nec etiam metu mortis pro veritate cedebat. Tantaque grandes perſonas ſeueritate corripuit, vt alij plurimiq́ue famoſi prædicatores hæc audientes,& quodam puſillanimitatis rubore perfuſi:confuſas manu vel veſte frontes tegerent.Quam profunda vero de ſacris eloquiis eructaret etiã Dominus papa teſtabatur,à quo vir ſanctus arca teſtamenti peculiari nomine vocabatur.Non ſolum enim de moribus placido ſermone diſſeruit,verumetiam congruentiſſimis rationibus hæreticorum dogmata cõfutauit,quorum etiam plures ad fidem rectam & inter eos etiam quemdam hęreſiarcham conuertit.

Fratribus ad capitulum in Prouincia congregatis,idem ſanctus de titulo crucis,& dulcis Ieſu paſſione prædicauit cum beatus Franciſcus adhuc corporaliter viuens,ſe in alia regione tunc longe diſtans,ſe ſilus in aere præſentauit,& quaſi approbando viri Dei ſermonem, quid audientibus imitandum foret oſtenderet, cuiuſdam adſiſtentium oculis tanquam brachiis in patibulo crucis protẽſus apparuit, filiſq́ue,qui aderant benedicens, crucis eos ſignaculo conſignauit.

A Diuerſæ linguæ hominum generibus in eodem ſermone intelligitur.

§. II.

HIc glorioſus pater ſanctus Antonius de Padua dictus,non quia inde oriundus,ſed quia ibi prædicans in Domino ibi requieuit,vnus de electis ſociis & diſcipulis beati Franciſci(quem idem Franciſcus propter vitã & prædicationis famã ſuum epiſcopum nũcupauit)cum Romæ de mandato ſummi pontificis,peregrinis plurimis, qui venerant propter indulgentias,prædicaret,qui erant diuerſarũ nationũ,vnde & idiomatum,Græci,Latini,Francigenæ,Teutonici,Angli,& alij diuerſarum linguarum,ſpiritus ſanctus linguã eius ſic mouit,quod omnes qui audiebant,non ſine omniũ admiratione ipſũ clarè intelligerẽt, & vniuſquiſque audiebat linguã ſuam, in qua natus fuerat,& tunc tam ardua & melliflua eructauit eloquia,quod omnes in ſtuporẽ adduxit.

Inſigni miraculo hæreticus cõuertitur.

In partibus Toloſanis cum aduerſus quendam hæreticum perfidiſſimum de ſacramento Euchariſtię diſputaſſet,& ipſum quaſi conuictum iam ad fidem inclinaret, dixit hæreticus: Dimittamus verba, veniamus ad facta. Si tu Antoni miraculum potueris in conſpectu omnium oſtendere,quod in hoſtia ſacrata ſit corpus Chriſti: abiurata omni hæreſi iugo

A.C. 1230. iugo fidei colla ſubmittam. Cumque ſanctus A
hæc ſe facturum confidenter offerret, ſubiun-
xit hæreticus. Ecce quod poſco miraculum.
Ego animal brutum, mulum ſcilicet per tri-
duum clauſum tene[bo] famis inedia crucians,
omni cibo negato, poſt triduum educam
illum ante conſpectum circumſtantium, &
eſcas paratas ibi illi oſtendam. Tu vero
contra manebis cum hoſtia ſacra, quam Chri
ſti aſſeris corpus. Si animal illud ita fame cru
ciatum, relicto pabulo feſtinauerit ad Deum
illum, quem affirmas in euchariſtia eſſe ab om
ni creatura adorandum, fidei eccleſiæ, quam B
prædicas efficaciter adhærebo. Spondet An-
tonius ſe hoc facturum. Conuentione igitur
facta, die tertia. quæ præfixa fuerat, fit concur
ſus magnus in lata platea populorum ad in-
tuendum ſpectaculum. Adeſt hæreticus cum
complicibus ſuis, & adueniente Antonio cum
decenti fidelium ſocietate, ad rei huius euen-
tum ſuſpenſi permanent omnes. Celebrat miſ
ſam Antonius in quadam capella. Qua cele-
brata, mulus ab hæretico de ſtabulo educitur
rabidus fame, atque ante eum eſca paratur. An
tonius autem euchariſtiam afferens, ante mu- C
lum, aliquantulum diſtans, dixit in conſpectu
omnium imperato ſilentio. In virtute, & in
nomine creatoris tui, quem in manibus licet
indignus veraciter teneo, tibi dico animal, &
præcipio, vt confeſtim venias humiliter mo-
do tuo, & ei reuerentiam exhibeas, vt ex hoc
cognoſcat hæretica prauitas, quod omnis crea
tura ſuo ſubiicitur creatori, quem ſacerdota-
lis dignitas iugiter tractat in altari. Mitares &
à Deo facta, qui facit mirabilia magna ſolus.
Pſal. 135. His verbis completis (quamuis hæreticus ci-
bum ante mulum ſummè famelicum oſtende D
ret) ſubito relicto pabulo acceſſit verſus ſacra
mentum, & capite vſque ad poplites inclina-
to, ante ſacramentum viuificum genu flexit.
Glorificant Deum vniuerſi dicentes, quia vi-
dimus mirabilia hodie. Et hæreticus abiurata
Luc. 5. perfidia, catholicus verus efficitur.

Veneno ab hæreticis ſibi propinato non læditur. In partibus Italiæ cum quibuſdam hæreti-
cis diſputando (quia ſæpe confutabat eos) in-
uitatus ab eis ad prandium veſtigia ſecutus
Domini ſaluatoris, qui cum publicanis & pec
catoribus comedebat, vt infirmos mente cura E
ret medicus ſummus, acquieuit: at in prandio
Matt. 9. ipſo miſcent venenum in cibum eius.
Quod cum beato Antonio fuiſſet diuinitus re
uelatum, humanis verbis de malitia ſua redar
guit eos. Illi vero, vt filij diaboli mendacio ſe
excuſantes, dixerunt ſe ideo hoc egiſſe, vt expe
rirentur veritatem illius verbi Euangelici. Si
Marc. 16. mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Si
igitur comedendo cibum iſtum virulentum
tibi appoſitum, non tibi affert nocumentum,
certe euangelio credemus, quod tu prædicas,
vt veritati innixum. Si autem times ſumere
cibum, falſitatem omnino iudicabimus F
in euangelio contineri. At Antonius intre
pidus cibum ſumpſit, & ſuper eum ſigno edi-
to crucis, ait: Hoc faciam, non vt tentator Dei:
ſed vt ſalutis veſtræ, & noſtræ fidei conſtans &
indubius æmulator. Quod cum feciſſet, nullũ
ſenſit corporis detrimentum. Et ex hæreticis
multi ad fidem conuerſi ſunt.

Cum idem beatus Antonius eſſet cuſtos in A.C. 1230.
conuentu ordinis ſui Lemouicenſi, & in heb-
domada ſancta in cœna domini in eccleſia ſan
cti Petri Lemouicenſium congregatis popu- Lectionẽ à choro abſens in choro cãtat.
lis hora matutinali prædicaret, fratres ſui con
uentus media nocte matutinalis officij laudes
Domino decantantes erant. Erat autem Anto
nius cuſtos pro vna lectione ad cantandum
ordinatus in matutinali officio. Cumque in
officio iam proceſſum eſſet vſque ad lectio-
nem, quam ſanctus Antonius lecturus erat, ec
ce ſubito in medio chori apparuit, & lectionẽ
ſolemniter decantauit. Attoniti ſunt non im-
merito fratres, ſcientes ipſum in villa eſſe ad
prædicandum populo hora illa. Pro eo autem
tempore, quo in eccleſia conuentus ſui lectio
nem cantauit, tunc exiſtens in ambone ad præ
dicandum in alia eccleſia reticuit.

Simile de eo legitur contigiſſe in Monte-
peſſulano. Et cum homo ſimul in pluribus lo
cis [a] eadem hora eſſe non poſſit corporali-
ter, oportet intelligere illum, qui lectionem
cantauit, fuiſſe non Antonium, ſed Angelum.

a *Quæſtio eſt valde dubia inter Theologos, an vnum corpus circumſcriptiue in pluribus locis poſſit diuina virtute exiſtere. De qua quæſtione variæ ſunt Theologorum opiniones. Nam in primis D. Thomas, quem hoc loco D. Anton. ſequitur, quodlibeto 3. ar. 2. & in 4. d. 44. q. 2. ar. 2. apertè id negat. Sotus verò in 4. d. 10. q. 1. ar. 5. eam in vtramque partẽ ita tractat, vt vtrãque æquè probabilẽ concludere velle videatur. Sed Scotus in eodem & Marſ. & Biel in canonẽ lect. 46. affirmantem partem hoc maxime argumento tenent. Id omne virtute diuina fieri poſſe fatendum eſt, quod non implicat contradictionem, idem autem corpus eſſe circumſcriptiue in pluribus locis contradictionem non implicat, ergo poteſt eſſe in pluribus locis idem corpus virtute diuina. Præterea corp⁹ Chriſti eſſe in diuerſis locis ſacramentaliter concedere oportet ſecundum fidem Catholicam: ſed eſt æque, immo magis poſſibile corpus Chriſti eſſe in pluribus locis localiter: ergo. quod ſit æque poſſibile, patet, quia non magis repugnat ſibi, quod ſit totum in diuerſis locis & partes præciſe in partibus diuerſorum locorum, quam quod ſit totum in toto, & totum in omnibus partibus: ſed ſecundum de facto conceditur, ergo primum de poſſibili non eſt negandum. Hanc ſententiam probat doctiſſimus ſanctesius in 4. repetit. de Euchariſt. c. 7. eo quod in controuerſiis religionis probabilior haberi debet opinio, quæ ſenſum & naturam deprimit Deũque contra extollit, modo non aliás aliquid ex ſcripturis interueniat impedimentum. Collatio verò illarum opinionum ſatis indicat, vtra plus Deo, quã iudicio humano & naturæ tribuat, nec poſteriori vlla ſcriptura officit. Præterea liquet diuina omnipotentia poſſe fieri: quod non includit contradictionem: vel quod non excipitur à ſcriptura ſiue à ſpiritu ſancto per Eccleſiam. Sed nec ſcriptura tradit: nec Eccleſia definiuit eſſe extra diuinã omnipotentiam corpus vnum ad plures locos extendere: aut nunquã id factitatum iri à Deo: igitur tantũ repugnantia ſupereſt in natura: quæ quantacunque cogitetur, non tãta erit, vt omnipotentia effugiat, vel eius effectum impediat. Hæc ille, & multa alia.*

A.C. 1231.

Dæmones ei prædicanti inſultant. Vinc.cap.51.

§. III.

INVIDEBAT nimium inimicus humani generis prædicationibus eius propter fructũ carũ. Vnde cũ in Lomouicẽſi diœceſi prędicaret, & tantus eſſet hominum concurſus, quod eos capere non poſſet eccleſia, in platea pulpitum eminens parauerunt, quod eo præ- B dicante (diabolico opere) corruit, ſed neo operante neminem lęſit, quod & ipſe Antonius prædixerat.

Altera quoque vice ipſo prædicante cum turba copioſa verba melliflua ex ore eius attentius audiret, cœperunt diabolo operante, ad impediendum prædicationem mugire tonitrua, corruſcationes increbreſcere, pluuia non parua deſcendere. Et cum populus timẽs aquarum inundantiam moueri à locis cœpiſſet, exhortatus eſt eos ſanctus Dei, vt fixi manerent, nec pluuiam timerent, quia non eos lę C deret ſicque accidit. Nam qui ligat aquas in nubibus, ipſe ſuper eos pluuiam retinuit, vt ne vna gutta ſuper audientes deſcenderet, quáuis in circũitu tota terra regionis compluta eſſet.

Iob.26.

Item cum in quadam ſolennitate multo populo in eccleſia prædicaret, & ibi adeſſet quædam nobilis mulier ad audiendum cum cæteris, diabolus in ſpecie curſoris ad eam concitus venit, offerens literas continentes filium ſuum ab hoſtibus trucidatum, beatus autẽ Antonius prædicando licet nil audiſſet de literis D illis, cognouit tamen figmentum diaboli. Vnde confortauit dominam illam, quòd non turbaretur neque diſcederet, quia verum non erat, ſed diaboli opus, & ſic repertum eſt.

Dum in quoddam caſtrum beatus Antonius prædicationis gratia intraſſet, ad prædicationem audiendam, quædam mulier inter cæteras aduenit, quæ filium ſuum paruulum in cunabulis reliquerat. Sermone expleto, reuerſa domum inuenit infantulum ſuum mortuum iacere in cunabulis reſupinum. Quæ de filij ſui morte nimis dolens acceſſit ad ſanctũ E Dei, caſum lugubrem exponens, & pro reſuſcitatione eius cum lachrymis rogitans. Qui valde cõpaſſus dixit bis, & tertio mulieri. Vade in domum tuam, quia bene faciet tibi Dominus. Quæ credidit verbis ſancti, & domum remeans, inuenit filium, quem mortuum reliquerat, rediuiuum cum lapillis paruulis, quos nunquam habuerat colludentem.

In ciuitatem quemdam cum eſſet ingreſſus, vt euangelizaret, hoſpitatus eſt in domo cuiuſdam ciuis, qui affectus ad eum, aſſignauit F ei cameram ſeparatam, vt quietius ſtudio, & orationi vacare valeret. Noctu autem obſeruans cum ciuis ille ex deuotione curioſus per quemdam latẽtem feneſtrellam intuitus, quid Dei ſeruus operaretur, vidit in brachiis eius puerulum pulcherrimum, & iucundum, quem amplexabatur, & oſculabatur indeſinenter Antonius, faciem eius contemplando,

A Qui ſtupefactus de tanta pueri pulchritudine cogitabat quis, & qualis eſſet ille puer, aut vnde veniſſet. Cui ipſe puer Dominus Ieſus reuelare dignatus eſt, quis eſſet ipſe. Quod cum nouiſſet vir ſanctus, mandauit ciui, vt eo viuẽte hoc nulli reuelaret. A.C. 1231.

Cum quędam domina de Anicio ſeu de Podio ſuum conceptum B. Antonio commendaſſet, illa oratione facta futura Deo reuelante prædixit, dicens. Gaude, ô domina, & fiduciam in Deo habeto: quia naſcetur tibi filius, qui erit frater minor, & martyr ipſe ad martyrium plurimos animabit. Quod totum impletum eſt. Nam natus ille, & Philippus vocatus, ordinem minorum ingreſſus: in dies de virtute in virtutem proficiens, ex deuotione tranſmarinam peregrinationẽ aſſumpſit. Et cum caſtrũ Azoti, in quo tunc erat, proditoriè fuiſſet traditum Saracenſis: omnes chriſticolæ ibi manentes à barbaris capti ad mortem condemnati ſunt circa mille animas. Inter hos præfatus frater Philippus Deo diſponente ad alios roborandum in conſtantia confeſſionis fidei, vltimus fuit ad ſententiam excipiendam. Interrogati igitur fideles illi, an fidem ſuam abnegare vellent potius, quam vltimum pati ſupplicium, vnanimiter reſponderunt ſe viam tenere, & fidem quam Philippus prædicabat. Hortatus eſt autem eos frater Philippus dicens: Eſtote cariſſimi fortes in fide, quia Dominus mihi reuelauit, quod hac nocte per martyrium cum mille animabus regnum cœlorum introibo. Confortati igitur cum palma martyrij omnes ad cœlum euolarunt. Soldanus verò vltra fratrem Philippum, vt cauſam potiſſimam permanentiæ illorum in fide, crudeliſſime cruciauit. Nam primo iuncturas manuum fruſtatim euincidi mandauit. Et cum à confeſſione fidei non ceſſaret, fecit eum decoriari vſque ad vmbilicum, ſed per hoc non reticenti, fecit ei linguam abſcindi. Nec tamen lingua præciſa à prædicatione ceſſauit Deo mirabiliter operante, demum capite plexus martyrium conſummauit. Horum corpora per aliquot dies inſepulta incorrupta permanſerunt, ſicque Antonij prophetia eſt impleta.

Quidam abbas Vercellenſis in theologia doctor egregius, qui commentatus erat libros Dionyſij, de eo ſic ait. Frequenter amor penetrat, vbi cognitio phyſica foris ſtat. Legimus quoſdam ſanctos epiſcopos minus imbutos fuiſſe Phyſicis doctrinis, qui & myſticam theologiam captu mentis haurientes cœlos penetrabant, omnem phyſicam cognitione ſubtiliſſimè tranſcendentes, vſque ad beatiſſimam trinitatem. Quod ego in ſancto Antonio de ordine minorũ peculiari familiaritate expertus ſum. Qui cum eſſet minus imbutus literis ſæcularibus, tamen pietate, & mentis ardore ſuccenſus myſticam theologiam captum mentis excedẽtẽ feruenter deſiderauit, & abundanter hauſit, vt poſſit de eo dici. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Amore enim ardebat interius verbo, & exemplo lucebat exterius. Et ſub iſto abbate audiuit Antonius aliquo tempore theologiam, qui tamen Antonius legere non præſumpſit, etiam rogatus à fratribus

Ioan.5

F·ᵹ

A. C. 1231.

aliquo tempore theologiã, qui tamen Antonius legere non præſumpſit, etiam rogatus à fratribus, niſi prius beati Franciſci habita voluntate. Cui tale in ſcriptis fertur dediſſe reſpõſum. Cariſſimo meo fratri Antonio, frater Franciſcus ſalutem in Chriſto. Placet mihi, quod ſacram theologiam legas fratribus, dummodo propter huiuſmodi ſtudium ſanctæ orationis, & deuotionis ſpiritum non extinguatur ſicut in regula continetur. Vale.

Litera S. Franciſci ad D. Ant.

De fœlici eius tranſitu. c. 133. lib. 30. Vincen.

§. IIII.

VNo autem anno ante tranſitum ſuum beatus Antonius ab omni regimine fratrum abſoluitur, & generalis ei libertas prędicandi, quocunque vellet, conceditur. Pergens igitur Paduam piis etiam ſtudiis animum occupauit, totumque quadrageſimæ tempus in prædicationibus, & audiendis confeſſionibus expendit. Sed fœlicibus eius actibus obuiare volens diabolus, quadam nocte cum ſe poſt laborem ſopori dediſſet, eius tam valide guttur ſtrinxit, vt ipſum niſi diuino nutu prohibitus eſſet ſuffocaſſet, ſicut ipſe cuidam familiariter retulit, ſtatimque nomen glorioſę virginis inuocans, oculos ab hoſte liber aperuit, totamque vbi iacuit cellulam illuſtratam ſuperno lumine conſpexit, quod vtique ferre non valens lucis inimicus abſceſſit. Tanto autem deſiderio audiendi cum accenſa eſt vniuerſitas populi, vt cunctis ad eum confluentibus quotidianas ſtationes in eccleſiis oporteret indici. Ibique videres ad pacem mortales inimicitias reformari. Ibi longa captiuitate detentos libertati donati, rapinas & vſuras reſtitui, pignora reddi, & debita relaxari. Ibi quique conſilium pro criminum ſuorum qualitate requirentes omnino ſe ſtare viri Dei arbitrio promittebant, & ſe ad hoc ipſũ per viſionẽ admonitos plerique dicebant. Sic igitur licet ęgrotatione continua, & moleſta quadam naturali corpulentia premeretur à prædicãdo tamen, & audiendo confeſſiones, & dando conſilia, nullo laboris grauamine flectebatur.

Fructus concionũ eius.

Inſtante vero meſſis tempore videns populum in colligendis frugibus occupatum, & ob hoc à prædicatione ceſſandum à ciuitatis tumultu ſe tranſtulit ad ſolitarium locum & in agrum, qui campus ſancti Petri ꝓ ſpiritus recreatione diuertit, quem vir nobilis Tiſo, cuius domino ſuberat locus fratrum, deuotiſſime ſuſcepit, & humanè, ac grataner neceſſaria exhibuit, cui etiam in amęno loco, quem non à longè domo fratrum arboribus conſitum habuit, cellam propriis manibus ſuper nucem ramis à ſtipite decurtatam conſtruxit, quem ſpiritualibus congruam ſtudiis ſuo gratanter Antonius ſtudio mancipauit. Quadam vero die cum hora refectionis deſcendiſſet ad fratres, vehementi ſubito infirmitate torqueri cœpit, & ne fratres loci pauperes grauarentur,

Seceſſit in agrum.

B. Antonij Paduani exitus.

A Paduam ſe reduci rogauit. Creſcente autem morbo omnino deficere cœpit. Facta confeſſione & abſolutione accepta hymnum, O glorioſa Domina, dicere cœpit, deinde ſurſum, aliquamdiu in directum ſuſpexit. Et cum interrogaretur, quid cerneret, reſpondit. Video dominum meum. Afferentibus autem ex more fratribus oleum vnctionis, dixit eis, Habeo hanc vnctionem intra me. Vnctionem igitur deuote ſuſcipiens pſalmos pœnitentiales cum fratribus decantauit, & poſt paululum expirauit, feria tertia. xiii. die Iunij. anno Domini. 1231.

A. C. 1231.

B

De ipſius exequiis. cap. 134.

§. V.

NEc ſtatim ipſius tranſitum fratres propalare volebant, eo quod populi multitudinem ſuper ſe ruituram timebant, ſed ꝙ omnino celandum non fuit, mirabili cunctis hoc ordine innotuit. Adhuc enim omnes propter illos, qui affuerant, id quod acciderat, C ignorabant, cum protinus cateruatim pueri per ciuitatem gradientes clamabant. Mortuus eſt pater ſanctus, mortuus eſt ſanctus Antonius. Feſtinato igitur greſſu ne quis raperet corpus cum armatorum multitudine de capite pontis accurrunt. Venientes & fratres ad ſanctæ Mariæ eccleſiam commorantes, vbi ſe ſepulturam vir ſanctus elegerat: corpus ſibi dari poſcunt. Quibus pręfati ciues ex aduerſo ſtãtes fratres ne vel tangant permittunt, ſed armata fortium, manu ſtudioſè cuſtodiunt. Dolum quoque ſuſpicantes ipſi ciues corpus rapere voluerunt. Et vix tandem ad hoc inducti ſunt, vt miniſtri, à quo fratrum cauſa pende- D bat, præſtolarentur aduentum. Media autem nocte clamor impatientis populi factus eſt magnus, modis omnibus videre deſiderantis ſancti corpus.

Pueri per vrbẽ eius interitum prædicãt.

Accidit autem dictu mirabile, vt impetu facto cellas fratrum per tres quidem vices confringerent, ſed ſtupefacti ac cœcitate percuſſi nec ſaltem foribus patefactis ſemel introire valerent. Pendente igitur propter abſentiam miniſtri negotio, fratres ob æſtiuum calorem corpus in capſa lignea incluſerunt, & in fo- E ueam miſſum humo leuiter obduxerunt. Moxque rumor ſonat in populo, corpus videlicet eſſe captum & raptum. Statimque in cellam furibundi omnes cum gladiis, & fuſtibus irruentes, nequaquam à cœpto furore quieſcũt donec factum, cauſamque facti curioſius perſcrutantes intelligunt. Quibus ita geſtis, tandem epiſcopus cũ clero, Poteſtas cũ magnatibus, atque militibus cum nimia populi multitudine ordinatis ad locum proceſſionaliter pergunt, corpus à fouea ſubuehunt, humeroſque ad portam dum optimates quique ſubii- F ciunt. Sic demum cum hymnis & laudibus ad ſanctæ Dei genitricis eccleſiam veniunt, vbi ipſum expletis ab epiſcopo miſſarum ſolenniis, honorificè ſub die tranſitus ſui quinto ſepeliunt.

Patauini quantum corpus ſãcti habere deſiderãt.

A.C. 1235.

De canonizatione & ipſius miraculis. cap. 135.

§. VI.

TEMPESTATE autem ſedata, ipſa die miracula coruſcare cœperunt, ita vt quacunque infirmitate detenti, tumbam eius contingerent, optatam continuo ſanitatem reciperent. Qui vero accedere, vel adduci prę turba non poterăt, ſani coram omnibus etiă præ foribus in platea fiebant. Clamat ad hoc concorditer vna vox omnium, vt ſancti canonizatio vigilanti ſtudio procuretur. Lectis in publicum, & approbatis miraculis papa manus in cœlum protendit, & confeſſorem Antonium ſanctorum catalogo adſcripſit, feſtumque eius die obitus ſui, id eſt primo Idus Iunij ſolemniter celebrandum inſtituit. Acta verò ſunt hæc anno Domini 1232. Pontificatus autem Gregorij noni anno ſexto. ab obitu ſancti menſe. xj. Poſtremo miracula ſolemniter ſunt (vt dictum eſt) approbata, in quibus vtique decem viri & nouem diuerſimodè contracti reperiuntur erecti. Paralytici quinque conſolidati totidem à gibborum deformitate curati. Cœci ſex illuminati, trium ſurdorű aures apertę. Et eiuſdem numeri mutorum linguæ ſolutæ. Duo à morbo caduco, totidem à febribus liberati, ſed & duo mirificè mortui reſuſcitati.

Miracula S. Anton.

Quædam verò mulier cadens in aquam ſanctum Antonium inuocauit, cunctiſque eam extrahentibus vndique madefactis, ipſa ſola prorſus in veſtimentis, & corpore ſicca remanſit.

Soror quædam ordinis Dominarum pauperum, igné purgatorium grauiſſimè metuens per beatum Antonium obtinuerat penitus in hac vita purgari, qui & duriſſimis paſſionibus cruciata turſus cæterarum interuentu per eundem meruit liberari.

Hæretic⁹ ad fidē cō uertitur.

Miles quidam à primæua ætate hæreticus, ad menſam ſedens, de miraculis ſancti viri narrantes audiuit, qui ſubſannans ſcyphum vitreum, quem manu tenebat, in terram ab alto proiecit: dicens. Si vitrum hoc Antonius conſeruauerit integrum, hunc vtique credo ſanctum. Quo licet ad petram colliſo, tamen mirabiliter conſeruato mox erroribus abdicatis fide perfecta credere cœpit Chriſto.

Clericus quidam miraculorum inquiſitionem deridens grauiſſima paſſione percutitur. Qui tandem ad beatum Antonium voto facto ſanatus, ſanctitatis illius profeſſor ipſa in ſe experientia edoctus efficitur.

Anno Dominicæ incarnationis 1263. cum glorioſus Dominus liberaſſet ciuitatem Paduanam de manu cuiuſdam perfidi principis Cyrellini nomine qui tyrannicè capiens, & regens eam depopulauerat, meritis huius ſancti Antonij in feſto eiuſdem ſancti in octaua, Patauini ciues beneficij non immemores eccleſiam pręgrandem ad eius honorem conſtruentes, corpus ſancti transferre ſtatuerunt ad locum eminentiorem. Quod eis in octaua dominicæ reſurrectionis agentibus, educto de tumulo corpore ſacro, cű magna reuerentia, inuenta eſt lingua eius in ore adeo recens, rubicunda, & pulchra: quæ tamen per multos annos cum corpore ſub terra iacuerat, acſi tunc deceſſiſſet, quam venerabilis vir Bonauentura generalis tunc miniſter ordinis, & poſtea cardinalis effectus, qui præſens tranſlationi erat, in manibus tenens irrigatus profluuio lachrymarum deuotiſſimè his verbis affatus eſt. O lingua benedicta, quæ ſemper Deum benedixiſti, & alios benedicere feciſti, nunc apparet quanti meriti fuiſti.

A.C. 1249.

D. Ludouici ordinis Minorű vita, à Ioanne 22. in bulla canonizationis eius excerpta, quæ extat integra apud Sur. tom. 4 De eo etiam habet Sur. ex cod. M S nonnulla ſupra etiam tit. 22. c. 4. de eo dicta ſunt.

CAP. IIII.

IOANNES xxij. in canonizationis epiſtola ſic ait, de ipſo ſancto Ludouico Sol oriens mundo in altiſſimis, Dei filius, ex paterno vtero ante luciferum genitus Deus verbum, qui facit mirabilia magna ſolus: dilectum ſuum confeſſorem eximium, beatum ſcilicet Ludouicum, puritate candidum, caritate feruida rubicundum, electum ex millibus, produxit nouiter, vt exemplar præfulgidum à cunctis fidelibus imitandum, eius vitæ ſingularis excellentiam ſignis probans, & prodigiis corruſcantibus celebrem manifeſtás.

Eccle. 19. Pſal. 109. Pſal. 131. Cant. 5.

Hic felix ſanctus ex regali proſapia, patre videlicet claræ memoriæ Carolo ſecundo rege Siciliæ, matre vero Maria regina Siciliæ, ac Vngariæ, ſuam trahens originem, altum ſui generis recuſauit ſapere, humilia ſemper diligens & amplectens. In ætate tenella exiſtens ſub magiſtri religioſa diligentia cum ſuis fratribus, quos plures habebat, tenebatur, & maturis moribus ſub tenello pectore animum ſenilem ſe geſtare oſtendebat. Ductus autem in Cathaloniam cum duobus è fratribus ſuis, datus obſes pro liberatione regis Caroli patris eius illic captiuati, tam feruenter dedicauit ſe ſtudio, quod intra ſeptennium, quo ibi obſes fuit, ſub inſtructióe fratrum Minorum, quos ſecum habebat in ſocios, in primitiuis ſcientiis ac ſacra pagina ſic profecit, quod vir Dei pollens ingenio de prædictis ſcientiis nő ſolum publicè: ac priuatim ſubtiliter diſputare valeret, ſed etiam ſolenniter clero & populo proponere verbum Dei deuotè, & ſapienter idoneus eſſet. In orationibus ſedulus, & feruidus, ad Deum eleuatam tenuit mentem. Miſſas frequenter audiebat, in magnis ſolennitatib⁹, cum multa præparatione dominicum corpus aſſumens.

Obſes mittitur in Cataloniă

Multŭ proficit in ſtudijs.

Factus autem ſacerdos quaſi diebus ſingulis celebrabat, ſtudio ſacrarű literarű auidè intentus. Caſtitatis autĕ amor etiă à puero adeo mentem eius affecerat, vt mulierum conſortia ita vitaret quod excepta matre, & ſororib⁹ ſolus cum ſola nunquam loqueretur, horrens

turpia

A.C. 1290. loquentes grauiter increpans. Corpus ſuum A
1.Cor.9. cum Apoſtolo ſobrietate cibi & potius caſti-
Corpus dirè affligit. gabat aſſiduè ſeque frequenter manu ſua, quandoque alicuius fratris conſocij catenis ferreis diſciplinans, & pro indumento byſſino,
Stamen vocat genus panni lanei, quod Buratam nos vocamus. tenui rudique ſtamine carnem delicatam affligens. Rediens autem de Catalonia votum, quod de intrando ordinem minorum in obſidione, id eſt tunc cum erat obſes fecerat: in conuentu fratrum, de monte Peſſulano dicti ordinis adimplere voluit, ſed cernens quòd timore patris fratres eum recipere nollent, votum ipſum ſolenniter iterauit. B

Fit monachus Franciſcanus. Cum autem vacante eccleſia Toloſana papa Bonifacius octauus ei ſuaderet, vt prouiſioni de ſe factæ de dicta eccleſia aſſenſum præberet, reſpondit ſe hoc nunquam facturum, niſi prius votum de ſuſcipiendo habitu minorum adimpleſſet, quod & fecit. Nam habitum ordinis humiliter ſuſcepit, & profeſſionem expreſſam tunc in manibus miniſtri generalis fecit. Quo facto prædictæ prouiſioni ſuum præbendo aſſenſu, mandatis apoſtolicis obediuit, & iuri primogenituræ ratione cuius in regno Siciliæ habebat ſuccedere, renunciauit. C

Fit epiſcopus Tolo. Factus ergo epiſcopus Toloſanus, mira compaſſione motus ad pauperes, publicas & priuatas eleemoſynas faciebat. Et inueſtigato de ſuorum quantitate redituum, quantum ſibique ſufficeret pro moderatis expenſis, & rationabilibus faciendis reſiduum pauperibus erogabat. Cùm autem iret per Pariſios, pauperi quem quaſi nudum inuenit, abſconditè capam contulit, quam portabat, ſibique ſecretè aliam apportari mandauit. Ipſe vigintiquin-
Benignitas eius in pauperes. que pauperibus, quos in domo ſua reficiebat, D quotidie aquam fundebat in manibus, manuque ſua ipſis fercula apponebat. Panes genuflexus eis ſcindebat, in ipſis Chriſto ſeruire & ipſum recipere ſe delectans quam plurimum Hoſpitalia pauperum aliquando viſitabat. Humili habitu poſt religionis ingreſſum ſemper vſus, pontificatus officium exercebat cum diligentia, miſſas dicendo aſſiduè, deuotiſſime ordines celebrando. Clericis de beneficiis
Eius obitus. Colitur die 19. Auguſti prouidebat, examinatis prius de vita & moribus diligenter. Iudæos & gentiles feruenti zelo fidei ad baptiſmum inducebat. E

Demum in infirmitate vltima conſtitutus, ſuſcepto deuotiſſimè ſacratiſſimo domini corpore, tandem glorioſam reſolutus in mortem ad cœlum fæliciter [a] euolauit, conſummatuſque in breui expleuit tempora multa. Hunc
Sap.4. Pſal.4. Miracula eius obitū cōſecuta. multis magniſque miraculis ſanctum ſuum Dominus mirificauit poſt tranſitum ſuum. Quidam puer ſeptem annorum, cum in lecto cum ſuis parentibus repertus fuiſſet mortuus rigidus & frigidus, & ſic aliquo tempore permanſiſſet, facto per eos voto ad ſanctum, ipſius meritis fuit diuinitus ſuſcitatus. Quæ- F

a *Obiit ſanctus hic antiſtes in prouincia, in eo loco qui Brimonia dicitur annos natus triginta tres, ardentiſsimi febrium correptus. A.C.1297. ex eo. M.S. quem Sur. edidit.*

A dam iteriam mulier, quæ ex infirmitate vehementi extremum clauſerat diem per ſuos voto emiſſo ad ſanctum, & implorato ſuffragio, eſt vitæ protinus reſtituta. Hæc ex ipſa epiſtola. A.C. 1290.

Blaſphemos diuini nominis dirè increpat.

§. I.

HIc ſanctus vir blaſphemiam diuini nominis ita horrebat audire, vt etiam dum adhuc obſes teneretur in Aragonia, pro patre Carolo. ij. non tantum dicentes grauiter argueret, ſed etiam eos qui de ſua familia erant, cum primogenitus patris exiſteret, comedere ad terram panem, & aquam irreuocabili pœnitentia obligaret. Nec in hoc deferebat alicui niſi fratribus ſuis, quos comedere in aliqua menſa ſine tobalea tamen concedebat.

Corde autem, & corpore puriſſimus de ſua iuſtitia & continentia non confidebat, ſed cautus ad cuſtodiam caſtitatis ita erat vt friuola mulierum colloquia etiam de ſua parentela refugeret. Vnde refert frater Aluarus magnus doctor eiuſdem ordinis in lib. de planctu eccleſiæ, quod cum ipſe ſanctus Ludouicus de longinquo Neapolim veniens, reginæ matri ſuæ, quæ ibi moram trahebat, reuerentiam exhiberet, illa viſo eo gaudio magno gauiſa, amplexata eſt eum, & more Gallico ipſum voluit oſculari, ſed pudicus iuuenis faciem ſuam ne eum oſcularetur, auertit. Ad quem mater, Nunquid ego non ſum, fili cariſſime, mater tua, qui te licitè poſſum oſculari? At ille virgo, Scio (ait) Domina mea regina, quod mater mea eſtis & mulier, quam ſeruo Dei non expedit oſculari. Cuſtodia caſtitatis. S. Ludouicus matrē ſuam non vult oſculari.

Tanta gratia interius repletus erat, & quaſi exterius redundans in corpore, vt aſpicientes in eum, & fideles, & infideles quadam ſecreta virtute corda emolliendo mutaret. Et qm̄ primo factus epiſcopus Toloſanus ciuitatem intrauit, occurentibus omnibus ad recipiendum paſtorem tam nobilem, & perfectum videntes multi adoleſcentem regio ſemine clarum, ſpiritu deuotum, vultu angelicum: ſcientia præditum. gratia Spiritusſancti plenum eſſe, non dubitantes, quadam vi ſecreta ſpirituali alterabantur in melius, & ad peccatorum pœnitentiam, & ad Dei ſeruitium attrahebantur.

De miraculis poſt mortem eius. Nonnulla ex his habet Ioannes 22. in bulla.

§. II.

QVIDAM nobilis de prouincia Prouinciæ iuxta Maſſiliā cū non poſſet habere prolem ab vxore, voto facto ad ſanctum Ludouicum, inde poſt modicum tempus inuenta eſt mulier in vtero habens ex viro ſuo prolem, quæ poſt nouem menſes peperit vnum fru- Mulier fœtū imperpetrans deus D. Ludouici orationibus perfectum illū obtinet.

A.C. 12 ſtum carnis, nullam habens hominis ſpeciem, vel figuram ex qua re omnes mulieres præſentes cernentes, triſtes fuerunt, & ſtupefactæ. Quod cum illi nobili oſtendiſſent, Inuoluatis (inquit) illud in panno pulchro & ſepeliatis, dicentes vxori meę, quod pulchrum filium peperit, ne rem intelligens prę triſtitia moriatur. Quod cum factum fuiſſet, poſt diem naturalem domina illa omnino voluit videre partum ſuum. Tunc mulieres ad ſatisfaciendum ſibi, de voluntate viri ſui illud, quod pepererat exhumantes protinus oſtenderunt. Ipſa vero illud fruſtum carnis in manibus B ſuis tenens, clamauit voce magna cum lachrymis & eiulatu, inuocans ſanctum Ludouicum epiſcopum. Et idem vir eius cum tredecim præſentibus matronis. Eia (inquiũt) ſancte Dei vos nunquam feciſtis miracula incompleta. Cum igitur omnes cum magna confidentia ſic clamarent, ecce illud carnis fruſtum in manibus Dominæ verſum eſt in puerum pulcherrimum, viuum & animatum. Qui & vagire cœpit, & portauerunt eum matronæ ad ſanctum Ludouicum, narrantibus omnibus mirabilia Dei in puero facta per merita C ſancti ſui.

Puer fruſtaum natus redintegratur & viuit.

Altera mulier ſe ſancto commendans pro prole habenda, prolem concepit, & poſt nouem menſes ea patiente mortuum, mortuus fruſtatim educitur ex vtero per manus obſtetricis. Mater verò videns fruſta illa, plurimis adſtantibus cum multis lachrymis beatum Ludouicum cœpit deuotiſſimè inuocare. Mira res, & à Deo facta: ſubitò partes illæ ſeu fruſta coniuncta ſunt, & infans formatus viuus, & animatus quem illico ad ſancti ſepulchrum detulerunt, gratias agentes Deo, & ſancto ſuo.

D Quidam nobilis in Maſſilia, ex voto emiſſo in honorem ſancti Ludouici cum vxore, obtinuerunt à Domino prolem optatam, & quia quod vouerant non reddebant, oſtendit Dominus, quia diſplicet & non ſolùm ſtulta, ſed etiam infidelis promiſſio cum non ſoluitur, quod Deo promittitur. Nam cum eſſet puer iam ſeptennis cœpit grauiſſimè infirmari. Tunc parentes pueri clamauerunt precibus ad ſanctum implorantes auxilium, ſe ingratos, & infideliſſimos accuſantes, & quam primum quod promiſerant Domino reddituros iterum E vouentes ac etiam alia plura ſe facturos in honorem ſancti, ſi vitam filio conſeruaret. Sed beatus Ludouicus vota eorum contempſit, vt eorum ingratitudinem vtcunque puniret, & potentiam ſuam maiori miraculo monſtraret. Quid plura? ſoluit puer debitum vniuerſę carnis, & parentes eius prę triſtitia quaſi in furiam verſi cum lachrymis, & eiulatu pro reſuſcitatione filij inuocare non ceſſant continuè. Et cum ſui ad ſepulchrum funus ferre diſponerent, parentes ipſi nullo modo acquieſcunt, confidentes meritis ſancti gra- F tiam obtinere optatam. Sed quia diu expectantibus ex compaſſione parentum non inerat puero vox, neque ſenſus aliquis vel motus tędio victi ad Eccleſiam ſepeliendum fuerunt. Sequuntur eos parentes cum clamoribus multis ſanctum inuocando. Peracto officio cum iam in ſepulchrum vellent inferre, ſanus & in-

A colum is puer ſurrexit parentes arguens de negligentia voti non impleti. Quo facto puer ad ſepulchrum ſancti deportatur a parentibus integrum vota ſua ſoluentibus & gratias pro tanto munere agentibus. A.C. 1231

Nobilis captiuus morti adiudicatur ab eo liberatur.

Cùm bellum eſſet inter nobiles, & burgenſes in Apulia, in diuerſis partibus, vna parte contra aliá præualente plures ex aduerſariis fuere captiuati. Sed inter illos vnus nobilis, qui propter damna multa illata ab eo, victoribus erat multum odioſus, vt non redemptionem illius ſicut cæterorum, ſed mortem decer- B nerent ei inferendam. Intelligens autem nobilis ille ſe ad ſuſpendium iudicatum, cùm lachrymis, & intenſo cordis affectu ſancto Ludouico ſe commendauit, votum emittens de quibuſdam implendis ad honorem ſancti, ſi mortem euaderet. Nempe ad ſuſpendium ductus cum eleuatur in patibulo, & fune in collo immiſſo in aerë ſuſpenditur, frangitur funis, & ille ad terram cadit illæſus. Adduntur aliud vinculum fortius quo conſtrictus ſuffocetur, & illud quoque ſimiliter rumpitur. Apponitur & tertium, quod eodem modo confrin- C gitur. Stupentibus cunctis ait nobilis ille ſuſpendio adiudicatus. In vanum laboratis, quia ſanctus Ludouicus, cui me deuoui, me defendit. Quod videntes aduerſarij deſtiterunt à pœna illi inferenda & liberum abire permiſerunt, qui impleuit vota ſua ex integro, viſitans eccleſiæ illius limina, & narrans omnibus caſum ad gloriam Dei, & ſui ſancti. Caſũ.i. eſt geſtam.

Vita D. Bernardini, quam Sur. ex Anonymo quodam ſcriptore & codice M. S. e- D didit tom. 3. de eo etiam Pius. 2. lib. 2. Coſ. c. 58. & 64. & Nicol. in bulla canonizationis: & ſup. tit. 22. à Tit. 2. §. 2.

CAP. V.

APPARVIT gratia Dei ſaluatoris noſtri diebus iſtis nouiſſimis in ſer- E uo ſuo Bernardino, qui cooperante clemẽtia patris miſericordiarũ, & luminũ vt nouum ſydus in opaco ſæculo cœleſtium chariſmatum illuſtratione præfulgens mirabiliter claruit, & in denſiſſimas humanæ inſipientiæ tenebras celebris vitæ ac doctrinę micantes radios propagauit: vt cœcutientem populum, qui à cæleſtis patriæ recto tramite declinabat prę quia vitæ ſanctitate in Dei timore dirigeret, & verbo doceret pariter, & exemplo.

Hic quáquá in ciuitate a Maſſæ prouinciæ F

a *Non vera eſt eorum aſſertio, qui patriam illi Maſſam fuiſſe tradunt, quamuis puer ibi nonnulla rudimenta peregerit. Cæterum pater & maiores ſui longa ſerie inter nobiles Seneſes habiti ſunt. Pius 2. in Eur. c. 64.*

Tuſciæ

A.C. 1383 Tuſciæ ortus ſit, vrbis tamen Senarum ciuis præclarus extitit, & inſignis. Vnde ex paterno ſanguine generoſam procerum propaginem duxerat. Qualis porrò futurus eſſet in poſterū ab ipſa puerili cœpit ætate bona virtutum indole in cunctis oſtendere, & ad capeſſendā ſciētiam, atque doctrinam ſeipſum ſummopere coaptare.

Huius pater Tullus nomine, mater verò Nera vocata eſt, ambo orthodoxi, fideleſque Chriſticolæ ſancto coniugio copulati, hunc primū hæredem filium genuerunt. Verum non multò pòſt ambo vitam finiere mortalem. Mater B eius primo ex vehementi partus eius dolore diem clauſit extremum. Pater verò filio Bernardino exiſtente ſeptenni, viam vniuerſæ carnis, & ipſe ingreſſus eſt. Remanſit itaque puer vtroque parente orbatus, ſed ita vt dicere poſſet cum Pſal. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autem aſſumpſit me. (Pſal. 26.) Quædam enim venerabilis mulier, Diana nomine, ſoror matris eius, præcipuam ſedulamque de eo curam gerens, tenerrimo cum amore diligebat, vt filium. Hæc magis cupiens eum virtutibus diuitem fieri, quàm mū- C danis opibus locupletem, magiſtro ſubdidit literis imbuendum, ac dignis moribus educandum, qui tam ingenij perſpicacitate, quàm morum ingenua probitate, omnes coæuos ſuos eminentius excedebat. (Diſciplinis liberalib. imbuēdus magiſtro traditur.)

Moxque in tenera exiſtens ætate, zelator Dei, ac ſedulus virginis glorioſæ deuotus efficitur. (Pietas adhuc pueri prænūs.) Necnon ſupra quam illa capit, vel ſolita eſt operari ætas, frequentius Eccleſiæ terens limina, ſacra pectori condebat mandata, eaque memoriæ viuaci commendabat, cum reuertebatur è ſcola lingua diſerta, audacique D fronte, capitis motione, cæterorumque membrorum cū mira aptitudine ſic ſcholaribus audita enarrabat, vt quaſi ſuiipſius vates effectus audientibus diceret, ego nempe excellens, & eximius prædicator exiſtam. Pius quoque & liberalis ad pauperes, vt poterat eleemoſynis eorum ſupplebat inopiam: ita vt petentibus ante oſtium domus ſine mora ſurgeret, hilarique vultu eleemoſynam erogaret. (In egenos liberalitas.) Ieſu Chriſti inſuper memorans paſſionem, cunctis in domo quieſcentibus, aliquando ſurgebat, & nudus flexis genibus ante imaginem Crucifixi, & E virginis glorioſæ humiliter prouolutus, ſe deuotius diſciplinabat, carnales cupiens compeſcere motus.

Vas quoque ſuum nitebatur cum pudicitia & ſanctificationis honore ſolerti cuſtodia poſſidere. Ieiuniis enim corpus ſuum caſtigans, in ſeruitutem ſpiritus redigebat. Poſt inſontem pueritiam cælibem vitam in adoleſcentia ducens, ita ſedulus & deuotus extitit virginis glorioſæ, vt philocaptam, dilectamque ſuam publicè fateretur. Vnde & nutrici ſuæ plerumque dicebat. Ego in hac vrbe quamdam iuuenculam prædilectam amo, ineffabili ſpecioſitate fulgentem, quæ præ cæteris elegantior, vultu venuſtior, corpore pretioſior, omnium virtutum, morumque grauitate, probatiſſima conſtis præpollet: qui niſi eius gratioſum aſpe-

A ctum quotidie videam, mihi proculdubio videretur, tanquam eſſem omni ſolamine deſtitutus, diræ morti ſuccumbere, triſtemque animam penitus exhalare, mentem ſuam referens ad eam, quam totam pulchram canit eccleſia (Cant. 4.) & vt ſolem electam. Nutrix mulier ſpiritualis ſuſpicata, ne forte alicuius puellæ vulneratus foret amore carnali, increpans eum inquit. Quid eſt hoc fili mi, quòd te impudicè loquentem audio? Vbi eſt tua dilecta tam ſpecioſiſſima? An ignoras, quòd mulier formoſa declinem animum facit ad vitia? (Deteſtatio amoris vani.) Eius aſpectus ignis exardeſcens, effectus robur ingenij proſternit, intellectum allidit. Deſere fili hanc vanitatem & de corde tuo omnem cogitatum eius propulſa. Hanc dilectam ſuam ſæpius eo commemorante, nec illa verbum intelligente quadam die nutrix ipſa audè ſcire cupiens, quæ eſſet tam ſpecioſa eius dilecta, domo egreditur, pergenſque verſus portam ciuitatis Senenſis, quæ Camollia dicitur, qua Florentiam iter aſſumitur, intrat quamdam eccleſiam, quæ ſancta Maria nouella nuncupatur, vt curioſè aſpiciat quid Bernardinus agat, à quo aliquando audierat circa illas partes eſſe illam pulcherrimam ab eo adamatam, & ad illam intuendam ſe tunc acceſſurum. Clam illa conſiderat, quo pergat, quid agat Bernardinus. Et ecce adoleſcens non videns eam, ſed viſus ab ea ad portā illam accedit, ſuper quam picta eſt pulcherrima imago virginis glorioſæ, qui nudato capite flexis genibus nudis, dilectam ſuam deuotiſſimè, & humilimè ſalutabat. Tunc intellexit mulier parabolam eius, & ingenti gaudio repleta, cum admiratione ait. Nempe adoleſcentulus iſte magnus, & valdè Deo acceptus, erit Dei famulus, qui in tam tenella ætate virgini ſe dedicauit.

Vir iſte adhuc in ſeculo conſtitutus, tanta erat tam mentis, quàm corporis venuſtate morum decoratus, & pudicitia, vt non ſolum impudicos actus, & inhoneſtos penitus abhorreret, ſed etiam loqui de eis, aut audire vereretur. Necnon & loquentes talia, cum contigiſſet audire, vehementer increpabat, aut ab eis citius diſcedebat. Quadam autem die cum in vrbe Senarum celebraretur feſtum in die ſancti Honufrij, in eccleſia eius nomine dedicata, vbi extat hoſpitale conſtructum peregrinorum & pauperum infirmorum, populo multo ante fores eccleſiæ congregato, Bernardinus adoleſcens, ſpiritu feruoris ebrius, à diuina edoctus ſapientia, quæ infantium linguas facit diſertas, in quoddam pulpitum ibi paratum, aſcendit omnique timore, & rubore ſublato, ſigno Crucis præmunitus, cum ingenti audacia cœpit verbum Dei proponere, ita eleganter & ſapidè, vt omnes audientes, docti pariter & indocti, in admirationem verterentur & deuotionem, & aliquibus moleſtus fuit odor mortis in mortem inſanum eum arbitrantibus. Videtur illud fuiſſe præſagium futurum eum præconem magnificum Chriſti, quod re ipſa poſtea probauit euentus. (Ingreditur verba de miraculis.) (Sap. 10.) (Concionatur apud peregrinos.) (2. Cor. 2.)

A.C. 1403.

A. C 1400.

Peſte Italiam & Senas inuadēte Bernardinus in hoſpitali domo inſeruit iis, qui ea laborabant.

§. I.

IN anno autem Dominicæ incarnationis. 1400. Cum peſtis lōge, lateq́ue per Italiam graſſaretur, Senas etiam morbus ipſe inuaſit, & inter cætera loca, hoſpitale ſacratiſſimum, & nobile ſanctæ Mariæ ſcalarum: ita vt multi pegrini euntes, vel redeuntes à Iubileo infirmati ibi ſpiritum reddiderint, ſed & ex famulis commiſſis, & aliis ſeruitoribus infirmorum plurimi morerentur, & difficulter inueniebatur, qui in illud incendium infectionis locum occupantis vellet intrare. At Bernardinus caritate feruens animam ſuam ſponte poſuit, non ſolum pro amicis ſuis conciuibus, ſed pro alienigenis peregrinis, ad idemq́ue hortatus eſt quoſdam ſodales ſuos deuotos. Quod procul dubio intenſæ, & perfectæ dilectionis ſignum videtur, exponere ſe mortis periculo veriſſimili, & quotidie contingenti, & morbo infectis vltro ſe ingerere ad obſequiēdū, & præſertim ſi is ſit qui ad hoc vinculo animarum curæ non extat obnoxius, in adminiſtratione ſaltem ſacramentorum, vt curatus. Hic autem vir Dei Bernardinus, etſi ſacramenta infirmis non miniſtrabat, quia nondum clericus erat, tamen ſolicitus erat ad exhortandū infectos, vt medicos animarum vocarent, pro quibus & ipſe mittebat, vel ibat, medicos corporum adducebat, eis ſeruiebat, infirmos conſolabatur ad patientiam, & pœnitentiam ſuadendo. Ipſe curuatis genibus pedes aduentantium abluebat, cibos miniſtrabat, ſanguinem putreſcentem ex vlceribus educebat, ſaniem abſtergebat cuncta faſtidia, & labores in huiuſmodi æquanimiter tolerabat, defunctis etiam de ſepultura prouidebat.

Inſeruire peſte laborantib. piū valde opus.

Cùm autem iam quatuor menſibus continuis in tam ſancto opere deſudaſſet tandem peſte ceſſāte domum reuerſum, ad cumulum meritorum ſuorum cum Dominus viſitauit acutiſſimis febribus, in quibus per menſes quatuor in lecto recubuit, nullo laceſſitus dolore vel tædio ex diuturnitate languoris: ſed in omnibus gratias agens Domino Ieſu Chriſto animaduertens, quia virtus in infirmitate perficitur, quare etiam commendatur illa liberalitas ac pietas, qua proximos ſeminis ſui, quis non deſpicit, ſi illos egere congnoſcit. Vt ipſa etiam pietas ei non deeſſet, ſororem genitricis eius Battolomeam nuncupatam iam decrepitam videns, & quaſi cæcam & ſurdam, membrorum vigore ita deſtitutam, vt de grabato ſurgere non valeret, deficiente illi alio obſequio viri vel mulieris, iuuenis ſanctus, nobilis, & delicatus ei perſonaliter ſeruire non abhorruit. Sed vt matri ſuæ deſeruiens & obſequioſiſſimè cum omni charitate & hilaritate, manibus ſuis neceſſaria miniſtrabat per annum integrum, quouſque illa naturæ debitum ſoluit.

1. Cor. 9.

Inſeruit materteræ ægrotæ & decrepitæ.

Ezech. 2.

Solutus iam ab illa neceſſitate, & liber, conſiderans vir Dei non fore tutum cum ſcorpionibus habitando tranſire illæſum, & inter mūdi illuſinas blanditias, perfectum non poſſe Chriſto præſtare obſequium, cogitare iam cœpit ad portum alicuius religionis & quietem tranſire. Et quamuis quædam conſanguinea ſua, mulier valde timorata & ſpiritualis, eum alliceret ad ordinis Eremitarum ingreſſum, cuius illa habitum ſuſceperat tertium, ipſe tamē ad minorum religionem ſpiritu inſtigante inclinabatur. Voluit nihilominus, & decreuit experiri prius in ſeculo auſteritates religionis, ſi
B ſufferre valeret. Statuit itaque ſolus habitare, vt ſtatim poſſet cuncta facilius experiri. Ibique in domo orationibus, ieiuniis, vigiliis, diſciplinis, ciliciis, & aliis deuotionibus inſiſtebat, herbis aliquando contentus, & aqua. Et licet in ſeculo in grammaticalibus, & rhetoricis, & iure per annos aliquot ſtudioſè vacaſſet, lectiones tamen aliorum librorum ferè omnes faſtidiens, ſacris litteris, & doctrinis eccleſiaſticis totus inherebat, illis delectabatur, illas toto corde amplexabatur.

Demum poſt frequentes orationes, vt Do-
C minus illam viam, & ſtatum menti eius dignaretur oſtendere, qua ſibi melius deſeruire valeret, in ſeipſo non fidens, acceſſit ad quemdam venerabilem virum religioſiſſimum, ordinis minorum, Ioannem riſtori Senenſem, probatum ſenem, fama celebrem, longa auſteritate maceratum, & experientia circunſpectum: qui triginta annis in Boſna contra Hæreticos pugnando multos ad fidem attraxerat, & ſenio grauatus terra ſancta peragrata Senas redierat. Ad hunc profectus cogitationes ſuas aperuit, totum ſe ponens in manibus conſilij. Quem inſtigatum intelligens ad nudam crucem nudum ſequendum, in ordine minorum
D ipſum in ſancto propoſito cōfirmauit. In quo fixus, ſine mora ipſum executioni cupiens demandare, poſſeſſiones ſuas, & alia bona temporalia vendens, & alienans omnem ſubſtantiam ſuam in eleemoſynas pauperibus erogauit, nil ſui reſeruans ſibi. Et in die natiuitatis virginis glorioſæ Senis in Eccleſia ordinis minorum apud altare maius per manus præfati patris fratris Ioannis riſtori magno cum iubilo, & deuotione habitum minorum ſuſcepit, anno Domini. 1402. ætatem habens vigintiduorum an-
E norum.

Probat verum poſſit auſteritatē religionis tolerare.

Qualis eius vita fuerit in ſuę conuerſionis initio.

§. II.

SVSCEPTO verò habitu cum omni virtutum ingenuitate, morumq́ue inclyta probitate ſe incomparabiliter gereret, à cunctis fratribus nimium diligebatur. Ipſe vero proſpiciens, crebreſcente ſæcularium aduentu, aliaque rationabili cauſa, non poſſe quietem
F animi ſui ſecundum regulæ obſeruantiam penitus adipiſci ſui ſuperioris licentia poſtulata, ad quoddam eremitorium, quod Columbarium nuncupatur, vt quietius Deo ſeruire poſſet, ſine mora receſſit: & cum quibuſdam fratribus

A.C. 1402. fratribus ſibi adhærentibus ſecundum regula-
rem formam Deo ſeruire ſummopere nitebatur.
tur. In ieiuniis frequẽs, in cibis parcus, in vigi-
liis ſedulus, in diſciplina auſterus, in tentationi
bus viriliter pugnans, in orationibus acerri-
mus, cælibem vitam cum omni morum venu-
ſtate ducere ſatagebat.

Quadam autem die cum ſuam nutricem vi
Fert cõtu- ſitaſſet adhuc in religione neophitus, affuit &
melias & quidam conſanguineus eius, qui aſſumptum
opprobria ab eo habitum moleſtè ferens, nimis contume
patienter. lioſis verbis eum obiurgauit dicens. Putaba-
mus te in ſæculo honorabiliter victurum, vxo
rem ducturum, vt domus tua ſobole propaga-
ta opibus tolli, genuſque tuũ famoſius potuiſ-
ſet augeri, & tu factus es incaputiatus frater.
Et quid eſt frater, niſi porcus quidam, qui iu-
giter otioſus, & cum inertia viuens aliorum la
bores edit? Cui vir Dei omnia verba oppro-
brioſa æquanimiter tolerans, reſpondit humi-
liter. Ego fallibilem mundi gloriam, & pom-
pas deſeruı, domumq́ue meam ad ſydera tollã.
Et cum altero die cum ſocio per Senas incede
ret, quidam fatui, & laſciui iuuenes eum ſubſã-
nantes, poſt tergum ad nudos calcaneos lapil
los ignominioſè iactabant: ſed ibat ille gaudẽs
Act. 5. nec retro aſpiciens: ſed gratias agens, quoniam
dignus habitus eſt pro nomine Ieſu cõtumelias
pati. Socius eius id moleſtè ferens. Nónne vi-
des (inquit) quid iſti ſtulti agunt. Qui reſpon-
dit. Sine eos, ij enim nobis ſuffragantur ad glo
riam nanciſcendam per meritum patien-
tiæ.

Facta ſolemni profeſſione tempore ſuo, &
eo gradatim ad ſacerdotium promoto, iniun
ctum fuit ei à ſuperioribus ſuis officium prædi
cationis: cui exercitio ſe totum dedicans ob
zelum ſalutis animarum, in breui tempore e-
gregius prædicator effulſit, vt per totam Ita-
liam fama ſermonum eius euulgaretur. Cir-
cumibat per ciuitates & caſtella Euangelizans
regnum Dei, vitiorum rigidus obiurgator, bo-
norum deuotiſſimus exhortator. Vox eius qua
ſi tuba ſatis à remotis intelligebatur. De ca-
ſtris & villis per multa milliaria diſtantibus à
ciuitatibus, vbi prædicabat, confluebant popu
li auidè cupientes audire verbum ex ore eius.
1 Cor. 2. Et ſermo eius non in doctis humanæ ſapien-
tiæ verbis, ſed ſacræ ſcripturæ diuinis oracu-
lis. Raro vel nunquam ex ore eius verbum Ci
ceronis, Ariſtotelis, Platonis, vel alicuius poë
tæ audiebatur. Quamuis enim, ſi quid rectum
& diuinum in doctrinis ſuis habuerunt genti-
.ſtimo- les, non improbauerunt ſancti Dei, deteſtantes
genti- tamen eorũ ſuperbiã, & ſuperſtitiones, vt veri
.ı apud Iſraelitæ Ægyptios auro ſapientiæ, & argento
ıs, vten eloquentiæ ſpoliauerunt, ad conſtructionem
ı. tabernaculi eccleſiæ. Fortè conſiderauit vir
Dei, quod ait diuus Augu. quia tantum diſtat
inter prædicationem Angelorum de aduentu
g. l. 13. Chriſti, & confeſſionẽ dæmonum dicentium,
ra Fau. quia tu es filius Dei, quantum differt inter au-
15. thoritatem prophetarum, & curioſitatem ſa-
.5. crilegorum ſcilicet gentilium. Et magis va-
lent illa ad paganorum vanitatem conuin-
cendam, quàm ad iſtorum authoritatem com-
plectendam: vt ipſe ait. diſtinct. 38. ſi quid, cum

A tamen Chriſticolis non gentibus prædice- A.C. 1402.
tur.

Nec ſolum clare & apertè loquebatur, vt
omnes intelligerent, & ordinatè & ſuauiter
perorabat, ſed & flectebat ad operandum, quæ
populis prædicabat. Nam vbique multi & ſce- Concionũ
leſti peccatores ad doctrinam eius conuerſi eius fru-
ſunt ad pœnitentiam: plurimi ſæculum deſe- ctus.
rentes varias religiones obſeruantialiꝰ ingreſ-
ſi ſunt, præcipuè ordinis Minorum. Fundata
per ipſum multa loca ſeu conuentus ordinis
ſui, maximè in Longobardia, vbi & ſæuitias &
B fatuitates [a] partialitatum ſatis extinxit
vel diremit, diutinas vel mortiferas inimici-
tias abſtulit, componendo inter partes fœdera
pacis, vanitates mulierum in capillis & aliis ſu
perfluis ornatibus, & laſciuiis repreſſit cum lu
dis taxillorum. Vnde & Florentiæ (vbi plu-
ribus quadrageſimis prædicauit in eccleſia
ſanctæ Crucis, & in vna quadrageſima in
Eccleſia cathedrali, ſemper cum maximo
populorum concurſu, gratia, & fructu) congre
gari fecit ſibi ſponte allata capillos mulie-
rum, chartas ad ludum factas, & alia vana,
C quæ in medio plateæ ſanctæ Crucis fecit cre-
mari.

Ex ciuitate quoque Peruſij, vbi annuatim
fiebat quaſi per ludum certamen mortiferum
inter partes cum iactu lapidum, non ſine mor
te & vulneribus aliquorum ab antiquiſſimis
temporibus abuſiuè ſeruatum, ſanctus Dei
prædicando, publicè & priuatim admonendo,
& ordinando tam pernicioſam corruptelam
amouit. Non ſolum autem in quadrageſima
& diebus feſtis, more aliorum prædicatorum,
verbum Dei populis nunciabat, ſed multis an
D nis continuauit quaſi quotidie infra annum
prædicare, miſſam prius publicè celebrando. Bernardi-

Cum autem ex pia deuotione quamdam ta nus in ta-
bulam paruulam, in qua ſcriptum erat nomen bula Ieſu
Ieſu litteris aureis circundatum quaſi radiis nomẽ po-
ſolaribus, ſed auro depictis populo in prædica pulo oſtẽ-
tione oſtenderet vt venerarentur illud & ad debat.
imprimendum nomen illud mellifluum, & nõ
minus ſignificatum eius in cordibus audien-
tium, Martinus pontifex veritus, ne ex ea noui
tate aliquid ſuperſtitioſum vel ſcandaloſum
in eccleſia ſuſcitaretur de maturo conſilio ſa-
E pientum, viro Dei ad ſe vocato mandauit talẽ
tabulam deinceps non oſtendere populo, & ri
tum illum dimittere, quod vt filius obedientię
humiliter adimpleuit.

Dignitatem vero pontificalem ſibi oblatã
pluries præcipuè à Senenſibus recuſauit, eli-
gens potius abiectus eſſe in domo Dei quàm Pſal. 83.
habitare in tabernaculis peccatorũ. Illuſtriſſi-
mus quoque dux Mediolanenſis cum ipſum
prædicantem mundi contẽptum audiret vtpo
te omnẽ vanitatem habentis decreuit tentare
eũ an fortè vt aliis ſuadebat ipſe, quę in mũdo
F ſunt, penitus abdicaſſet. Vnde per quemdam

a *D. Bernardinus atrociſſimas illas factiones Guelphorum & Gibellinorum, quæ Italiam per annos trecentos infecerant, pene extinxit. Sabel. Genebr.*

fami

A.C. 1440. denario diurno beatiſſimæ viſionis voluit præmiari, & labores multiplices ſuos in perpetuum gaudium, & quietem conuertere. Recedens igitur de ciuitate Senarum proficiſcebatur ad regnum Apuliæ, vt & ibi aliquem fructum haberet in illis. Nam Liguriam, Æmiliã Venetias, totamque Longobardiã ſuperiorẽ & inferiorẽ, Romandiolã, Tuſciã, Marchiã, ducatum Spoletanum vſque Romã repleuerat ſemine verbi Dei. Ex tota Italia ſolum regnum Siciliæ complectens, partes Apuliæ expertes erant doctrinæ eius, ſed fama vbique diuerſa & per diſcipulos eius, quos plures habuit in Apulia, & Sicilia prædicatum eſt. Profectus igitur ad ciuitatem notabilem Aquilæ prouinciæ Abrutij, applicuit prædicando, ibiq; infirmatus eſt. Inualeſcente morbo ſumptis deuotè eccleſiaſticis ſacramentis, ad extrema deueniens imitatus patrem ſanctiſſimum Franciſcum in terra poni ſe fecit, & quaſi ridens, vt exiſtimari poteſt ex parato ſibi præmio, oculos in cœlum eleuans, ſpiritum ſuum reddidit creatori in vigilia aſcẽſionis dominicæ. 22. hora, quæ dies fuit. 20. Maij anno domini 1441. ætatis verò ſuæ ann. 63. Poſt cuius tranſitum & honorificam ſepulturam multa miracula meritis eius referuntur patrata. Fuit autem catalogo ſanctorum adſcriptus per Nicolaum quintum papam, anno domini 1451.

Vita S. Claræ iuſſu Alexandri 4. conſcripta, Iuam Sur. Tom. 4. edidit: de ea etiam ſcripſit D. Bonauen. in vita S. Fran. cap. 4.

CAP. VI.

ADMIRABILIS fœmina Clara vocabulo & virtute, de ciuitate Aſſiſij claro ſatis genere traxit originem, beato namque Franciſco primo fuit conciuis in terris, conregnans poſtmodum in excelſis. Pater eius miles, & tota vtroque parente progenie, militaris, domus abundans & copioſæ iuxta morem patriæ facultatis. Mater eius Hortulana dicta eſt fructiferam in horto eccleſiæ plantulam paritura, fructib. bonis, & ipſa non mediocriter abundauit. Nã quamuis maritali foret ſubiecta iugo, tamen diuinis obſequiis inſiſtebat, & pietatis operibus. Vnde ex deuotione ſepulchrum domini in terra ſancta viſitauit ad Apoſtolorum limina Petri & Pauli, beati Michaelis Archangeli cauſa orationis acceſſit. Cùm autem prægnans eſſet ipſius ſanctæ futuræ, & ante crucifixi imaginem in eccleſia pro ſalubri partus expeditione deuotius oraret, audiuit vocem dicentem ſibi. Ne paueas mulier, quia quoddam lumen ſalua parturies, quod ipſum mundum clarius illuſtrabit. Quo edocta oraculo natam in baptiſmo Claram nominari voluit.

Adhuc infantula libenter extendebat manus ad pauperes, & de abundantia domus ſuæ ſupplebat inopias plurimorum. Proprio corpuſculo delicata ſubtrahebat cibaria, clamque per internuncios mittens reficiebat viſcera pupillorum. Sic ab infantia ſecum miſeratione creſcente, mentem compaſſiuam gerebat, miſerorum miſerias miſerantem. Sanctæ orationis ſtudium habebat amicum. Iob. 31.

Et quoniam ſignacula non habebat, quorum euolutione diceret, Pater noſter, congerio lapillorum ſuas oratiũculas domino numerabat. Sub veſtibus autem pretioſis ac mollibus ciliciolum gerebat abſcõditum, & mundo exterius florens, Chriſtum interius induebat. Denique ſuis eam nuptui tradere volentibus nunquam acquieuit, ſed virginitatem ſuam domino promittebat, hinc rumor bonitatis eius cœpit in populo diuulgari.

Audiens autem ſancta puella tunc celebre nomen Franciſci, qui velut nouus homo obliteratam perfectionis viam in mundo nobis virtutib. renouabat, auditate nimia cupiebat illũ videre & eius documẽtis erudiri. Et econuerſo ipſe Frãciſcus intellecta ſãctimonia adoleſcẽtulæ, vt nobilem prædam poſſet à ſæculo nequam eripere, ſuóque domino dedicare, eam alloqui peroptabat. Porrò Deo operante viſitat illa iſtum, & iſte illam, moderantes viſitationum ſuarum tempora, quibus diuinum illud ſtudiũ, nec percipi ab homine poſſet, nec publico rumore detrectari. Hortatur Frãciſcus puellam ad mundi contemptum, ſuadet virginalis pudicitiæ margaritam beato illi ſponſo, quem amor humanauit eſſe ſeruandam. Cuius verba melliflua aure non ſurdâ percipiens Franciſco ſe totam committit, ipſum poſt Deum ſuæ directionis ſtatuens aurigam.

Iubet pater Franciſcus vt in die feſto, ſcilicet in ramis, palmarum compta & ornata procedat ad palmam cum frequentia populorum, ac nocte frequenti exiens extra caſtra, mundanum gaudium conuertat in luctum Dominicæ paſſionis. Die itaque Dominico veniente in turba dominarum ſplendore feſtiuo puella cum reliquis [præ verecundia ſua in loco maneret immota pontifex vſque ad eam accedẽs] intrat eccleſiam, & cæteris ramos currentib. dõ, Clara palmã in manib. ſuis ponit, ſic quaſi quodam præſagio futuræ victoriæ contra mũdum roborata extitit. Nocte verò ſequenti ad ſancti mandatum optatam fugam cum honeſta ſocietate aggreditur: & domo, ciuitate, & conſanguineis derelictis ad ſanctam Mariam de Portiuncula feſtinauit, vbi fratres, qui ſacras excubias in aula Dei obſeruabant, Claram virginem cum luminibus ſuſceperunt. Ibi manu fratrum crines deponens, ornatus varios dereliquit, ſtatimque eam ad eccleſiam ſancti Pauli ſanctus Franciſcus deduxit. At conſanguinei rumore volante currunt ad locum, violentiæ impetum, venena conſiliorum, blandirias adhibent promiſſionum ſuadentes ab huiuſmodi vilitate diſcedere, quæ nec generi congruat nec exemplum habeat in patria illa. At illa pannos apprehendens altaris, caput denudat attonſum, firmans ſe à Chriſti ſeruitio nullatenus auellendam. Et poſt pugnas verborum videntes conſtantiam eius votis acquieſcunt.

tandem

A.C. 1220. tandem ad eccleſiam ſancti Damiani beati Franciſci conſilio commigrauit.

D Bona.c. 8.vi.B.Fr. Ibi mentis anchoram quaſi in certo figens non pro loci mutatione vlterius fluctuat, nec pro arctitudine dubitat, nec pro ſollicitudine reformidat. Hæc eſt illa eccleſia, in qua beatus Franciſcus in principio ſuæ conuerſionis orans audiuit ab imagine crucifixi. Franciſce vade & repara domum meam. Ibi collegium virginum Clara virgo genuit, monaſterium ſanctum inſtituit, pauperum dominarum ordinem inchoauit. In hoc arcto reclusorio per quadraginta duos annos diſciplinæ flagellis frangit ſui corporis alabaſtrum vt domus eccleſiæ repleatur fragrantia vnguentorum.

Spargitur paulò pòſt opinio ſanctitatis virginis Claræ, feſtinant virgines eius exemplo ſeruare Chriſto quod ſunt, maritatæ caſtius agere ſatagunt, nobiles & illuſtres amplis contẽptis palatiis arcta ſibi monaſteria conſtruũt, atque pro Chriſto in cilicio, & cinere viuere magnam gloriam ducunt. Plures denique matrimonio iuncti mutuo conſenſu, ſe continentium lege vinciẽtes, viri ad ordines, vxores ad monaſteria tranſeunt mulierum. Mater filiam, filia matrem inuitat ad Chriſtum, ſoror ſorores allicit, & amita neptem.

Tantarumque nouitas rerum longè lateque tranſiuit in orbem.

Clauſa manens Clara, toto clareſcere mundo,
Incipit, & laudum titulis præclara refulget.

Replet fama virtutum eius cameras dominarum illuſtrium: attingit Ducissarum palatia, ipſarum quoque penetrat penetralia reginarũ. flectitur nobilitatis apex ad eius ſectanda veſtigia, ornantur monaſteriis innumeræ ciuitates, ipſa quoque campeſtria & montana huius cœleſtis ædificij fabrica decorantur.

De eius ſancta humilitate. cap. 8.

§. I.

Hæc ſui ordinis lapis primarius, ac nobile fundamentum, in fundamento humilitatis virtutum omnium fabricam ab ipſo principio ſtuduit collocare. Beato námque Franciſco obedientiam promiſit, & à promiſſo nullatenus deuiauit. Triennio verò poſt conuerſionem ſuam nomen & officium abbatiſſæ declinans, humiliter ſubeſſe voluit potius quàm præeſſe, & inter ancillas Chriſti ſeruire magis, quàm ſeruiri. Cogente demum beato Franciſco ſuſcepit regimem dominarũ, de quo in corde ſuo timor, non tumor exoritur, nec libertas, ſed ſeruitus augmẽtatur. Quo enim iam aliqualis prælationis ſpecie altior cernitur, eo reputatione propria vilior, obſequio promptior, cultu deſpectior, reperitur. Nullos iam famularum reſpuit actus, adeo vt plerumque ſororum manibus aquam infunderet, ſedentibus aſſiſteret, comedẽtibus miniſtraret: inuita valdè aliquid præcepit, magis eligens per ſeipſam facere, quàm ſororib. impe- (Qualis in prelatione fuerit.)

A rare. Infirmarum ſedilia ipſa lauabat, ipſa tergebat, ſuo illo nobili ſpiritu nec ſordida fugiens, nec fœtida perhorreſcens, pedes famularum deforis reuertentium ſæpius abluit, & ablutis oſcula impreſſit. A.C. 1225. (De eius S. & vera paupertate. cap. 9.)

Paupertati quoque ſpiritus, quæ vera humilitas eſt, paupertas omnium rerum concinebat. Ac primum in ſuæ conuerſionis initio paternam hæreditatem, quæ ad eam peruenerat, diſtrahi fecit, ſibique de pretio nil reſeruans totum pauperibus erogauit. Tantum denique cum ſancta paupertate fœdus iniit, amorem- B que contraxit, vt nihil præter dominum Ieſum habere vellet, nihil ſuas filias poſſidere permitteret. Inculcat ſuis frequentem ſermonem ſororibus, tunc acceptabile fore Deo illum collegium, cum paupertate fuerit opulentum, & tunc perpetuo ſtabile permanſurum, ſi arctiſſimæ paupertatis fuerit turre ſemper munitum. Volénſque religionem ſuam titulo paupertatis intitulari, à bonæ memoriæ Innocentio tertio priuilegium paupertatis poſtulauit, & vt inſolitæ petitioni fauor inſolitus arrideret, pontifex ipſe cum magna hilaritate petiti C priuilegij primam notulam ſua manu conſcripſit, & fœlicis recordationis Gregorius nonus paterno affectu ſanctam iſtam arctius diligebat: cui cùm ſuaderet, vt propter euentus temporũ, & pericula ſeculorũ aliquas poſſeſſiones aſſentiret habere, quas & ipſe liberaliter offerebat, fortiſſimo animo reſpuit, & nullatenus acquieuit. Et ad eam dicente pontifice: Si tranſgreſſionem voti formidas, nos te à voto abſoluimus. Rñdit, Pater ſancte nequaquã Chriſti ſequela in perpetuum abſolui deſidero. Eleemoſynarum fragmina panumque minutias, D quas eleemoſynarij comportabant, valde ſuſcipiebat hilariter, & quaſi mœſta de panib. integris, exultabat potius in fragmentis. (De multiplicatis panib. c. 10.)

Duo autem miranda in ipſa tanta paupertate dñs per eam operatus eſt. Vnicus erat in monaſterio panis, cũ iam inſtarent & fames & hora edendi: diſpenſatrice vocata iubet Sãcta panem diuidere, partem fratrib. mittere, partẽ ſororibus retinere de qua medietate retenta iubet quinquaginta fieri iuxta numerum ſororum ſciſſuras, & in menſa paupertatis apponi. Cúmque illa diceret neceſſaria hic fore mi E racula, vt tam modicus panis quinquaginta ſectiones reciperet, reſpondit. Fac filia ſecurè, quod dico. Properat filia matris mandatum implere, & orante cum eis, creſcit diuino munere inter frangentis manus parua illa materia, & cuilibet de conuentu ſua extitit portio copioſa.

Altera vice cum oleum deeſſet ancillis Chriſti, ita vt nec pro debilibus exiſteret condimentum, accipit domina Clara vaſculum vnum, lauans illud manibus ſuis. Ponitur vas vacuum ſeorſum, dicitur eleemoſynario vt vas F accipiat pro oleo eleemoſynaliter poſtulando. accredit frater ad vas capiendum, & plenum inuenit, quod oratione ſanctæ impetrauit. Credit ſe frater deriſum cum plenum inuenit, quod ſibi dicebatur vacuum accipiendum, neſciebat enim orationibus ſanctæ illud diuinitus collatum.

De

A.C. 1225.

De mortificatione carnis & auſteritate vitæ eius. c. 12.

§. II.

DE miranda carnis ſuæ maceratione ſilere magis, quàm loqui forſitan oporteret cum talia fecerit, in quibus audientium ſtupor cum rerum veritate contendit. Non illud magnum, quòd ſimpla tunicula & vili mantello, de rudi panno tegebat potius, quàm fouebat corpuſculum ſuũ. Nec illud mirandum, quòd calceamentorum penitus ignorabat vſum: Nõ magnum erat omni tempore continuare ieiunia, nec vti lectulo ſine pluma. In his enim dum in clauſtro habuit ſimiles laudes fortaſſe non meruit ſingulares. Sed quæ conuentio carnis virgineæ ad veſtem porcinam? Procurabat enim ſibi virgo ſanctiſſima veſtẽ de corio porci quam verſa ad carnem, hiſpida tonſura pilorũ ſecreto ſub tunica deferebat.

Veſtis & cibus eius qualis. Vtebatur nonnunquam duro cilicio, de pilis equorum nodoſe conſerto, quòd hincinde chordulis rudibus ſtringebat ad corpus. Nuda humus, & interdum vinearum ſarmenta erant pro lectulo, lignumque durum præſtabat ſub capite officium puluinaris. Proceſſu temporis corium debilitato corpori ſtrauit, & capiti modicam paleam indulſit. Poſtea iubente patre Franciſco propter infirmitates, ſacco paleis pleno vſa eſt. Sanitatis tempore maiorem quadrageſimã, & quadrageſimam ſancti Martini iucundè in pane & aqua ieiunans, ſolis diebus Dominicis, ſi habebat vinum guſtabat. Et vt mireris auditor, quod ſeruare non potes, ſecũda, quarta, & ſexta feria nihil in eis quadrageſimalis ſumebat cibi. Non mirum ſi tanta rigiditas tam longo tempore obſeruata Claram infirmitatibus ſubdidit, & vires corporis enervauit. Prohibuere tandem epiſcopus Aſſiſij, & B. Franciſcus illud triduanum exitiale ieiuniũ, mandantes, vt nullum ſinat tranſire diem, in quo ad minus vnciam cum dimidia panis non ſumat in paſtum.

De exercitio ſanctæ orationis. c. 13.

§. III.

LONGIS poſt completorium tractibus cum ſororibus erat, & lachrymarum proflumia dum in ipſa prorumpunt, in cæteris excitantur. Poſtquam verò cæteræ feſſa membra duris adibant refouere cubilibus, ipſa in orationib. peruigil, & inuicta manebat, vt tunc venas diuini ſuſurri furtiuè ſuſciperet, quando Iob. 4. cæteras ſopor occupaſſet. Sæpiſſimè ad orationem proſtrata in faciem, terrã infundit lachrymis, oculiſque demulcet, vt ſemper ſuum Ieſum tenere videretur in manibus. Lachrymanti ſemel profunda nocte affuit Angelus tenebrarum, in forma nigri pueruli, dicens. Ne tantum plores, quoniam cœca fies. Cui cum illico reſponderet. Cœcus non erit, qui Deum videbit, confuſus ille diſceſſit. Cùm autem ab oratione ſancta, cum iucunditate redibat, A calida verba, & quæ ſororum pectora incendebant, de igne altaris domini reportabat. Mos ei erat ad matutinum præuenire iuuenculas, quas per ſigna ſilenter excitans prouocabat ad laudes. Sæpè cęteris dormientibus lampades accendebat, ſæpè campanam propriis manibus ipſa pulſabat. Nullum erat torpori ibi tempus, nullus in ſuo clauſtro locus deſidiæ.

Libet hic orationum eius recitare magnalia. Illa tempeſtate, quam ſub imperatore Friderico in diuerſis mundi partibus ſuſtinebat B Eccleſia, vallis Spoletana de calice iræ frequentius imbibebat. Erant in ea pro depopulatione caſtrorum, pro expugnatione ciuitatum, imperiali iuſſu conſtitutæ acies militum, & ſagittariorum Saracenorum agmina velut apum. Cúmque in Aſſiſium hoſtilis ſemel furor irrueret, & ipſis portis exercitus appropinquaret, Saraceni gens peſſima ſanguinem ſemper ſitiens Chriſtianorum, apud ſanctum Damianum intra loci terminos, immo intra clauſtrũ virginum confluxerunt. Liqueſcunt dominarum corda timoribus, & ad matrem referunt C fletus ſuos. Quæ ſe infirmam impauido corde ad hoſtium agmen duci iubet, & ante hoſtes poni, præcedente eam capſula argentea, in qua erat ſacramentum Euchariſtiæ. Cúmque ſe totam in oratione ſubſtrauiſſet, Chriſto cum lachrymis ait. Placet ne tibi mi domine, inermes ancillas tuas, quas tuis amoribus innutriui, manibus ecce tradi paganorum? Cuſtodi domine has famulas tuas, quas ipſa in præſenti articulo cuſtodire non poſſum. Mox vox quaſi pueriliſ de nouę gratię propiciatorio ad aures eius intonuit dicens. Ego vos ſemper cuſtodiã. D Mi domine (addidit illa) & hanc ciuitatem, ſi placet, protege, quæ nos pro tui amore ſuſtentat, & vox ad eam. Grauamina ſuſtinebit, ſed meo munere defendetur. Tunc ſurgens Clara flentes confortat dicens. Fideiubeo pro vobis filiolæ, quòd nihil patiemini mali. Nec mora ſtatim canum illorum repreſſa pauleſcit audacia, & per muros quos aſcenderãt, deſcendentes celeriter exeunt orantis virtute deturbati. Præcepit autem ſancta illis, ne cui dicerẽt hoc, dum viueret.

De Aſſiſio liberato. c. 15. Alio tempore Vitalis de Auerſa, vir gloriæ E cupiens, & in præliis animoſus, imperialem exercitum, cui præerat, admouit contra Aſſiſiũ & cuncta in circuitu deuaſtans obſidioni inſiſtebat, firmans minacibus verbis, ſe nunquam receſſurum, donec caperet ciuitatem. Cúmque iam timeretur de periculo captionis beata Clara vocatis ſororibus ait. Cariſſimæ filiæ, multa bona ab iſta ciuitate quotidie ſuſcipimus, quamobrem impium eſt, ſi in tanta neceſſitate, prout poſſumus, non ſuccurramus. Poſitis ergo cineribus in capitibus ſingularũ quatum ipſa prima erat clamauerunt ad do- F minum ex toto corde, & ipſe exaudiuit eas. Nam diſſoluto toto exercitu ſuperbus homo contra vota diſceſſit, & dux ipſe belli gladio paulò pòſt interemptus eſt.

Germana quoque eius erat, Agnes nomine, quam ipſa multum in ſæculo dilexerat, conuerſa verò ad dominum rogabat obnixè, vt in-

A.C. 1255. inſpiraret dominus idem propoſitum religionis in ea, vt cum ea immortali ſponſo nuberet, ſæculum deſerens, & monaſterium intraret. Pſal 19. Non fraudauit Deus eam à volu tate labiorũ ſuorum. Nam poſt ſexdecim dies a conuerſione ipſius Agnes viſitans Claram clarè aperuit ſui pectoris arcanum, dicens ſe omnino velle domino ſeruire: quod illa gaudioſè accepit, & in monaſterio ſuſcepit. At conſanguinei furore accenſi, his auditis ad monaſterium currunt, pacificum ſimulantes acceſſum duodecim ex eis ingrediuntur, & deſperati iam de Clara, ad Agnetem ſe vertunt iubentes, vt domum redeat. Et cum illa reſpon deret ſe nullatenus à ſorore ſua Clara velle diſcedere, pugnis, & calcibus in eam irruunt, per capillos trahentes abſtrahere conantur. At illa reluctatur clamans, & dicens. Adiuua me ſoror mea. Orat pro ea Clara, vt conferat ei mentis conſtantiam, & illi iniquis auferat nocendi potentiam. Et cum illi violenter adoleſcentulam per viam ducerent, veſtes abrumperent, capillos ei euellerent in via, in terra cadentem tanto pondere firmauit eam ſpiritus ſanctus vt illam plures homines ſuis conatibus annitentes mouere non poſſent. Poſt longum agonem, Clara hoc audiens pergit ad locum, rogat propinquos à tali conflictu diſcedere, & Agnetem ſeminecem in terra iacentem ſuæ ſollicitudini commendari. Quibus recedentib. licet amaro animo, Agnes de terra ſurrexit, & reuertentem ad monaſterium beatus Franciſcus manu ſua eam totondit, & vnà cum ſorore in via domini erudiuit, quæ etiam poſtmodum magnum perfectionis apicem apprehendit.

Vt precib. ſuis dæmones incen derit. cap. 17. Acceſſit ad eam quædam mulier Piſanæ diœceſis, gratias ei agens, eo quòd a quinque dæmoniis foret liberata. Fatebâtur enim dæmonia in ſui expulſione, quòd orationes ſanctæ Claræ ipſa incẽderẽt, & ex poſſeſſo vaſculo deturbarent. Vnde non ſine cauſa Gregorius nonus papa in huius ſanctæ orationibus fidem habebat mirabilem, quarum virtutem ſenſerat efficacem.

De patientia eius & exercitio in infirmitatibus eius. Vt audierit officium fratrum etiam abſens. cap. 19.

§. IIII.

SICVT in infirmitate ſua memoria ſui Chriſti memor erat, ſic & Chriſtus eam in ſuis languoribus viſitabat. In illa natiuitatis hora, quando paruulo Ieſu nato mundus cum Angelis iubilat, omnes dominæ ad matutinum in oratorium pergunt, & matrem infirmitatibus preſſam ſolam relinquũt. Cúmque de paruulo Ieſu cogitare cœpiſſet, & multũ doleret, quòd ſuis laudibus intereſſe non poſſet, ſuſpirans ait: Domine Deus, ecce ſola relicta ſum tibi in loco iſto. Et ecce mirabilis ille concentus, qui in eccleſia ſancti Franciſci fiebat, ſuis cœpit auribus intonare. Audiebat iubilum fratrum pſallentium, harmoniam cantantium attendebat. Ipſum etiam percipiebat ſonitum organorum: quod vtique propter diſtantiam loci humanitꝰ fieri nõ potuit: ſed diuinitꝰ vigoratus eius erat auditus. Et (quod maius eſt) ipſa digna fuit domini præſepe videre, quòd totum filiabus ſuis manè ad eam venientib. gaudioſè reuelauit. A.C. 1255.

In ipſa etiam ſua graui infirmitate faciebat ſe erigi in grabato, & fulcimentis appoſitis ſuſtentari, & ſedens filabat delicatiſſimos pannos, de quibus vltra quinquaginta paria corporalium faciens, & ea ſericis thecis includens per plana, & montana Aſſiſij variis eccleſiis deſtinabat: ad ipſum venerabile ſacramentum miram deuotionem gerens, quod & lachrymis calidis ſuceptura irrigabatur [familiaris ei plãctus Dominicæ paſſionis, quæ ex ſacris vulneribus nunc myrrhatas affectiones exhaurit, nunc dulciora gaudia ſugit.] Inter horas diei, ſextam & nonam maiori compunctione ex more afficiebatur, vt quaſi cũ immolato domino immolaretur. Orationem de quinque plagis frequentius ruminabat, & officium Crucis frequentabat. Chordulam tredecim nodorum ſcopulis annulatam ſubtus ad carnẽ cingebat. De feruentiſſimo erga paſſionẽ Chriſti amore. ca. 20.

Aduenerat quodam tempore ſero ſacratiſſimæ cœnæ Dominicæ feriæ quintæ, quo Clara mœſta & dolens ex memoria Dominicæ paſſionis, in cellæ ſecretario ſe clauſit. Et cum orantem dominum orans proſequeretur, & triſtis vſque ad mortem anima eius triſtitię illius habuiſſet affectũ: tota nocte illa & die ſequenti ſic abſorpta fuit, ſic à ſeipſa permanſit aliena, vt irreuerberatis luminibus Chriſto confixa, ac prorſus inſenſibilis videretur.

Diuerſa quoque miracula ſigno crucis peregit. Fratrem quemdam nomine Stephanum, furia laborantem, beatus Franciſcus ad dominam Claram tranſmittit, vt ſuper eum faciat ſignum Crucis. Conſignat eum obedientiæ filia iuſſu patris, & paululum obdormiens, vbi ſancta orabat, exurgit incolumis. Vt cõplura miracula ſigno Crucis effecerit. ca. 21.

Puer quidam Matthiolus nomine trium annorum, lapillum quemdam incautè ſuis intruſerat naribus, nemo poterat ex naſo eius educere, nec ipſe valebat proiicere. In anguſtia magna conſtitutus, adducitur ad Claram & facto ſuper eum ſigno Crucis proiecto lapide puer liber efficitur.

Alter puer de Peruſio oculum habens rotũ macula coopertum, adductus fuit, ad ſanctam quæ poſtquam Crucis ſignaculum ſuper eum fecit, ait. Ducite eum ad matrem meam (hæc enim hortulana dicta, vt ſupra patuit, ſecuta fuerat filias ad monaſterium habitu religionis aſſumpto) qui adductus ad eam facto ſigno Crucis liber à macula effectus eſt. ſup. ante §. 1.

Duæ ex ipſis monialibus ſuis, vna nomine Beneuenuta à morbo fiſtulæ, quem per decennium paſſa fuerat, altera ſoror Amata ab hydropiſi ſigno Crucis per eam liberatur. Duæ aliæ mulieres à ſurditatis languore ſigno eodẽ ſalutifero per eam ſanatæ ſunt, & plures alij infirmi ſunt redditi ſanitati.

Quotidie ſanctis monitis informabat ſorores. Strepitum omnem de mentis hoſpicio docet pellere, propinquorum amore non affici,

A.C. 1240.

carniſque ſtimulos orationis ſtudio ſuperare. Monſtrat inſidioſum hoſtem occultos puris animabus iniicere laqueos, aliterque ſanctos, aliter tentare mundanos. Denique certis horis vult operari manibus ſuis, nuſquam maior cura ſilentij, nuſquam amplior, & color, & tenor omnis honeſti.

Prouidebat quoque filiab. ſuis per deuotos prædicatores alimoniã verbi Dei, ex qua ſuam deteriorẽ nõ effecit partẽ. Et licet literata nõ eſſet, literatorũ tamẽ gaudebat audire ſermonẽ rata quòd in teſta verborum nucleus lateat: quem ipſa attingebat ſubtilius, & ſapidius deguſtabat. B Cùm ſemel papa Gregorius nonus prohibuiſſet, ne aliquis frater ad monaſteria dominatum ſine ſua licentia pergeret, dolens pia mater cibum ſacræ doctrinæ rarius habituras ſorores, cum gemitu dixit. Omnes de cętero nobis auferat fratres poſtquam vitalis nutrimenti nobis abſtulit præbitores. Et ſtatim omnes fratres remiſit ad miniſtrum, nolens habere eleemoſynarios, qui panem corporalẽ acquirerent, poſtquam panis ſpiritualis eleemoſynarios non haberet. Quod cum audiſſet papa Gregorius ſtatim prohibitum illud in C generalis miniſtri manibus relaxauit.

De ſtudio eius immoderãdis ſororib. c. 24.

Sępius in frigore noctis propria manu cooperuit dormientes, & quas ad rigorem communem ſeruandum, cernit inualidas, remiſſiori moderamine vult eſſe contentas. Si quam turbaret tentatio, ſi quã (vt aſſolet) inuaderet mœſtitudo, ſecreto vocatam cum lachrymis conſolatur.

De eius infirmitatibus. cap. 25.

§. V.

VIGORE carnis in annis prioribus auſteritati pœnitentię ſuccumbente, poſteriora tempora dura occupauit infirmitas, vt quę ſana ditata fuerat meritis operum, infirma ditaretur meritis paſſionum. Cuius virtus qualiter fuerit in infirmitate perfecta, hinc maximè liquet: quòd in viginti octo annorum languore diutino, non murmur reſonat, non querimonia, ſed ſemper gratiarum actio, & vox laudis. Factum eſt autem eo tempore, quo ſancta appropinquabat ad palmam, vt curia Romana ex Lugduno migraret in Italiam, & veniret Peruſium. Audito Claræ infirmitatis augmento, dominus Oſtienſis cardinalis de Peruſio, properat inuiſere ſponſam Chriſti, cuius fuerat officio pater, cura nutritius, affectu puriſſimo ſemper deuotus. Paſcit infirmam Dominici corporis ſacramento, paſcit & reliquas ſalutaris exhortationis alloquio. Supplicat illa cum lacrymis, vt ſe & ſuas filias habeat in domino commendatas, & illud ſuper omnia rogat, vt priuilegium paupertatis à domino papa, & cardinalibus ſibi impetret confirmari. Quod verbo promiſit, & opere impleuit.

Creſcente languore feſtinat fœlicis & venerandæ memoriæ Innocentius papa 4. vna cum cardinalibus viſitare Chriſti ancillam, & cuius vltra fœmina probauerat vitam, mortem non dubitat papali pręſentia venerandam. Ingreſſus monaſteriũ pergit ad lectulum infirmãtis, ori porrigit manum oſculandam, quam illa gratiſſimè ſuſcepit, & pedem Apoſtolici ſũma cum reuerentia oſculãdum expoſcit, quod & factum eſt diſpoſita aptitudine. Petit à ſummo pontifice remiſſionem omnium peccatorum, quod & obtinuit munus. Recedentibus cunctis inuitat ſorores ad gratias agendum Deo, de tam immenſo beneficio viſitationis B perſonalis vicarij Ieſu Chriſti. Et cùm inter cęteras ſoror eius Agnes cum lachrymis oraret, ne ſe relicta diſcedat, reſpondit: Placet Deo, ſoror cariſſima, quòd recedam: ſed tu flere deſiſte, quia poſt me ad dominum feſtina peruenies.

A.C. 1250.

De eius fęliciſſima à corpore cõmigratione. cap. 27.

Cùm autem pluribus diebus laboraret in extremis deuotione populorum, cardinalium quoque & prælatorum viſitatione frequenti honoraretur. Quod verò auditu mirabile eſt, vt omnes ad ſe venientes (tanta eſt à domino fortitudine vigorata) in domino confortaret C ſeptemdecim diebus nullum cibum ſumere potuit. Nã cũ frater Rainaldus in tantarũ infirmitatũ lõgo martyrio, eã ad patientiã hortaretur liberrima ei voce reſpondit. Poſtquam domini mei Ieſu Chriſti gratiã, per illũ ſeruum ſuũ ſanctum Franciſcum agnoui, nulla pœna moleſta, nulla pœnitentia grauis, nulla mihi, frater cariſſime, infirmitas dura fuit. Plangũt filiæ deſtitutę piæ matris receſſu, & quam vltra viſuræ non eſſent, proſequuntur cum lachrymis fugientem. Ad ſe autem conuerſa virgo ſancta D animam ſuam alloquitur dicens. Vade ſecura, quia bonum habes conductorem itineris, vade, quoniã qui creauit te, & ſanctificauit. Et tu (inquit) domine benedictus ſis qui me creaſti. Ad quamdã autẽ filiã ſe conuertens ait: Vides tu, ó filia, regem gloriæ, quem ego video. In veſtibus autem albis turba ingreditur virginum, quem omnes aurea ſerta ſuis capitibus deferebãt. Graditur inter eas vna præ cæteris clarior, procedit ad lectulum, vbi ſponſa filij decubat, & amantiſſimè ſe ſuper eam inclinans amplexum dulciſſimum præſtat. In craſtino igitur E B. Laurentij egreditur anima illa ſanctiſſima præmio perpetuo Laureanda.

De eius celeberrimis exequiis cap. 28. A.C. 1252.

Rumor incontinenti de tranſitu virginis totum ſtupendo auditu concutit populum ciuitatis, confluunt viri, concurrunt mulieres, accurrit poteſtas cum multitudine militum, & caterua armatorum, ſeróque ac tota nocte cuſtodias adhibent diligentes, ne forte de pretioſo theſauro, qui erat in medio, aliquid auferatur. Commouetur ſequẽti die curia tota, Chriſti vicarius cum cardinalibus acceſſit ad locũ, venitur ad celebrandum diuina. Fratribus inci F pientibus officium mortuorum, dominus papa officium de virginibus, non de mortuis fieri proloquitur, vt prius eam canonizare videretur, quòd eſſet traditum corpus ſepulturæ, ſed reuerendiſſimo domino Oſtienſis cardinale aſſerente moroſius in his eſſe agendum: miſſa de mortuis celebratur. Epiſcopus Oſtienſis

A.C. 1255.

egregiam mundanæ vanitatis contemptricem nobili ſermone commendat. Circundant illico ſanctum funus deuota dignatione preſbyteri cardinales,& circa virginis corpus ſolita officia complent.Et demum ad ſanctum Gregorium cum tubarum plangore,& iubilatione ſolemni corpus ſacrum deportatur,vbi corpus beati Franciſci primo conditum fuerat. Paucis verò interiectis diebus, Agnes ſoror eius ad agni nuptias euocata ſororem Claram, ad æternas delicias ſubſecuta eſt,

Mors ſororis eius Agnetis.

Nempe illa ſunt ſanctorum ſigna mirifica, illa miraculorum teſtimonia veneranda, quæ in morum ſanctitate, & operum perfectione conſiſtunt. Ioannes quidem nullum ſignum fecit,non tamen erunt Ioanne,qui ſigna faciant ſanctiores. Quamuis ergo ſufficeret virgini Claræ ad teſtimonium ſanctitatis per ſectiſſimæ vitæ ſuæ præconium,tamen ad eam populis oſtendendam,& deuotionem excitandá, claruit quoque multis miraculis poſt mortem quæ diligenter examinata & probata ſunt in canonizatione eius per Innocentium quartum.

Quidam puer Peruſinus, Iacobus nomine dæmonio peſſimo obſeſſus, & aliquando ſe in ignem proiiciens,nunc in terram elidens,adductus ad tumulum virginis, & deuotè ei à ſuis commendatus omnino liberatus eſt. Alij quoque ſunt à vexatione dæmonum ſanati. Valentinus de ſpello ſe ſanctæ commendans, liber euaſit.Iacobellus duodecim annorum lumine priuatus, viſum recepit meritis ſanctæ. Claudo ex vtero matris greſſus datur rectus. Paruulum à lupo arreptum morſu, mater ſanctam inuocás de faucibus lupi recepit ſanum, Multa alia miracula dominus fecit ad gloriam ſanctæ ſuæ Claræ.

De S. Claræ canonizatione. c. 30. Colitur die.12.Au.

Poſt duos annos autem à tranſitu ſuo, ſcilicet anno domini 1255. cum curia eſſet Anagniæ, per Alexandrum quartum ſanctorum catalogo eſt adſcripta ſeu canonizata cum ſolennitate.Erat autem quaſi ſexagenaria tempore obitus eſt,

De egregiis viris in ſanctitate,dignitate, & ſcientia ordinis Minorum, & generalibus ordinis ex chronicis ordinis Minorum.

CAP. VII.

Vita D. Franciſci ex Chronicis Minorum breuiter deſcripta.

PRIMVS omnium generalis miniſter fuit glorioſiſſimus pater noſter Franciſcus, quem electum eſſe non reperi,ſed ex prouiſione papali deuotiſſimè inſtitutum.Hic beatiſſimus pater primo lucratiuis mercationum deputatus negotiis, demum à ſpiritu ſancto nonnullis reuelationibus, & quibuſdam interioribus manu ductionibus

A tractus, & quaſi quadam vi ignea liquefactus & inde multarum tribulationum tuſionibus malleatus, fuit in virum perfectum finaliter träsformatus.Nã primò per duos annos honeſtum habitum,& eremiticum gerens, portando baculum in manibus, accinctus corrigia, calceatis incedens pedibus per ciuitatem Aſſiſij mendicádo nunc latebat in eremis, nũc eccleſiarum reparationibus inſiſtebat deuotus. A.C. 1280.

Incepit autem vitam iſtam, anno domini 1206, pontificatus domini Innocentij tertij
B anno Octauo. Anno verò dñi 1209.dum miſſã in eccleſia ſanctæ Mariæ de Portiuncula deuotus audiret,& legeretur euangelium id quo Chriſtus dixit Apoſtolis:Nolite portare aurũ, aut argentum,neque ſacculum, neque peram, neque calceamenta & neminem per viam ſalutaueritis.Illico calceamenta depoſuit,peram & pecuniam abdicauit, reiectiſque baculo & corrigia, vna contentus tunicula,pro ſingulo funem ſumpſit, & ſic ad ſeruandam vitam euangelicam ſe totis viribus recollegit. Quo tempore ſecundum opinionem veriorem in
C lapide iſto fundamentali ordo fratrum Minorum initium,& fundamentum accepit.

Luc.10. Cõuerſio S.Fráciſci, & ordinis Minorum inſtitutio. A.C.1209.

Cúmque ſic à mundo abſtractus,à multis reputatus inſanatus,per duos annos in maxima auſteritate,paupertate,& patientia ſoli domino deſeruiſſet:vir quidam venerabilis de nobilioribus,prudentioribus,& ditioribus ciuitatis Aſſiſij Bernardus nomine, cuius conſilio tota ciuitas illa regebatur, prudenter conſiderans in beato Franciſco tantum mundi contẽptũ diuino inſtinctu ipsũ ad ſecũ cœnandũ & dormiendum deuotè inuitauit, vt eius ſan-
D ctitatem vel fatuitatem melius explorare valeret.Et cum poſt cœnam lectos,quos pro ſe, & beato Franciſco præparari fecerat, ambo intraſſent, dominus Bernardus fortiter ſtertendo,finxit ſe profundiſſimè dormire. Tunc ſanctus Franciſcus & mente & vultu in Deum intendens, eleuatis manibus totus ignitus cum indicibilibus lachrymis, & deuota moroſitate continuè hæc verba replicabat.Deus meus, & omnia.Deus meus,& omnia.Quod cum fulgore lampadis intra cameram ardentis Bernardus videret, ſurgens manè totus deuotione
E ſuccenſus.dicit ſancto Franciſco.Frater Franciſce,egò diſpoſui penitus mundum relinquere & te ſequi,ac facere quæcunque mandaueris mihi.Cui ſanctus totus exhilaratus reſpondit: Domine Bernarde iſtud eſt adeo arduum,quòd à domino eſt conſiliũ requirendũ. Et ideo pergamus ad templum,& ibi dicetur nobis, quid nos oporteat facere.E cum ibi fuiſſet audita miſſa,prę cia oratione ſacerdoté illum,qui celebrarat,deuotè rogat, vt miſſale aperiat.Quod cum facto ſigno crucis impleſſet, illud occurrit primo.Si vis perfectus eſſe: vade & vende
F omnia,quæ habes & da pauperibus.Et ſecundo aperienti occurrit illud. Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me.In tertia libri apertione occurrit id.Nihil tuleritis in via. His auditis dixit beatus Franciſcus.Ecce conſilium domini,vade perfice quæ audiſti. Statim dominus Ber-

Mat 19. Luc.9. Ibid.

A.C. 1211.

Bernardus omnia,quæ habebat magni valoris exiſtentia vendidit,& comitante ſancto Franciſco in platea ſancti Gregorij pauperibus erogauit & eodem anno, ſcilicet.1211. habitum religionis & vitam Apoſtolicam accepit.

Primi D. Franciſci ſocij.

Eodem tempore dominus Petrus Cathanij canonicus ſancti Ruffini Aſſiſij, omnibus ſuis pauperibus diſtributis ordinem intrauit. Et poſt octo dies quidam alius de Aſſiſio Ægydius nomine,exẽplo eorũ prouocat⁹, ſimiliter habitum à beato Franciſco accepit. Poſt quos alij octo ad ordinem ſunt recepti,videlicet frater Sabatinus,frater Morichus, frater Ioannes de capella,frater Philippus,frater Ioannes de ſancto Conſtãtino,frater Barbarus,frater Bernardus,& frater Angelus. Iſti ſunt duodecim fratres quaſi duodecim ordinis fundamenta & duodecim Apoſtoli vitam Euangelicam totis viribus ſeruare eligentes, qui omnes fuerunt ſanctiſſimi viri,excepto fratre Ioanne de capella,qui vt alter Iudas,factus in ordine leproſus,furore ſuccenſus, ordinem egrediens à Deo ſic in manibus dæmonum relinquitur, quòd abiens laqueo ſe ſuſpendit,vt etiam in tam peruerſo diſcipulo Frãciſcus conformaretur Chriſto.

De Aegidio D.Bonauen.ibi.

Beatus igitur Franciſcus,iſta ſua familia primitiua in quodam tugurio derelicto, qui Riuus tortus dicebatur, ieiuniis vacans & orationibus morabatur. Et in eodem loco diuino adſiſtente ſpiritu quamdam regulam ſcripſit,vbi penè omnia mandata, quæ Chriſtus Apoſtolis dedit,inſeruit:& omnes profeſſores eiuſdem tam prælatos, quàm ſubditos, nominibus Euangelicis nuncupauit.Nam & prælatos miniſtros iuxta id.Qui maior eſt veſtrum, ille ſit miniſter veſter. Et omnes generaliter fratres minores ſecundum id. Quod feceritis vni ex fratrib. meis minorib.mihi feciſtis.Cũ eiſdem autem vndecim fratribus ipſe duodecimus,iuxta numerum Apoſtolicum ad præſentiam domini papæ Innocentij tertij ſe contulit,&dictam regulam approbandã obtulit,&ſe & ſuos à mundo totaliter abſtrahi ſupplicitèr requiſiuit.

D. Franciſcus regulã inſtituit.

Mat. 23.

Mat. 25.

Dominus verò papa Innocentius, ex præuiis diuinis reuelationibus, & ſuaſu domini Ioannis cardinalis epiſcopi Sabinenſis qui beato Franciſco,& ſuis ſe etiam ipſorum procuratorem,& protectorem in curia obtulerat, regulam approbauit,&vniuerſis fratribus tam clericis,quòd laicis præſentibus, datis eis paruis tonſuris, dedit de pœnitentia prædicanda mandata. Et tunc beatum Franciſcum inſtituit totius ordinis generalem Miniſtrum. Et ipſe ſtatim flexis genibus promiſit obedientiam domino papæ:& alij fratres beato Franciſco de mandato domini papæ promiſerunt firmiter obedire.Reuerſus autem beatus Franciſcus cum fratribus ſuis verſus vallem Spoletanam, cœpit per ciuitates & caſtra feruenter prædicare,cuius prædicationis & aliorum fratrum ſonitu multi animati ad pœnitentiã, ordinem ſunt ingreſſi.

Ordo minorum à Põt. max. confirmatur.

Inter quos fuit frater Syluester primus ſacerdos, qui ordinem intrauit. Hic vidit tribus noctibus crucem maximam,& fulgentẽm ex ore beati Franciſci procedentem, cuius aſpectu draco teterrimus circumdans ad excidium ciuitatem Aſſiſij penitus fugabatur.Quo inductus oraculo,cum magna deuotione, rebus ſuis pauperibus diſtributis ordinem intrauit, vbi ad tandem mentis eleuationem peruenit,quòd cum Deo quaſi facie ad faciem loquebatur.Et beatus Franciſcus ad eum mittebat,quando in dubiis ſcire volebat domini voluntatem.

A.C. 1212.

Intrauerunt etiam ordinem frater pacificus rex verſuũ ab imperatore coronatus, quando reperit ſanctum duob.tranſuerſis enſibus conſignatum, in quodam monaſterio prædicantem,in ordine ſanctiſſimè viuens.

Frater Leo totus columbinus confeſſor ſancti Franciſci quem propter eius vitæ ſimplicitatem ſanctus Franciſcus fratrem pecorellam Dei frequenter nominabat, frater Ruffinus nobilis, conſanguineus ſanctæ Claræ, frater Maffeus facundiſſimus, & multum curialis,frater Iuniperus humillimus, & patientiſſimus, & frater Moricus de ordine cruciferorum, ac frater Ioannes à ſancto Franciſco cognominatus ſimplex, quem ſequentem bouem, vt alterum Heliſæum ad culturam Euangelicæ perfectionis adduxit, qui tanta innocentiæ puritate pollebat, vt in omnibus ſanctum orantem actibus & geſtibus corporalibus vellet imitari. Et ideo dum ſanctus orabat: ipſum aſpiciebat continuè,& curioſè. Ita quando beatus Franciſcus flectebat,vel leuabat genua, vel manus, vel oculos ad cœlum,vel ſpuebat,vel ſuſpirabat,vel oſcitabat,frater Ioannes iſte ſe ei conformabat. Et cum ſanctus de hoc dulciter eum reprehenderet,reſpondit.Pater ego promiſi facere,quæ tu facis, quare neceſſe habeo facere,quæ te video adimplere.Qui peruenit ad magnam ſanctitatem,& ante beatum Franciſcum de hac vita migrauit.

Curialis.i. vrbanus& ſuauis.

3 Reg. 19.

De Morico Bon.ib.

Anno domini 1212.inſtituit ordinem pauperum dominarum,quem antè per ſex annos futurum,in eccleſia Dei prophetauerat, dum eccleſiam ſancti Damiani ſollicitè reparabat cuius prima plantula fuit virgo ſanctiſſima Clara.Quam in eccleſia ſanctæ Mariæ de portiuncula attonſam, & religionis veſte indutam, in monaſterio ſancti Pauli monacharum nigrarum pro cuſtodia collocauit. Demum ipſam ad eccleſiam ſancti Michaelis de Panſo tranſtulit intra ciuitatem Aſſiſij, & finaliter in eccleſia ſancti Damiani extra muros cum ſorore ſua Agnete poſt multas ſuperatas tribulationes incluſit.

Eodem anno deſiderio martyrij feruens, verſus terram ſanctam trausfretare tentauit, ſed diuina diſpoſitione redire compulſus eſt. Et cum in Hiſpaniam perueniſſet, cœpit grauiſſimè infirmari, nihilominus viſitauit limina B.Iacobi Apoſtoli & reuerſus eſt in Tuſciã anno domini 1215. tempore concilij generalis ſub Innocentio tertio celebrati, cum eſſet Romæ,vbi & ſanctus Dñicus erat pro approbatione ordinis ſui, oſtenſáque viſione de ipſis ſanctis Dominico & Franciſco cum ordinibus ſuis miſſis à Chriſto, & matre eius ad

In terram ſanctã nauigare diſponit.

A.C. 1218. prædicandum pœnitentiam, in eccleſia ſancti Petri ſe mutuo recognouerunt, & amplexantes ſe in oſculo ſancto, facti ſunt cor vnum & anima vna in domino.

Poſtea beatus Franciſcus iter arripuit verſus Franciam, ſed in via reperiens dominum Hugolinum cardinalem Oſtienſem qui miſſus fuerat legatus in Longobardiam ab Honorio papa, de conſilio eius reuerſus eſt. Dixit enim ei: Nolo, quòd à curia recedas, quia dominus papa, & cardinales contra æmulos tuę religionis melius ipſam fouebunt & protegent te pręſente. Et ſic redire compulſus miſit in Franciam fratrē Pacificum, qui primus ibi miniſtri officium geſſit, & illam prouinciam prouidè gubernauit.

Multi Frãciſcani in Hiſpaniã veniunt. Tunc etiam miſſit in Hiſpaniam fratres multos, vt iuxta datum ſibi à Deo mandatum cum ibi fuit, loca ibi ad habitandum caperent, & hæreticos, qui illam regionem inhabitabãt, ſua prædicatione confutarent. Qui cum ad regnum Portugalliæ deueniſſent, videntes eos populi habitu ſingularis formæ ĩdutos, lingua extraneos, timẽtes ne forte hæretici eſſẽt, malè ceperunt, & eos inter ſe nullatenus habitare permiſerunt. Sed regina Portugalliæ, deuota domina, audita eorum fama & cauſa aduentus, à viro ſuo Alphonſo obtinuit: vt Vlyſſipone & Minoraui duo loca conſtruere poſſent, quibus in locis habitantes fratres à dicta regina, vt filij a matre fouebantur.

F. Zacharias miraculis in Hiſpania claruit. Inter cæteros fratres in Hiſpaniam miſſos deſtinatus fuit quidam frater Zacharias Romanus, magnæ ſanctitatis vir. Qui deficiente pane fratribus, Guardianus exiſtens, à domino imperrauit Angelum Dei mitti ad eum, qui tot panes candidos, & ſapidiſſimos ad oſtiũ detulit, quot erant fratres. Et altera vice cum quidam ad prædicationem eius compunctus, ſibi confeſſus fuiſſet, inter cætera expreſſit ſe multum dubitare de veritate ſacramenti Euchariſtiæ, & cum verbis eius perſuaſiuis dubitatio à mentę eius auelli non poſſet, mandauit ſibi, vt die ſequenti veniret ad audiendum miſſam eius, & dominus ſibi prouideret. Quod cum

De Eucharistia dubitanti Chriſtus in ea apparet. feciſſet, deuotè miſſæ adſtans vidit manifeſtè, quòd hoſtia, quam tenebat in manu præfatus Zacharias, poſt conſecrationem erat conuerſa in carnem, quouſque voluit communionem aſſumere, & tunc reuerſa eſt in ſpeciem hoſtiæ ſicut prius. Et ex hoc miraculo liberatus eſt à dubitatione illa. Hic frater Zacharias ibi demum ſpiritum Deo reddens, miraculis effulſit.

Minores in diuerſas prouincias miſſi partim recipiuntur partim reijciuntur. Miſſi hincinde per orbem fratres à quibuſdam prouinciis recipiebantur, vt pauperes, ſed non ſinebantur ædificare loca, & ab aliis cum multis iniuriis expellebantur, tanquam falſarij, & ſuſpecti, pro eo quòd ſui ſtatus nullam literam authenticam afferebant. Regula enim nondum erat bullata, ſed verbo benè per Innocentium tertium approbata, & ideo poſt aliquod tẽpus fratres afflicti & confuſi de diuerſis partibus ad beatum Franciſcum redierunt, referentes vexationem ſuam, & cauſam. Hoc autem domino Hugolino cardinali Oſtienſi pro remedio adhibendo inſinuarunt. Ipſe au-

A tem domino Honorio præſentauit beatum Franciſcum cum fratribus, & in omnibus opportunis fauorabilem inuenit. Qui etiam beatus Franciſcus coram domino papa & cardinalibus feruenter prædicauit, & in amorem ſui ordinis inflammauit. Et defuncto domino Ioanne cardinale, petiit beatus Franciſcus ipſum dominum Hugolinum, qui poſtea fuit Gregorius nonus dari in ſui ordinis protectorem: Et iſte fuit primus protector ordinis ſecundum formam regulæ poſtulatus. A.C. 1219.

B Anno verò 1219. à prima conuerſione beati Frãciſci anno 14. in capitulo generali apud ſanctam Mariam de Portiuncula celebrato, iterum electis miniſtris de volũtate Dei miſſi fuerũt fratres ferè per totum mundum cum literis Honorij papæ miſſis vniuerſis eccleſiarum pręlatis & rectoribus huius tenoris. Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c. Cùm dilecti filij Franciſcus, & ſocij eius de vita & religione minorum, abiectis huius mundi vanitatibus elegerint viam vitæ à Romana eccleſia meritò approbatam, & ſerendo ſemina verbi Dei Apoſtolorum exemplo circumeant re-

C giones, vniuerſitatem veſtram rogamus & exhortamur, per Apoſtolica ſcripta, mandantes quatenus cum latores præſentium de prædictorum fratrum collegio exiſtentes ad vos duxerint declinandum, ipſos recipientes ſicut catholicos & fideles, eis ob reuerentiam diuinam & noſtram, vos exhibeatis fauorabiles & benignos.

Dictus etiam cardinalis dominus Hugolinus Oſtienſis epiſcopus, & protector ordinis & multi alij cardinales miſerunt ad hoc idem literas efficaces. Cùm his literis fratres cele-

D brato capitulo ſuo diſperſi, à prælatis viſis literis ſunt caritatiuè recepti.

Et ex his poteſt ſatis declarari dubiũ, quod mouetur ſæpè, quis ordo fuerit prius inſtitutus ſeu confirmatus à ſede Apoſtolica, prædicatorum an Minorum. Ex prædictis enim patet quòd quantum ad quamdam conceſſionem ſimplicem habitus, & modi illius viuendi, & quaſi permiſſionem, fuit prius inſtitutus ordo Minorum, quia per Innocentium tertium, vt dictum eſt. Quantum verò ad ſolemnem approbationem per bullas Apoſtolicas authen- Qui prior ordo prædicatorũ aut Minorum fuit.

E ticè, fuit prius ordo prædicatorum confirmatus, quia in principio pontificatus Honorij, & poſt aliquod tempus ordo Minorum ſolenniter approbatus fuit, per literas Apoſtolicas, & regula approbata.

Quinque Franciſcani ad Marochiorum regnum deſtinantur.

F

§. I.

Eo tempore de voluntate domini, beatus Franciſcus miſit quinque fratres perfectiſſimos

A.C. 1220

fectiſſimos ad regnum Marochiorum, vt infidelibus legem ſpurciſſimam tenentibus Machometicam, fidem catholicam prædicarent. Qui illuc profecti poſt miracula aliqua facta, cum publicè prædicarent fidem Chriſti, declarantes legem Machometi, & g eſta eius abominanda, à rege Marochiorum fuerunt in carcerē truſi, & viginti dieb⁹ ſine cibo, & potu eos eſſe mādauit, ſed diuina fuerunt interea cōſolatione refecti. Demum poſt multos, & varios eorum cruciatus, ipſe rex crudeliſſimus per medium frontis adacto gladio, manu propria eos interemit, corpora quoque eorum igni tradi fecit: ſed vim virtutis ſuę oblitus eſt ignis Deo illa corpora illęſa conſeruāte: quę poſtea honorificè à fidelibus ſunt ſepulta, & plura miracula ibi facta.

Eodem anno, quo ſancti fuerunt interfecti, in regem Marochiorum, & regnum eius in vindictam ſanctorum indignatio Dei efferbuit. Nam manus dextera & brachium, quibus ſanctos occiderat, & eiuſdem partis omnia membra vſque ad pedem dextrum fuerunt deſiccata. In patria etiam illa tribus annis ſequentibus immediatè nihil pluit, ex quo ſecuta eſt tanta ſterilitas rerum, & hominum peſtilentia per quinque annos continuo, quòd quaſi maior pars illius gentis fuit per peſtis morbum deleta, vt iuxta numerum fratrum ſequeretur annorum numerus peſtilentialium.

D. Antonius Paduanus ad religionē minorum martyrum morte incitatus.

Iſtorum autem ſanctorum martyrum exemplo beatus Antonius, qui dicitur de Padua (non quia inde oriundus, ſed quia ibi defunctus, & glorioſus oſtenſus) tunc in Hiſpania canonicus exiſtens in monaſterio ſanctæ Crucis, qui Bernardus antea vocabatur, zelo martyrij flagrans ordinem minorum ingreſſus eſt ætatis ſuę anno vigeſimo quinto, & decem annos in ordine peregit plenus ſanctitate, & præclarus doctrina & miraculis.

In illa autem fratrum diſperſione per orbem beatus Franciſcus ob feruorem martyrij ad partes Syriæ cum duodecim alijs fratribus transfretauit. Et aſſumpto fratre Illuminato ad Soldanum cum aliis perrexit. Sed ab inſidiis Saracenorum tenti, ligati, & crudeliter verberati, tandem ad Soldanum ſunt perducti. Vnde Iacobus de Vitriaco cardinalis in Hieroſolymitana hiſtoria, quam deſcripſit, ſic ait. Vidimus primum ordinis minorum fundatorem Franciſcum nomine virum ſimplicem, & illiteratum, dilectum Deo & hominibus, ad tantum ebrietatis diuini amoris exceſſum, & feruorem ſpiritus raptum fuiſſe, quòd cum ad exercitum Chriſtianorum ante Damiatam in terra Ægipti deueniſſet, ad Soldani Ægypti caſtra intrepidus, & fidei clypeo communitus acceſſit. Quem cum in via captum tenuiſſent Saraceni, ego (inquit) Chriſtianus ſum, ducite me ad Dominum veſtrum. Hunc adductum coram eo cernens beſtia illa crudelis, aſpectu eius in manſuetudinem conuerſa eſt, per dies quis aliquot ipſum ſibi, & ſuis Chriſti fidem prædicantem attentiſſimè audiuit, tandem metuens ne aliqui de exercitu ſuo verborum eius efficacia ad Chriſtum cōuerſi, ad Chriſtianorum exercitum tranſirent, cum omni reuerentia & ſecuritate ad noſtrorum caſtra eum adduci præcepit, dicens ei: Ora pro me, vt Deus illam fidem, & legem, quæ ſibi magis placet, dignetur mihi inſpirare. Saraceni autem fratres minores tamdiu de fide Chriſti, & doctrina Euangelica prædicantes libenter audierunt, quouſque Machometo tanquam mendaci & perfido manifeſtè contradixerunt. Nam extunc eos impiè verberantes, & penè trucidantes de ſuis ciuitatibus expulerunt. Poſt quæ beatus Franciſcus diuino præmonitus oraculo ad partes fidelium remeauit.

Acceſſit Damiatā ad Chriſtianorum caſtra & inde ad Soldanum Ægypti.

Miſſus eſt autem ad prouinciam Prouincię Frater Ioannes Bonelli de Florentia vir perfectus, & magni zeli, qui factus miniſter ibidem in Arelate capitulum prouinciale celebrauit. In quo ſancto Antonio de titulo crucis prædicante, beatus Franciſcus apparuit, & fratres multiplici ſpiritus conſolatione repleuit.

F. Ioannes Bonelli in Prouinciā miſſus.

Ad partes Aquitaniæ directus fuit columbinæ ſimplicitatis frater Chriſtophorus, qui vita & miraculis partes illas illuſtrans in conuentu Caturci fuit honorificè tumulatus.

Ad Prouinciam Angliæ deſtinatus fuit per beatum Franciſcum frater Agnellus Piſanus, qui conuentum Piſanum fundauerat cum fratre Alberto Piſano, qui poſtea fuit generalis miniſter, & tribus aliis, qui in regno Angliæ religionem minorum plantauerunt. Et ibi miniſter prouincialis dictus frater Agnellus fuit inſtitutus. Intrantes autem Cantuariam Angliæ, à fratribus prædicatoribus, qui iam ibi receperant conuentum, caritatiuè ſunt recepti.

Fratres Minores in Angliam ingreſſi à Monachis nigris malè recipiuntur.

§. II.

RECEDENTES inde Minores profecti ſunt verſus Oxoniam notabilem ciuitatem, & peruenerunt ad quandam grangiam monachorum nigrorum monaſterij de Arabudon, quæ eſt in vaſtiſſimo nemore, inter Londoniam & Oxoniam ſita. Et illo ſero propter pluuias vltra procedere non valentes, timentes fame periclitari & frigore, à monachis ibi exiſtentibus hoſpitium humiliter poſtularunt. Iunior verò videns eos facie ſqualidos, & deformes habitu, & alterius linguæ ioculatores eos exiſtimans, nunciauit Priori qui ibi cum fratribus aliis monachis erat pro minutione & recreatione, videlicet cum ſacriſta, cellerario, & quodam alio iuniori. Qui cum fuiſſent introducti, vt biberent, & luderent coram eis, reſponderunt fratres ſe non eſſe ioculatores, ſed religioſos vitę Apoſtolicæ profeſſores. A priore verò & aliis tāquā falſi quęſtores abiecti extra portā cōtēptibiliter expellūtur. Iunior autē monach⁹ eis cōpatiēs, rogauit ianitorē, vt poſtquā prior lectū intraſſet illos in domum

Ioculatores, i. mimi

A.C. 1221. introduceret fænariam, & ipſe de aliis prouideret. Introductis igitur fratribus ad dormiendum ſuper fœnum, monachus ille panem & ceruiſiam eis apportauit, ſe orationibus ipſorum commendans. Et poſt hæc lectum ſuum intrauit.

Qui requieſcens in ſomnis vidit Chriſtum in trono mirabili reſidentem, & omnes ad iudicium conuocantem, & terribili vultu ait, Vocentur huius loci patroni. Cumque adducti fuiſſent omnes monachi ſupradicti, veniebat ab alia parte quidam pauperculus & deſpectus, in habitu ipſorum fratrum minorum, & cum clamore conqueſtus eſt dicens, iuſtiſſime iudex, clamat ad te ſanguis fratrum Minorum, qui eſt iſta nocte per hos monachos, quantum in eis fuit periclitatus, dum eis in tanto periculo cibum & hoſpicium denegarunt, cum tamen iſti fratres omnia pro amore tuo reliquerunt, & huc venerunt animas quærere, quas tu moriens redemiſti, & negauerunt ſeruis tuis quæ ioculatoribus non negaſſent. Tunc Chriſtus terribili vultu dixit priori. De quo ordine es tu? Qui reſpondit. De ordine ſancti Benedicti. Et côuerſus Chriſtus ad ſanctum Benedictum dixit. Eſtne verum quod iſte dicit? Qui reſpondit. Domine deſtructor eſt meæ religionis ipſe, & ſocij eius. Nam ego præcepi in regula, quòd menſa abbatis ſemper ſit cum hoſpitibus, & nunc iſti neceſſaria hoſpitibus negauerunt. Tunc præcepit Chriſtus, vt in vlmo, quæ erat in clauſtro ſtatim ſuſpenderetur, & ſimiliter fuit factum de ſacriſta, & cellelario poſt ſimiles reprehenſiones, & iudicatum de eis. Quibus ſuſpenſis vertit ſe Chriſtus ad illum monachum, qui fecerat miſericordiam in minores, interrogans cuius ordinis eſſet, Conſiderans ille quomodo monachi Benedicti fuerant malè tractati, totus tremebundus, & ſibi pauens dixit Domino. Ego ſum de ordine huius pauperis. Tunc Chriſtus illi pauperi dixit. Franciſce eſtne verum, quòd iſte ſit de ordine tuo Reſpondit Franciſcus: Domine, meus eſt, & ex nunc recipio eum. Cumque ipſum fortiter amplexaretur, fuit à ſomno excitatus, & ſtupens ad huiuſmodi viſionem, & maximè quia nomen Franciſci audierat à Chriſto, cucurrit nunciare priori quem reperit in ſua camera deformem, & penitus ſuffocatum. Qui territus clamauit, & currens ad alios monachos inuenit eos modo ſimili ſtrangulatos. Et cum vellet ad fratres Minores confugere ipſos reperit receſſiſſe. Nam timore prioris ianitor licentiauerat eos ſummo mane, & pergens ad abbatem omnia per ordinem enarrauit. Qua de re fuit valde ſtupefactus. Et cum iſta hincinde vulgarentur, dicti fratres Oxoniam venientes à rege Henrico ſunt honorificè recepti. Quibus rex dedit locum ad conuentum conſtruendum.

Minores in Anglia monaſteria conſtruunt.

Intantum autem fratres illi fuerunt in partibus illis ſanctitate famoſi, quòd non ſolùm monachellus ille, qui fuit primus ibi receptus ad ordinem minorum, ſed & Dominus Rodulphus epiſcopus Erfordienſis, & quidam abbas cum multis aliis ordinem intrauit, & tam humiliter conuerſati ſunt, vt & ipſe epiſcopus & abbas lapides portarent pro conſtructione conuentus. Hic verò frater Agnellus, cum multos iuniores ad ordinem recepiſſet, ordinauit ibi ſtudium, & rogauit Dominum Robertum venerabilem Oxoniæ theologiæ magiſtrum vt regeret ſcholas fratrum. Qui humiliter acquieuit, donec de ordine habuit ſucceſſorem. Cum autem dictus frater Agnellus ad eundem conuentum deforis applicuiſſet, voluit experiri, quid fratres prædicti in ſtudio profeciſſent. Et videns eos diſputâtes adinuicem acceſſit. Et audiens eos diſputantes, vtrum iſta ſit vera? Deus eſt, zelo accenſus, & multum turbatus ait. Heu me ſimplices, & illiterati ad Deû rapiuntur: & iſti litterati Deum eſſe ponunt in quæſtione. Et ob hoc illud ſtudium reuocauit.

Tertius ordo D. Franciſci dictus pœnitentium quando inſtitutus. de hoc ordine ſup. ca. 2. ante. §. 1.

§. III.

Anno Domini. 1221. beatus Franciſcus inſtituit tertium ordinem qui dicitur pœnitentium propter illos, qui matrimonio iuncti facere pœnitentiam flagitabant, quorum primus fuit quidam ſanctus homo dictus Lucius.

Et eodem anno Honorius [a] papa 3. dedit ordini priuilegium, quòd nullus poſt profeſſionem factam ordinem exire præſumeret, exeuntem nullus retinere auderet, & quòd nullus poſſet ſub habitu dicti ordinis euagari, & contra hoc præſumentes, poſſent fratres cenſuram eccleſiaſticam exercere.

Anno Domini 1223. Fuit vir quidam in Italia Bartholomæus nomine qui audita fama beati Franciſci circunquaque diffuſa, ad eius prędicationem, aduocationem ſuam deſerens (aduocatus enim erat) ſub honeſto habitu, & tertia regula dignos pœnitentiæ fructus facere ſatagebat, & tantam cum beato Franciſco familiaritatem contraxerat, quòd ſanctus recipiendi fratres ei conceſſerat facultatem. Hic habebat dæmoniacum in domo qui quaſi continuè loquebatur. Cum autem beatus Franciſcus ad illud hoſpitium quadam die accederet, antequam multum appropinquaret, dæmoniacus ille cœpit tacere, & per triduum continuè tacuit. Poſt receſſum beati Franciſci, loquacitatem primam reaſſumpſit. Adiuratus ergo diabolus à dicto Bartholomęo cur tacuiſſet per illud triduum, reſpôdit quòd ex quo applicuit beatus Frâciſcus ita religatus fuerat à Deo quod vnum verbum proferre non potuiſſet, & Bartholomæus adiecit. Eſt ne ergo tantus hic frater Franciſcus vt per eum ſic pati potueris & ligari? Cui dæmoniacus.

Dæmoniac' loquax ob præſentiam D Franciſci obmuteſcit.

[a] *Hoc priuilegium à Gregorio nono conceſſum fuiſſe habetur in compen. priuil. verbo, apoſtat a bordine. §. 1. & verbo habitus fratrū & monialium. §. 1.*

Verè

A.C. 1223.

Verè talis, & tanta eſt virtus eius, ꝙ magnalia eius totus mundus cum admiratione cognoſcet. Et nunquid (inquit Bartholomæus) vos demonus ad nentu ex quo iátus eſt, aliquid cognouiſtis? Et dæmon Non eſt multum tempus, quòd princeps noſter nos omnes ſimul congregauit & dixit, quòd pater miſericordiarum Deus, nunquam ſic mundum peccatis inuolui permiſit quin mundo peccatis multum collapſo, ſemper aliquem miſerit pro peccatoribus conuertendis: ſicut Noë, Abraham, deinde Moyſé, Demum Chriſtum, & Apoſtolos. Quia igitur modo humanum genus viam Chriſti, & Apoſtolorum reliquerat, & memoria paſſionis eius à cordibus hominum quaſi totaliter receſſerat, ex múltis argumentis clarum eſt, quòd mittendus erat aliquis reformator. Cùm autem videremus iſtum Franciſcum ſic ardua virtutum cum tanto feruore aſcendere, mundana contemnere, vitam Chriſti renouare tantam congregationem hominum perfectorum poſt ſe trahere quaſi certitudinaliter exiſtimauimus, quòd ipſe eſt, quem timebamus pro mundi reformatione mittendum. Et adiecit dæmum ſcilicet princeps dæmonum, quòd Deo Patre contra mundum turbato, Chriſtus promiſit ſuam paſſionem in puro homine renouari, per quem cordibus imprimeretur fidelium, à quibus videbatur penitus abolita. Hoc autem fuit biennio antequam ſanctus ſacra ſtigmata recepiſſet. Et ideò (inquit dæmō) contra ipſum & eius ordinem cogitauimus opponere vires noſtras. Nam cum in tali loco eſſet tantum ſeptem fratres ipſius ordinis, ferè octo millia dæmonum miſſa ſunt ad tentandum illos fratres: Inuenimus autem viam, per quam illos ſaltem per obliquum ad trangreſſionem regulæ deduceremus. Nam contra puritatem, mulierum familiaritatem, & iuuenum inſolentium receptionem, contra paupertatem, ędificiorum ſumptuoſas ſuperfluitates, contra obedientiam, opinionum diuerſitatem opponemus adeò quòd à ſtatu primo ordo videbitur diſceſſiſſe: Et tunc alius exurget, qui maiora faciet, quàm Franciſcus. Et tunc magna pars hominum per monita eius, & ſequacium conuertetur.

Minorum ordo quomodo deficiet.

Ordo la lius exurget. A.

S. Franciſcus regulam inſtituit.

§. IIII.

Anno Domini 1223. Cùm dominus Hugolinus Cardinalis Oſtienſis protector ordinis, vellet regulam per Dominum Honorium confirmari, beatus Franciſcus præoſtenſa ſibi prius cæleſti viſione de micis panum ſubtiliſſimis, vt regulam ad compendioſiorem formam reduceret, à Deo præmonitus aſcendit cum duobus fratribus ſcilicet Leone Aſſiſino, & Boniſo Bononienſi in montem Raincrij, ibique ieiunando & orando regulam, quam ex ore Domini ſibi aſſiſtentis percepit diligenter ſcripturę commendauit, & cùm deſcendiſſet, & eam fratri Heliæ vicario ſuo cuſtodiendā tradidiſſet, ille per incuriā eam amiſit Vnde beatus Franciſcus iterum aſcendens in montem eandem regulam ſancto reuelante ſpiritu exarauit. Cùm verò ſancto in monte exiſtente diuerſi miniſtri congregati, ne fortè nimis aſperam regulam inſtitueret formidantes, ad eum cum fratre Helia vicario ſuo acceſſiſſent, dicentes, quòd ad obſeruationem illius regulę niſi eam dictaret de eorum conſilio, ſe minime obligarent, vox audita eſt in aëre Chriſti dicentis, ſe velle, quòd regula illa ab vniuerſis fratribus ad litteram ſeruaretur: cum omnia quæ ibi erant à ſua procederent voluntate. Eodem anno fuit regula illa per Honorium tertium approbata pontificatus ipſius anno. 8. ab inceptione ordinis, ex quo beatus cœpit habere fratres, anno 15.

A.C. 1223.

Eodem anno menſe Ianuarij, beatus Franciſcus obtinuit primo à Deo, intercedente beata Dei genitrice Maria, & demum à ſuo vicario Honorio tertio indulgentiam plenariam peccatorum annis ſingulis accedentibus ad eccleſiam ſanctæ Mariæ de angelis, prima die Augusti, & quod duraret per diem naturalem, incipiendo à ſecundis veſperis illius diei, vſque ad veſperas diei ſequentis includendo noctem, quo die illa eccleſia fuit à ſeptem epiſcopis de mandato domini papæ ſolemniter conſecrata & dicta indulgentia publicata.

S. Maria de angelis cōſecratur.

Anno vero Domini. 1224. ad dictæ regulæ & plenariæ indulgentiæ confirmationem, circa feſtum exaltationis ſanctæ crucis, vel, vt in quadam reuelatione diuina continetur, in eodem feſto crucis, beatus Franciſcus fuit ſacris ſtigmatibus in monte Auernæ quaſi bulla regis altiſſimi ſigillatus.

Stigmata B. Frāciſco impreſſa.

Cum vero idem generalis beatus Franciſcus infirmitatibus & doloribus quaſi continuis ex rigore pœnitentię, cùm eſſet delicatiſſimus, grauaretur, in quodam capitulo in quātum potuit, ceſſit officio, & pro ſe ſtatuit fratrem Petrum Cathanij ad ordinem gubernandum, cui ſtatim promiſit firmiter obedire. Cum autem fratres multum lachrymarentur, videntes ſe quodammodo orphanos fieri tanto patre orbatos beatus Franciſcus eleuatis in cælum oculis, & manibus iunctis inquit, Domine tibi commendo familiam, quam mihi hactenus commiſiſti, & nunc propter infirmitates, quas tu noſti dulciſſime, curam ipſius habere non valens, eam commendo miniſtris, qui in Die iudicij coram te teneantur reddere rationem. Frater Petrus Cathanij cum aliquo tempore rexiſſet ordinem vt vicarius beati Franciſci ante mortem ſancti deceſſit, tumulatus apud ſanctam Mariam de portiuncula. Cum verò multis miraculis coruſcaret, & ob hoc ad illam eccleſiam conflueret cum oblationibus populorum multitudo, reuerſus ſanctus ad locum & propter illas oblationes & viſitantium multitudinem triſtis effectus, ad eius ſepulchrum accedens dixit. Frater Petre, tu mihi dum viueres, ſemper obediens fuiſti, modo quia nimis ab iſtis ſecularibus infeſtamur, debes mihi etiam obedire. Quare tibi per obedientiam præcipio vt ceſſes ab iſtis tuis miraculis, quorum occa-

A.C. 1224.

occaſione ab iſtis ſæcularibus perturbamur. Et extunc nullum miraculum fecit.

F. Helias a S. Fran. miniſter inſtituitur.

Poſt mortem verò fratris Petri beatus Franciſcus poſuit ad regendum ordinem fratrem Heliam de Aſſiſio, virum vtique famoſa prudentia illuſtratum. Qui quamuis à ſancto, & multis fratribus vocaretur miniſter, nullus tamen fuit ipſo viuente electus, vel ab ordine tanquam generalis receptus. Circa illud tempus frater Helias conſtituit, vt nullus frater de cætero manducaret carnes. Sed quodam Angelo in ſpecie pulcherrimi iuuenis ad portam fratrum pulſante, & fratri Heliæ prædicto quæſtionem huiuſmodi proponente. Vtrum obſeruatoribus ſancti Euangelij liceat de omnibus, quę apponuntur, prout Chriſtus tradidit manducare. (Luc. 10.) Et vtrum alicui liceat obſeruatoribus ſacri Euãgelij contraria imponere euangelicæ libertati Beatus Franciſcus qui tunc in ſylua orabat, & cui omnia de voluntate Domini reuelata fuerant, omnia reuocauit. Cùm enim iuuenis ille Angelus fortiter pulſaret ianuam, & frater Maſſeus ei reſpondiſſet, vt non ita fortiter primo pulſaret, ille autem ſe feſtinantiã aſſerens habere dixit. Ego volebã interrogare patrem Franciſcum de vna quæſtione, ſed ex quo eſt in ſylua occupatus in oratione, dicas fratri Heliæ vt ipſe veniat, & declaret. Qui cum nunciaſſet fratri Heliæ, & ille audito, quòd quidam iuuenis eum peteret, dedignatus eſt, vt vir elatus accedere. Qui iterum pulſans dixit fratri Maſſeo portario. Ex quo non vult venire frater Helias vocatus, dicas fratri Franciſco, vt mandet eum venire ad me. Quod totum executioni mandatum eſt. Veniens ergo frater Helias turbatus, & cum impetu aperiens portam, dixit. Quid vis tu? Cui iuuenis. Tu videris iratus, & turbatus. ſed rogo te, vt reſpondeas ad iſta duo, quæ ſcilicet ſuperius dicta ſunt. At Helias ait: Bene ſcio reſponſionem huius quæſtionis, ſed nolo modo tibi dicere. Cui Angelus. Ego melius te noui. Tunc iratus Helias clauſit ſibi hoſtium in faciem. Sed cito ad ſe reuerſus aperuit portam, vt reſponderet iuueni, & ille diſparuerat. Beatus autem Franciſcus in ſpiritu iſta cognoſcens turbatus contra fratrem Heliam, increpauit eum dicens. Male facis, frater Helia ſuperbe, qui repellis angelos, qui ad nos veniunt ad informandum nos. Et idem angelus in ſpecie iuuenis acceſſit ad fratrem Bernardum in alio loco manentem, & retulit ſibi quæſtionem factam ab eo fratri Heliæ. Vnde poſtea accedente fratre Bernardo ad locum vbi erant beatus Franciſcus, & frater Helias, & Maſſeus cõferentibus adinuicem de his beatus Franciſcus illico illud præceptum fratris Heliæ de non comedendo carnes reuocauit.

De F. Bernardo ſocio Beati Franciſci.

§. V.

REVELATVM eſt beato Franciſco oranti de iſto fratre Bernardo, quòd à multis, & acutiſſimis dæmonibus impugnabatur fortiſſimè, propter quod cum magna compaſſione A & lachrymis oranti pro eo, vt daret ei victoriam, manifeſtatum eſt ei diuinitus: quod pugnæ illæ datæ ſibi erant ad coronam, & exercitium meritorum, & de omnibus Dei auxilio victoriam reportaret, & in tanta pace, & quiete poneretur ſpiritus eius quod vniuerſi, qui audient, mirabuntur. Quod totum impletum

A.C. 1225.

Cùm autẽ vna dierũ, beatus Franciſcus eſt, qui iam cœcutiens effectus erat, tum propter pœnitentię rigorem, tum propter continuum fletum, perrexiſſet ad locum vbi morabatur frater Bernardus præfatus, vt loqueretur B cum eo de diuinis, inuenit eum in ſylua in oratione raptum, & diuina contemplatione totum abſorptum ad quem Franciſcus ait. frater Bernarde loquere iſti cœco. At frater Bernardus non reſpondit ei vllum verbum, vt pote ad Dominum tota mente ſuſpenſus, nec in eum reſpexit. (D. Fran. F. Bernard. viſitat vt eũ conſoletur.) Mirabilem enim gratiã dulcedinis habebat dictus frater Bernardus in loquendo de diuinis, & frequenter de huiuſmodi loquebatur cum eo, & aliquando per magnam partem noctis. Et facto aliquo interuallo, ſecundo & tertio, beatus Franciſcus vocauit C Bernardum dicens. Veni, loquere iſti cœco. Qui loquentem non aduertit diuinis intentus. Receſſit ergo beatus Franciſcus deſolatus, & quaſi murmurans, quòd frater Bernardus cum ad eum acceſſerit, nec reſponderit tertio vocatus. Et ecce diuina vox ad eum in corde facta. Vnde tu pauper homuncio conturbaris? nunquid debet homo Deum dimittere propter creaturam aliquam? Frater Bernardus cum tu eum vocabas, erat coniunctus mecum, & ideò non potuit ad te venire, nec te audiuit D vocantem. Hæc intelligens ſanctus ſtatim concito greſſu reuertitur ad fratrem Bernardum, vt ſe de dicta cogitatione humiliter accuſaret. Frater Bernardus autẽ ad ſe reuerſus occurrit beato Franciſco, audito, quòd ad ſe veniſſet & proiecit ſe ad pedes eius, & humilitas beati Franciſci & caritas & reuerentia fratris Bernardi ſibiinuicem obuiantes piè concertabant, & recitata reprehenſione diuina ſibi facta, præcepit beatus Franciſcus Bernardo vt quicquid ſibi mandaret per obe- E dientiam impleret. Ipſe verò timens, ne aliquod exceſſiuum, vt ſolebat, ad ſui contemptum imponeret, volens illud pia obedientia declinare dixit. Paratus ſum pater veſtram obedientiam facere, dummodo vos mihi in eo, quod vobis dixero, obedientiam promittatis. Reſpondit ſanctus aſſentio. Tunc frater Bernardus: Dicatis mihi Pater (inquit) quicquid vultis me facere. Præcipio tibi per obedientiam, ait B. Franciſcus, videlicet ad puniendam pręſumptionẽ meam, & audaciam cordis mei vt me iacentem in terra calces pede tuo vno ſuper guttur meum, alio ſuper os meum po- F ſito: ita quòd pedibus tuis me in gutture, & ore ſic calcantibus, tranſeas me ter ex vna parte ad aliam, & ſic tranſeundo improperans mihi dicas iſta. Iace ruſtice fili Petri Bernardonis vnde tibi tanta ſuperbia? qui es viliſſima creatura? & ſimilia. (D. Franciſc. humilitatis & patiẽtię exẽplũ ſingulare.) Quę cũ audiſſet frater Ber. ſibi imperata tamen, etſi durum valde ſibi fuerit exequi propter reuerentiam ad ſanctum, propter obedientiam impleuit, quantum

curia-

A.C. 1226.

curialiter valuit. Quibus peractis, dixit, Beatus Franciſcus: Modo præcipe, ô frater Bernarde, quicquid vis, & implere totum paratus ſum. Et ille. Præcipio tibi, quòd quandocunque erimus ſimul, de meis defectibus me arguas, & acrius reprehendas. Quo audito beatus Franciſcus obſtupuit, quia tantæ cognoſcebat vir ſanctus Bernardum eſſe perfectionis, & probitatis, vt haberet eum in magna veneratione. Vnde ex illo tempore cauebat vir ſanctus cum illo diutius commorari, ne propter dictam obedientiam contingeret ei tam ſanctam animam aliqua correctione impetere: ſed quando ipſum cupiebat videre, vel cum eo de Deo loquentem audire, expediebat ſe breuiter & ſuccinctè. Et erat videre mirabile, quomodo in patre ſancto, & eius filio primo genito Bernardo, deuota pugna certabat, & ſibi obuiabant obedientia & caritas, patientia & humilitas.

Cùm autem beatus Franciſcus infirmaretur ad mortem, pro ipſo fratre Bernardo miſit, & eum videre non poſſet, appropinquanti ſibi poſuit manum ſuper caput eius benedicens eum, & vni ex ſociis dixit. Scribe quod dico: Primus frater, quem dedit mihi Dominus, eſt iſte frater Bernardus, & qui primò incepit, & perfecit conſilium euangelicum omnia pauperibus diſtribuendo, & ideo magis teneor eum diligere, quàm aliquem noſtræ religionis. Vnde volo & præcipio, inquantum poſſum, vt quicunque fuerit generalis huius ordinis, & miniſtri prouinciales & alij fratres ipſum tanquam me diligant, & honorent, & vice mea ipſum habeant. Et in extremis conſtitutus fecit vocari ab adſtantibus fratribus, & lachrymantibus, ante tranſitum eius, ipſum Bernardum vt eum benediceret. Qui accedens dixit fratri Heliæ, vt poneret ſe ad dexteram ſancti, vt ponens manum ſuam dexteram ſuper caput ſuum eum benediceret. Quod cum factum fuiſſet dixit beatus Franciſcus tangens caput fratris Heliæ. Iſtud non eſt caput primogeniti mei Bernardi. Cancellatis ergo manibus poſuit dexteram manum ſuam ſuper caput Bernardi qui erat à ſiniſtris eius dicens. Benedicat te Deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti omni benedictione in cæleſtibus, & multa alia, demum ait: Quoſcunque volueris recipere ad ordinem recepti ſint, & quoſcunque volueris emittere, emittantur, & nullus ſuper te habeat poteſtatem: ſed quocumque volueris pergere, vel morari poſſis.

Matt. 19.

D. Franciſcus mirũ in modũ F. Bernadr comẽdat

S. Fran. bene dicit F. Bernardo.

Deuenit tandem iſte Bernardus ad maximum contemplationis apicem, & ſemel audiendo miſſam ita abſorptus fuit in Deum, vt dum eleuaretur hoſtia, nihil aduerteret, ſed ſtans irreuerberatis oculis inſenſibilis à mane vſque ad nonam permanſit, poſt nonam ad ſe rediens cum admiratiua voce dicebat. O fratres! ô fratres! nullus eſt in contracta iſta tam magnus & nobilis, cui ſi promitteretur vnum palatium auro plenum, quin ad tam nobilem theſaurum acquirendum feſtinaret. Sic ibat extunc ferè per quindecim annos tam mente quam facie ad Dominum ſemper erectus, in quibus propter exceſſiuam mentis eleuationẽ in menſa ſibi famem non auferebat corporalem. De omnibus tamen, quę ſibi apponebantur aliquantulum comedebat dicens. Vera abſtinentia eſt, ab iis, quæ ſapiunt, abſtinere. Et quia mens eius erat penitus à terrenis abſoluta, aliquando per viginti aliquando per triginta dies ſolus per montium cacumina percurrebat.

Cõtracta i. regio.

Bernardi vita cõtẽplationi maximè dedita.

Ad tantam radio contemplationis lympiditatem intelligentiæ peruenerat, quòd magni clerici pro arduis quæſtionibus theologiæ ad eum veniebant. Erat autem tanti zeli iſte vir Dei, vt quemlibet, & in quantocunque gradus culmine conſtitutũ & poſitum auderet reprehendere, ſi ipſum videret in aliquo regulæ tranſgreſſorem. Vnde & cernens aliquando fratrem Heliam miniſtrum ordinis generalem magnum equum equitare, poſt eum fortiter ſufflabat dicens. Nimis eſt groſſus, & altus equus iſte, non ſic regula docet. Nempe ad extrema deductus, ſumptis Eccleſię ſacramentis adſtantibus fratribus dixit. Cariſſimi ego nunquam fui frater Minor niſi in tentationibus meis, in illis enim ſemper reperi Deum adiutorem. Illud in anima mea ſentio, quòd pro mille mundis nollem non ſeruiſſe Deo. Rogo quòd vos inuicem diligatis. Sicque in lecto requieſcens facta eſt facies eius ſplendida & læta, ſicque ſpiritus eius euolauit ad cœlum & corpus eius quaſi niuem videbatur ridere.

Obitus B. Bernard. oldin s mi norum.

De D. Franciſci obitu, & rebus poſt eius mortem geſtis.

§. VI.

ANNO autem Domini. 1226. 4. nonas Octobris, Pontificatus Domini Honorij tertij anno. xi. ætatis vero ſuæ ſcilicet beati Franciſci quadrageſimo quinto anno à prima ſua ad Deum conuerſione anno vigeſimo ab inſtitutione religionis decimo octauo ex quo ſcilicet cœpit habere fratres poſt diutinam infirmitatem & grauiſſimos dolores ex hoc ſæculo migrauit ad cœlum. Poſt cuius tranſitum rexit ordinem frater Helias vſque ad electionem futuri generalis. Et eodem anno mortuo Honorio, electus eſt in Romanum pontificem Hugolinus epiſcopus Oſtienſis qui fuerat protector ordinis ipſius, & vocatus Gregorius nonus.

F uci. ſci. exiius.

Anno ſequenti frater Helias dedit licentiam fratribus ipſius ordinis ſcilicet fratri Danieli & Angelo, Samueli, Donno, Leoni, Nicolao, & Hugolino martirij feruore ſuccenſis accedere ad partes infidelium ad euangelizandum verbum Dei. Qui profecti ingreſſi in vnam ciuitatem Saracenorum prædicantes publicè Chriſtum & ſectam Machometi deteſtantes, capti, & flagellati fuerunt, & inuitati ad abnegandum fidẽ eorum magnis promiſſionibus & econtrario condemnari ſententia mortis, ſi ſuæ ſectæ non adhærerent, contemnentes omnia publicè confitebantur Chriſtum, & Machometum pſeudo prophetam, & legem eius peſſimam à diabolo inuentam, propter quod data ſentẽtia contra eos martyriũ capitis obtruncatione ſuſceperunt.

Hos martyres 1. eq. 10 in ſanctos retulit qui coiuntur. 8. Octobris.

Et

A.C. 1226

Et poſt aliquot annos apud Marochos in eccleſia ſanctæ Mariæ pro confeſſione fidei catholicæ fuerunt alij quinque fratres minores cum maxima multitudine Chriſtianorum vtriuſque ſexus decollati. Poſt quorum paſſionem Saraceni in ipſa eccleſia, vbi illorum corpora iacebant maximam luminis claritatem videntes, & campanas per ſe ſonantes, & voces angelorum Sanctorum præconium extollentes, admirati ſunt.

Helias autem qui remanſerat vicarius ordinis poſt mortem beati Franciſci, baſilicam miræ magnitudinis cœpit erigere extra muros Aſſiſij in quadam voragine, quæ ante dicebatur Collis inferni: ſed cum Dominus papa Gregorius ix. primum lapidem in fundamento eius poſuiſſet, vocata eſt collis paradiſi. Pro fabrica autem dictæ eccleſiæ frater Helias cœpit varijs modis pecunias extorquere. Nam primus pecuniarias collectas indixit prouincijs pro dicto opere conſummando. Concham etiam marmoream ante fabricam illam poſuit, in qua pecuniam ponerent aduentantes. Quod cernentes ſocij I. beati Franciſci, & ſpecialiter frater Leo perrexit Peruſium ad fratrem Ægidium pro conſilio ſuper hoc requirendo. Cumque fratres quærerent ab eo, vtrum concham illam liceret ſic tenere, conuerſus ad fratrem Leonem dixit oculis lachrymoſis. Si mortuus es mundo, vade & frange eam: ſi autem viuus, dimitte eam, quia illius fratris Heliæ perſecutiones durè poſſes portare. Quod intelligens frater Leo cum ſocijs, concham illam porphyreticam penitus confregerunt. Propter quod indignatus frater Helias, per famulos ſuos fecit eos fortiter verberari, & expelli de Aſſiſio. Et ob hoc inter fratres magna turbatio inſurrexit. Conuenientibus igitur fratribus ad capitulum generale propter prædicta, idem frater Helias fuit ab officio regiminis abſolutus. Et ibidem electus eſt frater Ioannes de Florentia cognominatus parens, ordinis generalis miniſter qui in partibus Hiſpaniæ officium miniſtri tunc gerebat.

F. Helias de miniſterio ordinis deponitur.

De fratre Ruffino.

§. VII.

De F. Ruffino.

Hic fuit de ciuitate Aſſiſij, & conſanguineus beatæ Claræ, nobili genere ortus, inter alios beati Franciſci primos diſcipulos generalis fragrauit redolentia ſanctitatis, & habitum ordinis minorum cum magna deuotione ſuſcepit. Erat autem virgo puriſſimus orationis & contemplationis prærogatiua ſublimis. Cum vna dierum, beatus Franciſcus loqueretur cum fratribus de diuinis, & tunc frater Ruffinus egrederetur de ſylua, vbi moram traxerat contemplando, dixit beatus Franciſcus, ipſum Ruffinum conſpiciens tranſeuntem, ſocijs ſuis. Dicatis mihi chariſſimi quam exiſtimatis ſanctiorem animam in hoc mundo? Qui cum reſpondiſſent ſe arbitrari ipſum Franciſcum tali priuilegio ſublimari: ait, Ego cariſſimi fratres ſum indignior, & vilior, quem

A. Deus habet in hoc mundo. Sed videtis iſtum fratrem Ruffinum? Deus mihi reuelauit, quod anima eius eſt de ſanctioribus animabus, quas Deus habeat in hac vita. Et firmiter dico vobis, ego non dubitarem ipſum ſanctum vocare, dum adhuc viuit in corpore, cum anima eius ſit in cælo canonizata. Hæc tamen dixit in abſentia fratris Ruffini.

D. Franciſci de F. Ruffino teſtimonium.

Hic frater propter aſſiduum contemplationis ſtudium, ita erat in Deum abſorptus, quòd quaſi inſenſibilis factus erat, & rariſſimè loquebatur, & tunc ſic impeditè, vt verba cum moroſitate magna, & quaſi cum violentia videretur proferre. Vnde nec diſſeminandi

B. verbi Dei gratia præditus erat, nec habebat audaciam ſic loquendi. Quadam vero die beatus Franciſcus præcepit ei, vt pergeret Aſſiſium, & in aliqua eccleſia prædicaret populo, quod Dominus inſpiraret. Cui Ruffinus: Parce mihi (ait) pater. Non mittas me ad hoc opus, quia (ſicut noſti) ego verbi gratiam non habeo, & ſum ſimpliciter inſcius, & idiota. Sanctus autem Franciſcus dixit: Quia ſtatim non obediſti mihi, ideo tibi per obedientiam præcipio, quòd nudus ſolis femoralibus retentis pergas Aſſiſium, & intrans

C. aliquam eccleſiam congregato populo prædicabis. Qui ſtatim nudus obedientiam implens profectus eſt Aſſiſium & quamdam ingreſſus eccleſiam nudus prædicauit. Pueri autem, & alij multi hunc videntes cœperunt ridere, dicentes, O ecce iſti faciunt tantam pœnitentiam, quòd efficiuntur amentes.

Interea ſanctus Franciſcus cogitans de tam prompta obedientia fratris Ruffini, & tam duro mandato cœpit ſeipſum increpare dicens. Vnde tibi fili Petri Bernardonis vili homuntioni contigit præcipere fratri Ruffino,

D. qui eſt de nobilioribus Aſſiſij, vt ad prædicandum vadat nudus? Certè ego faciam, quòd tu experiaris, quod in alio præcepiſti. Et hoc dicto, cum magno feruore nudauit ſe, & ſic nudus Aſſiſium intrauit, ſecum ducens fratrem Leonem qui ſuam, & fratris Ruffini tunicam diſcretiſſimè cogitans portauit. Aſſiſinates ergo intuentes eum nudum ciuitatem ingredi, putantes eum inſanire, ſicut & fratrem Ruffinum præ nimia auſteritate, cœperunt irridere. Inuenit ergo beatus Franciſcus ingreſſus eccleſiam fratrem Ruffinum prædicantem. O

S. Franciſc. ſeipſu de ſe imperata redarguit, & ipſe ad concionandu nudus pergit.

E. cariſſimi fugite mundum, & dimittite peccatum, reddite alienum, ſi vitare vultis infernum, ſeruate mandata, diligite Deum & proximum ſi pergere vultis ad cælum, & agite penitentiam. Et tunc S. Franciſcus ambonem aſcendit nudus & prædicauit tam ſtupenda de mundi contemptu, de pœnitentia ſacra, de paupertate voluntaria, de deſiderio regni cæleſtis, de opprobriis paſſionis Ieſu Chriſti, quod omnes, qui aderant non modica multitudo, cœperunt altiſſimè flere, & incredibili compunctione miſericordiam Dei implorare. Et ſic æ-

F. dificato populo tunicas induerunt, glorificando & laudando Deum quia ſeipſos vicerant, & mundi contemptum oſtenderant, reuertenteſque domum beatos ſe exiſtimabant, qui vel fimbriam veſtimentorum eorum tangere poterant.

Con

A.C. 1226.

Contigit ſemel quòd decem dæmoniaci, extra quandam villam in vnum congregati, ſe in quodam triuio poſuerunt, veniebat autem per vnam trium viarum frater Ruffinus, per aliam verò quidam miles cum equo ſuo. Ille verò miles videns illos obſeſſos,à via illorum timore diuertit. Dæmones etiam cœperunt fugere à via diuertentes. Qui illum militem vocantes ex nomine, & fratrem Ruffinum oſtendentes dixerunt. Vides ruſticum illum? quo reſpondente. Certè ſic. Dixerunt Eius orationes ſic torquent dæmones in inferno, ſicut racemi in torculari comprimuntur.

Eius in dæmones poteſtas.

Fuit autem iſte frater Ruffinus ſemel à diabolo de prędeſtinatione vexatus. Nam ſuggerebat cordi eius hoſtis antiquus, quod ipſe nō erat de prędeſtinatis ad vitam, & ideò in vanum tot laboribus in religione, & virtutum exercitiis occupabatur. Et propter iſtam tentationem, ſeu vexationem, per magnum tempus ſtetit triſtis & malencholicus, & ſine conſolatione ſpirituali, nihilominus conſuetas orationes non omittebat. Sed hoſtis antiquus volens ſibi triſtitiam addere, quæ grauiter vulnerat ſeruos Dei, ad impugnam interiorem addidit etiam exterius impugnare. Vnde apparens ei in ſpecie Crucifixi dixit. O frater Ruffine, quare te orationibus & pœnitentiis crucias, cum tu nō ſis de prædeſtinatis ad vitam? & hoc crede mihi, quia ego ſcio, quos elegi, & non credas filio Petri Bernardonis, ſi contrarium tibi dixerit, nec etiam de hoc ipſum interroges, quia ipſe, & quicunque alius hoc ignorat me excepto, qui ſum filius Dei, & ideò credas mihi, quia tu es de numero damnandorum, & ipſe frater Franciſcus, & pater eius eſt damnatus & quicunque ſequitur eum, decipitur. Frater autem Ruſſinus erat ita à principe tenebrarum obſcuratus, quòd iam fidē, & amorem perdiderat erga beatum Franciſcum. Vnde hoc ei dicere non curauit. Sed quod frater Ruffinus non dixit, hoc ſpiritus Domini reuelauit. Vnde pius pater intuens in ſpiritu tantum frātris Ruffini periculum, miſit ad eum fratrem Maſſæum, qui eum ſtatim vocaret. Quod cum egiſſet, reſpondit frater Ruffinus. Quid ergo habeo facere cum fratre Franciſco? Et tunc frater Maſſeus ſpiritu Dei plenus cognoſcens maligni ſpiritus fallaciam, ait. O frater Ruffine, neſcis tu, quòd frater Franciſcus, eſt ſicut Angelus Dei, qui tot animas in mundo illuminat, & à quo nos tot gratiæ dona recepimus? vnde velim omnino, quòd venias ad eum, quia video te à diabolo deceptum, qui ſecum acceſſit ad eum. Hunc beatus Franciſcus videns à longè cœpit clamare dicens. O frater Ruffine miſelle, cui credidiſti? Manifeſtauitque ſibi beatus Franciſcus totam tentationem, quam intus & extra habuerat, & ille qui ei apparuerat, diabolus fuerat non Chriſtus, & ideò non debes (inquit) eius ſuggeſtionibus aſſentire. Et hoc tibi ſignum erit, quòd antiquus eſt ſerpens, ſi de cætero apparens tibi dicat. Tu es damnatus.

Triſtitia Dei ſeruos valde vexat.

Magna dæmonis illuſionis.

Reſponde ei. Aperi ei os tuum, & ſtercorabo in ipſum, & tantam vilipenſionem non ſufferens propter ſuam ſuperbiam ſubitò euaneſcet. Ad hoc etiam debes recognoſcere, quod

A aduerſarius eſt humani generis, quia cor tuum ad omne opus bonum indurauerat, quòd eſt proprium eius officium. Perpendens Ruffinus, quòd totum, quod acciderat ei, pater ſanctus ex reſſerat, & tentationem intelligens fuiſſe inimici ad decipiendum eum, cœpit fortiter lachrymari, & proſternens ſe ad pedes eius veniam petiit, culpam recognoſcens ſuæ occultationis. Qui eum exhortans admonuit, vt cōfiteretur, & orationes conſuetas non omitteret, & quia illa tentatio erit ſibi

B ad magnum profectum ſpiritus, quod experiretur in breui. Reuerſus ergo Ruffinus ad ſyluam ad orandum, cum ibi fuiſſet, apparuit diabolus in forma Crucifixi dicens. Frater Ruffine nonne dixi tibi quòd non crederes filio Petri Bernardonis quia damnatus es, & non vales infernum euadere? Ad quid ergo te tam ditè pœnitentia crucias? Cui ſtatim frater Ruffinus cum vilipenſione non modica ait. Aperi os tuum, vt mittam fæces meas in ipſum. Tunc ſtatim diabolus euanuit cum tanta commotione, & ruina lapidum illius montis,

C quòd per magnum ſpacium fluxit multitudo petrarum, vbi adhuc apparet lapidum horrenda ruina. Ad tam terribilem ſtrepitum lapidum Franciſcus, & ſui admirantes, extra locum, vt nouitatem illam viderent, exierunt. Et ſic frater Ruffinus manifeſtè percepit, quòd à callido hoſte fuerat deceptus. Vnde ad beatum virum reuerſus iterum ſe accuſauit proſternens, & veniam petens qui confortatus eſt ab eo.

Dæmon quibus indicus poteſt cognoſc

Dæmonis opus proprium.

Poſt hæc in oratione conſtituto cum multis lachrymis, apparuit ei verus lucifer, qui ne

D ſcit occaſum, Ieſus Chriſtus: qui totam animam eius diuino amore liquefecit, dicens, Bene feciſti fili, quia credidiſti Franciſco, ego ſum vere magiſter tuus Chriſtus, & hoc ſignum tibi erit, quia nunquam de cętero triſtis eris. Et benedixit eum Dominus, & dimiſit eum in tanto gaudio & dulcedine ſpiritus, & mentis eleuatione, quòd die, noctuque in Domino videbatur abſorptus. Et ex tunc frater Ruffinus cum magna attentione Fratri Franciſco deuotè & ſedulò miniſtrabat, & præ aliis vulneris dextri lateris ſibi à Chriſto impreſſi

E fuit curioſiſſimus indagator, & multiplici experimento ſe & alios fratres adhuc viuente beato Franciſco de ipſa plaga reddidit certiores, & viſu, & tactu, & ſanguine reperto in veſtibus eius loco plagæ adherentibus, cum ſe mutaret. Huic in extremis conſtituto apparuit beatus Franciſcus, qui iam deceſſerat, cum multitudine Angelorum, ad quorum ſocietatem migrans tranſiuit.

Chriſtus ei verè apparet.

Quantæ poſt tētationem ſint collatæ F.Ruffino gratiæ.

F

De F.Iunipero homine ſimpliciſſimo.

§. VIII.

ALTER fuit ex primis diſcipulis beati Franciſci electiſſimus nomine frater Iuniperus, mira humilitate, patientia, & ſui contemptus ſoliditate fundatus,

A.C. 1226.

A quem multa perpeſſum nemo vnquam vidit iratum. Ad tantum autem ſui contemptum deuenit,vt ob eius perfectionem ab ignorantibus fatuus reputaretur.

Hic cũ quemdam ex fratribus ſui ordinis in cõuentu ſanctæ Mariæ de portiũcula infirmatum viſitaret,vid ens eum nimia vexatione grauatum,totus compaſſione liqueſcens inter rogauit,an vellet aliquid manducare & cum languidus reſpondiſſet,ſe de pede porci, ſi haberet,libenter eſurum, ait frater Iuniperus. Ego tibi hoc præparabo. Subitò igitur arepto gladio foras egreditur. Et per agros diſcurrens, inueniens gregem porcorum poſt eos currit,& vnum capiens pedem abſcidit,& diligenter eum quoquere faciens infirmo comedendum obtulit cum magno gaudio caritatis, quòd infirmum conſolatus fuerat de petito cibo. Interea Dominus gregis à porcario audiens vni ex ſuibus pedem à fratre quodam abſciſſum, ad conuentum accedit vbi tunc erat beatus Franciſcus vocatur, vt prælatus maior,querela exponitur, iniuriæ & contumeliæ adduntur,fratres non Dei ſeruos, ſed fatuos,& latrones eſſe Dominus gregis vociferatur. Beatus Franciſcus ſe excuſar factum ignorans, & ſatiſfactionem omnino ſibi faciendam promittit veritate comperta.

Vide S. hominis candorẽ.

Recedit ille turbatus,vocat beatus Franciſcus fratres,quærens an aliquis eorum tantum exceſſum agere auſus fuiſſet. Aſſiſtens frater Iuniperus cum cæteris, manifeſtat ſe hoc caritatis opus feciſſe ex compaſſione ad infirmum, dicens, ſe mirari, quòd aliquis potuiſſet inde ſcandalizari, in ſubuentione fratris infirmi. Cui ſanctus. O frater Iunipere, quale nobis ſcandalum ſuſcitaſti,ille homo contra nos turbatus totam ciuitatem huiuſmodi repleuit rumoribus. Vnde tibi præcipio, vt illum requirens veniam proſtratus ab eo procures, ſatiſfactionem plenam offerens illi.

F. Iuniperus hominem, cuius ſui pedem ademerat cõuenit, & eum placat.

Ego (inquit frater Iuniperus) pater illum placabo, miror autem cum iſta temporalia nihil ſint, niſi inquantum deſeruiunt caritati,quòd aliquis de actu caritatis ſit turbatus. Proficiſcitur frater Iuniperus ad quærendum illum, & inuento narrat ſe id feciſſe credens ſibi feciſſe magnum ſeruitium,quòd de rebus ſuis, opus feciſſet caritatis. At ille magis indignatus,fatuum, & phantaſticum eum clamitat. Et cum exiſtimaret eum verba ſua non intellexiſſe, verba replicat,amplexatur eum,ad congratulandum ſecum exhortans de tanto opere caritatis. Inter quæ verba Deus emoliuit cor eius, & conſiderans ſimplicitatem eius porcum illum occidit, & bene præparatum fratribus miſit in ſatiſfactionem illatæ contumeliæ. Sanctus autem ait ſociis ſuis attenta tanta ſimplicitate,& patientia: Fratres mei vtinam haberem vnam ſyluam de talibus Iuniperis.

Dæmonibus eius eſt grauis ſimplicitas.

Et huius tantam humilitatẽ & puritatem,& eius præſentiam ſuperbi dæmones ſufferre non poterant. Vnde & dæmoniacus cum incederet per quamdam viam per quam frater Iuniperus veniebat, cum adhuc per multa milliaria diſtans eſſet, diuertit à via illa, cauſam aſſignans interrogatus, quia frater Iuniperus per eam viam accedebat. Et cum dæmoniaci ad beatum Franciſcum adducerentur, vt ſuis præcibus ab eorum vexatione liberaret eos,ſi ſtatim diabolus obſeſſum noluiſſet dimittere, dicebat ſanctus. Niſi ſtatim exeas,faciam huc contra te fratrem Iuniperum venire, Dæmum verò timens fratris Iuniperi præſentiam & beati Franciſci humiliatem non ferens,ſubitò recedebat.

Tanta pietate ad pauperes ferebatur, quòd ſi pauperiorem ſecundum habitum exteriorem inueniret,ſtatim manicam,vel caputium, B vel aliquam petiam habitus diſſuens pauperibus largiretur. Et ideò,Guardianus præceperat ei, quòd non daret alicui tunicam ſuam, nec etiam partem habitus; ſed cum cuidam pauperi eleemoſynam petenti obuiaret, compaſſione commotus ad eum inquit. Cariſſime non habeo niſi tunicam, quam dare non valeo præcepto Guardiani ligatus, ſi tamen tu auferas mihi, ego minimè prohibebo. Pauper verò eum expolians, ipſum denudatum reliquit. Qui ad conuentum rediens nudus, dixit ſe fuiſſe ſpoliatum. Et pietate in eo vrgente C non ſolum tunicam ſuam, ſed & libros, & paramenta, & aliorum fratrum veſtes pauperibus tribuebat, ſi illa ſola inueniſſet, vnde fratres oportebat cauere ſibi, quomodo chlamydes, & huiuſmodi dimitterent, ne ad manus fratris Iuniperi deuenirent.

Paramenta. i. templi donaria & ornamenta.

Volens autem inimicus humani generis fratri Iunipero magnam tribulationem ſuſcitare,acceſſit ad quemdam tyrannum crudeliſſimum, Nicolaum nomine: Dominum vnius caſtri, qui actu bellum mortiferum gerebat cum Viterbienſibus, dicens ei. Domi- D ne,ſtatim debet venire quidam proditor,miſſus à Viterbienſibus, vt vos ſubitò perimat,& tradat incendio caſtrum veſtrum. Et hoc vobis erit certiſſimum ſignum. Ipſe namque habet veſtem fractam, & caputium reuolutum, totaliter laceratum,& portat ſecum ſubulam, qua vos interficiat, & focarium,vt noctu totum caſtrum incendat. Stupefactus ad hæc Nicolaus, & nimium territus, iubet ſtatim portas cuſtodiri,& ſi talis homo venerit, cum illis ſignis, ſibi celeriter præſentari. Interim frater Iuniperus ad illud caſtrum venit ſo- E lus,quia licentiam eundi ſine ſocio habuerat à miniſtro. Et aliquibus iuuenibus diſſolutis cum obuiaſſet, illi pro deriſione fregerunt caputium, & totum lacerarunt. Ipſe verò ad hoc nec verbum ad eos aiebat. Ianitoribus igitur obſeruantibus, quòd eis à Domino fuerat demandatum, ſuperuenit frater Iuniperus habitu truncato, qui partem dederat pauperibus,& caputio lacerato,ita quòd frater minor eſſe non cognoſcebatur. Qui ſubitò capitur, & ducitur ad tyrannum. Diligenter autem quæſitus eſt, & ſubulam, quam ad F repatandum ſoleas deferebat, reperiunt apud eum,necnon,& focarium,quod gerebat,ad excutiendũ ignẽ, quia caput habebat debile,& frequẽter in deſertis morã trahebat. Statimq; caput eius chorda ſtringitur,ponitur in equuleo, trahitur, & totus corpore diſſipatur. Sicque inter cruciatus interrogatus quis eſſet

F. Iuniperus tãquã proditor capitur.

1A.C. 1229 eſſet reſpondit ſe maximum traditorem, & indignum omni bono. Interrogatus an volebat Dominum illa ſubula occidere, & caſtrum igne cremare, reſpondit etiam ſe maiora facturum, ſi Deus permiſiſſet. Ex quibus verbis non aliter diſcuſſis, arbitrati ſunt vera eſſe, de quibus fuerat Dominus eorum cautus factus. Vnde & proditorem Dominus adiudicauit eum ad caudam equi trahendum per villam, & poſtea ſuſpendendum. Ipſe vero nullam excuſationem oppoſuit, nec triſtitiam, ſed lætitiam oſtendebat. Facto igitur magno populi concurſu, frater Iuniperus chorda pedibus ligatis ac caudam equi, condemnatur ad ſuſpendendum.

Quidam autem zelo ſalutis eius ſtimulatus non hominem congnoſcens, ad locum minorum concurrit, rogans Guardianum, vt ad quemdam proditorem ſubitò ſuſpendendum accederet, qui nec de confeſſione, nec de ſalute animæ videbatur curare, vt eum induceret ad compunctionem. Qui concitus adueniens, & videns eſſe fratrem Iuniperum, ſtupefactus eſt. Frater Iuniperus quaſi de propriis iniuriis, & paſſionibus non curans, aſpiciens Guardianum ait. O Guardiane, quomodo eſtis bene pinguis. Guardianus igitur lachrymatus ex compaſſione, rogauit illos executores iuſtitiæ, vt aliquantulum expectarent quouſque Dominum caſtri alloqueretur quia frater Minor erat, & magnæ ſanctitatis. Quod & fecerunt. Pergens igitur Guardianus ad Nicolaum cum lachrymis, ſignificauit ei, quòd ille, quem ad mortem damnauerat, non erat proditor, ſed frater minor, & vnus ex perfectioribus fratribus ordinis eorum vocatus frater Iuniperus. Nicolaus prædictus ſuper his ſtupens (audierat enim alias de ſanctitate fratris ſic nominati) & totus territus perſonaliter ad locum profectus eſt, & proſtratus veniam petiit narrans cauſam, vnde fuerat motus, & eum à vinculis liberum dimiſit. Ille verò libenter indulſit, & adiecit Nicolaus. Verè video, quòd appropinquat finis vitæ meæ. Ex quo enim iſtum ſanctum virum ita crudeliter tractaui, licet ignorarem eum, Deus amplius non ſuſtinebit me ſuper terram. Quod euenit. Nam paulò pòſt gladio interfectus eſt.

Suſpēdio addicitur.

Etiam in præſentiſſimo mortis periculo iocatur.

F. Iuniperus liberdimittitur.

Interrogauit ſemel frater Iuniperus quemdam fratrem, quomodo vellet mori: Reſpondit ille. Ego vellem mori in quodam conuentu, vbi eſſet magna fratrum multitudo, vt omnes pro ſalute mea Dominum orarent. Et ego (ait frater Iuniperus) vellem tantum fœtere in morte conſtitutus, vt nullus frater poſſet ad me appropinquare. Sed demum me extra in aliquam vellem proiicerent, & ibi ſolus & abominabilis morerer, ac ſepultura priuatus relinquerer canibus deuorandus.

Altera vice Viterbium ingreſſus, ad ſui confuſionem totaliter denudatus, ſaraballas capiti ſuo impoſuit, & tunicam inuolutam in faſciculum in collo, & ſic vſque ad plateam ciuitatis veniens, ſedit deluſus, & irriſus à multis. Poſtea ad conuentum pergens nudus, redargu- A tus à fratribus de confuſione ordini facta, exultabat de contumeliis ſibi illatis. Alias ſimilia fecit Aſſiſij in magna ſolennitate. A.C. 1226.

Sed nota, quòd etſi iſta in eo laudari poſſent ex opere [a] operantis .i. inquantum intendebat mundi contemptum, & ſui vilipenſionem, non tamen laudanda ex opere operato, vnde nec imitanda. Quæ enim à iure communi exorbitant: in conſequentiam non ſunt trahenda. Dicit regula iuris. Et priuilegia paucorum communem legem facere non poſſunt. Qui ergo talia faceret, increpandus eſſet & B puniendus, non laudandus: niſi hoc faceret ex familiari concilio ſpiritus ſancti, vt creditur iſtum feciſſe. Lex enim priuata ſcilicet ſpiritus ſancti non ſubiicitur legi ſcriptæ ſeu communi, vt dicitur xix. queſtio tertia c. duæ ſunt leges. Qua lege ductus Eſaias propheta nudus, & ipſe omnino inceſſit in conſpectu populi per illa tēpora laudabiliter & virtuoſe. Iſaiæ 20. Sed caueat quis, ne de facili credat ad iſta agenda ſe ſpiritu Dei duci, ſed prius ſit certus, ipſe enim Sathanas transfigurat ſe in Angelum lucis. 2. Cor. 11

C a *Celebris eſt Theologorum diſtinctio operis operantis & operis operati, dum agunt de differentia ſacramentorum veteris & nouæ legis, itaque opus operãtis illud eſt, quod ſuapte vi & natura Deo placere non poteſt, niſi quatenus fide & bonitate eius, qui illud operatur, Deo commendatum & gratum exiſtit. Opus verò operatum, eſt illud, quod per ſe & natura ſua diuino obſequio deſtinatum, vel diuina inſtitutione ad id deputatum, abſq; vlla operantis ratione Deo placet & acceptum eſt, ſicut ſunt nouæ legis ſacramenta, de quibus dicitur in Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 8.* D *Si quis dixerit per ipſa nouæ legis ſacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam fidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conferendam ſufficere anathema ſit.*

De F. Leone ſocio D. Franciſci familiariſſimo.

§. IX.

HIc fuit inter cæteros diſcipulos beati Franciſci primus ſecretarius confeſſor, E quem propter eius columbinam ſimplicitatem beatus Franciſcus ſingulariter diligebat, & fratrem Pecorellam Dei frequenter nominabat. Hic de vita actiua in mortificationem vitiorum in vitæ contemplatiuę hortum aromatum, & regis cellam vinariam fuit introductus. Hic frater Leo erat cum beato Franciſco, quando in montis Auernæ deſerto faciebat quadrageſimam ad honorem archangeli Michaelis, & quando fuerunt impreſſa ſtigmata Ieſu Chriſti. Ipſe enim ſolus in die ad eum cum pane & aqua audebat accedere, & ſemel nocte media ad dicendum cum ſancto F matutinum, & aliquando inueniebat eum toto corpore per ſtaturam hominis eleuatum à terra, aliquando vidit ad cacumina arborum eleuatum, aliquando in tanta altitudine ſurſum vectum, quòd vix eum oculis poſſet aſpicere. Semel vero ipſum adiens media nocte, & in cella non inueniens per montem diſcurrit, ipſum ſecretò explorando. Et cum

D. Franciſci raptus admirabiles.

A.C. 1226. appropinquaſſet luna radiante vidit eum genibus flexis facie in Deum directa orantem & dicentem. Quis es tu Domine Deus meus, & quis ego ſum, vermiculus, pauperculus ſeruus tuus & hoc ſępè replicans, aliud non dicebat. Et reſpiciens vidit vnam magnam flammam pulcherrimam, valde ſplendentem, oculis delectabilem, à ſummis cælorum vſque ad caput Franciſci deſcendentem. Et de illa flamma vox egrediebatur, & ſanctus Franciſcus loquenti reſpondebat. Tamen frater Leo timens ſanctū impedire in tam ſanctis ſecretis, rediit retro, nec poterat intelligere verba quę dicebantur. Vidit autem, quòd rex ſanctus Dei manum ſuam ad illam flammam extendebat. flāma verò diſparēte, frater Leo incepit recedere plane, vt à ſancto non ſentiretur ibi eſſe. Sed audiuit nihilominus ſonitum pedum eius, vnde & dixit. Præcipio tibi in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, quiſquis es, vt fixus maneas, nec te moueas de loco. Cui Leo ſe firmans ait. Ego ſum pater, qui, & valdè fuit timore perterritus, ne forte beatus Franciſcus ægrè tuliſſet eius obſeruationem, & quòd ſocietatem eius dimitteret, quæ ſuper omnia ſibi erat amabilis. Dixit autem beatus Franciſcus ad fratrem Leonem. Ad quid veniſti Pecorella? nóne dixi tibi, quòd me non ires explorando? Dicas ergo mihi, quid audiſti, per obedientiam hoc tibi mando. Cumque omnia enarraſſet, quæ viderat & audierat, cernens quòd ſanctus ſtabat in quadam admiratione, & quia contra ipſum non videbatur amplius turbari, ſumens audaciam, & cum humilitate & reuerentia dixit ſancto. Rogo te pater, vt verba, quæ non audiui, mihi reueles, & exponas etiam ea, quæ audiui. Sanctus vero: quia ipſum tenerrimè diligebat reſpondit. O frater Pecorella Ieſu Chriſti, in iis, quæ tu audiſti & vidiſti, erant mihi aperta duo lumina. Vnum de cognitione creatoris, aliud de cognitione meipſius. Quando ergo ego dicebā: Quis es Deus me⁹, & quis ego ſum: erā in quodam lumine contemplationis, in quo videbam abyſſum bonitatis diuinæ infinitæ: & profundum lachrymoſum vilitatis meæ, propterea dicebam: Quis es Domine Deus meus ſummè ſapiens, ſummè clemens, ſummè bonus, vt viſites me: qui ſum vnus vilis vermiculus, modicus, abominabilis, & deſpectus? In illa namque flamma mihi Dominus loquebatur, & inter alia verba, quæ mihi tunc dixit, tres à me oblationes petiuit. Cumque me excuſarem, quod non habebam, niſi corpus, & animam, & veſtimentum: mitte (ait) manum tuam in ſinum, & quæ inueneris offer mihi.

Cognitio Dei & ſui ipſius diuinitus D. Franciſco collata.

Quod cum feciſſem, inde extraxi de ſinu meo vnam monetam auream magnam & pulchram, ac fulgentem magis, quam vnquam viderim. Et iterum manum in ſinum mittens aliam inueni ſimiliter, & tertio itidem. Et ipſa trina oblatione facta benedixi Deum, gratias agens, qui mihi contulerat, quod offerrem, & ſtatim mihi declaratum fuit trinam iſtam oblationem ſignificare auream obedientiam, paupertatem altiſſimam, & ſplendidam caſtitatem, quæ mihi Deus dedit ſine conſcientiæ reprehenſione ſeruare,

Bona Dei ſunt votorum obſeruatio.

Cùm ſemel beatus Franciſcus in quodam ſecello cum fratre Leone moraretur, & libros ad dicendum officium non haberet, quadam nocte dum ad matutinum ſurrexiſſent, dixit fratri Leoni, Chariſſime nos breuiarium nō habemus, vbi poſſimus dicere matutinum, ſed vt tempus ad laudem Dei expendamus, ſicut te docuero ita dicas, & caue ne verba aliter mutes, ego enim ſic dicam. O frater Franciſce tu feciſti tot peccata in ſęculo quòd dignus es inferno. Et tu frater Leo reſpōdeas. B Verum eſt, quòd meruiſti profundiſſimum infernum. Frater Leo columbina ſimplicitate plenus ait. Pater ita faciam. Incipe in nomine domini. Cœpit ergo ſāctus dicere. O frater Franciſce tot peccata feciſti in ſęculo, quòd dignus es inferno. Et frater Leo reſpondit. Et Deus faciet per te tot bona, quòd ibis ad paradiſum. Et ſanctus redarguit eum dicens. Non dicas ſic, ſed ſicut doceo te. Ecce ego dicam: O frater Franciſce feciſti tot iniqua opera contra Deum, quòd dignus es penitus maledici, & tu reſpondeas. Inter maledictos C vtique dignus es computari, & nil ex his verbis mutes. Cui frater Leo. Libenter, pater faciam, quod mandas. Cum ergo diceret beatus Franciſcus, O Deus meus, ego contra te commiſi tot iniqua quòd dignus ſum in perpetuū maledici. Et frater Leo reſpondit: O frater Franciſce, Deus te faciet talem, quòd inter benedictos ſingulariter eris benedictus. At ſanctus admirans, reprehendit, quia non dicebat, vt docuerat. Et ille promittebat omnino illa dicere. Præcepit ergo ſibi ſub obedientia quòd reſpondeat, prout eum informat. Ego (inquit ſanctus) dicam ſic. O frater Franciſce miD ſerrime putas ne miſerebitur tui Deus cum tot mala perpetraueris contra patrem miſericordiarum & Deum totius conſolationis. 2.Cor.1. Non es dignus miſericordiam inuenire Et tu reſpōdebis. Nullo modo es dign⁹ inuenire miſericordiā. Dicēte ergo ſācto verba prædicta, reſpondit frater Leo, Deus pater, cuius eſt maior in infinitum miſericordia, quam peccatum tuum, faciet tibi magnam gratiam & miſericordiam, & inſuper multiplicem gratiam ſuperaddet. Luc.1 Matt. 23.

Et vir Dei dulciter iratus, & patienter turbatus ait. Quare frater Leo contra obedien- E tiam præſumpſiſti, & iam toties contraria tibi impoſitis reſpondiſti? Cui Leo, Deus nouit pater chariſſimè, quia ſemper propoſui dicere, prout iniunxiſti mihi, ſed Deus fecit me loqui ſecundum beneplacitum ſuum, & non ſecundum propoſitum meum. Dicas inquit, beatus Franciſcus iſta vice cum ego dixero. O Franciſce putas ne Deus miſerebitur tui? Et tu reſponde, quòd non ſum dignus miſericordia Dei. Cumque promiſiſſet ſe omnino id acturum, & pater ſanctus illa locutus fuiſſet, reF ſpondit frater Leo. Ita pater miſerebitur tui Deus, immo magnam gratiam recipies à Deo ſalutari tuo, & exaltabit te & glorificabit te, quia omnis qui ſe humiliat exaltabitur. Et non poſſum aliud dicere, quia Deus loquitur per os meum. Et in hac humili contentione vſque ad auroram vigilando permanſerunt.

Huic ſoli tanquam fideliori amico beatus Fran-

A.C. 1226.

Franciſcus ſua ſacra ſtigmata committebat tangenda, vt nouas petiolas apponeret, amotis aliis ſanguine cruentatis. Nam qualibet die inter clauos illos mirabiles & carnem reliquam, ad tenendum ſanguinem & mitigandum colorem, tales illi petiolas renouabat. Die vero Iouis ſero, & per totum diem Veneris nullum apponi remedium permittebat, vt illo die crucifixionis in ſacris ſtigmatibus ſentiret crucifixi dolores. Apparuit quoque Chriſtus quadam vice fratri Leoni dicens. Ego turbor de fratribus ordinis tui. Cumque ille tremens cauſam interrogaret, reſpondit. Quia non recognoſcunt, vt ingrati beneficia mea, quæ impendo eis quotidie non ſolum ſpiritualia, ſed & corporalia, & neceſſaria corpori illis præbeo cum non ſerant neque metant, & quia frequenter murmurant, & otio vacant, & quia prouocant ſe ad irã, & ad amorẽ fraternũ nõ cito redeũt, remittẽtes ſibiinuicẽ iniurias.

De F. Maſſæo D. Franciſci ſocio.

§. X.

FVIT & alius inter ſocios beati Franciſci magnatum virtutum, nomine Maſſeus de Marignano. Hunc beatus Franciſcus cernens aſcendere de virtute in virtutem ne vanæ gloriæ vẽto agitaretur, collocare ſtuduit in humilitatis ſolido fundamento, vilia ei exercitia imponendo.

Cum ergo in quodam conuentu ſeu loco cum fratribus ſuis, beatus Franciſcus collocatus eſſet, dixit fratri Maſſæo coram omnibus: Frater Maſſæe, omnes hi ſocij tui habent gratiam orandi & contemplandi, tu autem habes gratiam verbi ad ſatiſfaciendum aduenientibus. Et propterea, vt iſti poſſint magis orationi & contemplationi vacare facies prouidere portam, eleemoſynam, & coquinam, ita quòd nullus curet de aliquo temporali, niſi tu. Quando fratres manducabunt, tu extra portæ oſtium manebis, ita quòd antequam venientes pulſent ad portam, ſatiſfacies eis aliquibus bonis verbis, ita quòd non oporteat quemquam exire niſi te. Qui inclinato capite humiliter obediuit, ſicque totum diligẽter faciebat per plures dies. Interea ſocij eius, vt illuminati à Deo, humiles & caritatiui, ceperunt intra ſe pugnam habere piam, ex eo videlicet quòd frater Maſſæus vir magnæ perfectionis, & orationi, & contemplationi idoneus, ſicut & ipſi, portaret totum pondus diei, & æſtus, propter quod rogarunt patrem, beatum Franciſcum vt illa officia inter eos diſtribuere dignaretur ad ſubleuandum onus fratris Maſſæi. Quod & fecit. Et frater, ſicut ex humili obedientia illa officia, etſi vilia, & oneroſa accepit libenter, ita ad volũtatẽ patris dimiſit omnia vel aliqua.

Matt. 10.

Hunc beatus Franciſcus inter alios ſocios libenter ſecum ducebat propter gratiam verbi, quam habebat, & diſcretionem præcipuam & propter adiutorium, quod ab eo recipiebat. Nam dum beatus pater eſſet in contemplatione conſtitutus ipſum à concurrentibus, & cum petentibus occultabat, eis ſatiſfaciendo prudentibus verbis, & ignitis de Deo eloquiis. Vnde in commendationem dicebat pater ſanctus. Ille eſt bonus frater minor, qui habet fratris Maſſæi gratioſum aſpectum, ſenſum naturalem, cum ſuo pulchro eloquio, deuoto.

A.C. 1226.

Cum autem in Prouincia Tuſciæ beatus Franciſcus & frater Maſſæus iret peragerent, fratre Maſſæo aliquantulum præcedente, ad quoddam triuium deuenerunt, per quod vel Senas, vel Florentiã, vel Aretium poterant proficiſci. Tunc frater Maſſæus ait, per quam harum trium ibimus viam pater? Et ille. Per quã Deus voluerit. Et frater Maſſæus. Et quomodo oſtendet nobis viam? Ad quem beatus Franciſcus. Dominus (inquit) in te oſtendet ſignum voluntatis ſuę. Vnde per obedientiam tibi pręcipio, vt tandiu in iſto triuio te circumuoluas quouſque tibi prohibuero. Quod cum obedienter faceret, & frequenter ex vertigine capitis, qui ex tali gyratione ſolet accidere, cecidiſſet, & frequenter gyrum iterum, atque iterum reſumpſiſſet, nunquam iuxta præceptum ſancti dimiſit etiam tranſeũtibus illuc hominibus donec ſanctus clamauit dicens. Nunc ſta fortiter, non te moueas. Et cum ille ſtaret, dixit ſanctus. Verſus quam partem faciem tenes? Et ille. Verſus Senas. At pater inquit. Hæc eſt via per quam Dominus vult, quòd eamus & miratus eſt, frater Maſſæus, quòd ſic quaſi pueriliter hoc fecerat circungyrando, non tamen aperuit os ſuum ad interrogandum cauſam huius. Cum autem ciuitati appropinquaſſent, egreſſi ſunt multi de ciuitate illa ex magna deuotione, aſſociantes eos vſque ad epiſcopatum. Et in illa hora erat tanta ſeditio in ciuitate, quòd mutuo ſe gladiis impetebant. Sed ad prædicationem beati Franciſci omnes fuerunt inuicem pacificari, propter quod ab epiſcopo ciuitatis fuerunt ſolenniter recepti. Sanctus autem laudes hominum fugiens, ſummo mane clam inſalutato epiſcopo receſſit. Quod frater Maſſæus in corde ſuo moleſte tulit. Et præcedens beatum Franciſcũ quaſi in via murmurando de eo dicebat. Quid eſt, quod fecit iſte bonus homo? heri fecit me circumuolui ſicut vnum puerum coram hominibus hodie iſti epiſcopo, qui cum tanto honore & caritate eum recepit, nec vnum bonum verbum dixit. Sed nutu diuino de tali murmuratione compunctus dixit in corde ſuo. Frater Maſſæe tu es valde ſuperbus & dignus inferno, quia vis cum tua ſuperbia Deo rebellare. Nam ea quæ facta ſunt in via iſta per hunc ſanctum virum, ſecundum Dei voluntatem, manifeſta fuerunt. Si enim non veniſſet Senas multi illorum ciuium ſe mutuo occidiſſent, & damnati eſſent, qui periculum euaſerunt ex noſtro aduentu. Certe ſi ſanctus iſte diceret tibi, vt pro ſiceres lapides, deberes obedire. Hoc eo cogitante clamauit poſt eũ beatus Franciſcus cui diuinitus nocte factæ fuerant cogitationes eius. Ad ea quæ nunc cogitas frater Maſſæe, te teneas, quia bona ſunt, & à Deo inſpirata. Murmuratio autem prima quam faciebas, à voluntate mala, cœca, & ſuperba, inſtigante diabolo procedebat. Et miratus frater Maſſæus,

Sedat ſeditionem Senis.

ſe eſſe culpabilem coram ſancto humilitet re- A cognouit.

A.C. 1226. Cum beatus Franciſcus cum fratre Maſſæo proficiſceretur in Franciam, in quodam loco eleemoſynam quæſierunt, vt comedere poſſent. Et cum reperiſſent quemdam fontem pulchrum, in cuius margine erat lapis latus & politus, poſuerunt ſuper illum panis fruſta, quæ acquiſierant mendicando. Beatus verò Franciſcus, quia apparebat hominibus deſpectus & paruus non habuit tot, & tam pulchra fruſta panis, ſicut frater Maſſæus, qui erat pulcher homo & magnus. Quod videns beatus Fran- B ciſcus totus lætus in ſpiritu dixit. O frater Maſſæe, nos non ſumus digni tam magno theſauro. Et hoc gradatim vocem extollens plùries explicauit. Reſpondit frater Maſſæus: Pater cariſſime quomodo poteſt dici theſaurus, vbi eſt tanta penuria vbi nec tobalia, nec cultellus, nec ſcutella, nec inciſorium, nec ſeruus, vel ancilla? Reſpondit beatus franciſcus. Hoc reputo magnum theſaurum quando nihil eſt de iis, quæ præparat humana induſtria, ſed totum quod adeſt, à diuina prouidentia miniſtratur, ſicut apparet in pane acquiſito, in lapide C tam polito, in fonte tam lympido. Vnde volo, quòd rogemus Deum, vt theſaurum ſanctæ paupertatis tam nobilem faciat nos diligere ex toto corde.

Cum autem perueniſſent Romam, ingreſſi ſunt eccleſiam ſancti Petri, & ſanctus poſuit ſe in vno angulo ad orandum, & frater Maſſæus in alio orantes cum lachrymis, vt ad poſſidendum theſaurum paupertatis ſanctæ ipſos inſtruerent Petrus & Paulus, & iuuarent. (S.S. Petrus & Paulus D. Fran. apparent.) Et ecce ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus cum magna claritate apparuerunt ſancto Franci- D ſco amplexantes eum & oſculantes atque dicentes: Frater Franciſce quia tu hoc petis, & deſideras, quod Chriſtus & apoſtoli ſeruauerunt notificamus tibi tuum deſiderium exauditum & theſaurus ſanctiſſimæ paupertatis tibi, & ſequentibus eſt conceſſus perfectiſſimè. Et tibi ex parte Dei dicimus quod quicunque hoc deſiderium exemplo tui perfectè ſequentur, de regno beatitudinis ſunt ſecuti, & erunt à Domino benedicti. Quibus dictis diſparuerunt dimittentes eum intimè conſolatum.

Erat frater Maſſæus magnæ orationis & la- E chrymarum. Semel tantum in die comedebat, & hoc ſero. Et intrans cellam aliquantulum dormiebat. Et circa mediam noctem ſemper vigilans, orans cum feruore dicebat per noctem totam hæc verba. Mi domine Ieſu Chriſte da mihi contritionem peccatorum meorum, & da mihi gratiam emendandi, & ſatiſfaciendi ſecundum voluntatem tuam. Mane audita miſſa intrabat cellam & cum plano cantu dicebat, Domine Deus meus, fac vt te cognoſcam, te timeam, te diligam. Aliquando dicebat contra volentes multum peregrinando F diſcurrere. Melius eſt ire ad ſanctos viuos, quam ad ſanctos mortuos, id eſt, bonos homines viuos, quam ſanctorum limina viſitare, quia ſancti viuentes docebunt te pericula, quæ tranſierunt, & tentationes ſpirituales & corporales, quas deuicerunt.

Procurator quidam cuiuſdam loci ordinis minorum ſæpè de aliis fratribus murmurabat, eorum mala, qui audiuerat & viderat, fratribus aliis recitando, dicens. Sic fecit talis, & alius talis fecit id. Quod frater Maſſæus ſine turbatione audire non poterat, & meritò quia proditor erat criminum non corrector. Ob reuerentiam autem Guardiani in præſentia eius, ad quem ſpectabat redarguere, nil ei dicebat, ſed apprehendens eum ad partem ſecretò ait illi murmuratori, vel potius detractori. Rogo te fili, ſemper habeas ante te bona opera ſanctorum hominum, & ſic de malo efficieris bonus & de bono melior. Si verò malorum facta ante oculos poſueris, ea conſiderando, & aliis reuelando, de bono efficieris malus & de malo peſſimus. Quod ſi contingat videre crimina aliorum, ſi prælatus eſt, corrigat, vt debet, ſi non prælatus dicat ſecũdum Auguſtinum iis qui poſſunt prodeſſe, & non obeſſe. (Aug. quæſtio 1. in c. 5. leuit.)

De S. Ægidio tertio Diui Franciſci ſocio.

§. XI.

FRATER Ægidius fuit tertius diſcipulus ſeu habitu indutus à beato Franciſco. Poſt duos annos à primordio conuerſionis ipſius beati Franciſci audiens enim hic Ægydius Bernardum & Petrum Aſſiſinates, mundo contempto habitum euangelicæ perfectionis ſub beato Franciſco ſuſcepiſſe imitatus eſt eos. Qui cum ipſo dum Aſſiſium pergeret, pro habitu procurãdo, ad induendum ipſum, & quędam mulier paupercula eis obuiaret eleemoſinam petens beatus Franciſcus fratri Ægidio mandauit, vt daret illi chlamydem ſuam. Quod cum ſubito lætanter feciſſet, viſa eſt eis illa mulier cœlum conſcendere. Licet autem beatus Franciſcus nondum populo plene prædicaret, tamen per loca hincinde diſcurrens, hortabatur viros & mulieres, vt Deum diligerent, & timerent, & pœnitentiam de peccatis agerent. Et frater Ægidius cum eo pergens vt ſibi crederent, cum optimè diceret, homines admonebat. Proceſſu autem temporis de licentia beati Franciſci limina viſitauit ſancti Iacobi apoſtoli, ſuſtinens famem, & ſitim, & multa incommoda, & deriſiones in via. Et cum cuidam pauperi obuiaret, & is eleemoſynam peteret, non aliud habens diſſuit caputium à tunica, & illud ei dedit, ambulans per aliquot dies ſine caputio quouſque per eleemoſynam aliud procurauit. Deinde ad terram ſanctam cum ſocio profectus eſt, vt ſepulchrum Domini, & alia ſancta loca viſitaret. Et cum Brunduſij moram traheretur, nauem expectans quæ eum tranſueheret, illo interuallo victum ſibi & ſocio quæſiuit: in lagena aquam baiulans. & per ciuitatem ad eam emendam inuitans. Et ſimiliter in ciuitate Achone exiſtens de labore manuum ſuarũ vixit faciendo ſportas, & de prætio earum ſe ſuſtentans, vel eleemoſynam oſtiatim mendicans. Acceſſit cauſa etiam deuotionis ad ſanctum angelum Michaelem,

&

A.C. 1250.

& ſanctum Nicolaum in Apulia,in quo itinere vna dierum feſſus ex itinere & famelicus ſecus viam obdormiuit, & à ſomno euigilans inuenit medium panis ad caput ſuum diuinitus præparatum. Quem comedens confortatus ſatis,proſecutus eſt iter ſuum.

Poſtmodum cum multitudine fratrum numero & merito augeretur ordo minorum, miſit beatus Franciſcus zelo ſalutis animarum ſuccenſus, aliquos ad prædicandum in terram Saracenorum martyrio flagrãtes. Inter quos fuit vnus iſte Ægidius. Qui cum peruenifſet Tuniſium, quidam Saracenus zelator illius legis perfidæ ſignificauit Saracenis ad uenifſe eos, qui prophetiam ſui Machometi & legem per eum datam condemnarent, & ideò eos gladiis exponerent. Propter quod ſuſcitatus eſt rumor inter eos. Chriſticolæ autem cum quibus moram trahebant illi minores compulerunt eos redire ad nauim, ne cum eis interficerentur à furore infidelium. Et accedentibus ad portum Saracenis, vt illos caperent de nauibus, fratres minores etiam contra prohibitionem Chriſtianorum prædicabant, vt conuerterentur eos ad Chriſtum. Sed fidelibus non permittentibus illos nauim deſcendere nec illis loqui, demum reuerſi ſunt ad beatum Franciſcum qui miſit fratrem Ægidium ad eremitorium Fabriani in comitatu Peruſio. Et ibat frater Ægidius diſcalceatus ſolo habitu indutus tempore magni frigoris hyemalis. Cui obuians quidam ait: Non irem ſicut tu vadis, ſi ſcirem ſtatim in paradiſum introire. Ad quod verbum tantum frigus in eum inſidiator immiſit, quòd fere moriebatur algore. Sicque plenus anguſtia cœpit cogitare, quomodo Dominus noſter Ieſus Chriſtus ibat per ciuitates & caſtra diſcalceatus & pauper. Talique meditatione ſubito calefactus eſt, & gratias egit altiſſimo.

Ægidij mira humilitas.

Cum autem in dicto loco pluribus annis moram traxiſſet, & quadam die ſuorum peccatorum dolens recordaretur, ſyluam intrauit & vocato quodam puero nudauit ſe, & chorda collo ſuo impoſita præcepit illi, vt cum chorda illum traheret vſque ad locum fratrum. Quo ingreſſo clamabat frater Ægidius: Miſeremini mei fratres, miſeremini peccatoris. Quód intuentes fratres cœperunt fortiter lachrymari, dicentes. Indue te pater tunica. Quibus ille: Non ſum dignus eſſe frater minor. Sed ſi vultis mihi reddere tunicam pro eleemoſyna & miſericordia, eam ſuſcipio indignus. Faciebat cophinos, & alia artificia vilia, & ipſis factis onerati deferebant ipſe cum ſocio ad ciuitatem, vt inde ſibi procurarent victum & veſtitum.

In illo tempore cum à quodam arundineto rediens, & arundinem ferens iuxta quandam eccleſiam tranſiret, ſacerdos eum hypocritam nuncupauit, ad quod verbum frater Ægidius nimium contriſtatus, à fletibus ſe non poterat continere. Quem quidam frater interrogauit cauſam tanti fletus, & reſpondit ipſe, quia ſum hypocrita, hoc enim dixit mihi quidam ſacerdos. Et frater: Credis tu propter hoc ita eſſe? qui reſpondit. Non credo

A ſacerdotes mentiri. Frater autem dixit. Sententiæ hominum, qui errare poſſunt, ſunt difformes à ſententiis Dei. Per quæ verba quietatus eſt ſpiritus eius.

Audiens idem caſum fratris Heliæ (qui quondam fuit, vt generalis miniſter) in obedientia & excommunicationem eius ſe in terram proſtrauit, & terræ ſe toto corpore conſtringebat, & interrogatus cauſam, inquit. Volo deſcendere, quantum poſſum, quia ille tantum cecidit propter ſaltum.

Manibus ſuis ſibi victum quæ tit.

B Cum Romam fuiſſet miſſus, & ibi moraretur, de labore manuum ſuarum viuere volebat. Vnde mane miſſa deuotè audita, ibat poſtea ad ſyluam per octo milliaria diſtantem & inde ligna ſcindens, & ferens ſuper humeros ſuos venditioni exponebat, pro prætio non pecuniam, ſed victui neceſſaria percipiens. Et à voluntate plus offerre, quam valerent ligna, ex compaſſione laboris ſui, & deuotione ad ipſum recipere nolebat. Tempore vindemiarum iuuabat homines ad colligendas vuas, & portandas ad torcularia, ipſaſque pe-

C dibus comprimendas. Tempore meſſium ſequebatur meſſores agrorum, cum pauperibus ſpicas colligens remanentes. Facta conuentione cum quodam conducente eum ad colligendas nuces ex arboribus ſublimibus de certa portione earum, arbores aſcendit altas, & eas excutiens de portione ſua tunicam ſuam implens in modum ſacci detulit ſecum, & pauperibus erogauit. Ad monaſterium quoddam monachorum deferebat aquam, Pſal. 127. adiuuabat panes conficere, pro labore ſuo aliquot inde recipiens.

D Cum curia Romana apud Reate reſideret, cardinalis epiſcopus Tuſculanus, Dominus Nicolaus deuotione non modica effectus ad eum rogauit fratrem Ægidium, vt in domo ſua maneret, & ei de neceſſariis prouideret. Ipſe autem ad ibi demorandum acquieuit, ſed accipere ab eo neceſſaria vitæ recuſauit, dicens ſe iuxta propheticum dictum de labore manuum ſuarum victitare decreuiſſe: quia ſic pater beatus Franciſcus docuerat fratres ſuos quòd fideliter laborarent, & pro mercede laboris non pecuniã, ſed victui neceſſaria recipe

E rent. Rogauit autem eum cardinalis, vt ſaltem quod lucraretur, ſecum in menſa manducaret, Cui rei aſſenſit. Ibat igitur quotidie ad colligendas eleemoſynas, & alia ſeruitia facienda, & inde panes, quos petebat à conducentibus eum pro mercede, ſecum deferebat ad menſam cardinalis, quibus veſcebatur in ſudore vultus ſui. Vna autem dierum propter magnam aquarum abundantiam contigit eum non poſſe ad opus exire, ſuper quo gaudens cardinalis dixit fratri Ægidio. Hodie te oportet de cibariis meis manducare. Qui non reſpondit ei verbum, ſed in corde ſuo diſpo

F ſuit ſecus agere. Pergens igitur ad coquinam domus ait ad coquum. Quare coquinæ locum tenes immundum? Qui reſpondit. Quia non habeo modo in promptu, qui eam mundet. Sed facta cum eo conuentione pro duobus panibus frater Ægidius eam ſcopauit. Adueniente igitur hora comeſtionis, frater Ægidius accedit ad menſam cardinalis, & ibi ponit

A. C. 1260. duos panes, quos laborando lucratus fuerat. A Super quæ eſt admiratus cardinalis de conſtantia propoſiti ſui. Et cum pluuia perduraret die ſequenti, quamobrem non inueniret frater Ægidius, qui eú conduceret ad exercitium, ait Dominus cardinalis. Hodie vtique manducabis de panibus meis. Qui iacens diſcurrendo per officinas domus vidit duos cultellos rubiginoſos. Vnde diſpenſatori domus ait da mihi duos panes pro mercede operis mei, & ego tibi purgabo, & poliam cultellos iſtos. Quos panes accipiens, & in menſa cardinalis apponens fraudauit eum deſiderio B ſuo. Cum autem conducebatur à quoquam expreſſe conueniebat cum eo, certum tempus orationis ſeu officij diuini excipiendum.

Hæc tamen magis ſunt admiranda, & in illo Ægidio commendanda ex humilitate eius & mortificatione, quam imitanda à modernis religioſis non habentibus ſpiritum illum. Datetur enim magna occaſio euagationis, & diſſolutionis. Confunditur etiam otioſitas eorum qui non laborant, & manducant

pſal. 126. panem doloris. Vnde & præfatus pater non C ſolum in ſe otium fugiebat, ſed in aliis duriſſimè reprehendebat. Vnde videns, quòd multi libenter prædicabant, qui opera fugiebant, aiebat: Si operaris bonum, quod intelligis, venies in bonum, quod non intelligis. Magis diſtant à verbis opera, quàm cœlum à terra. Melius eſt homini, quòd doceat ſeipſum quam quòd doceat totum mundum. Si vis multum ſcire, multum operare, & inclina caput tuum. Nobilis prædicator eſt humilitas. & ſuſpirando dicebat. Multum diſtat ouis balans à paſcente. i. prędicans ab operante.

D Item cum ſemel audiret, quòd dominus cuiuſdam vineæ ſitæ prope habitationem fratris Ægidij argueret operarios, quia multa loquebantur dicendo. Fate, fate, & non parlate in feruore ſpiritus egreſſus cella, clamabat. Audite prædicatores, quid iſte dicit: Fate, & non parlate. Dicebat aliquando de religione. Nauis confracta eſt, & conflictus factus eſt. Fugiat qui fugere poteſt, & euadat, ſi poteſt. Frequenter etiam in feruore ſpiritus dicebat. Pariſij, Pariſij, quare deſtruitis ordinem ſancti Franciſci? Cum quodam loquens, qui multum gloriabatur in ſcientia ſua, inquit. Si tota E terra fructifera eſſet vnius hominis, & non coleret eam quid inde fructus habere poſſet? nil certe. Sed alter habens modicam eius portionem, ſi bene colit, vtique fructum percipit pro ſe, & pro aliis. Noli ergo confidere in ſcientia tua, quia ſi omnem ſcientiam habeas, non operando nihil tibi proderit

Cum ergo profectus eſſet ex vrbe ad alium locum ſolitarium, & penuria eſſet ibi victualium, nec fratres adhuc eſſent multum noti, & nix deſcendiſſet triduo ſuper terram tanta. vt F egredi non poſſent locum ſuum, non valens frater Ægidius de labore manuum victum quærere, nec eleemoſynas mendicare cum exire non poſſent, ipſe cum ſocio orationi ſe dederunt, vt prouideret Dominus neceſſitatibus eorum, deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. Nam cuidam viro caſtri propinqui inſpirauit, vt iret ad locum illum, vbi fratres morabantur, deferens ſecum panes, & vinum, & inueniens illos fame, & gelu laborantes refecit eos, & reuerſus ad caſtrum ſignificauit aliis aduenisſe illuc ſeruos Dei. Ad quos cum deuotionem non modicam concepiſſent, prouiderunt eis de victu per totam quadrageſimam ſequentem. Et fratris Ægidij monitionibus, & exemplis multi ad pœnitentiam compuncti ſunt, & aliqui adeo, vt ſæculum deſerentes habitum religionis ſuſciperent, alij vt vel ſaltem in domibus ſuis pœnitentiam agerent. pſal. 10.

De dictis, & reſponſis notabilibus eius.

§. XII.

QVIDAM frater conqueſtus eſt ſecum quòd fratres faciebant eum nimis laborare ita quòd vix poterat ſtare ad orationem, & ideò petebat licẽtiã eundi ad aliquod eremitorium, vbi quietius Deo ſeruiret, cui frater Ægidius ait. Si accederes ad regem Franciæ, & ab eo peteres mille marcas argenti, nonne merito diceret tibi: Quid inſanis hæc petendo? quid enim feciſti pro me, vt dem tibi tantum argenti? Sed ſi prius pro eo aliquot magnum opus laborioſum feciſſes, tanto præmio dignum, audacter & iuſtè poſtulares. Si ergo vis poſtulando orare vt exaudiaris, oportet te prius laborare pro Deo. Idem dixit: Maior eſt virtus facere vnum bonum pro voluntate alterius, quam duo pro voluntate ſua. Idem ait. Si cui oculis & manibus priuato aliquis reſtitueret omnia illa deperdita membra, certe illi ſeruire deberet cum omni affectu omnibus diebus vitæ ſuæ, vt ingratus non conuinceretur de tanto beneficio. Sed ecce Dominus Deus dedit nobis manus, pedes, & oculos, & omnia alia bona ſpiritualia, temporalia, & corporalia, & tamen nolumus ei ſeruire. Laborãdũ vt exaudiamur à Deo mereamur.

Quidam frater cum ei dixiſſet, quòd aliquando multum pro deuotionis gratia obtinenda laborauerat, reſpondit frater Ægidius. Dic culpam tuam, quia ille qui habet omnia in poteſtate ſua, quod non dat vni, dat alteri. Vnde non eſt aliud, niſi quod ſeruias Deo fideliter. Sed etſi vnus homo viueret ab Adam vſque ad finem mundi, & faceret quicquid boni poſſet, non mereretur minimam bonitatem Dei. Fercula tamen parata ſunt, ſed non eſt qui recipiat.

Alteri interroganti quomodo fugere poſſet tentationes? Reſpondit frater Ægidius. Qui fugit tentationem, fugit vitam ęternam. Quia non coronabitur niſi qui legitime certauerit. 2. Tim. 2.

Acceſſit frater vnus ad Ægidium dicens cũ magno gaudio. Pater bona noua dico tibi, Cui ille. Fili dic. Ego (inquit) in viſione ductus fui in infernum & nullum fratrem ordinis noſtri ibi vidi. Et Ægidius cum multis ſuſpiriis reſpondit. Bene credo fili, quòd nullum

A.C. 1260. nullum ibi vidiſti.Et hæc replicans in ecſtaſim raptus eſt.Cùm autem ad ſe reuerſus fuiſſet, interrogauit ille.Quomodo pater credis, quòd nullus frater ſit in inferno, vel ſi ſunt, quare non vidi eos?Reſpondit Ægydius.Ideo nullum fratrem ibi vidiſti, quia non tantum in infernum deſcẽdiſti vt poſſes videre vbi cruciantur, hi qui ſine operibus, & obſeruatione regulæ tunicas fratrum minorum portauerunt. Nam ſicut alij fratres, ſcilicet obſeruantes regulas ſunt in cœlo multum glorioſi, ita peccatores, & mali fratres ſunt inter alios magis miſeri in inferno.

Interrogauit quidam Ægydium.Quomodo poſſumus cauere à vitiis carnis. Reſpondit: Qui vult transferre magna ſaxa vel ligna, ſtudet ea transferre ingenio magis, quàm viribus. Et in hoc facto ſimiliter procedendum.Omne vitium lædit caſtitatem.Eſt enim ſicut ſpeculum clarum,quod per ſolum halitum obſcuratur.Impoſſibile eſt hominem venire ad gratiã Dei,dum ei placet in carnibus delectari.Volue igitur & reuolue deſuper,& infra,hinc & inde & non eſt aliud niſi pugnare contra carnem, quæ vult te prodere die ac nocte. Quam qui vincit,omnes inimicos vincit, & venit ad omne bonum.Inter omnes virtutes ergo prædiligerem caſtitatem. Cui quidam dixit: Nónne maior virtus eſt caritas? Reſpondit Ægydius: Et quid eſt caſtius caritate? Et frequentius canẽdo dicebat.O ſancta caſtitas,qualis es,qualis es.Tu es talis & tãta,qualẽ & quantã fatui te non cognoſcũt.Dixit autem quidam. Quid tu vocas caſtitatem?Reſpondit: Caſtitatem voco omnes ſenſus cuſtodire gratia Dei.Cùm verò ſic laudaret caſtitatem,affuit quidam coniugatus dicens.Ego abſtineo ab omnibus præter quàm ab vxore mea, ſufficit mihi ſic ſtare? Qui reſpondit: Videtur tibi,quòd homo non poſſit inebriari vino vegetis ſuæ?

Caſtitatis commendatio.

Cùm eſſet Spoleti, audiuit ſemel vocem cuiuſdam mulieris eum vocantis, & ſtatim ſenſit tantam carnis tentationem quantam nunquam fuerat fratres.Qui diabolicam eſſe tentationem attendens, ſtatim ad orationem confugit, & verba addens ſibi dura, & opera fuit plenariè liberatus.

Cũ libidine pugnare fugiẽdo ſecuri⁹ eſt.

Congregatis ſimul fratribus Ægydio,Ruffino,Iunipero,& Simone,dixit Ægydius: Quid faciris vos cum tentationibus carnis?Reſpondit frater Ruffinus. Ego commendo me Deo & beatæ Mariæ,& proiicio me in terram. Frater Iuniperus verò ait:Cùm ſentio huiuſmodi cogitationes,ſtatim dico,à longe à longe, quia captum eſt hoſpitium.Dixit ergo Ægydius.Tecum teneo,quia cum iſto vitio ſecurius eſt pugnare fugiendo.

Poſtquam autem Dei ſeruus Ægydius,in laboribus vitæ actiuæ viriliter deſudarat mortificando paſſiones ſenſitiuæ,à copula Liæ oculis lippis tranſiuit ad amplexus Rachelis contemplatiuæ, quæ pulchra erat facie & venuſto aſpectu,tranſlatus,vt vir perfectiſſimus ad magnam requiem mentis & conſolationem. Sextò igitur anno à ſua cõuerſione in planiciem Peruſij in eremitorio Fabriani quadam nocte facta eſt manus domini ſuper eum.Cùm enim

Gen.29.

A ferueuter oraret,tanta fuit diuina conſolatione repletus,quòd videbatur ſibi, quòd dominus vellet animam ſuam educere extra corpus ita lucidè,vt de ſecretis ſuis arcana videret. Et cœpit ſentire qualiter moriebatur corpus primo a pedibus,ſic conſequenter per alias partes corporis,donec anima exiret,& ſtans [anima] extra corpus,vt ſibi videbatur præ nimia pulchritudine, qua eam decorauerat ſpiritusſanctus,delectabatur reſpicere ſeipſam. Erat enim ſubtiliſſima,&luci diſſima ſupra humanam exiſtimationem,ſicut ipſe retulit prope mortem.

A.C. 1260.

Rapitur extra ſe.

B Tunc rapta eſt illa ſanctiſſima anima ad ſecreta cœleſtia contemplanda, quæ tamen nunquam voluit expreſſè reuelare dicens. Beatus qui ſcit conſeruare ſecreta Dei. Ad humiliandum tamen eũ poſt dictam reuelationem,paulò pòſt oranti in cella affuit Sathan iuxta eum tam terribilis, quòd ex horrore Ægydius loquelam amiſit, & in terram proſtratus, etſi non ore, corde tamen diuinum auxilium implorabat. Et ſtatim eo euaneſcente liberatus eſt.Experientia hac didicit,quod beatus Franciſcus aliquando dixerat, ſcilicet ita eſſe horri

Dęmonẽ videre quã horribile.

C bilem aſpectu diabolum, vt nullus ſufferre poſſet in eum aſpicere per dimidium pater noſter,niſi diuinitus iuuaretur.

Triduo quoque ante Chriſti natiuitatis ſolennitatem,in oratorio de Sechone cum quadrageſimam,quæ dicitur ſancti Martini, ſcilicet à feſto omnium Sanctorum vſque ad Natale domini ieiunaſſet, de nocte orationi feruẽtiſſimè inſiſtenti apparuit ei dominus Ieſus, quem vidit oculis carnis, & vltra humanitatem aliquod ineffabile oculis mentis, quod ipſe non audebat,vel non poterat declarare. Nõ

Chriſtus ei apparet.

D autem diu poterat ſuſtinere humana fragilitas,cũ tã immẽſa claritas apparebat: vnde orabat inſtanter ad dñm vt ſibi nõ Imponeret tantum onus,allegans, quoniam ad hoc non erat aptus,cum eſſet peccator, ruſticus, & idiota. Et quantò plus ſe indignum clamitabat, tantò magis in eo dominus ſuam gratiam augebat.

Poſt illam autem apparitionem dictus frater Aegidius rapiebatur facilè. Et ex tunc fuit valdè ſolitarius, & rarò exibat cellam ſuam,vt gratiam ſibi collatam ſecurius cuſto-

E diret, colloquia otioſa, & murmurationem omnino fugiens.Ita autem frequenter in ecſtaſim rapiebatur, vt ſi quis de Deo cum eo loqueretur, vel de diuina gloria vel dulcedine paradiſi,ſtatim,& in eodem loco per magnum ſpacium immobilis,& inſenſibilis remanebat. Vnde quando paſtores,& pueri ab alijs edocti,videntes eum clamabant. Paradiſus, paradiſus, audiens illud ſtatim rapiebatur. Vnde fratres volentes ſibi loqui, non audiebat nominare paradiſum,ne eum amitterent,propter raptum.Et propter hoc ſubtrahebãt ſe Aegy-

F dius à familiaritate non ſolum laicorum, ſed & fratrum,& aliorum.Dicebat quoque, quod qui melius tractat negotium animæ ſuæ melius etiam agit aliorum ſalutem, pro modica negligentia vel alia culpa amittere poteſt magnam gratiam,quam poſtea rehabere non poterit, ſicut ludens ad taxillos, pro vno puncto magna perdit.

Qui ſaluti ſuæ conſulit& alienæ cõſulet.

Grego-

A.C. 1260

Gregorius nonus multum audiens de ſanctitate eius,& præcipuè de raptu ſuo frequenti voluit experiri. Vnde quadam die eum ad prandium inuitauit. Intrans ergo cameram papæ,procidit in faciem ſuam, oſculans pedes eius. Quem papa ſurgere iubens benignè recepit. Ex aſſiſtentibus autem quidam ſuggeſſit pontifici, vt cantare eum præciperet. Quod cum papa ei impoſuiſſet,ait Ægydius. Quem cantum pater ſancte vis me cantare? Et hoc verbum pontifici cum clamore, & feruore ſpiritus pluries repetens,cucurrit velociter vſque ad aliam partem palatij, volens ſe occultare, & recolligens vnum pedem ſuper alium ſtetit raptus vſque ad horã veſpertinã,& ſic probauit pontifex, & omnes qui aderãt, ꝙ neq; vox,neque ſenſus,neq; pulſus in eo erat. Et dolebat Põtifex ꝙ tã cito colloquiũ tãti hominis amiſiſſet. Illo ſic permanẽte ad tẽpus, dixit ſũmus antiſtes. Ecce perdidimus hominẽ iſtũ,ſed virtutem obedientiæ eius iam probemus. Vocauit ergo eum pontifex dicens. Ordo Minorum ſub nobis immediatè eſt,& ideo præcipio tibi per obedientiam, vt ſtatim ad nos debeas venire. Mirabile dictu,ſtatim homo,qui inſenſibilis videbatur,cucurrit ad pontificem, & pedibus eius prouolutus humiliter culpam ſuam dicens,veniam præcabatur. Ipſe autem manu propria eum eleuauit. Tunc inquit Ægydius. Qualiter eſt vobis pater beatiſſime? Benè (ait papa) eſt mihi. Et ille ſubiunxit. Magnum laborem ſuſtinetis pater ſancte,& benè quia ſollicitudinẽ omnium eccleſiarum. Cui beatiſſimus præſul. Frater(inquit) verum eſt, quod dicis,ſed quæſo te,vt iuues me ad ferendum hoc onus. Et Ægydius ad eum. Libenter,pater ſancte,ſubmitto collum meum iugo domini mei, & mandatorum eius. Et paululum ab eo diſcedens raptus eſt in ſpiritu,ſic permanens in ecſtaſi à veſpera vſque ad tertiam horam noctis. Quod percipiens pontifex miratus fuit cum circunſtantibus,commendans, & laudans virum ipſum,vt perfectiſſimum. Deinde ad ſe reuerſus in camera papæ cibum accipiens confortatus eſt.

Pontifex eũ ad prãdium inuitat. — *Rapitur extra ſe in præſentia põtificis.* — *Obediẽtię virtus.* — *pontifici maximo ſollicitudo omniũ eccleſiarũ incumbit.*

His peractis, ad ſe vocans eum Gregorius præfatus,ait ad eum: Frater Ægydi,quid erit de me? Et cum ad hoc ſe excuſando nullo modo vellet reſpondere,ait Gregorius. Dic mihi ſaltem,qualis eſſe debeo. Poſt prolixam ſuper hoc excuſationem ait. Nempe deberis habere duos oculos, dextrum & ſiniſtrum,dextrum ad contemplandum ſuperiora, ſiniſtrum ad diſponendum inferiora,ſicque licentiatus à vicario Chriſti diſceſſit. Semper autem iucundus & alacer incedebat, ſibique nimis videbatur amarum redire ad corporis humanitatem, ſcilicet ad comedendum tempore opportuno; vnde cupiebat viuere poſſe de foliis arborum, vt poſſet conuerſationem hominum effugere. Omnibus diebus dominicis,& feſtis pręcipuis communionem ſacram accipiebat,& tota illa die in oratione & meditationibus permanebat. Et cum plenus eſſet fide, & deuotione, in magna reuerentia habebat eccleſiaſtica ſacramenta,& canonicas ſanctiones. Et quando cunque aliquem referentem de ipſis eccleſiæ

pontifex qualis eſſe debeat.

A.C. 1270.

A ordinationib. audiebat,valdè alacriter, & deuotè commendabat,dicens. O ſancta Romana eccleſia,nos inſipientes, & miſeri non cognoſcimus te,neque bonitatem tuam. Tu nos doces viam ſalutis, tu paras viam, per quam ſi quis pergit, non pes eius offendit, ſed ad gloriam aſcendit.

Eccleſiæ Romanæ cõmendatio.

Duo cardinales ſimul ad eum acceſſerunt audituri verba vitæ ab eo ex fama volante de ſanctitate eius. Poſt collocutionem mutuam ab eo recedentes,rogarunt,vt pro ipſis oraret. At ille. Quæ neceſſitas eſt vobis domini mei, B vt orem pro vobis Deum,cum habeatis fidem & ſpem maiorem, quàm ego? Quomodo (inquiunt illi) hoc eſt? Reſpondit Ægydius. Quia vos cum tot diuitiis,honoribus,& mundi proſperis ſaluari ſperatis,ego autem cum tot calamitatibus,& aduerſis timeo damnari. Qui in hoc multum compuncti ſunt.

Acutè dictum.

Vna dierum dixit Ægydius fratri Bonauenturæ eiuſdem ordinis,cũ eſſet generalis miniſter. Pater mi,multas gratias fecit vobis Deus. Nos inſipientes & idiotæ, qui nullam ſufficientiam ſeu ſcientiam habemus, quid facere C poterimus,vt ſaluemur? Reſpondit generalis. Si Deus nullam gratiam daret homini, niſi quòd eum diligeret, poſſet ſufficere ad ſalutem. At Ægidius. poteſt(inquit) idiota tantum diligere Deum,quantum literatus? Poteſt vtique(ait generalis)vna vetula plus Deum diligere,quàm magiſter in Theologia. Tunc frater Ægidius in feruore ſpiritus,perrexit in hortum verſus eam partem,quæ reſpicit ciuitatem,clamans & dicens. Vetula,paupercula,ſimplex,& idiota,diligas dominum Deum tuum,& poteris eſſe maior, q̃ frater Bonauentura,& ſic fuit D raptus immobilis per tres horas.

Deũ diligere ſufficit ad ſalutem.

Duo prædicatores viſitantes fratrem Ægidium cęperunt de diuinis habere colloquium. Et offerente ſe materia,dixit vnus illorum. Verè beatus Ioannes Euãgeliſta alta & magna nimis dixit,in principio Euangelij de eo. Cui Ægidius. Cariſſime beatus Ioannes nihil dixit. Et prædicator ad eum. Quid eſt pater,quod dicis. Aug. aſſerit,quòd ſi altius intonaſſet, totus mundus eum intelligere non valeret,non ergo ſic dicas,quòd nihil dixerit. Et ego iterum, & iterum dico, quòd nihil dixit de Deo. Et cum E ſuper hoc verbo quaſi indignarentur,declarauit ſeipſum per ſimilitudinem. Oſtendit enim illis vnum montem maximum vicinum loco dicens illis. Si eſſet hic vnus mons milij ita magnus & ſublimis ſicut iſte mons terræ, & ad radices montis eſſet vnus paſſer,qui quotidie comederet de iſto milio, quantum minueret de eo in capite vnius menſis,vel anni vel centum annorum? Reſponderunt illi,quia nihil etiã in mille annis reſpectu remanẽtis. Sic (ait Ægidi⁹) F tam immenſa eſt ſempiterna diuinitas, & tam magnus & infinitus eſt mons diuinæ perfectionis, quòd beatus Ioannes quaſi vnus paſſer, nihil dixit de Deo reſpectu magnitudinis ſuæ. Qui benè ædificati,& conſolati ab eo receſſerunt.

Ioa. 1. — *De Deo p Ioannes quo nihil penè dixerit.*

Alius eum interrogauit. Quare Ioannes Baptiſta intrauit deſertum teneris annis, & tam

auſteram

A.C. 1270. auſteram vitam tenuit, cum ex vtero matris ſuæ repletus fuit ſpiritufancto. Reſpondit Egidius per exemplum interrogando. Quare (inquit) carnes recentes ſaliuntur, cum iam ſint bonæ? Ad quod reſpondit. Hoc ideo, vt magis conſeruentur, & vir Dei ad eum. Sic & Ioannes Baptiſta ſale pœnitētię cōditus fuit, vt eius ſanctitas diutius & melius conſeruaretur. Claruit etiam miraculis iſte in vita. Et poſt quinquageſimum annum à conuerſione ſua in domino fœliciter obdormiuit: anno dñi 1262.

De Chriſtophoro ordinis minorum fratre.

§. XIII.

CLARVIT quoque temporibus illis alius vir beatus in ordine Minorum, Chriſtophorus nuncupatus, de partibus Romandiolæ oriundus. Hic cum eſſet ſacerdos parochialis, ſpreto ſæculo adhuc in carne viuentem, beatum Franciſcum habitu & conuerſatione ſecutus eſt: Suſceptaque ab eo benedictione, ad partes Aquitaniæ miſſus, Chriſto perfectè ſtuduit famulari. Inerat ei quædam columbina ſimplicitas, pietas viſceroſa, mirabiliter compatiens miſeris & afflictis. Vnde cum fratres eo tempore necdum māſiones haberēt, ipſe leproſis officioſiſſimè miniſtrabat, eorum pedes & ſaniem abluens, lectos ſternens, & neceſſaria eis diligenter procurans, qui quamuis aliis pius, ſibi multum erat auſterus. Macerabat enim corpus ieiuniis multis, cilicium duriſſimum, & multo tempore loricam ferream geſtans ad carnem, & afflictiua quædam ferrea inſtrumenta. Vidimus eum, penè centenarium ſenem, vix extra conuentum recedentem, vix niſi ſemel in die, pręter dominicam & feſta pręcipua comedentem, vt ſenis victus nec in ipſa ſenectute ſeneſcere videretur. In omni autem mortificatione ſua vultum hilarem exhibebat, nullo tempore otio indulgebat, ſed orationi, vel lectioni, vel actioni in excolendis hortis, nunc in fratrum obſequiis ſollicitum ſe tradebat. Fuit & oratione magnarum lacrymarum. Arctiſſimam cellulam ex virgis ſibi conſtruxerat vili ſtamine coopertam vbi multas expertus conſolationes diuinas, Dei matrem ſibi apparuiſſe ſecretè confeſſus eſt, ad quam & matrem eius, Annam contemplatione & præcipua deuotione feruebat.

Pia ſenis ſedulitas.

Miſſam omni die, & cum lachrymis celebrare conſueuerat, & deuotione pręcipua, quā ſibi verè dominus acceptam ſignis euidentib. oſtendit. Dum enim ſemel eo celebrante lumē deeſſet, cereum, vt moris eſt, accendendum ignis cœlitus miſſus inflammauit. Sæpè columba ſuper caput eius candida celebrantis viſa eſt. Frater autem quidam iuuenculus, qui contemptis diuitiis, & parentibus habitu ordinis ſuſcepto ſub eo moribus erudiebatur nomine Petrus, pro ſui maxima puritate columbam ipſam videbat, & Angelum ſui cuſtodem frequētet videre, & alloqui merebatur. Et quia ſcriptura inquit. De propiciatu peccatorum noli

Miſſa quibus indiciis Deo probaretur, oſtenditur.

Eccleſ. 5.

A eſſe ſine metu, vir ſanctus etſi quotidie pro cōmiſſis lugeret, metuens tamen ne forte adhuc de eis veniam conſecutus non fuiſſet: ſuaſit adoleſcentulo illi Angelico Petro, cuius perfectionem nouerat, & allocutionem eius cum Angelo, vt de ſtatu eius aliquando requireret. Quod cum Petrus ille impleſſet, blando ſermone reſpondit Angelus, quòd non timeret Chriſtophorus de commiſſis, ſed in bonis inchoatis fidelis eſſet vſque ad mortem, & coronam reciperet vitæ. Quamuis autem non eſſet officio prædicator, Chriſtum tamen inter homines diuinis laudibus, ſacris exhortationibus priuatis, ſeueris peccatorum increpationibus B prædicabat. Ipſe in capitulo fratrum interfuit, quando beatus Franciſcus, licet in alia corporaliter regione conſiſtens, apud Arelatem, in modum crucis extenſus apparuit. Sibi etiam tranſitus beati Franciſci ſuit reuelatus. Vidit enim in ſomnis in Gallia poſitus ſe quaſi pulſantem oſtium cellæ, in quo beatus Franciſcus iacebat infirmus. Qui ingreſſus, oſculata eius manu, ab eo benedictionem accipiebat, cui mandauit, vt ad patriam ſuam rediret, ſignificans trāſitum ſuum ad ſupernam patriam. Reuerſus C ad Italiam adhuc viuens multis effulſit miraculis, & beneficia grauiter infirmis contulit ſanitatis.

A.C. 1272.

Nemo poteſt eſſe in hac vita ſecurus.

Apoc. 2.

Cùm ſemel infirmum quemdam viſitaret vidit duos quaſi medicos iuxta lectum infirmi adſiſtentes, quos in ſpiritu dæmones eſſe cognoſcens, infirmum quoque mortali crimine detentum, ſubitò contra illos crucis edito ſigno euanuerunt, & ille confeſſus eſt peccatū ſuum.

Miracula multa perpetrat.

Anno autem domini 1272. ab eo autem tēpore, D quo religionem ingreſſus, domino ſe māciparat anno quinquageſimo quinto in vigilia omnium ſanctorum, congregatis ad eum fratribus, loquens ipſis de regno Dei, & de moribus informans dulci alloquio, cum benedixiſſet eis, ſpiritum ſuum domino commendans migrauit ad dominum, ſic etiam corpus ſuum honeſtè componens, vt magis dormiens, quā moriens videretur. In cuius tranſitu quædam deuotæ perſonę Angelorum ſe concentum audiuiſſe retulerunt animam illam comitantiū in ciuitate Caturci cum magno populorum E concurſu ſepultus, quem poſt mortem multis miraculis ſanctum populus declarauit. In ea ciuitate puer duorum annorum Petrus nomine, de alto cadens ponte expirauit, quem mater deplorans, & eiulatu ſuo alios ad lachrymas mouens beato Chriſtophoro ſe commendans, & votum imaginis cereæ faciendæ emittens, ſi dignaretur eum à mortuis ſuſcitare, ſubitò filium viuentem ex mortuis ſuſcitatum recepit. Multi quoque infirmi, diuerſis languoribus detenti, in diuerſis temporibus ſanitati reſtituti ſunt. F

Piè moritur.

Miraculis poſt mortē claruit.

Duo fratres in Aragoniam mittuntur.

§. XIIII.

DVos quoque fratres beatiſſimus pater Franciſcus ad regnū Aragoniæ deſtinauit

fratrem

A.C. 1280.

fratrem ſcilicet Ioannẽ,ſacerdotem,& fratrem A Petrum conuerſum.Hi cùm Turolium deueniſſent,conuentum ibi capientes,prædicationib. & orationibus ſuæ odorem ſanctitatis diffuderunt.

Tempore illo ſcilicet anno domini. 1203. vel circa,Valentia ciuitas erat Saracenis populata,& infidelium Maurorum ditioni ſubiecta, in qua regnabat quidam Azotus nomine Chriſtianorum maximus perſecutor. Prædicti igitur fratres zelo fidei ſuccenſi, & martyrij deſiderio inflammati, ad prædicandum verbum Dei Valentiam ſunt ingreſſi,& ibi de falſitate B legis Machometi Saracenis feruenter prædicauere.Quod audiens rex Azotus,comprehendi eos iuſſit,& carceri mancipari.Et cum promiſſionibus plurimis inuitaſſet eos ad legem ſuá obſeruandam, & Chriſti fidem abnegandam illi autem hoc deteſtarentur,in publica platea illos decollari mandauit.Qui ſepulturæ traditi cœperunt miraculis coruſcare.

Valentiã Maurorũ vrbem adeunt.

Rex autem Aragoniæ Chriſtianiſſimus, Iacobus nomine, cum dicto rege Valentiæ eo tempore bellum gerebat.Et ex quo rex Valentiæ Azotus illos martyrio coſummauit, indies C cœpit inferior exiſtere,& ab eo ſuperari in bellis.Cũ ergo videret ſe Azotus quotidie à Chriſtianis expugnari,à gratia diuina,& Dei virtute ſola arbitratus hoc fieri, cum rege Aragonũ tractare cœpit de ſua conuerſione ad fidem,offerens ſe ei ciuitatem traditurum & regnum, dummodo ſibi vitam & victum concedere dignaretur decentem.Quibus omnibus rex Aragonum annuens,& gaudens de ſui conuerſione,confœderatus eſt cum eo.

Rex Valentiæ fit Chriſtianus.

Anno igitur domini 1238. in vigilia ſancti Michaelis ingreditur rex Aragoniæ ciuitatem D Valentiæ,eius dominium capiens, & omnes Saraceni, qui baptizari noluerunt, fugerunt, vel occiſi ſunt.Rex prior Azotus iuxta promiſſum baptiſma ſuſcepit, qui liberè regi tradidit totum regnum ſuum,ſcilicet Valentię.Conuerſo autem ad fidem Azoto, rex Aragoniæ conceſſit ei palatium regium intra ciuitatem & quemdam comitatum & ſucceſſoribus ſuis, & cultu Machometico de illa ciuitate Valentiæ euacuato, introductus eſt ritus, & fides Chriſtianorum. Vocauit autem Azotus fratres Minores dicens eis.Ego ſum, qui occidi E fratres, ſocios veſtros de Turolio ex infidelitate mea, de quo doleo ex toto corde meo & pro aliquali ſatisfactione vellem, quod palatiam meum regale pro veſtro monaſterio cõſtruendo haberetis,& illud debetis libenter accipere,quia ibi multus ſanguis martyrum effuſus eſt per me, &alios priores dominos infideles. Vt ſit quaſi totum ſanguine martyrũ conſecratum.Et beatus Vincentius martyr, quem tota Chriſtianitas tanta veneratione feſtinat, pro fide martyrio ibi coronatꝰ eſt. Quamobrẽ ſitis ſolliciti dictum palatium à rege Aragonum F poſtulare.Et credo, quòd veſtrum deſiderium,& meum adimplebit. Quod cum feciſſent,& rex Aragonum Iacobus Azotum, cui illud conceſſerat, hoc exoptare cognouiſſet, gaudioſè conceſſit. Sicque ibi eſt conuentus ordinis Minorum.

Cõuentus in Hiſpania Minorum ædificatur.

De F. Ioanne Firmano viro ſancto.

A.C. 1300.

§. V.

CIRCA annos domini 1300. inter alios perfectiſſimos viros ordinis Minorum, ſingulariter fulſit vir eſtaticꝰ frater Ioánes,de Firmo,de prouincia Marchiæ oriundus. Qui cum infantulus nutriretur miro ſuorum meritorum præſagio, vt de beato Nicolao legitur, tribus diebus in hebdomada ieiunabat.Factus verò ſeptem annorum,aliorum fugiens conſortia puerorum, ibat ſolitarius ad quemdam agrum,vbi flens amariſſimè paſſionem dominicam,ſe vſque ad ſanguinis effuſionem copioſam flagellabat. Deinde conſuebat ſub veſtibus vrticas,colli & corporis afflictiuas. Et vt poſtea exiſtens in ordine familiariter dixit ſocio ſuo,vix alquod aſperitatis genus cogitare potuit,quod non experimento probaſſet.Et cum adhuc eſſet decem annorum, circulum ferreum & loricam portabat ad carnem,cuius annulli ſeu mallæi,vt ſigillum in cera liquida ſepeliebantur in carne tenerrima pueri.Crucẽ etiam ſtrictæ abſtinentiæ continuè baiulabat. Vnde cum in ſancto Petro de firmo factus canonicus ſic puerulus moraretur, tali abſtinẽtiæ lege,aliis canonicis lautè viuentibus ſe obligauit,vt vnius panis tantum comederet quartam partem.Et ſic inter aliorum delicias,martyrium tantæ abſtinentiæ celebrabat.

Mirabilis pueri vita.

Malliæ ſũt orbiculi ferrei.

Sed cum in tali virtutum exercitio obices ſociorum multipliciter pateretur:intantum vt ei loricam exuerent, & abſtinentiam impedirent,a Deo inſpiratus mundum cum amatoribus ſuis relinquens,& ſe totum tradere in brachiis crucifixi volens, in flore ſuæ iuuentutis Angelicæ,ordinem Minorum intrauit, in quo audiuerat Crucis ſtigmata renouari. Adhuc igitur puer tredecim annorum exiſtens,ſuſcepto habitu vni magiſtro commiſſus eſt pro ſpiritualium diſciplina. Cùm verò audiret ab eo verba diuina,cor eius vt cera liqueſcens,tãta ſuauitate gratiæ in interiori homine replebatur, quòd exterior coactus diſcurrere aliquando per hortum,aliquando per eccleſiam, aliquando per ſyluam currendo vndique circumiret, ſicut flamma interior impellebat. Tunc autem aliquando loricam ferream deferebat,& ſic ſeruabat tam mentis,quàm corporis Angelicam puritatem.Ita autem eum diuina gratia ſubuexit,quòd quandoque ad ſplendores cherubicos, quandoque ad ignem ſeraphicum,quandoque ad Angelica gaudia rapiebatur,& (quod plus eſt) ad diuina oſcula, & Chriſti amoris exceſſiuos amplexus, non ſolũ internis guſtibus,ſed & ſignis exterioribus tãquam amicus intimus aſſumebat.

Ordinem Minorũ ingreditur.

Antequam veniret in Auernam de Marchia fecit totam quadrageſimam ſancti Franciſci cum herbis crudis & aqua,præter dies dominicos,in quibus cum fratribus edebat, ſed non bibebat niſi aquam. Nam per triginta annos aquam tantum bibebat. In quadrageſima verò maiori comebat parum panis hordeacei

Mira eius abſtinẽtia.

vna

A.C. 1300. vna dic, alia pugillum fabarum madefactarum, altera modicum herbæ crudæ. Et hæc erat alternatio ferculorum. Rogatus fuit ſemel à fratre Iacobo de Falerano eiuſdem ordinis, quòd oraret Deum ſuper quodam dubio, quod ipſum valdè affligebat, de iis, quæ ad officium ſacerdotale pertinebant. Qui frater Ioannes in die beati Laurentij reſponſum accepit frequenter orans, quòd frater Iacobus præfatus erat ſacerdos ſecundum ordinationem diuinam. Cúmque adhuc ille hæſitaret, & ſcrupulo conſcientiæ vrgeretur, eidem fratri Ioanni oranti ſuper ea re apparuit beatus Laurentius dicens. Scias certiſſimè, quòd ille pro quo oras, indubitanter eſt ſacerdos ex Dei ordinatione & voluntate. Apparuit ei eodem die iterum beatus Laurentius in forma adoleſcentis, veſtitus dalmatica rubea, portans cratem ferream, dicens ſibi, frater Ioannes iſti craticula glorificauit me in cœlis, & acerbitas carbonum mihi plenitudinem diuinæ dulcedinis miniſtrauit. Quare pro tanta gloria Chriſtiano nullum tormentum deberet eſſe graue. Si ergo tu vis gloriam & dulcedinem, ſuſtine patienter amaritudinem huius mundi. Eo demum diſparente, remanſit ex ea viſione mirabiliter confortatus.

Cùm ſemel idem frater Ioannes celebraret, diſparuit penitus in Euchariſtia forma panis, & in ictu oculi apparuit ibi Chriſtus, rubea veſte indutus. Qui ei contulit tantam conſolationem ſpiritualem, quòd factus in ecſtaſi fuit à Chriſto certificatus, quòd propter illam miſſam erat de ſuis recommendatis placatus. Et cum altera die miſſam pro defunctis celebraret, cum tanta caritate & compaſſione illud ſacrificium Deo obtulit, quòd totus erat dulcedine liquefactus. Et eleuando Euchariſtiam vidit multas animas de purgatorio quaſi multitudinem ſcintillarum prodeuntium de fornace ignita, & ad cœleſtem gloriam euolantes.

In miſſa diuinis apparitionibus illuſtratur.

Dum dictus frater infirmaretur, pro eo ipſe frater Ioannes feruenter orans, vidit in ecſtaſi factus in aëre ſupra cellam ſuam exercitum Angelorum & aliorum ſanctorum cum maxima claritate fulgentem, inter quos erat præfatus frater Iacobus ſpecioſiſſimus. Vidit & beatus Franciſcus, ſacris ſtigmatibus inſignitum, & plures alios ſecum ſimili claritate fulgentes. Et tunc ſibi reuelatum eſt, quòd ille frater Iacobus de illa infirmitate moriturus erat de numero ſaluandorum, ſed antequam cœlum aſcenderet, eſſet aliqualiter purgandus. Qui multum conſolatus de ſalute illius intimata, acceſſit Mollianum, vbi infirmabatur frater Iacobus. Qui inueniens eum in extremis iam loquela amiſſa, nunciauit ei, quod cito eſſet migraturus, & ad vitam æternã veraciter demum peruenturus. Ex hoc frater Iacobus fuit multum exhilaratus, promittendo ſibi ſuper hoc rogatus, quod poſt mortem ei appareret, ſi permitteret clementia ſaluatoris. Appropinquante autem morte frater Iacobus deuotè dicere cœpit verba iſta. O in pace, *Pſal. 4.* O in idipſum obdormiam. O requieſcam. His dictis expirauit. Cùm autem frater Ioannes promiſſum fratris Iacobi expectaret, reuerſo ad locum Maſſæ apparuit ſibi dominus Ieſus cum multitudine Angelorum totus clariſſimus. Cui frater Ioannes deuotiſſimè commendauit animam fratris Iacobi iam defuncti. Qui Iacob. ſequenti die in ſylua exiſtẽti fratri Ioãni apparuit comitantibus Angelis totus lætus & glorioſus. Dixit autem ei frater Ioannes: O pater quare non fuiſti mihi locutus die, qua promiſiſti? Reſpondit ille: Quia indigebam aliquantulum purgari. Sed eadem hora, qua Chriſtus tibi apparuit, vidit me frater Iacobus de Maſſa, ſcilicet quidam alius ſic vocatus, conuerſus, & ſanctus homo, dum ſeruiebat in miſſa. Qui etiam vidit hoſtiam conſecratam conuerſam in puerum in hora eleuationis ineffabiliter ſpecioſum, & illi locutus ſum, tunc dicens: Cum illo puero vado ad regnum. Eadem hora cum tu me Chriſto commendaſſes, fui à pœnis liberatus ad cœlum euolans. Per ſpacium trium dierum rapiebatur frequenter frater Ioannes, ita quòd efficiebatur inſenſibilis, quod fratres per adustionem manus ſiniſtræ aliquando probauerunt.

A.C. 1300. Chriſtus ei apparet.

Quadam nocte fuit in tam admirabili lumine in Deum eleuatus, quòd vidit omnia creata in creatore tam cæleſtia quàm terreſtria, & omnia ſuis gradibus ordinatè diſtincta, & quomodo. ſ. ſunt chori beatorum ſpirituũ infra Deum, & beata Chriſti humanitas, & terreſtris paradiſus. Poſtea eleuauit ſe ſuper omnem creaturam, ita quòd fuit abſorpta anima eius in Abiſſum diuinitatis, & claritatis, & ſepulta in pelago æternitatis, & diuinę infinitatis, intantum, quòd nihil creatum, vel formatum, vel finitum, quòd poſſet cor hominum cogitare, vel lingua narrare, ſentiebat. Et erat ſic abſorpta anima in illo pelago deitatis, & forma Claritatis, & in ſe dilatata, & immerſa, ſicut gutta vini in altitudine maris, quia ſicut nihil inuenit in ſe niſi mare, ſic anima illa nihil videbat niſi Deum in omnibus, & ſuper omnia, & intus, & extra omnia. Et ibi videbat tres perſonas in vno Deo, & vnũ Deũ in trib. perſonis, & ſenſit illam caritatem æternam, quæ fecit Dei filium incarnari per obedientiam patris. Et per iſtã viã incarnationis & paſſionis filij Dei ipſam meditando, & lachrymando, ac baiulando peruenit ad indicibilia lumina veritatis. Et vidit nullam aliam viam eſſe, qua poſſit anima ad Deum introire, niſi per Chriſtum, qui eſt via, veritas, & vita. Fuerunt etiam oſtenſa in illa viſione quæcunque facta fuerunt per ipſum à caſu primi hominis vſque ad ingreſſum Chriſti in cœlum, qui eſt caput, & princeps omnium electorum, qui ab initio mundi fuerunt, ſunt, & erunt vſque ad finem ſæculi. Cùm verò quadam vice ſibi fuiſſet ſubtractus diſpenſatiuè radius ille, & ignitus ſtatus amoris, & remanſiſſet quaſi ſine lumine, amaricatus & mœrens, quantuncunque niteretur, non inueniebat dilectum diſpenſatiuè abſconditum ad magis inflammandum. Et poſt multos dies, quibus triſtis erat, eiulans & ſuſpirans, ecce qui ſanat contritos corde dominus Ieſus Chri- *Pſal. 146.*

Mirabilis rerũ diuinarũ cõtẽplatio.

Chriſtus ſola via ad Deum.

Ioan. 14.

Eph. 4.

Chriſt' omniũ electorũ caput.

A.C. 1300.

ſtus,apparuit ei oranti,quaſi per ſemitam ambulans,& nil ei dicens. Quem frater Ioannes recognoſcens,ſtatim cum gemitibus inenarrabilibus ad pedes eius ſe proiecit, cum magno languore deſiderij miſericordiam implorando. At Chriſtus,vt magis affectum accenderet, nil reſpondens per ſemitam recedebat. Quem frater Ioannes inſequitur pia importunitate, & ſe iterum ad pedes proſternens cum lachrymis dicebat. O Ieſu dulciſſime miſerere mei, tu enim noſti quantum affligor, & te deſidero, ô lætitia cordis mei. Saluator autem quaſi non curans, nec loquens videbatur totaliter recedere. Cùm autem & ipſe eum inſequeretur cum lachrymis, & totis præcordiis, vertit ſe Chriſtus ad eum, & oſtendit ſibi faciem ſuam gratioſam. Et cum manus ſuas expandiſſet, vidit radios mirabiles de ſacratiſſimo pectore Chriſti egredientes,non ſolum ſyluam, vbi erat,ſed & animam eius, & corpus adimplentes. Et primò quidem proiecit ſe ad pedes Chriſti,quos gratè obtulit oſculandos, exinde manus extendens protulit oſculandas. Poſtea ad pectus accedens amplexatus eſt, & pectus oſculando tantam ſenſit odoris fragrantiam, vt omnia aromata ſuperaret. In ipſo autem raptu tantum ſapientiæ donum de ipſo Dominici pectoris fonte potauit,quòd in prædicatione, & diuinis colloquiis verba miranda, & inflammantia tam feruenter eructabat, quòd mentes hominum audientium immutabat. Odor verò ille per plures menſes in eius anima permanſit. Inde ad tantam mentis ſerenitatem peruenit, quòd coram Romana curia, regibus,miniſtris, & doctoribus,tam profunda & alta eructabat: quòd audientes in ſtuporem vertebat. Quia cum eſſet homo quaſi ſine literis, quæſtiones altiſſimas,& ſubtiliſſimas de Trinitate & aliis ſcripturæ myſteriis mirabiliter declarabat, vt clarè pateret eius ſapientiam diuinitus inſpiratam.

Chriſtus ei mirabiliter apparet.

Cùm autem feruentiſſimè prædicaret, & Florentiæ in clauſtro fratrum ſub diuo propter copioſam multitudinem adſtantium euangelizaret, inundante pluuia, & populum occupante, ſuper eum vna non cecidit gutta aquæ, nec ſuper pulpitum,quamuis populus eſſet multum madefactus. Ibidem quoque prædicans, Scio (inquit) fratrem Minorem, qui dum celebraret,vidit Chriſtum poſt hoſtiam conſecratam,in ea mortificatum, de cuius plagis omnibus ſanguis abundanter fluebat in calicem. Et cum pro compaſſione frater ille penè deficeret,rediit forma panis. Poſtea ſocio ſecreto reuelauit ſe illum fuiſſe, cui hoc acciderat. Vidit altera vice dominum Ieſum in carne ita deſpectum,& vilem, quòd homo tantum vilificari vix poſſet. Quem cum admiratione interrogauit,dicens. O dñe cur tam vilis & pauper appares? Cui Chriſt. Scias(ait) ꝙ in cordib. Chriſtianorum adhuc ſum magis abominabilis, & deſpectus. Demum obitum ſuum præſciens, & prænuncians fratrib. infirmatus in domino requieuit.

Chriſtus in Euchariſtia quomodo apparuerit.

Chriſtus vilis & deſpectus cur ei apparuerit.

A.C. 1330.

De claris viris aſſumptis ad papatum, & alias dignitates, ex ordine Minorum,& eorum doctoribus

CAP. VIII.

EX ipſo quoque ordine fratrum Minorum aſſumpti ſunt aliqui ad magnas dignitates Eccleſiaſticas, propter eorum eminentem ſapientiam,prudentiam, & vitæ ſanctitatem. Et primò quidem ad ſummum pontificatum aſſumptus eſt frater Hieronymus de Aſculo, ſacræ Theologiæ profeſſor, prius ordinis ipſius generalis miniſter,ex quo ad cardinalatum promotus,demum electus eſt Romanus pontifex,& Nicolaus quartus vocatus:anno domini 1300.

Pontifices maximi ex ordine Minorum.

Secundus eiuſdem ordinis frater Petrus de Candida, ſacræ Theologiæ profeſſor acutiſſimus.Qui quædam ſubtilia ſcripſit ſuper ſententiarum librum. Qui factus archiepiſcopus Mediolanenſis, ex ea dignitate ad cardinalatum promotus, Piſis eſt aſſumptus in papam, & dictus in ſua obedientia Alexander quintus.Tempore tamen ſchiſmatis cum iam duo pro ſummis pontificibus ſe gererent, ſcilicet Benedictus 13.& Gregorius 12.ipſe tertius eſt creatus Apoſtolicus, vel Apoſtaticus.Sed de his in titulo alio a ſ. plenius.

Alij quoque non pauci ad cardinalatū aſſumpti ſunt;Alij ad Archiepiſcopatus & epiſcopatus.Habuerūt quoq; doctores in Theologia doctiſſimos diuerſis temporibus.

Alexander de Ales doctor irrefragabilis

Quorū primus fuit Alexander de Ales, qui

a *De his Pontificibus ſup.tit.22.cap.5.abundè dictū eſt: Nota porrò D.Anton.Gregor. 12. tanquā verò pōtifici non immerito addictū Alexandrū hunc vel Apoſtolicum vel Apoſtaticū nominaſſe eo quod in Concilio Piſano parum legitimo fuerit creatus. Cæterum poſt D.Anton.mortem ex ordine Minorū ad Pōtificis maximi apicē peruenit F.Franciſcus de Ruuere,qui ſucceſſit Paulo 2.cuius ſup.tit.22.c.18. ante §.1.meminimus:de quo hic ea quæ habet Onup. in Chron.Pontif.tum propter viri virtutem,tum propterea quod Trid.Conc.ſeſſ.5. Can. 5. eum laudat. Sic igitur ille. A.C.1471. Xiſtus 4. Sauonenſis ligur frater Franciſcus de Ruuere,Leonardi filius, ex ordinis Minorum generali miniſtro preſbyter Cardinalis tituli S.Petri ad vincula à Paulo 2.factus Friderico 3. imperatore ſedit an.13.d.4. Natus Celliſ liguriæ,in agri Sauonenſis pago 12.Cal.Aug.A.C. 1414.Creatus Romæ à 17.Cardinalibus,5.In Aug. Coronatus ad S.Petrum 8.Cal.Sep. Ordinationib. octo menſibus Februario,Marti ,Maio,Nouēbri& Decembri , Cardinales creauit 34.epiſcopum,id eſt, preſbyteros.27.diaconos.6.Obiit Romæ die veneris pridie idus Aug. Anno.1484.vixit an.70.d.22. ſepultus ad S.Petrum.Hic Pontifex annum Iubilei ſeptimo celebrauit. Hæc ibi. plura de eodem ſcribis in additionibus in Platinam.*

ſum

A.C. 1330.

ſummam Theologiæ edidit copioſam,qui pro pter veritatem eius doctrinæ dicitur doctor ir refragabilis. Secundus fuit frater * dominus Bonauentura, miniſter generalis, & poſtea in concilio Lugdunenſi cardinalis factus. Hic de Balneo regio prouinciæ Romanæ, octauus generalis Miniſter ordinis ipſius. Hic cùm iuuenis intraſſet ordinem, tanta bonæ indolis honeſtate pollebat, vt magnus ille Alexander de Ales ſupra dictus diceret aliquando de ipſo, quòd videbatur Adam in eo non peccaſſe. Hic ſicut in luminibus ſcientiarum, & maximè in ſcripturis ſanctis videbatur mira capacitate proficere, ita & in deuotionis gratia continuum ſumebat gratiæ incrementum. Siquidem omnem veritatem, quam percipiebat intellectu, ad formam orationis, & laudationis diuinæ reducês, continuo ruminabat affectu. Hinc factum eſt, vt in ſeptimo anno poſt ingreſſum ordinis ſententias Pariſiis legeret. Et ſcriptum notabile & deuotum edidit ſuper quatuor libros ſententiarum. Ibique recepit cathedram magiſtralem. In duodecimo verò anno vel 13. ab ingreſſu ordinis, ad regimen totus ordinis eſt aſſumptus. Intellectus eius perſpicacitatem omnia opuſcula eius redolent iis, qui diuinam ſcientiam requirentes, hanc libentius, quàm vanitatem Ariſtotelicam venerantur.

De D. Bonauentur. — *Bonau. ſcripta quibus placeant.*

Anno domini 1253. dominus papa ſub bulla ſua, anno quarto pontificatus ſui, miſit quãdam regulam ſororibus ordinis ſancti Damiani de Brenna Lugdunenſis diœceſis ſub qua viuunt monaſteria Burgundiæ, & remanſit; & multa monaſteria prouinciæ Aquitaniæ quã habent ſub bulla Innocentij papæ 4. Sed Alexander 4. ſub anno domini 1259. rigorem prædictæ regulæ attendens, miſericorditer in multis diſpenſauit.

Regula minorũ temperatur.

Eodem anno idem frater Bonauentura generalis in monte Auerniæ libellum, qui itinerarium mentis in Deum dicitur, deuotiſſimum compilauit. Et pòſt fecit alium, quem itinerarium mentis in ſeipſum vocauit. Anno domini 1260. idem generalis Narbonæ capitulum generale celebrauit, in quo conſtitutionibus ordinis formam & ordinem dedit. Sequẽti anno idem ſtylo mirabili vitam beati Franciſci compilauit, ipſamque diffuſam ad compendioſiorem formam reduxit. In qua nihil poſuit niſi certum, & probatum teſtibus fide dignis; dominus autem Ioannes cardinalis diaconus qui poſtea fuit Nicolaus 3. papa creatus, datus fuit ab Vrbano 4. in protectorem ordinis Minorum: qui ordinauit regulam, quam nunc habent, in qua nulla fit mentio de fratribus Minoribus, ſed immediatè ſubiiciuntur ordinis protectori, quam eis miſit ſub bulla Vrbani 4. anno domini 1263. In qua regula intitulantur ſorores ſanctæ Claræ, ſub qua viuunt ferè omnia monaſteria Alemanniæ & Italiæ prouinciarum ordinis Minorum.

A.C. 1330.

Anno verò ſequenti cũ Vrbanus quartus ex hac vita migraſſet, creat⁹ eſt papa Guido Fulco diiprouincialis cardinalis epiſcopus, & dictus Clemẽs quartus. Qui ob inſignes eius virtutes obtulit Bonauenturæ præfato archiepiſcopatũ Eboracenſem, ſed ipſe de Pariſiis, vbi tunc erat, ad præſentiam domini papæ ſe conferens tam humiliter, quàm efficaciter tanto gradui ceſſit. Præfatus autem Clemens quartus ad pacem & concordiam ſimul prædicatorum, & Minorum Anhelans, & ſeminaria tollens iurgiorum, ſtatuit per bullam, vt de ordine prædicatorum nullus poſſet tranſire ad ordinem Minorum, & econuerſo, nec inquiſitor vnius ordinis iſtorum poſſet procedere contra fratres alterius ordinis de crimine hæreſis.

Minores ad Prædicatores, neque hi ad illos trãſire non poſſunt.

Idem etiam generalis, ſcilicet Bonauentura cum per multos dies ſe indignum communione corporis Chriſti reputans minimè celebraſſet, dominus humilitatem eius reſpiciens, cum vna die miſſam audiſſet deuotius, ad eius confortationem, vna de particulis hoſtiæ conſecratæ etiam per ſacerdotẽ diuiſæ ſolò domini iuſſu in os eiuſdem generalis intrauit, & ipſum guſtu ſuauiſſimo ſaginauit. Sub eodem generali frater Ioannes Parmenſis prædeceſſor ſuus, per doctrinam abbatis Ioachim in deſignatione finalium temporum deceptus, coram domino Caietano protectore ordinis, & præfato generali, qui adſtruxerat dedixit.

D. Bonau. Chriſtus communicat.

Anno autem domini 1274. Gregorio 10. papa exiſtente, ipſe generalis Bonauentura ab eo vocatus fuit qui ipſũ & cardinalatũ & epiſcopatum Albanenſem ſuſcipere coëgit. Et in concilio Lugdunenſi per Gregorium ipſum celebrato affuit, qui ſapientia ſua in illo concilio in defenſionem religionũ mendicantium contra multos & magnos aduerſarios à Deo datus fuit. Nondum autem finito concilio, præfatus cardinalis Bonauentura in domino requieuit anno ætatis ſuæ 53. dilectus à cunctis clericis & laicis, Græcis, & Latinis, vt omnes dolerent ſe ſubtractione eius, cùm nullum, ſibi parem relinquere videretur. Cuius exequias papa cũ cardinalibus cum magna ſolemnitate celebrauit.

Moritur D. Bonau. A.C. 274. vel ſ. colitur die 13. Iul.

a *De D. Bonauentura quamuis honorificentiſſimè ſcribat D. Anton. honorificentius tamẽ ſcripſiſſet & copioſius, ſi eius ſanctitas tunc temporis, ſicut nunc eſt, explorata & probata mundo extitiſſet. Nam is nondum Eccleſiæ determinatione in beatorum numerum erat relatus, ſed poſtea Sixtus 4. cum circa annum Chr. 1475. in ſanctorum catalogũ retulit. colitur 13. Iul. ad quẽ diẽ orationẽ Octauiani de Martinis Sinuiſſani in eius laudem habes Sur. Tom. 4. vide infra etiam cap. 9. §. 6. De eodem etiam Sixtus 4. in bulla canonizationis, & Relatio Franciſci de Paninis quæ extant Tom. 2. ſuorum opuſcul.*

Alexander de Aleſis quo aſtu Minorum ordinem ingreſſus ſit.

§. I.

ALEXANDER de Ales intrauit religionem beati Franciſci ſub Helia generali

A. C. 1350.

Minorum exiſtente per hunc modum. Hic inſignis doctor habebatur Pariſiis, & famoſus per orbem. Vouerat autem ob ſingularem deuotionem, quam habebat ad beatiſſimam virginem Mariam, quòd nunquam eius amore aliquid poſtulanti, ſi poſſibilitas foret denegaret, ſed petitionem eius pro viribus adimpleret. Quædam autem venerabilis mulier, cum hoc noſſet, quæ ad monachos albos, & fratres prædicatores multum afficiebatur, dixit vna dierum monachis albis. Ite ad magiſtrum Alexandrum & ab eo petite, vt religionẽ veſtram ingrediatur amore virginis glorioſæ, & certiſſimè credatis, quòd petitionem veſtram implebit. Mirantur illi ſuper hoc attendentes ſolemnitatem perſonæ, & ex alia parte in verbo mulieris deuotæ & veracis confidentes. Accedunt ergo ad magiſtrum Alexandrum qui eos gratiſſimè ſuſcepit, & cum eo de multis prolixè loquentes, obliti ſunt verborum, Deo aliter diſponente: pro quibus dicendis ad eum iuerant, ad propria redeuntes. At illa domina exiſtimans illos ex contemptu, vel incredulitate verba illa omiſiſſe, idem ſignificauit fratribus prædicatoribus. Qui lætanter ad magiſtrum pergẽtes, primo de aliis variis locuti ſunt, intendentes demum curialius illa poſtulare. Colloquentibus eis adinuicem, ecce frater Minor, qui eleemoſynam petebat pro fratribus per vrbem, cum ſacco ad collum ad eum venit, vt panem poſtularet. Ex intuens magiſtrum Alexandrum cum fratrib. colloquẽtẽ dixit ſimpliciter. Magiſter reuerende, cũ diu mundo ſeruieritis, & cum magna fama, & noſtra religio nullum habeat magiſtrum, ſupplico vobis, vt amore Dei & virginis matris eius ad vtilitatem animæ veſtræ & noſtræ religionis honorem, noſtri ordinis habitum aſſumatis. Stupefacti ſunt fratres Prædicatores, quòd ille præueniſſet eos in poſtulatione huius rei, & magiſter quidem, primo territus fuit, ſed ſubitò à Deo tactus intrinſecus, reſpondit. Vade frater, quia ſtatim te ſequar, & faciam quod petiſti. Et magiſter Alexander, ſic ſæculum deſerens, habitum Minorum ſuſcepit.

Solẽnitas. i. excellẽtia.

Cùm verò poſtmodum ad dimittendum habitum tentaretur ad ſæculum redire, nocte ſequenti vidit in ſomnis beatum Franciſcũ crucem de ligno ponderoſiſſimam portantem in humeris, cum qua volebat montem aſcendere. Cúmque magiſter compatiens vellet eum ad portandum iuuare, indignãter repulit eum dicens. Vade miſer, tu non vales portare vnã crucem leuem de panno, & portabis vnam põderoſam de ligno? In hoc excitatur magiſter & ad perſeuerantiã in religione ex viſione roboratur.

Hic cum in conuentu fratrum cœpiſſet legere ordinariè, & vniuerſitas ſibi baccalaureum inſtituendum ex ordine ipſo conceſſiſſet, ſollicitus, quem præſentare deberet, intrans eccleſiam orabat ſuper ea re. Et vidit ibi vnũ fratrem habitus ſui orantem, & velut magnum luminis globum totam capellam eccleſiæ vbi orabat, illuſtrantem. Quem expectans & exeuntem intuens, cognouit eum eſſe fratrem Ioãnẽ de Rupella de prouincia Aquitaniæ ſciẽtia lucidum & profundum. Et ex tali ſigno à A Deo exiſtimans baccalaureum futurum, ipſum cancellario pro baccalaureo præſentauit. Qui poſtea factus magiſter, maximus inuentus eſt prædicator, religioſitate, ſcientia, & diſcretione clariſſimus, tantaque vi ingenij, vt priorum magiſtrorum ſubtilitati adiiciens prædicationis & lecturæ in Theologica facultate artem, modos traderet exquiſitos.

A. C. 1350.

Inter doctores etiam ſolennes ſacri ordinis Minorum adnumeratur frater Richardus de media villa, qui ſcripſit egregiè ſuper quatuor libros ſententiarum. Et in quarto ſententiarũ B oſtendit ſe fuiſſe etiã valdè peritum in iure canonico, frequenter allegando iura cum gloſſis. Huic cum ſex aliis miniſtris vel baccalaureis, miniſter generalis decimus vocatus Bonagratia commiſit examinationem doctrinæ cuiuſdam fratris Petri Ioannis, quæ non recta, & vera continebat. Qui matura deliberatione præhabita quędam tanquam periculoſa & malè ſonantia concorditer reprobarunt, & reprobationem ipſi generali in ſcriptis ſigillatis miſerunt. Qui generalis, etſi grauiter infirmus C mandauit ſocio ſuo, vt colligeret, & interdiceret libros dicti fratris Petri, & quòd nullus auderet dicere, vel tenere contra ea, quæ reprobata fuerant per illos ſeptem. Et ipſe etiam frater Petrus determinationem illam contentam in literis ſigillatis approbauit, & reuocauit, quæ ipſe dixerat reprobata ab illis, dicens. Credo illos habuiſſe ſanum intellectum, & illa verba accepto, & recipio. Et quicquid in eis contrarium dixi, vel ſcripſi, vel docui, reuoco.

Richardus de media villa doctor Minorum.

Richardi de Media villa cuiuſdam Petri doctrinæ reprob.

Doctores varij & multi ordinis minorum.

D

Ioannes Scotus doctor ſubtilis.

§. II.

ANNO autẽ dñi 1300. vel circa claruit frater Ioãnes Scotus, qui ſcripſit ſuper ſẽtẽtias multa ſubtilia. Vnde & dicitur doctor ſubtilis. Quo tẽpore frater Gẽtilis ordinis Mi- E norum, qui tunc erat lector ſacri palatij, fuit per Bonifacium octauum papam factus cardinalis preſbyter. Et frater Reginaldus eiuſdem ordis factus poſt prædictum lector curiæ, generalis miniſter inde effectus, factus eſt cardinalis Portuenſis epiſcopus. Qui tamen remanſit vicarius ordinis vſque ad electionem futuri generalis, vt alij ſui præceſſores fecerant.

Celebris quoque opinionis fuit Petrus Aurelius, ſcripta relinquens ſuper librum ſententiarum, in quo, quia manus eius contra omnes, vertens in dubium firmata per alios, & in F quæſtionem vertens, manus omnium contra eum. Aſſumptus tamen fuit ad archiepiſcopatum.

Petrus Aurelius qui omnib. ſeſe opponit.

Non mediocris ſcientiæ fuit frater, & magiſter Bertrandus eiuſdem ordinis, & ad cardinalatum & ipſe promotus, qui multum egregiè ſcripſit ſuper omnes epiſtolas Dominicales per totum annum. Ac etiam ſuper prophetias ſeu lectiones, quæ dicuntur in eccleſia loco epiſtolæ, multum copioſè & ſcientificè eas exponens, & in

A. C. 1350

exponens, & in qualibet epiſtola & prophetia componens prædicationes, & collationes. Idē dicitur expoſuiſſe omnia euangelia dominicalia, & quadtageſimalia cum auditione ſermonum prædicabilium.

Nicolaus de lyra quid ſcripſerit.

Satis vtile, & dilatatum opus edidit frater Nicolaus de lyra. Qui ex Hebræo, peritiſſimo in doctrina Iudaica conuerſus eſt ad Chriſtum & habitum Minorum ſuſcepit. Et expoſuit totam bibliam ſecundum ſenſum literalem, vetus & nouum teſtamentum, reptobans opiniones Hebræorum falſas & extortas, exponens & ex eorum libris confutans. Addidit quoque B aliud volumen magnum, in quo ponit expoſitiones hiſtoriatum ſecundum ſenſum myſticū, vel moralem, vel allegoricum. Scripſit etiā ſuper ſententias.

Franciſcus de Maronis.

Nominatur multum à minoribus frater & magiſter Franciſcus de Maronis ſpeculatiuus multa augens & declarans de formalitatibus, quas ducit Ioannes Scotus.

Scripſit ſuper metaphyſicam Ariſtotelis valdè notabiliter & ſubtiliter frater Alexander de Alexandria, qui etiam cōmentū fecit ſuper librum ſententiarum.

C Librum compoſuit Aluarus Hiſpanus ipſius ordinis, quem intitulauit. De planctu eccleſiæ in quo ex iuribus canonicis, & dictis gloſſantium ea, ponit multiplices defectus ſtatuum Chriſtianorum clericorum, & laicorum. In hoc tamen errauit in dicto libro, quòd ita commendauit paupertatem, quòd videtur tenere opinionem Fratricellorum reprobatam ab eccleſia. Verum excuſari poteſt ab hæreſi, quia tempore ſuo inſurrexit illa opinio, necdū determinatum erat per eccleſiam, quid in ea materia tenendum eſſet, vnde & opinionē ſuā D ſubmiſit iudicio eccleſiæ decernendā & corrigendam.

Aliqui etiam ex eis multum periti in iure canonico vel ciuili, ediderunt ſummas pertinentes ad caſus conſcientiæ, & pertinentes etiam ad forum contentioſum, vt Petrus de Saxonia. Durandus ſummam confeſſorum edidit diuerſam à ſumma Ioānina. Vidi aliquantulum hincinde quandam expoſitionem ſuper Cantica canticorum, magnum volumen per modum lectionum, diſtinctus autem eſt totus liber in centum & quadraginta cantica, ideſt, E ſententia eius, vnde & continet multa copioſè & profundè. Illud opus compoſuit magiſter Leonardus de Ciphono generalis ipſius ordinis. Fuerúntque multi alij qui compoſuerunt multos libros in eo ordine in diuerſis facultatibus, vt Ockam in logicalibus, qui tamen malè ſapuit de poteſtate eccleſiæ. Sanctus etiam Bernardus compoſuit ſermones prædicabiles multos multum morales. Sed & eorū, quib. nō placuit ſcripta relinquere, extiterunt q̄ plurimi in omni tempore, ex quo cœpit ordo ille, qui fuerūt doctiſſimi viri, magiſtri egregij, magni prædicatores, acutiſſimi diſputatores, quidam autem illorum obſtinati in ſenſu ſuo, non acquieſcentes determinationi eccleſiæ, volentes plus ſapere quàm oportet, fuerunt reprobati cum ſuis erroribus, vt magiſter Michelinus de Ceſena, miniſter generalis dicti ordinis tēpore Ioan. 22. papæ, qui propterea priuatus eſt A generalatu cum ſequacibus ſuis.

Auctores librorū varijex ordine Minorū.

A.C. 1250.

De miniſtris generalibus ordinis Minorum, ac geſtis ſub eis.

CAP. IX.

De miniſtris generalibus ordinis Minorum. Poſt beatiſſimum Franciſcum primum generalem miniſtrum, qui quamuis renunciaret generalatui ante mortem per biennium, nullus tamen fuit auſus eo viuente alium generalem inſtituere, ſed per vicarium eius ordo regebatur, qui fuit Helias. Ad dominum autem beato Franciſco fœliciter euolante, non frater Helias, quia pompoſus, ſed à cunctis eligitur generalis miniſter totius ordinis frater Ioannes de Florentia cognominatus Parens, de prouincia Tuſciæ, homo ſanctus & iuſtus, verè pollēs parentis officio. Hic cum eſſet tunc miniſter prouincialis Hiſpaniæ, in capitulo generali apud Portiunculam, ſcilicet Aſſiſij celebrato fuit electus. Hic ordinem intrauit ex hac occaſione.

F. Ioannes pa. ē ſordi mis Minori genera- lis.1. A.C.1227.

Quō ordinem ſit ingreſſus.

Cùm eſſet iuriſperitus, & in Caſtellana ciuitate iudex, vna dierum per feneſtram reſpiciēs vidit quemdam cuſtodem porcorum porcos includere non valentem, ſed hincinde fugientes edoctus a ſocio his verbis eos incātare, ait. Porci porci intrate in caſtella ſicut iudices, & iuriſperiti intrant in infernum. Quo dicto ſtatim porcorum multitudo ſine grunnitu intrat caſtellum. Ob hoc diuino timore, ne ſcilicet cum eſſet iudex, & iuriſperitus, intraret in infernum, conſiderans periculum ſui ſtatus, contemptis omnibus cū filio, quem iam habebat, religionem Minorum intrauit. Hic magnam partem ordinis nudis pedib. viſitauit, vir multarum lachrymarum, qui in Hiſpania magna ſiccitate contingente pluuiā illi patriæ impetrauit. Hic ſtatuit in ordine, vt nullus vocaretur magiſter vel dominus, ſed frater ſolū, & q̄ nullus confeſſiones audiret niſi de licentia miniſtri prouincialis. Hic fuit miſſus per Gregorium papam nonum ad vrbem vt Romanos rebelles ad pacem & obedientiam eius inclinaret. Quod cum facere recuſaſſent, prædixit eis cito tale periculum euenturum, quod cogerētur facere, quod tunc renuebant. Et hoc euenit, Nam poſt modicum Tybetis fluuius ſic exereuit, vt vrbem terribiliter occuparet. Quamobrem timentes peiora, compuncti ſunt & moti ad faciendā concordiam cum pontifice. Cū autem (vt refert Bonauen.) inſurrexiſſet multiplex dubitatio circa contenta in regula, generalis ipſe portabat regulam in manibus, aſſerens ipſam claram & obſeruabilem, & ab omnibus ad literam obſeruandam, quod durum nimis quibuſdam videbatur. Propter quod papa Gregorius, fecit quamdam declarationem circa dubia exorta. Quod cernens miniſter generalis Ioannes rigorem ſcilicet aliqualiter remitti, renunciauit generalatui, tamen vices generalis gerebat, quouſque prouideretur de generali.

Geſta eiꝰ in Generalatu.

A.C. 1230.

F. Helias 3. generalis quomodo factus. A.C. 1230.

§. I.

TERTIVS generalis miniſter fuit frater Helias,& per hunc modum, vt legitur. Cùm ad capitulum generale per fratrem Heliam vocati eſſent omnes fratres de toto ordine, qui fratri Heliæ adhærebant, & congregatis fratribus vocatis per fratrem Ioannem tanquam vicarium, vt de generali prouideretur, incluſo fratre Ioanne cum miniſtris prouincialibus & cuſtodibus, ſuperuenerunt fautores fratris Heliæ,& fracto oſtio capituli ingrediuntur, & fratrem Heliam portant in locum generalis miniſtri, clamando tumultuoſè ipſum debere eſſe generalem, quem beatus Franciſcus ante mortem elegerat eſſe gubernatorem ordinis. Quod videns frater Ioannes vt humillimus ſurrexit, & habitu nudatus plorans in terram ſe proſtrauit,& renunciauit officio, aſſerens ſe indignum,& reſumpta tunica exiuit à capitulo. Et ſic electus eſt dictus frater Helias magis tumultuoſè, quàm canonicè. Qui cœpit ſe ſimulatè excuſare dicens: Chariſſimi, non imponatis mihi hoc onus. Cùm non poſſim vitam communem ſequi, nec propter meas infirmitates peditare. Tunc ſui fautores clamarunt, quòd aurum comederet, ſi expediret,& equum haberet, dummodo ordinem gubernaret. Facta eſt igitur diſſentio inter eos, quia aliqui repetebant dictum fratrem Ioannem vt deuotum & exemplarem, alij fratrem Heliam, vt magis in agibilibus expertum, & prudentia ſeculari callentem. Quæ diſceptatio cum ad aures Gregorij 9. perueniſſet percipiens, quòd maior pars poſtularet fratrem Heliam, potior fratrem Ioannem, ipſum fratrem Heliam (etſi ſe excuſantem de ineptitudine) confirmauit,& declarauit fore generalem.

Peditare, i. pedes incedere.

F. Helias qualis.

Hic de Aſſiſio oriundus fuit, adeo ſapientia humana famoſus, vt raros in Italia reputaretur habere æquales. Hic miſſis viſitatoribus fecit ſub arctitudine magna prouincias viſitari tam in capitibus, quàm in membris. Et tunc generalis miniſter paſſim inſtituebat,& deſtituebat prouinciales miniſtros,& miniſtri cuſtodes,& cuſtodes guardinos. Et de aliis prouidebat. Hic erat non modicum alti cordis,& nimis per mundanam ſapientiam volebat ordinem gubernare, ſuper quo à beato Franciſco frequenter reprehenſus fuerat. Qui cernens, quòd quidam frater Guilielmus Anglicus, in religione perfectus, & in eccleſia beati Franciſci tumulatus, miraculis coruſcaret, zelo beati Franciſci motus ne videretur rarior miraculis, acceſſit ad ſepulchrum eius,& cum magna confidentia præcepit ei, ne cum ſuis miraculis gloriam beati Franciſci offuſcaret. Qui extunc amplius miracula minimè operatus eſt.

Magiſtrati ſunt, i. doctorati.

Sub iſto generali fratre Helia tam multi docti viri ingreſſi ſunt ordinem Minorum,& magiſtrati ſunt in Theologia. Inter quos fuerunt frater Odo Rigaldi filius, clarus genere & moribus, coactus poſtmodum ad archiepiſcopatum Rothomagenſem aſſumendum, magnus prædicator. Quo etiam tempore magnæ perfectionis vir dominus Rudolphus Anglicus, & epiſcopus Erfordienſis, magiſter in Theologia clatuit, qui ipſum ordinem ingreſſus eſt ex hac viſione. Cùm enim oraret, raptus eſt in cœlum ad intuendum manſiones ciuium ſupernorum. Nullúmque ibi videns inter ſanctos diuerſatū religionum ex ordine Minorum, ad quem ſatis erat affectus, mirabatur. Tunc apparens ei vna mulierum, pulcherrima, Dei genitrix Maria, quid animo volueret inquiſiuit. Cui cum reſpondiſſet ſe ſuper eo ſtupere, quòd nullum inter ſanctos aliarum religionum videret ordinis Minorum, cum tamen in eccleſia Dei in tanta reuerentia haberetur,& tantum fructum ſalutis animarum afferret, reſpondit. Veni mecum, & ego tibi, vbi maneant indicabo. Et oſtendit fratres Minores Chriſto familiariter adhærentes. Et dixit. Ecce ſub alis iudicis ſunt, ſalua cum iſtis animam tuam. Quam viſionē in ſe reuerſus attēdens ordinem Minorū intrauit annuente papa Gregorio 9. Sub generalatu iſtius multi fratres Minores decedentes in diuerſis ciuitatibus,& præcipuè Italiæ claruere miraculis ex magna eorum vitæ ſanctitate.

A.C. 1235.

F. Helias à generalatu abſoluitur.

Fuit demum iſte Helias congregato capitulo generali Romæ abſolutus à generalatu, poſt quam illam eccleſiam magnam & duplicatam Aſſiſij cum campanili & campanis perfecit. Et cauſa huius dicitur fuiſſe, quia ipſe in multis regulam tranſgrediebatur pompaticè incedēs. Multas enim eleemoſynas pro illa eccleſia cōſtruenda procurauit,& priuilegia, quòd poſſet fratres pecuniam percipere per interpoſitam perſonam contra regulam è directo. Et quia miſit procuratores per prouincias, quibus indixit collectas pecuniarias prouinciis pro occaſione fabricæ eccleſiæ Aſſiſinatis. Et quia cœpit theſaurizare, habere equum magnum,& domicellos. Cœpitque dictus frater Helias eos, qui de his eum arguebant perſequi,& ſignificantes (qui zelantes erant pro obſeruatione regulæ & conſeruatione religionis) hæc ſummo pontifici. Qui conuocato capitulo Romæ dictum fratrem Heliam, eius excuſationes, vt friuolas ſuper obiectis nō admittens, à generalatu abſoluit: cum annis nouem rexiſſet ordinem.

Domicellos, i. pediſequos.

F. Albertus Piſanus 4. Generalis.

§. II.

QVARTVS generalis miniſter fuit frater Albertus de Piſanis, vir perfectus & bonus: de prouincia Tuſciæ, miniſter tunc prouincialis Angliæ, electus in capitulo Romæ celebrato,& confirmatus à Gregorio 9. anno domini 1239. Sed ſubitò flos aruit,& decidit per mortem, tranſactis ſex menſibus tantum in officio generalatus. Circa ea tempora in Alemannia ſunt conuentus Minorum multiplicati, & multi fratres ſanctitate & miraculis ibi claruerunt. Inter quos fuit frater

Frater Bertholdi Cōciones & earum vis.

A.C. 1230. frater Bertholdus egregius prædicator in Ratiſbona tumulatus. Hic cum ſemel contra peccatum quoddam prædicaret valde deteſtando & grauitatem oſtendendo, quædam mulier, quæ tale peccatum commiſerat audiens, verbi ſpiculo ex arcu tantæ virtutis & efficaciæ proſiliente percuſſa tanto dolore compungitur, quòd ſpiritum exhalauit. Tunc populo ſuper hoc tumultuante: frater Bertholdus ſilentium imperauit, & omnibus iniunxit, vt orarent, quòd Dominus ſuper hoc beneplacitum ſuum reuelaret. Ipſo igitur & aliis orantibus mulier illa mortua reſurrexit, & dixit, quòd ad diuinum iudicium aduocata, propter compunctionem magnam fuerat ab æterna pœna liberata, ſed vt confiteretur peccatum perpetratum, nec confeſſori intimatum, fuerat proptereà mortuis reuocata. Et inter cętera manifeſtauit, quòd eadem hora, qua obierat ſexaginta millia hominum fuerant in diuerſis partibus orbis ex ſæculo euocata, de quibus tantum tres purgatorium intrauerant, cæteris in inferno ſepultis, excepto vno fratre ordinis Minorum, qui per purgatorium tranſiens, ſubito acceptis ſecum duabus animabus quæ ſibi erant confeſſę, inde cum eis paradiſum aſcendit.

Mirabilis multarū animarum exitus.

In conuentu Spirenſi quidam frater Ioannes decedens ſepultus eſt, qui mortuum ſuſcitauerat. In Brabantia frater Petrus homo magnæ perfectionis cum vna dierum miſſam deuotiſſimè celebraret, hoc cernente quodam puerulo, qui hoc poſtea reuelauit, ſpecies panis conuerſa eſt in ſpeciem pueri pulcherrimi, donec communicauit, vnde ille infantulus dicebat aliis, quòd frater Petrus pueros paruulos comedebat, quia hoc viderat in altari.

F. Phillip. de Claromonte. Claruit etiã in Prouincia Prouincię in Claromõte frater Philippus, eximię ſãctitatis, qui cum in caſtro Riomo prædicaret, qñ ẽdam publicum vſurarium vehementer redarguit, & admonuit, vt reſtituens vſuras confiteretur. Ipſe verò contemnens monita truſabatur promittens ſe facturum. Cum verò in Monteferrando idem frater Phillipus infirmaretur grauiter, audientibus multis adſtantibus ait: Non poſſum, modo, quando poteram, noluiſti. Interrogatus cur iſta diceret, reſpondit. Modo anima talis vſurarij de Riomo per dęmones deportatur in infernum, quæ cum clamaret ad me, vt eam iuuarem, ſic ei reſpondi, quòd ego non poſſum. Et inuentum eſt, quòd illa hora ille vſurarius mortuus erat.

Frater Haymo Generalis ordinis 5. A.C. 1231.

§. III.

QVINTVS miniſter generalis ordinis minorum fuit frater Haymo, vir magnę reuerentiæ, Anglicus natione maximus theologus, & totius ſpeculum honeſtatis, electus in capitulo generali anno Domini 1229. preſente Domino Gregorio 9. & vota eligentium recipiente quem & ipſe electum confirmauit, &

A.C. 1241.

A facta eſt ibi diuiſio prouinciarum. Et ipſe generalis voluit, quòd tam ſua quam prouincialium miniſtrorum & cuſtodum poteſtas limitaretur per capitulum generale. Et tunc cuſtodes perdiderunt poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi locorum Guardianos. Ad iſtius generalis mandatum præcellentes in theologia magiſtri Alexander de Ales & frater Ioannes de Rupella, ſcientia & religione clariſſimi habita collatione cum aliquibus aliis ordinis magiſtris & viris diſcretis ſcriptum valde vtile ſuper regulam ediderunt, quod generali B & definitoribus ad capitulum tranſmiſerunt.

Tempore huius generalis anno ſcilicet. 1241. fratres aliqui prædicatores ſimul & minores, dati inquiſitores contra hæreticos in partibus Toloſanis, per ipſos fidei inimicos hæreticos martyrio coronati ſunt, quos Dominus miraculis decorauit. Vacante autem ſede Romana defuncto Gregorio nono cum eſſet maxima diſcordia inter imperatorem Fridericum 2. & eccleſiam, frater Helias de Aſſi- C ſio, de quo ſuprà, factus eſt ita familiaris imperatori, vt ille frequenter eius conſiliis vteretur. Et tunc prorupit quaſi de latibulo ſimulationis, multis fratribus ipſum concomitantibus vigore priuilegij ſibi conceſſi per Gregorium 9. videlicet quòd poſſet ire, quò vellet facere pœnitentiam cum fratribus volentibus eum ſequi. Et demum viſus eſt declinare in partem imperatoris quærentis temporalia eccleſiæ auferre. Qui etiam imperator miſit fratrem Heliam ad imperatorem Conſtantinopolitanum, vt inter eos imperatores tractaret pacem. Et inde facta eſt magna ordinis plaga, dicentibus aliquibus He- D liæ complicibus, quòd non ritè fuerat abſolutus à generalatu ordinis, & quòd vigore dicti priuilegij poterant ipſum proſequi. Sicque facta eſt magna ordinis ſciſſura, aliquibus fratribus & multis ſequẽtibus Heliam, aliis Haymonem.

Prædicatores & minores ab aliquibus hæreticis trucidantur.

§. 2.

Siſma inter Franciſcos.

Creato autem papa Innocentio quarto, anno Domini ſcilicet 1244. compatiens papa tantę ordinis ſciſſurę, fecit congregari capitulum. Et poſt materiæ examinationem, cognoſcens pontifex fraudes fratris Heliæ, omni gratia & E priuilegio eum priuauit, præcipiendo, quod de cętero nullus eum ſequeretur. Qui tantam humiliationem non ferens, vocatus ab imperatore rebelli eccleſiæ ei adhæſit. Quod intelligens Innocentius, ipſum citauit. Quo non comparente, ſiue quia timuit, ſiue quia litteræ ex fraude non fuerunt ei pręſentatæ, excommunicauit eum papa, & habitu ordinis priuauit. Interea infirmatus eſt Corronij iſte Helias ad quem accedens germanus eius laicus frater minor, rogauit eum, vt reconciliationem quæreret à ſummo pontifice, totaliter ei ſe ſubmittens. Qui ad ſe reuerſus deſtinauit ipſum ger- F manum ſuum eiuſdem ordinis ad Innocentium ſupplicando, vt amore beati Franciſci, cuius ſocius fuerat & vicarius, ſibi ignoſcere dignaretur, & excommunicationis ſententiam relaxaret. Quod totum conceſſit ob reuerentiam beati Franciſci. Et ſic fertur Helias culpam ſuam & rebellionem

Tt 4 multis

A.C. 1260.

tenés librum pulcherrimū in manu in cuius medio erant litteræ aureæ venuſtiſſimę, in marginibus erat lutum, ex quo fœtor maximus exhalabat. Liber etiam in ſuperficie erat turpis. Et frater cum interrogaret Chriſtum, quid liber ille turpis & pulcher figuraret, reſpondit. Verba ſunt theologicæ facultatis literæ aureæ, fœtor & lutum, philoſophorum dicta, Turpitudo exterior, curioſitatis apparentia, quibus verba mea multipliciter deturpatis. Vnde ad ſe reuerſus frater ſtatim mutauit ſermonis materiam, curioſitatem dimiſit, contentus ſcripturarum & doctorum ſanctorum dictis, & philoſophica abdicauit à ſermonibus ſuis. Iſte generalis conſueuerat qualibet die celebrare, & quemdam iuuenem deuotum quem in aurora in eccleſia orantem inueniebat, ſibi ſeruire in miſſa faciebat. Et vno mane cum ille iuuenis feſſus dormitum iuiſſet, non eum inueniens, cœpit dicere primam, vt miſſam celebraret. Et ecce angelus Domini in forma iuuenis aduenit, & ſeruiuit in miſſa. Qua dicta inuenit generalis iuuenem adhuc dormientem. Vnde angelum Dei ſeruiuiſſe ſibi cognouit.

D. Bonauentura ordinis Minorum Generalis 8. de quo Sixtus in bulla canonizationis, & Ioannis Pannuini ad Pontificem relatio. A.C. 1256.

§. VI.

OCTAVVS generalis ordinis fuit frater Bonauentura de Balneo regio, qui magiſtratus fuerat Pariſiis in theologia, & Romæ celebrato capitulo fuit electus præſente Alexandro quarto. Hic Pariſiis libellum pernicioſiſſimum, qui traditur fuiſſe magiſtri Gerardi, contra religioſos pauperes latrantem, per apologiam tam eloquenter quam ſubtiliter confutauit. Qui Gerardus datus in reprobum ſenſum, etſi doctor theologus, cum linguam contra beati Franciſci & ordinis eius ſtatum in blaſphemiam relaxaſſet, tanta (vt fertur) fuit diuina vltione percuſſus, vt paralyſi diſſolutus, & lepra reſperſus interiret, exemplum relinquens aliis, vt ſciant omnes Dominum Ieſum defenſorem eſſe pauperum ſuorū. In capitulo autem generali Narbonæ celebrato, ipſe generalis Bonauētura conſtitutionib. formā & ordinē dedit, & breuiario aliquæ ſunt rubricæ additæ ſub Vrbano 4. Quo tempore beatus Thomas de Aquino ex iniunctione ipſius Vrbani fecit op⁹ quatuor euāgeliorū.

Gerardi Franciſcanorum hoſtis interitus horrēdus

Cū quidā frater nomine Simō de veritate articuli Trinitatis quaſi dubitādo inania cogitaret, & ex tētationis hui⁹ importunitate eſſet multū afflictus, cū illa triſtitia obdormiuit. Et ecce Chriſtus benedictus eidē apparuit dicēs. Simō dormis? Ille verò ignorās eſſe Chriſtum, euigilās ei impatiēter reſpōdit. Et cum iterato ſibi diceret Chriſtus. Simon dormis? Ille plenius euigilans, vidit eū, & cognouit ꝙ ipſe qui

A apparebat, non erat purus homo nec creatura pura. Quem Chriſtum benedictum agnoſcens, ſtupefactus ante ipſum cum magna reuerentia ſe proſtrauit. Non cogites de his, inquit, nec de trinitate in aliquo dubites. Sed ſicut audiſti, & credit catholica eccleſia, firmiter ita credas. Et hoc dicto Chriſtus diſparuit, & frater ille fuit ab illa tentatione liberatus.

A.C. 1274.

Cū duo fratres eo tempore in itinere in domo cuiuſdam ſæcularis hoſpitando, verbis inutilibus & potationibus ſe dediſſent, nocte completorium dicere omiſerunt. Manè orto iam ſole recedentibus eis vnus alium præibat ſeparatus. Et ecce ſibi occurit in via quidam homo, facie terribilis, in ſpecie paſtoris, & habitu. Quem cum ille ſalutaret, ille vultum exacuens, vt turbatus reſpondit. Quæ eſt ſalutatio tua miſer qui deuias à via patris tui Franciſci? Vbi eſt completorium, quod tu & ſocius tuus heri dimiſiſti? Eſtne etiam modo hora dicendi matutinum, Hæc & alia, quę vos omittitis negligenter, nos contra vos bene ſcribimus diligenter. Et illo diſparente, frater ille territus cecidit, & ſuperueniēti ſocio viſionem enarrauit. Et ambo compuncti & confeſſi in melius vitam mutarunt. Rexit autem ordinem frater Bonauentura generalis annis 18. vel circa, & inde aſſumptus eſt ad cardinalatum à Gregorio x. vt patuit ſuprà.

F. Hieronymus Aſculanus Generalis. 9. A.C. 1276.

§. VII.

D NONUS generalis fuit Hieronymus de Aſculo prouinciæ Marchiæ, electus Lugduni, anno Domini 1274. Tunc autem dictus frater Hieronymus nondum legatione de Græcia reuerſus fuerat. Tandem non finito concilio Lugdunenſi cum ſollennibus nunciis Grecorum rediit, negotio pro quo miſſus fuerat feliciter expedito. Vnde ipſo efficaciter procurante, Græci tunc ad ſedis Apoſtolicæ obedientiam redierunt, in quo quadraginta primates Græcorum ſubſcripſiſſe dicuntur. Ille quoque, qui Græcorum tenebat imperium primatum ſanctæ Romanæ eccleſiæ recognouit, eique ſe humiliter ſubiecit. Domino autē papa Gregorio x. miſſam ſollenniter celebrante, dicti Gręcorum nuncij interfuerunt, & ſymbolum cum confeſſione articuli de proceſſione ſpiritus ſancti à patre & filio decantauerunt, & pacem cum cæteris fidelibus acceperunt. Et ſic ſe pro tota Græcia Domino papæ ſubmittentes, reuerſi ſunt ad eccleſiæ vnitatem. Affuerunt quoque in eodem cōcilio nuncij Tartarorum adducti per præfatum fratrem Hieronymum, qui ibidem Domino Papæ ſe ſubmittentes baptizati fuere. F In qua re Deus plurimum ordinem exaltauit. Tandem poſtmodum tempore Martini papæ quarti negotiū (tractāte pacis inimico) extitit perturbatū.

Græci in Lugdunēſi cōcilio Romanæ eccleſię vniuntur.

Et quia pontifex ſummus fratrem Hieronymū pręfatum generalē diſpoſuerat iterū mittere in Græciē pro quibuſdam pūctis, ideò nō potuit intereſſe capitulo generali ſequenti Paduæ celebrato, ſed miſit vicarium ſuum

A.C. 1274.

ſuum ſcilicet Bonangrariam: qui poſtea ei in generalatu ſucceſſit. Et eidem capitulo celebrato miſit litteras efficaces, quibus officio renunciabat, allegando inſufficientiam, & impotentiam, ac negotia eccleſiæ, quibus erat occupatus, nihilominus tamen confirmatus fuit in eodem officio. Hunc generalem rogauit Dominus Ioannes Caietanus, ordinis protector, cardinalis, vt fratres non ex debito, ſed ſui amore obſequiis inſiſterent ſororum ſanctæ Claræ, Quod ipſi generali fuit multum graue & ordini. Tamen tanto patri, amiciſſimo ordini reſiſtere non valentes, cum conceſſione huiuſmodi ſtatuerunt, quod venientibus fratribus ad monaſterium, abbatiſſa & totus conuentus darent publicum inſtrumentum, quod non ex debito ſed Dei gratia & amore fratres earum obſequiis inſiſterent. Sub eodem generali Dominus Rodulphus, Romanorum futurus imperator, [a] filiam ſuã beato Franciſco & ſanctæ Claræ ex deuotione obtulit, & religioni eiuſdem ſanctæ Claræ perpetuò dedicauit.

Rodulph. Imp. filiã religioni dedicat.

Anno Domini 1277. Dominus Ioannes Caietanus factus eſt pontifex ſummus vocatuſque Nicolaus tertius. Qui primo anno ſui pontificatus fratrem Benteuengam Tudertinum ordinis minorum fecit cardinalem, & Albanenſem epiſcopum. Hic generalis frater Hieronymus de multorum fratrum conſilio condemnauit, & reprobauit doctrinam Rogerij Bathonis Anglici, ſacræ theologiæ magiſtri continentem aliquas nouitates ſuſpectas, propter quas fuit idem Rogerius carceri condennatus præcipiendo omnibus fratribus, vt nullus eam teneret, ſed ipſam vitaret, vt per ordinem reprobatam. Super hoc etiam ſcripſit Domino papæ Nicolao, vt per eius authoritatem doctrina illa periculoſa totaliter ſopiretur.

Pariſiis hoc accidit notandum. Quidam magiſter in theologia intrauit ordinem Minorum quem mater de eleemoſynis nutrierat & ſolicitè de ſua ſuſtentauerat paupertate. Clamat hæc audiens mater, & eiulat, oſtendit pectus, & vbera, replicat in quanta miſeria eum nutrierat, & in quanta miſeria eam relinquebat. Concuſſus eſt animo falſa pietate magiſter, & in craſtinum exire deliberat. Tandem vt conſueuerat orans ante imaginem Crucifixi, in corde ſentiens magnam pugnam dicebat Chriſto. Nolo te dimittere Domine, ſed matri, qui me in tanta miſeria, & labore nutriuit, intendo de neceſſariis prouidere. Cum his verbis intendens in imaginem crucifixi, vidit de eius laterali vulnere ſanguinem emanare, & audiuit vocem Domini ſic dicentis. Ego te nutriui carius, quàm mater tua, iſto ſanguine te redemi, & ideo non debes me dimittere propter matrem tuam. Stupefactus magiſter, & non immeritò Chriſtum matri præponens in ordine compleuit dies ſuos.

Magiſter pietate matris ordinẽ volẽs relinquere à Chriſto retinetur.

Alter, qui vouerat intrare religionem, & poſtea à propoſito reſiliens factus fuerat canonicus ſæcularis, poſt medium annum infirmatus eſt grauiter, & inuitatus ad con-

a *Hæc dicta eſt Euphemia, quæ in Tulna monaſterio monialis facta eſt Onuph.*

A feſſionem dixit fuiſſe ſibi oſtenſum ſe eſſe damnatum, & ideo non amplius ſuper hoc eum moleſtarent quia non poterat confiteri. Apparuit enim mihi Dominus (ait) iratus, dicens. Vocaui & renuiſti, & ideò vade ad pœnas inferni. Quo dicto expirauit.

A.C. 1277.

Alteri cùm patre mortuo remanſiſſent multæ diuitiæ, contemptis omnibus ordinem minorum intrauit. Cui apparuit diabolus in ſpecie patris dicens, quòd in purgatorio cruciabatur, quia non erat, qui lucra illicita & & debita ſua reſtitueret, poſſet autem eum iuuare, & ab illis pœnis liberare, videlicet egrediendo religionem, vt de rebus patris ſatisfaceret. Ille autem magiſtro ſuo hæc referens. reſponſum accepit, quòd diabolus erat ad decipiendum apparens, eumque in Domino confortauit. Cumque pluries apparuiſſet nec animum eius vel in modico inclinaſſet, apparuit demum iuueni eunti ad matutinas dæmon in forma patris dicens Egredere, fac quod dico, & ipſum ingredi incipientem eccleſiam, & Cruce ſe ſignantem trahebat diabolus per brachium violenter, & dum adſtringeret eum, Domini auxilium inuocans euaſit manus eius. In locis autem in quibus tenuerat, ſe combuſtum inuenit. Beatus deinde Franciſcus ei apparuit, & in anima, & corpore eum ſanauit.

Dæmon in ſpecie patris religioſũ peruertere nititur.

Hic generalis, fuit miſſus legatus cum alio patre venerabili ordinis Prædicatorum ad pacificandum reges Franciæ & Caſtellæ, inter quos diſſenſio non modica orta erat. Et dum fuerunt Pariſiis, acceſſerunt ad ſuccidendum lites & diſſenſiones ſcandaloſas, quæ aliquando inter fratres Prædicatores & minores ex inuidia oriri videbantur. Vnde de vtriuſque religionis fratrum diſcretorum conſilio, ordinata ſunt certa pacta & ſtatuta, quibus pax de cætero inter Prædicatores & minores ſeruaretur, & caritas nutriretur. Inter quę fuerunt, quòd à mutuis detractionibus & contentionibus abſtinerent omnino, & vbique ſe inuicem honore præuenirent, & mutua ſe hoſpitalitate reciperent ſicut fratres. Et ſi inter perſonas, vel conuentus orta fuerint aliqua dubia, vel quęſtiones, per prouinciales locorum reſecentur, & offendentes alter alterum grauiter punirentur. Et hæ conuentiones ſcriptæ deſtinatæ ſũt per omnes cõuẽtus vtriuſq; ordinis.

Creatur Cardinalis & epiſcopus.

Exiſtens ergo in legatione prædicta, per Nicolaum 3. factus eſt presbyter cardinalis, deinde epiſcopus Prænestinus. In bulla verò ſuper hoc ſibi miſſa Dominus papa mandauit, vt à Clericis ſtipendia reciperet, ſicut legatus cardinalis. Sed ipſe generalis de ſe humilia ſuadens, litteris efficaciſſimis papę miſſis, allegando ſuam inſufficientiam & impotentiam quãtum potuit, tanto gradui renunciauit. Nec aliã familiam interim recipere voluit, nec ſtatum mutare in aliquo, donec à papa haberet reſponſum. Et quia papa ſcripſerat ſibi in hunc modum. Fratri Hieronymo ſanctę Romanę eccleſię tituli ſanctę Potentianę presbytero cardinali, olim generali ordinis minorum, dubitabatur an poſſet vti officio generalatus. Demũ de vtroq; fuit certificat᷒. Nam per literas papa pręcepit ſibi, vt cardinalat᷒ gradũ acciperet

&

A.C. 1278.

& vice generalis, vt prius ordinem gubernaret. Qui cardinalis effectus, humilitatis gloriam, quæ prius in eo relucebat, ita prudenter ſeruauit, vt miro modo communiter & humiliter ageret, & honorem nihilominus dignitatis maturitate honeſtiſſima retineret.

Vide quã miſeri ſint religioſi, qui his dignitatibus inhiant.

Confeſſus eſt ſæpe multum tamen ſobriè, ſed certo (vt dicebat), ſermone, quòd potius vellet coquinę fratribus facere, quàm cardinalatus faſtigio præeminere, ſeque aliter obſtiturum fuiſſe gradui illi, niſi offenſam ordinis timuiſſet. Rexit ordinem annis. v.

Frater Bonagratia, Generalis 10,

A.C. 1299.

§. VIII.

DECIMVS magiſter generalis fuit frater Bonagratia, de prouincia Bononiæ, vir multum religioſus, & iuxta nomen ſuum morum gratia prædotatus, Aſſiſij in capitulo generali electus. Viſitauit autem generalis factus papam Nicolaum, petens inter cætera, ſi placeret protectorem eis dari, qui dedit eis nepotem ſuum Dominum Matthæum Rubei in protectorem cum multa deuotione & lachrymis ex affectione nimia ad ordinem ipſum. Et extenta manu cardinali proprium annulum cum oſculo manus recipiendum porrexit dicens. Committimus tibi ordinem fratrum Minorum vt ſis gubernator, protector, & corrector iſtius fraternitatis. Et adiunxit. Tua gubernatione ordo non indiget, quia tot ſapientibus, & prudentibus perſonis abundat, quòd ad ſe gubernandum bene ſufficit ſibi, Correctioni quoque te non oportet inſiſtere, quia inter fratres ſunt prælaturæ taliter diſpoſitæ, quòd in hac parte non videtur poſſe eſſe defectus. Habent enim Guardianos, qui ſi deficerent, poſſunt recurrere ad cuſtodes, & à cuſtodibus ad miniſtros, ſupra quos eſt generalis, & ab hoc ad capitulum generale, ita quòd non eſt veriſſimile apud eos ea, quæ correctione indigent, præteriri. Vnum eſt, in quo patrocinio tuo opus habent. Sunt enim imbecilles, & pauperes, & multos habent, qui eos indebitè inquietant, quibus per ſe repugnare non valent, & ideò indigent brachio, & fortitudine protectoris. Hoc eſt potiſſimum, in quo eis tua cura debet adſiſtere. Ex his & ſimilibus ſua verba concluſit.

Ab illa die in antea, ad compeſcendum quorundam mordaces inſultus contra regulam, & dubia declaranda, Dominus papa Nicolaus tertius apud Surianum ſedens per æſtatem declarationi regulæ intendit, cunctis aliis negotiis prætermiſſis ferè per duos menſes, non ſine admiratione totius curiæ. Ipſe papa cùm generali, & diſcretis fratribus, præſentibus & coagentibus venerabilibus cardinalibus epiſcopis, Domino Bentcuenga Albanenſi, & Domino Hieronymo Præneſtino ordinis minorum aſſumptis deliberatiſſimam edidit illam decretalem quæ incipit, Exiit qui ſeminat: ac per peritiſſimos viros plures demũ Bonifacius 8. exactiſſima diligentia pluriũ dierum diſceptationibus elimatã, per Dominum Benedictum, qui eam dictauerat, fecit ſolenniter publicari, & in 6. decretaliũ titu. de verborũ ſignifi. eam inſeruit, & authẽticã reddidit.

Pontifex ipſe declarationi regulæ D. Franciſci inſiſtit.

A.C. 1280.

Sub iſto generali frater Galterus de Brugis, magiſter in theologia, tunc miniſter Turoniæ fuit per Dominum papam compulſus (illo totis viribus vſque ad peccatum inobedientiæ renitente) recipere epiſcopatum Pictauenſem & quamuis Generalis ille ſupplicauerit, ne ille pater auferretur illi Prouinciæ præualuit voluntas vicarij Chriſti. Erat enim vir omni virtute ornatus, in regimine vtilis. Tantæ ſanctitatis fuit, quòd aliquando columba candidiſſima viſa eſt ſuper caput eius. Et contractum magnum debitum pro indumentis pauperum eum mercatore quidam qui angelus Dei creditur fuiſſe, in forma procuratoris, abſoluit debitum illud, & cancellari fecit eo ignorante. Hic tamen eum diu litigaſſet epiſcopus exiſtens in archiepiſcopatu Burdegalenſi pro iure eccleſiæ ſuæ, & poſt multos annos Burdegalenſis archiepiſcopus dictus Bertrandus, papa eſſet creatus, Clemens quintus nominatus, depoſuit ipſum Dominum Galterum ab epiſcopatu Pictauenſi & reduxit ad clauſtrum. Demum frater Galterus ad extrema deueniens quamdam ſchedulam fecit in qua continebatur, quòd ipſe appellabat à ſententia Domini Clementis Papę ſuper depoſitione ſua ab epiſcopatu ad iuſtum iudicium Dei, & ipſam ſchedulam in manu concluſit dextera ſua & cum ea voluit ſepeliri. Quod factum eſt. Multis claret miraculis, præcipuè à quartana liberans.

S. Vir à pótifice prouocat ad Dei iudiciũ, agnoſcit ergo pótifice nullũ in terris ſuperiorem.

Cum autem poſt duos annos vel circa papa Clemens cum curia ſua veniſſet Pictauos, & ibi moram traheret, audito quòd frater Galterus cum ſchedula in manu clauſa ſuam appellationem, continente ſepultus fuiſſet, voluit hoc videre vnde mandauit eum exhumari & illam ſchedulam illi auferri. Mira res manus eius aperiri non potuit, & ſchedula haberi niſi facta prius promiſſione, quod ſibi poſtea reſtitueretur. Quo facto ſtatim aperiri permiſit manum, & ſchedulam ſumi. Quam cum papa legiſſet, miratus eſt, & reddi eam illi defuncto iuſſit.

Aſſumptus autem ad papatum Dominus Simon Gallicus Cardinalis, & vocatus Martinus quartus anno Domini 1280. præſente fratre Matthæo de Aquaſponta, plenariam indulgentiam in ſancta Maria in Portiuncula prope Aſſiſium confirmauit, & ad tollendum dubia ipſam de nouo ibi poſuit die alia, aſſignata ſcilicet prima die Augusti, à veſperis inchoãdo vſque ad veſperas diei ſequentis. Sed & generalis, qui tunc erat frater Bonagratia, præcepit per obedientiam & ſub pœna excommunicationis in die præfatæ indulgentiæ in eccleſia dicta ſanctæ Mariæ, vt nulla oblatio pecuniaria à fratribus reciperetur, vel pro fratrum neceſſitatibus expenderetur recepta, & hoc propter cupiditatis notam, qua poſſet ab inuidis vel falſa vel minor indulgentia publicari, & deuotio minorari.

Hic generalis aliquando narrauit, quòd tempore, quo Pariſiis in choro fratrum fuerunt

tri-

A.C. 1285. triginta cellæ aſſignatæ, & regente tunc ordinem minorum fratre Bonauentura, quædam mulier magnæ ſanctitatis, vidit orans triginta fratres mortuos Pariſiis. Hæc autem mulier diſtabat à Pariſiis per ſeptemdecim leucas. Ex illo autem prædicto numero, vidit quinque ad purgatorium deferri vigintiquinque euolare ad gloriam, quorum vltimum vidit collocari in ordine Seraphin, & ille talis vltimus fuit ei reuelatus, quòd erat quidam conuerſus nomine Venantius, vir miræ caritatis, non enim ſecundum gradum vel ſcientiam, ſed ſecundum latitudinem caritatis pręmium menſuratur.

F. Athlotus de Prato Generalis. 11. A.C. 1285. §. IX.

VNDECIMVS generalis fuit frater Athlotus de prato, qui tunc erat miniſter Prouinciæ Tuſciæ. Solum per annum vnum ordinem regens, appoſitus eſt ad patres. Et remanſit vicarius generalis ordinis frater Guilielmus de Sulgario, qui opus Bonauenturæ ſuper ſententias abbreuiauit.

Eo tempore clarus in perfectione ſanctitatis habitus fuit frater Rogerius de Prouincia Prouinciæ. Qui etſi in principio ſui ingreſſus maximè fuit oppugnatus, tentatione deuicta peruenit ad magnam mentis quietem, feruorem eximium, & ſublimitatem contemplationis. Confeſſio ſua erat amara, clara, & frequens intantum vt communiter octo vel decem vicibus confiteretur in die, generaliter autem de omnibus quæ perpetrarat, quinquies vel ſexies in anno. Quantum, ad carnis macerationem erat mirabilis & ſtupendus. Nam in cibo & lecto erat ſatis communis ſecundum exteriorem conuerſationem, ſecundum interiorem verò plurimum ſingularis. In quolibet enim bolo mentem eleuabat ad Deum, & ſic per talem mentis abſtractionem non videbatur ſentire ſaporem, & quando ſic diſtrahi non poterat, cibum ſapidum totaliter dimittebat. *Confeſſiones peccatorũ eius creberrimæ.*

Tanta cuſtodia ſenſus exteriores frænabat, vt nec otioſa vellet audire. Et ſemel deprehendens confeſſorem ſuum virum perfectum ad otioſa laxatum, præcepit ei cuſtos exiſtens, quod pro quolibet verbo otioſo diceret, Miſerere mei Deus cum Salue Regina & Credo in Deum, flexis genibus. Nec rogatus remouere vel minuere voluit talem pœnitentiam niſi quod non flexis genibus dicere illa teneretur. Oculos ita prudenter à vanis aſpectibus refrænabat, quod vix aliquam mulierem aſpiciebat in facie, etiam matrem ſuam vetulam, & deuotiſſimã. Et cũ cõfeſſor ſuus ſibi diceret Cur pater cum tanta ſeueritate timetis aſpicere? reſpondit vir prudens & deuotus.

Occaſiones peccatorũ quare vitãdæ. Quandiu homo facit, quod in ſe eſt, peccata & occaſiones malorum pro viribus fugiendo, & Deus facit, quod in ſe eſt, vt à malis eum præſeruare non omittat. Sed ſi tu peccati periculo te exponis, maximè in tali materia, ad quam homo multum inclinatur ex corruptione naturæ inueteratæ: iuſtum eſt, vt Deus te relinquat propriis viribus tuis, quibus non potes per momentum tentationibus reſiſtere ſine Deo. A.C. 1287.

Sic erat abſtractus dictus frater Rogerius, quòd ad ciborum dulcorẽ, veſtium colorem, rerum valorem, quaſi inſenſibilis videbatur. Et quamuis corde eſſet beneuolus & benignus, tamen ex zelo animarum & diuini honoris, tantum erat in correctionibus durus & inflexibilis, vt in corrigendo in terrorem verteret innocentes. Ab omni vana gloria fuit mirabiliter elongatus, qui aliquando dicebat, quòd & ſi eſſet melior homo mundi, vellet quòd omnes ſcirent, non ad ſui gloriam, ſed vt omnes Deum in ſuis donis collaudarent, qui ſic vermiculum ſua virtute & bonitate ornaſſet. Quaſi quotidie celebrabat, & in miſſa ex feruore amoris, ſic ſe ſubitò reuoluebat, vt ex tali impetu ad terram caſurus videretur. Cum tanto feruore prædicabat, quòd omnes audientes mirabili dulcedine afficiebantur.

Cum autem quidam inflammatus ex verbis eius, interrogaret eum, vnde verba eius haberent tantam efficaciam & ardorem, reſpondit: Homo, qui in omni actione ſua pręmittit mentis ſuę eleuationem ad Deum, & ad ipſum omnia ordinat, in omnibus inuenit Deum ſuum. Quando igitur vis legere in ſacris libris debes cor tuum ad Deum eleuare, dicens: Domine viliſſimus ſeruus tuus, omni bono indignus vult ingredi ad videndum theſauros tuos, ad quos placeat tibi, vt ipſum (etſi indigniſſimum) introducas, & des ſibi in verbis iſtis tantum te diligere, quantum cognoſcere, quia nolo te cognoſcere niſi vt te diligam, & talis inuenit Deum ſuum. Et cum ſemel rogaretur à fratribus, vt loqueretur aliqua de Deo, reſpondit: Homo perfectus dedignatur loqui de Deo. Et cum fratres mirarentur ſuper hoc verbo cum viri Dei libenter loquantur de eo, ſeipſum declarans inquit. Adeò ſunt alta & magna, quæ homo perfectus in raptu cognoſcit & ſentit, quòd nullum idioma ad illa exprimenda ſufficit. Et ideò de ineffabilibus male libenter loquitur, ne fortè illa loquendo vilificet loquelis conſuetis. Fuit iſte diuinis oraculis & reuelationibus illuſtratus, & diuinarum conſolationum cibo refectus, ita quòd paſſim rapiebatur ad Deum. *Quomodo ad lectionem librorum ſacrorũ accedẽdum*

F. Matthæus de aqua ſponta Gener. 12. A.C. 1287. §. X.

DVODECIMVS generalis fuit frater Matthæus de Aquaſponta, magnæ ſcientiæ, & magiſter in theologia, de conuentu Tuderrino, in capitulo generali electus in Monte peſſulano celebrato anno Domini 1287. Hic fecit pulchram poſtillam ſuper epiſtolam ad Romanos & tabulam per alphabetum ſuper textum ſententiarum. Quo tempore Dominus Hieronymus prius generalis ordinis, & poſtea cardinalis de quo ſupra aſſumptus fuit ad Papatum: & dictus Nicolaus 4. Hic generalis libellum quemdam, contra declarationem regulæ factam per Nicolaum. 4. inſaname

A.C. 1288. temeritate editum per fratrem Nicolaum mi- A
niſtrum Franciæ reprehendit. Qui & ipſe cum
aliis eidem libello fauentibus pœnam in de-
claratione contentam tulit. Qui frater Mat-
thæus generalis à dicto Nicolao 4. fuit ad car-
dinalatum promotus primo anno ſui ponti-
ficatus, tamen de mandato papæ remanſit
gubernator ordinis, quouſque alter generalis
fuit creatus.

Eo tempore multi ſancti viri, qui & miracu
lis claruerunt in prouincia Marchiæ in diuer
ſis conuentibus deceſſerunt. Et tres eiuſdem
ordinis ſcilicet frater Monaldus de Ancona,
frater Franciſcus de Petriolo vel de Firmo, & B
frater Antoninus de Mediolano, in Argencha
ciuitate Saracenorum martyrium ſuſceperunt
quia publicè fidem Christi prædicabant, aſſe-
rentes non niſi in ea poſſe ſaluari, & Macho-
metum, vt falſum prophetam deteſtando, & le
gem eius iniquam eſſe dicendo, & damnabi-
lem. Et alij plures in diuerſis locis. Frater Iaco
bus cuſtos, & ſocius eius frater Hieremias
cum alijs ſeptem, frater Philipus, frater Conra
Itẽ multi alij. dus, frater Stephanus Vnguarus, in Damiata,
frater Franciſcus martyrio coronati ſunt à C
Saracenis.

F. Raimundus Generalis. 13.
A.C. 1288.

§. XI.

Decimvstertivs Generalis fuit
frater Raimundus de prouincia Prouin
ciæ, electus in capitulo Reate celebrato præ- D
ſente Nicolao 4. anno Domini. 1288. quamuis
papa audiens vota eligentium alium vellet eli
gi (vt fertur) vbi electoribus videretur, quòd
eos non latebat. Vnde quamuis capitulum
Aſſiſij eſſet congregatum, Papa voluit Reate
celebrari. Et licet crederetur papa offenſus,
quòd non eſt electus, quem volebat, tamen e-
lectionem factam commendauit, vt factam à
ſpiritu ſancto.

Anno 2. ſui pontificatus Nicolaus 4. confir
mauit regulam fratrum & ſororum de pœni-
tentia, per beatum Franciſcum adhuc viuen- E
tem eis datam. Item papa miſit litteras dicto
generali, vt contra quoſdam fratres: in prouin
cia Prouinciæ ſchiſma videbantur inducere,
ſtatū aliorum fratrum damnantes, & ſe ſpiri-
tualiores cæteris reputantes procederet, quo-
rum nonnulli reperti ſunt infamiam & ſcanda
la in prouinciis ſuſcitantes, & doctrinam non
conſonam veritati tenentes. Qui examinatio-
nem diligenter faciendam fratri Bertrando
de Cigotorio cõmiſit ad eidem referendũ. Fa
cta vero relatione, dictus generalis omnia ad
examen & definitionem deduxit capituli ge- F
neralis de proximo Pariſiis celebrando.

Achon ciuitas à Saracenis capta, ea eſt quã Acrã tit. 20 ca. 6. §. 9. nominauit.

Circa id tẽpus anno ſcilicet Domini 1291.
ciuitas Achon capta fuit per Saracenos, occi-
ſis ibi vel captis plus quàm triginta millibus
Chriſtianorum vtriuſque ſexus. Cum autem
eſſet Achonæ ſolemne monaſterium ſanctæ
Claræ ſororum, & abbatiſſa captam ciuitatem
audiſſet, & Saracenos intraſſe, zelo caſtitatis

A virilis effecta omnes ſorores coram ſe ad capi- A.C. 1295.
tulum conuocauit. Et prima inferi ratione ſa-
lubri, ne à Saracenis deluderentur, omnes ad
martyrium animauit & ait: Filiæ meæ & ſoro
res, contemnamus vitam iſtam, & vt immacu-
lato ſponſo immaculato corde & corpore for
tes in fide Domino noſtro Ieſu Chriſto nos
valeamus offerre, & prætio proprij ſanguinis
vitam interminabilem comparemus, quòd me
videritis facere, hoc & vos faciatis. Virilis er-
go mulier gladio ſuo naſum proprium ſibi
mutilauit, & fluente ſanguine totam faciem
cruentauit: Animantur ſorores ad ſimilia, & fa
B cies ſuas diuerſimode vulnerantes, ex cruore
virgineo aſpectum horribilem aſpicientibus
intulerunt. Quid plura? Intrant Saraceni mo-
naſterium euaginatis gladiis ſanguinem Chri-
ſtianum ſitientes. Occurrerunt virgines ſacræ
intrepide, non decorem, ſed horrorem cani-
bus illis offerentes. Qui primo videntes ob-
ſtupuerunt, deinde horrentes omnes gladiis
peremerunt. Nempe in eo quòd ſe vulnerane-
runt, niſi excuſentur ex ſpeciali inſtinctu ſpiri-
tusſancti hoc feciſſe, ſecundum communem le
C gem grauiter peccaſſent. Fra[…]es etiam mino-
res conuentus, qui ibi erát, inte[…]fecti ſunt à Sa
racenis.

In capitulo generali Pariſiis celebrato, ſub
iſto generali fratre Raimundo, in quo ad pre-
ces regis Franciæ ipſe frater Raimundus fuit
aſſecutus cathedram magiſtralem, frater Pe-
trus Oliui, præſens fuit in queſtione, quæ ver
ſabatur inter ipſum & communitatem ordinis
vtrum ſcilicet fratres ex profeſſione ſuę regu-
lę obligentur ad pauperem vſum rerum. Facta
autem quadam diſtinctione de vſu paupere, i-
D dem frater Petrus adiunxit iſta verba. Ego fra
ter Petrus dico, & profiteor nos fratres non te
neri ad aliquem vſum pauperem, nec ad ali-
quem modum viuendi, niſi ſecundum quod
dicit declaratio domini Nicolai Papę 3. & ſen
tit & ſeruat, & intelligit communitas ordinis
profeſſorum. Prædictorum contrarium nun-
quam ſenſi, nec dixi. Et ſi aliquid (quod non
credo) dixi, vel ſcripſi iſtis contrarium, ex nunc
reuoco, & deteſtor, & nolo, quòd ſtetur alicui
meæ confeſſioni contrarię. Et promitto bona
fide, quòd nulli aſſerenti contrarium huius
E meæ confeſſionis fauebo, vel adhærebo. Quã
uis autem (vt ex dictis apparet) idem frater
Petrus ordini ſatiſfecerit, nec repertus fuerit,
ſchiſmaticus & rebellis, tamen multos ſequa-
ces in doctrina habuit, zelum neſcio quem ſi
ne diſcretione habentes ſub deuotionis colo-
re non modicum capitoſos, à quibus multa
ſcandala ſunt ſecuta.

Tempore huius generalis defuncto Nico-
lao 4. post vacationem ſedis Apoſtolicæ per
duos annos & tres menſes creato Cæleſtino
Papa 5. qui poſt 4. menſes renunciauit papa- Raimundus à generalatu deponitur.
F tui, electus fuit in ſummum pontificem Domi
nus Benedictus Caietanus cardinalis, & di-
ctus Bonifacius 8. Hic papa anno Domini,
1295. huic generali Raimundo contulit epi-
ſcopatum Paduanum, & ab officio generala-
tus obſoluit. Sed ipſe prouiſioni de ſe factæ
non conſentiens, aſſerens ſe non eſſe tanta
prælatione dignum, papa, vt fertur, reſponden
te, quòd multominus erat dignus regere
or

A.C. 1304. ordinem minorum, remanſit ab officio abſolutus.

Frater Ioannes de Murro Generalis 14. A.C. 1296.

§. XII.

DECIMVSQVARTVS miniſter generalis fuit frater Ioannes de Murro, magiſter in theologia, de prouincia Marchiæ, electus in capitulo Anagniæ, celebrato præſente Bonifacio papa 8. Eodem anno annuente & volente Bonifacio papa, idem generalis recepit ad ordinem Ludouicum regis Caroli ſecundi filium, regis inquam, Siciliæ cui iam erat prouiſum de eccleſia Toloſana, ſed prouiſioni noluerat conſentire, quouſque prout vouerat habitum minorum ſuſciperet, quem coopertum portauit, & profeſſionem in manibus generalis emiſit, poſtea coram duobus cardinalibus eiuſdem ordinis publice habitum recepit, & poſtea ſemper manifeſtum portauit. De vitæ ſanctitate huius Ludouici epiſcopi Toloſani, & canonizatione & miraculis eius habetur ſupra. Sup. c. 4. Rexit hic generalis ordinem annis. 7. qui demum factus eſt cardinalis per præfatum Bonifacium 8. Cuius tempore claruit Ioannes Scotus, qui dicitur doctor ſubtilis.

F. Gondiſaluus Generalis 15. A. C. 1304.

§. XIII.

DEcimusquintus generalis miniſter fuit frater Gondiſaluus Hiſpanus, de prouincia ſancti Iacobi, electus in capitulo generali Aſſiſij celebrato, anno domini 1304. Benedicto vndecimo pontificatū tenente, qui aſſumptus fuerat ad papatum ex cardinalatu, cum eſſet prius ordinis prædicatorum. Ad cuius creationem ſe inuenerunt tres cardinales ex ordine minorum vltra alios cardinales, qui ſedit menſibus 8. & obiit. Et ſucceſſit poſt diutinam vacationem Apoſtolicæ ſedis Clemens 5. qui prius dictus eſt Bertrandus archiepiſcopus Burdegalenſis tunc exiſtens. Qui cum fuiſſet electus Peruſij, vbi erat curia tamen ipſe Clemens vocauit ad ſe omnes cardinales. Et ſic curia tranſlata eſt vltra montes, vbi diu permāſit Auenione. Sub dicto generali celebrato capitulo Toloſæ reperti ſūt in illo capitulo tſ ōgēti nonaginta & octo fratres magiſtri in theologia.

Sub ipſo generali Dominus Ioannes imperator Tartarorum qui cum matre ſua olim fuerat ad catholicam fidem per fratres minores conuerſus, baptizatus & nutritus, ex hac vita migrauit, in loco fratrum more imperiali ſollenniter tumulatus. Imperator Tartarorū Chriſtian' moritur. Cuius corpus cum per triginta annos ſub terra fuiſſet ſepultum, & propter guerras fuiſſet per fratres tranſlatum ad Saray ciuitatem: ita integrum & incorruptum cum veſtibus & puluinari de ſerico eſt repertum, ſicut ſi eadem die fuiſſet mortuus & ſepultus, non ſine magno ſtupore fidelium & infidelium admiratione.

A.C. 1310. Anno Domini 1310. ſub dicto generali pontificante Clemente 5. in curia ipſius facta eſt longa & ſcandaloſa diſceptatio de obſeruantia regulæ, fratre Vbertino de Caſali, & fratre Raimundo Gaufredi quondam generali cum ſuis multis complicibus ordinem de multis criminantibus in quibus dicebant regulam non ſeruari. Grauis inter Minores tumultus. Frater vero Alexander de Alexandria magiſter in theologia, qui poſtea fuit generalis ex alia parte communitatem ordinis defendebat. Dataque fuit à Domino papa dictis Vbertino & Raimundo, & aliis eis adhærentibus immunitas, vt non poſſent grauari per ordinem propter hoc, vel quoſcunque alios exceſſus præteritos: vnde occaſionaliter multa ſcandala ſunt ſecuta. Dictus vero Raimundus ad quoddam caſtrum ſuorum parentum pro recreatione accedens, ibi infirmatus intra quinque dies de hac luce migrauit occulto Dei iudicio. Mors F. Raimundi.

Tunc etiam fuit proceſſum contra dictam doctrinam fratris Petri de quo ſupra aliis eam condemnantibus, aliis vero ē cōtrario eam defendentibus, atque ſuppoſita tamen Domini papæ determinatione dicentibus, quòd ſuſtineri etiam poterat in iis, in quibus erat per ordinem condemnatas. Et dato quòd erraſſet in octo punctis per ordinem allegatis, ex hoc non erat tota illa doctrina condemnanda, cum magiſter ſententiarū in libro ſuo in totidem punctis errauerit, & tamen dicta doctrina quantitate in quadruplo maior fuerit, quàm dictus liber: & idem frater Petrus frequenter verbo, & ſcripto doctrinam ſuam ſubmiſerit etiam ſupplicando, ſanctæ matri eccleſiæ per ipſam corrigendam, & Domino papæ adhærendo toto corde determinationi eiuſdem: ſed aliqui communitatē ordinis defendebant, & contra allegationes, apparebatque in ordine ſciſſura horribilis, & publica peccatis exigentibus totius mundi.

Anno vero domini 1312. concluſum eſt in cauſa prædicta, quæ vertebatur inter fratrem Vbertinum cum ſuis ſequacibus, & ordinis communitatem, in conſiſtorio ſecreto primo, & ſequenti die, ſcilicet in feſto ſancti Georgij ſolenniter & ſententialiter promulgatum, in vltima ſeſſione concilij Viennenſis, quòd modus viuendi fratrum, qui accuſabatur, fuerat & erat licitus, & adiecta noua declaratione ſuper regulam, in qua iudicium ſuper congregationem vini, & bladi, & veſtimentorum vilitatem relinquitur fratribus aliis quibuſcunque quæ declaratio incipit. Exiui de paradiſo. & ponitur de verborum ſig. in Cle. Fratres verò illi, quibus data erat immunitas illa, pro magna parte iubente Domino papa ad vnitatem ordinis redierunt, & obedientiam. F. Minores redeũt in con ordiam.

Præfatus tamen Vbertinus redire ad promiſſam obedientiam noluit, ſed ordinem Monachorum intrauit. Clem. eit. 11. lib 5. Aliqui etiam de ſuis complicibus, de diuerſis prouinciis ſibi adhærentes proprium ouile reliquerunt, & ſub pallio zeli religionis multa ſcandala ordini in

A.C. 1300.

ſtus, apparuit ei oranti, quaſi per ſemitam ambulans, & nil ei dicens. Quem frater Ioannes recognoſcens, ſtatim cum gemitibus inenarrabilibus ad pedes eius ſe proiecit, cum magno languore deſiderij miſericordiam implorando. At Chriſtus, vt magis affectum accenderet, nil reſpondens per ſemitam recedebat. Quem frater Ioannes inſequitur pia importunitate, & ſe iterum ad pedes proſternens cum lachrymis dicebat. O Ieſu dulciſſime miſerere mei, tu enim noſti quantum affligor, & te deſidero, ô lætitia cordis mei. Saluator autem quaſi non curans, nec loquens videbatur totaliter recedere. Cùm autem & ipſe eum inſequeretur cum lachrymis, & totis præcordiis, vertit ſe Chriſtus ad eum, & oſtendit ſibi faciem ſuam gratioſam. Et cum manus ſuas expandiſſet, vidit radios mirabiles de ſacratiſſimo pectore Chriſti egredientes, non ſolum ſyluam, vbi erat, ſed & animam eius, & corpus adimplentes. Et primò quidem proiecit ſe ad pedes Chriſti, quos gratè obtulit oſculandos, exinde manus extendens protulit oſculandas. Poſtea ad pectus accedens amplexatus eſt, & pectus oſculando tantam ſenſit odoris fragrantiam, vt omnia aromata ſuperaret. In ipſo autem raptu tantum ſapientiæ donum de ipſo Dominici pectoris fonte potauit, quòd in prædicatione, & diuinis colloquiis verba miranda, & inflammantia tam feruenter eructabat, quòd mentes hominum audientium immutabat. Odor verò ille per plures menſes in eius anima permanſit. Inde ad tantam mentis ſerenitatem peruenit, quòd coram Romana curia, regibus, miniſtris, & doctoribus, tam profunda & alta eructabat: quòd audientes in ſtuporem vertebat. Quia cum eſſet homo quaſi ſine literis, quæſtiones altiſſimas, & ſubtiliſſimas de Trinitate & aliis ſcripturæ myſteriis mirabiliter declarabat, vt clarè pateret eius ſapientiam diuinitus inſpiratam.

Chriſtus ei mirabiliter apparet.

Cùm autem feruentiſſimè prædicaret, & Florentiæ in clauſtro fratrum ſub dino propter copioſam multitudinem adſtantium Euangelizaret, inundante pluuia, & populum occupante, ſuper eum vna non cecidit gutta aquæ, nec ſuper pulpitum, quamuis populus eſſet multum madefactus. Ibidem quoque prædicans, Scio (inquit) fratrem Minorem, qui dum celebraret, vidit Chriſtum poſt hoſtiam conſecratam, in ea mortificatum, de cuius plagis omnibus ſanguis abundanter fluebat in calicem. Et cum pro compaſſione fraterille penè deficeret, rediit forma panis. Poſtea ſocio ſecreto reuelauit ſe illum fuiſſe, cui hoc acciderat. Vidit altera vice dominum Ieſum in carne ita deſpectum, & vilem, quòd homo tantum vilificari vix poſſet. Quem cum admiratione interrogauit, dicens. O dñe cur tam vilis & pauper appares? Cui Chriſt⁹, Scias (ait) ꝙ in cordib. Chriſtianorum adhuc ſum magis abominabilis, & deſpectus. Demum obitum ſuum præſciens, & prænuncians fratrib. infirmatus in domino requieuit.

Chriſtus in Euchariſtia quomodo apparuerit.

Chriſtus vilis & deſpectus cur ei apparuerit.

A.C. 1310.

A De claris viris aſſumptis ad papatum, & alias dignitates, ex ordine Minorum, & eorum doctoribus

CAP. VIII.

Ex ipſo quoque ordine fratrum Minorum aſſumpti ſunt aliqui ad magnas dignitates Eccleſiaſticas, propter eorum eminentem B ſapientiam, prudentiam, & vitæ ſanctitatem. Et primò quidem ad ſummum pontificatum aſſumptus eſt frater Hieronymus de Aſculo, ſacræ Theologiæ profeſſor, prius ordinis ipſius generalis miniſter, ex quo ad cardinalatum promotus, demum electus eſt Romanus pontifex, & Nicolaus quartus vocatus: anno domini 1300.

Pontifices maximi ex ordine Minorum.

Secundus eiuſdem ordinis frater Petrus de Candida, ſacræ Theologiæ profeſſor acutiſſimus. Qui quædam ſubtilia ſcripſit ſuper ſententiarum librum. Qui factus archiepiſcopus C Mediolanenſis, ex ea dignitate ad cardinalatum promotus, Piſis eſt aſſumptus in papam, & dictus in ſua obedientia Alexander quintus. Tempore tamen ſchiſmatis cum iam duo pro ſummis pontificibus ſe gererent, ſcilicet Benedictus 13. & Gregorius 12. ipſe tertius eſt creatus Apoſtolicus, vel Apoſtaticus. Sed de his in titulo alio [a] ſ. plenius.

Alij quoque non pauci ad cardinalatū aſſumpti ſunt; Alij ad Archiepiſcopatus & epiſcopatus. Habuerūt quoq; doctores in Theo- D logia doctiſſimos diuerſis temporibus.

Alexander de Ales doctor irrefragabilis

Quorū primus fuit Alexander de Ales, qui

a *De his Pontificibus ſup. tit. 22. cap. 5. abundè dictū eſt: Nota porrò D. Anton. Gregor. 12. tanquā verò pōtifici non immerito addictū. Alexandrū hunc vel Apoſtolicum vel Apoſtaticū nominaſſe eo quod in Concilio Piſano parum legitimo fuerit creatus. Cæterum poſt D. Anton. mortem ex ordine Minorū ad Pōtificis maximi apicē peruenit F. Franciſcus de* E *Ruuere, qui ſucceſſit Paulo 2. cuius ſup. tit. 22. c. 18. ante §. 1. meminimus: de quo hic ea quæ habet Onup. in Chron. Pontif. tum propter viri virtutem, tum propterea quod Trid. Conc. ſeſſ. 5. Can. 5. cum laudat. Sic igitur ille. A.C. 1471. Xiſtus 4. Sauonenſis ligur frater Franciſcus de Ruuere, Leonardi filius, ex ordinis Minorum generali miniſtro preſbyter Cardinalis tituli S. Petri ad vincula à Paulo 2. factus Friderico 3. imperatore ſedit an. 13. d. 4. Natus Cellis liguriæ, in agri Sauonenſis pago 12. Cal. Aug. A.C. 1414. Creatus Romæ à 17. Cardinalibus, 5. In Aug. Canonatus ad S. Petrum 8. Cal. Sep. Ordinationib.* F *octo menſibus Februario, Martio, Maio, Nouēbri & Decembri, Cardinales creauit 34. epiſcopum, id eſt, preſbyteros. 27. diaconos. 6. Obiit Romæ die veneris pridie idus Aug. Anno. 1484. vixit an. 70. d. 22. ſepultus ad S. Petrum. Hic Pontifex annum Iubilei ſeptimo celebrauit. Hæc ibi. plura de eodem ſcribit in additionibus in Platinam.*

ſum

A.C. 1350.

ſummam Theologiæ edidit copioſam, qui pro pter veritatem eius doctrinæ dicitur doctor ir refragabilis. Secundus fuit frater [a] dominus Bonauentura, miniſter generalis, & poſteà in concilio Lugdunenſi cardinalis factus. Hic de Balneo regio prouinciæ Romanæ, octauus generalis Miniſter ordinis ipſius. Hic cum iuuenis intraſſet ordinem, tanta bonæ indolis honeſtate pollebat, vt magnus ille Alexander de Ales ſupra dictus diceret aliquando de ipſo, quòd videbatur Adam in eo non peccaſſe. Hic ſicut in luminibus ſcientiarum, & maximè in ſcripturis ſanctis videbatur mira capacitate proficere, ita & in deuotionis gratia continuum ſumebat gratiæ incrementum. Siquidem omnem veritatem, quam percipiebat intellectu, ad formam orationis, & laudationis diuinæ reducés, continuò ruminabat affectu. Hinc factum eſt, vt in ſeptimo anno poſt ingreſſum ordinis ſententias Pariſiis legeret. & ſcriptum notabile & deuotum edidit ſuper quatuor libros ſententiarum. Ibique recepit cathedram magiſtralem. In duodecimo verò anno vel 13. ab ingreſſu ordinis, ad regimen totus ordinis eſt aſſumptus. Intellectus eius perſpicacitatem omnia opuſcula eius redolent iis, qui diuinam ſcientiam requirentes, hanc libentius, quàm vanitatem Ariſtotelicam venerantur.

De D. Bonauentur.

Bonau. ſcripta quibus placeant.

Anno domini 1253. dominus papa ſub bulla ſua, anno quarto pontificatus ſui, miſit quãdam regulam ſororibus ordinis ſancti Damiani de Brenna Lugdunenſis diœceſis ſub qua viuunt monaſteria Burgundiæ, & remanſit; & multa monaſteria prouinciæ Aquitaniæ quã habent ſub bulla Innocentij papæ 4. Sed Alexander 4. ſub anno domini 1259. rigorem prædictæ regulę attendens, miſericorditer in multis diſpenſauit.

Regula Minorũ temperatur.

Eodem anno idem frater Bonauentura generalis in monte Auerniæ libellum, qui itinerarium mentis in Deum dicitur, deuotiſſimum compilauit. Et pòſt fecit alium, quem itinerarium mentis in ſeipſum vocauit. Anno domini 1260. idem generalis Narbonæ capitulum generale celebrauit, in quo conſtitutionibus ordinis formam & ordinem dedit. Sequẽti anno idem ſtylo mirabili vitam beati Franciſci compilauit, ipſamque diffuſam ad compendioſiorem formam reduxit. In qua nihil poſuit niſi certum, & probatum teſtibus fide dignis; dominus autem Ioannes cardinalis diaconus qui poſtea fuit Nicolaus 3. papa creatus, datus fuit ab Vrbano 4. in protectorem ordinis Minorum: qui ordinauit regulam, quam nunc habent, in quã nulla fit mentio de fratribus Minoribus, ſed immediatè ſubiiciuntur ordinis protectori, quam eis miſit ſub bulla Vrbani 4. anno domini 1263. In qua regula intitulantur ſorores ſanctæ Claræ, ſub qua viuunt ferè omnia monaſteria Alemanniæ & Italiæ prouinciarum ordinis Minorum.

Anno verò ſequenti cũ Vrbanus quartus ex hac vita migraſſet, creat' eſt papa Guido Fulco dijprouincialis cardinalis epiſcopus, & dictus Clemẽs quartus. Qui ob inſignes eius virtutes obtulit Bonauenturæ præfato archiepiſcopatũ Eboracenſem, ſed ipſe de Pariſiis, vbi tunc erat, ad præſentiam domini papæ ſe conferens tam humiliter, quàm efficaciter tanto gradui ceſſit. Præfatus autem Clemens quartus ad pacem & concordiam ſimul prædicatorum, & Minorum anhelans, & ſeminaria tollens iurgiorum, ſtatuit per bullam, vt de ordine prædicatorum nullus poſſet tranſire ad ordinem Minorum, & econuerſo, nec inquiſitor vnius ordinis iſtorum poſſet procedere contra fratres alterius ordinis de crimine hæreſis.

Minores ad Prædicatores, neque hi ad illos trãſire non poſſunt.

Idem etiam generalis, ſcilicet Bonauentura cum per multos dies ſe indignum communione corporis Christi reputans minimè celebraſſet, dominus humilitatem eius reſpiciens, cum vna die miſſam audiſſet deuotius, ad eius confortationem, vna de particulis hoſtiæ conſecratæ etiam per ſacerdotẽ diuiſæ ſolò domini iuſſu in os eiuſdem generalis intrauit, & ipſum guſtu ſuauiſſimo ſaginauit. Sub eodem generali frater Ioannes Parmenſis prædeceſſor ſuus, per doctrinam abbatis Ioachim in deſignatione finalium temporum deceptus, coram domino Caietano protectore ordinis, & præfato generali, qui adſtru xerat dedixit.

D. Bonau. Christus communicat.

Anno autem domini 1274. Gregorio 10. papa exiſtente, ipſe generalis Bonauentura ab eo vocatus fuit qui ipſũ & cardinalatũ & epiſcopatum Albanenſem ſuſcipere coegit. Et in concilio Lugdunenſi per Gregorium ipſum celebrato affuit, qui ſapientia ſua in illo concilio in defenſionem religionũ mendicantium contra multos & magnos aduerſarios à Deo datus fuit. Nondum autem finito concilio, præfatus cardinalis Bonauentura in domino requieuit anno ætatis ſuæ 53. dilectus à cunctis clericis & laicis, Græcis, & Latinis, vt omnes dolerent ſe ſubtractione eius, cum nullum, ſibi parem relinquere videretur. Cuius exequias papa cũ cardinalibus cum magna ſolemnitate celebrauit.

Moritur D. Bonau. A.C. 1274. vel ſ. coliſ. die 13. Iul.

a *De D. Bonauentura quamuis honorificentiſſimè ſcribat D. Anton. honorificentius tamẽ ſcripſiſſet & copioſius, ſi eius ſanctitas tunc temporis, ſicut nunc eſt, explorata & probata mundo extitiſſet. Nam is nondum Eccleſia determinatione in beatorum numerum erat relatus, ſed poſtea Sixtus 4. eum circa annum Chr. 1475. in ſanctorum catalogũ retulit. colitur 13. Iul. ad quẽ diẽ orationẽ Octauiani de Martinis Sinuiſſam in eius laudem habet Sur. Tom. 4. vide infra etiam cap. 9. §. 6. De eodem etiam Sixtus 4. in bulla canonizationis, & Relatio Franciſci de Taninis quæ extant Tom. 2. ſuorum opuſcul.*

Alexander de Aleſis quo aſtu Minorum ordinem ingreſſus ſit.

§. I.

ALEXANDER de Ales intrauit religionem beati Franciſci ſub Helia generali

A.C. 1350.

Minorum exiſtente per hunc modum. Hic inſignis doctor habebatur Pariſiis, & famoſus per orbem. Vouerat autem ob ſingularem deuotionem, quam habebat ad beatiſſimam virginem Mariam, quòd nunquam eius amore aliquid poſtulanti, ſi poſſibilitas foret denegaret, ſed petitionem eius pro viribus adimpleret. Quædam autem venerabilis mulier, eum hoc noſſet, quæ ad monachos albos, & fratres prædicatores multum afficiebatur, dixit vna dierum monachis albis. Ite ad magiſtrum Alexandrum & ab eo petite, vt religionẽ veſtram ingrediatur amore virginis glorioſæ, & certiſſimè credatis, quòd petitionem veſtram implebit. Mirantur illi ſuper hoc attendentes ſolemnitatem perſonæ, & ex alia parte in verbo mulieris deuotæ & veracis confidentes. Accedunt ergo ad magiſtrum Alexandrum qui eos gratiſſimè ſuſcepit, & cum eo de multis prolixè loquentes, obliti ſunt verborum, Deo aliter diſponente: pro quibus dicendis ad eum iuerant, ad propria redeuntes. At illa domina exiſtimans illos ex contemptu, vel incredulitate verba illa omiſiſſe, idem ſignificauit fratribus prædicatoribus. Qui lætanter ad magiſtrum pergẽtes, primo de aliis variis locuti ſunt, intendentes demum curialius illa poſtulare. Colloquentibus eis adinuicem, ecce frater Minor, qui eleemoſynam petebat pro fratribus per vrbem, cum ſacco ad collum ad eum venit, vt panem poſtularet. Ex intuens magiſtrum Alexandrum cum fratrib. colloquẽtẽ dixit ſimpliciter. Magiſter reuerende, cũ diu mundo ſeruieritis, & cum magna fama, & noſtra religio nullum habeat magiſtrum, ſupplico vobis, vt amore Dei & virginis matris eius ad vtilitatem animæ veſtræ & noſtræ religionis honorem, noſtri ordinis habitum aſſumatis. Stupefacti ſunt fratres Prædicatores, quòd ille præueniſſet eos in poſtulatione huius rei, & magiſter quidem, primo territus fuit, ſed ſubitò à Deo tactus intrinſecus, reſpondit. Vade frater, quia ſtatim te ſequar, & faciam quod petiſti. Et magiſter Alexander, ſic ſæculum deſerens, habitum Minorum ſuſcepit.

Solẽnitas .i. excellẽtia.

Cùm verò poſtmodum ad dimittendum habitum tentaretur ad ſæculum redire, nocte ſequenti vidit in ſomnis beatum Franciſcũ crucem de ligno ponderoſiſſimam portantem in humeris, cum qua volebat montem aſcendere. Cúmque magiſter compatiens vellet eum ad portandum iuuare, indignãter repulit eum dicens. Vade miſer, tu non vales portare vnã crucem leuem de panno, & portabis vnam põderoſam de ligno? In hoc excitatur magiſter & ad perſeuerantiã in religione ex viſione roboratur.

Hic cum in conuentu fratrum cœpiſſet legere ordinariè, & vniuerſitas ſibi baccalaureum inſtituendum ex ordine ipſo conceſſiſſet, ſollicitus, quem præſentare deberet, intrans eccleſiam orabat ſuper ea re. Et vidit ibi vnũ fratrem habitus ſui orantem, & velut magnum luminis globum totam capellam eccleſiæ vbi orabat, illuſtrantem. Quem expectans & exeuntem intuens, cognouit eum eſſe fratrem Ioãnẽ de Rupella de prouincia Aquitaniæ ſciẽtia lucidum & profundum. Et ex tali ſigno à

A Deo exiſtimans baccalaureum futurum, ipſum cancellario pro baccalaureo præſentauit. Qui poſtea factus magiſter, maximus inuentus eſt prædicator, religioſitate, ſcientia, & diſcretione clariſſimus, tantaque vi ingenij, vt priorum magiſtrorum ſubtilitati adiiciens prædicationis & lecturæ in Theologica facultate artem, modos traderet exquiſitos.

A.C. 1350.

Inter doctores etiam ſolennes ſacri ordinis Minorum adnumeratur frater Richardus de media villa, qui ſcripſit egregiè ſuper quatuor libros ſententiarum. Et in quarto ſententiarũ B oſtendit ſe fuiſſe etiã valdè peritum in iure canonico, frequenter allegando iura cum gloſſis. Huic cum ſex aliis miniſtris vel baccalaureis, miniſter generalis decimus vocatus Bonagratia commiſit examinationem doctrinæ cuiuſdam fratris Petri Ioannis, quæ non recta, & vera continebat. Qui matura deliberatione præhabita quędam tanquam periculoſa & malè ſonantia concorditer reprobarunt, & reprobationem ipſi generali in ſcriptis ſigillatis miſerunt. Qui generalis, etſi grauiter infirmus C mandauit ſocio ſuo, vt colligeret, & interdiceret libros dicti fratris Petri, & quòd nullus auderet dicere, vel tenere contra ea, quæ reprobata fuerant per illos ſeptem. Et ipſe etiam frater Petrus determinationem illam contentam in literis ſigillatis approbauit, & reuocauit, quæ ipſe dixerat reprobata ab illis, dicens. Credo illos habuiſſe ſanum intellectum, & illa verba accepto, & recipio. Et quicquid in eis contrarium dixi, vel ſcripſi, vel docui, reuoco.

Richardus de media villa doctor Minorum.

Richardus de Media villa cum quibusdam Petri doctrinã reprob.

Doctores varij & multi ordinis minorum.

D

Ioannes Scotus doctor ſubtilis.

§. II.

ANno autẽ dñi 1300. vel circa claruit frater Ioãnes Scotus, qui ſcripſit ſuper ſẽtẽtias multa ſubtilia. Vnde & dicitur doctor ſubtilis. Quo tẽpore frater Gẽtilis ordinis Mi E norum, qui tunc erat lector ſacri palatij, fuit per Bonifacium octauum papam factus cardinalis preſbyter. Et frater Reginaldus eiuſdem ordis factus poſt prædictum lector curiæ, generalis miniſter inde effectus, factus eſt cardinalis Portuenſis epiſcopus. Qui tamen remanſit vicarius ordinis vſque ad electionem futuri generalis, vt alij ſui præceſſores fecerant.

Celebris quoque opinionis fuit Petrus Aurelius, ſcripta relinquens ſuper librum ſententiarum, in quo, quia manus eius contra omnes, vertens in dubium firmata per alios, & in F quæſtionem vertens, manus omnium contra eum. Aſſumptus tamen fuit ad archiepiſcopatum.

Petrus Aurelius qui omnib. ſe oppoſuit.

Non mediocris ſcientiæ fuit frater, & magiſter Bertrandus eiuſdem ordinis, & ad cardinalatum & ipſe promotus, qui multum egregiè ſcripſit ſuper omnes epiſtolas Dominicales per totum annum. Ac etiam ſuper prophetias ſeu lectiones, quæ dicuntur in eccleſia loco epiſtolæ, multum copioſè & ſcientificè eas exponens, & in

A. C. 1330

exponens,& in qualibet epiſtola & prophetia componens prædicationes, & collationes. Idē dicitur expoſuiſſe omnia euangelia dominicalia, & quadrageſimalia cum auditione ſermonum prædicabilium.

Nicolaus de lyra quid ſcripſerit.

Satis vtile, & dilatatum opus edidit frater Nicolaus de lyra. Qui ex Hebræo, peritiſſimo in doctrina Iudaica conuerſus eſt ad Chriſtum & habitum Minorum ſuſcepit. et expoſuit totam bibliam ſecundum ſenſum literalem, vetus & nouum teſtamentum, reprobans opiniones Hebræorum falſas & extortas, exponens & ex eorum libris confutans. Addidit quoque B aliud volumen magnum, in quo ponit expoſitiones hiſtoriarum ſecundum ſenſum myſticū, vel moralem, vel allegoricum. Scripſit etiā ſuper ſententias.

Franciſcus de Matonis.

Nominatur multum à minoribus frater & magiſter Franciſcus de Matonis ſpeculatiuus multa augens & declarans de formalitatibus, quas ducit Ioannes Scotus.

Scripſit ſuper metaphyſicam Ariſtotelis valdè notabiliter & ſubtiliter frater Alexander de Alexandria, qui etiam cōmentū fecit ſuper C librum ſententiarum.

Librum compoſuit Aluarus Hiſpanus ipſius ordinis, quem intitulauit. De planctu eccleſiæ in quo ex iuribus canonicis, & dictis gloſſantium ea, ponit multiplices defectus ſtatuum Chriſtianorum clericorum, & laicorum, In hoc tamen errauit in dicto libro, quòd ita commendauit paupertatem, quòd videtur tenere opinionem Fratricellorum reprobatam ab eccleſia. Verum excuſari poteſt ab hæreſi, quia tempore ſuo inſurrexit illa opinio, necdū determinatum erat per eccleſiam, quid in ea materia tenendum eſſet, vnde & opinionē ſuā D ſubmiſit iudicio eccleſiæ decernendā & corrigendam.

Aliqui etiam ex eis multum periti in iure canonico vel ciuili, ediderunt ſummas pertinentes ad caſus conſcientiæ, & pertinentes etiam ad forum contentioſum, vt Petrus de Saxonia. Durandus ſummam confeſſorum edidit diuerſam à ſumma Ioānina. Vidi aliquantulum hincinde quandam expoſitionem ſuper Cantica canticorum, magnum volumen per modum lectionum, diſtinctus autem eſt totus liber in centum & quadraginta cantica, id eſt, E ſententia eius, vnde & continet multa copioſè & profundè. Illud opus compoſuit magiſter Leonardus de Ciphono generalis ipſius ordinis. Fuerúntque multi alij qui compoſuerunt multos libros in eo ordine in diuerſis facultatibus, vt Ockam in logicalibus, qui tamen malè ſapuit de poteſtate eccleſiæ. Sanctus etiam Bernardus compoſuit ſermones prædicabiles multos multum morales. Sed & eorū, quib. nō placuit ſcripta relinquere, extiterunt q̄ pluri- F mi in omni tempore, ex quo cœpit ordo ille, qui fuerūt doctiſſimi viri, magiſtri egregij, magni prædicatores, acutiſſimi diſputatores, quidam autem illorum obſtinati in ſenſu ſuo, non acquieſcentes determinationi eccleſiæ, volentes plus ſapere quàm oportet, fuerunt reprobati cum ſuis erroribus, vt magiſter Michelinus de Ceſena, miniſter generalis dicti ordinis tēpore Ioan. 22. papæ, qui propterea priuatus eſt

Auctores librorū varij ex ordine minorū.

A generalatu cum ſequacibus ſuis.

A.C. 1250.

De miniſtris generalibus ordinis Minorum, ac geſtis ſub eis.

CAP. IX.

De miniſtris generalibus ordinis Minorum. Poſt beatiſſimum Franciſcum primum generalem miniſtrum, qui quamuis renunciaret generalatui ante mortem per biennium, nullus tamen fuit auſus eo viuente alium generalem inſtituere, ſed per vicarium eius ordo regebatur, qui fuit Helias. Ad dominum autem beato Franciſco fœliciter euolante, non frater Helias, quia pompoſus, ſed à cunctis eligitur generalis miniſter totius ordinis frater Ioannes de Florentia cognominatus Parens, de prouincia Tuſciæ, homo ſanctus & iuſtus, verè pollēs parentis officio. Hic cum eſſet tunc miniſter prouincialis Hiſpaniæ, in capitulo generali apud Portiunculam, ſcilicet Aſſiſij celebrato fuit electus. Hic ordinem intrauit ex hac occaſione.

Cùm eſſet iuriſperitus, & in Caſtellana ciuitate iudex, vna dierum per feneſtram reſpiciēs vidit quemdam cuſtodem porcorum porcos includere non valentem, ſed hincinde fugientes edoctus à ſocio his verbis eos incātare, ait. Porci porci intrate in caſtella ſicut iudices, & iuriſperiti intrant in infernum. Quo dicto ſtatim porcorum multitudo ſine grunnitu intrat caſtellum. Ob hoc diuino timore, ne ſcilicet cum eſſet iudex, & iuriſperitus, intraret in infernum, conſiderans periculum ſui ſtatus, contemptis omnibus cū filio, quem iam habebat, religionem Minorum intrauit. Hic magnam partem ordinis nudis pedib. viſitauit, vir multarum lachrymarum, qui in Hiſpania magna ſiccitate contingente pluuiā illi patriæ impetrauit. Hic ſtatuit in ordine, vt nullus vocaretur magiſter vel dominus, ſed frater ſolū, & q̄ nullus confeſſiones audiret niſi de licentia miniſtri prouincialis. Hic fuit miſſus per gregorium papam nonum ad vrbem vt Romanos rebelles ad pacem & obedientiam eius inclinaret. Quod cum facere recuſaſſent, prædixit eis cito tale periculum euenturum, quod cogerētur facere, quod tunc renuebant. Et hoc euenit, Nam poſt modicum Tyberis fluuius ſic exereuit, vt vrbem terribiliter occuparet. Quamobrem timentes peiora, compuncti ſunt & moti ad faciendā concordiam cum pontifice. Cū autem (vt refert Bonauen.) inſurrexiſſet multiplex dubitatio circa contenta in regula, generalis ipſe portabat regulam in manibus, aſſerens ipſam claram & obſeruabilem, & ab omnibus ad literam obſeruandam, quod durum nimis quibuſdam videbatur. Propter quod papa Gregorius, fecit quamdam declarationem circa dubia exorta. Quod cernens miniſter generalis Ioannes rigorem ſcilicet aliqualiter remitti, renunciauit generalatui, tamen vices generalis gerebat, quouſque prouideretur de generali.

F. Ioannes pa. e sordinis minorū generalis. 1. A.C. 1217.

Qūo ordinem ſit ingreſſus.

Geſta ei' in Generalatu.

A.C. 1230.

F.Helias 3. generalis quomodo factus. A.C.1230.

§. I.

TERTIVS generalis miniſter fuit frater Helias,& per hunc modum, vt legitur. Cùm ad capitulum generale per fratrem Heliam vocati eſſent omnes fratres de toto ordine,qui fratri Heliæ adhærebant, & congregatis fratribus vocatis per fratrem Ioannem tanquam vicarium, vt de generali prouideretur,incluſo fratre Ioanne cum miniſtris prouincialibus & cuſtodibus,ſuperuenerunt fautores fratris Heliæ,& fracto oſtio capituli ingrediuntur, & fratrem Heliam portant in locum generalis miniſtri,clamando tumultuoſè ipſum debere eſſe generalem , quem beatus Franciſcus ante mortem elegerat eſſe gubernatorem ordinis.Quod videns frater Ioannes vt humillimus ſurrexit , & habitu nudatus plorans in terram ſe proſtrauit,& renunciauit officio,aſſerens ſe indignum,& reſumpta tunica exiuit à capitulo. Et ſic electus eſt dictus frater Helias magis tumultuoſè , quàm canonicè. Qui cœpit ſe ſimulatè excuſare dicens:Chariſſimi,non imponatis mihi hoc onus. Cùm non poſſim vitam communem ſequi , nec propter meas infirmitates peditare. Tunc ſui fautores clamarunt,quòd aurum comederet,ſi expediret,& equum haberet , dummodo ordinem gubernaret.Facta eſt igitur diſſenſio inter eos, quia aliqui repetebant dictum fratrem Ioannem vt deuotum & exemplarem , alij fratrem Heliam,vt magis in agibilibus expertum , & prudentia ſeculari callentem.Quæ diſceptatio cum ad aures Gregorij 9. perueniſſet percipiens,quòd maior pars poſtularet fratrem Heliam.purior fratrem Ioannem , ipſum fratrem Heliam (etſi,ſe excuſantem de ineptitudine) confirmauit,& declarauit fore generalem.

peditare .i.pedes incedere.

F. Helias qualis.

Hic de Aſſiſio oriundus fuit,adeo ſapientia humana famoſus , vt raros in Italia reputaretur habere æquales. Hic miſſis viſitatoribus fecit ſub arctitudine magna prouincias viſitari tam in capitibus,quàm in membris. Et tunc generalis miniſter paſſim inſtituebat, & deſtituebat prouinciales miniſtros, & miniſtri cuſtodes,& cuſtodes guardinos. Et de aliis prouidebat.Hic erat non modicum alti cordis, & nimis per mundanam ſapientiam volebat ordinem gubernare, ſuper quo à beato Franciſco frequenter reprehenſus fuerat.Qui cernens. quòd quidam frater Guilielmus Anglicus,in religione perfectus , & in eccleſia beati Franciſci tumulatus,miraculis coruſcaret,zelo beati Franciſci motus ne videretur rarior miraculis,acceſſit ad ſepulchrum eius,& cum magna confidentia præcepit ei,ne cum ſuis miraculis gloriam beati Franciſci offuſcaret.Qui extunc amplius miracula minimè operatus eſt.

Magiſtrati ſunt. docuerunt.

Sub iſto generali fratre Helia tam multi docti viri ingreſſi ſunt ordinem Minorum,& magiſtrati ſunt in Theologia. Inter quos fuerunt frater Odo Rigaldi filius,clarus genere & moribus, coactus poſtmodum ad archiepiſcopatum Rothomagenſem aſſumendum , magnus prædicator.Quo etiam tempore magnæ perfectionis vir dominus Rudolphus Anglicus , & epiſcopus Erfordienſis,magiſter in Theologia claruit,qui ipſum ordinem ingreſſus eſt ex hac viſione.Cùm enim oraret ,raptus eſt in cœlum ad intuendum manſiones ciuium ſupernorum. Nullúmque ibi videns inter ſanctos diuerſatū religionum ex ordine Minorum,ad quem ſatis erat affectus,mirabatur. Tunc apparens ei vna mulierum,pulcherrima, Dei genitrix Maria,quid animo volueret inquiſiuit. Cui cum reſpondiſſet ſe ſuper eo ſtupere , quòd nullum inter ſanctos aliarum religionum videret ordinis Minorum ,cum tamen in eccleſia Dei in tanta reuerentia haberetur,& tantum fructum ſalutis animarum afferret,reſpondit. Veni mecum , & ego tibi,vbi maneant indicabo. Et oſtendit fratres Minores Chriſto familiariter adhærentes.Et dixit. Ecce ſub alis iudicis ſunt, ſalua cum iſtis animam tuam. Quam viſionē in ſe reuerſus attēdens ordinem Minorū intrauit annuente papa Gregorio 9.Sub generalatu iſtius multi fratres Minores decedentes in diuerſis ciuitatibus,& præcipuè Italiæ claruere miraculis ex magna eorum vitæ ſanctitate.

A.C. 1235.

F. Helias à generalatu abſoluitur.

Fuit demum iſte Helias congregato capitulo generali Romæ abſolutus à generalatu,poſtquam illam eccleſiam magnam & duplicatam Aſſiſij cum campanili & campanis perfecit.Et cauſa huius dicitur fuiſſe,quia ipſe in multis regulam tranſgrediebatur pompaticè incedēs. Multas enim eleemoſynas pro illa eccleſia cōſtruenda procurauit,& priuilegia,quòd poſſet fratres pecuniam percipere per interpoſitam perſonam contra regulam è directo. Et quia miſit procuratores per prouincias,quibus indixit collectas pecuniarias prouinciis pro occaſione fabricæ eccleſiæ Aſſiſinatis.Et quia cœpit theſaurizare,habere equum magnum,& domicellos. Cœpitque dictus frater Helias eos, qui de his eum arguebant perſequi, & ſignificantes(qui zelantes erant pro obſeruatione regulæ & conſeruatione religionis) hæc ſummo pontifici. Qui conuocato capitulo Romæ dictum fratrem Heliam , eius excuſationes , vt friuolas ſuper obiectis nō admittens,à generalatu abſoluit: cum annis nouem rexiſſet ordinem.

Domicellos .i.pediſequos.

F.Albertus Piſanus 4.Generalis.

§. II.

QVARTVS generalis miniſter fuit frater Albertus de Piſanis,vir perfectus & bonus: de prouincia Tuſciæ,miniſter tunc prouincialis Angliæ,electus in capitulo Romæ celebrato,& confirmatus à Gregorio 9. anno domini 1239.Sed ſubitò flos aruit,& decidit per mortem , tranſactis ſex menſibus tantum in officio generalatus. Circa ea tempora in Alemannia ſunt conuentus Minorum multiplicati , & multi fratres ſanctitate & miraculis ibi claruerunt. Inter quos fuit

Frater Bertholdi Cōciones & earum vis.

frater

A.C. 1230.

frater Bertholdus egregius prædicator in Ratiſbona tumulatus. Hic cum ſemel contra peccatum quoddam prædicaret valde deteſtando & grauitatem oſtendendo, quædam mulier, quæ tale peccatum commiſerat audiens, verbi ſpiculo ex arcu tantæ virtutis & efficaciæ proſiliente percuſſa tanto dolore compungitur, quòd ſpiritum exhalauit. Tunc populo ſuper hoc tumultuante: frater Bertholdus ſilentium imperauit, & omnibus iniunxit, vt orarent, quòd Dominus ſuper hoc beneplacitum ſuum reuelaret. Ipſo igitur & aliis orantibus mulier illa mortua reſurrexit, & dixit, quòd ad diuinum iudicium aduocata, propter compunctionem magnam fuerat ab æterna pœna liberata, ſed vt confiteretur peccatum perpetratum, nec confeſſori intimatum, fuerat propterea mortuis reuocata. Et inter cetera manifeſtauit, quòd eadem hora, qua obierat ſexaginta millia hominum fuerant in diuerſis partibus orbis ex ſæculo euocata, de quibus tantum tres purgatorium intrauerant, cæteris in inferno ſepultis, excepto vno fratre ordinis Minorum, qui per purgatorium tranſiens, ſubito acceptis ſecum duabus animabus quæ ſibi erant confeſſę, inde cum eis paradiſum aſcendit.

Mirabilis multarũ animarum exitus.

In conuentu Spirenſi quidam frater Ioannes decedens ſepultus eſt, qui mortuum ſuſcitauerat. In Brabantia frater Petrus homo magnæ perfectionis cum vna dierum miſſam deuotiſſimè celebraret, hoc cernente quodam puerulo, qui hoc poſtea reuelauit, ſpecies panis conuerſa eſt in ſpeciem pueri pulcherrimi, donec communicauit, vnde ille infantulus dicebat aliis, quòd frater Petrus pueros paruulos comedebat, quia hoc viderat in altari.

F. Phillip. de Claromonte.

Claruit etiã in Prouincia Prouincię in Claromõte frater Philippus, eximię ſãctitatis, qui cum in caſtro Riomo prædicaret, q̃n ẽdam publicum vſurarium vehementer redarguit, & admonuit, vt reſtituens vſuras confiteretur. Ipſe verò contemnens monita recuſabatur promittens ſe facturum. Cum verò in Monteferrando idem frater Phillipus infirmaretur grauiter, audientibus multis adſtantibus ait. Non poſſum, modo, quando poteram, noluiſti. Interrogatus cur iſta diceret, reſpondit. Modo anima talis vſurarij de Riomo per dęmones deportatur in infernum, quæ cum clamaret ad me, vt eam iuuarem, ſic ei reſpondi, quòd ego non poſſum. Et inuentum eſt, quòd illa hora ille vſurarius mortuus erat.

Frater Haymo Generalis ordinis 5. A.C. 1231.

§. III.

QVINTVS miniſter generalis ordinis minorum fuit frater Haymo, vir magnę reuerentiæ, Anglicus natione maximus theologus, & totius ſpeculum honeſtatis, electus in capitulo generali anno Domini 1229. præſente Domino Gregorio 9. & vota eligentium recipiente quem & ipſe electum confirmauit, &

A.C. 1241.

A facta eſt ibi diutius prouinciarum. Et ipſe generalis voluit, quòd tam ſua quam prouincialium miniſtrorum & cuſtodum poteſtas limitaretur per capitulum generale. Et tunc cuſtodes perdiderunt poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi locorum Guardianos. Ad iſtius generalis mandatum præcellentes in theologia magiſtri Alexander de Ales & frater Ioannes de Rupella, ſcientia & religione clariſſimi habita collatione cum aliquibus aliis ordinis magiſtris & viris diſcretis ſcriptum valde vtile ſuper regulam ediderunt, quod generali
B & definitoribus ad capitulum tranſmiſerunt.

Prædicatores & minores ab aliquibus hæreticis occidantur.

Tempore huius generalis anno ſcilicet 1241. fratres aliqui prædicatores ſimul & minores, dati inquiſitores contra hæreticos in partibus Toloſanis, per ipſos fidei inimicos hæreticos martyrio coronati ſunt, quos Dominus miraculis decorauit. Vacante autem ſede Romana defuncto Gregorio nono cum eſſet maxima diſcordia inter imperatorem Fridericum 2. & eccleſiam, frater Helias de Aſſi-
C ſio, de quo ſuprà, factus eſt ita familiaris imperatori, vt ille frequenter eius conſiliis vteretur. §. 2. Et tunc prorupit quaſi de latibulo ſimulationis, multis fratribus ipſum concomitantibus vigore priuilegij ſibi conceſſi per Gregorium 9. videlicet quòd poſſet ire, quò vellet facere pœnitentiam cum fratribus volentibus eum ſequi. Et demum viſus eſt declinare in partem imperatoris quærentis temporalia eccleſiæ auferre. Qui etiam imperator miſit fratrem Heliam ad imperatorem Conſtantinopolitanum, vt inter eos imperatores tractaret pacem. Et inde facta eſt magna ordinis plaga, dicentibus aliquibus He-
D liæ complicibus, quòd non ritè fuerat abſolutus à generalatu ordinis, & quòd vigore dicti priuilegij poterant ipſum proſequi. Sicque facta eſt magna ordinis ſciſſura, aliquibus fratribus & multis ſequẽtibus Heliam, aliis Haymonem.

Siſma inter Franciſcos.

Creato autem papa Innocentio quarto, anno Domini ſcilicet 1244. compatiens papa tantę ordinis ſciſſurę, fecit congregari capitulum. Et poſt materiæ examinationem, cognoſcens pontifex fraudes fratris Heliæ, omni gratia &
E priuilegio eum priuauit, præcipiendo, quod de cętero nullus eum ſequeretur. Qui tantam humiliationem non ferens, vocatus ab imperatore rebelli eccleſiæ ei adhæſit. Quod intelligens Innocentius, ipſum citauit. Quo non comparente, ſiue quia timuit, ſiue quia litteræ ex fraude non fuerunt ei pręſentatæ, excommunicauit eum papa, & habitu ordinis priuauit. Interea infirmatus eſt Corronij iſte Helias ad quem accedens germanus eius laicus frater minor, rogauit eum, vt reconciliationem quæreret à ſummo pontifice, totaliter ei ſe ſubmittens. Qui ad ſe reuerſus deſtinauit ipſum ger-
F manum ſuum eiuſdem ordinis ad Innocentium ſupplicando, vt amore beati Franciſci, cuius ſocius fuerat & vicarius, ſibi ignoſcere dignaretur, & excommunicationis ſententiam relaxaret. Quod totum conceſſit ob reuerentiam beati Franciſci. Et ſic fertur Helias culpam ſuam & rebellionem

A.C. 1255.

faciunt per obliquum. Nam ſicut dixerunt, tẽtabunt contra paupertatem per ædificiorum ſuperfluitatem, & curioſitatem. Contra caſtitatem, per mulierum familiaritatem, & iuuenum receptionem, contra obedientiam, per principum familiares conuerſationes, & opinionum varietates. His dictis contigit duos fratres extra mitti, quorum tranſitus erat ſuper dictum montem, & cum appropinquarent ad locum, & illac tranſirent, viderunt ſub diuerſis formis, & ſpeciebus animalium ſylueſtrium dæmones voces & vlulatus terribiles emittentes. Qui munientes ſe ſigno crucis cõfidenter tranſierunt, & quærentes eis nocere non valuerunt. Hic generalis Creſcentius (vt teſtatur frater Peregrinus in chronico ſuo) tantum per triennium tenuit officium generalatus vſque ad capitulum generale, in quo noluit intereſſe, ſed miſit vicarium ſuum fratrem Bonauenturam de Balneo regio virum prudẽtem, & in eo capitulo fuit propter inſufficientiam, & ineloquentiam, & alia à miniſterio generalatus ſimpliciter abſolutus.

Peregrinus auctor chronicorum ordinis Minorum.

F. Ioannes Parmenſis generalis 7.
A.C. 1249.
§. V.

Septimus generalis miniſter fuit frater Ioãnes de Parma, vir ſcientia & religioſitate præclarus maximus paupertatis & humilitatis amicus de prouincia Bononiæ oriundus. Qui de ſtudio Pariſienſi, vbi ſententias legerat ad generalatũ in capitulo fuit aſſũptus. Innocentius autem quinto anno ſui pontificatus, modificando primam regulam ſanctæ Claræ dedit ſororibus ordinis ſancti Damiani aliam regulam latiorem, ſub qua adhuc viuunt monaſteria Aquitaniæ, & prouincia Prouinciæ pro maiori parte, & alia in diuerſis prouinciis qui gubernationi ordinis immediate ex regula ſunt ſubiecta.

A generalatu deponitur.

Prima regula ſanctæ Clarę nondum erat bullata. eo tempore Innocentius papa miſit pręfatum Ioannem generalem miniſtrum ad a imperatorẽ, & patriarcham gręcos, ob vnionem faciendam cum Romana eccleſia, & deſertionem erroris & deteſtationem, vbi multum vita, & ſcientia tam imperatorem, & ſuos quam clerum & populum vniuerſum ædificauit. Et illud quidem negotium feliciter conſummaſſet, niſi quia tunc eodem anno papa & imperator viam ſunt vniuerſæ carnis ingreſſi.

Hic generalis frater Ioan. conuocato Romę capitulo anno Domini. 1256. in præſentia Domini papæ Alexandri 4. qui regimen ordinis & protectionem, quòd vt epiſcopus Oſtienſis prius exiſtens habuerat, noluit dimittere, ſed ſibi retinere ex maxima affectione ad ordinem. Idem Ioannes igitur generalis cum omnimoda importunitatis inſtantia, allegata impotentia, à miniſterio generali ſe abſolui obti- F

a *Hic Græcorum imperator videtur fuiſſe Ioãnes Duca, qui Balduino 2. Conſtantinopolitanum imperium tenente, Trapezuntij græcorum imperatoris nomen retinebat. Patriarcha vero Manuel. 2 dictus eſt. ex Geneb.*

A.C. 1260.

A nuit & de reaſſumendo officio, nec capitulo generali vehementer inſtanti, nec vllis vel ſummi pontificis vel cardinalium ſuaſionibus acquieſcere volens, non contemptui, ſed impotentiæ ad officium exequendum cauſam aſſignans, humillime ceſſit, ad tractatum capituli nihilominus admiſſus reuerenter. Frater Peregrinus tamen de Bononia in ſuo chron. aliter narrat, ſcilicet quòd hic generalis cum reuerſus eſſet de legatione græciæ multis eius, qui erant multi, accuſantibus eum Domino Papę Alexãdro, ipſe Papa præcepit in ſecreto, quòd B renunciaret officio, & quòd nullo modo aſſentiret, ſi eum miniſtri prouinciales vellent in officio retinere. et ego (inquit) in capitulo fui mediator inter ipſum, & miniſtros, hoc habui ab ore eius.

Huius etiam tempore libellus editus à Guilielmo de ſancto Amore doctore Pariſienſi contra mendicantes, ſcilicet quòd non poſſet in tali ſtatu ſaluari, tanquam pernicioſus, ſceleſtus, & deteſtabilis, per rationes efficaces fratribus minoribus & prædicatoribus probantibus falſitatem eius, primo coram Alexandro C papa 4. ſub anathematis vltione contra eos, qui tenerent articulos illius libri, & non delerent, damnatus eſt. Poſtea coram rege ſancto Ludouico combuſtus fuit liber ille. et Guilielmus de regno Franciç expulſus, magiſterio priuatus. Magnam tamen perſecutionem ordini ingeſſit, quia concitauerat callide clerum Pariſienſem, & prçlatos eccleſię: quorum ſe defenſorem dicebat contra ipſos mendicantes.

In florentia decedens quidam frater Humilis dictus ex Peruſio oriundus, ſepultus multis claruit miraculis. Hic ex diuina reuelatione ordinem intrauerat. Qui cum Chriſtum ſibi apparentem & ingreſſum ordinis præcipientẽ interrogaret, quã vitã in ordine tenere D deberet, reſpõdit ei Chriſtus, teneas vitã cõmunem, & fugias fratres & non iudices alios de factis ſuis.

Frater etiam quidam Accurſius ibi iacet, exceſſiuã pietate perfectus, multis prodigiis luminoſus, qui inter alia cum eſſet in dicto conuentu Florentino infirmarius, & ſemel in capella infirmorum orationi vacaret, apparuit ibi beata virgo Maria cum ſancto Antonio de Padua, & fratre Placido. Quę cum eo ex hoc E indicibiliter conſolato dum familiariter loqueretur, & idem frater Accurſius audiret quemdam fratrem infirmum ſuę curę commiſſum clamantem, totus compaſſione commotus relicta Dei matre ad infirmum cucurrit, & ei neceſſaria miniſtrauit. Quod beata Maria ita gratum habuit, quòd ipſum iterum ſua præſentia & dulci alloquio dignata eſt conſolari.

Multi Franciſcani miraculis clarent.

Requieſcit etiam ibi frater benedictus, laicus de Magello, magnis miraculis radioſus.

In Anglia quidam frater, multum in ſermonibus gratus, & in textura quadam philoſophię cum theologia non modicum curioſus, cum iuxta modum ſuę curioſitatis ſemel ſe ad prędicandum pręparatet, philoſophari intendens in illo ſermone iuxta morem, ſibi nocte oranti Chriſtus apparuit, tenens

A.C. 1260.

tenẽs librum pulcherrimũ in manu in cuius medio erant litteræ aureæ venuſtiſſimę, in marginibus erat lutum, ex quo fœtor maximus exhalabat. Liber etiam in ſuperficie erat turpis. Et frater cum interrogaret Chriſtum, quid liber ille turpis & pulcher figuraret, reſpondit. Verba ſunt theologicæ facultatis litteræ aureæ, fœtor & lutum, philoſophorum dicta, Turpitudo exterior, curioſitatis apparentia, quibus verba mea multipliciter deturpatis. Vnde ad ſe reuerſus frater ſtatim mutauit ſermonis materiam, curioſitatem dimiſit, contentus ſcripturarum & doctorum ſanctorum dictis, & philoſophica abdicauit à ſermonibus ſuis. Iſte generalis conſueuerat qualibet die celebrare, & quemdam iuuenem deuotum quem in aurora in eccleſia orantem inueniebat, ſibi ſeruire in miſſa faciebat. Et vno mane cum ille iuuenis feſſus dormitum iuiſſet, non eum inueniens, cœpit dicere primam, vt miſſam celebraret. Et ecce angelus Domini in forma iuuenis aduenit, & ſeruiuit in miſſa. Qua dicta inuenit generalis iuuenem adhuc dormientem. Vnde angelum Dei ſeruiuiſſe ſibi cognouit.

D. Bonauentura ordinis Minorum Generalis 8. de quo Sixtus in bulla canonizationis, & Ioannis Pannuini ad Pontificem relatio. A.C. 1256.

§. VI.

OCTAVVS generalis ordinis fuit frater Bonauentura de Balneo regio, qui magiſtratus fuerat Pariſiis in theologia, & Romæ celebrato capitulo fuit electus præſente Alexandro quarto. Hic Pariſiis libellum pernicioſiſſimum, qui traditur fuiſſe magiſtri Gerardi, contra religioſos pauperes latrantem, per apologiam tam eloquenter quam ſubtiliter confutauit. Qui Gerardus datus in reprobum ſenſum, etſi doctor theologus, cum linguam contra beati Franciſci & ordinis eius ſtatum in blaſphemiam relaxaſſet, tanta (vt fertur) fuit diuina vltione percuſſus, vt paralyſi diſſolutus, & lepra reſperſus interiret, exemplum relinquens aliis, vt ſciant omnes Dominum Ieſum defenſorem eſſe pauperum ſuorũ. In capitulo autem generali Narbonæ celebrato, ipſe generalis Bonauẽtura conſtitutionib. formã & ordinẽ dedit, & breuiario aliquæ ſunt rubricæ additæ ſub vrbano 4. Quo tempore beatus Thomas de Aquino ex iniunctione ipſius Vrbani fecit op⁹ quatuor euãgeliorũ.

Gerardi Franciſcanorum hoſtis interitus horrẽdus

Cũ quidã frater nomine Simõ de veritate articuli Trinitatis quaſi dubitãdo inania cogitaret, & ex tẽtationis hui⁹ importunitate eſſet multũ afflictus, cũ illa triſtitia obdormiuit. Et ecce Chriſtus benedictus eidẽ apparuit dicẽs. Simõ dormis? Ille verò ignorãs eſſe Chriſtum euigilãs ei impatiẽter reſpõdit. Et cum iterato ſibi diceret Chriſtus. Simon dormis? Ille plenius euigilans, vidit eũ, & cognouit ꝙ ipſe qui

A.C. 1274.

A apparebat, non erat purus homo nec creatura pura. Quem Chriſtum benedictum agnoſcens, ſtupefactus ante ipſum cum magna reuerentia ſe proſtrauit. Non cogites de his, inquit, nec de trinitate in aliquo dubites. Sed ſicut audiſti, & credit catholica eccleſia, ſimiliter ita credas. Et hoc dicto Chriſtus diſparuit, & frater ille fuit ab illa tentatione liberatus.

Cũ duo fratres eo tempore in itinere in domo cuiuſdam ſæcularis hoſpitando, verbis inutilibus & potationibus ſe dediſſent, nocte completorium dicere omiſerunt. Manè orto iam ſole recedentibus eis vnus alium præibat ſeparatus. Et ecce ſibi occurit in via quidam homo, facie terribilis, in ſpecie paſtoris, & habitu. Quem cum ille ſalutaret, ille vultum exacuens, vt turbatus reſpondit. Quæ eſt ſalutatio tua miſer qui deuias à via patris tui Franciſci? Vbi eſt completorium, quod tu & ſocius tuus heri dimiſiſti? eſtne etiam modò hora dicendi matutinum, Hæc & alia, quę vos omittitis negligenter, nos contra vos bene ſcribimus diligenter. Et illo diſparente, frater ille territus cecidit, & ſuperuenienti ſocio viſionem enarrauit. Et ambo compuncti & confeſſi in melius vitam mutarunt. Rexit autem ordinem frater Bonauentura generalis annis. 18. vel circa, & inde aſſumptus eſt ad cardinalatum à Gregorio x. vt patuit ſuprè.

F. Hieronymus Aſculanus Generalis. 9. A.C. 1276.

§. VII.

NOnus generalis fuit Hieronymus de Aſculo prouinciæ Marchiæ, electus Lugduni, anno Domini 1274. Tunc autem dictus frater Hieronymus nondum legatione de Græcia reuerſus fuerat. Tandem non finito concilio Lugdunenſi cum ſollennibus nunciis Grecorum rediit, negotio pro quo miſſus fuerat feliciter expedito. Vnde ipſo efficaciter procurante, Græci tunc ad ſedis Apoſtolicæ obedientiam redierunt, in quo quadraginta primates Græcorum ſubſcripſiſſe dicuntur. Ille quoque, qui Græcorum tenebat imperium primatum ſanctæ Romanæ eccleſiæ recognouit, eique ſe humiliter ſubiecit. Domino autẽ papa Grægorio x. miſſam ſollenniter celebrante dicti Grecorum nuncij interfuerunt, & ſymbolum cum confeſſione articuli de proceſſione ſpiritus ſancti à patre & filio decantauerunt, & pacem cum cæteris fidelibus acceperunt. Et ſic ſe pro tota Græcia Domino papæ ſubmittentes, reuerſi ſunt ad eccleſiæ vnitatem. Affuerunt quoque in eodem cocilio nuncij Tartarorum adducti per præfatum fratrem Hieronymum, qui ibidem Domino Papæ ſe ſubmittentes baptizati fuere. In qua re Deus plurimum ordinem exaltauit. Tandem poſtmodum tempore Martini papæ quarti negotiũ (tractãte pacis inimico) extitit perturbatũ.

Græci in Lugdunẽſi cõcilio Romanæ eccleſię vniuntur.

Et quia pontifex ſummus fratrem Hieronymũ prefatum generalẽ diſpoſuerat iterũ mittere in Græciẽ pro quibuſdam pũctis, ideò nõ potuit intereſſe capitulo generali ſequenti Paduæ celebrato, ſed miſit vicarium

ſuum

A.C. 1274.

ſuum ſcilicet Bonangratiam: qui poſtea ei in generalatu ſucceſſit. Et eidem capitulo celebrato miſit litteras efficaces, quibus officio renunciabat, allegando inſufficientiam, & impotentiam, ac negotia eccleſiæ, quibus erat occupatus, nihilominus tamen confirmatus fuit in eodem officio. Hunc generalem rogauit Dominus Ioannes Caietanus, ordinis protector, cardinalis, vt fratres non ex debito, ſed ſui amore obſequiis inſiſterent ſororum ſanctæ Claræ. Quod ipſi generali fuit multum graue & ordini. Tamen tanto patri, amiciſſimo ordini reſiſtere non valentes, cum conceſſione huiuſmodi ſtatuerunt, quod venientibus fratribus ad monaſterium, abbatiſſa & totus conuentus darent publicum inſtrumentum, quod non ex debito ſed Dei gratia & amore fratres earum obſequiis inſiſterent. Sub eodem generali Dominus Rodulphus, Romanorum futurus imperator, [a] filiam ſuã beato Franciſco & ſanctæ Claræ ex deuotione obtulit, & religioni eiuſdem ſanctæ Claræ perpetuò dedicauit.

Rodulph. Imp. filiã religioni dedicat.

Anno Domini 1277. Dominus Ioannes Caietanus factus eſt pontifex ſummus vocatuſque Nicolaus tertius. Qui primo anno ſui pontificatus fratrem Benreuengam Tudertinum ordinis minorum fecit cardinalem, & Albanenſem epiſcopum. Hic generalis frater Hieronymus de multorum fratrum conſilio condemnauit, & reprobauit doctrinam Rogerij Bathonis Anglici, ſacræ theologiæ magiſtri continentem aliquas nouitates ſuſpectas, propter quas fuit idem Rogerius carceri condemnatus præcipiendo omnibus fratribus, vt nullus eam teneret, ſed ipſam vitaret, vt per ordinem reprobatam. Super hoc etiam ſcripſit Domino papæ Nicolao, vt per eius authoritatem doctrina illa periculoſa totaliter ſopiretur.

Pariſiis hoc accidit notandum. Quidam magiſter in theologia intrauit ordinem Minorum quem mater de eleemoſynis nutrierat & ſolicitè de ſua ſuſtentauerat paupertate. Clamat hæc audiens mater, & eiulat, oſtendit pectus, & vbera, replicat in quanta miſeria eum nutrierat, & in quanta miſeria eam relinquebat. Concuſſus eſt animo falſa pietate magiſter, & in craſtinum exire deliberat. Tandem vt conſueuerat orans ante imaginem Crucifixi, in corde ſentiens magnam pugnam dicebat Chriſto. Nolo te dimittere Domine, ſed matri, qui me in tanta miſeria, & labore nutriuit, intendo de neceſſariis prouidere. Cum his verbis intendens in imaginem crucifixi, vidit de eius laterali vulnere ſanguinem emanare, & audiuit vocem Domini ſic dicentis. Ego te nutriui carius, quàm mater tua, iſto ſanguine te redemi, & ideo non debes me dimittere propter matrem tuam. Stupefactus magiſter, & non immeritò Chriſtum matri præponens in ordine compleuit dies ſuos.

Magiſter pietate matris ordinẽ volẽs relinquere à Chriſto retinetur.

Alter, qui vouerat intrare religionem, & poſtea à propoſito reſiliens factus fuerat canonicus ſæcularis, poſt medium annum infirmatus eſt grauiter, & inuitatus ad con- A feſſionem dixit fuiſſe ſibi oſtenſum ſe eſſe damnatum & ideo non amplius ſuper hoc eum moleſtarent quia non poterat confiteri. Apparuit enim mihi Dominus (ait) iratus dicens. Vocaui & renuiſti; & ideò vade ad pœnas inferni. Quo dicto expirauit.

A.C. 1277.

Alteri cum patre mortuo remanſiſſent multæ diuitiæ, contemptis omnibus ordinem minorum intrauit. Cui apparuit diabolus in ſpecie patris dicens, quòd in purgatorio cru- B ciabatur, quia non erat, qui lucra illicita & & debita ſua reſtitueret, poſſet autem eum iuuare, & ab illis pœnis liberare, videlicet egrediendo religionem, vt de rebus patris ſatiſfaceret. Ille autem magiſtro ſuo hæc referens, reſponſum accepit, quòd diabolus erat ad decipiendum apparens, eumque in Domino confortauit. Cumque pluries apparuiſſet nec animum eius vel in modico inclinaſſet; apparuit demum iuueni eunti ad matutinas dæmon in forma patris dicens Egredere, fac quod dico, & ipſum ingredi incipientem eccle- C ſiam, & Cruce ſe ſignantem trahebat diabolus per brachium violenter, & dum adſtringeret eum, Domini auxilium inuocans euaſit manus eius. In locis autem in quibus tenuerat, ſe combuſtum inuenit. Beatus deinde Franciſcus ei apparuit, & in anima, & corpore eum ſanauit.

Dæmon in ſpecie patris religioſũ peruertere nititur.

Hic generalis, fuit miſſus legatus cum alio patre venerabili ordinis Prædicatorum ad pacificandum reges Franciæ & Caſtellæ, inter quos diſſenſio non modica orta erat. Et dum fuerunt Pariſiis, acceſſerunt ad ſucciden- D dum lites & diſſenſiones ſcandaloſas, quæ aliquando inter fratres Prædicatores & minores ex inuidia oriri videbantur. Vnde de vtriuſque religionis fratrum diſcretorum conſilio, ordinata ſunt certa pacta & ſtatuta, quibus pax de cætero inter Prædicatores & minores ſeruaretur, & caritas nutriretur. Inter quę fuerunt, quòd à mutuis detractionibus & contentionibus abſtinerent omnino, & vbique ſe inuicem honore præuenirent, & mutua ſe hoſpitalitate reciperent ſicut fratres. Et ſi inter perſonas, vel conuentus orta fuerint aliqua dubia, vel quęſtiones, per prouinciales locorum re- E ſecentur, & offendentes alter alterum grauiter punirentur. Et hæ conuentiones ſcriptæ deſtinatæ ſũt per omnes cõuẽtus vtriuſq; ordinis.

Creatur Cardinalis & epiſcopus.

Exiſtens ergo in legatione prædicta, per Nicolaum 3. factus eſt preſbyter cardinalis, deinde epiſcopus Præneſtinus. In bulla verò ſuper hoc ſibi miſſa Dominus papa mandauit, vt à Clericis ſtipendia reciperet, ſicut legatus cardinalis. Sed ipſe generalis de ſe humilia ſuadens, litteris efficaciſſimis papę miſſis, allegando ſuam inſufficientiam & impotentiam quãtum F potuit, tanto gradui renunciauit. Nec aliã familiam interim recipere voluit, nec ſtatum mutare in aliquo, donec à papa haberet reſponſum. Et quia papa ſcripſerat ſibi in hunc modum. Fratri Hieronymo ſanctę Romanę eccleſię tituli ſanctę Potentianę preſbytero cardinali, olim generali ordinis minorum, dubitabatur an poſſet vti officio generalatus. Demũ de vtroq; fuit certificat⁹. Nam per literas papa pręcepit ſibi, vt cardinalat⁹ gradũ acciperet

&

a *Hæc dicta eſt Euphemia, quæ in Tulna monaſterio monialis facta eſt Onuph.*

A.C. 1285. triginta cellæ aſſignatæ, & regente tunc ordinem minorum fratre Bonauentura, quædam mulier magnæ ſanctitatis, vidit orans triginta fratres mortuos Pariſiis. Hæc autem mulier diſtabat à Pariſiis per ſeptemdecim leucas. Ex illo autem prædicto numero, vidit quinque ad purgatorium deferri vigintiquinque euolare ad gloriam, quorum vltimum vidit collocari in ordine Seraphin, & ille talis vltimus fuit ei reuelatus, quòd erat quidam conuerſus nomine Venantius, vir miræ caritatis, non enim ſecundum gradum vel ſcientiam, ſed ſecundum latitudinem caritatis premium menſuratur.

F. Athlotus de Prato Generalis. 11.
A.C. 1285.
§. IX.

VNDECIMVS generalis fuit frater Athlotus de prato, qui tunc erat miniſter Prouinciæ Tuſciæ. Solum per annum vnum ordinem regens, appoſitus eſt ad patres. Et remanſit vicarius generalis ordinis frater Guilielmus de Sulgario, qui opus Bonauenturæ ſuper ſententias abbreuiauit.

Eo tempore clarus in perfectione ſanctitatis habitus fuit frater Rogerius de Prouincia Prouinciæ. Qui etſi in principio ſui ingreſſus maximè fuit oppugnatus, tentatione deuicta peruenit ad magnam mentis quietem, feruorem eximium, & ſublimitatem contemplationis. Confeſſio ſua erat amara, clara, & frequens intantum vt communiter octo vel decem vicibus confiteretur in die, generaliter autem de omnibus quæ perpetrarat, quinquies vel ſexies in anno. Quantum, ad carnis macerationem erat mirabilis & ſtupendus. Nam in cibo & lecto erat ſatis communis ſecundum exteriorem conuerſationem, ſecundum interiorem verò plurimum ſingularis. In quolibet enim bolo mentem eleuabat ad Deum, & ſic per talem mentis abſtractionem non videbatur ſentire ſaporem, & quando ſic diſtrahi non poterat, cibum ſapidum totaliter dimittebat. *Confeſſiones peccatorũ eius creberrimæ.*

Tanta cuſtodia ſenſus exteriores frænabat, vt nec otioſa vellet audire. Et ſemel deprehendens confeſſorem ſuum virum perfectum ad otioſa laxatum, præcepit ei cuſtos exiſtens, quod pro quolibet verbo otioſo diceret, Miſerere mei Deus cum Salue Regina & Credo in Deum, flexis genibus. Nec rogatus remouere vel minuere voluit talem pœnitentiam niſi quod non flexis genibus diceret illa teneretur. Oculos ita prudenter à vanis aſpectibus refrænabat, quod vix aliquam mulierem aſpiciebat in facie, etiam matrem ſuam vetulam, & deuotiſſimã. Et cũ cõfeſſor ſuus ſibi diceret Cur pater cum tanta ſeueritate timetis aſpicere? reſpondit vir prudens & deuotus.

Quandiu homo facit, quod in ſe eſt, peccata & occaſiones malorum pro viribus fugiendo, & Deus facit, quod in ſe eſt, vt à malis eum præſeruare non omittat. Sed ſi tu peccati periculo te exponis, maximè in tali materia, ad quam homo multum inclinatur ex corruptione naturæ inueteratæ: iuſtum eſt, vt Deus te relinquat propriis viribus tuis, quibus non potes per momentum tentationibus reſiſtere ſine Deo. *Occaſiones peccatorũ quare vitãdæ.*

A.C. 1287. Sic erat abſtractus dictus frater Rogerius, quòd ad ciborum dulcorẽ, veſtium colorem, rerum valorem, quaſi inſenſibilis videbatur. Et quamuis corde eſſet beneuolus & benignus, tamen ex zelo animarum & diuini honoris, tantum erat in correctionibus durus & inflexibilis, vt in corrigendo in terrorem verteret innocentes. Ab omni vana gloria fuit mirabiliter elongatus, qui aliquando dicebat, quòd & ſi eſſet melior homo mundi, vellet quòd omnes ſcirent, non ad ſui gloriam, ſed vt omnes Deum in ſuis donis collaudarent, qui ſic vermiculum ſua virtute & bonitate ornaſſet. Quaſi quotidie celebrabat, & in miſſa ex feruore amoris, ſic ſe ſubitò reuoluebat, vt ex tali impetu ad terram caſurus videretur. Cum tanto feruore prædicabat, quòd omnes audientes mirabili dulcedine afficiebantur.

Cum autem quidam inflammatus ex verbis eius, interrogaret eum, vnde verba eius haberent tantam efficaciam & ardorem, reſpondit: Homo, qui in omni actione ſua premittit mentis ſuę eleuationem ad Deum, & ad ipſum omnia ordinat, in omnibus inuenit Deum ſuum. Quando igitur vis legere in ſacris libris debes cor tuum ad Deum eleuare, dicens: Domine viliſſimus ſeruus tuus, omni bono indignus vult ingredi ad videndum theſauros tuos, ad quos placeat tibi, vt ipſum (etſi indigniſſimum) introducas, & des ſibi in verbis iſtis tantum te diligere, quantum cognoſcere, quia nolo te cognoſcere niſi vt te diligam, & talis inuenit Deum ſuum. Et cum ſemel rogaretur à fratribus, vt loqueretur aliqua de Deo, reſpondit: Homo perfectus dedignatur loqui de Deo. Et cum fratres mirarentur ſuper hoc verbo cum viri Dei libenter loquantur de eo, ſeipſum declarans inquit. Adeò ſunt alta & magna, quæ homo perfectus in raptu cognoſcit & ſentit, quòd nullum idioma ad illa exprimenda ſufficit. Et ideò de ineffabilibus male libenter loquitur, ne fortè illa loquendo vilificet loquelis conſuetis. Fuit iſte diuinis oraculis & reuelationibus illuſtratus, & diuinarum conſolationum cibo refectus, ita quòd paſſim rapiebatur ad Deum. *Quomodo ad lectionem librorum ſacrorũ acçedẽdum*

F. Matthæus de aqua ſponta Gener. 12.
A.C. 1287.
§. X.

DVODECIMVS generalis fuit frater Matthæus de Aquaſponta, magnæ ſcientiæ, & magiſter in theologia, de conuentu Tudertino, in capitulo generali electus in Monte peſſulano celebrato anno Domini 1287. Hic fecit pulchram poſtillam ſuper epiſtolam ad Romanos & tabulam per alphabetum ſuper textum ſententiarum. Quo tempore Dominus Hieronymus prius generalis ordinis, & poſtea cardinalis de quo ſupra aſſumptus fuit ad Papatum: & dictus Nicolaus 4. Hic generalis libellum quemdam, contra declarationem regulæ factam per Nicolaum. 4. inſana

A.C. 1288. temeritate editum per fratrem Nicolaum miniſtrum Franciæ reprehendit. Qui & ipſe cum aliis eidem libello fauentibus pœnam in declaratione contentam tulit. Qui frater Matthæus generalis à dicto Nicolao 4. fuit ad cardinalatum promotus primo anno ſui pontificatus, tamen de mandato papæ remanſit gubernator ordinis, quouſque alter generalis fuit creatus.

Eo tempore multi ſancti viri, qui & miraculis claruerunt in prouincia Marchiæ in diuerſis conuentibus deceſſerunt. Et tres eiuſdem ordinis ſcilicet frater Monaldus de Ancona, frater Franciſcus de Petriolo vel de Firmo, & frater Antoninus de Mediolano, in Argeneha ciuitate Saracenorum martyrium ſuſceperunt quia publicè fidem Chriſti prædicabant, aſſerentes non niſi in ea poſſe ſaluari, & Machometum, vt falſum prophetam deteſtando, & legem eius iniquam eſſe dicendo, & damnabilem. Et alij plures in diuerſis locis. Frater Iacobus cuſtos, & ſocius eius frater Hieremias cum aliis ſeptem, frater Philipus, frater Conradus, frater Stephanus Vnguarus, in Damiata, frater Franciſcus martyrio coronati ſunt à Saracenis. *Itē multi alij.*

F. Raimundus Generalis. 13.
A.C. 1288.

§. XI.

Decimvstertivs Generalis fuit frater Raimundus de prouincia Prouinciæ, electus in capitulo Reate celebrato præſente Nicolao 4. anno Domini. 1288. quamuis papa audiens vota eligentium alium vellet eligi (vt fertur) vbi electoribus videretur, quod eos non latebat. Vnde quamuis capitulum Aſſiſij eſſet congregatum, Papa voluit Reate celebrari. Et licet crederetur papa offenſus, quòd non eſt electus, quem volebat, tamen electionem factam commendauit, vt factam à ſpiritu ſancto.

Anno 2. ſui pontificatus Nicolaus 4. confirmauit regulam fratrum & ſororum de pœnitentia, per beatum Franciſcum adhuc viuentem eis datam. Item papa miſit litteras dicto generali, vt contra quoſdam fratres: in prouincia Prouinciæ ſchiſma videbantur inducere, ſtatū aliorum fratrum damnantes, & ſe ſpiritualiores cæteris reputantes procederet, quorum nonnulli reperti ſunt infamiam & ſcandala in prouinciis ſuſcitantes, & doctrinam non conſonam veritati tenentes. Qui examinationem diligenter faciendam fratri Bertrando de Cigotorio cōmiſit ad eidem referendū. Facta vero relatione, dictus generalis omnia ad examen & definitionem deduxit capituli generalis de proximo Pariſiis celebrando.

Achon ciuitas à Saracenis capta, ea eſt quā Accā tit. 20 ca. 6. §. 9. nominauit. Circa id tēpus anno ſcilicet Domini 1291. ciuitas Achon capta fuit per Saracenos, occiſis ibi vel captis plus quàm triginta millibus Chriſtianorum vtriuſque ſexus. Cum autem eſſet Achonæ ſolemne monaſterium ſanctæ Claræ ſororum, & abbatiſſa captam ciuitatem audiſſet, & Saracenos intraſſe, zelo caſtitatis virilis effecta omnes ſorores coram ſe ad capitulum conuocauit Et prima in ſeleri ratione ſalubri, ne à Saracenis deludentur, omnes ad martyrium animauit & ait: Filiæ meæ & ſorores, contemnamus vitam iſtam, & vt immaculato ſponſo immaculato corde & corpore fortes in fide Domino noſtro Ieſu Chriſto nos valeamus offerre, & prætio proprij ſanguinis vitam interminabilem comparemus, quòd me videritis facere, hoc & vos faciatis. Virilis ergo mulier gladio ſuo naſum proprium ſibi mutilauit, & fluente ſanguine totam faciem cruentauit: Animantur ſorores ad ſimilia, & facies ſuas diuerſimode vulnerantes, ex cruore virgineo aſpectum horribilem aſpicientibus intulerunt, Quid plura? Intrant Saraceni monaſterium euaginatis gladiis ſanguinem Chriſtianum ſitientes. Occurrerunt virgines ſacræ intrepide, non decorem, ſed horrorem canibus illis offerentes. Qui primo videntes obſtupuerunt, deinde horrentes omnes gladiis peremerunt. Nempe in eo quòd ſe vulnerauerunt, niſi excuſentur ex ſpeciali inſtinctu ſpiritus ſancti hoc feciſſe, ſecundum communem legem grauiter peccaſſent. Fratres etiam minores conuentus, qui ibi erāt, interfecti ſunt à Saracenis.

A.C. 1295.

In capitulo generali Pariſiis celebrato, ſub iſto generali fratre Raimundo, in quo ad preces regis Franciæ ipſe frater Raimundus fuit aſſecutus cathedram magiſtralem, frater Petrus Oliui, præſens fuit in quæſtione, quæ verſabatur inter ipſum & communitatem ordinis vtrum ſcilicet fratres ex profeſſione ſuę regulę obligentur ad pauperem vſum rerum. Facta autem quadam diſtinctione de vſu paupere, idem frater Petrus adiunxit iſta verba. Ego frater Petrus dico, & profiteor nos fratres non teneri ad aliquem vſum pauperem, nec ad aliquem modum viuendi, niſi ſecundum quod dicit declaratio domini Nicolai Papę 3. & ſentit & ſeruat, & intelligit communitas ordinis profeſſorum. Prædictorum contrarium nunquam ſenſi, nec dixi. Et ſi aliquid (quod non credo) dixi, vel ſcripſi iſtis contrarium, ex nunc reuoco, & deteſtor, & nolo, quòd ſtetur alicui meæ confeſſioni contrarię. Et promitto bona fide, quòd nulli aſſerenti contrarium huius meæ confeſſionis fauebo, vel adhærebo. Quāuit autem (vt ex dictis apparet) idem frater Petrus ordini ſatiſfecerit, nec repertus fuerit, ſchiſmaticus & rebellis, tamen multos ſequaces in doctrina habuit, zelum neſcio quem ſine diſcretione habentes ſub deuotionis colore non modicum capitoſos, à quibus multa ſcandala ſunt ſecuta.

Tempore huius generalis defuncto Nicolao 4. poſt vacationem ſedis Apoſtolicæ per duos annos & tres menſes creato Cæleſtino Papa 5. qui poſt 4. menſes renunciauit papatui, electus fuit in ſummum pontificem Dominus Benedictus Caietanus cardinalis, & dictus Bonifacius 8. Hic papa anno Domini. 1295. huic generali Raimundo contulit epiſcopatum Paduanum, & ab officio generalatus obſoluit. Sed ipſe prouiſioni de ſe factæ non conſentiens, aſſerens ſe non eſſe tanta prælatione dignum, papa, vt fertur, reſpondente, quòd multominus erat dignus regere or- *Raimundus à generalatu d[e]mo[tus].*

A.C. 1304. ordinem minorum, remanſit ab officio abſo-
lutus.

Frater Ioannes de Murro Generalis 14. A.C.1296.

§. XII.

DECIMVSQVARTVS miniſter gene
ralis fuit frater Ioannes de Murro, ma-
giſter in theologia, de prouincia Marchiæ, ele
ctus in capitulo Anagniæ, celebrato præſente
Bonifacio papa 8. Eodem anno annuente &
volente Bonifacio papa, idem generalis rece-
pit ad ordinem Ludouicum regis Caroli ſe-
cundi filium, regis inquam, Siciliæ cui iam e-
rat prouiſum de eccleſia Toloſana, ſed proui-
ſioni noluerat conſentire, quouſque prout vo
uerat habitum minorum ſuſciperet, quem
coopertum portauit, & profeſſionem in mani
bus generalis emiſit, poſtea coram duobus
cardinalibus eiuſdem ordinis publice habi-
tum recepit, & poſtea ſemper manifeſtum
portauit. De vitæ ſanctitate huius Ludouici e-
piſcopi Toloſani, & canonizatione & miracu
Sup. c 4. lis eius habetur ſupra. Rexit hic generalis or-
dinem annis. 7. qui demum factus eſt cardina
lis per præfatum Bonifacium 8. Cuius tempo
re claruit Ioannes Scotus, qui dicitur doctor
ſubtilis.

F. Gondiſaluus Generalis 15. A. C.1304.

§. XIII.

DEcimusquintus generalis miniſter fuit
frater Gondiſaluus Hiſpanus, de prouin
cia ſancti Iacobi, electus in capitulo generali
Aſſiſij celebrato, anno domini 1304. Benedi
cto vndecimo pontificatū tenente, qui aſſum-
ptus fuerat ad papatum ex cardinalatu, cum
eſſet prius ordinis prædicatorum. Ad cuius
creationem ſe inuenerunt tres cardinales ex
ordine minorum vltra alios cardinales, qui ſe
dit menſibus 8. & obiit. Et ſucceſſit poſt diuti-
nam vacationem Apoſtolicæ ſedis Clemens
5. qui prius dictus eſt Bertrandus archiepiſco
pus Burdegalenſis tunc exiſtens. Qui cum
fuiſſet electus Peruſij, vbi erat curia tamen ip-
ſe Clemens vocauit ad ſe omnes cardinales.
Et ſic curia tranſlata eſt vltra montes, vbi diu
remāſit Auinione. Sub dicto generali cele
brato capitulo Toloſæ reperti ſūt in illo capi
tulo ducēti nonaginta & octo fratres magi-
ſtri in theologia.

Sub ipſo generali Dominus Ioannes impe-
rator Tartarorum qui cum matre ſua olim
Imperator Tartarorū Chriſtian⁹ moritur. fuerat ad catholicam fidem per fratres mino-
res conuerſus, baptizatus & nutritus, ex hac
vita migrauit, in loco fratrum more imperiali
ſollenniter tumulatus. Cuius corpus cum per
triginta annos ſub terra fuiſſet ſepultum, &
propter guerras fuiſſet per fratres tranſlatum
ad Satay ciuitatem: ita integrum & incorru-

A ptum cum veſtibus & puluinari de ſerico A.C. 1310.
eſt repertum, ſicut ſi eadem die fuiſſet mor-
tuus & ſepultus, non ſine magno ſtupore fide-
lium & infidelium admiratione.

Anno Domini 1310. ſub dicto generali pon
tificante Clemente 5. in curia ipſius facta eſt Grauis inter Minores tumultus.
longa & ſcandaloſa diſceptatio de obſeruan-
tia regulæ, fratre Vbertino de Caſali, & fratre
Raimundo Gaufredi quondam generali cum
ſuis multis complicibus ordinem de multis
criminantibus in quibus dicebant regulam
non ſeruari. Frater vero Alexander de Alexan
dria magiſter in theologia, qui poſtea fuit ge-
B neralis ex alia parte communitatem ordinis
defendebat. Dataque fuit à Domino papa di-
ctis Vbertino & Raimundo, & aliis eis adhæ-
rentibus immunitas, vt non poſſent grauari
per ordinem propter hoc, vel quoſcunque a-
lios exceſſus præteritos: vnde occaſionaliter
multa ſcandala ſunt ſecuta. Dictus vero Rai
mundus ad quoddam caſtrum ſuorum paren-
tum pro recreatione accedens, ibi infirmatus
intra quinque dies de hac luce migrauit oc- Mors F. Raimundi.
culto Dei iudicio.

Tunc etiam fuit proceſſum contra dictam
C doctrinam fratris Petri de quo ſupra aliis eam
condemnantibus, aliis vero è cōtrario eam de
fendentibus, atque ſuppoſita tamen Domini
papæ determinatione dicentibus, quòd ſuſti-
neri etiam poterat in iis, in quibus erat per or
dinem condemnatus. Et dato quòd erraſſet in
octo punctis per ordinem allegatis, ex hoc
non erat tota illa doctrina condemnanda,
cum magiſter ſententiarū in libro ſuo in toti
dem punctis errauerit, & tamen dicta doctri
na quantitate in quadruplo maior fuerit,
quàm dictus liber: & idem frater Petrus fre-
D quenter verbo, & ſcripto doctrinam ſuam ſub
miſerit etiam ſupplicando, ſanctæ matri eccle
ſiæ per ipſam corrigendam, & Domino papæ
adhærendo toto corde determinationi eiuſ-
dem: ſed aliqui communitatē ordinis defende
bant, & contra allegationes, apparebatque in
ordine ſciſſura horribilis, & publica peccatis
exigentibus totius mundi.

Anno vero domini 1312. concluſum eſt in
cauſa prædicta, quæ vertebatur inter fratrem
Vbertinum cum ſuis ſequacibus, & ordinis
communitatem, in conſiſtorio ſecreto primo,
E & ſequenti die, ſcilicet in feſto ſancti Georgij
ſolenniter & ſententialiter promulgatum, in
vltima ſeſſione concilij Viennenſis, quòd mo-
dus viuendi fratrum, qui accuſabatur, fuerat
& erat licitus, & adiecta noua declaratione ſu
per regulam, in qua iudicium ſuper congrega
tionem vini, & bladi, & veſtimentorum vi-
litatem relinquitur fratribus aliis quibuſcun-
que quæ declaratio incipit. Exiui de paradiſo.
& ponitur de verborum ſig. in Cle. Fratres ve-
rò illi, quibus data erat immunitas illa, pro
magna parte iubente Domino papa ad vnita- F. Minores redeūt in concordiam.
tem ordinis redierunt, & obedientiam.

Præfatus tamen Vbertinus redire ad pro
miſſam obedientiam noluit, ſed ordinem
Monachorum intrauit. Aliqui etiam de ſuis Clem. cit. 11. lib 5.
complicibus, de diuerſis prouinciis ſibi ad-
hærentes proprium ouile reliquerunt, & ſub
pallio zeli religionis multa ſcandala ordini

A.C. 1313. intulerunt, qui per Dominum papam ad redeundum moniti, & ſub excommunicationis pœna conſtricti ſunt. Et quorum corda Deus tetigerat, redeuntes compulſi ſanctæ obedientiæ columē ſubmiſerunt, & dies ſuos bene in ordine finierunt. Hic idem generalis per ordinem diſcurrens ædificia ſumptuoſa dirui faciebat. Veſtes exceſſiuas fratribus auferebat, eleemoſynas perpetuas relinquere, & annuales reditus quibuſcunque obligationibus, dimittere cōpellebat. Hic (vt refert frater Aluarus in li. de planctu eccleſiæ) ſanctæ memoriæ Hiſpanus genere nobilis, ſed moribus nobilior, zelator regulæ Euangelicæ & dominicæ paupertatis, adeò humilis fuit, vt etſi miniſter generalis, & valde literatus ſcutellas aliquando fratrum lauabat in pelui lapidea. Hic totum ordinem expropriauit in vita ſua, ſententias excommunicationis ferens contra omnes fratres ſubditos & prælatos, niſi intra certum tempus illis, à quibus habebant reditus vel eorum hæredibus reſignarent: quod etiam factum fuit, vnde ab aliquibus fratribus perſecutionem paſſus eſt.

Aſſumptus eſt autem ad cardinalatum per Clementem 5. frater Vitalis de Furno, tunc miniſter Aquitaniæ ordinis minorum. Quo tempore rex Armeniæ Ioannes dimiſſo regno nepoti ſuo Leoni ex magna deuotione ordinem minorum intrauit. Sed quia contra regnum infideles Turci inſurgebant, & dictus Leo eis reſiſtere non volebat, zelo fidei ſuccenſus arma cum habitu ſuo aſſumpſit, & infideles quam plurimos fugat & proſternit. Demum ab infidelibus occiſus fuit.

Eo tempore claruit ſanctitate vitæ & miraculis, in vita & poſt mortem frater Ademarus in Aquitania dicti ordinis. Præfatus autem generalis frater Gondiſaluus poſt quam annis nouem rexit ordinem, in Domino requieuit.

F. Alexander de Alexandria Generalis 16. A.C. 1313.

§. XIIII.

DECIMVSSEXTVS generalis fuit magiſter Alexander de Alexandria de Prouincia Genuæ electus in capitulo Barchinonæ celebrato. Hic cum ordinem gubernaſſet vno anno cum dimidio, diem clauſit extremum qui viuens ſcripſerat ſuper 4. lib. ſententiarum, ſepultus eſt Romæ in ara cæli, & poſt mortem eius fuit ordo fere per ſeptemdecim menſes ſine miniſtro generali. Eo tempore ſede vacante poſt mortem Clementis 5. plusquam duobus annis, cardinalibus hincinde extra conclaue diſcurrentibus, & ordine generali carente, aliqui ordini rebelles de prouincia Narbonenſi iterum ab ordinis vnitate & obedientia receſſerunt. Loca etiam Narbonæ & Biterratum vi armorum, & armatorum hominum, eiectis inde ſuis ſuperioribus, & aliis fratribus obedientibus, occupauerunt: & inde ſibi ſuperiores, cuſtodes, & Guardianos pro libito præfecerunt, reiectiſque habitibus communitatis ordinis, tanquam prophanis & illicitis habitus breues, & deformes cōtra ſuorum ſuperiorum præcepta & arbitrium aſſumpſerunt.

(E. Miſ. orti ſchiſma in ſcript. inter. auto bellū ptorupit.)

A.C. 1316. Plures etiam alij fratres anno domini 1315. & 16. de eadem & aliis prouinciis ad eos contra ſuorum ſuperiorum obedientiam acceſſerunt, & in rebellione illa perſtiterunt. Qui etiam contra ſuos miniſtros, & alios veros prælatos ſuos, & alios fratres obedientes appellando, & incarcerando tyrannicè inſurgentes de dictis conuentibus eiecerunt. Ex quibus multa ſcandala ſunt ſecuta. Excommunicationes verò, & alias ſententias contra ipſos a iure, vel ſuis ſuperioribus promulgatas contemnentes, eis in nullo deferebant.

F. Michael de Ceſena Generalis 17. A.C. 1316.

§. XV.

DECIMVSSEPTIMVS generalis fuit frater Michael de Ceſena, magiſter in theologia, de Prouincia Bononiæ electus in capitulo generali Neapolitano anno Domini 1316. Et in eodem capitulo fuit electus ad lecturam ſententiarum Pariſiis magnę ſufficientiæ Petrus Aureoli, dicto generali volente, quamuis aliqui adulatores, dicentes Generali, quòd ſe in electione ei oppoſuerat, niterentur pro viribus ipſum impedire, quibus generalis verbū notabile reſpōdit. Abſit (inquit) vt pro quauis offenſa, à me tantum lumen ordinis extinguatur. Eo anno dominus Iacobus cardinalis aſſumptus eſt ad papatum vocatus Ioan. 22. Lugduni vbi & canonizauit ſanctum Ludouicum epiſcopum Toloſanum dicti ordinis. Inualeſcente autem peſte diſſenſionis & ſchiſmatis dicti ordinis in conuentibus Biterratum & Narbonæ, miniſter generalis de voluntate domini Papæ ad eorum temeritatem compeſcendam, miſit illuc miniſtrum: ſed pars illorum fratrum ſingularium ad ſedem Apoſtolicam appellauit, Dominus vero papa commiſit negotium fratri Michaeli inquiſitori hæreticæ prauitatis. Qui attendens dictam appellationem multa friuola continentem, appellationi non detulit. Sed de mandato prædicti generalis præuia deliberatione appellantes puniuit ſecundum canonicas ſanctiones. Dominus autem papa Ioannes volens ponere finem liti inter fratres minores, duo puncta principalia totius diſceptationis, videlicet de forma, & qualitate habitus nechon de granariis & cellariis, in illa conſtitutione. Quorundam exigit, aliquido declarauit anno Domini 1328.

(Ioannes 22. papa creatur.)

(Extra. vag. com. tit. 14 cap. Quorundam exigit. hæc. coit. habetur.)

Frater Bertrandus de Turre miniſter Aquitaniæ aſſumptus eſt ad archiepiſcopatum Salernitanum, & poſtea ad cardinalatum epiſcopatus Tuſculani. Credo iſtum eſſe, qui edidit ſermones prædicabiles per totum annum ſuper Euangelia, & epiſtolas, ac prophetias notabiliter. Petrus aut Aureoli factus eſt archiepiſcopus Aquenſis.

Anno dñi 1321. feria 5. poſt dominicam de paſſione, quatuor de ordine minorum in Tana ciuitate Saracenorum fuerunt martyrio

co-

A.C. 1325.

coronati ſcilicet frater Thomas de Tolentino, frater Iacobus, de Padua Demetrius laicus ſeu conuerſus ſciens linguas varias, & Petrus de Senis. Qui cum prædicarent fidem Chriſti, & Machometum aſſererent filium perditionis, & legem eius abominabilem, Primo igni traditi ſunt: ſed cum nil in eos ignis læſionis intuliſſet, diuerſis cruciatibus occiſi ſunt, & miracula aliqua facta ſunt.

Anno verò 1325. celebratum fuit capitulum generale Perusij, in quo capitulo quæſtio de paupertate Chriſti fuit determinata, quæ iam in curia Domini Papæ Ioannis cœperat ventilari. Super quo Dominus papa fuit non modicum indignatus. Et tunc ſuccenſa eſt maior ordinis tribulatio dum prima videretur ſopita. Nam dictus generalis ad præſentiã Domini papæ ſe conferens, & determinationem factam in ſuo capitulo generali defendere volens, non ſe habuit ita reuerenter, vt debuit & prudenter. Quocirca inſtantibus fallacibus aliquibus ſuſurratoribus & detractoribus, indignatio Domini Papæ contra eum, & contra religionem incenditur, & pullulantibus hincinde ſcandalis, ordini malum irreparabile ſuſcitatur. Illis igitur temporibus contra ordinem Domino permittente totius religionis aduerſar⁹ inſurrexit. Nam aliqui fratres pondere propriæ temeritatis, & diabolico impulſu ab altitudine religionis perfectiſſimè in barathrum peccatorum cadentes, totum quodam modo iſtius ordinis ædificium conquaſſarunt. Nam eis Chriſti vicarium indignatione maxima commouentibus, inde flamma tribulationis per ordinem tantai diffunditur, vt clare beati Franciſci vaticin um impleri videtur. Miſit enim Dominus clientes ſuos dæmones, qui tantam brigam inter mundum, & fratres poſuerunt, quòd ad humilitatem ordinis redire humiliati, inducti ſunt inuiti, & ſic in agro religionis huius cum optimo tritico inimicus homo zizaniam ſeminauit. Flat ventus, mare mouetur, Petri & diſcipulorum nauicula Chriſto dormiente agitatur, ita vt penè mergeretur. Sic fluctuat Franciſci ſcapha, & tribulationum flatibus commouetur: ſed tantorum fratrum orationibus quaſi diſcipulorum clamoribus excitatur. Surgit illico Chriſt⁹, & mari imperat & venris & ceſſauit tẽpeſtas, & in vtraq; facta eſt tranquillitas concupita.

Briga.i.cõtentio & æmulatio.

Matt. 13.

Mat. 8.

Aſſumpti enim ad cardinalatus præcellentiam duo fratres Aquitanici, viri vtique literati. & ſuæ religionis minorum feruentiſſimi zelatores, frater videlicet Vitalis de Furno, & frater Bertrandus de Turre, canum latrantiũ cõtra ordinẽ clamorib. in facie eccleſiæ reſpondent. Viuebat etiam tunc Dominus Infans Aragoniæ, patriarcha Alexandrinus, qui ex magna deuotione ad ordinem, deferebat habitum minorum occultatum qui iuuabat fratrum cauſam. Parum ante iſtam tribulationem præceſſerat canonizatio beati Ludouici epiſcopi Toloſani qui in facie eccleſiæ crebra miraculorum coruſcatione refulgebat. Quis addilectionẽ ordinis fortius efferbuit, quam rex Siciliæ Robertus Ludouici ſancti frater, & Domina regina Sanctia vxor eius? Quę pro de-

Patroni ordinis Minorũ.

A.C. 1326.

A fenſione ordinis perſonam & potentiam ſuam obtulit, eam exponere parata & pro ſtabilirate ordinis & regulæ parata immolari: multi quoque reges ac principes ordinem in tanta tribulatione poſitum adiuuabant in curia, rex Franciæ, rex Caſtellę, rex Aragoniæ, rex Cypri, rex Maioricarum.

Interea Dominus Eleazarus comes Ariani deuotiſſimus, qui ſexdecim annos cum vxore ſua, religioſa muliere, Delphina nomine in virginitate, abſque lecti ſeparatione vixerat, Pariſiis in manibus fratris Franciſci de Maronis ex hac luce migrauit, qui poſitus in extremis B dixit. Gratias ago Deo, quia ſponſam meam Delphinam mente & carne virginem derelinquo. Cuius mors eadem hora ipſi vxori ſuæ in Prouincia Prouinciæ exiſtenti fuit diuinitus reuelata. Hic cum habitu minorum Pariſiis in conuentu eorum fuit tumulatus multis miraculis clarus.

Magna pars dictorum regum & principum ſcripſit pro excuſatione, & conſeruatione religionis ipſius cordialiſſimè Domino Papæ. Et magni magiſtri & famoſi tunc erant. Et ob hoc diuino inſtinctu Dominus Papa malitiam C inuidorum ſuſurrantium, & ſolemnitatem, & innocentiam religionis perpendens, flexus ad eam, tum ex compaſſione tum afflictione, litteras multum conſolatorias & fauorabiles miſit Pariſios capitulo generali, & ad amorem priſtinum eſt reductus. Et anno Domini. 1328. fuit capitulum generale Bononię celebratum. Et dictus frater Michael de Ceſena fuit per Dominum papam à generalatus officio abſolutus. Et dictus Dominus frater Bertrandus cardinalis fuit vicarius ordinis inſtitutus, qui D iuſſit ſequenti anno capitulum Pariſiis pro electione futuri generalis congregari. Eodem anno fratre Helia de nabinali miniſtro Aquitaniæ depoſito (qui electus erat ad legendum ſententias Pariſiis) ab officio his abſolutus in conuentu Montiſalbani recedit. In prouinciali capitulo de mandato dicti Bertrandi cardinalis vicarij ordinis, certis ex cauſis conſtitutiones, quas fecerat dictus frater Michael in Prouincia Aquitaniæ fuerunt totaliter abolitæ: dictus vero frater Michael duodecim annis officiũ generalis tenuit, & nõ obſtãte dicta eius depoſitione quantum potuit nomen generalis vſurpauit. E

Michael de Ceſena à generalatu deponitur.

Vbi notandum, quòd tempore huius generalis fratris Micaelis inſurrexit opinio fratricellorum, qui nolunt ſubiici prælatis eccleſiæ, & fecerunt ſchiſma, aſſerentes papam Ioannem 22. hęreticum, quia determinauit de concilio prælatorum eccleſiæ, quòd Chriſtus habuit cum diſcipulis aliqua mobilia in commu F ni ſcilicet quę dabantur eleemoſinaliter, quorum Iudas portabat loculos, quia hoc Euangelium expreſſe dicit Ioan. 4. c. ſcilicet, quod diſcipuli in ciuitatem iuerunt ad emendum cibos. Et Aug. 12. quæſt. j. habebat Dominus, Et ſi quis contrarium ſentiret pertinaciter, vt hęreticus haberetur, Et quia illi Fratricelli cõtrarium pertinaciter tenuerunt: vt hæretici ſunt condemnati & diuerſis temporibus in tali errore deprehenſi: & perſiſtentes ſunt igni traditi. Et per longum tempus

A.C. 1344. Marchia fuit receptaculum eorum. Demum tempore Eugenij quarti, & poſtea Nicolai quinti, ab eis purgata eſt, aliis igni deputatis, aliis in Græciam fugientibus. Sed de hoc errore & reprobatione eius plene habetur in 4. par. in tit. de dono conſilij. Iſte igitur Michael depoſitus à generalatu, hunc errorem ſecutus eſt, & multa ſcandala ſecuta ſunt. Nam imperator, qui erat Bauarus, fecit fieri alium papam, vel potius antipapam, & apoſtaticum, Petrum de Corbaria. Demum imperator priuatus fuit imperio, & apoſtaticus depoſitus, & incarceratus.

Gerardus Odonis generalis 18.
A.C. 1230.

§. XVI.

Decimvsoctavvs generalis fuit frater Gerardus Odonis, magiſter in theologia, de prouincia Aquitaniæ, electus Pariſiis in capitulo generali. In quo capitulo depoſitione dicti fratris Michaelis ab officio ſuppoſita tanquam certa, nihilominus ad tollendas eius cauillationes ſophiſticas, ex ſuperabundanti de voluntate dicti Domini Bertrandi cardinalis, fuit per omnes miniſtros & cuſtodes, qui aderant idem frater Michael ab officio abſolutus.

Illis diebus apud Panormum Siciliæ ſanctitate, & miraculis claruit frater Gerardus de ciuitate Valentiæ Longobardiæ, quæ in Pedemontium ſita eſt, oriundus. Qui decem annis matri ſuæ defuncto iam patre ſeruiuit de phtiſi & podagra infirmæ. Qua orbatus, omnibus temporalibus expropriatus, per aliquod tempus in habitu peregrini cum magna vitę auſteritate vixit. Demum quadrageſimo ætatis ſuę anno habitum minorum accepit. Qui poſtea annis triginta quinque in habitu laici ſeu conuerſi, in omni ſanctitate profecit, & multis miraculis etiam in vita refulſit, & ſpiritu prophetiæ non caruit. Ab obſeſſis pluribus dæmonia fugauit. Variis languoribus detentis ſanitatem reſtituit, ac poſt mortem prodigiis mirandis refulſit.

Per diuerſa etiā mundi climata complures fratres perfectione pleni, variis prodigiis eccleſiam & ordinem ſuum decorarunt. Et aliqui apud Saracenos martyrio coronati ſunt. Rex Robertus rex Sicilię moriens cum habitu ordinis minorum voluit ſepeliri in eccleſia monaſterij corporis Chriſti: quod eſt duplex, quia eſt ibi monaſterium fratrum, & monaſterium monialium, quæ ſeparata ſunt ab inuicem, ſed eccleſia vna: ita quòd in parte eius ſuperiore officiant ſorores, partem inferiorem fratres tenent: quę laicis patet in medio clauſa, vbi eſt ſepultura marmorea.

Robertus rex Siciliæ in habitu minorū ſepelitur.

F. Fortanerius generalis. 1.
A.C. 1344.

§. XVII.

Decimvsnonvs generalis fuit frater Fortanerius de Prouincia Aquitanię, electus in capitulo Maſſilienſi celebrato an-

A no Domini 1344. in quo capitulo fuit ordinatū quòd de cætero ſeruarentur conſtitutiones Domini fratris Bonauenturæ cum aliquibus addendis, tanquam ordinis fundamenta, aliis ſtatutorum compilationibus reuocatis. Eodem anno idem generalis recepit ad ordinem ſanctæ Claræ illuſtriſſimam Dominam Sanctiam de maioricis, Siciliæ & Hieruſalem reginam, ac inclyti præfati Domini regis Roberti relictam, quæ ob feruorem paupertatis omnia mundana contemnens in monaſterio ſan-

B ctæ Crucis de Neapoli ſub prima, & arctiori regula ſancti Damiani ſororum, elegit Domino, ſibi nihil temporale relinquens, perpetuo famulari. Quod monaſterium viuit de eleemoſynis præſtitis per fratres mendicatis. Et tantum dedit inauditæ humilitatis exemplum, quòd proprium nomen & titulum regni volens dimittere, eidem generali humiliter ſupplicauit, vt præcepto ſuo firmaret, quòd de cætero nullus frater vel ſoror vocaret eam Dominam Sanctiam, vel reginam, ſed ſororem Claram, & ancillam ſororum ſanctæ Claræ,

C quod & factum fuit. Hæc Domina regina multa monaſteria ſororum ſanctæ Claræ, & alia ordini minorum ſubiecta ob deuotionem ordinis conſtruxerat, viuente adhuc coniuge eius Domino rege Roberto, & intra ciuitatem Neapolitanam quatuor monaſteria ordini ſubiecta conſtrui fecit, videlicet monaſterium præfatum corporis Chriſti: vbi rex Robertus eſt ſepultus ſepulchro marmoreo ſculpto figuris pulcherrimis: quod monaſterium miris ædificiis, & reditibus & ornamentis & reliquiis eſt dotatum, in quo ferè ducentę ſorores

D & quinquaginta fratres morabantur conuentualiter. monaſterium ſanctæ Mariæ Magdalenæ & monaſterium ſanctæ Mariæ Ægyptiacæ & monaſterium ſanctæ Crucis, in quo in paupertate & humilitate maxima vixit, & vitæ curſum feliciter conſummauit.

A.C. 1344. Regina Siciliç & Hieruſa. & S.Claręfit monialis.

Circa illud tempus quidam dicti ordinis dictus frater Leuinus de Prouincia Franciæ in Cyro Babyloniæ pro confeſſione fidei glorioſo fuit martyrio coronatus. Flagrans enim deſiderio martyrij, acceſſit ad terram Saracenorum, & ibi prius quamdam quæſtionē multū ſubtiliter diſputauit, & clare determinauit,

E determinatā in ſcriptis ſanctę Romanę eccleſię, ſi quid nõ bene dictū eſſet, correctioni derelinquit. Et quæſtio erat talis. An licitū ſit Chriſtiano ſecundum Deū intrare muſchetas. i. templa Saracenorum ad prædicandum fidem Catholicam, & legem Machometi impugnandam. Et videbatur aliquibus quòd non, cùm ſtatim ſecundum ſtatuta Saracenorum, occiderentur, & ſic tales quodammodo ſine fructu interimerent ſeipſos. Ipſe frater Leuinus adducendo martyrum exempla, & ſanctorum do-

F cumenta, partem affirmatiuam elegit, & reſpondendo ad rationem dixit, quòd multi fratres zelo fidei muſcheras Saracenorum intrarunt, fidem Catholicam prædicarūt, & tamen non ſunt occiſi, quos & nominabat. Idem dicebat, quòd non ſequitur, tu dicis, vel facis, quo ab aliis occideris, igitur teipſum occidis, Nā & ſācti fidē Catholicā cõfitebātur: eū tamē ex tali cõfeſſione ſe à tyrānis occidēdos nõ dubitarēt, quos ſctā eccleſia, vt ſctõs verè colit

An liceat Chriſtiano Saracenorum templa intrare ſeu Chriſti fidē prędicandum.

A.C. 1344. lit &eorũ feruidã confeſſionem proponit aliis in exemplum. Quod autem ſenſerat vir Dei, exemplo demonſtrauit. Nam vna dierum feria ſexta circa meridiem quando Soldanus & alij Saraceni muſchetam intrauerant zelo fidei & igne feruoris accenſus muſchetam intrauit, & alta voce prædicauit:dicens,quòd eorum orationes nil valebant,& ꝙ omnes erant damnati,niſi reciperent fidem Chriſti,& baptiſmum, legem Machometi deteſtans. Qui propter hoc capitur,& cum ad negandum fidem, & retractandum quod dixerat promiſſionibus temporalium alliceretur,ipſe verò conſtans permaneret,confirmans quod dixerat, vt veriſſimum, demum occiditur. Rexit hic generalis Fortanerius ordinem 5. annis. Et poſtea per Clementem 6. papam factus eſt archiepiſcopus Rauennas. Remanſit nihilominus vicarius ordinis vſque ad capitulum ſequens,factus idem poſtea patriarcha Grandenſis.

F. Guilielmus Fermetij Generalis. 20. A.C. 1344.

§. XVIII.

VIGESIMVS generalis fuit frater Guilielmus fermetij, de prouincia Aquitaniæ,magiſter in Theologia in capitulo generali Veronenſi creatus,pñte & pręſidẽte capitulo prædicto fratre Fortanerio prædeceſſore ſuo. Fuit autem eo tempore tanta epidimia ſeu peſtis per vniuerſum mundum, vt vix tertia pars fratrũ remaneret. Nulla ſimilis memoratur, quæ dicitur peſtis quadrageſima octaua. Poſtmodum anno domini 1350. Clemens 6. dedit indulgentiam plenariam viſitantibus eccleſias Romæ patriarchales. Et ipſe Clemens 6. fuit primus qui ſtatuit iubileum, de quinquagenario in quinquagenarium fieri, quod poſtea ſic ſeruatum eſt. Quo etiam tempore fuit canonizatus ſanctus Iuo.

F. Gentilis ordinis Minorũ perturbator. Anno domini 1352. quidam frater Gentilis nomine,de Spoleto prouincia ſancti Franciſci & quidam alij ſecum quadam fatua deuotione ſeducti,in tantam audaciam proruperunt,vt ſe toti communitati ordinis opponentes,ordinẽ magno ſchiſmate diuidere molirentur. Supplicauerunt namque domino papæ Clementi, inſtantibus pro eis aliquibus viris notabilibus, eorum fatua deuotione deceptis,vt eis aliqua loca ordinis concederentur,in quibus poſſent regulam ad literam obſeruare. Aſſerebant namque,quòd communitas ordinis obſeruabat eã vt gloſſatam & modificatã per declarationẽ: ſummorum pontificum, ipſi ſeruare volebant ad literam ſine gloſſis,vt fuerat à beato Franciſco tradita in ſua primitiua puritate. Tandem impetrauerunt,quòd poſſent habere quatuor loca in prouincia beati Franciſci,& pro quolibet loco poſſent habere duodecim fratres, vel de fratribus ordinis,vel de ſecularibus quibuſcunque, nulluſque in hoc impedire valeret. ſtatimque fecerunt habitus paruos à communitate ordinis in menſura & figura diſformes, demũ acceperunt apoſtatas,& minus idoneos. Acceſſerunt etiam ad eos aliqui obedientiam & diſciplinam ordinis fugientes, quærentes

A libertatem,cum in multis non tenerentur ex dicto priuilegio prælatis ordinis obedire, quod ſanè materiam miniſtrabat tanti ſchiſmatis & ſcandali contra fraternam caritatem. A.C. 1354.

Anno domini 1354. fuit capitulum generale Aſſiſij celebratum, quo fratres tantam ſciſſuram ordinis ex dicto priuilegio dato fratri Gentili formidantes,voluerunt,quòd in publico conſiſtorio coram papa exponerentur pericula,& diſpendia ex illo priuilegio ordini euentura,& communitas ordinis totis viribus in curia papæ contra ipſos litigaret. Sed generalis prudens,attendens, quòd talis diſceptatio de obſeruatione regulæ poſſet eſſe periculoſa,& ſcandaloſa ordini(vt alias fuerat) elegit viam tutiorem dilationis. Et cum certis informationibus,per dictum generalem repertum fuit,quòd aliquos hæreticos,& ſuſpectos receptauerunt, quamuis ſe excuſarent longè eſſe ab erroribus eorum. Demum anno ſequenti dicto generali laborante, & domino Egidio de Hiſpania presbytero cardinale, qui tũc erat legatus in Italia fauorem præſtante,incarceratus fuit dictus frater gentilis cum duobus ſociis aliis de mandato dicti cardinalis. Et dictum priuilegium per dominum Innocentiũ fuit totaliter reuocatum. Inuenti ſunt tunc temporis multi Fratricelli hæretici eccleſiam & communitatem ordinis condemnantes, cõtra quos tam legatus, quàm generalis inquiſitores multiplicantes alios fugarunt,alios punierunt ſecundum canones. Tandem hic generalis fuit per dominum Innocentiũ factus præſbyter cardinalis,poſtquam rexit ordinem annis nouem.

Ordinis perturbatores incarcerantur.

F. Ioannes de Buco generalis. 21. A.C. 1357.

§. XVIIII.

VIGESIMVS PRIMVS generalis fuit frater Ioannes de Buco de prouincia Aquitaniæ,electus in capitulo Barchinonenſi anno domini 1357.

Quo tẽpore quidam archiepiſcopus Armachanos primas Hyberniæ Auenione in publico conſiſtorio multa propoſuit contra religioſos mendicantes,& eorum ſtatus, ac priuilegiorũ eorum abuſus. Inter quæ plurima fuerunt, ꝙ mẽdicitas volũtaria propter Chriſtũ aſſũpta, erat culpabilis,illicita,& dãnoſa. Itẽ ꝙ Chriſt' nõ mẽdicauit nec mendicare cõſuluit,ſed hoc prohibuit. Item quòd mẽdicare eſt cõtra ius diuinum,contra ius naturæ,&cõtra ius poſitiuũ. Item quòd cadens in peccatum mortale, non poterat in illo ſtatu dominium alicuius rei iuſto titulo poſſidere. Item quòd audire cõfeſſiones erat contra ſtatum mendicantium, nec priuilegiis ad hoc datis poterat vti ſine animæ ſuæ detrimento. Item quòd confeſſi mendicantibus vigore priuilegij Apoſtolici, tenentur nihilominus de neceſſitate ſemel in anno curato confiteri,etſi non ad obtinendum abſolutionem, ſaltem ad obſeruandum præceptũ illud eccleſiæ.c.Omnis vtriuſque. Iſta & multa alia per Angliam prædicauit. Cui papa Innocentius dedit quatuor cardinales auditores. Tunc

Errores archiepiſcopi Armachani.

A.C. 1358. religioſi contra ipſum proponunt multa erronea, in fide, ſuſpecta, quibus adhærens tanquã hæreticus, & excommunicatus debebat iudicari. Præfatus autem generalis cum rexiſſet ordinem anno vno, diemq; clauſit extremum. Remãſit vicarius ordinis præfatus frater Guilielmus exiſtens cardinalis, qui prius fuerat generalis. Quo tempore dominus Petrus de Aragonia Infans, filius quondam domini regis Aragonum, ex Dei reuelatione & ſancti Ludouici, contemptis omnibus, ordinem Minorum intrauit.

Petrus de Aragonia Infans ordinẽ Minorũ ingreditur.

F. Marcus de Viterbio Generalis. 22. A. C. 1458.

§. XX.

VIGESIMVS SECVNDVS fuit frater Marcus de Viterbio, magiſter in Theologia, de prouincia Romana, electus in capitulo Genuenſi, anno domini 1358. Et anno ſequenti mortuus eſt prædictus archiepiſcopus Armachanus, maximus mẽdicantium inimicus iuxta promiſſionem factam beato Franciſco, & ſic quòd latrabat contra mendicantes fuit ſine definitione derelictum, tanquã quid inſanum & erroneum. Frater Fortanerius, qui fuerat ex generali factus patriarcha Grãdenſis, per Innocentium creatus fuit preſbyter cardinalis, qui tamẽ antequam ad papam veniſſet, & capellum recepiſſet diem clauſit extremum.

Anno domini 1363. pro confeſſione Catholicæ fidei per Saracenos fuit martyrio coronatus dominus Frater Iacobus de Florentia epiſcopus Zointonenſis & alij duo eiuſdem ordinis Minorum fuerunt per Neſtorianos hæreticos capti, & fame cruciati palmam martyrij adepti ſunt. Circa illud tempus Vrbanus papa 5. qui ſucceſſerat Innocentio 6. miſit præfatum fratrem Marcum generalem ordinis Minorũ ad pacificandum ducem Sabandię & Marchionem Montisferrati, quos cum ad bonam concordiam reduxiſſet, miſſus eſt ad confœderandum Florentinos & Piſanos, inter quos guerra ferueſcẽte ſubſecuta fuerant multa damna. Quos cum multis laboribus & periculis contra ſpem multorum ad perfectam pacem reduxit. Tertiò miſſus fuit ad colligãdas ciuitates Italiæ contra magnam ſocietatem armigerorum prædantium, qui Italiam & maximè terras eccleſiæ deuaſtabant. Anno verò ſequenti frater Guil. de Caſtromaris terræ laboris, dum fidem Chriſti prædicaret, & deteſtaretur legẽ Machometi, ſectus per medium corporis martyrium conſummauit.

Iacobus de Florentia martyrio afficitur.

Anno domini 1365. celebratum fuit capitulum generale Florentiæ. Anno verò ſequenti fuit facta magna hæreticorum conuerſio per fratres Minores baptizatorum in Bulgaria cõtigua regno Vngariæ, & Vicariæ Boſnenſi, acquiſita vi armorum per Chriſtianiſſimum eiuſdem regni regem, vt patuit per literas generalis tranſmiſſas diuerſis. Cui inter cætera refert, quòd ad petitionem Chriſtianiſſimi regis Vngariæ, vicarius ipſius generalis miſerat octo ex fratribus ſuis ad quamdam patriam regno ac vicariæ contiguam: qui intra quinquaginta dies vltra ducenta millia hominum baptizarũt, qui in ſcriptis ſunt redacti: nec tamen adhuc tertiam partem illorum conuerterant, ſed ſperabant in breui conuertendos, vnde cõcluſiuè petebat mitti fratres, volũtarios tamen ad conuerſionem illius gentis. Ipſe autẽ generalis factus eſt per præfatum Vrbanum preſbyter cardinalis.

Bulgari ad fidem conuerſi.

A.C. 1367.

F. Thomas de Bononia Generalis 23. A. C. 1367.

§. XXI.

VIGESIMVSTERTIVS generalis fuit frater Thomas de Bononia, magiſter creatus in capitulo generali congregato Aſſiſij. Obiit tunc temporis bonæ memoriæ dominus Egidius Hiſpanus cardinalis epiſcopus Sabinenſis & legatus magno tempore in Italia, ſeuerus & terrefaciens omnes tyrannos ſepultus in conuentu Aſſiſij ob deuotionem beati Franciſci ſingularem. Huius generalis tempore duodecim fratres, qui habitabant in monte Sion, fuerunt capti per Saracenos cum multis aliis Chriſtianis, & martyrio coronati.

Leonardus de Gifono Generalis. 24. A. C. 1374.

§. XXII.

VIGESIMVSQVARTVS generalis fuit frater Leonardus de Gifono, magiſter de prouincia terræ laboris, electus in capitulo Toloſano, anno domini 1373. Ad quod capitulum dominus papa Gregorius 11. qui ſucceſſerat Vrbano 5. præcipuus pater & amicus ordinis, miſit bullas multum fauorabiles & vtiles toti ordini. Quarum vna fuit, q; protector ordinis non ſe intromitteret de gubernatione ordinis vel correctione, niſi in tribus caſibus in regula expreſſis, videlicet ſi communitas ordinis ab obedientia domini papæ vel Romanæ eccleſiæ deuiaret. Secundus ſi in fide vacillaret, vel regulam non ſeruaret. Tertius, ne aliquis frater à protectore ordinis aliquam promotionem peteret, vel datam acceptaret, ſub pœna excommunicationis, quam incurreret ipſo facto. Item miſit aliam bullam continentem, quòd generalis ordinis nõn faceret aliquem vicarium ſuum niſi ſubditũ, cũ ex oppoſito multa incõuenientia ſequerẽtur.

Quando protector ordinis poteſt gubernationi eius & correctioni inſiſtere.

Schiſma Eccleſiæ ſequitur etiã ſchiſma in religionibus.

§. XXIII.

POST hunc ſecutum eſt ſchiſma duobus gerentibus ſe pro papa. Quorum vnus reſidebat Romæ ſcilicet Vrbanus 6. alius Auenione, ſcilicet Clemens & diuiſis etiam regionibus. ſ. regiones Gallici cum Hiſpanis, & Anglicis, adhærentes Clementi, habuerunt vnum generalem, & Italici cum Alemannis & Vugaris adorãtes Vrbanũ, inſtituerunt alium generalẽ. Sed ablato ſchiſmate & vnita eccleſia ſub

A.C. 1361. ſub Martino 5. creatus fuit generalis Miniſter ordinis Minorũ frater Antonius Maiſa ſacræ Theologiæ pro feſſor, & prædicator eximius. Qui poſt aliquot annos, quia ordo nimis re laxabatur ſub eo, in capitulo generali Aſſiſij congregato pñte Apoſtolicæ ſedis cõmiſſario vno cardinale, honeſto modo fuit priuatus ſcilicet trãſlatus ex generalatu ad epiſcopatum Meſſanum.

Et creatus fuit magiſter Guilielmus de Caſali, vir valdè ſolers & induſtrius ad regendum & magnæ authoritatis. Guilielm' de Caſali Gener. 6.

Eo ad patres magiſtrante, in capitulo generali creatus eſt generalis magiſter Antonius de Ruſchonibus Longobardus. Facta tamen magna diſſenſione in capitulo de electione ipſius inter fratres, multi declinabãt ad eligendũ quemdam fratrem Albertum de Luſignano qui de obſeruantia dicebatur. Sed reducta cauſa ad curiam per Eugenium ſedata ſunt omnia, dato vno vicario generali fratribus de obſeruantia cum authoritate generalis. Antonius de Ruſcho. n. b Generalis. 47.

Poſt annos paucos eo decedente creatus eſt generalis magiſter Angelus de Peruſio, vir magnæ ſcientiæ: qui vix triennio ſuperuixit. Et poſt eũ factus eſt generalis miniſter magiſter. is qui anno domini 1467. migrauit ad dominũ. Angelus de Peruſio Gener. 48.

Vita S. Nicolai Tollentini bona fide à quodam Auguſtiniano conſcripta, tametſi MS. codex eius nomen non habeat. Surius hanc edidit, Tom. 5. de hoc etiam Eug. 4. in bulla canonizationis; hæc autem habentur. cap. 1.

CAP. X.

GLORIOSVS Deus in ſanctis ſuis, qui cum eos ad gloriam eligit ſempiternam non modo finem, aut medium, ſed etiam eorum vitæ exordia ſactificare dignatur, & magnificare. Siquidem beatum Nicolaum preſbyterum venerandum de ordine Eremitarum ſancti Auguſtini ex caſtro ſancti Angeli diſtrictus ciuitatis firmanæ, prouinciæ marchiæ Anconitanæ ducẽtem originem, volens ad coronam honoris & gloriæ pater cæleſtis aſſumere, viſitatione Angelica eius ortũ extollere digniſſimum, & magnificare dignatus eſt. Sanè cum mater eius Amata nomine cum ſuo viro Campagnono nuncupato iã proceſſiſſent in diebus ſuis pluri mis annis ſteriles permanentes, multum auidi & anxij prolis habẽdæ, hoc à domino aſſiduis precibus cum beneplacito ſuo poſtulabant. Preces autem ſuas non efficaces per ſe exiſtimantes ad obtinendum tantum beneficij munus, ad aliquem ſanctorum conuerſi, beati Nicolai, ad quem ſingularem deuotionem habebant, meritum & interceſſionẽ inuocarunt: votum vouentes ei viſitandi limina eius vſque ad Barum, vbi dicitur eius corpus quieſcere, ſi eis filius concederetur. Non deſpexit dominus orationes eorum, ſed apparens eis Ange- A lus domini in ſomnis, eos admonuit, vt ad eccleſiam ſancti Nicolai in Baro iter aſſumerent, ibique exiſtentibus diceretur eis, qualis erit proles ex eis naſcitura. S. Nicola' precib à Deo à parentib. impetratur. Iob 5.

A.C. 1306.

Quod euigilantes non ſurda aure perceperunt, ſed commendatis rebus ſuis conſanguineis, & amicis peregrè profecti ſunt. Qui incolumes Barum applicantes eccleſiam beati Nicolai ingreſſi, oblationibus factis orantes obdormire cœperũt. Et ecce B. Nicolaus eis apparet, in habitu pontificali dicens: Interuentu meo vt prædictũ eſt vobis filius naſcetur maB ſculus, cui nomen meum imponetis. Hic erit domini Ieſu Chriſti ſeruus acceptiſſimus, religioſam arctamque vitam ducens, ſacerdotio quoque fungens acceptabile ſacrificium Deo offeret, à Deo ſignis & prodigijs fulgens. Cap. a.

Surgunt præfati coniuges à ſomno, & indubij factæ ad eos promiſſionis gratias agunt domino Deo, & beatiſſimo Nicolao, indéque ad propria ſunt reuerſi. Concepit igitur Amata ex viro filium, cui naſcenti Nicolai nomen imponunt, qui infantiam tranſcendens literis traditur imbuendus. Adoleſcens effectus mulieC rum, & iuuenum non ſolum laſciuias, ſed & conſortia euitabat, conſiderans quia adoleſcentia & voluptas vana ſunt, & mulieres apoſtatare faciũt homines. Ideo eccleſiæ frequẽter terebat limina, verbum Dei attentè audiens, & ad ſe mente pertractans in Deum ſic deuotum attollebat ſpiritum, vt Chriſtum corporalib. oc lis conſpexiſſe credatur. Vnde & ſeruitori ſuo in infirmitatibus, cum ſermo ageretur de innocentia paruulorum, quàm ſit Deo grata familiariter & ſecreto ait: Ego ipſe peccator, quem vides, dum illa innocenti ætate D gaudebam in eccleſia conſiſtens dum ſacerdos celebraret, & hoſtiam conſecratam eleuaret à populo adorandam, his oculis aſpexi patenter puerum aſpectu pulcherrimũ, veſtitu ſplendidum, facie rutilantem, riſu applaudentem, linguam dicentem: Innocentes & recti adhæſerunt mihi. In iuuenili igitur ætate ſanctè conuerſans cuiuſdam eccleſiæ ſ. ſaluatoris canonicus efficitur regularis. Naſcitur S. Nicola'. Eccleſ. 11. Eccleſ. 19. Pſal. 24. Vt Religionẽ Eremitarũ. Auguſt. ingreſſus. cap. 3.

Accidit autẽ vt quidam frater ordinis eremitarum ſancti Auguſtini deſtinaretur à prælatis ſuis ad conuentum dicti ordinis in caſtro E ſancti Angeli vbi tunc moram trahebat iuuenis ſanctus firmum, ad ſeminandum verbum Dei qui deuotus, & doctus gratioſè audiebatur à cunctis. Cùm autẽ vna dierum prædicando in platea coram turba copioſa plebis deuotè audiretur, inter cætera quoque induxit authoritatem beati Ioannis in canonic. j. nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo ſunt nec ea quæ in mũdo ſunt, quia mũdus trãſibit & concupiſcentia eius. His verbis inflammatus Nicolaus ætate iuuenis mente canus, ad perfectum mundi contemptum, perfecta præF dicatione illum rogauit obnixè, vt vellet ipſum in ſuam ſodalitatem & ordinem recipere mundum iam deferere cupientem. Illo autem recuſante eius precibus ſine parentum conſenſu annuere, parentes interrogantur: At filij voluntate perfecta, propoſito ſuo, non vt carnales, qui in filiis nõ niſi carnalia quærũt, ſed verè ſpiritualcs cũ gaudio, cõſeſerũt. Sic igitur habitũ ſuſcepit 1. Ioan. 2.

A. C. 1300.

ſuſcepit ordinis Eremitarum. Et de virtute in virtutem proficiēs apicem perfectionis apprehendit, factus & fratribus vitæ ſpeculum, ſanctitatis exemplum, ad ſacerdotium promotus, & prædicationi expoſitus, magis orationi, meditationi, contemplationi vacabat, quàm alijs exercitiis.

De liberatione perfecta per orationes eius quorumdam à purgatorio, & germani eius ab inferno.

§. I.

Hanc eremũ vani inauenſē & ciuitatē Piſās Surij codex vocat.

CVM adhuc iuuenis exiſtens, aſſignatus fuiſſet conuentualis à ſuo prouinciali in conuentu cuiuſdam eremi, quæ dicitur Vallimanes, prope ciuitatem Piſaurienſem, illuc profectus, orationi multum inſiſtebat. Et pro hebdomadario cum ad miſſam conuentualem deputatus fuiſſet celebrandam nocte quadam poſt matutinas paulum obdormiuit, & ecce anima quædam voce magna, & eiulatu non modico vocat eum dicens: Frater Nicolae, vir Dei reſpice in me. Qui ipſe reſpiciens, & quis eſſet non recognoſcens, interroganit quis eſſet. Quæ reſpondit: Ego ſum anima fratris Peregrini de Auximo, quem viuentem miſerum nouiſti, qui crucior in hac flamma, cuius contritionem Deus non deſpiciens, non ad pœnam æternam, ſed purgatorium miſericordia ſua me deputauit. Te igitur humiliter precor, vt miſſam digneris pro mortuis celebrare, vt eripiar ab his flammis. Cui reſpondit vir Dei Nicolaus Iuuet te dominus, mi frater, ſaluator meus, cuius ſanguine es redēptus. Ego enim, quia ad miſſam conuentualem ſolēniter celebrandam ſum deputatus, præſertim die dominica (talis enim dies erat, cuius officiũ mutare nō decet) pro mortuis miſſam celebrare non valeo. Et ille: Veni venerande pater (inquit) veni, & intuere, vtrum te decet petitionē tam miſeræ multitudinis, quæ me miſit ad te, tam immiſericorditer propulſare. Ipſum igitur ad alterā partem eremi ducens illam paruam planitiem iuxta Piſaurum ei oſtendit, vbi erat promiſcui ſexus multarum ætatum, ſtatuum, ac ordinum diuerſorum innumerabilis multitudo. Miſerere pater (inquit) miſerere turbæ tā miſeræ ſibi tuum auxilium expectantis. Nā ſi pro nobis dignatus fueris Miſſas celebrare magna pars ab his atrociſſimis cruciatibus euaderetur. Euigilans igitur vir ſanctus, magna eorum pietate commotus, cū maxima lachrymarum effuſione cœpit pro eis ſaluatorem omnium orare. Manè verò ante priorem proſtratus, ad euitandam iactantiam, non viſionē exprimens, ſed aliam cauſam opportunitatis, importunè ſupplicans impetrauit, vt illa hebdomada pro defunctis permitteret eum celebrare. Quod cum obtinuiſſet, & tota illa hebdomada pro mortuis celebraſſet, præcordialibus lachrymis die ac nocte pro illis orans, ea tranſacta, ecce dictus frater Peregrinus apparuit de impetratam ſericordia gratias agens, aſſerens ei magnā partem illorũ, quos viderat in ſupplicijs, & ſe à pœnis illis liberatos ad gloriā euolaſſe, dicens. Liberaſti nos de affligentibus nos & odientes nos confudiſti.

Pſal. 3

Nec illud prætermittendum eſt, quòd omne prodigium ſuperat, animam ſcilicet ab inferno liberare. Nam ipſe Nicolaus in conuentu Rachanatenſi reſidens, de domo fratris ſui nuncium recepit doloris & luctus, qui genib. eius prouolutus clamabat cum lachrymis dicens: Vbi ſunt virtutes tuæ? vbi preces tuæ Nicolae? Ecce de manibus tuis requiretur & anima, & corpus fratris tui. Ab iniquis enim in caſtro tali occiſus eſt ſubito. Audiēs hæc vir Dei, lachrymas continere non valuit. Heu (inquit) miſer, quia damnatus eſt. Remiſſo igitur nuncio, abſtinentiæ grauiori ſe dedit, & orans cū lachrymis die ac nocte per quindecim dies, vt ſaluator noſter dominus Ieſus dignaretur ei oſtendere an ſalua vel damnata foret anima fratris. Cùm autem in eccleſia maneret lampadē præparans ad lumen exhibendũ ob reuerentiam ſacramēti Euchariſtiæ, audita eſt vox clamātis & dicētis. Frater mi, frater mi, gratias ago Deo ſaluatori meo, qui tuas preces lachrymoſas oculo ſuæ pietatis attendens, cum damnatus eſſem, liberauit me. Timens autem vir ſanctus verſutias diaboli, qui ſe aliquando trāſformat in Angelum lucis, ſine timore aliquo ſtatim ait: Quid me tētas malignè? frater meus mortuus eſt, & Dei eſt ſaluare, & damnare. Et ille: Nil in me dubites frater mi, verè enim Gētilis ſum frater tuus, tuis precibus à domino Ieſu Chriſto liberatus de inferno, confortare, & robuſtus eſto in operibus pœnitentiæ, quæ cœpiſti. Grata enim ſūt Deo opera tua, & quicquid à domino petieris, impetrabis.

Surij liber hoc exemplum non habet.

Anima ab inferno eius precib. liberatur.

Inuidus autem hoſtis antiquus per quemdam conſobrinum ſuum à ſancto propoſito eum reſilire procurauit. Hic enim conſobrinus eius, cum prior eſſet eccleſiæ, quæ dicitur Maria Iacobi, prope ciuitatem Firmanam, aſpiciens auſteritatem, egeſtatem, & miſeriam eius compatiens corpori magis, quàm animæ. Vt quid tantam (inquit) pateris paupertatis miſeriam? Conditio ordinis egeſtas eſt, nec poteris religionis præcepta auſtera adimplere. Tuæ igitur conſule iuuentuti, & huius mei monaſterij bonis mecum gaude. At vir ſanctus iaculum tentationis cognoſcens, in eccleſia dicti monaſterij orationē deuotiſſimā pro ſcuto defenſionis accepit. Orationi ergo aſſiſtens audiuit voces plurimorum, & quorum niſi Angelorum conclamantium tec Tollentini erit finis tuus. In vocatione autem, qua vocatus es in ea permaneas, nāque in ea erit ſalus tua. Cōtemptis igitur Nicolaus blanditiis Prioris illius ſui conſanguinei, quibus conabatur eum in ſuis deliciis retinere, reuerſus firmum inuenit ſui ſuperioris obedientiam de conuentualitate ſui ordinis ei aſſignatam, ſcilicet Tollentini conuentus, qui vt verus obediens cōcitus illuc perrexit.

Conſobrinus ei male cōſulit, cap. 6.

De abſtinentia eius.

§. II.

TRIGINTA annis Tollētino in cōuētu permanēs, nũquā carnes, oua, piſces, aut alia

cap. 6.

A. C. 1300.

alia pinguia,& lacticinia, aut poma, ſanitatis A
aut infirmitatis tempore repertus eſt comediſ-
ſe. Cùm ſemel infirmatus eſſet, & fratres de ſui
debilitate dubitarent, de conſilio medicorum
(quos tamen vitare volebat, ſpem ſuam ponés
in Ieſum cœleſtem medicum, (qui nouit om-
nes ſanare languores) Prior ſibi mandat come-
dere carnes ne ex debilitate deficiat. Qui eum
rogauit, vt in hoc non foret ſibi moleſtus ſci-
liceti n carnium eſu, dicens: Melius eſt huic
carni ponere frænum, quàm relaxare habe-
nas, vt ad peccatorum foueam obruas animá B
condemnandam. Sed cum prior cerneret peri-
culum vitæ imminere ex debilitate, mandauit (Obedietię præſtātia. Greg. vlt. mor. c. 12.)
ei omnino, vt carnes comedat, qui præponens
abſtinentiæ obedientiam, & meritò, quia cun-
ctas virtutes méti inſerit, inſertáſque cuſtodit,
paruula accepta particula carnium ſemel de-
guſtauit, dicens: ecce obediui, me amplius de
gulæ vitio moleſtare nolite. Non defuit cœle-
ſtis medici cura, qui eum quàm citiſſimè ab
ægritudine liberauit. Nec ſolum à prædictis
abſtinebat cibariis, ſed & niſi graui teneretur
languore, ſecunda & quarta ſexta feriis, & in C
honorem virginis glorioſæ ſabbato ſemel in
die pane reficiebatur & aqua. Antiquus hoſtis
eius inuidens auſteritati, cœpit immittere in
mẽtem eius diuerſas infirmitates graues, quas
paterentur aliquãdo fratres propter vitæ aſpe-
ritatem. Et hinc dubitatione exorta, ne forte
non grata Deo eſſet abſtinentia ſua, & decipe-
retur à diabolo, ſuper his anxius cœpit domi-
nũ orare vt mentẽ eius illuminaret ad cogno-
ſcendum beneplacitum ſuæ maieſtatis. Appa-
ruit autem dominus in ſomnis dicẽs. Nicolae, D
depone triſtitiam, quia tua mihi placent ope-
ra, quæ cœpiſti. Indeque conſolatus eſt.

Et cum non multò pòſt graui fuiſſet febre
correptus, & de trãſitu eius dubitaretur, magis
glorioſę virginis Dei genitricis, & beati Augu-
ſtini decreui auxilium implorare, quàm medi-
ci terreni. Cui dormienti apparuit beatiſſima
Dei mater cum beato Auguſtino aſpectu ineſ-
fabili, quam cum ſtupefactus aſpiceret, interro-
gauit quænam eſſet. Quæ reſpondit. Ego ſum
mater Dei cum Auguſtino quos inuocaſti, &
ecce ad te venimus ad præſtandum remedium E
recipiendæ ſanitatis. Protenſoque digito ver-
ſus plateam ait: Mitte illuc ad aliquam domi-
nam pro vno pane recenti in nomine Chriſti,
quem in aquam intinctum, cum comederis
ſanitatem illico conſequeris. Euigilans igitur
ſeruitori mandat, vt pro pane vadat, quem ad-
ductum & in aquam immerſum cum partem
comediſſet ſubitò incolumis de grabato ſurre-
xit, Deo gratias agens, & matri eius.

Nec illud omittendum, quòd ieiunium tri-
duanum in hebdomada ſeptemnis inchoauit
perficere. Non ſolum autem abſtinentia cibi F
& potus, ſed verberibus pœniſque aliis ſuum
corpus in animæ ſeruitutem redigebat. Ferrea
catenula carnem ſuam verberabat. Solis paleis
in lecto parum quieſcens vtebatur. Tunicis a-
ſperis, & repetiatis induebatur, delicias & mol-
lia fugiens. Orationi maximè erat aſſiduus, in-
tantum quàm poſt completorium vſque ad
primum galli cantum, & poſt matutinum vſ-

que ad mane, & poſt miſſam niſi confeſſioni-
bus occupatus eſſet vſque ad tertiam, & poſt
nonam vſque ad veſperas præter conſtitutas
horas, in quibus ſemper primus erat, ſemper
orabat. Locus autem orationis non ſolum o-
ratorium apud altare, ſed & cella, in qua duos
conſtituerat lapides, ad quorum vnum genua
flectebat, ad alterum brachia, quando nimio
orationis labore laſſus erat appodiabat. (Appodiare, ianniti.)

Suæ autem orationi diabolus indignans,
non ſolum per malas tentationes, ſed & per (Dæmon eũ impedire conatur, ab oratione.)
dura verbera, & apparitiones terribiles eum
moleſtabat. Super oratorij quoque tectum ini-
micus ſtans, voces diuerſarum ferarum forma-
bat, imbriceſque reuoluens tectum ſubuertere
videbatur. At vir ſanctus illuſiones diaboli in-
telligens, orationi vehementius inſiſtebat,
quod ille non ferens cum furore ingreditur
oratorij oſtium, & ad eum orantem accedens
ſic verberibus afflixit: quòd multis diebus vul-
nerum cicatrices in eius corpore apparebant.
Pluries hoc egit inimicus, adeo verberans,
quòd fratres audientes conflictum dæmonum
C ad eum accedentes inuenientes eum in terra
eliſum, & contractum, ad lectum ferebant, nec
tamen orationes conſuetas dimittebat.

Officia caritatis eius erga proximos, cap. 9.

§. III.

D

Sicut autem Deo in orationibus aſſi-
duis deſeruiebat, ita & proximo in ope-
ribus miſericordiæ, & pietatis. Infirmos nam-
que viſitabat, eis intantum compatiens, quòd
quicquid delectabile pro eis habere poterat
procurabat. Etiam ſine baculo ſe ſuſtentare
non valens ex verberibus aliquando dæmo-
num ad eum accedentium, viſitationes infir-
E morum non dimittebat, eos confortans diui-
nis eloquiis, quæ veluti ſagittas acutas in cor-
de geſtabat. Inter ſanos, & infirmos conuer-
ſans, ſatiari non poterat dulcedine mirabili
verbi Dei prædicando, & loquendo. Compa-
tiebatur non minus ſpiritualiter infirmis, ita vt
pro multis peccatorib. ſibi confitentibus ora-
ret, ieiunaret, celebraret, & cũ lachrymis dñm
oraret, vt à peccatorum nexibus ſoluerentur.
Pauperes diligebat verbo & opere, veſtimen-
ta eis procurans & cibos. Hoſpites fratres li-
benter recipiebat, vt Angelos Dei. Mœſtis erat
F lætitia, afflictis conſolatio, diſcordãtibus pax,
laborantibus refugium, in opibus ſubſidium,
captiuis remedium ſingulare. Quicquid victus
& veſtitus erat fratribus, modicum reputabat,
cum tamen ipſe paucis minimiſque conten-
tus eſſet. Huius rei gratia, quæ ſua erant non (Aug. re.)
quærebat, ſed quæ Ieſu Chriſti, non propria
communibus, ſed communia propriis præpo-
nebat, prout in regula Aug. didicerat.

Verba

A.C. 1350.

Verba eius vt facula ardebant. Nil otioſitatis, ſuperfluitatis, vel ampulloſum erat in eis: omnia ad ædificationem fiebãt per eum, honeſtate plena, ſanctitate redolentia. Hanc ergo lucernam accenſam non permiſit glorioſus Deus latere ſub modio, ſed ſuper candelabrum poſuit, ad illuminandum omnes, qui ſunt in domo eccleſiæ, per euidens indicium luminis. Cũ enim quadam nocte diu perſtitiſſet in oratione in cella ſua obdormiens aliquantulum, vidit in ſomnis ſydus clariſſimum, quantitate maximumm, otu rectilinium: ſitu verò non altum, ſed quaſi prope terram inſidens, videbatúrque, quòd huiuſmodi ſydus ex caſtro ſancti Angeli, vnde originem traxerat, haberet initiũ: motu verò rectilineo progrediens Tollentinũ ante altare, poſt chorũ oratorij, vbi conſueuerat frequentius celebrare & orare, ſtabilitatem haberet, & terminum. Ad cuius rei ſpectaculũ gentes diuerſarum prouinciarum ibi videbantur conuenire. Et cum hoc ſigno maximo pluribus etiam aliis noctibus certificatus eſſet [magno ſtupore affectus eſt.] Cúmque hanc viſionem referret cuidam fratri ſibi familiari, bonæ opinionis, & ſcientiæ competentis, ſimpliciter vt ab amico quærens interpretationẽ eius, & ille expoſuit hoc ipſum ſignificare eum migraturum illo, & miraculis clarificandum inſtar ſideris, ille vt humilis inquit: Cariſſime frater, ego ſum ſeruus inutilis Ieſu Chriſti, ipſe mihi exponat, quia tu viſum hoc non intelligis. Non poſt multos dies cum more ſolito intraret oratorium, quædam ſtella quaſi motu progreſſiuo ibat ante eum, vſque ad locum altaris prædicti. Et cum hoc quotidie per plures dies accidiſſet, vna dierum experiri aliquid voluit circa eã rem. Vnde cũ intraſſet oratoriũ, & ſtella ante eum, facta aliquantulum oratione ſurgens in locum oratorij ambulans non amplius ſtellam videret. Sed ad altare redeunti ſtella ſupra locum ei apparebat. De hoc certificatus per plures annos ante obitum ſuum, cum poſtea ad extrema veniſſet, fratribus caritatiuè impoſuit, vt in illo loco eũ ſepelirent, vbi ſtellam firmari viderat, nec inde aliqua cauſa amouerent. Eo igitur viam vniuerſæ carnis ingreſſo, multo tempore & continuatis annis in die obitus ſui, in qua gentes innumeræ ad viſitandum eius venerabile corpus pro diuerſis infirmitatibus curandis conueniebant, non ante, nec poſt ab hominibus percipere valentibus, ſtella illa quaſi fixa ſupra ſuum tumulum ſtare videbatur ad inſinuandum vtique claritatem ſanctitatis eius.

Mat. 5.

Claritas eius futura ei demonſtratur.

Stella ad eius tumulũ die obitus ſui viſa.

Miracula ab eo viuo facta. cap. 10.

§. IIII.

PLVRIMIS quoque effulſit in vita ſua miraculis, quorum breuiter quædam hic ponuntur. Mulier quædam Margarita nomine, habens virum de Tollentino concepit filiũ, vir autem peregrè profectus eſt, peperit autem maſculum dum vir abeſſet, qui & mortuus eſt

A antequam vir ſuus rediret: quæ tantum dolorem de morte eius aſſumpſit, vt infirmaretur adeo, quòd reuerſo viro, cum ex eo pluries cõcepiſſet, abortiuum pariebat exanime. Cúmq; iã per ſepténiũ hoc paſſa eſſet, effecta grauida acceſſit ad virum Dei, explicans miſeriam ſuã, timens ne modo ſolito abhortiretur. Sanctus ei compatiens facta pro ea oratione, conſolatus eſt eam, prænuncians hoc amplius ſibi nõ euenturum, ſed omnes viuẽtes pariturã. Quod & factum eſt, filiam ea pariente viuentem, & alios ſimiliter in futurum. A.C. 1350

B Eiuſdem mulieris filię Cæcæ nomine, quædam tumefactio orta eſt ſub mento ad modũ oui ancerini, & cum de inciſione per medicum tractaretur, & ſatis formidaret, ne ex inciſura mortem incurreret, ipſe vir Dei hoc audiens miſit ad matrem, vt adduceret infirmam ad illum. Qua delata, cum Nicolaus ſanctus præmiſſo ſigno crucis oraſſet ſuper eam tangens locum morbi, priſtinæ reſtituit eam ſanitati. Alterius quoque filij præfatæ mulieris, cum antequam baptiſmum completè reciperet animam à corpore receſſiſſet, nimis afflictam mu-

C lierem illam viſitauit vir Dei, ad quam conſolandum inſinuauit & viſionem quam habuerat in ſomnis, videlicet quòd anima pueri decedentis fuerat poſita in manibus eius, quam cũ dæmones quærerent vt ſuam ſecum deferre, rogaui (inquit) dominum, vt mitteret Angelum ſuum, qui de poteſtate eorum eriperet, quod & factum fuerat: vnde anima illa paradiſum introiret, & inde conſolationem reciperet. Mãdauit mulieri, vt nemini diceret viſionem, donec viueret.

Quædam mulier de Macerata Tollentini

D habitans, ita infirmitate grauata eſt capitis q; oculi & facies tota intantum vertebantur ad alteram partem, quòd quaſi aurib. iungebãtur. Hæc venit ad virum Dei poſtulans benedici & tangi manu eius. Quo facto, & orante eo omnino priſtinæ reſtituta eſt ſanitati. Cuius filius cum in igne cecidiſſet, & brachium in manu eius combuſtum foret, adductus ad eum, facto ſigno crucis, & dicto, Sanet te dominus Ieſus Chriſtus: perfectè ſanatus eſt. Cœlum illuminauit. Fractus in genitalibus, ita vt viſcera deſcendiſſent, oratione ſua ad priſtinum ſtatum

E rediit. Patiens fluxum ſanguinis mulier ſanata eſt.

De fœlici tranſitu eius.

§. V.

PER ſex menſes antę obitum eius omni nocte ante matutinas aurib. corporalib. cantũ

F Angelicum eum dominus faciebat audire. Et cum eſſet in vltima ægritudine, quidam viſitantes eum à diuerſis languoribus ſanati ſunt. Morti appropinquans vocatis fratribus, ſic eos alloquitur. Quamuis nihil mihi conſcius ſim, tamen non in hoc iuſtificatum me eſſe ſentio, ſeu cognoſco. Et ideo, ſi quem læſi, ſi in ali-

Audiuit multo tẽpore Angelorũ cõcẽtus. c. 11.

quo

A. C. 1300

quo quempiam offendi, voſipſi iudicate, & delictis parcite, vt dimittantur & vobis delicta veſtra.

A priore petiit abſolutionem & omnia eccleſiæ ſacramenta, quæ deuotiſſimè ſuſcepit. Deinde rogauit, vt crux poneretur ante oculos eius, vt continuè aſpicere poſſet, eam ſalutans, & multipliciter ſe ei commendans, exhilaratuſque ait: Dominus meus Ieſus Chriſtus ſuæ matri inhærens, & beato Auguſtino mihi dixit. Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudiū domini tui. Demum orantibus fratribus, dire- (Mat. 24.) ctis oculis ad crucem ait: In manus tuas domi- B ne commendo ſpiritum meum. Sicq́ue anima ſancta ad cœlum fœliciter euolauit. Poſt mortem eius & ſepulturam, multa miracula ad inuocationē nominis eius facta ſunt. Cæci multi illuminati ſunt, claudi plures erecti ſunt, ſur- (Cap. 4.) di auditum receperunt, loquelam muti non pauci, & (quod maximum eſt) ſex mortui reſuſcitati per merita eius: quorum nomina & loca & modus deſcribitur in legenda eius, ſed ob breuitatem dimitto. Captiui quidā carceres euaſerunt, alij in mari naufragium.

S. Brigidæ viduæ ſeu Brigittæ vita, quam habet Surius, ſed paulò copioſiorē Tom. 4. ei ſuffragatur Bonifacius 9. in bulla canonizationis.

CAP. XI.

SANCTA Brigida de regno Sueriæ oriunda fuit. Ex ſanctorum enim ibi regum progenie non ſolum illuſtrem duxit originem, verum etiam de nobilibus deuotiſque progenitoribus orta fuit. Pater eius multa loca ſanctorum, vt Iacobi Apoſtoli, & aliorum viſitauit ex deuotione, qui etiam omni die Veneris peccata ſua conſueuit humiliter confiteri, dicens. Sic me die Veneris præparare volo ad Deum, vt quicquid cæteris diebus mihi contigerit aduerſi, æquanimiter ferre ſim paratus ex memoria Dominicæ paſſionis, cuius veſtigia imitatus eſt vnus ex filiis & frater Brigidæ, addens poſt confeſſionem ſecretam cum flagellis aſperis caſtigationem. Mater ſanctæ ſimiliter nobilis extitit & deuota cuius pater de ſemine regio ortus eſt. Mater hæc cum adhuc Brigidam geſtaret, in vtero ſuo, contigit eam nauigantem in quodam ſinu maris pati naufragium. Et cū multi promiſcui ſexus fuiſſēt ſubmerſi, dux regni vidēs eam in periculo conſtitutam, omnibus modis, quibus potuit, ad littus eam incolumem perduxit. Nocte autem ſequenti apparuit ei in ſomnis quædam perſona venerabilis in veſte fulgenti, dicens. Saluata es propter prolem, quam habes in vtero, & ideo nutri eam cum caritate, quia hoc ſpecialiter tibi à Deo extat donatum. Nata puella ſancta in ſæculo, ætate proficiebat & gratia, & ferè per triennium qua-

(Mater ei9 de ea grauida ob filiā euadit naufragium.)

A.C. 1350.

A ſi elinguis obmutuit, & os ſuum non aperuit ad loquendū. In fine triennij adeo plenè vſum loquendi obtinuit, quòd iam non more loqueretur infantium, ſed contra tam tenellæ ætatis naturam verba perfectiſſimè reſonaret.

Mater eius cum operibus ſemper bonis inſiſteret, & eleemoſynis, infirmata eſt ad mortē & deuotè in domino requieuit, confortās eos, qui de tranſitu eius dolebant, dicens: Sufficit hucuſque vixiſſe. Gaudendum eſt, quia ad potentiorem dominum pergo. Ea igitur defuncta, amabilis virgo Brigida materteræ ſuæ, ma- (Matris ei9. mors.) B gnæ prudentiæ dominæ deuotæ à patre traditur nutrienda. Cúmque ſeptimum attigiſſet annum, vt ex iucundis principiis iucundior rei expectaretur euentus, vidit ex oppoſito lecti ſui altare, & dominam quamdam fulgidis veſtibus ornatam, ſuper id ſedentem, in manibus ſuis coronam habentem, quæ ei dicebat. Brigida veni: Illa hæc audiens ſurrexit è lecto, confeſtim ad altare accedens. Cui domina ait: Brigida vis ne habere coronam iſtam? Annuente illa impoſuit domina coronam capiti eius, ita quòd ſenſit quaſi circulum coronæ tangere ca- C put ſuum. Redeūte ea ad lectū diſparuit viſio, numquàm tamen poſtea eius oblita, per quod dabatur intelligi, quòd mens eius altare domini efficeretur, in quo ſemper ignis diuini amoris arderet, vnde & coronam immarceſſibilem à domino conſequeretur. Iam decennis effecta, velut lilium mundiſſimum totius honeſtatis candore renitens, omnis virtutis flagrabat odoribus, fulgebat in ea ſobrietas cum modeſtia, ſimplicitas cum verecundia, humilitas cū obedientia, ſpecioſitas in conſcientia, hilaritas in patientia, & caritas indefeſſa, proper quæ D omnium oculis gratioſa ab omnib. amabatur.

Quadam die cum virgo Dei deuota in eccleſia de paſſione Chriſti prædicari audiret: ipſa conſeruans omnia verba illa in corde ſuo conferendo, nocte ſequenti vidit in ſomnis Chriſtum quaſi eadem hora crucifixum, & dicentem ſibi, Taliter ſum plagatus. Illa putans hoc recenter factum eſſe, reſpondit in ſomnis. O domine, quis fecit tibi iſta? Qui reſpondit. Qui me cōtemnunt, & negligunt caritatē meā. Rediēs ergo ad ſeipſam, tantum affecta eſt paſſionem Chriſti, vt rarò ſine lachrymis reduce- E ret memoriam paſſionis. Duodennis exiſtens cum intenderet cum aliis puellis coæuis eius operi plumario, & multum animo anxiaretur, quòd opus ſuum facere nequiret, mentis oculos ad eum, qui ſanctus in omnibus operibus ſuis, attentius erigebat. Et ecce matertera ſua ingrediens domum, in qua ſedebat (illo ordinante cuius opera magna ſunt) virginem (Pſal. 144) quamdam ignotam confidentem ſibi, & faciētem opus cum ea vidit. Cúmque ad introitum ſuum diſparuiſſet, quæſiuit, quæ eſſet illa puel- F la, quæ ſibi in faciendo opere confidebat: Reſpondit Brigida ſe neminem vidiſſe, vel ibi fuiſſe. Sed quia matertera ita ſubtiliter opus factum inuenit, vt cernentibus daretur intelligi non opus tam tenellæ ætatis eſſe, ſed mirabiliter illud à domino factum eſſe, ideo opus ipſum inter reliqua fideliter conſeruauit.

(Chriſtus ei plagis affectus apparet.)

A. C. 1350.

Dæmõ ei in horribili ſpecie apparet.

Non longè poſt cum virgo nobilis luderet cum puellis, quadam vice diabolus (qui ſemper primordia bona virtutum in ipſo ortu conatur extinguere) virgini apparuit: quaſi habens centum manus, & centum pedes, & in omnibus deformiſſimus, vt terreret eam. Quæ exterrita cucurrit ad lectum ſuum ad imaginẽ Crucifixi, ei ſe humiliter recommendans. Cui diabolus iterum apparuit dicens. Nil poſſum tibi facere, quia non permiſit Crucifixus. Sicq; confuſus euanuit.

Quomodo coniugem accepit.

§. I.

Eſt. 10.

ANIMADVERTENS exinde pater eius, quòd virgo tam ſpectabilis, & moribus elegans, veluti altera Heſter genus ſuum altius poſſet extollere, & quaſi fons paruus in flumen maximum creſcens in aquas plurimas redundare: ipſam cuidã iuueni nobili, prudẽti, & diuiti copulauit in vxorẽ [Erat is Neritiæ princeps & Vlpho de Vlphoſo dicebatur. Vixerũt autẽ pariter annũ vnũ & eo amplius pudicè & continenter, obnixè rogantes Deũ vt talem eis prolem procrearet, quæ ipſius ſeruitio manciparetur. Porrò ambo ſimul adſpirante Spiritu Dei matrimonium honeſtiſſimè coluerunt, & tam Deo quàm hominibus cari, in venuſtanorum integritate fœlices habuere progreſſus.] Ancillas honeſtas & comites morigeratos ſecum habuit, qui ſibi de conuerſatione bona poſſent teſtimonium perhibere, ſciens quia malorum conſortia ſæpè ad crimen innocentes adducunt. Operi pro cultu diuino, & vtilitate proximorum cum famulabus ſuis intenta fuit, ne otioſa panem comederet ſuum.

Confeſſiones eius crebræ.

Confeſſiones, quæ obſtruunt os inferni, & portas apetiunt paradiſi, continuo frequentabat, eligens ſibi in confeſſorem, magiſtrum quemdam pro ſalute animarum peritiſſimum & deuotum, cui in omnib. auidius obediuit. Vnde ipſe confeſſor ſolebat dicere familiaribus amicis ſuis. Hoc in domina Brigida ſignum alicuius futurę eminentis gratiæ eſt, quod leuia peccata ita plangit, ſicut alij grauiſſima & nihil in verbis ſuis, aut morib. dimittit indiſcuſſum.

Iud. 8.

Eius orationes.

Ne autem animum ſuum circa familiaria tantum occuparet negotia, cum Iudith ſecretum ingrediebatur cubiculum, vbi lachrymis ſtratum ſuum rigaret. Abſente autem viro eius, ferè totis noctibus prudenter in orationibus nõ ſine lachrymoſis ſingultibus vigilabat: nec à genuflexionibus & diſciplinis ſecretis parcere voluit vt corpus in ſpiritus redigeret ſeruitutem.

Et cum ſemel in gemitu ſuo laborans inſtanter oraret, vt aliquis conueniens modus orandi ſibi traderetur, per quem poſſet Deo, & beatæ virgini ſedulum quotidie exhibere officium, non eſt fraudata à deſiderio ſuo. Nam vna dierum mirũ in modũ mẽte in cœleſtibus eleuata, edocta fuit diuinitus orationem pulcherrimam de paſſione Chriſti, & laude virgi- A nis, ac vita matris Mariæ, quam ita curauit memoriæ commendare, vt mente retinens omni die diceret ipſam.

A. C. 1350.

Ieiunia & eleemoſinæ.

Ieiuniis quoque, quæ vitia comprimunt & mentem eleuant, pro viribus inſiſtebat opportunitate electa. A cultioribus cibis & potu occultè abſtinebat, ne à viro, vel ab aliis notaretur. Eleemoſynas, quia multum ſibi erat opulentiæ, faciebat largiſſimas, vt non auerteret manum ſuam ab vllo paupere. Domum habebat pro egenis deputatam, quibus pedes eorum lauando, & veſtimenta præbendo ſępiſſimè ſeruiebat. B Sermones virorum approbatorum libenter audiebat, geſta quoque ſanctorum, & bibliam, quam in lingua materna ſibi ſcribi fecerat, continuè legebat. Semel autem cum prægnans eſſet, & periclitaretur in partu, ita quòd de vita eius deſperabatur penitus, ex intimo cordis affectu fiducialiter anchoram ſpei ſuæ defixit in virginem eius implorans ſuffragium. Et ſtatim in nocte vigilantibus mulieribus circa eam, & aſpicientibus, perſona quædam veneranda, ſerico albo induta, viſa eſt ingredi ad eam, quæ ſtans ante C lectum ſingula ipſius iacentis membra pertractabat. Omnibus admirantibus, illa demum diſparente, abſque vlla difficultate partum protulit, prolémque enixa eſt. Hæc autem mulier veneranda, quæ ſibi apparuerat, & à periculo mortis liberauerat, proculdubio fuit virgo beatiſſima mater Dei, prout eidem ipſa reuelauit.

Filiorũ educatio.

Tob. 1.

Filios autem ſuos & filias, quos plures habuit, vt nouellas oliuarum cum magna ſollicitudine & diligentia educauit, docens eos timere Deum, & abſtinere ab omni peccato, D prouidens eis de magiſtris idoneis, qui eos nõ ſolum in literis, ſed in fide quoque, & morib. erudirent.

Iob. 1.

Conſurgenſque diluculo cum ſancto Iob per ſingulos dies holocauſta orationum offerebat, ne forte peccarent filij ſui domino. Vnde ſemel apparuit ſibi Ioannes baptiſta dicens. Quia luctum habuiſti pro eo, quòd filius tuus offendit me non ieiunãs vigiliam meam, ego iuuabo te, & muniam armis meis ſpiritualibus. Virum inſuper ſuum in bellicis rebus ſtrenuum, & in conſilio regum peri- E tiſſimum, caſto amore diligens, & ad Dei timorem & venerationem ſolertius inuitabat, vt ad ſoluendum horas canonicas beatæ virgini induceret, & aliis pietatis operibus inſiſtendum.

Gen. 12.

Vir præterea iſte, & vxor ſibi in iis quæ Dei erant, benè conſentientes, vt à mundi vanitatibus ſe liberius expedirent, & diuinis eloquiis ſe magis adſtringerent, cum Abraham exierunt de terra ſua, & cognatione ſua, viſitantes ſimul limina Apoſtoli Iacobi in compoſtella. Peracta deuotiõe ſua in eius eccleſia, cũ ad F propria redirent, in via viro eius grauiter infirmato in Attrebatenſi ciuitate, & inualeſcente languore, ſancta Dei in orationibus ſe dedit ex corde pro viri conualeſcentia.

S. Dionyſius ei apparet.

Cui apparuit beatus Dionyſius oranti dicens. Ego ſum Dionyſius, qui miſſus fui ad partes iſtas ad prædicandũ ex vrbe Roma. Et quia ſpeciali me deuotione dilexiſti, ideo annuncio tibi, quia Deus vult te innoteſcere mũdo. Et quia tradita es cuſtodię meę, ꝓpterea te iuuabo. Et hoc erit tibi ſignum

A. C. 1360.

ſignum, quia vir tuus non morietur: ſed cito liberabitur ex hac infirmitate. Sibi quoque reuelatum fuit ibi, quòd transitura erat Romam & ad ciuitatem ſanctam Hieruſalem. Tandem viro ſanitatem conſecuto, reuerſi ſunt ad proprias ædes. Verum quia non eſt digna ponderatio animæ continentis (vt ait Sapiens) gratiuſque Deo, quod voto redditur, quam quod propria voluntate offertur, ideo ſimul votum continentiæ emiſerunt, proponentes, vt id ſeruarent efficacius monaſteria diuerſa ingredi. Ordinatione facta de rebus ſuis, vir magnæ deuotionis, & conuerſationis honeſtæ in monaſteriũ quoddam ingreſſus domino deſeruiuit & in ſenectute bona de hoc ſæculo fœliciter migrauit.

Eccl. 26.

Vota Deo gratiſſima ſunt.

Vouet cũ marito cõtinentiam

Mundo renunciat B. Brigida.

§. II.

ANTE mortem viri apparuit beatæ Brigidæ ſanctiſſima virgo Maria dicens ei. Ego ſum regina miſericordiarum, aduocata miſerorum. Ego tibi oſtendere volo, qualis filius meus erat in humanitate, & qualis quando patiebatur in cruce. Et hoc tibi ſignum, quia venies ad loca, in quibus ego corporaliter conuerſabar, & videbis oculis ſpiritualibus tuis filium meum. Cupiens autem ſponſa Chriſti, à cunctis mũdi perturbationibus quieſcere, & in ſinum ſponſi ſopitis mundi cupiditatibus dormire, ſtatim poſt mortem viri diſtribuit omnia bona ſua inter filios, & pauperes mutans habitum, & vitam. Hoc autem ſpeciale habuit ſponſa Dei quòd in vigintiocto annis, ex quo cœpit habere ſpiritum Dei ſcilicet propheriæ & reuelationum, nuſquam profecta aut morata eſt, niſi ſecundum infuſionem ſpiritus, ſeu inſtinctum ſibi factum diuinitus. Vnde in principio reuelationum ſibi factarum fuit ſibi præceptum obedire magiſtro cuidam in Theologia, & ſtare in monaſterio, quòd ipſa cum omni ſubiectione, & obedientia ſtuduit adimplere. Præceptum autem fuit ſibi factum intrinſecus à Deo, quod peregrinaretur Romam, & alia loca ſancta.

Spiritus ſancti impulſu omnia fecit.

Cúmque à nobilibus vitam eius inſanam exiſtimantibus, propter ſuam mutationem, & vtilitatem habitus contemneretur, reſpondit: Nec propter vos incipio, nec propter vos dimitto, orate (aiebat) vt poſſim perſeuerare, hac pœnitentia autem, quam viuente marito occultè fecit, poſt mortem non contenta triginta annis pannis lineis non vtebatur, niſi in velaminibus capitis, ſed aſpero induta cilicio carnem (ne concupiſceret contra ſpiritum) macerabat. Ante lectum fecit poni vnum torale, & cuſſinulum ſub capite, & ſic ibi dormire ſolebat, habens ſuper ſe veſtem ſimplicem vel mãtellum. Quę cũ interrogaretur quomodo quieſcere poſſet in frigoribus intenſiſſimus, quæ in partibus illis vigent, reſpondit dicens: Ego ſentio in me tantum calorem intus ex diuina gratia, quòd frigus illud exterius non me multũ vrget ad lectum molliorem. Illo nimirum calore ſuccenſa, de quo pſalmus. Cõcaluit (inquit) cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcit ignis. Tot genuflexiones, inclinationes, & venias die ac nocte facere conſueuit, quòd mirum erat tam teneram perſonam poſſe tantorum laborum pondera ſuſtinere.

Pſal. 38.

A.C. 1361.

Confueuit inſuper die veneris de ardenti cereo ſtillans flammigeras ſuper carnem ſuã fundere, ita quòd ex ipſis vulnera remanebat, quæ ſi aliquando per ſe ante alium diem veneris aliquantulum ſanari cœperunt, tunc ſtatim immiſſis vnguibus ſuis ita in eis aràuit, vt corpus ſuum non eſſet ſine vulnerum paſſioné, hoc agens propter paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti, vt aliqualiter ſequeretur veſtigia eius, & particeps eius fieret. Habebat etiam ligamina nodoſa circa corpus ſuum, quę à ſe nec diebus, nec noctibus ſeparauit. Omni quoque ſexta feria ſolebat propter paſſionem Saluatoris & amaritudinem fellei potus ſibi in cruce prope mortem propinati in ſiti ſua, amariſſimam quamdam herbam, quæ gentiana dicitur in ore tenere. Hoc ideo obſeruabat aliis etiam diebus, quando aliquod verbũ indiſcuſſum proferebat. In ſingulis diebus Dominicis, & præcipuis ſolemnitatibus communionẽ ſumebat, vt animæ medicinã. Hæc zelo diuini honoris accenſa, & fraternæ ſalutis, ad ſummos pontifices, imperatorem, & reges, & reginas, ad præſules alioſque prælatos eccleſiæ, ad principes & iudices terræ, necnon ad religioſos diuerſorum ordinum, prædicatorum, minorum ac aliorum, ac ſæculares cuiuſcunque ſtatus & conditionis & ſexus, ad regna & communitates epiſtolas ſcribens, prout ſibi Deus reuelabat, & mandabat, nunc iram Dei comminabatur imminere, nunc præcauere, nunc obſecrabat emendationem, nunc increpabat in omni patientia & doctrina, vt non eſſet, qui ſe abſconderet à calore verborum eius.

Diro carnẽ ſuã ſextis ferijs affligit.

Matt. 27

In Monteflaſcone Vrbano papa 5. exiſtente, reuelationem ſibi factam à Dei genitrice, qua ſub mortis comminatione futuriſque iudicij diſtrictione pontifici inhibebat, ne de Roma, vel Italia recedendo Auenionem peteret, perſonaliter narrauit, quod tamen papa non impleuit, vnde & mala innumera ſecuta ſunt. Gregorio 11. ſucceſſori per literas ex parte Dei mandauit, vt de Auenione reduceret curiam ad vrbem Romæ, quod & fecit. Cùm ſemel domina Brigida miſſa fuiſſet per præceptum ſpiritu, ad dominum regem Suetiæ, & reuerteretur ad monaſterium inuenit filium ſuum, quem infirmum diu reliquerat, iam ad extrema deductum plorabatque multum, dubitans infirmitatem illam ei accidiſſe pro peccatis parentum. Cui Chriſtus apparens in forma humanitatis ſuæ, dixit: Infirmitas hæc pueri non eſt ex peccato parentum, vel ex conſtellationibus cœli: ſed ob conditionem naturæ, & maiorem eius coronam. Factumque eſt, vt qua die migrarit ex hoc ſæculo puer, auditi ſint cãtus ſuauiſſimi in egreſſu animæ ex corpore, & receptus eſt in cœlum.

Pontificem ne ex Italia diſcedat, Dei nomine monet.

Poſt duos annos reuerſionis ſuæ ad monaſterium, præcepit ei Chriſtus, quod laborem peregrinationis acciperet dicens. Vade ad vrbem Romanam, vbi plateæ ſtratæ ſunt auro, &

Diuinitus à Chriſto Romã ire monetur.

A. C. 1365 & rubricatæ ſanguine ſanctorum, martyrum. Vbi propter indulgentias, quas meruerunt ſancti pontifices orationibus ſuis, compendiũ

Chriſtus vrbē laudat. eſt ad cælum. Stabis ibi, quouſque ſummum pontificem, & imperatorem, videbis. Quod contigit anno domini 1366. & ambobus tunc per eam reuelationes ſuper reformatione ſtatus eccleſiæ mittebantur. Quo audito ſponſa Dei mandatum non procraſtinauit. Egreſſa igitur de patria, crebra meruit reuelatione conſolari.

Præceptum quoque ſibi fuit ſe aſſueſcere ſcholis grammaticalibus, vbi beata Agnes data ſibi fuit ad informandum in ſolatium & magiſtram. Tantum autem profecit in breui, quòd ſciuit intelligere, & proferre ſermonem Latinum. Romæ igitur exiſtens viſitabat loca ſanctorum cum omni deuotione & aſſiduitate, quod ſibi erat ad laborem non paruum.

Viſitat loca ſancta vrbis. Hoc obſeruabat, vt non libenter loqueretur in via cum aliquo, niſi forte interrogata, & tunc breuiter reſpondebat. Siquãdo aliquod verbũ indiſcuſſum protuliſſet, tenaci illud commendans memoriæ, concuſſum ſtuduit per pœnitentiam emendare. Oculos ſuos ita pudicos ferebat, vt facies hominum rariſſime aſpiceret. Et ſi contingeret aliquando faciem alicuius ſubito reſpicere, tam leuis culpa pœnitentia purgabatur. Quãdo aliquid loquebatur, quod eſſet offenſa Dei, ſtatim ſentiebat in ore ſuo amaritudinem maximam quaſi ſulphuris. Et ex hoc perpẽdens ſe offendiſſe aliquos, ad aquas confeſſionis currebat vt ceruus. Similiter ſi aliquis ei loquebatur aliqua verba vitioſa vel doloſa, quæ diuinam offenderent maieſtatem ſenſit in narib. ſuis fœtorem horribilem & admirabilem, ad modum ſulphuris igniti, vt vix tolerare valeret.

Ipſius obedientia. Tanta ei inerat obedientia, quod in nullo loco ſine præceptore eſſe volebat, cui obſequebatur ad nutum. Paupertas autem tantum ſibi placuit, quòd omnia, quæ in ſua poſſeſſione habebat, ad manus alterius traderet diſpenſãda, de quibus quoties aliquid per ſe vel alios habere voluit, humiliter ſibi dari poſtulauit amore Chriſti. Vtilitatem ſecum conſiſtentiũ propriæ præponebat. Et indigentiam ſuam celans, neceſſaria aliis ſui oblita procurabat.

Dei iuſſu pergit in Siciliam.

§. III.

PRÆCEPTVM ſibi quoque fuit à domino, cum eſſet in vrbe, vt viſitaret loca ſancta in regno Siciliæ, cum & ibi multa eſſent corpora ſanctorum, & præcipuè Thomæ Apoſtoli & aliorum, ibique aliqua ei ſecreta reuelanda. Quæ cum aliquantulum titubaret, ne

Pſal. 135. forte ignoræ neceſſaria vitæ deeſſent, confortauit eam dominus, qui dat eſcã omni carni, opportuna ſibi prouiſurus. Quod & factũ eſt magnificè. Nam in Siciliam profecta cum Neapoli moram traxit, regina Siciliæ Ioanna, & proceres regni ipſam xeniis & donariis honorarunt. Ibi longo tempore perſiſtens, vt ſpecu-

A lum ſine macula, cunctis ſe virtutum exhibebat exemplum, orationi & contemplationi maximè mancipata. Reuelatione quoque ſibi facta ſuper populo prædictæ ciuitati, præſente

Sap. 7. Archiepiſcopo, & ſapientibus aliis Theologis necnon & prudentibus laicis & clericis plurimis, enumerans peccata ciuitatis, & ſcelera annuncians abſque metu aliquo arguebat ad modum Samaritani vinum & oleum infundens in vulneribus ſauciati, prout à cœleſti medico fuerat erudita, ſalutaria exhibens remedia. Demum ad vrbem eſt reuerſa; caritate

B feruens, omnes honore præueniens, ſpe gaudens, in tribulationibus patiens, peregrinis ſua large communicans, meditationibus & precibus totam ſe dedicans. Nec ſanctitatem eius dominus voluit occultari. Vbi quidam deuotus & fide dignus teſtificatus eſt coram dominis pluribus temporalibus, cùm viſitaret illa loca, in via ſe vidiſſe eam ſuper omnes eleuatam à terra incedere, & quaſi radios ſolares ex facie eius procedere.

Poſt aliquot annos edocta eſt à ſpiritu, vt terræ ſanctæ loca viſitaret, & cum ipſa conque-

C reretur piè de infirmitate, & ætate iam ſenili, ait ei dominus. Quis eſt naturæ conditor? nónne ego? Ego dabo fortitudinem, ego de via prouidebo, & te ducam, & reducam ad locum iſtum. Et quia neſcit tarda molimi- Amb. lib. 2. in luc. na ſpiritusſancti gratia, ideo ea repleta, executioni, quòd ſibi imperatum fuerat, demandauit. Et ad terram ſanctam Chriſti ſanguine rubricatam profecta eſt. Ibique plures reuelationes habuit de ſtatu regnorum, de natiuitate, & paſſione Chriſti, & myſteriis plurimis. Perfecta peregrinatione ſancta Romam remeauit,

D ibique per annum graui infirmitate detenta eſt, quam patientiſſimè tolerabat. Et quia tempus reſolutionis ſuæ inſtabat: aliquot diebus ante obitum ſuum dominus Chriſtus ſibi apparuit ante altare, quod in cubiculo ſuo habebat, & blanda facie ſe oſtendens ait. Ego egi, vt ſolet ſponſus aliquando facere ſponſæ ſuæ, ſe videlicet ſubtrahere à facie ſua, vt ardentius Chriſtus ei mortẽ prænunciat. ab ea diligatur. Sic ego tempore mortis propinquæ ſubtraxi à te viſitationes ſolitas, quia tempus probationis tuæ erat. Ideò nunc probata procede, & para te, quia tempus eſt, vt ſicut promiſeram, ante altare meum veſtiaris

E & conſecreris & vt deinceps non ſolum ſponſa mea, ſed etiam monacha & mater in monaſterio Vuatzſtena voceris. Veruntamẽ ſcito, quòd corpus tuum depones hic in Roma, donec veneris in locum ſibi paratum, quia placet Deo parcere tibi à laboribus, & voluntatem tuam recipere pro effectu. Et cum mentionem feciſſet, de aliquibus rebus & perſonis quibuſdam adſtantibus, & de agendis per eas, ſubiunxit. Manè diei quintæ ſumptis eccleſiaſticis ſacra-

F mentis, conuoca ſigillatim omnes, quos ſuperius nominaui, & dicas eis facienda, & ſic inter verba & manus eorum venies ad monaſterium tuum, ideſt, ad gaudium meum, & corpus tuum locabitur in Vuatzſtena. Die igitur prænunciata dicta miſſa, & ſacramentis perceptis inter manus ſeruorum Dei emiſit ſpiritum.

Fœlix

A. C. 1372.

Fœlix autem tranſitus eius glorioſis indicijs eſt oſtenſus. Vidit enim quidam vir vitæ venerabilis lectum parari, & in ſublime ferri à perſonis albis indutis. Cui mirãti reſponſum eſt: Perſona, quam in lecto vides eſt ſpõſa Dei, in mundo contempta, quæ nunc tranſit à mor te in vitam æternam, & ea hora beata Brigida carne ſoluta eſt. Reliqua vitæ eius cum miraculis & reuelationibus, quibus ſibi dominus multa & magna myſteria oſtendere dignatus eſt, cauſa breuitatis omiſſa ſunt, ſed alibi conſcripta. Obiit autẽ anno domini. 1372. 10. Kal. B Auguſt. ſcilicet, in die ſancti Appollinaris. Et anno immediate ſequenti tranſlatum eſt corpus eius poſt miraculorum multorum coruſcationem, ab vrbe Roma in monaſteriũ prædictum Vuatzſtenam, non ſine refulgentia miraculorum multorum. Fuit autem ſanctorũ catalogo adſcripta ſolenniter, ſeu canonizata per Bonifacium 9. poſt 20. annum vel circa à tranſitu ſuo.

Colitur die 23. Iul.

Hæc compoſuit libros reuelationum multos de diuerſis myſterijs ſibi reuelatis. Ipſa reuelationem (vt aſſerit) habuit, virginem Mariã C conceptam ſine originali peccato, & beata Catharina de Senis non (vt creditur) minoris ſanctitatis [a] licet non canonizata, habuit reuelationem in contrarium. Et cum ſpiritus prophetarum non ſit contrarius, quia vnus & idem eſt, nec ſibi contrarius: dicere oportet quod vna earum habuit reuelationem à Deo propheticam, altera verò ſomnum in phantaſia ſecundum affectum ſuum. Nam prophetæ non ſemper ad placitum ſuum habent actũ prophetandi, et aliquando exiſtimant ſe ſpiritu prophetico moueri ad aliquid cognoſcen- D dum, vel inſinuandum alijs, quod tamen à proprio ſenſu eſt, ſed cito manifeſtatur eis. Quid tenendum ſit in tali materia, habetur in prima parte huius collectorij diffuſè.

Miracula poſt eius mortem edita.

Notandum quod hæc ſancta, etſi in vita ſua non claruerit miraculis multis, ſed poſt tranſitum eius in diuerſis partibus mundi per merita eius implorantibus auxilium magna prodigia operata eſt. Et vt collegi ex legẽda eius prolixa in tertia parte eius, decem mortui ſuſcitati ſunt in diuerſis locis, & diuerſæ conditionis, E de quibus particulariter ibi agitur. Cœcique illuminati, ſurdi auditum, multi loquelam receperunt, infirmi diuerſis languoribus ſanati, A dæmoniaci liberati, naufragium paſſi à periculo eruti. In partu mulieres periclitantes ſubleuatæ. In detrahentes ſanctitati eius vindicta cœleſtis deſæuit.

A. C. 1372.

Monaſteria virorum & mulierum ſimul à D. Brigida inſtituta.

§. IIII.

HÆc ſancta glorioſa nouam inſtituit religionem monaſteriorum duplicium ſcilicet virorum & mulierum, quorum primus inſtitutor videtur fuiſſe Baſilius in Græcia. Sed in proceſſu temporis eccleſia diſſoluit talia monaſteria, ſegregans habitationes eorum, vt monaſteria mulierib. remanerent, mares autẽ alibi ſibi monaſteria fabricarent. Quod factũ eſt ad tollendas occaſiones malorum, & obſtruendum os loquentium iniqua: vt habetur C 18. quæſtione. 2. definimus. Hæc autem videtur renouaſſe talem modum religionis, vt ædificia vtrorúmque ſint contigua, habitationes tamẽ ita ſeparatæ clauſuris, quod de habitatione marium ad fœminas, & econtrario non poſſint tranſire, niſi in neceſſitate extremâ, vt ad deferendum ſacramenta infirmis, cum magna cautela. Eccleſia autem communis eſt vtriſque, ita tamen, quod fratres officiant eccleſiam in diuinis in parte inferiori ſeu in pauimento: Sorores in parte ſuperiori ſeu in ſolario. Et in officiando ſeu horas celebrando, terminantibus fratribus matutinas, vel aliquam aliarum horarum, ſorores tunc incipiunt ſuas, vel econuerſo. Principalis cura monaſterij eſt abbatiſſæ. Fratres autem deſeruiunt eis in diuinis, quorum vnus præeſt aliis, qui dicitur confeſſor ſeu prior. Poſſeſſiones habent & reditus ex quibus ſuſtentantur: non mendicantes, ſed ſorores exercitia lucratiua continuant pro communi vtilitate. Fratres etiam honeſtè laborant, qui literis non vacant, in prouidendo victum & veſtitum, Sorores ſibi & fratribus ſimul prouident. Egredi non valent clauſuram monaſterij fratres ſine magna neceſſitate. Conſecrãtur autem non ſolum moniales, ſed & fratres eorum officio ſpeciali omnino vario ab officio conſecrationis virginum. Habitum portant tam fratres, quàm ſorores coloris griſei, tunicam ſcilicet & chlamydem, & in clamyde crucem rubeam cum quodam rotundo albo in medio eius. Lineis non vtuntur ad carnes, ſed carnibus veſcuntur tribus diebus in hebdomada extra quadrageſimam. Regulam profitentur beati Auguſtini additis conſtitutionibus F propriis. Certus numerus tam fratrum, quàm ſororum ſecũdũ ſuas ordinationes debet eſſe, nõ vltra. Et hæc omnia dicuntur inſtituta ab iſta S. Brigida ex reuelaionibus ſibi diuinitus factis. Quæ religio ab eccleſia probata eſt, licet reuelationes illæ approbatæ non ſint. Pauca monaſteria habent, & Florentiæ quidem vnum habent, quod dicitur Paradiſus, in quo eſt magnus numerus fratrum, & ſororum. Habent quoque monaſterium aliud

Monaſteria S. Brigidæ vbi ſint.

a *Sup. cap. 14. tit. 23. ante §. 1. cum hæc D. An. ſcriberet S. Catharinam Senenſem catalogo Sanctorum adſcriptam non fuiſſe diximus. Nam D. Anto. A. C. 1459. obiit, vt refert Thritem. Sed D. Catharina A. C. 1461. à Pio 2. in diu rum numerum relata eſt vt, ſup. docuimus. Vnde hic legendum putamus licet non Canonizata, quamuis qui tranſcripſit librum & canonizata imprimendum curaverit. Porrò de conceptione virginis glorioſæ ſtandum eſt vt in omnibus alijs decreto Trid. Conc. ſeſſ. 5. quod in hæc verba habetur. Declarat tamen hæc ipſa ſancta Synodus non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc decreto vbi de peccato originali agitur beatam & immaculatam virginem Mariam Dei genitricem, ſed obſeruandas eſſe conſtitutiones fœlicis recordationis Xisti papæ 4. ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innouat.*

A. C. 1360.

aliud inchoatum Genuæ. Habebant quoque Romæ & Venetiis,quæ duo dimiſſa ſunt deficientibus pluribus ex eis morte vel mutatione religionis.Et in partibus quidem illis,vnde oriunda ſancta fuit ſcilicet Suetia, ſunt magna monaſteria in numero,& diuitiis religioſe degentia.Conuerſos habent & commiſſos,quos occupant in exterioribus, & mittunt hincinde. Prædicant diebus feſtis in eccleſiis, audiunt & confeſſiones more aliorum religioſorum.

De S.Oſimundo Salisberienſi epiſcopo quem alij Oſmundum vocant, meminit eius Pius.2.lib.2. Coſ.c.58.& Ioan. Mela.in mar.

CAP. XII.

VIR námque ſanctiſſimus Oſimundus,generoſitate præclarus,ex ſtirpe regia,ac etiam ducali nobiliſſima ortus proſapia poſtquam pueriles annos laudabiliter,& ſupra quàm illa ætas pateretur, exegerat, bonæ indolis adoleſcens non laſciuiam complexus eſt mundi, non ſæculi oblectamentis & voluptatibus dū liberè vti poſſet,applicuit animum,ſed cor gerens ſenile,ac omnes ſui cordis cogitationes ad ipſum creatorem ſuum, & opera pietatis ea ritatiſque conuertens,in Dei timore, & proximi caritate,eo magis feruebat in dies,quò maiori vtens pro qualitate temporis ratione,cuncta ſub ſole vanitati ſubiecta,tranſitorias,& caducea, iuxta Sapientis ſententiam eſſe cognouit. *Eccleſ.1.* In virum deinde productus,& euangelicæ doctrinæ verus imitator exiſtens,ac illud ſaluatoris noſtri ſemper ante oculos ſui cordis fixum,tenens: *Luc 14. Mat.6.* Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet,non poteſt meus eſſe diſcipulus, vt theſauros incomparabiles ſibi in cœlo recondetet,vbi fures nequaquam effodiunt nec furantur,vbi tinea corrodere aut demoliri nō poteſt,de bonis à Deo ſibi collatis, in regno Angliæ Saliſberienſem eccleſiam tunc in ſuis primordiis tenuem & exilem, noua quadam fundatione, ac ampla ſui patrimonij dote, & largitione ditauit,prædia ſcilicet,terras, & poſſeſſiones ſui comitatus Vorſeriæ.& quæ ad ipſum aliàs legitimè pertinebant,libros quoque calices,cruces, paramenta & quæcunque alia optima ornamenta, quæ cathedralem decebant eccleſiam,ei pia liberalitate donauit. *Multis bonis Eccleſiā ditat.*

Ac vltra primitus inſtituta,quatuor alias dignitates trigintaduo canonicatus,totidemque præbendas, alioſque Archidiaconatus,& officia in ea erexit:ita vt, ſuis exigentibus meritis ipſius quam dotauit ornauitque Salisberienſis eccleſiæ poſt deceſſum primi epiſcopi fuit ordinatus antiſtes,incredibili profectione, & gratia,necnon ſancti ſpiritus lumine illuſtratus,non ſolum doctrina & verbis,ſed & operibus optimis pariter & exemplis commiſſum ſibi gregem dominicum informaret, ipſamque eccleſiam,cui dignè præerat, illiuſque capitulum & perſonas ſacris dogmatibus inſigniret,& nunquam magis,quàm ſuo tempore diſciplinæ cenſura,morum honeſtas,& grauitas perſonarum, in ea vigeret. Sed ne promiſcuis actibus rerum turbarentur officia, ac in diuinis aliqua poſſet,vt antea ſuboriri confuſio,librum quemdam perutilem,& proficuum ordinalem alias conſuetudinalem appellatum quo ferè vniuerſæ vtuntur eccleſiæ necnon ſanctorum vitas pro eorum gloria, & cleri inſtructione compoſuit,atque alia quàm plurima imitanda poſteris extra continua exempla præbuit,ita vt diuinum potius quàm humanū eum cuncti putarent, quem diuina miſeratio tot gratiarum muneribus illuſtrabat.

A.C. 1360.

Erat namque vir totius prudentiæ,& humilitatis,& patientiæ,ac pietate magnificus, pudicitia & caſtitate ornatus,ſobrietate & abſtinentia præditus,bonitate conſpicuus, laudabilis ſanctitate,morum honeſtate virtutibuſque præclarus,ſemper in fide conſtans,præſtantior in ſpe, caritate ardentior,iuſtitiæ & æquitatis amator:qui carnis illecebras,iactantiam, pompam,& arrogantiam,ac cætera vitia mira cum animi magnitudine cōtempſit, atque calcauit. *Catalogus virtutum eiuſdem.* His ſanctis vſque ad conſummationem corporis continuatis operibus,& ſacramentis eccleſiaſticis demum ritè perceptis, in confeſſione veræ fidei, & æternæ Trinitatis firmiter perſeuerans,puram,& immaculatam animam reddidit creatori. *Mors eius ſāctiſſima.* Cuius quidem meritis ſummus & omnipotens creator omnium Deus, remunerator animarum fidelium,cœcis viſum, ſurdis auditum,mutis loquelæ officium, claudis greſſum,naufragis periclitantib. portū ſalutis reſtituit & indulſit.

Ab immundis quoque ſpiritibus obſeſſos, furioſos,rabidos,& amentes,atque diabolica fraude oppreſſos penitus liberauit. *Miracula poſt eius mortē facta.* Diuerſarū quoque ægritudinum mole incurabilium ſubactis, paralyticis, contractis,tremulis,languidis,inualidis,& infirmis ſanitatem reſtituit.Et (quod admiratione maxima dignum eſt)plures mortuos ſuſcitauit.Alia etiam multa miracula,quæ ipſius ſancti meritis & precibus ſublimis Deus operatus eſt,& operatur in dies, ſi per ſingula recenſere vellemus, longius nimirum in ipſorum recitatione prolixitas reſultaret. Sed ne quidem ea,quæ præclara & admiranda ſunt,deuotis fidelibus illius ſingula geſta legere cupientibus abſcondita fiant, libellum in quo omnia fideliter annotari curauimus vna cum proſeſſibus ſuper premiſſis confectis, quos in archiuo ipſius eccleſiæ ad perpetuam rei memoriam conſeruari mandauimus,poterunt lectitare.Fuit autem procurata canonizatio eius vſque ad tempora Gregorij 9.crebreſcentibus miraculis eius,& commiſſa ſanctitatis examinatio & miraculorum, ſed non habuit perfectionem, ſuperuenientibus tribulationibus eccleſiæ,& morte Gregorij. Hoc idem fuit attentatum & commiſſum ſub diuerſis ſummis pontificibus.Demum per Calliſtum 3. fuit opus conſum matum, & adſcriptus

A.C. 1360.

ſcriptus ſolenniter catalogo ſanctorum, anno Domini 1457. per eum, ordinatum de eo fieret officium ſicut de vno confeſſore pontifice, pri die Nonas Decembris, quando ſcilicet migra uit ad Dominum.

Nota, quòd dubitatum eſt aliquando, quando papa mandat de aliquo nouiter canonizato feſtum celebrari, quo ad officium de ipſo faciendum, vtrum omnes clerici, & religioſi teneantur, vt ex præcepto, cuius tranſgreſſio obligat ad mortale, facere officium de illo ſancto. Et reſponſum eſt per viros peritiſſimos curiæ, quòd non: ſed talia verba ſunt exortatoria, non præceptoria. Certum eſt enim multos clericos, & religioſos optimæ etiam vitæ non facere officium de pluribus nouiter canonizatis. Et temerariè dictum eſſet, quòd propter hoc illi peccarent mortaliter.

Quando ſũm' pōtifex mãdat feſtũ fieri de aliquo ſancto nuper canonizato an omnes clerici teneãtur obedire.

De S. Ioannebono ciue Mantuano. de quo Ioan. Molanus in martyrol.

CAP. XIII.

Circa annos domini 1200. tempore Innocentij 3. fuit vir magnæ ſanctitatis nomine Ioanneſbonus, de Mantua oriundus, cuius pater Ioannes, mater Bona nuncupati ſunt. Ex quibus nominibus ſimul iunctis vocatus eſt ipſe Ioanneſbonus, ſolitariam agens vitam, qui mira abſtinentia, & inſueta claruit, ac miraculis multis. Hic mortuo patre de ciuitate ſua recedens, per diuerſas mundi regiones ad modum ioculatoris pergens diſcurrebat. Mater verò eius pro filij ſalute ſolicita, cum multis lachrymis ad Deum preces pro ſalute eius fundebat. Cuius deſiderium dominus exaudiuit. Nam viſitatus à Deo graui infirmitate cernens ſæculi huius pericula, votum vouit Domino mundum deſerere, & ſoli ipſi ſe dedicare, ſi eum ſanitati priſtinæ reſtituere dignaretur, quod & obtinuit. Incolumis igitur factus, facta diligenti confeſſione epiſcopo Mantuano, & poſtea matre defuncta, à Mantua recedens ad partes Romandiolæ receſſit prope Cæſariam ad milliare vnũ vbi in quadam eremo mirabilem pœnitentiã fecit concurrentibus ad manendum cum eo aliis eremitis.

Fit eremita.

Vna dierum aduerſarius, qui acrioribus pulſat inſidiis, quos maximè nouit abſtinere à peccatis, vitio luxuriæ eum aggreſſus eſt impugnare, ad memoriam reducens, quòd aliquando viderat mulierem fortè ab eo dilectam. Cum autem tentatione ipſa incenderetur vehementer, doloris incendio carnis extinxit incendium mirando actu, etſi non imitando. Nam accipiens arundinem, & in multas partes acutiſſimas diuidens quas ſub vngulis poſuit, eleuanſque manus ſuper lapidem taliter percuſſit, quod ad ſummitatem vſque digitorum intrarunt, qui ex nimio dolore in ter-

A ram cecidit ſemiuiuus, & ſic tribus noctibus, ac diebus permanſit. Non deſeruit pius Dominus ſeruum ſuum, pro quo, ne offenderetur tanto cruciatui ſe dedit, ſed in ſomnis apparẽs ei dixit. Quia bene incepiſti, bene perſeuerabis, & optimè tuam conſummabis vitam. Et quia viriliter contra tentationes dimicaſti de cætero tentatus non eris. Qui ſtatim excitatus ſanatum ſe aſpexit gratias referens ſaluatori.

A.C. 1360.

Deinceps cœpit vir Dei mirabilẽ abſtinentiam facere. Faciebat enim vnoquoque anno tres quatantenas ſeu quadrageſimas, ieiunium ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti. In cuius
B principio vnum panem trium vnciarum accipiens, in multos bolos diuidebat, & omni die vnum bolum ſumebat. Hoc autem faciebat vſque ad diem Iouis ſanctam, in qua die quod remanſerat ſuis orationibus tantum multiplicatur, quòd omnibus fratribus vſque ad ſatietatem illa die ſufficiebat. Aliam quarantenam agebat poſt octauas paſchæ vſq; ad pẽtecoſtẽ in qua omni die ſeruuus Dei ſacratiſſima hoſtia pro cibo ſuo contentabatur.

Abſtinentia viri Dei eximia.

Alio vero tempore omni die deuotè miſſam audiebat, in diebus dominicis, & ſolennibus
C communicabat Quadam die communionem eo recipiente, frater quidam de eo trufabatur de huiuſmodi ſumptione frequenti, qui nullam deuotionem circa Euchariſtiam habebat quinimmo de ipſo venerabili ſacramento impiè ſentiebat. Cuius errorem aduertens famulus Dei, ei expreſſit, qui confeſſus eſt, & nõ negauit incredulitatẽ ſuã. Tunc præfatus Ioannesbonus duxit eum ſecum ad quemdam fontem aquæ, & accipiens ex aqua illa cyathum vnum plenum dedit ei bibere. Quam
D cum bibiſſet confeſſus eſt ſe nunquam tã ſuauè vinum in vita ſua guſtaſſe. Et Sanctus ad eum. Non vides tu cariſſimè frater mirabile factum Si igitur per me miſerum hominem aqua virtute diuina conuerſa eſt in vinum tam ſuaue, quatò magis credere debes per verba ſacerdotis quæ ſunt verba Chriſti, panem & vinum conuerti in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti? Et exrunc ceſſauit dubietas & error à mente fratris illius.

Trufari. i. deridere

Aliam quatantenam in hyeme faciebat, in qua de paucis granis fabarum contentabatur.
E Reſiduo vero tempore ſecunda, & quarta, & ſexta feria in pane & aqua ieiunabat. Nunquã ex quo in eremo illa ſteterat, carnes comedit, & tota eius comeſtio aſpera, & inſipida erat. Macerabat inſuper famulus Dei corpus ſuum non ſolum abſtinentia cibi & potus, ſed frigore, & nuditate, & lecti aſperitate. Habebat enim in cella ſua tres lectos. Vnum, in quo erãt ligna acuta, in quo torquebat corpus ſuum & macerabat. Alium in quo erat fouea concaua ex parte anteriori, de qua non recedebat niſi dictis ducentis pater noſter. Alter erat ſuper lignum, ſuper quo corpus ſuum paululum pau
F ſabat, & pro puluinari habebat truncum ligneum. Calceatus nunquam ibat. Sola vita tunica ſtraminea vtebatur, quę ratione ſãctitatis eius poſt obitum ſuum decem & octo menſibus ſub terra fuit illæſa quæ omni anno die tranſitus eius populo deuotè oſtenditur, & ſebricitans eius tactu ſanatus eſt.

A.C. 1260.

Fuit ſanctus iſte deuotiſſimę orationis & in tantum Deo grata eius erat deuotio, quod cum in oratione meditaretur Chriſti humanitatem: apparebat ei Chriſtus in forma humana quem amplexabatur, & magna dulcedine reficiebatur. Quando verò paſſionem Chriſti meditabatur, apparebat ei in forma crucifixi, cuius vulnera ſingula cum fletu deuotè oſculabatur. Et quia lucerna accenſa latere non poterat, plurimi audita fama ſanctitatis eius non ſolum de propinquo, ſed à remotis etiam partibus ad eum accedebant. Quod cernens & contemplationem eius impediri timens etiam elationem ſibi non exurgere ex huiuſmodi frequentia decreuit ſecedere. Vnde quodam ſero receſſit ab eremitorio illo, & tota nocte itineris mane cum exiſtimaret ſe longè eſſe à loco, ſe iuxta eremitorium illud inuenerat. Ex hoc percipiens, Dei voluntatem eſſe illic eum reſidere, illic permanſit, vbi & virtutes magnas oſtendit. Quadam die orante eo aduenerunt fratres dicentes ei, quòd vnus tentabatur ad egreſſum ſeu receſſum ſuæ congregationis. Qui ſurgens vocauit illum tentatum, eum duxit ad coquinam, & accenſo igne coram eo, ipſe ingreſſus eſt nudis pedibus illeſus, dixitque illi. Talem gratiam dat Deus iis, qui ſeruiunt ei, & perſeuerant, quia nec ignis nec aliquid poteſt eos lædere. Quid plura? lignum ardens accepit de camino, & exiens domum ſic ignitum plantauit in terra. Quod quidem lignum eadem die pullulauit floruit, & fructum fecit. Et quoniam de pinu illud lignum fuit de illius pinis quicunque voluit accepit. Quæ omnia iuuenis conſiderans, liber à tentatione in propoſito ſancto permanſit.

Matth. 5.

Miraculis fratrem in Eremitorio retinet.

Alio tempore cum pluuia magna deſcenderet è cælo, & murus, quem fratres ſui ædificabant, ad ruinam inclinare videbatur, vocatus ab eis facta oratione ceſſauit pluuia, & facta eſt ſerenitas magna. Quadam die duo inriſperiti acceſſerunt ad eum, & cum adinuicem diſputarent ſuper quadam quæſtione litigioſa, vir Dei literarum humanarum ignarus diſſolutionem quæſtionis dixit, & locum in decretis, vbi dicta quæſtio ſoluta erat, inſinuauit. Appropinquante autem die vitæ termini, miſit Deus Angelum ſuum, qui dixit ei: Ioanne bone ſerue Dei ſurge, & reuertere ad terram natiuitatis tuæ: placet enim Deo, quod corpus tuum ibi requieſcat. Qui vt verus obediens iter aſſumens ad Mantuam peruenit, à ciuibus honorabiliter receptus. Cui in loco fratrum oratorium conſtruxerunt, & poſt paucos dies in Domino requieuit. Sedante terminum vitę eius quædam mulier habens vnicum filium viro deſolata eo infirmante & decedente priuata fuit, quæ inconſolabiliter lugens cum eo petebat ſepeliri. Recolens autem famam ſanctitatis famuli Dei Ioannis: ſumpta magna fiducia ad eum portauit filium defunctum, vt eum vitæ ſuis orationibus reſtitueret, qui miſericordia motus ſuper eam triduanę pro eo orationi inſtitit, tertia autem die puer ſurrexit à mortuis quem incolumen reddidit matri ſuæ, illa immenſas gratias Deo & fratri Ioanni de beneficio referente. Infirmatus

Miraculis clare.

A igitur receptis deuotè eccleſiaſticis ſacramentis: & datis fratribus pluribus documentis, cum hymnis & laudibus ſpiritum reddidit creatori.

A.C. 1300.

De S. Vuenceſlao Boemorum ducę & martyre, de quo Pius. 2. hiſt. Boem. c. 14. & 15. ex quo Sur. to. 5. & Ioan. Mol. in marty.

B

§. I.

SANCTVS Vuenceſlaus athleta Chriſti egregius, ex ingenua proſapia Bohemiæ ortus, ſpretis cunctis tranſitoriis, toto corde ad eccleſiam iugiter anhelabat. Doctus ſacras literas, indeſinenter eas ruminans, pro viribus opere impleuit. Dux verò factus tanquam lucerna ſuper candelabrum poſitus, vndique radios rectæ conuerſationis, & pietatis diffun- C debat, humilis in gloria purus in conſcientia, abſtinens in deliciis, caritate plenus Dei cultum ampliabat. In Deo iuſtus, in proximo miſericors, in oratione ſedulus in aduerſitate, & ſuper miſeros, & egenos valde compatiens. Clericorum honor, ſolatium afflictorum, & gaudium pauperum, pater orphanorum defenſor viduarum.

Tempore quadrageſimæ noctibus eccleſias nudis pedibus gemebundus circumiuit orans pro rege & pro populo, nimiam frigoris aſperitatem ſuffere ns vſque ad ſanguinis de tibiis, & plantis effuſionem. Tempore vernali D agellos ſuos cum miniſtro fideli fodiens, triticum in eis ſeminabat, & in meſſe latenter metens triturabat, & per ſingula opera ad farinam perducens, & hoſtias indefaciens per eccleſias diſtribuebat. Tempore vindemiarum de vineis manibus ſuis plantatis muſtum exprimens depuratum eccleſiis dabat. Ligna noctibus humeris detulit, & ante fores pauperum, viduarum, & orphanorum latenter depoſuit. Debilium & infirmorum curam ſollicitus gerebat. Nunquā matutinum tardare voluit officium, nunquam aliarum tardus aut ne E gligens fuit executor horarum canonicarum. Ad miſſam ſacerdotibus, & clericis adſtando miniſtrabat. Pueros gentilium emere ſolitus erat, & eos per baptiſmum Chriſto regenerabat.

Virtutes S Vuenceſlai.

Depuratū .i. defecatum.

Cum ad curiam imperatoris vir Dei Vuenceſlaus poſtremus omnium principum aduenisſet, & ob hoc ita forent indignati nobiles, vt nullus ei locum dare decreuiſſet, ecce Crux aurea in fronte eius reſplenduit. Quod videns Cęſar, primus omnium illi aſſurgēs locum dedit, & in multis præ omnibus honorauit. F Cùm autem tempus adeſſet, vt pro glorioſo certamine Dominus militem ſuum coronare vellet in cælis venit ad quoddam cōuiuium à fratre ſuo in dolo inuitatus. Quo peracto, dum vir Dei nocte ad eccleſiam ad laudem Domini more ſolito pergeret, idem frater velut alter Cain in ſeruum Dei irruit, & procumbentem in limine eccleſię occidit. Cuius & vulnus, quod inflixerat capiti frater eius, cū in tranſlatione

Gen. 4.

A.C. 1360.

tione corporis eius omnia alia vulnera ſanata eſſent reperta, præter illud clamorem ſanguinis Abel alterius declamabat. In tranſlatione ſua auricula eius, quæ in occiſione eius fuerat amputata, cum eſſet ad locum proprium applicata ſic vnita eſt, vt nullum veſtigium vulneris appareret. Cuius ſanctam animam mox ſancti angeli cum laudibus ad conſortium ciuium tranſtulerunt ſupernorum. Sanguis verò martyris ibidem fuſus, per multa tempora ab radi non potuit, vel abſtergi. Cumque ſacrum corpus eius transferretur, & vectores propter nimiam inundationem aquarum flumen tranſire nequirent & inundationem, pij martyris illi angelico ductu tranſierunt. Cum autem prope carcerem, qui erat ſub vrbe Pragenſium, in quo multi in vinculis tenebantur veniſſent & terræmotus factus eſt, & carcer reſplenduit multa luce, & victorum manus & pedes abſoluuntur.

Regi Daciæ Chriſtus Crucifixus apparuit in viſione, eique ſciſcitanti quis eſſet, reſpondit: Ego ſum Ieſus Chriſtus quem tu peccatis tuis Crucifixiſti. Vt igitur peccatorum tuorum remiſſionem accipias, fac eccleſiam in honorem militis mei Vuenceſlai. Quod ille gaudens impleuit. Nam monaſterium ordinis ſancti Benedicti conſtruxit, dotáſ illud poſſeſſionibus & alijs neceſſarijs ſufficienter. Multa quoque & alia miracula tam in vita, quàm poſt mortem pij martyris Vuenceſlai, in cæcis, claudis & captiuis in carcere detentis, & quibuslibet afflictionibus oppreſſis, meritis eiuſdem glorioſi martyris, Dominus in diuerſis locis magnifice operari dignatus eſt, cui laus & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Colitur. 28. Sep.

De S. Florentio Turonenſi.

§. II.

BEATVS Florentius, natione Gallicus ciuis Turonenſis ciuitatis, mediocris conditionis ſecundum ſæculum poſt longam peregrinationem ad vrbem, reuerſus in Galliam epiſcopus Cabillonenſis creatus eſt. Hic in ſua adoleſcentia ex deuotione ad eccleſiam ſancti Martini in feſto purificationis eius acceſſit, & in ipſa pernoctauit, diuina officia nocturna audiendo. Et cultus diuini feruore concepto ab epiſcopo loci petijt, cum ſocio in clericum tonſurari. Cuius deſiderium pontifex adimpleuit, & aliquandiu in cellula ſibi à pontifice data iuxta fluuium Ligerim cum ſocio Domino militauit. Exinde propoſito firmato, Apoſtolorum limina Petri & Pauli viſitandi ad vrbem iter ſuum direxit.

Cum iter proſequendo Gratianopolim ciuitatem Delphinatus ingreſſus fuiſſet, ſanctitatem eius Dominus latere non ſiuit. Nam tres homines diabolica paſſione vexatos, coram omni populo ab obſeſſione ſua oratione liberauit, Crucis ſuper eos facto ſignaculo. Poſt hæc Seniſio monte Sabaudiæ ſuperato, obſcura ſyluarum pertranſiens incidit in latrones, quem captum cum decreuiſſent occidere, mandantes, vt collum extenderet, & ictum fe- A rientis exciperet, præmiſſa oratione vir Dei intrepidus collum parat. Lictor vero manum eleuat cum gladio, vt caput abſcindat, ſed virtus diuina manum eius ſuſpendit in aere, Ita vt nec percutere eum poſſet, nec ſaltem manum deponere. Compuncti latrones tanto miraculo percipientes ſanctitatem eius eximiam veniam deprecantur, ſupplicantes vt dexteræ lictoris quæ inutilis & ſuſpenſa tenebatur, vſum liberum reſtitueret quod agere non diſtulit, inimicis tribuens bona pro malis.

A.C. 1360.

Florentius caput ferienti ſubijcit.

Proſecutus iter ad vrbem applicuit cum ſociis, & beatiſſimi Petri eccleſiam deuote in- B greſſus ſacriſtam rogat, vt ad locum ſepulchri glorioſiſſimi apoſtoli, qui clauſus tenebatur, liber ei pateret acceſſus. Cui reſpondit ſacriſta non niſi magnatibus & honorandis prælatis hoc poſſe concedi. At vir Dei Florentius flagranti deſiderio ad hoc anhelans poſitis in terram genibus orationem fudit. Moxque catenatus ille locus reſolutis vinculis patefactus eſt, vt crederetur ſummus Chriſti Apoſtolus ei, qui illuc venerat, reſeratis aditibus, occurriſſe. Qui compos voti fidei ardore ſuccenſus ſepulchrum id oſculatus eſt. Hoc cernens ſacriſta admira- C tus ſanctimoniæ excellentiam veniam à ſancto petiit & accepit. At vrbis antiſtes & orbis, audita eius fama & prodigiorum virtute eum cum ſumma veneratione & dilectionis affectu ſuſcepit. Qui ad tempus moratus in vrbe decreuit demum ad ſuam patriam remeare.

Petita igitur licentia, & cum difficultate obtenta, remeandi à ſede apoſtolica diœceſanis & alijs locorum præſidentibus, per quæ eum tranſire contingeret plurimum recommenda- D tus eſt, & vbique honorificè ſuſceptus. In reuerſione ſua igitur poſt miracula multa, & gratiam ſanitatum non paucis exhibitam in diuerſis locis Mediolanum eo adueniente, & aliquam moram ibi ſuſtinente, multipliciter oſtenſus eſt Dominus mirabilis in ſancto ſuo. Nam duodecim à ſpiritibus immundis, vexatos liberos reddidit, cæco cuidam lumen dedit, Alter nomine Conſtantinus, & Filius cuiuſdam nobilis & eminentis viri, cum debitum naturæ ſoluiſſet, corpuſque eius ad veſtigia eius fuiſſet delatum orationi inſi- E ſtens ſanctus Florentius à portis mortis eripuit rediuiuum. Inde recedens ad Albiganum peruenit, vbi etiam fidelibus & infidelibus ſigna plurima oſtendit. Sed inter cætera cum iam menſibus octo cœlum pluuiam non dediſſet, propter quod arefacta terra producere non valeret, orante viro ſancto tanta magnorum imbrium ſuper terram fuit effuſio, vt abundanter irrigata rerum alimoniam miniſtraret. Quod beneficium in duobus tantum milliaribus circumquaque fuit conceſſum vt infidelis populus traheretur ad fidem.

Multi autem ex infidelibus hoc pacto ſpo- F ponderunt ſe credituros in Chriſtum ſi ipſe vir Dei idola, quæ colebant ſuis verbis in puluerem reſolueret, quod oratione ſua effecit. Inſuper & draconem quendam miræ magnitudinis, qui è cauerna ſua egrediens aliquando flatu ſuo venenoſo plurimos inficiebat, vnde vt minus noceret ſuggeſtione diabolica

Multos infideles ad fidem conuertit.

A.C. 1360. lica annuatim puerum & puellam virgines ei immolabant, à loco illo fugauit. Accedens enim intrepidus ad cauernam, in qua habitare dicebatur, Dominum exorauit, vt aut ipſe dracto interiret, aut alio diſcederet ad nocum eũ hominum nunquam rediturus. Oratione completa voce ſonora draco ille monſtroſus ab antro ſuo ſe mouens, alueum vicini fluminis petiit, per quem in mare dilapſus nunquam comparuit vltra. In ciuitate quoque Placentina cum moram traheret, vna dierum eccleſiam ingreſſus orandi cauſa indeque audiẽs lugẽtium clamorem, cauſam percunctatus eſt tanti planctus. Qui eum intellexiſſet ob mortem cuiuſdam puellæ illos plorare tactus com paſſione præ dolore cordis intrinſecus. Eamus (inquit) viſitare lamentantes, & aliquid conſolationis, ſi poſſumus, impendamus. Facta igitur oratione, hoſpitium, vbi corpuſculum puellę iacebat exanime ingreſſus eſt: & lugẽtib. indicto ſilentio iis, qui ſecum erant orare præcepit. Quod cum ipſe cum iis ageret, ab oratione ſurgens, & apprehendens manum puellæ defunctæ ter proprio nomine illam altiori voce clamauit. Quæ viuificata reſpondit. Luctuſque omnium in gaudium eſt commutatus, Ibique in monumentum prodigij conſtructa eccleſia, locuſque ille in honorem ſancti dictus eſt Florentiola.

In Galliã redit. Demum ſuperatis montibus Galliam vltra alpinam ingreſſus eſt, vbi in baſilica ſancti Tirſi duobus cæcis lumen reſtituit, plures à dæmonibus obſeſſos liberauit multis loquelam conceſſit. Rex autem Franciæ comperta ſanctitatis eius fama à populis, eum ad ſe literis accerſiri fecit, et venientem quàm plurimum honorauit & dilexit.

Quadam vice cum rex contra paſtorem ouium ſuarum ob quędam ei relata crimina furore exarſiſſet eum incendio adiudicauit. Quod cum executioni mandaretur, hoc audiens vir Dei accurrit, & in ignem ardentem in quem iam ille reus erat iniectus, intrauit, & virga quam tenebat in manu, flammas extinxit: quod rex audiens reum illum iuſſit diſſolui liberum dimittens.

Die quadam cum rex diſcurrens inuiſeret ciuitates regni ſui, & Cabillonem cum ſancto Florentio ingrederetur, placuit ſancto viro viſitare incarceratos ad conſolandum eos. Cuſtodes vero carceris timentes liberationem illorum aditum, ad eos concedere noluerunt. At vir Dei oratione & Crucis ſignaculo, omnium carcerum clauſtra ferro & ſeris clauſa apperuit, & afflictos captiuos conſolatus eſt. Ad Dominum epiſcopo migrante Cabillonenſi ciuitatis notabilis Galliæ de iudicio regis beatus Florentius in paſtorem & epiſcopum Cabillonenſem electus & conſecratus eſt. In quo ſtatu nil diminuens humilitatis aut caritatis, ſed apicem perfectionis apprehendens omnibus factus eſt religionis Chriſtianæ ſpeculum & ſanctitatis exemplum, infirmos variis languoribus ſanitati reddens. Porro poſt virtutum egregia opera, egritudinem incurrens feliciter obdormiuit in Domino.

De Sancto Proculo mart.

A.C. 1600.

§. III.

De ſancto Proculo martyre. Hic glorioſus vir cum quibuſpam aliis ſociis de Siria in Italiam venit. In Cryptam autem Voronianam ſe conferens in magna abſtinentia Deo ſeruiebat, bis tantum in hebdomada cibum ſumens, & multa per eum Dominus miracula faciebat. Et inter cætera vexatum à dæmone iuuenem liberauit, & quamdam cœcam illuminauit. Sanctus autem Valentinus epiſcopus Tyriæ (rectius Tyreæ) quæ hodie dicitur Interamnis (rectius Theramne) audita fama ſancti viri cum ad illas partes acceſſiſſet eum ad ſe vocari fecit, & licet inuitum preſbyterum ordinauit, cum eo aliquamdiu moram trahens.

S. Procu. miſſam celebrat. Factum eſt autem vna dierum cum Proculus coram Valentino epiſcopo miſſam celebraret, ecce angelus Domini veniens tulit calicem, ac omnibus videntibus, qui aderant, deportauit in aera, & poſt ſpacium duarum horum rediens ſuper altare repoſuit id dicens. Dominus Deus benedixit, tu tantum liba illum. Quo facto magnas Deo omnes gratias reddiderunt de tanto prodigio.

Cum autem celebraret in reſurrectione Domini de nocte qua hora Chriſtus reſurrexit audiuit angelos glorioſe cantantes, ac ab eis accepit horam Domino ſacrificandi hoſtiam illibatam. Quidam autem tyrannus infidelis in partibus illis audiens cultiram euacuari deorum per ſanctum Proculum & ſocios, iuſſit eos capi, & coram ſe adduci. Qui præſentatus ei cum inuiratus à tyranno ad culturam deorum omnino recuſaret dæmones non deos affirmans, diu tyrannus eum cædi mandauit, & catenis vinctum in carcerem truſit. Sed angelus Domini media nocte cum lumine apparuit, vincula ſoluit, carcerem aperuit, & ad propria redire præcepit.

Interea beato Valentino martyrio coronato, ſanctus Proculus in antiſtitem Interamnis (rectius Theramnes) conſecratur, vbi multos ad fidem verbo & exemplo trahebat, & doctrinam miraculis multis confirmabat. Fuit autem ſuggeſtum ſummo pontifici quòd Proculus epiſcopus Iteramnus nocte miſſas celebrabat, ac repente poſt communionem ſumptam cibum accipiebat. Eapropter mittuntur nuntij ad Proculum qui pontificem de veritate eius informent quos ad ciuitatem Iteramnis (rectius Therannem) applicantes gratioſe recepit, & ſecum retinuit vſque ad craſtinum diem. Noctem autem ſequentem Proculus duxit inſomnem, & media nocte, vt ſolitus erat celebrauit. Et communione peracta cibum ſumpſit, inuitans ad idem ſocios cum eſſent cum eo iter facturi qui renuerunt horrentes factum eius, quòd tali hora ſumeret cibum. Iter igitur ſuum proſequentes, in via ex calore ſolis accidit, vt ſodales eius quaſi deficerent præ-

A.C. 606.

præſſis anguſtia. His multum compatiens vir Dei, ceruam à longè contemplatus, ei mandauit vt fixa maneret, ad quam firmatam properãs lác eius emulgens ſociis ſuis potum dedit, vnde recreati ſunt, & valdè admirati ſanctitatem viri. Apparuit & in viſũ nocte Angelus pontifici mandans vt Proculum epiſcopum Interamnis non moleſtet in quoquam, quia quæ ab eo geſta ſunt, rectè & iuſtè facta ſunt, Contraxerat enim vir Dei à temporibus retroactis infirmitatem quemdam ſtomachi propter quam oportebat eum ſic intempeſtiuè cibum ſumere ne deficeret. Deſtinauit igitur Romanus pontifex quam citiſſimè alios nuncios ad Proculum, referentes ex parte eius, vt non vltra laborem itineris proſequeretur. Ad quẽ cum perueniſſent, & imperata ſignificaſſent, dixit ſe omnino velle videre tanti pontificis faciem. Vrbem demum ingreſſus viſitauit pontificem ſummum cum omni honore & reuerentia, quem gaudioſè ſuſcepit veniam petens de labore itineris ſibi impenſo.

Viſitat Gre. max.

Et poſt aliquot dies benedictione accepta Spoletum cum ſociis adierunt, vbi verbum Domini feruenter nunciantes: multos ad Dominum Ieſum colendum conuerterunt miraculis coruſcantes, & inter cætera paralyticum vſui membrorum reſtituentes. Qui vero præſidebant Spoleti viri infideles, ægreferentes Chriſti fidem dilatari, ſtatuerunt vt Proculus cum ſuis caperetur. Sed Dominus apparuit in viſu Proculo admonens, vt inde recederet cum ſuis, quia capiendi eſſent, & vt pergeret Bononiam ad Euangelizandum ibi regnum Dei, quod & fecerunt inde recedentes. Bononiam profectus in domo cuiuſdam ciuis Theodori nomine hoſpitatus eſt, cuius vnicum filium habentem manum aridam plenè ſanauit propter quod ille cum tota dom o eius baptizatus eſt. Totila rex Longobardorum & Gothorum, vt audiuit, quòd per beatum Proculum idolorũ dimitteretur cultura, ac Chriſti creſceret nomẽ, quaſi leo ſæuiens Bononiã veniẽs, fecit Proculũ perquiri, & vinctũ ad ſe perduci, & demũ mãdauit eũ decollari die Calen. Ianuar. Accedentes viri timorati, quos ipſe baptizauerat, tulerunt corpus eius, & extra ciuitatem deferentes cum aromatibus ſepelierunt. Sepulto Proculo puer mortuus iuxta eum poſitus eſt, moxque membra ſancti mortua vbi attacta ſunt à pueri cadauere ſuſcitatus eſt. Corpus vero poſtmodum inuentum eſt cum capite iunctum: nulla læſionis ſigna habens.

Alia Proculi vita, ſed alterius vt puto, qui idem nomen ſortitus eſt.

§ IIII.

BEATVS Proculus martyr (vt legitur) fuit tempore conſtitutionum legum, & fuit tẽpore Iuſtini imperatoris, qui dedit imperium Iuſtiniano imperatori nepoti ſuo, ſub cuius imperio feritas gentilium adhuc ſæuiebat in Chriſtianos, & ariana peſtis inter profanos pullulabat. In hac tẽpeſtate Marinus prætorij præfectus miſſus eſt Bononiam, vt reip. ſtatum ſummopere cuſtodiret. Interim cœpit inſequi Chriſtianos ſuaſu paganorum, & ſanctas Dei eccleſias claudere ſuaſu Hæreticorum, ac cunctos Chriſtianos ad palatium iuxta Pulſerulam in loco, qui dicitur Gallicanrulæ conuenire iuſſit, eoſque cunctos ſingulari prædia ſub ſtantiaſque eorum palatio vendicari. Inter quos beatiſſimus Proculus martyr egregius, nobilis genere, perſona decorus, ſapientia ſplẽdidus, cœpit hortari ſocios ſuos. Et habita ad eos oratione iuſſu Marini præfecti coram eo præſentatus eſt. Habita itaque inter eos varia prolixaque diſputatione, beatus tandem Proculus audita contra ſe ſæua principis ſententia ſecurim quam valde diligenter exacuerat ſumpſit ceruicemque Marini prætoris in templo orantis penitus obtruncauit, quæ nuſquam comperta eſt. Poſtera vero die tempeſtiuè conuenientes miniſtri ad principis templum vt orarent, corpus exanime abſque capite repererunt.

Facinus inauditum vix vt puto credibile.

Facta igitur magna diuturnaque lamentatione, ac ingenti inquiſitione, per duorum dierum ſpacium remanſit, tertia vero die non combuſtum (vt mos erat) ſepultum eſt. Inter cæteros tandem cum à cunctis criminatus eſſet beatus Proculus, aliquot dies latuit, non quod mortem effugeret, ſed vt iræ ſæuienti in eum populi aliquantulum cederet. Denque patefactus eſt inter virgulta caſtanearum beatus Proculus, vbi oradat, atque repertus eſt. Cumque eum orantem inſpexiſſent, trium horarum ſpatio ſtupefacti extiterunt, adeò vt nullus auſus eſſet appropinquare. Finita igitur oratione beatus proculus dixit ad Iudęos. Quid quæritis? Illi autem aiebant ſe ſcire Proculum conſcium necis principis ſui. Proculus verò confeſſus eſt ſe eſſe conſcium ac egregiam erga eos habuit diſputationem. Prælibatus vero Iudæus diſputatione hac partim confuſus, partim quam non valebat ſolus in Proculum animaduertere lento gradu receſſit. Interim Proculus à palatinis militibus comprehenditur, trahitur, flagellatur, pugnis tunditur, calcibus dilaceratur, ſic vſque ad locum, vbi decollatus eſt, diſcerpitur atque deducitur. Cùm vero ad palmam martyrij perductus eſſet expanſis manibus orauit, ac illico improbus ſpiculator vibrans bipennem caput eius amputauit, ſtatim que fulgor ſonitus ingens intonuit. Surgens itaque beatus martyr conſtitit & apprehendens caput ſuum iuxta genua vſque ad locum peruenit, vbi hodie etiã requieſcit. eccleſiaq; ipſa, quæ primo ſãcti Xiſti nomẽ habebat ab eo nomẽ ſuſcepit. Hęc oĩa acta reperiuntur ad ſancti martyris Proculi venerabilẽ celebritatẽ. Martyrizat9 eſt autẽ in ciuitate Bononiæ Cal. Iunij à gentibus & miniſtris profani ac damnati Marini præfecti prætorij, imperante Iuſtino imperatore regnante vero domino noſtro Ieſu Chriſto: qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum.

De ordine Eremitarũ S. Aug. de quo multa ſcribit Amb. Choriolanus in Apologia ordine eiuſdem.

CAP. XIIII.

DE ſacro ordine eramitarum ſanct Auguſtini, qui in priuilegiis inter mendicantes computatur quæ inueni hic refero. Quidam religioſus di

A.C. 400.

eti ordinis ſic ſcribit. Reuelatum fuit propheticô ſpiritu abbati Ioachim, qui ſic in expoſitione ſuper apocalypſim ſcribit de fratribus ordinis ſancti Auguſtini: Surget ordo qui videtur nouus & non eſt, indutus nigris veſtibus, & deſuper zona. Hi creſcent, & fama eorum diuulgabitur, & prædicabunt fidem, quam defendent vſque ad mundi conſummationem in ſpiritu Heliæ prophetæ. Qui ordo erit eremitarum æmulantium vitam angelorum quorum vita erit: quaſi ignis ardens in amore & zelo Dei ad comburendum tribulos & ſpinas, hoc eſt ad conſummandum pernicioſam vitam prauorum, ne mali vſque abutantur B patientia Dei.

Ex his dictis religioſus Auguſtinian° elegit duas concluſiones. Prima eſt, quòd ordo eremitarum ſancti Auguſtini eſt cæteris ordinibus antiquior inſtitutione, quia dicit: Surget ordo, qui videtur nouus, & non eſt. Et quòd ſit antiquior ordinibus mendicantium patet ex chronico ſeu regiſtro pontificum, vbi dicitur quòd incarnationis Domini anno 251. ſumpſit initium ordo eremitarum fratrum ſancti Auguſtini à Paulo primo eremita. Et hoc etiam patet: quia Auguſtinus à quo fratres eremitani regulam ſumpſerunt normamque viuendi, floruit circa annos domini quadringentos: beatus vero Benedictus, à quo monachi ſumpſerunt initium floruit circa annos Domini quingentos. C Quod ſit hic antiquior ordinibus mendicantium ſcilicet Prædicatorum & minorum patet. Nam in decre. quæ incipit. religionum. De religioſis do. lib. 6. dicitur, quod inſtitutio fratrum eremitarum ſcilicet Auguſtini præceſſit concilium Lateranenſe quod celebratum fuit ſub Inno. 3. quo tempore nondum erant ordines mendicantium D inſtituti, ſed à ſucceſſore Inno. 3. immediatè ſcilicet Honorio 3. fuerunt mendicantes ordines approbati. Et ſic ordo eremitarum ſcilicet Auguſtini videtur nouus propter nouam in ciuitatibus inhabitationem, ſed non eſt nouus propter antiquam eius inſtitutionem.

Eremitæ antiqui non fuerunt ordinis S. Au.

Sed declaratio iſta non ſufficienter probat propoſitum. Nam etſi ordo eremitarum & in eremo viuentium cœperit à Paulo eremita, non ſequitur, quòd talis modus viuendi eſſet ordo beati Auguſtini vel viuerent ſecundum regulam beati Auguſtini qui adhuc non erat E in mundo, ſed poſtea plus quam per centum annos. Nec legitur alicubi, quòd aliquam communem regulam illi eremitæ haberent, nec tunc aliquis ordo, vel religio erat ab eccleſia approbata, vt poſtea fuit. Quod beatus Benedictus, & eius religio ſecundum regulam eius fuerit poſt Auguſtinum certum eſt, vnde & canonici regulares, qui profitentur regulam Auguſtini vſque fuerunt ante Monachos Benedictinos & etiam aliqui eremitæ viuentes religioſè in locis ſolitariis potuerunt eſſe, qui viuerent ſecundum regulam Auguſtini & F fortè illi ad quos ſermones editi dicuntur ad eremitas, ſed non erant illi propriè loquendo illius ordinis & modi vitæ cuius nunc ſunt qui dicuntur eremitani, & habitant in ciuitatibus villis & caſtris. Similiter etſi fuerunt aliqui ante ordines mendicantium qui viuerent in eremis ſecundum regulam Auguſtini non tamen erant talis ordinis nec habebant vnum caput, nec illas ordinationes, quas habent eremitani nunc. Vnde poteſt dici, quòd qui dicuntur eremitani nunc, non fuerunt ante mendicantes, ſed poſtea vt patebit infra.

Guilielmus de Cremona Auguſtini imitator.

§. I.

Exemplar huius glorioſi patris Auguſtini imitatus eſt venerabilis pater frater Guilielmus de Cremona, ſacræ paginæ doctor famoſ°, olim prior generalis eiuſdē ordinis. Qui cum per annos circiter ſexdecim gubernaculum ordinis laudabiliter tenuiſſet, & poſtmodum diuina prouidentia, & domini Clementis papæ ſexti prouiſione epiſcopus Nauarienſis eccleſiæ factus eſſet, nolens propter epiſcopatum fratrum ſuorum communionem deſerere duodecim fratres eiuſdem ordinis ſecum in domo epiſcopali diuinum officium diurnum pariter & nocturnum, ſicut antea in ordine conſueuerat [canentes habuit, ipſe verò] omni nocte ſurgens ad matutinum deuotè cum eis vota perſoluebat. Et licet pontificali præfulgeret honore non minus tamen humiliter & affectuoſè ſe ad omnes fratres ſui ordinis tenuit, quàm prius, nam præter fratres prędictos quotidianos ſuos commenſales, ſingulos fratres forenſes aduenientes in menſa eſſe volebat. Præceperat enim priori lege, vt nullum fratrem hoſpitem in conuentu comedere permitteret, ſed ad eum omnes, & ſingulos deſtinaret. Studentibus nihilominus pauperibus & aliis egentibus fratribus multas pias ſubuentiones faciebat ad locumque ſancti Auguſtini in Papia notabilia ſubſidia impendebat, & ad capitula generalia, quo per ſe venire non potuit, eleemoſynam talem largiri per alium ſtuduit.

Forēſes .i. externos

Auguſtinus triplici religionis habitu indutus Amb. ſer. 92.

§. II.

NOTANDVM etiā q̃ [a] B. Auguſtinus habitu religioſo in triplici ſui ſtatu indu-

a *D. Auguſtinum eximium S. Eccleſiæ doctorem, Hipponenſemque epiſcopum omni laude & veneratione digniſſimum antequam Chriſti ſacramentis eſſet initiatus religioſam vitam, id eſt cælibem, & ab omni rerum humanarum cura & ſollicitudine liberam (qualem illi agunt qui noſtro tempore monachi & religioſi vocitantur) inſtituiſſe, agere tam certum eſt quam ipſum fuiſſe Auguſtinum: quod non tantum ex ſermonibus ad fratres in Eremo & aliis eiuſdem ſcriptis, quæ peruerſi quidam cenſores tanquam θανάσιμα nigro θ. notauerunt & illa eſſe ſuppoſita calumniantur: ſed ex eo opere demonſtratur quod Auguſtini eſſe omnes fatentur Confeſſiones ipſius dico, in quibus ipſi de ſe loquenti eo magis credendum eſt, quod in his Deum ipſum alloquens & ipſum vitæ ſuæ ante actæ quaſi teſtem adhibens non eſt credibile voluiſſe mentiri. Antequam igitur baptizaretur, diu multumque in illa verſatus eſt cogitatione vtrum ſuſcepto baptiſmate vxorem deberet du*

A.C. 1356. *cere mundique rebus vacare, vel certe rei vxoriæ*
& omnibus mūdanis negotiis nunciū mittere. Quæ
ſanè cogitatio cum diu animum eius torſiſſet, tandē
diuina inprimis gratia, & audito Potitiano amico
ſuo, qui vitam D. Ant. & quorundam monachorum
narrauerat, vociſque cuiuſdam cælitus miſſæ admo-
nitus ſic terminata eſt, vt ille vxorem non quæreret
& quicquid ſpei in mundo habere poſſet, dimitteret.
Hæc ex toto octauo libro Confeſſionum colligi maxi
mè poſſunt. Sed præſtat ipſum de ſe audire loquentē.
Sic enim præfatur cap. 6. lib. eiuſdem. Et de vinculo
quidem deſiderij concubitus, quo arctiſſimè tenebar,
& ſecularium negotiorum ſeruitute, quemadmodū B
me exemeris narrabo, & confitebor nomini tuo do-
mine. Narrat deinde eleganter ſanè & piè, quo-
modo ad eum & Alipium Potitianus venerit, D.
Anton. vitam narrarit, & monaſteriorum greges,
& eremi cultores & habitatores. quis ipſe hactenus
ignorauerat, ei indicauerit, quibus ille auditis graui
in ſe pugna ſpiritus & carnis excitata aliquantulum
perplexus manſit, tandem tamen poſt grauem illam
conflictionem vocis admonitu, vt habetur. cap. 12.
eiuſdem libri in ſancto propoſito agendi cælibem vi-
tam, & ab omnibus curis mundi liberam confirma-
tus eſt, lecto enim Apoſtoli loco, quod voce diuina C
legere admonitus fuerat. Non in cubilibus & impu-
dicitiis, non in contentione & æmulatione ſed indui-
te Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis prouidentiā
ne feceritis in concupiſcentiis veſtris, ſtatim (vt ipſe
ait) cum fine huiuſce ſententiæ quaſi luce diuinitus
infuſa cordi ſuo, omnes dubitationis tenebræ (illæ ſci-
licet quæ eum à Chriſti conſiliis ſequendis retarda-
bant) diffugerunt. Clarius hoc ipſe paulò poſt expri-
mit. Conuertiſti enim ita me ad te, vt nec vxorem
quærerem, nec aliquam ſpem ſæculi huius, ſtans in ea
regula fidei, in qua me ante tot annos matri reuela-
ueras. Et conuertiſti luctum eius (de matre loquitur) D
in gaudium multo vberius, quam voluerat, & multo
carius atq; caſtius, quā de nepotib. carnis meæ requi
rebat. Totus verò nonus liber (in quo ipſe baptiſmū
ſuum narrat) in diuinis laudibus penè conſumitur, eo
quod ipſe à mundi & carnis ſarcina liberatus in vo
luntate ſeruiendi Chriſto fuerit confirmatus. Præſtat
ad hoc aliqua illius verba inſerere, quæ certe animos
religioſos ad ſeruiendum Deo excitare poſſunt. ca. 1.
Quā ſuaue mihi fuit ſubitò carere ſuauitatib. nuga-
rū & quas amittere metus fuerat, iā dimittere gau-
dium erat. Iam liber erat animus à curis mordacibus
ambiendi (nota hic obedientiam) & acquirendi (nota E
hic paupertatem) & volutandi atque ſcalpendi ſca-
biem libidinis; hic aperte caſtitas eius de-
claratur, & garriebam tibi claritati meæ &
diuitiis meis, & ſaluti meæ domino Deo meo. Cap. 2.
afferens cauſas deſertæ à ſe Rhetoricæ profeſſionis
plane indicat ſe eo animo baptizari voluiſſe, vt vna
cum ipſo ſacramento religioſam vitam amplecteretur,
tur, neque verò ſolus, ſed cum aliis familiaribus. Nā
cur neceſſe erat Rhetoricæ profeſſionem eum deſe-
rere, niſi cum ipſo baptiſmo ſanctiorem & religioſio-
rem vitam agere decreuiſſet. Nonne Victorinus ipſe
(cuius ipſe conuerſionem c. 2. l. 8. tam eleganter ex- F
poſuit) poſt baptiſmum in vrbe Roma eamdem artē
publice docuit, neque dimiſit niſi impij Iuliani lege
coactus, qua literaturā & Oratoriam profiteri Chri
ſtiani prohibiti ſunt. Sicut ergo Victorinus Chriſtia
nus Oratoriæ facultatis profeſſionem non dimiſit: ſic
Auguſtinus eidem profeſſioni poſt baptiſmum vaca
re potuit: quare neceſſe eſt dicere eū tunc ſanctiorem.

A *vitā quàm ipſe Victorinus egiſſet, voluiſſe inchoare.* A.C. 1365.
Hoc ipſe etiam his verbis indicat. Conſilium noſtrū
erat coram te, coram hominibus autem niſi noſtris nō
erat: &, Sagittaueras cor noſtrum caritate tua, &
geſtabamus verba tua transfixa viſcerib. & exēpla
ſeruorum tuorum. Et plena inquit voluntas vacandi,
& videndi, quoniam tu es Dominus, oborta mihi eſt
atque firmata. In 3. cap. idem etiam declarat. Nam
cur verecundus audito eius propoſito macerabatur
ſe deſeri ab Auguſtini ſociorumque eius conſortio,
niſi quia ille vtpote coniugatus, cum Auguſtino &
ſociis ipſius qui cælibem et religioſam vitam agere
B *decreuerant, iam verſari non poterat? Quid quod ipſe*
fugit hominum conſortia & poſt illud tempus in ve
recundi rure cum amicis quibuſdam communem &
ſolitariam vitā quodammodo, agit idq; ante baptiſ-
mū, vt c. 4. & 5. narrat, nonne maxime reddit id veriſ
ſimile, quod hoc loco ſcribit D. Ant. eremiticū quod-
dā vitæ genus in ſuæ cōuerſionis initio fuiſſe ſequu-
tū. Hæc ante baptiſmū poſt baptiſmū verò cū aliquot
ſociis ſe vitam religioſam egiſſe ſatis indicat. cap. 8.
Qui habitare facis vnanimes in domo conſociaſti no-
bis & Euodium qui relicta militia ſeculari accin-
ctus eſt in tua. Simul eramus, ſimul habitabamus
C *placito ſancto, quærebamus quiſnam locus nos vti-*
lius haberet ſeruientes tibi, & pariter remeabamus
in Aphricam. c. 9. de matre loquens. Nobis inquit
omnibus, qui ex munere tuo ſinis loqui ſerui tuis
qui ante dormitionē eius in te iam conſociati viueba
mus percepta gratia baptiſmi tui. Denique ma-
ter finito colloquio de regno cælorum ſic ait. cap. 10.
Quid hic faciam adhuc, et cur hic ſim neſcio, iam cō
ſumpta ſpe huius ſæculi vnum erat, propter quod
aliquantulum in hac vita immorari cupiebam, vt te
Chriſtianum Catholicum viderem priuſquam more
rer. Cumulatius hoc mihi Deus meus præſtitit, vt
D *te etiam contempta fælicitate terrena ſeruum eius*
videam. hæc ibidem quæ annotare viſum eſt, vt pla-
nū inprimis facerē ea quæ hic habet D. Anton. de D.
Aug. nō eſſe temere reiicienda. Nam et ſi ex his quæ
attulimus eum nigro habitu à D. Amb. indutum, et
Zona ex corio præcinctum fuiſſe non ſatis conſtet,
liquet tamen eum vna cum baptiſmi propoſito etiā
religioſæ vitæ ducendæ propoſitum habuiſſe, et quod-
dam religioſæ vitæ genus tum in Italia (quamdiu ibi
poſt baptiſmum manſit duxiſſe, tum in Aphrica age
re decreuiſſe. Quod certe propoſitum ſi mutaſſet et
religioſam vitam dimiſiſſet, ille qui ea errata quę an
E *te baptiſmum commiſerat tam humiliter eſt confeſ-*
ſus, tantam culpam multis lamentis expiare non di
miſiſſet. vide quæ ſu. tit. 9. c. 8. §. 1. et tit. 15. c. 3. ante
§. 1. notauimus. Vide plura de eadē re tū apud Am.
Choriol. in Apolog. Ord. Eremitarum D. Aug. tū
apud Richardum Cenomannum in Apologia regulæ
tertiæ D. Aug. contra eius cenſorem. In quo D. Aug.
patrono noſtro apud Deum ſingulari et colendiſſimo,
finem his qualibuſcunque noſtris imponimus annota
tionibus: in quibus ſi quid forte nobis exciderit, quod
Sanctæ, Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ Eccle-
ſiæ minus probetur, volumus id Catholicæ piorum-
F *que virorum & doctorum cenſuræ omnino eſſe ſubie-*
ctum. Vt illud poſſint detrahere, vel auferre prout
eis viſum fuerit ad Dei gloriam & ſalutem anima-
rum expedire.

DEO IESV CHRISTO LAVS.

A.C. 400.

tus eſt. Nam primo poſt conuerſionem ſuam & baptiſmum, dicit Ambro. in ſerm. de baptiſmo & Auguſtini conuerſione. Hunc ſcilicet Auguſt. in Chriſto genui, & poſtquam baptizaui, cũ indui cucullã nigrã, & ipſe ad differẽtiam monachorum ſecinxit zona, pergens ad Simplicianum, qui bonus ei apparebat ſeruus Dei, & verè ſic erat, vt ſcilicet de modo viuẽdi cum eo conferret. Et ipſe Aug. in quodam ſermon. ſic ait: Duodecim fuimus fratres, qui induimus cucullam nigram, calceamenta & zonam nigram deſuper cinctam, ad differentiam monachorum. Nomina autem iſtorum ſunt. Auguſtinus ipſe primus, ſecundus poſt Nebridius, tertius Euodius, quartus Alipius, quintus Pontianus, ſextus Adeodatus, ſeptimus Simplicianus, octauus Fauſtinus ſcilicet Græcus, nonus Cordulus, decimus Valerianus, vndecimus Iuſtus, duodecimus Paulinus. Remeans igitur ad Aphricam poſt mortem matris, in hoſtiis Tyberinis, venditis propriis bonis & pauperibus erogatis, monaſterium in nemore apud Hipponenſem ciuitatem primum conſtruxit, vbi cum amicis ieiuniis & orationibus vacans ſcribebat libros, & docebat indoctos: & alios per nemora hincinde quæſiuit religioſos ſeu eremitas, & eos ſecũ in ipſo monaſterio collocauit. Et cum eſſet in itinere reuertens ad Aphricam, viſitauit eremitas, qui erant in monte Piſano, aliquibus diebus cum eis moram trahens, & alios eremitas, qui erant in Centuncellis prope Romam.

Auguſtinus monaſterium condit in nemore.

Secundò presbyter factus à beato Valerio epiſcopo cum doceret populum, & curam haberet in horto, quem ſibi contulit beatus Valerius, aliud monaſterium in ciuitate conſtruxit, in quo cum religioſis viuebat, & regulam eis & ſcripſit, in ſacra pagina eruditos ab eo, ad prędicandum populis eos ordinauit.

Auguſt. aliud monaſteriũ presbyter inſtituit.

Epiſcopus autem factus conſtruxit tertium monaſterium in epiſcopio, ſcilicet canonicorum regularium, & regulam iam inſtitutam per eum eis ſeruandam dedit, communem clericis & fratribus, de qua dicitur. 12. q. 1. non dicatis, & cap. nolo. & cap. certa.

Interdum etiam declinabat ad fratres in eremo habitantes, cum quibus prius conuerſatus fuerat, eos exhortans ad omnem perfectionem vt patet in ſermonibus eius ad eremitas: qui etiam epiſcopus factus monachum ſe profiteri nõ erubuit, vnde in quodam ſer. ſic ait. Ego hodie, qui videor monachus, ſi rupero propoſitum meum, Chriſtum negaui. & infra: Ego quidem ſum monachus (ait ipſe) qui deſij eſſe ſæcularis, & factus monachus, ſi voluero dimittere vitam monachi, & ſequi vitam ſæcularem, non habebit me Deus vt ſæcularem, ſed vt præuaricatorem. Item in lib. quem ſpeculum ſeu manuale appellauit: antiquos monachos vocans patres ſuos ait: Concede mihi domine fragiliſſimo beatorum monachorum patrum meorum imitari veſtigia.

Regula ab Aug. religioſis & canonicis datur.

Fratrum eremitarum ſancti Auguſtini diſperſio.

§. III.

CVM autem omnipotens Deus beatum Auguſtinum de valle huius miſeriæ ad cœleſtis regni gloriam euocaſſet, crebreſcente hoſtili Vuandalorum inſultu, & ſucceſſu temporis inualeſcente eorum perfidia, monaſteriis & eccleſiis in Aphrica gentilitatis ritu profanatis, concrematis, & deuaſtatis, perſonis quoque earũ exiliatis & fugatis, vt habetur in chronicis, tunc etiam fratres illi, qui in cœnobiis ſub beato Auguſtino nutritore degebant, hincinde diſperſi ſunt, quorum quidam deuenere in Tuſciã, quia fortè beatus Auguſtinus in tranſitu ſuo de Mediolano in Aphricam aliquos inde aſſumpſerat etſi ex illis fortè illo tempore aliquis non fuiſſet ſuperſtes, eorum tamen poſteri per eos edocti poterant de Tuſcia boni aliquid audiuiſſe, videlicet quomodo ibi eſſent fratres aliqui eiuſdẽ propoſiti: per Auguſtinũ etiã inſtructi, & ſimilia Sicque illuc venientes nonnulli eorum in cellis ſolitariè, alij in cœnobiis eremiticis ſe receperunt, ſeruientes domino ſicut cuique dominus inſpirauerat. Et ſic illa ſancta ſocietas per beatum Auguſtinum inſtituta, & per eum ſemper (vt dictum eſt) obſeruata non omnino diſrupta fuit & abolita, ſed in aliquibus bonis patribus cõſeruata, donec nouiſſimis temporibus illam diſperſionem Deus dignatus eſt adunare, ſicut olim diſperſionem Iſraelis congregauit. Pſal. 14

A.C. 400

Denique ab illa diſperſione multi fluxerãt anni vſque ad tẽpora Innocentij papæ 3. qui fuit primus papa, quem circa ordinem iſtum aliquid ſpeciale feciſſe legi, quamquàm veriſimile ſit, quòd ante eum plures Romani pontifices ipſum ordinem fuerint congruis fauoribus proſecuti, licet propter temporis antiquitatem, & fratrum ſanctam ſimplicitatem, nihil à nobis de hoc ſcriptũ inueniatur. Nam antiquitus ſancti patres de priuilegiis & gratiis ſcriptis ſe minimè occupabant, ſed ſimplicem fauorem ſedis Apoſtolicæ & prælatorum eius ſufficere arbitrati ſunt. Vnde etiam fertur de beato Franciſco, quòd ipſe ſuper gratia indulgentiæ, quam fratres Minores prædicant eſſe in Aſſiſio, priuilegium ſcriptum à papa petere non curauit, contentus de oraculo viuæ vocis. Sic exiſtimo fuiſſe temporibus illis in antiquis [D. Auguſtini, ſectatoribus] qui adhuc in maiori ſimplicitate viuebant, quam ſanctus Franciſcus, cum ipſi in eremo habitarent. Qualiter autem fratres dicti ordinis illo interuallo tanti temporis, ideſt, à diſperſione ſua de Aphrica vſque ad tempora dicti papæ Innocentij vixerint, quidve egerint, in ſcripto authentico non inueni. Vnde de hoc aliquid ſcribere non curaui, ſed hoc vnum certum eſt, quòd illa ſancta propago ſancti Auguſtini non omnino extincta fuit: ſed aliquibus bonis fratribus in quadam ſancta ſimplicitate viuentibus perdurauit vſque ad annum domini 1215. quando celebratum fuit concilium Lateranenſe ſub præfato domino Innocentio papa 3. Et quòd ordo iſte illud Lateranenſe concilium præceſſerat, exprimitur in textu decretalium extra de relig. do. religionum li. 6. In quo concilio ordines prædicatorum & Minorum, qui tunc recenter ſurrexerant, in fauorem quidem eccleſiæ recepti ſunt, ſed nondum confirmati. Qui Innocentius ad eorum confirmationem durus fuit, In eodem etiam concilio tunc, quia ibi de

Innocentius 3. primus pro Aug. aliquid fec:

ordinibus

C. 30.

ordinibus ſingulis tractabatur, ordo ſancti A
Auguſtini regiſtratus & annotatus fuit, abſque tamen ſolennitate confirmationis, vt habetur in regiſtro pontificum Romanorum.

Hic ergo Innocentius papa 3. fuit primus pontifex, à quo ordo habuit aliquod priuilegium ſcriptum, quantum ego potui indagare. Confirmauit námque locum ſancti Antonij in Ardigneta, qui eſt in prouincia Senenſi, cuius priuilegij formam vidi. Poſt hunc Honorium papa 3. qui ordines prædicatorum & Minorum confirmauit, etiam loca illa ordinis ipſius ſub protectione ſedis Apoſtolicæ ſuſce- B
pit. Poſtmodum Innocētius papa 4. vir vtique magnæ ſcientiæ & induſtriæ, qui ſedit anno domini 1240. conſiderans ordinem prædicatorum & Minorum notabiliter creſcere, & fructus ſalubres in eccleſia Dei proferre, fratres verò eremitas ſancti Auguſtini ſibi ſolis per bonam vitam prodeſſe, cœpit velle agere, quatenus & ipſi ſicut prædicatores & Minores, fructum ſalutarem in eccleſia Dei producere poſſent. Erant autem tunc temporis in diuerſis mundi regionibus, & præcipuè in partibus Tuſciæ diuerſi alij eremitæ, ſub diuerſis titulis C
diuerſimodè viuentes, quos omnes idem Innocentius eremitis ſancti Auguſtini coniunxit, reducens eos ad vnum ouile ſub vno paſtore, ſcilicet priore generali, mandans, vt omnes ſub vna regula ſancti Auguſtini, vno modo profitendi, vno habitu, vno titulo, vno officio, & eiſdem conſtitutionib. vti deberent, muniensque eos pluribus priuilegiis & gratiis, quorū omnium exemplaria & nonnulla originalia ſub bulla ego vidi. Et vt ordo eo efficacius ſuſcipere ad incrementum, dedit eis vnum cardinalem prouiſorem ordinis & protectorem, inten- D
dens eis exinde de ſtatu vberiore præſtabiliter prouidere, ſed præuentus morte ea, quæ propoſuit, non perfecit.

Vnde beatus Auguſtinus volens diſperſionem ſuæ religionis congregari, ſuccedenti ei in ſede Apoſtolica domino Alexandro papæ 4. in viſione apparuit, grandis quidem capite, ſed membris exilis. Ex qua viſione velut diuino oraculo papa communitus vnionem per prædeceſſorem ſuum dominum Innocentium inchoatam conſummauit. Ipſe námque fratres eremitas diuerſorum ordinum E
quorum quidam ſancti Guilielmi, alij fratris Ioannis boni, alij de Fabali, alij de Britinis cēſebantur, alij quoque apud homines ambiguis nuncupationibus vacillabant, necnon & fratres de pœnitentia Ieſu Chriſti, qui Saccitæ vocabantur. Hos inquam omnes in vnum redegit, & ordini eremitarum ſancti Auguſtini cum perſonis & locis effectualiter incorporauit ac vniuit, diſpenſans cum eis ſuper diuerſarum profeſſionum & obſeruantiarum ligamine, quibus antea in prædictis, vel aliis F
ordinibus adſtricti quomodolibet tenebātur. Mandans quoque ac per cenſuras eccleſiaſticas compellendos eos decernens, quatenus ſub vnius prioris generalis obedientia ſecundum regulam ſancti Auguſtini omnes vnanimiter debeant militare. Et vt in hac ſancta cōiunctione nulla deformitas appareret, idem Romanus pontifex determinauit eis habitum

Innocētius Auguſti[illegible] pri[illegible] pri-[illegible]glum [illegible]ait.

[illegible]alti Ere[illegible]æ D. Aug. eremitis [illegible]

A officium, & titulum, quæ omnia ex antiquis priuilegiis ordinis apparent luculenter. Et inter mendicantes hodie computantur, ab ordinariis exempti.

A.C. 1209.

Templum in quo D. Aug. corpus conditur, Eremitis Auguſtinianis conceſſum eſt.

§. IIII.

CVM autem corpus ſacratiſſimum beati Auguſtini de Aphrica fuiſſet tranſlatū in Sardiniam & poſtea in proceſſu multi temporis inde tranſlatum Papiam in eccleſia, quæ dicitur ſancti Petri de cœlo aureo. Ibi habitabant & officiabant canonici regulares, ſed Ioānnes papa 22. deuotione affectus ad ordinem Eremitarum, eos illuc miſit, & conceſſit eis iuxta dictam eccleſiam monaſterium ædificare, & habitare cum dictis canonicis regularibus, & officiare ſimul, dicens decens fuiſſe & ratio- C
ni conſonum, vt tanquam membra capiti, diſcipuli magiſtro, filij patri ſuo vniri deberent. Lamentabile enim videbatur proprios filios ſepulchro paterno priuari. Sed ibi congruebat ipſos fratres eremitanos habitare, vbi oſſa patris Auguſtini requieſcunt, ſcilicet Papiæ, vt dicere poſſent. Et ſepulchrum eius apud nos eſt. Act. 4.
Sicque ordinem ipſum exaltauit & priuilegiis muniuit, & vſque in diem præſentem officiant eccleſiam illam ex choro vno eremitani fratres, & ex altero abbas cum paucis canonicis regularibus in eccleſia communi vtriſque, D
ſed clauſtris ſeparatis.

Habitus D. Auguſtini qualis.

§. V.

QVALI autem habitu beatus Auguſtinus cum ſuis fratribus vſus fuerit, conſequenter perſcrutandum eſt. Equidem nullum determinatum habitum eremitarum & anachoritarum primitus fuiſſe legimus, ſed eorum E
quilibet vtebatur veſte, qualem habere potuit. Nam de ſancto Paulo primo eremita legimus, quòd habuit tunicam de palmarum foliis contextam in modum ſportarum, & quoddam collobium. De beato verò Antonio, legimus quod veſtimento intrinſecus cilicino, deſuper melote velut pelliceo vtebatur. De ſancto igitur Hilarione legitur, quod ſacco tantū membra coopertus erat, & pelliceum habens, quod ſibi beatus Antonius proficiſcenti dederat, ſagumque ruſticum. Sed ſepultum eū fuiſ- F
ſe legimus in cuculla, tunica & pallio. De monachis etiam Ægypti legitur, quod melotis vtebātur. Eſt autem melot, ſecundum Papiam veſtis monachalis de pelle animalis, quod melo vel taxus dicitur, valdè hiſpida, & eſt pendens à collo, præcincta vſque ad lumbos, ſed aliquando accipitur pro pelle caprina. In vit. par. primum legitur parte prima de ſancto Panfuncio, quod ipſe quemdam diſcipulum ſuum

Athan. in vita S. An.

Hieron. in vita S. Hi.

[A.C. 1100] induit habitum monachalem, ſcilicet leuitonari, & cucullam, ac melotem, quæ eſt caprina pellis, vt ibi dicitur.

Per melotas verò, quibus etiam ſancti patres vtebantur (vt dictum eſt) accipere poſſumus tunicas pelliceas, etſi nõ de illa materia, nam de illa materia, de qua melotæ fiebant puta de pellibus caprinis vel camelorum vel taurorum, talia veſtimenta habere vſus non ſuſtinet in Italia, nec in Aphrica, vbi illa animalia rara ſunt. Pellicea tamen caprina, vel ouina, aut de aliis, regulares canonici, immo omnes clerici ſub veſte religionis ſuperiore pro tunicis vtebantur. Et adhuc ille pelliceorum ritus in pluribus eccleſiis regularibus perſeuerat, Et veriſimile eſt beatum Auguſtinum & ſuos fratres, ac etiam clericos regulares tunc temporis huiuſmodi pelliceorũ vſum habuiſſe, ſub veſte tamen ſuperiore religionis, ac clericalis honeſtatis. [ſup. §. 3.] Quia verò poſt tranſitum beati Auguſtini fratres hincinde fuerunt diſperſi, vt dictùm eſt. §. & tunc ſuccreuit deformitas tam in habitu, quam in diuino officio, & cæteris obſeruantiis, vſque ad tempus recollectionis ſeu vnionis ordinis memoratæ, & quoniam tunc inter illos fratres ſimplices dubitabatur, quis eſſet verus habitus eorum, hinc eſt quod ſedes Apoſtolica aſpiciens ad primariã ordinis originem, habitum ſuperiorem eis determinauit: immo verius nudum per ſanctum Auguſtinum determinatum declarauit, ſtatuẽdo videlicet, quod eorumdem fratrum ordinis ſcilicet Eremitarum ſancti Auguſtini habitus exterior eſſet cuculla nigri, & nullius alterius coloris, cum longis & protenſis manicis deſuper corrigia ampla cincta, habitu ſubteriore eis remanente ſecundum ordinationem ordinis, authoritate nihilominus ad hoc ſedis Apoſtolicæ accedente. [Habitus Auguſtinianorum ab eccleſia determinatus.]

Fratres Auguſtiniani in vrbes transferuntur.

§. VI.

VT autem fratres huius ſacræ religionis ſic congregati, & ſic vniti in eccleſia Dei, ad inſtar fratrum prædicatorum & Minorum ordinum fructum facere poſſent, ſicut & ipſi olim ante ſuam diſperſionem tempore beati Auguſtini fecerunt in Aphrica, prædicando videlicet populo, & confeſſiones audiendo, ſicut patet in quodam ſermone, beati Auguſtini qui incipit. Vt benè noſtis fratres, ordinauit præfatus ſummus põtifex dominus Alexan. 4. [Eſt ſer. 14. ad fratres in eremo.] quatenus ipſi fratres ad ciuitates deberent ſe transferre, & in eis loca recipere, ac verbo doctrinæ & prædicationis, & exemplo ſanctæ cõuerſationis, ac actu audiendi confeſſiones in Dei populo fructificare. Ad quod quia nonnulli eorumdem fratrum erant difficiles, malentes in eremo more ſolito ſolitarie Deo vacare, quàm inter homines mundanos periculo mundani contagij ſe exponere, idem dominus papa intendens illorum deuotioni ſatisfacere. & nihilominus per fratres eiuſdem ordinis fructum ſalubrem in populo producere, ſic ordinauit: vt prioribus locis eremiticis retẽtis, qui [A.C. 1260] cunque deuotionem haberent eremiticam vitam ducendi, poſſent ſecũdum diſpoſitionem ſuorum ſuperiorum in locis talibus commorari. Qui verò ex eis ad fructificandum in populo eſſent idonei illi deberent in ciuitatibus habitare, & populo prædicare, ac confeſſiones audire fidelium eis confiteri volẽtium, & ſic fructum ſaluiferum in Dei eccleſia germinare. Et in hoc ſtatu idem ſummus pontifex ordinem cõfirmauit, & exemit, ſuſcipiendo perſonas & loca ordinis ſub protectione Apoſtolicæ ſedis muniens eos nihilominus multis priuilegiis & gratiis tali ſtatui opportunis. Confirmauit quoque eis protectorem dominum Richardũ tituli ſancti Angeli diaconum cardinalem, per prędeceſſorẽ ſuũ Innocentium primitus conſtitutum. Prætacta autem ordinis exemptio poſtmodum per dominum Bonifacium papã 3. ampliata eſt: deinde per dominum Clementem papam vberius impinguata.

Formula profeſsionis Auguſtinianorum.

§. VII.

REGVLAM autem ipſam beati Auguſtini profitentur ipſi fratres eremitani ſecundum iſtam formam vt reperi in quodam libro ab vno peritiſſimo viro eiuſdem ordinis edito. Ego frater. N. facio profeſſionem, & promitto obedientiam Deo & beatæ Mariæ virgini, & tibi priori generali ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini & ſucceſſoribus ſuis vel tuis, viuere ſine proprio, & caſtitate ſecundum regulam ſancti Auguſtini vſque ad mortem. Et iſti vtique profeſſores profitentur explicitè non ſolum obedientiam, ſed & omnia illa tria ſubſtantialia religionis. Et ſecundum hoc exiſtimo (ait præfatus doctor) quòd iſta tria cadunt ſub præcepto profeſſoribus talibus. Et ex voto explicitè obligantur ad ea, etiamſi nunquam interueniat prælati licentia, vel præceptum. De omnibus aliis teneo, quòd non veniunt in præcepto: niſi mediante prælato præcipiente non obſtante verbo in principio regulæ poſito, cum dicitur. Præcipimus obſeruari. Iſtud enim verbum Præcipio, non ſemper accipitur neceſſitatiuè & poteſtaliter, ſed interdum perſuaſiuè & doctrinaliter, ſicut dicuntur præceptores artium. [Præcipio verbũ nõ ſẽper obligandi vim habet.] Aliorum igitur tranſgreſſio non inducit mortale, niſi per contemptum eorum ſcilicet, quæ ſunt in regula. Vnde Bern. Contemptus vbique damnabilis, neglectus vbique culpabilis, & ideo diligenter ſeruanda.

Eſt autem ipſa regula planior & clarior aliquibus aliis in lympitudine contentorum in ea, quòd patet, quia de nonnullis aliis quantum ad contenta in eis ante Apoſtolicam ſedem varia dubia exhorta fuerunt, & diuerſæ declarationes poſtulatæ: vt patet de ſtatu mona. in nonnullis & de verbo. ſigni. exiit. lib. 6. & in Clem. exiui de paradiſo. Sed contenta in iſta regula tanta ſunt conſideratione digeſta, quòd nullo tempore apud Apoſtolicam ſedẽ fuit dubitatũ de contentis in ea. Eſt etiam ſuauior & lenior in moderamine. Nũquam enim fuit

...iit dubium apud quemquã an in regula Au- A
guſtini ſit aliquod præceptum nedum impoſ-
ſibile ad ſeruandum ſed nec ſupramodum hu-
manæ fragilitatis difficile,ſicut de quibuſdam
...lus regulis.Nec opus fuit per aliquam mode
...ationem , rigorem ipſius regulæ temperari,
...nmo conſtitutiones vltra regulam addide-
...unt.De quibus conſtitutionibus huiuſmodi
...tenendum eſt,quòd factæ ſunt per patres ip-
...us ordinis,de ſpeciali mandato& authorita-
...e ipſius ſedis Apoſtolicæ,prout liquet ex pri-
...ilegio domini Innocentij papæ 4. Quæ qui-
...m conſtitutiones olim per antiquos patres B
...itæ ſunt. Poſtea tempore beatæ memoriæ
...tris Clementis prioris generalis fuerunt e-
...endatæ & melius ordinatæ.Cùm enim idem
...uenerabilis pater quodam tempore ad conuē-
...m Seneuſem acceſſiſſet, audiens de perſona
...ræclari viri fratris Aug.de Interamno qui
...unc temporis in eremitorio Roſſiæ in magna
...umilitate degebat,ſtatim & conditionem ſuę
...rſonæ quantum potuit occultando , nec ta-
...en vndiquaque latere potuit lucerna ſub
...odio poſita.Vnde idem prior generalis eum
...ecerſitum in ſocium ſuum aſſumpſit , & du- C
...ns ſecum ad curiam Romanam, ipſum licet
...uitum fecit presbyterum ordinari. Conuer-
...antes iidem duo præclariſſimi patres ſimul
...onſtitutiones ordinis diligenti ſtudio reuide
...unt,eáſque ſicut zelatores feruentiſſimi reli-
...ionis huius ordinatius ediderunt,diſtinguen
...es eas per capitula,& rubricas,& addentes ni
...ilominus aliqua , & nonnulla detrahentes,
...tout ſacræ religioni , & bono ſtatui ordinis
...ongruere videbantur.Quas etiam conſtitutio
...es per tria capitula generalia iidem venerabi
...s viri examinari fecerunt. Nam in capitulo D
...i vrbe veteri anno domini 1284. celebrato
...rimitus fuerunt in lucem proditæ & publi-

catæ,poſtea in capitulo Florentino ad ſequens A.C. 1284
triennium celebrato fuerunt per ordinem ac-
ceptatæ & approbatæ: ſed demùm ad illud ter
minandu... in capitulo Ratiſbonenſi cui inter-
fuit venerabilis doctor frater Ægydius deRo-
ma aliquibus additionibus & variationi-
bus factis fuerunt ratificatæ & confirmatæ. Et
inde eſt , quòd conſtitutiones Florentinæ ali-
quam tulum diſcrepant à conſtitutionibus
Ratiſbonenſium.Quæ conſtitutiones Ratisbo
nenſes poſtmodum exhibitæ & præſentatæ
fuerunt domino Clementi papæ 5. per venera
bilem patrem magiſtrum Alexandrum de Li-
pidio priorem generalem , & ab ipſo ſummo
pontifice fuerunt collaudatæ,non tamen con-
firmatæ,quod pro bono ordinis omiſſum eſt.
Non enim ordini expediret cõſtitutiones per
ſedem Apoſtolicam confirmari,quia nonnun
quam ex cauſa expedit pro varietate tempo-
ris aliquid immutare. l.2. Decre.

Quod fieri non poſſet , ſi eſſent per ſedem tit.30. c.8.
Apoſtolicam confirmatæ.Statuta enim per ip- l.1.tit.2.c.8.
ſam ſedem ex certa ſcientia confirmata, nequa
quam infringi poſſũt,niſi de volũtate & man
dato domini papæ ſpeciali. vt extra de confir.
venerabilem.& de Conſtitutionibus.cap.cum
acceſſiſſent,& cap.cum M. Ferrarienſis.Quare
multum expediens eſſe pro ordine dignoſci-
tur,quòd ſtatuta & acta capitulorum genera-
lium , quando opus fuerit ita domino papæ
exhibeantur,vt per ipſum approbentur, & col
laudentur,non autem cõfirmẽtur. Eodẽ etiam
modo conſtitutiones ordinis prædicatorum
non obligant nos ex earum tranſgreſſione ad
culpam , ſed tantum ad pœnam : niſi propter
præceptum vel contemptum vt in prooemio
earumdem conſtitutionum lucidè cõtinetur,
quod valdè eſt vtile pro conſcientiis & fratrũ,
ac etiam pro magna pace & ordinis vnitate.

F

Huiuſce tertiæ partis Regeſtum.

b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. ſ. t. v. x. y. z. A. B. C. D. E. F. G.
I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff.
g. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Sſ. Tt. Vv. Xx. Yy.
Omnes ſunt terniones præter Yy. qui eſt duernio.

FINE

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Tel. [illegible]